¶ Abscondo abscondis, abscondi, absconditum vel abscōsum, occulto. Vnde absconsum abditum occultum.

¶ Absimilis, multum dissimilis, Columella libro quarto. Materiam fructumq;, nisi q̄ duplicem, non absimilem minor germanę gerit.

✳ Frequens autē est huius vocabuli cum negatione vsus, vt haud non absimilis. &c. Quæ locutio figurata est, & fere per liptotem plus innuit cum minus dicat. vt hic. Non absimilem dixisse videtur, pro plane & multum simile.

¶ Absentio absentis absensi absensum significat dissentio.

✳ Nam qui minime conuenit absentire videtur.

✳ Absens & Absente nobis. Vide Absum.

¶ Absynthium hærba amara, a qua populi quidam cognominati sunt, qui iuxta pontum habitant, vbi mons eiusdem nominis habetur. Ouidius libro quinto de tristibus. Cana prius gelido desint absynthia ponto. Græce ἀβσύνθιον τοῦ ἀβσωθίου. vulgo dicunt medicum, vel absenzo. hortorum est.

✳ Theodorus tamen ἀψίνθιον scribit.

¶ Absis absidos siue Græcorum Hapsis, fornix & curuatura proprie in curibus. ἀπὸ τοῦ ἅπτειν. id est tangendo, licet multa significet, quia rotæ cum voluuntur contingant terram. Sed in cælo Absides capiuntur pro circulis. ἄψισ ἄψιδοσ pro macularotis, vt Homerus libro quinto Iliados, estq; curuatura rotæ, scilicet lignū supra rotas tenens scalas. Immo curuatura rotarum, in qua figuntur radij, vt libro secundo Hesiodus.

ἄξονθ', ἑξαπόδην μάλα γὰρ νύ τοι ἅρμενον οὕτω εἰλέσθαι περὶ κτεατοδόκην ἀπὸ καὶ σφύρα κεταμοιτ. τριακόσιμοι δ' ἄψιν τάμνειν δεκαλώρω ἁμάξηι.

id est & axem septem pedum, valde enim vtich tibi suffi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ciens sit, si autem octopedalem etiam malleum abscindes trium palmorum aspidem decem lignis compacto curru, ita sunt de verbo ad verbum traducta. Sed quoniam locus iste Hesiodi est dubius, videamus interpretem. Manuel itaque moscopulus interpres ibi sic scribit.

ἔισ κατασκευὴν δ' ἄξιόν τέμνε ξύλου τριῶν σπιθαμῶν ἕνεκα, ἁμάξησ δωδεκαδώρου ἵνα, ποιόσησ ἅμαξαν τουτέστι τὸν τροχὸν τῆς ἁμάξησ δεκαδώρων τὴν διάμετρον ἔχοντα.

*Hoc est. Ad apparatum autem absidos diuide lignum trium palmorum gratia currus duodecim palmorum, vel vt facias currum, siue reuolutionem currus duodecim palmorum habentem diametron. Sed Demetrius Moschus dicit, quid est dicere hoc? intellige autem tu textum, qui est clarissimus sic, trium spithamarum latitudine diametri in circunferẽtia rotæ incide curuaturam rotarum, quia non sunt graues bobus ad trahendum. incide dico currui compacto ex decem lignis, id est qui currus fit ex pluribus lignis, & decanus est numerus, qui est perfectus. nam δοῦρ dicitur lignum, sed dorice ου vertitur in ω, & dicitur δῶρον lignum, quamuis sit etiam genus mensuræ. Spithama est mensura a cuspide pollicis ad extremitatem annularis digiti.

¶ Absisto absistis, a loco, siue inde discedo. Vergilius: Nec prius absistit, quam septem ingentia victor Corpora fundat humi. Huic contrarium est assisto. Sed cum locus exprimitur, abscedo tantum significat. Idem libro septimo. Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri. Robora, nec custos absistit limine Ianus. Quandoque absistere ponitur pro desistere, desinere, abstinere. Liuius libro nono. Legatos misere ad consulem Romanum, vt receptis equitibus, qui causa belli essent, absisteret, obsidi õe. Claud. Absiste rogasti.

*In quorum vltimo exemplo non videtur ita verbi proprietas obseruata, vt in superioribus. Nam sistere non est absolute stare, aut præsentem esse, sed facere stare, aut adesse. Vnde est illud poetæ. Annam chara mihi nutrix huc sistere sororem. Quocirca absistere non tam est desinere, vt in Claudiani exẽplo, pro quo sæpe desistere vsurpatur, q̃ abscedere, vt in Liuiano dicto.

ð Absoleo absoles penultima correpta. Absolere est ab vsu recedere, vnde absoletus locus neglectus & sordidus dicitur.

ð Absoluo uis. quod ligarum erat non ligatum facio. sed dicimus a vinculis peccatorum nostrorum absoluat nos omnipotens & misericors dóminus. Interdum significat perficio, finio. Gellius libro secundo. Septima fere hebdomade, id est nono & quadragesimo die totus homo in vtero absoluitur. Item Absoluere est parcere, & precio redito dimittere, liberare. Liuius libro secundo. Latæ deinde leges, quæ consulem regni suspitione absoluerent, id est liberarent. Sed cum de peccato, siue de peccati pœna agitur, genitiuum regere potest. Cicero libro secundo ad Herennium. Cæcilius iudex absoluit iniuriam illum qui L. Accium Poetam in scæna nominatim læserat. Plinius libro decimoquarto. Iuuenimus Egnati vxorem cum vinum bibisset e dolio interfectam fuisse a marito, eumque cædis a Romulo absolutum. Item euadere. Plautus in Amphitrione. Curauit vno vt fœtu fieret, vno vt labore absoluat grunnas duas. Item Expedire, vt apud eũdem in Cur. Sequere hac, te absoluam, qua aduenisti gratia. Et in Epist. Te absoluam breui.

¶ Absonus absona absonum penul. correp. quod est parui soni, & fere sine sono, vel non recte sonans, siue nihil congruens, sed aduersans. Liuius libro primo. Hæc ferme Romulo regnante domi, militiæque gesta, quorum nihil absonum fidei. Cice. proprie. Sed sunt quidam aut lingua ita hæsitantes, aut ita voce absoni.

¶ Absono absonas penultima correpta. dissono, male sono. Vide in sono.

¶ Absorbeo bes. bui. bitum. & absorbo absorbis absorsi, ptum, valde siue in totum sorbeo deuoro.

¶ Absq; præpositio separatiua est, vt absq; pecunia difficile vitam traducas. Aliquando est aduerbium. Terentius in Ecyra. Q; fortunatus sum cæteris rebus absq; vna hac foret hanc matrem habens.

* Vbi potius legetur absq; vna hæc foret, quã hac foret. Nam sensus est absq;, id est nisi hęc vna scilicet res, videlicet coniunx ex alieno (vt tũc putabat) pariens esset. Et licet absq; est separatiua præpositio, ab tamen & abs passionem aut discessionem notãt, vt diligor abs te, discedo abs quolibet improbo. Cęterum ab abs & au, nihil differre videntur prętereq; in consonantia. Nam vni verbo in diuersis tẽporibus non mutata significatione pręposita per compositionem comperiuntur. Dicimus enim in præsenti & eius temporibus aufero, auferebam, auferam, aufer, auferrem, &c. In præterito autem & inde deductis abs, vt abstuli, abstuleram, abstulissem, abstulero, abstulisse. Porro in supino, & ab eo natis ab, vt ablatum, ablatu, ablatio &c. Mirũ autem est, q; particula, quæ cum alijs significationem auget, siue affirmatiuam, vt atq; siue negatiuam, vt neq;, cũ abs posita mutet, nam absque fere idem est quod sine, sed de his satis est. ASC.

¶ Abstemius, qui se a temeto, id est vino abstinet, componitur ex abstineo & temeto. Sed nota q; aliter sentio, q̃ latini in hac dictione, quoniam μέθη Græce dicitur ebrietas. Vnde per literarum transpositionem addendo ton, Latini dixerunt themeton, ergo prima est longa & cum th/ scribi oportet, quia fortasse aliquis interrogaret, quæreretq; inde θήμι cum ἀπὸ γινετῃ ἀπο θήμι, id est themios cum apo fit apothemios, sed elisa o, vertitur π, tenuis in suam aspiratam, & dicitur ἀφτήμι aphthemius. Nõ ergo temeton dicitur, q; tentat mentem, neq; sic scribi debet abstemius, nisi ob eam regulam latinorũ, q; græca parce in latinum detorqueantur, postea in fœminino dicitur Abstemia. Ouidius libro decimoquinto. Clitorio quicũq; sitim de fonte leuauit. Vina fugit, gaudetq; meris abstemius vndis.

ð Abstemus a Cypriano ponitur pro excõmunicato qui sit. Qui non tantum ab his istic abstemus, sed abs te illic nuper de ecclesia pulsus est.

¶ Absterreo absterres, signifi. amoueo, repello, prohibeo.

¶ Abstineo abstines, penultima correpta, ex abs, & teneo, significat tempero, & fere contineo. Terentius. Non manum abstines mastigia. Iungitur quandoque genitiuo. Horatius lib. iij. Carmi. Mox vbi lusit satis abstinet to dixit ira rum. Quandoque ablatiuo cum præpositione. Plautus in Amphi. Qui possum hinc fortis a me vt abstineat manũ. Iusti. libro primo sine prępositione dixit. Contentiq; victoria imperio abstinebant.

¶ Abstinentia est virtus, qua ab alienis abstinemus, nihil cuiquam eripientes. Abstorqueo vide Torqueo.

¶ Absto abstas, abstiti, abstitum, & abstatum, significat lõge sto. Ouidius tamen libro decimo Metamor. Abstit pro abstitit dixit. Halcyõe lachrymas, & quæ par admonet abstit. Ab vtiq; vel abs, ideo priuationem significat, quoniã quantum possunt latini, vel a græcis accipiunt, vel Græcos imitantur. ὥσπερ τῷ παραδείγματι σῖτον μὴ σῦν ἀπὸ γίνεται ἵστασιτ ὐ ποικτικῶς ἀλλὰ κοινῶς, ὁύτ φορτίζω ἀποφορτίζω φάσκω ἀποφάσκω. * hoc est. Vt in exemplo. Nomẽ siton, i. cibus, & cũ apo fit appositos non poetice sed communiter, sic phortizo, id est onero, apophortizo, id est exonero, phaiko, id est dico, apophasko, i. nego. Et nota q; sto stas in compositione facit apud grauissimos authores in præteritis aut resto restas restaui. Vt Propertius Si quid restauerit vmbras. Sic etiam multi alij antiqui scriptores, sed ne in tam friuolis longior sim pro manifesto approbatoq; relinquim⁹, sed sit vt lubet manifestũ est q; abs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

venit ex Græco, vt vidimus supra, & etiam sto stas ab eodem fonte Græcorum deducitur. Vt ἱσάω ἱσῶ κατὰφαίρεσιν. * id est histao histo p̄ apheresim, sto latini dolauere.

¶ Abstraho, quasi per vim, aut arte aliqua aufero. Cicero libro primo Tusculanarum. Certe si tunc occidissemus mors nos a malis, non a bonis abstraxisset. Huic cōtrarium est Attraho.

ǂ Abstractum ab abstraho fit, vnde dicitur quam ab alio trahitur. Diffinitur q̄ a logicis hoc modo.

ǂ Abstractum est quod significat formam aliquam cum exclusione subiecti, vt albedo. Concretum est quod significat eandem formam cum hærentibus subiecti, vt album, a concresco quod significat coniungor in aliqua re. Et hæc aliter dicuntur denominans & denominatum, vt est apud Aristotelem, in ante prædicamentis.

¶ Abstrudo abstrudis, penultima producta, ex abs & trudo, significat abscondo, vel claudo, sed Seruio authore differunt, q̄ abscondere fit de industria. Abstrudere a natura. Vergilius. Vt venis silicis abstrusum excuderet ignē, Plautus in prolo. aul. Atq; aulæ timens domo sublatam varijs abstrudit locis. Idem ibi in argumēto, Auro formidat. Euclio, abstrudit fores, id est claudit. * Legam obstrudit.

¶ Abstulit, ab aufero præteritum est, significat q̄ Asportauit, ademit, eripuit, vel a tollo.

¶ Absum, longe sum, discedo est eadem ratio in hoc verbo compositio, quam dixim⁹ in verbo illo absto abstas, quoniam abs more Græcorum mutat significationem in dictionibus, & facit per contrarium significare, sum, id est presens existo, sed adsum id est non sum hic, Sallust. Neque animus, neq; corpus a vobis aberit. Aliter Liuius. Romana castra inquit. xx. milium spatio aberant. hoc modo Colu. lib. vi. Tabulata inter se minus trinis pedibus absint, id est distantes sint. Hinc absens, sicut a p̄sum presens. Vlpia. Absentem accipimus eum, qui non est in eo loco, in quo petitur. Non enim trans mare absentem desyderamus. Et si forte extra continentiam vrbis sit, abest. Cæterum vsque ad continentiam non abesse videbitur si loco latitet. Abesse autem non videbitur, qui ab hostibus captus est, sed quia latronib⁹ detinetur. Paulus. Abesse res videtur si vestimentū scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit veluti scyphi collisi, aut tabula rasa pictura, quoniam earum rerum precium non in substantia, sed in arte sit positum. Item. si eā dominus rem, quæ sibi furto aberat, ignorans emerit, recte dicitur res abesse, etiam si id postea ita esse scierit, quia videtur res ei abesse, cui precium abest. Abesse etiam scribit Caius, quæ in rebus humanis non sunt. Dicimus autē more Attico. Absente nobis, & præsente nobis, pro absentibus, & presentibus nobis. sicut aperte aliquis actutum, apud Terentium in Adel. & Plautus in Amphi. Nec nobis presente quisq̄ aliquis ausit sunt. Ab absens fit absentior & absentissimus. Augustinus libro. iiij. confes. Mente atq; sensu absentissimus.

¶ Absentane⁹ absentanea absentaneum, quod in absentia fit. Absentia vero ab absens fit.

¶ Absento absentas, absentem facio, seu absens sum, Claudianus. Et dura de matre queri, quæ tale recessu Maluerit damnare decus veritamq; dearum. Colloquio patris procul absentauerit āstris.

¶ Absumo absumis penultima productā, profundo, consumo, quasi inde sumo. Ouidius lib. i. Fastorum. Quærere vt absumant absumpta requirere certāt. Plinius lib. xxvi. Corpora defunctorum condita in eo absumi constat intra quadragesimum diem. Iustinus. Huius temporibus aquarum illuuies maiorem partem Græcis absumpsit. Augustinus libro tercio Ciuita. dei, pro morior posuit, q̄ qui moriuntur de medio tolluntur. Lucretius (inquit) antequam annus terminaretur, assumptus est. Huius contrarium est assumo quod est accipio, & ad me sumo. Cicero. Neque id onus inuitus assūpsit. Per trāslationē significat attribuo, vt apud eundem. Si id mihi assumo, videor id mihi meo iure quodam vendicare.

¶ Absurdus, da, dum, quod est dispar, diuersum, abhorrens, inconueniens, stultum, deforme, odiosum, iniquum. Cicero in Læl. Auaritia vero senilis quid sibi velit non intelligo. Potest enim quicq̄ esse absurdius, q̄ quo minus viæ restat eo plus viatici quærere.

¶ Absyrtus Colchorum regis filius, quem Medea soror lacerauit iuxta fluuium Absyrtum, in quem conuersum ferunt poetæ. Sed aliud scribit Orpheus in Argonauticis libro secundo, & aliud Apollonius, Rhodius & Lucilius Theō, & Sophocleus eius interpres libro quarto Argonauticorum. Plurimi fuerunt, qui apud Græcos Argonautica scripserint, & dicunt Iasona Medeam ad Phæacas adduxisse adhuc intactam, & Absyrtus Frater grādi multitudine armatorū sororem est & Iasona subsecutus, adeo q̄ Arete vxor Alcinoi regis Phæacum, & ipse rex determinauerint reddi si intacta esset, quo cognito secum dormiuit, & eo modo habuerunt recedendi facultatē. Fuit insuper Absyrtus scriptor Græcus mirificus, qui scripsit de medicandis equis, & de cura animalium, & eorum medicina, eumque pulcherrimum, & emendatissimum habet Antonius vicecomes vir, vt magnificus ita bonarum literarum studiosus in mediolano, & studiosorum fautor summus.

¶ Absyrtides insulæ sunt in adriatico mari. Plinius histo. libro. iij. Absyrtides a graijs dictæ a fratre Medeæ, ibi interfecto nomine Absyrto. Pompo. in Adriatico sunt Absorus caleduſa absyrtis Issa.

¶ Abundo abūdas ex ab, & vndo, vt quidam aiunt. Vnde fiunt & exundo & inundo. Est autem abundare, affluere, & supra modum aliquem quippiam possidere. Tractū ab amnibus, qui quo magis augentur imbribus eo maioribus & crebrioribus vndis eriguntur. Dicitur etiam quis abundare, qui successu prospero affluit. Terentius in Phormione, amore abundas Antipho. Dicimusque, ego abundo pecunia, & pecunia abundat mihi. Augustinus libro conf. Nam id furatus sum, quod mihi abundat. Statius in Achilleide, cum accusatiuo, modo sanguine Teucros vndabit campos. Hinc abundans pro diuite pecuniosо, potēte, profluente.

¶ Abundantia, opulentia, satietas. Abundanter ab abundans aduerbium. Abunde ab abundo significat copiose satis, superque. Exundare, valde vndare, siue alueum exire. Ambrosius. Citolutum colligit amnis exundans. Inundare intus, vel valde vndare, id est implere. Idem. Denique ebrij putabantur, quibus spiritus sanctus inundabat. Quandoq̄ absolute ponitur pro crescere, & extra alueum versari. Plinius. Antequam Nilus inundaret. Quandoq̄ pro abluere, & accusatiuo iungitur. Idem. Agros & sata inundauit. Hinc inundatio pro diluuio, & per translationem pro abundantia, & multitudine, vt apud Esaiam Inundatio camelorum operiet te.

* Aboluo, volando discedo sicut auolo. Ce.

¶ Abutor penultima producta, in vsum consumo. Plautus in asinaria. Vbi illa quæ dedit ante abusa si ea durarent mihi mulier, mitterentur ad te. Sæpius tamen in malam partem, & perperam siue nimis licenter vtor significat, vt fit cum vtimur aliqua re contra id ad quod est instituta, vt si in templo negocia sæcularia tractemus dicamur templo abuti. Cicero. Noli abuti nimis patiētia nostra. Donatus. Vtimur cū honore, abutimur cum iniuria. Vtimur his rebus, quę nobis vtentibus permanent. Abutimur his quę nobis vtentibus pereunt. Ex quo vsus, & abusus videtur contraria. Nam vsui est ager, domus. Abusui vinū oleum, & huiusmodi: Cicero. Non debet inquit ea mulier, cui vir bonorum suorū vsum legauit cellis vinarijs plenis relictis, putare id ad se pertinere. Vsus enim, non abusus legatus est. Per translationem vero de tempore, & labore di

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

citur abuti, cùm frustra tempus in aliqua re magno cum dolore positum contriuimus. Terentius. Nam in scribundis prologis operam abutitur, id est tempore & labore. Dicimus autem abutor hoc re & hãc rem. Plautus in Bacc. Nos aurum abusos. Hinc abusus abusa abusum. Abusus abusus abusui, & abusio. Abusiue aduerbium, quod est impropríe, & contra naturam vsumq;.

¶ Abydos penultima producta, vrbs Asiæ, a Milesiis cõdita. Gygelydorum rege permittente, qui totius Troadis imperium habuit. Cui Sestos in Europa opponitur interce dente augusto mari a casu virginis Hellesponto nuncupato. Id cum Asiam ab Europa diuidebat Xerses ponte coniunxit. Hinc abydenus abydena abydenum, veluti Leander Abydenus dictus est. Vnde & musæus. σκοὸς ἔκμ καὶ ἄβυδοσ ἐυαντίομ ἔγγυθι πόιτου γεπουέσ ἔισι πόλκεσ. Et subdit. ἣ μὲμ σκοόμ ἔναιεμ ὁδ' ἔπτολίεθρομ, ἀβύδου, ἄμφοτεμομ πτολίομ περὶ καλλέεσ ἀσέρεσ ἄμφω ἵκελοι ἀλλήλοιςι. ✳Hoc est Sestos erat & Abydos contra, prope Pontum vicinæ sunt vrbes. Et subdit. Hæc quidem Sestos habitabat, ille oppidum Abydi ambarum vrbium pulchra sydera, ambo inter sese símiles.

¶ Abyssus est immensa quædam profunditas, & impenetrabilis & incomprehensibilis, & maxime in aquarum multitudine. Ibi enim altitudo, inquit Augustinus, ibi profunditas, quæ penetrari vsq; ad fundum non potest. Omnis aqua omnis humida natura atque substantia circunquaq; diffusa per maria & flumina, & antra & occulta simul vno nomine abyssus vocatur. Ambrosius lib. Hexa. Abyssum & multitudinem, & profundum aquarum dici, lectio euãgelica docet vbi rogabant saluatorem dæmonia, ne iuberet illis, vt in abyssum irent.

A ante C

AC coniunctio copulatiua est, vt doctus ac iustus es. Aliquando aduerbiũ est, & accipitur pro q̃, vt haud secus ac iussi faciunt. Aliquando, sicut docet Donatus, significat contra q̃. Terẽ. in And. Nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere.

ð Acabo penultima correpta. animal multum valens medicinæ in desertis Arabiæ.

✳Ac & acsi venuste ponuntur post perinde acceptum pro ita, vt superbis perinde ac si rex esses.

¶ Acachia a grẽcis dicitur succus e pomis expressus arboris Silicon, quam corrupte vulgo Siliquam appellant, quoniam ἀκακία dicitur innocentia.

¶ Academia, locus nemorosus ab Athenis mille passibus distans, ab academo heroe, vt Eupolidi placet, sic appellatus Gymnasium Platonis celebratissimum, Horatius. Atque inter syluas Academi quærere verum. Ibi natus est Plato vbi cum philosopharetur studendi vsu & discipulorum frequentia morumque celebritate insignis fuit. Vnde Academici philosophi. sicut & Areopagitæ ab areopago. Fuit & Academia villa memoratu digna ab auerno lacu puteolos tendentibus imposita littori, celebrata porticu, & nemore, quam Cicero Academiam vocabat, ab exemplo Athenarum, ibi compositis voluminibus eisdem nominibus, in qua & monumentum sibi extruxerat. Eratque Academia Gymnasium inferius cum superiori gymnasio nomen esset Lyceum, quæ & inferior ambulatio, & superior dicebantur. Lyceum vero nomine scholæ Aristotelicæ. Huius nominis Academia penultima producitur a Cicerone. Incp; Academia vmbrifera nitidoque lyceo. Sic & in alio versu laureæ Tullij. Atque Academiæ celebratam nomine villam. Verum alij eam corripiunt, vt etiam communis vsus seruat. Claudianus. In latum spretis Academia migrat athenis. Sydonius. Obruet & q̃q̃ totis Academia sectis. Ratio est, quoniam est vna de dichronis. Sic Vergilius de Sycheo.

✳Acanantide vel acanantida, vetus nomen Cypri insule. Cc.

¶ Acanthus puer in florem sui nominis conuersus. Virgilius. Et circuntextum croceo velamen acantho. Plinius libro. xxij. Docet acanthum esse hẽrbam topiariam, lato longoque folio margines crepidinum vestientem. Inde ponitur pro flexuoso ornatu. Quidam putant hærbam esse similem spinę albæ & habere folia minora, & aculeata lanuginæ. Seruius in Pollione dixit esse arborem semper florentem quasi spinis plenam. Nam est spinosa quæ in Cyrenaica insula abundat. Vergilius libro secũdo Georgicorum: Et bacchas semper frondentis achanti. Est etiam hoc nomine oppidum in Macedonia, siue Aetolia, quæ est vrbs Atamanum, in qua multas esse cicadas Stephanus author Grẽcus scripsit.

¶ Achanthis achantidis, auis stridula, quæ & carduellis, quæ spinis & carduis pascitur. Nam ἄκανθα Achanta spina ἀκανθων spinetum. Vergilius Georgico. libro. iij. Resonant & achantida dumi. Hæc & Achantylis vocatur.

ð Quæ limo intexit nidum. Alij Argathylin vocant. Acãthis leucæ latine spina alba.

¶ Acapis penultima correpta, fluuius Asiæ apud Lazos populos.

¶ Acapna dicuntur ligna, quæ ad ignem sicca habentur. ꝙ sint sine fumo καπνόσ latine fumus. Hinc genus quoddam mellis, quod ad argentarias gignitur. Acapnistũ dicitur, id est a fumo purgatum.

¶ Acaron penultima correpta, ciuitas Palestinæ, quæ Cæsarea vocatur.

¶ Acara penultimã correpta, oppidum est in medio Pannonię.

¶ Acarnania, Epiri pars, quam Achelous ab Aetolia diuidit. In hac est oppidum Leucas. Est & regio quædam parua in Aegypto dicta Acarnania. Sicut scribit Seruius in libro quintum Aeneidos.

ð Et ciuitas non procula Syracusa, vt inquit Cicero in Ver. In qua olympij Iouis antiquissimum phanum fuit.

¶ Acarpos, latine infructuosus. Acarpia fructuum priuatio dicitur, καρπόσ enim fructus est.

ð Acaliculis qui præest caliculis quę sunt vasa. Acca laurẽtia faustuli vxor, quæ Romulũ & Remum lactauit, & materna solertia gubernauit. Hęc vocata est lupa, eo ꝙ nobile scortum fuerit, & tales nuncupantur lupę ob auaritiam, causa cuius pudicitiam prostrauere. Et inde in hodiernum vsq; cellę talium lupanaria dicuntur.

¶ Acastus Pelię Thessalorum regis filius. Acasta nympha Oceani & Tethyos filia.

¶ Acaustos latine minime vstus dicitur, nam καίομαι est ardeo καῦμα calor intensus.

¶ Acatalectos versus, cui nulla syllaba deficit.

ð Acatalępsia cum accentu in pe. latine dicitur incompræhensibilitas.

¶ Acatiũ genus nauigij actuarij. Iullius Pollux scribit velum in naui maximum esse, sicut minimum dolonem, tertium quod retrorsum panditur Epidromum.

✳Acutiæ spina cuius semen lenticulæ simile minor est tamen & grano & foliculo. Cc.

¶ Accedo accedis penultima producta aduenio, appropinquo, quasi iuxta eo. Cuius contrarium est abscedo. Vergilius. Vos & scyllæam rabiem penitusq; sonantis. Accestis scopulos. Accedere quandoq; est aures adhibere, curare, & plurimi facere. Nam non solum corpore, sed etiã animo accedere solemus, vt accedo sententiæ tuæ, id est adhæreo tanq̃ bonę. Quandoq; adiungere, sed in tertia tãtum persona singularis, vel pluralis numeri, & in significatione passiua, vt hoc calamitatibus meis, vel ad calamitates meas malum accessit. In quo significato quandoq; ablatiuum cum prępositione damus. Liuius. Hæc tibi a me dotalia dona accedent. Ab accedo pro aduenio fit accessus ac

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ceſſus. Ab accedit pro adiungitur fit acceſſio pro adiectione & incremento, quorum contraria ſunt receſſus, & deceſſio. Seneca. Magna rebus noſtris facta erit acceſſio, Inuenitur etiam acceſſio pro aduentu, ſicut deceſſio pro receſſu. Cicero. Eorum neq; acceſſione vitam meliorem fieri, neq; deceſſione peiorem.

¶ Accelero, as, penultima correpta, propero, feſtino, celeriter vado, vt accelera, vt eruas me.

¶ Accendo accendis accendi accenſum. Ex ad & cando, a in e, mutata, licet non ſit in vſu, non a candeo, vt quidam putauerunt, q̃ habeat ſignificationem neutralem. Accendo vero actiuam. Neq; a cendo, quod nuſquam legitur, neq; eſſe poteſt, quoniam cum accendo in eadem ſignificatione ſumatur cum candeo, quamuis illuc in actiua, hoc in neutra, ex hoc candeo formatum eſſe oportet a verbo, cui ſecundum analogiam aſſimiletur. Igitur cando eſſe conuenit, non cendo, quoniam ſi cendo eſſet cendeo faceret non candeo. Idcirco cum candeo habeamus, & accendo ſicut & incendo & ſuccendo ſimplex habere neceſſe ſit, neceſſario cãdo, a quo candeo fit ipſorum ſimplex eſt, quippe quando pleraq; huius naturæ verba ſunt, vt ab albo albeo, a duro dureo, a pendo pendeo, & multa huiuſmodi, quæ neutra deriuatiua ab actiuis eorum certum eſt eſſe, vt apud Priſcianum, & Diomedem cernere licet. Eſt autem accendere ignem excitare, inflammare. Vergilius. His accenſa ſuper. Per tranſlationem vero ſignificat animare, & inſtigare. Vergilius. Martemq; accendere cantu.

¶ Accenſi (vt Marcellus ſcribit) genus militiæ erat adminiſtrantibus proximum, dicti q̃ ad neceſſarias res ſæpius accirentur, veluti accerſiti. Feſtus vero ſic. Accenſi dicebantur, qui in locum mortuorum militum ſubrogabantur, & ad cenſum adijciebantur. Sed Varro rectius ſentire videtur, qui docet accenſos miniſtratores fuiſſe magiſtratuum, ab acciendo dictos, id eſt vocãdo. Nam accenſus inſtar preconis acciebat iuſſu conſulis. Quirites ad concionem. Liuius libro ſeptimo. Poſt aliquot annos adiectus eſt, & meridies accenſo conſulum id pronunciãte. Erant ſinguli preſidibus prouinciarum accenſi. Quod munus nemini niſi libertis deferebatur, ſicut ſcripſit Cicero ad Quintum fratrẽ, cuius hæc ſunt verba. Accenſus ſit eo etiam numero, quo eũ maiores noſtri eſſe voluerunt qui hoc non in beneficij loco, ſed in laboris, ac muneris non temere, niſi libertis deferebant. Aſconius autem ſic habet. Accenſus eſt nomen ordinis promotionis in militia, vt nunc dicitur princeps, vel commentarienſis, aut cornicularius.

¶ Accentus dicitur quaſi adcantus, hoc eſt iuxta cantum quia ad cantilenam vocis nos cognoſcere facit ſyllabas. Græci proſodiã dicunt. ὠδὴ ἀπὸ τοῦ ἄειδω ἀοι δ' ἴσα ἀπὸ δ' ἀείδειμι, ᾧ πρόσ α ᾗ ο μίγδην ἐισωνὴ ὑπογράφεται ἰῶτα. Id eſt. Ode ab aœdes ad aeidem, & pros α & o parum in ω magnum & ſubſcribitur iota. A latinis etiam Tonus, & Tenor vocatur, quia ibi ſonus creſcit & deſinit. Diffinitur a quibusdam, q̃ ſit anima verborum. Ab alijs, q̃ ſit vox ſyllabæ. Hos veteres nunc moderamenta, nunc accentiũculas, nunc vocalationes appellabant. Sunt autem tres accentus. Acutus, Grauis, & circũflexus. Acutus dictus eſt, q̃ acuat, & erigat ſyllabam. Grauis, q̃ deprimat, & deponat, eſt enim contrarius acuto. Circunflexus, qui de acuto & graui conſtat, incipiens enim ab acuto, deſinit in grauẽ. De his apud Priſcia, & Tortellium tractatum eſt.

* Acceptio & acceptilatio ponuntur poſt Accipio.

¶ Accerſo accerſis accerſiui accerſitum, & arceſſo arceſſis vtrumq; tertiæ coniugationis ponitur pro euoco, ſeu ad vocandum eo. Actum enim corporis denotant, ſicut cætera in ſo terminata. Sed in præterito non autem in præſenti ſunt quartæ, quæ propterea deſideratiua a gramma ticis dicuntur, q̃ nunq̃ fere eorum verborum actus ſine deſiderio fiant. Suetonius in Cæſare. A quo ad accerſendam claſſem in Bithyniam miſſus deſedit apud Nicomedem. Terẽtius in Andria. Obſtetricem accerſo. Fit autem accerſo ab accio. Arceſſo vero ab arcio, quod idem eſt, cũ apud antiquos, vt Priſcianus inquit, ar, pro ad poni cõſueuerit, vt Aruenas aruentores aruolare, pro aduenas aduẽtores aduolare dicentes. Vnde oſtenditur recte arceſſo dici ab arcio, quod nos accio dicimus. Claudianus libro tertio. Iuppiter interea cinctam thaumantida nimbis Ire iubet, totoq; deos arceſſere mundo. Apud Vergilium tamẽ libro quarto Georgicorum pro attraho ponitur eo modo, quo in Pſalmo. Os meum aperui & attraxi ſpiritum. Hinc pecudes armenta viros genus omne ferarum. Quẽq; ſibi tenuis naſcentum arceſſere vitas. Ex Accio ergo, ſiue arcio fiunt duo deriuatiua. Accerſo, & arceſſo, q̃q̃ & arceſſo ab arceo pro accuſo eſſe poſſit. Salluſtius in Iugurtha. Quo facilius indicio regis Scauri, & reliquorum, quos pecuniæ captæ arceſcebant delicta patefierent.

¶ Accerſio, is, quartæ coniugationis, & verbum actiuum, quod multi negant inueniri. Sed falluntur parum ſcripturas attendentes. Significatq; voco. Cicero lib. iiij. Tuſculanarum. Quem Cęcilius deum, qui non ſummũ putet, aut ſtultum, aut rerum eſſe imperitum exiſtimet cui ĩ manu ſit, quem eſſe dementem velit, quem ſapere, quem ſanare, quẽ in morbum inijci, quem contra amari, quem expeti, quem accerſiri. Liui. quoq; lib. iij. ait. Placere itaq; patrem accerſire. Salluſtius circa finem Iugurthæ. Poſtremo Syllam accerſiri iubet. Hierony. in Deuteronom. Statimq; eum accerſiri facient, & interrogabunt. Et in actibus apoſtolicis. Accerſi Simonẽ quendam, qui cognominatur Petr⁹. Sic & in multis locis, quos adducere ſuperfluum iudico.

¶ Accio accis acciui vel accij, accitum, penultima producta, ex ad & cio, ſignificat aduoco. Vnde accitus aduocatus. Hieronymus. Accito notario inquit. Hĩc Accitus accitus. Vergilius. Regius accitu chari genitoris ad vrbem.

¶ Accido accidis pe. cor. ex ad & cado, ꝓprie iuxta cado, & accidere eſt geſtũ corpis ĩ hũilitatẽ cadẽtis oñdere. Suet. in Cæſ. Ad genua vltro ſibi accideret. Salluſt. ſine præpoſitiõe dixit. Quo accidẽ. Iure cõſulti vſurpãt accidere ꝓ mori, vt ſiqd filio meo acciderit. N. ſeruus meus eſto. i. ſi filius me⁹ mortu⁹ fuerit. In tertia pſona ſignificat p̃ter ſpem euenire. Et hoc tã in bonũ q̃ in malũ. Teren. in Andria. Interea aliquid acciderit boni. Cic. Nihil mali accidiſſe Scipioni putandũ eſt. Hic fit accidẽs participium & accidẽs nomẽ. ǒ Accidẽs ẽ quod adeſt & abeſt p̃ter ſubiecti corruptionẽ. Aliter accidens eſt terminus vniuocus predicabilis de pluribus in eo quod quale accidentale non conuertibiliter.

¶ Accingo accingis. Iuxta cingo. Res vero qua quis cingitur in ablatiuo magis q̃ in accuſatiuo poni ſolet. Et vltra ablatiuum datiuum commode habere poteſt. Hieronym⁹ libro quarto Regum. Vir piloſus & zona pellicea accinct⁹ renibus. Interdum Accingere eſt parare ſiue expeditum promptumq; ad aliquid agendum reddere. Vergilius. Illi ſe prædæ accingunt. Alio modo conſtruendi q̃ deprecetur regula, vt accinctus renibus⁹. Vnde accinctos vocam⁹ induſtrios, expeditosq; contra diſcinctos ignauos, incomptos, negligentesq; dicimus.

¶ Accipio accipis capio, q̃q̃ ab inuicem ſeparentur. Siquti in dictione capio dicetur. Interdum accipere eſt audire Cicero in Catone. Accipit veterem orationem Architæ. Interdum Sentire. Terentius in Heautontimerumeno. Clinia aliter de amore tuo, atq; eſt accipis. Interdũ cognoſcere intelligere, vt accepi te in patriã reuerſurũ. Interdũ cõcipere. Verg. li. viij. Alij ventoſis follibus auras, accipiũt reddũt q;. Interdum recipere. Luci. Sic inquã veterator ẽ illũ vetere m lupum Annibalem acceptum. Interdum tractare tam in malum q̃ in bonum. Teren. Ego abs te miſeris ſum acceptus modis. Cic. Roga ipſum quemadmodum ego eũ Arimini accepi. Huius compoſitum eſt præaccepio.

¶ Acceptum dicitur gratum, iucundum, comprobatum.

¶ Acceptum fero, habeo, ꝓ accepto & fateor me accepiſſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod nõ accepi cũ nulla solutio iter uenerit. Vñ acceptilatio dicta ẽ liberatio vt docet Modest. q fit p interrogationẽ & respõsionẽ. qua vtrisq; cõtingit ab eo nexu absolutio. Dicendo em quicqd tibi p stipulationẽ promisi, vel ex stipulatu debui habesne acceptũ? Et tu rñdeas habeo, acceptũq; fero, quasi dicas pinde habeo ac si accepissem a te p veram solutionẽ. Apothæca vero non alias, q̃ si pecunia soluta sit inquit Vlpia. Acceptum refero. Vide in dictione refero.

ð Acceptabula ab acceptãdo dicunt, quo nomine cõtinentur oĩa vasa, & quicquid aliquid tenet Hiero. in lib. Exod. Parabis acceptabula & phialas. Quinti. lib. viij. Acceptabula quicquid habet, & pyxides cuiuscunq; materiæ sunt;

⁂ Accipenser scribe acipenser, quia primam corripit.

¶ Acipenser, seu aquipenser, genus piscis, q̃ frequens accipiatur mensis. Habet squammas ad os versas qui apud antiquos in magna æstimatione fuit. Martia. Ad palatinas acipensera mittite mensas Ambrosias ornant munera rara dapes. ⁂ Quia a facit græcanica vox est.

¶ Accipiter, ab accipiendis malo modo alijs auibus. Est enim auium rapax. Vide in falco.

¶ Accepso veteres pro acceperim dixere. Pacu. Haud si nam quicq̃ profari, priusquam accepso quod peto.

¶ Accline adiectiuum penultima producta, dicitur flexũ incuruatum iacens humile. Et proprie in descensu dicitur Hieron. Scabellum accline & ex vna parte obliquum. Dicitur & aclinus, na, num, sicut & interclinus, quo vsus est Ambrosi. in Egesippo, Ciuitas inquit prærupta vndique prope erat interclina rupibus. ð Vide in sequentia quæ canitur pro defunctis. Oro supplex & aclinis, cor contritum quasi ciuis, non acliuis vt indocti male legunt; cum sit contrarium sententiæ, quam auctor intendit asserere.

¶ Acclino, as, penultima produ. ad aliquid flecto, inclino. Hiero. ad Dama. Acclinatio nostra Vmbrosa est, & inclino pro inflecto. Declino deorsum flecto, quæ a clino cõpositã esse conuenit. Licet eorum simplex non sit in vsu.

¶ Accliuis, siue accliuus, ua, um, per u, penul. produ. quod est leniter erectum & acuminatũ & proprie de assensu dicitur quasi in cliuum acuminatum & pendulũ sursum. Cuius contrarium est decliue, siue decliuum quod est inclinatum atq; incuruum pendulũ deorsum. Hinc accliuitas. Cæsar. Ab eo flumine pari accliuitate collis nascebatur.

ð Accludo, is, penultima producta, vide in dictione cludo.

¶ Accolo, is, penultima correpta apud siue iuxta collo, & de aquis montibusq; dicitur. Liui. lib. iiij. Hi dimissis circa omnes populos legatis qui Etruscum mare, quicq; Tyberim accolunt ad frumentum mercandum. Plinius lib. iiij. Persæ rubrum mare semper accoluere.

¶ Accola penultima correpta vicinus aduentitius, q̃ aduenies terram colat, id est habitet, vt accola montis, qui prope montem habitat. Accola Padi. Accola campi, qui iuxta Padum iuxta campum habet domum. Liuius. lib. i. Pastor accola eius loci nomine Cacus ferox viribus. Verg. lib. vij. Amnisq; vadosi Accola vulturni.

¶ Accommodo. as. pe. cor. adhibeo, applico, adapto, apte colloco. Cice. lib. ij. de Ora. Aphricano illi superiori coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti. Idem. lib. i. officio. Qui se ad rẽpubli. & ad magnas res gerẽdas accommodauere. Idem. Tantũ dabit amicitiæ, vt maturam amici causam esse malit, vt orandæ litis temp⁹ quoad leges liceat accommodet. Interdum accõmodatum significat propriue properisum. Idem. Ad summum græcorum ociũ potius q̃ ad illam vim aut tumultum accommodati.

¶ Accredo, is, pe. produ. ex ad & credo videtur significare ad id quod creditur accedo quale Assentio siue assentior, ad sententiam accedo. Colume. lib. ij. Idq; etiam non spernendus auctor, rei rusticæ Sarsenna videtur accredidisse. Est & acredo nomen per simplex c.

¶ Accreduo dus. Idem quod accredo. Plau. Neq; diuini neq; nulli humani posthac quicq̃ accreduas Athemona.

⁂ Accresco vide Cresco.

ð Acredo inis. significat acerbitatẽ in fructib⁹ nõ maturis

¶ Accumbo bis. proprie adiaceo iuxta cubo. Hieronymus in Deutero. Quando sederis in domo tua, & ambulaueris, & accubueris, atque surrexeris scribes ea sup postes. Et lib. ij. Accubuit Ammon, & quasi ægrotare coepit. Et accumbere est in conuiuio esse. Cubabant enim antiqui vescentes. Cicer. Pæto. Accubueram hora nona, cũ id literarum exemplum in codicillis exaraui. Assignant quidam differentiam inter Accumbere, Discumbere, & Recumbere. Quæ quoniam apud authores minus seruetur, eam omittendam censui.

ð Accumbere mensam est simul vesci, & in eadem mensa discũbere. Cice. Vatinium criminatur q̃ attratus ad mẽsam accumbebat. Apul. Nec mensam accumbas.

¶ Accubo, bas, penultima correpta iuxta cubo. Sueto. in Cæsa. Theatrum summæ magnitudinis, Tarpeio monti accubans. Alias significat discumbo. Hinc Accubitor accubitrix, & accubito accubitas. ð Frequentatiuum, vt est illud, dignatus nostris accubitare toris.

¶ Accubitus accubit⁹, ipe accubãdi act⁹, vt in cãticis. Dũ esset rex ĩ accubitu suo, nard⁹ mea dedit odorẽ suauitatis.

¶ Accubitum lect⁹ in quo cubatur interdiu. Vnde apud Lampri. de Com. scribitur, q̃ non accubuit nisi in accubitis, quæ pilum leporinum habuissent, aut plumas perdicum subalares. Hæc accubita alio nomine dicuntur. Anaclinteria, & apud Florentinos Tuscanica.

¶ Accumulo, las, penultima correpta, augeo, amplifico, & quasi ad cumulum addo.

¶ Accuro accuras pe. pro. & p simplex r significat studiose & diligẽter curo. Plau. in Epi. Remeabo itro, vt accurẽtur aduenientes hospites. Ci. in arte veteri. Meli⁹ accurãtur q̃ sine cõsilio admistrãtur. Hic accurat⁹, ta, tũ, vbi magna apponitur cura. Gelli⁹. Cultu corpis nitido venustoq; nimisq; accurato fuisse. Hinc peraccuratus. Cice. Appio pu. Peraccurate querebaris q̃ eos tributa exigere vetarem.

¶ Accurro, ris, per duplex rr, vide in dictione curro.

¶ Accuso acusas, pe. pro. frequẽtatiuũ est ab accudo, sicut docet Prisci. Cõponitur enim ex ad & cuso, quod a cudo deducitur. Ex quo cõposita. Incuso, excuso, & recuso, q̃q̃ nõ desint qui dicãt accuso ex ad & cã, seu causor cõponi. Sed magis audiẽdus est Prisci. quia magis cõmoda sit cõpositio a cuso frequẽtatiuo verbi Cudo quod cusum supinum facit. Est autem accusare aliquẽ, quasi eũ apud iudicem percudere. Et hoc per trãslationem, quasi malleo ad incudem pertundere, vt inquam velit is qui accusat formam redigatur, vnde proprie est apud iudicem vel alibi & aliquando apud illum quem accuses ostendere aliquem peccasse. Dicimus autem Accuso te illi, apud illum, vel coram illo magni sceleris, aut de magno scelere. Id obseruatum fere comperi, vt quod peccati nomen exprimit genitiuo, quod min⁹ ablatiuo, poneretur, vt te accusaui homicidij, & alio scelere. Incusare est alteri⁹ mores reprehẽdere, & plerũq; cũ q̃rela q̃ ab illo iniuria sis affect⁹. Qui dixerit incusare de maioribus dici. Accusare de paribus vel minoribus cõuicitur ab authoribus. Cæsar in primo cõment. Oĩm ordinum adhibitis ad id cõsilium centurionibus vehemẽter eos incusauit. Diomedes. Incusante Cicerone Catilina conuictus est. Cor. Taci. Intemperiem cœli incusantes.

¶ Accusatorius vir, qui alios accusat. Accusatori⁹ liber, in quo continentur accusationes.

¶ Accusatiuus, a, um, per quod quis accusatur. Vnde accusatiuus casus dictus est, quia p hunc vel accusamus, vel laudare videmur, vnde & laudatiuus dicitur.

¶ Acelũ oppidum creditur in Tauriſci agro, vnde Acelinus Romanus ſquitia famoſus inter recentiores hiſtorias auditur, hodie Aſulum dicitur, nũc reginæ Cypri Corneliæ prætorium, ſed falluntur quoniam eſt oppidũ a Patauio ad decimũ lapidẽ verſus Ateſtẽ & Montaganam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Acedia græce ἀκηδία latine pigritia, triſticia, tædium anxietas. Inde accedio, as. quod ſignificat anxium eſſe, vn de locus ille ps. Et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus. ὅτι κἀδω τὸ ἀλγέω καὶ ἄσκέω χαλεπάίνω κάίω θλίβω λί γω ἢ τἀλοιτωά. ὄθεν ἐπικἀδιομ. λέγεται ἡ ἀκηδία, ἀμέλ ϛα ἢ πρᾶγμα ακηδία καὶ ἀκηδής. ✳Id eſt. Q m cedo ſignificās doleo & exerceo, moleſte fero vexo & reliqua, vñ Epicidi on. Dicitur & acedia, negligentia & verbum acedo & ace des: ἀκηδής neglectus inſepultus. Et propterea eſt ſyllaba longa, quoniam eſt η græco.

ϑ Acedior acediaris tædio afficio, Hiero. in eccleſia. ſubij ce humerū tuū & porta illam & ne acediaris vinculis eius ¶ Acephalus penultima correpta, latine ſine capite dici tur. Nā α ſine κεφαλή caput, vñ acephali verſus ſine capite dicūtur, quoniā a breui ſyllaba incipiant. Acephali hære tici quidam dicti ſunt, quoniam nullus inuenitur author, a quo exorti ſunt. Hi duarū in Chriſto ſubſtātiarū, ppriē tatem negant, & vnam in eius pſona prædicāt naturam.

¶ Acefinus pe. pro. fluuius Perſiæ, qui in Indum fluuium cadit magnus & nauigabilis circa quem ferunt harundi nes tantæ magnitudinis naſci, vt ſingula internodia inco lis præſtent vicem nauigij.

¶ Acer, ris, & aceris, is, fœ, gñis cuius prima ſyllaba cōrri pitur nomen eſt arboris: a quo fit acernus, a, um, quod eſt materiatum ex ea arbore. Vergi. Præcipue cū iam trabi bus cōtext⁹ acernis Staret equ⁹. Græce dicitur ὄξυμ: dicitur & ὀξύϛος acern⁹. Dicta acer ꝙ acria ī ea artificū ingenia ex erceantur. Eſt enim ampliſſima arbor & operum elegan tia ac ſubtilitate primum poſt citrum locum obtinet.

¶ Acer, a, um, vel hic acer hæc acris & hoc acre prima pro ducta: a quo acrior & acerrimus proprie ad vinum acetū, & huiuſmodi pertinet, nam ſaporis acetoſitatem ſignifi cat. Colu. lib. iij. Radice tenus vitem præſcindito plagam acri aceto pariter ac lotio pmixta terra linito eodēꝙ radi ces irrigato. ſTransfertur ad alia & modo ꝓ forti ponitur. Verg. lib. ix. Haud acrem dubites in plia poſcere Turnū. Modo pro veloci. Idem lib. iiij. At puer Aſcanius mediis in vallibus acri Gaudet equo. Idem. Callidūꝙ animis & curſibus acrem. Modo pro acuto. Cice. Acri homo inge nio. Modo ꝓ vehementi. Idem in Hor. Aut Philippo bre uius, aut Theopompo acrius. Modo pro diligente. Verg. Iam tum acer curas venientē extēdit in annū. Modo ꝓ ſe uero. Cice. lib. i. offi. Sic nos ſi acres ac diligentes eſſe volu mus animaduerſores vitiorum magna ſæpe ex paruis in telligemus. Modo pro aſpero. Idem in Læl. Nunc idem acerrimus inimicus. ¶ Ab acer fit compoſitum Peracer. De riuata ſūt acredo, acritudo, acritas, & acriter aduerbium.

¶ Aceo, es, acui, acidus ſum, acorem ſapio. Cato de re ru ſti. Vini quadragenæ vrnæ dabūtur, quod neq; aceat, ne que muceat. Hinc componitur coaceo.

¶ Aceſco, is, acidus fio. Hierony. ad Furiam. Egeſſiſti aceſ centes & morbidos cibos releuaſti æſtuantem ſtomachū. Hinc coaceſco, quod eſt totus acidus fio.

¶ Acredo, inis, amaritudo illa ſeu aſperitas quæ eſt in fru ctibus non maturis.

¶ Acerbus, a, um, quod non eſt coctum, ſed immaturum Collu. Vua primo eſt peracerba guſtatu, deinde matura ta dulceſcit. Sic acerbum vulnus, hoc eſt immaturum, vn de & robuſtorum iuuenum acerbam mortē dicimus, qui difficulter moriuntur. Vergi. lib. xi. Pallas quem non vir tutis egentem Abſtulit atra dies & funere merſit acerbo. Tractum a pomis, quæ immatura non niſi difficulter ab arboribus diuellūtur. Cice. in Cato. Quaſi poma ex arbo ribus cruda ſi ſint, vi auellūtur. Si matura & cocta decidūt ſic vitam in adoleſcentibus vis aufert ſenibus maturitas. Per translationem acerbus dicitur aſper, infeſtus. Cic. Lē tulo. Eo die acerbum habuimus Curionem.

¶ Acerbitas, ſaporis amaritudo, cruditas, aſperitas, infe ſtatio, ſeuitia. Ci. Qu. Valerio Syllani temporis acerbita tem deorum immortalium benignitate ſubterfugere.

¶ Acerbo, as, aſpero abhominabile facio. Clau. lib. ij. Nec patruo cedunt ſtimulat cōmunis in arma Virginitas, cri mēꝙ feri raptoris acerbat. Huius oppoſitum eſt exacerbo, quod eſt valde acerbo, vel aſpere turbo.

¶ Acetū, acre vinum, quia vel acutum ſit, vel quaſi aqua tum. Vinū em̄ aqua mixtū cito in hunc ſaporem vertitur. Vel dicitur ab aceo, es. Col. lib. iij. In fructuoſas vites fœ cundas facito quæ exiguum dant fructum. Acetum agri co cinere irrigato, ipſumꝙ codicem linito cinere. Hinc ace toſus, a, um, acetoſitas & acor.

¶ Acetaria a quibuſdam dicuntur herbæ, ſeu cibaria quæ ex aceto ſumūtur ad excitandum appetitum, quales ſunt herbæ virentes, quas aceto oleoꝙ guttatim inſtillato con cinamus. Alij ab accipiendo hoc nomen deriuant, vt ace taria ſint orti, hoc eſt hortenſia, q m expedita res & parata ſemper ſit, etiam ſi græci oxibaphon appellant, quaſi ab aceto tinctū, ἕλληνες γὰρ ὄξος ὀξώδη οἶνον ἢ βαφὴν λέγω. ✳id eſt græcū em̄ acetū acidū vinū & tingo. i. irrigo.

¶ Acetare veteres pro commouere & agitare poſuerunt.

¶ Acor vini aut mali punici & ſimilium odoris, ſiue in gu ſtu ſaporis, vt ita dicam acuitas ſiue aſperitas. Col. lib. iiij. Nos exiguū admodū cyrenaicū vinō diluimus, & ita ca cumina oblinimur, ea res ſemini lauit acorem malorum.

¶ Acidus, a, um, pe. cor. quod acetū factū eſt, q̄uis & aſpe rum dicatur. Col. li. vi. Malū punicū ſi acidū, aut min⁹ dul cē fructū feret hoc mō emēdabitur. Hiero. in Eccle. Nō aci de feras. i. amare ſeu aſpere. Hui⁹ diminut. eſt Acidul⁹. Cō poſitum Subacid⁹ aliquantulū acidus. Cato de re ruſt. Vi num poſito ſub dio, poſtridie magne guſtato, ſi id ſapiet qd in dolio id ſcito eſt duraturū, ſub acidum non durabit.

¶ Acetabulum vaſis gen⁹, quam heminentiam dicimus. Hiero. in lib. Exo. Parabis acetabula & Phialas.

¶ Aceræ, pe. pro. vrbs Cāpaniæ, nō longe a Neapoli quam Clanius amnis p̄terfluit. Vnde apud Verg. legitur vacuis clanius non æquus aceris. Hinc aceranus qui eſt ex Aceris, ſicut cumanus a cumis.

¶ Acer, is, pe. cor. palea milacea, a quo aceroſus, a, um, vt frumentum aceroſum, quod eſt immūdum & non ſine pa leis, a quo & panis qui ex eo fit aceroſus dicitur.

¶ Acero, as, pe. cor. ab acus pro palea ſignificat paleis infi cio, vnde aceratū lutū, quod paleis immixtū eſt ad tugu ria faciēda. Huius compoſitum Obacero, quod eſt loquen do alterius ſermonem moleſto, impedio ori obijcio.

¶ Acerra arcula turaria in q̄ thus reponi ſolet, quo dijs ſa crificatur, turribulū vulgo dicit, græcis θυμιατήριον thymia terio dicūt. Alij putāt eſſe arā quę ante mortuū poni ſole bat in qua odores incēdebāt. Cornutus ſcribit eſſe paterā, in qua libatur. Verg. Et plena ſupplex veneratur acerra.

¶ Acerſecomes pe. cor. latine dicitur tōſus comā & capil latus. Iuue. Nemo vendit acerſecomes, ab a priuatiua par ticula, & κείρω τὴν κόμην tondeo. Hoc nomine dictus eſt A pollo, ꝙ nunquam radi poſſint a fronte lucis auelli.

✳Acernus vide acer. Cc.

¶ Aceruus molis aggregatio, & cumulus, proprie minu tarum rerum congeries, vt frumenti leguminis. Plaut. in Pſeu. Quibus cunctis mōtes maximi acerui frumenti ſunt domi. Et aliquando maiorum, vt aceruus ſcutorum, & fe re ad omnia generale eſt. Strues præcipue lignorū. Strages cādauerum interfectorum vno in loco iacentium, ſiue hu manorum, ſiue mutorum. Sarcina vtenſilium.

¶ Aceruatim per aceruos. Col. Cum enim eiuſmodi pe ſtis inceſſit ſub fauis aceruatim enectæ reperiuntur.

¶ Aceruo, as, acumulo. Vergi. ad crimen retulit, pro am plifico. Vel cū ſe pauidū contra mea iurgia fingit artificis ſcelus, & formidine crimen aceruat. Hinc cōponitur Coa ceruo quod eſt in totū, vel ſimul aceruo, coniungo. Lactā. lib. v. Errores ſuos inſuper crudelibus factis coaceruauit.

✳Aceſis medicis vocatur herba luthea non tincta. Orobi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lis dicta a pictoribus,Cc

¶ Aceſtes is vel aceſte.nomen viri Siculorum regis cuius Vergil.ſepe meminit.

¶ Aceſtis is fluuius Indię nauigabilis,

* Aceum oppidum eſt Colchidis ī ripa phaſidis.C

¶ Achęmenes cum diph. pe.cor. nomen primi Perarum regis:vt ſcribit Hiero.a quo reges oēs vſq; ad Dariū deſcēderūt.Ex Achęmeniorū familia reges a perſis electos ſcribit Hiero.Fuit alius xerxis frater hoc nomine

¶ Achaia regio grecię vndiq; circumſepta mari prętereq; a ſeptētrione: cui⁹ caput eſt corinth⁹.Dicta Achaia ab achęo xuti filio:q̄ prīo danaa:vt Hiero.placet dicta fuit. vñ greci achęi atq; achiui & danai dicti ſūt.Nā achiui dñr æ diph. in i prod.conuerſa:& u digāma eolica interpoſita. deinde Aegialęa a rege Aegialio dr .Pli.Achaię nomen Prouincię ab Iſthmo incipit ante Aegialos vocabatur propter vrbes ī littore diſpoſitas greciei αἰγιαλὸν Aegialō vocāt litt⁹.Eſt ēt alia Achaia ī Peloponneſſo.Hēt ab ortu ſolis prē ęgęi maris.ab occaſu Ionii.A ſeptētrione Macedoniam.a meridie Creticū pelagus.In ea ſunt Thebę. Bęotię. & Megara: quę megaridi regioni nomen dedit. declinaturq; Achaia æ.dictio tetraſyllaba. achais .idis: & achaidæ.Sicut Perſis & ſida Thebais. ida. Ptolemais.ida. Ouidius. ah quoties dices q̄ paup achaia noſtra eſt. Hic greci dicti ſunt achæi & achiui.æ.diph.in i.pd.cōuerſa:& u.digāma æolica interpoſita.

¶ Achar nomen ciuitatis quæ nunc Nizibi appellatur.

¶ Aharis pen.cor.latine dici poteſt ſine gratia. Ingratus χαρις charis em̄ gratia dicit: & acharistia ingratitudo.

¶ Achates pe.pro. ἀπὸ τοῦ ὸ χ .i.a cura q̄ regū ſemper comes eſt Quo nōie dictus eſt Aeneæ comes:& lapis quidam p̄ciosus in Sicilia apud Achatē fluuiū primum repertus poſtea plurimis in terris.Eſt autem niger habens in medio circulos nigros & albos iunctos & variatos:ſimilis Hæmatiti. hic tempeſtates auertere:& flumina ſiſtere dicitur In hoc lapide habuit Pyrrh⁹ Epirotarum rex muſas nouē naturales:& Apollinem cum lyra.

¶ Achateon velū maximum in medio naui conſtitutum

* Achęi ponti accolę Orchomenioru colonia Cc.

¶ Acheron tis.cū diph.vt quidā volūt fæ.gene.palus infernalis dr a poetis. ab a ſine χάιρειν gaudens:q̄ ſit ſine gaudio: ſed cōſtat locum eſſe ꝑpe auernū lacū.Stra.lib.vi. Acherontē fluuium eſſe tradit Brutiorum ꝑpe Pandoſiā vrbem vbi Alexander Epirēſis a lucanis trucidatus eſt: dodonæo deceptus oraculo:q̄d iuſſerat vt caueret Acheruſiam aquā Pādoſiamq; vrbē cū in Epyro eſſet Pandoſia:& acheron amnis fugiens hęc loca in Italiā venit:eūq; vadū Acheron t Brutiorū egreſſum emin⁹ veruto Lucan⁹ miles exultās cōfodit.a quibuſdā tamen ſine diph.ſcribit. Verg.Flectere ſi nequeo ſupos acherōta mouebo.ab a & κλαίω q̄d eſt tēp⁹:nā Acheron ꝓ tpis labilitate ponitur,eo q̄ tpis lapſu omnia pereunt. Idcirco fingitur vnū ex fluminibus inferni ſed potius credo ab eo dici.f. ἀπὸ τοῦ ἄχεος τῆς λυπῆς καὶ ῥέω ποταμος τῶν ἀλγέων .i.a mæſticia & fluo fluuius dolorū q̄m vbiq; ſine diph.ſcribitur.Ab acheron fiunt adiectiua acherōtius & acherontinus.Vnde acherontini populi oppidani qui iuxta acherontem habitant

* Acheron in nōiatiuo pe.breui & gene.maſculini ī vſu eſt

¶ Acherontia ciuitas parua apulię in monte ſita

¶ Achelous ætolię rex,a quo fluuius eiuſdē nomis a Pindo monte oriēs & ętoliam a carnania diuidens in Maleacum ſinum defluit.Thoas ante appellabatur.Hinc fit acheloius a, um,quod modo poſſeſſiuum eſt modo pro aqueus ponitur Ver.li.i.geor.Poculaq; inuentis acheloia miſcuit vuis. Veteres enim aquam omnem acheloon nūcupauere q̄ primus poſt diluuiū erupiſſe terram fertur:ſiue q̄ achelous ī Grecia vbi tot ingenia floruerunt omniū fluuiorū celeberrimus fuit.Hinc Acheloides nymphæ dictæ ſunt.

¶ Admiror, penultima producta. Vide in dictione Miror Admiratio, vt inquit Aug. non de cognitis, sed de incognitis rebus nasci solet. Inde admirari pro nescire. Vnde est illud Propter admirari cœperunt philosophari.

¶ Admitto, is, recipio, assumo. Iu. Iam fas est admitte viros dormiter adulter. Interdum admittere est ĩtromittere. Mar. Añ fores stãtẽ dubitas admittere famẽ. Interdũ iuxta ponere, adiũgere. Iusti. lib. i. Ibiq; equũ equę admittit, ratus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ex voluptate veneris futurū quod euenit. Interdum accẽptare, sustinere. Sal. Nonne emori per virtutem præstat, q̃ hanc vitam miseram atq; inhonestam vbi alienę superbiæ ludibrio fueritis per dedecus admittere? Interdum peccare. Terentius in Eu. Si aliam admisero vnq̃ occidito.

ð Interdū cõsulo. Plau. in asi. Impetritū qs admittunt aues.

¶ Admissionales dicuntur ij quorum officium est admittere aulicos intra cubiculum ad principem salutãdum. Lampridius in Alexandro. Salutaretur non quasi vnus de senatoribus patente velo admissionalibus remotis.

¶ Admissarius equus dicitur, qui ad sobolem procreãdam equę adiungitur.

ð Admissura tẽpus & actio ipa, qua mariti gregũ admittũtur ad coitũ fœturę cã. Sil. Expectat equus, cuius de stẽmate longo Fœlix emeritos habet admissura parentes.

ð Admissin, aues dicti siũt ab augurib⁹, q̃ cõsulẽtẽ iburẽt.

¶ Admodũ pe. cor. aduerbiũ. i. valde. Ibi. n. adintẽsiua est, vt vir admodũ fortis. Pli. lib. xx. Huius cucurbitę cõmãducatę, succus stomacho admodũ prodest. Q̃nq; significat aliquãtum siue satis, quasi secundũ rationẽ. Liui. Iam mitigati admodũ animi raptis erãt, cum autem duæ partes sunt ponitur pro quasi tanq̃, vt scribis admodum docti viri.

ð Admolior, iris, vide in dictione Amolior.

¶ Admoneo, es, pe. cor. idem pene quod moneo siue commonefacio. Ci. pro Cel. Illud tamen te admonitum esse volo, primum qualis es, talem te esse existimes. Et dicimus admoneo te illam rem & illius rei, pro eo quod est admonitionem tibi pręsto. A gręcis traductum, qui cum ablatiuo carent genitiuo vtuntur. Sal. in Iug. Sed quoniam tanti viri tẽpus admonuit. Verg. lib. x. posuit pro percutere. Leucagus, vt pronus pẽdẽs ĩ verbera telo Admonuit bijugos.

⁎ Admordeo. vide Mordeo.

¶ Admoueo, es, pe. cor. iuxta moueo, appono. Verg. Nec dum illis labra admoui. Amoueo vero a loco moueo. Terentius in Adel. Age tunc hinc admouebo illum.

¶ Adoleo, es, pe. cor. eui, & lui, ultũ. Vnde adultus. Adolesco, is, adolescens, adolescentia, & diminu. adolescẽtulus. Est autẽ adolere, siue adolescere, crescere. Hiero. ad Eu. Nolo sinas cogitatiões crescere, nihil in te Babylonicũ, nihil cõfusiõis adolescat, dũ patruus est hostis interfice vt elidatur in semine. Alĩq̃ãdo adolere est propiciari, & supplicationibus numẽ auctius facere sacrificare, & quasi odorẽ dijs prębere. Vergili⁹. Verbenasq; adole pingues & masculа tura. Quoniam vero sacrificium igni fieri cõsueuit adolere pro vrere, siue ligna imponere capitur. Var. Cũ intestina adoleuissent partim dijs obtulerunt, partim ipsi consumpsere.

ð Politianus tamen adulescens per u, productum scribi pręcipit, non per o. Quod ille indicat versus. At leuis ille deus cum semper adulescentum.

ð Adolescbin, quod grece ἀδολεσχίν ad animi exercitationem pertinet, & sępe vitio deputatur, q̃is alĩ ad exercitationem corporis pertinere dicant. Augusti. q. lxix. Adolescẽtior vocatur ætatis lubricum, in qua qui sunt facile labũtur, quod verbum Quintilianus vsurpat.

¶ Adolescentia, ab adolescbia quæ nugario est, sicut & ab adolesco, q̃ quędam loquendi luxuries atq; impetus ea in ætate adolescat, vel cum sanguine simul perturbatiões animi effrẽnatius adolescant.

¶ Adolescentor, aris, significat luxuriare. Var. Id quidem vt faciat, censeo, quoniam tu quoq; adolescentiaris.

¶ Adolescenturio adolescentium more facio, siue in adolescentiam redeo. Labe. Incipit adolescẽturire, & nescio quid nugarum facere.

¶ Adonay, nomen dei apud Hębreos, quod generaliter interpretatur dominus, quod dominetur creaturæ cunctæ.

¶ Adonis, is, pe. pro. & idis, nomen proprium ð filij Cynaræ Cypriorũ regis & Myrrhę, quem venus ĩ delitijs habuit formositate pręcellẽtẽ. Hic apri dẽte sub inguine percussus laceratusq; prosternitur letho. Venus miserata ĩ florẽ adonium, qui sanguineo est colore eũ transformauit. Plin. lib. xxi. docet adonium florem esse alfiosum, hunc Ausoni⁹ cũ Plauto vocant Adoneum Fulgentius Adon. Adon græce suauitas dicitur. Et quia Myrrha odore suauis est, Adonẽ dicitur genuisse. Ideo autem venerem amasse dicũt, q̃ hoc genus pigmenti fit valde feruidum. Legitur apud Lucia. Adonim fluuium ex Libano monte profluentem singulis annis sanguinolentum fieri per eos dies, quibus Adonis fuit interfectus. Hieronymus in Eze. sic habet. Quem nos Adonidem interpretati sumus, & Hębreus, & Syrus sermothanium vocat. Vnde quia iuxta gẽtilem fabulam in mense Iulio amasius Veneris, & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur, eundem Iulium mẽsem eodem appellant nomine, & anniuersariam ei celebrant solennitatem, in qua plangitur quasi mortuus, & postea reuiuiscens canitur atque laudatur.

ð Vnde apud Ezechie. prophetam legitur, Ecce ibi mulieres sedebãt plãgẽtes adonidẽ. Macrobi⁹ vero accipit Adonidẽ, p sole. Est ẽt pisces. Vñ Opia. ĩ lib. de piscib⁹ ita scribit τῶν μερότων ἔπεροι μὲν ἐπικλῆσιν ἄδωνιν. Moschopulus autem, ἄδωνις παρὰ τὸ ἄδω τὸ φάλλω τοῦτο δὲ παρὰ τὸ ἀείδω. ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἔχει προσγεγραμμένον. & Theocritus. ἄδωνιν ἡ κυθήρη ὡς εἶδεν νεκρὸν ἐν ὀρέεσσιν ἔχουσα, καῖταμ ὠλγάνετ' ἦμαρ. ἄτερθεν δ' ὦμ πρὸς αὐτὴν ἔλεξε τοὺς ἔρωτας ὄρσο δ' ἐυθέως τειτανοι πᾶσαν δραμοῦσα λαμ συγχόμ τὸν ὦμ ἀπεξόμ. δ' ὅσσάνπε κἀπεδρισάς χ' ὡμὸν ῥόχωκατάφας ἔσυρεν ἀχμάλωτον ὁ δ' ἐξόπισθ' ἔλαύνων ἔτυπτε τοῖσιτόξοις. ὀθὴς δ', ἔβαινε λάθρῳ φοβέοτο γὰρ κυθήρην τῶν δ', εἶπεν ἀφρολίτα νῦ τὰ λοιπά. id est hominũ alĩ me vocant Adonin. Moschopulus autem Adonis ab ἄδω, id est canto, psallo. Vnde & iota ascriptum habet, & Theocritus Adonin cythera, id est Venus vt vidit emortuum iam tristem habentem cęsariem, pallẽtesq; genas ducere ad se suam amores iussit, qui statim volantes omnem percurrẽtes syluã tristẽ suẽ inuenerunt, laqueo aũt ligantes vnus captiuum trahebat, alter retro impellens arcu percutiebat, fera autẽ veniebat, & cytheram timebat, & reliqua.

ð Scribit Pausanias. Adonidis hortos lactucis & fœniculis frequẽtes, ac Veneri dicatos fuisse, in quibus semina deponi, haud aliter q̃ in festis solerent, eoq; rem in prouerbium abijsse contra futiles ac leuiculos.

ð Adonia, orum, festa Adonay dicata. Scribit Amia. lib. xxij. hist. Adonia fuisse festiuitatem Adoni dicatam dicẽs: Euenerat ijsdem diebus ãnuo cursu completo Adonia celebrari, ritu veteri amato Veneris, vt fabulæ fingunt apridente ferali deleto. Adoniæ cum planctu celebrantur ob planctum Veneris representandum. Ouid. Luctus monumenta manebant, apud Eze. quoq; prophetã scribit. Ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidẽ. Vbi intelligi vult fuisse idolatriam celebratam in honorem Adonidis.

⁎ Adoperio. Vide Operio.

¶ Adopto, tas. Vide in dictione Opto. Hinc adoptiuus, qui ex adoptato natus est.

ð Adoptatiuus, qui in adoptionem venit. Plaut. in Pe. Siquidem antidamarchi quęris adoptatiuum.

¶ Ador indeclinabile secundum vsum quamuis apud aliquos inueniatur declinatum. Vganius libro. ij. Illam sponte satos aboris strauisse manipulos. Declinatur etiam hoc adoreum, vnde & adorea. Est autem ador frumenti genus vel farris edor quondam appellatum ab edendo, q̃ epulis & immolationibus sacris putabatur pium, vel quod aduratur vt fiat tostum. Vnde in sacrificio mola salsa fit. Vel dicitur ab adoro per Apocopen.

ð Adoreum, idem quod ador. Var. libro primo de re rustica, In loco humido, sed far adoreum potius serunt.

ð Adoreum semen, vt Columella ait, est idem quod far. Cuius quatuor sunt discrimina, Clusiuum, Vermiculum, Candidum, Trinestre.

¶ Adorea, & adoreola cum accentu, in antepenultima,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

laus bellica, ꝙ victores a victis adorentur.

ð Vel ꝙ adorandi sint qui laudē ex bello reportāt. Pli. lib. xviij. Glo. iā deniq; ipam de farris honore adoreā appellabant. Fest. Adorea laus, quia gloriosum putabāt esse, q farris copia abundabat, aut qui farre a populo donat⁹ esset.

¶ Adorea liba e farre facta, quibus ī sacrificijs vtebantur.

¶ Adoro, as. penultima pro. ex ad & oro, significat ad plenum oro, veneror, precor, supplico.

ð Adorare etiam quandoq; significat alloqui. Apul. lib. ij. Infusa aqua populum sic adorat. Hinc fit adoratio.

ð Adoratio tria importat. s. affectus deuotionē, quæ est interior mētis ad diuina intētio, affectus attētionē, cū quis se deo offert. Et græce dicitur Theosebia. i. diuinus cultus, vel Eusebia. i. bonus cultus. Illud em̄ coli dicitur, cui studio intenditur. Et exteriorem exhibitionem, quomodo seruitus appellet. Seruire em̄ ex ea parte est, ex qua seruilis actus est. Vñ adoratio vt est motus expressus, vel actus veneratio nis ī corpe, in actu exteriori est. Hanc vero triplicē esse theologi autumāt, Latriā, duliā, hiperduliāq;. Latria cultus honorq; est ex bñficio soli deo debit⁹, qualis est ꝓductio ad esse, vel ex recognitione dñij diuini respectu omis creaturæ. Dulia est cult⁹ vel honor q creaturæ cōuenit ratiōe alicui⁹ maioris dignitatis a deo percepte, vt dignitas dñij conuenit ꝑlatis, dignitas sapiētię tuę cōuenit doctorib⁹, dignitas bonitatis cōuenit sctis, rōne q̄rī dignitatū debetur eis honor q̄ dulia noīat. Hip dulia est honor q debet creaturę propter singularē excellētiam, quā illi deus participem effecit.

¶ Adordior, ris, aborsus, alloquor, incipio. Ambro. lib. i. offi. Postea nunq̄ nisi consulto dño bellum adorsus est.

¶ Adorior, iris, vel eris, adortus, est repēte & ex insidijs aliquem inuadere. Ab eo ꝙ corpora aggredientium exurgant subito, atq; increscant. Liui. lib. i. Tumor deinde incessit ne ciuitatem sine imperio vis aliqua æterna adoriretur. Differunt tamen, vt inquit Donatus, adorior, & aggredior, qa aggredimur de longinquo, adorimur & de proximo. Dicimus autem adorior hunc nō orior ad hunc. Interdum adoriri est incipere. Lactan. lib. iiij. antequam præclarum hoc opus mundi adoriretur.

* Adormio, scribendum addormio.

¶ Adorno, as, plusquam apparo. Vide in dictione Orno,

¶ Adplenum, significat perfecte. Hicrony. Cum necdum possint adplenum verba formare.

ð Ad primus penultima producta, longe primus. Cicero in odiss. xvi. Deniq; vir summus adprimus.

ð Adpulsus & adpulsio vibratio ferrumināq;. Apul. li. vi. Et vnum blandientes adpulsum linguæ longe militū, alias significat pecorū ad aquā accessum, vt apud iurisconsultos.

* Adpirum. Ad locum vbi prius est. Ad postremum & ad vltimum notoria sunt.

¶ Adquo. i. quantum. Afra. Vt scire possis adquo te expediat loqui, id est quousq;.

¶ Adramis & adramin penulti. cor. nomē virī proprium.

¶ Adrastia eum accentu in pe. regio non longe a troade, quæ est in mysia ab Adrasto rege dicta, qui primus nemesi. i. fortunę tēplum ædificauit, adrastiāq; vocauit. Ibi etiam eodē nomine ciuitas fuit, qua diruta lapides trāsuecti sunt. Et ibi ara ædificata Hermocreontis opus magnitudine & pulchritudine memorabile, est etiam quædam dea, ἣ περὶ ῥᾳ̃ τὴν μνήμην καὶ νοῦν μάνθῳσι τοὺς περὶ δὲ ταύτης ὁ μουσαῖος, καὶ ἀφισοτέλης περὶ τοῦ ὀυρανοῦ ἀδράστειαν δ' ἐ ὄνασιν δ' ἀδρασον αἰτίαν ὔσαν κατὰ φύσιν αἶσαν δ' ἐ ἀεὶ οὖσαν. id est aufert memoriam & sensum hominibus, de qua Musæus, & Arist. de cœ. Adrastiam ineuitabilem causam existentem secundum naturam parcam autem semp existētē.

ð Adrastus nomē regis Argiuorum, qui fuit fili⁹ Thalaonis & Eurimones, habuit duas filias, Deiphilen & argiam, & Deiphile qdē Tideo nuptui tradita est, Argia Pollinici.

¶ Adramelech Idolum Assyriorum, quod etiam Samaritani coluerunt.

¶ Adrepo adrepis, penultima producta, ad aliquid repo. Plini⁹ libro. xxxv. Ad matris morientis ex vulnere mammam adrepens infans.

* Adria & Adrianus, vide in Ha. Hadrianis gallinis laus est maxima, quæ vt Aristoteles refert, paruo quidem sunt corpore, ferociunt tamen & pullos sæpe interimunt, color his varius. Cc.

¶ Adruo, ruis, ex ad & ruo seruat d, in compositione, præter regulam aliorum propter Euphoniam, & signat arādo subruo. Columella lib. ij. Dissectam deinde protinus simū inarari & adrui conuenit, id est subrui & subigi.

¶ Adscire, significat adiungere. Columel. in præfa. Cum & hanc adsciuimus quasi agriculturæ partem cum separata sit ab agricolatione pastoralis scientia. Solet tamen scribi sine d, & per duplex ss. De quo inconsciscо.

¶ Adrumo adrumas, penultima producta, rumorem facio, siue commurmuro.

¶ Adsum, es, affui, significat præsens, vel prope sum.

ð Nam adesse etiam dicitur, quod paulopost futurum est, aut quod aduentat, vnde dicimus adest Scipio cum iam venit. Sed presens est id quod iam venit. Et hoc naturaliter ficq; cum datiuo vel ablatiuo mediante in, construitur. Cicero in Phil. Omnibus his pugnis Dolobella affuit. Et in Pauli pugna non affuit. Cicero. Inter hominem & beluam hoc maxime interest, ꝙ hæc tantum quantum sensu mouetur ad id solum quod adest quodq; præsens est se accommodat, id est prope. Quandoq; adesse est fauere in iudicio, vel præsidio esse. Liuius de secundo bello punico. Sed pueri fœminæq; supra animi corporisque vires adsunt pugnantibus, tela ministrant. Ambrosius. Cur non affuisti viduæ orphanis quoque iniuriam patientibus. Donatus. Adesse causæ proprie dicuntur aduocati, & amici. Quandoq; sumitur pro accedere. Vergili⁹. Huc ades o galathea. Sed duo significata magis per reflexum dicuntur. Sciendum ꝙ in Adsum seruatur d, triplici ratione, scilicet differentiæ causa de assus, sa, sum, Euphoniæ causa, ꝙ plenius sonet adsum, q̄ assum. Postremo ꝙ ipsa verbi declinatio d, repetit tanq̄ in suum naturale principium reuertens. Veteres tamen assum dicebant. Vnde assas dicebant nutrices ꝙ adsint his quos nutriunt, nec ab eis vel exiguo tempore diuellantur. Plau. Nil philon assum apud te eccum.

¶ Ad summam, & in summa significat deniq;, siue ad postremum & breuiter. Iuue. Ad summam non maurus erat nec sarmata, nec thrax. Cic. in offi. Ad summam nō agam de singulis. Quin. In summa nō recedo, fas est mihi iuitis etiam parentibus pie facere. Idem in hunc sensum accipit semel, vt ibi. Vt semel omnia complectar. Sic & breuiter vsurpat, vt in geminis languentibus. Breuiter tamen crudelitas explicanda sæuitia est.

¶ Ad summū refertur ad numerum. Cice. pro Mil. Vnus aut ad summum duo inuenti sunt, aut Milonis causam nō probarent, id est non plures q̄ vnus, aut duo ex pluribus.

ð Ad tempus significat per aliquod spacium temporis. Cicero lib. i. offi. Vtrum perturbatione ad quæ plærumque breuis est, & ad tempus an consulto fiat iniuria. Et apud Sueto. legitur Cęsarē extraxisse porticus ad tempus. Hoc idem significat tēporarium. Reliqua vide in dictione ad.

ð Adualla, mons ex quo in Septētrionem Rhemis excurrit, & diuersa ex parte addua in lacum Larium iuxta Comum intrans.

¶ Adubanus & adubanum penultima producta, fluuius qui & Ister, & Danubius dicitur.

* Adueho, vide veho, & inde aduecto & aduectio.

* Aduelitatio, vide velitor, & ibi velitatio.

¶ Aduenio aduenis, penultima correpta, idem quod venio, seu ad aliquid venio, vel ad aliquem locum venio. Ceci. Ædepol senectus si nihil aliud apportes tecum quum aduenis, Et quandoq; venire incipio, quod & de inanimatis dicitur. Plautus. Aduenienti morbo succurre.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Aduento, tas, approximo. Gel. Sed postea cum Brundusium aduentaremus, mollitiq; essent venti maris, perconta tus eum ego sum, quenam ratio illa pauoris sui esset. Cicero. Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare. Hoc est veniendo proximum esse.

¶ Aduentito, tas, penultima correpta, frequēter aduenio.

ō Aduentores, qui prope peculiariter frequentant officinā quampiam ac tabernam, quos materna lingua dicim⁹ auētori. Plau. in Tru. Si equum facias aduentores meos nō incuses. Dicti aduentores ab adueniendo.

¶ Aduena pe. cor. qui non est ciuis aut inquilin⁹, sed externus, & pprie qui ex vno longinquo loco ī aliquod oppidū veniunt aduenę dicuntur. Cōuenę qui ex pluribus locis.

¶ Aduētitius, q nō est loci illius quem habitat, & qui casu in aliquem locum venit non morādi gratia, neq; consulto.

¶ Aduētitiuus morb⁹, q forte & nulla nostra culpa venit.

¶ Aduētitia bona q̄ nō ex recta successiōe, puta a patris, aut aui, sed ex legatis, aut aliter casu aliquo nobis aduenīūt, in quibus veniēs habet vsufructū, & liberā administrationē.

¶ Aduerbium quasi iuxta verbum dicitur, quia in oratiōe prope verbū ponitur. Nec em̄ potest verbi vi significātius sonare nisi iungatur aduerbium, vt puta dico nauigo. Hæc non plenę significationis sunt, nisi adiũciantur aduerbia, vt bene, male, docte, fœliciter, facit nauigat. Sed alia aduerbia iungūtur ad explēdā verbi significationē, vt sunt locoꝝ aduerbia, vt hic habito, eo intro. Est aūt aduerbiū pars oratiōnis, quæ adiecta verbo significationē eius explanat, atq; implet. Fiūt aūt aduerbia quādoq; a nomine, vt a bon⁹ bene, a verbo, vt a sentio sensim, tracto tractim, a nomine & verbo, vt pedetentim, a pede & tēto. A participio, vt a status statim: a ppoīe, vt hic, illic, ab hic & ille. A ppositiōe, vt ab ex extra, & a sub subter. Ab aduerbijs etiā, vt a ppe ppi⁹.

¶ Aduerto, tis, ad aliquem locum verto. Teren. in Eunu. Illa sese interea cōmodū huc aduerterat in hanc nostrā plateam. Aduerto oculos animum ve, aliquo conuerto oculos vel animum.

¶ Aduersor, cum datiuo significat contrarius sum, auersor vero detestor, abominor, iungitur cum accusatiuo. Quod fit quoties ab aliqua re, quam odio habemus vultum auertimus, vt illud repellere videamur, Ouid. in Fast. Officioque leuem non auersatus honorem. Columel. Nam nec rubos auersatur capra. Et in sacris literis. Gentes quas dominus auersatur. Fit autem ab auertor, de quo infra.

¶ Aduersarius ab aduersor pro repugno. Nam aduersarij dicuntur sibi inuicem repugnantes.

¶ Aduersus, sa, sum, cōtrarius. Vide in dictione aduersus.

¶ Aduersus vel aduersum præpositio significat contra, & inimicitias, dissidia, contrarietatemque ostendit sicut contra, vt aduersus, vel contra hostes bellum geritur. Aliquādo pro erga ponitur, vt apud Teren. in And. Et id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam.

ō Aduersatores sunt serui qui eunt aduersus dñis cœnātes foris, ab aduersum eundi, apud Plaut. in Mus. Inducitur aduersator, cuius peculiare ministerium est ire ad horum foris cœnitantem, & eum domū reducere ac comitari. Teren. in Adel. Neq; seruulorum quisquam aduersum ierat, vbi ait Do. proprie locutum Terentium esse dicendo aduersum, nam inde aduersatores dicuntur.

* Aduesperascit, vespertinū tēp⁹ appetit seu aduētat. Cc.

¶ Adulor penultima producta, vt quidam putāt ex ad & aula, quia hi aulici obseruant aut in u productam conuersa. Ouid. Agmen adulantum media procedit ab aula. Nonius. Adulatio est proprie canum blandimētum, quod ad homines consuetudine translatum est.

ō Vnde specie sic diffinit. Adulatio est conuersatio ad voluptatem absq; ratione mali habitus, ad oblectationē consuetudinis tendens, mediocritatemq; transgrediens. Et est adulari inseruire & captare vt fauorē emereamur vel voce vel gestu tractum ἀπὸ τοῦ ἅλου dulu quod est seruus. Est enim adulari seruile, non liberale & ingeniū. Apud Cic. lib. ij. Tuscula. Adulat pro adulatur sanguinem positū, hoc est lābit, ebibit. Lucre. Longe alio pacto gānitu vocis adulant. Miror autem valde cum a græco veniat, qm̄ ἅλοσ dicitur seru⁹, inde dulor, aris, & cū ad dicit adulor, aris, duplo dd, quo pacto primam corripuerint aliqui verificatores.

¶ Adulter adultera componi videntur ex ad & alter, seu altera, q̄ ille ad alteram, & hæc ād alterum se conferat. Hinc adulterium quod proprie cum nupta committitur.

ō Quamuis ad alia transferatur.

¶ Adultero, as, penultima correpta, & adulteror, aris, vitio vel maculo, quod etiam ad alia transfertur. Pli. Iuuat ipsa adulterare adulteria naturæ, sicut testudines tingere, argentum auro confundere, vt electra fiant. Cice. per translationem in Lęlio. Simulatio vitiosa.

ō Aposto. Adulterantes verbum dei. Adulteratur verbū dei, aut aliter de illo sentiendo, q̄ est sentiendum, aut ex eo non spirituales fructus, sed adulterinos fœtus q̄rendo laudes humanæ, auctor Grego. in mora.

¶ Adulterinus, na, num, pe. pro. Vnde adulterina signa dicuntur, quæ sunt alienis annulis facta, sic adulterinæ literæ.

* Adulterinæ claues, & similia dicuntur dum ficta aut nō vera pro veris substituuntur. Cc.

¶ Adultus qui creuit. Vnde iuuenes dicuntur adulti, qui in flore ætatis & incremento sunt positi.

¶ Aduiuo pe. pro. quasi adhuc viuo. Hier. ad Pāma. Ipse si aduiueret Origenes iraſceretur nobis fautoribus.

¶ Adumbro, bras, exprimo, repræsento siue imitor, vti pictores qui imagines planas adumbrant, vt solidæ videantur. Aliquando vmbram adhibeo, siue vmbram tegendo facio. Columel. lib. xij. Adumbrantur vel stramentis, vel alijs tegumentis vuæ, ne ventis, aut caloribus exarescant. Ponitur etiam interdum adumbrare pro honorare.

¶ Aduncus. Vide in dictione Vncus. Vnde aduncō adūcas, quod est curuo.

¶ Ad vnguem significat ad perfectionem. Trāslatio sumpta a marmorarijs, qui iuncturas marmorum tunc absolutas existimant, cum vnguis superductus nihil offendit, vel cum iuncturæ ita exactæ sunt, vt vnguem non admittant. Per. Seueros excludēt vngues, siue ab his qui magna diligentia & consyderatione aliquid faciunt, & in ipsa cogitanda vngues mordent. Per. Nec demorsos sapit vngues. Hora. lib. i. Ser. Fronteius ad vnguem, Factus homo.

¶ Aduno, nas. pe. pro. Cōgrego, Hie. Q̄n vos ad refectionem debita aduna uerit hora ī cibis vestris minime perfulgeat cocorū industria. Hinc adunati dñr simul congregati.

¶ Ad vnum aduerbialiter sumptum significat omes nullo excepto, vt non est qui faciat bonum non est vsque ad vnum. Curtius. Omnes ad vnum petite.

¶ Aduoco, cas, pe. cor. ad me voco. Teren. in Phor. Ibo ad forum, atq; aliquot mihi aduocabo amicos ad hāc rē. Huic cōtrarium est auoco. Et aduocare est in subsidium vocare, seu aduocatum habere. Augu. lib. ij. ciui. dei. Vt eā honoribus talibus aduocarent cultores sui. i. aduocatam haberēt.

¶ Aduocati dicuntur, qui alteri adsunt in causa. Plaut. in caſ. Stultus contriui diem dum adsto aduocatus cuidam cognato meo, quē Hercule litē adeo perdidisse gaudeo ne me ne quicq̄ sibi hodie aduocauerit. Inter aduocatum & patronum hoc interesse, Valla existimat, q̄ aduocatus sit nomē generalius q̄ patronus, vt non tantum significet eum qui alterius causam agit. Siquidem quicunq; adest alteri in causa officij gratia aduocatus appelletur, etiā si nihil dicat, neq; agat, sed qui tantum paratus sit defendere. Patronus, proprie qui agit causam, sed accusati, non accusantis.

¶ Aduolo, las, pe. cor. iuxta vel ad aliquē locum volare, & cōstruitur cū actō præpositis ad vel in, & aliqñ datiuo. Pli. At in agrū volaternū palūbiū vis e mari quotannis aduolat. Idē li. x. Platea nominatur aduolans ad eas, quæ se in mari mergunt. Idem Caprarumq; vberibus aduolant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Aduoluo vide Voluo.
* Aduorſor pro aduerſor, & Aduorſem pro aduerſarium vereres dixeruut. C.c Aduro vide Vro.
¶ Ad votū aliquid habere, & ex ſententia licet hoc videatur rationis, illud cuiuſdā affectus, in eadē tñ veniūt ſignificationem. Quin. Habes ne vxorem ex animi tui ſententia. Et alibi. Advotum omne fluentem fortuna laſciuit ocium.
¶ Aduſq; i. vſq; ad. Apul. Iam aduſq; amnem pueniam⁹.

A ante E

AEacus pe. cor. Iouis ex Europa, ſiue ex Aegina fili⁹, vt in iliade inquit Home. Hic apud cœnopiā. (Sic qdē legit niſi apud Strabo. eſt mēdū cœnonam legēdū eſt) regnaſſe dicitur, quā ex nouē numeris Aeginā nominantis, quē tā tæ iuſticię fuiſſe dicunt, vt apud inferos animarum creditſ fuerit a Plutone delect⁹ iudex, cū Minoe & Rhadamātho⁹ & peccantium pctā diſcutere, & pro meritis pœnas inferre.,
* Aeantion oppidum in Sigęo ab Aiace illic ſepulto, qui Græcis Aeas dicitur. Cc.
¶ Aeas æantis, fluuius Epiri ex Macedonia prius defluens, & in mare Ionium cadens. dicente Luc. lib. v. Purus in occaſum paruí, ſed gurgitis Aeas Ionio fluit inde mari.
¶ Aedes tā in ſingulari q̄ in plurali ꝓ templo, ſed fere ſemper cum adiectione, vt ædes ſacra, vel ædes ſacræ, ædes Iouis, ædes deorum, ædes pacis & huiuſmodi. Cice. Ex eo die quo in ædē telluris cōuocati ſumus. Val. Max. lib. i. Ea pōtificum admonitione effectū eſt, vt Marcellus ſeparatis ædibus honoris ac virtutis ſimulacra ſtatueret. Si vero abſolute dixerimus ædes, domū tātū deſignamus, vt meas ædes nō prędicabam. Eapropter apud iurecōſultos ꝓ omni ſpecie ædificij dici inuenitur, vñ & pro ſepulcro Ouid. poſuit. Eſt mihi marmorea ſacrat⁹ in æde Sichæus. Pro cubiculo Cur. Excubabant principum liberi ſeruatis noctium vicib⁹ proximi foribus ædis in qua rex acquiſcebat. Idem pro cœnaculo poſuit, cum ait. Stabat ad fores ædis eius, in qua rex veſcebatur. Fitq; ędes vt ſcribit Seruius ab edo, q̄ in ea ſacrificantes edere cōſueuerint. Nam quędam ſunt nomina, quæ initio diphthongantur, q̄uis a verbo non diphthongato deriuentur, vt ædes æſculus. Varro ab aditu fieri putat, q̄. ſ. plano pede adibant, vnde etiam primā diphthongum vocalem accipit. Feſtus. Aedes q̄ ędito poni ſoleret. Alij ędem dici exiſtimant q̄ in ea æuum degatur.
¶ Aedicula dicitur vbi deum ſimulacra ſeruantur. Pli. lib. xxxvi. de venere gnidia. Aedicula eius tota aperitur vt cōſpici poſſit vndiq; effigies deę. Aug. lib. ij. de ciuita. dei. Nulla ædicula ſacra dignum putauerunt.
¶ Aedificium, ædis conſtructio. & ponitur pro omni ſtructura. Nam ædificij appellatione non ſolum ſuperficiem ſignari, ſed ſolum quoque ipſum cui ædificium ſuperpoſitum eſt. Vlpianus putat.
¶ Aedifico, as, proprie ædem facio. q̄uis ad omne conſtructionis genus etiam ad naues pertineat. Cicero. Qui cum maximas ędificaſſet inſtruxiſſetq; claſſes. Vñ videtur magis ſumi pro conſtruo, præſertim cum ei domus additur, quia aliter fruſtra domū iungeremus. Idē. Qui cum ædificaſſet in palatio plenā dignitatis domū. Huius compoſita ſunt coędifico ſimul ædifico, exædifico manifeſte ſeu perfecte ædifico. Plin. de apibus. Domos primum plębeis ædificant, deinde regibus. Inędifico, intus ædifico. Liui. lib. i. Et vt libera cæteris religionibus ara eſſet tota Iouis templiq; eius quod inædificaretur exaugurare fana ſacellaq; ſtatuit. Proædifico. vnde proædificatū quod veteres dicebant qđ ex priuato loco proceſſerat in publicum ſolum. Reædifico rurſus ædifico. Superædifico. Hiero. Siquis autem ſuperędificat ſuper fundamentum hoc aurum argentum. &c.
¶ Aedepol. pe. cor. aduerbium iurandi, quod eſt quaſi per ædem pollucis. Item pol & perpol, quæ idem ſignificant.
* Perpol q̄ pauci, per tmeſin dictum puto.
¶ Aediles penulti. produ. dicti ſunt ab eo q̄ ædes ſacras & priuatas procurarent. Vel ab aditu, q̄ facilis ad eos aditus eſſet. Primo ex plębe duo creati ſunt ædiles. deīde procedēte tempore duo ex patricijs adiūcti ſunt, qui a ſolio eburno qđ eis datū eſt, Curules dicti ſunt. Officiū ędilium erat ludos publicos exhibere, & ſacras priuataſq; ædes procurare, totam vrbem tueri, vt cloacæ & aquędu&us & quæcq; publica ædificia munda & integra eſſent, loca in theatro aſſignare. Si quiſpiam ſeruum aut iumentum morboſum vitioſumve pro integro ſanoq; vendidiſſe edicto ędilīū emptori ſuccurrebatur. Idq; edictum ædilitium dicebatur, ſiue editiones ędilitię. Erant & alij ędiles, qui frumento prędrāt, & a Cæſare creati, & a Cerere cereales nominati ſunt, vt ſcribit Põpo. His cura rerum vēdendarum nequa fraus fieret & menſurarum commiſſa erat. Scribit Diony. Haly. lib. vi. antiqui. ad officium ędilium pertinuiſſe, vt curam haberent annonę forenſis copięq; cibariorum editiones ędi, hi apud græcos agoranomi vocantur a foro rerum venaliū, cui regulam prędſcribunt.
¶ Aedilitas ipſa dignitas. Sueton. in Cæſa. Siquidem ante paucos dies, q̄ ędilitatem iniret.
¶ Aedilitium idem quod ædilitas & magiſtratus. Cic. lib. offic. Pub. Craſ. tum cognomine diues, tum copijs functus eſt ędilitio maximo munere. idem ſignificat ædilitatus. us.
ð Hoc tamen loco melius eſt ędilitio adiectiue dictum accipere, vt quum ædilitium ędictum dicimus. Itaq; retracta mus, quod in priori ædītione ſcriptum fuerat, & ędilitium munus intelligimus q̄ ędilis fuiſſet.
ð Aedilatus, us, idem quod ędilitas.
¶ Aedilitius, tia, tium, nomen poſſeſ. vt comitia ędilitia in quibus creabantur ædiles.
¶ Aedilitius tij. qui ędilitate functus eſt.
¶ Aedituus ędis tutor, id eſt curam gerens, ab ædibus ſacris quas tuetur.
¶ Aedituor ædem tueor. Vnde ædituentes pro ædes ſacras tuentes.
* Veteres Aedimitor dixere. C.
¶ Aeditimus pen. cor. Gellio authore ea forma dicitur ſicut finitimus legitimus pro eo qui ędibus prędeſt quaſi ędis intimus. Aug. lib. v. con. Siuiſti eū cōprendi ab ęditimis fori tanq̄ furē. Cic. in Ver. Aeditimi cuſtode ſcq; mature ſentiunt diuerſitatem in quodam tugurio extra vrbē. Sed ꝓ eo nunc vtimur ędituus. Vt Var. lib. i. de re ruſt. Et ſemē tinis ferijs in ędem telluris venerat rogatus ab ędītimo, vt dicere didicimus a patribus noſtris, vt corrigimur a recentibus vrbanis ab æditur. Lucre. pro ędituis vtitur ędituentes. Hoſpitibus loca quæ complerant ædituentes. Hos grę ci νεοκόρους neocoros vocant.
¶ Aedo, dis, didi, ditū, ab e quod eſt extra, quaſi extra do. Vnde ędere ſignificat emittere, promere, in lucē dare, manifeſtare. Sic dicimus aliquem ædidiſſe librum. Vnde ędītio publicatio. Et quoniā quę generātur ī lucem promūtur, factum eſt vt ædere ſit generare. Ho. lib. i. carmi. Mœcenas atauis ędite regibus, & ędere, exhibere, quod eſt ſpectaculis cōmodatum. Suetonius in Cęſa. Aedidit ſpectaculi varij generis munus gladiatorum. Vnde æditores ludorum exhibitores dicti.
ð Sunt tamen qui ſine diphthongo ſcribant, cum antiquitus inueniatur per æ diphth. ſcriptum.
¶ Aedon græce ἀηδών. Luſcinia. Vergi. Quodq; leues calami, quæ ſuauis cantat ædon.
¶ Aeditus, a, um, pe. cor. altus & fortis dicitur. Hora. in ſer. Viribus æditior cedebat vt in grege taurus, & ædita loca dicuntur alta ac ſeſe ædentia, i. oſtendentia. Scribiturq; cū diphthongo vt differat ab edo pro comedo.
ð Sic & Cornuco. Non videtur tamen efficax ratio, cum in coniugando multum differat edo compoſitum, & edo ſimplex. Nec poteſt editum ab edo es, deductum videri.
¶ Aeditiu⁹ iudex quēvna pars elegerit. Ci. pro Plau. Neq; enim quicq̄ aliud in hac lege niſi æditītios iudices ſeruatis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Ægeus Theſei pater, Athenarum rex, a quo ægeum mare, vt quidam putant.

¶Ægeũ mare, vt quidã dici volũt ꝙ Ægeus Theſei pater ð ex Athenarum arce illuc ſe deiecerit. Alij ꝙ Ægeæ Amazonum regina, in eo perierit. Strabo. ab ægis oppido in Euboea Plin. ab ἀῖγα, capra deriuat, qui lib. iiij. ſic ſcribit. Plurimis inſulis conſperſum, cui nomen dedit ſcopulus inter Tenedũ & Chiũ veri⁹ q̃ inſula aiz nomine a ſpecie capræ quæ a græcis ita appellatur, repente e mari exiliens. Solin⁹. Inter Tenedũ & Chium eſt Claros inſula qua Ægeus ſinus panditur, ab dextra Antandrũ ſaxum eſt. Hoc enim veri⁹ q̃ inſula cognominari meruit. Id quoniam viſentibus procul capræ ſimile creditur, quam græci Æga nuncupant. Ægeus inquit ab eo ſinus eſt appellatus. Varro, Ægeum inquit dictum ab inſula ꝙ in eo mari ſcopuli in pelago vocãtur a ſimilitudine caprarum æges. Pacu. Æges ferme ãderant æquore in alto ratibus repentibus.

¶Ægæ pluralis nũeri, vel æges es, vrbs Ciliciæ. Quo etiã nomine dicta eſt inſula in mari ægeo.

¶Ægea nomen duarum vrbium, vt ſcribit Ptole. quarum vna eſt in Emathia, alia in Mauritania, auctor Ptole.

ð Sunt & Ægeæ Euboicæ, a quibus Ægeum mare ſecundũ Stra. dicitur. Sunt & Achaicæ Ægeæ penes quas Cratinæ amnis labitur.

¶Ægeon nomen gigantis, qui cœli terræq; filius Briareus dictus fuit. Eſt etiam Neptuni antiquum cognomen.

ð Ægium oppidũ Peloponneſi, quo ĩ loco louem a capra nutritum ferunt. Vñ a loco nomen. Ægа enim capram dicũt.

¶Ægeialeus, Medeæ frater.

¶Ægeiale, es, ſiue ægialea, æ, nomẽ proprium vxoris Diomedis.

¶Ægialus latine dici poteſt littus. Quo nomine dicta eſt Achaia propter vrbes per ordinem poſitas.

¶Ægeria nympha fuit, quæ colebatur in aricino lacu, cum qua Numa Pompilius & connubium & colloquium ſe habere ſimulauit ſuper cultum religionum, quo armorum & prædę ſtudio flagrantem po. Ro. abſtraheret. Vnde Ouid. Ægeria eſt quæ præbet aquas dea grata camœnis. Illa Numæ coniunx, conſiliumq; fuit.

¶Ægis, idis, munimentum pectoris æneũ cum gorgonis capite. Quod ſi in pectore numinis, ægis. Si in corpore hominis, Lorica dicitur. Et a capra nomẽ deductũ eſt, quia de corio eius fiebat. Et ideo Minerua habere gorgonna in pectore dicitur, quia prudentia ſua quaſi alios ſaxos reddit.

¶Ægiochus dictus eſt Iuppiter, ꝙ corio capellę Amaltheę vſus fuerit pro ſcuto quando cõtra Titanas dimicauit, vt inquit Lactantius libro primo.

¶Ægides penultima producta, patronimycũ eſt ab Ægeo Theſei patre. Ouid. Perfidus Ægides ducentia fila ſecutus.

¶Ægylos, eſt abſceſſus inter nares & angulum maiorem oculorũ, per quem pituita aſſidue diſtillat, & ſi negligatur ad oſſa vſq; deficit in fiſtulã. Differt ab Ægylope, id quod Chriten, hoc eſt Ordeum vulgo ordeolũ appellant, & Galenus Poſthiam. Chrite abſceſſus eſt puſillus oblonguſque ſub ipſum palpebræ torulum, hoc eſt vt ait Celſus ſup pilorum locũ. Officit luminibus. Et quod vocatur ancylops ſiue ancyloblepharos quo palpebrę coaleſcũt inter ſe, apeririq; non poteſt oculus. Cui non admodũ abſimilis eſt morbus, qui encanthis vocatur, in ipſo angulo tuberculũ quod palpebras parum diduci patitur. Sed & ſi membrorũ articuli ſic hęrent velut cõprenſi, Ancyla, & Acyloſis vocatur.

ð Eſt & ægylops apud græcos genus auenæ.

¶Ægina penultima producta, fuit Aſopi Bœotiæ regis filia, a qua vrbs Peloponneſo adiacens contra atticam Ægina vocatur. Et a qua Æacus eiuſq; poſteri genus duxiſſe feruntur. De hac Ouidius libro ſexto Meramorphoſeos.

ð Enobiam veteres appellauere, ſed ipe & æs æginaticum. Sunt qui dicunt, Æacus Æginam genitricis nomine dixit. Hinc Æginenſes dicti ſunt.

ð Æginã inſulã pyreo portui propinquã. Diſtat enim ab eo xij. milibus paſ. a qua Æginitæ dicti ſunt eius incolæ. Æginеticus a, um, poſſeſſiuũ ab Ægina, vt Ægineticum ęs, quod olim fuit ĩ p̃cio, ex quo eãdẽ laborũ ſupficiẽ elaborabãt.

*Æginuros, id eſt Capraria inſula, vltra Corſicam inſidioſa naufragijs. Cc.

¶Ægiſth⁹ Thyeſtis fili⁹, q̃ a capris nutrit⁹ fuiſſe phibetur.

¶Ægle nympha Solis ex Neera filia, latine ſplendor dicit̃.

¶Ægloga penultima cor. caprarum ſeu rerum paſtoraliũ ſermo dicitur. Ægon enim caprarum, logos ſermo dicitur. At ecloga ſine diphthon. electio vel explanatio elegantia dicitur, vt inquit Plinius libro. iiij. epiſtolarum, & Euſeb. libro. iiij. eccleſia. hiſtoriæ, contra Tortellium.

¶Ægocephalus penultima correpta, vt Ariſto. libro. ij. de animalibus inquit, auis eſt quæ lyene omnino caret.

¶Ægon nomen paſtoris, & caprile ſignificat. Quo etiam nomine promontorium Lemni dictum eſt.

*Ægoneñ. porta Romæ, quæ & Quirinalis, eo ꝙ mons ipſe quirinalis prius ægonis cognominatus eſt. Cc.

¶Ægonomus penultima correpta, caprarum ductor, qui & ępolus dicitur. ὅτι ἀὶξ ἀιγὸς ὴ νέμω τὸ βόσκω ὅθεν ὁ νέμων τοῦ νέμω. i. ꝙ αἰξ ἀιγὸς. i. capra & νέμω. i. paſco, vnde νέμων. i. nemus, immo locus aptus capris depaſcendis. id oſtendit propria deriuatio.

¶Ægolethron, hærba in ponto alba dicta a capris interimendis, ἄιγα, græci capram nominant ὀλέθριον pernitioſum exitiale.

¶Ægoceros, otis, vel ægoceron pe. cor. animal alio nomine capricornus dicitur. Hierony. contra Ioui. Magna iniuria nuptiarum, vt inter ſcorpios quidem, & centauros, & cancros & piſces & ægocerotas. i. capricornos vxorem maritũq; cõſtituerint. λέγεται ὅτι τὸ κέρας ὴ αἰξ id eſt dicitur quoniam κέρας cornu eſt & αἰξ capra. Lu. Ægoceron cancrumq; tenet.

¶Ægos Thraciæ fluuius, ad cuius oſtia claſſis Athenienſium a Lyſandro capta fuit. Plin. lib. ij. Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen, cuius loci accolæ Ægopotamitę nominantur.

ð Ægyla inſula, quam Plinius ſcribit diſtare a Cythera. xv. mil. paſ.

¶Ægipanes ſunt nudi leues caprinos pedes habentes Veteres huiuſmodi monſtra pro ſemideis, ſiue pro ſylueſtrib⁹ dijs coluerunt, quemadmodum Faunos Syluanoſq;, Faunos ac Satyros nemorũ deos eſſe dicentes Panas agrorum, Syluanos ſyluarij. Vide in dictione Satyri. Ouid. Sũt mihi ſemideí, ſũt ruſtica numina nymphæ. Et Fauni, Satyriq; & mõticolę Syluani. Pomp. mella ſcribit vltra athlantẽ Mauritanię montẽ noctu pſępe viſa lumina & crepitus cymbalorum ac fiſtularum cãtus auditos, nec die repertum quẽq;. Idcirco pro conſtanti habitum hos Faunos eſſe ac Satyros.

ð Ægos Thracię fluuius, ad cuius hoſtia claſſis Athenieñ. a Lyſãdro capta fuit. Pli. ij. Idq; factũ iterdiu in Thracię parte Ægos flumen, cui⁹ loci accolę Ægopotamitę vocantur.

ð Ægy nomen proprium apud Plautũ, dictus ab Ægyzo, quod ſignificat quatio, ꝙ multis eſſet concuſſus ęrumnis

ægypios & gypas greci vocant, quos latini vultures.

¶Æger, a, um, ab ago, is, p cõtrariũ, ꝙ actione vacet, ſiue ꝙ qui morbo corrept⁹ eſt, grauius agitetur. Et dicimus hic eſt ęger pedibus, & hic eſt pedibus ęgris. Val. Ma. in. v. dixit. Pulſu venarum comperit cuius morbi æger eſſet. Gel. cũ nominatiuo iiixit dicẽs. Frontonẽ pedes grauiter ęgrũ.

¶Ægreo, es, æger ſum, a quo Ægreſco, quod magis eſt in vſu, ęger fio. Plinius libro. x. Corui ante ſolſticium generant. Item ægreſcunt ſexagenis diebus ſiti maxime anteq; ſici coquantur autumuo.

¶Ægre aduerbiũ, ſignificat moleſte, dolenter, iniquo animo. Terẽ. in Hecy. Sed reprimã me ne ęgre quicq̃ ex me audiat. Itẽ ęgre male difficulter. Verg. li. iij. Geor. Ergo ęgre raſtris terras rimanť. Col. li. i. Seruos quoq; qui ſecuturi pa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

trẽſa.ſunt,nõ ægre pedibus ingredi.i.inuite vel difficulter.
¶Ægroto,as,pe.pro. infirmus ſum, a quo ægrotatio, quæ ſic ab ægritudine diſtinguitur, vt docet Hiero.ſuper Ioel, ꝙ ægritudinem animi dicimus,alioqui corporis non ægritudo,ſed ęgrotatio dicitur.Idem ad Iulianũ diaconũ.Q̃ꝙ ita me iugis tã corporis ægrotatio, q̃ animæ ægritudo conſumpſerit,vt morte imminente, nec mei pene memor fuerim.Ci.Sed proprie vt ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo nominatur. Vnde ipſe li.iiij. Tuſc, diffinit quid ſit ægritudo.Stulta ægritudo eſt qua afficiuntur in malis opinatis,animoſcꝫ demittunt,& contrahunt rationi non obtẽperantes. Inuenitur tamen æger dici etiam de corpore, & ægrotus de animo.Salluſt. Antonius pedibus æger,q̃ prælio adeſſe nequibat. Hora.in Ser.Quo me ægrotare putes animi vitio. Ab ægroto fit coægroto. Hiero.Q̃ſi ipſa languerit coęgrotãdum eſt,& nunq̃ ab eius lectulo cedẽdum.
¶Ægrimonia penul.cor.idem eſt quod ægritudo. Plantus in Ru.Tantiſper dum abſcedat a me hæc ægrimonia.
⁎Ægula ſpecies ſulphuris ſufficiendis lanis vtilis, quoniã candorem ac mollitiem præſtat.Cc.
¶Ægyptus regio. ♁ Ab Aphrica vt Plin. inquit Canopico diſterminatur oſtio,ab Aſia vero peluſiaco. Quamobrem quidem inter inſulas Ægyptum computauere,Quis tamen Aſiam dimenſi ſunt inter Aſiæ regiones Ægyptum quoꝫ dinumerauerunt. Aphricę proxima ab Ægypto Danai fratre ſic appellata,prius æria dicta.Hæc teſte Pli.lib.v. ab oriẽte rubro mari,Aſſirięꝫ coniungitur,ab occaſu Cyrenẽ & Aphricę reſiduũ habet, a meridie vſq; in Æthiopiã protenditur a ſeptẽtrione habet mare Ægyptium. Eius inſignes vrbes ſunt Thebę, Abedos, Alexandria. Babylon, & Memphis.In hac vt Plato inquit, nunq̃ viſum eſt pluere,ſed Nili inundatione fœcundatur. Eius figura triquetra eſt,quam efficit Nilus itaſe diuidens. Ab Ægyptus fiunt adiectiua.Ægyptius,a,um,& Ægyptiacus,a,um.
⁎ Vnde Ægyptia ficus in Ægypto eſt, cuius arbor moro ſimilis folio,magnitudine aſpectu, pomum ſert non ramis, ſed caudice,id eſt trunco ipſo. Eſtꝫ ficus prędulcis ſine granis interioribus, fœcũdiſſimo prouentu ſcalpendo tantum ferreis vnguibus,aliter non matureſcit,ſed cum id factum eſt quarto die demetitur,cuius loco naſcitur ſeptenus,ſubnaſcitur etiam ſi non ſcalpatur fœtus quater æſtate, priorẽque expellit immaturum.Cc.
¶Ægyptini penultima producta, dicuntur Æthiopes,quia Ægyptijs ſunt finitimi.
⁎Ello vna eſt harpyiarum. Ella græce procella turbo.Cc.
♁ Ælius, Stilo nomen auctoris, de quo Plin. & Sueto. Hic pręconius dictus a prędone.
¶Ælius & Ælia nomina ſunt,ppria Rom.carent aſpiratiõe.
¶Ælia, regio in Aſia inter Myſiam & Ioniam. Eſt & vrbs quædam calabriæ,a qua ælianus,a,um.
¶Ælurus pe.pro.latine Catus,& Felis dicitur.Ariſto.li.de animalib⁹. Æluri & ichneumones tot numero pariũt quot canes. Ælianus. Ælulorũ mas quidẽ libidinoſiſſimus eſt fœmina autẽ amantiſſima prolis fugit coitũ cũ maribus, q̃m ſemen emittunt calidiſſimũ,& quaſi ignẽ genitalia adurẽs. Hoc cernens mas cõmunẽ fœtũ dilaniat, illa vero prolis deſyderio mares libidine ardentes adit rurſus. Gel.lib.xix. Ælurorum quoꝫ oculi ad eaſdem vices lunę maiores fiunt aut minores.
♁ Æleon,mons oliuarum æleon.
♁ Ælon græce,ſuauitas latine dicitur αἶλον.
¶Æmiliam gentem appellatam dicunt a Mamerco Pythagoræ philoſophi filio, cui propter vnicam humanitatem cognomen fuit Æmilius. Nam Æmiliam græci ſermonis lepiditatem vocant.Hæc familia Æmiliana Romæ honeſtiſſima fuit,a qua Æmilianus appellatus eſt.Scipio aphricanꝰ minor quaſi Æmilij filius,qui per adoptionem inſertus fuit familiæ Scipionum.Æmilia via vſq; perducta eſt.
¶Æmiliana ædificia erant extra Romã,de quibus Cornelius Tacitus.Plus infamiæ ad incendium habuit, quia prędijs Tigilini Æmilianis proruperat.
♁ Æmochare,s cognomen martis fuit quaſi ſanguine gaudens.αἷμαχ latine ſanguis dicitur.
¶Æmilia regio Italiæ,quæ & flaminia,& Romandiola etiã dicitur.In qua ſunt vrbes Ariminum,Cæſena,Saſſina,Rauenna,Fauentia,Imola, Forumliuij, Bononia, & Ferraria.
¶Æmonia penul.correp. regio quæ poſtea dicta eſt Theſſalia ab Æmone Deucalionis filio, prius Pyrrhea dicta a Pyrrha Deucalionis vxore. Quidam tamen cum aſpiratione ſcribunt,Hęmonia.
¶Æmulor pe.cor.vt Apu.inquit ab amo deſcendit,vnde & primam vocalem accepit amare ſignificat, inuidere per antiphraſin.Æmulari igit̃ inuidere eſt a contrario ſenſu.vt in actibus apoſtolicis.Et patriarchæ æmulantes Ioſeph vendiderunt in Ægyptum. In Eſaia.Effraim non æmulabitur. Iudam,& Iudas non pugnabit contra Effraim. Aliquando ædmulari ſignificat imitari. Vnde ęmulus dicitur eiuſdẽ rei ſtudioſus & ſectator.Hoc eſt qui aliquem imitatur & ſequitur,quod non niſi amore fieri poteſt.Cice. pro Marcel. Illo æmulo atcꝫ incitatore ſtudiorum meorum atcꝫ laborum. Differunt ramẽ ęmulatio & imitatio, ꝙ imitatio ſimplex eſt & liuorem non admittit,æmulatio autẽ habet quidem imitandi ſtudium, ſed cum malitię operatione, licet hoc ſine vitio eſſe poſſit, vt cum meliorem videamus conamur non inuidia,ſed amore ipſius virtutis reddere nos pares aut ſuperiores. Vnde eſt illud.Stimulos dedit æmula virtus. Aliquando æmulari eſt participem eſſe, vt Noli æmulari in malignantibus.
⁎ Æmulus qui æmulatur.Cc.
¶Ænaria inſula a ſtatione nauium æneę dicta,vt ait Plin. Hæc & Inarine dicitur Pithecuſacꝫ,Nũc Iſchiade nomine oppidi coxendicis imaginem prędferentis in monte.
¶Ænna ciuitas eſt in meditullio & vmbilico Sicilię colloca ta, quæ cum ob præfecti ſęuitiam a Romanis deſciuiſſet, Qui ad concionem conuocatos ænnenſes vltima interneccione clam ſubmiſſis militibus armatis deleuit,
♁ Æanum oppi.Macedo. ꝙ Æanus Helymi filius Tyrrhenorum rex cõdiderit. Auctor Steph.a quo Æanicus,ca, cum.
♁ Æniẽſes populi ab Ænia pęriborum oppido, quos in Epyro græco modo αἰνιῶνες modo αἰνιᾶνες nominant.
¶Æneas pe.pro.nomen viri Troiani a Vergilio celebrati, dictus Æneas vt quidam putant ab ἀινέω ας.quod eſt laudo. Nã ἔπαινος laus latine dicit̃, qui tamen procedere non poterunt in rei veritate ſic non dico citemus totam Græciam,ſed vel ſolum verſiculum Homeri adduxerim⁹,quẽ volo legant.τῶ δὲ μὴ ἐνείας ὄνομ᾽ ἔοσετ᾽.μὴ τὰ λοιπά. Ab Ænea dicti ſunt Æneadæ Troiani.
¶Ænea vrbs in regione Creſſęa. Liui.lib. xl. Proficiſcũtur a Theſſalonica Æneam ad ſtatutum ſacrificium.
♁ Ænea ciuitas quæ poſtea dicta fuit Ianiculum condita a Romulo Æneę vt inquit Diony. Ianiculum vero dictum fuit,vt Feſtus ait, quia per eum populus Romanus tranſire cœperat in agrum Ethruſcum. Nam & Ianus ab eundo dictus eſt,vt Cic.lib.de natura deorum ait.
♁ Ænaria inſula a ſtatione nauiũ Æneę dicta, vt inquit Pli. Hęc & Inarina Pithecuſacꝫ dicitur, nunc Iſchiade nomine oppidi coxendicis imaginem prędferentis in mõte Thracię.
¶Æni,vt author eſt Ptol. ĩſula eſt iuxta arabicum ſinum.
¶Ænum genus vaſis,ab ære,quod & cacabus ſiue caldaria dicitur. Diuiditur quandoque diphthon. per diharesim,& tunc vt Ser.docet aſpiratio interponitur. vt apud Horat. Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum. Verg.aut folijs vnda tepidi deſpumat aheni.Huius diminutiuum eſt Ænulum ⁎ & Ænulum.Perot.dicit Vergi.ſcripſiſſe Æna in illo.Et luce coruſcus æna.ſine h/ quod facile credo, nõ eſt neceſſe eſt quoties diphthongus diuiditur h, interponi eſt tamen nota diuiſionis.
¶Æneus ænea æneum,penultima correpta, idem eſt quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

æreus,& ſimiliter dihęreſim quandoq; patitur. Horatius in epiſtolis. Si recte facies hic murus aheneus eſto. Aliquando ponitur pro forti. Horatius. Incluſam danaen turris ahenea.

ð Ænaticus,ca,cum,ab vrbe Ænea Thraciæ oppido,de qua Theophraſtus. Circa Æneam inquit ficus arbor ſcabiē non ſentit,huius incolæ dicuntur Æneades & Æneatæ.

ð Æneauicus,a,um,a populis Percœdiæ, quos Æneatias,& Æneadas,& Æneenſes vocabant. Porre Æneadas per œ, diuerſi habentur,ſicut Æneades ab Æneadibus.

ð Æneades, ab Ænea vrbe Thraciæ, qui & Æneatæ nominantur.

¶ Æneatores dicti ſunt tubicines ab Ænea tuba. Ammianus libro.xix. Cum ſupereſſet exiguum noctis Æneatorum clangore ductores vrbem, vt mox caſuram terribili corona cinxerunt. Et libro.xxiij, Æneatorum accentu ſigno dato progrediendi ad pugnam,ad arma concurſum eſt.

¶ Ænobarbus, dictus eſt Domitius, quoniam Caſtor,& Pollux cum de victoria nunciarent Domitio, ipſeq; minime credens narrantibus eſſet,malas barbamque manibus permulſerunt,& æs ex fuſca in flauem conuerterunt. Vnde a barba rutila æneiq; coloris ęnobarbi dicti. Quod poſt ea Domitiorum cognomen fuit.

¶ Ænigma,atis,obſcura allegoria,vel quęſtio obſcura,quę difficile itelligitur niſi aperiatur, vt illud in libro Iudicum. De comedente exiuit cibus,& de forti egreſſa eſt dulcedo. Ab αἰνίττω, obſcure loquor,innuo. Innuitur enim quiddā quod pluribus explicandum eſt.

¶ Ænigmatiſtes, qui ænigmata facit ſeu proponit. Hieronymus contra Ioui. Sed quid ad noſtrum ἀινιγματίστην, ænigmatiſten,cuius libros multo difficilius eſt noſſe,q̄ vincere. Huius ſignificationis eſt ænigmaticus.

ð Qui in hoſpites benignus fuiſſe, liparem & Æoliās ab eo nominatas inſulas in ora Siciliæ tenuiſſe perhibetur, & in his Strongilen, ex cuius fumo quinam flatus futuri eſſent in triduum prædicabat. Vnde ventorum rex putatus eſt. Fuit & alius Æolus Tuſcorum rex

¶ Æolus,penultima correpta,Iouis filius, a quo Æolia latine varius,ſiue doloſus dicitur.

¶ Æolia,regio duplex eſt. Vna in Aſia Græcorum colonia media inter Myſiam & Ioniam. Alia ab Æoliis ſeptem inſulis inter Siciliam & Italiam,quarum nomina ſunt hæc. Hiera,Strũgile,Didyme,Eriphuſa,Phœnicuſa,& Enonymos. Strabo lib.vi. Pli.lib.iij. Solinus. Mella. de Æoliis, quæ aliis nominibus a noſtris vulcaniæ,epheſtiades a Gręcis nuncupantur. Dictæ Æoliæ ab Æolo Iouis filio. Dicitur etiā Lipara a Liparo. Auſoni regis filio,qui eam ante Æolum rexit.

¶ Æolius, a, um, poſſeſ. vt Æolium mare dictum eſt quod Aſiatico littori adiacet ab Æoliis pulſis olim colonis. Nam antea Myſium dicebatur.

¶ Æon Græce,Ænum latine dicitur.

¶ Æpolus,penultima correpta,Caprarius, Æpolium caprarum grex.

¶ Æpy vrbs Neſtoris in montibus ſita. Nam Æpy ſublime denotat,Æpis altus.

¶ Æquus,a,um,planus ab aqua, ꝙ æquam ſuperficiem habere videatur,ita vt imaginem tāq̄ ſpeculum reddat. Per translationem ponitur pro iuſto, quia nullam in partē inclinatur. Equus pro animali non diphthongatur.

¶ Æque aduerbium,ſignificat iuſte. Seneca. Iudex qui parte inaudita altera aliquid ſtatuit, etiam ſi æque ſtatuerit, haud æquus fuit. Interdum ſignificat tam vel tantum, vel ſimiliter, vt Tu es æque bonus,ac doctus. Sueto. in Cæſa. Nihil æque ac iudicis acerbitas profuit. Verg.lib.iij. Geor. Negant alios æque ſerpētibus agros dulcem ferre cibum.

¶ Æquo,as,explano Pli. Æquato deīde pauimēto infundit oleū. Et Æquare eſt cū æquitate diuidere. Verg. Operūq; laborē partibus æquabat iuſtis. Aliquando continuare. Idē. Fœlix ſi protinus illum æquaſſet noctilucum. Huius compoſita. Adęquo,coæquo,exæquo,& peręquo, quæ ſecundum vim præpoſitionum ſignificant.

¶ Æquamentum æquatio eſt quod & liberamentū dicitur Nam æquimentum aliud ſignificat.

¶ Æquanimis pe.cor. qui eſt ęqui animi, qui nec proſperis extollitur,nec aduerſis frangitur. Hinc æquanimitas, quæ eſt fauor & proprius animus. Teren.in Adel. Facite æquanimitas veſtra poetæ ad ſcribendum augeat induſtriam.

Æquanimiter,moderate,patienter,æquo animo.

ð Æqui bonique facio ſignificat in bonam partem accipio. Apul.lib.i.de aſi.au. Iſtud quidem quod polliceris ęqui bonique facio. Poteſt etiam accipi pro non magnipendo. Terē. Cæterum ęquidem iſtuc Chreme æqui bonique facio. Liui. Ne ſerpat latius contagio eius malignos æqui bonique facimus. Cicero ad Atticum ſine copula dixit æqui boni facit. honeſta locutio quam veteres frequenter vſurpant ſiue particula ꝙ vel ac, vt bonis, malis, bonum, æquū, ęqui boni conſulere, ac plura his ſimilia.

¶ Æquitas,modo planitiem,modo iuſtitiam ſignificat,

ð Qua ſecundum deum bene viuemus, vt in Pſal. Omnia mandata tua ęquitas. Huius contrarium eſt iniquitas. Eſt & æquitas pars quædam pietatis,quam Cic,ęqualitatem vocat quum omnes coęquantur. Nam deus qui homines generat,& inſpirat oēs ęquos,id eſt pares eſſe voluit, eandem conditionem viuendi omnibus poſuit, omnibus immortalitatem ſpopondit,nemo apud deum ſeruus, nemo dominus,vbi non ſunt vniuerſi pares ęquitas non eſt, & excludit inęqualitas ipſa iuſtitiam, cuius vis omnis in eo eſt vt pares faciat eos, qui ad huius vitæ conditionem pari ſorte venerunt. Eſt etiam ęquitas quę ad bene iudicandum pertinet. Specu.ait. Æquitas,eſt iuſtorum condecentiūq; remiſſio moderatio in cōmercijs,ordo naturalis animę,quo ad honeſta,& turpia. De hoc etiam,vide in dictione Iuſticia.

¶ Æquęuus,coętaneus,ab ęqualitate æui dicitur.

¶ Æqualis,planus. Vnde ęqualis campus. Quandoq; pro ſimili ponitur & ex æquo. Pli. Cum & ipſe ęqualem fortunam expertus fuiſſem. Quandoq; pro coætaneo. Cicero in Cato. Nec cum ęqualibus ſolū,qui pauci ad modū reſtāt. Differunt tamen ab inuicem, ꝙ æquales ſunt eorundem annorum. Coætanei in eodem tempore,ſed diuerſis annis & diſparibus. vt Cicero & Auguſtus fuerunt coætanei,licet Cicero maior natu fuerit, ſed non ęquales. Hinc ęqualitas ſimilitudo paritas ſeu æquitas, de q̄ paulo ante. Æqualiter,ſimiliter pariter.

¶ Æquabilis, idem quod æqualis. Cicero. Et vox reducitur in ſonum quendam ęquabilem atq; conſtantem.

ð Hinc æquabilitas vitę dicitur, in qua nulla eſt perturbatio non varietas,& diſcrepantia, quaſi ęqualitas dicta.

¶ Æquilaneum, ex toto dimidium ſignificat dictum a lotione lanę quę dicitur æquilaneo redire cum dimidium decidit ſordibus.

¶ Æquilibrium,æquatio libræ, quod & Æquamentum,& libramentum dicitur. Trutina cum pro bilancis ſeu ſtateræ lingua ſumitur. Gellius. Nam cui membrum ab alio ruptum eſt,ſi ipſe itidem rumpere per talionem velit quæro an efficere poſſit rūpendi pariter membri æquilibrium. In qua re primum ea difficultas eſt inexplicabilis. Quin ſi mē brum inquit alter imprudens ruperit. Quod enim per imprudentiam fractum eſt retaliari per imprudētiam debet.

¶ Æquimanus penultima correpta, qui vtraq; manu vtitur,& ita ęqua operatur ſicut dextra.

* Æquimelium locus Romę vbi domus Melij ſolo ęquata fuit. P.enim Melius ob frumenti largitionem in ſuſpitionem affectę dominationis venit,& cum ad populi fidem fugeret,ab Seruilio Hala magiſtro equitum deprenſus, & occiſus eſt,domuſq; eius diruta & area æquimelium dicta. Ex Cornu.& Liuio.

¶ Æquinoctium,ex æqualitate noctium dicitur,ꝙ tunc dies,& nox horarum ſpacio æquales ſint. Duo ſunt aūt ęqui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

noctia,vernale ſcilicet & autūnale,vernale fit quarto Idus Martias vel circa.viij.Calendas Aprilis,& in octaua parte Arietis conficitur.autūnale.xviij. Calendas Octobres ad vergiliarum occaſum diebus quadrāgīta.quia annū olim in duas tantū partes diuidebant,hoc eſt in æſtiuum & hyemale ſolſtitium. Ab æquinoctium fit adiectiuum æquinoctiale,vt tempus æquinoctiale.

¶Æquidiale dictum ab antiquis quod nunc dicimus ęquinoctiale,quia nox diei potius q̄ dies nocti annumerari debet.Sic etiam æquidium quod nunc ęquinoctium.

¶Æquipolleo.les.per duplex ll/parem poteſtatem habeo. Vnde æquipollentia æquiuallentia.

¶Æquiparo ras.pe.cor.ſignificat comparo,ſiue æquo.

¶Æquiualeo les.pe.cor.quaſi ęque poſſum.

¶Æquiuocum pe.cor.eſt quod græci dicunt homonymō, & a Martiano vocatur pluriuocum, quando pluribus rebus eadem eſt appellatio.

¶Æquor ab aqua nomen deductum,ꝙ æquam ſuperficiē habeat,cum non fluctuat.& proprie denotat ſuperficiem. Ambro.lib.Hexa.Et cum ſit altitudo diuerſa,indiſcreta tamen dorſi eius æqualitas. Vnde & æquor appellatum arbitror ꝙ ſuperficies eius æqualis ſit,quia aquæ licet fluctuantes velut montes erigantur,ſedatis tamen ſurſum tempeſtatibus adæquātur.Hinc dicimus æquora campi & æquora ponti.Cic.lib.ij.Acad.ab æquo.i.plano vocabulum accepiſſe confirmat,ꝙ tam plane videtur q̄ mare æquum. De campo Verg.lib.iij. Gergi.At prius ignotum ferro q̄ ſcindimus æquor. Idem de mari. Æquora ponti. Nec ſolū de mari ſed etiam de fluuio dicitur,vt apud eundem Viri deſcꝙ ſecant placido æquore ſyluas. Accipitur tamen quandoꝙ pro ipſo mari,vt Bis denis Phrygium conſcendi nauibus ęquor.Quandoꝙ pro aere, Aſpice bis ſenos volitantes ęquore cygnos. Ab æquor fit æquoreus a.um.

¶Aer proprie dicitur medium ſpatium inter ęlum & terram.Eſt enim inanitas plus multo habens admiſtum raritatis q̄ inferiora elementa. Vergil.ō Vel vt piſces ait. Aer eſt elementum cuius omnes loci mutationes ſecundum naturam ſunt. Nanꝙ canebat vti magnum per inane coacta Semina. Dict⁹ aer vt quidam autumāt. ἀπὸ τοῦ ἄιειν ab eo ꝙ ferat terram,vel ꝙ feratur.Sed credo potius dici ἀὴρ ὅτι ἄκμων τὸ πνέω.i.quoniam ἄκμων eſt ſpiro.vnde producit vltima.Luc. lib.i. Aer & longivoluēt Titana labores.qui corripiunt ipſi viderint,nec Claud.dicit Lucidus vmbroſo miſcebitur aer auerno,quia ſenſus eſſet contrarius & ſyllaba falſa,ſed dicit Axis,vel orbis.Hic autem aer partim ad terrenam partim ad cæleſtem materiam pertinet.Nam ille ſubtilis vbi ventoſi ac procelloſi motus non poſſunt exiſtere,ad ęleſtem pertinet partem,iſte vero. ō Qui volucrib⁹ permeatur,& ſtadijs quadraginta(vt Poſſido.ait.) A terra diſtat,cum ſit turbulentior & exhalationibus humidis corporeſcat,terræ deputatur,quiꝙ ex ſe multas ſpecies reddit Nam commotus ventos facit, vehementius concitatus ignem & tonitrua,contractus nubila,conſpiſſatus pluuiā, congelatis nubibus niuem,turbulentius cōgelantibus dēſioribusꝙ grandinem,diſtentus ſerenum efficit. Aliquando aer dicitur ventus,ſpiritus,vel flatus modicus. Vergi. Aera dimouit tenebroſum,& diſcipulit vmbras. Aliquando dicitur ſonus. Var. Anima vt concluſa in veſica quando eſt arcte ligata ſi perculeris aera reddet.

¶Aeri⁹,a,um,p i/vel Aereus per e/ modo ſignificat altū. vt aeria turris.modo quod cōſtat ex aere,vt corpus aeriū. fulgor aerius.

¶Aeripes pe.cor.celer quaſi aerios pedes habēs. Quidam tamen compoſitum nomen putant ab æs æris. Verg.ſynęreſin facit.Fixerit aeripedem ceruam.

⁎ Æranthemis hęrba florens vere,quę chamęmelon dici debet,ſed vulgus chamomillam vocat;ab Aſclepiade.Anthomis dicta.Cc.

⁎ Æritusę iaſpides aeri ſimiles.Cc.

⁎ Æromāntia,diuinatio ex aere.Cc.

¶Aerope pe.cor. Atreiv xor ex q̄ Thyeſtes duos filios ſuſcepit.Et non eſt diphthōgus.Nam ſcribitur a græcis ἀτρόπη. Oui.lib.ij.de triſt.Si non Aeropē frater ſceleratus amaſſet.Conuerſos ſolis non legeremus equos.

⁎ Æro vide poſt æs.vnde venit.

¶Ærumna ἀπὸ τοῦ ἄιρω æro leuo tollo.ō Alij ab ære deriuant,hoc eſt a pecunia,ꝙ ęris gratia labores & curas ſubeamus. Virg.Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames! Nam laborem & ſollicitudinem ſignificat. ō Proprie tamen ęrūnę & per diminutionem ęrunnulę dicuntur furcinulę quibus viatores ſarcinas ſuas religatas tabella interpoſita ferre conſueuerint.Quę quoniam a Mario inſtitutę ſunt,muli Mariani poſtea vocati ſunt.ō Vnde Fronti.lib. iij.Strategematon.C.Marius recidendorum impedimentorum gratia quibus maxime exercitus agmen oneratur vaſa et cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit ſub quibus & habile onus,& facilis requies eſſet. Vnde & in ꝓuerbium tractum eſt Muli mariani. ō Hinc factum eſt vt labores oneroſi ęrunnę dicantur. ō Cic.lib.ij.de fi.Labores non fugiendos ęrunnas nominauerunt. Vnde labores Herculis ęrūnę ſunt appellatę.Plau.in perſa.Superauit ęrūnis ſuis ęrūnas Herculis. Auſo.Prima cleonęi tolerata ęrūna laboris.Cice.lib.iiij.Tuſc.Ærūna eſt ęgritudo laborioſa. ō Similiter ęrūna dicitur miſeria,calamitas,infelicitas. Vnde ęrūnoſum dicitur qꝺ eſt laboribus ac miſerijs affictum. ō Ærūnalis adiectiuum,vt labor ęrūnalis. Apu.lib.i.de aſi. au.Mox in vrbe latia aduena ſtudiorum quiritium indigenam ęrumnali labore aggreſſus excolui.

¶Æs ęris ſumitur pro omni metallo,ſed pręſertim pro eo quod eſt coloris rubri, deductum nomen putant aliqui ab auri ſimilitudine. Alij a græco deriuant ἀἴω, terrā. Var.ab aſſe. Accipiturꝙ pro pecunijs,quoniā ęs fuit in pretio magnis aurumꝙ iacebat,vt ait Lucre. Nunc(verſa vice) iacet ęs,aurum ſummo ſucceſſit honore.Et primo ex ęre pecunia ſignata.Ouid.de Faſt. Æra dabant olim,melius nūc omen in auro eſt. Victaque conceſſit priſca moneta nouę. Cato.Fundum ęribus ſuis emptum poſſidebant. Seruius rex primus poſt vrbem conditam ſignare ęs cœpit, cuius in altera parte nota fuit Ianus geminus, in altera roſtrum nauis.Nam quia Saturnum claſſe deuectū hoſpitio Ianus acceperat,& ab illo peritiam ruris edoctus, feram illam ac rudem ante fruges cognitas vitam in melius redegerat,regni eum ſocium fecit,& quoniam naui fuerat aduectus,inſignando ęre ex vna quidem parte ſui capitis effigiem, ex altera nauis roſtrum impreſſit, vt quantum in eo eſſet Saturni memorię conſuleret ne accepti beneficij īmemor eſſe videretur.Ponitur etiam quadoꝙ pro tubis, quoniam ex ęre fiunt. Vergilius. Ære ciere viros. Vnde ęneatores tubicines dicuntur.

¶Æreus,a,um,quod ex ęre eſt,ſicut Aheneus.

¶Æra,ę,numeri nota eſt.puta in moneta notabatur numerus quem valebat.Lucil.Hęc eſt ratio peruerſa ęra numeri eſt ſubducta improbe. Aſtrologi quoꝙ initium a quo ſupputationes incipiunt ęram vocant.Dicta ęra ex eo ꝙ omnis orbis ęs reddere profeſſus eſt reipublicę. Æra etiam gręca dictio eſt quę apud nos lolium ſignificat,vt inquit Dioſcorid.Hinc ærineus,a,um,quod ex æra factū eſt. Dioſcori. Panis vero cum melle & ęrinea farina.i.loliacea.

¶Ærarius,a,um,quod eſt æris ſiue ex ęre.Pli.libro.xxxiij. Laudationem eandem in ęrarijs metallis & proximam in argentarijs fieri compertum eſt.Inde

¶Ærarij tribuni a tribuendo ęre.Nam vt Var. ſcribit,tributa erat eis pecunia quam in litibus redderent.Idoꝙ quod attributum dicebatur æs militare.

¶Ærarij milites dicti ſunt ab ære ꝙ ſtipendium facerent æs enim ſtipem quoꝙ dicebant. Vnde ſtipendium.

¶Ærarium,ęris repoſitoriū,hoc eſt nummorum ſimiliūꝙ rerum pretioſarum atꝙ opum quę vtilitatem relp.allatur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

erant, sic dictum ꝙ æra in eo principaliter inferebantur.

¶ Aero, as, significat æs miſceo, ære adultero, ſine ære orno. Vnde æratę fores apud Verg. Priſ. A metallorum quoq; nominibus ſolent naſci verba, vt ab auro. auro, as. Ab ęro. as. vnde auratus & ęratus. Huius verbi cōpoſita ſunt Obęro & ſubæro. Perſ. Nequa ſubęrato mēdoſū tinniat auro.

¶ Æroſus, a, um, ex quo æs fit. vt Lapis æroſus. quem alio nomine Cadmiā nuncupant. Et æroſa ab antiquis Cyprus inſula dicebatur ꝙ in ea plurimum æris naſcitur, vel ꝙ primo ibi inuentum ſit æs.

¶ Ærificium quod ex ære factū eſt. Var. Politæ enim quaſi ęrificio videbantur.

¶ Ære diruti milites vocabantur quibus propter ignominiam ſtipendium ſubtrahebatur.

¶ Æruſcare veteres dixerunt pro pecunias vndiq;. ὃ Fallaciis colligere, quod faciunt Chaldęi qui diuinādo ęra lucrātur. Et cibum quęſtioq; ex mendaciis captauit, a quo verbo fit ęra ſtator.

¶ Ærugo pen. pro. idem quod rubigo, & proprie in ære vel argento. & virideſcit. Rubigo vero in ferro & ſegetibus. de quo loco ſuo. Pli. lib. xxiiij. refert æra exterſa celerius rubiginem trahere q̄ neglecta niſi oleo perungantur. Ærugi-nis in medicina magnus vſus, cuius vis eſt colliriis oculorū aptiſſima. Apud Horat. & Iuue. accipitur ęrugo pro pecunia quę ex ęre fit. Hinc æruginoſus a, um, quod eſt ęrugine plenum. Senec. lib. de breui. vitæ. Maiorem dierum partem in ęruginoſis lamellis conſumit.

ὃ Æs æris de quo ſupra accipimus pro omni metallo & pro pecunia. Vide cum dicimus ęs. ὃ Noſtrū dicitur quod nobis alij debent. Æs alienum quod nos alijs debemus. Æs ſuū quod alij ei de quo loquimur debent. ὃ Æs primus rex Ser. Tullius ſignauit nota pecudum. Vide pecunia. Argēteus nummus primo ſignatus eſt anno vrbis. d. lxxxv. In Cypro inſula prima ęris inuentio. ὃ

¶ Aes militare dicebatur quod tribunis ærarijs attributū erat vt militib⁹ redderet. Plau. i Aul. Cedit miles, ęs petit.

¶ Aes ductile. quod facile ducit attenuaturq; in laminas. Æs Caldarium quod funditur tantū, & malleis fragile eſt.

¶ Aeſchines pe. pro. nomen proprium oratoris græci Demoſthenis æmuli. Fuere etiam alij ſeptem hoc noīe vocati.

¶ Aeſchylus pe. cor. nomen poetæ tragici. Hora. Poſt hunc perſonæ pallęq; repertor honeſtæ Aeſchylus & modicis inſtrauit pulpita tignis. Hic cum eſſet caluus & in aprico forte quieſceret, teſtudo ab aquila in altum delata cum decidiſſet, caput eius confregit interemitq;.

ὃ Æſchyron nomen auctoris præceptoris Galeni. Fuere & alij hoc nomine.

¶ Aeſculapius græce Æſclepiades nomen eſt Apollinis filij qui medicinam artem vel laude vel opere ampliauit. Ob eāq; rem in deorum numerū receptus fertur. Cuius duo fuerunt filij Podalyrius & Machaon bello Troiano Agamēnonem ſecuti non mediocrem opem commilitonibus attulere.

¶ Æſculus penultima correpta. arbor glandifera, cuius fructu cum in prima ęta ętate homines veſcerentur ab edo ꝓ comedo deduci putatur, q̄uis edo primā breuem habeat. quidam tamen ſine diphthongo ſcribūt ab eſca nomen trahentes, ꝙ ante vſum frumenti hęc arbor mortalibus victū præbebat. Hinc Æſculeus, a, um, quod eſt materiatum ex æſculo. Palla. Aſſeres quęrnæ cum æſculeis non miſceātur. Eſculū neutri gene. & ſine diphthō. ciuitas in agro piceno.

¶ Æſis ciuitas Vmbriæ a qua Æſinates populi. Plini. lib. xi. Caſeum inquit æſinatem ex vmbria. Prole. quoq; hanc vrbem æſiam ab æſi fluuio nominat.

¶ Æſopus pe. pro. nam græci ſcribunt per ω nomen fabulatoris clariſſimi. Inde Æſopianus. Hieroñ. Iuxta Æſopianam fabulam. Hic miſer vita, miſer morte, & miſer forma. vnde Maxi. Planudius de ipſo ita ſcribit. Αἴσωπος μὲν γένος ἦν ἀμορίου τῆς Φρυγίας, τὴν δὲ τύχην γέγονε δοῦλος, ἔτυχε δὲ οὐδὲν μόνον δοῦλος ἀλλὰ καὶ δύσειδὴς ἐσαν τὰ τῶν

ἐφ᾽ αὐτὸν πάντων ἀνθρώπων ἔσχε, καὶ γὰρ φοξὸς ἦν σιμὸς τὴν ῥῖνα σιμὸς μὲν γὰρ ξάνθος, πρόχειλος μέλας ὄθεν καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχε ταυτὸν δ᾽ ἄσωπος τῶ αἰθίοπι.

⁂ i. Æſopus genus quidem traxit ex Amorio Phrygię ſed fortunā natus eſt ſeruus. Fuit autem non ſolum ſeruus, ſed & deformiſſimus omnium ſuæ ætatis hominum. nam acuto capite fuit, preſſis naribus, depreſſo collo, prominētibus labris, niger, vnde & nomen ſortitus eſt. Idem enim Æſopus quod æthiops.

¶ Æſtimo, as, pe. cor. ſignificat appretio. taxo. compoſitum ab æs & τιμή pretium quaſi ære taxo. Et conſtruitur cum ablatiuo, vel genitiuo horum nominum tanti, quanti, quāti, tantidem, quanticunq;, magni, parui, pluris, minoris, maximi, plurimi, nihil, & ſiqua huiuſmodi reperiantur, licet etiam ablatiui horum nominū ſine ſubſtantiuis iuncti huic verbo inueniantur. Boet. in prolo. lib. topi. Ingratum quidē ſi magna Trebatij merita quibus ipſe vſus fuerit paruo ęſtimare videretur, cum nullam eis gratiam reſtituendam putaret. Hiero. in Ieui. Si ſtatim ab anno incipientis iubilei voluerit agrum quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur. Frequentius tamen cum genitiuis iungitur. Cicero. lib. Acad. Alia pluris eſſe æſtimanda, alia minoris. Liuius vtrunq; caſum complexus eſt. Mancipia minora annis. xx. quę poſt ꝓximum luſtrum decem milibus æris aut pluris veniſſent, ea quoq; decem tanto pluris q̄ quanti eſſent ęſtimarentur. Similem ſignificationem habent, Pendo, facio, curo, eſt, interest, & refert cum pretium iungitur, quia pro ęſtimo, ſiue ęſtimatur ponuntur, vt nihili pendo & huiuſmodi. ὃ Dicitur etiā ęſtimare rem alicuius dignitatis facere. Sene. Data magno ęſtimas, accepta paruo. Et in ti. de ira. magno ęſtimata ira deiecit. ὃ Inuenitur etiam ęſtimo ſine ablatiuo vel genitiuo. Hiero. in Leuiti. Si pauper fuerit & ęſtimationem reddere non valebit, ſtabit coram ſacerdote, & quantum ille æſtimauerit, tantum dabit. Sciendum quoq; ꝙ in ſacris litteris vt Fulgentius docet duobus modis æſtimatio poni ſolet. Nam qui aliquid certiſſime ſcit, & qui putat aliquid eſſe qđ non eſt, ęſtimare dicitur. Ad ęſtimationem incertæ ſcientiæ ſeu cognitionis pertinet quod dicitur Æſtimabat ſe videre. Nomine autem ęſtimationis certiſſima ſcientia ponitur in lib. ſapientię. Scit pręterita, de futuris ęſtimat, id eſt certiſſime ſcit. Et apoſtolus. Æſtimo ꝙ non ſunt condignę paſſiones huius tēporis ad futuram gloriam, id eſt certe ſcio.

⁂ Æſtimatio ab antiquis æſtimia dicebatur.

Ab æſtimo fit exiſtimo diphthongo ini/longam conuerſa quaſi ex æſtimatione ſtatuo, atq; decerno. Prius enim rem æſtimamus, id eſt conſideramus, deinde qualis ſit exiſtimamus, id eſt iudicamus. Teren. Nam ea res dedit exiſtimandi copiam quotidianæ vitæ conſuetudinem. Quin. Velauit ei caput, & ſuo cuiuſque animo dedit æſtimandum.

¶ Æſtimabile quod facile æſtimari poteſt. Cuius cōtrarium eſt inęſtimabile.

⁂ Æſtimata pœna quę certo ære cenſebatur, vt ouis decuſſis, i. decem aſſibus, bos centuſſis, i. centum aſſibus. Ce.

¶ Æſtas ſignificat tempus quod incipit ab æquinoctio vernali & finitur ęquinoctio autumnali, conſtatq; ſenis menſibus, & totus annus in æſtatem hyememq; diuiditur. Particularius tamen ponitur pro quarta anni parte. Hoc eſt pro tribus mēſibus, qui incipiunt ſole cancrum ingrediente. Nā ſole ingrediente libram autumnus eſt, ingrediente capricornum hyems, ingrediente arietem ver.

¶ Æſtiuus, a, um, pe. pro. quod eſt æſtatis. Greg. Æſtiuum tē pus, quod corpori meo valde contrarium eſt

¶ Æſtiua dicuntur loca vmbroſa nemoroſa in quibus per æſtatem vitatur ſolis ardor. Sta. Et vmbroſi patuere æſtiua lycęi. Quandoq; ponitur pro ipſis gregibus in æſtiuo commorantibus. Verg. li. iij. Georg. Nec ſingula morbi corpora corripiunt, ſed tota æſtiua repente. Quandoque æſtiua appellantur loca in quibus & armēta & greges & milites ęſtate ſunt, ſicut hyberna vbi habitant i hyeme. Quādoq; vo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cantur quæ æstate fiunt. Vnde Plin. lib. xviij. Æstiua æstate quę ante Vergiliarū exortum seruntur, vt miliū panicum.
¶ Æstiuo, as, sicut hyberno, as, & est æstiuare propter æstum euitandum alicubi morari. Pli. lib. xij. Intra sepem eam æstiuant pastores opacam pariter & munitam vallo arboris.
¶ Æstus, us, calor & solis flagrantia. Verg. lib. iij. Geor. Æstibus in medijs vmbrosam exquirere vallem. Ponitur interdum pro æstiuo tempore. Idem. Propiusque æstus incendia voluunt. Inde per translationem æstus quandoq; dicitur desyderium, cupiditas, libido, amor, & huiusmodi. Præterea æstus vocatur impetus marinus vel commotio, q; feruore quodam id fieri videatur. Nam est maris accessus vel recessus. i. inquietudo. Sic etiam dicitur vis ventorum procella vel fluctus. Plau. in Asi. Quo magis te in altum capessas, tam æstus te in portum referet. Lucre. lib. iij. Frigus vt a pluuijs calor absolet æstus ab vndis.
¶ Æstuo, as, ferueo flagro. Ambro. Psalmi de torcularibus inscribuntur, eo q; in his mysteria dominicæ passionis spiritu sancto feruente ardentius æstuarunt. Aliquando æstuare est fluctuare agitari. Augu. lib. viij. de ciui. dei. Omnes turbellas & tempestates animi quibus dęmones æstuare atq; fluctuare asserit nos vera religio deponere iubet. Huius compositum est exæstuo, quod est extra æstuo exundo incremento. Vergil. Fundoq; exæstuat imo. Iust. lib. i. Quæ materia in his locis passim e terra exæstuat. Hiero. Ad coitum semper exęstuant. Sueto. Fossas omnes in quas Nilus exæstuat oblimatas longa vetustate militari opere detersit.
¶ Æstuosus, a, um, quod est calore plenum. Colu. lib. iiij. Cęlum neq; niuale vinea nec rursus æstuosum desiderat.
¶ Æstuaria loca dicuntur per quæ mare vicissim tum accedit, tum recedit, siue, quę marinis aquis referta sunt ex inundationibus pelagi. Pli. lib. iij. Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, natura vadosi maris, æstuarijs tenui alueo intercusantibus clare ante ostia Timaui calidorum cū æstu maris crescentium iuxta Istrorum agrum.
ὃ Æsalon pe. cor. genus accipitris, alius q̄ buteo. Pli. Æsalon parua auis oua carni frangent. Æthna insula quam & Chrysam vocatam Achiamis os metallum auri quo præpollebat insula.
¶ Ætas grecum est ἀιών ἀιῶνος. Inde latine æuum cui æuitas ętas per syncopam. sed ætas plerūq; generaliter dicitur, vt ætas senectutis, ætas iuuentutis. Sex enim sunt hominū ætatis gradus. Infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, grauitas, atq; senectus. In his sex spatijs philosophi vitam descripserunt humanam quibus mutatur & currit & ad mortis terminum peruenit. Varro quinq; gradus facit. In primo vsq; ad annum. xv. pueros dictos. q; sint puri, id est impuberes. Secundo ad. xxx. annum adolescentes ab adolescēdo nominatos. In tertio qui erat vsq; ad. xl. annos, iuuenes appellatos, eo q; remp. in re militari iuuare possent. In quarto autem gradu, vsq; ad. lx. annum seniores nuncupatos, q; tunc corpus senescere incipiat. Inde vsque in finem vitæ vniuscuiusq; quintum gradum factum, in quo qui essent senes appellatos, q; ea ętate corpus iam senio laboraret. Horum tamen singuli trifariam diuiduntur, vt prima pars viridis sit, deinde adulta, postea præceps. vnde Verg. Viridis quę iuuētа. Alij aliter diuidunt ætates vero mundi, Prima ab Adam vsq; ad Noe. Secunda a Noe vsq; ad Abraham. Tertia ab Abraham vsq; ad Dauid. Quarta a Dauid vsq; ad transmigrationem Iudææ in babyloniam. Quinta deinde vsq; ad aduentum saluatoris in carne. Sexta quę nūc agitur vsquequo mūdus iste finiatur. Interdum ætas accipitur pro anno. Vergil. Vbi quarta accesserit ætas. Var. Ætatem vix decimam egressus. Interdum pro. xxx. annorum spatio. Cice. Tertiam iam ętatem hominū viuebat. Sic Plutar. ostendit ætatem esse spatium. xxx. annorum secūdum Heracletum. Interdum pro centum annis. Oui. Annos Vixi bis centum nunc tertia viuitur ætas. Pōnitur & pro quouis tempore humanæ vitę lōgissimo. Diciturq; ætas, vt inquit Apuleius per syncopam quasi ęuitas ab ęuum. Græci ætates γενεὰς dicunt. Ætas mala dicta est senectus. Plau. Consenectus sum, senectute onustum gero corpus, vires reliquerunt vt ætas mala est mors mala est. ergo econtrario bona ætas Iuuentus appellatur. Cic. Quod sępsis voluptatibus bona ętas fruitur libentius primum paruulis fruitur rebus.
ὃ Ætas media vocatur illa quæ est inter iuuentam & senectam, quam Anice. vocat ætatem pulchritudinis, quæ fere est a triginta vsq; ad quadragesimum annum, eadem dicitur ętas consistendi. Hippo. In aphore. Secundo consistētes facile inediam ferre dicit.
¶ Ætate aduerbium significat diu. Plau. Ætate ambo ambobus sint obnoxij. Idem. Ætate velim seruire Libanum vt cōueniam modo.
¶ Ætatula diminutiuum, id est ętas modica.
¶ Æternus quasi euiternus, perpetuus. a quo sempiternus. quasi semper ęternus, Æternitas perpetuitas. ὃ Quę nulla temporis quantitate mensuram, nullo temporis spatio designari potest cum omne cōtineat ęuum & cōtineatur a nullo. ὃ Differunt tamen ęternum & sempiternum, q; sempiternum dicunt deū esse qui semper fuit, eritq; Æternos homines qui principium quidem habuerunt & tamen animo sunt immortales atq; perpetui,
¶ Æterno, as, perpetuum facio. Var. Literisq; ac laudibus ęternare. Sunt tamen qui ęternus & ęterno aspirent quando ab ęthere deducant.
¶ Æta nomen est montis in Thessalia.
¶ Aethalia insula in Ligustico mari, Vide infra in dictione ęthalia.
¶ Ætiologia causę redditio. Nā ἀιτία causa est & logia λογία ratio. ὅτι ἀιτία καὶ αἰτιάομαι ὡσ ἀπὸ τοῦ λέγω λόγος ἢ ἀπὸ τοῦ τρέχω ῥόχος. i. Quoniam αἰτία causa, & αἰτάομαι accuso vt a λέγω. i. dico λόγος dictio, & a ῥέχω curro τρόχος tora reuolutio.
¶ Æther summus est vbi stellę sunt. Grece ἀιθὴρ. ponitur ab aliquibus pro elemento ignis. Nam secundum Var. Cęlū diuiditur in ęthera & aera. Terra in aquam & humū. e quibus summum esse ęthera, secundum aera, tertiam aquam, infimam terram esse scribit Aug. lib. viij. de ciui. dei. Æther longe a terra alteq; suspensus aer vero ętheri terreq; contiguus. Oui. lib. i. Meta. Hęc super imposuit liquidum & grauitate carentem Æthera nec quicq̄ terrenę fecis habentem. a αἴθω ardeo Anaxago ętheris nomine ignem significauit q; superiora igne plena sint. Aristoteles ęthera cęlū dixit ex ἀιέι semper & θέω voluo curro, quasi perpetuam volubilitatem indicet. Nam lib. i. Meteorologię sic scribit. Corpus enim circulare semper curreres simul diuinum quippiā inesse opinantes ętherem nominari statuerunt. Vnde Ouid. ad Cęsarē. Sic habites terras, vt te desyderet ęther. Alij accipiunt pro aere. Apul. Aqua tellus ęther ignis. Virgi. Resonatq; fragoribus ęther. Ab ęther fit ęthereus, a, um, quod est ętheris. Idem. Ætherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto Turbabat cęlo.
¶ Æthera ræ. generis fœmini nominatiuus formatus ab accusatiuo greco ętherem vel ęthera, sicut lampas lampadem vel lampada, hęc lampada. Thorax thoraca, hęc thoraca. Et ponitur pro aere. Vnde canimus. Quem terra pontus ęthera colunt adorant prędicant.
¶ Æthra æ. splendor ętheris. & pro aere ponitur. Verg. li. iij Nam neq; erant astrorum ignes neq; lucidus ęthra Sydera polus. Hoc etiam nomine dicta est Thesei mater, Alia fuit mater Pithei. de qua Ouid. in epistola Ariadnes.
¶ Æthrusci dicti sunt vt quidem putant ab Æthria ciuitate quam Diomed. condidit, postea Atria dicta, siue ἀπὸ τῆς αἰθρας © ἀσκῶ, id est ab ęthra & ascein, propter augurio rum peritiam quasi de cęlo seruantes & exercentes ęthera. Alij ἀπὸ τῆς αἰθρας ęthras quę serenitatem significat, maxime q; ęthrurea ab omni aeris caligine nebulaq; remota videatur. Seruius vero Hetruriam dicit esse Italię prouin-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ciam ꝙ eius fines protensi sunt vsq; ad primam ripam Tyberis. Heteron enim alterũ ὅρος finis dicitur. Roma enim antea vnam tantum Tyberis ripam tenebat. Vnde Iuue. Impertij fines tyberinum virgo natauit. Liui. li. i. Pax inter Hetruscos & latinos ita conuenerat vt hetruscis latinisq; albula quem nunc tyberim vocant finis esset. Sunt tamen qui sine diphthongo & sine aspiratione scribant, qm̃ prima eius dictionis corripiatur. Martia. Quantum sollicito fortuna parentis hetrusco. Hos autem qui corripiũt sequemur, & per h/in principio scribemus.

¶ Æthiopia, vt author est Ambro. lib. de parad. vilis & abiecta latina interpretatione significatur ab æthiope Vulcani filio cui præfuit sic dicta, vt ait Plin. Vel a græco αἴθω cremo & ὤψ ops aspectus facies. Nam solis vicinitate torret. Est enim ibi iugis æstus. Quicquid eius est sub meridiano cardine est. Circa vero occiduum montuosa est, arenosa in medio. Ad orientalem plagam deserta. Cuius situs ab occi duo atlantes montes. Ad orientem vsq; in Ægypti fines porrigitur. A meridie oceano. A septẽtrione Nilo flumine clauditur, plurimas habens gẽtes diuerso vultu & mõstruosa specie horribiles. Ferarum quoq; & serpentiũ referta est multitudine. In ea enĩ rhinoceros, chamæleon, pardus, basilicus, dracones ingentes. Quidam bifariam diuidunt Æthiopiam, & vnã quidem Asie, alteram Aphricę assignant. Altera ad orientem vergit, altera est sub ipso meridie.

¶ Æthiops Vulcani filius, qui a se ęthiopiam denominauit Et æthiops dicitur qui ex æthiopia est, qui & æthiopicus & æthiopus dicitur secũdum Ser. necnõ & æthiopissat. Sũt qui æthiopes dictos putent a Cus filio Cham, Cus enĩ Hebraica lingua æthios interpretatur. Hi quõdam ab Indo flumine consurgentes iuxta Ægyptium inter Nilum & Oceanũ in meridie sub ipsa solis vicinitate insederunt, quorum tres sunt populi. Hesperi, Garamantes, & Indi. Hesperi sunt occidentes, Garamantes tripolis, Indi orientes.

ð Ætius nomẽ authoris in medicina, cuius sedecim libri extant & quędam epistolę, Dictus Ætius, id est aquilinus. nam ἀετος aquila dicitur ab αἰξ aquila. Inde verbum αἰμω cũ impetu irruo. fuit ex Antiochia, Syriæ discipulus. Ennomiũstribus Constantini imperatoris, Atheos cognominatus, quoniam diceret nullum esse deum vt alij quidam antiqui philosophi.

ð Ætus ti, a quilæ genus est, etiam significat causam. vnde Ætia Callimachi, τοαι τιον quæ nostri pene eodem argumẽto quo fasti constabant. Quin. lib. iij. Causa quoque ex causa, id est αιτιον ex αιτιομ nasci videtur.

⁂ Ætites gemma est quę aquilæ colorem habet caudæ candicantis, sunt qui Gagitem vocent, estque ad multa vtilis, vnde eam zoostres magus omnibus prætulit. Cc.

¶ Ætna mons Siciliæ perpetuo clarus incendio a poetis decantatus. In cuius ascensu est oppidum eiusdem nominis quod montem ascensuros excipit atque transmittit, multũq; distat ab Edna ciuitate, cum mons littori adiaceat Catanensi. Enna vero in medio insulæ sit constituta. ð Pompo. Famam habet ob Sereris templum, Enna præcipua mõtium. Hæc alio nomine Adranum dicitur quam fluuius eiusdem nominis alluit, vt ait Stepha. ð Quare autem Ætna flammas euomat Trogus libro. iiij. explicat. Sicilia terra est cauenosa & fistulosa, quo fit vt ventorum flatibus pateat. Vnde ignis concipitur intrinsecus sulphur habetur & bitumen, vbi ventus per spiramenta cauernarũ incubuit. diu luctatus concipit ignem. sic ætnę durat incendium. Motus ergo ventorum in causa incendij est. Ab ætna fit ætneus, nea, neum.

¶ Ætolia Græciæ regio in tertio sinu Europę epiro a carniaę & Locris finitima. græci αἰτωλίαμ dicunt, vnde debet scribi sine/h/dicta ab Ætolo martis filio. Hinc ætolus, a, um, pen. pro. Verg. lib. xi. Non erit auxilio nobis ætolus & arpi. similiter Ætolicus, vt ager ætolicus.

¶ Æthon equus Phœbi dictus est siue Hectoris. Fuere autẽ vt in fabulis fertur quatuor equi solis. phlegon, scilicet pyrois, heous, & æthon, quibus significantur quatuor diei horæ. Nam phlego inflammo significat. Pyrois ardens. Heos splendens. Æthon ardens vel splendidus.

¶ Æuum græce αἰὼν proprie tempus & ætas lõga siue perpetua/u/interie, vt inquit Apul. Inde æuitas & ęuiternus secundum Prisc. quod per syncopam ęas & ęternus dicitur ꝙ senectute longęuitateq;. Hinc deducuntur coæuus, ęquęuus, grandęuus, longęuus & primęuus.

A. ante F.

Affabilis pen. cor. ex ad & fabilis, qui se fabilem ad audiendum prębet. hinc affabilitas.

⁂ Affabrum pro fabre factum dixere veteres. Cc.

Sunt qui vtuntur nomine affaber pro artificioso.

ð Affanię sunt nugę verba futilia ac mera mendacia a fundo inclinatum nomẽ. Apul. lib. iiij. Hæc alia similes affanias frustra ablatrantes eos retrorsum adducũt pagani. Nęnias quoq; vsurpant. Sido. Et Hiero. Non longę ab hac significatione affaniarum. Affigo, is, vide in dictione Figo.

¶ Affabre pe. cor. aduerbium significat artificioseficut in fabre siue artificio. Pacu. Barbariem pestẽ nostris nauibus obtulit noua figura factam commissam in fabre.

¶ Affatim aduerbiũ prima non media acuta, vt Quin. lib. iiij. docet, signi. abũde large nõ dicibiliter. Liui. Affatim edi bibi lusi. Hiero. Affatim diues est qui in Christo pauper est Et hęc ab Affaris deducuntur. de quo in dictione faris.

⁂ Afer aut potius Apher. vide in Africa, quod scribẽdum putem aphrica.

¶ Afficio, is, pe. correp. ex ad & facio significat affectionem quandam siue dispositionem in duco. Et ad animum & ad corpus siue in bonum siue in malum pertinet, vt hęc res afficit me gaudio. i. affert mihi vel inducit in me gaudiũ. Hæc res afficit me dolore. Affeci te letali vulnere. i. intuli tibi vel induxi in te letale vulnus. Inuenitur quãdoq; absolute positum. vt Multa sunt quę afficiunt hoiem. i. affectiones siue affectus inducunt. Cor. Cel. Pulmo totus afficitur. i. macerat, lęditur, corrumpitur. Et afficior quasi animor. i. istius animi sum. Cic. in Lęl. vt eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosipsos. Postea sequitur. Vt quemadmodum in se quisq; sic in amicum sit animatus.

¶ Affectus, a, um, participiũ cũ absolute ponitur sumitur ꝙ languente. Proper. Iuppiter affectæ tandẽ miserere puellæ. Liui. lib. v. Vires corporis affectę. Affecta ędificia &c. huiusmodi dicuntur quę non ad finem ipsum sed ꝙxime ad finem sunt deducta. Cic. Bellum affectum videmus, & vt vere dicam pene confectum. Idem significat profligatum.

¶ Affectus, us, siue affectio est. vt lætitia cupiditas affectiones a Cice. affectus ab alijs appellantur. Et affectiones si recte sunt virtutes vocantur, si a recta ratione auersę sunt, vitia fiunt & perturbationes. Cice. in rheto. diffinit. Affectio est quędam ex tempore aut ex negociorum euentu aut administratione, aut hominum studio commutatio rerum Auguſt. lib. ix. de ciui. dei. Quę sunt sententię philosophorum de his animi motibus quos græci πάθη, nostri autem quidam sicut Cic. affectiones vel affectus, quidam vero de græco expressius passiones vocãt. Poetę ꝙ desyderio accipiunt. Proper. Et tibi ad affectũ vires dei Cęsar, & est honesta locutio. Res tibi dantur ad affectum. i. quemadmodũ cupis. Iuue. Si res ampla domi similisq; affectibus esset.

¶ Affecto, as, significat cum affectu & anxie quęro. Verg. Viamq; affectat olympo. Cic. ad Heren. Non tam affectãda q̃ superiores, sed tñ adhibenda nonnunq̃. Hinc affectata oratio quæ nimis anxie & curiose quæsita est, & affectatio curiositas & nimia diligentia. Affectare curiose. Aliquãdo affectare est afficere. Plau. in Bac. Tria flagitia aut dãna quibus patrem & me teq; amicosque omnis affectas tuos. Est etiam affector deponens. Varro. Affectatus est regnum.

ð Affectata fœmina vel in bonam partem dicitur velut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

honorata, vel in malam ad extremum vehiculum adducta.
* Affero. Vide Fero.
¶ Affines, ab eo ꝙ duæ in agris vicini sunt. In hominibus consanguinitate commoti dicũtur cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit, ex ad & finis. Nomina eorum hæc sunt, Socer, socrus, gener, nurus, victricus, nouerca, priuignus, priuigna. Gradus affinitatis, & quidem viri pater vxorisque socer, mater eorum socrus appellatur. Filij vxor Nurus. Filiæ vir, Gener. Vxor liberis ex alia vxore natis. Nouerca dicitur. Matris vir ex alio viro natis, Victricus appellatur. Eorum vterque natos aliunde priuignos, priuignasque vocant. Viri frater est Leuir. Viri soror dicitur Glos. Duorum fratrum vxores Lauictrices dicuntur. Potest etiam sic diffiniri. Socer est vxoris meæ pater. Ego illius sum gener.
ỏ Socer magnus dicitur vxoris meæ auus, ego illius sum progener.
ỏ Et retro. Pater meus vxoris meæ socer. Hæc illi nurus. Et auus meus socer magnus est, illa illi pronurus. Item prosocrus mihi vxoris meæ auia est, ego illius sum progener. Et retro. Mater mea vxoris meæ socrus est, illa huic Nurus. Et auia mea socrus magna est vxor meailli pronurus est. Priuignus est vxoris meæ filius ex alio viro natus. Ego illius Victricus. Et in contrarium vxor mea liberis, quos ex alia vxore habeo nouerca dicit. Liberi mei illi priuigni. Hos inter se quia affinitatis causa parentum, liberorumq; loco habentur, in matrimonio copulari nefas est.
¶ Affirmo proprie iuxta firmo, q̃uis plærumq; pro asseuero persisto ponatur. Hinc affirmatio, quæ est enunciatio alicuius de aliquo, vt Socrates est. Hieronymus in prolo. Salo. Nõnulli scriptorũ veterũ hunc esse Iudei Philonis affirmãt
¶ Affligo affligis, penultima producta. Vide in dictione Fligo. Huius frequentatiuum est afflicto afflictas, quod est sæpe affligo. Vnde & illud Archytę. O te infœlicem q̃ te afflictarem, nisi iratus essem. Cicero libro. iiij. Tusc. Afflictatio ægritudo cum vexatione corporis,
¶ Afflo, as, ad aliqd aspiro. Liui. Afflabat vis frigoris acri or. Vide latius in dictione Flo.
¶ Affluo abundo, vt affluo diuitijs. Dicimus etiam diuitię affluunt mihi. Aliquando affluere vehementer est decurrere. Columella. lib. i. Ne cum a vertice torrens imbribus conceptus affluxerit, fundamenta conuellat.
* Affore. Vide Fore.
Affrica. λέγετ δ' ὅτι ἀμέριμν ἐσί τὸ σεφκτικὸν καὶ φρίκη καὶ φρίττω ὅτι θερμότκσ μεγίσκ ἀυτοῦ ἡλίου.
* Id est dicitur ab α priuatiua particula, & φρίκη, id est horore, & φρίττω horrore concutior, quoniam maximus ibi solis calor, sed penultima correpta regio sic dicta, vt Ioseph. libro antiqui. (inquit) ab Afro vno ex posteris Abrahæ de Cethura, qui dicitur duxisse aduersus Libyã exercitum, & ibi deuictis hostibus consedisse. Incipit a finibus Ægypti pergens iuxta meridiem per Æthiopiam vsque Atlantem montem a septentrionali parte mediterraneo mari coniuncta clauditur, & in Gaditano freto finitur. Habet prouincias Libyam Cyrenensem, Pentapolim, Brizantium, Carthaginem, Numidiam. Sunt qui Affricam diuidant in maiorem & minorem. Et minorem ab occasu Numidiam habere, ab ortu Cyrenaicam, a septentrione mediterraneo mari terminari. In ea olim fuisse Carthaginem, Vticam, Hipponem, Rhegium, & fluuium Bragadam. Maiorem vero esse, quæ a meridie incipit, & vsque ad occasum protenditur. Hinc Africus, ca, cum, vt Africus ventus, qui ab occidente fiat contra vulturnũ, dict⁹ ab Africa, vbi primũ incipit. African⁹, a, um, vt gẽs Africana, & Scipio African⁹.
* Cum igitur aphrice, aut aphritto deducatur rectius per ph/ afrrica scriberetur. Videtur autẽ differre apher ab aphricano, ꝙ Apher gentile nomen proprie est, q̃q̃ Maro dicit armentarius apher, Aphricanus denominatiuum, vt Scipionum a deuictã Aphrica. Bad.
ỏ Afer dicitur, qui ex Africa ortus est.
¶ Africanę absolute dicuntur pantherę, quæ & varię, quoniam id genus in ea regione creberrimum fuit. Plinius. Senatusconsultum fuit, ne liceret Africanas in Italiam aduehere.
ỏ Afrĩco africas, penultima correpta. Vide in dictione Frico fricas.

AGamus pe. cor. latine dicitur sine viro, seu sine vxore. Gamos enim nuptiæ.
ỏ Agatocle siculus tyrannus fuit, qui ex sordido genere natus patre, scilicet figulo, cum libidini latrocinioque operam dedisset gregariam militiam exercuit. In quo ꝙ manus strenuus esset, & in concionibus perfacundi, breui ex centurione tribunus militum euasit. Et primo quidẽ bello cõtra hostes pugnans, magna suę virtutis prębuit experimẽta adeo vt inde mortui regis locum fuerit suffectus. Nec ita multo post interfectus syracusanis nobilibus cum Carthaginensibus bellum gessit, deinde spe ampliandi regni in Italiam trajecit, vbi quum deceptus fuisset, ex indignatione morbum contraxit, ex quo etiam vita functus est.
¶ Agathos penultima correpta, bonus latine dicitur, inde dicitur Agatha.
* Agathusa insula vnguento nobilis, Atelos a Callimacho nuncupata. Cc.
¶ Agathyrsi populi Scythis vicini, vt inquit Hieronymus Qui multũ habent auri sine auaritia, sine inuidia. Hos Plin. scribit habere capillos cęruleos. Vnde & picti dicuntur, quoniam versicoloribꝰ vestibus induuntur. Vergi. lib. iiij. Crestesq;, Dryopesq; fremũt, pictiq; Agathyrsi. Dicti Agathyrsi ab Agathyrso Herculis filio.
¶ Agathyrsum, siue Agathyrsa ciuitas. De qua Sillius, De fuerant agathyrsa manus, geminoq; lacone Tyndaris.
¶ Agalma, atis, apud nos indicat simulachrum & laruam, & statuam.
ỏ Agamestor, nomen est Athenienstum regis.
ỏ Agamennon proprium nomen Argiuorum regis, quasi valde menon, hoc est manens, perseueranter enim constanter, ꝙ in rebus permansit. «Q AMEN
* Agane nomen nymphę ab nimio splendore, ἄγαν enim dicitur nimis, valde ἄμω splendeo. Cc. Aut contra ab α particula priuatiua, & γανάω splendeo.
¶ Aganippe, es, fons Bœotię a Cadmo monstratus musis sacer, quasi valde ab equo formatus, ἄγαν agan valde hippos equus, qui fons potus dictus est pręstare facundiã. Hinc Aganippis, idis, denominatiuũ, & Aganippęus, a, um. Ouid. li. vi. Fast. Dicite q̃ fontes aganippidas hippocrenes Grata Meduseę signa tenetis equi. Proper. Par aganippeæ ludere docta lyræ.
ỏ Agatho, nomen filij Priami.
¶ Agapetus penultima producta, nomen viri, & latine dicitur dilectus, ab agapao diligo.
ỏ Agape αγαπη habet duo nomina apud latinos, charitatem, scilicet & dilectionẽ. Augusti. de verbis domini loquẽs de epulone diuite cõtra raptores, qui amore dei aliena distribuũt, dicit in persona talium, ego similis alius diuitis nõ sum agapes facio.
¶ Agar nomen ancillæ Abrahæ, & interpretatur aduena. A qua Agareni populi, qui nunc Sarraceni a Sara vxore Abrahæ.
¶ Agaricon penultima correpta, fungꝰ est in arboribus nascens colore candido medicinę vim habens. Nascitur circa Bosphorũ, q̃uis & in Gallia etiam Cilsapina inueniatur.
ỏ Agarus vrbs & amnis in sarmatia, a quo & nomẽ Agarico radicidatum creditur.
¶ Agoso penultima producta, equorum vel asinorum dux tor. Plinius libro. xxxv. Pinxit & in vna tabula, quaq; ma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

xime inclaruit, agasonem cum equo. Liui. Acceptos ab agasonibus equos cum rex ascensurus erat admouebant. Est & Agaso nomen proprium serui. Hor. Si patinam pede lapsus frangat Agaso.

¶ Agea penultima producta, via in naue dicta, qp in ea maxime queq; res agi soleant. Ennius multa foro ponẽs, ageaq; longa repletur. Fori fororum dicuntur etiam.

¶ Agenealogeros, latine sine nuptijs dicit, imo vilis genere.

* Age. Vide post ago.

¶ Agenor penultima producta, nomen regis Phœnicum & Beli filij. Hic genuit Taygetam, & Europam filias, filios vero Cilicem, Cadmum, & Phœnicem. Agenor etiam dictus fuit Antenoris filius.

ὃ Agenetos penultima pro. pro ἀγένητος significat increatum, ingenitum.

¶ Agelastus, latine mœstus, & sine risu. Quo nomine dictus est Crassus auus Crassi in Parthis interempti, quem tradunt semel tantum in vita sua risisse. Quod factum est cum vidisset asinum carduos comedentem, dixissetque ob id, similem habent labram lactucam. Factum hoc dictumque festiuissimum risus subsecutus est, quoniam ἀσεμνική καὶ γελάω, ὅθεν καὶ ἀγέλαστος, * id est quoniã α priuatiua & γελάω, id est rideo, vnde ἀγέλαστος non ridens.

ὃ Agesilaus lacedemonius Archidami filius post mortẽ Agidis fratris sui rex constitutus Thisaphaonem in Asia, qui principatum tenebat inter Persas vicit, & Athenienses, & Bœtios apud coroneam vrbem Pelopõnesi, breui statura corporis, & altero pede claudus fuit, sed virtute præditus.

¶ Agis vel agides, Lacedemoniorũ rex, qui cum Athenien sibus cruentissima bella gessit.

ὃ Aganę, nomen proprium filiæ Cadmi, & Hermiones, & Echionis vxoris, quę versa in furiam Pentheum proprium filium laniauit.

¶ Agylla, vrbs Tusciæ, alias Cerete vocata, & Agyllina a nomine cõditoris, quem Verg. lib. viij. ex Lydia venisse ostẽdit, cum ait. Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto Vrbis Agyllinæ sedes, vbi Lydia quondam Gens bellosa prælara iugis insedit Hetrusca.

¶ Ago agis, græcum est ἄγω, μέλλοντος ἄξω, ago duco, futurũ ducam, egi, actum, multa significat. Nam agere est operari, Plaut. in Amph. Dum hæc aguntur. Verg. lib. iij. Alpheum fama est huc elidis amnem occultas egisse vias, proprie tamẽ ad animum refertur. Vnde de rep. dicimus agere, quia vt inquit Var. in huiusmodi re est cura animi. Quãdoq; agere est inducere, seu impellere. Lactantius libro. vi. Tres sunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agant, ira, cupiditas, libido. Quandoque audire. Terentius in An. Hoc cine agis an non? id est audis, vt exponit Donatus. Sic Plautus. Vos agite spectatores. Quandoque ducere viuere, Terentius in Andr. Primum hęc pudice vitam parce, ac duriter agebat, lana tela victum quæritans. Quandoque dicere. Idem in Adel. Sed est ne hic ipsus de quo agebam. Quandoque pronunciare. Cicero de optimo genere dicendi. Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt, vt iam non sine causa Demosthenes tribuerit primas, & secundas, & tertias partes actioni. Quandoque cogitare. Vergilius. Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto. Quandoque effingere, vt Ago stultum, id est fingo, siue repræsento me stultum. Vnde actores comœdiarum dicuntur, qui diuersorum hominum gestus agunt in scæna. Quandoque ire, vt nudus ago. Pomponius mella. Exercent bellando animos corpora ad consuetudinem laborum maxime ad frigora nudi agunt antequam puberes sint. Idem paulopost. Lino alij vestiuntur aut lanis, quas vt eduximus syluæ ferunt harundinum. Alij auium ferarumq; pellibus, pars nudi agunt, pars tantum absconea velant. Valeri. Maxi. non sic locutus est, sed in eo sensu. Experiri volui an scires consul agere, id est fungi consulis officio. Idem Pub. Rutil. non publicanus in Sicilia egit, sed operas, publicanis dedit. Cum accusatiuo vero frequẽti. Vnde dicimus Agit publicanũ, Agit senatorem, Agit amicum, pro eo quod est facit officium publicani senatoris & amici. Horati. Lætum agit conuiuam. Et subauditur se. Quod Verg. posuit. Ecce gubernator sese Palinurus agebat. Est quando agere significat extendere, porrigere, vt vera gloria radices agit, atque etiam porrigitur. Itẽ sursum ducere ab imo pectore. Vnde & pro mori vsurpatum est addẽdo animam. Sene. epi. xxvi. Quid egeris tũc apparebit cum animam ages. Item agitare. Plautus. Ædepol eam agam verberibus. Vergili. Prodigijs acti cœlestibus ossa piabunt. Item tractare. Martia. Semper agis causas. Aliquando construitur cum præpositione. Cicero in Lael. Cum enim sępe mecum ageres, vt de amicitia aliquid scriberem. Et non agitur de pecunia, sed de capite. Agis mecum tabellis obsignatis dicitur quando quispiam diuersa dicit ab ijs, quæ alias approbauit. Tunc enim solemus tabulas illius manu scriptas, obsignatasque proferre ad coarguendũ, quibus continetur quid alio tẽpore senserit. Quod est conuincis me testimonio literarum mearum. Item succedere, siue in bona conditione esse, aut mala. Valerius Maxi. Bene egissent Athenienses cum Melciade, si eum post trecenta milia Persarum Marathone deuicta in exilium protinus misissent. Frequentius per impersonale vtimur hoc modo bene melius optime tecum agitur. Male mecum actũ est, & peius pessimeque cum illo. Cicero. Cum illo vero quis nescit actum esse præclare, mecum incommodius. Sed cum dicimus actum est. Res acta est, semper in malam partem sumitur, vt actum est de republica. i. extincta est, res mea tua illi acta est, id est absumpta, siue deperdita, siue elapsa est. Teren. in Heaut. Vnam ei cœnam, atq; eius comitibus dedi. Qui si iterũ mihi sit danda, actum fiet. Idem hæc res est, perij. Actũ agere prouerbium est, quod in summa rerum desperatione ponitur, id est nihil agere. Idem in Phor. Actum aiunt ne agas. Quod enim iure semel iudicatũ fuerit, rescindi, & iterum agi non potest. Ponit interdũ agere pro vertere. Verg. Ipse ter adducta circum caput egit habena, pro vrgere perse qui. Idem. Pastor agens telis. Pro iurgari. Cice. Perinde acsi furti cum eo egisset. Pro regere. Vergi. Tros tyriusq; mihi nullo discrimine agetur. Pro antepellere, vt & potum pastas age tityre. Prouehere producere. Varro. Non hos pacto lus aureas vndas agens eriperet vnquam e miserijs. Pro foras pellere, fugare, vt membris agit atra venena. Pro rependere, & hoc dumtaxat verbis ostendere id habuisse gratũ. Nam gratias habere est in animo, cum memorem accepti beneficij mentem animumque habeo, & inuicem gratificandi voluntatem. Referre est verbis, sed reddere gratias est facto, vt si a me subleuatus aliquo beneficio, vicissimque aliquo modo me subleuaueris, gratias rettulisti, reddidistique. Et licet Seneca nolit malas gratias referri posse, sed reddi. Cicero tamen in Sal. ait. Nam qp ista inusitata rabie in vxorem, & filiam meam inuasisti, quæ se facilius mulieres abstinuerunt a viris, quam tu vir a viris, satis docte ac perite fecisti. Non enim sperasti me mutuam tibi gratiam relaturum, vt vicissim tuos compellarem. Referre tamen hic verbo etiam dicitur non solum facto. Referre igitur gratiam tam in malum, q̃ in bonum dicitur, cum sit facto beneficium, aut in iuriam acceptam compensare. Rectiusque huic verbo gratiã q̃ gratias iungimus, cum habere aut agere gratias non gratiam dicamus. Liuius. Satiatus tandem complexu filij. Renunciate (inquit) gratias regi me agere, referre gratiam aliam nunc non posse, quam vt suadeam non ante in aciem descendat, quã in castra me rediisse audierit. Cicero. Cui pro me senatus gratias agendas putauit, ego a me gratiam referendam non putem. Respondere quoque officijs est satisfacere, gratiasque referre. Plau. Cicero. Immortales tibi ago gratias agamque dum viuam. Nam relaturum me affirmare non possum. Tantis enim tuis officijs non videor mihi respondere posse. Præterea agere pertinet ad omnes actus humanos. Nam qui sedet qui stat, qui cogitat, qui iacet, qui mo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ritur, aliquid agere dicitur, ita vt nullus qui modo viuat esse vnq̃ possit sine actione. Quippe viuere agere est, vnde & vitam agere dicimus. Componitur Ago cum ad, vt Adigo, cum ab, vt Abigo, cum am, vt Ambigo. Con, vt Cogo. Circũ, vt Circumago, quod est Circũduco. De, vt Dego. Ex, vt Exigo. Per, vt Perago. Pro, vt Prodigo. Re, vt Redigo. Sub, vt Subigo, a quo fit Prosubigo. Trans, vt Transigo. Sunt etiã qui putẽt, castigo, fustigo, mitigo, lęuigo, litigo, & nego, cõposita esse cum ago, vt sit castigo, caste ago, mitigo, mitem ago, lęuigo, lęue ago. i. planum, fustigo fuste ago, litigo, lite ago. Sed cum sit primę coniugatiõis, habeantq; quędam i/ productã, non videntur ab ago compo sita. Ab ago sunt actor, actio, actus, a, um, & actus, us.

¶ Agere reum est accusare, peragere reum est cõdemnare.

¶ Agere forum, est iura reddere, & causas audire.

¶ Agere cum populo, est populum rogare, vt suffragijs suis quid iubeat aut veret.

⁂ Agere animam, est emittere spiritum.

⁂ Agere gratias, est gestu & verbis se gratum significare.

⁂ Agilis proprium viri, quem poet, cum Tyrinthia pube in bello Thebano fuisse commemorant,

⁂ Agilis adiectiuum. Videatur infra.

¶ Age aduerbium adhortantis singularem numerum desyderat. Agite pluralem. Agedum vtrunq;. Quin. Agedũ si videtur extra portas prospicite. Proper. Nos agedum. Dicimus & Agitedum, sed in plurali semper. Liuius libro. vij. Agitedum ite mecum.

ð Agedum & Agitedum. Vide in dictione Age.

¶ Agito, as, pe. cor. crebro facio. Sallu. Ita varie per omnem exercitum lęticia mœror luctus atq; gaudia agitabãtur. Et agitare, stimulare, compellere, quo pacto agi sõlent equi cũ eos calcaribus vrgemus. Plautus. Nam iam agitabo quadrupedem calcari. Item obseruare. Verg. libro. ij. Geor. Ipse dies agitat festos. Item perturbare, molestare. Sal. Rẽpub. agitauere honestis cum nobis alijs ciuibus populi iura defenderent. Plaut. in Cur. Tum te igitur morbus agitat hepararius. Item sectari seu sectando interdũ pulsare. Verg. libro. i. Georgi. Sæpe oleo tardi costas agitator asselli Vilibus, aut onerat pomis. Item insectari quod vernacula dicim⁹ lingua darla caza. Cic. lib. iij. offi. Sunt ne igitur insidię tendere plagas etiam si excitaturus non sis nec agitaturus. Ipse enim ferę nullo insequente sæpe incidunt. Item exercitare. Lactan. Nisi virtus agitetur proficimus parum. Item continuo ducere seu facere. Salluſt. Iam tum vita hominum agitabatur sine cupiditate. Item cruciare, vt apud eundem. Agitabatur magis, magisque in dies ferox animus inopia rei familiaris & conscientia scelerum. Item sępe administrare. Salluſt. In pace vero beneficijs magis, qui metu imperium agitabant. Item sępe cõsyderare, cogitare, recogitare. Idem, Sed ea quę mente agitaui omnes iam, antea audistis. Terẽtius in Phor. Ego quoque id quidem agitans mecum sedulo inuent (vt opinor) remedium huic rei. Item. Sollicitare. Sal. Minari interdũ ferro, nisi obnoxia foret. Postremo ferocius agitare q̃ solebat. Item sępe ostendere. Idem. Ciceronem ad cœlũ tollere, veluti seruitute erepta gaudium & lęticiam agitabat. Huius compositum est exagito.

ð Agea pe. pro. Via in naui, dicta q; in eam maxime queq; res agi soleant. Ennius. Multa foro ponens, ageaq; longa repletur. Fori fororum dicuntur etiam.

¶ Agyia per y græcum sequente i/ latine dicitur via. Vnde fit Agyęus. Quo nomine dictus est Apollo, quia in vijs publicis solebant sacrificare Apollini.

¶ Agelas pe. c. nomẽ sta tuarij gnosi, & Polycleti magistri.

¶ Ager ab ago, is, q; in eo aliquid agatur, vel vt Dona. inquit, q; in eo sunt multa agenda. Quintilian⁹ autem libro. i. scribit græcum esse. Nam ἀγρὸς latine rus dici potest. Significatque ager quandoque circumiectum territorium alicui⁹ vrbis, seu prouincię. Salluſt. Reliquos Catilina per montes asperos in agrum pistoriẽsem abduxit. Vnde dicimus ager campanus, ager brixianus. Et includit in se nemora saltus pascua lacus flumina, & omnia quę in territorio illo sunt, & singularem tantum numerum habet. Quandoq; significat partem quandam ipsius territorij vrbis, quę priuatim ab aliquo possidetur, quam etiam possessionem dicere solem⁹, vt cum dicimus. Hic emit vnam pulchram possessionem. Et esse videtur rus ĩ quo & domus & oĩa quæ in agro sunt generaliter contineatur. i. quę pro captu ipsius partis esse possunt. Et sic agrum puto significare rus. Vñ Teren. in Eu. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Et sequitur. Neq; agri neq; vrbis odium me vnq̃ percipit. Vbi satietas cœpit fieri commuto locum. Idem in Heau. Agrum in his regionibus meliorẽ, neq; precij m iioris nemo habet. Et paulopost. Talẽta duodecim coegit, agrum hunc mercatus sum, hic me exerceo. Ex his inuitur sub agri nomine, & domum, & omnia alia quę in agro continentur comprehendi, idęq; esse agrũ rus & possessionem. Notandum tamen q; nec rus nec ager villa est, sed villa in rure, siue agro dicitur esse. Quandoque ager significat locum in rure quem colimus siue arando, siue conserẽdo, & singularem pluralemque numerum habet. Columel. lib. i. Nam vbi sedulo colitur ager, plerumq; compendium nunq̃ nisi sicęli maior vis aut prędonis incessit, detrimentum affert. Liuius libro. iiij. Pestilentem annũ inopia frugum neglecto cultu agrorum, vt plerũq; fit excepit. Interdum tamen ager dicitur campus, quia vt ait Varro. Primum ex agro plano fructus capiebant. Est autem campus planities terrę ampla & grandis. Locus vero angustior area vocatur. Interdum dicitur fundus, q; pecudum & pecuniæ videatur esse fundamentum.

¶ Agellus diminutiuum significat parũ agrum. Terẽ. in Adel. Agelli est hic sub vrbe paulum quod locaritas foris, huic demus qui fruatur. Hinc fit aliud diminutiuum agellus. Ambro. Qui fidei exercet militiam, ab omni vsu negociationis abstinere debet agelluli sui contentus fructibus

⁂ Agesilaus dictus est Dis, seu græce Pluron. CC.

¶ Agrarius, ij, qui agros possidet. Cic. in Phil. Num rursus reprobos decoriabit? nũ sollicitabit rursus agrarios? Agrarius a Liuio etiam dicitur suffragator legis agrarię.

⁂ Quomodo & in Philip. capi videtur.

¶ Agrarius, a, um, quod ad agros pertinet. vt lex agraria. Liuius libro. ij. Tum primum lex agraria promulgata est.

¶ Agripetę penultima correpta, qui petunt ex agrorum diuisione portionem, quæ viritim dabatur.

¶ Agreste dicitur quod rusticum est, & ad agros pertinet. Vnde agreste vocamus, quod in agris non in hortis nascitur. Verg. Cuncta tibi cererem pubes agrestis adoret. Idem Dicendum & quę sint duris agrestibus arma. Item agrestis dicitur qui syluestrem vitam agit & feram, sicut apud Græcos Agrios dicitur ferus. Vnde in compositiõe Onager dictus est asinus ferus.

¶ Agricola, penultima correpta, qui agri cultor est. Idem agriculator dicitur.

ð Agricolator, idem quod agricola.

¶ Agger, eris p duplex gg / mas. generis significat proprie lapidum, aut terrę coaceruationem, quę facto vallo propius ponitur. Improprie dicitur cuiuslibet rei coaceruatio, vnde fossę aut valles impleri possunt. Quin & muros & munimẽta aggerem dici voluit. Ser. Ver. Quin intrant portas, atq; ipsis prelia miscent aggeribus. Et agger dicitur media viæ eminentia exaggeratis lapidibus strata. Idem. Qualis sæpe vię deprensus in aggere serpens.

¶ Aggero, as, pen. corre. significat acumulo. Colu. Omnes arbores fructiferæ circũfossæ, aggregari debent. Ambro. Et enim dũ augere opes, aggerare pecunias, occupare terras possessionib⁹ cupimus, pręstare diuitijs, iustitiæ formã exuimus. Hinc fiunt composita Adaggero. Collu. lib. vi. Deinde terram circa arborem adaggerato vsq; ad ipm insitũ. Ex aggero vehementer aggero, & per translationem augmento extollo ve significat. Aug. lib. iiij. de ciui. dei. Quid si cõ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

memorare voluiſſem, & exaggetare illa mala nō q̄ ſibi inuicē hoīes faciūt, ſicut ſunt vaſtationes, euerſioneſq; bellantium, ſed q̄ ex ipſius mūdi elemētis terrenis accidunt rebus.

¶ Aggero, is, pe.cor. ſſi, ſtum, iuxta gero. Ambro. li. i. offic. Fouent ocium aſtutia & improbitate aggerunt diuitiarum aceruos, ſed exoluent ſeram licet nequitiæ ſuæ pœnam.

¶ Agilis pe.corre. leuis, dexter, qui ſe facile agit, vel pronus aut voluntarius eſt ad agendum. Hora. Oderunt hilarē triſtes triſtemq; iocoſi. Sedatum celeres, agilem gnauumq; remiſſi. Col. Symnachꝰ malo inquit vnius agilem induſtriā q̄ decem hominum negligentem, & tardam operam. Hinc agilitas dexteritas, corporis celeritas. Col. lib. i. Eiuſdem agilitatus homo frugi melius q̄ nequam facit.

⁂ Agileus dictus Apollo, q̄ agiles Attica lingua vici vocantur. Apollinis autem ſacrificia in vicis publicis inſtituta ſunt fieri ex Apollinis reſponſo. Vide Agya.

⁂ Agalaia vna eſt ex gratijs, ſeu Chartibus, quod nomen interpretatur lætitia. Cc.

¶ Agina pe.pro. eſt in qua inſeritur ſcapus trutinæ, id eſt in quo trutina agitur & vertitur, ab agendo dicta.

¶ Aginor penultima producta, vilia negocior. Aginator, qui paruo lucro mouetur.

ὃ Agyographa ſcriptura, ſacra ſcriptura. Agyos græce latine dicitur ſanctus.

⁂ Agglomero, implico, adiungo, a glomero, quod a glomus, ſeu glomer deducitur. Cc.

¶ Agglutino penultima correpta, ad aliquid glutino, copulo. Plautus in Aul. Ita mihi ad malum malæ res plane ſe agglutinant.

¶ Aggrauo, as, penultima correpta, valde onero, vel valuis ſum. A quo aggrauaſco, quod eſt valde grauis fio.

¶ Aggrego, as, pe.cor. Vide in dictione Abgrego.

¶ Aglyphos penultima correpta, latine nō ſculptus. Nam α ſine γλύφω ſculpo.

¶ Agnati penultima producta, dicuntur qui per virilis ſexus perſonas cognatione coniuncti ſunt, quaſi a patre congeniti, inquit Caius iureconſul. veluti frater eodem patre natus, filius fratris neposve ex eo. Inter agnatos & cognatos hoc intereſt, q̄ in agnatis continentur cognati, in cognatis non vtique agnati, vt puta Frater patris, id eſt patruus eſt agnatus & cognatus. Matris vero frater, id eſt auunculus cognatus eſt, ſed non agnatus. Gentilitas vero & agnationem & cognationem complectitur. Agnatum etiam dicimus quicquid vltra debitum natum eſt. Vnde agnaſcētia & agnata membra appellantur, quæ abundant. Plinius. Membra animalibus agnata inutilia ſunt, ſicut ſextus hominis ſemper digitus.

ὃ Agnata membra. Vide in dictione Agnati.

¶ Agnomen penultima producta, dicitur ab Agnatione, in qua quis natus eſt.

¶ Agnoſco, ex ad & noſco, ſed d. euphoniæ cauſa mutatur in g/ licet annomino per duplex nn/ ſcribatur. Et agnoſcere quidem dicitur de propinquis, & ſanguine coniunctis, vt Vergilius. Agnoſcitque ſuos, lętus ad mœnia ducit. De hoc etiam in dictione Cognoſco. Ab γνόω, noſco. Mellon id eſt futurum γνώσω noſcam.

¶ Agmen ſignificat multitudinem. Verg. Vocat agmina ſęua ſororꝭ. Interdū ordinatā multitudinē, vt eſt exercitus incedentis, vt Longum per valles poſcitur agmen. Interdū impetum, vt apud eundem. Et leni fluit agmine tybris.

¶ Aggredior, ad aliquem gradior. Et hoc quandoq; amice. Plaut. in Aſi. Etiam tu here hunc amoue abs te atq; me aggredere. Quandoq; hoſtiliter, vt ſit aggredi inuadere. Sal. ex lateribus cæteros aggreditur. Iuſti. Quos ex improuiſo aggreſſus facile fudit. Eſt em̄ aggredi gradatim ire, & cum inſidijs proprium gladiatorum, qui gradatim eunt ad dimicandum. Fit etiam q̄q; aggreſſio verbis. Vergilius. Talibus aggreditur Venerē Saturnia dictis. Aliq̄n aggredi ponitur pro incipere. Lact. lib. v. Oēs tñ illud arguebant q̄ illo potiſſimum tempore id operis eſſet aggreſſꝰ, quo furebat odioſa crudelitas. Aliq̄n pro tentare. Sal. in Iug. Omnes aſperitates ſuperuadere, naturam etiam loci vincere aggreditur. Sciendum eſt q̄ hæc verba Aggredior, adorior, alloquor, & ſimilia, ad præpoſitione eis adiuncta cum accuſatiuo ſolo elegantius ponuntur, q̄ ſi ſimplicia eorum accuſatiuo ad præpoſita iungantur, vt aggredior hominem, nō gradior ad hominem. Dicimus etiam aggredior te dictis, quaſi cum calliditate. Verg. Talibus aggreditur dictis.

ὃ Aglarphotis, admiratio hominum latine dicitur φοταῶ, græci enim homines vocant poetæ.

⁂ Aggretus apud Ennium pro aggreſſus legitur Aggretus fari. &c. Cc.

¶ Agrigentū, vrbs Siciliæ, vnde Empedocles philoſophus & Phalaris tyrannorum ſæuiſſimus origidem duxerunt.

ὃ Agrigentinus, a, um, poſſeſſiuum pe.pro. vt tyrannꝰ agrigentinus, & ſal aggrigentinus, qui in igne fluit, & in aqua, vel alio liquore crepitat veluti torreatur, vt ait Soli.

ὃ Agrippina nomen Neronis matris, & Caliguląe imperatoris cōiunx. Alia fuit Agrippina Octauiani Auguſti filia. Eſt & Agrippina nomen ciuitatis apud Coloniam, quam ædificauit Agrippina Neronis mater.

¶ Agrippinenſis, Colonia dicta eſt ab agrippina Neronis matre, quæ vt vim ſuam externis quoq; nationibus oſtentaret, in oppidum Vbiorum, qui ſunt in Germania inferiore, in quo genita erat, Coloniam deduxit.

¶ Agrippæ, ſeu Ægrippæ ab ęgro partu, vt docet Gel. dicūtur, quoꝭ in naſcendo nō caput, ſed pedes primi extiterunt, qui partus difficillimus & ægerrimus habetur, ab ęgritudine & pedibus appellati. Confixos aūt pueros eſſe in vtero, Varro ſcribit, capite infimo nixos, ſurſum pedibꝰ elatis, nō vt hoīs natura eſt, ſed vt arboris. Nā pedes cruraq; arboris appellāt ramos, caput ſtirpē atq; radicē. Q̄n inqt cōtra naturā forte cōuerſi i pedes brachiſq; plęrūq; diductis retineri ſolent, ægrius tūc mulieres enituntur. ὃ Fuerūt aūt multi ſic appellati, quoꝭ vnus fuit Meneuius romanus cognomēto lęuatus, qui de Sabinis triūphauit, & populū q a patribus ſeceſſerat, in gr̄am reuocauit. Alter Sylui Agrippa. xi. Latinoꝭ rex, & regnauit annis. xl. Alius Agrippa fuit Ariſtoboli filꝰ & Iudęoꝭ rex, regnauitq; annis. vij. anno primo C. Cæſaris hic dictus eſt Herodes Agrippa, & res præclaras geſſit, vt Ioſe. retulit. Alius Herodes Agrippa ſecūdꝰ Iudęorum rex. Alius Agrippa cognomento piſtor.

¶ Agrios, latine dicitur agreſtis, ferox immitis.

⁂ Agrion nardum Creticum, quod quidā Phum vocant, eſtq; folio holeris atri. Cc.

¶ Agnus, q̄ ſit hoſtia pura & īmolatiōi apta, ἁγνός pur⁹, caſtus, inde Chriſtus ſaluator noſter agnꝰ dei dicit. Eſt etiā arbuſcula, qua vię omnes ornabantur Athenis in feſto Palladis dicta autem ab α priuatiua & γεννάω genero, q̄m īducit caſtitatem. Vide in dictione Hagnus.

¶ Agogus pe.pro. latine dr̄ ductor, dux vię, ἀγωγὸς ἀπὸ τοῦ ἄγω γάρ ὅ πολλὰς σημαίνει. ⁂ .i. Ab ἄγω verbo q̄d multa ſignificat. ὃ Gręci ēt agogas vocāt fere quos nos iudices.

¶ Agolū pe.cor. paſtoralis baculus, quo pecudes aguntur.

¶ Agon locus certaminis Romę, qui circus Flaminius dicebatur, & plęrūq; ponit̄ p ipō certamine. ὃ Vt apud apoſtolum. Omnis qui in agone contendit, ab hominibus ſe abſtinet. ὃ quandoq; etiam pro ſtudio eſt, & Agon Victimarij verbum pro agone. Ouidius libro primo Faſt. Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros. Semper agat ne rogat, nec niſi iuſſus ait, & Seneca libro. iij. controuerſa. Carnifex manū tollat, deīde reſpiciat ad patrem, & dicat agō? Quod fieri ſolet victimis. ὃ Fuit quoq; proprium viri nomen ex Teio. De quo Plutar. Agon inquit eius ſuffixas clauis argēteis crepidas ferebat.

⁂ Agonatia Agonij dei feſta. Vide in dictione Agonia.

⁂ Agonenſis porta, quæ & Collina porta dicebatur. Cc.

¶ Agonia pen.cor. orū, & agonalia, orū, vel. ium. Ludi qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fiebant in honorem agonij dei, ab α ſine,& γωνία angulus quia locus in quo huiuſmodi ludi fiebant erant ſine angulo.Oui.lib.i.Faſt. Et prius antiquus dicebat agonia ſermo. Sunt qui agonia dicta velint ſacrificia,quæ fiebant ī mōte, quoniam agones montes vocitarent, Vnde mons Quirinalis Agonus, & Collina porta Agonenſis eſt appellata, ſed etiam ἀγωνία timor,ſollicitudo, conſertatio,vt Iſocrates in Euagora,& ἀγουία ſterilitas quædam parieñ.

¶ Agonia,æ, penultima correpta, hoſtia quæ immolabaṫ. Antiqui enim agonias ab agendo hoſtias vocabant, & ſic habet accentum in antepenultima. Rurſus agonia cum accentu in penultima, accipitur pro timore & ſollicitudine & concertatione,quæ mentem vexat, vt in euan. Et factus in agonia prolixius orabat.

¶ Agonius dicebatur deus, qui pręſideret rebus gerendis. Et agonis dies erat, quo rex agoniam hoſtiam immolabat Et agonius moleſtiam inferens dicitur.

¶ Agoniſma,atis,certamen, vt de diuo Anaſtaſio legitur. Sum agoniſma gratanter ſuſcepit. Proprie tamen palma, ſeu præmium agoniſma dicitur.

¶ Agoniſta,qui in agone contendit.Græce ἀγωνιστὴς dicitur certator pugil.

¶ Agoniſticus,a,um,certatorius,qđ ad agonem pertinet. Aug.in pſal.interpretatione. Agoniſtica iſta vana & ludicra non debet affectare chriſtianis. ǒ Et agoniſticus dicitur qui certat,vnde monachi,qui certāt aduerſus diabolum,& vincunt,agoniſtici dicūtur

¶ Agonotea pe. cor. numerarius, quaſi agonis diſpoſitor, ſeu præfectus, qui præmium certantibus in quolibet ludorum genere proponit, quaſi Æneas apud Vergi.ǒ Spartianus ī Adriano pro agonotheta reſedit. Componitur enim ſic ἀγῶν ἀγῶνος certamen & τιθεὶς τιθέντος poſitꝰ diſpoſitor.Augu.Non audis athletam domini ab agonotheta petentem adiutorium pugnæ.Hier.Iſte agonotheta non propterea nos pugnare voluit,vt nos poſſit benedicere.

¶ Agonizo pen.pro.neu. & Agonizor depo. ſignificat dimico,cōtendo.Hie.in eccle. Agoniz.are pro anima tua pro iuſticia. Cyprianus ad Moyſen. Omnis qui agonizatur in omnibus continens eſt.

¶ Agoranomus pe. pro. apud Plau.ædilem ſignificat, qui in Capt.ait. Euge edictiones ædilitias hic quidem habet mirumq; adeo eſt niſi hunc fecerunt ſibi ætoli agoranomū Dictus agoranomus a foro rerum venalium, cui regulam præſcribit.Sed ſi græcam linguam audire volumus aliud ſignificat,quoniā ἀγορά καὶ ἀγορεύω τὸ φθέγγομαι καὶ ἀπὸ τοῦ νεμειμνόμος i.forū,& ἀγορεύω dico,loquor,& a νέμω ip diſtribuo, νόμος lex, quaſi qui fori iuſ haberet. ǒ Nā ad præfectum fori & opſoniorum quæ in foro venduntur pertinet vt iuſto & moderato precio diuendantur.Hos Pla.li.vi. de legibus curatores appellat rerum vęnalium,qui fori,venditioniſq; curam habent.

¶ Agoræus a noſtris nundinarius vilia emens ab agorazo emo.Hora. Dauniæ defende decus camœnæ Lenis agoreæ. Agora enim forum vęnalium dicitur, quod etiam pro concione,pro precio rei,pro re vendita,& pro foro iudiciali quādoq; ponitur.

¶ Agraphus pe.cor.latine nō ſcriptus dī,vel non pictus.

ǒ Agrippa Syluius Tyberini filius, ſubmerſo patre ſucceſſit in regno,& cum.xl.annis regnaſſet,moriens Romulum filiī regni reliquit hæredem.

¶ Agyrini,ſiue Agyrinēſes dicti ſunt populi ab vrbe Agyrio,ſiue agurio.

✳ Ah, Aha, nunc doloris, interdum amirationis, aut indignationis vox eſt. Cc.

✳ Ahahe aliquando eadem vox & aduerbium eſt, & interiecto & nomen.Cc.

¶ Ahenus,a,um,idem quod æreus. Vergilius.Et luce coruſcus ahena.

ǒ Ahorta vena eſt. Nam duæ ſunt venę primę, quę ex corde ſanguinem recipiunt,maior,ſcilicet & abhorta, reliquę earum ſoboles ſunt.

✳ Ahenum,vas eſt quo ad potandum calefit. Cc.

✳ Aiaces duo,hic Telamonius ille Oileus fuit & aiax nomen vnius ex elephantis Antiochi.Cc.

¶ Aio,is,it,aiebam,bas,bat. Ai,aiſti,ait,aimus,aiſtis. Aug. Vos adiſcientes in malo aiſtis. Plautꝰ in Aſi. Me vnice vnū ex omnibus,atque illam amare aiebas. Mæuius. Vel ai, vel nega.Cicero de fi.bo.Quaſi ego id curem quod ille aiat, aut neget.

✳ Aitibernalis dicitur tabernę continuus habitator.Cc.

¶ Aius deus a Romanis dictus eſt ab eo qꝺ aiebat. Namolim Romæ audita vox eſt ſilentio noctis clarior humana voce,quæ iuberet magiſtratibus nunciari Gallos aduentare,, & vt prouiderent,ne Roma a Gallis caperetur, ex eo dictus eſt deus. Aius,id eſt loquens,ſicut docet Cice.lib.ij.de diui.

¶ Aizon hærba eſt quæ ſemper viuit, quaſi ſemper viuum ἀεὶ enim ſemper ζάω viuo dicitur.

ǒ A natura humida,& ſemper viridis dubitare poteſt, folio carnoſo,lęui atque oblongo. Duo eius genera ſunt, maius in fictilibus vaſculis ſeritur, qꝺ aliqui Buthalmon, id eſt bouis oculum a ſimilitudine vocant,alij zoophthalmon,id eſt animalis oculum,ambitu enim effigiem oculi imitatur. Alij qꝺ amatorijs conueniat erogenneton γεννάω enim gigno ερος amator. Alij hypogeſon,quoniam fere in ſubgrandis naſcitur.Greci enim partes tecti prominentes γεῖσα vocāt hæc a Latinis etiam ſedum aut digutellum.

A ante L.

ALa,qua aues volant. A cuius ſimilitudine ala eā dicitur locus ille cōcauus ſubter brachium in homine,quia in eo pili quaſi pennæ naſcuntur. Pli.lib. xi. Elephas tantum ſub armis duas.ſ. mammas, nec in pectore, ſed citra in alis occultas.Hinc hircinꝰ odor ille concipitur.Proprie tamē vocatur axilla,a qua fit ala,contra Priſcianum,qui vult axillam per diminutionem fieri ab ala,& maxillam a mala Ciceronis hæc ſunt verba. Quinetiam verba ſępe contrahūtur nō vſus cauſa,ſed aurium. Quomodo autem veſter axilla ala factus eſt,niſi fuga literę vaſtoris,quam literam etiam e maxillis & axillis,& vexillo & pauxillo conſuetudo elegans latini ſermonis euellit. Sed hoc nomen quidam aſpirant. Dicitur & aſella,vt in ſacris literis. Abſcondit piger manum ſub aſella.Præterea ala dicta eſt equitum turma, qꝺ pedites regat alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra ſiniſtraque tanquam alæ in auium corporibꝰ locantur. Vergilius libro.iiij.Dum trepidant alæ ſaltuſque indagine cingunt.Inde dicti ſunt equites alares vel alarij.

ǒ Alæ etiam nauium dicuntur,vt velorum pandimus alas.

✳ Ciceronem non recte capit.

¶ Alarius,a,um, quod eſt alę equitum turmę. Vnde Alarij equites.

¶ Alatus,a,um,ab ala auium,quod habet alas.

Allatus vero per duplex ll/apportatus.

¶ Alauda auis, quę olim Galerita vocabatur, quia apicem habet, hoc eſt plumam elatam in capite ad ſimilitudinem galeri,ſiue galeę. Varro appellat galericum, & a Græcis corydalus dicitur. Poſtea gallico vocabulo Alauda vocata eſt legio quædam apud Romanos. Galli enim hoc nomine ſignificant galeam. Vnde milites qui galeis vtuntur dicti ſunt alaudę.Scribit Plinius libro.xi. Alaudam auiculam appellatā quondam galeritam gallico vocabulo etiam legioni nomen dediſſe. Ideoque Cæſar cum ex gallijs legionem conſcriberet,alaudam appellauit. De qua legione Cic. ad Atticum ſcribit. Antonius cum legione alaudarum ad vrbem pergere,pecunias municipijs īperare.Militaria enim vocabula traducta ſunt ab ipſis rebus, quę ita nominantur proprie,quarum rerum in acie ſtruenda ſui cuiuſq; vocabuli imagines oſtenduntur.

¶ Alabarches,latine ſalis pręfectus, vt eſt apud Ioſephum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in vltimo antiquitatis libro. Et fuit apud Ægyptios & Iudeos honoris appellatio.

¶ Alabandę Ioniæ ciuitas Apollonio rhetore nobilitata. Hinc alabandes & alabandicus, quæ sic ab inuicem differũt ꝙ alabandicus, siue alabandiacus nomen est possessiuũ. Vnde alabandicos libellos pro barbaris & ineptis greci capiũt. Alabandes ciues oppidi dicuntur. Vnde carbunculos perfectos alabandes, quasi municipes apellant impolitos atque rudes alabandicos.

* Alabandica rosa dicitur vilissima. Cc.

¶ Alabastrum, genus marmoris perlucidi, & coloribus distincti, ex quo fiebant vasa vnguentaria. Mar. Quot cosmi redolent alabastra focięq; deorũ. Dĩ alabastrus, quem Plinius scribit seruãdis vnguentis maxime idoneũ nasci circa Thebas Ægyptias & Damascum Syrię, quo prisci Romani sicut aliqui magnates nunc Romæ præstando ꝙ fenestras lumine vtebantur. Similiter alabaster dicitur. Cic. li. ij. Acad. Quibus etiam alabaster plenus vnguenti putrescere videtur. Et lapis alabastrides penultima producta. Plinius libro xxxvi. Hunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria. Hunc lapidem etiam vocant onychem. Sunt etiam myrothecia & narthecia vngnentorum loculamenta, sed vt puto tales dictiones imprporie capiuntur a latinis, græca enim lingua manifesta est. ὅτια σεφεῖ καὶ λαμβάω. i. quoniam α priuat, & λαμβάμω sumo. in numero plurali τὰ ἀλάβάστρα proprie pyxides vnguentorum & vnctionum sine ansulis. Callimach⁹ tamen in hymno Palladis in genere masculi. posuit, itaq; ab odoribus potius q̃ odores. a lapide dicuntur.

¶ Alabia græce ἀλαβία, latine innocentia dicitur. Sed est dictio in greco & in latino corrupta, græce eñ scribi debet ἀβλάβειαὅτί βλάβη κακουργία ἐστί, ἀπὸ τοῦ βλάπτειν. * quoniam βλάβη maleficium est a nocendo, & ideo latine debet dici ablabea penultima producta, quoniam e dipthongus mutatur in e/longum, vt κυθέρεια cytherea τηνελοπεία penelopea. Et significat innocentiam.

¶ Alacer & alacris pe. cor. dicitur is qui ingentis est sensus, hoc est qui viget sensibus vniuersis, vt inquit Asco. quod est indicium erecti animi atq; sublimis, & cui sensus omnis in suo loco degit, sicut econtrario Lacer dicitur amputatis in corpore membris, hoc est auribus, oculis, manibus, quod ad animum sæpe transfertur. Illud quoque intelligitur, aliud esse alacrem, aliud lætum. Donatũ. Alacer dicitur non lætus, neq; tristis. Interdum ponitur pro celeri & prompto, quasi sit alis acer. Terentius. Quid tu es tristis? quid non es alacris? Cicero lib. i. ad Heren. Si huic sit remissum multos alacriores ad maleficia futura. Idem. Nam cum feras bestias videamus alacres & erectas euadere, vt alteri bestiæ noceant, non est incredibile putandum. &c. Interdum pro læto, & veluti in spem aliquam gestienti. Hinc alacritas, vigor, & animi erectio, necnon & lætitia gestiens, quæ secundum Do. proprie est mutatio quædam vultus gestientis in spem aliquã, & media est inter lętitiã atq; tristitiam. Interdũ dĩ voluntaria celeritas, seu promptitudo adorve. Liui. lib. iij. Postq̃ ingenti alacritate clamor est sublat⁹ qđ bene verat gesturum se illis morem, posteroq; die in aciem eductu rum affirmat. Cic. lib. i. Tus. Pro lętitia gestiente, quę malis habẽda sic accepit. Virigitur temperatus, cõstans sine metu, sine ægritudine, sine alacritate, nulla libidine vexatus.

* Inde alacrite, & alacritas. Cc.

¶ Alania regio est Scythiæ, Europeæ, quæ ad Mœotidas paludes pertingit.

¶ Alanus penultima producta, Scythiæ fluuius, a quo Alani populi dicti sunt, iuxta quos sunt Toxolani. Amian⁹ scribit Alanos dici, quos prisci Masagetas dixerunt. Hi carnibus vescuntur, & panem non manducant. Martia. Nec te Tarmatico transit Alanus equo. Iul. Capi. Alanos in parte Daciæ collocat.

♁ Alauorsi populi ad septẽtrionem vltimi.

♁ Alaricus, nomen Gothorum regis, qui Rhomam obsedit, destruxitq;. Fuit & alter Alaricus Gothorum rex quartus creatus, anno domini. D. ccdxiij. qui etiam Romanam vrbem cœpit, sed postmodum per fraudem in die Paschæ occisi sunt Gothi.

¶ Alba, nomen est duarum vrbium, quarum vna est in latio, a qua Albani populi, & Albanus mõs, sub quo Ascanius ciuitatem hanc Albam condidit, quæ vt Liuius scribit a situ porrectæ in dorso vrbis longa alba vocata est. Vulgatior fama est ab omine porcæ ibidem inuentæ dum a Troia cum patre profugo veniisset. Altera est ad lacũ Fucinum, a qua Albenses dicuntur, q̃is etiam Albani quandoq; vocentur.

¶ Alba etiam sacerdotis camisia dicitur.

* Alba dea, est quæ & Albuna, & Leucotea dicitur. Cc.

* Albarium tectorium, est illud quo ædificatus paries ĩcrustatur, supra quod postea illinitur. Cc.

¶ Albana vrbs fœlicis Arabiæ est, sicut docet Ptol.

¶ Albanus nomen est montis, & lacus non procul ab vrbe, vñ vaticiniũ fuit nunq̃ Romanos Veium captutos, ni primo ex Albano lacu emitteretur aqua. Item Albanus nomen est duarum vrbium, quarũ vna est in Macedonia mediterranea. Altera in maiori Armenia, vbi diuus Bartholomęus fuit decoriat⁹. Hoc etiã noie dict⁹ est fluui⁹ Albaniæ.

¶ Alban⁹, a, um, qđ est ab alba latij vrbe. Vñ albani pẽs.

¶ Albania regio in oriente a colore populi vocata, eo ꝙ albo crine nascantur. Hæc ab oriente sub mare Caspium surgens per oram oceani septẽtrionalis vsq; ad Mœotidas paludes per deserta extenditur, In ea Albania ciuitas. & albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferocissimi, qui tauros & leones occidunt. ♁ Hæc Noma duo generi proxima est inter Hiberiam & mare Caspium, ab ortu solis mari cõiuncta, ab occasu Hiberiæ finitima. Boreale latus munitur Caucasęis mõtibus. Australe Armeniam contingit. Stra. xxvi. linguas Albanorum fuisse tradit, & totidem aliquando reges. Fuere & sub imperio Persarum, postea Macedonum, deinde Romanorum. Sed Traianus imperator his regem dedit. Nunc sub magno cairo degere creduntur. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Peloponneso pars in Macedonia sedet, iuxta Dirachium, quorum dux fuit Georgius scanderbech, qui multa pro Christi nomine aduersus Turcas prelia gessit.

* Albanum vinum erat, vtile erat neruis. Cc.

¶ Albia fluuius Boemię, oritur in montibus, qui Morauiã Boemiamque diuidunt, & magno aquarum auctu mediã ferme diuidunt Boemiam, in occidentem prius mox in septẽtrionem fluens, vbi exit Boemiam per angustas fauces montium in Saxoniam penetrat, & in oceanum voluitur.

♁ Albius nomen imperatoris Romani dictus, ꝙ exceptus sit vtero candidissimus contra consuetudinem puerorum, qui nascendo solent rubere, cum inuoluti secundis rubentes erumpẽte menstrua perliti profluuio sanguinis pariter egredientis. Hinc illud satyri poetę. Modo primos incipientem Edere vagitus, & adhuc a matre rubentem.

¶ Albus, a, um, a græco ἀλφὸς, quod candorẽ significat. Sabini alpum dicunt. Est calor qui opponitur nigro. Plau. in Menę. Dic mihi hoc qđ te rogo, album an atrum vinũ potas? Interdum alb⁹ ponit ꝙ pallido, vñ & exalbesco pallid⁹ fio. Interdum pro bono, sicut econtrario nigrum pro malo. Persius. Per me equidem sint omnia protinus alba. Horat. Hic niger est, hunc tu Romanæ caueto. Iuue. Maneant qui nigrum in candida vertunt. Sed hęc per translationem.

¶ Album substantiuum, dicit qđ greci vocãt λεύκωμα, tabula gypsata, in qua iudices notari prętorũq; iura scribi solebant. Si quis vero album corrupisset puniebatur, quia prętoris maiestas contempta videbatur. Paulus. Si familia alicuius album corruperit, non similiter hic edicitur, vt in furto. Iudex (inquit) Seneca libro. iij. de beneficijs ex turba electorum, quem census in album, & equestris hæredi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tas misit. Hoc & Pyctacium quoq; dicitur, vt in Alexãdro Cæsare. Lampridius vulgo matrix appellata. Similiter ea tabula dicitur album, in qua singulorum annorum acta literis mandabantur a pontifice maximo, proponebaturq; domi eius, vt potestas esset populo cognoscẽdi. Hiccq; nũc Annales maximi nominantur, vt author est Cice. lib. ij. de Ora. Est & album decurionũ & citharœdorũ. Nã in. ff. titulus est de albo scribẽdo, vbi docet Vlpia. quo ordine Decuriones in albo scriptos esse oporteat, vide etiã pyctaciũ.

¶ Albarium dicitur quod illinitur tectorio cum paries pingendus non est, quod fit ex calce.

* Albẽses populi ab Alba oppido iuxta lacum Fucinum.

¶ Albidus, a, um, pe. corre. quod aliquantulum album, vt granum extrinsecus albidum, intus candenti simile conspicitur. Augusti. lib. xxi. de ciuitate dei, pro albo posuit. Lapides igne candente percocti, & ipsi fiunt candidi. Et q̃uis ille magis rubeat illi albido colore nitescant, congruunt tamẽ illi luci quod album est, sicut nigrum tenebris. Hinc subalbidus parum siue aliquantulum albus. Pli. Ramos habet candidos, folia subalbida.

¶ Albedo, Albitudo, & Albor pro candore accipiuntur. Plaut. in tri. Et item alterum ad istanc capitis albitudinem Callidem aiebat vocari.

* Albi calculi dicebantur, quibus Cretenses dies lætos, quos in vita agerent numerare solebant. Nam candidos lapillos ad hoc officium eligebant, quemadmodum econtrario infœlices, atq; infaustos dies nigris lapillis signabant, & ex candidorum numero, vitæ tempus metiebantur. Malos enim dies in annorum numeros non redigebant.

* Albicerateq; ficus pediculo minimo latissimeq. Cc.

* Albicera, oliuę genus.

¶ Albor albedo. Hiero. in Leui. Q; si sursum fuerit in alborem conuersa, sacerdos eum mundum esse decernet. Alborem etiam Apitius vocat, quod est album in ouo, quod Plinius albuginem appellat. Medici albumen.

* Albingaunium, & albium Intermelium Ligurię oppida quædam, cum Ligures partim Ingaunij, partim Intemelij dicerentur, eorum colonię ad mare deductæ, altera Albiũ, quasi alpium intermelium, altera vero Albingaonium vocitatæ sunt. Cc.

¶ Albugo penultima producta, macula in oculo. Plinio lib. xxi. Qua alligata oculo albugines tolli dicũtur. Idem albuginem vocat album in ouo.

¶ Albumen penultima producta, quod est in ouo album. Vitellus vero ꝙ croceum.

¶ Albeo, es, albus sum, vt campi niuibus albent. Hinc albesco, albus fio. Verg. lib. i. Geor. Sæpe etiam stellas vento impendente videbis. Præcipites cœlo labi noctisq; per vmbras, Flammarum longos a tergo albescere tractus. Huius compositum est exalbesco.

¶ Albico, as, pe. cor. aliquãtulũ albus sum. Pli. lib. xxij. Solidum semen conijcitur in oculũ, nec turbat, sed in se caliginẽ cõtrahit, mutat colorẽ, sed ex nigra albicare incipit, & tumescit. Similiter accipiuntur Vellico, fodico, candido, nigrico, nutrico, quæ formantur ab eorum verbis in sco/ definentibus diminutis literis e/& s/& mutata e/in i/ vt albesco, albico, candesco, candico. Descenduntq; ab actiuis & neutris, vt nutrio, nutrico, vello, vellico, fodio, fodico, quæ sine dubio diminutiua sunt. Nam fodico minus est q̃ fodio, quod non somniculose legẽtibus patebit. In significatione verborum ĩ sco. Prisc. interpretat⁹ est albico dicens pro albesco, & Horatij affert exemplum. Nec prata canis albicãt pruinis. Sunt qui ea apparatiua nominẽt, qm̃ apparẽtiã significent.

¶ Albo albas, album facio. Cuius passiuum est albor, albus fio. Vnde & dealbo, & dealbor, quod est multũ, siue a summo vsq; deorsum album facio. Curt. Cice. Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Et illud. Lauabis me, & super niuem dealbabor.

¶ Albogalerus pileum capitis, quo flamines diales vtebantur. Fiebant enim ex hostia alba Ioui cæsa.

* Albosia scuta dicebãtur, quæ & decumana, ꝙ essent amplissima. Cc.

¶ Alburnus, Lucaniæ mons a candore verticis dictus, & portus eiusdem nominis apud Lucaniam.

¶ Alburnum, adeps arboris. Plin. Humor & cortici arborum est, q̃ sanguis earum ĩtelligi debet. Est enim in toto corpore arborum, & reliquorum animalium cutis, sanguis, caro, nerui, venæ, ossa, medullæ. Pro cute cortex, humor sanguis, proximi plerisque adipes. Hi vocantur a colore alburnum. Hinc exalburno, as, quod est alburnum detraho. Idẽ. Et reliquis arborib⁹ siccissima lotos, deinde robur exalburnatum, cui nigricans color.

¶ Albunea, fons & nemus iuxta Tibur. Verg. lib. vi. Lucosque sub alta. Consulit albunea nemorum, quæ maxima sacro Fonte sonat.

♁ Nomen est dictum, siue a colore aquæ sulphureæ, siue ꝙ albunea latine sit, quæ græce dicitur Leucothea.

¶ Albegmina, partes extorum, quæ dijs immolabantur a candore eorum dicta.

* Album prętoris, & album Iudicũ dicebatur, quod q vel fœdasset, vel vitiasset, vel quocũq; scripturæ gñe turbauisset, capitaliter nõ expectata ordinis sententia puniebat. Cc.

¶ Albula pe. corre. fluuius ab albo colore aquæ, qui post ea Tyberis a Tyberino Syluio Albanorum rege ibi extincto dictus est. Liui. Pax ita conuenerat, vt Hetruscis latinisq; flu albula dicta est aqua quædam in agro Tyburtino, quæ vt uius albula, quem nunc Tyberim vocant finis esset. Item Stra. testatur vulneribus medetur. Mar. Canaq; sulphureis albula fumat aquis. Dicitur & albulę pluraliter. Idẽ. Quod siccę redolet palus lacunę Crudarũ nebulę quod albularũ.

¶ Albion, insula Britanniæ dicta ab albis rupib⁹, quas mare abluit. Postea Anglia dicta. Vide in Anglia.

♁ Est & albion vrbs ingens, siue oppidum intemelium, cui⁹ habitatores intemelij vocantur, inter Monoeci portum & albiganeum, albera primo dicebatur. Fuit etiam albion nomen filij Neptu. qui inuasit Herculem.

¶ Albis fluuius, qui in duo spatia Germaniam disfermiat, vt testatur Strab. li. i. De hoc Luca. li. ij. Fũdat ab extremo flauos aquilone sueuos Albis, & ĩdomitũrheni caput.

¶ Albinga, opidũ ligurum colonia ad mare deducta, cuius incolæ Ligures Ingauni vocantur. Ex hoc loco ad Monœci portum stadia sunt. lxx. Dicitur & Albiugaunum.

¶ Albeus, per diminutionem albeolus cum accentu in antepe. tabula lusoria. Cice. de fi. bo. Aut albeolum poscere, aut querere quempiam ludum. Pli. M. Messala consul pridie Calendas Octobres diem natalis sui egit, trãstulit albeum cum tesseris lusorium e gemmis duabus latum pedes tres.

* Albuna. Vide in dictione Alba dea.

♁ Alcmenes, penultima correpta, nomen scrutatoris, qui Phidiæ discipulus fuit, vt Plinius lib. iiij. scribit.

¶ Alcęus cum diphthõ. nomen poetę lyrici mytilenei. Hic magnificus breuis diligens, & plurimum Homero similis. Fuit etiam auus Herculis, qui inde Alcides.

¶ Alces, is, seu Alces, æ, græcorũ more, animal est e Gallia.

♁ Figura colore & quantitate mulę similitudinẽ prętẽdens, sed allabium superius adeo protensum habet, ꝙ nisi retrograde incidẽs herbas in terrã cupere non possit, est ♁ Transalpina inuentu rarum, olfactu e longinquo venatorẽ sentiens, statimq; in specus & latibula se condens, media inter camelum & seruum similitudine. Sed mares ex his in super cilijs habent cornua. De his animalibus Cæsar lib. vi. & Iuli. Capitolinus mentionem faciunt. ♁ Plinius. Septinario fit & equorũ gragus ferrorum sicut & asinorũ. Asia & Aphrica Prętherta alterni proceritas aurium, & cruricis distingat iumento similem.

¶ Alceste, es, siue Alcestis alcestidis, fuit Perilai filia Admeti Phereorũ regis coniunx quę maritum tanto amore dilexit, vt pro eo perire non recusauerit. Cum enim maritus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ægrotaret, oraculo nuntiatum est ei posse eum adhuc viuere si tū foret aliquis ex affinitate vel amicitia qui pro eo spōte mortem subiret. Cæteris id abnuentibus, sola vxor promisit. Iuue. Spectant subeuntem fata mariti Alcesten. Hierony. Alcestim fabulæ ferūt pro admeto sponte defunctā, sed multa essent dicēda, sed vide tragœdiam Euripidis Alcestim quæ impressa est.

¶ Alcinoę pe. cor. duæ fuisse legūtur. Altera Ceycis vxor, quæ viso cadauere mariti in litus electo se deiecit in mare, iussuq; Amphitrytes in aues conuersi fuerunt ambo. Altera fuit Fueni fluminis filia, quę postea Marpesia dicta est.

¶ Alcedines sunt quędam aues dictæ quasi algedines, q; frigidis temporibus in mari pariant. Plautus. Nam Hercule tu periisti nisi illam mihi tam tranquillam facis q̄ mare est olim cum alcedo pullos educit suos. Dicta est a græcis Alcyone, es, vel Alcyon, onis. Ambro. lib. Hexa. Alcyone est auis maritima quæ in littoribus fœtus suos edere solet, ita vt in arenis oua deponat medio fere hyemis. nam id tēporis fouendis habet deputatum partubus quando maxime insurgit mare, littoribusq; vehementior fluctus illidit, quo magis repentinę placiditatis solennitate auis huius eluceret gratia. Namq; vbi vndosum fuerit mare, positis ouis subito mitescit, & omnes cadunt ventorum procellæ, flatusq; aurarū quiescūt, ac placidum ventis stat mare, donec oua fouet Alcyone sua, septem dies fœtus sunt, quibus decursis educit pullos. Illico alios septem adiūgit dies quibus enutriat partus suos donec incipiant adolescere. Tantum autem gratiā minuscula auis diuinitus indultam habet, vt os quatuordecim dies nautici præsumpræ serenitatis obseruēt, quos & alcyoniadas vocant, quibus nullos motus procelloseq; tempestatis horrescant. Ferunt hanc auem paulo maiorem passere, pennis purpureis cādidis admixtis, collo gracili & procero rostro subuiridi longo & tenui raro visam. Aristo. li. viij. de anima. Alcyonum duplex genus esse scribit, alterū vocale harundinibus insidens, alterum mutū ampliori corpore. Ab Alcyone fit alcyonius, a, um, vt Alcyonij dies. Eitq; a græco als quod mare significat, licet aspiretur.

ծ Alched arabica est animal quod multi arabici hircā vocant nascitur ex leone & pardo, & nimium ferox est.

¶ Alcamenes pen. cor. nomen sculptoris proprium qui sicuti Pli. lib. xxxiij. scribit, Phidie discipulus fuit.

✳ Alcedonia dicūtur ab alcedine, sicut ab alcyone alcyonides. Pla. Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum.

¶ Alcmanie Lydias Sardensis poeta lyricus filius Damantis claruit. xxvij. Olympiade cū apud Lydos regnaret Ardis pater Aliattæ. Et cum nimio amore puellam quandam deperiret, amatorios cantus primus inuenit. Fertur Phthiriasi morbo interisse, quoniam, φθείρω ὄνομα φθεῖς φθείρας καὶ φθειρίασις .i. φθείρω corrumpo, vnde φθείς .i. pediculus, & φθειρίασις .i. pedicularis morbꝰ, quoniam ex putrefactione humorum in poris carnis pediculi oriantur

✳ Alcinoe vna ex pleiadibus.

¶ Alcinous penul. cor. nomen iustissimi phæacum regis a poetis laudati, cuius ædes fuerunt magnificentissime extructę, & viridaria bifera erant. Vnde Papi. Quid referam alcinoi, referam pomaria vosq; Qui nunq; vacui prodistis in æthera rami. Dicitur etiam alcinus. de quo in odyssea multa Homerus, quæ nota sunt.

¶ Alcides pen. pro. Hercules græca significatione a virtute appellatur. Nam ἀλκὴ alce virtus robur fortitudo dicitur.

ծ Vel dicitur alcides Herodo. ab Alcęo auo paterno Andromedęi & persęi & Amphitrionis patre.

✳ Alcibiadon herba sic dicta q; vti ea ad formam concilīadam solitus sit Alcibiades, magnis foliis & asperis radice ruffa oblonga nascens pcipue in aridis & arenosis locis. Cc.

¶ Alcibiades pe. cor. nomē Athenienſis imperatoris summi, qui genere & forma præcipuus oībus rebus aptus fuit. Diues pterea, affabilis, patiens, & omni denicq; virtute præditus. Et qd mirū est virtis etiā plenissimus fuit. Eius vitam Plutar. luculēter scripsit. Proditū est q; in illū vniuersa ciuitas Athenienſium oculos, in illum suspensa ora conuerterant, & quasi de cælo missum cōtuentes admirābātur. Fuit hic ex primatibus, qui cum esset procliuis ad luxum & ad cæteras voluptates ad bonam disciplinam traductus est a Socrate. Nam discendi studio & sapientiæ amore pellectus extemplo cunctis amatoribus adulatoribusq; repulsis ad Socraticam disciplinam animum vertit nusq; recedens a latere philosophi sapientissimi.

¶ Alcmena pe. pro. nomen proprium fuit matris Herculis ծ Electionis filia Amphitrionis thebin vxor quę Ioni Herculam peperit græce dicit ἀλκμήνη ἀπὸ τῆσ ἀλκῆσ .i. a robore. qm mulier multū prę se tulerit animi constantię ad vi ros ꝓxime accedens. aliqn̄ post /c/ ponit /u. Alcmena ꝓut versus exigit. ծ de qua qui velit multa intelligere legat Τὴν ἀστὶδα τοῦ Ἡσιόδου, ἣν οἱ προλιποῦσα δόμους © παῖδα τοῦ Ἀμφιτρύωνα, ἀλκμήνην θυγάτηρ λαοσόου ἠλεκτρύωνος. ✳ Aspida Hesiodi, sola relīquēs domos & patriā terrā venit thebas post regē Amphitryonē Alcmena filia populī arcētis electrionis.

ծ Alcon nomen proprium cretensis sagittarij cuius filium cum dracho inuasisset tāta arte direxit sagittam, vt ea currens in serpentis deficeret vulnere, nec transiret in filium. Fuit hic Alcon Erictęi Athenienſium regis filius qui ex attica in Euboeam fugit.

¶ Alea ludus tabulę ab alea quodam milite in ocio Troiano. Hora. in epi. Quem damnosa Venus quem pręceps alea nudat. Et cum alea dicatur omnis ludus in varietate fortunæ cōsistens. Vnde Mar de nucib⁹. Alea parua nuces, & nō dānosa videtur. Sępe tn̄ pueris abstulit illa nates. Factū est vt non solū pro fortuna, sed etiā pro periculo periculiq; dubitatione sumatur, & ille dicat aleam iacere, qui se periculo fortunęq; cōmittit. Liui⁹. In dubiā imperij seruitijq; aleam imus. Est & alea nomen vrbis ab Aleo conditore. Papy. in syl. Aut aleæ lucis vidit tegeęa sacerdos. Plut. in vita Cæsaris ἀνερρίφθω κύβος, id est iactus sit cubus, vel taxillus.

¶ Aleator & aleo. onis, qui sępe alea ludit. Catul. Nisi impudicus & vorax & aleo. Nunc aleator dicitur.

¶ Aleatorium apud Sidonium sumitur pro ludo aleæ. Ait enim. Atq; illic aleatorium lassis consumpto sphæristerio satiat. Sueto. vocat aleatorium forum.

✳ Alebria veteres vsurpabāt pro eo qd est bene alētia. Cc.

¶ Alecto vna est ex furijs infernalibus & latine incessens interpretatur, ab a priuatiua & λήγω desino, quia cupiditas nunquam satiatur.

¶ Alectorius lapis & alector qui in ventriculo galli inuenitur, gallus enim græce ἀλέκτωρ dicitur. ✳ Vide alectorias.

ծ Pli. lib. vi. Allectorias in ventriculis gallinaceorum inuētus cristallina specie magnitudine fabę quibus in certaminibus Milonem inuictum fuisse videri volunt.

✳ Alemāni dicti sunt a Manno Teutonis dei filio. Germaniæ vocabulum nupera Romanis additum, quoniam cū primum Rhenum deiectis Gallis transgressi fuissent, videntes eos & feritate aīorū & ꝓceritate corporū & colore flauo, forma prę terea & moribus, & viuendi vita Gallis similimos, Germanos hoc est fratres Gallorum esse existimarunt. Cc.

¶ Alemani pe. p. populi inhabitantes iuxta Lemanū lacū.

¶ Ales quęlibet auis ab alis gerendis, sicut volucribus omne volatile, & tam masc. q̄ fœmi. ge. profertur. Verg. Nāq; volans fulmen Iouis ales in æthera. Ponitur quandoq; pro veloci, vt alite planta. In genitiuo plurali alitum & alitūm secundum Prisc. Verg. xi. lib. Alituum pecudūq; genus sopor altus habebat. Auis est quæ parit oua & pennis est prædita, pręter vespertilionem.

¶ Alecula diminutiuum ab alec. Colu. lib. ix. Datur cammarus & riualis alecula, vel siqua sunt incrementi parui fluuiorum animalia.

¶ Alec. Vide infra in dictione halec.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Aletudo, pinguedo corporis. Cc.

¶ Alexandria vrbs Ægypti nõ longe a Nili ostio, vt Solinus ait, ab Alexandro Macedone, vnde illi nomẽ, condita Vrbs fertilissima, quã Dinocrates architectus cõmeare est. mirabili ingenio quindecim milliũ passuum laxitate ad effigiem Macedoniæ chlamydis orbe gyrato lacinioſam, angulosq; dextra lęuaq; procursu. Mareotis lacus ad meridianam vrbis partem Euripo Canopico ostio immittitur: Habuit olim scholas oĩm disciplinarum liberalium. Fuitq; ob commoditatem maximum totius orbis emporium. ♁ Constructus autẽ fuit ante saluatoris aduentũ anno. xx. supra. ccc. intra spacium septemdecim dierum, vt testatur Iusti. lib. xi. cum sex mil. murorum passibus. ♁ Sunt & aliæ Alexandriæ. Vna in Scythia super Tanaim. Alia in Asia, & aliæ alibi secundum Ptol. ♁ Alexander & Alexandrus, nomen ꝓpriũ regis Macedonici, cuius clarissima gesta & ab historicis, & in sacris literis traduntur. Hic longe omnium excellentissimus fuit, cui ex rebus actis & auctis magnum inditũ est nomen, ne vir vnicam gloriam adeptus sine laude vnq; nominaretur. Nam solus condito ęuo quantũ hominũ memoria est inexpugnabili imperio orbis auctus fortuna sua maior fuit, successusq; eius ampliſſimos, & prouocauit vt strenuus, & æquiperauit vt meritus, & superauit vt melior, solusq; siue æmulo clarus adeo, vt nemo audeat virtutem eius, vel superare fortunam, vel optare. Fuere & alij Alexandri, quorum vnus Aphrodiseus interpres Aristotelis, sed tali ingenuo, vt Aristotelem carpit de hoc Suidas, & Stephanus mẽtierunt. Alius fuit Alexander grammaticus ex oppido qđ Goricon dicit, qui de varia historia, siue materia, xxiiij. võlumina scripsit peritissimus ætatis suæ vir. Alius Alexander Asiæ rex, & Syriæ dictus Balã. Alius Iudęorum rex, qui Aneus dictus fuit, & regnauit annis, xxvij.

¶ Aleopetra, insula in Mæotide.

¶ Alexicacon, remedium quod fit ad depellenda mala. Sic Hercules dictus fuit Alexicacos ab eo q; defensor esset hominum. hoc & Amuletum dicitur.

♁ Alexipharmaca, vt Suidas ait medicamenta sunt auxilia toria. Alexiteria idem quod Alexipharmaca.

⁂ Alfulæ ficus. Cc.

¶ Alga bęrba quæ nascitur in aquis marinis dicta a mari ab algore aquę, siue q; pedes alliget, quia crassa est foliis ex parte supernatantibus. Verg. lib. vij. Latericq; illisa refunditur alga.

¶ Algor, oris. Algus. us, & Algus, gi. i. dolor, tristicia, per translationem ponitur pro frigore. Plau. in Aul. Inopiã, luctum, mœrorem, paupertatem, algum, famẽ. Luc. lib. iij. Solicite euolitant morbis algoq; famecq;. Plaut. in Ru. Vel sudа vel peri algu, vel etiam ægrota.

⁂ Algenses Pelagiæ, ab alga dictæ. Cc.

¶ Algeo, es, alsi, vel axi, sum, a gręco ἀλγέω ὄθεν ἀλγος ἄλγεος, doleo patior, vt sit frigus dolor quidã membrorum rigore cõtractus. Ponitur tamen algere pro frigidum esse, Aug. lib. xxi. de ciui. dei. In æstibus diei sic alget, vt bibi non possit.

⁂ Algidẽse Raphani genus, a loco, lõgũ & trãslucidũ. Cc.

¶ Algidus pe. cor. mons ab vrbe. xij. passuum millibus distans, ab assiduo frigore sic dictus. Hora. Quęq; Auentinũ tenet algidũq;. Et ab hoc quoq; sylua algida dicta est huic monti subiacens. In cuius ingressu Regillus lacus est.

¶ Algedon latine cruciatus dicitur.

♁ Alguasen hærba similis lilio, & dicitur lilialis, cõfert morsurę canis rabidi propter quod gręce Alguasen dicitur.

¶ Alius, a, ud, genitiuo alius penul. pro. vel alij æ, ij, datiuo alio, æ, o. Cic. Si res totę aliç rei necesse est similiter sit. Et idẽ est quod diuersus, vt alia est facies eius a facie mea. Accedit quandoq; ad vim comparationis. Quint. At quanto alius fuit ille infœliciſſimus iuuenis affectus? Quomodo autẽ differat ab alter. Vide in dictione Alter.

¶ Alias res agis, i. non intendis ad id quod dicitur, vt nulla sit in eis attentio, aut nugatorias res agis.

¶ Alias aduerbiũ, significat alio in loco, vel aliter, vel alio tempore, vel aliquando. Pli. lib. xxxiiij. Alias fragile & ero sum, rotarumq; vsibus & clauis maxime fulgendum. Gel. Neq; id tamen semper esse fieri dixisset, sed alias ocyus fieri alias serius, id est aliquando.

¶ Alibi alio loco. Aliubi pro alicubi. Nam dicimus solem totum aliubi, aliubi dimidium hominibus adimi.

⁂ Alicubi, in aliquo loco.

⁂ Alicunde, ex aliquo loco. Vide Aliquo. Cc.

¶ Alienus, a, um, quandoq; alienatus dicitur. Sal. Positq; alienum se videt. Quandoq; diuersus, dissimilis, dispar, dissonus. Idem. Neq; solum illis aliena mens erat. Quandoq; non conscius, vt apud eundem. Ille eos indomum Decij Bruti perducit, q; foro propinqua erat, neq; aliena consilij, ꝓpter Sempronium.

¶ Alieno, as, alienum vel aduersarium facio, seu a proposito remoueo repulsando. Plautus. Me alienabis nunq; quin vester sim. i. a proposito remouebis. Salluſt. Neq; falsa suspitione alienatum esse sentiebam. i. repulsum. Terent. Ita nos alienauit. i. aduersarios fecit. Paul. Iurecõ. Alienationis verbo vsu captionem cõtineri putat. Vix est em̃ vt nõ videat alienare quod patitur vsucapi. Eum quoq; alienare dicim⁹, qui non vtendo amisit seruitutes. Huius verbi compositũ est abalieno, quod est ab inuicem separo. Cice. in arte veteri. Si auditoris studium defatigatio abalienabit.

¶ Alienigenus, a, um, pe. cor. nomen compositum a genere & significat qđ est externũ, vel alieui generis, vel inter alienos genitum. Vale. lib. i. Adijci nostri duo eiusdem generis alienigena exempla non absurde possunt.

♁ Et his, is, dãdum est aliquem loci, etiã alienigenis exẽplis.

¶ Alienigena, com. ge. vel secũdũ probũ oĩs generis sumitur in eodẽ significato cum alienigenus. ♁ Gel. lib. ij. c. xxiij. Neq; vitio alienigena, sed patrio vso roso. Si eius compositа a gigno, vt agmen troiugena.

¶ Aliger alatus, vnde cupidinem alatum, & aligerum poetę vocant. Cc.

¶ Aliter aduerbium, fit ab alis huius alis pro alius, sicut de dinabant antiqui, & significat contrario modo. Vergilius. Dijs aliter visum. Teren. in prol. An. Verum aliter euenire multo intelligit, id est contra.

¶ Aliunde, ex alio loco.

¶ Alioquin & alioqui vtroq; modo dicit, & habet pe. pro. significatq; aliter, seu alio modo, vel q; si non, vel pter hoc, vel etiam Plin. Hos tibi dedicaui libellos. Nam nec ingenij sunt capaces, quod alioquin nobis perq; mediocre erat.

¶ Aliorsum, versus alium locum, in aliam partem. Terentius in Eu. Vereor ne illud grauius tulerit, neue aliorsum, atque ego feci acceperit.

¶ Aliquis, quasi alius quis, & habet vim pluralem, quãuis singulariter dicatur. Nõ enim est aliquis nisi de multis. Vnde & apud veteres vario genere, numeroque proferebatur Teren. Aperite aliquis actutum ostium. Idem est dicendum de quisq;, quispiam, & vllus.

¶ Aliquo, ad aliquẽ locũ. Aliqua ꝑ aliquẽ locum. Alieunde, ex aliquo loco. Aliquorsum, versus aliquem locum.

¶ Aliquotiens, seu vt quibusdam videtur Aliquoties, sine n/significat aliquot vicibus, siue aliquando.

¶ Aliquot tantum pluraliter declinatur, & secundum Do. fgnificatidem quod nec multi, nec pauci.

¶ Aliquãtus, a, um, ponitur pro aliquot. Ambro. Factum est autem, vt per aliquantos annos ad constantiam hoc factum ab ijs viderant narraretur. Hieron. ad Pamma. Cum aliquanti ex vrbe venientes in eadem lectitarent, quę fero excepisse referebant.

¶ Aliquantulus diminutiuum, quantitatem significat. August. lib. i. de ciui. dei. Illi autem infirmiores, qui terrenis his bonis, q̃uis ea præponerent Christo, aliquantula tamen cupiditate cohęrebant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Aliquantum modo nomen est, vt aliquantum ocij, quasi aliqua quantitas, modo aduerbium, vt tu es aliquantum ociosus.

¶ Aliquantisper aduerbiū, significat aliquanto tempore.

¶ Aliquando secundum Prisc. cum accentu in antepenultima, sed temporibus nostris nō seruatur etiam a doctissimis viris, nec in Verg. vel Ouid. aut Luca. vel alijs poetis antiquis inuenitur in vsu illam corripi positura, habet autē tria tempora prēsens, prēteritum, & futurū, & significat aliquo tempore, sicut & quandoq;. Ponitur & pro tandem. Cice. Valerio. Aliquando nos reuisas.

¶ Aliquatenus pe. cor. significat vsq; ad aliquam partem siue ex aliqua parte aut aliqua ratione. Quin. Verum hoc aliquatenus temporum mutatio est conditione. Augu. lib. xiij. de ciui. dei. Corpus ideo est mortale, qm̄ a vita quam habet deseri potest, nec per seipsum aliquatenus viuit.

¶ Aliquid substantiuum est, vt aliquid vtile. Aliquod adiectiuum, vt aliquod templum.

¶ Alica pe. cor. potio dicta, q̄ corpus alat. Hæc fit ex zea, quæ a nostris spelta dicitur. Tunditur granum eius in pila lignea, vel lapidis duritia cōteritur. excussis inde tunicis cōditur medulla. Hinc alicarij qui eam cōficiunt venduntve.

¶ Alicariæ meretrices in Campania appellatæ, q̄ solitæ essent circa pistrina alicariorum versari.

¶ Alicastrum etiam videtur dici ea forma ab alica deriuari, sicut siliquastrum a siliqua.

¶ Alipedes pe. cor. equi veloces, q̄si alas in pedib⁹ habētes.

¶ Aliptes vnctor. Et is erat cuius curę tradebantur, hi qui in sacris certaminibus pugnarēt. Dictus ἀπὸ τοῦ ἀλείφω vngo, ἀλοιφὴ vnctio, siue pingue dicitur. tamen græce dicitur ἄλειφας ἄλειφατος, καὶ ἄλειμμα vnguentum. Marti. Nec capit immeritas sordidus vnctor opes Dicitur etiam aliptes, qui vulnera curat. At medicus qui male valentibus & in lecto iacentibus medetur, Clinicus appellatur. Item aliptes fuit fons apud Ephesum.

* Aliuta veteres pro aliter scripsisse manifestum est, ex græco transferentes. Hinc est illud in legibus Numæ Pompilij. Si quis aliuta faxit, ipsus loqui Ioui sacer esto.

¶ Allia ge. foe. nomen fluuij, qui a Crustuminijs montibus prærupto defluens alueo, Tyberino amni miscetur. xl. ab vrbe lapide, vbi magna strage Romani a Gallis, pfligati sunt Hinc allienſis dies dictus est tanq̄ infaustus. Huius nominis prima semper, pducitur. Syr. Maior & horrificis sese extulit allia ripis. Oui. Hæc erat in Fastis cui dat grauis allia nomē Luc. Et dānata diu Romanis allia fastis. Sic Verg. libro. vij. Quoscq; secans infaustum interluit allia nomen, vbi Seruius dicit aliud / l / esse interpositū. Nam q̄ Luca. lib. vij. dicat. Nō istas habuit pugnæ Pharsalia partes. Quas aliæ clades. non de flumine alia intelligendū est, quum ibi ostendat oēs clades, quas Romani superioribus tēporibus passi sunt nō esse cū Pharsalica clade cōparandas, quæ alias superauit. Aliæ igitur quum ibi prima correpta sit, est ab alius alia aliud.

¶ Allium genus oleris quod comeditur, quod nomen quidam ab olendo, quidam ab halando deriuāt. De hoc infra, quum ab halēdo aspirari debeat. Similiter & haleatum græce dicitur σκόροδον & σκοροδάριον purgamenta allij. Est & hoc nomine vrbs inter Pyrgum & Ostiam.

¶ Alliatum, ab allio, pulmētarij & intinctus genus est. Plautus. Sine alliato fungi fortunas meas.

* Ascen. Ego sic intelligo, sine, id est permitte, mihi alliato, id est allio nutrito aut illito &c.

¶ Alo, is, lui, itum, Vnde alitus vel altus significat nutrio alimentis sustento. Sal. in Iugur. Et omnem ætatem arpini altus. In rebus tamen incorporeis alere frequentius pro crescere ponitur. Quin. Sed alere facundia vires augere eloquētiæ. Verg. Hos successus alit, id est augescere facit. Et licet altum vel alitum supinum faciat, tamen vt docet Diomed. melius dicitur alitus, q̄ altus, vitādæ ambiguitatis gratia.

* Alonge, procul.

¶ Alliguris eiusdem significationis cum suo simplici.

¶ Alimentum, quod datur ad vitę sustentationē. Scribūt Iurecōsulti, alimentis legatis cibaria & vestitus & habitatio debebitur, quia sine his ali corpus non potest.

¶ Alimentarius, a, um, quod ad alimētum pertinet, vt lex alimentaria, quę prouidebat vt filij alerent parentes.

* Alimodi veteres dixere, sicut alirei, pro aliter.

¶ Alimonia pe. cor. idem quod alimentum.

ð Almus, a, um, dicitur omne quod nos alit, ab alendo. Et ꝓprie tellus alma est, ab eo quod nos alat. Abusiue etiam alijs nominibus datur epithetō. Vñ & Ceres alma a Ver. dicitur cuius frugibus homines aluntur. Almus dies pro trāquillo dicitur. Verg. Præterea si nona diem mortalibus almum aurora extulerit. Lux alma a Do. illustris & clara dicitur. Alma apud hebrœos nomen ambiguum est, significat enim, vt Hierony. inquit, & adolescentulam, at absconditam. Ergo alma virgo abscondita & secreta dicitur quæ nunq̄ virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodiaq; sit ligata.

¶ Alma sancta siue pulchra, vel alens, ab alendo dicta.

* Almities almarum rerum habitus. Cc.

* Allino, vide Lino.

¶ Altilis & in plurali altilia pe. cor. quicquid domi, vel in villis, vel in viuarijs saginatur, siue sit auis, siue quadrupes, siue piscis ab alendo, quasi alitilis. ð vt altilis gallina quę alita est. Macro. altilem sanguinem dixit non qui alitur, sed qui alit, quasi alentem. ð Et non solum pro pingui, sed etiā pro opulento ponitur. Plaut. in Cist. Prohibet diuitijs maximis, dote altili atq; opima.

¶ Alūnus dicitur filius, vel discipulus, qui ab aliquo velut a patre alitur, siue victu siue moribꝰ, siue doctrina. Cic. Dolobellę. Mihi vero gloriosum te iuuenē consulem florere laudibus, quasi alūnum disciplinę meę. Idem in Ver. Italia aūt aldnum suum seruitutis extremo summoq; supplicio fixū videret. Ser. ꝓ educato, & educatore ponit ab alendo dedu ctum. Aug. lib. vij. ciui. dei. Iouem alūnum cognominauerunt, q̄ oīa aleret. ð Idem lib. i. de vera reli. velint nolintve ipsi quoq; hæretici & scismatū alūni. Sic Plin. lib. iij. in actiua significatione dixit de Italia. Terra omniū terrarum alūna, eadem & parēs numine deum electa. Cur. lib. iij. Oro quæsoq; ne humanarū rerum terminos adeuntem alūnum cōmilitonēq; vestrum ne dicam Regem, deseratis. Fallitur ergo super hac alumni significatione. Lau. Val.

ð Alumnatus educatus. alūnari enim alere & enutrire significat. Apul. li. viij. de asi. Quos ad tutelę p̄sidia curiose fuerant alumnati.

ð Alnus genus arboris fluuialis ex qua primum factę sunt lintres, dicta q̄ anne alatur. Nascitur enī iuxta fluuios, quæ apta est nauigijs, q̄ aquis obruta, vt inquit Vitru. Diu nō corrūpitur. Luca. Et fluctibus aptior aluus. Vnde & pro naui quandoq; poni solet. Verg. Tunc aluos primum fluuij sensere canatas. Clau. Quid dubijs ausus committere fluctibus aluum. Scribit Aristo. in fola Creta steriles non esse. In aluos sorores Phaetontis mutatas ait Verg.

¶ Aluus locus corporis ex quo sordes defluūt, ab abluēdo q̄ in eū cibi quibus alimur e ventre efluāt eluātur delabantur. Sal. Insimulans sibi aluū purgari. Proprie aluus est venter fœminę ab alendo dicta. Vēter est qui videt. Interdū, dicitur vas cauatū, vbi quid reponit. Et est tā mascu. q̄ fœ. ge. Cuius diminutiuum est aluulus. Vide etiam infra aluus.

¶ Aluini dicti sunt ð Liēterici siue cœlirici a græcis dicti. ð qui aluo languescunt. Pli. lib. xxi. Vinea punica aluinis imposita multum prodesse dicitur.

¶ Aloe aloes græcum est, & significat hærbam amarissimi succi. Iune. Plus aloes q̄ mellis habet. græce ἀλόη ð Hærba resistens vermibus & putredini, ac visui vtilis. Gignitur in India & in Arabia arbor odoris suauissimi.

¶ Aloeus nomen gigantis, cuius filij dicuntur martem vulnerasse, a quo patronymicum aloides.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ō Alogia cum accentu in pe. dicitur cū ita epulis indulgeꝛ
tur, vt a rationis tramite deueatur. Vide animalia ratione
carentia aloga dicuntur, quibus ſimiles ſunt ventris dediti,
propter quod animoderatum cōuiuium quo mens, in qua
ratio dominatur, ingurgitatione veſcendi ac bibendi quo
dam modo obruitur, alogia nuncupatur. Aug. ad Caſula.
Attendite quēadmodum dominici diei non paruo prādio
reficiatur ſed alogia delectatur.

ō Aloi a Pli. dicitur eſſe animal mulę propemodum ſimile,
carens flexura poplitum in interioribus cruribus. Ideo inter
dormiendum non cubat ſed inuetitur arbori.

ō Alogiani hæretici fuerunt ſic vocati ranq̄ ſine verbo. Lo
gos enim græce verbum dicitur, quia domini verbum re
cipere noluerunt, Ioannis euangelium reſpuentes.

¶ Alopecia morbus in capite humano & barba ex vitio hu
morū, qui fit cum ꝓfluuio capillorum, dicta a vulpe. quam
græci vocant ἀλώπηκα, ἀπὸ τοῦ ἁλῶναι. i. a capiēdo, qm̄
difficilis ſit captu, quū animal ſit aſtutiſſimū, ꝙ ea crebro id
genus morbi patiat. Pli. Lingua herba eſt, q̄ circa fontes na
ſcitur, cuius radix combuſta & trita alopecias emendat

* Alopecus, qui alopecia laborat.

¶ Allabor pen. prod. iuxta fluo, ſiue iuxta nauigo. Clau. Si
culis allabitur oris. Hinc Allapſus, us. Auguſtin⁹. lib. x. con.
Vbi per diem fuero multitudo allapſu blāditur mihi. Hinc
& allapſus, a, um, participium.

* Alectorias gemma dicta eſt ἀπὸ τοῦ ἀλεκτρυόνος, id eſt
a gallo, qm̄ in gallinaceorum ventriculis inuenitur, Cryſtal
li ſpecie, magnitudine fabę. Hac Milonem Crotoniētem tra
dunt in certaminibus vſum victorem euaſiſſe.

¶ Allegoria cū accentu in pe. dicit alieni loquiū, vel potius
inuerſio, vt aliud verbis, aliud ſenſu oſtendat. Verg. Clau
dite iā riuos pueri, ſat prata biberunt, hoc eſt deſinite iā plu
ra canere, quia ſatis audiuim⁹. Eius ſpecies ſunt. vij. Ironia,
antiphraſis, ænigma, charientismos paroemia, ſarcasmos, a
ſteiſmos. Sed ita dicitur, qm̄ ἄλλο ἄλλα ἄλλο ἢ ἀγορεύομαι
Id eſt aliud dicimus, & aliud intelligimus.

¶ Allego, is, pe. cor. aſcribo, anno, quaſi iuxta lego. Vnde
apud Iul. Capitolinū ſcribit. M. Antonium philoſophū mul
tos ex amicis in ſenatu allegiſſe cum ædilitijs ac prætorijs di
gnitatibus. Liui. lib. x. Cęterum quia de plebe allegebātur,
eadem ęgre paſſi patres. Hinc allecti dicebantur, qui ꝓpter
inopiam ex equeſtri ordine in ſenatorum numerum aſſum
pti fuerant. Nam patres dicebantur, qui erant Patricij gene
ris. Conſcripti qui ſenatui ſunt ſcriptis annotati. Allectus
vero ab allicio idem eſt quod attractus.

¶ Allego, as, pe. prod. ad hoc mitto. ō Vel ad aliquem locū
mitto, ſeu ſimpliciter mitto. ō Plaut⁹ in Caſſi. Quin ea ipſa
me allegauit, qui iſtam accerſerē. Et allegare eſt adducere.
Pli. Tū multa allegauit, q̄ ad rem propoſitā pertinere mini
me videbantur. Item deputare, conſtituere, committere.
Plau. in Caſſi. Filius autem armigerum allegauit ſuum, qui
ſibi eam vxorem poſcat.

¶ Alleluya, duæ dictiones ſunt, qbus ſignificatur laudate
dm̄m. Alleluenim (vt Augu. ait) imperatiui modi eſt, & ſi
gnificat laudate. yia vero vniuerſalem vel vniuerſaliter ſci
licet deum. Hiero. yia apud Hebręos vnum eſt de decem no
minibus, & in illo pſalmo, vbi legimus, Laudate dominū
quoniam bonus eſt pſalmus, in Hebræo eſt alleluya. ſunt
duę partes hebraicæ.

¶ Allicio, is, pen. cor allexi ctum. ex ad & lacio ſignificat at
traho. Inuenitur & alliceo allices allicui in eadem ſignificatio
ne. Piſo. lib. hiſtoriarum. i. Aulus vnius prędmio multorum
allicuit animos. Sæpius tū in tertia coniugatione, q̄ in ſecun
da vtimur. In finitiuo autem difficulter dignoſcitur cuius
magis ſit coniugationis, quale eſt illud Cice. lib. i. Tuſc. Fieri
autem poteſt, vt recte quis ſentiat, & id quod ſentit polite
eloqui non poſſit, ſed mendare quenq̄ literis ſuas cogitatio
nes, qui eas nec diſponere, nec accurate illuſtrare poſſit, nec
delectatione aliqua allicere lectorem, hominis eſt abutētis
intemperanter & ocio & literis.

¶ Allecto. as, frequētatiuum ab allicio ſignificat per blan
dītias arthraho. Col. lib. ij. Ad aquam duci oportet ſibiloq̄
allectari, quo libentius bibant.

¶ Allicefacio, is, eiuſdem ſignificationis eſt, a quo allicefio.
Sueto. in Vitel. Pronus vero ad cuiusq̄ & quacunq̄ de cau
ſa necem atque ſupplicium. Nobiles viros condiſcipulo &
æquæles ſuos omnibus blanditijs tantum non ad ſocietatē
imperij allicefactos vario genere fraudis occidit.

¶ Alleuo, as, pe. cor. in altum tollo, vel de imo, & vbi quid
iacet, atq̄ proiectum eſt ſurſum leuo. Quintil. Vidi multos,
quorum ſupercilia ad ſingulos vocis conatus alleuarentur.
Inde per tranſlationem ad qualitatem fortunæ, vt idē. Nō
petit vt afflictum alleuetis, niſi & probauerit ſe infeliciorē.
Eiuſdem ſignificationis eſt ſubleuo. Sueto. Dumq̄ ſurgit in
ter manus ſubleuantium extinctus eſt.

¶ Alleuio, as, pondus aufero diminuo ve.

¶ Allex & allux dicit pollex ſcandēs proximū digitū. ꝙ ve
ut inſiluiſſe in aliū videtur. Nā grēce ἅλλομαι, id eſt ſalio.

¶ Alleotheta latine dici poteſt aliter poſita, ἄλλως em̄ ali
ter θετὰ poſita. A Priſciano dicitur variatio. Nā alloeos di
uerſus ac varius dicit, ἀλλοιόω permulto, ἀλλιόωσις, ꝓmuta
tio. Confundit autē numerum, vt pars in fruſtra ſecant. Ca
ſus. vt Tu mihi quodcunq̄ hoc regni, pro hoc regnum. Ge
nus. Verg. Dulce ſatis humor depulſis arbutus hædis Len
ta ſalix fœto pecori, mihi ſolus amynthas. Ad dulce enim,
quod eſt neutrum, tam maſculina q̄ fœminina reddidit.

¶ Allido, is, pe. pro. impingo, qđ eſt interficiendi cauſa con
tra aliquid iacio. Lactan. lib. iij. Et in conſpectu ſuo, vexari
acerbiſſime coniuges ſuas cernerent, violari ac proſtitui vir
gines, diripi pueros, allidi paruulos.

¶ Alligo, as, pe. cor. proprie ad aliquid ligo. Colu. li. iij. Ar
buſtiuam vitem anteq̄ putes alligare diligenter oportet. In
de alligator & alligatura. Idem. Infra inciſionem & alligatu
ram falce acuta leniter vitem vulnerato. Per tranſlationem
dicitur alligari, obſtringi, obnoxium fieri. Terent. in Eunu.
Hic furti ſe alligat. Similiter quis dicitur alligari ad aliquid,
ſine quo eſſe non poſſit. Vnde dicimus adoleſcentem alliga
ri ad amicam, qui vix ab ea diſcedit.

* Alligurio & Allino eiuſdē cū ſimplice ſignificatiōis. Cc.

¶ Allobroges pe. cor. populi Gallię transalpinę, qui Narbo
nenſibus aſcribuntur, quorū metropolis eſt Vienna. Hos
quidam volūt eſſe, qui deprauato vocabulo a Sabatijs mō
tibus Sabaudienſes pro Sabatenſes appellantur.

* Alloquor, alloquiū, allocutio, vide in dictione Loquor.

¶ Allophylus, a, um, pen. cor. dici poteſt alienigena, alterius
tribus. Nam componitur ex ἄλλο quod eſt aliud, & φῦλον,
quod eſt genus gens, natio. Amb. li. offic. Aduerſarios ſuos
Hebręi allophylos, id eſt alienigenas latino appellabant vo
cabulo. Hoc nomine dicti ſunt Paleſtini, qui & Philiſtęi ō di
cuntur & Allophini peregrini. Vnde in ſacris literis nō eſſe
vexādos allophinos, nā & vos peregrini fuiſtis in alieno ſo
lo. Hiero. Allophylos. i. alienigenas interꝓtati ſunt, nō gnā
li noīe omniū gentium q̄ non ſunt de genere Iudęorū, ſed
ſpeciali gentis ſuæ q̄ nunc dicitur Paleſtina mutata phe lite
ra iuxta græcorū conſuetudinem in pi/ſicut & apud nos ꝓ
hebraico phaſca, græcum & latinum paſca celebratur.

¶ Alloquium hæreditas, proprietas dicitur.

¶ Allubeſco, is, ſiue aldubeſco lubēs facio, obedio, faueo cō
ſentio. Vnde allubeſcentia, obedientia.

¶ Allucinor pe. cor. vana ſomnio. Allucinatio, lucis aliena
tio, vel aberratio, quod & ad oculos mētis tranſfertur, quū
minus recte itelligitur, obducta quadam caligine in animo.
Fit autem a græco ἀλιερ, quod tarditatem ſignificat &
animi ſtuporem.

¶ Alludo pe. produ. blandior, congratulor. Lanctan. lib. iij.
Aut homini alludunt aſalia, metaphorice alludere eſt ea di
cere, quæ ad alium ſenſum latenter referuntur. Vergi. Nec
plura alludens, ea vox audita laborum Prima tulit finem,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Alludere vere ad hiſtoriam dicitur, hoc eſt ad rei fidem verba componere. Et alludere ſumitur pro eo quod vernacula lingua dicimus vndezare. Tibullus. Ima videbatur talis alludere palla.

¶ Alludio, is, & alludior deponens ex ad & ludius, qui pro ioculatore capitur.

¶ Alluo, is, iuxta luo, iuxta fluo, ſeu deorſum aliquid lauo. Curtius. Montem leniter alluit præteriens amnis. Hinc fit alluuio, onis, alluuies & alluuium pro immoderata aquarū violentia, vel pluuialium, vel fluuialium ſimiliūq; quæ nō tantum agros cōfundit, ſed qñq; eripit, & nonnunq; fundus deſtruit. Sed cū pars alicui⁹ agri impetu fluminis aggregatur in aliū agrum tunc cedit in poſſeſſionem eius cuius eſt ager. Vñ Luca. Illos terra fugit dominos, his rura colonis Accedūt donāte Pado. Circūluuio autem eſt, quum partē alicuius agri rapidus amnis in alueum ſuum impulerit, & in modum inſulę circūluitur, ſi iurevicinioris erit. Valla. Alluuies ſordida aqua, quæ alluit, vbi lutum cum aqua nō multa. Liui. lib. i. In proxima alluuie, vbi nunc ficus ruminalis eſt, quam romularem vocatam ferunt, pueros exponunt. Proluuies proprie ſordis profuſio. Verg. lib. iij. Fœdiſſima ventris proluuies. Illuuies eſt etiam immunditia in homine aut veſte, aut re quauis alia inſita, ſeu iniecta. Terē. in Heau. Pannis obſita neglecta immunda illuuie. Verg. lib. iij. Dira illuuies, immiſſaq; barba. Eluuies proprie dicitur, quod expurgatur præſertim aquarum fluxu, q̄uis & alterius humoris dici poſſit. Pli. Quod in tutis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur crebris ad eluuiē cuniculis cauata. ♁ Lactan. lib. vij. eluuiem poſuit pro aquarum inundatione cum ait. Eluuie aquarum euertentur ciuitates. ♁ Eluuio per tranſlationem a Cicerone ponitur in oratione pro domo ſua. Ie circo tu ad labem atq; eluuionem cuitatis ſine ſumma vi peruenire potuiſti. Colluuies ſordes cœni, aut cuiuſuis rei coactæ. Colu. lib. i. Tum etiam nantium ſerpentiumque peſtes hyberna deſtitutas vligine, cœno & fermentata colluuie venenatas emittit. Colluuio idē eſt quod colluuies. Sed per tranſlationem, q̄ proprie dixit Cic. O præclarum illum diem, quum in illud diuinum animorum concilium cœtūq; proſiſcar, cunq; ex hac turba & colluuione diſcedam. Proprie dixit Hieron. ad Helio. Neget & ſacrilegium eſſe, qui in libidinem ſe dedit, qui membra Chriſti & hoſtiam viuā placentem deo cum publicarum libidinum victimis nefaria colluuione violauit. Diluuium quod varie diluit. Et hęc nomina a luo deſcendunt, & iuxta prępoſitiones eorum ſumūtur cum fluxu aquæ vel humoris alterius, aut commixto cœno aut alijs ſordibus.

* Alonge aduerbium ſignificat procul.

¶ Aloſę piſces ſunt clupearū generis Tyberi iuxta Romam laudatiſſimi, qui alio nomine apud Ariſtotelem & Strabonem Chryſſæ dicuntur.

♁ Almopia Macedonię pars.

¶ Alpes a candore niuium dictæ ſunt, quia perpetuis fere niuibus albeſcunt. nam ἀλφὸς latine macula ſiue impetigo trāsfertur. Vnde Strabo lib. iiij. ſcribit alpes alio nomine Albium vocari, gallica vero lingua Alpes, vt inquit Ser. alti montes ſunt. Sunt autem montes altiſſimi, qui Galliam trāſ alpinam a ciſalpina diuidebant. Nunc vero promotis finibus termini ſunt Italiæ, qui gallica lingua excelſos montes ſignificant. In longitudinem. c. milia paſſuum patent, a ſupero mari ad inferum, vt Celſus trad. t. Liuius vero tria milia ſtadiorum. Hos primus Annibal fecit peruios. Incipiunt (vt inquit Strabo) a Sabatijs. A pennino a Genua. Inter Genuam vero & Sabatiam ducenta & ſexaginta ſtadia interſunt. Ab alpes fit alpinus, a, um, pen. pro. Plin. Gentes alpinę, & venti alpini, qui alpibus flant. Vnde & Ciſalpinus, & transalpinus, a, um, compoſita.

♁ Alpina arbor eſt laburnum nec vulgo nota candida materiæ cuius florem cubitalem apes non attingunt.

¶ Alphos latine impetigo ſiue vitiligo dicitur, quæ ſuperficiem corporis immutat, & modo nigra modo candida eſt.

♁ Eſt autē maxime vbi color albus eſt fere rubaſper, & non continuus vt quædā quaſi maculæ diſperſæ eſſe videantur.

¶ Alphabetum nomen compoſitum ex alpha & beta, quæ ſunt primę literę græcæ.

¶ Alpheſiboeus nomen paſtoris, ab alpho inuenio, quaſi inueniens boues.

¶ Alpheus nomen viri & nomen fluminis helidis arcadiæ ſub mare in Arethuſam Siciliæ deſinentis.

♁ Strabo in ſexto ait Alpheum ſumere originem In peloponneſo, & per mare ſubter terram In arethuſam fontem terminet. Eſt etiam cognomen Petri monachi veri tam græcis q̄ latinis literis in primis eruditiſſimi. Finxerunt poetæ Arethuſam fuiſſe venatricem, & amatam ab Alpheo, & fugiſſe volunt ſtuprū per ſubterraneos cuniculos in Ortygiā, & Alpheum fuiſſe inſecutum. Alpheus fluuius ab alphus, i. vitiligine maculis dictus eſt, quia eius aqua maculas tollit. Pauſanias autem quaſi in principio libri quinti de Græcia illuſtrata ita ſcribit. ῥ ὕδωρ ἐστὶν τοῦ ἀλφοῦ πλήθει τε πολυιδ ὀντί © ὕδ ισορ. Et ſubdit. περὶδὲ τοῦ τὸ ποιᾶ λέγεσθαι ἄνεμ ἐκ θρεττίσ ἐρεαμοσθῆναι δὲ αὐτὸν ἄρεθούσης. i. aqua eſt alphei copioſa videnti, & ſuauiſſima. Et ſubdit. De quo multa feruntur, ꝙ vir eſſet venator, & Arethuſam adamauit. Et multa alia ſcribens declarat hanc fictionem.

* Alphus vide in albus.

¶ Alſioſi dicuntur qui ſunt naturæ frigentis, quicq; a frigore læduntur.

♁ Plinius. Abrotonium & adonium alſioſa eſſe memorantur. ♁ Varro. Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus ſi ſpectat quod eſt alſioſum. Idem. Quod eſt alſioſum id vt plęricq; lapide aut teſta ſuſterni oportet caprile quo min⁹ ſit vliginoſum.

¶ Alter alterius, vel alteri, rę, ri. Terenti⁹. in Heaut. Hoc ipſum alteræ dum narrat forte audiui. Et ad vnum de duobus dicitur, vt Annibal in tranſitu alpium amiſit alterum oculum. Siue ad vnam duarum partium. Cic. Duplices ſimilitudines eſſe debent, vnę rerum, alteræ verborum. Sueto. Nec ceſſauit ex eo alterū alter criminari. Verg. Aurea mala decem miſi, cras altera mittam. Alius de pluribus, vt alij virtutem pręponunt, alij voluptatem, alij indolentiam. Interdum tamē alius de duobus dicitur, vbi diuerſa concedūtur, vt alia eſt facies mea, alia tua. Alter ad vnū de duobus refertur. Item alter ponitur pro ſecūdo de duobus pluribus ve, vt altero menſe repudiaui vxorē. Et hic eſt alter annus belli punici, id eſt ſecundus a belli punici origine. Aliquando pro ipſis duobus, vt vnus aut alter. i. vnus aut duo. Et alter non eſt ſecundus, ſed tertius, ſicut docet Donatus. Teren. in Andria. Sed poſtq̄ acceſſit amans prætium pollicens vnus & item alter. Nam tres ſimul aderant. Et Vergilius. Alter ab vndecimo. Aliquando ponitur pro alio. Plinius. Tabulas plures pinxit, e quibus vnam in foro alteram in comitijs, duas in Pompeij porticibus videmus. Aliquando pro aduerſo, & non bono, vt in augurijs altera quum appelletur auis, quæ vticq; proſpera non eſt.

* Altercum ſiue altercagenum apud arabas hærba eſt quę a græcis ὗος κύαμος, id eſt faba porcina (vt vult Apollinaris) appellatur.

¶ Altero. ras, pe. cor. vario & quaſi alterum facio. Ouid. in Faſt. Ille ſuam faciem trasformat, & alterat alter. Sunt qui dicant hoc verbum in oratorum vſu non eſſe, & philoſophis ægre concedi extra q̄ pro eo quod eſt alterno, vt Oui. in Meta. Alterat vndas.

* Alteras veteres dicebant pro alias. Cc.

¶ Alter eris, ſiue alteres, eris, pe. prod. & genere maſc. ſignificat maſſam plumbeam, qua ad exercenda corpora in gymnaſijs vtebantur. Mar. Quid pereunt ſtulto fortes altere lacerti. Exercet melius vinea foſſa viros. Dictus alter eſt ab ἅλλομαι, quod eſt a ſalio. Nam circunducebant alteres dum ſaltando ſe exercerent. Solet tamen aſpirari.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Altellus Romulus dictus est, quasi in terra altus a lupa siue ꝙ telis aleretur, siue ꝙ rebus gestis excelsus ac glorioſus esſet, seu ꝙ a Tatio Sabinorum rege in colloquium postulatus alternis vicibus audierit ac locutus fuerit. Nam sicut a macro, macellus, a vafro, vafellus, ita ab alterno altellus fit secundum aliquorum opinionem.

¶ Alternis aduerbium significat viciſſim, nunc vnum nūc aliud Verg. Alternis dicetis, amant alterna camœnæ.

¶ Alterno, as, viciſſim alterum duorum pono, quod verna cula lingua dicimus, mo luno mo laltro ſcambiare. Col. li. vi. Dabimus operam in ordinibus diſponendis pari verna culas & acinas alternemus. Hinc alternatio per vicem ſucceſſio, & compoſitum ſubalterno.

* Alterpex a veteribus ꝓ duplici poſitum inuenitur. Cc.

¶ Alternatim aduerbium significat per *vices*.

¶ Alteruter quiuis e duobus, siue alter ex duobus. i. o luno o laltro. Ci. in Ver. Video neceſſe eſſe alterutrū. Cęlius Ci. Pōpeius Cice. Pompeius dicit valde ꝓ Apio laborare, vt etiā putent alterutrū de filijs ad re miſſurum. Hiero. in genē. aliter poſuit cū ait, Diuiſiq; ſunt alterutrū a fratre ſuo. Augu. lib. i. Aca. Etiā aliter quare dehinc per alterutra parte ne a me quicq̄ expecteris. i. nec pro vna neq; pro alia parte.

* Altertam pro alterutra veteres poſuerunt. Cc.

¶ Altrinſecus pe. cor. aduerbium ab alter formatum ſignificat aliunde. Lactan. lib. de opifi. Aures duas, quarum duplicitas incredibile eſt quantā pulchritudinē prę ſe ferāt, ꝙ tū pars vtraq; ſimilitudine ornata eſt, tū vt venientes altrinſecus voces facilius colligantur. Itē ſignificat iuxta alterā partem. Plau. in Pſeu. Aſſiſte altrinſecus atq; onera hunc maledictis. Idem in Ru. In enſiculo mei nomen patris, poſt altrinſecus eſt ſecuricula item aurea literata. Hieroñ. ad Pamma. Vbi proprietas ſingulorum eſt, ibi altrinſecus diuerſitas.

ȣ Quandoq; in altiori parte. Apul. lib. iij. Tectum ſcandulare cōſcendit quod altrinſecus ędium patere perflabili atomnis orientales peruium & les. v. Altrinſecus ędium horrea ſublimi fabrica ꝓfecte magnisq; congeſta gazis conſpicit.

¶ Altercor, caris, ſignificat mutuo iurgia iactare, criminari, & clamoſe inficiari, & quaſi aduerſam partem tueri. Dicitur & alterco. Terē. Scio cum patre tuo dudum altercaſti. Hinc altercatio, quæ vt docet Quintilianus, conſtat aut intentione, aut depulſione.

¶ Altinum pe. pro. vrbs olim in littore Venetiæ florentiſſima fuit, a qua altinates populi dicti ſunt.

¶ Altus, a, um, poteſt eſſe participium ab alo, is, & nomen, quo ſignificatur pars ſuperior, & quandoq; inferior. Altitudo enim nomen eſt menſurę, vnde dicimus altum cœlum, & altum mare. Quinetiam altum ponitur pro cælo & mari. Verg. Hæc ait, & Maia genitum demittit ab alto. Idem. Vix e conſpectu ſiculæ telluris in altum Vela dabant læti. Et altum vocamus profundiorem maris partem, & a terris remotiorem. Sal. Et piſcatoria ſcapha in altum nauigat. Per tranſlationem quoq; ponitur pro excelſo ac glorioſo. Ver. Te ſine nil altum mens inchoat. Et ꝓ veteri Idē. Atius omne Expediam prima repetens ab origine factum. Et ꝓ magno, vt Sic pater ille deum faciat, ſic altus Apollo. Et ꝓ obſcuro ac recōdito, vt Quid me alta ſilentia cogis rumpere? Et illud, Manet alta mente repoſtū Iudicium Paridis. Hinc fiunt cōpoſita, altiſonus pe. cor. qui ex alto ſonat, altitonās pe. cor. qui ex alto tonat. Vnde deū altitonantem dicimus. Altiuolans pe. cor. qui in altum volat.

* Ab altus fit alto verbum quod ſignificat extollo, quod non eſt in vſu, ſed compoſitum eius Exalto.

* Altile pinguefactum, ab alendo dictum.

¶ Altanus pe. pro. ventus, qui in alto, id eſt pelago eſt.

¶ Altimeter pe. cor. inſtrumentum quo metiuntur alta.

¶ Altare ab altitudine dictum eſt. Nam antiqui in ędificijs a terra eleuatis ſacra faciebant dijs ſuperis, in terra dijs terreſtribus, in effoſſa dijs infernalibus. Altare ſuperis tantum conſecratum erat. Ara tam ſuperis q̄ inferis.

¶ Althęa cum diphthongo, nā grēce ἀλθαία, dicit malua agreſtis, ſiue Mabiquiſcus, quia glutinoſa eſt. ȣ dicta althæa ex nomine pluriū iuuamētorum, dicitur a quibuſdam ariſchalthea ab excellentia effectus. ȣ Naſcitur in locis humentibus, cuius radices decoctę & diligēter miſtę porcino adipi ad ſubleuandum dolores vel tumores vulnerū valde vtiles comprobantur. Eſt & Althęa proprium Meleagri matris nomen. ȣ Sunt quiſine /h/ & ſine diphthon. ſcribant altea eaq; cauſa ſic appellari dicant ꝙ in altum creſcat.

¶ Alueus ſiue aluus (vt Var. teſtatur) eſt cauata cortex vel vimmeum vaſculum manufactū, in quo quod ꝓpter concauitatē reponitur. Hieroñ. ad Demet. Habeto lanā ſemper in manibus, vel ſtamīnis pollice fila deducito, vel ad torquenda ſubtegmina in alueolis fuſi vertātur, aliarūq; neta aut in globum collige, aut texenda cōpone. Apud Iul. Capitolinū legimus. Quū in cęſariana familia paruuli in teſtudinis alueis lauarentur, nato Albino Ceionū poſthumum eius patrē munere teſtudinis a piſcatore cū omine accepto illā ad excaldationes pueriles dicaſſe. Vnde & locus, vbi apes mellificant, alueus ſiue aluus dicit a mellis alimonia, vt Var. exiſtimat. Pli. lib. xi. alueos ex cornu ſpectatos eſſe, id eſt apū aluearia. Dicitur & alueus vēter cuiuſlibet rei inanimatæ. Vñ & pro fluminis foſſa, per quam labitur flumen, qñq; ſumitur. Verg. Aſſuetę ripis volucres & fluminis alueo. Aliquando pro naui, ſiue pro ipſius nauigij receptaculo, vt apud Proper. Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina, Portabat ſanctos alueus ille viros. Liui. lib. xxi. Alueos informes raptim faciebant. i. nauiculas. Declinatur & hoc alueum. Feſtus. Nauſtibulum alueum eſt ad nauiſi ſimilitudinem factum.

¶ Alueolus & alueolum cum accentu in antepenultima diminu. eſt pro vaſe concauo, vt eſt apud Daniel. ꝓphetam. Abacuch intriuerat panes in Alueolo, vt ferret meſſoribꝰ Itē accipitur pro loco, in quo pullos pariūt colūbi. Col. lib. ix. Oua in alueolū ligneū conferat. Item pro tabula luſoria quæ alio noīe dicitur latruncularia, & aleatoria, ab aleis & latrunculis. i. calculis, & triuialiter ſcachis, quibus hinc biſſeno puncto, illinc quadris diſcoloribus vtimur ad ludum. Iue. Laterna illud enim noſtris datur alueolis &c.

¶ Aluearium quod & alueare, & per apocopen aluear ſumitur pro loco vbi ſunt aluei. Quandoq; etiam pro alueorū copia eodem in loco collocatorum mellificantium.

¶ Aluus ab alluendo dicta eſt, & ꝓprie dicitur qua ſordes effluunt ſiue eluuntur. Pli. lib. xx. Pepones qui vocantur refrigerant maxime in cibo, & emolliunt aluū. Quandoq; capitur ꝓ ventre qui apparet. Col. lib. viij. Niſi obeſam inglutie atq; diſtentam in pabulis aluum demerſerit & refugerauerit. Item aluus vbi apes mellificant. Var. Si ex aluo minus frequentes exeunt. ȣ Vnde etiam ſupra aluus.

ȣ Alluuies & alluuio quęre in dictione alluo.

¶ Alumen pe. produ. falſugo terrę. Efficitur hieme ex aqua & limo, & æſtiuis ſolibus maturatur, dictum a lumine ꝙ lumen coloribus, tingendis præſtet. Plin. Sale aceto a lumine poſtea exharenatur.

¶ Aluta pe. pro. pellis a luteo colore dicta. Cæſar. lib. iij. Anchoræ pro funibus ferreis catenis reuincte, pelles ꝓ velis alutaq; tenuiter cōfectę. Item aluta dicitur pellis mollior, & ad calceos & ad cętera opera facienda cōcinnata. Sumitur etiā quandoq; pro ſacco ſeu marſupio. Iuue. Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

¶ Alutarius coriarius, hoc eſt pellium & coriorum concinnator. Plaut. Hic alutarius cerdo. Prorſe tamen allutarij tenuiorum pellium dicūtur. Coriarij craſſiorum. Et alutarius piſcis vocatur a Plinio ob ſimilitudinem alutę pellis.

¶ Alutam en alutamētum ve a veteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factum.

¶ Alyba regio non longe a Miſia, vbi argentifodinę eſſe ab Homero traduntur.

* Alyſius Bacchus dicitur ἀπὸ τοῦ λύω. i. ſoluo. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A ante O

¶ Am prepositio greca, quæ plerũq; composita inuenitur, significatq; circum. Cato separauit cum dixit. Am terminũ. Verum. qñ componitur cum dictione incipiente ab/a/e/i/u/iterponitur b/euphoniæ causa, vt ambages, ambio, ambesus, ambigo, amburbium, ambarualis, ambustus. Si vero cum/c/h/ł/q/mutatur/m/in/n/vt ancisus, anhelo, anfractus, anquiro. Cum/p/remanet integra, vt amputo.

¶ Amalthea pen. pro. nomen fuit nutricis Iouis Nam ipsa cum sorore sua Melissa Iouem puerum caprino lacte ac melle pauisse feruntur. ♁ Fuit & nomen sibyllę.

¶ Amanuenses a manu vocabulum formatum, quo dicti sunt serui, qui & a manu dicuntur, quorum, opera & manu inscribendo perinde ac scribarum vtimur. vide in litera A.

¶ Amando, das, alio mando, siue alio deputo, quum quis alio mittitur, & a loco vbi est remouetur. Cice. pro Roscio. Amandauerat hunc sic, vt esset in agro, ac tantum modo aleretur ad villam, vt commodis omnibus careret. Admãdo vero significat ad aliquem vel aliquo aliquid cuipiam committo. Plau. in Penu. Reuertor rursus denuo Carthaginem, si quid admandare vultis, aut curarier argentum mihi quid dederit nugas egerit.

¶ Amãthes populi sunt in Aphrica, Troglodytis ꝓximi, apud quos tũ salis, tum carbũculorum gẽmarũq; copia est, ♁ vt ex sale dodomes sibi extruere dicantur. Auctor Soli.

¶ Amaracus, pe. cor. Cynaræ regis Cypri puer, qui casu lapsus dum ferret vnguenta fregit alabastrum. Deinde quũ nimio dolore contabuisset, versus est, insansucum quæ ex ejus nomine amaracus cœpta est appellari. Verg. Vbi mollis amaracus illum Floribus & dulci aspirãs complectitur vmbra. Hærba est, quam vulgo Maioranam vocant.

¶ Amaracinum pen. cor. siue sansucinum oleum, quod fit ex amaraco. Pli. lib. xxi. de sausuco loquens. Fit ex ea oleũ, quod sansucinum vocatur, siue amaracinum ad excalefaciẽdos emolliendosq; neruos. Lucre. Postesq; superbos Vngit amaracino, & floribus miser oscula figit. ♁ Et iterum Sicut amaracini blandum scateręq; liquorem.

✳ Amaracinum siue sansuccinũ, quod ex amaraco siue sansucco, herba est notissima, quam vulgo Persam vocãt. Hic factum est prouerbium. Nihil cum amaracino sui, quod illi simile est. Nihil cum fidibus asello.

¶ Amaranthus flos est ab immortalitate nomen trahens Vnde immortales amaranthi, nunq; enim marcescit. Fitq; ab α priuatiua particula, μαραίνομαι, siccor, tabesio.

¶ Amaritudo & amaror pro eodem accipiuntur. Nam significant insuauitatem & asperitatem. Et per translationẽ animi solicitudinem. Verg. in Georgic. Tristia tentantum sensu torquebit amator.

♁ Amarigma latine splendor dicitur amarisso splendeo.

¶ Amarulentus, amaricatus, afflictus ex maliuolentia. Gel. Amarulentus librum maledicentissimum conscripsit.

¶ Amarico, as, pe. cor. amarũ. i. asperum facio & quasi exacerbo. Augu. Ipsi amaricauerunt deum, qui peccando in eã ægritudinem deuenerunt.

¶ Amarescere. i. amarum fieri. Palla. Amigdalus si rodatur amarescit.

¶ Amaramis (vt refert Iosephus) fuit nomen patris Mosis.

¶ Amanus pe. pro. mons Ciliciæ, siue (vt quidam putant) Cappadocum, qui & Taurus dicitur.

¶ Amath nomen filij Chanaã, qui authore Iosepho Amatheos instituit, qui & amathi dicuntur.

¶ Amasenus pe. pro. fluuius Volscorum. Est & alius in Sicilia eodem nomine, de quo Ouid. xv. Metamor. Necnon Sicanias volueus amasenus arenas.

¶ Amasias nomẽ proprium iudæorum regis, quo significatur populum tollens.

¶ Amasis pe. pro. nomen proprium regis ægypti, cuius tumulus fuit vna pyramidũ, dicente Luca. lib. ix. Non mihi pyramidũ tumulis euulsus Amasis. Hic legem condidit vt quisquis quotãnis apud præsidẽ rationẽ vitæ redderet, de mõstraretq; vnde viueret, aut quo quæstu sustẽtaretur, qui hoc non faceret morte afficeretur. Hãc legem Solon ab ęgyptijs transtulit ad Athenienses.

¶ Amauroses latine dicuntur oculorum obscuritates, cum sine vllo euidenti vitio lumen eripitur, sicut hebetudo.

♁ Amaxa plaustrum in cęlo. i. septẽtriones quia simile plaustri videt. Septẽtriones vero. vide in dictione septẽtriones.

¶ Amaxei siue amaxarici aurigæ moderatoresq; vehiculorum. Nãgręci ἅμαξαν currũ appellant. Et qđnos septẽtriones in cęlo vocamus, illi amaxã vocant, quia simile plaustri hocsydus vocatur. Scribit Iul. Capitolinus q; Maximinus amaxas manibus attraheret, rhedã onustã solus moueret.

✳ Amaxitus locus est in Troade, postea Crebenia dictus.

¶ Amaxobĳ populi inter Sarmatas, qui & ipsi nomẽ acceperũt a plaustris, q̃ habent ꝓ sedibus, & in qbus vitã degũt Amaxan enim Græci plaustrum, & βίον viram dicunt.

¶ Amaxonitæ Sarmatæ dicuntur ab vsu plaustrorum, interdum nimia hyemis tempestate demersis in humum sedibus specus habitantes tõtum bracchari corpus, & nisi, qua vident, ora vestiti. Cc.

¶ Amath pe. cor. untis. Cypri ciuitas est, vt sentit Pli. Veneri sacra. Ver. li. x. Est amathus, est celsa mihi Paphos atq; cythera. Oui. Piscosamq; Gnidõ grauidẽq; amathũta metallis. Inde fit Amathũteus a, um. pe. pro. Idẽ li. x. Luctãtes vitulos amathunteasq; bidẽtes. Similiter amathũtius, a, um, Verg. in Ciris. Nam te iactari nõ est amathuntia nostri.

✳ Amathusa Cyprus ipsa dicta est. Cc.

✳ Ammathyea nympha est, quasi per arenam currens ἄμμα harena, θέω curro.

¶ Amazones pe. cor. Scythicę fœminæ iuxta Tanaim primũ inhabitantes, deinde ad loca iuxta Thermodoonta fluuium deuenerũt quę magnã Asię partẽ occupauere. Dictæ amazones eo q; mãmis careant ab α, sine & μαζὸς mãma. Mos enĩ fuit amazonibus, interfectis manibus quos genuissent seruare fœminas, earũq; infantium mãmas dextras inurere, ne impedimento sint ad pugnã conserendã & ne sagittarum iactus impediatur. Vel amazones ab α, & μάζκω. i. pulte seu pane, quasi sine pane, eo q; non pane vescerentur, sed carnibus. Alĳ ab ἅμα, & ζῶ cũ aspiratione in principio, tanq; in cõmune viuentes, dictas putant. Harũ regio amazonia dicitur. Aliæ fuerũt amazones, q̃ in Aphrica floruerunt quę ob id Libyæ dicũtur. De quibus scribit Diod. lib. iĳ. q̃ olim aduersus Gorgonidas fœmineũ duxerunt exercitum easq; occiderũt. De his Æschylus tragicus in prometheo ita scribit, ἔνθ' ἀμαζόνων στρατὸν ἵξεσθ συγάνεραν ἀὶ θεμίσκυραν ποτὲ κατοικιδοσιμ. i. interim amazonũ exercitum consti tuis tristẽ visu, quę Themiscyram q̃q; inhabitarunt. Eustathius multa in cõmentarijs Dionysĳ libyci, sed Stepha. Byzãtius in lib. de populis & vrbibus al ã rationem dicit, cur vocentur amazones, ait enĩ ἀμάζονες δὲ ἐκλήθησαν ἀπὸ τῆσ νύμφησ ἀμαζονίδοσ θυγατρὸσ τῆς σαμάρνης. i. amazones vero appellatæ sunt a Nimpha Amazonide filia Sarmornę, & multa alia. Alĳ ad Amazone puella, dianę sacerdote & regina Ephesi.

✳ Ambegnia veteribus bos & veuxex appellabant quum ad eorũ vtraq; latera agni in sacrificiũ ducebantur. Cc.

✳ Ambest, ab est tertia persona, quod significat circum est, nullamq; aliam habet declinationem Cc.

¶ Amaryllis, idis, nomen fuit rustice propriũ, de qua Ver. latine autem dicitur amor.

¶ Ambio, is, iui, vel ĩ, itum, ex am & eo is. per mutationem e/in/i/&/b/interposita, significat proprie circuo, concludo. Verg. Quæ rapidus flãmis ambit torrẽtibus amnis. Iul. Firmicus Põpeĳ posit tot triũphos ad Nili fluminis ripam cerui ces inuictas & regias, & quas rotiens purpura triũphalis ambierat. Per translationẽ vero ambire ponit pro blandiri, interpellare, circũuenire. Verg. lib. iĳ. Quo nunc reginã am-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bire furentem audeat affatu. Q̃m vero Romani dum honores & magistratus quærerẽt circuire singulos solebant, prẽsare dextras, rogareq; vt se suffragijs adiuuarent factum est vt ambire capiat̃ pro honores quærere. Interdum etiam significet simpliciter desyderare. Hiero. ad Dama. Campẽses cum Tharsensibus hæreticis copulantur. Nihil em̃ aliud ambiunt, q̃ vt auctoritate cõmunionis nostrę fulti tres hypostases cũ antiquo sensu p̃dicent. Aug. lib. viij. conf. Quæso te, oĩbus istis laboribus nostris quo ambimus peruenire, quid quærimus? Teren. vero in And. Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis. i. nihil agis. Et ambire rogare. Hora. lib. Car. Te pauper ambit, sollicitat te ruris colonus.

* Ambidentes oues dictæ a veteribus inueniuntur, quę & bidentes, Cc.

¶ Ambitus, a, um, pen. pro. participium circũitus. vt Ouid. Iussit & ambitæ circundare littora terræ.

¶ Ambitus itus. pe. cor. nomen proprie circuitus. Luca. lib. primo. Letalisq; ambitus vrbi. Dicitur & ambitus locus inter vicinorum ædificia duorum pedum & semis ad circumeundi facultatem relictus. Ex quo honoris ambitus dici cœptus est. Sal. Legibus ambitus interrogati pœnas dederant. Est enim ambitus crimen affectati honoris. Nam qui vera virtutis via ad honorem aspirare non potest, is ambitione contendit, quæ vt inquit Sal. multos falsos fieri coegit. Hinc latæ leges ad ambitum puniẽdum, qualis lex Calpurnia. Capitur interdum pro specie quadã fauoris & captatione misericordiæ. Quin. Si iuuenis innocentissimus iudices vti vellet ambitu tristissimæ calamitatis poterat allegare vobis amissam in oculis omnium cogitationum temeritatem, id est misericordiam captare ex commemoratione malorum. Et ambitus dicitur, quod græci periodon vocant, quum sententia certa quada descriptione definitur. Sed hæc constat ex mẽbris, quæ cola dicũtur, & cęsis quę cõmota appellant.

¶ Ambitio circuitio. Amb. Sinus in q̃ Christus requieuit, non corporis gremio præparatur, nec vestimentorum ambitione componitur, sed virtutum operatione colligitur. Sumitur & pro honorum, & laudis ĩmoderata cupiditate. ♁ Et vt Dona, ait, est magnarum rerum desiderium & appetitus. ♁ Est enĩ in animo, q̃uis etiam ipsa ambientis actio ambitio dici possit. Quin. in lib. i. Et licet ipsa vitium sit ambitio, frequenter tamen causa virtutum

¶ Ambitiosus, qui immoderate appetiti honores, & misericordiam fauoremq; impartit. Quin. lib. i. Non sum ambitiosus in malis, nec lachrymarum causas augere volo, vtinam esset ratio minuendi. Ouid. lib. iij. de Ponto. Sed tamen hoc factis adiungo prioribus vnum, Pro nostris, vt sis ambitiosa malis.

¶ Ambages pen. pro. significat verborũ circuitus. Virg. li. iij. Georgi. Non hic te carmine ficto, Atq; per ambages, & longa exorsa tenebo.

¶ Ambagiosus, a, um, quod abundat ãmbagibus. Gelli⁹. Neq; præcepta dicunt, sed lubrica atq; ambagiosa cõiectione nitentes inter falsa & vera.

¶ Ambactus, circumactus, circunductus, & lingua gallica seruus appellatur. ♁ Cæsar lib. vi. Eorum vt quisq; est genere copijsq; amplissimus, Ita plurimos circum se ambactos clientesq; habet.

¶ Ambesus pe. pro. Vide in dictione Edo.

¶ Ambarualis ex ambio & arualis, quod & ab aruis est, cõponitur, sacrificiũ dicitur, q̃ arua ambiat victima, q̃d fiebat de porca grauida. Verg. Terq; nouas circũ fœlix eat hostia fruges Festus tñ ab ambo videtur cõpositionẽ deducere dicẽs. Ambaruales hostiæ appellabantur, q̃ pro aruis a duob⁹ fratribus sacrificabantur.

¶ Ambiani siue ambianenses populi sunt Galliæ Narbonẽsis comatæ, quos Pli. lib. iiij. Bellouacis coniungit.

¶ Ambigo, is, pe. cor. ex am & ago, ꝓprie significat circũago circũdo. Aug. Quibus muris ãbigare. Vñ ambactus & ambages. Itẽ ambigere est dubitare, vnde ambiguũ. Item discordem esse, litigare. Teren. in Heau. Simo & Critovicin nostri hic ambigunt de finibus, me accepere arbitrum.

¶ Ambiguũ dubium, q̃ in ambas agi partes animo põt, licet & de pluribus intelligi q̃nq; possit. Cice. lib. i. ad Heren. Ex ambiguo cõtrouersia nascitur quũ scriptũ duas sententias aut plures significat, hoc modo. Tullius meus hæres terentiæ vxori meæ. xxx. pondo vasorũ argẽteorum, dato q̃ volet, post mortẽ eius preciosa vasa & cælata magnifice petit mulier. Filius se q̃ ipse vellet in. xxx. põdo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ambiguo.

¶ Ambo ex græco ἄμφω videtur deductũ, & non dicitur nisi q̃n præcesserint duę dictiones, vt Plato & Aristo. ambo philosophi. Vel cũ hæc dictio duo, vt vidi duos hoĩes ambos mihi amicos. Vel cũ de his loquimur, quæ tantũmodo sunt duo, vt perdidi ambos oculos, & ambas manus.

¶ Ambidexter dicit̃ q ita læua manu vtitur vt dextra. Græce ἀμφοτερόδεξιος. Hiero. contra Ioui. Aioth ille iudex ἀμφοτερόδεξιος. i. ambidexter. Hic etiã Scæua dicitur a latinis. Scribit Alber. li. ij. de aĩali, causam ꝓpter quã qs agiliore sit sinistra, q̃ dextra, quia videlicet hepar & cor virtutes suas mittunt in sinistrum latus, & a dextro remouentur.

¶ Ambraica vrbs in Epiro Pyrrhi regia, ab Ambrace rege. Hãc August⁹ Nicopolĩ a victoria noĩauit. Fuit hæc ciuitas ornatior reliquis ciuitatibus. Hinc ambraciẽsis & ambraciotes siue ambraciota. Vnde Theõbrotus ambraciota dictus est, qui cum Platonis librum de ęternitate animarũ perlegisset, præcipitem se dedit in mare.

¶ Ambrices pe, cor, sunt tegulę quæ transuersæ asseribus & tegulis interponunt̃, inquit Festus, vbi per asseres, canterios etiã intelligimus. Imbrices vero tegulę quibus in curuis domus tegitur.

¶ Ambrysus pe, cor, nomen est duarum vrbium, quarum vnam Strab. locat in phocyde, alteram in Bœotia. Quidam etiã amphysum recte dici affirmant. Pausa. Ambroson quã doq; vocauit, ab heroe sumpto nomine.

¶ Ambrones gentes quędã gallicę, quę subita inundatione maris quũ sedes suas amisissẽt, rapinis se alere cœperũt. Hos cum Cimbris teutonicisq; Marius deleuit. Hĩc tractum est, vt turpis vitæ homines, ambrones dicantur.

¶ Ambrum gemma nigri coloris.

¶ Amburo pe. pro. circũuro. Plau. in Epi. Nam ille quidem Vulcani irati est filius, quaqua tangit omne amburit, si pro pius adstes æstu calefacit.

¶ Ambulo, as, notæ significationis est, vt qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. ♁ Aliq̃n ambulare est animi causas se exercere. Plau. Abĩt ambulatũ. i. abĩt vt se exerceat animi causa. Huius cõpositæ sub, abambulo, q̃d est ascẽdo, anteambulo, ante alios ambulo, a quo anteambulones dicti sunt stipatores & satellites, qui honoris gratia aliquem comitando principẽ solent p̃cedere. Sueto. in Vespa. Dũ eum idẽtidem per contumeliã anteambulonẽ fratris appellat. Mart. Sũ comes ipse tuus, tumidiq; anteambulo regis. Deãbulo, vide alibi. Inambulo spatior. Et ꝓprie inambulare est peripatetico rũ, qui deãbulantes disputare cõsueuerunt. Obãbulo, aduersus alios ambulo, & quasi ambulanti me oppono. Perambulo per aliquid siue ad finem vsq; ambulo.

¶ Ambulator qui huc & illuc ambulat. Col. Villicus vt ait Cato ambulator esse non debet.

¶ Ambulatio ambulandi actus & locus ad ambulandũ vel per quẽ ambulamus. Col. Ambulationes meridicorũ equi noctiuali subiectę sint, vt hyeme plus solis, & æstate minimũ recipiant. Huius diminutiuũ est ambulatiuncula. Cic. Cum vna me hercle ambulatiũcula atq; vno sermone nostro omnes fructus prouincię non confero.

¶ Ambulacra, pe, pro. ambulationes sunt. i. actus ambulandi. Et aliquando dicunt̃ spatia ad ambulandũ, vbi cõmode ambulari potest ad satietatem propulsandam.

¶ Ambubaiæ, Porphyrione auctore, sunt mulieres vagæ, ac viles, quibus nomẽ ab ebrietate balbutientiũ verborum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

videtur esse inditū. Nōnulli ambubaias tibicinas syriaca lingua putant dici. Ho. Ambubaiarū collegia pharmacopolę ☞ A memoria, vide in litera A.

¶ Amen dictio hebræa, quā nos fideliter secundū Aquilæ interpretationē dicere possumus, ductū aduerbiū ex nomine fidei. Secundū vero. lxx. interpretes idē est ac si fiat dicemus Vnde in fine librorū, In quinq; siquidem psalterium apud Hebræos diuisum est, fiat fiat transtulerunt, quod in Hebræo legitur amen amen, quo ea vere quæ supra dicta sunt memorentur. Vnde apostolus asserit, non posse aliquē respondere amen. i. concedere quæ dicta sunt nisi intellexerit ea prædicatione.

¶ Ambrosia latine immortalitas dicitur ab α. priuatiua & βροτὸς mortalis, vel quia mortales eam non comeduntvel quia qui comederent efficerentur immortales, sed μ. interponitur ad euphoniā. Fabulæ fuerunt esse deorū cibum, nectarq; potionem, ex quo illud Epigrammatistę. Iuppiter ambrosia satur est, & nectare viuit. Cice. lib. i. Tusc. Non enī ambrosia deos aut nectare, aut iuuentute pocula ministrante lętari arbitror. Ambrosios diuinus & immortalis dicitur Diasco. Ambrosiā artemisiā, cuius verba sunt hęc, ἀμβροσία, ποίη ἐσὶ ἥν τινες βοτρυν δὲ ἀρτεμισίαν καλοῦσιν idest ambrosia herba est, qua nonnulli Botryn, alij artemisiā vocant. ¶ Alij apium syluaticum. Pli. Botrin vocat odore non iniocundo. Idem scribit herbā esse vagi nominis, & circa varias herbas fluctuantem.

☞ Ambrosius propriū nomen diuinus seu immortalis dicitur. Est & adiectiuū Ambrosius, a, um, pro īmortali. Verg. Ambrosiæq; comæ.

☞ Amella herba quę nascitur iuxta mellam Galliæ fluuium a quo nomen accepit. Amellus flos eius.

¶ Amens qui a mēte sua discessit, hoc est qui sine cōsilio animoq; est, quo sapimus. Lucre. Consilium quod nos animū mentēq; vocamus. Hinc amentia. Teren. in And. Cur meā senectutem sollicito huius amentia? Quidam demētem ab amente ita distingunt, q; demens sit qui non cogitat quid agat aut loquatur amens qui prorsus insanit.

¶ Amentū omne ligamē significā. Pli. Corneliæ Gracchorū matri sedens statua posita fuit, soleisq; sine amento insignis, in Metelli publici porticu. Amentū etiam dicit locū quo media hasta religatur, vt iaci longius possit. Syri. li. xiiij. Hasta iuuatur amento. Hinc amentatas soleas, & amentata iacula dicuntur. Et amentare apud Luca. pro iacere aut circundare & amento munire. Iaculum amentauit habena.

¶ Ames, itis, mascu. gene. partica aucupalis. Hora. in Epod. Aut amite leui parua tendit retia. Palla. Nuncin amitibus apparetur aucupium noctuæ.

☞ Amerinum oppidū Italiæ, cuius crebram in Rosciana facit Cice. mentionē, vnde amerinus, a, um, Verg. Atq; amerina parant lentę retinacula viti.

¶ Amerinæ, pe. p. ab amerino Italiæ oppido, vbi plurima erat salix amerina, quā nunc vulgus agnum castū appellat.

¶ Aminęū genus vitis a regione Aminea dictū. Nā Amineī fuerunt, vbi postea Falernus.

⁂ Aminça vua & aminęę vites. Verg. Sūt & aminęę vites firmissima vina. A regione autē ita vocabantur, & aminęi fuerunt, vbi nunc Falernū est, vt Macro. testatur. Qđ facit vt mirer Seruiū rātum Grāmaticū scripsisse amiæū dictum quasi sine minyo, hoc est sine rubore, qm̄ natura album est.

¶ Ametor pe. pro. latine dicitur qui caret matre.

¶ Ametros latine immensus, īmodestus, Ametria īmodestia, ab α. priuatiua, & μέτρον. ¶ Ameria ciuitas in Vmbria, ante Persicū bellū annis non gentis. lxxiiij. condita. Ibi fiebant salices amerinæ dictę.

¶ Amethysthus cū duabus aspirationib⁹ & y/ psilo gēma purpurea est, a colore violæ dicta, quasi minime ebria, ab α. priuatiua particula, & μεθύσκω ebrius, siue μέθη ebrietas tā quā amethysthinus color sit sobrius. Ratio noīs est, q; cum vsq; ad vinicolorē accedat, prius tn̄ q; id degustet inviolam desinit. Fulgor in ea purpuræ est, non ex toto igneus, sed in vini colorē desinens & violæ similis. Hinc Amethysthinus a, um, pe. cor. vt amethysthina. Plin. Amethysthinū colorē dicimus, qui in viola & ipse in purpureum micat, quemq; ianthinū appellauimus. ☞ Amethysthos etiam genus vuæ, qm̄ vt ait Pli. Sobila sit & temulentiam sola non facit.

⁂ Ametum & ameta, pro amico & amica antiqui dicebant Laberius in lacu auerno, mulierē fuisse ametabundam scripsit, hoc est amentem.

¶ Amicio, is, pe. cor. iui, itum, supinum debet facere amixi etiā pręteritū & supinū amictū facit. Vnde amictus. Est aūt amicire vestire. Hora. Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis. Huius cōposita sunt examicio, & circūamicio. Pers. Iam reliqua ex amicis patruelis. Psalmista. Circūamicta varietatibus. Veteres amicibor dicebant. Plau. Subnixus alis me inferam atq; amicibor glorioſe.

⁂ In Persio legetur ex amitis, ne erres.

¶ Amictus, a, um, participium, idem quod vestitus. Cice. lib. ij. Philip. Sedebat in rostris collega tuus ammictus toga purpurea in sella aurea coronatus.

¶ Amictus, us, us, vestis q̄ superponitur alijs vestibus quasi palliū. Tibul. Frustra iam vestes, frustra mutātur amictus. Sunt qui amictum accipiant pro veste magis interiore.

⁂ Amictoriū vestimentū puellare candidū & subtilissimū ex lino. De quo Mart. Mammosam metuo teneræ me trade puellę. Vt possint niueo pectore lina frui. Cc.

¶ Amiculum genus vestis a circuitu dictum, q; instar pallij humeris circūinjcit. Vale. Max. Detracto etiam Ioui olympio magni ponderis aureo amiculo iniectoq; ei laneo pallio dixit, ętate graue esse aureum amiculum. hyeme frigidum laneam autem ad vtrunq; tempus anni aptius. ☞ Amiculū nigellum dicitur a Var. vestitus lugubris. Amiculatus dicitur a Solino Indutus amiculo.

¶ Amicinū pe. pro. vtris pediculus, ex quo vinū diffundit.

¶ Amison, pe. pro. ciuitas Ponti nobilissima.

¶ Amitto dimitto seu abire permitto. Plaut⁹ in Cap. Filius meus illic apud vos seruit captus aulide, eum si reddis mihi postea vnū nummū ne duis, & te & hūc amittā. Hinc alio pacto ab ire nō potes. Ouid. de Pon. Nec nocet amisso subdere calcar equo, idest laxis habenis abire permisso. Item amittere significat perdere. Sal. Iampridē equidem nos vera rerū vocabula amisimus, quia bona aliena largiri liberalitas, mala rerū audacia fortitudo vocatur. Itē amittere alio mittere. Teren. in Heau. Et prius pecuniā omnem q̄ abs te amittas filium hui quātam fenestram ad nequitiam patefeceris. Item ignoscere. Idem in Eun. Vnam hanc noxam amitte, si aliam admisero vnq̄, occidito. Item adimere. Plau. in Asi. Cur ergo minitaris te tibi vitam esse amissurum.

¶ Amiternum vrbs Campaniæ, ex qua Crispus Sallustius natus perhibetur.

¶ Amita pen. cor. patris mei soror, quia similiter a me tertia sit, atq; auia videri possit. Vel quia a patre meo amata est. Nam plus sorores a fratribus, q̄ fratres diligi solent, propter dissimilitudinem personarum, quæ ideo minus dissensionis habēt, quo minus æmulationis. Maior amita dicebat auī & auiæ amita, sicut & maior auūculus auī & auiæ auunculus.

¶ Amitini penul. prod. dicuntur qui ex sorore & fratre propagantur.

¶ Amor plus est q̄ beniuolentia, licet plęrunq; pro eodem accipiantur. Ex amore em̄ nascitur beniuolentia, sicut ostendit Cicero. Amor enim ex quo amicitia nominata est princeps est ad beniuolentiam coniungendā. Differt enī amor a charitate, q; amor sit genus, charitas species. Ille ad omnes pertinet, hæc ad homines tantū. ☞ Est autē amor, vt inquit Aug. li. de amicitia, animæ rationalis affectus, per quē ipsa aliquid cū desiderio quęrit & appetit ad fruendū, per quem & fruit eo & cū quadam suauitate interiori amplectitur, & conseruat adeptum. ☞ Amor singulari numero, plęrūq; honestus est, vt amor fraternus, amor patris in filiū. Cic. Incē-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſus ſum amore ĩcredibilium virtutum tuarum. Poteſt tñ & in venereã partẽ accipi. Et tunc ſecundum Augu. cupiditas, aut libido vocatur. Vergilius. Omne adeo genus ĩ terris hominũq; ferarumq;. Et genus ęquoreũ pecudes pictęq; volucres, in furias ignemq; ruũt, amor oĩbus idẽ. Amor inquit Plautus melle & felle fœcũdiſſimus eſt, guſtu dulce dat amarum ad ſatietatem vſq; aggerit. Amor forȩm ait Sene. rationis obliuio eſt, & inſaniæ eximius, fœdum minime cõueniẽs animę ſoſpiti vitium, turbat conſilia, altos & genoſos ſpiritus frangit, a magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. Amores vero plærumque laſciui ſunt, licet quandoque etiam de honeſta voluptate dicantur. Cicero. lib. i. officiorũ. Formam quidem ipſam Marce fili, & tanq; faciem honeſti vides, quę ſi oculis cerneretur admirabiles amores ſui excitaret. De laſciuo Hierony. de Salomone loquens. Amoribus fœminarum infatuatur. Amor quoque pro cupidine, quem veteres deum, amoris eſſe putauerunt, accipi ſolet. Propert. Quicunque ille ſint, puerum qui pinxit amorem.

* Amymone Danai regis filia fuit, quę dum ſe in ſyluis iaculando exerceret ſatyrum percuſſit imprudens, qui impetu in eam facto, vim ei voluit inferre. Quapropter implorator Neptuni auxilio, id ab eo paſſa eſt, quod a ſatyro formidaret. Itaque prægnans facta Nauplium peperit. Hanc in ſmaragdo Alexander ſculpi voluit. Cc.

¶ Amare maioris vis eſt, q̃ diligere, Cice. Dolo. Quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tm tñ acceſſit, vt mihi denicq; nunc amare videar, ante dilexiſſe. In eodem ſenſu idem Cicero ad filium Sed tñ vt ſcires eũ non a me diligi ſolum, verumetiã amari. Teren. tamẽ contrarium poſuiſſe videtur, quum inquit. Nõ pol quo quẽq; amẽ, aut plus diligam habeo. Proprie tamen parentum eſt diligere, vt pater diligit filium. Q̃ ſi amo abſolute ponatur, capitur pro amore captus ſum, hoc eſt eſſem inamorato. Plautus. Amat filius certum eſt. Compoſita huius verbi ſunt adamo, deamo, redamo, & peramo, penultima correpta, quod eſt valde, vel vſq; ad finem amo. Cicero libro primo de legibus. Vbi illa ſancta amicitia ſi non ipſe amicus peramatur toto pectore.

¶ Amator & in bonam, & in malã partem accipitur. In bonam. Cicero ad atticum. Bibliotecam tuam caue cuiq; deſpõdeas, q̃uis acrem amatorem inueneris. In malam, vt amator mulierum. Amator, q prodiuis eſt ad amãdũ naturaliter Amans ex cauſa amat, amator fingi põt, amans vere amat.

¶ Amatorculus diminutiuum. Plau. Nam qui ſedulo mundiernos habemus, vix ægre amatorculos inuenimus.

¶ Amanter aduerbium ſignificat beniuole, vel cum amore vt expectatum meum aduentum abs te amanter videbam. Amice vero ſignificat, quod amicus facit, vel facere debet, vt amice facis.

¶ Amatorius, toria, rium, quod ad amorem pertinet. Vnde carmina amatoria. Hinc amatorie aduerbium, quod eſt ad ſimilitudinem amantis.

¶ Amatorium ſubſtãtiuum, genus quoddam veneni amorem, vel inſaniam ingerentis, quæ & philtra grẽce dicimus.

¶ Amatorie dicta fuit vna ex muſis, quæ Erato grẽce dicitur. Ouidius. Vilis amatorie, vilis mihi canda Clio.

¶ Amabile, quod eſt dignum amari. Plautus. Compara labella labellis, bella es atque amabilis. Cuius contrarium eſt inamabile. Martialis. Inamabilis ſciurus, & frequens Phœnix.

¶ Amabũdus, qui abunde amat. Copiam enim in bundus terminata denotant.

¶ Amabo cum accentu in ãtepenultima, interiectio amantis eſt, ſicut ſonat verbum, comicis valde familiaris. Plaut⁹. Noli amabo verberare lapidem, ne lędas manum. ♁ Quidã exponunt gratum erit. Gel. lib. xij. Amabo mi fili quieſcas neq; differas, neq; criminare aduerſus iuuenem.

¶ Amaſius vel amaſia, qui vel quæ amat, vel amatur, ſicut amans quum eſt ſubſtantiuum.

¶ Amãs participii ſignificat eũ vel eã qui vel quæ amat pudice vel impudice. Cic. Nihil difficile amanti puto. Amo autem, & ſemper amaui nimium ſtudia, & mores tuos. Teren. in An. Poſtq̃ acceſſit amans vnus, & item alter.

* Amaſſo pro amauero ſcripſit Laberius.

* Amerimnos, quaſi ſine cura & ſollicitudine, ἀμεριμνία enim ἀκηδεστία, id eſt requies dicitur tranquillitas, indolentia.

¶ Amicus ab amando dicitur, & honeſta in re eſt. Eſt enim qui amat, & indiſſolubili familiaritatis iure coniunct⁹. Paul. Amicos appellare debemus non leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerint iura cum patrefamilias honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. ♁ Aug. Amicos illos dicimus, quibus cor noſtrum, & quicquid eſt in illo committere non formidamus. ♁ Huius cõtrarium eſt inimicus. Amica quando ad virum refertur inhoneſta in re eſt, quaſi cõcubina. Tu vero non amicus es, ſed amator eius, q̃m amator eſt qui ad tẽpus & veneree amat. Et amator huiuſcemodi amatio dicit. Teren. Here putaui hunc Pamphilum amicum amatorẽ virum. Dona. Amic⁹ animi eſt, amator corporis. Amator ad tempus, amicus in perpetuum. Plau. Nimis pene inepta atq; odioſa eius amatio eſt.

* Amecus ameca per /e/ literam veteres ſcribebant. Cc.

¶ Amicus, ica, icũ, ſi iũgatur cũ re inanimata ſignificat vtile ſiue gratum, vt amicus pratis humor, amica frugibus æſtas amicum plantis ſydus. Hinc fit comparatiuum amicior, nõ amicitior ſuperlatiuum amiciſſimus. Itẽ amice amicius amiciſſime. Sic inimicus, inimicior inimiciſſimus.

¶ Amiculus diminutiuum. Hora. in epiſto. Diſce docendus adhuc quę cenſet amiculus. Amicula diminutiuum ab amica. Plin. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam. Sueto. in Caligu. Quoties vxoris vel amiculæ collum exoſcularetur. Hæc enim diminutiua plena blanditiarũ, & amoribus accommodata ſunt.

¶ Amicitia ab amicus fit, quæ eſt ſtudiorum omnium voluutatumq; conſenſus. Cuius contrarium eſt inimicitia. Ennius. Amicitia ab inimicitiam in frõte promptam gero, ſed in frequentiore vſu inimicitię dicuntur.

* Ammon Grẽci arenam vocant, vnde eſt frequens illud aqud eos prouerbium de ijs qui fruſtra laborant in re difficili, ἄμμον μετρεῖν, i. arenam menſurare. In templo Iouis ammonis aræ erant, vbi ſub arietis forma Iuppiter colebatur, quod hoc modo tradunt inſtitutum. Cum liber pater p deſertum Lybię exercitum duceret, vniuerſa iam Aſia deuicta & ſiti admodũ laboraret, imploraſſe a patre auxiliũ dicitur, quo facto aperuiſſe ei ex templo arietẽ quem dum fugiẽtem ſequitur, perueniſſe illo duce ad fontem amœniſſimum, qua propter deſyderio potitũ exiſtimaſſe arietem illũ fuiſſe Iouẽ eiq; templum miræ magnitudinis in arena conſtituiſſe, & eũ vocaſſe ammonẽ Iouem arenarium. Sunt qui dicant lingua Ægyptia ammon, id eſt Iouem dici, hinc corrupto nomine ammonem vocitatum. Alij tradunt ammonem dictum ab Ammone quodã paſtore, q primus illic tẽplũ ędificauit. Cc.

¶ Amomum penultima producta, arbor eſt, vt Plin. lib. xij. ſcribit, forma e vite labruſca, frutice venoſo, palmi altitudine. ♁ herbę foliis ſimilis brionię, & triplex eſt. Armẽcũ medicũ & ponticũ. Aeti⁹ tñ Amelinus inſignis Medicus ita ſcribit, ἄμωμον ἔοικε τὴν δύναμιν ἀκόρῳ πλὴν ὅτι, ξηρότερον ἐστὶ τὸ ἄκορον πεπτικώτερον δ' ἐπῶσι τὸ ἄμωμον, hoc eſt amomum viribus acoro ſimile eſt, ſed ſiccius acorum, digeſtiuũ vero magis eſt amomum.

¶ Amodo cum accentu in antepe. ſignificat poſt hac. Apul. Nemo me amodo tam mane egredientẽ ſoliũ videbit. ♁ Si ue ab hoc tempore, vt in euangelio. Si me cognouiſſetis, & patrem meum cognouiſſetis, & amodo cognoſcetis eum.

¶ Amœbæus in prima cum œ, & in ſecũda cũ æ, genus carminis, in quo qui canunt vtuntur ęquali numero verſuum, & ita ſe habet ipſa reſponſio, vt aut maius, au contrarium aliquid dicat, vt eſt apud Vergi. Vis ergo iter nos. Quoniã ἀμείβομαι eſt adiuicẽ reſpondeo retribuo & migro, & plus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ra ſignificat, inde ἀμοιβαῖος mutuus viciſſitudinarius.

¶ Amœnum cum œ/diphthongo locus voluptatis, ab/a/ ſine, & munus, ꝙ ſit res grata, ſed ſine fructu. Vel vt inquit Seruius. a mœnio, munio, vel fructum capio. Vnde qui nihil præſtant immunes vocantur. Feſt. ab amo deriuat, cum ait Amœna loca dicuntur, quæ ad ſe amanda alliciunt. Hinc amœnitas & amœnitudo.

¶ Amœno, as, delectatione afficio. Cyprianus ad Don. Et dum in arbores & vites, quas videmus, oblectante proſpectu oculos amœnamus, animam ſimul & auditus inſtruit, & paſcitur obtutus.

¶ Amolior amoliris, ex ad & molior, quod eſt a mole, ſignificat amoueo. Et propriè de his dicitur, quæ cum magna difficultate ſummouẽtur. Teren. per translationem in Andr. pro recedo poſuit. Proinde hinc vos amolimini. Nam mihi impedimẽto eſtis. Admolior cum/d/ ſignificat ſupra pono.

¶ Amorrhei populi dicti ſunt ab Amor patre Sichẽ, vel ab Amorrheo filio Canaam.

♁ Amorphus latine dicitur informis ſine forma, ἀμορφος.

¶ Amoueo, es, penultima correpta, inde alio moueo ſiue remoueo. Plau. in Amp. per translationem. Amoui a foribus maximam moleſtiã, id eſt abegi, ſiue abire cõpuli, quia prius dixerat. Abigam ego iam hunc veniẽtẽ ab ædib⁹. Quo item modo Terenti⁹ in Adel. vſus eſt. Ego hunc amouebo.

¶ Amneſtia cum accentu in penultima latine præteritorum obliuio dicitur in perpetuum, quaſi lex obliuionis μνησεῖα, memoria dicitur ab μνήμη memoria, & μνέω cũ ἀμνησέω. i. immemor fio, obliuiſcor.

¶ Amnis fluuius ab am circum & natare fluere, quoniã flexinoſo meatu labitur, vel ab ambio. Omnia enim flumina circumeunt. Ideoque cornuta pinguntur. Tamen ego credo ꝙ potius a græco deducatur, cum & Callimachus dicat in hymno Dianæ, δὸς δὲ μοὶ ἀμφιπόλους ἀμνιδ ἰδ᾽ασ ἐικοσι νύμφας, id eſt da mihi famulas, amniſſas viginti nymphas, quamuis interpres Callimachi ita ſcribat ἀμνισος ποτας μὸσ κρήτησ ἀφ᾽ ὄυκρητικὰσ. ✳ id eſt amneſus fluuius Cretę a quo creticas.

♁ Amnicus, a, um, ſignificat fluuiale, vt ſtipes amnica apud Apuleium.

¶ Ampelus penultima producta, inſula, ſeu promontorium eſt, ſicut ſcribit Stra. in Samo ex aduerſo Drepani montis Icarij. Sed & iuga omnia, quæ totam Samum faciunt mõtoſam eodem nomine vocant ampelos.

¶ Ampelos græce, vitis vel vinea, cum accentu in antepenultima. Tamen ἀμπελολευκὴ ampeloleuce, vel a qualitate coloris, vel ꝙ eius radix contrita, & corpori infricata tenerioꝛem & cãdidiorem cutem reddat. Nam & ſuccus baccarum eius lac vberibus ſiccis reddit.

♁ Ampelos agria, labruſca, id eſt vitis agreſtis.

♁ Ampelomelæna vitis nigra, quã alij Brioniam/alij Chironam/alij Cynechanten, aut Aproniam vocant.

¶ Amphi latine circum, ſiue vndiq; aut vtrinq; ſignificat, & inde multa componũtur.

¶ Amphibolum penultima correpta, ambiguum dicitur. Ex ἀμφι vndiq;, & βουλὴ conſilium, ſenatus conſiſtorium, vel ἀμφὶ καὶ βάλλεσαι, id eſt vtrinque percutit, vt Theodorus Gaza in quibuſdam locis Homeri.

¶ Amphibolia penultima correpta, ambiguitas.

¶ Amphibologia, penultima producta, dubium dictum. Figura quæ fit vitio compoſitionis cum in ambiguo poſita eſt ſententia. Et modo fit per accuſatiuum, vt aio te æcida Romanos vincere poſſe. Modo per verbum commune, vt cũ dicimus. Cato iniuſte. criminatur. Incertum eſt enim an ipſe ab alio crimineꝛ. an ipſe alium. Modo per participium, vt vidi ſtatuam auream, haſtam tenentem. Modo per homonyma, vt ſi quis dicat aciem, nec exprimat oculi, vel gladij, vel exercitus. Poteſt etiam fieri alijs modis. Componiturque ex ἀμφὶ, & λόγια, fermocinatio, quaſi ſermo ille ſententiam dubiam indicet.

¶ Amphilogos ſimiliter ſermo dubius dicitur.

¶ Amphibia animalia in terris, vel in aquis viuentia. Amphibion græci dicunt quod eſt duplicis vitæ. Col. lib. ix. Venio nunc ad aues quas græci vocant ἀμφιβιον, quia non tantum terreſtria, ſed aquatilia quoque deſiderant pabula, nec magis humo q̃ ſtagno cõſueuerunt, ab ἀμφὶ καὶ βίος vita, ꝙ in ambobus elementis degant. Ambroſius. Quinetiã cum plęraq; pedes habeant, & ambulandi vſum eo ꝙ ſunt amphibia, quæ vel in aquis vel in terris viuant, vt ſunt phocę crocodili equi fluuiales ἀμφὶ circum βίος vita.

¶ Amphibrachus penultima correpta, pes eſt ex prima & vltima breuibus media producta, ſic dictus, ꝙ in vtraq; parte breuem habeat βραφὺς enim breuis dicitur, vt cupido.

✳ Amphiſibinæ & Amphyſbenæ ſerpentes dicuntur, quę cõſurgunt in caput geminum, quorum alterum loco ſuo eſt, alterum loco, quo cauda, quę cauſa eſt, vt capite vtrinq; venenum fundente ſerpat tractibus circulatis. Luca. Et grauis in geminum ſurgens caput amphiſibena. Cc.

¶ Amphimacrus, & amphimacer penultima correpta, pes ex tribus ſyllabis cõſtans prima & vltima lõgis media correpta, vt pallidi, ſic dictus ꝙ vtraque parte lõgam habeat ſyllabam, μακρὸς enim longus. Eſt enim contrarius amphibracho.

¶ Amphimachus penultima correpta, nomẽ viri proprij.

¶ Amphilochus penultima correpta, philoſoph⁹ Atheniẽſis, qui de agricultura ſcripſit,

¶ Amphitheatrum penultima producta dici poteſt vndiq; ſpectaculum, ꝙ ex duobus theatris ſit factum. Nã duo theatra ſunt. Theatrum enim hemicycli formam habet. Ponitur autem pro loco ſpectaculi, vbi pugnabant gladiatores θεάομαι ſpecto ἑλληνικὴ ὁ θέατρον, id eſt græce aũt theatrum.

✳ Amphitanę gemmæ ſunt marginibus auro rutilantibus. Cornuco.

¶ Amphytrion Herculis genitricis coniunx. Vnde & patronymicum Amphitryoniades a poetis dicitur.

¶ Amphitrite, es, pe. pro. Oceani & Deridos filia, q̃ fingitur a poetis eſſe vxor Neptuni, & ſignificat mare, ab ἀμφὶ circum, & τρεῖν terrere. Mare enim circum ſe nauigantes pereũ di terrore inſequitur. Heſiodus in Theogonia.

♁ Amphitryo Alcmenę Herculis matris cõiunx ab amphi circũ, & τρυζω gẽmo, vel τρυχω vexo, quoniã hęc incurrit. Plaut. tñ Amphitrio ſcribit, quia vetuſtiſſimi Romani peregrinas literas non admittebant, vt phruges non phryges.

¶ Amphitapę veſtes vtrinque villos habentes, ab ἄμφω, quod ſignificat duo. Var. Alterum bene acceptum dormire ſub amphitapa bene molli.

¶ Amphimala, ꝙ vtraq; parte ſint villoſa, ſicut amphitapetes. Erant tunicæ gauſapinæ ex vtraq; parte pilos habentes, quę & gauſapia dicebantur. Erant & Amphimaſchela ab axillis dicta, & ingenuis dicata, ſicut heteromaſchala ſeruitijs. Auctor Iuli. Pollux. Nam ex altera tantum parte villoſum heteromallon vocabant, & malloten quoq;.

¶ Amphora pe. cor. genus vaſis vinarij duas anſas habẽtis, ſic dicta, ꝙ ex vtroq; latere capta feraꝛ, ab amphi, & φορέω fero ꝙ ſit vas portatile, & huc illuc feratur. Sũt autem amphoræ, quas & Ceramia, & Metretas, & latine quadrãtalia vocant, alię minoris menſurę, vt Italicę, aliæ minoris duplo, vt Anthiochicę. Cados autem a græcis quoq; prò amphoris quandoq; acceptos fuiſſe ſcribitur. Nã & cadus Anthiochicus amphoram capiebat Italicam. Apud Feſtũ continebat congios octo, id eſt ſextarios, xlviij. Sextari⁹ vncias. xx. ab ἄμθι καὶ φορέω τουτ᾽ ἔστι φέρω ꝙ ſit vas portatile huc & illuc. ♁ Verum aliter ab alijs traditur. Quidam enim aiunt Amphoram capere quantum teſſera quoquo verſa in area pedum. iiij. pes. xvi. conſtat digitis duplex amphora modus eſt, qui græce Medimnus dicitur. Eademq; triplex ſextarium efficit. Sextarij dimidiũ cotela vocatur, & hemina. iiij. vero ſextarij Chenica cõplẽt. Ita ſex cõgij, qui latine chus dicitur. Inde forſitan ſextarij nomẽ qd eũ ſexies congius capit. Scri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bit tñ Pollux Cotulã chenicis esse tertiã ptẽ Chenicas, viij. & .xl. medinno contineri. Sed & hemina sex impletur cyatis, Cyati vero pondus fere dragmę. x. sicut Oxibaphi. xv. Ciathi pars quarta Mistros huius tertia. Cyamę q̃ duo cochlearia capit. Sunt & Artabæ, quę ternę denos capiunt modios, & omnium maximus Culleus, quẽ. xx. amphorę complẽt.

¶ Amphorarius, qui mercedis gratia amphoram portat, quem Græci Amphoreophoron dicunt.

¶ Amphoterodexios, Græci ἀμφωτερόδ'ξι⊙ς, id est ambidexter.

¶ Amphion penultima producta, Iouis & Antiopes, vel secundũ aliquos Mercurij filius, a quo fuscepta lyra adeo dulciter canebat, vt saxa ad struendos muros thebanos traxisse dicatur. Hor. Dictus & amphion thebanę conditor vrbis Saxa mouere sono testudinis. Quod ideo fictũ, quia eloquij suauitate homines rudes, & incultis moribus ad obsequij ciuilis pellexit disciplinam, quod idem Hor. exposuit. nã quũ dixisset sono testudinis addidit, & prece blanda. Ferũt hunc inuenisse musicam. De Amphione lib. i. Apollonius Rhodius in argonauticis.

⁂ Amphinome nympha a circũ pascẽdo, quod fieri in aqua videmus· ἀμφὶ enim circum & νομὸς pascuum. Cc.

⁂ Amphitoe nympha est circumquaq; currens, ἀμφὶ circũ & θέω fluo. Cc.

⁂ Amphithus vnus ex Castoris & Pollucis aurigis, Cc.

⁂ Amphiro nympha ab vndecunq; fluẽdo ἀμφὶ ei circũ & ῥέω curro. Cc.

¶ Amphyctiões publicum græciæ concilium. Vnde decreta amphyctionum citat Demosthenes in oratiõe Cresiphõte. Constabat aũt amphyctionũ cõuentus ex septẽ Græciæ ciuitatibus, vt docet Stra. li. ix. Vñ autem amphyctionum nomen deducatur, docet Dionys. lib. xiij. Amphyctionem Heleni filium commẽtum esse amphyctionicum concilium cui ab ipsius nomine nomen indiderunt. Hinc amphyctionicus, a, um, vt leges amphyctionicę, quibus ad concordiam colendam inuitabantur.

¶ Amphrysus penultima producta, fluuius Thessaliæ, iuxta quem armenta regis admeti apollo pauisse traditur. Lucanus lib. vi. Qui flumine puro irrigat amphrysus famulantis pascua phœbi. Hinc amphrysiac⁹, ca, cum. Papinius. Aut amphrysiaco pastor de gramĩe carpsi. Est & nomẽ duarum vrbium. Vide supra in dictione Ambrysus.

¶ Amphyssa nomen vrbis in Locris, ab Amphyssa Macaris & Apollinis filia.

ծ Amphipolis ciuitas qua Thraciam macedonia contĩget, ꝙ eam Strymon annis circumfluat.

¶ Amphimerinon pe. corre. febris est quotidiana, & ex humoribus corruptis præsertim pituita coalescit. Ephimerinon vero vnius diei febris est.

¶ Amplector amplecteris amplexus, a quo amplexor, aris, frequentatiuum, quod a Prisciano inter communia numeratur. Est autem amplecti circunnectere. Lucillius. Quin amplexetur qui velut ego nõn sinam me amplectier. Cice. pro Cluen. Auctoritatem cẽsorum amplexator. Dicitur & amplexor. Plautus in Cistel. Anus ei amplexa genua. Gellius. Eumque complexus, atque exosculatus est.

ծ Est & Amplexus, us, ui, nomen.

¶ Amplum dicitur magnum, spacioſum, quod late patet, & per multa diffunditur, quasi omi ex parte plus magnum dicitur, quod in cumulum sui, & magnitudinem crescit.

¶ Amplitudo, vt Cic. lib. ij. artis veteris scribit, est potentię aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abũdantia

¶ Amplius a duerbiũ significat plus. Et quandoq; iungitur ablatiuo. Cęs. cõm. vij. Ita vt non amplius quatuor digitis ex terra eminerent. Q ñq; actõ. Verg. Noctẽ nõ ampli⁹ vnã Falle dolo. Q ñq; nominatiuo. Cęs. cõ. v. Amplius octigente, quæ vno erant tempore a littore discesserant.

¶ Amplio, as, & amplifico, as, pro augeo sumũtur ꝑ traho. Cicero lib. iij. ad Heren. Aut istum hominem nefarium ampliaueritis. Liuius lib. iiij. ab vr. scribit Posthumiam virginẽ vestalem ampliatam deinde absolutam pro collegij pontifi cum fuisse sententia, hoc est per amplationem in secundã actionem interposita dilatione protractam, vt scilicet bis causam dicere posset. Romani enim iudicia hoc modo peragebant. Nam aut statim sentẽtia dicebatur a iudicibus si absoluendus esset reus, aut amplius pronunciabatur si videret ur esse damnandus, & tunc iudices dicebãt. Non liquet, hoc est obscura causa est. Hinc ampliatio nascebatur, quæ appellata ab eo videtur quasi amplius dicendi pronunciatio, quia qui ampliabatur interposita dilatione rursus ad agendam causam redibat. De hac ampliatione intelligit. Cice. tertia in Ver. acti. cum ait. Et si lex ampliandi faciat potestatem, tamen sibi turpe existiment non primo iudicare. Idem ꝑ Cinna. Cum ampliandi potestas esset dixisse sibi liquere.

¶ Ampliuagus, a, um, pe. cor. quod in amplũ vagatur. Cicero lib. iij. ad Heren. Ampliuagas imagines reddunt.

¶ Amplustre in plurali amplustra vel amplustria nauiũ ornamenta. Sed contra communem corruptelam sine /m/ scribendũ opinor attentus deriuationi ab α priuatiua, & πλέω nauigo, quoniam sine gubernaculo illo puppis non sit ꝑ mare nauigandum, præterea esset prima longa propter duplicem consonantem. Et ideo Cic. corripit in Aratea. Nauibus absumptis fluitantia quærere apluſtra. Itaq; ad indigentiam nauigationis naui adhibentur. Fest. Nauium ornamenta, q̃ quia amplius erant, q̃ necessaria essent etiam Ampluſtria dicebantur, sic apluſtra vel apluſtrea sine /m/ & prima ad placitum. Idem. Fulgent arctoę stellis apluſtria puppis.

¶ Ampulla per duplex /ll/ olearij vasis genus, quo in balneis vtebantur. Apuleius in floridis. Hippias prędicauit ampullam quoque oleariam, quam gestabat semet sibi fabricatum. Cicero libro. iiij. de fini. Si ad illam vitam, quæ cũ virtute degatur ampulla, aut strigilis accedat, sumpturum sapientem eam vitam potius cui hęc adiecta.

ծ Ampulla etiam vas quo vtebantur in itinere faciundo.

ծ Per trasłationem dixit Horatius, Proiecit ampullas, & sesquipedalia verba, pro eo quod est verba turgentia, & sufflata abijcit. Sunt enim ampullæ ventrosæ & turgidæ.

Ampulla etiam vas vitreum est. Sueto nius in Domi. Prandebatque ad satietatem, vt non temere super cœnam prętermatianum malum, & modicam in ampulla potiũculã daret

ծ Ampullor ampullaris, ab ampulla pro superbia. Idem. Et ampullatur in arte.

⁂ Ampulacea pyri genus. Cc.

¶ Amputo amputas, penultima correpta, circumputo, seu aufero. Hieronymus ad Euse. Aliæ virili habitu veste mutata erubescunt fœminę esse, quod natę sunt, crinem amputãt, & erigunt facies eunuchinas. Idem in prologo Iudith. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputaui. Sola ea quæ intelligentia integra verbis chaldæis inuenire potui latinis expressi. Hinc fit aliud compositum quod est peramputo, & significat perfecte seu totum puto incido. Colu. li. viij. Ferro q̃ cautissime circũsecari oportet ne dum amputatur etiam quod infra est animal vulneremus. Id enim cũ sauciatur, venenatam saniem mittit, quę repressum vulnus ita insanabile facit, vt totum peramputandum sit.

ծ Ampron ἄμπρον latine funiculus, qui per iuga iumentorum tenditur, aut quo trahi ferrive solent a iumentis onera. Verbum autem ἀμπρεύειν proprie significat iter curru facere. Per abusionẽ vero translatũ est ad veteria, iumẽtaq;

¶ Amula penultima correpta, genus vasculi ad aquam gestandam, quod religionis & expiãdorũ malorũ gratia gestatur. Dictum quasi amola amoliendis periculis. Huius diminutium est amulula.

ծ Amuletum pe. pro. omne genus remedij aduersus cuncta mala medicamẽta, & præsertim cõtra venefícia putatur valentissimum, a molliẽdo, nõ ab amula vase dictũ. Pli. infantibus alligat succinum amuleti ratione, formã vasculi habẽs Græci ἀποτροπαῖα, hæc vocant ἄποτρον ἀποτρέπειν, quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est amolliri, summouere, depellere, dictio frequens apud Pli.
* Amulius Procæ filius, & Numitoris frater, regnum fratri abstulit, atq; omnem fratris stirpem virilem necauit. Fratris quoque filiæ Rheæ Siluię per speciem honoris cum vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus ademit. Cc.

¶ Amurca sordes olei, quę precedunt. Nam quæ sequuntur fæces vocantur. Hoc nomen per /c/ scribitur, sed profertur per g/ vt fit in Caius & Cneus. Hinc examurcatus, quod est sordibus purgatus. Amurca contra culices & limaces vim habet maximam.

¶ Amussis per duplex /ss/ fabrorum & lapicidarum regula qua ad dirigenda ligna saxaque vtuntur. Sed late pro omni ordine ponitur. Vnde amussim aduerbium, & ab eo composita adamussim & examussim, id est recte castigate regulariter. Gellius libro primo. Ad hęc scripta omnia antiquiora, tam curiose expectabat, aut virtutes pensitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium esse factum adamussim diceres. Examussim exanimate ad regulam. Plautus in Amph. Si vera hęc loquitur examussim est optima. Hinc emussicata dicuntur, quę adamussim facta sunt.

¶ Amydæ pluraliter nomen est vrbis Laconię Tyndari regia, in qua nati sunt Castor & Pollux. Alia est in Italia inter Tarracinam & Fundos in paludibus a Laconibus condita, vt inquit Seruius. Hinc amyclęus amyclęa amyclęum. Amyclęi ciues cum pythagoricam sectam sequerentur vt abstinerent cędę animalium, nec vicinę paludis serpentes interimerent ab illis deleti sunt. Sed cum falso nunciatus esset aduentus hostium, postea cautum est ne quis amplius nunciaret. Inde ex improuiso captę sunt amydæ. Hic prouerbium Loqui volo, nam scio amydas tacendo perisse.

ὁ Amycus penultima correpta, nomen fuit Bebrycum regis, cuius meminit Plinius libro. vi.

¶ Amydō penultima correpta, ciuitas Phœniæ, de qua auxilia missa fuerunt Troianis. Iuue. Est hic amydone relicta.

¶ Amigdala, læ, penultima correpta, nux græca, gręcaque est dictio, quæ & Thasia dicitur. Hieronymus in libro numerorum. Qui f. ijs dilatatis in amygdalas deformati sunt. Amygdalum etiam neutro genere dicitur pro fructu. Pala. Græci asserunt nasci amygdala scripta si, aperta testa nucleum sanum tollas, & in eo quodlibet scribas, & iterum luto, & porcino stercore inuolutum reponas.

* Amygdalytes hærba ex genere tithymali, a similitudine amygdali, nec vllius latiora sunt folia. Cc.

¶ Amygdalus pro arbore. Columella libro. iij. Amygdalus si parum ferax erit per foratam arborem lapidem adigito. Hieronym⁹ in Eccle. Amygdalus florebit, & impinguabitur locusta. Hinc Amygdalinus, a, um, penultima correpta. Sere. Fertur amygdalinæ succus nucis esse bibendus.

¶ Amyris genus arboris est, vt inquit Hie. quod latini putãres myrrham dictum, vnguenta interpretati sunt. De cuius arboris notitia hoc solum ad nos peruenire potuit, quia odorem solum habeat suauem, nullum tamen afferat fructum.

¶ Amylum penultima correpta, latine sine mola factum. Vulgo amydum dicitur, nam α priuatiua particula est, μύλη mola, quasi sine mola. Fit ex triticeo lacte expresso, cũ triticum per aliquot dies in aqua purgatum est.

¶ Amythaon Meląpodis pater fuit, qui inter medicos præclarus habitus est. Similiter & Chiron.

¶ Amystis (vt aiunt) potio quædam est apud Tracas. Alij volunt esse speciem pocu, eo q; necesse sit vno ductu potionem haurire. Hora. lib. i. car. Bassum threicia vincat amystide. Forsan ab α priuatiua, & μίγνυμι misceri, & sic per /i/ latinum in principio esset scribendum.

ὁ Amyrum Thessalię oppidum.

An ante M

AN aduerbium interrogadi, & pro nunquid ponit. Cic. An vero Romulus ille, aut pastores, aut conuenas congregasse, aut sabinorum connubia coniũxisse, aut finitimorum repressisse eloquentia videtur. Sed aliquando transit in vim coniunctionis, cum sermo dubitatiuus est. Et tunc fere subiunctiuo iungitur, vt nescio an viuat pater, dubito an viuat pater. Dubito an vera loquaris. Sed quando sermo opinionis est, per indicatiuum poti⁹ loquimur, vt opinor q; pater aut mortuus est, aut grauiter ęgrotat.

¶ Anna per duplex /nn/ Interiectio est deprecantis, & nomẽ mulieris proprium, quod interpretatur gratia eius.

¶ Ana p simplex /n/ dictio græca est, & apud nos modo sursum, modo re significat ἀνὰ.

¶ Ana etiã est aĩal orientis fortissimis dẽtibus, acutis & longis vnguibus, diligens multũ eaq; sunt sui generis, & gregati vadens, quę sunt alterius sibi nõ permittens coniungi.

¶ Anabasius ἀναβάσιος, ascensorius. Hieronymus contra Rufinum. Idcirco ne cereales & anabasij tui per diuersas prouincias cucurrerunt, vt laudes meas legerent.

¶ Anabathra, pulpita, grad⁹ superiores scansiles, aut instrumenta scabellorum, aut subsellia. Dicta anabathra, ab ἀναβαίνω, quod est sursum ascendo. Iuue. Et quę conducto pendent anabathra tigillo ἀναβάθρα, scala, vel pulpitum.

¶ Anabolagium, seu anaboladium græco vocabulo dicitur, eo q; de inferioribus ad superiora eleuet, pectoricę iũgatur. Vñ & pro amictorio ponitur, quo humeri operiuntur, quod Sindonem vocant ἀναβάλλομαι veste reiicior.

ὁ Anabula vt scribit Plinius, animal Æthiopicum capite cameli collo equi cruribus bouis prętędens similitudinem, per totũ corpus nitentem habens rubedinem albis maculis immixtam. Est & miri decoris longo collo, & altis anterioribus & posterioribus cruribus.

¶ Anaeitis, ídis, nomen deę cuiusdam, q̃ a lydis colebatur, quę a Strabone anaitis dr. Erat & anaitis quedam armeniæ regio. Pli. lib. v. Fluit Euphrates Dersenẽ primum mox anaitidem regiones armeniæ a Capadocia discludens.

¶ Anaximenes phũs fuit Emystrati filius Anaximandri discipulus succesforq;, qui eo die obijt, quo Sardis capta fuit.

¶ Anauros fluuius Thessalię, quasi absq; aura dictus. Lu. lib. vi. Quicq; neq; humẽtes nebulas, nec rore madentẽ aera, nec tenuem vẽtos aspirat anauros. De hoc fluuio, vel poti⁹ torrẽte Apollonius poeta in argonauticis lib. vi. plura scribit, etiã in nono versu a principio, ex Pelio monte Thessalię fluit.

ὁ Sunt qui dicãt Nilum hoc noĩe vocari, quod sit sine anca.

¶ Anacephaleosis pe. pro. breuis recapitulatio, in qua repetitio rerum summatim fit. Hiero. contra Ioui. Rursum in iudicum volumine, quasi viuens resurgensq; describitur, & sub anacephaleosi operа illius prędicant. Gręce ἀνακεφαλέωσις

ὁ Caput dicitur in ea significatione, qua nonnulli capitulo vtuntur nomine in vsum recepto.

¶ Anacharsis phũs ex scytharum gñe sapientiæ admirãdę, vt scribit Cic. lib. v. Tus. Apud sordidissimos scythas sapiẽs Floruit Solonis temporib⁹, cuius imaginib⁹ inscriptũ est, lingua vẽtre pudẽdis abstinendum esse. Plini⁹ tradit Anacharsim inuenisse rotã figuli, cui⁹ circuitu vasa formantur. Sed si vt inquit Sene. apud Home. lõge antiquior inueniatur figuli rota, non video quomodo anacharsis esse author huius rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famẽ pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis, q̃ simillimas esse dicebat.

ὁ Interrogatus autem quo pacto abstemius fieret, respondit, si ebriosorum motus sibi ante oculos ponat.

¶ Anacliterium, lectul⁹, vulgo Mataracius, super quo quiescimus interdiu, qualia celebrãt Florentię tuscanica. Et apud Lampridium in Heliogabalo accubita, ab aliis Sibadia dicuntur, ἀνακλίνω καὶ κλίνη καὶ κλινάριον.

ὁ Spar. in Ceronio. Nam lectu eminẽtibus quatuor anclaterijs fecerat minuto reticulo vndiq; incluſum.

¶ Anadiplosis pe. pro. dici potest reduplicatio, ex ἀνὰ, quæ in cõpositione significat re, & ἀνάπλωσις a verbo διπλόω, duplico, duplicatio. Est enim congeminatio dictionis in vltima parte precedẽtis versus & prima sequẽti. Verg. Certent

& cygnis vlulę sit tityrus Orpheus. Orpheus in syluis inter delphinas arion.

¶ Anachorita, penultima producta, eremita. Anachoresis eremus, vnde monachi anachoritę eremum incolentes, quoniam κῶμη locus dicitur cum ἀνὰ verbum ἀναχωρέω secedo. ♁ Dicitur autē anachoreta ab eo ꝙ procul ab hominibus receſſerit. Eſtq; Anachoreta ſeceſſor Anachoreſis ſeceſſ⁹, vel ſeceſſio. Caſsianus in Col. Cuius ſectatores Anachoretę id eſt ſeceſsores merito nūcupātur eo ꝙ nequaq̄ cōtenti hac victoria, q̄ inter hoſtes occultās inſidijs diaboli calcauerunt apto certamine, ac manifeſto conflictu dæmonibus congredi cupientes vaſtos eremi receſsus penetraſse non timeant.

¶ Anacreon nomen viri proprium poetę Lyrici, a quo metra anacreontica dicta ſunt. Teus patria fuit a Teo Ionię ciuitate. Ex qua etiam Hecateus hiſtoricus. Amauit puerum nomine Bathyllum viſenda pulchritudine ſpectabilem, de quo Hor. Non aliter ſamio dicunt arſiſſe Bathyllo Anacreōta Teum. Periit acino vuę paſsæ ſtrangulatus.

¶ Anęmo penultima producta, latine exanguis dicitur, nā ἄιμα ſanguis a græcis dicitur, & à particula eſt priuata, inſeritur autem n/ne collidant inter ſe vocales.

⁂ Aneticus, Aſię lacus eſt arundinibus abundans. Cc.

¶ Anemos vero penultima correpta, ventus eſt, ἄνεμος.

♁ Anannēſis penultima producta, latine commemoratio dī

¶ Anaglypha pe. pro. nomen habent ab aſperitate, vt Triglypha cęlaturis inęqualibus eminentibuſq;, ob id quia non ſunt lęuia, ſed aſpera, & plebeia voce Rełęuia dicuntur ἀνὰ enim ſuper γλύφω ſculpo. Hier. i Eſa. Sed & portas fuſas anagliphias anaglyptes ſculptor, anaglyptice ars ſculpendi. Pli. Nūc anaglypta in aſperitatem q̄ inciſa circūlata auro. Mar. Et menſis anaglyptam paternis. Hīc anaglypticus, ca, cum. Sidonius. Anaglyptico metallo dixit.

⁂ Anagyros, hærba eſt, quam nonnulli Nauteam vocant. Cc.

¶ Anagnoſtes latine lector dicitur. Nam ἀναγνώσκω lego, Anagnoſis recognitio lectio.

¶ Anagoge, ges, penultima producta, latine receſsus dicitur ſublimis, ſiue excelſa aut ſuperior intelligentia, ab ανὰ καὶ ἄγω ὅθεν ἀναγωγή, ductio.

♁ Anica vrbs Cariæ contra Samium, à qua fiunt adiectiua. Anicius, a, um, ſiue Anæticus, a, um, & Anæus, a, um, vñ Menelaus Anæus peripateticæ familię hiſtoriarum quoque ſcriptor egregius. Et lacus Anæticus & Anæus.

♁ Anaitæ populi habitantes in Anæa ciuitate.

♁ Anagcaeon αναγκαιον neceſſarium latine dicitur figura, cum volumus oſtendere neceſſitudinem, aut naturæ, aut tēporis, aut alicuius perſonæ, quale eſt illud Democharis. Nihil valebat aſſidua pro fratre, ac miſericors deprecatio cum iudicaret tyrannus, cuius crudelitas omnem naturæ neceſſitudinem extinguebat.

¶ Analecta, purgamenta cœnarum, & quiſquilię ciborum, quas ſub menſa cadentes, vt aſportare poſſint ſcoparij verrentes pauimentum colligunt. Mar. In precio ſcopas teſtat palma fuiſſe Ocia, ſed ſcopis nunc analecta dabunt.

¶ Analeſia dicta eſt eo ꝙ ſanas partes capitis ſēſu priuet. Fit vel naſcitur ex negligentia ſtomachi, aut ex nimio cibo, aut ex luxuria, aut potus frigidos bibendo, vel nimium cogitādo, vel ex indigeſtione ciborum.

♁ Analetica, corum, reſolutoria. Vnde Ariſtoteles librum priorum, & librum poſteriorum, in quibus reſoluuntur argumenta analetica vocauit.

¶ Analogos latine proportionalis ſimilis. Analogia penultima producta, proprietas proportio, ſiue conuenientia ſimilitudo. Cice. Quod analogiam ſtoici, nos appellemus conuenientiam ſi placet. Quint. lib. i. inſtitu. Analogia p̄cipue quā proxime ex græco transferentes in latinum proportionem vocauerunt. Hæc eſt eius vis, vt id quod dubium eſt ad aliquid ſimile de quo non quæritur referat, vt incerta certis ꝓbet vt ſi quęratur, funis maſculini an fœminini generis ſit ex eius diminutiuo cognoſcit, quia funiculus gñis maſculi. eſt.

⁂ Ananchitides, gemma qua nicromantia euocari dicunt homines. Cc.

¶ Anapęſtus, pes ex duabus ſyllabis breuibus, & tertia longa. Cōponitur ex ἀνὰ re, & πάιω ferio, eo ꝙ repercutiat dactylum ſono reciproco a græcis antidactylus, quaſi dactylo contrarius. Cic. lib. ij. Tuſ. Non adhibetur Sparthis vlla ſine anapęſtis pedibus exhortatio.

¶ Anaphe penul. cor. Inſula ſponte in mari enata, vt ſcribit Plini⁹ lib. ij. Ammianus quoq; Emerſerunt inquit Delos, & Hiera, & Anaphe, & Rhodus. Dicta Anaphe ab ago nautis quia tempeſtate laborantibus, & intermeſtri luna ex inſperato comparuiſſet.

¶ Anapolegetos latine inexcuſabilis.

¶ Anaphora, ſeu Epanaphora pen. cor. figura quam nos relationem ſeu repaetitionem dicere poſſum⁹, quę fit quoties per ſingula membra eadem pars oratiōis repetitur hoc modo verres calumniatores agoriebat, verres de cauſa cognoſcebat, verres pronunciabat, ana enim re, & phora latio. Anaphoricos relatiuus, anaphoro referro. Hęc fit cū eadem dictio bis ſæpiuſve per principia verſuū repetitur, vt apud Verg. Nate meę vires mea magna potentia ſolus. Nate patris ſummi, qui tela typhoea tēnis. Hāc quidam Epanaphoram vocant. Anaphorę etiam ſcanſiones, ſeu aſcenſiones ſignorū vocātur, ab oriēte circū actu mūdi quotidiano factę.

♁ Quia non ęquales vbique ſcanſiones ſunt ex inclinatione cœli varia nunc maiores, nunc minores. Firmicus. Sed iſtis tandiu vitijs laborabit, quo ad ſigni eius fuit anaphora cōpleta.

¶ Anathema, atis, pe. pro. pro ſeiunctio q̄dā dī, & alienatio, vt eſt apud apoſto. ad Rom. Optabam ego ipſe anathema eſſe a Chriſto, ꝓ fratribus meis. Rurſus anathema dicitur ab ἀνά τίθημι, ἀνάθημα oblatio ſacrificium.

¶ Anathematizo, zas, detoteo, deteſtor.

¶ Anapis pe. pro. Siciliæ fluuius leniter decurrens, decem a ſtadijs procul a Syracuſis labitur, vt ait Plutar.

¶ Anarchus ſine principe vel principio. Amb. lib. Hex. Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturę infirmitatem, ne anarchon, i. principio carentem crederemus.

¶ Anaſtrophe penultima correpta, inuerſio vel reuerſio dicitur. Eſt enim vt docet Diome. duorum verborum ordo præpoſterus, vt Italiam contra pro contra Italiam.

¶ Anas ~~fœminini~~ gñis. Marti. Tota tibi ponatur anas, ſed ~~pectore tantum~~. Et ceruice ſapit, cætera ~~reddet coco~~. Dicta anas ab aſſiduitate natandi. Ex anatū gñe quędam germaniæ dicuntur, ꝙ plus cęteris nutriant. Huius diminutiuum protulit Plautus in Aſi. Dic igitur me anaticulam, colūbā, vel caſtellum. Cicero lib. ij. de fin. maſculino genere dixit. Serpere anguiculos, volare merulas, natare anaticulos, cornibus vti videmus boues. Hinc Anatinus, na, num, penultima producta. Plautus in Ru. Vt fortunati ſunt fabri ferrarij, qui apud carbones aſſident, ſemper calent, vtinam fortuna anatina nunc vterer, vt cum exiſſem ex aqua, arerem tamen. Eſt & anas nomen fluuij in Hiſpania. Et Anatem morbum dixerunt, quo verulæ laborant.

¶ Anatarius, taria, tarium, quod ex vt anate eſt, anatariæ plumæ. Siue anatarium quod ad anates pertinet, vt anataria aquila, quę anates venatur. Anatarius anatarij, qui anates cuſtodit paſcitve.

¶ Anatomias vel anatomia. Græci diſſectiones vel cōſectionem dicunt. Inde anatomia fieri dicitur cum humanum corpus diſſecatur, vt venę, nerui, & cętera a medicis cōſpici poſſint ab ἀνὰ, & τέμνω incido. Inde etiam ἐκτομὴ.

¶ Anaxarchus nomen proprium philoſophi Abderitę ſectatoriſq; democriti. Hinc habuit inimicum Nicocreontem cypri tyrannum, a quo comprenſus coniectuſq; i pilū ptiſanæ ſiue mortariū ſaxeum, quod græci ὄλμον vocāt, ibiq; ferreis malleis contuſus, adeo tolleranter pertulit aſperrimos illos cruciatus, vt verbū illud memorabile cōduplicauerit. Tun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de tunde Anaxarchi follē, anaxarchū enim non tundis. Ad vltimum amputationem linguę minitante tyranno protinus dentibus abscissam & commanducatam linguam in os eius ira patulum conspuisse dicitur.

¶ Anaxagoras pe. corre. Clazomenius philosophus fuit in physicis pręcellens. Hic non modo gñis gloria & diuitijs verum animi quoq; magnitudīe clarissim⁹ fuit, quippe qui totum patrimoniū suis spōte reliquit. Et cū ab eis negligentiæ insimularetur. Quid ergo inquit nōne vos ista curatis? Mox abscedēs ad speculādum rerum naturā se cōtulit studio doctrinarum flagrans, rei & priuatę & publicæ omnino negligens & incuriosus, adeo vt cuidam se ita compellāti. Nulla ne tibi patrię cura est? dixerit. Mihi vero patriæ cura & quidem summa est, digitū in cœlū intendens. Hic cum post diutinam peregrinationem in patriam reuenisset, possessionesq; deserras vidisset. Non essem inquit ego saluus, nisi istæ perissent, qui pluris faciens culturam ingenij q̄ prędiorum, famigeratus fuit inter philosophos. Lampsaci perijt.

ð Anaximander millesius philosophus Thaletis sodalis primus terræ marisque circuitus describit, & spheram insuper constituxit, vt inquit Laer. Hic dixit finitam rerum omnium generationis atque corruptionis causam esse. Præterea cylindri formæ esse terram asserit tantę profunditatis, vt ad alitudinem profunditas tertia inueniatur.

¶ Anaxilides nomē philosophi, de quo Hiero. con. Ioui. scribit, q̄ in lib. ij. philosophię ferat Peritionem matrem Platonis phantasmate Apollinis oppressam, & sapientię principem non aliter arbitretur, nisi de partu virginis editum.

ð Anaximenes penultima producta, philosophus fuit Emistrati filij Anaximādri discipulus successor, qui eo die obijt, quo Sardis capta fuit. Hic principium rerum aera opinatus est, quem genere infinitum qualitatibus finitum ait, cui⁹ cōdensatione ac rarefactione cuncta gigni putauit. Motum vero ab æterno esse dixit. Terram ex aere constipato primum omnium factam latam, magnam iccirco non absque ratione super aerem contineri solem, lunam, cęteraq; stellas a terra ortum habere.

ð Anaxios latine indignus, vnde Anaxios Stephanon, id est indignus corona.

¶ Anaxus fluuius, qui fluit per Feltrensem agrum.

¶ Anaceśa dicta sunt ab antiquis vasa, quæ celata vocam⁹, q̄ circūcædēdo talia fiant, ipsumq; cęlare verbum ab eadem causa dictum est d/cum l/permutata.

¶ Anceps a caput compositum est, cum genitiuum in tis faciat, sicut alia cōposita biceps, itis, triceps, quadriceps, multiceps, & pręceps. Nam quę in pis exeunt a capiendi significatione veniunt, vt princeps, manceps, municeps, & huiusmodi. Dictus est ergo anceps, quasi dubij capitis. Est em̄ anceps duplex. Lucil. Nemo hos ancipites ferro efferri cardines. Interdum anceps dicitur, quod ex vtraq; parte acutum est. Idē Vecte atq; ancipiti ferro effringam cardines. Interdum ponitur pro ambiguo. Vergi. Anceps pugna diu.

¶ Anchiale ciuitas Ciliciæ, de qua Strab. Post zephirium inquit anchiale supra mare Sardanapali opus. Ex hac vrbe fuit Athenodorus, qui non a Sardanapolo, sed ab anchiale Iapeti filia conditam vult Cydni matre, a quo nomen vicino flumini.

¶ Anchises nomen proprium patris Æneæ, & Capis filij.

✳ Anchites lapis est, sic dictus q̄ vanos metus a mente depellit. Cc.

¶ Ancillæ dictæ sunt ab Anco Martio, q̄ is bello magnum fœminarum numerum cœperit, siue q̄ antiqui anculare dicebant ministrare. Ex quo dij quoq; ac deæ feruntur coli, q̄bus nomina sunt anculi & anculę.

¶ Ancillula diminutiuum est.

¶ Ancillor, aris, ministro, vel dedico me ad ministrandum, ac seruiendum more ancillarum, quæ suis ministrant, ac seruiunt heris. Cicero. in Sallust. Non enim vni priuatim ancillatus sum, sed quantum quisq; reip. studuit tantum mihi fuit aut amicus, aut aduersarius.

¶ Ancile per simplex l/penultima producta, scutum breue, non rotūdum, sed ita ex vtroque latere erat recisum, vt nullus angulus videri posset, & summum infimumque eius latus medio pateret. Dictum ab am, & cęsum, quasi ancisum. Vel ab ἀγκών, quod est cubitus, vel ab ἄκος remedium, quoniam pestilentiæ remedium fuit. Fertur Numæ pompilij tempestate de cœlo descendisse, vnamque editam vocem, omnium potentissimam fore ciuitatem, q̄diu in ea mansisset. Itaq; facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cœleste posset. De hoc Ouid. lib. iiij. Fast. Ecce leuis cutum versatū leuiter aura. Decidit, a populo clamor ad astra venit. Et libro. v. Atque ancile vocant, q̄ ab omni parte recisum est. Quaque oculis spectes angulus omnis abest. Liui. libro. i. Alios item duodecim marti gradiuo legit, tunicæ pictę insigne dedit, & super tunicam Æneū que pectori tegmen cœlestiaq; arma quę ancilia appellantur ferre, ac per vrbē ire canētes carmina cū tripudijs solēniq; saltatu iussit. Hor. lib. iij. car. hoc ancilium declinauit, magis auctoritate sua fretus, q̄ regula declinandi. Anciliorum nominis & togæ. Iuue. vero adiectiuum posuit, cum dixit clypeis ancilibus.

¶ Anculi & aneulæ, dij deęq; ancillarum putabantur.

¶ Ancus, qui aduncum brachium habet, & exporrigi non potest.

ð ἀπὸ τοῦ αγκου ☉. i. a cubito incuruo. ð Vnde quartus Roma. rex Numę ex filia nepos sic cognominatus est a cubito, quem incuruum habebat. ð Hic domuit Iannos bello. Auētinum & Martium montes vrbi addedit noua mœnia oppido circundedit, & carcerem primus instituit.

¶ Ancona, seu ancon more græco cubit⁹ vel curuus dicitur Quo nomie dicta est vrbs piceni super adriatico mari posita. ð Habet portū quem Traianus insigni ope extruxit. ð Soli. Anconem quis ignorat a Siculis conditam? Plin. lib. iiij. A siculis ancon colonia promontorio chimerico appellata est in ipso flectenti, se oræ cubito. Et ancones non solum in hominibus, sed in parietibus & promontorijs cōflexa in cubitos, aut confracta in humeros dicūtur, vt auctor est Victū. Nam de humeris Papi. Consedit viridesq; humeros. Sunt & in montibus articuli. Plin. in calce operis.

ð Anconici sunt, qui vulgo ἀγκωνες appellantur, sicut sunt in colīnis cellarum vinarium quibus incumbunt ligna quæ cupas ferunt, ducta est autē similitudo verbi a, cubitis vbi fle ctuntur manus, quibus incumbunt recumbentes, qui græce ἀγκωνες vocantur. Augu. Vnde in quibusdam translationi bus apud Exodum sic legitur. Facies duos anconicos columnę vni consistentes. Lancre /

¶ Anchora penultima correpta, dens ferreus, quasi anca, curua manus dicta, q̄ per hominis manus scopulos comprendat. Anchoram primi Pyrrheni inuenisse feruntur. Hoc nomen Ser. asserit contra regulam recipere aspirationem. Tū ego aperte video esse non latinam dictionem, sed græcam, ἀγχυρα, ἀπὸ τοῦ ἀγκύλος καὶ ῥέω, id est a curuo & fluo, sed q̄ latine cum ch/scribatur, ratio est, quoniam κ tenuis vertitur in χ suam aspiratam.

¶ Anchorarius, a/um, quod ad anchoram pertinet, vt funes anchorarij. Hircius. Storias autem ex funibus anchorarijs tres fecerunt.

¶ Anchorarij⁹, qui curam anchoræ habet, vt eam vel demittat, vel eleuet.

✳ Ancusa herba cuius radix in vsu est digitali crassitudine, scinditur papyri modo, manuscq; inficit sanguineo colore, prępara lanas precioſis coloribus, varijs ægritudinibus prodest imprimisq; lepre & lentigini si liniatur, Cc.

¶ Ancyra nomen duarum vrbium, quarum altera est phrygię, altera galathiæ. Hinc synodus ancyritana in iure pontificioſcpe nominatur. Dicta ancyra ab anchoris nauiū captarum a Mitridate, quas Ptolemęus Ægypti rex suppetias gallo grecis miserat.

ð Anclabra vasa sunt, quibus sacerdotes vtebātur. Anclare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

seu anthlare verbum grecum significat haurire. Vnde exanclare seu exanthlare, exhaurire. Nam αντλαω haurio. Liu⁹. florem anthlabant liberi ex carchesijs quum vinum significare vellent ex poculis hauriri.

¶ Andrago pe. producta, mulier animum virilem habens, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἀγειν, ab homine agendo.

✳ Andes vicus non procul a Mantua Vergilij patria.

¶ Andron spacium inter duos parietes, in quod pluuia descendit. Plin. Tam alti abditiq; secreti ilia ratio est, q̄ interiacens andron parietem cubiculi hortiq; distinguit. Quidam accipiūt proloco in domo angustiori, in quo viri plurimum versantur, vt gynęcium in quo mulieres. Est etiā hoc nomine sicut scribit Ptolemęus, oppidum inferioris regiōis Nil⁹.

¶ Andros insula vicina Samo cum oppido eiusdem nominis, quę asię adiacet ex opposito ad ephesum. De qua Ouid. lib. xij. Meta. Et totidem natis andros fraterna petita est. Hęc primo dicta fuit Cauros, postea Antandros. Hinc andrius andria andrium.

¶ Andricus pe. cor. Cilicię mons, vt inquit Stra. Quo etiā nomine dictum est flumen apud Plin. lib. v.

¶ Andronitis pe. pro. locus in domo, vbi soli viri habitant, sicut Cynęconitis vbi solæ mulieres. Victru. lib. vi. Andronites dicuntur, q̄ in his viri sine interpellationibus mulierū versantur, quoniam ἀνὴρ ἀνερος καὶ ἀνδρὸς virum denotat, vnde androgynus.

¶ Andromadas lapis est qui & Athyrodamas dicitur, argēti nitorem habēs, vt adamas, ita vocatus q̄ impetus hominum, & iracundiam domet. ἀπὸ τοῦ ἀνδρα δαλαξειν, id est a domandis viris.

¶ Apsis, idis, curuatura rotę testitudo. Vide in dictione Absis. ȣ Dicitur & absida, æ. Augustinus ad Max. In futuro Christi iudicio nec abscidæ gradatæ nec cathedrę velatę adhibebuntur.

ȣ Apsicon latine inanimatum quod est sine anima, & spirare non potest.

ȣ Aptera neutri generis vrbs in Lycia, & oppidum in Creta a Syrenibus vocatum, ꝙ victę ibi cantu a musis prę mœrore exutę penne in mare desiluissent.

¶ Aptus, a, um, sicut libro. iij. conf. docet Augustinus dicitur ꝙ ad aliquid accommodatum est. Persius. Non ego cū scribo si forte quid aptius exit. Interdum aptum dicitur necessarium. Cicero lib. iij. de fi. Itaq; natura sumus apti ad totius consilia ciuitatis. Interdum elegans, vt apud eundē lib. ij. de Ora. Ita porro verbis est aptꝰ & pressꝰ, vt nescias vtrū res oratione, an verba sententijs illustrentur. Et de offi. Vt enim pulchritudo corporis apta compositiōe membrorum mouet oculos. Interdum connexum. Vergi. lib. ij. Geor. Ipsos e torquibus aptos iunge pares. Interdum adeptū. Var. Ea omnibus ostendat quę bello aptus est. Huius compositū & contrarium est ineptus.

¶ Apto, as, conuenienter aliquid rei alicui iungo seu accommodo. Et construitur cum datiuo vel accusatiuo, mediante ad. Cicero in Phil. Cuius denique fortunæ studia tam laudi, & gratulationi tuæ se non aptarint? Ambrosius. Ita ad mensuram corpusculi eius aptauerat indumentum & tam nimio fulgore conspicuum, vt nullus dubitaret hoc non nisi manibus angelicis præparatum. Huius composita sunt, adapto, & coapto.

¶ Aptotum penultima producta, dicitur sine casu ab α sine καὶ πτῶσις casus ἀπὸ τοῦ πίπτω. μ. πτοῦμαι. π. πέπτωκα, id est a cado, cuius futurum. &c.

¶ Apulia Italię regio mari hadriatico cōtermina inter Daunam, & Calabriam, quę & Iapygia ab Iapyge Dędali filio, qui eam regionem tenuit vsque ad Dauniam dicta est, huius nominis prima correpta, licet Appulus illam producat, & ob id per duplex pp scribitur. Apulia per simplex. Et cū secunda in Appulus sit correpta in apulia producta. Iuuena. Vendit agros, sed maiores appulia vendit, vbi & prima ꝑducitur. Luca. libro. v. Appulus Adriacas exit Garganꝰ in vndas. Hora. tamen produxit secundam. Sed prius appulis iungetur caprea lupis.

* Ascen. Versus iste mendosus Horatianus non est.

ȣ A punctis dicitur qui pręest reditui aquariorum.

ȣ Apugione significat eum, qui principis pugionem gestat eiq; semper præsto est.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Apud prepositio est, quæ nunquam composita reperitur apposita vero casualibus quandoque locum denotat, vt apud Manthuam hæc scripsi. Quandoq; personam, vt apud regem. Quandoque loci, & personæ coniunctionem, vt cœnaui apud Pompeium. Sed cum ad personam refertur plærumq; familiaritatem significat non dominium, vt fui apud te, id est tecum, vel domi tuę. Melius tamen locis seruit, vt apud forum te vidi. Ponitur interdum pro In. Terentius in And. Apud forum modo ibo. Penes vero & potestatem & personam, & dominium. Ouidi⁹ libro. i. Fasto. Me penes est vnum vasti custodia mundi. Quandoque etiam sine dominio, vt fides penes auctores est, id est apud. Relatum ad personam etiam interdum denotat vituperationem. Quintilianus. Culpa videatur penes patrem. Interdum laudem. Cicero. Penes quos laus adhuc fuit. Interdum commodum & incommodum. Liui⁹. Penes eosdem pericula belli penes quos præmia essent. Seruit etiam loco. Cicero ad Heren. Ita petulans est atq; acer, vt ne ad solarium quidem, vt mihi videtur sed pene scænam, & in eiusmodi exercitatus sis locis, id est apud scęnam. Dicimus etiam penes te est laus mea, quasi in manu tua, arbitrium vitę meę penes te est.

ȣ Apud se aliquando dicitur esse dum omissis negotijs se in secessum recipit. Cicero lidro. i. de orat. Marcus vero Scaurus quem non longe ruri apud se esse audio.

¶ Apyrena alij apyrina mala dicuntur punica siue granata proprie dulcia Sene. ad Lucil. Sic imperturbatus sapiens dicitur quo modo apyrena dicuntur, non quibus nulla duricia est granorum, sed quibus minor. Dicuntur autem granata a granis, punica a regione. Arist. tamen in fine lib. ij. meterologicorum. ἀλλ' ἐισ τὸν ἀὐτίον τῆσ πυκνότητ@ ἀὶ ἀγκαὶομ γίνετ τὴμ ἔκθλιφ ὅτομ ὁιπυρῆνεσ ὁι ἐκ τῶν δ' ἀκτύλομ πκδ' ὧντεσ, id est sed ad contrarium inspissationis necessariũ est fieri extrusionem, quemadmodum ipsę baccę ossa cerasorum ex digitis exilientes, sed sunt Aristotelis traductiones mendosissimæ, forsan tamen per quandam similitudinẽ grana, quia ignita pomorum illorum dicuntur, & a modo priuat nodo auget significatum.

¶ Apyrotus pe. pro. gemma cui ignis non nocet. Dicitur & Apyrasta carbunculus ꝙ ignem non sentiat.

ȣ Apyroton etiam grece vas frigidarium quod Home. apyron lebetem dixit.

A ante Q

¶ AQua componi videtur ex a, & qua, quasi a qua viuamus.

* Vnde aqua & igni interdici solebat damnatis. Aquam & ignem sumebant nuptæ, & qui funus prosecuti fuerant redeuntes ignem supergrediebantur aqua aspersi quod purgationis genus vocabant suffitionem. Hoc elementum cæteris omnibus videtur imperare, terras enim deuorãt aquę, flammas necant, scanduñt in sublime, & ipsum quoque sibi vendicant cœlum. Quid esse mirabilius potest, q̃ stare in cœlo aquas? At ille non modo in tantam altitudinem, sed secum quoq; piscium examina, & lapides rapiunt. Eędem cadentes omnium terra nascentium causa fiunt, fruges arbores frutices iuuant migrant in cœlum, vt vitalem animam deferant hærbis. Præterea alibi calidæ sunt, alibi frigidę, alibi tepidę, & pene omnibus morborum generibus auxiliantur, aliæ sulphuris, alię ferri, aliæ aluminis, alię salis, alę nitri, alię bituminis, aliæ ęris, aliæ acidę sunt, alię salsæ, & cunctæ hominum tantum causa videntur erupisse, generatim neruis prosunt omnes, aliæ pedibus, alię coxendicibus, aliæ luxatis, aliæ fractis, aliæ exinaniunt aluos, aliæ sanant vulnera, aliæ capiti, auribusque, & oculis priuatim medentur, aliæ sterilitatem mulierum, & virorum infamiam abolere produnt, nonnullæ iuuant calculosos, aliquę prohibent abortũ, sunt quę tollunt vitiligines, alię podagricis prosunt, alię tertianas febres discutiunt, alię dentes sistunt, alię vngulas etiã iumẽtorum indurant, aliæ subtiliores faciunt sensus, alię memoriam auferũt, alię obliuionem inducũt, aliæ canoras voces faciunt. Referque Sympontinus se deduxisse aquas in agro Viterbiensi, quę lethargicos, & hydropicos, & colicos curant, luxatos statim sanant, colluctos sistunt, scabiem, lichenas vitiligines mira celeritate tollunt, famen omni sublato fastidio inducunt, fœcunditatem mulieribus afferũt, venerem debilitatam excitant, calculorum vitia discutiunt. Hæc. Cc. Estq; elementum quod ab æqualitate dicitur. Nihil est enim illa dum quiescit ęquabilius.

* Aseen. Putem aquam ab æquo dici, ablato /e/ sicut harenam ab herendo, nam si ab /a/ & qua cõponat prior esse lõga

¶ Aquula diminuti. Cicero lib. de Orat. Quę mihi videtur non tam ipsa aquula quę describitur, q̃ Platonis oratiõe cre uisse. ȣ Et lib. ij. vbi non seclusa aquula teneatur, sed vñ vniuersum flumen erumpat.

¶ Aquagium, quasi aquę agium. Est enim aquæductus.

¶ Aquarius, rij, vndecimum signum zodiaci est post Capricornum. Hic fertur Ganymedes qui pocula dijs ministrat, p quem Ianuarium intelligimus. xv. Calen. Febru. incipit exoriri. Hunc Iuppiter eius pulchritudine captus ab aquila ĩ cœlum raptum ministrum suum fecisse existimatur.

¶ Aquarius, ria, rium, quod ad aquam ptinet, vt cos aquaria, res aquaria. Gellius. Re aquaria defectos. Plin. lib. xxxiij Quippe cum in exacuendo oleares cotes, & aquarię differãt oleo delicatior, ei fiat acies. Aquarius sulcus, qui aquam educit. Columel. lib. ij. Crebrosque sulcos aquarios, quos & nõnulli elices vocant.

¶ Aquarium siue aquariolum locus in quem sordida aqua iactatur, qui & lauatrina a lauando appellatur.

¶ Aqueus, a, um, quod ex aqua est, vt color aqueus.

¶ Aquatus, ta, tum, aqua infusum, vt aquatum vinum. Hieron⁹. Vinum si aquatus bibitur calix frangitur, mensa subuertitur.

¶ Aquatic⁹, a, um, quod in aqua degit, sicut terrestris quod in terra viuit. Plin. Terrestres & aquatici pisces.

¶ Aquatilis pe. cor. idem quod aquaticus. Augu. lib. viij. de ciui. dei. Qui tamen longe præponitur animalibus aquatilibus, cum ipsas aquãs terris præponat Plato.

¶ Aqualis generis masc. genus vasis ad aquam tenendam. ȣ quo aqua manibus datur. ȣ quod & matula dicitur. Plau. Dare isti sellam, vt sedeat, & aqualim cum aqua.

¶ Aqualicus pe. cor. aluus vbi sordes defluunt. Apici⁹. Reples aqualicũ sicut laxamentum habet ne dissiliat ĩ coctura.

¶ Aqualiculus diminutiuum est ab aqualicus, & vas vocatur, in quo porci sorbent, per translationem pro ventre, siue aluo sumitur tam occulta q̃ apparente in quã sordes fluunt, de homine dicitur. Persius. Nugaris cum tibi calue Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet. Hieron⁹. Alius tumet aqualiculo mortem parturit, alius elinguis & mut⁹. Idẽ Protensus est aqualiculus, insurgunt humeri, turget guttur.

¶ Aquilex pe. cor. q aquã colligit, ȣ vestigat & ducit. Var. At hoc pacto vtilior te Thuscus aquilex. ȣ Pli. Subesse aqs credunt, & hoc habent signum aquilegis.

¶ Aquilegium, aquæ collectio. Plaut. Si pluet aquilegio me iuuabo. * Quod & aquę ductus.

* Aquæniuales mensæ adhibebantur antiquitus, quę decoquebantur vt essent salubriores postea colo niuario & sacco attenuebantur, deinde refrigerabantur. Cc.

¶ Aquælicium dicitur cum aqua pluuialis remedijs quibusdam elicitur.

¶ Aquileia vrbs Carnorum metropolis, iuxta quam defluit Timauus, a legendis aquis dicta. Mar. Et tu ledæo fœlix aquileia Timauo. Plinius. Aquileiam collocat in decima regione Italię. Fuit autem Romanorum colonia. xij. M. passibus a mari sita. Ad eam flumine aduerso onerarijs nauigatur manibus per Natisonem fluuium. Ex hac orti sunt Chromatius ad quem Hieronymus sępe scripsit, & Rufinus græce latineque eruditus, qui Iosephum conuertit in latinum, cuius originalis est Mediolani sancti Ambrosij fano

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Longobardis characteribus carioſiſſimus.

¶ Aquitania regio, & tertia Galliæ pars ab obliquis aquis ligeris. Hęc a Circio oceanum habet, qui aquinaticus ſinus dicitur. Ab occaſu Hiſpaniam. A ſeptentrione Lugdunenſem prouinciam, a meridie Narboneñ. In ea Lugdunum, & Burdigala ciuitates. Hinc aquitanus, a, um. Vnde Aquitani populi.

¶ Aquiminaria dicuntur omnia vaſa deferendis aquis deputata.

¶ Aquo, as, & aquor, aris, aquam haurio ſiue aquam fero eo per aquam. Curtius. Cum miles aquatum profectus eſſet. Verg. Sub mœnibus vrbis aquantur.

* Aquaricolum ſiue aquarium locus in quem ſordida aqua demittitur, & Aquarioli dicuntur mulierum impudicarum ſordidiſſimi aſſeclę. Cc.

* Aquariola dicuntur lotrinę, in quas lotura proijcitur, nec in culina tantum, ſed in tricliuijs, & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate, & elegantia fiunt. Cc.

¶ Aquoſus, ſa, ſum, quod copiam aquæ habet, vt hyems aquoſa. Columel. lib. ij. de ſicis. Locis inquit frigidis, & autũ ni temporibus aquoſis pręcoques ſerito. Huiꝰ compoſitum & contrarium eſt inaquoſus, ♁ vt in euan. ambulat per loca arida & inaquoſa.

¶ Aquę, rum, vrbs Galliæ Ciſalpinę iuxta quam ſunt aquæ calidę, quæ ęgros curare ſolent.

¶ Aquaintercus, aquęintercutis, hydropum morbus, quaſi aqua inter cutem. Cice. lib. iij. offi. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. Nam intercus dicitur aqua, quam gręci hydropa vocant, vt ait Priſ. Aqua eñ intercutem male habet auctore Celſo, qui morbus acutꝰ eſt. Plin. hunc morbum aquę ſubter cutem fuſæ nominat.

¶ Aquilus color fuſcus & ſubniger ab aqua. Nam cum antiqui duos omnino naturales colores noſſent album ſcilicet & nigrum, interuenit autem is quoq; qui neutri ſimilis eſſet, vt tamen ab vtroq; proprietatem trahat potiſſimum ab aqua eum nominauerunt, cuius incertus eſt color.

¶ Aquilius cognomen factum a colore ſubnigro.

¶ Aquila auis ab aquę colore, ſiue ab acute videndo dicta. Ferunt cum ſenuerit aquila grauantur pennę, & ipſius oculi, quęritq; fontem, & erigit pennas colligit in ſe colores, & ſic oculi eius ſanantur, & in fontem ſe ter mergit, & ita ad iuuẽtutem redit.

* Aquila quoq; dicitur aſtrum, quę ala dextra circulũ ęquinoctialem parum prodit, ſiniſtra autem non longe a capite Ophiuchi videtur figurata, roſtrum eius a reliquo corpore diuidit circulus a cancro ad capricornum perueniens, exorto leone occidit. Exoritur autem cum capricorno habens in capite ſtellam vnam, in vtraque penna vnam, in cauda vnã. Aquila etiam dicitur Iouis ales, cui maximus honor eſt, & maxima eſt vis, quippe quæ nõ ſolum cum minoribus quadrupedibus, ſed etiam cum ceruis pugnat, multum pulueres volatu collectũ inſidens cornibus excutit in oculos pẽnis ora verberat donec pręcipitet in rupes, cum dracone etiam iuit prælium, oua hic aquile conſectatur auiditate malefica. Illa ob hoc vbicunque viſum oppugnat. Ille multiplico nexu alas ligat, ita vt aliquando ſimul concidere videãtur. Ex omni autem auium genere ideo hanc ſolam delegiſſe ſibi armigerum Iuppiter exiſtimatur, quod ſola contra orientis ſolis radios immotam aciem oculorum tenere poſſit, vel ꝙ ſolam hanc auem nunquam fulmine fuiſſe tactam produnt. Sex aquilarum genera traduntur, de quibus in dictione Menelæus. Cc.

¶ Aquiliferi dicti ſunt ſigniferi in Romana militia ab aquila, quam Romanis legionibus. Marius in ſecundo conſulatu ſuo proprie dicauit. Habuerunt & Romani quattuor alia ſigna, videlicet, Lupos, Minotauros, Equos, Apros, quæ ſingulos ordines anteibãt. Scribit Vegetius. Primum lignum totius legionis eſſe aquilam, quam aquilifer portat. Idẽ draconarios appellat ligniferos a draconibus, qui per ſingulas cohortes ferbantur ad prælium.

¶ Aquilo penultima correpta, ventus dictus a vehementiſſimo volatu inſtar aquilę. Hic boreas græce dicitur ſiccus & frigidus. De quo Ouidius lib. vi. Metamorpho. Apta mihi vis eſt qua triſtia nubila pello. Et freta concutio, nodoſaſq; robora verto. Induroq; niues & terras grãdine pulſo. Idem ego cum fratres cœlo ſum nactus aperto. Nam mihi campus is eſt tanto molimine luctor. Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther. Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes. Idem ego cum ſubrj cõuexa foramina terrę. Suppoſuiq; ferox mis mea terga cauernis. Sollicito manes totumq; tremoribꝰ orbem. Fiat ab eſtiua & ſolſtitiali plaga oriẽtis. Aquilones etiã dicuntur venti, qui octo ferme diebus exortum caniculę antecedunt, & perflant diebus. xl. quos vocant eteſias & prodromos quaſi præcurſores.

¶ Aquifolia arbor ex gñe cilicis, quã græci ſimilacẽ vocant. ♁ Aquęſtionibus ſignificat eum, qui eſt pro quæſtionibus, quaſi ſit defenſor quęſtionum.

♁ Aquo. Vide ſupra, & in dictione adęquo, as.

A ante R

ARa quaſi anſa (vt Varroni placet) dicta eſt. Vaſa enim erant, quæ tripodes dicebantur, ꝙ eſſet neceſſarium a ſacrificantibus teneri, anſis autem teneri vaſa ſolere manifeſtum eſt. Quoniam ergo qui immolabant non modo deos voce precabantur, ſed etiam manibus aras apprendebãt primo anſæ dictæ, deinde commutatione literarum araæ vocari cœptę. Hinc Vergi. Talibus orantem dictis araſque tenentem. Sunt qui aras ab ardendo deriuent, ꝙ in his victimę adolerentur. Alij ab ἀράομαι verbo gręco, quod eſt oro. Et ἀρά oratio dicitur, ꝙ in ſacrificando oretur. Et habent primam productam.

♁ Alij a precibus quas gręci ἀραὰς dicunt. Vnde contra imprecatio καταρα dicitur. ♁ Eſt enim Ara ciuitas Arabię regia, necnõ & inſula. Arabiæ adiacens, vt ſcribit Ptolemęus. Hara vero cum /h/ habet primam correptam, & ſignificat porcorum ſeu auium ſtabulum. Ouid. Tertius immundę cura fidelis haræ. Quidam etiam aiunt haram ſignificare auẽ quandam auguralem. Vnde deducantur hariolus hariolor haruſpex haruſpicium haruſpicina, & haringa.

¶ Arachoſia, regio maioris Aſiæ, in qua Alexãdria & Arachotus ciuitates.

¶ Arabia regio inter Iudęam & Ægyptũ, ab Arabo Apollinis & Babylonę filio. Solinus Arabiam interpretatur ſacrã. Eſt autem triplex Arabia ſecundum Plinium lib. ij. Vna foelix. Altera petrea. Alia deſerta.

* Arabia deſerta Arabarum & Eſtonitarum, & Scenitarũ ſterilis vocatur præterquam vbi Syrię confinia contingunt a Peluſio vſq; Arſinoen rubri maris oppidum defertam ſcribit. Agrippa. Quidam Arabiam Panchaiam & Sabęorum gentem eandem eſſe exiſtimant, in qua thus naſcitur. Verg. Solis eſt thurea virga Sabęis. Idem. Totaq; thuriferis panchaia pinguis arenis. In ea mons Syna, qui & Oreb, in quo Moyſes legem accepit. In ea Phœnix auis naſcitur, & Sardonix gemma. Ab arabia fiunt adiectiua arabs arabius arabꝰ arabicus pro eo quod eſt ex arabia. Vergi. li. vij. Hyrcaniſve arabiſve parant. Propert. Nec ſiqua arabio lucet bombyce puella. Et alibi, & domus in terris te tremit arrabiæ, vbi videtur ꝙ debeat ſcribi per geminum /rr/ Cc.

♁ Arabice olere, ſignificat bene olere, & odoribus arabicis.

¶ Arabarches Arabum princeps, vel exprimis Arabiæ ſicut Libyarches Libyæ princeps. Iuuenalis. Atque triumphales inter quas auſus habere. Neſcio quis titulos Ægyptiꝰ atque arabarches.

♁ Nam in Arabia plures erant prefecturę, quę ſuos archontas, id eſt præfectos habebant.

♁ Aragus penultima correpta, fluuius a Caucaſo fluens in Albaniam rendit.

♁ Arachtus, fluuius Molooſſorum, cuius meminit Strabo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

* Araciæ ficus dicunt albę pediculo minimo latissimę. Cc.

¶ Arachne nomen mulieris Lydæ, quæ de lanificio ausa est cum Pallade certare, sed victrix dea Arachnē percussam radio in araneā commutauit. Hoc a poetis fictum est, constat enim auctore Plinio, Arachnem linum & rętia inuenisse, cuius filius Closter fusos in lanificio inuenit. Hoc etiam nomine (vt scribit Liuius) dicta est ciuitas Thessalię, cur autem dicatur, & quid sit magnis rationibus nixiq; rerum proprietatibus accommodauerunt denominationes non autem ad placitū. Vnde Suidas ita scribit ἀράχνιον νῦμα, καὶ μῖτος ὁ λεπτότατος καὶ ἀράχνη θηλυκῶς τὸ ὑφασμα, ἀράχνης δὲ ἀρσενικῶς τὸ ζῶν φιον παρὰ τὸ ἀραιὰ ἰχνη ἔχειν.

* Id est Arachnion filium est, & licium tenuissimum, & arachne fœmineo genere tela, seu textura, masculino arachneus pusillum animal est, dictum q; rara molliaque habent vestigia.

¶ Araneus masculino genere animal. Aranea fœminini rætia, quæ araneus facit. Catullus. Furius cui neq; seruus est, neq; arca, nec cimex, neque araneus, neq; ignis. Ouidius libro. iiij. Metamorpho. Stamina non summo, quę pendet aranea tigno. Reperitur quandoque tamen aranea pro animali. Vergi. libro. v. Georgicorum. Laxos in foribus suspendet aranea casses. Et Ouidius libro. vi. Metamorpho. Stamen & antiquas exercet aranea telas. Hinc & aragne, vel arachne dicitur ab ἀράω, quod est compono apto congruo, vel vt supra. Multa sunt autem araneorum genera, omnesque græco vocabulo, sed apud Latinos vsitato phalangia dicuntur Vnum est genus formicæ simile, sed multo maius russo capite reliqua corporis nigra albis guttis respersum, viuit maxime circa furnos & molas. Secundum phalangij genus lupum vocant. Tertium lanuginosum capite magno quo dissecto inueniuntur duo vermiculi, qui conceptum impedire dicuntur alligati mulieribus in pelle ceruina ante solis ortum, propterea Atotius dicitur. Græci ἀτόκιον παρὰ τὸ τίκτω τέζωμαι ἔτικον, id est a pario pariam peperi, vocant omne medicamentum, quod sterilitatē inducit. Alia sunt etiā araneorum genera, de quibus apud Sipōtinum abūde tractat.

* Quartum genus araneorum Rhacinum dicitur ore nigro minimo subalbo, pedibus breuissimis tanquam imperfectis, dolorem morsu, qualem Scorpio facit. Quintum genus Asiortion distinctum virgulis, albis cuius ictus genua labefactat. Sextum cæruleum est lanugine nigra caliginem conuitans, & vomitus araneosos, hoc est in quibus telę araneę conspiciuntur. Septimum a crabrone tantum penna differens, quod ad maciem perducit. Mirmecium octauum formicæ simile, capite, aluo nigra, guttis albis distinguentibus. Præter hæc tetragranthij duo genera habent, peior in quo medium caput distinguit linea alba, alter Cinericius est posteriori parte causa dicans, vltimus ac minime noxius, qui eodem colore tales in parietibus late texit, veluti rætia muscis capiendis. Cc.

¶ Araneolus cum accentu in antepenultima diminutiuum est ab araneus. Vergi. de culice. Atque vt araneoli tenuem formauimus orsum

¶ Araris penultima correpta, & per apocopē Arar fluuius Gallię Narbonensis a monte Vogeso per fines Heduorum, & Sequanorum in Rhodanum fluens. Luc. libro. vi. Rhodanumque fluentem Precipitauit Arar.

¶ Ararus penultima correpta, Scytharum fluuius.

* Hinc in Eniochis montibus eo modo, quo Euphrates oritur sex milium passuum interuallo, quo ad campos Armenię secat labitur placidus & siliens, neq; in vtrā partem currat manifestum, cum in asperiora deuenit hinc, atq; illinc ruinis pressus, & quanto angustior tanto magis pernix frangit se subinde ad opposita tantum, atque ob id cum ingenti murmure sonansque deuoluitur adeo citus, vt qua ex præcipiti in subiecta casurus est nō declinet statim vndam, sed vltra q̄ canalem habet euehat, plus iugeri spacio sublimis, & aquis pendentibus se sine alueo ferens, deinde vbi incuruus arcuatoque amne descendit, fit tranquillus, iterumque conpositus, & vix fluens in littus elabitur. Cc.

¶ Araxis Armeniæ fluuius. Luca. lib. vij. Armeniumq; bibit Romanus araxem. & ibi arcam Noe post diluuium resedisse ferunt. & hic ab eodem monte, quo Euphrates descēdit qui plane mons a Strabone abon siue abam, a Plinio agam vocatur Armeniam, & Atropatiam disterminat.

¶ Araxum, vt inquit Pli. promontorium est Peloponnesi.

¶ Aracynthus, mons Ætolię Mineruæ sacer, vt testis est Pli. vel vt Martianus acarnaniæ.

¶ Aratrum penultima producta, dictum ab eo q; eruat terram. Sed & græci pe. cor. ἄροτρον dicunt. & vel ab aro verbo, sicut a lauo lauacrum, & a simulo simulacrum.

& Arationibus dicitur ille, qui prę est rationibus faciendis. Vide in litera a.

& Arath regio Armenię campestris, per quā Araxes fluit, incredibilis vbertatis, ad radices Tauri montis, qui vsq; illuc extenditur.

¶ Arabis, siue arbis fluuius esse videtur, qui apud Plin. lib. ij. Sarbis scribitur, qui ab arianis montibus per Drangas, & gedrosios in oceanum defluit.

¶ Arbea ciuitas Iudeæ sic dicta, quia ibi tres patriarchæ sepulti fuere, & quartus Adam.

¶ Arbiter penulti. cor. Iudex non a lege, sed ab iis qui litigāt electus, qui totius rei habet potestatem, dictus ab arbitrando, id est existimādo. Eius officium est existimare nō prout iuris sit, sed prout ipse æquum esse existimet. Iudex vero ex officio dictus est. Aliquando arbiter dicitur speculator. Plautus in Aul. Huic ego & huc & illuc potero quid agāt arbiter Et in Geñ. Accidit autem vt Ioseph operis quippiam absq; arbitris faceret. Dicitur & arbitra. Amb. lib. i. officio. Conscientia quæ innocentium & flagitiosorum merita discernit vera atq; incorrupta pœnarum prę miorumq; arbitra.

¶ Arbitrium sententia est, quæ ab arbitro statuitur. Interdum dicitur potestas arbitro data. Vnde arbitrium suscepisse dicitur, qui vim iudicis suscepit. Interdum opinio, vt omnia pro meo arbitrio facio, id est vt mihi videtur & vt opinor faciendum. & Interdum dicitur speculatus. Apul. lib. ij. Nam & pueris extra limen credo, vt arbitrio nocturni ganeitus ablegarentur. Idem. Sub arbitrio luminis recognoscit omnia. & Quidam arbitramentum pro arbitrio vsurpant, hoc est pro arbitri sententia.

¶ Arbitrarium dicitur cum adhuc res apud arbitrum agit, vel cum in potestate arbitri, seu iudicis est pro arbitrio, id est pro opinione sua iudicare. Vnde arbitraria pœna dicit, qui non lege statuta est, sed iudicis arbitrio relicta. & Martianus. Quam celebrem cuperent, fictor arbitrarius vāriabat.

& Arbitror, aris, pen. cor. existimo, vt est in frequentiori vsu. Quandoque inspicio & speculor, vnde arbiter, quia, s. arbitratur, i. explorat diligenter controuersiam litigatorū. Apul. lib. iij. Ipsaq; p rimam hostiorum quempiam iubet arbitrari quę sic gesta sunt. Aliquando auscultro. Et apud iurisconsultos arbitrari pro iudicare, ac sententiam dicere ponitur.

¶ Arbor & arbos in nominatiuo a robore, vt quidam putant. Cuius appellatione continentur vites arundines, & huiusmodi. Sed cum plāta adeo tenera est, vt hærba potius videatur, arboris loco haberi non debet.

& Arbo. ē fici sicut arborem ficu dici posse ostendit. Col. lib. vi. cum alt. In scrobē fici arbusculam deponito. Et paulopost Tum arborem fici detrunca. Quod est contra Lauren. Val.

& Arbuscula diminutiuum ab arbor.

¶ Arboreus, a, um, quod est arboris. Vergilius lib. i. Georgi. Arborei fœtus alibi.

& Arboretum. Vide paulopost in dictione arbusta.

¶ Arborator, nomen verbale ab arboro, as, & significat eū qui arbores putat, qui & frondator dicitur. Plin. xviij. Frondem medio die arborator ne cędito.

¶ Arborescere, arborem fieri, vel in arborem crescere. Plinius libro. xix. Tradunt auctores in Arabia maluas septe iiij

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mo menſe arboreſcere.
* Arboſes antiqui pro arbores dixere ab arbos, non ab arbor. Cc.
¶ Arbutus penultima correpta, arbor folio citro ſimili, ſed raris frondibus. Vergilius, Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. Arbutum vero pomum rubrum ſyluarum, quod Plinius Orodon vocat, ꝙ aſperitate ſua plura edi non poſſint. Vergilius libro .ij. Georgi. Dant arbuta ſyluæ. Alio nomine dicitur vnedo, & a Græcis comarus tam pro arbore q̃ pro fructu.
¶ Arbuſta, arbores in quibus extenduntur vites, vel arbores vitibus maritatę, arꝙ vitiferæ quæ in ordinẽ diriguntꝰ Sen. epi. lxxxvij. Illud etiã vidi vitem ex arbuſto ſuo annoſam transferri. Col. Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debebit. Et lib. iij. Arbuſtum inter quadragenos pedes diſpoſitũ eſſe cõuenit. Sic em̃ & ipſę arbores, & appoſitæ vites melius cõualeſcunt. Docet etiã Pli. quo modo arbuſtum ſit faciendum. Vnde vitis arbuſtiua, & vimen arbuſtiuum, quod ex huiuſmodi arboribus eſt collectum. Rurſus arbuſtum locus eſt in quo arbores ſĩt ad fructum conſitę, ſicut ſalictum vel ſalicetum in quo ſunt ſalices. Hoc & arboretum aliqui vocant, vt inquit Gellius.
¶ Arbuſtiuum genus vitium quod arboribus applicat̃, & in ſublime procedit. Palladius. Locum quem arbuſtiuis vitibus deſtinabis implere.
¶ Arbuſto, as, agrum arboribus cõſero ad maritandas vires. Plin. Tranſpadana Italia prętер ſupradicta corno populo tilia arcere orno carpino arbuſtat agros.
¶ Arceo, ces, cui. citum, ſecundum analogiam compoſitorꝫ facere debuit, quoniam coerceo coercitum, exerceo exercitũ ſed arcitum in vſu non eſt, ſicut nec arcitus, nec arciturus. Et nihilominus pro membro artus, & arctus adiectiuũ pro ſtrictus, a quo formatum eſſe conuenit arcto arctas, aut certe arcto tãquam frequentatiuum ab arctum, quaſi ſupino verbi arceo, vt arctum vel arcitum fecerit licet neutrum eorum reperiatur. Nam arceo pro ſtringo in vſu eſt, vt apud Vergiliũ. Teneras arcebant vincula palmas. Ita vt non mirum ſit, ſi arctum eius ſupinum fuerit, arcitum vero facere debere eius compoſita declarant. Interdum etiam arcere continere eſt. Vnde coercere continere dicimus, & arcus in ędificijs, ꝙ ſeipſe cõtineat. Interdum procul ſiue de longe vetare, ne accedant qui veniunt. Vnde arx dicta eſt, ꝙ procul a ſe hoſtes remoueat, transfertur etiam ad incorporea. Cicero in Paradoxo. Quę vis eſt quæ magis arceat homines ab improbitate, q̃ ſi ſenſerint nullum in delictis eſſe diſcrimen. Differunt autem inter ſe arcere, prohibere, inhibere, abigere, & vetare. Nam arcere procul pulſare eſt vel obſiſtere, ne aduerſari⁹ nocere prope queat. Liuius libro primo. Ad arcendam vim aduenarum armati ex vrbe, atque agris concurrunt. Prohibere eſt de loco vel de re aliqua detrudere, vel amouere dicto, ſiue facto, ne quis obtineat quod vult. Inhibere eſt aliquid cõceſſum vel permiſſum reuocare, vel incœptum vetare, ne progrediatur. Abigere de loco fugare, vel pecora, & huiuſmodi abducere. Vetare prędipere, vel minari, vel facto prohibere, ne quid ſecus dicatur, aut fiat q̃ ipſe vult. Et generale eſt ſignificatione verborum prędictorum. Ponitur tamen quandoque arcere pro fugare. Columella libro primo. Sic eſ munita ſola & latera horreorum prohibent curculionẽ, quod genus exitij cum incidit, multi opinantur arceri poſſe. Sciendum eſt ꝙ arceo vltra accuſatiuum nõ ſolum ablatiuũ cum prępoſitiõe, ſed etiam ſine prępoſitione requirit metri, vel ornatus cauſa. Liuius libro primo. Cæteros metus non curia modo, ſed etiam foro arcebat. Et in eodem. Inde ad lævam verſi, quia dextra Tyberis arcebat cum magna trepidatione agreſtium populabantur. Huius verbi compoſita ſunt ab erceo, coerceo, & perarceo, de quibus locis ſuis.
* Arceſoſtis genus vitis albæ, quæ varijs appellatur nominibus græce ampheloleuce, huius ſarmenta longis & exilibꝰ internodijs geniculata ſcandunt folia pampinoſa ad ſimilitudinem hederæ. Radix alba, Raphano ſimilis. Ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeunt, qui decocti in cibo aluum, & vrinam cient. Cc.
¶ Arceſſo, ſſis, ab arceo naſcitur, & accuſo, ſiue ad accuſandũ eo ſignificat. Etenim accuſare alium, eſt a maleficijs eum arcere. Et hoc modo cõſtruitur cum genitiuo, & aliquando cũ ablatiuo. Cicero lib. i. ad Heren. Arceſſitur cepio maieſtatis. Idem libro .ij. offi. Atꝙ etiam hoc pręceprum officij diligenter retinendum eſt nequam vnquam innocentem iudicio capitis arceſſas. Eſt & arceſſo pro aduoco, ſiue ad vocãdum eo. Abarcio/d/in/r/mutata. Antiqui enim teſte Priſciano/d/ literam mutabant in/r/nos in/c/Interdum arceſſere eſt prę occupare, vel ante tempus diſtrahere. Cicero. Quando arceſſentur quo genere vecturę.
¶ Arca dicta eſt, vt inquit Varro, ꝙ ab ea clauſa arceantur fures.
¶ Arcula diminutiuum, parua arca, a quo arcella, ſed in frequentiore vſu eſt arcula. Cice. lib. .ij. offi. Pręmittebatꝙ de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarẽtur arculas muliebres, & ne quod in veſtimentis relũ occultaretur exqrerent. Eſt & arcula auis quæ in auſpicijs aliquid fieri vetabat.
¶ Arcanum, dicitur ſecretum abſconſum. Ab arca in qua quę clauſa ſunt tuta manent. Poteſt & ab arce dici, quę tutiſſima pars vrbis eſt.
Lactantius lib. iiij. Cum omnia ſic futura, vt facta ſunt arcanæ illorum literę continent.
¶ Arcęra ab arca deducitur, & ſignificat paluſtrum tectũ vndiqꝫ ex tabulis, quaſi arca quædam magna veſtimentis ſtrata, vt inquit Aſco. Quo vehiculi genere ſenes & ægroti cubantes vectabantur.
¶ Arceſilas, & arceſilaus, penultima correpta, nomen philoſophi proprium, qui ex Pythana æolica ciuitate ortus relicto genitali ſolo Sardis perrexit, mox Athenas profectus in Academiam ſe ad Cratorem contulit, quem Platonicã philoſophiam omnino commutaſſe nouamꝙ quandam conſtituiſſe ferunt, cauillator vocabatur, qui cum nihil ſe ſcire diceret, nec alios ſcire quicq̃ patiebatur, omnes turbans ſophiſmatibꝰ. Obijt cum merum immodice hauſiſſet de hoc Perſ. Non ego curo eſſe quod Arceſilas ærumnoſiꝙ Solones.
¶ Archarius pręfectus & moderator dicitur. Pau. ad Roma. Salutat vos Eraſtus archarius ciuitatis.
¶ Archos latine princeps dicitur, a quo fiunt multa compoſita, vt patriarcha princeps patrum.
¶ Archea noſtris principium, a quo ἀρχω impero pręſum.
¶ Archias nomen poetæ, quo latine ſignificatur principatus, de quo extat Ciceronis oratio. Alius fuit Tarẽtinus philoſophus Pythagoricus, qui floruit Platonis tempore, & ſed hic a multis Architas, non Archias dicit. Alius Mitylenęus muſicus. Alius de agricultura ſcripſit. Aliꝰ epigrammatum ſcriptor. Alius de agricultura librum edidit.
Archiater, medicorũ prięceps ατρος medicus, archos princeps, qui & prothomedicus dicitur. Archiater dictus eſt Æſculapius tanq̃ præſes deuſq; medicorum eſſet. Vñ a Hiero. Dictus eſt archiater ſaluator noſter, qui medicus eſt Chriſtianorum, & languentium animarum prępreſentiſſimus opitulator. In Codice imperatorio legimus priuilegijs imperatorijs Archiatres decorari. Caſſio. ait Archiatros eſſe ſalutis magiſtros. Archontici hæretici quidam a principe appellati, vniuerſitatem quam deus condidit opera eſſe principũ dicebãt, & negabant reſurrectionem carnis.
¶ Archigenes penultima correpta, princeps generatiõis dicitur. Eſt & nomen celeberrimi medici. Sed pro græculis, vel ſimilibus poni conſueuit, qui ſe prę omnibus ſui generis ſcios oſtendunt.
¶ Archigrãmatei dicti ſunt ſcribarum principes. Vnde ſcribit Plutarc. Eumenẽ Cardianum fuiſſe archigrãmatea Alexandri magni. Vulgo cancellarij vocantur.
¶ Archimedes penultima producta, nomen proprium viri Syracuſij, qui geometricæ ac machinalis ſyderaliſq; ſcien-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tiæ consultissimus fuit & celeberrimus testimonio Liuij, Plinij, & Plutarchi. Hic velut deus terrenus mœchanico artificio sperām vitream fecit, in qua mira conuersione dissimili motus circulorum visebātur, de q̄ sic scribit Claud. Iura poli rerūq; fidem, legemq; deorum, Ecce Syracusius transtulit arte senex, Percurrit proprium mentitus signifer annum. Et simulata nouo cynthia mense redit. Marcellus in expugnatione Syracusarum inrerdixit ne Archimedes vnus violaretur. Verum cum Syracusæ caperētur & ipse animo ac ōculis in terra defixis formas geometricas describeret, ab ignaro milite quis esset interfectus est.

¶ Archilochus pen.cor. nomē poetę Lacedæmonij, floruit Romę regnāte Tullo Hostilio, in quo vt Quin. inquit summa vis elocutionis fuit. De q̄ Hora. Archilochū ꝓprio rabies armauit iābo. Alius fuit archilochus Nestoris filius qui patrē in expeditione Troiana secutus a Mēnone interfectus est. Alius fuit Siculus qui ariciam vrbem condidit.

¶ Archetypus pe.cor. adiectiuū dicitur exēplaris ex ἀρχὴ q̄ est principalis & τύπος figura quasi ex principali & naturali figura trahatur. Nā est quodcūq; ita primū fabricatū est vt exēplar reliquis sit. Pli. ad Anto. Vt enī pictores pulchrā absolutāq; raro nisi in peius effingunt, ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Augu. lib. xv. de ciui. dei. Hinc primo exemplo, & vt græci appellant archetypo quędā sui generis imago respōdit. Sunt qui exponant archetypos ꝓ antiquis ab eo ꝙ archęos antiquus dicit, & typos forma. Mart. Si tanq̄ tabulas scyphosq; Paule oēs archetypos habes amicos. Nec refert ꝙ secundā syllabam archęus ꝓducat, & eandem archetypus corripiat, cum in plęriscq; alijs idē soleat inueniri vt in geometria & acheronte.

¶ Archelaus philosophus athenienſis seu Milesius qui patrē habuit apollodorū, & fuit auditor successorq; anaxagoræ, a quo Socrates, philosophiam audiuit. Hic physicam philosophiam ex Ionia athenas iuexit. Estq; physicus appellatus ꝙ in eo defecerit philosophia naturalis Socrate æthicen introducente, q̄q̄, nec hic quidem æthicæ rudis fuit, qui de legib⁹ de honesto, & de æquo philosophatus est. Fuit & alter archela⁹ antenoris Troiani filius quē Home. scribit rei militaris peritissimum fuisse. Alius fuit geographus qui terrā omnē ab Alexandro peragratam descripsit. Alius de rerum naturis carmine scripsit. Alius oratoriam docuit.

¶ Archeptolemus, filius Iphiti auriga Hectoris Enipeo interfecto a Diomede interfectus.

¶ Archimandritę pe.prod. dicuntur præpositi iconsecraneę turbæ haud longe dissimiles cū episcopali dignitate, ꝙ principes Mandræ & agminis sint. Mādra enim veterinorum & animantium brutorum agmen dicitur. Mart. Nec datur obstantes mulorum scandere mandras.

¶ Architectus & architector nomina composita ex ἀρχὸς princeps & τέκτων faber, principalis faber fabricādi artem habens, vel qui structuris ędificiorum præest, ὃ & qui fabricanda prescribit. Architectus, vt inquit Plato li. de regno magno ministerio non vtit, sed vtētibus pōsidet. ὃ Vñ Victru. librū de architectura condidit. i. de ędificijs cōstruendis. ὃ Et quicquid ita excellit hoc noīe nuncupatur. Vt Aristo. Architectonicam in ethicis vocat cęteris eminentem. ὃ fabri autem qui aliquid manu faciunt in ædificijs alteri iungūtur ingenio, alteri opera valent. Cice. Var. Si quis adhibere volet non modo vt architectos, verumetiam vt fabros ad ædificandam rempublicam.

¶ Architector, aris. cōpono. Idem lib. ij. de fi. an ꝙ ita classidas, vt optime possit architectari voluptates.

¶ Architectura ædificandi scientia, ὃ græce architectonicę dicitur.

¶ Architriclinus, pe.pro. qui principalis est in aula discumbentium. Compositum nomen ex ἀρχὴ & τρεῖσ & κλίνη quæ lectos significat. Nam in aula tres thoros in tribus aulę dimensionibus collocabant vbi conuiuantes discumbere consueuerunt. Iuue. Tertiane vacuo cessaret culcitra lecto.

Architriclini erat curare vt edulium variorum fercula seriatim & in tempore conuiuis exhiberentur, vt recte omnia disposita essent.

¶ Archimagirus pe.prō. princeps & magister coquorū qui coquinæ præest, μάγειρος enim latine coquus. Iuue. Pariter librarius archimagiri.

ὃ Archiuū pe.cor. pro armārium librorū seu locus publicus in quo acta vrbis & ciuiū recondi cōsueuerūt, sicut Romani tabulariū dicunt. Iosephus li. ij. post quod ignē archiuo intulere, volentes oīa creditorum documēta disperdere, ne esset vnde creditę pecunię ratio pateret. Et lib. vij. Archiua monumentorum publicorum receptacula exusta esse scribit.

¶ Archidamus pe.cor. nomen viri Spartiani. Hic rogātibus socijs quantū pecuniarum foret satis ab bellum peloponnesiacum, scienter respondit. Bellum ordinata non quęrit.

¶ Archippus nomen philosphi qui Thebis scolas habuit, vt scribit Hiero. & Pythagorę auditor fuit.

¶ Archemolus pe.cor. Rhœti regis Marubiorum in Italia filius. De quo Vergi. Et Rhœti de gente vetusta archemolū thalamum ausum incestare nouercæ.

¶ Archemorus pe.cor. Lycurgi Thracum Regis filius, qui a serpente occisus fuit, vt apud Sta. lib. The. sic dictus q̄ futurum apud Thebas regibus ostenderit exitium. Hic Hypsiphilen nutricem habuit, quæ cum sitientibus qui ad Thebaicam expeditionem proficiscebantur Langiam fontem ostēderet, archemorum puerum super viridem hærbam deposuit, qui a serpente vulneratus perijt. Vnde fons ille Archemorus vocitatus est, & annuus agon in pueri illi memoriā celebrari cœptus.

⁂ Archytas Mnesagoræ siue (vt alij volunt) Æstiei filius patria Tarentinus eximius Pythagoricus philosophus floruit quo tēpore Plato ad Dionysiū in Siciliā venerat Platonēq; per literas monuit vt inde abiret, siquidem Diony. de eo necādo cogitabat. Fuerunt & alij scilicet archytes Mytylenęus musica clarus. Item alius qui agriculturam scripsit, & quitus architectus qui librum de mœchanica scripsit.

¶ Arcadia, Peloponnesi regio & achaiæ pars a mari vndiq; remota, ab arcade Iouis filio ex Calistone Lycaonis arcadiæ Regis sic appellata. Hæc vt Eusta. docet aliqñ dicta est Pelasgia a Pelasgo rege magno & sapiente viro qui vitæ cultioris auctor eis fuit, & victum ex stirpibus hęrbarum arborūq; frondibus transtulit ad glandem, maximeq; phagineā. Aliqñ etiam Lycaonia. Aliquando Gigantida, & aliquādo Parrhasia. Arcas autem cum Pelasgos in deditionem redegisset, eorum regionem arcadiam nominauit. Scribit Plini⁹ hanc totam montuosam, in qua sunt asini cæteris maiores ac præstantiores. In ea Erymanthus fluuius Lernæa palus & lapis asbestos inextinguibilis.

¶ Arcas, dis, nomē Iouis filij & adiectiuum ab archadia, vt populi Arcades.

¶ Arcadicus, a, um, quod est ex arcadia, vt arcadici mores.

¶ Archander Danai socer nomen proprium.

ὃ Archon summus principatus Athenis, sicut Suffes apud Carthaginenses, Romę dictator. Enumerabatur autem inter Thesmotetas, hoc est legum conditores, qui erant sex. Inter hos archon rex, & Polemarchos. i. imperator. Spartian⁹ in Hadriano. Athenis archon fuit Trebellius Pollio. Galen⁹ apud athenas archon arat, id est summus magistratus. Arctomys animal habens similitudinem muris & vrsi, ab arcto vrsa & mys mus.

¶ Arctos latine vrsa, quæ quia in modum palustri vertitur nostri eam septentrionem dixerunt. Et inde arctous septentrionalis & borealis. Et arcticus polus, id est borealis, de quo Cic. lib. ij. de natu. deorum. Hunc circum arctoæ duę feruntur nunq̄ occidentes. Ex his altera quidem apud Graios Cynosura vocatur, altera Elyce. Nam elyce maior est vrsa quę & Calisto vocata fuit. Cynosura vero minor arctos. Vnde Oui. li. iij. Fast. Esse duas arctos, quarū Cynosura petat Sidonijs, Elycē graia carina notet. Artos vero sine /c/ panis dicit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Arctophylax pe. cor. arctoy siue vrsę phylax. i. custos. Ci. Arctophylax vulgo qui dicit esse Bootes, ȣ Nam adhibitus vt quidā putant, custos vrsę videt. Bootes ideo appellatur ꝙ in modū bubulci plaustrum sequatur, quē rustici septentrionē vocant. Magnus syderis ambitus, alijs ad Icarū, alijs ad arcadem Iouis filiū referentibus. Arctos vero est sydus in quod Calisto lycaonis filia migrauit ex vrsa in quā Iunonis indignatione, cuius erat pollex mutata dicit, de quo modo. Is fuit arcas Iouis filius. Effigiatur autem. xiij. stellis.

¶ Arcturus pe. pro. stella in signo Bœotæ post caudam maioris vrsę, cuius ortus & occasus tempestates facit, & dicitur vrsę cauda. Oritur a canicula fere post diem quīquagesimū, ȣ Dicitur arcturus quasi ἀρκτουρος. i. vrsę cauda.

¶ Arctous ab arcto idem est quod septentrionalis & arcticus similiter septentrionalis.

ȣ Arcton mons qui imminet Cyzico a Iouis nutricibus, quas illi in ἀρκτους. i. in vrsas migrasse tradunt.

¶ Arctus, a, um, strictus, vt arcta est via q̄ ducit ad vitā, ab arceo fit. Col. li. iij. In tribulū fictile vel cornu arcte inserito.

¶ Arcto, as, frequentatiuum est ab arceo.

¶ Arcus ab arceo pro cōtineo fornix ædificij est ꝙ seipse cōtineat q̄is ab opere erigendo in altitudinem quidā dici velint. Cic. Iam enī atriolum & arcus duos absoluerat, & arcus iris cœlestis, & tā secundæ q̄ quartę declinationis in vtraq; significatione. Cic. de natu. deor. Cur autē arci species non in deor̄ numero reponat. Hiero in Ezech. Vidi velut aspectū arcus cū fuerit in nube ī die pluuię. Ennius genere fœmino ꝓtulit. Formatur autē hoc modo arcus cœlestis. Dum enim sol in nubibus rarescentibus ex aduerso refulserit, radiosque suos directa linea humori nubilo trāsfundens impresserit fit repercussio splēdoris eius in nubibus ex quibus fulgor emitās arcus speciem formar. Sicut enī impressa cæra anulo imaginem exprimit, sic nubes econtrario ex rotunditate solis figuram sumētes orbem efficiunt, & arcus effigiem fingunt. Apparet autē hoc non semper sed cū rarescunt nubila cœli. Nam rursus cū coeunt in se nubes atq; densantur confestim arcus forma resoluit. In nubium enī densitate arcus imperfecto gyro cōplectitur. Deniq; sine sole & nubibus nunq̄ apparet arcus. Quadricolor autē est quia ex oībus elemētis in se rapit species. De cœlo enī trahit igneum colorē, de aquis purpureū, de aere album, de terris colligit nigrum. Arcus vero quos sagittę iaciūtur tantū quartæ declinationis est ab arceo cū significat a longe vero ꝙ missis sagittis nō sinat hostē accedere. Quod nomen etiā per /q/ apud antiquos scribebatur arquus. Vnde arquites arcu p̄liantes qui & sagittarij dicunt. Et arquatus. Græce autē τὸ τοξον, latine dicit arcus. In de agyrotoxos Apollo argenteum arcum gerens, & hippotoxotæ equestres sagittarij.

¶ Arcuatus, a, um, in modū arcus curuat⁹ ab arcuo, as. Pli. lib. xxix. Illā autem q̄ arcuat græci sepam vocant. Liui. li. i. Ad id sacrariū flamines bigis curru arcuato vehi iussit. Hiero. in ꝓlog. Ioſue. Vnde cesset arcuato vulnere contra insurgere scorpius. Hinc arcuatim aduerbium more arcus.

¶ Arcatus ab arcus arci, quasi in modum arci factus. Ouī. li. xi. Meta. Iris & arcato cœlum curuamine signans.

¶ Arquatus ab arquus, & is dicitur cui color & oculi virent a colore. s. arquī cœlestis, quem morbum quidam appellant dæmoniacum, quidam aquarium, quidam auriginem, quidam regium, quidam ictericum.

¶ Arculus diminu. ab arcus, a quo fit aliud diminutiuū arcellus, & arculus dictus est deus qui tutelam gereret arcarū. Item arculus dicebat circulus qui capiti imponebat ad fustinenda commodius vasa quæ ad sacra publica capite portabantur apud athenienses.

¶ Arculata circuli qui e farina in sacrificijs fiebant.

⁎ Arcubalista a nonnullis Scorpio vocatur.

¶ Arcirna, genus modici plaustri quo homo gestari solet.

¶ Ardeo, es, si, sum, quod & ardo, is, dicitur significat cōcremor, Verg. Nāq; volans liquidis in nubibus artit harundo. Et in euang. In ignē mittent & ardet. Per trāslationē ardere ponit ꝓ ardenter seu impatienter amare. Et sic modo cū accusatiuo, modo cū ablatiuo construit. Verg. Corydon ardebat alexim. Hora. Nō aliter samio dicit arsisse Batillo Anacreontaeum. Interdum ꝓ festinare. Vñ ardens ꝓ festināte ingenioso acutoq; ponit, ꝙ ista ignis omnia penetret, sicut ecōtrario segnis dicit tardus quasi sine igne. Verg. Instant ardentes tyrij. Interdū ꝓ fulgorem emittere. Idē. Tyrioq; ardebat murice læna. Vñ & ardens ꝓ candido a candore flāmæ. Idē. Ardēteq; auertit equos. Interdū p̄ dolo irasci, vt apud eundē lib. x. Proxima quæq; metit gladio latūq; per agmen Ardens limitem agit ferro te Turne superbum Cæde noua quęrens. Interdū pro consumi. Cice. Q̄m nimio videndi te desyderio ardebā. Interdum ꝓ optare. Pli. Ardeo te videre. Verg. Patrię q; mori ꝓ mœnibus ardent. Huius composita sunt exardeo, inardeo, & perardeo, in quibus prępositio auget vim significationis.

¶ Ardesco, is, ardēs fio. Grego. Sed ad hæc audita inardescit animꝰ, iāq; illic cupit assistere vbi se sperat sine fine gaudere.

¶ Ardelio, homo inquietus, & huc atq; illuc semp volitans saliens & omnibus negotijs sese immiscens. Martia.

ȣ Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.

¶ Arduus, a, um, altꝰ & difficilis. Ouī. Ardua prima via ē.

¶ Ardea, æ uis quędā quasi ardua, q̄m volando alta petit. A græcis dicit ἐρῳδιός. Vergil. Atq; altam supra volat ardea nubē. Huius diminu. est ardeola. Est & ardea nomen vrbis in latio a feruore regionis sic dicta, q̄. xvij. miliaria ab vrbe est posita. Mart. Ardea solstitio pestanaq; rura petant. Quicq; Cleonęo sydere feruet ager. ȣ Dicta quoq; ardea a Danae Persei matre, vel a Dauno Pilēni filio qui eā cōdidit, vt quidam existimant.

⁎ Ardearum tria gña ponit Aristot. Leucum ab albedine dictum. Asterias a fulgore astrorꝰ, & Pelos ab aduerbio πω λῶσ qđ ꝓpe significat, q̄m hoc tertium non ita alte volat.

¶ Ardeates populi sunt ardeę incolę, habet pe. ꝓdu.

⁎ Ardum veteres pro aridum dicebant.

¶ Area ꝓprie dicitur locus purus in vrbe sine ædificio quē græci plateā dicunt. Dicta area ꝙ ardore solis sit facta arida & non possit quicq̄ generare, quidā ab ara deducūt, ꝙ sicut hæc ara pura est, ita areæ in vrbe sine domo loca pura sunt id est sine ædificio. Vel ꝙ sicut areæ flammis, ita areæ e solis ardore torrent. Valla. Campus est planities ampla & grandis, ideoq; spatiosæ plateæ areæve cāpi nomen accipiūt. Vñ Romæ campus Martius. Nā locus hmōi vocatur area. Sueto. trī in Cæsa. posuit aream ꝓ loco puro accōmodato foro extruendo cū inquit. Forum de manubijs inchoauit cuius area super sestertium millies constitit. Item area dicit solidū terrenū planicies glabra, i. locus purgatus coæquatusq; & cylindro cōsolidatus plateis amplitudine similis, vbi frumēta arescunt & teruntur. De qua Verg. lib. i. Geor. Areatum primū ingenti est æquanda cylindro. Col. li. iij. Area quoq; si terrena erit, vt sit ad trituram satis habilis primum radit. Et Area & ꝓ diminutionē areola subacta est terra ꝓbe arq; sata seu serēda, quales sunt in hortis in quibus quadrata quędam & bene subacta atq; coęquata spatia in q̄ mox semina iaciant. Col. Areæ sic informandæ sunt, vt facile rūcantium manus ad dimidiā partem latitudinis pueniant. Idē. vi. Crebro. putrē terram duos altedigitos ínternemus & modice rigabimus stramentisq; areas cooperiemus. Ex hmōi areis locatis magni ꝓuentus capiebant. Cic. in Para. Etenī si isti callidi rerū æstimatores prata & areas quasdā magni æstimāt ꝙ eius generi quasi nocere nihil pōt &c. ȣ Apud geometras area sumit pro illo spatio vacuo in aliqua figura, vt in triangulo vel quadrāgulo. Item area vocat morbus in capite cū capillorꝰ profluuio. Eius duę sunt species, alopecia q̄ fit in capilo & barba. Altera a serpentis similitudine appellat ophis. Incipit ab occipitio, duorum digitorꝰ latitudinem non excedens. ȣ Item Area siue Aria media producta insula est in ponto versus Cochos Marti sacrata.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

* Areosus ab erea.

¶ Areola cū accentu in antepenul. diminu. ab area. Col. lib. vi. Cum terrā bene subegeris areolas facito. Hiero. in Cant. Genæ illius sicut areolę aromatum consitæ a pigmentarijs. ♁ Aliter accipitur in geometris.

¶ Areator, qui areā purgat & in ea frumentū triturat. Col. lib. ij. Atq; hoc supremum areatoris emolumentum percipiendorum seminum quæ terræ crediderat.

¶ Aridus, a, um, pe. cor. siccum quod naturalem humorem amisit. Amb. Arida terra dicta est, & non solū ad genus, sed etiā ad speciem terrarū refertur, vt sit vtilis sicca habilis & apta culturis Arida autē expressio naturæ est. Terra appellatio quędā simplex negotij. Interdum Aridum ponit ꝓ puro & lucido. Plau. in Rud. Argento arido. Interdum ꝓ horrifico acuto cū de sono loquimur, quia ea quę arida sunt cum frāgi cœperint nimium atq; horrificū sonum edunt. Verg. lib. i. Geor. Et aridus altis montibus audiri fragor. Huius diminutiuum est aridulus.

¶ Ariditas, quę & aritudo dicit ꝓ siccitate. Var. Frigus calore atq; humore ariditudinem miscet.

¶ Areo, es, ui, idus, sum. Plau. in Rud. Vtinam fortuna nūc anatinā verterem, vt cū exissem ex aqua arerem tū. Quidā hoc verbū ab ara deducunt, in qua quæ dijs immolabant torreri solebāt. Alij vero ab ara, sed per contrariū sensum, ἀπὸ τοῦ ἀδύω, quod significat irrigare ꝙ aridū minime sit irrigatum. Huius composita sunt Adareo, Exareo, Inareo, Obareo, Perareo, & Subareo.

♁ Areta fuit Aristippi philosophi filia, quę ei successit in schola, summum bonum in voluptate, quę maxime sensum moueret, posuit. A rege, id est post regem, vt iste est secunda rege. i. post regem.

¶ Aresco, aridus fio. Cice. lib. ij. ad Heren. Nihil lachrima citius aresci. Adaresco ꝓ be aresco sicut Exaresco. Cato. de rust. Vestimenta ne tineę tangāt amurcam decoquito ad dimidium, & vngito fundū arcę & extrinsecus & pedes & angulos, vbi ea adaruerit vestimenta condito. Inaresco intus siue penitus aresco. Colu. lib. i. Deinde cum p̄dictum tectorium inaruerit. i. aridum intus penitusve factū est. Obaresco circū siue omnino aresco. Lactan. lib. de opifi. Acies. i. mēbrana illa perlucens quam siccari & obarescere non oportet, nisi humore tersa pureniteat, obsolescit. Perarescо valde aresco.

¶ Arefacio, aridū facio. Cuius passiuū est arefio ꝓ exiccor.

¶ Arelate, ciuitas est in mediterraneo Narbonensis galliæ a Plinio dicta colonia Sextanorum, quoniam ex sexta legione coloni deducti sunt.

* Aremorica quondam quæ nunc aquitania dicitur.

¶ Ares græce ἄρης quatuor significat. Ferrum, interdū bellum. Aliqñ vulnus, sæpius vero Martē, quo nomine & nos & ferrum & bellum & vulnus significamus. Ab ἄρης aries, quasi martialis, sicut a Marte martius. Nam etiam mathematici dicunt Martis esse domum arietem & scorpionem, vt etiam ob conuenientiā influxus dicatur aries a marte, a Grę cis tamen deduceudo.

¶ Arete græce ἀρετή latine virtus. Vnde Philaretus, ꝓ priū nomen, & significat amatorem virtutis. Est etiam arete nomen mulieris vxoris alcynoi regis Phęacum.

¶ Areopagos, penulti. produ. nam pagus primam ꝓ ducit, Martis vicus. Nam ἄρης Martis πάγος vicus. Nā vicus erat Athenis a tēplo Martis sic cognominatus, vbi primū iudicium capitis actum fuisse dixit Pli. lib. vij. Et inde.

¶ Areopagitæ pe. pro. illi dicebant, qui in templo Martis iudicabant, quod iudiciū exquisitissimū habebatur. Nā quum Mars, qui græce dicitur ἄρης, homicidij crimine reus fieret, iudicantibus duodecim dijs in eo pago sex sententijs absolutus est, vt Stepha. Byzantius docet, & multi alij Græci. Verum quid ageretur in areopago Iulius quidem Pollux lib. viij. scribit de magistratibus athenienſium, & eorum locis. Areopagitarum magistratus erat iudicare de cędę, & de statu reipublicę ꝓ uidere, vnde ait, ὁι ἐν ἐννέα ἄρχοντες ὁι καθ' ἕκασον ἐνιαυτὸν μετὰ δὲ οὖν αἱ τὰς ἐυθύνας ἀεὶ τοῖς ἀριστοπασίταις προσετίθεντο, ὑπάιθριοι δ' ἐδικάζοντο τοῦ φόνου. * Id est. Nouem principes quotannis post datas sententias areopagitis addebantur, sub dio autem de cæde iudicabant. Sed multa essent dicenda, quæ pausanias scribit de grę cia illustrata, & alij.

¶ Arethous rex fuit in Arna vrbe Bœotiæ.

¶ Aretalogus, pe. cor. Porphyrione teste, garrul⁹ & loquax dicitur in ostentatione virtutis, vnde nomen deducitur, ἀρετὴ enim virtus, & logos sermo siue verbum sententia, ratio prosa, cura, studium, & multa alia. Sueto. in augu. Frequentius aretalogos & festos & sollennes nonnunq̄ tantū iocularitatem celebrabat. Iuue. Vt mendax aretalogus etiam dicitur qui fingēdis mendacijs auditores mouet arte verborū. Sed tunc esset contra Porphyrionem, non enim ab ἀρετὴ, sed ab ἀρέσκω placeo, fit ἀρετὸς. i. placidus & logos sermo, quasi areta logus vir placidi sermonis, blandus, mundus, multa delectatione affabilis, mitis & dulcis.

¶ Arethusa pe. prod. virgo venatrix Dianæ comes ab alpheo amata in fontem Sicilię apud Syracusas conuersa est. Verg. Et tādem positis velox arethusa sagittis. Vnde & Syracusæ arethusides dictæ sunt, ab arethusa fonte, forma patronymica fœminina. Ouid. lib. iiij. Fast. Vtq; Syracusas arethusides abstulit armis. Claud. Fuit & arethusius fons Smyrnæ, tertius in Chalcidia, quartus ī Ithaca. ♁ Reddit & in Euboea & Bœotia prope Thebas. Didimus octo memorat, vt epitheton putetur esse cuiuscūq; fontis ab ἀρετω frequentatiuo, quod significat irrigo. ♁ Est & arethusa locus Syrię mutatus iuxta Emesam sexdecim milibus passuū, a qua arethusij, vt inquit Strabo.

¶ Aretium ciuitas Thuscię a Gręcis condita eo tēpore, quo populus Israel sub iudicibus regebatur.

¶ Arethissa lacus maioris armeniæ, de quo Pli. li. vi. Tygris influit in lacum arethissam omnia illata pondera sustinentē. Solinus vocat eum arethusam, Strabo arsenem.

* In hunc lacum Tygris fluuius influit, vnum ei piscium genus est, & hoc transcurrentis fluuij alueo non miscetur. Sicut nec e Tygri pisces transnatant. Cc.

¶ Arena tenuissimus puluis aridus. Ideoq; ab ariditate deductū nomen quidā existimant, caret enī omni humore & succo, vñ & plurimum aquæ ebibit, Et ita sine aspiratione scribi debet. Nec quenq̄ mouere debet, ꝙ arena habeat primam breuem, areo vero ꝓ ductā, quum derivatiua nō semper primitiuorū naturā seruent. Alij ab hęrendo, ꝙ sibi inuicem ꝓ pter tenuitatem cohæreant, vel ꝙ cū calce parietibus inhæreat, sicut in fabricis videmus, & sic cum /h/ scribit. Eius vero tres sunt species. s. fotilia, fluuiatica, & marina. Inter q̄s grossior fabulum nuncupatur. Q ñq; tamen arena ponit ꝓ loco in quo pugnabāt gladiatores. Sueto. in augu. Quodam autē muneris die Parthorū obsides tunc primum missos per arenā mediā ad spectaculū induxit. Hinc arenarij dicti sunt gladiatores, qui in arena depugnant. Q ñq; forum arena dicitur, quia illic sic depugnant actores causarum vt in arena gladiatores dimicabātur. Sene. Hoc ita habitum est, scholā q̄si ludū esse forū arenam. Hinc Pli. Arenam suā appellat cētūuiros, qm̄ in iudicio centūuirali certabat frequenter telis oratorijs. Hoc nomen licet pluralem numerum nō habeat, Virg. tamen dixit. Q̄ multæ zephyro turbantur arenę.

¶ Arenaceus, a, um, quod ex arena est.

¶ Arenarij⁹, a, um, qđ ad arenā ꝑtinet, vt Iuppiter arenarij⁹.

¶ Arenosus, a, um, quod arena abundat. Pli. Littus nō arenosum, sed alga & fluuiorum sordibus plenum.

¶ Arenatus, ta, tum, quod ex calce & arena factum est, sicut marmoratum, quod ex marmore. Plini⁹. In Gręcia tectoria etiam arenatum quod ducturi sunt prius ī mortario ligneis vectibus subigunt.

¶ Arenula diminutiuū ab arena, quæ est tenuissima. Pli. lib. xxx. Arenulæ quæ inueniuntur in cornibus cochlearum caluis dentium inditæ statim liberant dolore.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

* Arferis aqua quæ inferis libabatur, ſeu vas vini, quod ad hibebatur ſacris & a fero deducitur. Cc.

ὁ Argathon mons in Myſia vbi raptus Hylas. Dictus ab argathona Rheſti coniuge, cui & Argathon, vt monti quoq; nomen fuit.

ὁ Arconicum idem eſt quod arſenicum, & auripigmentum cuius vis reprimi ac tolli ex creſcentia dubium non eſt. Areopolis ciuitas Arabię quæ alio nomine dicitur Moab, de qua in dictione moab.

ὁ Areopolitę pe.pro. qui habitant areopolim.

¶ Arguo, is, gui, gutũ, imputo ſiue accuſo, & genitiuo ſæpius q̃ ablatiuo cõſtruitur. Curt. Orſinem modo auaritiæ, interdum & defectionis arguebat. Cic. lib. ij. ad Heren. Vt ſi quiſq̃ furti arguat dicat eum eſſe hoiem improbũ, auarum, fraudulentum. Similiter qñ ſignificat reprendo cum ratione & argumentis, vt in Gene. Certe mẽdacij nos arguere non poterit. Plau. in amphi. Et eccũ video qui me miſerã arguit ſtupri dedecoris. Si vero id quo quis arguit nõ exprimitur, accuſatiuũ tantum habet. Lactan. lib. iij. Tui ergo te libri arguunt. Proprie tñ arguere eſt oſtendere. Verg. Degeneres animos timor arguit. ὁ Aliquãdo in diſcrimen vocare. Feſtus argutũ iri. i. in diſcrimen vocari. ὁ Huius cõpoſita ſunt coarguo, & redarguo. Sal. Lentulũ diſſimulãtem coarguũt ſermonibus, quos ille habere ſolitus erat. Sciendum eſt q̃ licet arguo argutũ ſupinum faciat, ex quo argutus participiũ tñ futuri tẽporis eſt arguturus. Sal. lib. iij. hiſto. Quos aduerſum multi ex Bythinia volẽtes occurrere falſum filiũ arguturi. Nã vt docet Priſ. Quædã ſunt verba in utũ ſupinũ formantia, quoꝝ participia futuri terminãt in iturus, & verbalia in itio, vt argutum, arguiturus. Tutum, tuiturus. Sputũ, ſpuiturus, ſpuitio. Plutum, pluiturus, pluitio.

¶ Argutus, a, um, participiũ. Plaut. in Pſeu. Argutus malorum facinoꝝ. Quãdoq; vero eſt nomen, modo pro malitioſo & falſo, qui cũ lepore quod ã quę cupit dicit, facitve quaſi arguens acute & inueſtigãs. Modo pro canoro reſonanticq;, vt arguta hyrundo, & arguti hoies, qui multũ & celeriter loquũtur ab argonaue, q̃ a celeritate dicta eſt, ἀϱγόσ enim velox dicit. Verg. Argutos interſtrepere anſer olores. Modo pro exili, breui, & quaſi acuto. Idẽ li. iij. Georg. Argutumq; caput, breuis aluus, obeſaq; terga. ὁ Vnde dicta ſunt argumenta. Arguere enim eſt acute oſtendere.

¶ Argutia, æ, dicitur acute & malitioſe dictum vel factum. Plau. in Muſt. Exi a culina ſis foris maſtygia, qui mihi inter patinas exhibes argutias.

¶ Arguror pe. prod. deponens ab argutus fit, & ſignificat ꝓcaciter loquor. Neuius. Quãdoq; ad ludos venit alij quũ tacerent totum diem argutatur quaſi cicada. Eſt & argutari ſubſilire. Titin. Terra hæc eſt noua, qua tu ſolitus argutari pedibus certandũ compeſcis veſtimentaq; leuas. Reperitur & argutio in eadem ſignificatione.

¶ Argutulus diminutiuum contemptui deriuatum, & nõ blandiendi cauſa, & homunculus, & homulus.

¶ Argumentũ, vt a Quin. diffinit, eſt ratio ꝓbationem prę ſtans, qua colligit aliud per aliud, & q̃ quod eſt dubiũ per ad quod dubiũ eſt non eſt, confirmat. Sumit interdum etiã pro materia. Cic. Q̃ nullum ſcribendi argumentum mihi relictum eſt. Interdũ pro cõiectura. Interdũ pro veriſimili ꝓbatione, vt ſunt argumenta comœdiarum. Interdũ pro ſumma verſibus expoſita. ὁ Item pro ſententia, ab arguo pro demonſtro. Cic. lib. offi. Tabulę vero nouę quid habent argumenti, niſi vt emas mea pecunia fundũ. Quid, Quid latus argueret, corneus arcus erat. i. demõſtraret. Similiter argumẽtum dicit artificium. Vnde rotarum argumenta.

ὁ Argumẽtoſus, a, um, quod eſt factum magno argumẽto Nã in picturis quoq; argumẽtoſa opera vocamus. i. ingenioſa. Et de diua Cecilia legimus quaſi apis argumentoſa dño deſeruiret, quę miro artificio animas lucrabatur.

ὁ Argimiſſe ſunt tres inſulę paruę ante Aſiam prope Mytilenem & Lesbum continenti proximę, vt inquit Strab. li. xiij.

ὁ Argyra ciuitas Sicilię, vnde ſe. Diodorus Siculus oriundũ facit, a qua Argirini.

¶ Argumentatio eſt explicatio & enarratio argumenti. Accipit & ꝓ eo q̃ mente cõponitur. Amb. Cognito q; Heliſeus eſſet, qui cõſilijs & argumẽtationibus eius obuiaret.

¶ Argumentor, rationibus nitor ad aliquid probandum.

¶ Argemmiſſa vel argemuiſſa, inſula ad continẽtem, Troadis prope argenicum promõtorium locata. Iuxta quem locum alcibiades extinctus eſt.

¶ Argenos latine dicitur albus ſplendidus. Feſtus. Argentum percandidum ἀϱγυϱέσ.

¶ Argetos ſignificat velocem & candidum, & ſplendidum & ſtrenuum.

* Argenetes ſol dicitur, q; ſemper exoriens gignitur, & ipſe gignit vniuerſa.

¶ Argus nomen propriũ regis argiuoꝝ. Hic filius apis fuit Ex cuius noie argi argiui appellati ſunt. Quo regnãte cœpit vti frugibus Grẽcia, & habere ſegetes in agricultura delatis aliunde ſeminibus. Et poſt obitũ deus haberi cœpit, templo & ſacrificijs honoratus. ὁ Argus quoq; Phryxi filius fuit

ὁ Fuit & alius argus qui a poetis oculis plenus fingitur cuſtoditſſe Iunonis imperio Inachi filiã eius deæ pellicem in bouis ſpeciem cõuerſam. ὁ de quo Oui. Centũ luminibus cinctum caput argus habebat. ὁ Qui poſtea a Mercurio interfectus fuit, vnde & argiphontes cognominatus eſt q; argum peremerit. ὁ myſtice autem argus eſt cœlũ ſtellarum luce diſtinctum, quibus ineſſe quędã ſpecies cœleſtium videtur oculorum. Et argus vocatus fuit Argo nauis architectus. Itẽ argus albus dicit & celer, vnde argiphontes Mercurius dictus eſt, q; cãdida & aperta omnia faciat oratio. Et q; ſit celer deorum nuncius a poetis confingitur potius q̃ vt argi dicatur interfector ὁ. Eſt & argus adiectiuũ ꝓ argiuus, vt eſt apud Plau. Nauis amphitryo argis ex argo patre.

¶ Argo, ge. foc. nauis quã Iaſon duxit, ab argo architecto. De quo Flaccus, ad charũ Tritonia deuolat argum. Moliri hũc puppem iubet & demittere ferro Robora. Seu ab argõ, quod eſt velox, vt inquit Diodo. Inde arguti vt ſentit Probus, dicti ſunt, qui multũ & celeriter loquunt. Alij autmãt argo nominatã eſſe ab argiuis, hoc eſt a Grẽcis. Quod ſentire videt. Cice. lib. i. Tuſ. quum ait. Et eas anguſtias, per quas penetrauit ea, q̃ eſt nominata argo, quia argiui in ea delecti viri vecti petebãt pellẽ inauratã arietis. Inde argonautæ dicti ſunt. ὁ Eſt & ſignum cœleſte argo nauis. Oritur, pridie idus Martias.

* Argopelaſgos Homerus vocat Theſſalos.

¶ Argos in ſingulari eſt gene. neut. in plura. maſ. vt hi argi Hora. Aptũ ducit equis argos diteſq; Mycenas. Verg. lib. x. Herculis authorẽ comitẽ qui miſſus ab argis. Eſt autẽ Peloponneſi ciuitas nobiliſſima non longe ab Athenis. ὁ quod a ſiti diphiõ dictum eſt, apud quos erat magna ſocietas inter eos qui vno puteo vtebantur, vñ & fratrias dixerunt ἀπὸ τοῦ φϱέατοτοσ quos trib⁹ vocamus. ὁ Hui⁹ rex prim⁹ Phoroneus fuit. Dicta argos ab argo rege, vt ſcribit Augu. lib. xviij. de ci. Hinc Argiui græci dicti ſunt. Et argolicus ſinus, & argolici duces, & Argolica regio. Alia eſt ciuitas Argos Theſſalię, quod Pelaſgicon dicunt. ὁ a pelaſgis, Luca. Vbi nobile quondã, Nunc ſuper agros erat. Alia in Achaia non lõge a Mycenis q̃ & hippion vocatur. Alia in acarnauia amphilochiũ ὁ quod Alcnæon eiuſq; liberi condidere, vt inq; Stra. Sunt & alię ciuitates hoc noie, quas exponit Stepha. Eſt & argos quędã regio pars grẽciæ, necnon & omnis ora littoralis dicebat argos ὁ ab Argia matre Pelaſgi qui ei ĩperauit. Eſt argos in Italia quã Diome. ædificauit, q̃ primo argi, poſt Argirippa, poſt arpi dicta fuit. Aliq̃ Argos canis nomen apud Home. qui fuit Vliſſis. Itẽ argos agenoris equus a quo Argoſtaſinon ciuitas dicta fuit, vt inquit Henauicus ὁ. Præterea argos dicit tardus, ſegnis, vñ & Cynoſargos intemperãs, a quo & locus dictus in quo ocioſi & intemperantes homines ſolebant conuenire. Vñ & Prouerb. I. ad Cynoſar-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gos. Inde, vt Cic. lib. de fato inbuit argoſlogos. i. ignaua ratio. ♁ Hinc iocus in hendeca ſyllabo. Mart. Non nautas puto vos, ſed argonautas. Vbi alluſio eſt ad famigeratos nautas, & intelligi tamen vult pigros & lentos nautas.

¶ Argis aduerbialiter in loco. Plin. lib. xvi. Argis etiã olea durare dicitur.

¶ Argeus, a, um, idem quod argiuus. Hora. lib. iiij. Car. Tibur argeo poſitũ colono, ab argos vrbe. Et argeus mons eſt ab vna parte Cappadociam cingens.

¶ Argei teſte Var. dicebãtur ſarpeæ effigies q̃ p̃ virgines veſtales iaciebãtur ſingulis annis in Tyberim per pontẽ ſublicium. Argei etiã dicebantur loca ſacra Romę argeorum. Var. Reliqua vrbis loca olim diſcreta, vt argeorũ ſacraria, argeos dictos a principibus qui cum Hercule argiuo Romam venerunt.

¶ Argia pe. pro. nomen Adraſti regis argiuarũ filiæ quę cõuerſa fuit in fontem ſui nominis.

¶ Argię pluralis numeri tantum oppidum eſt Laconiæ.

¶ Argolicus, a, um, idem quod argiuus, vt regio argolica.

¶ Argonautæ dicti ſunt heroes illi, qui cum Iaſone in Colchos profecti ſunt, ex quibus præcipui fuere Caſtor, & Pollux, Telamõ, Orpheus, Hercules, & Hilas puer, ſic cognomi nati a naue, quam innauigauerunt, qui fuerunt ſupra quinquaginta, vt Orpheus li. i. & appollonius in catalogo heroũ.

¶ Argiletũ ab argo dictũ, q̃ is eo venerit, ibiq̃ ſepultus ſit. Nam argolus, ſiue argus dux argeorũ apud Euandrũ hoſpitatus eſt. Quum in ſuſpitionẽ regni veniret clam noctu ab arcadibus eſt interfectus, vt volunt, inſcio Euãdro. Cui Euãder tumulũ fecit, & loco nomen impoſuit a leto. i. morte argoli, ſiue argi. Argiletum. Var. ſcribit argilletũ etiam dici ab argilla. i. Creta, cuius copia illic erat. Erat aũt argilletum locus in vrbe prope pallatium, vbi tabernæ bibliopolarum erant quæ argilletanæ dicebantur. Mar. Argilletanas mauis habitare tabernas.

¶ Argilla terra cretoſa, & cãdida qua figuli vtuntur ad vaſa facienda. Iuue. Argillam atq̃ rotam citius properate.

¶ Argema morbus oculorum, quum vlcus circulum oculi infeſtat, quem græci Irim dicũt. latine albugo vocatur, & leucoma etiã græce candore. Videtur eſſe idem fere quod leucomata, id eſt albugines a candore.

¶ Argyrippa ciuitas in apulia, quam Diomedes ędificauit a qua argyrippini dicuntur.

* Argyranche argenti morbus.

¶ Argyrion latine argentũ, a quo argyrocopus argẽtarius ἀργυροσ καὶ κόπτω. i. argentũ, & tundo, pulſo, percutio.

* Argyritis ſpuma argenti dicitur.

¶ Argyrologus quæſtor quærens argentum, ἀπὸ τοῦ λέγω, dicitur.

¶ Argyrondes Ætolię fluuius, ꝑpter argẽteũ aquę cãdorẽ.

* Argyrohippus vrbs erat Apulię, quã Diome. ędificauit. Deinde dicta eſt argyrippa, a qua argyrippini noĩati. Cc.

¶ Argyraſpidas dicimus eos q̃ argentata ſcuta furent. Vñ ſicut refert Lamp. Alexander imperator Romanus non ſolũ fecit argyraſpidas, ſed & chryſaſpidas, ita ab aureis clypeis nominatos, ἀσπὶσ. i. ſcutum.

¶ Argyrotoxos argenteum arcum gerens, quo nomine dictus eſt Apollo, ἀπὸ τόξον. i. orcus.

♁ Argyrodamas lapillus quẽ andromanta vocant, qm̃ impetus hominum & iracundias domat.

♁ Argentũ poſt aurũ prędioſiſſimũ eſt. Videtur autem græco eſſe Illi em ἀργύριον, dicũt. Gignitur ex argento viuo & ſulphure albo, balſamũ & Iaſpidis vim vehementer conſeruat. Eius ſpuma vulnera ſanat, neq̃ ſinit ſuperfluas carnes excreſcere & ſordes cordis mundificat ♁. Argentum primo ſignatum eſt anno vrbis quingenteſimo octogeſimo quinto. Quin. Fabio conſule quinq̃ annis ante bellũ Punicum primum. Nota argenti bigæ & quadrigæ. Inde bigati & quadrigati nummi appellati ſunt. Aureus vero nũmus. lxij. anno poſt argenteum percuſſus eſt, in quo primo Conſulum, deinde Imperatorũ capita impri cœperunt, & ab iꝭ ſępe noĩa accepere Argentũ candidum eſt, vnde & a græcis argyros dicit. In puteis reperitur, quod excoqui non poteſt, niſi cum plũbo nigro, aut cum vena plumbi, q̃ iuxta argenti venas plerũq̃ reperitur Galenam vocant. Aliquando argentũ ponitur ꝓ ſupellectili argẽtea, puta ſcyphis, cochlearibus, aliiſq̃ quæ ad menſam ornandam exhibentur. Plau. Tu eſto lecti ſterniator, tu argentum eluito.

¶ Argentarius vulgo campſor, ſiue menſarius, a Græcis Colybiſta & nũmularius & trapezita dicitur. Vnde Plau. in Cur. Trapezitã & argentariũ pro eodem accipit. Sed iurecõſultus. ff. de edendo oſtendit argentarios maiores mẽſarios ♁ qui non ſolũ pecunias acceptas cuſtodiunt cũ opus fuerit reddituri ♁. & quorũ, officium atq̃ miniſteriũ publicã habet cauſam. Hiccq̃ rationes cõficiunt. Author eſt Sene. argentarios prędeſſe publicis actionibus.

♁ Argentariam facit, qui argentarius eſt ſiue Trapezita, ſiue nummularius.

¶ Argeſtes ventus occidentalis frigidus. De quo Pli. lib. ij. ab occaſu equinoctiali fauonius, ab occaſu ſolſtitiali corus, zephyron & argeſten vocant.

¶ Ariadnę proprium nomen eius, quam deſertam a Theſeo Bacchus rapuiſſe dictus eſt a poetis.

¶ Aricia vrbs in Italia, abeſt ab vrbe ad decimum lapidẽ quã ędificauit Hippolytus Theſei filius, & a noĩe cõiugis aricia appellauit. Iuxta hãc vrbem erat nemꝰ quod Aricinũ dicebaĩ, in quo ægeria nympha erat, cũ qua loqui, ſolitũ ferunt Numã Romanorũ regem. Erat & aricinus locus quod ſpeculũ Dianæ vocabatur, in quo nunc quoq̃ inſulę cũ proceris arboribus mobiles conſpiciuntur.

♁ Aricandos amnis in Lycia, a quo & vrbs ibi Aricanda nomine.

¶ Aries, etis, pe. cor. qui inter oues integer eſt, & tenetur ad generãdã ſobolem. Veruex vero cui inuerſi vel adẽpti ſunt teſticuli. Ab ara dictus aries, q̃ aris imponi ad ſacrificia ſoleret. A cuius ſimilitudine bellica machina aries. Materia acta bulatis teſtitudo cõtexitur, quę ne flãmis exuri poſſit, corio ſiue cilicio veſtitur, intrinſecus recipit trabem, q̃ ſi adunco præfigitur ferro, falx vocaĩ ab eo q̃ incuruata eſt, vt ex muris lapides extrahat. Si vero caput ipſius ferro tegitur aries appellatur, q̃ inſtar arietini capitis fieri ſoleret, vel q̃ habet duriſſimã frontem, qua ſubruat muros, vel q̃ more arietũ retrocedit, vt vehementius feriat. Teſtudo autẽ a ſimilitudine naturæ teſtudinis vocabulũ ſumpſit, quia ſicut illo modo reducit caput, modo profert, ita hmõi machina ĩterdum reducit caput, interdum effert vt vehementius feriat. Eſt & aries cœleſte ſignũ primum in zodiaco. Aries etiam marinꝰ piſcis, ſiue marina belua eſt candore tantũ cornibus aſſimilatis, græce κριόσ dicitur. Sed rem mirificam tradit Ælianus diſcipulus Pauſaniæ lib. vij. λέγουσι δ' ἄρραβεσ ὅτι ἄρρεν πασ ἑαυτοῖσ ποιὰ μυια πταινεται· ὑπὸ μουσικῆς μᾶλλον ἢ ὑπὸ τοῦ χιλιομ. *. i. Dicũt Arabes q̃ vtriq̃ apud eos ouilia pingueſcunt muſica magis, q̃ pabulo.

¶ Arietinus, a, um, pe. pro. quod eſt ex ariete. Plin. Arietinũ iecur ad id vtile eſt.

♁ Arietarius, a, um, quod ad arietem pertinet ſeu quod eſt arietis. Victru. Conſtituebatur autem in ea arietaria machina, quæ græce criodocis dicitur.

¶ Arieto, as, pe. cor. percutio deiicio tractũ ab arietũ ſimilitudine, cuius firmiſſimũ caput, & ſolidiſſima cornua faciunt vt magno impetu quicquid obieceris percutiant, ♁ & deiiciant. Plau. in Tru. Quis proterue noſtras ędeis arietat? Cur. Macedo gladiũ cœperat ſtringere, quem occupatũ complexu pedibus repente ſubductis Clioxippus arietauit in terrã. Cic. lib. i. de diui. Viſum eſt in ſomnis paſtor ad me compellere duos cõſanguineos arietes, hinc eligi, pecus lanigerum exímia pulchritudine p̃clariorem alterum immolare, dein eius germanum cornibus conniti in me arietare.

¶ Arihel quidã putant eſſe areopolim ab idolo Martis, qꝰ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ille ſitum eſt. Interpretatur autem leonem dei, Hieruſalem figuraliter ſignificans.

* Arimanius Plutonis cognomen apud Perſas. Cc.

¶ Arion citharœdus optimus ex Lesbo inſula. De quo Herodo. ſcribit, ꝙ quum a nautis coactus eſſet ſe e naui in pelagus demergere ♁ vt eius opes, quas cytharæ aſſecutus fuerat, potirentur, ipſe poſtꝙ ab eis paulū temporis impetraſſet cytharaq; optime cecinisſet, ſe in mare p̄cipitem dedit, ſed a delphine dorſo exceptus, in Laconiam deuectus fuit, anteꝙ nautę illuc applicuiſſent. Sed hæc fabuloſa creduntur, lege Herodotum, Gellium, & Plinium.

♁ Arius fluuius qui Parthiam irrigāt, a quo Ariani populi.

♁ Arij populi ſunt vltra indiani.

¶ Ariminū ciuitas Italiæ a flumine propinquo eiuſdem nominis ſic dicta. Hæc quondā vmbroꝝ colonia fuit ſicut & Rauenna, verū vtraq; accepit Romanos inquilinos Habet aūt hęc ciuitas portū, ædificata anno ante Chriſti exortum cclxx. Ptolęmeo Lagi filio Ægyptijs imperante. Pub. Sēpronio & Appio Claudio conſulibus. Ad quāviſcendam compoſitis Siciliæ rebus Sempronius nauigauit. Eam Octouianꝰ ampliauit, & a Liburnis dirutā Diocletianꝰ repoſuit, fuſiſq; Liburnis arcum triumphalem in ea extruxit.

¶ Arimphei ſunt populi Aſiæ ſeptentrionalis ꝓpe ripheos montes, habent pro domibus nemora, pro alimētis baccas, & tam fœminæ q̄ mares caput tondent. ♁ De his Amianꝰ ſic habet. Vbi mōtes Riphęi deficiūt. Arymphęi inhabitāt, iuſti homines & morem placiditate cogniti. Pompo. Vltra Aryphæos Riphæus mons ſurgit.

¶ Arimaſpi populi Scythiæ Europę verſus aquilonis exortū, vt lib. vij. refert Pli. qui vnicū in media fronte habēt oculum, & cum gryphis continue prœliantur.

* Ariſteus Penei regis arcadiæ, ſiue vt poetæ dicunt, flumi nis & cyrenes filius fuit. Cc.

¶ Ariſtippus nomen philoſophi Cyrenaici, & apud nos dicitur optimꝰ equus. Hic dicere ſolebat ꝙ lautior victus nulli erat impedimento ad bene viuendū. Hic Socraticus auditor fuit primus Socraticoꝝ mercede philoſophatus eſt, habuit ingeniū ad omnia pro tēpore loco & perſona ſimulanda omnino prōptū. Et hoc ob Dionyſio prœter oēs erat charus. Et vt prœſentibus voluptatibus libenter fruebat, ita & abſentes facile contēnebat. Hic quū e patria in Græciā philoſophandi cauſa proficeret, iuſſit ſeruos aurū proijcere, vt expeditores ad iter capeſſendū eſſent. ♁ Voluptatem bonorum, dolorem malorꝝ finem conſtituit. Cęteras ſcientias excluſit, illud ſolū vtile putans, vt quæras ſiqd domi mali aut boni tibi contingit ♁. Sūmum bonū poſuit in leui motu ad ſenſum emanāti. i. in voluptate corporis ſenſus titillāte. Qui ab eo fluxerūt, & in dogmate permanſerūt ab hoīs patria cyrenaici ſunt appellati. Tradūt Platonem dixiſſe, ſoli Ariſtippo & chlamydem & pannū fere datum eſt. Hora. omnis ariſtippū decuit ſtatus & color & res. ♁ Hic dicere ſolebat ꝙ lautior victus nullo erat impedimento ad bñ viuendū ♁. Fuit & alter riſtippus huius nepos ex filia Metrodidactus dictus, q̄ſi a matre doctus. Hic in naufragio a tēpeſtate deprenſus timuit & expalluit. Et ĩterrogatus quare philoſophus timeret, quū ipſe contra nihil timeret, feſtiuiter reſpondit non eadem ſibi & illi cauſam eſſe quoniam is non eſſet magnopere ſollicitus pro anima nequiſſimi nebulonis, ipſum autem pro Ariſtippi anima timere.

¶ Ariſtocratia optimatum principatus, vbi optimates Rēpublicam tractant, ἄριστοι καὶ κράτος ἀπὸ κράτερ. * id eſt optimum & imperium a vincendo.

¶ Ariſtoclides pe. cor. Orcomeni tyrannus, qui Stymphalidem virginem adamauit. Vide in dictione Stymphalus.

♁ Ariſtologia hærba, cuius duę ſunt ſpecies, alia longa, alia rotunda. Aurium ſordes emundat, & cum melle miſta, ſi in aures inſtillata fuerit, auditum iuuat.

* Ariſtocles nomen fuit aui paterni Platonis, qui & ipſe Ariſtocles vocabatur. Cc.

¶ Ariſtoteles pe. cor. nomē philoſophi peripateticoꝝ principis. ♁ Hic habuit patrem Nicomachū medicū, matrem vero Phæſtiadem. Fuit paruus, gibboſus, & male formatꝰ balbutiensq;, ſed diues, vt qui ſocius & p̄ceptor & ſecretarius Alexandri eſſet, de hoc Quin. Quid Ariſtotelem quem dubito ſcientia rerum an ſcriptoꝝ copia, an eloquendi ſuauitate, an inuentiorū acumine, an varietate operū clariorem putem. Hinc fiunt adiectiua Ariſtoteleus & Ariſtotelicus.

Ariſtoxenus pe. cor. nomen ꝓprium muſici, ♁ quod apud grœcos cum ξ ſcribitur, ἀριστόξενος.

¶ Ariſtomenes pe. cor. nomē Meſſenij, viri, qui iuſtiſſimus, vt ſcribit Hieroñ. victis Lacedæmonijs, & quodā tempore nocturna ſacra celebrātibus, quę vocabantur Iacynthina, rapuit de choris ludentiū virgines. xij. & tota nocte gradu cōcito fugiens exceſſit de finibus Spartanoꝝ. Cūq; eas comites eius vellent violare, monuit quantū potuit ne hoc facerent, & ad extremū quoſdam non parcentes interfecit. Cętęris mœrtu coercitis redemptæ poſtea a cognatis puellę cum Ariſtomenem viderent cædis reū fieri tandiu ad patriā non ſunt reuerſæ, q̄diu iudicum aduolutæ genibus defenſorem pudicitiæ ſuę cernerent abſolutū. ♁ Hic dux tanta callidita te fuiſſe fertur, vt ſæpe Athenienſes deciperet, quorū ſæpe vrbem ingreſſus & aliquādo captus, atq; in vincula coniectus callidităte ſua aufugeret. Quod cū ſemel atq; iterum & tertio feciſſet, tādem occiſus eſt ab Athenienſibus, & execto corpore, inuentum eſt cor eius piloſum eſſe.

¶ Ariſto philoſophus cognomento ſerpticus, quod latine quæſtor & cōſyderator dicit. Semper enī in quęrendo conſyderandoque fuit. ♁ Hic natione fuit Cous, zenonis auditor, apud hunc oĩa indifferentia erant, vt inter optime valere & grauiſſime ęgrotare nihil intereſſe diceret. Qui reiectus fuit naturam omnino relinquens.

¶ Ariſtides pe. pro. princeps Athenienſis, cui cognomē fuit iuſto, alter fuit pictor inſignis.

¶ Ariſtophanes penul. cor. nomen proprium philoſophi, & comici valde maledici, cuiꝰ nomine comœdiæ ſunt impreſſę. ♁ Alius fuit Ariſtophanes grammaticus, de quo Quin. lib. i. mentionem facit.

¶ Ariſtobolus, nomen proprium Iudæorum regis.

♁ Ariſtomate res, nomen vxoris Dionyſij tyranni, & vxoris Dionis.

♁ Ariſtophontes quaſi optimatum occiſor, nam ariſtos latine optimus, Phoneno occido.

¶ Ariſtophorum pe. cor. vas quo prandium defertur, Latine diſcus, ἀριστον enim prandium dicitur, φορῶ porto.

¶ Ariſta ab ariditate dicitur, ꝙ ſit omnino arida. Eſt em̄ prima pars quæ primo areſcit, vel quia ſeges quum areſcit ſecatur. Et proprie ariſtæ quaſi tela ſpicæ frumenti ſunt ſiue ſpinæ, ſiue aculei, quibus a morſu auium minorum illa tueantur. Cice. in Cato. Fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam, & contra auium minoꝝ morſus munitur vallo ariſtarum. Ponitur tamen ariſta quandoq; pro frumento. Verg. Chaoniā pingui glandem mutauit ariſta.

♁ Ariſtarchus nomen grāmatici, alius tragicus cuius meminit Hora. cū inquit, Fiet Ariſtarchus. Alius mathematicus.

¶ Arithmus latine numerus. Inde arithmetica.

¶ Arithmetica numeralis ſcientia, quæ tractat de numeris, & ſuppurandi rōne. Hęc inter diſciplinas mathematicas prima eſſe dicit, qm̄ ipſa vt ſit, nulla alia indiget diſciplina. Muſica aūt & Geometria & aſtronomia iſtius auxilio egent.

* Aritudo ꝓ ariditate. Var. Frigus calore atq; humore aritudinem miſcet, ab areo deductum. Cc.

¶ ~~Armus humerus. Verg. lib. iij. Geor. Dęſa iuba & dextro tractata recūbit~~ in armo. Differt tñ arm⁹ ab humero. Nā humeri ꝓprie eoꝝ ſunt q recti in cœlū ſpectant. Vñ ſoli hōmi ~~nihumeros eſſe dicim⁹~~. Verg. Os humeroſq; deo ſimilis. Armi vero ſunt brutorū, q̄uis de hominibus q̄q; dicantur.

¶ Armigatus, a, um, quod eſt ad armum ligatum. Hieroñ. lib. ij. reg. Et Dauid percutiebat in organis armigatus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Arma ab armis dicunt̃.i.humeris dependẽtia, inquit Festus, vt scutũ, gladius, & ea quibus prẽliamur tela, Ser. docet arma esse, q̃ armos tegunt. Var. ab arcendo arma dicta existimat, ꝙ his arceamus hostes, vt fustes, lapides & huiusmodi. ð Quidã a verbo græco deriuant ἁρμοῖειν.i. cõuenire. Inutilia enĩ sunt arma nisi ita quadrent corpori vt neq; amplio ra sint, vt neq; corpus lædat̃ angustia, neq; amplitudine impediatur ð. Sed re vera non solũ hoc noĩe bellica, sed etiã om nium fere artium instrumenta intelligũtur. Sic etiam Pollux ὅπλα, ruralia ꝓsequitur, q̃uis Vergil. largius pollicitus tñ defecisse videatur. Sũt enim Martis arma instrumenta oĩa, quibus in bello vtimur. Vñ fraudes & consilia arma dicuntur. Verg. Et quærere conscius arma. Arma rusticor̃, rastra, ligones & hmõi. Idem. Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. Arma coquinaria, lebes, patella, trípos, olla. Plau. Q̃ eleganter instructũ coquinarijs armis. Arma studiosor̃ stylus, pugillares, libri. Plí. Cuius arma erãt non venabulũ & lancea, sed stylus & pugillares. Nauarũ quoq; & pistorũ instrumẽta arma dicũtur. Verg. lib. v. Colligere arma iubet validisq; incũbere remis. Et lib. i. Cerealiaq; arma expediũt. Q ñq; arma capiuntur pro bello, sicut Toga, ꝓ pace vt cedãt arma togæ. Q ñq; dicuntur insignia, quale nõnulli intelligũt illud Vergilij. Armaq; fixit Troia. Consueuerunt enĩ antiqui suspendere arma in postibus templor̃. Est autẽ hoc nomen arma plur aliter tantũ declinatum, qm̃ vniuocum sit, & plus res significet, quarũ singulæ habent sua noĩa, vt gladius scutum, & huiusmodi. Vel ne ab armo artu corporis obliqui eius proferri censeantur.

¶ Armo, as, armis induo seu munio. Lactã. lib. iij. Cũ enim natura hoĩs imbecillior, q̃ cæteror̃ animalium, quæ vel ad perferendã vim tempor̃, vel incursiones a suis corporibus arcendas naturalibus munimentis ꝓuidentia cœlestis armauit. Liui. lib. ij. de bel. Puni. Itaq; & muri reficiebant̃, & pro pugnaculis armabãtur. Composita sunt dearmo, quod est armis exuo. Idẽ. li. iij. Consul triũphans in vrbem redijt Ciuilio duce Volscor̃ ante currũ acto, prælatisq; spolijs quib⁹ dearmatũ exercitum hostiũ subiugum misit. Exarmo idem signat. Suet. in Domi. Negantẽq; vltra se tueri eũ posse ꝙ exarmata esset a Ioue. Exarmatas autẽ feras dicimus mã sue factas. Lamp. de Heliogabalo. Habuit leones & leopardos exarmatos, quos edoctos ꝑ mansuetarios subito ad secundã & tertiã mensam iubebat accũbere. Obarmo circumarmo. Hora. lib. car. Nos vnde adductus ꝑ omne tẽpus amazona securi dextras obarmes. Perarmo ꝑfecte vel pulchre armo. Curt. Hoc modo instructo exercitu ac perarmato Babylone copias mouit.

¶ Armatio & armatura rem ipsam significant. Armator & armatrix verbalia.

ð Armati dicuntur non solum qui scutis telisq; parati sunt, sed etiam qui glebis, aut saxis, aut fustibus instructi.

¶ Armiger pe. cor. qui lanceã, scutum, galeamq; ferens armatum equitem in ꝑlio sequitur. Et plane apud antiquos armigeri fuerũt summi viri, vt Patroclus fuit armiger Achillis. Plin. lib. xxxv. Clytum equo ad bellum festinãtem & ei galeam poscenti armigerũ porrigentem. Amiger etiã dicitur, qui cuipiam alij inferior arma superiori suggerit. Plau. i Casin. Filius autem armigerum allegauit suum.

¶ Armarium ab armis locus vbi cibaria, libri, & similia reconduntur. Plautus in Capti. Cellas refregit oĩs intus reclusitq; amarium. Et in Epi. Quin ex occluso atq; obsignato armario decutio argenti quantum mihi libet? Huius diminutiuum est armariolum.

¶ Armamẽta ð armorũ congregatio. Vnde ð nauium instrumẽta: vel munimẽta: sicut funes: & vela: q̃uis & murorũ esse possint: & medicorũ & aliorum instrumenta. Colu. li. v. Nonnulli strennue fabricant nauigia, nec cõsummata ꝓinde instruunt armamentis ministriscq;. Hiero. ad Pam. Et quia sine emplastro venerat: & medicorum armamenta non habebat: idcirco medicina non profuit. Et Plinius de vinearũ armamentis loquitur.

¶ Armamentaria repositoria armor̃ sunt: & fere naualiũ, q̃le fuit illud quod Athenis Philon fabricauit mille capax nauium. Pli. Armamentario mille nauiũ confectio. Liu. de bel. Mace. Conflagrarũt & horrea regia: armamentariũ cũ ingenti apparatu machinarum & tormentorum. Vale Maxi. Habebat armamentarium omnis generis telorum copia refertum. Deducturq; hoc nomen ab armamentum.

¶ Armẽtũ inquit Festus id genus pecoris dicitur quod est, idoneum ad opus armorum: vt sunt equi & boues. Nam equis in bellum curritur. Clypei vero boum corijs armãtur. Var. Aliter. Armenta, ꝙ boues ideo ꝓparabantur, vt inde eligerentur ad arãdum, inde armenta dicta quasi aramenta, postea tertia litera extracta. Vñ Col. lib. vij. Iumenta & armenta nomen a re traxere, ꝙ nostrũ laborem, vel onera sub nectando vel arãdo iuuarent. Præcipue enim ab equis & bobus alijsq; eius modi cerui, & alia animalia grandia armenta dici possunt, q̃uis elephanti & equi & hmõi animalia ab armis armatisq; militibus ferendis armenta appellari queant. Nã cerui qui ad hoc non sunt idonei, neq; etiã ad arandum, inter armenta cõputantur a Verg. qui ait. Hos tota armenta sequuntur. De hoc etiam in dictione Grex dicetur.

¶ Armentarius, rij, armentor̃ custos. Verg. lib. iij. Geor. Oĩa secum armentarius afer agit tectiq; larẽq;. ð Item armentarius equitij magister equitiarius & equiso dicitur.

¶ Armentarius, a, um, quod ad armẽtũ pertinet. Amb. de Cain. Videtur ad sensuũ nostror̃ quoddã genus aliud domitiũ & mãsuetum, aliud indomitũ, quod armentario quodam motu mentis velut deside atq; dissoluto ꝓrumpit ad irrationabiles corporis delectationes.

¶ Armillæ sunt ornamenta in circulor̃ modum q̃ viri militares ab imperatoribus donata in sinistris brachijs gerere cõsueuerũt. Hæc Prisc. Brachialia vocat. Dicũtur autem armillæ ab armis, ꝙ antiqui humeros cũ brachijs armos vocabãt. Vnde arma ab his dependentia sunt vocata. Liui. lib. i. Additur fabulæ, ꝙ vulgo Sabini aureas armillas magni põderis brachio lęuo gẽmatosq; magna specie anulos habuerunt Hieroñ. lib. ij. Reg. Tuli diadema, quod erat in capite eius, & armillã de brachio illius & attuli ad te dñm meum. ð Idem attribuit armillas manibus mulierũ cum in Eze. dicit. Et de di te armillas in manibus suis.

ð Armille neut. ge. instrumentũ & apparatus versutiarũ ab armis ꝓ dolis & fraudibus. Apul. lib. vi. Ad armille redit.

¶ Armillatus dicitur qui armillas habet. Propert. Atq; armillatos colla molossa canes. Et armillatus nomen viri sub Nerone & Domitiano.

¶ Armillum vas vinarium in sacris, dictum ꝙ armo, id est humero deportaretur.

¶ Armilustrij festum apud Romanos, quos res diuinas armati faciebãt, & sacrificantes canebant tubis. Itẽ locus in q̃ huiusmodi ludi fiebant. Var. hoc nomẽ ab ambitu lustri dictum existimat, ꝙ ibi circũfertur pompa & equi currunt.

¶ Armenia regio asiæ inter Taurũ & Caucasum montes, sita, & a Cappadocia ad Caspiũ mare vsq; protẽsa ab Armenio Thessali comite, inquit Strab. sic dicta. Et vt Plin. lib. vi. author est, duplex est, maior. f. & mãnor. ð Maior post Mediã ad occidentem occurrit. Ea vt ait Ptole. a septẽtrione Colchidem habet Hyberiã & Albaniam, ab occasu magnũ Euphratis cursum, qui Cappadociã, minorem Armeniã & Syriam Comageriem relinquit a dextris. Ab oriente partem hyrcani maris, ad Mediã montes Caspij assurgunt. A meridie Mesopotamiã atq; assyriã. Montes in armenia sunt, moschici qui supra partẽ põti ad Cappadociã se efferunt, Pariades in quo fontes habent Euphrates & Araxes fluuij. Anti taurus qui ab Euphrate sursus & Mediam percurrẽs postremo albus appellatur. Cordica ex quo Tygris oritur. Taurus ac Niphates qui Mesopotamiã atq; Assyriã ab Armenijs disterminãt. Caspij qui vergunt ad Medos. Et Caucasi qui Septentrionalia hyberiã versus Albaniãq; concludunt. Flumi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

na quatuor, Cyrus qui monte ortus Caucaſo a ſiniſtris Hyberiã Albaniãq; dimittens, Armeniã a dextris in Hyrcanũ defertur pelagus. Araxes, Phaſis & Lycus Tygris Euphrates q; ♁. In Armenia p̃cioſum inter reliqua aromata naſcitur armomũ. Armeniã hebræi Ararab vocant. In ea ciuitas Artaxata inſignis.

¶ Armeniacus dicit, q; primũ genus eius ab armenta ſi aduectum. Hoc autẽ genus pomi armeniacũ dicitur quod præcox perſicũ etiã dicitur. Et vt inquit Hippocrates calidum & ſtypticum ſtomacho vtilis in cibo ſumptus.

* Armipotens armis valens. Cc.

* Armitenens qui arma tenet. Cc.

* Armiſonus notę ſignificatio, vt Pallas armiſona. Cc.

* Armon lingua pontica raphani genus ſylueſtre, qd̃ græci Cherian vocãt. Alij leucem. Noſtri armarociam fronde copioſius, q̃ corpore. Cc.

¶ Armocea, cæ, vt inquit Palla. Agreſtis raphanus eſt. Dicitur a Col. etiam armoradum armoracorum cyman.

¶ Armon vt Ioſephus. li. iij. ſcribit, fluuius eſt, qui de montibus arabię deſcendens in ſtagnum aſphaltiten erũpit, diuidens Moabitidem & amonitidem.

♁ Arnogloſſa latine ligua agni, vulgo plãtago dicit, ἀρνογλωσσα, lingua, hæc alio nomine dicitur heptapleuros, id eſt habens. vij. coſtas. Nam in folio eius ſunt. vij. coſtę, hepta ſeptem pleuros coſta. Sũt enim. vij. nerui inſtar coſtarum animalium.

¶ Aro, as, ꝓprie ſigni. terrã iã ꝓciſſam rurſus vomere euerto. Plí. in arãdo magnopere ſeruandũ eſt Catonis oraculum. Quid eſt primũ? agrũ bñ colere. Quid ſecundũ? bene arare. Quid tertiũ? ſtercorare. ♁ Per tranſlationẽ arare ponitur pro coire. Plau. Fundũ alienum arat incultũ, familiarẽ deſerit. i. alienas mulieres ſubagitat, vxorem ſuã deſerit ♁. Cõpoſita huiꝰ verbi ſunt Dearo, Exaro, Peraro, Inaro, & Subaro, Plí. Sunt qui iam natas marant ſegetes.

¶ Arator ſumitur tam pro boue q̃ pro hoĩe bouem ducente. Plí. Arator niſi incuruus præuaricatur.

¶ Aratrum pen. pro. inſtrumentum quo terra aratur, Græci aratron dicunt.

¶ Aratro, as, pen. pro. quaſi aratro, quod eſt ſegetes iã natas rurſus arando proſcindo, quod impinguendi agri cauſa fit. ♁ Aroma. pe. pro. græcę ἀρωμα, odoramẽtũ dicitur latine. ♁ Aromacopola pen. produ. qui aromata vendit, quem nos aromatarium dicimus.

* Aromatitis gemma q̃ in arabia gignit, ita dicta q; myrrhæ odorem habeat, ob hoc reginis chariſſima. Cc.

¶ Arpe falx ſiue enſis falcatus. Vide infra in dictione Harpe vbi Harpya & harpagones, quę aſpirantur quoniã nunc in pſilen verſa eſt aſpirata.

* Arquatus morbus, de quo ſupra.

¶ Arpinum pe. pro. ciuitas inter forã & aquinum porrectũ in monte. Dicitur & arpi, a qua arpinates dicti ſunt eius incolæ, quales fuere. M. Cice. Plaut. comicus &. C. Marius, qui ſepties conſul fuit.

* Arquites dicebant antiqui arcu præliantes, quos nunc Sagittarios vocant. Cc.

* Arquus, vide in dictione arcus.

* Arroſtema pe. pro. matis. Græce ἀρρωστημα, latine ęgrotatio, ἀρρωστεω ægroto, arroſteia, ægrotatio, arroſtos ęgrotus.

¶ Arenicum, vide ſupra in dictione arſenicum.

¶ Arrha, æ, & arrhabo, pen. cor. græce ἀρραβων, vtrũq; ſumitur pro parte ſolutionis, quæ prius datur, vt reliqua reddatur. Terent. Ea relicta arrhaboni eſt. Hinc arrho, as, a quo ſubarrho, quod eſt arrham facio. Amb. Anulo ſuo ſubarrhauit me dominus meus.

¶ Arreptiꝰ, qui a dęmonę rapit, qui etiã abreptitius dicit. Veteres arreptitũ dicebãt laruatum, q̃ſi a laruis arreptum.

* Arretina vaſa nobiliſſima, ab arretio Italię ciuitate vbi fingebãtur. Mart. Arretina nimis ne ſpernas vaſa monemꝰ, Lautus erat tuſcis Porſena fictilibus.

* Arrugia cuniculus ſubterraneus. Cc.

¶ Arripio, is. Vide in abripio

¶ Arrigo, gis. Vide in dictione rego.

¶ Arrogo pe. cor. ſignificat tribuo. Hiero. in ꝓlo. Eſdrę. Interrogent Hebręos, & ipſis authoribus tranſlationi meę vel arrogent, vel derogent fidem. Plerũq; arrogare eſt nimium tribuere, ſeu arrogãter pręſumere. Vnde arrogãs qui ſibi timere atq; inſolenter tribuit, q̃ in eo non ſunt.

♁ Ariſtoteles in ethicis. Arrogãs præclara & ea quæ non inſunt, & maiora q̃ inſint ſibi fingit. Diſſimulator vero aut ineſſe ſibi negat, aut imminuit ♁. Et arrogãtia per quã temeritas, atq; impudentia vanã ſibi comparat authoritatem. Itẽ arrogare eſt in filiũ ac familiarem aſciſcere, a quo fit arrogatio, quæ eſt quũ is qui aſciſcit aliquem in filiũ interrogatur, an velit illum iuſtũ ſibi filium eſſe, & is qui aſciſcitur rogat an id fieri patiatur. Vel ideo arrogatio dicitur ꝙ per populi rogationem fiat.

* Aros hærba eſt e bulborum genere ſcyllę proximus amplitudine foliis lapati, caule recto duorũ cubitorum, baculi craſſitudine, radice mollioris naturę, quæ & cruda editur folia quoq; eius in aceto decocta mãduntur. ♁ quidam hãc dracontium eſſe dixerunt.

♁ Arſenotheleas deos antiqui dixerunt vtriuſq; ſexus participatione quaſi maſculo fœminos. Quo noĩe quædã quoq; animalia ab Ariſtotele nominãtur ſemet ineuntia. Arſenocitas græci vocant pueros concubinos catamitos.

¶ Arſenothelys. Vide in dictione androgynus.

¶ Arſinoe fuit filia Ptolemei Lagi filij, qui Ægyptum poſt Alexãdrum tenuit, & fuit nupta Lyſimachi regis Macedonię forma preſtãtiſſima, a cuius nomine Ptolemeus Philadelphus eius frater vrbem condidit in Cyrenaica regione.

* Arſanias fluuius, qui cum Tygri fluuio circiter quatuor paſſuũ milia fluit, mox diuiſus in Euphratem mergitur. Cc.

* Arſeongonõ hærba eſt ſub ſatyrij noĩe cõprehenſa, vuas habens floribus oleę ſimiles, ſed aliquãto pallidiores. Semen vero ad ſimilitudinem papaueris album. Cc.

¶ Ars multipliciter dicitur. Nã quędã eſt ars quæ in ſpeculatione tãtum conſiſtit, vt aſtrologia, & theoricę. i. ſpeculatiua vocatur. ♁ nullum exigens actum, ſed ipſo rei cuius ſtudium habet intellectu contenta ♁. Quædã in agendo, quæ actu perficitur, & practice. i. actiua dicitur, vt ſaltatio. Teren. in And. Quid eſt quod tibi ars mea efficere hoc poſſit amplius? Quædã in affectu, quæ operis, quod oculis ſubijcitur, & conſummationẽ non finem accipit qualis eſt pictura. ♁ Et ſic diffinitur. Ars eſt recta ratio rerum faciendarum. ♁ Dicta ars, ἀπὸ τῆσ ἀρετῆσ. i. a virtute, quam Græci vniuſcuiuſq; ſcientiã vocant. Eſt etiam ars, quæ conſtat ex præceptorum collectione, ab arcto, as, ꝙ arctis præceptis. i. anguſtis & breuibus concludat, vt eſt ars Seruij, ars Donati, ars Priſciani. Ars etiã aſtutia, ♁ ſiue ſit in virtute ſiue in vitio dicit ♁ qua quis non facile falli, ſed magis alios fallere poteſt, quæ græce dicitur τέχνη. ♁ vt iſtructus arte pelaſga ♁. Ab ars cõponit Iners, Solers, Artifex. Huius diminutiuum eſt articula.

* Artenia inſula eſt prope amnem acheloum continenti annexa. Cc.

¶ Artifex qui artẽ aliquã facit, ductus ꝙ ſcientiã ſuã per artus exerceat, ſiue ꝙ apte operã inter ſe arctent artifices.

¶ Artificiũ quaſi artis factio, quod ars ipa operatur, vt quũ dicimus orationẽ magno artificio compoſitã. Hinc artificioſus, a, um, quod cum arte factum eſt, vt oratio artificioſa.

¶ Artitus pe. pro. dicitur bonis artibus inſtructus.

¶ Artus quia alligat membra membris, ab arctando. Sunt enĩ nodi, membra vero trunci. Verg. lib. v. Et magni membrorum artus. Et dicitur tãtum de animãtibus, partes ſunt corporis inter iuncturas, dicti ꝙ inter ſe arctentur. Vnde minores partes per diminutionem articuli dicũtur, quales ſunt digitoꝝ, quaſi parui artus. Et diſtinguntur artus a membris quia artus dicũtur oſſa cum neruis & venis. Membra autem proprie vocamus carnem artus tegentem. Vnde membra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

na ſuperior membri pars, hoc eſt pellis. Sed ſæpenumero confunduntur. Apud Plaut. in Menæ. tamen artua dicuntur. Ita mihi imperas vt ego huius membra atq; oſſa artua comminuam illo Scipione, quem ipſe habet. Hinc deducit dearto, as, quod eſt per partes diuido.

¶ Articulus diminutiuum ab artus eſt, & ponitur pro iunctura, ſine nodo, vel parte membri. Plinius. Articulus membra diſtinxit. Vnde articularis morbus. Sed & in vite dicuntur articuli de nodo ad nodum. Cicero in Cato. Itaque in eunte vere in ijs quæ relicta ſunt exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum ea quæ gemma dicitur. Articuli etiam in montibus dicuntur, vt apud Plin. in calce operis. Sic articulos fidei tanquam membra religionis noſtræ dixerunt. Interdum ponitur pro digito, vt apud Ouid. lib. ij. de ponto. Ac reditus iam quiſq; ſuos amat, & ſibi quid ſit. Vtile ſollicitis ſupputat articulis. Interdum pro momento, & tempeſtiua rerum faciendarum hora, ſiue puncto, ſeu alicuius rei, aut tẽporis particula. Teren. ĩ Adel. Vide vt ĩ ipſo articulo oppreſſit eam. Hierony. ad Iul. Filius meus frater tuus auſonius in ipſo iam profectionis articulo, quum mihi præſentiam ſuam tarde dediſſet, & cito abtuliſſet, atq; in puncto temporis ſalue valeq; dixiſſet. Item articulis color eſt, de quo Cic. lib. iiij. ad Heren. Articulis habetur, quum ſingula verba interuallis diſtinguntur cæſa oratione. Similiter articulus picitur, quo genus diſcernitur.

¶ Articularis & hoc articulare, quod ad articulos ptinet, vt articularis morbus, qui & articularius dicitur, qui per omnes artus vagatur, quo Ænnius laboraſſe fertur. Sere. Si vero articulos tabes inimica per omnes Hæſerit, ex ficu betas cum melle fugabis. Vel pelagi latices ſimul, & baccheia dona Sumere curabis, nimio ſed parcito vino. Aennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua. Hoc vitio tales fertur meruiſſe dolores.

¶ Articulo, as, ſignificat iungo, & quaſi articulum, i. nodum nodo appono. Aug. lib. xiiij. de ciuita. dei. Neq; ea ſola membra mouemus ad nutum, quæ compactis articulata ſunt oſſibus ſicut pedes, & manus, & digitos.

ð Articulatim, ſignificat per articulos.

¶ Arto, tas, ſæpe vrgeo. Hierony. in prologo Iudith. Et ſepoſitis occupationibus, quibus vehementer artabar, huic vnam lucubrationem dedi. Hinc componitur coarto ſimul continenter arto ſtringo. Lactan. lib. vij. Tunc annus breuiabitur, & menſis minuetur, & dies in anguſtum coartabitur. Liui. lib. ij. de bel. Puni. Anguſtæ fauces coartant iter. Inde percoarto, quod eſt maxime vel perfecte conſtringo. Colu. lib. ij. Tunc demum conuertemus, & vtrũq; ſiccatum percoartabimus inſtringam, atq; ita manipulos vinciemus.

* Videtur ſcribendum per ct.

ð Artuo, as, ab artus fit, a quo deartuo, quod eſt per artus diuido. Maternus lib. v. Vt ſic artuatis viſcerum partibus membra omnia crudelis artificij præſidio proferantur.

¶ Arſaces pe. cor. nomẽ propriũ Parthorum regis, cui⁹ memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt propter quæſitum conſtitumq; regnum, vt omnes deinde reges ſuos arſaces appellauerint, ſicut dicti ſunt Ægypti Ptolemæi.

¶ Arſis latine vocis eleuatio, ſicut & theſis poſitio vocis, vt arma. ar. eleuatio ma. poſitio eſt. In his duobus per diuiſionẽ pedes legitimi colliguntur.

¶ Artaba menſura apud Ægyptios ſextariorũ. lxxij. compoſita ex numero, propter ſeptuaginta duas gentes, quæ orbẽ impleuerunt. ð Alij continere tres vrnas, alij dicunt ternas capere denos modios.

¶ Arthabanus nomen Parthorum regis ex arſacidarũ genere, qui inimicus Tybe. Cæſa. armeniam inuaſit.

¶ Artanes fluuius Scythiæ Thraciæ ĩh Iſtrum defluens.

¶ Artemiſius apud Macedonas menſis Mains dicitur, quo nomine etiam vocatur mons Archadiæ, ſicut ſcribit Plĩ. lib. iiij. in quo artemiſia herba naſcitur.

¶ Artemiſia Mauſoli Cariæ regis vxor, quæ inſignis pudicitiæ fuiſſe perhibetur, & virum vltra humanę afflictionis fidem amaſſe creditur. Nam cum nobilium poetarum atque hiſtoricorum laudib⁹ pæædicetur, in hoc vel maxime, q̃ defunctum maritum ſic ſemper amauit, vt viuũ, & miræ magnitudinis extruxit ſepulchrum, in tantum vt vſque hodie omnia ſepulchra precioſa ex nomine eius Mauſolea nuncupentur. Eſt & artemiſia herba ab artemiſia Mauſoli vxore, vel ab Arthemide dea cognominata. Eius duo ſunt genera alteralatioribus foliis, altera tenuioribus, & non niſi in mari timis naſcens. Sunt qui in mediterraneis eodem nomine appellant ſimplici caule, minutis foliis, quã quidam Bothryon, alij ambroſiam vocant, quam Plini⁹ ambroſiam putat, quę in artemiſio morte dicitur abundare, a qua etiam nomẽ ſortita eſt. ð Alij artemiſiam dici putant a diana, quæ græce artheмis dicitur, quę eam inuenit.

¶ Artemiſium, vt Demoſthenes pro Teſiphonte docet, promontorium Eubœæ eſt. Eſt artemiſium lucus eſt prope ariciam Dianę ſacer, quaſi dianum dictum, latini Nemorenſe dixerunt. Vnde & Memorenſis rex dictus eſt ſacerdos illius religionis.

¶ Artemon, onis, pe. pro. Nam græce ἀρτημών dicitur ſiue artemum, quod q̃ quidam malum, quidam velum intelligunt nauis ampliſſimum, quod extenditur, quaſi arrectus remo, vt in actibus apoſtolicis. Artemone leuato ſecũdum auræ flatum tendebant ad littus. ἀρτημών. ἀφ' ἀρτῶ τοῦτ' ἔστι τάνύω καὶ ἐκτανύω, id eſt ex ἀρτῶ, quod eſt extendo. Victru. docet lib. x. artemonem eſſe, quam noſtri throdeani, græci epagunta vocant. Hac autem in nauibus funes ductarij trahuntur, & armenta explicantur, vt merito additamentum magis, q̃ pars nauis eſſe videatur. Ait idẽ ſcriptor machinas id genus tractorias ad onerandas naues eſſe accommodatas, fieriq; his trochleis nauium ſubductiones. Artemon etiam nomen eſt auctoris.

ð Artemona apud Plaut. dicta eſt mulier, quia artizo perficio, q̃ perficeret quę vellet, quoniam dotata mulier.

¶ Artemis ἀρτεμις. Diana dicitur, ſiue luna, quaſi ἀρτιότομος.

¶ Artemite inſula eſt Ortygiæ proxima, quam alij Celadуſam vocant.

¶ Artaxates nomen proprium Xerſis filij, qui longimanus dictus fuit, quoniam manum alteram haberet lõgiorẽ. Hic aiebat beneficium adderelõge magis regale eſſe, q̃ auferre. Fuit & alius Artaxerſes Cyri iunioris frater cognomento Memor. Hic quum pauper quidam malum ingentis magnitudinis ei obtuliſſet, iucunde ſuſcepit, per ſolem inquiens, hic is mihi videtur, quem vrbem quoq; ex parua magnã reddere poſſe exiſtimem.

¶ Artaxata, Armeniæ ciuitas. benam

¶ Arteria latine ſignificat venam vitalem, ſeu ſemitam, in qua eſt vitalis ſpiritus. Gellius. Arteria eſt conceptaculum ſpiritus naturalis miſti confuſique cum ſanguine, in quo pl⁹ ſpiritus eſt & minus ſanguinis. ð quę motu, atque pulſu habitum & motum febrium demonſtrat. Antiqui arterias vocabant pulſus. Super arterias locantur venę, præterquam in dorſo, in quo magna arteria, quę thrachea dicitur, eſt poſita ſuper venam. Arteria, quæ tendit ad pulmonem, eſt illa qua vox halituſque tranſmittitur, vt accipiendi reddendiq; tantummodo ſpiritus officio fungatur, ſicut venę ſanguinis riui. ð Vnde Cicero lib. iij. ad Heren. Lędũtur arterię ſi anteq̃ vox bene permulſa eſt acri labore compellatur, & interuallis longioribus vbi conuenit. Recreatur enim ſpiritu vox, & arterię reticendo acquieſcunt. Itaque arterię ſunt ſemitę ſpiritus, venę autem ſanguinis riui, licet quandoque vena pro arteria dicatur. Perſius. Tange miſer venam, & pone in pectore dextram, nil calet hic, Celſus lib. iij. Si protinus venæ conciderint, & ſæpi⁹ eodem die, ſi inter plures acceſſiones ſub inde ius corporis deeſt.

ð Dicta eſt aũt arteria ἐξ ἀέρος καὶ τηρέω ἀρτηρία γίνεται.

ð Vñ cõſtat penultimam eſſe productam. ð Vñ quidã do-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ctus fecit dactylum in primis tribus syllabis, quam ridicule alij viderint.

¶ Artocrea artocreę, & artocreas artocreæ, masculini generis epulum ex pane & carne. Perſi⁹. Artocreaſq; popello.

¶ Artocopus pe. cor. piſtor ſeu factor panis, ſed pro diſpenſatore, ſiue conſeruatore accipi ſolet, quaſi qui in pane laborat. Nam ἄρτος panis κοπὸς labor.

¶ Artopteſij panes dicti ab artopteſia inſtrumento panibus coquendis in clibano accommodato, cuius meminit Plautus in Aulularia.

¶ Artopritius panis, qui ex fermento duriore conficitur, torretur in artopta. Plin. lib. xviij. Siligineæ farinæ modi⁹. Galli ęq viginti duas libras panis reddit. Italicę duabus tribuſve amplius in artoptitio pane. Nam furnaceis binas adijciunt libras in quocunq; genere.

¶ Artopta a quibuſdam dicitur mulier, quę coquit panem in clibano vel furno, ὠτάω coquo. Plaut⁹ in Aulu. Ego hic artoptā ex proximo vtendam peto. At Iul. Pollux dicit eſſe inſtrumētum artocopi, in quo panes torrebantur. ὃ Alij accipiunt pro vaſe, in quo farina ſubigitur.

¶ Artolaganū pen. corre. genus panis ſiue placente ex ſimila in oleo coctæ in patella. In eo ponit parum vini cum pipere & adipe, vel modico oleo. Eſt enim panis qui habebatur ī de litijs, a laganis nomen habens propter candorem.

ὃ Artotyritæ populi, quib⁹ oblatio eorū hoc nomen dedit Offerebant enim panem & caſeū dicētes a primis hominib⁹ oblationem de fructib⁹ terrę, & ouium fuiſſe celebratas.

¶ Aruica penultima correpta, genus frumenti.

¶ Aruina pe. pro. durum pingue inter cutem & carnem, vt author eſt Ser. Verg. lib. vij. Pars læues clypeos, & lucida ſpicula tergent Aruina pingui.

¶ Arūdo aquaticię frutex omnib⁹ notus. Et quoniā ex arūdinib⁹ fiebant ſagittæ, quandoq; arundo ponitur pro ſagitta. Verg. Percę ilia venit arundo. Hinc arundineus, a, um, qđ eſt ex arundine. Hierony. lib. iiij. Reg. Anſperas in baculo arundineo, atq; confracto Ægypto.

¶ Arundinetum, locus vbi arundines conſitę ſunt, ſicut ſalicetum, oliuetum, & huiuſmodi, vt eſt illud. Fulgebunt iuſti & tanq; ſcintille in arundineto diſcurrent.

¶ Aruſpex. Vide in dictione Haruſpex.

¶ Aruum ab arādo dictum, ager aratus, necdum ſatus, qui tamen ſemēti datur. Sal. Quia Numidæ pabulo pecoris magis, q; aruo ſtudent.

¶ Aruales fratres dicti ſacerdotes, quos Romulus primus inſtituit, ſeque inter illos duodecim fratrem appellauit, vt arua fruges ferrent, eique ſacerdotio Acca Laurentia (quæ poſtea populum Romanum hęredem inſtituit) Romuli nutrix tribuit infulas albas, & ſpiceam coronam pro religioſiſſimo inſigni, quę prima apud Romanos corona fuit, & hic honos non niſi vita finitur, exulesq; & captos comitatur dicti ab auro. Cc.

⁎ Aruiſium Chij inſulę promontoriū. Inde Aruiſa vina.

⁎ Arunca vrbs eſt Italię ab Auſone conſtructa. Inde aruncus, ca, cum. Cc.

⁎ Aruncus villus eſt caprarum mento dependens. Cc.

¶ Arx ab arceo, quia arcet. i. prohibet hoſtes accedere. Eſt enim locus vrbis, vel in monte ſitus natura munitus. Inde etiam ſummitates montium, & cuiuſcunque altitudinis, ex quibus facile poſſunt depelli hoſtes, arces dicuntur. ὃ Vel vt Soli. inquit ab Arcadibus dicta eſt arx, qui munitiſſimos quoſq; colles ſub Euandro tenuerunt. ὃ Huius diminutiuū eſt articula, id eſt parua arx.

A ante S

AS aſſis libra, a Græcis Mna, Mina a noſtris interpoſitione. i. literæ, quæ ex. xcvi. dragmis cōficit, ſiue. xij. vncijs. Vncia vero ab vno dr. Sextās vnciæ duæ q; ſi ſexta pars aſſis. Quadrās vnciæ tres, quarta pars, qui & triunciū dicit. Triens quatuor vncię, tertia pars, quincunx vnciæ q; nq;. Semis vnciæ ſex, dimidium aſſis, ſiue ſelibra, id eſt media pars libræ, quaſi ſemis as. Septunx, vnciæ ſeptem, a ſeptem & vncia. Bes vnciæ octo, dempto triente quaſi des. Dodrans vnciæ nouem, dempto quadrante, quem & nonuncium dicimus. Dextrans vnciæ decem, dictus quaſi aſſi deeſt ſextans. Deunx vncię vndecim, quaſi vnica dempta ex aſſe vncia. Aeris autē minima pars ſextula dicitur, q; ſit ſexta pars vnciæ. Semuncia, q; ſit dimidia pars vnciæ. Silicum dictum eſt, q; ſemunciam ſecet. Et ſciendum q; veteres volentes aliquid diuidere in partes æquales, vt hæreditatem, & quiduis ſimile, id aſſem appellauerunt, & partes vncias. Vnde illud Plinij de luna. Haud dubium eſt lucere dodrantis ſemuncias horarum ab ſecunda abijcientem vſque ad plenum orbē. Vnde etiam habemus. Ex aſſe hęredem fecit, id eſt totius hęreditatis. Suetonius in Cæſa. Nouiſſimo teſtamento tres inſtituit hæredes ſororum nepotes. Octauum ex Dodrante Pinarium, & pedium ex quadrante. Interdum dicitur numm⁹ ὃ Æreus libralis, q; eſſet vnius libræ. Inde dipondius ex duabus libris, & ſeſtertius duarum librarum, & ſemis. ὃ ex ære deductum nomen. Horatius. Quem ſi diminuas vilem redigatur ad aſſem. Similiter Triens, Quadrans. Interdū hę partes aſſis apud poetas accipiuntur, p calicibus a menſura. Propertius. Quum fuerit multis exacta trientibus ora. Mart. Te conuiua leget muſto quincunce. Componitur autem as cum eo, quod eſt tres, vt treſſis. Perſius. Hic dama non eſt treſſis agaſo. Octo, & as, Octuſſis. Hor. Quanti emptę, parui, quāti ergo octuſibus, & ſic per omnes numerō vſq; ad centum, vt centuſſis. Perſius. Et centum Græcos curto centuſſe liceat.

ὃ Aſachæ populi ſunt, vt Plinius lib. vi. ait, in montibus Æthiopiæ, qui abeſſe a mari dicuntur dierum quinq; itinere viuentes elephantorum venatu. De his Plinius libro. viij. Aſachæi vocantur Æthiopes, apud quos maxime naſcuntur dracones.

ὃ Aſiridori nomen regis Aſſiriorum, qui patrem Senacheris occidit. Hic fuit vltimus regum Aſſyriorum.

⁎ Aſaris fluuius eſt Heracleā ōtam alluens. Cc.

⁎ Aſaron nardi ruſtici ſpecies, vt quidam volunt. Cc.

¶ Aſarotum penultima producta, pauimentum picturę arte elaboratum a Græcis inuentum, ſit dictum, quod verri nō debeat. Nam deducitur ab α priuatiua particula, & σαίρω .μ. σαρῶπ. σέσαρκα, verro ſcopo. Scopa quoq; a Græcis ſaros dicitur, καὶ τὸ κάλιυτρον. Solebant quippe purgamenta cœnarum, quę analecta vocantur, in pauimento quoque euerri dum ſubtegulanea pauimenta in vſu erant, poſtea aſorotis inuentis ceſſauit vſus ſcoparum, manibus colligi purgamenta cœperunt, pauimenta vero ſpongijs mūdari. Xenodorus primus claruit in faciendis aſarotis, quæ miro artificio paruulis teſtulis in varios colores tinctis, & imagines pictis ſtrauit. Nam Pergami in aſaroto columbam effecit bibentem, quæ aquam capitis vmbra offuſcabat, alia ſibi eſcam arripente. Papinius lib. Syluarum. Varias vbi picta per artes Gaudet humus, ſuberantq; nouis aſarota figuris.

¶ Asbiſtæ populi Libyæ, apud quos vulgatiſſimum. Ammonis templum inter medias arenas conditum eſt.

¶ Aſbeſtus latine inextinguibilis, & nomen lapidis eſt, qui quum ignem non habeat proprium, alieno tamen ſic ardet, vt non poſſit extingui. Auguſtinus libro. xxi. de ciuitate dei.

Aſbeſton archadiæ lapidem propterea ſic vocari, q; accenſus ſemel iam non poſſit extingui, ἐξ α καὶ σβεννύω γίνεται, ex a, & reſtingo fit.

¶ Aſcalon penultima correpta, ciuitas Paleſtinæ, a qua aſcalonitę homines in ea nati.

¶ Aſcalonia cępę genus, q; in aſcalone plurimum naſcatur. Vide in dictione Cępe. Dicitur & Aſcalonium.

¶ Aſcalabotes latine ſtellio, ſiue tarantula dicitur, q; apud Græcos aſcalos circulus eſt. Stelliones autem circulis, quibuſdam depicti ſunt, & velut lucentibus guttulis in modum ſtellarum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Ascanius, nomen Æneæ filij, quo etiam nomine dictus est lacus in Phrygia, & fluui⁹ ex eo oriens. Ascania ciuitas, quã condidit Ascanius Æneę filius, est & lacus Ascanius. Vnde ipsa regio Ascania, vt scribit Strabo libro. xij. quæ gemina est, altera Phrygię, altera Mysię.

ð Ascanticus, mons Asię.

¶ Ascendo, is, ex ad & scando, sed/d/abijcitur, significat sursum, siue ad aliquid scando. Hinc ascensio, & ascensus ꝓ ascẽdendi actu. ð Vnde ascensionem domini celebramus, qua cœlos ascendit. ð Ascensiones etiam sunt, quę a Græcis Syncatatheses, hæ sunt sine qbus multa comprehendit, & percipi sensibus non possunt, nec memoria quoq;, nec notitię rerũ nec artes sine ascensione constare possunt. Per ascensionẽ em cognita probamus. Ascensiones has siue approbationes voluntarias esse scribit Gellius, fierique hominum arbitratu, quibus visa noscuntur dijudicanturve.

¶ Asclepiades nomẽ historici Cyprij, qui fuit tempore, quo Pygmalion regnabat in oriente, quo etiam tempore scribit esum carnium non fuisse. Alius fuit philosoph⁹ cęcus, quem ferũt (vt Cicero lib. v. Tus. ait) quum quidam quęreret quid ei coxcitas attulisset, respõdisse, vt puero vno esset comitatior Fuit & alius Asclepiades Prusiensis medicus, qui lapsu scalarum interijt. Fuit & alius Asclepiades poeta, a quo carmen asclepiadeum dictum est.

¶ Ascitę Arabes dicti sunt ab vtrib⁹, quos græci ascos vocant, quoniam bubulos, vt Plinius inquit, vtres binos fermentes pyraticam exercent.

⁎ Ascites hydropisis species est. Cc.

⁎ Asclepion herbe genus opopanacis species. Cc.

⁎ Asdetarion mathematicus fuit temporib⁹ Domitiani, q̃ aliqñ dixerat se discerptum iri a canib⁹, eapropter a Domitiano iuss⁹ est interfici, & accuratissime sepeliri, vt vanitas ei⁹ artis redargueretur. Sed repentina tempestate disiecto funere semiustum canes discerpsere. Cc.

ð Ascopera pe. pro. quo vocabulo vs⁹ est. Hie. in li. Judith, capit. x. cum ait. Imposuitq; Abrę suę ascoperam vini, & vas olei, & polentam, & lapates, & panes, & caseum, & profecta est. Significatq; ascopera sacculum pelliceum. Compositumq; nomen grẽce est, ex vtre & sacco. Suidas docet significare marsypium, apud Suetonium in Nerone scribitur. Alterius collo ascopera deligata. Ex quo datur intelligi culeisymbolum fuisse deligatum neronianæ statuę, quoniam matricida fuit.

¶ Ascra vicus Bœotię in aspero & sterili loco, in dextera parte Heliconis, Hesiodi patria. ð De quo idem li. ij. Gel. Ascrãus miserum penes hinc helicona colebat. Hyberno dirũ, triste ęstu, optabile nunquam.

ð De Hesiodo multa scribunt Græci, & quo pacto fuerit interfectus Plutarchus in Symposijs libro quinto.

¶ Ascia cum/c/ post/s/ ab ascindendo, carpentariorum instrumentum est quo fabricæ materiarię dolantur, qd Hiero. dolatoria vocat, a dolando lęuigandoq;.

ð Huius diminutiuum est Asciola.

¶ Ascio, as, ascia cędo. Aug. super Psalm. Et si adhuc nodosum & curuum & corticosum, tamẽ quod doletur, ascietur, deplanetur, & possit venire ad aliquam fabricam vs⁹ humani. ð Hinc fit compositum exascio, as. Vnde exasciatũ opus dicitur a Plauto pro polito perfectoq;.

¶ Asia sine/c/ nomen tertiæ partis orbis, quo ad numerum nam quod ad magnitudinem dimidia reperitur. Est autem duplex asia, maior, & minor, quæ Phrygia & Lycia concluditur. Alij diuidunt eam, vt vnam condudat ab oriente Phrygia & Lycaonia, altera ab oriente determinet armenia minore. ð Sunt qui primam & secũdam Asiæ partem dicant incipere in occidentali littore, quæ vsq; ad paludem Męotidem & amnem Tanaim extenditur, inter mare ponticũ iacens, & Oceanum septentrionalem.

ð Dicta est autem asia ab asia nympha oceani, & Thetyos filia Iapeti cõiuge, ex qua Prometheum ortum ferũt, siue vt quidam vŏlũt ab asio Manei Lydi filio. Ab asia fit asius, a, um, quia vt Prisc. inquit. In multis prouinciarum nominib⁹ similia sunt deriuatiua primitiuis, & appellatiua proprijs, vt Italus proprium est, & gentile. Similiter Danaus, Latinus, Hispanus, Siculus, & Sicanus. Item asian⁹, a, um, asiaticus, a, um, quæ inuicem pro possessiuis proferri possunt. Proprie autem asius & asiaticus possessiua sunt, quamuis & propria inueniantur, vt Scipio asiaticus, qui vicit asiam. Asianus vero gentile. Est & asia nomen paludis in Mysia prope Caystrum fluuium, cuius prima producitur. Vergi. Iam varias pelagi volucres, & quæ asia circum. Aliter corripitur, vt Europa, atq; asia pulsus.

¶ Ascribo, bis, ex ad & scribo, sed/d/abijcitur, significat addungo, vnde ascripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, vt ceteris colonijs adderentur. Item ascripti milites, qui supplendis legionibus ascribebantur, quos etiam accensos dicebant, licet accensi aliud significet, ꝙ ad legionum cẽsum essent ascripti & velatos, quia vestiti inermes sequebãtur exercitum. Et ferentarios, quia de fundis lapidibus præliaturi ea modo ferrẽt, quæ in hostes iacerent. Et rorarios ꝙ id hominum genus anteq̃ acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicarent. Est & ascribere, tribuere, & imputare. Cicero. Neq; enim mihi negligentiam velim ascribas. Sed hoc magis per translationem, quum proprie ascribere sit iuxta scribere.

¶ Ascriptitius, qui ad aliquam rem ascriptus est, vel qui ex numero eorum est, qui se in alterius imperium dediderunt.

ð Ascriptor, qui in exemplum ducit scripta. Cic. in Clod. Deniq; ille nouitius ligur ascriptor & subscriptor tuus.

⁎ Asculum piceni in Italia vrbs. Cc.

¶ Asecreto, vel asecretis, qui est socius secretorum, consiliarius.

ð Asea fons in quem demergitur Erasinus.

ð Asembobiti populi dicti quasi post semboborim insulam de qua Plinius.

¶ Asella potest esse diminutiuum ab asina. ð sicut asellus ab asinus, ð Sed & locus sub brachijs concauus asella vocatur, siue axilla, vnde est illud in sacris. Abscondit piger manum sub asella.

¶ Asion noctuarium genus maximum, quas græci quandoque scopas vocant, aliquando nycticoraces, id est vlulas, & quandoque otos, quasi auritas, quoniam plumeas & eminentes habent aures.

¶ Asilus, penultima producta, græce œstrus a sono vocis, vulgo tabanus dicitur, Verg. Est lucos silaris circa illicibusq; virentem. Plurimus alburnum volitans, cui nomẽ asilo Romanum est, œstrum graij vertere vocantes. Asper acerba sonans, quo tota exterrita syluis. Diffugiunt armẽta. ð Nasci quibusdam bestiolis, quæ in fluuijs supernatant. Vnde circa aquas magna asyloꝝ copia, vbi id genus bestiolarum est.

⁎ Asiortium aranei genus distinctum virgulis albis, cuius ictus genua labefactat. Cc.

¶ Asylum cum/y/ pslo intemeratum templum est consecrationis lege concessum, ab a priuatiua particula, & συλαω rapio, spolio, aufero, violove. Aut sicut exponit Ser. Dicitur asylum, quasi asyron, q̃ inde extrahi nullus posset. Nam in id fugientes tuti erant, nec inde per vim extrahi poterant. Quod prius Athenienses, post Romulus constituxit inter capitolium & palatium in sacro luco, quod Quærcetũ dicitur. Vñ Pedian⁹. Tot⁹ popul⁹ Ro. a principio tres fuerũt trib⁹, Tatiensis vna a Tatio rege. Rãnes altera a Romulo. Luceres altero a Lucumone, siue a luco, quem lucum asyllum vocauerat Romul⁹. De hoc Verg. lib. viij. Hinc lucũ quẽ romul⁹ acer asylũ Rettulit. Scribit Li. li. xxxvi. tẽplũ Apollinis Delij fuisse asylum, aitq; sacra templa a græcis vocari asyla.

¶ Asinus animal notũ, cui⁹ fœminino est asina quod datiuũ & ablm̃ plurales, & in is, & in abus terminat. Hie. lib. i. Reg. De asinis q̃s nudiustertio pdidisti, ne sollicit⁹ sis, quia inuẽrę sunt. Hinc asinin⁹, a, um, quod est asini, vt caro asinina.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

* Asini in arcadia optimi sunt, in Italia reatini. Cc.
¶ Asinarius, a, um, quod ad asinos ptinet, vt mola asinaria.
¶ Asinarius, qui asinos pascit, vel custodit. Cato. Ager quã do instruitur. cccl. iugerum villicum villicã operarios bubulcos tres asinarium.
¶ Asine, es, pen. cor. oppidum achaię. Luca. libro. viij. Quas asine cautes, & quas Chios asperat vndas.
* Asinius viri nomen, ab asino dictus. Cc.
* Asinastre, species ficus. Cc.
ὃ Asomatos. i, sine corpore, & impalpabilis. Sic Origę. somaton appellat id quod solidum & palpabile est.
¶ Asopus vel asopis, pe. pro. fluuius achaię, ab asopo Æginę patre sic dictus.
* Asopia regio fluuio finitima. Cc.
¶ Asotus peo. pro. lasciuus, prodigus, propino, helluo. Mar. Viuis asotos. i. lasciue incontinenter. Asotia popinatio, incõtinentia, luxus. Gel. Cedere equidem vobis debui, vt in tali asotia. i. luxu, prodigalitate, atq; nequitia artium nos' vincetis ἐξ ἀ καὶ σόξω. * ex a & saluo.
* Aspalatus est spina alba in oriẽte magnitudĩe arboris modicæ, flore, rosę, cuius radix vnguentis experitur.
¶ Asper, ra, rum, quod visu, vel gustu, vel tactu, aliove sensu insuaue est. Aug. quid sit asperum his verbis declarat. Asperum discrepantia coniunctarum partium facit. Asperitatẽ namq; nõ gignit, nisi inequalitas partium, vt sit lõgior vna altera inferior. Lene illud proprie videtur ostẽdere, in quo positio partium ita apte patiliterq; digesta est, vt nulla earũ mẽsura vlterius emineat. Transfertur & ad alia, quæ dura sunt. Teren. Asperum pater hoc est aliud sodes para. Vnde & p nocente quandoq; capitur. Verg. Asper acerua tuens. Et p iniquo. Idem. Quin aspera Iuno. Cicero in Lælio. Monere & moneri proprium est verę amicitiæ, & alterum libere facere non aspere, alterum libenter accipere non repugnanter. Huius diminutiuum est asperulus.
¶ Asper nummus videtur dici ab eo, q; in asperitatem, cui signatusq; est Persius. Quid asper vtile nummus habet. Suetonius in Nerone. Exegitq; ingẽti fastidio, & acerbitate nũmum asperum.
¶ Aspero, as, asperum facio. Col. lib. ix. Iunctis parieti modicis asserculis, qui paulum formatis gradibus asperantur, ne sint volantibus lubrici. Verg. pro coagulum, siue durum facio posuit, lib. iij. Et glacialis hyems aquilonibus asperat vndas. Hinc cõponit exaspero, qd est valde asperũ facio. Hier. ad Helio. Mollem ocio manum durus exasperat capulus. Per translationem. Quint. Rem verbis exasperauit.
¶ Asparagus pe. cor. qd ex asperis virgultis legatur. Mart. Mollis in equorea quæ creuit spina Rauenna, Non erit incultis gratior asparagis. Sunt qui non ab asperitate, sed a lingua chaldæa deducant, quia chaldæi asparagos appellant herbam, quę crescit in virgulta & in caulem. Huius duo sunt genera, hortense & syluestre. Sed incultum gratius est.
¶ Aspergo, is, si, sum, ex ad & spargo, quasi ad aliquid spargo, vel aliquantum madefacio. Plau. in epi. Ah guttula pectus mihi ardens asperfisti. Verg. lib. iij. Georg. Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbræ pestis acerba boum, pecoriq; aspergere virus. * Inde aspergimen.
¶ Aspergo, inis, tam masculi q; fœ. generis, gutta terræ cruore permista. Sta. lib. vij. Diraq; aspergine latos mutat agros. Amb. Et cautes niuea rorant aspergine.
¶ Aspergillum instrumentum, quo nos aquis sacris aspergere solemus.
¶ Aspernor, aris, ab aspergo fit, significatq; recuso, auerto, non ignosco, fastidio.
¶ Aspernabilis, qui est dignus vt aspernetur. Gel. Nõnũq; apud meipsum soleo res eiusmodi paruas quidẽ, minutasq; & hominibus non bene eruditis aspernabiles.
ὃ Aspalatus, genus fruticis est apud Plin. lib. xvi.
¶ Asphaltum latine dici potest tutamẽ a verbo ἀσφαλίζω quod est tueor. Quo noĩe dict9 est lacus Syriæ ĩ ꝓuincia, quę hactenus pentapolis dicta fuit, sic dictus, quia nihil viuum in eo submergitur, vñ mortnũ mare ab historicis noĩatur. Asphaltum etiam bitumen dicitur. ὃ Hinc asphaltites lacus Iudeæ dictus, qui nihil gignit. Ex asphalto & sulphure fit venenum quo, vt ait Gale. Medea vsa est ad vlciscẽdã Pollicem.
* Aspelia vnum ex Cypri insulę nominibus. Cc.
¶ Aspicio, is, ex ad & specio/e/in/i/ mutata, quamuis Pris. aspicio cõpositũ vs9 dicat Varro enim habet, spectare dictũ ab antiquo, quo etiam Aennius est. Vos epulo postquam spexit, & qd in auspicijs distributum est, qui habent spectionem quam non habebant, & quod in augurijs, etiam nunc augures dicuntur aues specere. Consuetudoque cum præpositio verbis coniuncta fuit, etiam seruat, vt aspicio, conspicio, despicio, respicio, sic alia, in quo specto, quod spectare volo. Hinc specula & speculum, quod in eo specimus imaginem. Festus quoque ait auspicium ab aue specienda. Nam quod nos cum præpositione dicimus aspicio, apud veteres dicebatur specio, quod naturaliter spexi spectum facit, quod spicio facere non potest, a cuius supino legitime ex analogia specto frequentatiuum formatur. Vnde exspecto & respecto, & alia huiusmodi fũt cõposita. Præterea deriuata nomina specula, speculum & specimen non solum specio significationem præ se ferunt, sed etiam analogiam eius seruant, naturamque ipsius specimen redolet, vt apud Plautum in Casi. ostenditur. Nunc amici an inimici sis imago Alcesime mihi sciam, nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur. Spicus vero spica, spiculum, & specile, quamuis cum spicio quandam similitudinem habeant, non tamen significationem, si pro video sumitur gerunt, nec vllo pacto attingunt. Miror igitur cur Priscianus aliter censerit, præsertim cum in denominatiuis dixerit. A simplici quod in vsu non est specio specis, speculum pro speciculum per syncopam ci. euphonię causa. Et paulo infra. Aspecio, aspecis, vel a specie specimen. Est autem aspicere ad aliquid oculos intendere. Plautus in Asi. Si quem alium aspexerit cæca continuo fiet.
¶ Aspecto aspectas, sæpe aut fixe aliquem intueor. Plautus in Amphitriõe. Cœlum aspectat obseruabo, quam rem agat.
¶ Aspectus, us, sumitur pro visu & intuitu, cuiuscunq; animalis, vt horridus aspectu, id est visu horribilis, & qui effigiem habet horridam. Transfertur etiam ad inanimata. Pli. Prerupta rupes, & aspectu horrida.
¶ Aspiro aspiras, penultima producta, ex ad, & spiro, sed /d/ abijcitur. Et proprie aspirare significat afflare. Vergilius. Aspirant aurę in noctem. Per translationem sumitur pro olere. Ambrosius super Lucam. Bonum odorem sanctificationis aspirant. Interdum pro auxilium præbere, fauere. Vergilius Aspirat primo fortuna labori. Tractum a nauigantibus, quibus spirantes aurę fauent. Interdum pro incumbere, & quasi toto spiritu intentum esse, vt Scipio aspirat ad consulatum. Interdum pro iungere, iuxta accedere, seu proprie tangere. Gellius libro primo. Ad horum autem synceritatẽ, veritatemque verborum, an aspirauerit, Cęcilius consyderemus. Idem libro. xij. Atq; ad comitum aspirare posse neminem dicent. Cicero Treba. Vltro etiam accersitum ab eo ad quem cæteri non propter eius superbiam, sed propter occupationem aspirare non possunt. Idem nunquam aspirauit ad curiam. Est quando significat inuadere, seu quasi ad aliquem ire, sed sine ad, vt de diuo Vincentio legitur, cum apud Cęsaraugustanam ciuitatem Datiano cuidam præsidi sęuienti in Christianos rabies aspirasset, & Cæ. Cice. Aliter nũquam (inquit) aspirant ad curiam.
ὃ Quandoq; pro tribuere, concedere. Quinti. in prolo. li. iiij. Vt quantum nobis expectationis adierit, tamen ingenij aspiret, dexterq; ac volens adsit.
* Aspilates, gemma est argentei coloris. Cc.
¶ Aspis, idis, serpens paruus, qui veneno suo, quæq; viuentia concite occidit, oua gignit, ex quibus filij procreantur. Sunt autem plures aspidum species, dispareſque effectus ad

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nocendū, vt ſcribit Solinus. Appellaturq; ſomniculoſa aſpis q; ſomnum letiferum percuſſis immittat. Eſt & nomen inſulæ prope Cyclades. Sunt & aliæ hoc noīe in Lycia, & Caria Eſt & nomen vrbis, quæ a latinis Clypea dicitur. Sir. In clypei ſpeciem curuatis turribus aſpis. Stra. Coſura inſula eſt ante aſpidē ſita Carthaginenſem vrbem, quam Clypeā vocāt. ¶ Aſpidiſcas dicit Augu. in veſte ſacerdotali. q.d. vtrum ſentulas, quæ a ſcuto latine appellantur, quia & grēci ſcutū aſpida appellant. An vero aſpidiſcas propter diligentem colligātia dicit ab aſpide ſerpente, ſicut etiam murenæ appellantur, incertum eſt.

¶ Aſportare, quaſi hinc alio portare. Cuius contrariū eſt importare, quod eſt aliunde huc portare.

¶ Aſſa, nomen regis Iudęorum, qui nonnullas vrbes in Iudæa condidit.

¶ Aſſaradon, vltimus Aſſyriorum rex, & Senacherib filius.

¶ Aſſaracus Trois filius fuit. ¶ auus Anchiſę, & pater Capis. Verg. Aſſaraci proles.

* Aſſarū ſylueſtre nardum appellauere nonnulli, eſt aūt hędere foliis rotundioribus tantum mollioribuſq; flore purpureo, radice Gallici nardi ſimile acinoſum, ſaporis callidi ac vinoſi, montibus in vmbroſis locis bis in anno florens. Cc.

¶ Aſſarius, numnus ſiue genus ponderis. Ioſephus lib. iij. Aræ dei aſſarium offerūt & vnam drachmam. Idem. Quatuor drachmis venderetur aſſarius.

¶ Aſſecla ab aſſequendo nomen deductum, & ſignificat eū qui dīm ſequitur, & qui omnibus imperijs dominorū adeſt, hoc eſt præſto eſt, vel qui iuxta voluntatem alterius quid ſequitur. Liui. lib. v. Et eo deuolui rem, vt aut patricij, aut patriciorum aſſeclæ habēdi tribunipleb. ſint. Hie. Seruus paternus & alumnus & formoſ' aſſecla, & procurator calamiſtratus honorandus eſt.

¶ Aſſector comitatum prędo. Vide in dictione deduco.

¶ Aſſequor pe. cor. ꝓprie ſignifi. iuxta ſequor. Liui. xxxvij. Tantum moratus dū Eumenes cum claſſe aſſequeretur Samum petere intendit. Vide in dictione Reuolo auctoritatem. Ci. Quandoq; ponit pro acquiro, obtineo, vt hic aſſecutus eſt maxīas dignitates. Qīnq; ꝓ æquo ſiue attingo. Cic. nullā partem videar tuorum meritorum aſſecutus.

¶ Aſſentio, tis, ſi, ſum, conſentio, cuius ſignificatiōis eſt, & aſſentior. Lactan. Cui opinioni poeta noſter aſſenſit. Cice. lib. de rep. In quibus aſſentior ſollicitam & periculoſam iuſticiam non eſſe ſapientis. Hinc aſſenſus pro conſenſu. ¶ Aug. Quæ ſingulari tuo aſſenſu mundo ſuccurriſti perdito.

¶ Aſſenſor, qui alicui aſſentit. Cicero Torcinio. Quotidie commemorabam te vnum in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem.

¶ Aſſentor aſſentaris, ſignificat inſidioſe & conciliandę alicuius vtilitatis gratia effuſius, & plęrumq; falſo quempiam laudo. ¶ Et proprie aſſentamur voce, adulamur geſtu, blandimur tactu.

¶ Aſſero, is, pen. cor. aſſeui, aſſitum, iuxta ſemino, vel iuxta planto. Cato de re ruſt. Arbores facito, vti bene maturatæ ſint viteſq; vti ſatis multæ aſſerantur, & ſic vbi opus erit de arbore deijcientur.

¶ Aſſero, is, aſſerui, aſſertū, ſignificat affirmo, approbo. Hiero. ad Damaſ. Primū em aſſerūt ei' fuiſſe peccatū, q; non recte diuiſerit. Interdum ſigni, appropriо, attraho, vendico. Liuius lib. iij. M. Claudio clienti negotiū dedit, vt virginem in ſeruitutē aſſereret. Idē ibi. Cū repelleret aſſertor virgis a glōbo multor. Vbi aſſertor ſignificat illū clientem decēuiri, q; virginiam aſſerere volebat in ſeruiturem. Aſſerere manum veteres dicebant comprēdere cū eā prendebāt ī libertatem Hinc aſſerere etiam pro tueri ac liberare, ſeu in libertatē reſtituere accipitur. Plin. Marco ſuo commendabat memoriam ſuam, orabatq; vt ſe ab iniuria obliuionis aſſereret. Et aſſertor defenſor, & qui in libertatem vēdicat, ſeu reſtituit. Mar. Aſſertor venias ſatiſq; præſtes. Quēadmodū deſertor, qui patriam īdefenſam reliquit, & quaſi proditor eſt. Idem. Qui loquitur Curios, aſſertoreſq; Camillos.

* Aſſertio, affirmatio. Cc.

¶ Aſſeres, tabulæ ſectiles dicti ſunt ab aſſidendo, q; admoueantur, hęreantq; parietibus trabibuſq;. Huius nominatiuus ſingularis eſt aſſis aſſeris, ſicut puluis pulueris. Plin. Verniſq; aſſeribuſq; contabulare pauimenta oportet. Hinc aſſo aſſas, de quo infra. Palladius fœmi. genere vſus eſt, cum ait. Aſſeres quęrnę cum eſculeis non miſceantur. Aſſerum ſtructuram coaſſatinoem vocamus, & a tabulis tabulationem. Interdum aſſeres accipiuntur pro lignis, quibus vtebātur lecticarij. Sueto. in Cali. Ad primum tumultum lecticarij cum aſſeribus accurrerunt. Huius diminutiuū Aſſerculi, de quo exemplum habes in dictione aſpero, as. Dicitur & aſſis, is, ꝑ eodem. Vnde & dimi. aſſiculus. Col. lib. vij. Aſſib' roboreis cōpingitur ſolū, nec exire alia parte prohibētib' aduerſis aſſiculis. Varro. Aut ex aſſibus dentatis cum orbiculis quod vocant ploſtenum pœnicum in eo quis ſedet vt agitet quæ trahant iumenta. Hinc fit aſſula diminutiuum.

¶ Aſſeuero, as, a ſeuerus deducitur. Et eſt aſſeuerare proprie inter ipſa argumenta, probationeſq; vim animi motumque quaſi quandam ſeueritatem admiſcere. Quin. Altera ex aſſeueratione probatio eſt. Ego hoc feci, tu mihi hoc dixiſti. Aliquando ponitur pro ſimpliciter affirmare.

* Aſſeruo. Vide in dictione Seruo.

¶ Aſcio, perfecte ſcio, affirmo, vel attribuo, vt apud Colu. Vide in dictione Aſciſco.

¶ Aſciſco, is, iui, itum. Ab aſcio, & accuſatiuū poſt datiuum ſemper ferme poſtulat pro aſſumo, arrogo, attribuo. Quint. lib. viij. Quo in gñe idē p̄cipue cuſtodiēdū, ne id qđ' ſimilitudinis gratia aſciuimus, aut obſcurū ſit, aut ignotū. Lact. lib. iij. Et illos qui temere ſapientiū ſibi nomen aſciuerant, erroris, ſtultitięq; dānarūt. Aliqū aſciſcere eſt aggregare, admittere. Liui. lib. i. Ne quid diuini iuri patrios ritus negligendo, peregrinoſq; aſciſcendo turbaretur. Cic. pro Archia. Quod ſi mihi a vobis tribui, cōcedięq; ſentiam, perficiā profecto, vt Aulum Licinīū nō modo nō ſegregādū eū ſit ciuis a numero ciuium, verumetiam ſi non eſſet putetis aſciſcendum fuiſſe. Huic contrarium eſt deſciſco, quod cū ablatiuo ſemper cōſtruitur cūa, vel ab. Et vltra ablatiuū aliqñ habet accuſatiuum mediante ad. Et diſſentio ſiue recedo, & ab imperio ductuq; alterius ſubtraho, rebello, deficio ve ſignificat. Liui. liij. p̄neſte a latinis ad Romanos deſciuit, id eſt rebellauit. Pro diſſentio, Gel. poſuit eam rem Cęcilium aon inconſyderate dixiſſe, neq; temere a Menandro, atq; a multorum opinionibus deſciuiſſe. Pro recedo. Lactantius libro. iij. Deſciuerunt a te, & abiecerunt legem tuam.

¶ Aſſido, is, & aſſideo, es, ambo habent pe. corre. Amboq; actiua & aſſedi aſſeſſum faciunt, quorum etiam reliqua tempora ſic ſimilia ſunt, vt non facile dignoſcantur, ſicut in imperatiuo cum vtrūq; aſſide faciat. Differunt tamen inter ſe, q; aſſido ſit quaſi aſſiſto. Aſſideo quaſi aſto. Aſſido ſemp cum motu eſt, & de loco ad locū qñq; tendit, vt in quiete ſit, vt ſi quis eat, vt ſedeat, moretur, hęreat, quieſcat, ſiue ſtet apud aliquid. Aliquando etiam cum paruo motu, vt cum quis in pedes erectus eſt, ſi ſe ſeſſum apud aliquem ponat hunc aſſidere tertiæ coniugationis dicimus. De loco ad locum. Terentius in Heauton. exemplum ponit, vbi Nenedemus propter filij abitum anxius Chremeti ait. Domum reuertor mœſtus animo perturbato, atque incerto præ ægritudine aſſido, accurrunt ſerui ſoccos detrahunt. De ſtantibus vero in pedes. Saluſtius de Cicerone in ſenatu orationem cum habuiſſet, inquit. Sed vbi ille aſſedit. Catilina vt erat paratus ad diſſimulāda omnia, demiſſo vultu, voce ſupplici poſtulare a patribus, ne quid de ſe temere crederent. Cicero in fragmento Academicorum. Et ſimul aſſidamus inquam ſi videt, ſane iſtud quidē īquit, ſum enim admodū infirmus. Aſſideo autem quaſi iuxta ſedeo ſine motu, & ī loco ſempere eſt aut hęrens aut ſedens apud aliqđ. Hiero. ad Augu. Dum em languenti multo tempore aſſidemus. Cic. pro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Planco. Huic assident, pro hoc laborant. Plau. in Ru. Vt fortunati sunt fabri ferrarij, qui apud carbones assident. De his duobus asside in imperatiuo faciẽtibus hoc erit exemplum Duo hic sumus. Ego sedeo & dico Platoni non sedenti. Assi de. Tum ab assido est. At si ambo sedemus, & Plato assurgere cupiam velit, nolimque ego vt assurgat, dicamq; ei. Assi de. Tunc ab assideo fit. Et licet sedeo neutrum sit, assideo tamen est actiuũ secundum Prisci. Nam assideor facit passiuũ. Sallu. lib. iij. Histo. Amissumque assidere sine prælio audiebat. Verum Cicero & Hieronymus, cum datiuo iunxere, sicut modo monstratũ est. Similiter Plinius libro. xxxiij. Nos vidimus Agrippinam Claudij principis edente eo naualis prælij spectaculum assidente ei indutam paludamento auro textili sine alia materia. Assido etiam tertiæ coniugationis. Sal. in Iug. cum accusatiuo iunxit. Sed Hiempsal. qui minimẽ ex illis erat natura ferox etiam antea ignobilitatem Iugurthę despiciens atherbalem dextra assedit, ne medius ex tribus, quod apud numidas honori ducitur Iugurtha foret. Videtur q; assedit significet iuxta se sedere fecit. Sed alio modo actiue capitur, sicut si dicamus. Hiempsal. atherbalem dextra adijt, ita Hiempsal atherbalem dextra assedit dictum est quod ita soluendo daresit. Hiempsal ad atherbalem, id est iuxta atherbalem dextra sedit. Sic etiam fit in illo Sal. exemplo. Assideri sine prælio audiebat. i. iuxta oppidum amissum sederi audiebat. Hoc etiam ostendit in obsideo & circũsideo si soluantur, vt obsideo pontem, significat sedeo, siue sto circum pontem. Inobsido, quoq;, & circũsido fit secũdum vim præpositionum, vt supra dictum est in Sal. Oppidum circũsedit. i. sedit circum oppidum. Sed quia sido actiuum, sedeo vero neutrum, ideo inter ea quę a sido, & ea quę a sedeo componuntur, q̃uis in significatione differant, hoc etiam interest q; in his quę a sido componuntur, si præpositionis eorũ solutio fiat omnino constructio remanebit actiua, quia tunc sido accusatiuum in se inclusum gerit subaudiendum per trãslationem reciprocam, quod non fit in compositis, a sedeo etiam si actiua erant, vt est assideo obsideo. Q; si prepositionem soluamus Amissum oppidum assideri audiebat, erit sederi iuxta amissum oppidum. Hic nullus accusatiuus inclusus subaudiendus exigitur, quia sedeo neutrum est, & iuxta vim prepositionis adiungitur, & quiescit. In assido si soluatur præpositio alius accusatiuus exposcitur, quoniam assido actiuo componitur vt Hiempsal. dextra atherbalem assedit id est iuxta atherbalem dextra se sessum locauit, vel dextra iuxta atherbalem se statuit.

¶ Assẽstrix fœ. verbale ab assessor, quæ iuxta sedet, vt Da mihi sedium tuarum assẽstricem sapientiam. ♁ Nam verbalia fœminina si formentur a supinis in sum desinentibus assumunt /t/ eum alia sine /t/ formentur, vt lectũ lectrix, amatũ amatrix, cursum vero cursrix, esum esrix nemo dixit, sed longitur /t/ vt expultrix, tonstrix, assẽstrix.

♁ Assideo, es, pe. co. vide in assido. Assessor nomen verbale ab assideo, cuius officium est assidere prælidi, atq; consulere in causis, cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis.

¶ Assiduus ab assideo iugis cõtinuus, q; in ea re quã qs frequenter agit consedisse videatur. Vide assiduitas diligentia & econtrario Resides dicunt segnes & ociosi. Aliqñ assiduus dicitur frequens, & assidue frequenter. Vergi. Assidue veniebat. Assidui etiam dicebantur, qui locupletes erant, & facile cum id reipus postulabat munera populo prestabant. ♁ Cic. in Top. Lex Elia iubet vindicem assiduum esse. ♁ Et assidu⁹ qui aliquid suo, i. sua pecunia & sine stipendio militabat. Et tunc ab asse, id est ære dando deducitur.

¶ Assidebãt mẽse ad aquas sedẽtes flamines sacra faciebant.

⁂ Assigno. Vide in dictione Signo.

¶ Assilio, is, pen. cor. ex ad & salio significans inuado, aggredior. Ouid. lib. xi. Met. Cum sæpe assiluit defensæ mœnibus vrbis. Et assilire dicitur de animalibus maribus cũ fœminas ineunt Col. lib. vj. Nam nisi prius ea marem conciuit assilientem admissarium calcibus proturbat.

¶ Assisto, is, ♁ Aliquãdo significat patrocinari, quod prisci adesse & superesse dicebãt. Sic em̃ eleganter dicimus, tibi adsum, & tibi supersum, pro eo quod est aduocatus sum, causamq; tuam defendo. Reliqua vide in dictione Sisto.

⁂ Assipõdium vnum pondo, q; id erat libręq; pondus. Cc.

¶ Assis, is, tabula sectilis. Plin. verniscq; assibus contabulare pauimenta oportet. Vide supra in dictione asseres.

⁂ Assisia apud Milesios Pallas vocabatur. Cc.

¶ Asso, as, tabulo a quo coasso, p cõtabulo. Vict. Cũ assatũ fuerit sup altera coassatio struat, clauisq; fixa duplicẽ p̃beat cõtignationi loricationẽ. Pli. Necessariũ binas p diuersas coassationes susterni capita eorũ p̃figi clauis ne torqueãt. Est & asso, as, pro torreo, a quo assatus, vt de diuo Lauren. Assatus sum iam versa & manduca. Plaut. tamen in Mus. Assus dixit. Ne faxis. Nam elixus esse, q̃ assus soleo suauior.

⁂ Assoleo. Vide in Soleo.

♁ Assono, as, penultima correpta. Vide in Sono.

⁂ Asotiam quidam pro incontinentia & luxu vsurpãt. Gellius. Cedere equidem vobis debui vt in tali asotia, i. luxu, prodigalitate, atq; nequitia artium nos vinceretis, ἀσωτδσ em̃ græci dissolutos, & incontinentes dicebant, quo verbo Cice. quoq; & plærique alij ex latinis vsi sunt. Martia. Viuis asotos, hoc est lasciue incontinenter & dissolute. Cc.

♁ De hoc etiam supra in dictione Asotus.

¶ Assus, a, um, qttod est torrefactũ, ♁ quod igni assuefecit. Sudando enim assum distillat calorẽ. Vel dicitur assum, quasi solum quemadmodum merum solum dicimus, qm̃ i opsonijs, siue pigmento saporis alieni asse carnes inferebant. Vnde etiam assa vox dicta ore prolata sesicq; Nonius ait, non admistis alijs muscis cõcentibus. Var. In conuiuijs pueri modesti, vt cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, & assa voce & cum tibicine. Cato. de liberis educãdis. Melos autem in cantib⁹ est bipertitum. Vnum est qd est in assa voce, alterum quod vocant organicum. Festi. interpretatur assa cantum tibiarum.

¶ Assula diminuti. ab assis, tabella, a quo fit aduerbiũ assulatim, quod est minutatim. Plau. Priusq; pulsando exitiũ foribus assulatim dabo. Idem in Mene. Faciam quod iubes securim capiam ancipitem, atq; hũc senem exossem nisi de dolabo assulatim viscera.

¶ Asula per simplex /s/ oppidum in agro Brixiano.

♁ Assę dicuntur sicci lapides. Et assæ tibię, quibus canitur, sine chori voce.

¶ Assatura frustrum carnis assæ. Hie. lib. ij. Reg. Partitus est vniuersæ multitudini assaturam bubulę carnis. ♁ Flauiꝰ vopiscus scribit Aurelianum imperatorem conuiuium de assaturis maxime dedisse.

¶ Assuetus vsitatus ab assuesco, cis.

⁂ Assuefacio. Vide in Suefacio.

⁂ Assuetudo, consuetudo. Cc.

⁂ Assuo. Vide Suo.

¶ Assumo, is, pe. produ. modo significat accipio. Cice. Neq; id onus inuitꝰ assumpsit, modo nimiũ tribuo. Idẽ. Si id mihi assumo videor id mihi meo iure quodammodo vendicare.

¶ Assur, Iudeæ ciuitas, quam ædificauit Salomon. Quo nomine dictus est filius Sem.

¶ Assuerus sicut testatur Iosephus fuit Cyrus Xersis filius, qui post Darium patruum persidis rexit imperium. Hũc Cyrum dixit Artaxersem apud græcos vocari, qui longimanꝰ cognominatus, regnauit quadraginta annis.

¶ Assos, ciuitas Troadis arte & natura munita. De qua est illud Stratonici dictũ. Qui celeri passu Assum uit, mortis periculum adit. ♁ In ea erat lapis, qui scindebatur. Plinꝰ in asso Troadis sarcophagꝰ lapis fissili vena scinditur. ♁ Ex asso fuit Cleantes philosphus Stoicus, qui zenoni successit.

♁ Altera fuit assos misię, vt inquit Stephanus. Alia in Lycia in sublimi loco. Alia in Epiro ignobilis.

♁ Assus, sia, sium, possessiuum, vt lapis assius, qui perperam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

thassius apud Plinium legitur.
ð Asos per simplex /s/ ciuitas Cretæ, vbi vetustissimum Iouis templum fuit.
¶ Assyria, regio Asiæ maioris, quę nunc Syria dicit, habens ab ortu Indiam, ab occasu Tygrim fluuium, a meridie Mediam, a septentrione Caucasum. Vnde assyrij, qui postea syrij syri. Hanc Porphyrio & Acrō volunt prius dictam Syriā, posteaqua addita syllaba assyriā vocitatā, alij quadriptritā faciunt diuisionem in Syrios Assyrios leucosyrios & cęlesyrios. Plinius duplicem Syriam assignat. Vnam palęstinā, alteram antiochiam. Dicta est autem assyria, vt docet Augu. lib. xv. de ciui. dei. ab Assur filio Sem.
¶ Ast cōiūctio ponit modo ꝑ sed, modo ꝑ atq;, modo pro ergo, modo pro tam, modo pro tum, modo pro cum.
¶ Asta ciuitas æstuaria inter sacrū promontorium, & Herculeas columnas. Et asta in liguria vrbs non longe a Notaria distans. De hac Claudianus. Nec plus pollentia reb⁹. Cōtulit ausonijs, aut mœnia vindicis astæ. Meminit & Plin. lib. xxxv. Cum aspiratione vero aliud significat.
ð Astarcte syriorum numē erat, sed non aliud q̄ veneris forasse, quam sacrę literę astarcten sydoniorum deam vocant. Cui Salomon rex vni pellicum suarum obsequi volens alta ria condidit,
ð Astonij, indię populi sine ore, āhelitū tm̄ viuētes, & odore
* Astacus, cancri genus. Cc.
* Astabores, vnum ex nili alueorum cognominibus, lęui alueo scilicet, hoc est ramus aquę venientis e tenebris. Cc.
* Astusapes alueo dextra quod latētē significat nominatur Nilus, vbi se aquis oīb⁹ auxit, vocatur & astapus ꝙ Æthiopas medios secat sua lingua astapias vocitatos, astapus enim significat aquam e tenebris profluentem. Cc.
* Astaphis agria, siue staphis, vitis est cauliculis nigris rectis, foliis labruscę, fert folliculos verius, q̄ acinos virides similes ciceri, i his nucleum triangulum, maturescit cum vindemia. Cc.
ð Astu, ge. neu. vt cornu pro ciuitate atheniēsi, quā ἄστυ vocabant, sed a latinis mutatur /y/in/u. Et fit astu, vt inqt Pris. Teren. in Eu. An in astu venit? Probus Emilius in alcibiade. Postq̄ astu venit concione aduocata verba sic fecit. Hic astu tię astus, astuti, quoniam qui in vrbibus degunt, callidiores sunt ī agro degentibus. Interdum astu aduerbialiter ꝑ astu ponitur. Teren. in Eu. Quod si astu rem tractauit dij nostram fidē q̄tā, & q̄ veram laudem capiet ꝓmeno. Apul. nomē posuit, cum ait. Vlyssi astu deserta sunt, astutus, ab astu vrbe cautus dicitur, in qua, qui assidue versati sunt, cauti fiūt, vel astutus, quasi tutus, ab arte, vt inquit Festus.
* Dicitur & astus. Cc.
¶ Asturia, ciuitas Hispanię, ī qua asturcones equi gignunt.
¶ Asturcones equi ab asturia oppido Hispaniæ ita appellati, quib⁹ nō vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterna crurum explicatu glomeratio est. Pli. li. lib. vij. In alturia Hispanię gignere Teldones vocatos equini gñis, qui quoties minori forma sunt asturcones dīr. Sylius. His paruus sonipes neq; matri notus ad idem, aut incōcusso glomerat vestigia dorso, aut molli pacata celer trahit essęda colo. ð Talem gressum græci εὐθρομον vocant, a bonitate cursus, latini dicūt tollutarios equos a tollendis pedibus & glome. ab aliquib⁹ etiam stura dicitur. Vnde Festus Stura flumen in agro laurēti est, quod quidam asturam vocant.
¶ Astura, flumen & oppidum maritimum in Latio. Pli. lib. vi. Antium, inquit Colonia flumen Astura & insula, Et lib. xxxij. Tenuit & nostra memoria nauim Caij principis ab astura Antium nauigantis.
* Astur, quod ab asturia est. Mar. de asturconib⁹. Hic breuis ad numerum rapidos, qui colligit vngues. Venit ab armiferis gentibus astur equus.
¶ Astaroth, antiqua ciuitas Og regis basan, in qua habitauerunt gygantes, & postea cecidit in sortem tribus Manasses regionis Bethaniæ. Sunt autem duo castella in Bethania hoc vocabulo nouem inter se milibus separata inter Adarā & Abellam vrbes.
¶ Astages, nomen proprium fluuij in mare defluentis.
¶ Astaphis pe. cor. vua passa dicitur ἀσταφὶς græce.
ð Astigi, ciuitas Bethycę, a quo astigitanus ager.
ð Astarte apud assyrios dicta est Iuno. Aug.
¶ Asteismos latine vrbanitas, & est tropus multiplex numerosq; virtutis. Nam asteismos putat quicquid rusticæ simplicitate caret, ꝙ faceta satis vrbanitate exponitur, vt apud Vergi. Qui bauium non odit, amet tua carmina Mæui. i. ꝑ pœna ei contingat, vt diligat Męuium peiorem poetā. Atq; idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. i. faciat ea q̄ contra naturam sunt. Nam ἀστεί῾ vrban⁹ ἀστείζομαι vrban⁹ sum.
¶ Aster, stella vna. Astrum latine sydus, quod cōstat ex pluribus stellis, quæ aliquod signū componant, vt Gemini, Libra, & huiusmodi. Dictum astrum ab ἀστράπτω, quod est fulgeo. Est & aster nomen ciuitatis. Sciendum ꝙ in aster, rum, terminata nomina imitatiua sunt, vt parasitaster, qui imitatur parasitū. Philosophaster, qui est philosophorū imitator. Cice. Omnino solet esse fuluiaster. Surdaster diminu. est qui est aliquantulum surdus. Similiter recaluaster, qui nō est toto capite caluus, sed sola fronte. Catulaster, non paruum catulum significat, sed ipsum catulum. Pullastra nō paruam pullam, sed paruam gallinam. Pullaster non paruum pullū, sed ipsum pullum. Filiaster, quo quidam vtuntur pro priuigno, non paruum filium, sed qui eum imitatur, sic filiastra. Oleaster, pinaster, menthastrum. Siliquastrum, ꝙ sylueстria sint oleam, pinum, mentham, siliquamq; imitantia.
¶ Astericus, seu asteriscus diminu. ab aster signū est ad paruę stellæ similitudinem, quo vtimur cum aliquid in scribendo omissum est. Hiero. Qui editioni antiquę Theodotionis miscuit asterico & obelo.
* Astrophe, vna ex Pleiadibus. Cc.
¶ Astrale, quod ad astra pertinet. Vnde astralia fata dicta sunt ab August. lib. v. ciui. Dei.
¶ Astrolabium instrumentum, ex quo astrorum mor⁹ colliguntur ἐξ τῶν ἄστρων καὶ λαμβάνω. * .i. ex astris & fumo.
¶ Astronomia cum accentu in penultima, astrorum regula, νόμ῾ latine, & lex, & regula.
¶ Astrologia cū accentu in pe. astrōq; sermo, vel ratio astrologia de cursu astrorum loquitur. Astronomia de iudicijs ad vitam, fortunamq; pertinentibus. Hinc astrologi & astronomi, qui astrorum scientiam profitentur.
¶ Astragalus pen. cor. latine talus ludus, & pedis siue iuguli coniunctura, vt est apud Homerum lib. x. ody. qui scribit El penora lapsu scalarum exanimatum esse cum fregissel astragalon, id est iuguli coniuncturam, tī Apollon⁹ in argonauticis ponit ꝑ ludo q̄ vulgariter dī zoni. i. in lib. iij. pagina. iij.
ð Suidas ait esse spondyllion τουτραχηλον, quinetiā in ædificijs colūnarū ponit a Vict. quū ait. Astragali faciendi sunt octauæ partis. Inter herbas a Plin. Sunt & astragali tali, qui taxillorum gerunt effigiem, qui homini negantur esse.
¶ Astragalizo, as, talis ludo, & astragalizontes a Pli. dicuntur talis ludentes.
¶ Asteria, æ, & asterię, es, nomen Latonæ sororis propriū.
* Est & asteria & de li. & Rhodi insularum nomē signifi. & gemmam inclusam quādā lucem pupillę modo continentē & oppositā soli radios regerit candicantes. Cc.
* Astrios gemma crystallo propinqua, quę si astris opponitur fulgorem eorum rapit & regerit. Cc.
* Astriotes gēma, quę oculis piscium similis esse perhibet.
* Asterias, auis ex gñe ardearum a fulgore astrorum. Cc.
¶ Asterion, fluuius Achaiæ, Sta. lib. iij. the. Cū dixit & equ⁹ fluctibus asterion. Fuit & nomen vrbis.
¶ Asteriscum herba, quæ & siderite dicitur nascens in regulis, parietibusq; folio similis ozymo.
¶ Asteriscus, signum ad stellę similitudinem paruæ, quo vtimur, cum aliquid in scribendo omissum est.
¶ Astręus cum diph. Fuit vn⁹ ex titanibus, qui cōtra deos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

arma sumpsit. Ouidius lib. v. Metamor. Occidit Enceladus mendesius occidit astreus. Ferunt hunc cum aurora concubuisse, ac ex ea ventos generasse.

¶ Astræa cum diph. Astrei ex aurora filia secūdum aliquos Icari secundum aliquos Iouis & Themidos. Et ponitur pro iustitia. Ouid. Vltima cœlestum terras astræa reliquit. Quod ideo fictum est, q illis temporibus Astreus princeps esset, & propter equitatem eius filia iustitia dicta sit, vt scribit Aratus. Nam cum adhuc terras habitaret, Nondum vesanos rabies nudauerat enses. Nec consanguineis fuerat discordia nota. Sed postea crescentibus vitijs euolauit in cœlum.

¶ Asthmaticus cum h anhelus & suspiriosus dicit, ἄσθμα anhelitas, anxietas. * Respirandi difficultas cum spirare sine sono & difficultate quispiam non potest.

¶ Astipulor penultima correpta. Vide in dictione Stipulor.

¶ Asto, as, astiti, astitum & astatum, significat præsens, aut firmus, seu erectus sto. Plaut. in Cap. Ego miser vix asto præ formidine. Idem in Cis. Adolescens asta atq audi, id est sta fortiter atq expecta. Et in Cas. Stultus contriui diem dū adsto aduocatus cuidā cognato meo. Interdum significat simpliciter sto. Vergi. Arrectisq auribus astant. Interdum sum, cum de rebus loquimur, quę cadere non possunt, vt cum dicimus terram astare.

¶ Astringo, proprie iuxta stringo, vnio, coniungo. Col. lib. iij. Cum omnes surculos, quos arbor patietur dimiseris libro vlmi, vel vimine arborem astringito. Verg. lib. i. Georg. Seu durat magis & venas astringit hiantes. Per translationē astringere ponitur pro obligare. Et sic genitiuo iungitur, sicut Gellius notauit Sabinum scripsisse, Qui alienum tacens lucri faciendi causa sustulit, furti astringitur, siue sit cui sit, siue non scit. Quandoq pro promittere. Quia vincula fidei dicūtur. Teren. in Eu. Meam astringo fidem. Hinc astrictorius, a, um, quod astringit. Plin. Folia astrictoriam vim habent.

¶ Astrophia tabi species est qua corpus non alitur, & ita sūma oritur macies, & nisi occurratur interficiat. Cc.

¶ Astruo, is, iuxta struo, & ędificium ædificio iungo, fortisico. Col. li. i. Nā cū veteri astruit recēs ædificiū, quasi surgēti reluctans oneri cedit. Amb. Nec puruit ortus sui fidē mīs iniurijs astruēdā. i. firmādā. Hinc p translationē astruere pro affirmare sumit. Hiero. Q̄uis nonnulli astruere velint eam iam resuscitatā q beatā cum Christo immortalitate vestiri.

ὃ Astrapęus dict⁹ est Iuppiter ab Astrape, q̄ est coruscatio

ὃ Astyllus, nomē propriū cursoris crotoniatæ, qui ter olympię vicit meminit eius Plato, in legibus, qui eum non tā cursu, q̄ perpetua virginitate clarum prędicat.

* Asuestinum lini genus est, q ignibus non absumitur. Ardent ex eo mappæ in focis conuiuiorum, & igne exustæ magis splendescunt, quam si aqua lauarentur, de quo diffusius Perot. in Cor.

¶ Astyages, nomen proprium regis Troiani Assyriorum.

¶ Astyanax, nomen filij Hectoris ex andromacha, quasi tutator vrbis, asty. enim vrbs, anax tutator, siue rex.

* Astyllus vnus centauris. Cc.

* Astaothia, vxor fuit Tlepolemi, quam ex Ephyra Pelopōnesi vrbe rapuerat. Cc.

¶ Astypalæa, insula in mare Ægeo. Ouid. lib. ij. de arte. Cunctaq piscosis astypalæa vadis.

¶ Astypale, es, nomen vrbis in eadem insula.

¶ Asymphonia latine incōsonantia, ἀσύμφωνος discors.

¶ Asymbolus, qui symbolum non dedit, & sine collatione accessit ad comessationem.

¶ Asynteron, siue asyntheron dici potest incompositum ab α sine σύνθετον compositum. Et est figura cum aliqua sine cō iunctionibus proferuntur, vt veni, vidi, vici.

¶ Asyntheta. Plinius appellat crystalla, quæ pura sunt, & sine vitio.

¶ Asystatum genus quoddam philosophię, quod latine instabile, vel inconstans possumus dicere. ὃ Hoc Archesilas introduxit ignorantiæ magister, vt si nihil scire pōt necesse est id ipsum sciri quod nihil sciatur. Si autem scitur posse nihil sciri, falsum est quod dicitur. Nihil scire posse. Sic iducit dogma sibi ipsi repugnans, secq dissoluens.

A ante T

AT principium increpationi aptum. Et hoc cum aut indignationem, aut dolorem exprimere volum⁹, vt ire æstum, aut quærelas significantius ostendere valeam⁹. Vergilius. At tibi pro scelere. Terent. At tibi dij dignum factis exitium dicūt. Quandoq superiorum dictorum discretiuū est, vt apud eundē. At mihi scrupulus vn⁹ restat. Quandoq rerum differentiam denotat, vt Scipio est bellator, at Cato orator. Quandoq ponitur pro saltem. Ouid. Crudeles somni quid me tenuitis inertem? At semel æterna nocte pręmenda fui. Quandoq copulatiuum est, vt in atq. Quandoq aduersatiuum. Vergi. At regina graui iāudum saucia cura. Nam dum Æneas quiesceret regina turbabatur, quod est contrarium. Quandoq est interiectio timoris. Teren. in Eu. At at mi homo formidolosus es?

¶ Atat, interiectio est paulatim percepti atq intellecti mali. Teren. in Eunu. Atat data hercle verba mihi sunt. Ser. in arte. Atat, est aliquid de improuiso deprehendentis.

¶ At contra significat. vicissim, quod vulgo dicitur econuerso

ὃ At qui, tota vna dictio significat certe.

¶ Atq cōiūctio cōnexiua est, vt Gen⁹ vñ latinū, Albanicq patres, atq altę mœnia Romæ. Quandoq aduerbiū, & pro q̄ poni solet, vt Per. Qui tu impunitior exis, atq hic. Sue. in Cęs. Velut grauius, atq ipse sensisset. Quandoq pro celeriter & statim. Verg. Atq illū in p̄ceps prono rapit alueus amni. Quandoq pro festine & intrepide. Aenni. Atq atq ascēdit muros Troiana iuuentus. Quandoq, p prętereq̄. Plaut⁹ in Am. Necq se Luna mutat quoq̄, atq exorta est semel.

* Atabiria, vnum ex Rhodi nominibus ab Atabirio rege sic dicta. Cc.

¶ Atalus pe. cor. nomen Pergami regis pecunia ditissimi, & splēdida abundanticq supellectile. A quo omnia magnifica atalica dicta sunt, vt inquit Plin. lib. viij. Proper. Nec sit ī atalico mors mea nixa thoro. Fuit & Athal⁹ nomē philosophi.

¶ Atalāta, nomen mulieris, de qua Hiero. con. Iouī. Referūt fabulę atalantam calydoniam virginē semper in venatibus semper in syluis non tumētes vteros fœminarum, fastidiaq conceptuū, sed expeditā & castam amasse virtutem. Est & atalanta fons in portu cyphātarū dictus, q ibi venatrix fœmina situ & æstu languida consederit, & perra venabulo ei⁹ percussa laticem præbuerit, sicut scribit Pausanias.

* Atalantis Iasij argiuorum regis filia virago, & forma. & viribus corporis præstans, quę prima Apton calydonium sagitta vulnerauit. Cc.

¶ Atabulus pe. cor. vēt⁹ in Apulia. Hor. Incipit ex illo montes apulia notos Ostētare mihi quos torret atabul⁹. Ideo atabulus apulus dī tanq̄ peculiaris. Scribit Porphyrio atabulū vētum esse in Apulia feruētissimū greca appellatiōe dictum quasi ἀπὸ τοῦ ἅτην βάλλειν. Hoc est nocumētū pestilentiacq inferētē. Nā atabuli flat⁹ nimio calore apulię pestifer ē, & grauis. Est em frigidissim⁹, & si flauerit circa brumā exurit frigore arefaciens, vt nullis postea possit solibus recreari.

¶ Atamino, as, pe. cor. Vide in dictione Contamino.

¶ Atauus pen. cor. dictus q ata sit aui. i. pater, vt pueri dicere solent. Vide etiam in auus.

¶ Atax fluuius ortū habēs ex Pyreneo mōte, & infunditur in mare thyrrhenum, quidam tamen scribunt athax per h.

¶ Athacus penultima correpta, genus volucris gradiēs super quatuor pedes, longioraq retro crura habens. De quo fit mētio apud Leuiticum.

¶ Athanatos græce, pe. cor. latine dicitur immortalis.

¶ Atellanæ fabulæ latinæ sunt, quæ ab Atella Oscorum ciuitate sumptæ fuerunt, in quibus ridiculæ personæ inducebant, & argumētis dictisq ioculanbus respondebant satyricis fabulis græcis. Proprie autem atellanicum dicebat exor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dium. Liuius lib. vij. Iuuentus histrionibus fabellarū actu relicto ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versib⁹ factitare cœpit, quæ exordia postea appellata, consecrataq; fabellis potissime attellanis sunt, quod genus ludoꝝ ab oscis acceptum tenuit iuuentus.

¶ Attagen pe. cor. generis mas. Et attagena, æ, &, attages is, auis asiatica inter nobilissimas habita, maxime vero quæ in Ionia nascitur. Et inter esculentiores aues præcipuo sapore censebatur. Pli. li. x. Attagē maxime Ionius celebratur vocalis alias, captus vero obmutescens quondā existimatus inter raras aues. Hiero. Attagen & ficedula, mulus & scarus in delitijs computātur. Mart. inter sapores fertur alitum prim⁹ Ionicarum gustus attagenarum.

ȣ Atechna. i. inartificiosa, quæ non ab arte sunt.

ȣ Atestibus significat eum qui pro testibus est, & quasi defendit testes.

¶ Atellani siue attelle oppidum cāpaniæ, quā nunc auersam vrbem dicimus ꝓpe Neapolim. Cic. Cluio. Locutus sum de agro vectigali municipij attellani, q̄ esset in Gallia. ȣ Hinc attellani qui apud cāpanos inhonestissimi erant quorum luxuria in ludis nimia erat.

* Atq; & atqsi, id est quasi velita. C

¶ Ater, a, um, obscurū nigrū, Verg. Quīquaginta atris immanis hiatibus hydra. Plau. Ita replebo atritate vt atrior sit q̄ ægyptij. Interdū atrum capitur pro funesto. Vñ atri dies dicūtur vulgo ęgyptiaci ab obseruatrice ęgypto. Et alio nomine cōmunes. Dictum atrum ab Atterendo, quoniā quæ atteruntur liuorem contrahunt.

* Atelos insula est vnguento nobilis, a Callimacho Agathusa nominata. Cc.

* Atergo dicimus a parte posteriori membranę seu papyri aut alterius cuiuscūq; rei. Iuue. Scriptus & a tergo nondum finitus Orestes. Cc.

* Atrabechis oppidum est Prosopide nili insula, vt author est Herodotus. Cc.

* Atrachtylis hærba est ex qua mulieres colos faciebant ꝙ ex ea fusus liquetur, ἀτρακτον fusum græci dicunt ὑλίζειν liquari. Cc.

¶ Atratus pe. pro. dicitur qui lugubri veste indutus est.

¶ Atramentum ab atro colore dicitur cuius duo sunt gña scilicet scriptoriū quod & librariū dicitur & tectoriū a tectorijs quo inscribendo & pingendo vtimur. Est & sutoriū atramentū quod in inficiendis pellibus sutores coriarij vsurpāt. Vulgo hoc a vitri similitudine vitriolum nominant. Pli. li. ix. Effuso atramento quod ꝓ sanguine ijs est offuscata aqua absconduntur. Idem lib. xxxiiij. Græci cognationem ęris fecerunt nomine & atramento sutorio.

¶ Atramentarium vasculū quo atramentū continet. Hiero. in Ezech. Atramentarium scriptoris ad renes eius.

¶ Atracius nomen viri qui primus dicitur artem magicam in Thracia inuenisse. l b m m re.

¶ Atrabilis est quam græci melancholiam vocant. Nam bilis cholera est.

¶ Athenodorus pe. pro. philosophus fuit, qui Augusto documentum dedit inquiens. Cū ira Cęsar te cęperit nihil prius neq; dixeris nec feceris, q̄ ipsa quatuor & viginti elementa literarum grecarū tecum ipse percurreris & memoria recēsueris, vt ita concitatio illa quæ momentosa est mente alio traducta parui temporis interiectu languesceret.

* Atricapilla auis est ex ficedularum genere. Cc.

* Atrifer dicit quoniā semē nigrū ferat, iunci species est. Cc.

¶ Atrium prima pars domus q̄ continet mediā areā in quā collecta ex omni tecto pluuia descendit. Et in q̄ prisci (vt ait Cato) aperto ostio epulabātur, vbi etiā pecunias & cætera ꝑciosiora seruabāt seruosq; quibus tanq̄ honoratioribus earum rerum custodiā committebāt atrienses appellabāt. Vitruu. libro. vi. In vrbe atria proxima ianuis esse debent. Et in Euāg. Cum fortis armatus custodit atrium suū in pace sunt ea quæ possidet. Hiero. Atria non sunt quidem domus, sed tamen aliqua habent fundamenta & de atrijs intramus domum. Dictū atrium ab atriatibus Hetruriæ populis, vt inquit Var. lib. i. de lin. lati. quia id genus ędificij Atriæ primū in Hetruria fit institutū. Vel ꝙ a terra oriatur quasi aterriū. Vel ꝙ atrū ex fumo esset propter culinā, quia ex fumo culinę nigrescerent. In atrio enim tria erāt habitacula, vestibulū, locus sportularij, qui & ipse sportula dicebat, vbi præponebātur eo die quę dono dāda erant, & culina, q̄q̄ vestibulum locus sit ante ædes, atrium græci ἀυλὴν vocant propter q̄ poetæ quandoq; aulam pro atrio vsurpant.

¶ Atriensis, is erat qui credebatur cum atrij.

ȣ Atria vrbs a qua Atriaticū mare Stepha. Atria ęthruscorum a Diomede condita est. Æthria primo nominata. Hinc & Æthruscos dictos nonnulli existimant siue ἀπὸ τοῦ τὴν αὐθεναιαν ꝓpter auguriorum peritiā quasi de cœlo seruantes & exercentes ętheram. Eusta. Adriaticum & ab oppido, & ab amne appellatum scribit.

¶ Atrici a iure cōsultis dicuntur qui excubant ad atrium & ad limina etiam vocantur & liminarchæ.

¶ Atriolum paruū atriū. Ci. ad Qu. fratrē Quo in loco te in porticu scribere aiunt, vt atriolū fiat mihi, vt est magis placebat neq; enim satis loci esse videbatur atriolo.

¶ Atriplex hærba est syluestris & hortensis ȣ frigidę & humidę substantię aluum mollit & ictericis prodest ȣ ab atro colore, vt quidam aiunt ꝙ hoies pallidos faciat. Macer. Atriplicem tritā cum nitro melle & aceto. Dicunt appositā calidam sedare podagram. ȣ Accusatur hęc hærba a pithagora quod hidropicos homines faciat & regium morbum inducat. Græci Antaphrasin dicunt.

* Atreplexum hanc hęrbam veteres dixere. Cc.

¶ Atergatis pe. cor. nomen fuit deę. Strab. Trās Euphratem est bambyce quā edessam & hierapolim vocant, in qua atergatim syriā deam colunt. De hac & Macro. Comutus Atergatim a græcis rheam existimari putat, coliq; eā abstinentia piscium, vnde nomen vt Atheneus auctor est quasi ἀτεργατίλῳ, hoc est syrorum lingua sine piscibus.

* Atritatem pro immanitate capi haud dubie constat. Cc.

¶ Atrox asper, crudelis ꝙ qui atro vultu sunt asperitatem & sæuitiam præ se ferunt. Sunt qui a græco id nomen deriuent, quia illi ἀτρωκία appellāt quæ cruda sunt. Siue ab eo ꝙ atroces nihil de se timeant, τρεῖν enim significat timere. Vnde & ꝓ cōstanti q̄nq; ponit. Hora. Pręter atrocis animū Catonis. Hinc Atrocia & atrocitas & atrociter pro aspere.

¶ Atropos pe. cor. immutabilis. Quo noīe dicta est vna ex parcis ab α sine τροπὴ conuersio, quasi ad nullius ꝑces cōuertatur. Nā tres dicuntur sorores, quarū vna dicitur Clotho quę colū baiulat ȣ & fusum torquendo super eo filū trahit atq; colligit græci κλοθαν dicunt torq̄re, altera Lachesis ἀπὸ τοῦ λαγχανειν, quod est sortiri. Nā ipsamet filiāq; ducit, altera Lachesis, tertia Atropos, quæ filum frangit. Mar. Lanificas nulli tres exorare puellas Contigit obseruāt quē statuere diem, de his vide diffusius in dictione Parcę.

¶ Atrophia species tabis, qua corpus nō alitur, sed summa macies oritur, & nisi occurrat interimit. Inde atrophi q atrophia laborāt. Pli. lib. xxxvi. Eadē dat his quos atrophos vocāt interpositis diebus, atrophiq; vocātur qui ab imbecillitate vires vix recolligunt. Vnde atrophos vocant non conualescentes ab imbecillitate vires vix recolligentes.

ȣ Atrum olus, quod græci hipposelinum, & agrioselinum. i. ingens apium siue agreste apium, Altitudine enim reliquū apium superat.

¶ Atrax fluuius Ætolie, a quo athraces populi, est & hoc nomine, vt testis est Stra. vrbs in Thessalia.

ȣ Et Athrax pater hypodamiæ qui primus artem magicā apud Thessaliam constituit. Hinc ars athracia pro magia dicitur a Papinio quoniam ait athracia rubet arte labor.

¶ Attero, is, pe, pro. Vide in dictione Tero.

¶ Attenuo, as, ex ad & tenuo quod a tenuis fit & significat subtilē facio, minuo. Cice. lib. iiij. ad Heren. Defensoris nar-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ratio ſimplicem expoſitionem debet habere cū attenuatione defenſionis. Hiero. lib. ij. reg. Quare ſic attenuaris macie? Et cum ad animum refertur defectum ſignificat.

ȣ Atina pe. pro. ciuitas iuxta pontinas paludes dicta a morbis qui græce ατα dicuntur quos paludis vicinitas creat.

ȣ Ateramnum & Teramnum, Teophra pro coctili & incoctili ſaba accipit.

ȣ Atimus ignobilis & ſine honore.

ȣ Attentio, vt Specu. inquit eſt intentio animi ad diſcendū.

¶ Attendo, is, aduerto, cogito, conſidero, & quaſi animum intendo. Hiero. ad Helio. Attendis Petrum, ſed & Iudā cōſidera. Aliquādo addimus animum, & pro intendo ſumitur. Cic. lib. iij. offi. Et cum animum attenderis turpitudinem videas adiunctam, hoc eſt animum intenderis, ȣ Etiam ſi animum non adimus. Terē. in adel. Nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus ȣ. Hinc attentos dicimus auditores, qui ad ea quæ dicuntur intendunt animum.

¶ Attente aduerbium. i. animo intento.

¶ Attento, as, frequētatiuum, idem quod tento. Petronius Dulcibus, ac blandis verbis eius animum attentans.

¶ Attinere, pertinere, decere, conuenire. Teren. in adel. Iam mene vis dicere, quod ad te attinet? Aliquādo ſignificat iuxta, ſiue in manibus tenere. Plau. in Cap. Nam ſenex eſt in conſtrina, nunc iam cultros attinet.

¶ Attingo, is, igi, tactum, leuiter tāgo. Minus eſt enim q̄ tango, vt inquit Do. Teren. in adel. Tetigin tu aliquid? ſi attigiſſes, feres infortunium. Aliqñ attingere ponitur pro diſcere, legere, ſcribere, & huiuſmodi. Lactan. lib. iij. Græci, qui ſacras veritatis literas non attingerant. i. didicerāt. Hiero. Qđ vtiq; genus docendi nondum attigeram. i. aggreſſus fuerā, ſiue expertus. Verg. lib. ij. Geor. Sin has ne poſſim naturæ attingere partes. i. ſcire. Aliquando pro ingredi. Col. lib. i. Nec dum ſenectutem attigerit.

¶ Attigo, ſine/n/idē quod attingo. Nā ſicut rango, ita & tago dicimus. Plau. in Muſ. Abſcedite telis ne attigant.

¶ Atulus pe. pro. piſcis ſatis grandis, qui in Pado inertia pinguescens, ad mille aliquando libras captus eſt catenato hamo, nec niſi boum iugis extractus.

ȣ Attiguus proximus ab attingendo ſicut contiguus a contingendo. Apul. lib. iiij. contra procliue montis attiguī fugame liberaui veteres attigere, pro contigere dicebant.

¶ Attylla pe. cor. ex ſcytarū genere fuit, qui ſubacta Pānonia Italiā ingreſſus, Aquileiam ſubuertit, & in Germaniam tranſiens plurimas vaſtitates edidit, qui domū reuerſus dū nouis nuptijs operā dat, vino plenus, effuſo e naribus multo ſanguine ſuffocatus eſt. Nico. autē Iſtieus hiſtoriarū ſcriptor eū deſcribens ait, ὀφθαλμοὶ δὲ αὐτου αἱματκροὶ, ἀλλ' ἀπεχκόπτω μὴ μικρὸς ☪ θώρακῶ ὑ ἑαυτοῦ ὅμφιθλέπων δὲ καὶ τὰ πολλὰ περὶ αὐτοῦ. ✻. i. oculi eius cruenti, ſed diſtantes & paruum pectus ſic ipſum circunſpiciens, & multa alia de eo.

ȣ Atrę ſunt qui per vitium crurum, aut pedum plantis inſiſtunt, & atterunt magis terram qui ambulent. Quod cognomen fuit Quintio Poetę.

ȣ Atys fluuius. Claud. Lucus erat prope flumen atym.

¶ Ategiæ dicunt tabernacula, vel vmbracula, vel magalia qualia Mauri colūt. Ruffi. in lib. Ioſephi hoc vocabulū vſurpat lib. vij. de bel. Iudaico. Cū ad feſtum diem veniſſet quo ategias in honorem dei componi ab hominibus mos eſt.

¶ Athene, arū, ciuitas græciæ inter achaiam & Macedoniā quę regio dicit ab athidę Cranei filia athenarū regis, qui cecropi in regno ſucceſſit. Hic Cecros primus athenas cōdidit. Vnde & Cecropia dicta eſt, poſtea a mopſo mopſopia, & a Ioue Xutifilia Ionia, & a Minerua athenæ. Græci enī minerua athenā dicunt, ἀπὸ τῆσ ἀθήνησ. Tres autem quidam aſtruūt fuere athenę, ab vnis athenæi, ab alteris athenienſes, ab alijs athenopolitę dicti ſunt.

¶ Atheneum locus erat Mineruę dicatus, vbi profeſſores ſua ſtudia profitebātur. Iul. Capitolin⁹, poſtea vero vbi adoleuit in atheneo cōtrouerſijs declamauit audientibus etiam imperatoribus ſuis. Lamp. Ad atheneum audiendorum & Græcorum & latinorum rhetorum vel poetarum cauſa frequenter proceſſit.

ȣ Atheneus nomen auctoris Coſmographi græci.

¶ Atheos, qui negat deum eſſe.

✻ Atheromata tubercula ſunt, quæ & in ceruice & in alis & in lateribus oriri ſolent. Cc.

¶ Atheſis pe. cor. fluuius q̄ ex Tridentinis alpibus Tridentū alluit & veronā diuidit, deinde per latas Padi paludes gradiens non longe a Brunduſio in adriaticum mare influit.

¶ Atheſinus pen. pro. fluuius effluens e lacu qui in apennino eſt ſupra Carnos incumbente, & labitur in Iſtrum.

¶ Athleta pe. pro. pugil, & luctator dicitur, ἀθλέω enim certo ſignificat. ȣ Vel qui athlos tā certamen q̄ certaminis prēmium ſignificat. ȣ Scribit Iureconſultus athletas cūvirtutis gratia athleticā exerceāt non eſſe ignominioſos. Tria autem fuerunt apud antiquos athletica certamina, videlicet Curſorum pugillum & luctatorū. Iulius aūt pollux lib. v. cuius ordinem imitatus eſt Perot. τῶν δὲ ἄθλων οἱ μὲν γυμναστικοὶ οἱ ὃ καλούμενοι σκηνικοὶ οἱ ὀνομαοθέτην Διονυσιακοὶ τε καὶ μουσικοὶ οἱ δὲ ἀπὶκοὶ οὐ ῥαδίωσ λέγουσιν ἂς ὦναι μουσικούς ἀλλὰ μουσικῆς καὶ ἀγωνιστικοῦ παλαιου ἦν. ✻. i. certaminum quędā gymnaſtica, quędā vocantur ſcęnica, quædā nominātur dionyſicā & muſica, q̄ vero attica non facile dicunt certamina muſica ſed muſicum & athleticū vetus erat.

ȣ Athotheta, certaminum iudex. Quo verbo vtitur Sue.

¶ Athos etathon mons inter macedoniā & Thraciam altitudinis mirandæ ȣ vt vſq; ad inſulā lēnon vmbrā porrigere dicatur. Fuit & nomen gigantis a quo mons nomen habet. ȣ habens in cacumine oppidū acrocon. Verg. Quātus athos, aut quantus Eryx.

✻ Athracinus color eſt a carbone quem græci ἄθρακα vocant, ſiue q̄ carboni ſimilis ſit, ſiue q̄ huiuſmodi color e telis fit ligno combuſto tritiſq; ī mortario carbonibus, Var. Propinquę adoleſcentulę athracino amiculo nigello capillo demiſſo ſequebantur luctum. Cc.

¶ Atos ſine/h/latine inſatiabilis dicitur.

¶ Atlas, antis, ſine/h. Mauritaniæ rex fuit, qui humeris cęlū ſuſtinuiſſe dicit, q̄ primus curſum ſolis, & lunę ſyderumq; oīm verſationum rōnes vigore animi, ſolertiaq; curaſſet tradēda oībus. Verg. Perſonat aurata docuit q̄ maximus atlas. Hic fuit Promethei frater, qui cū monitus eſſet oraculo vt caueret a Iouis filio nullū hoſpitio ſuſcipiebat. Quare Perſe⁹ Iouis filius indigne ferens oſtendit ei caput Gorgonis, & ſtatim atlas in montē conuerſus eſt. Qui mons Mauritaniæ teres & excelſus eſt ita vt eius cacumen cerni nequeat. Fere e medio monte nubes incipiunt, hyeme & ęſtate niuem habet Colūnam cœli indigene appellant. Ab eo populi incolētes atlantes dicuntur, qui ſoli ſunt anonymi, hoc eſt ſine nominibus. Nam in vniuerſum atlantes nominātur, ſingulis nullū propriū nomen imponitur. Solem orientem occidentēq; dira imprecatione contuent vt exitialem ipſis agriſq;. Neq; in ſomnia viſunt qualia reliqui mortales. Pli. Solinius, Herodotus auctores. Ex atlante ingenia flumina oriūtur inter quæ Nilus. Auguſti. lib. xviij. ciuita. dei, ſic habet. Frater Promethei atlas magnus fuiſſe aſtrologus dicit, vnde occaſionē fabula inuenit vt eum cœlum portare confingeretur, q̄uis mons eius nomine nuncupetur, cuius altitudine potius cœli portatio in opinionē vulgi veniſſe videatur. Pli. ſcribit atlanta primū inueniſſe ſphęrā. Græci aiunt aſtrologiā ab atlāte inuentā fuiſſe. Euſe. in ꝓparatione dicit Enoch & atlantem eſſe eundem. De quo Diod. lib. iiij. Ferunt atlantem aſtrologię fuiſſe peritiſſimū deq; ſphęra primū inter homines diſputaſſe, qua ex re viſus eſt cœlū ſuis humeris ſuſtinere locū prębente fabulis ſphęræ inuentione. Scribunt tñ quidam duos eſſe montes in Mauritania atlātes dictos Alterū colūnis herculis vicinorem, alterū interiorem Libiæ. Remotior ab atlāte rege in eū conuerſo dictus eſt, quē cœli colūnā nominā.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tres autem atlãtes fuiſſe memorãtur, vnus rex Italiæ & pater Electrę vxoris Coriti. Alter rex arcadię & parer Maię, ex qua natus eſt Mercurius. Tertius Maurus, qui dictus eſt maximus, hic primus nauim conſtruxit nauigauitq;. Sumit nonnunq; a poetis atlas pro hoīs ſimulachro ſuſtinente colũnas ędium, aut ipſum ędificiũ ad ſimilitudinem atlantis cœlum humero torquentis, qui etiã latino vocabulo thelamones. Et hi atlantes plerũq; gibboſi dicunt, & vt inquit Seruius fiunt vt gibboſos imitenť dum onera ſuſtinent, qui interdũ compares ſunt. Interdũ auerſi, interdũ ſe inuicem ſpectant. Mar. Non aliter rideť atlas cũ compare gibbo. Sunt qui dicant hoc nomine vocari fluuiũ ab atlante rege arcadię dictũ ex æno monte in Iſtrum defluentẽ. Ab atlas fit atlãticus, a, um, & atlantides parronymicũ. Et licẽtia poetica atlãtiades.

¶ Atlanticę inſulę quas beatas vocãt, duæ quidem hęſunt paruo inter ſe diuiſæ mari decem milibus ſtadiorũ a Libya diſtãti. Imbres illic rari mediocresq;, venti autem plurimũ ſuaues ac roriferi. Solũ vero pingue nec arari vllomodo plãtarive facile. Sed etiã ex ſe abſq; vllo humano ſtudio fructũ producit, dulcem quidem & ocioſam multitudinem nutrire ſufficientem. Aer ſyncærus ac temperatus & mediocri mutatione per tẽpora contentus. Nam qui a terra perflant venti, boreasq; & aquilo propter longinquitatẽ vaſta & inania incidentes ſpatia fatigant, & deficiunt priusq; ad eas inſulas peruenerint. Qui vero a mari perflãt argetę & zephyri refrigerantes raros quidẽ & temperatos imbres ex pelago affeṙunt. Plurima vero per humiditatẽ aeris cũ ſumma facilitate nutriũt, vt etiã apud barbaros ſcribuerit fides ibi helyſios campos eſſe & beatorũ domicilia ab Homero decantata.

¶ Atlantides vergilię dictę ſunt. Atlas enĩ ex Pleione Oceani filia, vt ait Higynus, vt alij Deucalionis habuit. xv. filias, quę vno vocabulo atlãtides dicuntur. Verũ. v. ex his hyades nominatæ a fratre qui fuit Hyas, qui a ſororibus plurimum dilectus eſt, reliquę pleiades a matre dictę, Vergilię dicunt, quia cum vere exoriunt. Alexander ait hyadas dictas, quia fuerũt filię Hyſes ex Bœotia. Et ſunt, vij. Vna vero qa Siſypho nupſit nõ videť. Cic. ait hyadas a pluẽdo dictas. Noſtri ſuculas a ſuibus, quoniam ſues luto gaudent. Indicant enim pluuias.

✻ Atizoe gẽmæ ſpecies argenteo nitore fulgens magnitudine trium digitorũ ad lenticulæ figurã odoris iucundi. Cc.

✻ Atnepos atneptis, vide in dictione nepos.

¶ Atocius genus aranei lanuginoſi, de q̃ in dictiõe araneus.

ծ Atorion dicitur omnis medicina quę conceptum adimit hoc eſt ſpem partus intercipit.

ծ Atomus pe. cor. ge. fœmi. tam apud gtæcos q̃ latinos corpuſculũ minutiſſimũ quæ τομὴν. i. ſectionem nõ recipit. Nã atomus inſecabilis dici põt ab a particula priuatiua & τεμνω diuido ſeco, ατομ. vnde & atomi dictę ſunt, quas lucẽ minutiores dixit eſſe illis corpuſculis q̃ infuſis per feneſtrã radijs ſolis videmus. Atomus igitur, q̃ diuidi non põt. Nãvt Hiero. ait. Pũctus tẽporis eſt, quod ſecari, & diuidi non põt, vñ Epicurus ſuis atomis mũdum ſtruit, & vniuerſa cõformat. Sunt etiã atomi in corpore, vt lapis cum diuiditur, vſq; ad minutiam, quę diuidi, & ſecari non poſſit. Similiter in numeris. Vnus dicitur atomus, qui diuidi non poteſt, τομὴ enim inciſio x/ſine, quaſi ſine inciſione, & diuiſione.

✻ Attalica toga in qua aurũ erat intextũ, quod attalum regem in aſia inueniſſe conſtat, ex quo ſumpſit nomen.

✻ Attauus, vide in dictione auus.

✻ Attendo, in dictione Tendo.

✻ Attenuo, in dictione Tenuo.

✻ Attigo pro attingo veteres dixerunt. Cc.

¶ Atthis, idis, Cranei filia, a qua regio attica vt quidam existimant dicta eſt, cum prius actica ab actęone diceretur ſiue ab actęo rege, vt Fauorino & Lycophroni placet. Siue ab ἀκτὴ quod littus ſignificat cũ ea regio (ſicut ſcribit Stra.) magna ex parte littoralis ſit. Qua voce etiã vtũtur latini. Verg. Atpeulin ſola ſecretæ Troadis acta. In hac ſunt athenę & Marathon cãpus cum oppido eiuſdem nominis. Attis quoq; a poetis quãdoq; Luſcinia vocatur quaſi attica. Mar. Sic vbi multiſona feruet facer atthide lucus. In attica regione fuerũt athenę ciuitas philoſophorum alũna. In qua primus omniũ Cecrops regnauit.

¶ Atticus, a, um, quod ex athenis eſt, vel quod ad athenas pertinet vt regio attica.

¶ Atticiſſo, as, attice loquor. Plau. Nũ atticiſſat, ſed ſiciliſſat.

¶ Atys, huius atys, nomẽ cuiuſdã phrygij, & filij Crœſi Lydorum regis. Et nomen fluuij. Clau. Lucus erat prope flumẽ atym. Hunc tũ acim appellat Euſta. a celeritate q̃ ſi ſagittam.

¶ Athrys huius athryis fluuius eſt thraciæ in Iſtrum fluens.

¶ Atiſcoti, populi Britannici.

ծ Atticiſmos eſt quędã peculiaris attici ſermonis elegantia.

¶ Atollo, is, eleuo, erigo. Lactan. lib. vi. Sed eum potius qui ad alienam fœlicitatem non attollat oculos, opes non admiretur. Liui. Cunctq; ſe quiſq; attollere ac leuare vellet. Aliq̃ ponit pro aufero. Pacu. Cuſtodite iſtũ vos ne eũ quis attollat, neue quis attingat. Aliq̃ pro affero. Plau. in caſi. Quid ſi proprius attollamus ſigna, fiamuſq; obuiam? Hoc verbũ facit pręteritũ attuli. Diomed. Affero attuli q̃m & fero tuli dicimus, q̃q̃ & id perfectum quod eſt attuli ex alio verbo proficiſci reperimus apud veteres, & ex eo quod eſt attollo.

ծ Attonitus ſtupefactus. Et proprie vt Cor. Celſus ait, cui & corpus & mens ſtupet. Ser. Attonitus dicit cui caſus vicini fulminis & ſonitus tonitruum dant ſtuporem.

¶ Attrecto, as, ex ad & tracto ſignifi. manibus tracto palpo. Habet Hieroñ. in Gene. Si attrectauerit me pater meus. Attrecto

¶ Attribuo, is, impono, committo, aſſigno. Liui. Cæterorũ curam tuendorũ. C. Flaminio quęſtori attribuit. Cæſar lib. vlti. Noſtri ſicut ſuperioribus diebus, vt cuiq; erat locus attributus ad munitionem accedunt.

¶ Attropatia regio & pars Mediæ ab attropato duce nomi nata qui obtitit ne ea a Macedonibus ſubigeretur. Is poſtea rex declaratus, regionem hanc Media ſequeſtrauit cuius ſucceſſores regnum continuantes cum armeniorum regibus affinitatem contraxere.

AV, interiectio eſt conturbatę mentis.

ծ Auantici populi heluetiorum ab oppido auantico.

¶ Auarus qui auidus æris eſt & nimiũ pecunię cupidus & ſemper in reprehenſione eſt. Ab auẽdo eſt etiã honeſte cupiẽdo. Sal. Laudis cupidi pecunię liberales erant. Ab auarus fit auaritia, cupiditas, auare tenaciter. Auara terra dicit cũ id quod in ſe recipit ampliore fœnore non reddit.

¶ Auceps qui vel quæ aues capit. Aucupiũ & aucupatio ipſa auium captio.

¶ Aucupor pe. cor. depo. aues capio, apud veteres etiã aucupo reperitur. Plau. in Tru. Lepide æcaſtor aucupaui. Per trãſlationem vero ſignificat artificio quodam & ſolertia quęro, vt aucupor laudem.

¶ Aucuparius, a, um, quod ad aucupiũ pertinet. Vnde aucuparij calami viſcati quibus vtimur ad capiendas aues.

¶ Auctio nomẽ ab augeo ſignificat augmentũ. Vnde etiã ponit pro venditione, q̃ fit per augmentũ pretij cũ fit publica rerũ priuatarũ venditio, ꝙ ementem augeat & vendentẽ cũ res tradit plus offerenti. Iuue. Si cõiugis auctio fiat. Plau. in Sti. de auctione paraſitica loquens. Nũc auctionem iquit facere decretũ eſt mihi. Auctione vero haſtæ ſignificat venditio publica bonorũ eorũ qui damnati, proſcripti fuerunt. Nam haſtæ ſubijciebant ea q̃ publice vœnũdabant, ſicut in bello capta, quia vt ſcribit Feſt. Signũ præcipuũ eſt haſta. In de haſtam Cęſaris refrixiſſe ſcribit Cice. qui alibi ait. Bis iam vidim⁹ haſtam in foro ponere & bona ciuiũ voci ſubiacere præconis. Sue. in Cæſa. Ampliſſima prędia ex auctionib⁹ haſtę minimo addixit. Inde a Tertulliano in apologetico. In haſtario vectigales ſumus.

¶ Auctionor per auctionem vendo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Auctionarius qui sic vendit.
* Auctonus filius fuit apollinis & Cyrenes Penei filię. Cc.
¶ Aucto, as, frequentatiuū est verbi augeo. Plau. in am. Et vt res vestras rationesq; vestrorū omniū bene expedirevultis peregre & domi bono atq; amplo auctore ppetuo lucro. Huius compositū est adaucto. Actius. Quib⁹ rem suam, & patriam nostram quondam adauctauit pater.
¶ Auctuariū, quod super mensuram adiicit aut pondus iustum, vt cū vlus adiectus in modio. Plau. Auctuariū adiecto vel mille nummum plusq; potest. * Dicitur & auctuariū vt legit Perottus.
¶ Auctor nomen verbale ab augeo, generis mas. pro eo qui auget, cuius fœmi. est auctrix. Author vero quem græci αὐθεντην dicūt sine /c/ scribendū est. Licet iam vsus obtinuerit, vt per /c/ sine /h/ scribat, generis cōmunis est. Oui. lib. iiij. fas. Optima tu proprij nominis auctor eris. Figuratecq; per obliquos sicut alia verba ab ia in or /desinentia neutris adiungitur. Verg. lib. iij. Italiā petijt fatis auctoribus esto. Est aūt auctor quasi operis factor. Vnde poetæ cæteriq; operū conditores dicuntur auctores. Necq; solū qui opus aliquod facit, sed qui princeps est, & primus iubet, vt aliqd fiat, aut inductor, persuasorve auctor vocatur, vt si quis populū ad bella concitauit, vel qui concordiā persuasit, belli vel cōcordię auctor fuit Cic. lib. iij. offi. Atq; huius deditionis ipse Posthum⁹, qui debatur, suasor & auctor fuit, q̄si dixisset suasor & persuasor. Item auctor promissor, vt apud Liui. lib. ij. Auctores sumus rutam ibi maiestatem romani noīs fore. Item primus propugnat, siue defensor, aut vindex. Idem ibi. Sed vt inuentor legis Volero, sic Letorius collega eius auctor cū recentior, tū acrior erat. Item auctor cui quis fidē habet. Item ibi. Agitatus deinde consilijs ex omni parte assentiendo multis auctoribus trepidauerat. Item primus denūtiator. Idem ibi. Hisdē auctoribus cognitū est Equos Volscosq; summa vi bellum apparare. Similiter ratificator seu approbator auctor dicitur. Idem lib. iij. Multiq; erāt qui mollius consultū dicerent, q̄ legum ab eis latarū patres auctores fuissent. Is etiā in quo est vis, potestas, dignitas, nec ab alio pendet, pōt dici auctor a q̄ auctoritas est appellata. Vnde illud apud Liui. Decreuerūt vt cū populus regem iussisset id sic ratū esset si patres auctores fierent. Hoc est si auctoritatem suā interponerent & ratū haberent. Et auctores sententię sunt quorū sententiam sequimur. Et auctores populi sunt, in quorū administratione res eius sunt. Paul. Etiā si nō interrogatus tutor siue auctor fuit, valet auctoritas eius cū se probare dicit id quod agitur, i. auctorem fieri. Pomp. Et si pluribus datis tutoribus vnius auctoritas sufficiat tametsi tutor auctoretur. Vnde apud apostolū. Quanto tēpore hæres paru⁹ est nihil differt a seruo cū sit dns omniū, sed sub tutoribus & auctoribus est vsq; ad p̄finitū tempus a patre, q̄q̄ sint qui actoribus legāt. Huius etiā noīs fœ. est auctrix, quod multi negant, nec mirū. Sunt em̄ nonnulli temeritate & quidem maxima præditi qui vt scire multū videantur, quod ignorant precipiunt, immo (quod deterius est) doctrinam corripiūt putantes se magni aliquid egisse si aliorū scripta, quę non intelligūt perperam deprompta fuisse autument, ex quorū numero sunt neoterici quidā ad nihil aliud q̄ ad latratū geniti, qui in cœlo os suū ponentes arguūt Augustinū q̄ insolite locutus sit, quippe qui scripserit. Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria, cum (vti aiunt) auctor dicere debuerit, qm̄ generis communis sit, vt tam ad fœminas q̄ ad mares pertineat. Sed hęc ratio quantā vim habeat vel mediocriter litteris imbuti nō ignorāt. Cur autem rantū tibi arrogas vt virū doctissimū & in omni doctrinę genere scientissimū taxare audeas? Cuius non fuisses dignus corrigiam calciamenti soluere Te quisquis es qui Augustinū fugillare censuisti moneo vt abstineas ab ista censoria virga, ne dū alienā imperitiam insimulas te litterarū ignarum ostendas. Et tuā insolitiam celatam habe, nec contra mū di lumina quicq; efficias quod tibi dedecori ignominięq; futurū sit. Est equidē auctor commune nomen, verū non obstat quin auctrix etiam fœmi. genere recte dicatur quādo alia quoq; eiusmodi inueniri liceat. Nam hospes communi genere inflectitur cū tamen hospitam dicamus. Leno secundū Prisc. generis communis, q̄uis & lena fœ. legatur, qualia sunt alia multa q̄ breuitatis causa omitto. Non fuit ergo culpandus Augu. qui latinissimus semper fuit, in eo maxime quod eloquentissimi alij vsurparūt. Nam Hiero. sermone, quē de beata virgine edidit, sic inquit. Huius sacræ virginis partus non solū restaurauit dirupta, sed dona contulit sempiterna. Et ideo præconijs veneremur salutis auctricem, q̄ dū auctorem suū concepit ex cœlo, nobis redēptorem ostendit in sæculo. Sed nolo exemplis Græcorū grauitateq; repellere, sed ista monstrositas grammatistarū emanauit ob inopiam litterarū, & rerū altiorum. Ideo in lana caprina dimicant.
* Auctum spatium Circi quod super diffinitum nomen victorię adiungebatur. Cc.
¶ Auctoritas q̄q; accipitur pro sentētia imitatione digna. Quandoq; pro potestate. Liui. lib. ij. Nec ante mouerunt de sententia cōsulem, q̄ tribuni se in auctoritate patrū futuros esse pollicti sunt. Quandoq; pro æstimatione. Cic. lib. i. phil. A vobis peto vt si sequi min⁹ videbitis orationem meam atq; auctoritatem meā, benigne me tamen vt feciſtis audiatis, q̄q; pro nominis dignitate. Idem in eodem lib. iij. Nunc primū ita conuenimus, vt illius de beneficio possemus q̄ sentiremus libere dicere, tribuenda est auctoritas, vt remp. non modo a se susceptam sed etiam a nobis commendatam possit defendere.
ŏ Auctorare est aliquem aut sacramento, aut prēmio obligare, & habet to, syllabam productam.
¶ Auctoramentū sumitur pro obligatione nexuq; ac veluti stipendio pretioq; eius qui sit auctoratus, i. obligatus. Cic. lib. i. offi. mercedem ait esse auctoramentū seruitutis. V bi auctoramentū capitur pro illa obligatione qua mercenarius accepta mercede cogitur seruire. ŏ Sene. Ad fidem operis magno auctoramento labor peruenit, merces igit̄ in ipsis mercenarijs est auctoramentum seruitutis, quoniam mercenarij ad tempus seruiunt, vt auctoramentum, i. mercedem seruitutis, premium consequantur.
ŏ Auctoratus, auctoramento obligatus mercede cōductus quod nomē ad gladiatores refertur qui se vendūt ludo quasi addicti. Et ꝑprie auctorati ad periculū conducuntur. Contra exauctorati dicuntur milites quasi exobligati solutiq; a militari, cōsecratione, & obligatione, quod interdū per ignominiam, interdū citra ignominiam. Pli. lib. xiij. V indemitorem auctoratū dixit mercede conductū & sublimitate vitis periclitantem. Idem lib. xxxvi. po. Ro. auctoratū appellat in spectaculis periclitantem instar gladiatorū. A Liuio Auctoratus ꝑditor dictus quasi obligatus Manlius. lib. v. astronomicon Ministros perpetuo quasi epitheto auctoratos vocat tanq̄ perpetuos mercenarios obligatosq; dominis a quibus mercede comparātur. Sic enim ait. Atq; auctoratos in tertia iura ministros. Sic Ser. dixit, solos parentes habere potestatē auctorandi. Quinti. in Milite mariano. Exauctoratas armis inanis agresti labori subegit.
ŏ Auctolius nomen viri proprium, qui ex Mercurio, & lychione natus fertur. Hic genuit Symonem furem.
¶ Audeo, es, ausi vel ausus sum. Oui. lib. vi. meta. Et nihil est quod non inopino captus amore Ausit, nec capiūt inclusas pectora flāmas. Est autem audere fidētem esse. Plau. Vix domo egredi audet. Aliqñ temere præsumere. Verg. Hęc præmia qui me Ferro ausi tentare ferunt.
¶ Audax modo fidens dicit. Ver. Quicq; pedū cursu valet & qui viribus audax. Modo temerarius. Plau. Pergin audax hoc facinus persequi? Hinc audacia pro fiducia & ꝑ temeritate. Cic. Nec vires eis, nec audacia, nec tela defuere. Sal. Audacia pro muro habetur.
ŏ Audacia inquit Specu. est securitas qua quis malū neq; futurum expectat, neq; presens horrescit.
¶ Audaciter & audacter per syncopam. Cice. pro Roscio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Multa ſcelerate multa audaciter multa improbe feciſti.

¶ Audaculus diminutiuum. Gel. Aderat repręhenſor audaculus verborum.

¶ Auſio auſus & auſum, pro temere pręſumpto accipiũtur. Maro. Hoc tibi pro meritis & talibus imprecor auſis.

¶ Auſim, is, it, ponit pro ſubiũctiuo Audeã audeas audeat.

¶ Audio, is, iui, itum, proprie ſignificat auribus accipio ἀπὸ τῆσ ἀυδῆσ. i. a voce cuius propriũ eſt vt audiat. Vergi. Audiendi vocabulũ etiam ad ea trãſtulit, q̃ auribus & ſenſu carent. Et fruſtra retinacula tendens Fertur equis auriga nec audit currus habenas. Aliq̃ audire eſt intelligere, aduertere. Verg. Progeniem ſed enī Troiãno a ſanguine duci audierat. Iuxta has duas ſignificationes ſcriptũ eſt. Qui habet aures audiẽdi audiat, quia vt Hiero. inquit. Vbicũq; hæc duo iũcta ponũtur non ad ſimplicem tantũ verborum ſonũ ſed ad reconditam quoq; dictoꝝ intelligentiam pertinere intelligendũ eſt. Interdũ audire eſt audita pręcepta cõcedere. Verg. Audijt & genitor cœli de parte ſiniſtra Intonuit læuũ. Interdum credere accedere. Cic. in Tuſc. Nec Homerũ audio qui Ganymedem a dijs raptũ ait. Interdũ præcipienti parere. Et hoc tam cũ accuſatiuo q̃ cũ datiuo. Cic. Audies te, i. auſcultabis tibi. Nã audire pręcepta alicuius dicimus cũ eis parem⁹. Cũ datiuo. Idem. Et audiens eſſet huic ordini, i. obediens. Inuenit & audio cũ aduerbio bene quod ſignificat benedicor, laudor. Teren. Bñdictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Huius verbi cõpoſita ſunt Exaudio, Inaudio bene vel perfecte audio Plau. Inaudiſſe inquit, i. valde. Cic. Pãſæ pro ſimplici poſuit Quorũ erupit illa vox de qua ego ex te primũ inaudieram. Inauditus tñ pro non auditus dicit, vt res inaudita. Cic. Rẽ certe nouam & ante hunc diem inauditam. Et inauditum q̃q; dicitur quod non audit. Var. Animaliũ aliud alio ſenſu caret. Quędã enim a natura gignũtur aut inodora aut inaudita. Obedio veteres obaudio dixerunt. Subaudio, quod modo parũ audio ſignificat, modo intelligo.

¶ Auditus, tus, modo ſenſum audiẽdi ſignificat, vt quinq; ſunt ſenſus, viſus, auditus, guſtus, odoratꝰ, & tactus. modo id quod auditum eſt. Ego exauditu loquebar.

¶ Auditio ipſe audiendi actus, quæ & audientia dicitur.

ð Vt eſt illud In memoria ęterna erit iuſtus ab auditiõe mala non timebit. Plau. Exurge pręco fac populo audiẽtiã. Hoc eſt fac vt populus audiat.

¶ Auditorium locus vbi auditur pręceptor, aut orans vel ipſa auditorum turba.

¶ Aueo, es, verbum defectiuum ſignificat concupiſco. Cic. lib. i. offi. Itaq; cũ ſumus negotijs curisq; vacui, tum auemus aliquid audire & diſcere. Auere etiã a nimia cupiditate pro gaudere ponitur. Vnde ſalutantes quoq; aue dicimus, id eſt gaude & letare.

¶ Aueho, his, abduco, ſiue inde alio veho. Suet. in Cæſa. Stipendiarum quoq; pronuntiatũ & abſtrahentibus ſtatim eripuit occultauitq; apud ſe diu & mox ex præfectura proficiſcens in Hiſpaniam inter officia proſequentium faſcesq; lictorum lectica ſua auexit.

¶ Auellana ab auella oppido Cãpanię vbi abundat, & alio nomine Corylus ſeu etiam nux pontica q̃ in aſiã græciãq; primo e Ponto venit. Eadem & pręneſtina dicitur q̃ pręneſtini his abundent.

¶ Auena dicta eſt q̃ ad fructũ non veniat. Eſt enim frumenti vitiũ quod ſole maxime cœliq; humore accidit, aliquando etiam ſeminis imbecillitate, cũ diutius terra retẽtum eſt priuſq̃ erũpat vel ſi carioſum fuit cũ ſeretur. Vel dicitur auena a creſcẽdi auiditate. Ponitur interdũ auena pro ſtipula ſeu calamo, aut pro ſtylo characterecq; poetico. Vergi. Sylueſtrẽ tenui muſam meditaris auena. Ab auena fit auenaceus, cea, um. Pli. lib. xxx. Vel cũ farina hordeacea vel auenacea.

⁎ Auenaria Cicadę ſpecies eſt quã nõnulli frumentariã vocant, qm̃ ſimul cũ frumentis areſcentibus apparet. Cc.

¶ Auentinus pe. pro. mons Romę ab auibus q̃ ſe eo a Tyberi ferrent aues, vel ab auentino rege qui ibi extinctus ac ſepultus fuit. Vel ab aduentu hominum q̃ commune latinorum ibi Dianę templũ eſſet conſtitutum, eoq; olim paludibus ex vrbe ratibus aduehebantur.

¶ Auernus gene. maſ. in plurali auerna, orũ, lacus Cãpaniæ prope Baias, quem locũ Plutoni dicatum opinabãtur. Hinc ad inferos introitũ patere credebatur, dictus quaſi ἄορνος ſine aue. Hoc eſt auibus inacceſſus ὅτι ἀσφέα τὴ ὄρνεον ἢ ὄρνισ ὀρνίθοσ ἕνεκα πτίγεοσ δ' ἐίμεν, qm̃ a priuat & orneũ auis propter acrem ſtrangulationem. Lucre. lib. vi. Principio q̃ auerna vocant non nomen id ab re impoſitũ eſt quia ſunt auibus contraria cunctis. Stra. lib. vi. Contiguus Baijs Lucrinus adeſt ſinus intra quem auernus eſt.

¶ Auerni populi fuerunt Gallię Aquitanię qui frequenter contra Roma. bella geſſerũt. Nam. cc. millibus bellatoꝝ primo, deinde duplicatis aduerſus Cæſarem cum Vergentorige prælium commiſerunt.

¶ Auerto, is, alio verto, amoueo. Verg. Nec poſſe Italia teucrorũ auertere regem. Et cũ dicimus auerto oculos aut mentem ſignificat aliunde remoueo. Aduerto vero oculos. i. aliquo conuerto. Sũt enim contraria auerto & conuerto. Inde auerſus & aduerſus. Hinc auerſo, as, frequentatiuum.

¶ Auertor, eris, depo. ſignificat dedignor quod fit cũ ex aliqua re quam deteſtamur vultũ auertimus. Boeti⁹. Heu heu q̃ ſurda miſeros auertitur aure. i. ſpernit dedignatur. Ponit & qñq; pro auerto. Col. lib. xij. Somni & vini ſit abſtinẽtiſſim⁹ quę vtraq; ſunt, inimiciſſima diligentiæ. Nam & ebrioſo cura officij pariter cũ memoria ſubtrahitur, & ſomniculoſum plurima effugiunt. Quid enim aut ipſe agere, aut cuiq̃ dormiens imperare? Quinetiam ſit a venereis amoribus auerſus quibus ſiſe dederit non aliud quicq̃ poſſit cogitare, q̃ illud quod diligit, nam vitijs eiuſmodi pellectus, nec pręmium iucundius q̃ fructum libidinis, nec ſupplicium grauius q̃ fruſtrationem cupiditatis exiſtimat.

¶ Auerſor, aris, Vide in dictione auerſor.

¶ Auerſus terga oſtendit. Aduerſus oppoſitus eſt veluti oppoſito pectore atq; obiecto. Cic. Aduerſus & auerſus impudicus es, quod eſt ex anteriore & poſteriore parte muliebria pateris. Rurſus quæ non viſuntur & q̃ latent auerſa dicim⁹. Quæ vero patẽt & conſpici tota poſſunt aduerſa. Nec aliter fere. Pli. appellat, q̃ Greci per diametrõ, hoc eſt per dimetientem lineã obiecta dicunt. Per tranſlationem auerſus dicitur iratus. Verg. lib. iiij. Talia dicentẽ iam dudũ auerſa tuẽt. Nam ſi intueretur quomodo auerſa niſi intelligas iratam?

¶ Auerſa Venus dicit prępoſterus coitus qui infandus eſt, & execrandus. Iul. Capito. de Clodio Albino. Mulierarius fuit inter primos amatores, auerſæ veneris ſemper ignarus, & talium perſecutor.

ð Aueruncare, auertere propulſare.

ð Aueruncus deus dictus eſt, q̃ mala auertere putaretur.

¶ Aufidus pe. cor. fluuius Apuliæ qui in adriaticũ mare infunditur ab aliquibus Canna vocatus. Quo nomine vicus ei ſupereminens nominatur celebris Romanoꝝ clade.

ð Aufugio, is, pe. cor. alio fugio ex ab & fugio componitur. b/in/n/conuerſa, vt fieret vox pronũciatu, audituq; leuior Hiero. ad Helio. Dñs ne a turbis rex cõſtitueretur aufugit.

ð Augeas elcorũ rex, inquit Stra. quem hercules ſuſtulerit.

¶ Auge a latinis dicitur aurora, ſiue ſplendor.

¶ Augeo, es, xi, ctum, accreſco ſeu creſcere facio, amplifico. Lactan. lib. vi. Et dum voluerunt ſanare vitia auxerũt. Hic cõponitur, adaugeo & exaugeo q̃ vehementiam ſignificãt. Terent. in heau. Hoc timet ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta ſiet. Idem. Ibi concurrũt multę opiniones quę mihi animum exaugeant, occaſio, locus, ętas, mater ſub cuius imperio eſt mala. Ab augeo fiunt auctio, as, auctus, a, um, auctus, auctionor, auctor & augeſco augeſcis,

¶ Augeſco, auctus magnus vel groſſus fio. Sumit enī paſſue. Pli. lib. xi. Augeſcũt corpora dulcibus atq; pinguib⁹ & potu minuũtur ſiccis & aridis & ſiti. Cic. in Cato. Aqua oriẽs vna ſe oſtendit, q̃ & ſucco terræ & coloreſolis augeſcẽs, prę-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mo eſt per acerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. Inter augeſcere & augere hoc intereſt q̄ augeſcere intrinſecus augmentum ſuum operatur. Augere vero extrinſecus.

* Augifico nōnulli ex antiquis dixerunt. Ænnius. Et tabes numeros augificabit ſuos. Cc.

¶ Augmento, as, idem quod audeo. Cic. in Læl. Sed viuēdi eſt finis optimus cū integra mente cęteriſq; ſenſibus opus ipſa ſuū quę augmentauit natura diſſoluit. Hinc coaugmēror Lac. de ira dei. Senſus, cogitatio, memoria, ingeniū, quibus ſeminibus coaugmentari poſſunt.

ō Augię, vel augeę pluralis numeri. Verūtamen apud Stephanū id nomen ſingulari numero ſcriptū reperitur, duo aūt ſunt huiuſce nominis oppida, alterum ī Laconia, alterum id loc ride vti Homero placuit.

¶ Augur generis cōmunis, quod & auger, eris, ſecundum Priſcia. dicit ab auibus gerendoq; quia per eū auium geſtus edicitur, vel ab auiū garritu. Et is eſt qui aures ſuas auiū vocibus accōmodans futura pronūtiat. Hinc auguriū quod & augur & augurū dicitur pro ipa diuinatione quaſi auigeriū dictū vel augariū. Erant autem tria diuinationis genera in auibus. Nā alię volatu, alię cāru futura p̄dicebāt. Et illę quidēm p̄petes iſtę oſcinę dicebātur. Erat & tertiū genus ex illarum guſtatu cū pullis gallinaceis e cauea depromptis eſca porrigebaī vt tripudiū ſoliſtimū inde eſſet, pernitieſq; portēdebatur ſi eſcā non caperēt. Quapropter in felicē conflictū a Numātinis in Mācinum illatum prædixerūt pulli qui eſcā non ceperunt ſed ex cauea euolarunt.

¶ Auguror pe. cor. depo. auguriū facio, diuino. Ouid. lib. iij. meta. Iāq; dies aderit quā non procul auguror eſſe. Compoſita ſunt inauguro q̄ ſunt contraria. Eſt em̄ inaugurari non ſolū in augurum numerum aſcribi & cooptari, ſed etiam in aliud ſacerdotiū conſecrari. Cic. de Antonio Cæſaris flamine. Quid igitur ceſſas? cur non inaugurare? ſume diem, vide qui te inauguret.

* Auguraculū veteres dicebant quā nos arcem vocamus, q̄ ibi aues publicę auſpicarentur. Cc.

* Auguralis virga lituus appellat⁹ eſt breuis, in latere qua robuſtior eſt incuruus. Cc.

¶ Auguro, ras. Idem. Vergi. lib. ix. Et ſi quid veri mens augurat opto.

¶ Augurior. Idē. Hiero. in Geñ. Scyphus quē furati eſtis ipe eſt in quo bibit dñs mecum, & ī quo augurari ſolet.

¶ Auguſtus locus religioſus ſanctus in q̄ augurato qd conſecraī, ab auctu, hoc eſt incremēto. Vnde auguſtū quaſi auctum Iouis ope imperiū, ad qd nomen aliuſit Oui. Augeat imperiū noſtri ducis, augeat annos. Egeſippus quoq; lib. v. Auguſtū apud Romanos nomē imperij eſt, q̄ augeat ſuos, non q̄ alienos opprimat, vel dicī Auguſtus ab auiū geſtu, id eſt qui ab auibus ſignificatus eſt, vel ab auiū guſtatu, quia aues paſtæ id ratū fecere. Vnde auguſtū rectum dicit augurio conſecratū. Ædes enim templaq; rite conſecrantes appellarunt auguſta. Vnde Oui. lib. i. faſt. vult Auguſtū fuiſſe dictum quaſi rite a populo ſacerdotibusq; dicatū, eadēq; ab origine auguria dicta q̄ſi ea Iuppiter manu ſua dare & augere ſit viſus. Ait enim. Sācta vocant auguſta patres, auguſta vocant Templa ſacerdotū rite ſacrata manu. Huius & auguriū dependet origine verbi. Et quodcūq; ſua Iuppiter auget ope. Abuſiue tñ Auguſtus p̄ nobili ſacro & maieſtatis Pleno ponit. Verg. lib. Geor. Si q̄ñ ſedem auguſtā. Vnde Auguſti dicti ſunt Ro. Imperatores ab Octauio auguſto, qui primus meruit hoc cognomē. Et Auguſtus mēſis dict⁹ eſt qui antea Sextilis vocabaī donec nomen Auguſti dareī ex ſenatuſcō. Nam Auguſtus Cęſar menſe ſextili primū conſulatū iniit, triūphos invrbē intulit. Et ianiculo legiones deductę ſecutęq; ſunt eius auſpicia. Sed & Ægyptus hoc menſe in potestatē Po. Ro. redacta eſt, finisq; ciuilibus bellis hoc mēſe impoſitus. Atq; ob has cauſas, cū hic menſis huic imperio felicissimus fuerit, placuit ſenatui, vt hic menſis Auguſtus appellaretur.

* Auguſta laurus ampliſſima eſt, & arbore & folio, baccerū non aſpero guſtatu. Cc.

¶ Auguſtale, domus in qua habitat magiſtratus, quę & prętorium dicitur.

¶ Auguſta Cæſarea vrbs ſupra Iberū ſita. Diſtat a Numātia ad. lxxx. ſtadia.

¶ Auguſta emerita, ciuitas Luſitaniæ q̄ ab emeritis conditoribus & Auguſto nomen ſortita eſt, Nāvt Dio. refert. Quo tempore Cęſar Auguſtus Cantabris & Aſturibus deuictis in Italiam rediret, reliquit milites qui ſupra ætatē forent atq; conceſſit ipſis, vt in Luſitania Auguſtā emeritā conderent.

* Auguſteum marmor vndatim ſcriptū in vertices. Cc.

¶ Auidus, cupidus a non videndo, vt quidā putant q̄ propter nimiam cupiditatem nō videat quid agat. De hoc etiā in dictione auarus.

¶ Auis videtur compoſita dictio quaſi ſine via, quia volatus ſciri non poteſt. Nam aues vias certas non habent, ſed per auia quæq; diſcurrunt, vel dicitur auis ab aduentu eius, quia inde veniat vnde quis non ſuſpicetur, vel q̄ ſingulis annis adueniat. Et propria auis eſt quæ oua parit pennis prædita prēter vnum veſpertilionem qui vtroq; caret. Volucris eſt quæcunq; volans, vt veſpa.

* Aues Palamedes a Poetis grues dicuntur. Mar. Turbabis verſus, nec littera tota volabit. Vnam perdideris ſi Palamedis auem. Cc.

* Aues ſedere dicuntur quando in altiori ſunt ſitæ, vt cornix in arbore ſedet. Cc.

¶ Auiarius, qui curā auium gerit. Col. lib. ix. de gallinis. Sic tñ vt illuſtria ſint loca q̄ cōmodius habitet auiarius, qui ſub inde debet ſpeculari aut incubātis aut parturientis fœtus.

¶ Auiarium locus ſyluęſter ſiue via. Ser. Auiaria ſecreta nemora q̄ aues frequentant. Verg. lib. ij. Geor. Sāguineis inculta rubent auiaria baccis. Ite auiaria dicūtur loca vbi pēnāq; ta nutriuntur, vel clauduntur, vel cuſtodiuntur vel quo ſe aues recipiūt & colūbi & paſſeres, ſicut apiaria quo apes grę ce ornithones vocātur. Col. lib. xix. Quę nos ſimiliter appellamus apū cubilia apiaria, vel nantiū volucrum q̄ ſtagnis piſcinisq; lętātur auiaria, vel etiā pecudum ſyluęſtrium q̄ nemoribus clauſis cuſtodiuntur viuaria. Hoc modo auiarium & auiarius ab auibus ſunt.

¶ Auicula diminutiuum, parua auis. Gel. lib. ij. Auicula eſt parua, nomen eſt Caſſita, nidulaturq; in ſegetibus. Item auicula diminuti. eſt ab auia. Cice. pro L. Flacco. Nunc denicq; materculae ſuæ feſtiuus filius auiculę minime ſuſpicioſæ purgat ſe per epiſtolam.

¶ Auilla quaſi ouilla, agnus recentis partus.

¶ Auius, a, um, quod eſt ſine via. Verg. lib. ij. Geor. Auia tū reſonant auibus virgulta canoris. Sal. in Iugurt. Ipſe cū delectis militibus Metelliū ſequitur nocturnis & auijs itineribus ignorat⁹ repēte Romanos palātes aggreditur. ō Luca. Auia pieridū peragro loca nullius ante Trita ſolo aui⁹ lōge a via & rōne remotus. Luc. Auius a vera longe ratione vagaris.

¶ Auus ab quo noī atus eſt, q̄ patre antiquior ſit. Vel a grę co ἀυσω reſonans, quia ἀυω ſicco clamo ſtrepo eſt enī quæru la illa ætas, ab ἀ priuatiua & υω pluo, vel dicī auus q̄ ad patrē līt aditus. Et eſt patris vel matris pater, a quo Proauus aui paterni vel materni pater q̄ ſit ppe auum. Inde abauus, proaui paterni vel materni pater q̄ ſit iam ꝓcul ab auo. Denicq; atauus, & tritauus q̄ſi tetrauus, quia quartus ſit ab auo, vel quaſi tertius pater. Eſt enī atauus ſiue tritauus abaui vel abauię pater. Poſt tritauum maiores dicuntur.

¶ Auia patris vel mīs mater, a q̄ ꝓauia abauia & tritauia.

¶ Auitus, a, um, pen. pro. ab auo ſiue ab auia fit, & ſignificat quod ad auū ſiue ad maiores ptinet. Cic. in Ver. acti. ij. Nulla res cuiusq; tam patria atq; auita fuit q̄ non ab eo imperio iſtius abiudicaretur. Liui. Interuenit deinde his cogitationibus auitum malum regni cupido.

¶ Auūculus non eſt diminutiuū, quia non recte formaī ſed eſt matris meæ frater, ſic dictus q̄ æque tertius a me vt au⁹

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est,sed nō eiusdem iuris.Ideoq; vocabuli facta diminutio est perinde ac minor auus.Vel dicit auunculus q̄ aui locū teneat & proximitate tueat sororis filios, quemadmodū frater patris a patre patruus appellatur q̄ sit quasi alter pater. Vnde & ipsi fratrū ac sororū filij nepotes ex fratre & nepotes ex sorore dicuntur.Auunculus maior est auiæ maternæ frater.Pers.Maior auunculus exit.

¶ Aula a nostris pars domus q̄ vulgo sala seu atriū dicitur, ἀυλὴ enim latine atriū dicit.Antiqui aulas ollas dicebant.i. vasa figulina quibus cibaria coquunt.Plau.in am.Optimo iure infringat aula cineris in caput.Huius diminutiuū est aulula,a quo Plautina fabula aululatia vocitata est,hoc est parua olla in q̄ repositus erat thesaurus.Fit etiā aliud diminuti. qđ est auxilla.Est & aula,principis domus q̄ & regia dicitur Sene.Notissima vox est eius qui in cultu regū consenuerat, cū quidā illum interrogaret quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset senectutem?Iniurias inquit accipiendo & gratias sæpe agendo.

ð Aulęa,ę,& Aulęū.Sunt aūt Aulęa vela picturata & versicolori textura spectabilia,q̄ a gręcis peripetasmata & peristromata nominant,quib⁹ parietes obtendūtur q̄ in aliquo apparatu solent adhiberi.Dicta aulæa, ab Aula atali asię regis in qua primū inuenta sunt.Vnde etiā Atalica aulæa vocant.Proper.Nobilis aulęis porticus atalicis.Refert Pli.Atalum primū inuenisse aurū vestibus intexere.Vnde est nomē atalicis.Beluata tapetia dixit.Plau.A textura beluarū quę in aulæis intexuntur.Sūt etiam aulæa vestimenta & quasi militaria paludamenta.Verg.Purpurea intexti tollant aulæa britanni.Dicta sunt aulæa,cū fœminino gñe a Curtio. Ait enim.Ne quicq̄ eorū quæ inuicem iactata erant rex ignorabat cum post aulæam quæ lectos obduxerat staret.

⁎ Auleticos Tibialis calamus est.Cc.

⁎ Aulíticon calami genus est continuo foramine peruium tibijs vtilius.Cc.

¶ Aulis,idis,vel aulis regiuncula est,vt ait Stra.Bœotiæ petrosa ex re sortita nomen.Nā significat tentorium vel locū quo quis castra metatus est.Est & ciuitas eiusdē nominis cū portu capace paucarum nauiū,vbi cū venere Græci coniurarunt sub Agamennone excidum Troianū. De hac Ouid. lib.xij. meta. Bœotia tellus aulide piscosa puppes tenuisset ituras.Est autē ἄυλίσ ἡ κοίτη ἀυλίσιλοσ πόλισ βοιωτίασ.i. aulis cubile,& aulis vrbs Bœotię.Hęc Suidas.Home.autem χθιξατε νῆ πρώἰ ἵξόμεσ ἀυλιδ ἀυῆεσ ἀχαιῶν ἠγερέθοντο μάλ πρίαμω καὶ τρῶσι φερουσάι, ἡμεῖσ δ' ἀμφὶ σεῖ κεῖνοί ἐσσὸ κατάβωμοὺσ ἔξ δ'ομερμ,& subdit καλὴ ὑπόπλατανίσ ὅθεμ ῥέε νάσλαόμ ὕδωρ ἔνθ ἔφάνη μέγα σῆμα δ ἀκωκω, & subdit,ἔνθα δ' ἔσαμ σρουθοῖο νεοσσοὶ νήπια τέκνα ὄζω ἔπ ἀκροτάτω σετάλοισ ὑποπεπτηῶτεσ.i.Hericę & priusq̄ qñ ad aulidem naues Achiuorum cōgregatę sunt mala Priamo & Troianis ferentes nos vero iuxta fontē sacra ad altaria faciebamus,& subdit.Pulchra sub Platano vnde fluebat splendida aqua hic apparuit magnū signū draco & subdit. Vbi erant passeris pulli stulti infantes ramo in summo frondibus volantes.

¶ Aulicocia,exta quæ in aulis,id est ollis coquebantur, hoc est elixa.

¶ Auxillam,ollam paruulā dicebāt,vt inquit Festus.

¶ Aulon mons Calabriæ cōtra Tarentinā regionem ferax boni vini.Mar.Nobilis & lanis & baccho fertilis Aulon. In eo est & oppidū eiusdem nois.Est & nomen duarū vrbium quarū vna est in Macedonia,alia in Cilicia.Præterea aulon, vt scribit Hiero.Cānulæ aut chordulæ q̄ in organo resonāt Aulę tibia,& calamus tibialis auleticus dicit vtpote tibijs vtilior.Ille vero qui physulis est accōmodatus syringia appellatur,sicut scribit Plin.lib.xvi.Dicitur & hic aulos auli ꝓ tibia.Inde choraules tibicen.

ð Auletris αυλητρισ mulier tibicina.Nā αυλοσ tibia est,si autem duo verba feceris aulater interpretatur.

¶ Auoco,as,pe.cor.alio voco,per translationem vero pro abstraho siue disiungo sumitur.Lactan.lib.i.Et ad studia pacis a rebus bellicis auocauit.

ð Auoluntate,significant eum qui pro voluntate est, & defendit voluntatem alicuius.

ð Auoluptate dicitur,qui studiū habet inueniendi voluptates,vide in litera A.

¶ Auolo,as,pe.cor.alio volo,siue alio subito discedo.Hiero. in Leui.Dimittet passerem viuū vt in agrū auoleț.Augusț. lib.vi.cōf.per trāslationē.Et si quid arrisisset ꝓsperū apprehēdere tædebat quia pene priusq̄ teneretur auolabat.

¶ Aura ventorū vis,licet a vento distinguatur,vt in naturalibus quæstionibus Sene.docet,q̄ aura sit leuior,vētus vehementior.Verg.lib.iiij.Æne.At illi dulcis compositis spirabat crinibus aura.Interdū aura ponitur pro splendore.Idem in.vi.Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.Vñ aurū secundū aliquos dictū est a splēdore qui in metallo est.Interdū pro afflatu & fauore,quia cū flat in æstate videtur æstuātibus fauere.Idē ibidem.Iā quoq; nunc nimiū gaudens popularibus auris.Vnde aurarij dicūtur fautores.Interdū peo facilitate qua in amorē trahūtur aliqui.Hora.lib.car.Tua ne tardet aura maritos.Fit autem vt quidā sine græco volunt aura ab aere q̄ motus aer & splendorem faciat & ventū, immo gręcū est.Suidas,ἄῦρα ἡ τοιῶνοή,& ī dictione χαλάνσ quia iste dabat iuramenta ferre ventis.

¶ Aurora proprium nomen est,potest tamen & pro die accipi & tunc appellatiuū est ab auro deriuatum.ð Vel ab aura.Nā surgente sole pusilla quædā sentitur aura ð. Proprie enim aurora est ipse solis ascensus.i.prima pars diei in qua solet pulsu solis aer commotus aurā facere. Alij aurorā splēdorem solis existimant.ð seu matutinum splendorem ab eo q̄ ab igne solis,vt auro aer aurescit ð. Auroram etiā diluculū nūcupauere q̄ tū dies lucescere inciperet.ð Aliter Specu.

ð Aurora est diei principium,primum a sole lumen.

¶ Aurū dictū est q̄ prę̄cipue custodiatur, græce em ὠρεῖν custodire dicit.Vnde thesaurus dictus est.Nā θήσω ponam ὥρῶ custodio.Hippocrates ab inuentoris noīe dictū putat quem vocitatū ait ἄυριον.Quīdā a similitudine auroręcoloris nomen traxisse existimant.Nonnulli ab auertendo, quia hominū mentes auertat.Verg.Quid nō mortalia pectora cogis, Auri sacra fames.Alij a Sabinis translatū dicūt. Qđ illi ausum dicebāt/f/in/r/postea mutata, vel potius ab ἀυσόσ dicitur dies & abundās.Sumiturq; aurū pro ipsa materia.Q̄nq; pro pecunia.f.pro aureis nummis. Quandoq; pro ornamento mulebri.Plau.in muſ.Agedū contempla aurū & palam satim hęc decent scapha. Teren.in Eu.Interea aurum sic clam mulier demit dat mihi vt auferam.

ð Aurum & argentū factum dicitur,qđ neq; in massa,neq; in lamina neq; ī signato,neq; in supellectili,neq; ī mūdo neq; in ornamentis sit, Vlpia.Si factū aurum est omne ad eū perrinet cui legatum est.Ex quo auri aliquid est effectum Verg. Sunt auri pondera facti infectiq; mihi.Ser.Ita existimat aurū vel argentū factum id videri quo commode vti possum⁹.

⁎ Aurū coronariū dicebantur triūphales coronæ aureę quę imperatoribus ob honorem triumphi mittebantur.Cc.

¶ Aureus subst antiuum accipit pro ipsa pecunia.Pli. Imma ne tabulę pretium accepit aureos mensura non numero.

¶ Aureus,a,um,qđ totum ex auro est. Auratus,a,um, qđ in superficie habet aurū.Nam multi fiunt anuli aurati, qui tamen aurei non sunt.Abusiue tamen dicitur domus aurea & porta aurea,cum aurata dici debeat,vt eques auratus.Et auratus ꝓ aureo.Sueto.in Nero.Piscatus est rete aurato purpura coccoq; funibus nexis.

¶ Auro,as,aurū superpono.A quo deauro & inauro. Vñ auratum deauratum & inauratū.Psal.In vestitu deaurato.

¶ Auriferum qđ fert aurū. Vnde aurifera flumina dicūtur Tagus in Hispania,Padus in Italia,Hebreus in Thracia. Pactolus in Asia,Ganges in India.

¶ Aurarij,qui aurū imponunt & inaurant.Et aurarij fautores qui fauoribus splendidos.i.claros faciunt ab aura.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Auraria fodina vbi fodit aurum. Quę & auro fodina dr̃.
¶ Aurifex faber aurarius qui auri laborādi artifex est. Plin. Velut aurificum arte alternis inter folia candidantibus margaritis, hinc aurificina pro aurificis taberna.
* Aurifur, qui furat aurū. Plau. Et mihi hic aurifur est. Cc.
¶ Auricomus pen. cor. qui aureos crines seu aureā comā habet. ὃ Vñ Phœbus vocat⁹ est auricom⁹ græce χρυσοκομης.
¶ Auramentum cum auro dicitur. Pli. lib. xxxiij. Hispania strigiles vocat auri paruulas massas quod super omnia solū in massa auramento capitur cum cætera in metallis reperta igni perficiantur.
¶ Auricalchū ex auro & ære dictum est, χαλκὸς enī æs dicitur quasi sit æs aureum, habet enim colorem auri. Siue propter cognationem quæ est inter au & o. Nam dicim⁹ plostrum & plaustrum. Cores & caules, sicut econtrario dixerunt ausculum pro osculum. Hierony. in apo. Et pedes eius similes auricalcho, hoc pretiosius oībus metallis fuit, ꝙ & splēdorem auri & æris duritiam possideret. Dicitur & oricalchū quia in locis montosis inuenitur, ὄρος enim latine mons dicitur. Plau. in Mi. Ego istos mores orichalcho comparem. Sta. lib. x. The. Emicat effigies & sparsa orichalcha renident.
ὃ Vulgus othonem vocat.
¶ Auripigmentū in Syria fodit ad pictor⁹ vsum in summa telluræ auri colore, sed fragili lapidū specularium modo.
ὃ Aurilegus pe. cor. qui aurum legit. i. furatur.
¶ Aurigo pe. produ. morbus qui & regius a colore auri quē bilis per totum corpus diffusa repręsentat, hinc auriginosus dicitur qui eo morbo laborat.
¶ Auriga pe. pro. & generis communis, secundum Prisc. qui vel quæ currum regit, sic dictus ꝙ splendorē sibi agat auris quasi fauoribus populi, id est clamoribus. Quandoq; generis fœminini ponitur pro ipso curru.
¶ Aurigor, aris, moderor, rego.
¶ Aurata piscis ab auri colore nomē accepit, cuius amator, Sergius orata cognominatus est, vt refert Macro. Nā arata prius dictus, quasi aurata ab oro quod vulgo ꝓ auro dicūt. Martia. Non omnis pretium laudemq; aurata meretur.
¶ Aurelia familia apud Roma. ex Sabinis oriunda, a sole dici creditur qui peculiariter Romæ sacra faciebant, antiquitus dicti Auselij, vt Valesij Papysij pro Aurelij Valerij papyrij Fuit & nomen proprium matris Cæsaris.
¶ Auras fluuius ab Hemo in Istrum defluens.
¶ Aures ab hauriendis vocibus dictæ sunt detracta aspiratione. Verg. Vocemq; his auribus hausi. Aut quia græcivocem ipsam ἀυδὴν vocant ab auditu per mutationē litteræ, aures velut audes. Et tam cartilagines q̃ foramina auriū dicuntur aures. Lucre. lib. vi. Triste supercilio furiosus vultus & acer Sollicitæ porro plenæq; sonoribus aures. Et tam de animātibus q̃ de eis quæ carent anima recte dicūtur. Verg. in Geor. Bine aures duplici aptantur dentalia dorso. Hinc inauris & auritus.
¶ Auricula non est parua auris, licet recte formetur, sed est exterior pars auris, vel pars infima quæ mollis est. Hieroñ. in exo. Et pones super extremū auriculę dextrę Aaron. Idē cōtra Iouī. Si digitū amputes si summita tē auriculę est, quidem dolor, sed non tantum dānum, nec tanta cum dolore difformitas, q̃ta si oculos eruas.
ὃ Auribus prouehi dicimur, quando audientes aliquid delectabile laborem pedum non sentimus, tanq; aures nos vehant. Apuleius. Me vsq; ad istam ciuitatis portam meis auribus prouecto.
¶ Auritus, a, um, pe. prod. quod magnas habet aures. Ver. Auritosq; sequi lepores. Et auritus dicitur qui bene audit. Hora. lib. carmi. Doctus auritas fidibus canoris ducere quæreus. ὃ Auritus populus apud Plau. in Asina. i. populus auribus intentus.
¶ Auricularius secretarius, consiliarius. Hierony. lib. ij. Reg. Fecitq; eum sibi Dauid auricularium a secreto, & auricularius dicitur medicus.
¶ Auricularius, a, um, qd̃ ad aures pertinet. Vñ auriculariū specillū dicim⁹. Similiter auricularis & hoc auriculare, vt verminatio auricularis cum putridæ aures vermibus scatent.
¶ Auriscalpium, instrumentū quo aures purgantur.
* Auritaurus mōs tauro oppositꝰ caucasus. Sed liberarior⁹ vitio id verbum deprauatū est, vt plærąq; alia & auritaur⁹ pro auritauro legendum ἀντὶ enim contra significant. Cc.
¶ Aureę sunt frœni qui circa aures æquorum religantur, immo pars habenæ quæ circa aures ponitur.
¶ Aurunci barbę caprarum. Vnde & pro barbaris hominibus poni solet.
¶ Aurunca vrbs quam condidit Auson Vlyssis & Calypsoos filius fluuius siue Cyrce.
ὃ Ausitis, idis regio est quæ hebraicę dicitur hus, in qua natus est Iob.
¶ Ausonia olim pars Italiæ dicebatur, in qua sunt Bene ventum. Tarracina ab Ausone Vlyssis & Calypsoos filio nunc aūt pro tota Italia sumitur, quæ Apennino finitur. Inde Ausonius, a, um, & Auson pro eo qui est ex Ausonia, ausonium mare pars Ionij est, Brutiam alluit, a Tarento incipit, tamen cur dicatur aliter scribit Suidas, ἀυσονιὼμ ἰταλῶμ καὶ ἄυσονες οἱ βασιλεῖς παρὰ τὸ ἄυσω τὸ τολμῶ, οἱ πάντα ἐπὶ τολμῶντες τῷ πρωσάρματι © ἀυσονιος πόντος, ἡ θάλασσα, σικελικὴ ἀπὸ ἀυσονος τοῦ ὀδυσσέως καὶ καλυψοῦς υἱοῦ ἐκεῖ βασιλεύσαντος. *, id est Ausoniorum Italorum, & Ausones reges ab ἄυσω audeo omnia audentes mandato, & Ausonium mare quod siculum mare ab Asone Vlysse & Calypsus filio illic regnante.
¶ Auscultо, as, cum accusatiuo significat audio. ὃ q̃ diligēter attendo, hinc illud Catonianū. Auditis enim non auscultatis tanq; pharmacopulā, aliquando obedio, sed cū datiuo. Plaut. Tum illum summisse loquentem auscultabam, cum datiuo obedio. Teren. in And. Pamphilum ne adiutem, aut auscultem seni. Item aspicio cerno. Afra. Ludos hinc auscultaui procul. Auscultare autem veteres pro auscultari dicebant. Plautus. Et inter sese auscultant, & columbatim os cum ore conferunt. Et tunc ab osculo, hoc est ore deducitur, quod ausculum dicebant.
¶ Auspicium, quasi auis specium, ab auiū spectatione dicitur sicut auguriū quasi auium garriū ab auiū garritu & voce & garriendo. Auspicium ab auiū volatu fit. Duo sunt auspiciorum genera. Vnū ad oculos, alterū ad aures pertinēs. Ad oculos volatus, ad aures vox auium. Thirelias Thebanus primus auspicia auiū inuenit. Vide etiā in dictione Augur. Verg. pro potestate posuit. Cōmunem hunc ergo populum paribusq; regamus Auspicijs. Ab eo quod pręcedit ad id quod sequitur ꝙ ijsdem auspitijs creari consules parē habent potestatem. Auspicium antiqui curiosissime obseruabant, adeo vt nihil publice sine auspicijs nec domi nec militiæ gereretur. Vnde auspicium capitur q̃nq; pro ductu & fortuna, quia dux belli anteq̃ iret in expeditionem auspicia capere solebat. Quandoq; capitur pro præsagio.
¶ Auspices qui auspicio præsunt, quos idem esse quod augures. Cicero his verbis declarat. Quid de augurijs loquar? tuæ partes sunt. Tuum inquit auspiciorum patrocinium esse debet. Quamobrem hi augures auspicesq; dicebantur & auspices qui præpositi sunt celebrandis connubijs ex parte viri. Nam ex parte vxoris pronuba dicitur, quia auspicium pro nuptijs capere solebant. Aliquando auspex capitur pro eo qui dux militiæ est. Hora. Nil desperandum Teucro duce & auspice Teucro.
¶ Auspicor, auspicium capio vel incipio, tam in bonum q̃ in malum propterea ꝙ nihil veteres rei magnæ ordiebant nisi auspicato. Sueto. in Augu. Militiam auspicantibus non tribunatum modo legionum, sed etiam præfecturas alarū dedit, id est militiam incipientibus & felici auspicio inchoantibus. Plin. lib. vij. At homo ī feliciter natus iacet manibusq; pedibusq; deuinctis, animal cæteris imperaturum a suppliciis vitam auspicatur. Col. lib. xij. Possit ab idibus Ianuarijs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

auſpicari culturarum officia. Inauſpicatus non auſpicatus, vſitatum eſt veteribus ſic dicere, ſi quid aliquando aliter eueniſſet, q̃ vellent. Auſpicatam rem dicimus, quę auſpicijs probata eſt. Auſpicato aduerbium. Teren. Haud auſpicato huc me appuli, id eſt non fœliciter. Quintilianus. Itaq; apud illos Homerus ſicut apud nos. Vergi. Auſpicatiſſimum dederit exordium, id eſt fœliciſſimum.

¶ Auſter, ventus meridionalis, ab auriendis aquis dictus, licet quandoque non aſpiretur in principio. Nam nebuloſus atque humectus eſt, qui etiam notus græce eadem ratione appellatur, quoniam ὑτις latine humor dicitur. Ponitur tamen quandoq; pro alijs ventis. Ab auſter fiunt duo adiecta. Auſtrale & auſtrinum. Sed hęc non abſurde per /h/ ſcribi videntur.

¶ Auſterus auſtera auſterum, penultima producta, græca dictio, quæ apud nos ſignificat acre, aſperum, immite. Horatius in Ser. Molliter auſterum ſtudio fallente laborem, græce ἀυσκρόσ.

* Auſtraria, inſula eſt in oceano ſeptentrionali, aliter Gleſſaria dicta. Cc.

¶ Auſtro, as, ſignificat humecto. Plaut. Auſtrati ad ignem ſedent.

¶ Auſtrum, radius rotę. Lucret. lib. v. Vt fluuij verſare rotas, atq; auſtra.

¶ Áuſugani, populi ſunt inter Feltriam & Tridentum, ab Auſugo oppido dicti. Nunc vallis Sugana vulgo appellari ſolet. ð Vbi lanæ copia fit.

¶ Aut coniunctio ſeparatiua. Vergi. Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto. Aliquando dubitatiua, vt aut librum volo, aut precium. Si ſemel ſubijciatur diminutiua eſt, vt aut age diuerſas. Quod enim grauiſſimum erat, Iuno optauit. Aliquando coniunctiua, vt aut Dauni tu magne pater diuum miſerere. ð Quandoq; ſignificat pro tempore, vt Aut ante ora deum pingues ſpatiantur ad aras, inſtaurat donis epulas, id eſt nunc ante ora deum.

ð Autolicus, fur maximus perhibet auus Sinonis, qui equũ in Troiam introduci fecit. Alter fuit pernaſi incola, de quo Stra. lib. ix. ſcribit, ꝙ furto vicinorum bona ſurripuerit.

ð Antochthones Epitetõ Atticorũ eſt quaſi indigenę, & in eodem nati ſolo, qđ incolant eiuſq; terrę primi cultores. Non enim aduenę ſunt attici, neq; paſſim collecta colluuies originem vrbi dedit. Sed vt hiſtorici tradunt, quę illis ſedes eadẽ origo eſt. Apud Cic. ad Atticum αυτοχτον in homine vrbanitas pro ingenita & natiua, nõ aũt inſitiua & alienigena. Suidas in ethimologico Antochthonas ſcribi dici, præter Athenienſes Arcadas quoq; & Eginetas.

* Authenticum dicimus græcos ſecuti, quod latine authoratum diceremus. Cc.

* Autem pro ſed ſiue verum. Cc.

¶ Automedon pe. cor. nomen aurigę Achillis.

¶ Autolecyth⁹ pr. cor. mẽdic⁹ ſcurra, græcũ eſt ἀυτολήκυθοσ ſed λήκυθος eſt vt vrceolus olei, ἄυτὸσ ipſe qm̃ nec aliud poſſidet ait Suidas. Iu. de Codro. vrceoli ſex, & ſubdit καὶ γάρ ἔϊκον ἐν ταίσ λικύθοισ ἀρεύρια, & multa alia.

¶ Autographum dicim⁹ propria ipſius manu ſcriptũ. Græci ἀυτὸν ipſum dicunt γράφω ſcribo. Vnde autographa epiſtola apud Sueto. in Aug. ipſi⁹ manu ſcripta ſignificatur. Antigrapha vero reſcripta.

¶ Autocineton pe. pro. græce ἄυτοκίνητον ſeipſum mouẽs, & non ab alio mouetur.

ð Autodidactus, qui ſeipſum magiſtrum habet qualis fuit diuus Augu. eccleſiæ doctor eximius.

¶ Automata, ſunt inſtrumenta arte mœchanica, ita ſubtiliter fabricata, vt ſua ſponte nullaque apparente cauſa moueantur, qualia ſunt horologia, machinæ que verſatiles. Automaton enim interpretatur vltroneum, & ſuæ ſpontis Scribit Victru. hydraulíticas machinas, & aquarum expreſſiones automatas a Cteſibio primo repertas fuiſſe, vbi automata appellat mœchanica inſtrumenta, quæ per ſemetipſa moueantur. Mors naturalis & fatalis dicitur a Demoſthene ἀυτόματοσ quaſi ſuę ſpontis, & nulla extrinſecus vi coacta. Demetrius Moſchus Laconicus λέγεται ὅτίμαίομαι τὸ ἔσσυμαίτι ποῆν. * Id eſt dicitur, ꝙ μαίομαι. i. impulſus ſum aliquid facere.

ð Automalæ a græcis dicũtur profuge. Pom. ſcribit Æthiopũ alios vocari a vitæ ſpacio Macrobios alios, qui ex Ægypto aduenere automalas. Ita enim græci profugas appellant.

¶ Autonomus, penultima correpta, qui viuit ſuis legibus. Autonomia libertas viuendi ſuis legibus. παρὰ τὸ ναίνω νόμοσ.

¶ Auturgus artifex per ſeipſum faciens. Auturgia manualis operatio ἀυτὸσ καὶ ἐργάζομαι. * Id eſt ipſe & facio.

ð Autopyrus pen. corre. fermentum dicitur, qui & cymitis, non ꝙ fermentatus omnis græce dicatur autopyros, ſed ꝙ panis autopyros vtilior ad ea ſit quotiens fermentum accepit. Igitur panis autopyr⁹, qui & ſyncomiſtus dicitur ex eo nomen habetur, ꝙ non ex triplici parte ſit, ſed ex ipſo plane toto, pyrmos & anarectos hippocrati vocatus.

ð Autoſchedios ἀυτοσχεδίοσ forma rudis.

¶ Autumo, as, pen. corre. exiſtimo, cenſeo, affirmo. Plau. Niſi hoc ita factum eſt perinde vt factum eſſe autumo, non cauſam dico eum, quin ſimules probri.

ð Auctũnus ab augendo, ꝙ tunc maxime augeantur opes coactis agrorum fructibus. Ideo Cypri. ad demetrianũ, neutro genere vſus eſt. Nec adeo arboreis fœtibus auctũna fœcunda ſunt. Hinc auctũnitas auctũni tẽpeſtiuitas, ſicut Olyuitas quando olea legitur. Hinc auctũnale adiectiuum, vt tempus autũnale, & ideo per /c/ ſcribendum eſt.

¶ Auxilium ab augeo, qm̃ augebant numerum ij, qui accedebant alienigenæ. Proprie cm̃ dicitur ſocioꝝ, cũ legiões ex Romanis cõſtent. Inde Vege. lib. ij. de re mili. Auxiliares ex diuerſis locis veniunt, & legionibus ſemper auxilia tanq̃ leuis armatura in legione iungebantur, vt in his pliandi magis adminiculum eſſet q̃ principale. Inde apud hiſtoricos legionarij & auxiliarij diſcretim ponuntur.

¶ Auxiliaris & auxiliarius vtrũq; dicitur pro eo, qui in auxilium alicuius venit. Aſinius pol. Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem vllum quoq; miſi.

¶ Auxiliari ſignificat adiuuare, auxilio eſſe, & tam accuſatiuo q̃ datiuo conſtruitur, quandoq; etiam genitiuo. Hiero. in Eſa. In die ſalutis auxiliatus ſum tui.

* Auxilia. Vide in dictione Aula.

¶ Auximum penultima producta. Piſceni vrbs, a qua Auximates populi dicti ſunt, vt inquit Strab. Vulgo Oſimum dicitur.

AXamẽta, carmina, quæ a Salijs in vniuerſos homines componebantur.

* Axantos, inſula eſt in oceano ſeptentrionali. Cc.

¶ Axinomantia cum accentu in penul. genus magicæ diuinationis per dolabellas ſecureſq; quas græci axinas vocant. Vnde Pli. lib. xxx. ſcribit peluibus, ſecuribus, ac multis alijs modis diuina magos promittere.

¶ Axare antiqui pro nominare poſuerunt.

* Axiæs mulieres dicebãt, ſiue dij vna aliquid agentes. Cc.

¶ Axis in cœlo, proprie ſignificat diametron mũdi. Eſt enim linea imaginata, quæ ab vno mũdi cardine ī alterum tẽdit. Apul. in Coſmo. Eos polos dicimus, a quibus velut a cardinibus axis eſt ductꝰ diuiſor & diſcriminator mũdi, orbẽ terrę in medietate cõſtituẽs. Duo ſunt aũt axes qui & cardines dicũtur, ꝙ circa eos rotari orbis videat, & poli a græcis vocantur. Nam vt quidam putant axis ab agendo, id eſt mouendo deducitur. Et axit pro egerit, veteres vſurpauere. Vnus auſtralis, ſiue antarcticus, hoc eſt arctico oppoſitus, qui terræ obiectu a nobis cerni non poteſt. Alter ſeptentrionalis, ſiue arcticus, ſiue arctous aut boreus, qui nunq̃ occidẽs ſemp cõſpicit. Verg. Hic vertex nobis ſemp ſublimis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

at illum ſub pedibus ſtyxatra tenet, maneſque profundi. Hinc pro ſeptentrionali parte ponitur, ꝙ hic polus, dunta xat nobis notus ſit, circa quem orbis vertatur. Item axis dicitur ſtipes, ſeu lignum teres circa quem tota currus vertitur. Verg. lib. iiij. Georg. Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis. Hinc græci ἄξονα dicunt. Licet quandoque pro toto curru capiatur, vt apud Iuuenalem. Dignus aricinos, qui mendicaret ad axes. Item axis dicitur totum cœlum, vt axem humero torquet, id eſt cœlum ſuſtinet. Dicitur & axis circa quē aliquid agitur, hoc eſt mouetur. Vnde axioſi factioſi, ꝙ vna quid agerent, facerentq; ȣ Item axes tabulæ feſtiles ſunt, inquit Feſtus, vnde coactio, id eſt contabulatio, aut ſtipites toretes. Et axis quoq; fera eſt in India, humili pelle, pluribus, candidioribuſq; maculis.

¶ Axilla, locus concauus ſubter brachium, vbi naſcũtur pili. Inde fit ala, vt inquit Cicero.

¶ Axungia, interior porci pinguedo iueterata ab axe plauſtrorum vngẽdo dicta, vt facilius circa eum rota vertatur. Hæc quando vetuſtior, tanto vtilior eſt, & multas vires habere creditur, quoniam id animal hærbarum radicibus veſcitur. Plinius. Folijs cum axungia ſtrumas diſcutit. Dicitur & axugnia. Idem lib. xx. Et ſylueſtri ruta cum axugnia veteri ilitos ramices ſanari produnt.

¶ Axioma penultima producta, a Varrone profatum, & proloquium dicitur a Cicerone libro. i. Tuſcul. pronunciatũ ſiue proloquium. Et eſt ſententia in qua nihil deſyderatur, vt Annibal pœnus fuit. Scipio nũmantiam deleuit. Et omnino quicquid ita dicitur plena & perfecta verborũ ſententia, vt id neceſſe ſit, aut verum, aut falſum eſſe, id a dialecticis axioma appellatum eſt, alibi Cicero dixit. Fundamentum dialecticæ eſſe axioma, quod ait eſſe quaſi effatum. Eſt præterea axioma, id eſt pronunciatum, quod alij adiũctum, alij connexum dixere. Id tale eſt. Si Plato ambulat, Plato mouetur. Si dies eſt ſol, eſt ſuper terram. De hoc Martian⁹ capella. li. dial. intelligi volens, ſic ait. Quod fuerit ex nominatiuo caſu nominis, & tertia verbi perſona coniunctiuum proloquium dicitur. Ergo miſer eſt. M. Craſſus ſed trahant alij, & vſurpent quantum velint huius dictiunculæ ſignificationem græce tamen dicitur ἄξίωμα, id eſt dignitas, poſtulatio, ἀξιόω probo, dignum facio, peto, dignor, rogo, volo, cenſeo.

¶ Axius fluuius, Paphlagonum per Mygdoniam fluẽs. Plinius libro. iiij. Mox antigone europis axium amnem eodem nomine alius, per quod Rhedias fluit. Axium vrbs in Media inferiore.

¶ Axus Macedorum fluuius Axos vrbs Cheroneſſi Thraciæ. ȣ Axos etiam græci crepidines vocant.

¶ Axon Ionum fluuius in minore Aſia. Axona flumen ī extremis Rhenorum.

ȣ Axona Græci vocant ſecunda ceruicis vertebram, ꝙ ſit immobilis, quaſi vocant.

ȣ Axonos pe. pro. Nam græce ἀξωνος appellatur, qui præcinctus, hoc eſt ſtrenuus eſt.

A ante Z

Azana, Æthiopiæ regio, quę ſinum rubri maris barbaricum appellatum obtinet, a qua azanum mare dictum eſt a Plinio libro. vi.

ȣ Azanium fons quidam, vt inquit Eudoxus cui⁹ aquam guſtantibus vini tædium veniat, intantum vt ne odor quidem eius feratur. Victru. & Plin. aſſerunt talem fontem ſiue lacum fuiſſe in agro clitorio.

¶ Azelos penultima producta, latine dici poteſt ſine amore, infœlix, ſine inuidia, ab a priuatiua ζῆλος etiã multa alia ſignificat.

¶ Azimus pen. cor. cum y/ apud nos dicitur ſine fermento ζύμη enim fermentum dicitur.

¶ Azotus pen. produ. vrbs Syriæ, a qua Azotius, a, um, vt viri Azotij, qui Azotum habitant.



Litera muta eſt, quæ nõ ī ſonum ſuũ, ſed ī ſonũ e, literę finit. Nam greci vita nominãt. Gerit virtutẽ & ptãtẽ mediã inter / p / & / ph. Quare nos obliterarũ affinitatẽ dictiones græcas traducẽtes, nonnunq; / p / & / ph / in illã cõuertim⁹ vt cũ apd' græcos ϖῦζος ſcribatur, apud nos buxus. Et quod illi ἀμφω nos ambo trãſcribim⁹. At ecõtrario quod illi cũ / b / ſcribũt, cum ph / traducim⁹, vt θρίαμβος triũphus. Cõuertit qñq; / b / in u / euphonię, vel differẽtiæ cauſa, vt aufero, pro abfero. Aufugio, p abfugio. Trãſit etiã in / f / vt ſufficio, in / c / vt occurro, in / g / vt ſuggero, in / m / vt ſummitto, in / p / vt nubo, pſi. ȣ Baal ait Augu. eſt nomen apud Aſſyrios, quod datur ſoli. Nam Baal punici videntur dicere dominum, vnde baalſamẽ, quaſi dominum cœli dicunt, ſamen quippe apud eos cœlum appellatur.

* Babactes, vnum ex nominibus bacchi ἀπὸ τοῦ βάζω id eſt clamo. Vide Bactes.

¶ Babylon pen. cor. nomen principalis vrbis in Chaldæa. Et apud nos confuſio, vel tranſlatio dicitur propter linguarum confuſionẽ eorũ, qui ædificabãt turrim, cui⁹ altitudo quinq; milium centum ſeptuaginta quatuor paſſuum fuit. Hebræi nãq; Babel cõfuſionẽ appellãt. Hęc vrbs adeo nobilis fuit, vt Chaldæa tota, & Meſopotamia a ſe Babylonia dicta fuerit. Et prius quidem dicebatur ciuitas regni Nembroth, in qua eorum qui ædificauerunt turrim longe diuiſæ ſunt linguæ, quorum principem fuiſſe Nembroth gigantem Ioſephus affirmat, poſtea a Nino, vel ſemiramide inſi aurata, mœnibus ac hortis penſilib⁹, temploq;, ac arce maxime fuit admirabilis. Hęc campi planicie vndiq; conſpicua, natura loci lętiſſima, caſtroꝝ facie mœnibus paribus per quadrum diſpoſita muroꝝ eius vix credibilis relatu firmitas, & magnitudo. i. latitudine cubitoꝝ. L. altitudine quater tm. Ambit⁹ quadrigẽtis octogĩta ſtadijs circũuenitur. Murus coctili latere, arcq; interfuſo bitumine cõpactus. Quẽ tam latum fuiſſe quidã ſcribunt, vt quadrigę ſibi inuicem occurrentes facile pertranſire poſſent. Vnde & inter ſeptem ſpectacula orbis numeratur. Foſſa extrinſecus late patens vice amnis circũfluit. A frõte murorum centum portæ æreę, & Euphrates in ea fluit. Hæc vrbs cum aliquando defeciſſet, & ſemiramis circa cultum corporis occupata eſſet ſoluta adhuc altera crinium parte ad eam recuperandam cucurrit, nec prius decorem capillorum redegit in ordinẽ q̃ vrbẽ ī ſuam poteſtatem reſtitutam vidit. Babylon maxime celebrauit intexere colores diuerſos picturę, & nomen impoſuit. Babylonica enim appellãtur. In Babylonis regiõis eſt Seleucia, & Berillus in ea reperit. A Babylon fiunt Babylonius, a, um, & Babylonicus, ca, cum. Vnde Babylonios dicimus, qui ex Babylone ſunt. Et captiuitatem Babylonicam.

ȣ Babe aduerbium græcum, quo nos pro interiectione negligentis vtimur.

ȣ Babæ, cautio eſt inuicem ſibi reſpondentium.

¶ Bacca per duplex / cc / continet intra ſui nominis ambitũ fructus diuerſorum generum, lauri, oliuę, corni, myrti, & aliorum huiuſmodi. Eſt & bacca lapis precioſus ſiue vnio.

¶ Baccalia, arbor eſt, quam & auguſtam appellant, de qua in ſuperioribus. Cc.

¶ Baccatus, a, um, quaſi baccis, hoc eſt lapillis p̃cioſis, & margaritis ornatus. Verg. Colloq; monile baccatum.

* Baccifera, ferens baccas. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Baccula diminutiuum parua bacca. Plin. li.xxv. Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas vt cappari.

¶Baccar aris, pe.cor. generis fœmi. herba est radicis odoratæ ad cynnami similitudinem hederę pene foliis rotundioribus mollioribusq;.

ð Quidam nardum rusticum vocant. ð Ex hac radice fieri solebat vnguētum, quod baccarium dicebatur. Valet herba contra fascinationes. Vnde Verg. Baccare frontem Cingite ne vati noceat mala lingua futuro.

¶Bacchar cum/h/genus est vasis vinarij, quod & bacchanarium dici potest.

¶Bacchus Iouis ex Semele filius, putatus est deus vini, & pro ipso vino poni consueuit. Hic multinomius fuit. Nam Dionysius. Deinde liber pater. Postmodum cum bellasset in India, & multas secum habuisset fœminas, quę bacchę dicebantur. Bacchus. Idem Osiris, quandoq; Priapus, quandoq; Bromius, quandoq; Brotinus dictus fuit, & lenęus. Hic orbē fere terrarum peragrauit, multas natiões domuit. Indos debellauit, & primus omnium triumphauit vectus indico elephanto, vt scribit Diod. Primus emere ac vendere instituit, & diadema regum ac triumphum inuenit. Dictus bacchus ἀπὸ τοῦ βακχεύω. i. ebrius sum, & clamo q̄ in bacchanalibus clamores fierent. Vel vt scribit Diod. a mulieribus quę illum bacchantes. i. furentes sequebantur. ð Vel ab incondito vlulatu quem lymphatę mulieres in eius orgijs edebant adiecta/c/litera, quo vastior ille mœnadum Sonus in ipso dei nomine redderetur, inquit Eusta.

¶Baccha, bacchi sacrificula, quæ & bacchis, dis. Et Baccha villa quędam circa Mœotidem.

¶Bacchius, a, um, possessiuum est a baccho, siue baccheus. Col. Pierij nemoris bacchea voce frementem. Bacchius substantiuum genus pedis est ex tribus syllabis constans, quarę prima brevis est reliquę longæ, vt honestas, hoc pedis genere vtebantur in carminibus sacrorum bacchi. Cui contrarius est Antibacchius.

¶Bacchium, genus vasis vinarij, quo in sacrificijs Bacchi vtebantur.

¶Bacchanal vel bacchanale, locus in quo bacchi festa celebrabantur. ð Plaut. in Au. Ad bacchicas veni in bacchanale coquinatum.

¶~~Bacchanalia, quę & Dionysia bacchi festa, in quibus viri per noctem fœminis, & tenerae erati turpiter miscebantur p dolum.~~ Vnde est illud. Qui Curios simulant, & bacchanalia viuunt, hęc a multis grecię vrbibus trienio quoq; celebrabātur. Sciēdum q̄ nomina dierum festorum tm̄ pluraliter declinātur, & genitiuum pluralem tam in orum, q̄ in ium, terminant, vt bacchanaliorum, & bacchanalium.

¶~~Bacchari proprie significi. bacchanalia celebrare per translationem vero ponitur pro furere, vagari, discurrere.~~ Veteres enim quicquid vehementius agitaretur bacchari dicebant a bacchantibus. Verg. Totamq; incensa per vrbem bacchatur. Quinetiam loca ipsa in quibus esset bacchatū, bacchata vocabant. Verg. Virginibus bacchata lacęnis Taygeta. Hicē. ad Algasiā. bacchari pro sęuire posuit. Proprio contra se furore bacchantur. Aliquando etiam bacchatum dicitur baccho dedicatum. Huius verbi compositum est debacchor.

ð Bacchicus, a, um, idem quod bacchius possessiuum.

¶Bacchatim aduerbium significat more bacchātiū. Apul. Quin igitur soror hunc primum bacchatim discerpimus.

¶Baccheius, a, um, possessiuū. Verg. Bacchei dona tulerunt.

¶Bacchides pe.cor. nomen proprium viri, quod apud nos luctus fortis, vel vetustas in vomitu dici potest.

¶Bacchiadæ dicti fuerūt, qui e Corintho exules in Siciliam deuenerunt, & vrbem inter Pachinum & Pelorum ędificantes Siculi facti sunt.

¶Bacchilio fluuius, qui de Vincentinis montibus defluit.

* Bactes bacchi nomē quēadmodum & babactes ἀπὸ τοῦ βάζω. i. clamo vocifero, ob bacchātiū tumultuariū clamorē & quia madidi vino hmōi voces omittere cōsueuerunt. Ce.

¶Bactra, orum. Scythię prouincia vltra Assyriā flumine bactro cognominata. Verg. lib. ij. Geor. Necq; bactra, necq; Indi Laudibus Italiæ certent, est & bactra oppidum regionis ipsius caput sub monte Paropaniso, quod antea zariastes dicebatur. Eius prouinciæ populi Bactriani vocati sunt, quorum rex fuit zoroastes magicæ artis inuentor. ð Bactrianum regnum olim mille vrbibus fuisse inclitum ferunt. ð Hui⁹ gētis primus institutor fuit, vt Iosephus scribit Geter filiꝰ Arā. Similiter Bactri idem dicuntur. Hieron. Bactri canibꝰ ad hoc ipsum nutritis obijciunt senes.

ð Bactrianus, a, um, quod est ex bactris, vt bactrianus populus, bactrianæ mulieres præstanti ornatu, atq; vnguētis vtūtur, & ab ācillis, & seruis multo magis, q̄ earū marito cultę singulari quadam pompa equitantes exeunt auro, atq; lapidibus ornatæ, nec caste viuunt, sed tam seruis q̄ conuenis permiscentur, nec a viris accusantur, quum eorū dñari videant.

¶Baculus & baculū vtroq; modo dr. Nam apud grecos bactron neu. ge. dr. Ouid. lib. xv. Meta. Esse solet baculum q; tenens agreste sinistra. Cuius etiam diminu. protulit Ci. li. ij. de fi. bo. Bacillum aliud inflexum & incuruatum aliud ita natū. A baculus fit bacillꝰ, a quo imbecillus, a, um, & imbecillis imbecille. Vnde imbecillitas pro infirmitate.

¶Badius equus dicitur, cui est phœnicis color.

ð Badizare significat ire. Plau. in asi. Demam hercleiā de hordeo tolutim ni badizas.

¶Belua immanis fera a vastitate, seu a valentia, vel ab alatu a quocunq; sit primā vocalē trahit a principali qdā a bellū deriuāt. Hinc bęluinus, a, um, quod est bęlua, vt bęluina rabies. Amb. Tum ipsa habitudo corporis suauis & grata, vt necq; bęluina vastitas horrori sit, nec gracillitas infirmitati.

¶Bęlutus, a, um, pe. pro. quod est bestiæ simile.

¶Beluata dicta sunt tapetia a Plauto beluarum figuris picta intextaq;.

¶Bæluosus, a, um, quod abūdat beluis, vnde Oceanus dictꝰ est beluosus a bęluarum multitudine & magnitudine, quæ ibi sunt, nam inter belluas marinas sunt balenę pistris. Physeter & orcæ.

¶Benacus pe. pro. lacus Cisalpinę Gallię cuius littoris Salunidium Brixianū oppidum adiacet. Hunc aiunt aureas arenas euoluere, & ex eis nutrire pisces, quos indigenę Carpiones vocant nusq̄ alibi repertos. Ex hoc Mintius fluuius excurrit in padum. De hoc lacu. Verg. li. ij. Geor. Fluctibus & fremitu assurgens Bęnace marino.

¶Bagous lingua Persica spado dr. Ouidius. Quem penes est dominam seruandi cura Bagoe. Suidas autē noster afferrationem. Βαγώσ· ὄνομα κύριον ὅσ ἦν εὐνοῦχος. *. i. Bagoas nomen proprium, is fuit eunuchus.

ð Bagrada pe. cor. fluuius qui iuxta vticam labit apud quem ab Attilio regulo & a toto exercitu cum balistis, & catapultis serpens centum & xx. pedes longus occisus est.

¶Bahal numero singulari inquit Hiero. Bahalim pluraliter eadem idola nominantur ge. mas. Vbicunq; enim in fine hebraici sermonis in sillabam legimus numero plurali est ge. masc. Vbi autem oth numero plurali ge. fœ. Ergo cherubim & seraphim plurali intelligimus numero ge. mas. Interpretatur autem bahalim apud nos ascendentes vel superiores. Tamen duodecim cōpositores Suidæ scribūt sic βάαλ τυρίων ἦν θεός. *. i. baal Tyrorū erat deus.

¶Baiæ, arum, ciuitas Campanię secus campanū mare sita a Baio Vlyssis socio illic sepulto. In huius agro aquę calidæ fiūt & ad voluptatem, & ad varios morbos commodæ. Sylius. Primores adsunt capuę docet ille tepentes. Vnde ferant nomen Baię, comitēq; dedisse Dulychiæ puppis fragno sua nomina monstrat. Hora. Nullus in vrbe locus baijs prælucet amœnis. Hinc fit baianus, a, um, vt sinꝰ baianus, qui hinc misseno monte illinc Puteolis clauditur.

¶Bayæ cum/y/græca palmarū folia dīr. Hiero. Cubile eis de foliis palmarum, quas bayas vocant contextum erat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Baiulus pe.cor. operarius & proprie qui vecturas onerum corpore ſuo victus quærẽdi gratia portat. Sic baiulo, as, porto. Plaus in Afi. Ego baiulo tu vt decet dominum ante me ito inanis. Forte baiulo inde dictum, quia nutrici⁹ Bailus, nutrix Baila vulgo dicuntur, & merito quia baiulant vlnis, quos nutriunt.

¶ Baius vnus ex ſocijs Vlyſſis, vide Baię.

¶ Balius color a quibuſdam accipitur pro vario, a quibuſdã pro ſpadice hoc eſt palmeo qualis eſt equorum. Nã & baius vulgo dicitur is, qm̃ ſpadices, hoc eſt palmarum cum fructu ſuo tramites græci vocant βαία.

* Balamites gemma ſubuiridis, & corinthio ſimilis æri, ſecãte mediante flammea vena. Cc.

¶ Balanitę vuæ a magnitudine.

¶ Balanus pen.cor. genus glandis. Acron dicit eſſe hærbam vnguentariam, & ab Hora. pro vnguento myrobalano poſitam. Mar. Hoc ex vnguento conſtat, & ex balano. Hinc fit balanatus, a, um. Perſius. Tum cum maxillis balanatũ gauſape pectis. Balanus etiam a glandis ſpecie dicitur id genus alui ſubducendę, quod dyſteris loco ſubditur, cõſtat vt Iul. Pollux ĩquit ex adipe, ac nitro parte plurima. Item Balanus nomen eſt vrbis in Epiro. Balaninũ vnguentum quod fit ex glande myrobalani.

¶ Balęna cum diph. belua marina, quam alij piſtricẽ, alij cætum appellant. Græci φάλαιναν phalænam dicunt, quaſi cõſpicuam beluam conuerſa. φ. in b. Iuuena. Quantum delphinis balæna Britannica maior.

¶ Balauſtiũ flos mali punici vtilis nõ mõ medicinis, ſed etiã tingendis veſtibus, quæ ſibi concolores fiunt. Et color ipſe dicitur balauſtinus. Balauſus herba non multum diſſimilis narciſſo.

¶ Balbus, qui vitio linguæ non bene poteſt exprimere verba, & obſcure loquitur. Perſius. Rancidulum quiddam balba de nare locutus.

¶ Balbutio, is, pe. pro. balbutiui vel balbutĩ, itum. Et eſt balbutire quadam linguæ hęſitatione & confuſione trepidare. Hora. in Ser. Balbutit ſcaurum prauis fultum male talis. Hierony. Experiar quæ hortamini affectu infantium more balbutientium, qui quecũq; audierint fari geſtiunt, cum necdũ poſſint ad plenum verba fomare.

δ Balbucinari ſignificat lĩgua balba loqui, ſicut ſenes, vt Ci. in Cato. de Metello.

¶ Baleares duę inſulę in Hiſpania funda bellicoſę, a teli fundę que iactu, quod græce βάλλειν dicim⁹ appellatę, vel a Baleo Herculis comite ibi relicto. Græci gymneſias dixerunt. Has vulgus maioricam & minoricam appellat. Apud quas primum inuenta eſt funda, vt inquit Vegetius. Vnde Verg. libro. i. Geor. Stupea torquentem baleris verbera fundæ.

* Inde Balearicus, ca, cum, vt vinum balearicum. Cc.

¶ Balare proprium eſt vocis ouis. Hiero. vero in tobia etiam hœdis dedit. Cuius cum vocem balantis vix eius audiſſet dixit. Videte ne forte furtiuus ſit, reddite eum dñis ſuis.

¶ Balneũ & balnea dicũt in priuatis. In publicis vero ſo. ge. & numero plurali tantum, licet & balnea legat. & balnearia. Cic. Eo latere quod proximum eſt balnearijs columnas poſuerat. Sunt enim aquę calidę, quę cum alię ad alium morbũ adoneæ eſſent, quibus vtebantur, multitudinis potius, q̃ ſingulari vocabulo appellarunt. Differuntq; balneę a thermis, q̃ thermæ dicãtur, quæ natura ſunt calidę, balneæ q̃ a nobis calefiũt igni, & ĩ eas deſcẽdim⁹ vt lauemur, nã thermę dñra græco τέρμον, qđ calidũ ſignificat. Ea qppe q̃ a calẽtib⁹ aquis aut a fornice igni calefacto lauandi ſudandive vſibus deputata, Thermas vocauere. Thermę balneæq; apud Romanos voluptatis & mũdiciarũ cauſa cõſtitutę tã publicæ q̃ priuatę. Balneis autẽ nomẽ inditũ eſt, quia græci balanion dixerũt q̃ anxietatem pellat ex animo, vt interpretat Aulibi ix. cõ.

* Dicitur & balnearium.

¶ Balneæ ab antiquis balineę dicebantur. Nam & græci βαλανεῖον vocant.

¶ Balneator ge. cõ. q̃uis & balneatrix inueniatur, qui curam habet balnearum, qui & mediaſtinus dicitur.

* Baleaticę cochleæ, quas cauaticas appellant, quia in ſpelũcis naſcantur. Cc.

¶ Balneatorius, a, um, qđ ad balneãdũ ptinet. Mar. Iure cõſ. Inſtrumento balneatorio legato balneatores cõtinent, qm̃ ſine his balneæ vſum ſuum præbere non poſſunt.

¶ Balneolum cum accentu in antepe. dimi. eſt. Iuue. Cũ iam noti celebreſq; poetę Balneolum gabijs Romę cõducere furnos Tentarent.

δ Balnearia dicuntur generaliter omnia ad vſum balneorũ pertinentia, vt ſtrigiles ampullæ olearia linthea. Apu. lib. iij. Milo iuſſit balnearibus aſſequi. Balnearia ſubſtantiuum ſumitur pro balneis.

¶ Balnearius, a, um, idẽ quod balneare. Vnde ſcribit Vlpi. fures balnearios extra ordinem eſſe puniendos. i. qui in balneis aliquid furantur.

¶ Balliſta p geminũ/ll/ tormẽtũ muros cõcutiẽs, a βάλλω iacio vulnero. Oui. lib. i. de triſ. Q̃ graue balliſtæ mœnia pulſat onus. Lu. pro iſtrumẽto haſtã quãdã iacitę poſuit. Neq; em̃ ſolis excuſſa lacertis Lãcea, ſed tẽſo balliſtæ turbinæ rapta. Haud vnũ cõtẽta latus trãſire quieſcit. δ Val. Max. lib. in fine accipit̃ p ſaxo maiori, qđ machina mittit̃, cũ inqt ad vltimũ baliſtarũ tormẽtis vndiq; petitã ſilicẽ crebris & ponderoſis verberib⁹ ꝓcubuiſſe lectũ eſt, etiã baliſtas talẽtareas eſſe. i. lxx. librarũ ſaxa, δ Noni⁹. Balliſtam appellat, qua ſaxa maiora iaciũtur. Cic. lib. ij. Tuſ. Vt em̃ balliſtæ lapidũ, ita reliqua tormẽta telorũ. De harũ balliſtarũ cõfectiõe ſcribit. Vitru. li. x. q; ea magnitudine formẽtur vt lapides. cxx. põdo eiaculẽtur. Sciẽdũ ergo eſt q; balliſtarũ quædã maior dr̃, quędam minor. Balliſtam maiorem priſci dixere trabem validã ita libratam, vt cum pars defenſior ponderibus attracta deſcenderet eleuata proceritas ſua funiculis quos haberet alligatos funda ſaxum maximi ponderis longe emitteret, eiq; maxime Bricolę nunc eſt appellatio, q̃q̃ Onagrũ maiorem ipſam machinam dixere. Hanc balliſtam inuenerunt Phœnices, vt docet Plin. Balliſta minor quæ & manu balliſta dicta aliq̃ Scorpio, quę haſtam iacit manu tractabilis eſt, & ſubtilibus paruiſq; ſpiculis ſcorpionis inſtar infert mortẽ, hinc exbaliſto, as. De dis duob⁹ balliſtarũ generib⁹ ſic ſcribit Vege. lib. de re milita. Balliſta funib⁹, neruis, chordiſq; tendit̃, quæ quanto prolixiora brachiola habuerit, hoc eſt quanto maior fuerit tanto ſpicula longius emittit, quę ſi iuxta artem mœchanicam temperetur, & ab exercitatis hoĩbus qui menſuram eius ante collegerint dirigat̃, penetrat quod cũq; percuſſerit. Onager aũt dirigit lapides, ſed pro neruorũ craſſitudine & magnitudĩe ſaxorũ pondera iaculatur. nam quãto maior fuerit, tanto maiora ſaxa fulminis more contorquet. His duobus generibus nulla tormentorum ſpecies vehemẽtior inuenitur. Balliſta etiam dictus eſt mons apud Ligures.

δ Balliſtarum familia apud Parrhaſios non ignobilis, ex qua prodijt Guido Balliſta regij ſenatus in lutetia & ęquiſſimus, & cõſultiſſimus præſes tum eruditionis, tum probitatis fulgidiſſimum ſpecimen, qui anno dñi ſupra milleſimũ quĩgẽteſimo quarto decimo fato conceſſit, tanti viri obitum cunctis deflentibus. Elatuſq; eſt celebri pompa in heremitarũ diui Aug. baſilicam, dign⁹ proculdubio, cuius memoria ęterñ, & nunquam interituræ memoriæ conſecretur.

¶ Balliſtarũ, locus vbi ſita eſt balliſta. Plau. Intenta eſt balliſta probe, quam ego haud multum poſt emittam e balliſtario. Vbi etiam balliſtam accipere videtur pro telo.

δ Balloræ latine marubium. Dioſco. balloren romani μαγεφουβριον appellant.

¶ Baltheus & baltheũ ĩ ſingulari, ĩ plurali neutrũ tm̃ militare cingulũ, vel zona bullis ornata. Var. ait. Qui gladiatores baltheũ cingulũ e corio habebãt bullatũ baltheum dictum.

¶ Balſamũ, arbuſcula ſola vni terrarũ Iudeę quondam conceſſa neu. gene. viti ſimilior, q̃ myrto. Seritur malleolis vt vitis, & colles implet vinearũ modo ſuſtinens ſeſe ſine admini

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

culis. Intra tertium annum est fructifera, proceritas intra bina cubita subsistit. Opobalsamum succus collectus ex arbore. Nam ὀπὸς dicitur succ⁹, præfertur omnibus odorib⁹, xylobalsamū liguum balsami, ξύλον enim lignum. Incidituꝛ enim xitro, lapide osseis ve cultellis & succū emittit, quem opobalsamum dicunt eximiæ suauitatis. Summa opobalsami probatio est, vt lac coagulet, & in veste maculas nō faciat. Hierony. tamen pro arboris succo balsamum dixit. Est quasi balsamum non mixtum odor meus. Carpobalsamum fructus balsami. Carpos enim latine fructus.

¶ Bambacium seu bambitium Cottonum illud albissimum quod nent mulierculæ ad telas texendas. Hoc fiunt vestes, q̄ vulgo bombycinæ appellantur, q̄ꝰ xylinę siue grossipinæ vel grossampinę dici debent a frutice qui id gerit, qui xylon grossipion, seu grossipinus vocatur.

* Bambia, species oliuæ. Cc.

¶ Bambilius animal volatile, qui vulgo barbell⁹ dicitur, de quo Amb. li. Hex. Fertur hic corniger vermis cōuerti primū in speciem caulis, atq; in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri bambilius, nec eam tamen formam, figurāq; custodit, sed laxis & latioribus foliꝭ pinnas videtur assumere. Ex his foliꝭ mollia illa Seres depectunt vellera, q̄ ad vsꝰ sibi proprios diuites vendicarunt.

ὁ Banausꝰ dicitur artifex, qui apud ignē operat⁹, banos em̄ caminus est, & qui ex hac artis venditione parat sibi victum banausus vocatur. Viles hoīes græci βαναυσους nostri mecanicos vocant, & opifices hoīes qui in politica sunt cōtēptibiles. Aristo. li. iij. poli. Optima ciuitas non fert banausum. i. vilem artificem ciuem, banausus etiam seruus dicitur. Sed inter seruū & banausum. Idē li. i. poli. hoc interesse ait, q̄ seruus sit qui natura seruit, banausus qui mercede.

ὁ Banchus piscis aselli genus altetum, in cuius cerebro lapillos molari forma cōtineri. Pli. scribit, & banchus inter mugiles minimus, quem Aristo. Chelonem vocat.

¶ Baphia dīr loca tinctuꝛę, in quibꝰ tinguntꝰ panni nos tinctoria dicimus. Lam. in Alex. scribit probū fuisse baphijs prę positum. Bapha dīr tincta, vnde dibapha bistincta.

¶ Baptismus & baptismū, & baptisma, atis, latine immersio vel intinctio dr̄ a verbo græco βάπτω immergo. Greg. baptisma græco eloquio dr̄, qd̄ latine Tictio, qa ibi homo spū gratię in melius immutatur, & longe aliud q̄ erat efficitur. Prius em̄ fœdi eramus deformitate peccatorum, in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum.

¶ Baptæ dicebantur vir tincti fucatiq;, qui sacris intererant instar mulierum. βάπτειν enim inficere, tingere, fucare. ὁ Prę terea baptę fuit nomē comœdiæ veteris ab eupolide edita.

* Baptes lapilli species. viridis ranę colorem habēs, atq; speciem, sed batrachite mollior.

¶ Baptisteriū in quo quis lauatur, quasi lauauacrū & victoriū & piscina ipsa. Nam baptisteria in domibus sunt veluti lacꝰ quidam ex ligno aut lapide ędificati, in quibus lauandi gratia mergi solet. Hæc in cellis. i. in locis secretionibus solent constitui, quarum aliæ caldariæ sunt in quibus calida lauamur, aliæ frigidariæ, in quibus lauamur frigida. Pli. ad Apollinarem. Cella frigidaria, in qua baptisterium amplum atq; opacum. Idem ad Gallum. Inde ballinei cella frigidaria spatiosa, & effusa, cuius in contrarijs parietibus duo baptisteria velut ciecta sinuantur abunde capacia. Hęc eadem piscinę dicuntur latinę, & natatoria, & natationes. Sido. Piscia seu si græcari volumus βαπτισήριον.

¶ Barach nomen viri propriū, & apud nos significat fulmē.

¶ Barachias, nomen viri, & benedictus seu fulgur domini interpretatur.

¶ Barabbas per duplex /bb/ & est syra dictio sicut & p̄cedētes duæ, qua apud nos significatur filiꝰ patris. Componitur em̄ ex bar, quod apud illos filiꝰ dr̄, & abba pater. Sedulius. Tunc coluere bahal, tunc elegere barabbam.

¶ Baratro luxuriosus dicitur. ὁ vel gulosus, qui in barathrū gulę mittit totum patrimonium.

ὁ Barathrum, immensæ magnitudinis nomen est, quia βαρα τρον, id est graue in aspiciendo. Nam barristrin, aspicere. Ponitur pro loco immensę profunditatis apud inferos, & p̄ loco præcipiti, vnde qs emergere non possit. Dion. docet esse p̄ prie locum Athenis, vnde damnati præcipitabantur. Transfertur quoq; ad alia. Mar. barathrū fœmineum qro locis muliebrib⁹ dixit. Idem stomachi imum hiatum appellauit baratrum cum ait. Extremo ructus si venit a baratro. Hora in Ser. vsurpat pro ingluuie & voragine. Sunt qui dicant barathrum profunditatem esse a similitudine loci, qui etiam in Ægypro profundissimi, cui nomen est barathrū. Apud Demosthenem ponitur pro perniciæ.

¶ Barba vtroq; numero nō solū hoīm, sed brutoꝝ quoq; & aliorꝝ quadrupedū est. Hor. li. i. Ser. Vtq; lupi barbam varię cum dēte colubrę. Pli. lib. xxx. Cū geminos transit sol cristis, & auribus & vnguib⁹ gallinaceoꝝ, si luna rasis barbis eorū. Idem li. xxvij. Afferunt & magi sua commenta primū omnium rabiē hircoꝝ si mulceat barba mitigari. Sillius numero plurali etiā de hoīe dici posse oñdit lib. xiij. Indociles nunc propexis in pectora barbis. Verrere humum. Huius noīs cō posita possunt declinari secūdū tertiā & secūdā declinationē vt imberbis & hoc imberbe, & imberbus, a, um, quod est sine barba. Barbatus vero dicitur, qui barbā habet. Et Barbire est barbam emittere. ὁ Barbitium ponitur pro barba. Apud Hircino barbitio philosophum mentiebatur.

¶ Barbapetræ, hęrba est vulgo sic appellata, a qui busdam barbula hircina in acetarijs laudatur.

¶ Barbo genus piscis, q̄ geminā barbā habeat in inferiore labro. Alio nomine Mul⁹ dr̄. Cic. in parad. Barbatulos mulos nuncupauit. Græce Trigla vocatur in viuarijs non crescit.

¶ Barbitos pe. cor. ge. ma. fœmininiq;, & hoc barbitū instrumentum musicum qd̄ pulsat plectro vel calamo. Hor. Age dic latinum barbite carmen lesbio primum modulate ciui. fœ. aūt gene. Sappho ad Phaonem. Nec facit ad lachrymas barbitos vlla meas. neutro Auso, hoc gñe, & chordas, & plectra, & barbita conde. Græce βάρβιτον dicitur.

¶ Βαρθγαδ'ὼθ. ὑιὸσ λύπιουσ φοβ☉ τὸρεοσ. *. i. Barthgador, filius tristitiæ, seu timor Martis.

¶ Barbari factitio noīe (inquit Stra. dicti sunt abītio', q̄ difficulter aspere atq; duriter loq̄bāt, q̄si duri loqui, & crassi linguis quēadmodū blęsi atq; balbi dīr, qui lingua impediti sunt. Oēs igit qui crasse loquunt barbari dīr, quales sunt oēs gentes p̄ter græcos. Pli. Plaut. credo Neuium poetam latinū barbarum dixit. Nunc etiā ad eos translatū est hoc nomē q̄ non sunt latini, q̄ hi mitiore linguā habeāt, ac magis cultā. Quin etiā inter hos si quis non recte pferat, barbare loqui dī. Et p metaphoram barbari dīr illiterati, malis moribꝰ, feri crudeles. Interdū barbarꝰ sumitur p horrido feroq; intuitu. Pli. de quodam mirrhe gñe. Troglodytica mirrha aspectu aridior est, sordidaq; ac barbara, ab voce βάρβαρ qm̄ in Græciā aduē tantes eam vocē facerent cū pronūciare græce non possent.

¶ Barbaculus pe. cor. diminutiuum a barbarus.

¶ Barbaria pe. cor. Barbaroꝝ regio, & q̄nq; accipit pro gente ipsa fera. Hie. cōtra Ioui. Arabes & sarraceni, & oīs eremi barbari camelorum lacte & carnibus viuit. Hoc etiā nomine dicta est insula Gāgetis Indię fluuij, vt ait Ptolemęus.

barbari arabes sarracen eremi Turcæ

¶ Barbaricꝰ, a, um, pe. cor. eiusdē significi. est cū barbarꝰ hoc est ferus & malis moribus. Apul. Feris ac barbaricis moribus.

¶ Barbaricum neu. ge. clamor exercitus dicitur, q̄ eo vociferandi genere barbari vtantur.

¶ Barbaries ad imitationem pertinet, & significat inciuilitatem feritatemq;.

¶ Barbarica pauimenta sunt, quę & subtegulanea vocantur ex testis tusis rudere & calce, in Italia vero fusticæ subijciebantur, propter quod carnea vocitata.

¶ Barbarismus est cōtra Romani sermonis legē, aut scripta aut pronūciata vitiose dictio. Fit em̄ in vna pte oīonis tm̄, latine dissonās dr̄, & proprie in soluta oīone fit, apud poetas metaplasmus. i. trāsformatio vocat. Fitq; barbarismus duo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus modis ſcripto & ꝓnũciatione. Et hoc quadrifariã. A dictione, detractione, mutatione, tranſmutatione literæ, ſyllabæ, temporis. A dictione literę, vt relliquias danaum ꝓ reliquias, Syllabæ. vt maiors pro mars. Temporis, vt Italiam fato profugꝰ, vbi prima ſyllaba cum corripi debeat producitur. Detractione literę fit barbariſmus, vt in infantibus ꝓ infantibus, Syllabę, vt Salmentum pro ſalſamentum. Temporis, vt Feruere leucatem, auroque effulgere fluctus. Mutatione literę fit barbariſmus, vt Olli pro illi. Syllabæ, vt Pernuces pro pernices. Tempore, vt vnius ob noxã. Tranſmutatione literę fit barbariſmus, vt Tymbre pro tymber. Temporis, vt dominus penultima producta.

✳ Barbula hircina hærba eſt, de qua ſupra in dictione Barbapetio. Cc.

¶ Barbaralexis dictio peregrina eſt, vt Gaza & Magalia.

ծ Barbaricarij textores, artifices q̃ lintheę veſtis qua ex auro & coloratis filis effigies. Sotinum, & animaliũ exprimũtur.

¶ Barcæ vrbs in arida Libya, quam Libyes metropolim habuerunt, ſic dicta a regina eorũ Barcę, a qua Barcęi dicti ſunt eius incolę Hiero, ad Dar, Latarq; vagantes barcæi, a Barca oppido quod in ſolitudine ſitum eſt, quos nunc corrupto ſermone aphri barianos vocant. hi ſunt qui pro locorum qualitatibus diuerſis nominibus appellantur & a Mauritania ꝓ Aphricam & Aegyptum, Paleſtinamq; & phœnicem Cœlo ſyriam & Oſthohenem, Meſopotamiam atq; Perſidem tendunt ad Indiam.

ծ Barce etiam ciuitas pentapoleos quę hodie Ptolemais dr̃.

¶ Barda ſenes nomẽ proprium hiſtorici babilonij, qui in duo dogmata apud Indos gymnoſophiſtas diuidit, quorum alterum appellat Bragmanas, alterum Samaneos, qui tãtę cõtinentię ſint, vt vel pomis arborum iuxta Gangem fluuium vel publico orizę & farinę alantur cibo. Et cum rex ad eos venerit adorare illos ſolitus ſit ծ Hic doctrina cæleſtium omnium Chaldęorum excellentiſſimus fuit. cuius mentionem facit Euſe. lib. vi. prępara. euange.

¶ Bardus ſtultus a tarditate ingenij. Cęcil. Nimis audacem, nimiſq; bardum. Gallice vero dicitur cantor, qui virorũ fortium laudes canit a gente bardorũ, de quibus Luc. plurima ſecuri fudiſtis carmina bardi.

¶ Bardiacus, veſtis eſt. Mar. Laſſi bardiacus quod euocati.

¶ Bardocuculus genus veſtis omni tẽpore commodæ, cum qua etiam cubare ſoliti erant in brium tempore in caſtris milites, & in agris ruſtici. Mar. Gallia ſantonico veſtit te bardocucullo Cercopithecorum penula nuper erat. ծ Sunt qui dicant bardocucullum eſſe tegmen capitis villoſum, cuiꝰ vſꝰ translatus ſit a populis galliæ qui dicuntur bardi.

ծ Bargilia, vrbs in caria a Bellerophontis comite bargylo, quem Peſagus occiderit. Vnde bargylietici campi.

¶ Barrhus elephas a cuius oſſis ſimilitudine dentes barrhi dicuntur. Horatiꝰ. Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barrhis. Hinc barrhite dicuntur barrhi, id eſt elephantes cum vocem edunt, & barrhitus ipſa vox.

¶ Barritus, us, pe, pro. vox elephãti. Barrhitus etiã dr̃ Romanorum clamor militum, fit cum vtręq; acies ſe iunxerint, Author Vegetius.

¶ Barrho vir fortis a quo fit diminutiuum barrunculus.

ծ Barrhis, idis, lingua Ægyptia ſignificat cymbã, quæ vectat cadauera Ægyptia ad ſepulchra. Proper. Barrhidos, & cõtis roſtra liburna ſequi. Alio noĩe dr̃ Epibatra. Barris etiam dicta eſt ciuitas Phrygię. Ptolom̃. ait eſſe oppidum in piſidica pãphiliæ præfectura. Significatq; id nomen apud Gręcos habitationum frequentiam, vſurpantq; id ſacræ interdum literę pro ædibus eburneis. Nã & poetę elephantos barrhos vocant. Prętera quidam Indiæ fluuius barrhis dicitur.

ծ Barriona pe. pro. dictio ſyriaca, q̃ ſignificat filiꝰ columbę.

ծ Barriciani. Vide in dictione Barcæ.

¶ Barnachida, æ, veſtis genus, quam nunc Guarnaciam dicimus forſan, qm̃ βαρνὴ ὑὸς ἁλόμενος inde puer verna.

¶ Baſcanda vas britannicum. Mart. Barbara depictis venit baſcanda britannis. Sed me iam mauult dicere Roma ſuam

ծ Baſtazontas gręci vocant baiulos & gerulos.

¶ Baſia pudicorum affectuum ſunt, oſcula officiorum, ſuauia libidinum, vel amorum.

✳ Baſio, baſiator, & baſiatio a baſium nomine deducũtur.

¶ Baſis a noſtris dicitur põt ſuſtẽtaculũ. Sũt em̃ baſes ſeſſiones colũnarũ, ſtatuarũ, ſeu fabricarũ, q̃ a fundamẽto cõſurgunt, & ſuppoſitę fabricæ ſuſtinẽt põdus. A qua ſimilitudine orbiculi illi, q̃bus vaſa ĩ mẽſis collocãtur, ne toralia polluantur vocari ſolẽt. Treba. iuriſcõ. de lega. li. iij. Cui corinthia vaſa legata eſſent, & baſes huic quoq; horꝰ vaſorꝰ collocãdorꝰ cauſa paratas deberi rñdit. Eſt & baſis figura in narratiõibꝰ cũ oĩa pedetẽtim inſinuãdi gr̃a ꝓferũtur, vt apud Teren in Eu. Matri mercator dono dedi, mater vbi accepit, &c.

¶ Baſilica proprie locus, in quo negociationes, cõſilia & iudicia exercebantur, quaſi regia. Græci em̃ βασιλικὴν baſilicen regiã vocant. Nam Victru. lib. v. ſcribit. Debẽt baſilicę adiunctæ eſſe foro. Se. Fremitu iudiciorum baſilicæ reſonabãt. Plin. in epi. Deſcẽderã in baſilicã iuliã auditurꝰ q̃bus ꝓxima cõperẽdinatione reſpõdere debebã. Iurecõſulti de verborũ ſignificatiõe baſilicã publicis vſibus accõmodatã eſſe demõſtrant. Quidam baſilicã accipiunt ꝓ loco domi ampliore in quo dñm expectant ſalutatores, dicẽtes patronos, ſerui dominos, in quo etiã choreæ & cõuiuia maiora fieri ſolent. Apud eccleſiaſticos baſilicæ dicũtur ſacella numinibus dicata, quia ibi regi omnium deo cultus & ſacrificia offeruntur. Et baſilicon Plaut. in epi. vocat veſtimenti genus regium, cũ ait. Superparum ſublimium, ricam baſilicum aut exoricum. Plin. Genus nucum quod optimum eſt, & quaſi regiũ vocari ait baſilicam. Eſt enim baſilica nux, quam alio nomine Iuglandẽ appellamus. Vide in dictione Iuglans. Celſus. Emplaſtrum ob excellentiam baſilicon dictum ſcribit.

¶ Baſilicus, a, um, regius ſiue regalis dicitur. Vnde Plaut. in Cap. Baſilicas edictiones, atq; imperioſas habet. Et in pſeu. Baſilicus ſtatus, & baſilicus victus. i. regalis & excellens ĩ perſa. Et baſilica facinora pro regia. Idẽ. Baſilice ornatus incedit, & fabre ad fallaciam. i. regie & excellenter.

¶ Baſileus, ſuſtentamentum populi dicitur. ծ Nã baſis ſedes & laos populus q̃ ĩ rege populi animꝰ cõquieſcat. ծ Ob hãc cauſam rex dr̃ apud gręcos, q̃ tanq̃ baſis populum ſuſtinet. Quãto eĩ q̃s magis p̃ponit tãto ãpliꝰ põdere laborꝰ grauat.

¶ Baſilicanus dicitur cuſtos baſilicæ.

¶ Baſiliſcus genus ſerpẽtis, q̃ ĩn capite ãlbum habeat ĩnſtar diadematis, vel q̃ reliqua ſerpẽtiũ genera eius virꝰ fugiant. Hunc Regulum vocant, qui teſte Pli. li. viij. in ſolitudinibus Aphricę habitat cum candida in capite macula velut quodam diademate adornatus. Acutiſſimum habet caput, rubeos oculos, & colorem ad nigredinem vergentem.

¶ Baſilica inſula ĩ oceano ſeptẽtrionali ĩmẽſæ magnitudĩs, q̃ diſtat a ſcytharũ littore tridui nauigatione, vt ait Pli. lib. iij.

¶ Baſterna vehiculum itineris, quę mollibus ſtramentis compoſita a duobus animalibus deportatur. ծ & proprijs matronarum erat. Amianus. Matronæ complures opertis capitibus per latera ciuitatis cuncta diſcurrunt.

¶ Baſternę, populi vltra Danubium.

¶ Baſilidij, ſunt populi ſcythiæ europæ, vt Pomponiꝰ refert, qui ab Hercule deſcenderunt.

¶ Baſſaris, is, velidis, bacchi ſacrificula a baſſareo baccho, qui baſſareus dictus eſt a veſtis genere, qua induebat̃ q̃ baſſaris dicebatur, vt inquit Porphirio, q̃ plane veſtis vſq; ad pedes fluebat. Sta. Sĩ decet aurata bacchum veſtigia palla Verrere Et a Baſſareo lydię loco cognoĩata eſt. Hor. li. car. Nõ ego te candide Baſſareus inuitꝰ q̃uã. Rurſꝰ baſſaris vacca mulſaria dr̃. Per. Et raptum vitulo caput ablatura ſuperbo baſſaris.

ծ Baſilides nomen propriũ cuiuſdam hæretici, q̃ trecẽtos ſexaginta quinq; cœlos eſſe credebat, quo dierũ numero annꝰ induditur. Cuius ſectatores dicti ſunt baſilidiani.

ծ Baſan regio trans Iordanem eſt quã duę & dimidiæ tribꝰ poſſederunt, & quæ interpretatur vberrima & pinguis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Bathauia, Germanię prouincia, que nunc bauaria dicitur, & batauium oppidum a βαθὺς, quod altum significat. Hinc bathatus, a, um, pe, indifferēte. Luc. lib. i. Vangiones bathauiq; truces, quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ. Cor. Tacitus de situ Germanię. Omnium harum gentium virtute præcipui bathaui non multum a ripa insulam rheni colūt. ♁ Hos auricomos Sil. appellat.

¶ Batrachus pe. cor. rana & nomen proprium sculptoris, & quidam cyrenaicus portus.

✳ Bathea ponti, id est profunda trecentis a continēti stadijs vbi vada nunq; reperta sunt. Cc.

✳ Batoptenus lapis est in quo nigredo sanguinis, & albis nodis alligata est. Cc.

✳ Batrachites lapis ranę viridi simílis colore atq; effigie.

¶ Batrachomyomachia, ranarum & murium pugna.

¶ Batris genus vasis longioris manubrij, quod alij Trullam appellant

✳ Battiola, genus vasis, quo vinū cado haustum ad mēsam fertur. Plautus. Batiolam auream octo pondo habebat accipere voluit. Cc.

¶ Batus vt scribit Hierony. genus mensurę est quæ apd hebræos dicitur bath, decima pars chori est, & de speciebꝰ tantum liquidis dicitur vini, olei, & huiusmodi. Seruius de pon. Continet amphoram vnam. Batis vero genus hærbę est aculeatę sponte nascentis, quę & marina & hortensis. Et Batꝰ nomen viri proprium eius, qui Cyrenem condidit, quod lingua Libyca regem significat. ♁ Item batus apud Plinium nomen piscis. Itemq; batis quam nos ranam vocamus. Et batis inter aues numeratur.

♁ Battologia a nostris multiloquium dici potest.

¶ Battus, per duplex /tt/ nomen est pastoris.

¶ Battuo, is, virgis verbero. Plautus in Casi. Qui. Quæso potius q̄ sculponeas, quibus batuatur tibi os senex nequissime. Suetonius de Calig. Mirmilonem e ludo rudibus secum batuentem, & sponte prostratum confodit ferrea sicca. Cicero Pęto, transtulit ad rem obscœnam cum inquit. Equidem iam etiam obscœna verbo pro obscœnis sunt. Batuit em̄ imprudenter, depressit multo impudentius. Atqui neutrum est obscœnum.

¶ Battillus, quoddam ignis receptaculum ferreum, quo pruna colligitur ad similitudinem palæ. A neotericis bernacius dicitur, quo prunas & cinerem e foro tollere solemus, vt alio transferamus. Apitius de petasone. Et Armillam inquit illius candenti batillo vris, & melle contegis. Et de diuo Laurentio scribitur. Allati sunt battilli cum prunis. Hierony. li. numerorum genere neutro vsus est. Ignium receptacula fuscinulas, & ridentes vncinos ac battilla. Batillum etiam rustici vocant ferreum instrumentum, quo ad sulcos, elices, fossasq; in agris faciendas vtuntur. Item. Battulus significat ferre bracteam & laminam, vnde nos vulgo quoq; ferrum tali forma nominamus battillum.

¶ Bathyllus, cum th, aspirato, & /y/ gręco fuit nomen adolescentis, de quo Hora. in Epo. Non aliter Samio dicunt arsisse bathyllo Anacreonta Teium.

¶ Bathynon pe. cor. interpretatur profundum.

♁ Bathyochus profundus. Nam bathy profundum significat, & ἔχω habeo.

♁ Battallus pe. cor. fuit cognomē demosthenis, quod significat mollē, & odiosum, & turpem a batallo quodam libyco.

¶ Baubare factitiū verbum a voce canum cū latrant, baubau facientes. Lucil. lib. v. Et cum deserti baubant in ædibꝰ omnes.

¶ Bauli, villę nomen est, q̄ inter ꝓmōtorium Misenum baiarumq; lacū flexo mari alluit. Ser. caussam nōis inde factā memorat, ꝙ olim Hercules iuxta baias fecit caulā bobus, & eā sepsit. Qui locus primo baulia dictus, mox dici cœpit bauli.

♁ Baxeæ sunt crepidæ & calceamēta & ꝓprie calcei phōrum vt ostēdit Apul. in li. de asi. aureo, qui ait. Nec qui pallio baculoq; & baxeis, & hircino barbitio philosophum fingeret.

¶ Bdellium, arbor nigra magnitudine oleæ, folio & robore similis caprifici. Nascitur in bactrianis, vt Plni. li. xij. scribit. Cuius etiam succus bdellium dicitur.

¶ Beati a bene habendo dicti sunt. Qui sint dicendi beati. Sen. libro. vi. Epi. declarat his verbis. Hoc nos doce beatum non eum esse, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit, sed illum cui bonum omne animo est erectū, & excisum, & mirabilia calcantem, qui neminem videt, cum quo se commutatum velit, qui hominem ea sola parte existimat qua homo est, qui natura magistro vtitur, ad illius leges componitur, sic viuit quomodo illa prędscripsit, cui bona illa nulla vis executit, qui mala ī bonum conuertit, certus iudicij, inconcussus, intrepidus, quem aliqua vis mouet, nulla perturbat, quem fortuna cum in eum quod habuit telū nocentissimum, vt maxima intorsit, pungit non vulnerat. Cicero libro. v. Tuscu. Hos existimo beatos, qui sint in bonis nullo adiuncto malo. Apul. lib. de philosophia. Illum omnibus beatum videri, cui & bona suppetunt, & quemadmodum carere vitijs debeat callet. Fœlices dicuntur bonorum omnium compotes. Alię quoq; res beatæ, fœlicesq; dici possunt, vt vox beata, id est plena ac perfecta. Et vocis fœlicitas apud Quintilia. Interdum ponitur beatꝰ pro nobili. Horatius lib. car. Nescias ante generum beatę Phillidis flauæ. Huius diminutiuum est Beatulus. Persius. Tandémq; beatulus, alto compositus lecto.

✳ Beatitas & beatitudo Cic. dura esse iudicauit, tamē ea putauit vsu fieri posse molliora, & beatitas magis latinum esse sensit, q̄ beatitudo, tamen beatitas repudiata est. Beatitudo recepta in vsum. Cc.

♁ Beatitudo, vt inquit Speusippus est bonum, & bonis omnibus accumulatum potestas ad bene viuendum seipsa sufficiens, perfectio secundum virtutem sufficiēs vitę commoditas.

¶ Bebrycium siue bebryacū, vicus est inter Cremonam, & Veronam, qui vulgo dicitur Labina, clarum duabus cladibus Romanorū Cornelij, & Tatij. In eo Vitellius cū Othone cōflixit. Cor. Tacitꝰ. Eo die quo bebriaci certabatur auem inusitata facie apud rhegium lepidi celebri luco cōsedisse incolle, vt memorant, nec deinde cœtu hominum, aut volantium alitum territam pulsamve, donec Otho seipse interficeret. ♁ Hinc Bebriacenses dicti sunt eius incole.

¶ Bebrycia regio, quę vt Salust. docet maior Phrygia dicta est. A qua Bebrycius bebrycia bebrycium, & bebryx bebrycis, pe, indifferente. Val. Flaccus lib. ij. Bebrycis & scythici ꝓcul inclementia saxi. Luca. lib. vi. Pinguis bebrycio discessit vomere sulcus. Sil. libro. iij. Possessus baccho sæua bebrycis in aula.

♁ Becher, eris, penultima pro. & prima breui, natio scythica quæ quum ad Italiam venisset cum Attila vinumq; gustasset, omnium bibacissima facta est.

✳ Bechiō hęrba est quę latine tussilago dr̄, quia tussim sedat. Sic appellata ὁ ἀπὸ τοῦ βηχὸς ὠφελεῖμ, hoc est a tussi sananda. Cuius duo genera, de quibus abunde Perotus in Cornupia.

¶ Beelzebub Idolum fuit Accaron, quod in Regum volumine vocatur idolum muscę. Beel ipse est bel, siue baal, zebub musca. Et interpretatur vir muscarum.

¶ Beelphegor, interpretatur vir habens hiatum, vel deus hians, vel simulachrum ignominię. Idolum fuit Moab vocabulo baal, siue beel super montem phegor, quem latini Priapum ferunt.

¶ Beelsephon, vir habens arcana vel dominus aquilonis seu vetustus deus habens speculam.

¶ Beemoth ex hebręa voce latine animal significat. Ideo autem diabolus beemoth, id est animal dicitur, ꝙ de excelsis ad terrena decidit, & ꝓ merito suo, vt animal brutum effectus sit. Ipse est & Leuiathan.

✳ Beergios vnus ex Neptuni filijs, quē Hercules vicit. Cc.

¶ Bebino pen. produ. Insula Æginę proxima. Fuit & in con

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tinenti Laconię agro Belbina, vt inquit Stra.

¶ Belial apud nos dicitur absq; iugo, vel absq; dño. ỏ Vnde diabolus vocatur Belial, quasi apostata, & absq; iugo.

ỏ Belgę Gallię populi per. xv. gentes diuisi intra rhenum, ac lygerum vergentes in oceanum, a quibus regio Belgia dicta est, quasi bellorum genus, vbi vehicula quędam primum in uĕta fuere, quę Esseda dicuntur. Verg. Belgica, vel molli melius feret esseda collo.

a ✳ Belua immanis fera quasi bellum gerens, a quo Beluinus adiectiuum. Nam belua quo veteres vti sunt pro eo, quod est beluę similis. Cc.

¶ Belus per simplex /l/ nomĕ proprium regis assyriorum, & pater Nini, qui primus regnauit, & postea dictus est Bel. Vñ Beelzebub. Nam eorum lingua sol Bel dicitur. Vnde & Helios. Ergo addita digamma & facta deriuatione a sole, regi nomen impositum. Hoc etiam noīe dictus est fluuius syrię vbi primo cōpertum fuisse vitrum. Plinius scribit lib. vi. Iosephus lib. ij. belli iudaici. Stadijs ait duobus a Ptolomaide bellum amnem dictare, iuxta quem sepulchrum Mēnonis sit, & vitrea in rotunda valle arena, quā venti ex circūdatis iugis conuehant inexhausta sęculis vi, sed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoq; in vitrum, quę attigerit metalla.

¶ Bellus, a, um, per duplex /ll/ diminutiuum est a bonus. Varro. Ita cum eis bellum geras, vt bella omnia domū auferas. i. bona omnia. Idem Bellior pro melior posuit. Venio nunc ad vltimum testamentum, quod dicitur physicon, in quo greci belliores, q̄ Romani nostri. Et qm̄ bonum qñq; pulchrum significat, vt apud Teren. Forma bona fortalse, bellū quoq; p pulchro accipitur, vt bellus puer, bella puella, bellum corpus. Mar. Bella es nouimus, & puella verum est. Hinc belli homines aliquādo boni & prudentes, aliquando formosi, atq; elegantes dicuntur. Et bellissimus optimus, vel pulcherrimus. Teren. in Adel. Ego iam prospiciam mihi, atq; vnū quodq; quod erit bellissimum carpam.

¶ Bellulus, a, um, diminutiuum formatum a diminutiuo. i. pulcherulus, a quo aduerbium Belluler. Plau. Nam nur⁹ bellule se habebat.

¶ Bellatulus, a, um, vocabulum blandientis eiusdem significantiæ cum bellulus. Plautus. Cum mus ergo cubitum bella bellatula.

¶ Bella, æ, oppidū Campanię. Verg. lib. vij. Mœnia Bellæ.

¶ Bellum proprie dissentio hostilis, per quā arma mouentur, & significat totum tempus, quo sunt in militia homines, prelium, certamen ipsum. Pugna etiam circa arma fit nudis verbis. Vergilius. exemplum de bello & prelio ponit. Infantem fugiens media inter prelia belli. Et Liuius refert populū Ro. nullo bello, multis vero prælijs victum esse. Aliquando tamen bellum capitur pro prelio. Sallu. In eo bello trecenti milites desyderati. Dictum bellum, vt Priscianus sentit ab eo quod est bonum per antiphrasim diminutiuū, q̄ minime bonum sit. Alij non per contrariū a bono deducunt, q̄ boni gratia bella olim susciperentur, nec ad inferendam, sed ad propulsandam iniuriam, pacemq; parandam. Quapropter hostes etiam ab æquando dicti sunt. Alij a duello deriuant abiecta /d/ & digamma in /b/ conuerso. Festus a beluis, quia beluarum pernicios sit dissentio. Bellicus, a, um, q̄ ad bellū pertinet, vt arma bellica.

¶ Bellica, cę, dicebat colūnella, illa ante templū bellonę super quam iaciebant hastam cum bellum indicerent.

¶ Bellicosus ferox. Sallusti. in Iug. Libes q̄ gętuli minus bellicosi erant.

¶ Bellax adiectiuum. idem quod bellicosus.

¶ Bello, as, oppugno, bellum gero, confligo. Pli. Romana arma primum Claudio principe in Mauritania bellauere Ptoloniæum regem a C. Cęsare interemptum. Est & bellor, aris deponens. Vergi. Et pictis bellantur amazones armis. Composita sunt debello, & rebello, primum significat expugno, vnde Debellatos hostes dicim⁹ victos. Alterum repugno. Vnde Rebelles.

¶ Bellator non modo qui bellum gerit, sed etiam per quem bellum geritur. Verg. lib. x. Et inter bellatoris equi caua tĕpora conijcit hastam. Bellatrix quę bellum gerit, seu bellicosa est. Idē aurea subnectens exertæ singula māmę. Bellatrix.

¶ Bellarius, a, um, quod bello aptum est, vt arma sagittæ, & huiusmodi, quasi instrumenta bellica.

¶ Bellaria vero dicuntur res bellis aptæ, vtpote arma, sagittæ, & similia, quasi bellica instrumenta. Item bellaria cibi secū dę mensæ a bonitate, vt Dona. ait. Ad irritandam gulam quę tragemata aut pennata greci, ea veteres nostri bellaria dixere, vt inquit Gel. quę mellita esse sueuerunt. Macro. in satur. Adhuc dicĕre Furio secundę mensę illata bellaria nouo sermoni principium dedere. Vina quoq; dulciora est inuenire in comœdijs antiquioribus hoc vocabulo appellata, dicta que esse ea liberi bellaria.

¶ Belligero, as, bellum gero. Plautus in cap. Belligerant ætoli cum Aulidis. Hinc belliger. Vnde Mars belliger dicitur a bello gerendo.

¶ Bellipotens cum accentu in antepe. qui bello pollet.

✳ Bellitudo pro pulchritudine posuit Pompeius.

✳ Bellicrepa genus veteris saltationis a Romulo institutæ, in qua cum armis saltabant. Cc.

¶ Bellona pe. pro. bellorum dea Martis soror, q̄uis quidā Palladem dicant, cui proprio sanguine sacerdotes sacrificabant, ante cuius templum columnula erat, quæ bellica dicebatur.

ỏ Et alio nomine enyo a poetis vocatur.

¶ Belone per simplex /l/ piscis est, qui alio nomine dicit acus siue acicula ab acu. Greci enim βελόνην παρὰ τὸ βάλλω acum nominant. Plinius. Acus siue belone vnus piscium dehiscente propter multitudinem vtero parit a partu coalescit vulnus, quod & in cæcis serpentibus traduit. ỏ Vulgo Angusigula dicitur.

¶ Bellerophontes, seu bellerophon, tis, fuit Glauci regis Ephyre filius inclyto decore conspicuus & virtutis maximę. Hic cum a Stenobea vxore Preti de coitu interpellatus esset, veritus hospitalis Iouis iram lasciuam fœminam repulit. Vnde exardens repulsa mulier viro innocentem hospitĕ accusauit, qui hospitij iure motus illum domi nō interficere sustinuit, sed datis codicillis ad Iobatem socerum illum in Lyciam misit. Lectis ergo codicillis Iobates in vltionem criminis ad Chimæram, & solimos domandos Bellerophontem misit, vt sub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Sed Chimęra, & Solimis deuictis laudem retulit maximam. Hic primo Hipponus post ab interfecto Corinthio Bellero, Bellerophontes dictus est, primæ declinationis, sicut Anchises. Hinc Bellerophontæus bellerophontæa bellerophontæum. Propertius. Bellerophōtæi, qua fluit humor equi. Pindarus in oda Xenophantis Corinthij, ita scribit pulcherrime πρίν γε δὶ χρυσαμπύκα κούρα, χαλινὸν προσβαλοῦσα ἡνιόχᾳ ἐξ ὀνείρου μάθ', ἁπτίδα μὲν ὕπαρ φώρασε θ', εὑθεῖσα ἀιολίδα βασιλεῦ ἀγεφίλτρου τό θ', ἵππειον θ' ἑκόν.

✳ Id est prius q̄ aureis reticulis contemptum frenum moueret tulit ex somnio.

ỏ Belos latine sagitta αποτου βαλειν, quod significat iacere.

¶ Bellouaci, populi Galliæ, qui belli gloria Belgas omnes superarunt, quos Cęsar duce eorum interfecto in potestatem redegit.

¶ Belon per simplex /l/, vrbs, & nomen fluuij in Hispania.

ỏ Belbus animal alio nomine dicitur hiena Bebloſis βεβλοσιον dicitur prophanati.

¶ Bembina, Nemeę vic⁹. Vnde Nemæus leo a poetis bembinatis est dict⁹. Plaut. in Mi. Bembinatidis beluæ instar, hoc est Nemeæi leonis instar.

¶ Bene aduerbium a bonus formatum, vt deus bene omnia fecit. Aliquādo ponitur pro commode, vt bene habito. Interdū pro prudenter pulchre, probe, ornate, honeste, prospere, pro loco. Nōnunq̄ pro valde, vt bene nummatus, id est pecuniosus. Cice. habetis orationem bene longam. Nam bonus pro magno, & multo quandoque capitur. Similiter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

male pro valde. Cice. in bru. Credebat scriptores illos male mulctatos.

¶ Beneiudico, censeo, opinor, existimo, ad meipsum referun tur, rectūq; consilium ostendunt, & econtrario Maleiudico.

¶ Bene cogito vel male cogito referuntur ad alterum signi ficantq; beneficium aut perniciem. Plin. Hoc tuo studio be ne de te cogitantem liberaliorem reddes. Cice. Carthaginē diu male cogitantem non prius timere desinam, q̄ excisam cognouero.

* Bene de te mereor, id est bona in te confero vel bene tra cto te. Cc.

¶ Bene vertere, est in vtilitatē vertere, sicut male vertere est in perniciem. ♁ Bene viuere, inquit Augu. lib. de mori. eccle. est ad beatitudinem viuendi tendere.

¶ Bene volo tibi, amo te. Hinc Beniuolus & beniuolentia q̄ est inclinatio animi cum desiderio benefaciendi.

¶ Benedico, laudo, bene loquor. Teren. in phor, Benedictis si certasset, audisset bene. Et construitur cum dativo, sicut Ma ledico quādo est vna dictio, hinc benedicus pe. cor. qui bene dicit & laudat, a quo aduerbium benedice. Plau. Cum illicie bas me ad te blande ac benedice.

¶ Benefacio, non indicantis sed gratia agentis est. Terent. in Eu. Benefacis, merito te amo.

¶ Beneficus, liberalis, qui beneficiū prēstat, & comparatiuū habet & superlatiuum. Aliq̄n etiam suū, vt beneficentior bñficentiss.mus & bñficissimus, vt Mar. Cato de Ptolemæo rege optimo & bñficiss.imo. Hinc beneficētia, liberalitas.

¶ Beneficiarius qui beneficium accepit. Vnde & a veterib⁹ beneficiarij dicti sunt illi quos imperator suo beneficio pro mouisset in militia. Cæsar lib. i. Per vero non deserit sese ar mat familiam cū hac prætoria cohorte certamen barbaris q̄ equitibus paucis beneficiarijs suis.

¶ Benignus a bonus deducitur & ꝓprie qui bonis & dignis largitur. Ex bono & gignendo composita dictio. Vnde be nignam terram dicimus fructus abunde reddentem. Pli. de ægypto. Nulla est benignior tellus, nullus ager feracior. Te ren. in Hecy. Benigne præbeatur, hoc enim est gratius nō so lum præbere, sed etiam large. Dona. Benignitas est in quan titate rerum, aut in facilitate prēstantis. Nam plērūq; ingra ta dona sunt, in quibus benignitas non apparet.

¶ Benna, nę, lingua gallica, genus vehiculi. Vnde Comben nones in eadem benna sedentes.

¶ Beneuētum Campaniæ vrbs, cū eo colonia deduceret, bo ni omnis gratia vocari cœptū. Nam antea maleuentū voca batur. Hæc vrbs a Diomede condita fertur, apud quā. xxx. milia Sānitum cæsa fuerunt Sulpitio & Pętilio consulibus.

¶ Beo, as, consolor, & beatū gloriosum q; facio. Plau. in Tru. Hoc me beat saltem q̄m perduellis vicit & domū compos laudis reuenit. Hinc beatus, beatior beatissimus.

¶ Berecyntus, nomen montis est ghrygie, & nomen oppidi in quo Cybele mater deū prisco⁹ ritu colebatur. Vnde be recyntia dicta est. ♁ Addimus autem aspirationem quotiēs montem deli cynthū dicimus.

¶ Beronice vel berenice, es, pe. pro. regina ægypti soror Pto lemæi & Cleopatrę, a qua beronice vrbs in maiori syrte cre dit appellata. Fuit & alia beronice Herodis agrippę Iudeo⁹ regis filia, de qua Iuue. Deinde Adamas notissimus & hero nices. ♁ In digito factus prēciosior, hūc dedit olim Barbarus incestę dedit hunc Agrippa sorori.

* Berenices crines septem sunt stellę ad leonis caudam ve luti in triangulo collocatę, causam lege apud Perottum.

¶ Beryllus cum y/græco lapis pallidus transparens, ex quo pocula fiebant gene. masc. & fœmi. Pris. in perihegesi. berylli gēmas glauci nitidūq; adamenta. Gignitur in India similis smaragdo, sed cū pallore, semperq; berylli sexangula figura artificū ingenijs poliuntur, q̄m hebescūt, nisi color repercus su angulo⁹ excitetur. Orpheus in lib. de gemmis de beryllo nil meminit, sed Eusta. multa in enarratione Dionysij libyci, qui ait, μίλτῳ καὶ χρυσοῖο φέρειν χαριέστερον ἄλλου ὑγρῆσι λίθου. * Ipsum & auro ferre gratius alium humente beryllo cæsium lapidem.

¶ Berytus, cum y/pe. pro. vrbs est Syrię Antiochiæ. ♁ Bero sus historicus fuit, qui historiam literis chaldęis scripsit.

¶ Bersabe, vrbs in terra Iuda, q̄ etiam puteus iuramentivo cata est, quia cū ibi habitaret Abrahā cum Abimelech da tis septem ouibus in fœdus mutuo iurauerunt. Hęc termin⁹ fuit terrę promissionis possessæ a populo Iudęorum post q̄ re uersus est ex ægypto, & tendit vsq; ad Dansp atio in longū clx. milium, sicut scribit Hiero. ad Dardanum.

¶ Bes, is, vncię octo ab asse, ex eo q; bis triens sit q̄uis dura compositio. Ser. Duos triētes bessem vocabis. Antiqui Des dicebant dempto triente, i. octo.

¶ Bessi populi thracū, de quibus Ouid. lib. iiij. tris. Viuere q̄ miserum est inter bessos q; Getasq;.

¶ Bestia, ♁ crudelitatē videt exprimere belua magnitudinē & quasi monstruositatē, fera opponitur cicuri. Vlpi. Bestias accipere debemus magis ex feritate, q̄ ex animalis gñe, quæ ꝓprie morsu vel vnguibus sæuiunt, vt pardi leones tygri des a vastando. Hinc bestialis & hoc bestiale. Amb. Ipsum videtur bestialis naturæ potestati esse subiectum.

¶ Bestiarij dicebantur qui cū bestijs depugnare dānati erāt. Hinc a Sen. ludus bestiariorum nuncupat, quo bestiarij de pugnabāt. Tertullia. Iuppiter est Romę quem ludis suis san guine proluūt bestiariorum.

¶ Bessyga pe. cor. Emporiū in India, vbi & amnis bessygas. Vnde Bessygitæ populi, qui humana carne vescuntur.

♁ Bethacarma, vicus inter hierosolimam, & thecuā in mon te situs compositum nomen ex lingua syria & hebręa.

¶ Beta litera græca, proxima primę, in/b/a latinis transfertur. Aliq̄n in/v/vt bition vitia. Est etiam hoc nomine herba q̄ & bleta dicitur & betatius & betatium.

* Betamones ab Homero Corybantes vocantur. Cc.

¶ Beto, is, vado quasi beneito. Var. Mulierem, q; parere ea non poterat fores betere iussit.

¶ Bethania, villa secundo miliario ab Hierusalem in latere montis olieti.

¶ Bethel, vrbs Samarię quam Iebusei condiderūt, quę prius vocabatur Luza.

¶ Bethleem, nomen ciuitatis Dauid q̄ alio vocabulo dicitur Euphrata, nunc viculus esse dicitur qui ab Ioppe. xlvi. mili bus distat. In hac ciuitate ortus atq; cōsummatus est Dauid Ibi etiam dñs noster ex spiritu sancto genitus natus est. Ibi Rachel occubuit, vbi & sepulchrum Iesse patris Dauid ostē ditur. Est autē hic locus in tribu Iuda. vi. ab Hierusalem mi liario positus contra meridiē in itinere quo pergitur hebron. Quando autē Iacob ibi pecora sua pauit loco Bethleem no mē imposuit quod domus panis interpretat, ꝓpter eum pa nem, qui ibi de cælo descendit. Hinc Bethleemitæ pe. prod. dicti sunt, qui eius incolę sunt.

¶ Bethsamis pe. cor. nomen vrbis Galileæ, vbi dñs perhibe tur multa signa fecisse, a qua bethsamitæ populi.

¶ Bethsaida, piscina in Hierusalē quę vocabatur probatica. Et a nobis dici potest domus pecudū siue pecualis quia ho stias in ea quondam sacerdores lauabant. Est & nomen ciui tātis Galileæ, a qua Petrus & Philippus ortum habuere.

¶ Bethsura, & bethsuræ tantū pluraliter pe. pro. Hiero. lib. ij. Macha. Et bethsuræ quod erat Iudæo⁹ munitum præsidiū castra admouebat. Idem in eodem. Iterum rerum sermonē habuit cum his qui erant bethsuris. Et interpretatur domus muri vel domus acerba.

¶ Betphage pen. pro. syrum nomen quod interpretatur do mus oris, vel maxilla.

¶ Bethys, flu. Hispanię vlterioris, a quo Bethyca Hispanię re gio dicta est q̄ ab accolis Tudertana vocat incolæ Tuderta ni & Turduli dicunt. Ea nunc granata dicit a grano q̄ græ ci coccum vocant, nā in bethyca fere tota copiosum coccū gignitur. Accipit etiam pro Hispania, q; bethys eā diuidat. Hic fluuius occidit in oceano occidentali dictus bethys πα

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ἀπὸ τοῦ βαθέος κείσθαι, quod est ꝓfundū in quo lanas pulchro colore tingi ostendit Mar. cum ait, Bethys oliuifera crinem redimite corona. Aurea qui nitidis vellera tingis aquis, sed tū quotquot græcos viderim scribunt per ai diph. in prima, vt Stepha. bizantius noster & Eusta. in commentarijs Dionysij, sed mihi visus sum sequi aliam opinionem.

✳Bethycus, a, um, vt bethycus color subniger. Cc.

✳Bethycus. i. pullatus. Mart. Et Bethycatus simulat quoq; leucopeatus, cuius vocabuli ratio est ꝙ natiuus color in Hispania (vt diximus) subnigrior est, ideoq; minus vilis. Cc.

¶Bifores pe. cor. quæ habent duas ianuas.

¶Bifidus, a, um, pe. cor. quod in duas partes fissum est.

¶Betula pe. cor. genus arboris eximij candoris. Ex qua fieri solent circuli vasis vinarijs idonei.

¶Betulus, Hispaniæ fluuius est, cuius aqua adferri temperamenta fertur aptissima.

B ante J

BIanor nomē viri qui & Ochn⁹ dictus est filius Mantus fatidicæ & Tusci fiu, qui Mantuam a nomine matris dixit. Fuit & alius Troianus princeps.

¶Bias, antis, nomen philosophi prienensis qui fuit vnus ex septem græcię sapientibus. Hic Laertio teste vir fuit totus regius & ciuium suorum princeps, quos diu aduersis periculis tutatus est. Sed tandem capta patria cum fugientibus cūctis onustis sarcinulis pretiosarum rerum suarum & ipse interrogaretur, cur ex bonis suis solus nihil secum ferret, respōdit omnia bona mea mecū porto. Suidas, βίαντος πρηνέως δίκη οὗτος εἶσι τῶν ἐν σοφίᾳ λέγεται γὰρ εἰς τὰς δίκας δυνατὸν γενέσθαι εἰπεῖν ἐναντία μέντοι τῷ τῶν λόγων ἰσχύι ἐχρῆτο. ✳Biantis prienensis pœna hic vnus ex septem sapientibus dicitur in iudicijs grauissimus propter bonū verborum potentia vtebatur.

¶Bibo, is, ibi, itum, portū. haurio. Et ea omnia dicūtur bibere q̄ haustus habent. Virg. xi. lib. Æne. etiam his iunxit q̄ non habent haustum. Hasta sub exertam donec perlata papillam Hesit, virgineūq; alte bibit acta cruorem. Huius composita sunt Adbibo quod significat iuxta seu etiam bibo. Teren. in Heau. Is pater mihi vbi adbibit plus paulo sua q̄ narrat facinora. Combibo simul bibo. Plaut. in Cur. Foribus dat aquā combibant. Vnde & Combibones dicuntur. Cic. Pæto. In his controuersijs quas habeo cum tuis combibonibus epicureis optima opera vti eius soleo. Ebibo extrabibo exhaurio. Plau. in Amb. Factū illud est, vt ego illic vini hyrneā ebiberim meri. Prębibo antebibo. Nā venena iā metuam inquit Gier. cum antidotū prębibero. Per trāslationē ebibere ponitur pro cōsumere. Idem. Non ego cū vino simile ebibi imperium tuū. Imbibo insumo, intus concipio. Cic. in Ver. An nunq̄ iste bonam de se spem babuisset nisi de nobis opinionem imbibisset. Augu. Vt poeta optimus maximus teneris imbibitus annis nō facile memoria aboleret. Perbibo multum bibo. Lactā. lib. ij. Infecti sunt enim per suasione ac penitus eorū mentes succum stulticiæ perbiberūt. Subbibo parum bibo. Suet. in Nero. Si paulum subbibisset aliquid se sufferri tinniturū greco sermone promisit. Et hæc omnia habent pe. cor. Inuenitur etiam passiuum huius verbi bibo in tertia persona. Iuue. Sed nulla aconita bibuntur.

¶Bibax & biboſus, qui est bibendi auidus vel nimius potator. Laberius. Nō māmosa, nō annosa, nō biboſa, nō pcax.

¶Bibulus, a, um, pe. cor. quod facile sorbet. Ver. ad Messalā. Inuerso bibulum restinguens lumen oliuo, quia lumen bibit oleum. i. ardendo consumit. Vñ & Bibulorum cognomen dictum est, & bibula papyrus q̄ sorbet atramentum. Luca. Conficitur bibula memphitis cartha papyro. Hinc fit meribibulus, de quo alibi, & Hora. pallue dixit. Et pateris bibuli media de nocte falerni. Oderūt porrecta negantem pocula.

¶Bibaculus nomen fuit poetæ, quē Hiero. in chronicis Cremonæ natum scribit paulo minorem Cicerone.

✳Biberius Tyberij Agnomen per derisum propter nimiam vini auiditatem. Cc.

¶Bibisia ipsa bibitio dicitur & bibaculus per imminutionē is qui frequentius bibit. Cc.

¶Bibile quod facile bibi potest.

¶Biblos latine papyrus itūcus liber biblion libellus, hinc deducuntur.

¶Bibliographus, librarius bibliacus libroſus βίβλιον καὶ γράφω. ὃ Bibliolathas dictus est didim⁹ quoniā mille quingentos libros scripsit.

¶Bibliopola pe. pro. qui libros vēdit. Mar. Non habeo sed habet bibliopola triphon. Componitur autē ex βίβλιον qđ est liber, & πωλῶ vendo per ω in prima.

¶Bibliotheca pe. pro. tam librorum per se magnus numer⁹ q̄ locus vbi libri sunt appellatur, vt li. xxxij. digestorū scribit Vlpia. Auso. Emptis ꝙ libris tibi bibliotheca referta ē. Nam biblos liber est, & theca repositorium a latinis libraria dicitur. Gel. Forte in libraria ego & L. Paulus poeta vir memoria nostra doctissimus consederamus. Est & bibliotheca titulus siue inscriptio, qua Diodo. historiam suam nominauit. A græcis inflectitur bibliothece es. Pli. apud græcos desit nugari Diodo. & bibliotheces historiam suam inscripsit. Bibliothecæ, vt inquit Victru. ad orientem spectare debēt. Vsus enim librorū matutinum expostulat lumen.

ὃ Bibliothecalis, & hoc bibliothecale, quod est bibliothecæ, vt apud Martianum bibliothecalis copia.

ὃ Biblia vxor Duilij romani, qui primus romę nauali certamine triumphauit, quæ tantę pudicitiæ fuit vt illo seculo ꝓ exemplo fuerit ꝙ in pudicitia monstrum erat, non vitium.

ὃ Biblio, lis, factum est a similitudine soni, qui fit, in vase Nesius biblit amphora.

¶Bis aduerbiū significat, id quod græci dicunt δίς, & multa habet composita, vt quæ sequuntur.

¶Biceps qđ habet duo capita. Bicorpus habet duo corpa.

✳Bicornium dicitur, quod habet duo cornua. Cc.

✳Bicliniū locus vbi duo lecti sunt, sicut tricliniū vbi tres. Cc.

ὃ Sunt autē hę dictiones ex latino & gręco compositę. Nam bis latinum est, & κλίνη gręcum quod rectum significat.

¶Bidentes quidam intelligunt oues, aut bestias q̄ per ætatē dues dentes altiores habent. Nam Higynius dicit. Quæ bidens ostia oportet dentes habeat octo, sed ex his duos cæteris altiores per quos appareat ex minore ætate in maiorem transcendisse. Alij hostias bimas. i. duos annos habentes, ꝙ in cōmentarijs ad ius pontificiū pertinentibus legatur bidētes primo dictas d/litera ex superfluo interiecta sicut ī redeo ad hiatum duarum vocaliū præcauentes. Ergo bidētes primo dictę sunt quasi biennes & longovsu loquendi corrupta est vox ex biennibus & bidentibus dicta. Et bidens instrumentum rusticum. Iuue. Viue bidentis amans & culti villicus horti.

¶Bidental locus vbi mos erat, apud priscos cū aliquod ædificium e cælo fulminabatur, sacerdos aduocabatur, qui eo in loco ouem immolatam comburebat, ibiq; eius reliquias sepeliebat, ab oue bidente ibi immolata. Hora. An triste bidental mouerit incestus certe fuerit. No. Bidental dici vult, ꝙ binæ pecudes mactentur.

¶Biduum, spacium duorū dierum. A quo biduanus, a, um, vt Biduanæ inducię. Biduo continenti significat duobus diebus continentibus. Sueto. in Cali. Per hunc pontem vltro citro commeauit biduo continenti.

ὃ Bięon dictum est a cura, quia multū in eo condendo laboris adhibeatur, Siue quia violentū sit, & efficax contra morbos, siue a festinatione, atq; impetu. Pli. Triticum nō potest videri quod bięon appellauimus.

✳Biennis, is, qui est duorum annorū, sic triennis qui trium.

✳Bifera arbor, quæ bis fert fructus. Cc.

✳Bifrons, qui duas frontes habet dicitur, vnde Ianum dicimus Bifrontem ꝙ præterita sciuerit & futura pręuiderit, vel quia superum & inferum ianitor est. Cc.

¶Biennium spatium duorum annorum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Bifariam trifariã aduerbia ſunt, quibus ſignificatur quod binis vel tribus modis, vel qđ in duas vel tres partes fari poteſt. Sic multifariam, omnifariã, plurifariam ſignificant multorum generũ, omnis generis ſiue in multas in omnes & in plures partes, ſiue qđ multis, omnibus & pluribus modis fari poteſt. Dicimus etiam bifarie trifarie multifarie &c. & bifarius, a, um. Sue. Gladiatoria munera plurifaria ac multiplicia exhibuit. Apul. Omnifario ſermone depinxit.

ȣ Bifidus, a, um, pe. cor. quod in duas partes fiſſum eſt.

ȣ Bifores pe. cor. quę habent duas ianuas.

* Bifurcatus qui & bifurcus geminas furcas habens. Cc.

* Bifur plus q̃ fur, ſiue qui bis in furto eſt deprẽhenſus. Cc.

¶ Bigamus pe. cor. qui duas vxores duxit. A quo bigamia, γάμος enim nuptiæ dicuntur.

¶ Bigemmis vitis quæ habet duas gemmas. Col. li. vi. Promateriis longioribus pollices quaternum, aut quinum gemmarum relinquuntur, pro cuſtodibus autem bigemmes reſeces efficiunt in ea.

¶ Bigæ per ſyncopam dictæ ſunt quaſi bijugæ, Currus duobus equis vecti ꝙ duorum equorum iugo agantur. Equivero bĳugi bĳuges ve dicunt. Sic quadrigę a quatuor ꝙ a quatuor equorum iugo, & equi quadrĳugi. Aug. li. xviĳ. de ci. dei. Iunctos duos equos bigas vocamus. Apud veteres tamen bigam & trigam & quadrigam inuenimus. Sue. in Tibe. Vix vnius bigę adiectione honorari paſſus eſt. Papiñ. in The. Roriferum gelida tentauerat aera biga. Pli. In ſummo mauſoleo eſt quadriga marmorea quam fecit Pythis. Bigas primũ iunxerunt phrygĳ. Quadrigas Erichthonius.

* Bigati nummi bigas impreſſas habentes. Cc.

¶ Bigenera animalia ex diuerſo genere nata, vt Leopardus ex leone & panthera.

* Biguę geminę ꝙ duę vno partu natę ſint. Cc.

¶ Bihæres dicitur qui duas hęreditates conſecutus eſt.

* Bĳugi equi dicuntur cum bini ad vnum iugum nexi ſunt.

* Bĳugerum duorum iugerum. Cc.

¶ Bilanx, cis, quod duas habet lances.

¶ Bilibris duarum librarum.

* Bilis cholera eſt inde bilioſi cholerici, aphri tamen bilim vocant ſemen humanum humi proiectum. Cc.

* Bilitos veteres dixere beſtĳs ſimiles quaſi belutos. Cc.

¶ Bilinguis qui duas habet linguas, hoc eſt qui modo vnũ modo aliud loquitur, vel qui aliud dicit & aliud retinet. Et quandoq; accipitur pro fallaci, hoc vitium ad mentem referendo, & qui diffuſe varia loquitur.

¶ Bimeſtris duos menſes habens, aut duos annos a luna cõputatos. Hora. li. car. Et porco bimeſtri Cũ famulis operũ ſolutis. Sic trimeſtris quadrimeſtris quĩquemeſtris. Pli. Caſtrari agnos niſi quinquemeſtres p̃maturum exiſtimant.

¶ Bimus trimus quadrimus quimus. Vnde bimatus trimatus quadrimatus quĩmatus pro ſpatio duorum trium quatuor aut quinq; annorum. Plin. Vita fœminis quindecim annis longiſſima, maribus viginti, robur in quĩmatu. Suet. in Augu. Quadrimus patrem amiſit.

¶ Bimulus pe. cor. qui in binatu eſt, hoc eſt qui duos annos ætatis habet.

* Bimater agnomen Bacchi ꝙ duas matres habuerit Semelen & Iouem matris fungentem officio. Cc.

* Bimaritus, qui duas vxores habuit. Cc.

* Bimembris, duarum partium quaſi membrorum. Cc.

¶ Bina q̃uis Ser. doceat de ĳs tantũ dici quæ ſunt pluralis numeri, duo q̃ ſunt ſingularis, vt dicam⁹ binas literas, duas epiſtolas. Inuenĩt tamen bina iungi cũ ĳs quæ ſingulariter declinantur. Cic. Mario. Reliquæ ſunt venationes binæ per dies quinq; magnificæ. Idem. Binos tabellarios, inquit Pli. li. xĳ. Ergo in vtraq; gente bina laudaui genera terrenum & factitium. Eſt autem binus, a, um, idem quod. Siſen. Ad binum milium numerum ſaucĳs vtrinq; factis. Inde fit Combinoas, penul. produ.

¶ Binomius dicitur, qui geminum habet nomen, vt Iulius Cæſar. Numa Pompilius.

* Binominis, cui geminum eſt nomen. Cc.

¶ Biothanatos grẽca dictio ex βία violẽtia, θάνατος mors, id eſt violenter mortuus, vt eſt qui ferro, vel alia vi interfici tur & non ſua. i. naturali morte moritur, q̃ naturaliter cõtingit. Et mors ipſa biothanata dicitur, q̃ per vim infertur. De qua intellexit Vergi. cum dixit. Nam quia nec fato merita nec morte peribat. Sed miſera ante diem. Amb. de diuo ꝓthaſio. Miſer vel tu viuere ſtude & noli biothanatos fieri ſicut & frater Geruaſius. Hinc biothanati viri & biothanatæ fœminæ, qui violenta morte pereunt, & biothanata mors. Scribit. Lampri. prædictum fuiſſe Heliogabalo ipſm biothanatum futurum, hoc eſt ꝙ violenta morte moriturus erat. Idem. Si luna inquit applicuerit ſe Saturno deficiens lumine faciet marres biothanatas interire. Ser. ait. Biothanatorũ animas non recipi in originem ſuam.

¶ Biocreſta, id eſt vitæ vtilia.

¶ Bipalium inſtrumentum ad fodiendum. Var. Si locus humectus ſit ibi cacumina populorum ſeruãda, & arundinetũ. Id prius bipalio verrito, ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio ſeri, aptam eſſe vtriq; eandem fere culturam.

¶ Biparus, a, um, pe. cor. qui vel quę bis peperit.

¶ Bipatens pe. cor. quod ex vtraq; parte aperitur.

¶ Bipertior in duas partes diuido, a quo bipertum & aduerbium bipertio.

¶ Bipes, quod habet duos pedes. A quo bipedalis, & bipedanus, a, um. Colu. Frumentis autem ſat erit æque bona ſuberit bipedana humus. Bipedaneus, a, um. Colu. libro. v. Cenſuiſſem fieri ſcrobes adiecto dodrante ſuper altitudinem bipedaneam.

¶ Bipennis a penna deriuatur. ȣ Seruauit enim antiquitatẽ, nã veteres pennas dicebant nõ pinnas. ȣ Ideo fœmi. Verg. vero loco adiectiui vſus eſt lib. xi. Ferro ſonat alta bipenni Fraxinus. Proprie ſignificat quod eſt duarũ pennarum. Pli. lib. xi. Nullis eorum pennæ reuiuiſcunt auulſæ, nullũ cui aculeus in aluo bipenne eſt, quibuſdam pennarũ tutelæ cruſta ſu peruenit in ſcarabeis quorũ tenuior fragiliorq; penna, his negatus aculeus. Per tranſlationẽ ſignificat quicquid vtramq; partem acutã. Vnde pro ſecuri ſæpenumero ponitur.

¶ Biremes, naues q̃ habent duorum remorum ordines, quas conſtat Erythręos primos feciſſe. Triremes Amocles corinthius. Quadriremes Carthaginienſes. Onerariam Hippius tyrius inuenit.

¶ Birotum genus vehiculi duas rotas habentis.

* Biſſellium ſiue Biſſellum duos tantum capiẽs in ſella. Cc.

¶ Biſſextus, quaſi bis ſextus, quia duobus diebus continuis ſexto dicimus Calendas Martias, duos videlicet dies provno computantes. Vnde qui eſt natus biſſexto Calẽdas nihil refert, vt inquit Celſus, vtrũ priore an poſteriore die natus ſit, cum illud biduum provno tantũ die habeatur. Eſt autem biſſextus per quatuor annos vnus dies adiect⁹. Creſcit enim per ſingulos annos quarta pars aſſis. At vbi quarto anno aſſem compleuerit biſſextum vnũ facit. Nam Caius Cæſar ne quadrans deeſſet ſtatuit, vt quarto quoq; anno ſacerdotes diem vnũ intercalarent, idq; biſſextum vocauerunt.

* Biſſus, vide in byſſus pariter & Biſſinum & Biſſinas veſtes.

¶ Biſulcus qui vngulas non ſolidas habet, ſed ſciſſas. Itẽ quicquid in duas acies ſciſſum eſt biſculum dicit. Plin. lib. x. Solidi pedes & biſulci ſues omni cibatu & radicibus aluntur, & biſulcus porcus cum in ceruice ſeras diuidit.

¶ Biuium quod duas vias habet, ſicut triuium quadriuium.

¶ Biuitas pe. pro. Vidua ꝙ duas habuit vitas, alteram coniugalem, cęlibem alteram. Var. Ad biuitatem venio.

¶ Bilbilis oppidum Hiſpaniæ, a quo Mar. poeta originẽ duxit ſic dictum a Bilbili propinquo fluuio.

ȣ Bilis atra, melancholia dicit. Et eſt humor, qui in folliculo fellis eſt, & ꝓ ſui conditione hoĩem trãſmutat. Et hęc inſaniã facit. Plau. in Am. Delirat vxor, atra bili percita eſt. Hæc ſanatur atro veratro, quod dicit Helleborus. Eſt & bilis, quam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

facit. Plau. in Am. Delirat vxor, atra bili percita est. Hæc fa natur atro veratro, quod dicit Helleborus. Est & bilis, quam græci choleram dicunt. Cõmune intestinorum vitium, vt in quit Celsus, bilis supra infraq; rumpit, interdum alba non nunq̃ nigra vel varia quandoq; citrina & vitellina & rubra, & adusta & prasina. Plato in Timeo. Bilem morborũ causam esse refert quę cum expirat extrinsecus varios tumores pro ducit, intrinsecus vero cohabita vrētes edacesque morbos multos procurat. Neuius. bilem mihi nuper excitauit. Quo niam autem animus quādoq; corporis inclinationem sequi tur, ad mores, iracundiāq;, & indignationem transfert. Pli. li. xi. Hinc & in mores crimẽ bilis nomine adeo magnum est in hac parte virus, cum se fundit in animum, & hominem & excandescentia dicitur.

⁂ Adde ꝙ Aphri bilim vocāt semen humanum humi pro iectum. Cc.

¶ Biliosus q̃ bile laborat. Cor. Aut liuidũ aut biliosum. Idē. Sputum etiam biliosum aut purulentum.

¶ Bilutes veteres dixerunt bestijs similes quasi belutos.

¶ Bisaltæ populi scythici, de quibus Verg. iij. Georg. Bisal tę quo more solent acerq; gelonus, Cum fugit in rhodopen aut in deserta Getarum. ὃ Pli. libera gens bisaltæ a fluuio bi salte siue a bisalto solis & terræ filio, vbi lepores duplici ie core sunt.

¶ Bion borysthenites philosophus fuit, & sophista callidus, qui philosophiam vario orationis flore vestiuit. Fuere & alij Biones nouem, vt testatur Laertius. Fertur hic dixisse ad eũ qui fundos suos ingluuie vorauerat, Terra Amphiaraum absorbuit, sed terram tu.

¶ Bison, ıs animal deforme prolixitate iubarum & reliquo corpore seu ferũ, cerui figura media frõte inter aures vnum cornu habens. Mar. Illi cessit atrox bubalus atq; bison.

¶ Bistonis pen. cor. ciuitas & stagnũ ī Thracia Abderę vrbi ꝓpinquum, a quo thracia bistonia dicta est. Vnde bistonius a, um, & bistonicus, a, um, quod thracē significat, sicut ab Io nia Ionius & Ionicus. Ouid. Fessaq; bistonia membra lauat auabis aqua. Similiter biston. Vnde Thraces teste Solino bi stones dicuntur. Idem. Tuta tamē bello bistonis ora fuit. Sūt qui velint & stagnum & prouinciam a bistone Regę nomen accepisse.

¶ Bithyas cum /y/ græco gentem in thracia esse commemo rant quorum author bithys fuit Martis & Setæ sororis Rhoe si filius, bitias vero sine /h/ & /i/ latino fuit vnus ex Cartha ginensium principibus.

¶ Bithia Pharaonis filia, quæ Mosem adoptauit.

¶ Bithynia regio minoris Asię, aduersa thraciæ, & ꝓxima Troadi, q̃ vt Solinus scribit & Ser. Primum bebrycia, postea mygdonia, deinde a bithyno bithynia dicta fuit. Hæc etiã authore Eusebio ponthus est dicta. In bithynia Libyssa est, vbi Annibal sepultus est. Sunt qui scribant Thynos popu los transisse ex Europa, a quibus bithini dicunt & bithynia. Claud. Thyni thraces arant, quæ nunc bithynia fertur. Hic bithynus, a, um, pe. pro. & bithynicus, ca, cum. Iuue. Qz̃q̃ & Cappadoces faciāt, equitesq; bithyni. Mar. Iam te rem factā bithynicę credis habere. Ex bithynia fuerunt viri in discipli nis memorabiles Zenocrates philoso phus, & Diony. dialec ticus, & Hipparcus & Theodosius & filij eius mathemati ci, & Cleophanes orator ex Mittea & Asclepiades medicus Prusiensis & Dion.

¶ Bithynium ciuitas in bithynia, a quo bithyniatæ & bithy nienses populi dicti sunt.

¶ Bitumen pe. pro. genus cretæ, quod si qñ accenditur extin gui non potest, & de natura sulphuris est. Dicitur fieri ex ful mine. Vnde iuxta babyloniam, quia frequentia cadunt ful mina hac re lacus abūdat, adeo vt inde fabricasse muros Se myramis dicatur. Hoc & Asphaltus dicitur.

ὃ Verum, vt quidam tradūt. Aliud est aridũ, aliud liquidũ. Aridũ gignitur in Iudęa Phenice & Sidonia, liquidũ in baby lonie apollonia & sicilia lacus est asphaltes apud Iudęam qui bitumẽ egerit quod a lacu etiam asphaltũ nominant, liquor est acer natura sua & sparso aceto concrescit. De hoc Stra. li. vi. & Plin. lib. xxxv.

¶ Bitumino, as, bitumiue linio. Amb. lib. Hexa. Fac tibi ar cam ex lignis quadratis nidos facies in arca & bituminabis eam intus & foris bitumine.

ὃ Bizen ciuitas thracię. Stepha. Βίζυη πόλις θρακῆς τολοσα σῳ βασιλεως. Pli. li. iiij. bizian vocauit bizia, inquit arx re gum thracię a Terei nefasto crimine inuisa hirundinibus.

Blante Bl

Blanchnon filicis genus. Cc.

¶ Blatta, vermis qui aluearia lędit, a βλάπτω noceo. Col. lib. x. appellat lucifugas blattas. Mart. tamen posuit pro verme libros & vestes rodente, vt in hendecasyllabo Con strictos nisi das mihi libellos admittam tineas, trucesq; blat tas. Hora. in Ser. Vnde Octoginta annos natus, cui stragu la vestis Blattarum ac tinearum epulæ putrescat in arca. Blat ta etiã ponit pro purpura. Sido. in panegyrico. Põtus castо rea, Blattã tyrus, æra corinthus. Blattã recentiores scriptores vermiculum bombycem intellexerunt, cuius textu vestes sericæ conficerentur. Vnde blattea vestis & blatteum palu damentum, apud Lampridium Capitolinũq; pro serica & preciosa, vel vt Paul. Egi. pro purpura, qm̃ Indicum conchi lium vulgo blatta dicitur. Sic Cassiodorus in epistolis pro purpureo cepit Chamelæon inquiens modo prasina modo cyanea modo blattea varietate se commutat. Eutrop. scribit Neronem solitum piscari rete blatteis funib⁹ annexo. Cum ab Orosio dicatur purpureis, a quo colore blatta frumẽtum quod rubidum sit sementi accommodatius in purpuram declinans.

⁂ Blattaria herba est quã & Verbascon vocant foliis minus candidis, cauliculis pluribus, florę luteo, hæc abiecta blattas in se contrahit. Cc.

¶ Blatteus, a, um, accipitur pro purpureo. Cassio. in epist. de Cameleonte. Colores suos multifaria qualitate commutat modo veneta, modo blattea, modo prasina, modo cyanea. Eutropius. Nero inusitata luxuria fuit, vt qui exemplo Ca liguleę frigidis & calidis lauaretur vnguentis, hamis aureis argenteisq; piscaretur, quæ blatteis funibus extrahebantur Quos Suet. & Orosius interpretant purpureos. Ille. Piscatus, est rete aurato purpura coccoq; funibus nexis. Orosius luxu riæ, inquit tam effrenatæ fuit Nero, vt retibus aureis pisca retur, quæ purpureis funibus extrahebantur.

¶ Blax, stolidus, mollis, delicatus, lasciuus, qui nescit res dis cernere & qui se inaniter iactat.

¶ Blaptigonia pe. cor. quasi detrimentũ, ἀπὸ τοῦ βλάπτω noceo γονος fœtus cum apes morbo ignauia, aut infœcũdi tate naturali fœtum non peragunt. Idem clerus dicitur.

ὃ Blascorum, insula in rhodani hostio Metina etiam dicta.

¶ Blatio, ıs, & b latero, as, veteres dicebant pro incondite & inaniter loqui, vt sunt qui extra ꝓpositum loquunt, velver ba immoderata emittunt. Gel. lib. i. Thaurorinũ ego audiui dicere versus istos Euripidis nõ de his tantũ factos accipi de bere qui impia atq; illicita dicerēt, sed vel maxime de homi nibus quoq; posse dici stulta & īmodica blaterātibus, quor lingua tam prodiga infrenisq; sit, vt fluat semp & ęstuet col luuione verborꝫ teterrima. Et paulopost. Neq; minus insi gnitet veteres quoq; nostri hoc genus hoies in verba proie ctos locutulcios & blaterones & linguaces dixerunt. Plau. in Am. Qui malum intelligere quisq̃ potis est, ita nugas bla tis. Idem. Vbi tu es, q̃ blaterauisti iam vicinis omnibus me meę filiæ daturum dotem. Sunt autē factitia verba a Came lorum voce tracta, qui cũ vocem edunt blaterare dicuntur. Quidam tamen a græco deducũt, apud quos βλάξ dicitur qui se inaniter iactat & blatio iactatio. Quapropter /c/ literā addentes blacteronem & blacterare existimant scribēdum. Ouid. de philo. ꝓdux. Blacterat hinc aries & pia balat ouis. Horat. in Ser. sine /ε/ & prima correpta. Audit cum magno

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

blateras clamore furiſq;.

¶Blæſus qui in ſermone tardus eſt a blatero fit. Vel qui in pronunciatione aliquã excludit literam. Sunt enĩ multi qui non poſſunt ꝓferre quaſdam literas. Quidam pro paralitico accipiunt. Vnde Iuue. pro titubante poſuit, & blæſis atque mero titubantibus.

ð Bletra græci appellare ſolent offendentia præſertim pedes.

ð Bletes. ſpecies calciamenti dicta ꝙ pedes offendat.

¶Blandiri eſt blanditias dicere, adulari, aſſentari, & pertinet ad omnes ſenſus, & nonnunq; ad animum. Quint. Blandiar pauliſper calamitatibus meis. Huius cõpoſitum eſt blãdior. Col. lib. ix. Sed ne hæc tñ aliena eſt agricolæ captantis vndiq; voluptates acquirere quibus ſollicitudines ruris eblãdiant.

¶Blãditia, æ, & blãditiæ, arum, adulatio popularitas. Plau. in Bac. Viſcus merus veſtra eſt blanditia. Blandicus pen. cor. qui blanditur, a quo blãdiculus, & blandicellus, diminuti. Vnde blandicelia verba legimus.

¶Blãdidicus, qui blãde loquitur. Plau. Nunc mihi blandidicus es, heri in tergo meo tris facile corios cõtriuiſti bubulos.

✳Blanditico blandum facio. Blandiloquus qui blande loquitur Blandiloquentia & blandiloquium. Cc.

✳Blanduſia Rabinienſis agri regio in qua fuit ager Horatij poetę. Cc.

¶Blaſphemo, as, pen. pro. græcum eſt, & ſignificat exeero, maledico, & verbis calũniam infero, ac dignitati honoriq; alterius derogo. Blaſphemia maledicentia, & græcum eſt βλάσφημος.

¶Blenij populi aphricani ſine capitibus habentes in pectore vultum, vt lib. i. auctor eſt Pomponius.

ð Blepharo dicitur ſupercilioſus homo qui habet ſupercilia magna, Blephara ſupercilia. Plau. in Am. Raptant pro mœchis, Blępharo captus arbiter.

¶Blittus, duplicato /tt/ ſcribit. Suidas, βλίτος εἶδος βοτάνης, id eſt blitron ſpecies herbę. Herba ſatiua betarum, acline ſapore. Vñ bliteus, a, um, quod eſt inutile ac nullius pęñ. Plau. Blittea meretrix, & græco dicitur quid eſt blaux ſtupidus. Dicitur & blittus pro herba. Palla. lib. iiij. Blittus ſeritur ſolo qualicunq; ſed culto.

ð Blittere oppidum, de quo Põpo. Septumanoq; blittere. Itẽ ſecundũ inquit blitteras obris fluit, Stepha. tamen Baeterę.

BOa & boua vtroq; modo dicit ſerpentis genus, vel ꝙ primo bubuli lactis ſucco alatur, vel ꝙ inſtar bouis turgeat, ſeu a voce bouis. Vaſtat autẽ omnes regiones, in quibus habitat. In cuius vtero tempore Claudij imperatoris interger infans inuẽtus eſt cum eſſet occiſa. Eſt etiam boua morbi genus cum corpora papularum multitudine rubent ad ſimilitudinem eorum qui boa ſerpente icti turgeſcunt. Vel a ſimo bubulo cuius litu maxime tollitur. Plin. Ebuli folia cõ trita & e veteri vino impoſita boam ſanant, id eſt rubentes papulas.

¶Boalia q̃ & bupetiæ dicuntur ludi boum gratia inſtituti.

¶Boo, as, & boo, is, mugio, clamo, a βοάω, vel a boum mugitibus. Plau. in Amp. Tela frangunt, boat cœlum fremitu virum. Hinc Reboo, as.

✳Boaria lappa, hærba nota cuius radix e vino potata, articulis mirifice prodeſt. Cc.

¶Boarium forũ Romæ dicebaẽ ꝙ ibi boues venderẽtur.

✳Bocas genus piſcis qui veluti mugitum quendã emittit.

¶Bœbeis, idis, ſiue bœbias, locus in Theſſalia. Luc. lib. vij. Ire per oſſeam rapidis bœbeida. Vale. Flac. Perderet & pingui miſeros in bœbide crines.

¶Boemia regio myſiæ europæ vltra danubium ſita. Cuius metropolis eſt Praga inſignis ciuitas. Dicta Boemia a Boemo principe, opulentiſſima eſt, arboribus fœcũda, fluminibus irrigua. Hanc nonnulli Germaniæ partem eſſe dixerunt.

¶Bœotia non boetia, vt Hermolaus vna cum Politiano ſentit, qui ſe vidiſſe Antonini itineris vetuſtum codicem aſſerit in quo ita ſcriptum erat. Bœotiæ aulis, in qua græci aduerſus Troianos cõſpirauerunt, ſed & ratio exigit græca apud Buos βοιώτιων, nec aliter. Eſt autẽ regio Europę a boue quem Cadmus Agenoris filius Thebarum cõditor immolauit anteqũ vrbem conderet. Quid. Mœnia fac condas bœotiaq; illa vocato. Diodo. tñ eam dicit appellatã a Boeto, quem Neptunus genuit ex Arne filia Æoli. In ea Thebæ ciuitas quam Amphion muris orauit & mons cytheron.

ð Będromion menſis eſt, qui a noſtris dicitur Auguſtus.

¶Boetus, vt inquit Stra. Hiſpaniæ fluuius ex eiſdem naſcẽs locis, ex quibus Anas & Tagus.

¶Bogud oppidum in Aphrica & regis nomen in genere maſculino.

¶Boellium genus gummi odoratum, quod arbor in bactriana regione producit.

¶Boiæ genus vinculorũ, tam ligneorum q̃ ferreorũ ſeu torquis dãnatorum ꝙ quaſi iugum in boue ſit.

✳Bolla gemma quæ inuenitur glebæ ſimilitudine. Cc.

¶Bolis, idis, dici poteſt iaculum παρὰ το βάλλω, ad cuius ſimilitudinem faces quędam igneę bolides vocantur. Pli. li. ij. Duo genera earũ, lampades vocant, plane faces, alterũ bolidas quale Mutinenſibus malũ viſum eſt. diſtat ꝙ faces veſtigia longa faciunt priore ardente parte, bolis vero perpetuo ardens longiorem trahit limitem.

¶Bolus cuiusq; rei fruſtrum. Vnde bolum terræ glebam dicimus bolum argenti maſſam argenteam. Boleos vero a græcis iactus eſſe dicitur.

✳Boij populi fuerunt galliæ ciſalpinæ, inter padum & Trebiam ſiti.

¶Boletus genus fungi.

ð Bocchoris pe. pro. nomẽ viri, qui in ęgypto ita iuſte ſinceriterq; indicaſſe fertur, vt eius nomen in prouerbium venerit iuſtiſſimus iudicantium.

ð Bocas, inquit Feſtus, genus piſcis a boando, id eſt vocem emittendo dictus.

¶Bombus, ſonus tubarum raucus nec valde acutus, tract⁹ ab ipſo ſonitu, ſicut mugitus boũ. Perſ. Torua ꝓmalloneis implerũt cornua bõbis. Sic bombeo apud græcos ſignificat ſono. Et bombos ſonus quem faciunt apes.

¶Bombitatio ſonus apum.

¶Bombyx, per /y/ vermis in primo veruca eſt, & apud Indiam æthiopiam & Seres, in aranearum morẽ tenuiſſima fila ducit adveſtem faciendã. Primum bõbylus, deinde Nęcydalus, demũ bombyx appellatus. De hoc Ariſt. & Plin. fere idem tradũt, in ſex mẽſibus bombyces telas arneorũ mõ de texũt ad veſtem luxũq; fœminarũ q̃ bombycina appellanẽ, primo eas in filum retorquere rurſusq; texere inuenit mulier Pamphile Platis filia. Amb. de bombyce lib. Hexa. Bõbyx vermis indicus ex cuius textura bombycinnum conficitur. Fertur hic corniger vermis conuerti. &c. Vide ſupra Bombilius. Rurſus bombix frutex bombacij eſt.

✳Bombilis vermis eſt ex gñe inſectorum prius eruca dict⁹.

¶Bombycinus & bombicinũ, pe. cor. pro veſte ex ſerico cõfecta, ſeu pro panniculo rubedine infecto, & mulierum genas tingente. Iuue. Delicias & panniculus bombicinus vrit. Mar. Fœmineum lucet ſic per bombicina, qui etiã bombix dicitur. Proper. Nec ſiqua arabio lucet bombyce puella.

¶Bomolochus penul. cor. dictus eſt apud grẽcos, qui facilis atq; idem humilis omnia lucri gratia perfert iocando cauillãdoq;. Et apud nos ſcurra appellatur, qui vt ſumptuoſioribꝰ cœnis interſit a nullo ſcurrilitatis genere continet. Sed, ꝓpter puer, qui altari inſidiatur vt furetur candelas βωμὸν καὶ λωχάω ἔνθεν βωμολόχος, ara & inſidior delitesco.

¶Bona pe. pro. ſus fera eſt, quę vt ſcribit Ariſt. in mõte meſapo qui pæoniæ ac Mediæ limes eſt, inuenit, & a pæonibus monapon vocatur. At Soli circa Lydiam, Phrygiamq; haberi hoc animal tradit. ð Habet caput taurinum corpus vero, & iubas ſicut equus, latiore tamen corpore eſt, quam bos ſed pillo molliore q̃ iuba equina, & compoſitione, color pilli

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rotius corporis flauus, iuba, plixa, & ad oculos vsq; demissa Cornua adūca multo flexu in se recuruata, & pugnę inutilia gerit magnitudine palmari. Vocem similem boui emittit. Caret superiore dentium ordine Crura hirsuta & bisulca.

ŏ Bonum dicit, quod opponitur malo. Vnde ē illud. Vidit deus cuncta, quę fecerat, & erant valde bona. Et bonum est quicquid est? Quāobrem & apud dialecticos bonū, cum ente cōuerti dicitur. Quod enī est, id quoq; bonū sit necesse est.

Bonū dicitur id quod oīa appetunt. Aristote. i. &. x. Ethi. Ex sententia antiquoꝝ. Vnde Speusi. bonū est quod sui ipsi gratia expetendū. Bonū dupliciter dicitur, nam & id qđ est vere bonū, & id quod solū bonū apparet illud simpliciter dicit bonū quod studioso videt bonum. Arist. i. &. iij. ethi. Bonū etiā dicit, quod honesta pariter, & vtilia complectitur, vt bonum animi, bonū corporis, bonū fortunę. i. Ethic. Vñ bona dicunt rerum subiecta, q̄ sint vtilia. Paul. iurecon. Bona vocari affirmat, q̄ deducto ęre alieno supersunt. De his Vlpia. sic scribit. Bonoꝝ possessionē ita recte diffiniemus. Ius persequendi, retinēdiq; patrimonij, siue rei, q̄ cuiusq; cum moriē, fuit, bona autē, vt plerūq; solemus dicere, ita accipiēda sunt vniuersitatis cuiusq; successionē, qua succedit in ius mortui, susciпiturq; eius rei cōmodum, & incommodū. Nam siue soluendo sunt bona, siue nō, siue dānum habent, siue lucrū, siue in corporibus sunt, siue in actionibus, in hoc loco, ppria bona appellabunt. Et bonū dicitur, qđ exequitur officiū suū. Hīc si virum bonū dicimus, intelligimus, pbum. Si bonū militē, fortē. Si bonū imperatorem, prudentē. Si bonum grāmaticū literatum. Si bonū oratorem, facundū. Si bonū iudicē, iustū. Sic econtrario malū generale nomē, & turpia simul, & detrimentosa cōplectens. Vnde malūvirū dicimus, flagitiosum, malū militem, imbellē, & sic de reliquis. Aliq̄ bonū sumit pro bonitate. Nam cū dicimus de ęquo, & bono, nō de summo iure, sed de bona ęquitate loquitur. Aliq̄ pro magno. Sallu. Bona pars militū inde discesserat. Aliq̄ pro non vili, quia vt Dona. ait. Boni nō sunt viles. Vndē & superlatiuus gradus optimates facit. Nā bonus, melior optimus. Terē. in Phor. Illā ciuem esse attica bonā bonis, pgnatam. Aliq̄ p vtili, vt bonū est pecunię parcere. Item p ocio, & quiete, sicut malū pro labore. Sene. delicatus, & bono semp assuetus. Itē promiti, & fauente. Sta. Tu corda parūper huc aduerte libens atq; has bonus accipe voces. Item pro pulchro. Teren. Et forma fortasse bona. Augu. lib. xv. de ci. dei. Cōsuetudo scripturæ est etiā speciosos corpore bonos vocare. Vnde in Gene. Videntes angeli dei filias hoīm, quia bonę sunt, sumpserunt sibi vxores. Itē pro apto & idoneo. Vergil. Et bona bello cornus. Itē p docto. Hora. Q̄ nīq; bonus dormitat Homerus. Præterea bonus dicit humanus, beniuolus, tranquillus, liberalis, simplex, apertus, comis, facilis, suauis, tractabilis, indulgens, & huiusmodi. Verg. Adsit letitię bacchus dator & bona iuno. i. liberalis.

Bona dea quā veteres faunam, siue fatuā siue Sentā dixere. Hāc Var. scripsit tātæ pudicitiæ fuisse, vt nemo illā dum vixit prēter virum mas viderit, nec nomen eius audierit, ppter quod illi in operto mulieres sacrificabant, & bonā deam appellabant.

* Bonum serum salutantes dicere possumus. Si quis autem bonum sero dicat, vt vulgus ignarum solet execratio nō solutatio est. i. tarde eueniat bonum. Cc.

Boni consulat, hoc est bene statuat, in bonam partem (vt aiunt) accipiat.

Bona caduca, facultas q̄ heredē non habet, vel q̄ nō habet firmitatem. Et bona caduca dicuntur res damnatorum.

* Bonariā maris tranquillitatem vulgus mali omnis vitandi gratia nominat, cum fluctus omnes quiescunt. Cc.

* Bona hæreditaria ex patrimonio prouenientia.

* Bona natio dicit bonus, puentus pſertim in pecorib⁹. Cc.

Bona venia dicimus, qđ est sine ira, sine discordia. Terē. in Phor. Adolescens primum abs te bona venia peto.

Bonę fidei possessor esse videtur qui rem possidet non suā quam tñ suam esse putat, & eum qui vendidit ius vendendi habuisse, puta, pcuratorem aut tutorem fuisse. Contra vero malę fidei possessorem esse dicimus qui nec rem suam possidet & eam scit suam non esse.

ŏ Bonę frugi hominem dicimus, vtilem & bonum cum laude. Apul. lib. iiij. Statui iam dolis abiectis asinum me bonæ frugi dominis exhibere. Redire ad bonam frugem. i. ad bonos mores probitatemq;.

Bonitas capit pro virtute siue honestate atq; iustitia. Cice. lib. offi. Cū enī fidem aliqui bonitatēq; laudāt. Huic cōtrario est a malo malitia. Sene. In hoc summa bonitas in illo extrema malitia. Frequētius tñ bonitas p benignitate & quadā ingenij simplicitate ponit. Pli. Bonitas ac simplicitas vxoris. Malitia econtrario pro versutia. Vñ malitiosum callidū, ac versutū dicimus. Cic. Virtutis cōtraria est vitiositas, sic em̄ malo q̄ malitiam appellare, quā gręci κακίαν apellant. Nam malitia certi cuiusdā vitij nomē est, vitiositas oīm. Est & alia bonitas nō ex industria, sed ex natura, pueniens. Cic. Quę & bonitate naturę multi assequūtur. i. excellentia & dote naturę. Huic similiter contraria malitia est. Pli. Quod modo cœli, modo terræ malitia facit.

Bootes, oris, vel bootes, otæ, vel bootus, oti, a boue deductum nomē, latine bubulcus, cœleste sydus quod arctophylax vocatur, & more bubulci plaustrum sequi videt. Ouid. Arctophylax formā terga sequētis habet. Iuue. Frigida circūagunt pigri sarraca bootæ. Habet quatuor stellas in dextra manu, quæ non occidunt.

Boo, as, & boo, is, vt troq; modo dicit, a boum mugitu dici videntur. Var. Exeunt citi strepunt bount. Hinc reboo as.

Boreas ventus aquilo, qui ab hyperboreis montibus flat. Vnde & frigidus. De hoc i dictione Aquilo. Dictus boreas ἀπὸ τοῦ βοᾶν καὶ ῥέω, qm̄ vt violenti flatus est ita etiā sonori. ŏ Fuit & Strymonis filius orithyę raptor.

*Boreus vnus ex piscibus cælestibus inter æquinoctialem & æstiuum circulum, sub Andromedæ brachio collocatus & arcticum polum spectans constituitur, Cc.

* Boreus polus arcticus.

* Boriæ iaspides, eo q̄ cœlo autumnali matutinali similes sint. Cc.

Boristhenes pe. cor. fluuius scythiæ secundum Istrum oīm maximus cuius aquæ ad potandum sunt suauissimę & magnos pisces alunt nulla habētes ossa. Inde populi scythici borysthenidæ dicuntur. Proper. Gloria ad hibernos lata borysthenidas. Stepha. est etiam borysthenes oppidū. Martian⁹. Nec procul fluuius lacus oppidū sub vno cuncta noīe. Borysthenes quoq; insula eiusdem nominis esse fertur in Ponto.

ŏ Borith herba fullonum, quę iuxta ritum prouinciæ palestinę in virentibus, & humectis nascitur locis, & ad lauandas sordes eandem vim habet quam nitrum.

Bos generis cōmunis datiuū & ablatiuū plurales bobus p syncopam facit, & more veterum bubus. Colu. lib. ij. Nihil dubium quum equis melius q̄ bubus res conficiatur. Hinc fiunt adiectiua bouinus, a, um. Cuius dimi. est bouillus. Bucerus, a, um, & Boarius, a, um. Vnde forum boarium vbi vendebantur boues. Deducitur q̄ bos a græco, quod est βοῦς hoc autem ἀπὸ τοῦ βοσκω quod est pasco, q̄ homines pascat laboribus suis. Inde latini iuuencos dixere q̄ non pascerent sed homines iuuarent.

* Boua, vide boa.

* Bouatim ad similitudinem bouis. Cc.

* Bouicida, qui bouem cædit, a quo bouicidium. Cc.

* Borsyrites oliuæ species omnino ramosa candidis aut sanguineis frondibus est & gemmæ species. Cc.

* Bostrichites gemma crinibus mulierum similis. Cc.

Bouilia dicuntur loca, in quibus boues morātur, sicut ouilia in quibus oues. Col. lib. ij. Domitis armentis duplicia bouilia sunt hiberna atq; æstiua. Eadem etiam bubilia dicunt.

Bouillæ, arum, oppidum fuit in latio haud pcul ab vrbe Roma via quæ Ariciam ducebat, vt inquit Asco. Nam ad

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bouilas interfectus est Clodius Aricia rediens. Dictū bouillę quasi bouis hillæ, ꝙ eo vulnerata bos sua trahens intestina deuenerit. Vnde populus Bouillanus dictus est.

¶ Bouillus, a, um, idē est quod bouinus, licet sit dimi. Pli. Bouillæ carnis iure facile curatur.

¶ Bouinor, aris, pe. pro. cōuitior, & quasi in aliquem mugio. Vnde bouinatores dicti sunt, quos nunc derisores dicimus & bouinatio cōuitium. Luid. Hic strigosus bouinatorq; ore improbus duro.

¶ Bostar, locus vbi boues stare consueuerunt.

¶ Bosporus pen. cor. a bouis meabili transitu dictus est propter angustias freti, vt Plin. Solinusq; docent, quasi bouis trā situs. Duo sunt autem bospori, alter iuxta byzantiū qui trachius dicit hostiū ponti per quod in propontidē influit pōn tus. Hunc bosporum Vale. Flaccus scribit dictum a traiectu. Iouis in vaccā deformati. Sic enim lib. iiij. argonauticon. Alter in introitu mœotidos paludis & per quem palus mœoti ca in pontum defluit. De quo Ouid. Bosporus & Tanais superat scythiæq; paludes. Hic etiam Cimmerius bosporus di citur a Cimmerijs populis qui eius partem frigidissimā inco lunt, Vnde qui terras frigoribus occupatas habitāt cimme rij appellātur, de hoc tractat in dictione propontis. Inter bo sporum thrachiū & cimmeriū, vt Marti. scribit interpatent milia quingenta Bosporus trachius teste Pomponio, stadijs quinq; Europam ab Asia disterminat. In bosporo cimmerio erat Bosporus ciuitas bosporopolis dicta βοῦς καὶ πορεύομαι τὸ ἔρχομαι a boue & eo vado.

* Ascen. Tortellius Bosphorus scribit a φορῶ.

¶ Bosra non est altera ciuitas vt multi putant, sed idumææ iuxta illud. Quis est iste qui venit de edon tinctis vestibus de bosra.

ὃ Bostryx, ycis, & bostrycus dicitur capillus, & cæsaries. Firmicus lib. iij. venus crispos criniū facit bostrichys comatos. i. capillis muliebribus, cęsariatos.

¶ Botrys, ys, dici potest racemus integer vuę qui & botryō Gręci enim βότρυας παρὰ τὸ βῶ, τὸ πατῶ ait Moscopolus & βοτρυῶνας vocāt. Vsurpat idē vocabulū Hiero. ꝙ racemis.

* Botrys integer vuæ racemus. Cc.

* Botrypes gemma ī qua nigredo sanguineis & albis nodis alligata est. Cc.

* Botrytes gemma quę nigræ vuæ similis est. Cc.

* Botulus siue botellus farciminis genus ex carne suilla a bo tis. i. frustillis carnis, vt quidam putant appellatus. Cc.

* Botrodius vicus nō longe a Segobria, quōdam oppidum fuit. Sed a Tyberio graccho dirutum, vt refert Polybi⁹. Cc.

¶ Botyllus diminutiuum, paruus botrus.

B ante R

BRabeuthę a gręcis dicūtur iudices spectaculorum qui victoribus in certamine exhibent præmium & coronas. Qui vero præfectus est certaminis agōtheta dicitur. Gręci authore Philostrato ludis olympicis decem iudices præficere solebant. Sueto. de Nero. Nec aliter certamina gymnica grę cia tota spectauerat, q̄ brabeutharum more in stadio humi assidens. Suidas, βραβευθὴς διοικητὴς κριτὴς ὀρισὴς καὶ βραβεῖον ἐπινίκιον ἄμοιβή.

¶ Braccæ a quibusdam accipiuntur vestes fluxę intonsæq; ac varij coloris quibus vtebātur frigidioris plagæ gētes, vt inquit Diod. lib. vi. Et a quib⁹ braccata gallia vocata est q̄m galli vestes ferūt intonsas, & varij coloris. Braccis vsos fuisse Scythas docet Ouid. scribens. Pellibus & laxis arcent mala fri gora braccis. Et Pompon. Mella, Braccati sunt inquit totum corpus sarmatę & nisi qua vident etiam ora vestiti. Sueton. in Cæsa. Idem in curia galli braccas deposuerunt latum da rum sumpserunt. Cor. Tacitus. lib. xvij. sic ait. Ornatum Ce cinnæ municipia & coloniæ in superbiam trahebant ꝙ ver sicolori sagulo bracchas barbarum tegmē indutus togatos alloqueretur. Hiero. tñ ad Fabiolam de veste sacerdotali pro fœminalibus accipit quibus pudibunda velantur sicuti vul gariter appellari solent, scribensq; ipsarum braccarū formā, & quos vsus in tegēdo corpore braccæ pręstent exponit his verbis Discamus primum cōmunes sacerdotū vestes atq; pō tificum lineis fœminalibus quę vsq; ad genua & poplites ve niunt, verecunda celantur, & superior pars sub vmbilico ve hementer astringitur, vt si quādo expediti mactāt victimas tauros & arietes trahunt portantq; onera & q̄ in officio mi nistranda sunt etiā si lapsi fuerint, & femora reuelauerint nō pateat quod opertum est. Inde & gradus altaris prohiben tur fieri ne inferior populus ascendentium verecunda conspi ciat, vocatur lingua hebræa hoc genus vestimenti machina che græce περισκέλη a nostris fœminalia vel femoralia brac chę vsque ad genua pertingentes, a chaldæis Sarabella. Sic Ambro. libro. i. officio. Sacerdotes inquis veteri more brac cas accipiebant, sicut & Moysi dictum est a domino. Et fa cies illi bracchas lineas, vt tegatur turpitudo pudoris, a lum bis vsq; ad femora erūt. Vocantur etiam alijs nominibus. Nam subligaria seu subligacula, campestria, succinctoria & Perizomata.

ὃ Braccharij braccharum vestium cōfectores, scribit Lamp. ꝙ Alexāder imperator vectigal instituit braccharioru lin teonum, & pellionum.

¶ Brachiū græcū est βραχίων βραχίονος ὁ. Aliqñ brachium totum membrum cum manu cōprehendit. Verg. lib. v. Et euinctis attolit brachia palmis. Aliquādo vocat ab humero ad cubitum. i. pars superior quæ armus dicitur. Nam armos humeros cum brachijs, sed non econtrario dicimus. A cubi to vero vsq; ad vertebra manus lacertus nuncupatur. Ouid. li. i. Meta. Laudet digitosq; manusq; Brachiaq; & nudos me dia plus parte lacertos. Dicitur tamen brachiū de montibus & de arboribus. In brachijs magna vis consistit. Vnde apud antiquos ornari brachia armillis consueuerunt, acsi ipsa vi ctoriam peperissent. Et in sacris literis brachium pro potentia vsurpatum est ac fortitudine.

ὃ Brachiale dr̄ nod⁹ quo man⁹ cū brachio iūgit, coarctatq;.

¶ Brachialia brachiorum ornamenta & tegumenta, sicut vē tralia ventris. Frontalia frontis. Tibialia tibiarum & alia hu iusmodi. Plin. lib. xxviij. Lais & Salpe canum rabiosorū mor sus & tertianas quartanasq; febres aiunt leniri menstruo in la na arietis nigri argento brachiali indusso.

¶ Brachionister, eris, dici potest armilla.

¶ Brachiatus, a, um, quod est ad brachiorum modum factū & ad vites præcipue pertinet. Colu. lib. vi. Alij capitatas vi neas, alij brachiatas magnis probant quibus cordi est in bra chia vitem componere.

¶ Brachylogia breui loquium per /x/ chy.

¶ Brachycatalecton breuis terminatio versus cui desunt in fine syllabæ. Nam in eo, vt perfectus sit deest integer pes. Et dicitur, metrum brachycatalecticum.

¶ Bracmanæ gymnosophistę & philosophi apud Indos fue runt, vt Hiero. lib. ij. con. Ioui. Quorum princeps Iarcas no minabatur eo tempore quo Apollonius thyaneus discendi visendiq; studio ad illos se contulerat. ὃ Ferunt etiam brac manas esse populos apud Indos qui tam traditione patrum quā legibus nec simulacra colunt, nec animatum aliquid co medunt, vinū aut ceruisiam nunq̄ bibunt. Ab omni demū malignitate absunt, soli deo attendentes.

¶ Bractea & lamina inquit Laurentius Valla sic differūt ꝙ lamina crassior est ex qua armatura cōficitur, ex qua incensa olim hoīes torquebant. Et potest esse ferrea, ærea, & argētea electrea, aurichalcea, plūbea, aurea, linea, cornea, siue ex alia materia. Plin. lib. xvi. Vrorū cornibus barbari septentriona les potāt, & mox apud nos in laminas secta translucent. Bra ctea tenuis magis est & sua spōte plicabilis, q̄ crepitat. Ver. lib. vi. Ilice sic leni crepitabat bractea vēto. Bracteis inaurari simulacra solebāt, sed vnguibus plerūq; auferebātur. Mart. An magis astuti derasa est cute minister bractea. Et seruus q̄ bracteā derasserat apud Sue. dānatus est. Hiero. tñ ad Fabiolā ostendit bracteā & laminā idē esse, cū inquit. Auri laminæ. i.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bracteę mira tenuitate tundũtur ἐξ ἐραχθέμ.i.ex resonãdo.
¶Bracteola cum accentu in antepe.diminu.i.foliculum auri, alijve metalli.
¶Bractearius qui bracteas facit. Cuius ars bractearia, & bracteatum quod bracteis tegitur.
ð Bracteator idem quod bractearius, Firmicus. Quicumq; habuerit horoscopum,in.xvij.parte Scorpij, erit aurifex inaurator,& bracteator.
¶Branchiæ dicuntur in piscibus secũdum ceruicem follium more hiantes partes quibus anhelitum reddere ac per vices recipere existimantur.Plin.lib.ix.Branchiæ non sunt balenis nec delphinis.Hæc duo genera fistulis spirant,quę ad pulmonem pertinent,balenis a fronte,delphinis a dorso.
ð Bragada pe.cor.fluuius q iuxta vticam labitur, apud quẽ ab Attilio regulo,& a toto exercitu cum baliſtis,& catapultis serpens centum & viginti pedes longus occisus est.
¶Brassica quasi præseca a prȩsecando pen.cor. Vulgo caulis dicitur quasi passica,inquit Var. Vel a præsecãdo,quia ex eius scabo minutim præsecatur. Var.Ex semine brassicæ vetere sato nasci aiunt rapa & contra ex raporum brassicã. Cato brassicarum tria facit genera. Vnam extensis foliis caule magno,alteram crispo folio quam apianam vocant, & Selinada. Tertiam minutis caulibus.
¶Brãchos morbi genus cum catharro guttur & arteria corripitur ob id & arterium quandoq; id vitium appellat.
¶Brauium præmium significat, quod nomen quidam dicunt habere penulti.lon.quoniam apud græcos per ei diph. scribatur βραβεῖον græce.
* Brauros vrbs est in Attica,a Cecrope Athenienſium rege ędificata.Cc.
* Brecmassis iudęorum lingua abortiuum dicitur piperis,semina cassa & inania cœli tempore carbuncularia.Cc.
¶Breue dicitur quod opponitur lõgo. A quo breuiter& breui aduerbia.Cice. Appio.Faciendum mihi putaui vt tuis literis breui responderem.Sciendum est breuem & breue mascu.& neutro genere latine dici in eo significato quo vulgus vsurpat breuem apostolicum nominando. Lampri. Milites suos sic vbiq; scivit,vt in cubiculo haberet breues & numerum & tempora militantium.Flauius Vopiscus in Aureliano. Breue nominum conscripsit.
* Inde breuio breuiloquus breuiloquium breuiloquentia. Breuitas breuis breuior breuissimus.Cc.
* Breno dux Gallorum qui Brenonam venetiæ vrbem ædificauit,quæ postea literarũ mutatione Verona dicta est. Cc.
¶Brephotrophia latine paruulorum hospitalia,quib⁹ infantes expositi nutriuntur,βρέφος græco vocabulo infans nominatur τροφὴ educatio.De quib⁹ in decretis. xxxiij.q.vij. βρέφος καὶ τρέφω.
¶Breuiarium,compendium,summariũ. Pli.lib.xvij. Verũ vt pariter omnis culturæ breuiarium peragatur.
¶Briareus cœli & terrę filius.Briaros latine fortis dicitur.
¶Britannia per duplex/nn/ Insula,in oceano septentrionali quę nunc Anglia dicit, & a Britone rege Britãnia dicta cum prius Albion diceretur,ab albis montibus,qui ad eam nauigantibus primo apparent.Hæc ab ortu germanico oceano, ab occasu Hibernico alluitur ab omni continente diuisa, vt Ptole.lib.ij.refert.Porrigitur in longum octingentis milibus passuum. In ea Gargates lapis qui ardet in aqua & oleo restinguitur.Ibi londinum oppidum nunc Londra copia negociatorum celebre.Inter septentrionem & occidentem,vt celebres geographi tradunt duę sitæ sunt insulæ, Britannia & Hybernia paulo minor Britannia, vltra quas sunt quadraginta insulæ Orcades appellatæ modicis spacijs inter se distinctæ,apud Britannos longissimus dies.xvij.horarum deprehenditur,& æstate lucidæ sunt noctes,auctore Plinio.
ð Et a poetis dicitur alter orbis.
¶Britannus Britãnicus,et Brito eiusdem significationis sunt. Verg.Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Iuue. Quantum delphinis balena britannica maior. Idem.Qua,nec terribiles cimbri nec britones vnq̃.
ð Britenneum,deambulatorium marmoratum.
ð Brito martes nomen eius quem diana ferturvnice dilexisse Cuius patria fuit Gortina Cretę vrbs.
* Bryonia vitis genus,quam nonnulli ampelomænam dicunt.Cc.
* Bryseus vnum ex agnominibus Bacchi ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod significat inundare & madefacere,vide in Bryssea.Cc.
¶Bryssso,as,foras exprimo.Vñ bryseus dictus est bacchus. Et bryssam vuam tunc dicimus cum pedibus ad exprimendum vinum calcatur.
¶Bryssea vrbs Aoniæ,a qua bacchus bryseus cognominatus est,ꝙ ibi coleretur.Quidam tamen bacchum bryseum dici putant ab antiquo verbo βρύω quod est scaturio,quoniam ex aluearibus mella,vel ex vuis musta exprimere primus docuit. Alij byrseum potius q̃ bryseum volunt cognominatum a byrsa pelle,quam in bello induebat.Nam apud Diodo.lib.v.Bacchum in prælijs pardalorũ pellibus vsum constat.Byrsa autem corium ac tergus significat.
* Brocon arbor est nigra magnitudine oleę folio roboris fructu caprifici.Hanc malachram nonnulli vocant.Cc.
¶Bromius bacchi cognomen ὅτι βρομῶ ἐν βρυτῇ τοῦ πυρὸς ἢ ἐγενήθη consumo.Nam vino moderate sumpto humores repelluntur.Vel dicitur a bronte tonitru,eo ꝙ natus sit cum tonitru eius genitrice perempta.
¶Bronci(vt inquit Nonius) dicuntur qui producto ore & dentibus prominentibus sunt,Lucil.in satyra. Broncus nouit lanius dente eminulo.Hic est Rhinoceros. Var.de re rus. lib.ij.non broncos,sed brocos canes vocat.Duobus(inquit) dentibus dextra & sinistra paulo eminus superioribus directis potius q̃ brochis.Hinc brochitas.Plin.lib.xi.Senectus in equis & cæteris veterinis intelligitur dentium brochitate superciliorum canitiæ.
ð Broteus dictus est iuppiter a bronte,quod est tronitu.
ð Brontes,a græcis tonitru dicitur.
¶Broncocœla,tumor magnus & rotundus in ceruice inter cutem & asperam arteriam, qua modo caro hebes, modo humor aliquis includitur,interdum etiam minutis ossibus pili immixti.
¶Brucus βροῦχος græce,quoniam βρόχω comedo rodo, genus vermis volucris diuersum a locustarum genere, sed non dissimile hærbas erodens sine alis tamen.
ð Brucum græci Attebalum vocant.
¶Bruma dicitur q̃diu diminuitur dies, quæ finitur octauo Calendas Ianuarij, quo fit in capricorno hyemale solstitiũ, & ponitur quandoq; pro mense decembri, quãdoq; pro hyeme. Verg.ij.Georg.Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat.Inde brumalis,vt brumale tempus.ð Dicta autem est bruma,quasi βραχυμέρου.i.breuis dies.
¶Brundusium, ciuitas quæ a Plinio ponitur in tertia Italiæ regione a græcis condita portu nobilis,ex quo transitus est in græciam,sic dicta ꝙ mesapiorum lingua Brundusium cerui caput dicatur. Sic enim est ciuitas cum portu capiti ceruino persimilis cum cornua,& caput & linguam habere videatur.Græci ἐλαφοκέφαλον vocant. Ex hac Pacuuius poeta ortum habuit.
* Brupeo veteres dixere pro stupeo,a quo obrupeo pro obstupeo.Cc.
* Bruseum est arborum intortura siue tuber,& est præcipuũ ex buxo,item ex acere.Cc.
ð Brutus, dicitur stupidus,grauis,tardus,hebes,insensatus. Cui sapiens opponitur.Cypri.ad Demetrianum, Nullus effectus offert lumen cęco sermonem surdo, sapientiam bruto,cum nec sentire brutus possit,nec cæcus lumen admittere,nec surdus audire.Hora.li.car.dixit brutatellus pro graui & tarda,quod terrę perpetuum est.Inde bruta animalia pro tardis & irrõnabilibus.Pli.Bruta existimant aialia quib⁹ cor durum riget,vbi bruta accipit pro hebetioris tardioriscq; intellectus.Inde bruti cognomen qui se stolidum simulauit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Brutij, Italię populi vltimi Siciliam versus Lucanis vicini dicti quasi bruti, & obscœni sint. Fuerunt autem brutij serui, & pastores Lucanorum, qui inde aufugere, & furtim in regione consederunt, vbi consentia est, quę fuit eorum metropolis. Quam regionem prius Ausones habitaverunt. Hi multo post tempore, & ab Annibale, & a Romanis propter eorum perfidiam pene deleti fuere sine dignitate, sine honore ad seruilia opera semper coacti. Hæc regio vt auctor est, Strabo libro. vi. Oenotria quondam dicta fuit. Supra Consentiam est Pandosia, vbi Molossorum Rex Alexander trucidatus est. Est & Rhegyum ciuitas olim potentissima.

*Brutiani a brutijs dicti, qui officia seruilia magistratibus prestabant, eo ꝙ hi primum se Annibali tradiderunt, & cum eo perseuerauerunt, quo vsq; ex Italia discederet. Cc.

*Brutianę parme dicta sunt scuta, quibus Brutij vtebantur. Cc.

B ante V

BVparticulam solebant magis & amplis rebus preponere a magnitudine, scilicet bouis. Cc.

¶Bua puerorum infantium potio est. Cato. Cum cibum ac potionem papas & buas vocent, & matrem mammam, & patrem tatam.

¶Bubalus pe. cor. generis communis, sicut Camelus. Vnde fœta chamelus, & fœta bubalus dicitur. Animal est simile boui, vel syluestris bos colore niger, quod est magna velocitate & magnitudię ex hercinia syluamittitur, vt inquit Plin. lib. xiij. Hinc bubalinus, a, um.

ð Est hoc animal fortissimis cruribus, & breuibus respectu sui corporis, cornua habet longa & vallicosa, parui est pili, & paruę caudæ.

*Buberij ludi, quos veteres a bobus, pecoreque appellaruut. Cc.

*Bubonocele morbus dicitur quando intestinum vsq; ad inguen duntaxat eruperit, aut decubuerit. Cc.

¶Bubulus, la, lum, penultima correpta, a boue fit idem est quod bouinus. Vnde lac bubulum, ex quo nomen est butyro. Imperiti bubulum inclinari putant a bubalo. Plin. Stomachum exulceratum lactis asinini, & bubuli potus reficit. Colu. lib. vij. Defricari bubula vrina conuenit. Idem significat bouillus.

¶Bubilæ pe. pro. locus vbi boues morantur. Plautus in Persa. Metuo vt possim in bubile reijcere ne vagentur. Col. lib. ij. Lara bubilia esse oportebit pedes decem, vel minime nouem. Hocidem dicitur bouile.

¶Bubsequa pe. cor. bubulcus, q boues sequitur. Sido. ad Eutropiũ. Si relinquare inter bubsequas rusticanos subulcosq; rũcates iũc est tibi sũma votorũ beatitudo. ð Apul. li. i. flor. Nihil aliud plęriq; callebãt, q̃ virgilian⁹ opilio seu bubseq̃.

¶Bubulcus, qui bobus arat, siue qui boues fundi aratorios pascit. Hinc

¶Bubulcito, as, penultima correpta, bubulci officium facio Plaut. Decet me amare, & te bubulcitare. ð Apul. in flor. Est apud illos gens, quæ nihil amplius, q̃ bubulcitare nouere.

ð Aliquando bubulcus adiectiuum est a boue, sicut bouilius. Plin. Bouillæ carnis iure facile curatur. Idem. Stomachũ exulceratum lactis asinini, & bubulci potus reficit.

¶Bubetiæ ludi, quos veteres a bobus pecoreq; appellarũt, qui & boalia boum gratia instituti.

¶Bubecij, qui ludos celebrabant.

¶Bubastis ciuitas Ægypti, vbi conuentus quotannis agebatur in honorem Dianæ. Hinc bubastites penul. pro. præfectura. Ægyptus em̃ diuidebatur in præfecturas oppidorum, quas nomos vocãt. Bubastis etiam dea q̃ colitur in Ægypto quę (vt ait Herodotus) apud Græcos Diana est.

¶Bubona penul. produ. boum dea, sicut Pomona pomorũ, & Mellona mellis dea est.

¶Bubo, onis, generis masculi, & fœ. secundum Prisc. a bouis quoq; mugitu dicta est auis feralis debilis ad volandum in cauernis commorans. Ouid. lib. viij. Meta. Ignauus bubo dirum mortalibus omen. Verg. libro. iiij. Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Bubones etiã absces[s] sunt circa inguẽ maxime, a quo & nomẽ vitio, nam & inguina ipsa græci bubones vocant, vulgo quoq; nostri collectiones & inflammationes eius partis Inguinarias appellant. ð Est & bubo ciuitas Lyciæ. Pli. nascitur & in Lycia creta circa bubonem.

¶Bubino, as, pe. pro. mẽstruo mulierum sanguine inquinor. Cuius compositum est Imbubino. Lucil. Hæc inquit imbubinat, at contra te imbulbitat. Nam imbulbitare, est pueri stercore fœdare. Tractum e fimo, quod βίλβιτον vocant.

¶Bucca est os, id est ipsa concauitas interior intra malas faciei a mento ad oculos, quę spiritu a pulmone reuocato, & oppressis labijs retento inflatur, non ora labiorum. Horatius libro. i. Ser. Quid merito, quin illis Iuppiter ambas. Iratus buccas inflet? Plautus in Tru. pro maxillis exteriorisbus posuit. Quæ istas buccas tam belle purpurissatas habes. Id est vtrunque latus oris. Et sonus ille qui ex inflatione buccarum erumpitur factitio nomine Sclopus dicitur. Persius. Nec Sclopo tumidas intendis rumpere buccas. Hieronymus ad Paulinum. Vnde accidit vt omissa compositio ne verborum, & scribentium sollicitudine dictẽ quicquid in buccam venerit. Quandoq; tamen bucca accipitur pro ipso ore. Vnde illud prouerbialiter dictum. Quicquid in buccã venit. Et bucca tuba dicitur. Iuuenalis. Et Phrygia vestitur bucca tiara. Hinc Buccina.

*Buccentrum, bouis stimulus. Cc.

¶Buccina penultima correpta, diminutiuum Bucca pro tuba, siue pro cornu. Hieronymus ad Dar. Bucca vocatur tuba apud Hebræos, deinde per diminutionem buccina dicitur. Secundum aliquos pastoralis, & cornu recuruo efficitur. Columella libro. vij. Ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt cum pastorali signo quasi receptui canitur. Nam id quoque semper crepusculo fieri debet ad sonum buccinę pecus, si qđ in syluis subsitierit septa repetere cõsuescat. Apud Varronem videtur esse instrumentum quod inflari possit apud quod inquit Orphea vocari iussit, qui cum eo venisset stola & cithara cantare esset iussus buccinam inflauit, vbi tantum circumfluxerit mox ceruorum aprorum, & cæterarũ quadrupedum multitudo, vt non minus formosum mihi sit visum spectaculũ, q̃ in circo maximo ędilium, siue aphricanis bestijs cum fiunt venationes. Tuba ex ære vel argento, quę in bellis & solennitatibus concrepat. Varro de suibus loquens.

ð Tubam & buccinam diuersa esse ostẽdit. Apul. lib. iij. flor. cum ait. Siquidẽ vox hois, & tuba rudiore tornior, & lyræ cõcẽtu varatior, & tibi a quęstu delectabilior, & fistulæ susurro iocũdior, & buccina significatu lõgi quior, est etiã buccina gen⁹ conchę sicut & purpura. Var. de suib⁹ loquẽs. Subulcus debet consuefacere, omnia, vt faciant ad buccinam.

¶Buccino, as, pe. cor. buccina cano, vt Buccinate ĩ neomenia tuba. Vñ buccinator a vocis similitudine, & cãtu, & p laudatore trãsferri solet. Cic. Tironi. Quare ꝙ polliceris te buccinatorem fore.

¶Buccinũ son⁹ buccinæ, quod & hic buccin⁹ dicitur. Pli. lib. ix. Non tñ vsq; pelagi libras quinquagenos nummos excedere, & buccini centenos sciant, qui ista mercantur in solo.

ð Buccinum apud Plin. lib. ix. est tuba, ait em̃ Buccinũ est minor concha ad similitudinem eius buccini, quo son⁹ editur.

¶Buccina nomen oppidi in Sicilia, vt meminit Dionysius, quo nomine etiam dicta est insula Pontiani pontificis exilio & morte clara.

¶Buccea & bucca fit pro ore, & significat frustulũ alicuius rei esui aptę quantũ scilicet bucca commode capit. Vulgo bolus dicitur. Aug. Cæsar ad Tiberium. Ne Iudęus quidem mi Tiberii tam diligẽter sabbatis ieiunium seruat, q̃ ego hodie seruaui, qui in balneo demũ post horã primam nostris duas bucceas manducaui priusquam vngi inciperẽ. Ma. bue

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cas dixit pro bucceas, vel buccellas.

¶Buccella dimi. a buccea. Hiero. in prouer. Melior est buccel la sicca cum gaudio, q̄ domus plena victimis cum iurgio.

¶Buccellatum panis castrensis & frumētacei genus, de quo Spartia. scripsit. Posceniium imperatorem prohibuisse pistores exercitum sequi, ac iussisse milites omnes buccellato in locis pacatis accepto esse contentos. Ammianus sic scribit. Viginti dierum frumentum ex eo quod erat in sedibus consumēdum ad vsus diuturnitatem excoctum buccellatum (vt vulgo appellant) humeris impositum libentium militum.

¶Buccones, qui tumidioribus sunt buccis, & pro stultis accipiuntur. Plautus in Bac. Stulti solidi fatui fungi bardi blēni buccones, solus ego omnes anteeo stultitia. ō Hi a physionomis habentur leues & futiles.

¶Bucculentus, qui magnam habet buccam. Plaut⁹ in Merca. Ego dicam tibi canum varum ventrosum bucculentum.

¶Bucea per simplex/c/folliculus grani fabæ interior, qui albus est.

¶Bucerus, a, um, penulti. cor. a boue. Vnde bucetum pecus quod de bobus dicitur. Et buceriæ boum armenta παρὰ τὸ βοῦς καὶ κέρας, quasi armenta, vel boues cornuti. Ouidi⁹ in Met. Armentaq; bucera pauit.

¶Bucentes tabanus a pungendis bobus κέντειν pungere significat. Bucentrum stimulus. Græci βούκεντρον dicunt.

¶Bucephalus penultima correpta, quasi bouis caput. Quo nomine dictus est equus Alexandri ab aspectu toruo, seu ab insigni taurini capitis armo impressi. Ex cuius nomine vrbē bucephalon Indię sepulchro circundedit. Est & portus, qui ab alijs bucephala, ab alijs bucephalas, ab alijs bucephalon dicitur.

¶Buccula per duplex/c/ dimi. a bucca, quæ oris pars est, id est pusilla bucca. Apul. lib. vi. de asi. Tunc Iuppiter perpressa cupidinis buccula, manuq; ad hos suum relata consauiauit. Vnde & quandoq; ponitur pro parte cassidis, per quā mittitur spiritus, quę buccam tegit. Nam cassis caput, buccula vero barbatas partes armat, vel in qua definguntur cristæ in summo galeę cono, q̄ buccæ paruę habeat similitudinem Iuuena. Lorica & fracta de casside buccula pendens. Vnde in cōm. Cæsaris legitur. Buccarum tegmen.

¶Bucula per simplex/c/ diminutiuū est a boue. Plin. Eidem morbo buculę iecur cōtritū prodest. Verg. lib. i. Geor. Aut bucula cœlum Suspiciens patulis captauit naribus auras.

¶Buculus, bos iuuenculus. Columel. libro. vij. Cum deinde buculos comprenderis perducito ad stabulum, & ad stipites religato.

¶Bucardia lapillus bubulo cordi similis in Babylone tantū nascens.

¶Bucentaurus composita dictio a bu. quod magnum quid dam signat, & centaurus, id est magna nauis centauro insignita. Veteres enim solebant magnis rebus bu, syllabam prę ponere a magnitudine, scilicet bouis.

¶Bucolica, orum, a custodia boum dicta sunt ἀπὸ τῶν βουκόλων, qui dicūtur armētarij q̄ prēcipua sint animalia apud rusticos boues.

✳Bucolicon est etiam genus panacis, quæ hærba est ferulæ similis, & in ipso fine Arcadię, & circa erymanthi fontes, & in Aphrica, & in Macedonia nascitur, quinq; cubitorum foliis primo quaternis mox senis in terram iacentibus ampla magnitudine rotundis in cacumine vero oleaginis semine in muscarijs dependente. Cc.

¶Buglossa siue buglossus, satiua & syluestris est. Satiua quā boraginem vocant, latini ab asperitate linguam bouis nominat, q̄ folia aspera ad modum bouis habeat, optimę virtutis. Ferunt hanc hęrbam in vinum deiectam animi voluptates augere, & ob id Euphrasinum vocari quasi hærba lętificans. Est & hoc nomine piscis, qui alio nomine putatur sola dici. Arist. Cartilaginea sunt bos pastinaca torpedo, squatina, rana, buglossa, pstitta, pseusippus. Germana inquit gene ra sunt pstitta Buglossus, tenia, dorion.

¶Bufo rana terrestris minimę magnitudinis. Vergi. Inuētusq; cauis bufo.

¶Bupodes pen. cor. magnos pedes Bupædes magnos pueros dicunt. ō Græci qui fecerunt finem excrescendi latini vocant exoletos.

¶Bulbito, as, penultima correpta, puerili stercore fœdo. Vide in dictione Bubino.

¶Bugones a grecis dictę sunt apes, quoniam ex boue putre facto nasci perhibeantur. auct. Var. de re rustica.

¶Bulbus Dioscorides βουβόσ ῥωμαῖοι ἄλλουμ ἀγρεσὲ οἱ δὲ ὄλλιουμ μαρινοῦμ φύλλα ἔχε καυλὸν ὅμοια κρίνω ✳. i. Bulbus Romani allium agreste, alij allium marinum appellāt, caulem & folia habet lilio similia. ¶Genus cępe non ab simile ascalonię Venerem impendio excitat. Mar. Cum sit anus coniunx, cum sint tibi mortua membra. Nil aliud bulbis q̄ satur esse potes. Col. li. vi. Quęq; viros acuūt, armataq; puellas. Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi. Generaliter vero apud idoneos auctores bulbi sunt radices rotundæ tunicatę, quales sunt Croci narcisci colocasiæ squilę & harundinum. Palladius. Nunc & liliorum bulbos deponemus, vel lilia ante habita sarciemus summa diligentia, ne oculos circa radices nascentes, & minores bulbos fauciemus, qui matre subtracti, atq; in alios digesti ordines noua lilieta formabūt. Itē violarū plantę, & croci bulbi ferendi sunt. Var. & Apicius ita scribūt. Aqua decoquant bulbos, qui Veneris vsum quęrūt. Bulbi autem megarici, quos Cato celebrat, dicti sunt q̄ megaris ciuitate Græciæ venirēt. Sed bulborum nobilissima est scilla. Col. lib. v. Bulbus tripedaneis interuacantib⁹ spatijs obrutus anno celerius maturam perticam præbet.

¶Bulla aurea insigne erat triumphantium, quam in triumpho præ se gerebant inclusis intra eam remedijs, quę crederent aduersus inuidiam valentissima. Hinc deductus mos, vt prętexta, quę magistratuum erat, & bulla in vsum puerorum nobilium vsurparetur ad omen, & vota conciliandæ virtutis ei similis, cui primus in annis munera ista cesserunt. Erat hęc bulla rotunda, vt Macro. inquit, in cordis figuram formata, quam ante pectus annectebant a collo, vt bullam inspicientes ita demum se homines esse cogitarent, si corde p̄starent. Romani depositā adolescentia eam exuebant. Libertinorum vero filij lorum in collo pro bullę decore gestabāt. Asconi. Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea libertinis scortea quasi cōmuniens pectus puerile. A cuius rei specie ~~Plutarcho auctore in problema, dicta bulla tumor quidam excrescens tam cum bullit, q̄ in vrina cum spumam facit,~~ & repente euanescit. Cornutus. Ebullire proprie dicitur expirare, metaphora sumpta a bullis, quæ in aqua fiunt, & cadentibus guttis rumpuntur. Ex quo ~~etiam prouerbio aliter apud Varro. dicitur homo bulla est quia scilicet similis bullæ vita hominis fit fluxa, & momento caduca.~~ Plautus in Asi. Accepit bullam pro capite clauorum. Iussin insplendoribus dari bullas has foribus nostris? Nam clauorum capita more bullæ, quasi turgentia formata sunt, & splendent ad fores decorandas. Sic Cicero tradit Verrem bullas aureas ex valuis templi magnificentissimis abstulisse. Bullę etiam dicuntur ornamenta, quibus cingula decorantur. Calphur. in Buc. Alternat vitreas lateralis cingula bullas.

¶Bullula diminutiuum parua bulla. Cel. libro secundo de vrina. Aut si quasdam inquit maculas representat, vt si bullulas excitat.

¶Bullo, las, bullas facere significat, hoc est tumorem illum excrescentem, qui spiritu in aqua vel vrina excitatur. Cato de re rusti. Vinum grecum sic facito. Mustiq;. xx. in ahenum aut plumbum infundito, ignem subdito, vbi bullabit vinū ignem subducito. Plin. lib. xvij. Item maris ipsius tranquillus sonitus spumę, aut aquę bullantes. Idē. Magna signa sunt vrinæ bullantis & crassę.

✳Bulapion, hoc est lapatum bouinum hęrba est. Cc.

¶Bullatus, a, um, bulla insignitus vestis bullata, in qua erat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bulla. Et bullatus tumidus excrescens. Persius. Non equidē hoc studeo bullatis vt mihi nugis Pagina turgescat.

¶ Bulgę auctore Pomponio sacculi scortei sūs ad ferēda nu missmata siue cętera ad iter necessaria, quas alij vulgas appel lant. Sene. ab equis quibus portantur hippoperas vocat. Cu ius hæc verba ex libro epistolarum ad Lucil. xiij. M. Cato cē sorius, quem tam necessarium reip. fuit nasci q̄ Scipionem. Alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum mori bus gessit canterio vehebatur hippoperis, quidem impositis vt secum vtilia portaret.

ȣ Bulima dici põt quasi magna fames, nā cõponitur ex bu voce, quę cū admiratione apud antiquos nostros magnum quid indicabat, vt supra diximus & λειμια fames, vñ Var. in lib. quos de re ru. scripsit a magnitudine, inquit boum q̄ in Italia erāt consuetudinem factam fuisse, vt prępositā hac vo ce bu' magnū quiddam semper denuntiaretur. Inde dici bu limam magnam famem.

¶ Bullio bullis. iui. itum. significat feruescere & bullam face re. Cuius compositū est ebullio, quod est valde seu extra bul lire. extra fundere, sicut aqua in aheno calefacta ebulliens nō se ipsam capit: sed intumescit funditur. Cicer. libr. iij. tusc. Qui se virtutes ebullire volent & sapientias nihil aliud di cent. Vnde etiam accusatiuum habet. Hiero. in Exo. Ebulliet fluuius ranas. Et ebullire est expirare. Cornutus Metaphora sumpta a bullis quę in aqua fiunt & cadentibus guttis rum puntur. & spiritum quo continētur amittūt, propterea ebul lit expirat. Nam cum ebullit aqua igne subiecto altius quis dam vapor emittitur. Hiero. lib. ij. Mach. p scaturire posuit, Ipse ebullite de perfide eos qui pugnauerunt contra nos.

¶ Bullis nomen ciuitatis a Bulone conditore sic dicta aqua buli & bullienses. Cice. in Pisonem. Parthenij & bullienses illusi.

¶ Bupho genus hærbę, quæ a bobus deuorata anginā pro creat. eosque necat. Græce quippe βοῦς bos dicitur φόνος mors. Hanc hærbam quidam Chameleonem vocant. Alij Cinozoor fœtore eius ricini e canū auribus decidant κυών enim canis ξύειν fœtere.

¶ Bumastos magna mamma. Quo nomine dictum est ge nus quoddam vuæ grossioris & tumeat ad similitudinem mammarum bouis βοῦς bouis μαστός mamma quæ etiam bumamma dicitur, siue quia veteres greci rebus magnis bu præposuere.

✳ Bumelia fraxini species in Macedonia amplissima & lentis sima. Contra serpentes succo expresso ad potum & impositō hulceribus maxime iuuat.

✳ Bupetiæ ludi sunt boum gratia celebrati. Cc.

✳ Buphonon hærba est quam alij Chameleontem alij Ixion vocant. Cc.

✳ Buphthlamō hærba est quam bouis oculum vocāt βοῦς bos ὀφθαλμός oculus dicitur. Cc.

¶ Bupræstis vt inquit plini. animal est Scarabeo longipedi simile venenatum est: rarum in Italia: fallit inter hęrbas bo uem maxime. Vnde & nomen inuenit. Apud iurisconsul tum titulo ad legē Cornelią scribitur. Si cui temere pigmē tarij dederint pytiocampas aut hypræstis quæ ambo vene nata sunt teneri pœna legis Corneliæ de sicarijs & veneficis & bupręstis hærbæ genus quam in laudibus ciborum ha buere.

¶ Bura siue buris pars aratri posterior decuruata & sit in si militudinem caudæ bouis quasi bouis vra. q̄ bouis caudā si gnificat q̄ manu bubulci tenetur. Var. li. i. de re ruf. Et sæpe fracta bura relinquunt vomeres in aruo. Vir. li. i. Geor. Cōti nuo in syluis magna vi flexa domatur In burim.

¶ Buris vrbs mediterraneę achaię. De qua Ouid. li. xv. met. Si quęras elicem & burinachaidas yrbes.

¶ Burrhum quod nunc dicimus rufum pari mō rubens ci bo ac potatione burrhus dicitur quod a græcis πυῤῥος scri bitur. Hinc burrhæ dicuntur vestes rufæ. Sunt tamen qui birrhum scribant.

¶ Burrhanica genus potionis Lac sapa mistum a rufo colore nomen ductum.

¶ Burranicum, genus vestis.

ȣ Burdo dicitur, qui ex equo, & asino natus est. Hiero. lib. iiij. Reg. Obsecro concede mihi seruo tuo, vt tollamus duos burdones de terra.

¶ Burgundia Galliæ prouincia celticæ ducatus titulo insig nis cum antea sub regibus fuerit a qua Burgundi & bur gūdiones.

¶ Burcana insula. vt lib. iij. docet plini. in oceano germanico quæ nunc Fabaria a frugis similitudine sponte prouenien tis. sic appellata est.

¶ Busiris. penul. produ. Neptuni & Libyes filius, & deus li ni appellatus. Ouid. lib. Hero. Si te vidisset cultu busiris in isto Sta. tamen corripuit. libro. xij. the. Non trucibus mon stris busirim infandumque dedisti. Huius genitiuus est bu sitis vel busiridis. Vergi. Aut illaudati nescit busiridis aras Hic rex fuit ægypti qui cum susceptos hospites immolaret ab Hercule interemptus est cum & eum occidere voluisset. Est & busiris nomen vrbis in Aegypto a Busiride condita, in qua fuit templum magnum Isidis quæ quidem vrbs ab ægyptijs solis vrbs, a græcis vero thebæ dicitur. Hinc busi rica præfectura.

¶ Busicon ficum mariscā dicūt q̄ magna erat. ȣ Supina ma gna sitis Bucentaurus magnus cētaurus & est nomē nauis.

✳ Bustum si Seruio creditur vocatur quando exustum iam cadauer est. Quod & Verg. sensisse videtur cū inquit semiu staq̄ seruant busta. Liuius quoq̄ libro. v. scribit locum fuis se iuxta Aequimelium nomine busta gallica quoniam illic aceruatos cumulos suorū defunctorum ex pestilentia vsse rant galli. Cic. vero li. ij. de legibus putat bustum appellari tumbam aut monumentū. Pœnaq̄ fuit Solonis lege consti tuta si quis bustū aut violasset aut deiecisset. Sue. in Cæs. po suit pro sepulchro. Iudæi qui etiam noctibus continuis bu stum frequentarunt.

✳ Bustuarij gladiatores dicti sunt qui ante sepulchra in ho norem defuncti digladiabantur. Cicero in Pisonem. Si mihi cum illo bustuario gladiatore & tecum & cum collega tuo decertandum fuisset.

✳ Buteo ex accipitrū genere auis est quā græci a numero te stium triorchem vocant, ὄρχις apud eos testiculus dicitur.

ȣ Fertur phemonoen appollinis filiam. Huic aui nomen de disse. Tradunt & historici buteonem sedisse in naui Fabij du cis auspicio prospero. Vnde fabia gens buteonum cogno men adepta: vt ait Pli. li. x.

¶ Buttubata veteres vsurpauerunt pro eo quod nugatoriū est & nullus valoris.

¶ Buthysiam magnū sacrificiū appellauere qualis est hecatō be & immolatio magnarū hostiarū. Suet. in Nero. Gymni ca inter buthysiæ apparatū barbā primā posuit. Græci enim thysiā dicūt sacrificiū & p̄ponētes bu significant magnum sacrificium. Et Plut. Buthyras appellat sacerdotes.

✳ Butyrum pe. cor. bouis caseus βοῦς enim bouis τυρός ca seus. quia vt plurimū sicut inquit Plinius li. xxviij. fit ex bu bulo lacte. Q̄q̄ aūt sit lactis natura tñ iā pinguior & crassior & solidior materia est aut frequenti agitatione, aut concus sione assidua cohibet in se atq̄ solidatur.

¶ Buxus vel bussus arbor exigua semper virens & tonsilis Producit ex se viscum & semen seu granum quod carte gō dicunt Buxum vel bussum materia ipsa. id est lignum. Nā in plærisque nominibus arbores sunt fæminini generis. fru ctus vero & ligna neu. Virgil. Dant arbuta syluæ cruenta q̄ myrta & cærea pruna volubile buxum. ȣ q̄nq̄ tñ Buxus dicitur, pro ligno Vir. li. ix. buxoq̄ vocat berecithia mater. ȣ Ex buxo fiunt tybiæ multiforatiles, & pectines ad capil los explicādos, & pyxides ad vsus plurimos. Græce πύξος quod π plerūq̄ in b conuertitur Vnde buxolum græce py xis idis. Hinc buxeus a um. quod ex buxo est. Buxeta loca buxis consita, & buxolus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

♑ Buxentum oppidum quod græci pyxunta vocant in sinu possidoniç a buxo arbore, quę copiosa prouenit.

B ante y

Byzari & budici vulgo putantur imaginosi & qui a consuetudine cæterorum viuendi recesserunt. Hi apud græcos byzeres & buzeres dicuntur.

¶ Byzeres & buzeres penultima producta populi sunt. Valerius Flaccus. Buzeresq; vagi. Pomponius. Plinius, Buzeros appellat. Ab his portus quidam in ponto appellabatur byzaricus.

¶ Byrsa, corium ac tergus. Ver. Mercatiq; solum facti de nomine byrsam Taurino q̃tum posset circundare tergo. Quo nomine etiam dicta est arx in media carthagine. A byrsa corio fit byrseus pro coriario.

¶ Byssus genus lini subtilissimi: Item lana conchę adherens colore luteo ac per lucido. Ex hoc fiunt pręciosissimę vestes byssinæ appellatæ. Et byssinum eius modi color appellatur, qui aliquando dicitur byssus, hoc fit si cocco tinctum tyrio tingatur.

♑ Multa sunt genera byssi, Vide phylostratum, Qui ait, & byssum ex quadam arbore nasci. quæ altitudine populos æquat foliis autem salicibus ęquiparatur. Quam quum vidisset Apollonius gauisus est, ꝙ fusco amictui quem gestabat non dissimilis admodum esset. Byssum autem dicunt in Aegyptum ex india deferri ꝙ illa in plerisq; sacris vtantur ęgyptij. Stra. etiam refert in descriptione indiæ quibusdam arboribus indię lanam innasci. Ex qua nearchus ait Stradonas texi & macędonas eo pro tomento vsos sagula cõfeciss̃e.

¶ Byzantium vrbs. Thraciæ quondam a Pausania spartanorum rege condita, a qua byzantę populi dicuntur. Postea a Constantino in maius aucta gloriosissimi imperij sedes est totius caput orientis. Est alia ciuitas in Aphrica, quam quidã Byzantium appellãt, & populos Byzantas. Martianus. Qui Byzantium incolunt in Aphrica, messes centesimo incremẽto fenerãtur. Strabo. Byzanciũ per cvnde Byzancenus ager apud Solinum. Ptole. quoq; regionem byzacitin, Stephanus byssacitas & byssacenos, Suidas τὸ βυζάντιον ἐπὶ ἐσθ ηρ ου τον βασιλε ϑ ξωμαίων τετ ϑ χίσ ο ηενιαίω τειχει πεποιη μένω μικλίθ ν λίθω καὶ τα λοιπά.

✕. i. Byzantium tempore Seueri regis Romanorum munitum est generoso muro & molari lapide, & reliqua. Cc.



LITERA MVta est Quę ante n sequente vocali in eadem syllaba ponitur, sed ꝓfertur sub voce g ob cognationem literarum: vt Cnidus, Cneus. Trãsit etiã per compositiões & deriuationes in g vt quadringenti pro quadrincenti. In s vt parco pssi In x vt duco duxi noceo noxa.

E ante A

¶ Caballus equus. Sene. Epist. lxxxvij. Oq̃tum erat sæculi decus imperatorium triũphalẽ censoriũq; super oia, hoc est Catonẽ vno caballo esse contentum. Hinc caballinus a. um Per. Nec fonte labra ꝓlui caballino.

¶ Caballi populi sunt Assatici.

♑ Cabiria ciuitas est inferioris asyæ cappadocum q̃q̃. Cabirij populi sunt in boeotia.

Cabile vrbs in thracia vt inquit Polybius.

✎ Caca vide cacus.

¶ Cacabus pe. cor. nomẽ a sono tractum, quem supra ignem positus facit, a nostris dicitur olla in qua pulmentariũ coquimus. Paul. Iurecõ. Inter ahenum quod supra focum pendet & cacabum nõ multũ interest. Nã hoc pulmẽtariũ coquitur in illo aqua ad potandum calescit. Apitius. Capita porrorũ simul elixabis ĩ cacabo nouo, vt aqua ad retiam deferueat. Antiqui enim calidam & frigidam in cęnis adhibuere.

¶ Cacus (vt fabulę ferunt) Vulcani filius fuit: ore ignẽ euomens & in vasta spelunca habitans: vastus corpore prędę ac latrocinijs semper intentus: cuius soror caca vocabatur. Quẽ Hercules claua interfecit.

¶ Cacabo as. penulti. cor. propriũ est vocis perdicũ. Ouid. cacabat hinc perdix hinc glacitat improbus anser.

¶ Cacos latine modo malꝰ modo deformis. modo timidus dicitur. Et barbara est dictio, ait Theodorus Gaza libro qnto Iliados.

¶ Cacia græce κακία, quã latinus vertit ĩ malicią inqt Hie. Apud græcos duo significat & malicią, & afflictionem seu angustias quam κάκωσιν Græci dicunt & hoc magis ꝓ malicia transferri debuit. Cice. vitiositatem interpretari mauult q̃ malicią cũ vitiositas nomẽ sit generalius ad oia vitia ptinẽs malicia specialius. Apud veteres malicią τὸ μέσον quasi sit & bona & mala, vt dolus bonus & malus. Vñ apud Plautũ dicitur cum laude. Te ciuem summa omni malicia.

¶ Cacephaton vel potius cacophaton dici potest mala locutio, vel mala consonantia. cacon enim malũ dicitur, phatõ dictũ. Fit aũt cum particulã m sequit n vt numerũ tũ nauibus ęquat. Itẽ cũ sequẽs dictio duas habet syllabas pręcedentibus similes vt O fortunatam natam me consule Romam. Huic cõtraria est Euphonia.

✕ Cacosynthetõ mala seu deformis compositio σύνθετον ei compositum dicitur, vt apud Virg. Veraq; iuuencum Terga fatigamus hasta.

♑ Cacoblepha inquit Albertus magnus, est animal modicũ in ripis nili iuxta fontẽ, qui dicitur niger, habitans adeo subtilis spiritus venenosi in oculis, vt qui in oculos eius offenderit statim moriatur.

Cachola dicuntur Illa quę malum succum habẽt, quibus cõtraria sunt Euchyla.

¶ Cacohetes generis neutri malus mos, dictio tetrasyllaba κάκοι malum ηθ ϑ mos. Nam ηθ ϑ cõsuetudo. Vitium curatu difficillimum cum hulcus quidem pressum est, sed quæ circa sunt intenduntur & intumescunt, vt inquit celsus. Pli. caro vituli recentia vulnera non patitur intumescere, fimũ bubulum cum melle fęminiũ vituli cinis hulcera sordida quæ cacohetæ vocant, lacte mulieris sanant. Iuue. pro ambitione sumpsisse videtur per trãslationem q̃ cũ semel aĩo insederit non facile amoueri potest. Tenet inqt insanabile multos scribendi cacohetes.

¶ Cacologus penultima correpta maledicus, cacologia maledictio.

¶ Cacobasilea malum regnum. cacodęmon infęlix.

¶ Cacozelus ineptus imitator. pe. pro.

¶ Cacecia siue cacesia vel cacexia, species est pthisis quasi malus corporis habitus: quo alimenta corrũpuntur: quod fit cũ longo morbo vitiata corpora etiã si illo vacant refectionem tamen non accipiũt. Tñ apud Aristo. Aliud significat.

¶ Cachinnus solutus risus, a sono risus fictum vocabulum. Iuue. Sed facilis eiuis rigidi censura cachini. Persius. Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. Hinc Seneca præcipit, vt risus sit sine cachinno, vox sine clamore. Apud antiquos non de risu tantum dicitur, sed & de sono vehementiore. Catullus. Procedunt, leuiterque sonant clangore cachinni.

¶ Cachinnor. aris. depo. & cachinno as. neu. pro immoderate rideo. Lucre. lib. iiij. Quam famulæ multæ fugitant: fur timq; cachinnant. Dicitur & de sono vehemẽtiore. Accius. Seua sonando crepitu clangentes cachinnant. Venit tamen ex græco. καυχάζω.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Caco,as, ventris onus depono,excerno. Martia. Ventris onus misero,nec te pudet excipis auro. Basse bibis vitro carius ergo cacas. Hinc cacaturio cacare desydero.

¶Cacaturio,is. Martialis. Cœnaturit non cacaturit.

¶Cacula pen.cor. militis seruus ἀπὸ τῶν καλῶν. i. a lignis Erant em̄ calculę militum serui,fustib⁹,clauisq; ligneis arma ti ad tutelam dominorum. Plaut. Video caculam militarē.

¶Cacumen pe.cor. vertex,summitas montis.

¶Cacearia, insula in ponto, quam Pompo. libro.ij. Collisariam vocat.

¶Cado,is,cecidi,casum, significat ruo. Aug. super Io. Qui non intrat per ostiū in ouile ouium,sed ascendit aliunde veh misero mihi, quia casurus sum. Interdum cadere est euenire. Ci.lib.iij.offi. Nec præter sapientem capere in quen̄q; potest. Interdum occidere & mori. Vergi. Cadit & Ripheus iustissimus vnus. Et cadere dicuntur illi, qui leuati a summo ad inferiora labuntur. Cadere a causa est aduersario causam concedere,quod plerisq; faciunt ne maiora incurrunt damna,qđ est litem perdere. Huius composita sunt, accido,decido,excido,incido,intercido,occido,concido,procido,recido, & succido, quę habent penultimam correptam. Deriuatiua sunt casa caso, as. & casito,de quibus infra.

¶Cadauer penulti.produ. a cadendo. Non vt inquit Hierony. Ab eo q̄ post mortem ceciderit cadauer dicitur. Et ꝓprie de corporibus mortuis,q̄uis & de oppidis ad solum deductis quandoque dicatur. Ser. Sul. Cice. Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. Hinc cadauerinus,a,um, penul. pro. Aug.lib.ix. ciui.dei. Si tantis sacrificiorum cadauerinis nori contaminantur nidoribus.

⁎ Seruius etiam a carendo deducit.

¶Caducus,a,um,pen. produ. non solum momentaneum significat q̄ facile cadat,sed quod cadere faciat. Vnde caduc⁹ morbus,q̄ facile cadat. Plin.lib.xvij. In drupis quoq; q̄ maturescentes tunc sunt pręcipue caducę, id riguis magis euenit etiam si non ceciderint fastidiendis. Quandoq; caducus mortuus dicitur. Vergi.lib.vi. Hinc multum fleti ad superbos,belloq; caduci Dardanidæ. Vnde & cadauera,& caducum,quod sub aliqua conditione legatum est. Caduca hæreditas dicitur, quum hęredes ceciderunt. Et caducarij,q̄ huiusmodi hæreditatem accipiunt. Legatum omne capis,nec non & dulce caducum. Caduca auspicia veteres dicebant, quum aliquis in templo excidit,veluti de manu Virge.

¶Caducor,eris,præcipitor. Varro. Et frigido nymbo aqua acta caducimur.

¶Cadulę guttę, quę de carne Pinguí cadunt dum assatur.

¶Cadiuus,a,um,pe.produ. quod per se cecidit. Vnde cadiua poma dicuntur, quę non sunt manu collecta,sed sua spōte in terram cecidere. Et cadiua folia,quę per se ex arboribus cadunt. Pli. Colligi mala post equinoctium autūnale cadiua separari stramentis storijs paleisve sterni.

¶Cadus vas vinariū,quo vinum conditur, vt ingt Acrō. Cuius prima corripitur. Martialis. In vaticanis condita musta cadis. Continet vrnas duas, vel vt aliqui volunt tres cū dimidia. Vrna quadrantali & amphora. Primi in alpibus rustici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt,& græcum est καδ῾ος.

¶Caduceus & caduceum, Virga Mercurij erat, qua pax significabatur. Nam quia Mercuri⁹ orationis deus est,& deorum nuncius (vt Gentilium more loquamur) merito a dijs mittebatur,vt dissidentium animos oratione sedaret. Hinc caduceatores dicuntur legati pacem petētes, a caduceo,quā manu gestabāt. Cato. Caduceatori nemo nocet. Et caduceū ipsum Apollo inuenit, eoq; Mercurium donauit, a quo ipse lyra donatus est.

¶Cadurcum tentorium sine culcitra, qua merces teguntur a Cadurcis Gallię populis, vt inquit Plinius, apud quos lini prestantia palmam obtinet in culcitris. Iuuenalis. Institor hiberne tegetis niueique cadurci. Sunt qui putent esse institam quæ supra lectum obtenditur, & tegit vndique,& quū corpus Christi, aut sancti alicuius viri ossa per vrbem comportant cadurco, id est superne,quod plures sustinent, operiūt. Iuuena. Violato pœna cadurco.

¶Cadiscus vasculum,quo suffragia colliguntur,græce κάδισκος diminutiuum a cadus.

¶Cadmus nomen proprium Phœnicum regis Agenoris filij,qui fuit Tyrius,a quo cadmeus,a,um, Mar. Te Cadmea tyrus. Et Thebę Cadmeę dicuntur a Cadmo conditore. Pro pertius. Cum tibi Cadmeę dicuntur Pontice Thebę. Ferunt cadmum.xvi. literas e Phœnicia in Gręciam detulisse. α.β. γ.δ.ε.ι.λ.μ.ο.π.ρ.σ.τ.υ. His palamedem Troiano bello quarto adiecisse,ξ.θ.φ.χ. Aiunt quoque Cadmum historiā inuenisse,& primum prosaicam orationem instituisse. Apuleius vero .o. ascripsit Pherecidi. Ferur item inuenisse auri metalla, atque conflaturam. Est & cadmus mons, qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluuius fluit. Noster autem Suidas ita scribit de Cadmo. κάδμος ὁ μιλήσιος ἐυρετὴς τῆς τῶν γραμμάτων ἐπιγράμματι ξηνώνος κάδμος παυδ῾ίου μιδ῾ήσιος ἰσορικὸς ὁσπερῶτος κατάτινας συνγραφὴν ἔγραψε μ῾ιλογαδ῾κη, μικρῶ νεώτερος ὀρφέως, & subdit ἅπερ γράμματα, πρώτοι φοίνικες ἐφεῦρον.

⁎ Id est Cadmus Milesius literarum inuentor epigrammate zenonis. Cadmus Pandionis Milesius historicus, qui primus secundum quosdam historiam prosaica oratione scripsit, paulo iunior Orpheo. Et subdit. Literas primi Phœnices adinuenerunt.

⁎ Cadmites gemma, quam cæruleæ interdum bullę cingunt. Cc.

¶Cęa, nomen insulę maris Ægei, a Cæo Titani filio sic dicta. De qua Plinius libro.iiij. insulę Cęæ quatuor fuere partibus, quæ ad Bœotiam vergebant, eodem mari deuoratis. Hanc Ptolemæus, & vulgus nauticum Ciam nominant. Hinc Cęus,a,um. Vnde Erasistratus e Cæa insula cęus dictus est. Et vestis cęa, quę ab aliquibus coa dicitur. Plinius libro.iiij. scribit ex Cęa insula profectam delectationi fœminarum vestem,author est Varro. Est autem Cæa vestis bombycina tenuissima, de rasis velleribus a paruis animantibus confecta,ibi primum inuenta. Hanc prima texisse dicit Pamphila,siue vt Aristote.inquit Pasiphę Platis filia. De hoc etiā in dictione Coos.

¶Cæcias ventus qui ita flare dicitur ab Aristote.nō vt nubes propellat,sed vt ad se vocet. Flat inter aquilonē, & exortum æquinoctialem.

¶Cęcubum vinum, sic dictum a cæcubis Campanię populis,apud quos nascitur. Plinius libro.iiij. Setini & cęcubi obtē duntur agri. His iunguntur,Falerni cœloni. Marti. Cæcuba Fundanis generosa coquuntur amicis.

¶Cæcus, quasi oculis captus, vel quasi oculis concisus, vel oculis carens. Et cęcus dicitur insidiosus,occulte malus,latēs, tacitus, qui videri non potest. Columella libro primo. Ex quibus sępe contrahūtur cęci morbi,quorum causas ne medici quidem perspicere quæunt. Sic dicimus cęcam noctem, in qua non videmus. Vergilius. Cęca regens filo vestigia, ♁ Et locus cęcus dicitur in quo non videmus cere fossę cere auditus qui sunt obsepti. ♁ Transfertur & ad animum. Vnde cęci dicuntur improuidi. Hinc cæcitas tam animi,q̄ corporis orbitas.

⁎ Cæcigeni, apud Lucretium secundo, qui cæci geniti sunt.

¶Cæculus diminutiuum a cæco. Est & nomen proprium eius, qui Prænestę condidit,deductum a minutis oculis, a quo cæcilios ortos putant, quorum familia Romę nobilissima fuit.

¶Cæcilia, genus serpentis cæci. Columella libro septimo. Est & magnum animalium noxium virus. Nam & vipera & Cæcilia sæpe quum in pascuo bos improuide supercubuerit lacessita onere morsum imprimit.

♁ Est etiam Cęcilia virginis nomen, quæ pro Christi nomine martyrium pertulit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Cæcutio, is, parum video, & cecutiens, quasi semicecus. Varro. Vtrum oculi mihi cecutiunt, an ego vidi seruos in armis contra dominos. Hierony. ad Pauli. Vt rarus sit, qui non earum cecutiat lectione.

¶ Cæculto, as, obtusam aciem habeo, & quasi ceco similis sum. Festus. Cecultare est cecos imitari. Cecultant cecis simi les sunt oculorum acie obtusa. Plautus. Nūnā mihi oculi cæ cultant, est ne hic noster Hermio?

¶ Cæcilius poeta dictus, vt inquit Festus, a ceculo prene stine vrbis conditore, vel vt qdā aiunt a cecutiētib⁹ oculis.

¶ Cæco, as, cecum facio, cuius composita sunt exceco, quod est valde, seu perfecte ceco. Plin. Vt quum lauatur, si ocu los attingat, excecet. Obceco, de quo infra.

Cæcum vallum, in quo preacuti pali affixi herbis vel fron dibus occuluntur. Item cecum intestinum, quod a dextera parte incipiens in sinisteriorem peruium & lōgum est. Ideoq; dicitur cecum, quia id quo peruium est late fusum, ac semina tum abvtraq; parte huc atq; illuc est volutum.

¶ Cecinos amnis vocatur, qui rhegīnum agrum a Locren si diuidit. Et est oppidum Italie, haud procul a Sicilia ccinū dictum.

¶ Cædes mors ferro aut alia vi illata, presertim ab eo qui oc cidere aut ferire volebat. Inde dicimus aliquem commisisse cedem. Huius diminutiuum est cedicula.

¶ Cædo, is, cecidi, penultima producta, cesum verbum actiuum, cuius passiuum est cedor. Et est cedere, flagellare. Te ren. Verberibus te cesum in pristinum Daue dedam. Item excidere. Cice. Aut eius partes quasi membra quedam cedē da. Item percutere. Iuuena. Ebrius & petulans, qui nullū for te cecidit. Item occidere. Verg. Ceduntur vigiles. Per trans lationem vero ponitur quādoq; pro immolare, vt apud eūdem. Cedunt binas de more bidētes. Item pro frangere. Ci cero. Cedere ianuam saxis, instare ferro. Huius cōposita sunt abcido, concido, circuncido, decido, excido, incido, interci do, occido, precido, recido, & succido, quorum penultima producitur. At cedo sine diphthongo cessi preteritum & su pinum cessum facit, multaque significat. Nam quandoque cedere significat abire, & locum victori dare. Cice. Cui qui dem exercitus nostri Imperatoresque cesserunt. Quandoq; discedere, euitare, atque subtrahere. Plautus. Cedamus im bri. Lucil. Quandoque pudor ex pectore cessit. Hinc cedere iræ dicimus dare locum iræ, & quasi ab ira discedere. Cede re bonis discedere a bonis, & quicquid nostrum erat trade re creditori. Cedere iure, discedere a iure, ē ius quod habem⁹ alteri tradere. Quod & die iure cedere dicimus. Et cedere est in ius alicuius venire, vt cedunt mihi ea bona, id est in ius meum veniunt, & cum accusatiuo mediante in Hierony. super Mat. Ita fiebat, vt oblatio liberorum sub occasione tē pli, & dei in sacerdotum lucra, cederet. Rursus cedere poni tur pro dare. Aennius. Saluete, optima corpora cedite, ma nus vestras measque accipite. Pro concedere obsequi non re pugnare. Vergilius. Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso. Pro succedere, seu in sortem contingere. Idem Cesse rit Ausonio si fors victoria Turno. Pro incedere. Plautus in Aulul. In hostem absolutus cedas. Inuenitur & cedo impe ratiuum pro dic, & nōnunquam pro da, nec habet aliam per sonā, nisi tantum cedite pluraliter, habetque primam corre ptam. Terentius in And. Cedo cuium puerum. Lactantius lib. iij. Cedo igitur quicquid didiceris. Cicero in Caro. Cedo qui nostram rem, tantam amisistis, id est dic. Teren. in Phor. posuit pro da. Quin tu mihi argentū cedo. Phor. Immo ve ro vxorem tu cedo. Cedere diem inquit Vlp. significat in cipere deberi pecuniam, sicut venire diē, significat eum diē venisse, quo pecunia peti possit. Huius verbi cōposita sunt, abcedo, accedo, concedo, decedo, discedo, excedo, incedo, in tercedo, præcedo, procedo, recedo, retrocedo, secedo, & suc cedo, quę habent penultimam productam.

¶ Cædua sylua, quæ relinquitur, vt ex ea ligna cędantur.

¶ Cæsim aduerbium significat cædēdo, siue per incisionem gladij sicut punctim pungēdo, & cęsim dicit vno ictu. Col. lib. v. Maior autem pars operis in vineam ductim potius q̄ cęsim faciendae est. Hinc ductim significat cum mora. & Ce sim sine diphthongo aliud significat.

& Cœlus cognomen indigenę fuit, qui ex terra sorore in ma trimonium ducta Saturnum Bętillum Dogana & Athlan ta genuit. A cui⁹ nomine mira varietate formosissimum su prēmum corpus cœlum dicunt fuisse appellatum.

& Cœlum instrumentum, quo vtuntur argentarij, dum va sa sculpunt, vt est illud. Celo fabricata myronis. Speus. ait. Cœlum est omnia complectens corpora, præter ipsum sup mum aerem. Et cœlū vocatur, quod alio modo dicitur mū dus, cuius circūflexu cuncta teguntur, & stellis splendet, qua si quadam cælatura, a cælo sculpo, eo q̄ sit cælatum, hoc est syderibus sculptum, siue signatum. Et sicut cum æ diph. scri bitur. Amb. lib. Hexa. Cęlū dr, quasi impressa stellarū lumi na, velut signa habeat, tanq̄ cęlatū appellat, sicut argētum, quod signis eminētibus refulget cęlatū dicimus. Var. A ca uo deriuat κοιλον enim concauum dicunt, quia. s. id necessa rio i sculptura exigit. Et sic cum œ diph. scribi debet. Quidā sine diph. scribunt a cęlando a cōtrario noīe, q̄ apertum sit. Sciēdū est aūt q̄ philosophi oēs nouē cælos eē dixerūt, quo rum septē a planetis appellauere. Octauū sideriū seu stellar⁹, nonū vero, quē nescirēt, cui⁹ cōditiōis esset vocauerūt pri mum mobile quū scd'm sctōr⁹ snias dicat cœlū aqueū cristal linum ve non a frigiditate, sed a trāsparētia, decimumq; affir mant esse cœlū illud empyreū appellātes, quasi igneū non a calore, sed a splēdore, i quo angeli & beatorū cōstitute cōtē platione inhęrent animæ, idq; īmobile esse dicūt idem docto res sancti. Sunt igitur decem cœli. s. Cœlū empyreū. Cœlum cristallinum primū mobile, cœlum stellatum. Cœlum Satur ni. Cœlū Iouis. Cœlū Martis. Cœlū Solis. Cœlum Veneris. Cœlū Mercurij, & Cœlū Lunę. Si quis hanc materiā videre cupit, diffusius Egidiū romanū cōmētis. ij. lib. senten. dist. ij. perlegat. Interdum cęlum sumitur pro aere. Verg. Maria, ac terras, cęlumq; profundum. Plin. lib. ij. Et hoc cęlum appella uere maiores, quod alio nomine aera. Hinc grādines sunt, & pruinę, hymbres, procellę, turbines ventorum hoc regnum supra lunam plura omnia, ac diuturnę lucis plena. August. Huic autem cælo, in quo sunt luminaria, ita vicinus est aer, vt & ipse cęli nomen acceperit, non solum sermone commu ni scd'm quem dicimus serenum, vel nubilū cælū, sed etiam nostra⁹ ipsa⁹ consuetudine scripturarū cū dicūtur volati tilia cęli, cum aues in hoc aere volare manifestum sit. Aristo. accipit cęlum pro octaua sphera, quādoq; pro corpore quin to, quandoq; pro toto vniuerso. Dicitur pręterea cęlum pa latum oris. Plinius. Cerebrum viscerum excellentissimum est, proximumque cælo capitis, sine cruore, sine sordibus.

¶ Cæleste, quod e cælo est. Vnde cælestia numina, & cæ lestia auguria, quę a cęlo fiunt, quum vel fulminat vel to nat Deus.

¶ Cęlicus, a, um, idem est quod cęleste, vt cęlica regna.

¶ Cęlitus pe. cor. aduerbium significat e cęlo, sicut diuinitus a deo. Hierony. Tandem cælitus inspiratus pręcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit.

& Cęlites dij cęlestes, qui ī ętherę sphęrę q̄ superioris ambi tu vsq; ad solarem circulū demeant, qui & Apates dicūtur, qm̄ non admodum eos mortalium curarū vota sollicitant. Aug. lib. de gram. cæles cælites, qui iter sibi faciunt cælum.

¶ Cęlicola pe. cor. qui vel quę cęlum habitat.

¶ Cęlebs generis communis, qui nunquam duxit vxorem seu qui eam amisit. Dict⁹ cęlebs, vt inquit Hiero. q̄ cęlo dignam vitam agat, qui coitu careat. August. Cęlebs qui nō habet vxorem, vel quę non habet maritum, qualia sunt nu mina in cælo, quę absq; coniuge sunt, si Agapetas non attē damus. Priscianus. Cælebs dicitur, quasi cęlestium vitam du cens. Hi accipiūt cælibes nō tam pro vxore carētib⁹, q̄ ꝓ ca stis, & omni venere abstinētib⁹. Sed ꝓprie dicitur cælebs, q̄ vxorem nō habet, etiam si concubinas habeat. Nam cęlebs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& maritus relatiua sunt, Quin. Nam clarus an obscurus magistratus, an priuatus, ciuis an peregrin⁹, liber an seruus, maritus an cælebs, parens liberorum an orb⁹ sit. Cicero lib. de legibus. Cælibes esse prohibeto. Dicimus tamen thorum cælibem, & vitam cælibem actam in cælibatu. Ouid. Quę si nõ fuerat cælebs te vita deceret. Hinc cælibatus, tus, pro vita, q̃ agitur sine vxore. Martianus. Constituit Mercurius, pellere cælibatum. Hiero. ad Tranquillum. Nihil prodest absq; operibus cælibatus, & nuptię, quum etiam fides si operam non habuerit mortua esse dicatur. Sueto. Verum amissa vxore Lepida, duobusq; ex ea liberis, mansit in cælibatu.

¶ Cælsus a cælo, id est altus & sublimis, a quo fiunt excelsus & præcelsus, in quibus præpositiones habent vim augendi. Excælsitas, Cicero. Etenim magis est secundum naturam excælsitas animi & magnitudo. Quidam tamen hoc nomẽ sine diphthongo scribunt.

ὃ Cælibaris hasta dicebatur, qua caput nubentis comebatur quę in corpore gladiatoris occisi steterisset, vt sicut illa coniuncta fuerat cum corpore gladiatoris, sic cum viro noua nupta sit copulata.

¶ Cælius mons vrbis Romę ex septem a Cælio Vibeno nobilissimo duce Thusco dict⁹, q̃ Romulo aduersus Latinum regem cum auxiliaribus venerit inclytus. Hunc montem. Tul. Hosti. vrbi addidit, ibiq; ipse habitauit, quo frequenti⁹ habitaretur, vt inquit Liuius in eo habitauit Aennius poeta. Fit & Cælius nomen patris Saturni.

¶ Cælo, las, sculpo siue signo. A quo cælata vasa dicuntur, quę veteres anceps vocabant, q̃ circumcędendo fiant. Et cælum ipsum quo cælantur. Plinius libro. xxxiij. constituxit hoc verbum instar eorum, quę precium signant. L. Crassus (inquit) orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertijs centum, confessus est tamen nunquam se his vti, propter verecundiam ausum.

¶ Cello, is, per puplex /ll/ frango, siue cędo, quo verbo non vtimur, nisi in compositione. Eius composita sunt excello, p̃ extollor & supero, antecello, percutio, euerto, procello eiusdem significati, a quo procella. Recello reclinor humilis fio. Interdum actiue ponitur pro reclino. Varro. Alius teneram abietem solus præcellit.

✳ Cælimontia porta a Cælio monte dicta, Cc.

¶ Cæliscomia penul. pro. dicitur quum vox quasi in recessu oris auditur. στόμιον enim os dicitur. Fit a celo oris, q̃uis & ab oris concauitate dici possit, κοῖλον enim cõcauum dicũt. Et sic per œ scribendum erit.

¶ Cæmentum a cædo, is, vt quidam putant. Sunt enim cæmenta omnis rudor materia, qua ædificia consurgunt proprie cæsi lapides apti ad ædificandum, excisso monte aliquo vel effosso. Fodinas quoque rustici Campaniæ cæmentarias appellant. Liuius. Nec erat difficile murum subruere, q̃ cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto structuræ antiquæ genere. Col. lib. ix. Sub porticibus quadratæ haræ cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur. Idem ibi. Mod⁹ syluæ pro cuiusq; facultatibus occupatur, acsi lapidis & opere vtilitas suadeat, haud dubie cæmentis & calce format⁹ circumdatur murus. Aliquando ponitur pro ipso opere, id est ædificio, quod structo lapide erigitur. Plinius. Pallidus lapis in cęmento raro vtilis. Licet enim contra iniurias fortis ad structuram tamen infidelis est, nisi multa suffrænatione deuinctus. Hieronymus in instrumento veteri posuit pro calce aqua fabuloq; fermentata, cum ait. Habueruntq; lateres p̃ saxis, & bitumen pro cæmento.

¶ Cæmentarij dicuntur cęmentorum, hoc est ędificiorum, q̃ ex lapidibus sunt structores, quos Fabros murarios appellant. Hiero. ad Pauli. Agricolę cęmentarij fabri metallorum lignorumq; cęsores lanarij, qui vilia opuscula fabricant. Hi de precio totius operis faciundi si cum domino conuenerint ędificandumq; id construxerint redemptores vocitantur.

¶ Cęmentitius, a, um, quod ex cæmento est, vt parietes cæmentitij.

¶ Cęnos græce, latine nouus.

¶ Cæne, vrbs circa sinum Laconicum, Tęnaron ante vocata. Hinc Cęnites portus apud Pli. lib. iiij. Et cæneus Iuppiter dictus est. Ouidius. Victor ab œchalia cęnæo sacra parabat Vota Ioui.

¶ Cępe gene. neu. & indeclinabile a capitis magnitudine dicitur. Vnde & primam diph. vocalem accepit. Hierony. Impelle pelusioten, vt edat cępe. Dicitur & cępa cępę. Ouidius: Cædenda est hortis eruta cępa meis. Inuenitur etiam secundum Priscianum. Cępitius, & hoc cæpitium. Cęparum plura sunt genera, nobilissima ascalonia ab oppido Iudeæ. Nã vt refert Strab. lib. xvi. Ascalonensium regio præcipue fert cępas. Col. Pompeiam vel Ascaloniam cępam eligito, & cõponito in fidelia. Optimę sunt rotundissimæ, ruffæ acriores, q̃ cãdidæ, siccę, q̃ virides. Cępa oculos mordet, vnde a Græcis nomen impositum Cromyon, quasi pupillam oculi comprimi cogeret, sicut scribit Aristote. in proble. Vnde lachrymosa dicitur a Columella.

¶ Cępula dimi. a cæpa. Pfal. Hoc mense cæpulas seris.

¶ Cæpi, p̃teritum a capio cum /æ/ diph. scribitur, cum eius compositis. Accepi, concepi, recepi, p̃cepi. Cœpi vero defectiuum cum /œ/a cœpio pro ĩcipio formatur, quod apud antiquos in vsu erat. Teren. in Adel. Sex totis mensibus olfecisse m, q̃ ille quicq̃ cœperet. Cato. Cœpiam seditiosa verba loqui. Nunc autẽ p̃terito eius pro p̃senti vtimur cum suis deriuatis. Cœperam, cœpissem, cœpero, cœpisse, cœptum ire. Et cœptum cœpti, hoc est principium. Ouid. Dij cœptis, nam vos mutastis & illa, Aspirate meis.

¶ Cęruleus color viridis cũ nigro, & subniger, sicut mare, qui græco verbo a latinis dicitur Glaucus. Et Gellius sentit eũdem esse Cęsium. Hunc Venetum quoq; colorẽ, & Thalassi cum & ferrengineum & cianæum appellari ab eruditis inuenimus. Dictus cæruleus quasi cæluleus a cęli colore. Dicitur & cumatilis color, q̃ græce κῦματα, fluct⁹ vocãt. Alij deducunt a cęra, de quo in dictione cęrea. Caeruleum arena est, cuius tria sunt genera, Ægyptium, schyticum, & cypriũ. Postea probatum est atticum marmorosum & syticum siue pressum. Vide Plin. lib. xxxiij.

¶ Cæra licet a græco nomen habeat κήριον enim Græci fauum dicunt, quod absq; diph. scribitur, tamen Apuleio teste consuetudo conuertit κ in /æ/ diphthon. Quidam etiam a careo deducũt, eo q̃ mellis perfusione careat. Vnde etiam primam diphthon. vocalem assumpsisse dicitur. Est autẽ cæra, quæ fit expressis fauis. Cæra aliquando pingere solebant quapropter & tabellae ita pictę cere vocabantur. Ouid. Per lege dispositas generosa per atria cæras. A cæra etiam fiebãt pugillares, in quibus scribere mos erat. Vnde & pro epistolis, & pro pugillaribus ponitur quandoq;. Iuuena. Nonne liber medio cæras implere capaces. Quadriuio. Quandoq; pro cærata tabula. Vnde dicitur in prima cæra, & in secunda cæra, tma cæra, & extrema cęra. Nam Romani testamenta scribebant in tabulis cęratis. Suetonius in Cęsare. Quintilia. Pedium ex quadrante heredem instituit, reliquos in ima cęra, id est vltima parte tabulę testamentarię. Hinc syncerũ, & procerum.

✳ Cęra optima est quę punica vocatur, omnium candidissima, proxima quę maxime fulua. Cc.

¶ Cęro, as, ceram impono. Columella. lib. vlti. Sexta quaq; oliuitate dolia cęrare oportet. Huius compositum est Incero. Iuue. Genua incerare deorum.

¶ Cęratura, ę, ipsa ceratio. Columella. Vetera non crediderã propter olei succum ceraturam pati.

¶ Cęreus, ea, um, quod ex cera est, vt imago cerea. Sumitur quandoq; pro molli ac facili. Hora. cereus in vitium flecti, monitoribus asper. ὃ Idem. cerea thelephi laudat brachia ὃ Quãdoq; pro pingui. Accius. Pinguem turturem cereamq; ficedulam a cere videlicet colore. Quandoq; p̃ vncto. Mar. Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna.

¶ Cæratum videtur esse sicut vulgo appellatur, quod vul-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

neribus ſuperponi ſolet. Hierony. ad Teſiphonem. Denique vt omnem ſtultitiam meam diligentius recognoſcas, etiam ſtomachum meum poſt illud ſuſceptum ceratum tuum te abſente curaui, conſtat ex rebus ſiccioribus, & igni appoſitum molle ſcit, ſed appoſitum corpori dureſcit, & pertinacius hæret. Dictum a cera, quę fere omnibus ceratis adhiberi ſolet. Quidam non ceratum, ſed cerorum appellant a græco κήρωτον.

¶ Cere folium genus herbę. Palladius. Cære folium locis frigidis ſeratur.

¶ Cæreus cærei funale. Martialis. Hic tibi nocturnos præſtabit cæreus ignes. Huius diminutiuum eſt cereolus. Hieronymus. Magnũ honorem prębent huiuſmodi homines beatiſſimis martyribus, quos putant de viliſſimis cæreolis illuſtrandos.

¶ Cerulus, a, um. penultima correpta. Catulus. Cerula verſtentes abiegnis æquora palmis.

¶ Ceruleus, a, um, idẽ quod cæreus. Proper. Ceruleus cucumis, tumidoq; cucurbita ventre.

¶ Cerinus, a, um, pe. pro. eiuſdem eſt ſignificantię.

¶ Ceroſus, a, um, quod habet admixtam ceram. Vnde mel ceroſum dicitur nondum depuratum. Plinius. Liquore veluti mellis ceroſi.

¶ Cerium vel ceris, genus vlceris, q̃ faui ſimilitudinem habeat. Plin. Romanorum fici teneri cauliculi cum melle vlceribus, quę ceria vocantur, illiniuntur.

¶ Cæroma, atis, & ceromatum a cera fit, ſignificatq; oleum cœnumque, quibus permixtis vngebantur athletę, quum eſſent certaturi. Inde Iuuena. Ceromatico collo dixit. Dictũ non q̃ ceroto ſimile ſit, ſed græcum eſt, κήρωμα. τ῟. Significatque apud Græcos tabulam ceratam, in qua ſcribi eſſet ſolitum. Hęc inſperſio haphe dicebatur. Martialis. Et flaueſcit haphe. Nam ea inſperſione perfuſa obluctantium corpora quodam modo flaueſcebant, lepras patientibus ſimilia. Fiebatque ex oleo terraque, nec ex omni terra, ſed ex quibuſdã eius generibus, quibus robuſtiora fieri corpora, & ad tolerandos æſtus, atque algores firmiora arbitrabantur, vt erat albida quędã terra pertenuis ex albano agro, & rubrica, & baianus puluis. Adhibebatur quippe oleum, tum ad agilitatem præſtandam, vt corpora lubrica fierent, tum q̃ natura olei eſt repefacere membra, & contra algores munire. Terra vero ad indurandos magnos artus, & aduerſus æſtum firmandos adiungebatur. Statius de palæſtritis.

Poſtquam oleo gauiſa cutis petit æquor vterque
Procurſu medium, atque haſta veſtitur arena.
Tum madidos artus alterno puluere ſiccãt.
Collaque demerſere humeris, & brachia late
vaſta tenent. Ponitur & pro loco, in quo paleſtritę vngebantur. Plinius. Idem Paleſtras athlerarum imaginibus, & ceromata ſua exornant. Sunt & qui dicant etiam ceroma ſignificare tabellam ceratam, in qua olim ſcribere conſueuerunt.

¶ Cerete generis neu. ciuitas Tuſciæ, quę Strabo. teſte Agylla dicebatur. Declinatur & ceres ceretis penultima correpta. Vergilius. Eſt ingens gelidum lucus prope cæritis amnem. Feſtus cære neutro genere declinat, ſic inquiens. Cerimoniarum cauſam, alij ab oppido cære dictam exiſtimant. Nomen ab hoc patrium eſt, hic & hęc ceres ceretis penultima producta. Vergilius lib. x. Qui cærete domo, qui ſunt Minonis in aruis. Poteſt etiam declinari ſecundum Priſcianum, hic & hęc cęritis, penultima correpta, vel hic & hæc cæritis, penultima producta.

¶ Cęremoniæ penultima correpta, vel ab oppido Cærete, vel a carendo dictę ſunt. Nam vrbe a Gallis capta, quum veſtales virgines ſimulacra deorum ex hoſtibus erepta traducerent, in oppidum cærete potiſſimum conuenere, vbi benigne fuerunt hoſpitio ſuſceptę, donec a Gallis ciuitas per Camillum liberata fuit. In cuius beneficij memoriam Romani præſtiterunt, vt omnis diuinus cultus cæremonię a cęrete diceretur. Liuius libro. v. ſcribit. L. Albinium de plæbe vnum, virgines, ſacerdotes, ſacraq; plauſtro cære inuexiſſe. Vnde cęrimonijs ſit enatum nomen.

ὃ Cerinthees, genus hærbę mellis cum cęra miſti ſaporem habens. Vergilius libro. iiij. Ge. Et cerinthe ignobile gramẽ, habet folium candidum incuruum cubitalis capite concauo, cuius florum auide ſunt apes. A cæra deriuatur. Dicitur, & cærinthus, & a Diaſcoride ceranthenis. Ab Ariſtotele Erithace, ſeu Rithace, vulgo eam vocare ſolent Carbinam in Ethruria, & Liguria credo, quia flatu africi naſcatur, quem vt inquit Victruuius Carbam, nautæ Carbinũ cognominãt. Fit quidem nigrior ab ventis. Quidam tamen Cerinthe ſine diphthongo ſcribunt.

ὃ Cęricas græci dicunt horas temporales, quę & vulgares. Nam apud veteres ſolaria in horas tam noctis, q̃ diei temporales non equinoctiales diuiſa proponebantur. Ita ſinguli dies nocteſq; horis cõtinebantur duodecim. Et quod ſequẽs eſt meridiem hora diei ſexta deſignabat.

¶ Cæſar cognomen Iuliorum eſt. Ille enim qui primus Cæſaris nomen adeptus eſt, ab eo dictus fertur, quod cæſo matris vtero ſit natus. Vel ab elephanto in pugna occiſo, quilingua Maurorum Cęſar appellatur. Vel q̃ oculis cęſis, hoc eſt glaucis fuerit. Vel q̃ a cęſarie, cum qua natus proditur. Plinius libro. vij. ſcribit Scipionem Aphricanum primum fuiſſe dictum Cæſarem, a cęſo matris vtero. Qua de cauſa, & Cęſones appellati. Iulius autem Cæſar, a quo familia Cęſarum poſtea prorogata eſt, non eſt natus cæſo vtero matrono, qui matrem Aureliam habuit, quam amiſit cum in Gallia bellum gereret. Cuius etiam pater Cæſar eſt nuncupatus, qui præterea functus Piſis obijt. Rarum facinus ſcribit de Cæſare Dion Hiſtoricus græc⁹, cui⁹ verba græca ſubiũxi. τοῦτο δ᾽ ἐδ᾽ ἀκτύλιόν τι ὃ πομπίου ἐσῆμ, ῥώμην ἀφελόμενοι ἐπεμψείνα, πρεύσθαι αὐτοῦ τὴν ἀναίρεσιν. αὐτὸς δ᾽ ἐνεχρόμισε τῇ ἀιγύπτῳ τοῦτο δ᾽ ἰατοῦσ κλεοπάτρασ ἔροτασ. ἦν γὰρ καὶ σαρ ἐρωτικώτατο῟, καὶ πολείσαισ καὶ ἄλλαισ ὅσαισ πουπρίτῦχοίσυνεγίνετο. κλεοπατρα δ᾽ ἐ καὶ ἵππερικαλεσα τὴν γυναίκων ἐγενετο καὶ τὸ φθέγμα. ἀσφότατον εἶχε.

* Id eſt Anulum Pompeij auferens Romam miſit, vt interitum crederent, ipſe autem diu moratus in Ægypto propter Cleopatræ amorem. Fuit enim Cæſar amantiſſimus, & pluribus mulieribus, & quibuſcunque incidiſſet, conuerſabatur. Cleopatra autem fœminarum pulcherrima fuit, & vrbaniſſimam loquelam habuit.

ὃ Hic Iulius Cęſar omnem Galliam, quę a ſaltu pyreneo alpibuſque, & monte Cebenna, fluminibuſque Rhodano, & Rheno continetur nouem annis in prouinciæ formam redegit. Hic germanos, qui trans Rhenum incolunt primus Romanorum ponte fabricato aggreſſus, maximis affecit cladibus. Aggreſſus eſt & Britannos, ignotos antea, ſuperatiſque pecunias, & obſides imperauit. In Italia, picenum, vmbria ethruriam occupauit. Appellatis de republicanis patribus validiſſimas Pompei copias, quæ ſub tribus legatis. M. petreo, & L. affranio. Et M. Varro in Hiſpania eas continuaſit. In Macedonia deuicit Pompeium, cum Ptolomęo rege. In ponto deuicit Mitridatem. In Aphrica deuicit Scipionem, & iubam. In Hiſpania liberos Pompeij. Triumphauit quinquies, primum de Gallia, poſtea de Alexandria, deinde de ponto, & de Aphrica, de Hiſpania, liberaliſſimus fuit omnium, & maxime poſt hos triumphos de quibus Suetonius.

¶ Cæſarea, vrbs Paleſtinæ in littore maris magni, quæ turris Stratonis vocabatur, ſed poſtea ab Herode in honorem Cæſaris nobilius ædificata, Cęſarea eſt appellata, in qua idem Herodes in honorem Cęſaris magnificam domum albo marmore conſtruxit, vbi nepos eius Herodes ab angelo percuſſus, eo quod non dediſſet honorem deo, conſumptus a vermibus expirauit. In hac Cornelius centurio a Petro baptizatus eſt. Altera Philippi a Philippo Herodis filio, in honorem Cęſaris ãd radices montis Libani ędificata, vbi duo fontes Ior. ſ. & Dan oriũtur, Ter-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tia Cappadocię. Ioſephus. Moga primum dicebatur, q̃ poſtea Cappadocia, nũc autem Cæſarea a Cæſare. Quarta Mauritaniæ.

¶ Cæſarauguſtana vrbs Hiſpanię Tarraconẽſis, De qua habetur in geſtis diui Vincentij.

¶ Cęſareus, a, um, & cæſarianus, a, um, vt milites cęſariani.

¶ Cęſaries coma a crebra cæſione. Ideoq; propríe virorum eſt. Vnde Cæſariati comati dicuntur. Plau. in milite. Cæſariatus miles.

¶ Cæſenna vrbs Flaminie prouincię a cędendo, q̃ exiguo amne cæſa. i. diuiſa ſit. Vel q̃ ager eius duobus fluminibus Sapi & Rubicone ſit diuiſus. Hinc cęſennates dicti ſunt cęſennam habitantes. Et cęſennetia vina, quæ inter generoſa numerabantur.

¶ Cęſa gallicum telum. Var. Qui gladijs cincti ſine ſcutis cũ binis cęſis eſſent. Hæc & geſa dicuntur gallica lingua. Vnde & viros fortes galligeſos vocant. Verg. lib. vij. Alpina coruſcant geſa manu. Et cęſa particulę orationis quæ gręci cõmata vocant, differuntq; a membris, q̃ gręci dicunt Cola. Membrum enĩ eſt pars orationis ex plurimis verbis abſolute aliquid ſignificãs, hoc modo. Et ſi vereor Iudices, ne turpe ſit pro fortiſſimo viro dicere incipientẽ timere. Cęſum autẽ pars orationis eſt nondũ ex duobus, aut ex pluribus verbis quicq̃ abſolute ſignificans, hoc modo. Et ſi vereor Iudices, ne turpe ſit. Aliqñ tamen cæſa oratio dicitur quũ non efficiũtur mẽbra ex connexione verborũ, ſed ſingula verba aliquid ſignificantia ꝓferuntur, hoc modo. Quis eſt iſte Gellius? armiger Catilenę, ſtipator tui corpis, cõcitator tabernariorũ, latrator fori. Eadẽ inciſa dicuntur. De hoc etiam in Comma.

¶ Cæſura proprie inciſura. Pli. lib. xvij. Ante calendas Martias creſcit ad brumã vſq; definitq; quũ dureſcere incipit, hoc ſignum q̃ tempeſtiuã habet cęſuram. Et cęſura a cędẽdo vocę, q̃ diffinitur q̃ ſit decora terminatio vocum in medio verſuum notata. Hęc quadrifariã diuiditur. Alia pẽtimemeris dicitur, ſiue ſemiquinaria, alia heptimemeris ſiue ſemiſeptenaria, tertia trochaica, quarta bucolica. Pẽtimemeris eſt, quum poſt duos primos pedes ſuperans ſyllaba inuenitur, q̃ dictionem terminet, vt Arma virũq; cano, & Italiam fato. Habet enim ex quinq; dimidiũ. Heptimemeris eſt quũ poſt tres pedes ſimiliter ſyllaba iueniẽt, vt Arma virũq; cano Troię. Cõtinet enĩ ſeptenarij medietatẽ. Trochaica eſt, quũ poſt duos pedes trochæus partẽ orationis perficit, vt Nil noſtri miſerere, Bucolica, quũ poſt quatuor pedes ſyllaba ſuperat in partẽ orationis delinens, vt inuertitur trocheus partem orationis terminans, vt Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

¶ Cæſtrum inſtrumentũ quo cauatur ebur. Alij putant eſſe genus teli perſico bello inuenti. Iul. Pol. pro ſtimulo, ſiue ſtilo accipit cæſtrum. Prętera ſphyrænam piſcẽ Atrici cæſtram vocant, latine Sudim appellatã, quia roſtratus ſit & ſimilis balenæ. Habetur & hęrba cæſtron, pro betonica, ceu a varietate remediorũ, & efficacia nomine impoſito. Sed & mugil piſcis ideo cęſtreus videtur a gręcis appellatus, quia teli modo publica Athenienſium pœna intret adulteros. Vtunq; hoc genus miſſilis, quod græci cæſtron vocant, noſtri viriculum. Nam & terebram vulgo ita dicimus. Sed hoc nomen ſine diphthongo ſcribitur.

¶ Cæſuratim ſignificat ſuccincte, breuiter, per cęſurę cõmata. Sido. claudiano. Tota ab illo dicto ſit cęſuratim ſuccincta q̃ profluens.

¶ Cæſuratum vas appellatur cæſim orificiatum.

¶ Cæſitium lintheolus erat purus & cãdidus dictus q̃ cędẽdo ad candorem peruenirent, vel q̃ oras circunciſas haberet. ♁ Plau. in epi. Lintheolum cęſilium.

¶ Cæſius color, qui ſpeciem cæli habet, vnde oculus cæſius dictus, quaſi cælius, hoc eſt cianei coloris, græce Glaucopys ab oculis noctuarũ, γλαύξ enim noctua dicitur, ὄψις viſus. Vnde a noſtris glaucus vocat. Hinc glauci equi, qui felineis oculis ſunt vulgo glaucioli dicunt. Alij cæſium intelligunt lentiginoſum. Alij cęruleum. Teren. in Eunu. Ruffam ne illã virginem cæſiam? Et in Hecy. Magnus rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius. Vbi Donat. Cæſius glaucis oculis, quaſi felis oculos habens.

¶ Cęſones pe. pro. qui cęſo matris vtero nati ſunt.

¶ Cæſpes ge. maſ. a cædo fit, & ſigni. terram cum hęrba auulſam, ſeu in modũ lateris cæſam, vel dicitur frutex reciſus ac trũcatus, q̃ pedem cædat. Ex cęſpite agger caſtrenſis fit. Luca. Stetit agger fulti cęſpitis intrepidus. Circũciditur autem ferramẽtis, contineturq; hęrbarũ radicibus terrarum. Docet Vege. lib. iij. qua altitudine, ac latitudine cæſpes circũcidi habeat. Hinc Cęſpititius, a, um, quod fit ex cęſpitibus. Vnde tribunal cęſpititium vocatur ſuggeſtũ ex cæſpitibus factũ. Flauius Vopiſcus. Deĩde cõcurſus ad cęſpititium tribunal. ♁ Et Aræ cęſpititiæ dictę ſunt. Iul. Capi. Cẽtum aræ vno in loco cęſpitię tribuuntur.

¶ Cęſpito, as, pen. cor. pede aliquid percutio quo quaſi ruere cogar, vt ſit cęſpitare, quaſi cæſpitẽ offendere, vel in cęſpitẽ ferri. Vnde cæſpitatores equi, qui ſępe in cęſpitem vel lapidem, aut aliquid huiuſmodi impingunt.

¶ Cæſtus, us, genus clauæ pilas plũbeas loris bubulis appenſas habens, quo Darethem & Entellum pugnaſſe legimus. Vergil. lib. v. Sin crudo fidit pugnam cõmittere cæſtu. Et a cædendo fit cæſtus. Ceſtus vero ceſti ſine diphthon. ſumitur pro cingulo, quo vxor a marito cingebatur in fide maritali, & eſt fœ. ge. q̃uis & maſ. reperiatur a varijs pũctis ſic dictus, κεντεῖν enĩ pungere eſt & picturare. Vnde cingulũ illud Veneris, quo ipſa Martẽ, & Iuno Iouem conciliabant a poetis ceſtus dicit. Mar. Vt martis reuocetur amor ſummiq; tonãtis A te Iuno peto ceſton, & ipſa Venus. Sed & lorum, aut opus interpunctũ acuve pictũ, & Veneris item ornamentũ & in cõmune, fœminarum ceſton gręci vocant. Proinde Cęlſus Aphricanus, cõtra quem ſcripſit Origẽ. xxiiij. libros edidit, quos a rerum varietate ceſtos appellauit. Hinc incęſtus & ceſtulus dimi. Homerus multa in li. ξ. Illiados. Et Euſtathi⁹, ſed Ariſtophanis interpres in veſpis comœdia, ὁκεςχεῦσα τὸ κεςχέσα ἐῖλοσ ἰχθύοσ τὸ κέχαλοσ καὶ μεγάλην λεπίδα ἔχοντοσ. ⁂. i. ceſtus eſt genus piſcis magnam ſquãmam habentis. Pagina. xix.

¶ Cęter alium ſignificat, a quo fit cęterum coniunctio, ſiue aduerbium pro ſed, ſiue id quod dicere ſolemus, quod reliquum eſt. Cætera etiam quandoq; aduerbialiter capitur pro deinceps, vt Cætera parce puer bello. ⁂ Non eſt in vſu ceterim nominatiuo.

¶ Caicus nomen eſt fluuij in Phrygia, & labitur per Myſſam & pergamum, per campum qui caicus appellatur. Arrian⁹ autem lib. v. de geſtis & vita Alexandri magni, ἡ καΐκου ἀλλὰ ϛν μυσίαν, καὶ μαίανδρου τ̃ καρικῶν ἡ τάλοιπα. ⁂. i. & Caici aliud in Myſia & Mæandri in caricis & reliqua.

♁ Cain apud hebrœos inuidiam ſignificat. Arſit enim inuidia fratris.

¶ Caius cognomen a parentum gaudio ſumptum. Et eſt dictio triſyllaba. Mart. Non maius q̃ ter Caius eſſe tuus.

♁ Scribitur autẽ per. c. ſed ꝓfertur per. g. & notatur per. c. quę inuerſa c. mulierem declarat. Apud priſcos autem pro domino ponebatur, ſicut & Caia pro domina.

¶ Cala fuſtis ſiue claua lignea. Lucil. Scinde calam, vt caleas id eſt ſcinde lignum, & focum accende, vt te calefacias, calæ calarum ciuitas in India, & gręcũ eſt, τὸ κάλον τοῦ κάλου, id eſt hoc lignum huius ligni.

¶ Calabra pe. cor. dicebaĩ curia, vbi tantum ratio ſacrorum gerebatur. Macro. Et ipſi curię ad quã vocabãtur, calabre nomen datum eſt. Calabria pe. cor. inſula eſt, quam veteres Meſapiam, a duce priſci Peuſetiã a peuſetio œnotri fratre dixere. Eſtq; ora Italiæ proximã Siciliæ, a qua Pharo breui maris tractu diſiungitur. Inde fit Calaber, a, um. Oui. li. iij. de arte, Ænnius emeruit calabris in montibus hortos. Similiter declinaĩ hic calaber, hęc calabris, & hoc calabre. Ex nomine eius declarantur bona ciuitatis καλόσ, ή, όν. Bonus, a, um, βρίθω degrauo, more arborum degrauatarum pondere fructuum, qm̃

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sit regio onera & plena omni genere bonorum. ♁ In ea sunt brunduſium. Hydrus mons & salentini campi.

¶ Caladrius & caladrion auis est albi coloris.

¶ Calagurium ciuitas Hispaniæ in Vasconibus collocata. Hinc Calagurritani, qui in ea habitant.

♁ Calaitis gẽme genus a colore calaino qui turbidus est. Vnde vestes calaine a veneto colore. Pli. Amplitudine conspicua, sed fistulosa & sordium plena est calais.

¶ Calamis, idis, seu calais nomen statuarij. qui equos absolutos & perfectos effinxit. ♁ Ouid. Vendicat, vt Calais laudẽ quos fecit equorum.

¶ Calamintha, seu calamenthus hærba nota, quam Aristo. scribit in mentam commeare. Hanc latine Neptam quidam dici putant.

⁂ Calamitę ranę minimę sunt & viridissimæ, & a quibusdã Dphthithę vocãtur, sic dictę ꝙ inter calamos versent. Cc.

¶ Calamus pe. pro. vnus fuit philosophus ex Gymnosophistis Indis, qui tẽpore Alexãdri magni seipsum viuum vltroneus cremauit. De cuius morte hęc produnt. Secutus Alexãdrum Magnũ extra Indie fines p̃ter communem aliorũ philosophorũ consuetudinẽ, qui regi assistunt, cũ apud Pasagardas ægrotare cœpisset seipsum exussit anno ętatis suę. lxxiij. Facta enim pyra, & aurea lectica super imposita, in ea cubãs cõbustus est stramẽtis opertus. ♁ Macedonesq; rogauit, vtil lum leticię diem cũ rege simul potãtes exigerent. ♁ Sunt qui dicãt eum in lignea domo frondibus plena, & pyra super tecto constructa inclusum, se vt trabẽ in ignem iniecisse, & cũ domo deflagrasse. Fertur quum Alexãder mrgnus rogaret eum siquid vellet, dixisse, ꝓpediem te videbo. Quod ita cõtigit. Nã in Babylone paucis post diebus Alexãder mortus est. Arianus autẽ græcus historicus de gestis Alexandri ita scribit græce, ὦ βασιλευ ἀλεξανδ ̓ρε ἀνθρωπος μὼ ἑκάστος τὸ σόμ δὲ τῦς ἴδς καπχεοσομ πεφὶ τοῦ ̓το ἐσὶν βεβήκαμεν ἢ τοι ἐφτωσὺ δὲ ανθρωπ ̓ ὢν παραπκήσιος τοῖς ἀλλοις. ⁂ i. o rex Alexãder, homo quisq; tãtum terrę occupat, q̃tum hoc est iuimus certe hoc modo, tu autem gomo similis alijs. Et multa alia de collocutione & morte ipsi⁹. Calamus autẽ non est nomen illius. Sed cur ita fuerit cognominatus scribit Suidas noster, ὁυ τω ὴ πάντα σοφὸν οἱ ἰνδοι προσαγορεύουσιν. i. si vero oĩno sapientem Indi perhibẽt.

⁂ Calamus a Sabellico dicitur.

¶ Calamus pen. cor. greci est ὁ κάλαμ ̓ τοῦ καλαμου harundo magis minuta habens internodia longa & recta ex qua sagittę apud diuersas gẽtes fiebãt. Verg. Cum Daphnidis arcũ fregisti & calamos. Pli. lib. xvi. Calamis populi oriẽtis bella conficiunt. Est & calamus, quo scribi solet Mar. Dat chartis calamos habiles mẽphitica tell⁹. Texãt relĩq; recta palude tibi. Idẽ Calamus dicitur concauus fistulis accõmodatus, quem Syringiã vocãt. Est & calam⁹ auleticus, qui tibijs vtilis est. Verg. Nec calamis solũ equiparas, sed voce magistrum. Et calamus virga est, cui hamus filo longo ligatur ad capiendos pisces. Similiter virga ad capiendas aues visco illinita calamus dicitur. Mar. Galbana decipitur calamis & rætibus ales. Aliqñ calamus accipitur pro stipula, & pro quacũq; re tereti ac fistulosa ad similitudinẽ harundinis, vnde arborum quoq; ac vitiũ calamos dicimus. i. teretes particulas, & virgas ad ferendũ in terra aptas. Pli. Qui si longius asserãtur pomorũ calami, rapis infixos optime custodire succũ arbitrãtur. Item accipitur pro arbore aromatica a similitudine calami vsualis, simulãs gustu castã. Hiero. in Exo. Sume tibi aromata calami ducentos quinquaginta siclos, casiæ quingẽtos siclos põdere sanctuarij. Gignitur in India multis nodis geniculatus, fuluus, flagrãs spiritus suauitatem, qui cum frãgitur in multas fit partes scissibiles. Et calamus mensura est sex cubitorum & palmi.

♁ Calos græcę latine pulchritudo honestas.

♁ Calidorus, quasi munus pulchritudinis καλοσ pulchritudo, δορον donum.

♁ Caliophãta, derisor, calon, pulchrum, pheno ostẽdo. Plau. in Cur. Calophantam an syncophantam.

¶ Calama, æ, pe. cor. generis fœmi. est hasta ipsius frumenti. Suidas. καλάμη ὸσάχος τοῦ σίτου ἄπὸ καλου τοῦ ξύλου, ἀυτο δὲ ἀπὸ τῆς καύσεος. ⁂ i. Calama frumenti spica est, ab κάλὸν. i. ligno, hoc autem ab æstu.

¶ Calamarium theca. i. repositorium calamorum.

¶ Calamitas, propriè ruſtici grãdinem dicunt calamitatem ꝙ comminuat calamos, hoc est culmos, & segetes. Teren. in Eu. Ipsa egreditur nostri fundi calamitas. Accipit pro miseria & ærũna. Vnde calamitosum dicimus malis ac calamitatibus prægrauatũ. Cic. Et honoris amplissimi puto esse & accusare improbos & miseros calamitososq; defendere.

♁ Calamistrum acus maior, qua calefacta, & adhibita crispãtur capilli. Vñ Calamistratus puer pro crispulo cirratoq; qui annullatos capillos habet. Cice. Calamistratã comã vocat. Var. refert. Calamistrũ parari ob ornatum quod calefactũ in cinere capillos ornat. Qui autẽ calamistrum administrat a cinere Cinerarius, & ciniflo vocatur. Hieron. Procurator calamistratus.

⁂ Calamondinus genus arundinis in Italia nascens, latine Adarea appellatum, nascitur circa arũdines tenues vbi spuma aquæ dulcis ac marinę se miscent.

¶ Calãtica tegmen muliebre, quod capiti innectitur. Cic. in Clod. Tum mecum vincirentur pedes fuscus, cum calanticã capiti accommodares.

¶ Calatores dicebãtur seruia καλῶν, quod est vocare, q̃sem per vocabãtur ob necessitatem seruitutis.

¶ Calones ministri militum homines liberi a calãdo, hoc est vocãdo, quia vocãtur ad ministerium, secundũ Acronem. Vel a calendis, quia eo die cibaria accipiunt, vt inquit Porphirio, immo ἀπὸ τῦ κάλων. i. a lignis.

¶ Calatus pe. cor. & aspirata gręcũ est κάλαθὸς, & ab aliquibus qualus & quassillus, ab aliquibus fiscella, vas vimineũ secundum Porphirionem, in quo mulieres pensa vel tramã reuoluunt. Iuxta quas significationes, ait Verg. in Alexi. Tibi lilia plenis. Ecce ferunt nymphę calathis. Hiero. in Hieremia. Calathus vnus, ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse primi tẽporis. Sed quid opus tot? Magis calathus dicitur Cistella. Oui. lib. iiij. Fast. Hęc implet calathos lento de vimine nexos. Hæc gremiũ, laxos degrauat illa sinus. Accipitur interdum pro calice ad sacrificiũ apto. Vergi. Vina nouum fundã calathis aruisia nectar. Seruius ait esse vas æneum, in quo lac vel recens caseus distrahitur.

¶ Calatha comitia. Quęre in dictione comitium.

¶ Calathis, is, pe. cor. nomen ciuitatis sicuti Ptole. & Strabo scribunt, a calatho ibi inuento. Inde fuit Hister poeta, qui de tragœdia insignem librum condidit.

⁂ Calais Boreæ ex orithyia coniuge filius alatus, qui vna cũ vero fratre similiter alato, quia sagittãdi arte p̃starẽt, missus est ad Harpyias persequendas, q̃s fugauerunt in insulas vsq; Plotas. In cęlo positi caniculę exortũ dies fere octo p̃cedunt quos Prodromos, i. p̃currentes appellant. Cc.

¶ Calathę, quã alij calathusas vocãt, nomen vrbis ad Herculis columnas sitæ.

♁ Calx, pro calcaneo, qui est extrema pars pedis qui & pes imus appellat. Verg. Calcemq; terit iã calce diores. Vnde & ꝓ fine sępenumero ponit, vt a vertice ad calcem. i. a principis ad finẽ. Quod perinde est ac si diceretur ad pedes. Cic. ꝓ meta, & pro fine vsurpauit, cum ait. Q̃m sumus ab ipsa calce eius interpellatione reuocati. Hinc calceus, pedis indumẽtum. Aliqñ pro ictu calcis & percussione pedũ plagaq;. Teren. in Phor. Nãq; insciti est aduersum stimulos calces. Iuue. Aut dic, aut accipe calcẽ. Et tã pro calcaneo q̃ percussione, modo masc. modo fœmi. gñe vsurpari solet. Sil. Iã compos voti ferrata calce cruentat cornipedem. Verg. Cornipedẽq; citũ ferrato calce fatigat. A calcãdo. i. nitendo dictus calx.

¶ Calx fœ. ge. seu, calcs, lapis coctus, sic dictus, ꝙ in ædificijs calcetur. Nã ita lapides simul astringit, vt calcati videantur. Palla. Calx q̃ erit ex spisso & duro saxo structuris conuenit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ex fiſtuloſo vero aut molliore lapide tectoriis adhibetur vtilius. Fit autem de albo, ſpiſſo & duriore ſaxo, coquitur forma ce calcaria.

¶ Calcata ędificia dicuntur calce contecta, q̃ & loricatioñem & tectorium appellāt, & p̃cipue ſi lęue politumve fuerit, vt ſuperinduci poſſit peniculis, vel albarium, vel pictura ad venuſtandam ſtructuram.

¶ Calcaria fornax in q̃ calx coquitur, ſicut ſulphuraria ī qua ſulphur. Pli. Nuper repertū oleas gaudere maxime cinere e calcariis fornacibus. Eſt autem adiectiuū calcarius, a, um. Calcarius vero qui p̃eſt fornaci calcariæ. Cato de re ruſti. Calcarius ligna conficit ad fornacem.

¶ Calcaneus, & Calcaneū vtroq; modo dicit̃ ꝓ parte poſteriore pedis ima. Verg. Cōtinuis rimis calcanea ſciſſa rigebāt.

¶ Calceus pedis indumentum, quod fit ex pellibus aĩalium a calce fit. Cic. lib. i. ar. veteris. Si multus erit in calceis puluis ex itinere conuenire oportebit.

¶ Calcearium idem quod calceus. Vlpia. titu. de alimentis legatis. Diariis vel cibariis relictis, neq; habitationem, neq; veſtiarium, neq; calcearium deberi palam eſt.

¶ Calceolarius qui calceos conficit. Plau. in Aulu. ð Propoſę lintheones calceolarij.

¶ Calcio & Calceo, as, rarovſos authores inueni, ſemel cum accuſatiuo eius rei, qua quis calciatur, apud Pli. lib. xxxvi. reperi, ſed ꝓ impono dictū eſt. Arceſilaum quoq; magnificat Varro, cuius ſe marmoreā habuiſſe leenā tradit, aligeroſq; ludentes cum ea cupidines, quoꝝ alij religatā tenerent, alij e cornu cogerēt bibere, alij calciarent ſoccos. oēs ex vno lapide. Ablatiuo aūt lib. vij. Nos quoq; vidimus Athanatū nomine ꝓdigioſe oſtentationis quinquagenario thorace plumbeo induū cothurniſq; quingentoꝝ pondo calciatū per ſcenam ingredi. Gel. die feriato tunicis & lacernis īdutos & gallicis calciatos. Huius cōpoſitum eſt excalcio. Sueto. in Vitel. Pro maximo munere a Meſſalina petijt, vt pedes p̃beret ſibi excalciandos.

¶ Calceamen & calceamentum pro ipſo calceo. Pli. lib. xix. Hinc calceamina, & paſtorum veſtis.

¶ Calceatus, tus, idem quod calceamen. Pli. Itaq; longo itinere ſine calceatu atteruntur pedes.

¶ Calcar ferreus ſtimul⁹ ad vrgēdos equos, ſic dictum q̃ ad calcem alligetur.

¶ Calcitro, as, pen. cor. pede percutio. Hinc Calcitrones dicti ſunt equi, qui calcibus infeſtant. Gel. Equus mordax & calcitro. Hinc compoſitum eſt recalcitro.

¶ Calcitroſus qui ſæpe calcibus ferit. Col. lib. ij. Iuuencunq; reſte tractum calcitroſumq; eum redhibuit.

¶ Calculus a calcādo genus lapidis duriſſimi & rotūdi, ſicut ait Hiero. ad Dama. qui calce preſſus offendit. Oui. Pęr quas numerabilis alte Calculus omnis erat. Et calculus lapillus in corpore, ex quo aſperrim⁹ cruciatus gignitur, qui autem eo morbo laborāt, calculoſi dicuntur a Gręcis lithanici. Pli. lib. xxi. Vtuntur alopetias ad lithanicos opiſthoconicos. Item calculus dicitur quē latronem, ſeu latrunculū antiqui appellarunt, iuniores ſcacum vocant. Mar. Hic mihi biſſeno numerat̃ teſſera puncto Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Q̃m autem calculis facere rationē ſolemus, calcul⁹ quādoq; pro ratione ponit̃. Cic. Itaq; tibi concedo, vt ſi te alicuius dati pœniteat ad calculū reducas. Rurſus calculus minima pars ponderis dicitur. Et culter lapideus, quo Eſaiæ prophetę labia mundata fuere.

* Calcoſmaragdos gemma æris venis turbida. Cc.

* Calcophonos gemma q̃ illiſa æris tinnitum reddit, ſed melius per /ch/ chalcophonos ſcribitur, q̃m ex χαλκὸς. i. ęs deducitur. Similiter & chalcoſmaragdos. Cc.

¶ Calculoſus qui calculis. i. lapillis in corpore abundat. Quo nomine vſus eſt. Plin. Et calculoſus locus qui calculis abundat. Colu. lib. iij. Loca aprica calculoſa glareoſa, interdum & ſaxoſa amat ficus.

¶ Calculo, as, rationem facio. Vnde calculator, a calculis. i. lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenētes numeros componebant.

¶ Calco, as, cōprimo, qđ ad aīm tranſferť, vt calcauit paſſiones. Cuius cōpoſita ſunt cōculco, inculco, & proculco.

* Caldus. Vide in Calidus.

* Caldariæ ſelle ſunt, in quibus calida lauamur. Cc.

* Caldarium, ahenum quo aqua calida hauritur. Cc.

* Caldus pro Claudius irriſorie dictum, ſicut Mero pro Nero. Cc.

¶ Caliga pe. cor. tegumentum tibiarū, cuius dimi. eſt caligula. Ambro. Collobio & pallio indutos caligulis calciatos. A quo militari calciamento Germanici filius Caius Ro. Imperator cognomē ſortitus eſt, quoniā in exercitu natus ſit. Auſo. Caius cognomen caligę cui caſtra dederunt. A caliga fit caligatus, vt miles caligat⁹. Iuue. Veniā caligatus in agros Dicitur & caligaris.

¶ Caligula dictus fuit Caius imperator, a caligis, quas margaritis refertas primus portauit. Hic ędificauit ciuitatē quā Calipolim nominauit.

ð Caligula diminutiuum huius nominis caliga.

¶ Caligo pen. produ. vmbra eſt de ſpiſſitudine aeris effecta, q̃m aeris calore gignatur. Hinc Caliginoſus, a, um, ꝓ obſcuro, dicit̃ & caligoſus, vt apud Hiero. Anteq̃ offendāt pedes noſtri ad montes caligoſos. Caligo, gas, caliginem induco, obſcuro. Hiero. in Exo. Oculi eius caligauerant.

¶ Calaris ciuitas in ſardinia. Vide in dictione Sardinia.

¶ Calchas, antis, nomen proprium gręci auguris.

¶ Calor & caliditas idem ſignificāt. Dicitur & caldor. Var. Olea lecta ſi nimium diu fuerit in aceruis caldore fracteſcit, & oleum fœtidum fit.

¶ Caleo, es, lui, perſimplex /l/ feruco calidus ſum. Lactā. li. de opifi. Qui autē ignem putauerūt, hoc vſi ſunt argumēto, ꝙ prędente aīa corpus caleat, recedente frigeſcat. In quo oſtēditur primitiui & deriuatiui diuerſa ſignificatio, vt caleat intelligitur calidum ſit, frigeſcat frigidum fiat. Cōpoſita ſunt concaleo & incaleo. Caletur impersonale a calco.

¶ Caleſco calidus fio, a quo concaleſco & incaleſco.

¶ Calefacio & calfacio calidum reddo. Plin. lib. xxi. Chryſocomæ radix calfacit, & ſtringit. Hinc excalfactio, a quo excalfactorius, a, um. Idem. Excalfactorias habet vires. Concalſa facio incendo. Cice. Et ait idem quum brachium concalfecerit, tum ſolere pugnare.

¶ Calefio habet ſignificationem paſſiuam illatam, vt hic calefit igni. A quo concalfio & excalfio.

* Calianaſſa nympha eſt a bene regēdo. καλὸρ enim bonū, bene, ἀνασσω impero, rego. Cc.

* Calianira nympha a viris honeſtandis καλὸρ bonum honeſtum & ἀνὴρ vir. Cc.

¶ Calidus, a, um, a calore fit, & modo feruentem ſignificat. Verg. Voluitur ille vomens calidum de pectore flumē. Modo ferocem inconſultum. Pacu. Caue ſis nimis calide loquaris, & turbam cōcites. Modo velocē. Var. Cum hæc dixiſſet ecce calidis pedibus quidā nauicularis irrūpit in curiā. Dicit̃ & caldus per ſyncopā. Mar. Frigida nō deerit, nō deerit calda petenti. Sunt tñ qui differentiā faciant inter calidum & caldum, vt ſit calidū ſponte nullo extrinſecus calorē ſuggerēte vt ignis, & ſpūs noſter, qui corpus animat, caldū vero aliunde. Quo modo locutus eſt Pędianus, Corpus nudū caldatū ſicut in lecto erat poſitū, vt vulnera videri poſſent, in forum detulit. Sed confunditur apud authores.

* Calin veteres pro clam vſurparunt. Cc.

¶ Calorificus, a, um, quod calorem facit, ſicut a frigore frigorificus.

¶ Callus & callū vtroq; modo dicit̃ pro duricie illa, q̃ in manibus vel pedibus ex labore naſcit̃. Plaut. in Perſa. Pi⁹ calleo q̃ aprugnū callum. Eſt autem callū aprugnū caro aprī callosior, ob id ſaporis iucūdioris. Et in Capti. Quanta ſummi abſumendo, quanta callo calamitas.

¶ Callidus per duplex /ll/ aſtutus differtq; a verſuto, ꝙ calli

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dus ſtrille(vt ſcribit Ci.)cuius animus vſu,vt manus opera cõcaluit.Verſutus,cuius mens celeriter verſetur.Hinc callidꝰtas,q̃ ſecundum Ariſto.eſt quędã prudentię pars,quæ ita verſatur in paruis,vt prudentia in magnis.

¶Calleo,es,lui,proprie calloſus ſum,ſiue callum facio.Plau. in Pſeu.Necꝫ ego hoſtes magis aſinos vnq̃ vidi,ita plagis coſtæ callent,quos dũ ferias,tibi plus noceas. Trãsfertur & ad animũ.Idem.Occalluit animus.Cice.Sulpi.At qui non in illis rebus exercitatus animatus callere iam debet. Interdum callere,eſt perfecte ſcire,ꝙ ſicut pes vel manus ex longo labore callũ facit,ita mens longa experientia facit habitũ quendã rerum in quibus verſat.Et ſic neutrũ tranſitiuũ eſt,vt Perſ. Dicẽda tacendaꝫ calles.Et illud. Legitimũꝫ ſonum digitis callemus & aure.Huius verbi cõpoſitũ eſt occalleo,a q̃ occalleſco.Plau.in Aſi.Qui latera cõteram tua, q̃ occalluere plagis.

⁂Callidromus fluuius eſt iuxta Thermopylas.Cc.

⁂Calligonon hærba eſt quã nonnulli Sanguinariã dicunt a multitudine ſeminis,& denſitate fructicis ſic dicta.

¶Calliſcere eſt callum fieri.Cato. Aures nobis calliſcunt ad iniurias.

¶Cales oppidũ in Gallia,aliud in Cãpania,a quo Cales puliiuxta Falernos & Maſſicos,de quibus Vergil. Æquora quicꝫ cales linquunt.Hinc caleꝛnum vinum.

♁ Calendæ prima dies menſis ἀπὸ κάλεω καλω voco, quia calata.i.vocata in capitolium plebe quot dies a calendis ad nonas ſupereſſent pronũciaret. Et quia primus dies ex his qui calarent Calendas vocari placuit.Minor autem pontifex numerum dierum qui ad nonas ſupereſſent calando prodebat quo primus nouã lunam exponebat,vt nonarꝫ die populares qui in agris eſſent cõſtuere in vrbẽ oporteret ſcituros q̃d eſſet eo menſe faciendum.Hinc nonas quidam dictas putãt quaſi nonæ initium obſeruatiõis,vel ꝙ ab eo die ad idus nouem putentur dies,ſicut apud thuſcos nonæ plures habebãtur,ꝙ in nono quocꝫ die regem ſuum ſalutarent & de ſuis conſulerent negocijs.

¶Calendaris & hoc calendare, quod ad calendas pertinet, vt Iuno calendaris.

¶Calendarius,a,um,idem eſt vt calendarius liber. Vide in Ephemeris.

¶Callis,via callo perdurata. Vergi.lib.viij.Rara per occultos ducebat ſemitas calles.

♁ Calepium,græce καλεπιον,oppidũ in Cenomanis ad.xiiij lapidem a bergomo brixiã verſus ad colles in ſiniſtra parte poſitos bonitate vini denominatũ græce ſignificat,quod & nunc & amœnitate & vinorꝫ cæterorũꝫ fructuum præſtantia viget καλος καὶ ϖιω τόϖίνω bibo.At Calepi.aliud ſignificat,vide infra.

¶Callimachus pen.cor. nomen poetæ cyrenenſis, qui princeps inter Elegiacos habeꝫ.Fuit & alius hiſtoricus ꝙpptius, de quo Suidas noſter,υἱὸς βάττου καὶ μεσάτμασ ματικθὴς ἑρμοκράτους.⁂.i.filius Batti & mediocris diſcipulus Hermocratis.Et multa & quot fuerint longe proſequitur.

¶Calliſthenes pe.cor.nomẽ philoſophi,& apud nos pulchritudinis potentia dicit.Hic fuit Olythius Alexãdro magno familiaris ex cõdiſciplinatu apud Ariſto. Accitusꝫ ab ipſo rege ad prodẽda memoriæ geſta eius aſiatica. Huic nocuit immodica libertas,grauitasꝫ inuiſa Regi,quum haud quaq̃ male aſſentãtium accommodatus ingenio eſſet. Nã quum Alexãder magnꝰ ex perſico bello ſuperbiæ regię more adorari vellet,acerrimus inter recuſantes Calliſthenes fuit palã dictitãs Alexandrum non adorãdum eſſe, quæ res & illi & multis principibus Macedonũ exitio fuit.Siquidem Alexãder calliſthenem ꝓpter adorationis perſicæ interpellatũ morem coniurationis conſciũ fuiſſe criminatus eſt,eũꝫ truncatis membris,abſciſſisꝫ auribus,ac naſo,labijsꝫ deformatũ cũ cane in cauea clauſum circũferri iuſſit, diuꝫ tortum tãdem necauit.De hoc Sene.li.vi.quęſtionum naturaliũ. Fuit calliſtheni nobile ingenium,& furibundi regis impatiens,hoc eſt Alexãdri crimen æternum,quod nulla virtus,nulla bellorꝫ fœlicitas redimet. Nã quoties dicetur Occidit Perſarũ multa milia,opponetur,& Calliſthenem. Quoties dictũ fuerit, Occidit Darium,dicetur,ſed & Calliſthenem occidit.

⁂Calliſtrucæ ficorum omnium frigidiſſimæ.Cc.

¶Callſto vna ex nymphis,& pulcherrima dicit.Fuit & Lycaonis Arcadiæ Regis filia,ex q̃ ortus eſt Arcas,a quo Arcadia,quæ poſtea verſa eſt in vrſam,quæ dicitur Arctos,& eſt iuxta borealem polum ſita.

¶Callytrix hęrba eſt,de qua Pli. Callytrix decocta in aqua humidis vlceribus prodeſt.Cc.

¶Calypſo inſula cõtra Troglodıtas ſita eſt. Eſt & nympha Oceani & Tethyos filia.Regnauit ĩ Ogygia inſula, & Vlyſſem naufragum hoſpitaliter ſuſcepit.Ouid.Ah quoties illũ doluit ꝓperare Calypſo. De quo Homerus in Odyſſea. Pergy/ſcribitur.

¶Calyptra,æ,genus veſtimenti,quo mulieres capita tegebant,a καλύϖτω tego.

¶Calliope pe.cor.vna muſarũ,& præſtãtiſſima, quæ etiam Calliopea dicit,ſicut Penelope & Penelopæa, a pulchro ore dicta ὠψὀπὸς vultus & facies dicitur, καλλόσ pulchritudo. Præeſt heroicis verſibus.

¶Calix genus poculi,quo bibimus,ꝙ eo calidam bibebãt, vt inquit Var. Nã & calidam & frigidã conuiuijs veteres adhibebãt.Iuue.Calidæ gelidæꝫ miniſter.Q̃ꝫ ponitur ꝓ maiori vaſe.Cic.lib.iij. Tuſ.Quid hic calix mulſi impingendus eſt,vt plorare ſe deſtinat.Q̃ꝫ pro vaſe,in quo legumina,& holera coquuntur. Ouidi.lib.v.faſto.Stant calices minor inde holus alter habebat. Var.Calix a caldo,ꝙ in eo calida puls apponebatur.calices fictiles cululi dicunt. At Calyx cum/y/ſignificat foliculũ,quo fructus arborꝫ cooperitur a καλύϖτω cooperio.♁ Ponitur,& pro operimento, & tectorio ex luto,græci quocꝫ accipiunt calicem pro galero,&vm braculo fœminarum,vt inquit Iul.pol.Chalix cum/h/aliud ſignificat. Vide infra.

♁ Calliblepharon medicamẽ accommodatũ vitijs oculorũ, præſertim cum palpebræ cohæreſcũt & vlcera oculorꝫ male curata ſunt,nomẽ habet a pulchritudine genarũ καλοȩ pulchritudo βλεφαρα-,genę dicũtur.Pli.lib.xviij. Calliblepharipari modo fuligo in hoc vſu temperatur. Et Calliblepharа vocantur quæ pillos,in genis,& oculis honeſtant.

¶Callirhoe fons apud Athenas.Papi.lib.xij. Theb.Et quos Callirhoe nouies errãtibus vndis Implicat.Hic poſtea a tyrannis reparatus Enne acrenos dictus eſt.i. ſaltentes nomen. Martianus de hoc fonte.Fõtes multi Atticæ inter quos Callirhoe prædicatur

¶Calydon pe.cor.ſeu Calydonia ætolorꝫ ciuitas regia Oenei patris.Meleagri,& regio vicina, diſtat a mari ſeptẽ milium quingentorꝫ paſſuũ ſpatio,per quod Euenus fluit.Luc. Et meleagreon maculatus ſanguine neſſi Euenos Calydona ſecat.Hinc Calydonius,a,um.Et Calydonis,idis.Ouid.Plangunt ſe matres calydonides. Item calydonia ſylua Brytanniæ,vnde ſæui leones mittebantur,a qua Britanni quandocꝫ Calydonij vocantur,ſecunda ſyllaba longa,& tertia breui.Mar.Nuda calydonio ſic viſcera præbuit vrſo.Idẽ.Quintæ calydonios Ouidi viſurę Britannos.Quum aũt de ætolico agro intelligimus ſecunda breuis, tertia longa, vt ſupra apud Luca.& Ouid. Tradidit aomus pauidam calydonida ueſſo.⁂ Solet longa per/e/ſcribi.

¶Calydna inſula,quã quidam vnã eſſe cum Calymna. Alij Calidnas duas Leron & calymnẽ quæ ſunt circa Rhodum. Strabo alias ab his calydnas ꝓpe Tenedum conſtituit.

¶Calipolis vrbs Thracię in extremo Helleſponti,a Caligula ędificata,a quo nomen ſumpſit,hoc eſt Caligulę polis.

¶Callipedę pe.cor.populi Scythici, Hiſpanum fluuiũ incolentes,vt author eſt Herodotus.

¶Calliſtratus pe.cor.nomen viri proprium.

♁ Callippo philoſophus qui honeſtati voluptatem adiũxit ſicut & Dinomachus.

♁ Calingi populi ĩ India authore Pli.Caligij vero in arabia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ꝺ Calypso est nympha oceani, & Thetyos filia, vel vt aliquibus placet Athlantis. Hęc de sui nomine insulam in ionico mari cognominatam tenuit propinquam promontorio, vt sentire videtur plini. lib. iij. na. histo. vel vt alijs placet in mari aphrico.

¶ Calon latine bonum: siue pulchrum siue honestum. Et calon dicitur lignum. Inde calones calcei ex ligno. Quo etiam nomine serui militum castra sequentes dicuntur, qui clauas ligneas & fustes gerebant, vel qui militibus ligna submin. strabant. Hora. Hunc perminxerunt calones atq; caballi. quidam tamen calones a calando deriuant: q̃ ad ministerium aduocarentur. Alij a calendis q̃ calendarum die cibaria caperent pro toto mense. Et calon nomen est statuarij.

¶ Calopodiū calciamēti lignei genus est: qđ alio nomine dicunt Soccum, & per diminutionem socculum.

ꝺ Calophanta derisor, calon pulchrū pheno, ostendo. Plau. in cur. Calophantam, aꝫ sycophantam:

ꝺ Calopus, aīal syriæ iuxta Euphratem habitans austrum & velox cornibus longis quibus arbores deiicere fertur.

¶ Calęnum cum ę diphthōgo vrbs Campanię. xiiij passuū milibus a capua distans. In cuius agro vinum optimum & dulce nascitur. Strabo. Calęnum vrbs in campania in primis eximia adiuncta caselino. Vnde Horatius prælo domi tam calęno tu bibes vuam. Quidam etiam calęnum vinum accipiunt a calibus oppido campanię. Alij a καλὸς quod est bonum, & οἶνος vinum. Iu. Occurrit matrona potens, quę more calęno. Et sic scribi potest cum ę diphthongo.

✳ Calorices gemma est hærbacei coloris. Cc.

✳ Calotechnius bonus artifex. Cuius contrarium est cacotechnius malus artifex. Cc.

¶ Calpar, dolium. Varro libro primo de. vi. pa. Quia antęq; doliū prolatum esset id genus vasorum calpar diceretur. Festus docet esse genus vasis fictilis, seu vinū nouum, quod ex dolio demittitur sacrificij causa antęq; degustetur.

¶ Calpe Hispanię mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, ꝺ oppositus. Abile monti ð. vna ex columnis Herculis in cuius radicibus vrbs est nomīe Calpe, vt ingt Stra. Quo etiam nomine dicta est insula in occasu post Gades angusto discreta freto ἀλλὰ κάλπη πλησίον ἐστι, id est sed calpis vrna aquaria est.

✳ Calphurnianę ficus a calphurnio sic dictæ. Cc.

¶ Calua æ. dr̃ os capitis, vbi capilli esse cōsueuere. Mart. Pśilotro faciemq; lauas, & dropace caluam.

✳ Caluaster a calueo siue a caluus. Cc.

¶ Caluus dr̃ a cuius capite capilli defluxerunt, siue qui sine capillis natus est. Vnde Pli. lib. xi. docet esse gentes naturaliter caluas quales Myconij qui capillo carentes gignuntur. Hie. in Leui. Vir de cuius capite capilli fluunt caluus & mundus est. Hinc fiūt. composita præcaluus, & recaluꝰ qui & recaluaster dicitur, de quibus infra.

¶ Caluities & caluitium defluuium capillorum a capite, seu locus in quo capillorū defluuiū est. Hiero. ibidem. Sin autem in caluitio siue in recaluatione albus vel ruffus color fuerit exortus, & hoc sacerdos viderit, cōdemnabit eum haud dubie lepræ quæ orta est in clauitio. Sueto. Caluitiū vero deformitatem iniquissime ferebat, sæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus. ideo deficientem capillum reuocare a vertice consueuerat.

¶ Caluo as caluum facio a quo decaluo & recaluo. Primum significat valde caluo. Secundum ab anteriore capitis parte caluo. Hierony. in Esaia. Decaluabit dominus verticem filiarum Sion, & Dn̄s crinē earū nudabit. Idem in Leui. Sinautē in calutitio, siue in recaluatione albus vel ruffus color &c.

¶ Calueo es. caluus sum. Pli. li. xi. Et quędā animaliū naturaliter caluent, sicut struthio, chamelij & corui aquatici. Hinc cōponitur recalueo quod est rursus in caluitiem reuertor.

¶ Caluescere est caluum fieri. Col. li. vij. Potior tn̄ est ratio cutiodiendi ne nascatur, neue in colla caluescant. Pli. li. xi. proprium hic caluescere omnibus annis cum ferit rapa. Dicit & de agris Col. lib. v. Propter mures at q̃ talpas sæpe nouella castaneta caluescunt. i. rarescunt.

¶ Caluata vinea apud Catonem & plinium significatur in qua vites quidem sint, verum paucæ, raræq;, vt i caluitio capilli. Nā & græci loca satis, fructicibusq; nuda phalacras, qua si caluata appellant.

¶ Caluaria totum caput & carne nudum, & tam de brutis q̃ de hoibus dr̃. Palladius. equę caluaria, sed non virginis intra ortum ponenda est, vel potius asinæ. Credunt em̄ sua p̄sentia fęcundare quę spectant. Celsus lib. vij. vbi capitis ossa & ipsam caluariam describit. Et caluariæ loca sepulturæ publica, quas græci vocant polyandria, seu loca vbi decollabātur homines damnati. Hiero. Extra vrbes & foras portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorū & Caluariæ. i. decollatorū sumpsere nomen. Propterea aūt ibi crucifixus est dn̄s: vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus est & flagellatus & crucifixus sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigeretur. Sinautem quispiam contendere voluerit ideo ibi dominum crucifixum, vt sanguis ipsius super Adam tumulum distillaret: interrogemus eum quare & alij latrōes in eodē loco crucifixi sunt. Ex quo apparet Caluariam non sepulchrum primi hominis sed locum significare decollatorum, vt vbi abundauit peccatum superabundaret gratia. Adam vero sepultū iuxta Cedron, & Arbee in Iesu filij Naue volumine legimus.

ꝺ Augustinus vero sic antiquorū relatione refert, q̃ & Adā primus homo in ipso loco vbi crux fixa est fuerit aliquādo sepultus. Et ideo caluariæ locū dictū esse quia caput humani generis ibi dicitur esse sepultum. Et vere fratres non in congrue creditur, quia ibi erectus sit medicus vbi iacebat ęgrotus, & dignum erat vt vbi occiderat humana superbia ibi se inclinaret diuina misericordia, & sanguis ille p̄ciosus etiam corporaliter puluerem ātiqui peccatoris dum dignatur stillando contingere redemisse credatur. Caper tamen caluam appellat. Græci Cranon.

¶ Caluo caluis decipio frustror: cuius passiuum est caluor, Tractum a calutis militibus, qui omnibus solent esse frustratui. Pacu. Sentio te pater vocis caluī similitudine. Inuenitur etiam caluor deponens. Plau. in casi. Nam vbi domi sola sū soror manus caluitur. id est decipit.

¶ Calumnia vexatio alicuius in litibus per fraudem & frustrationem. Cic. Existunt sæpe iniuriæ calumnia quadam & nimis callida atq; malitiosa iuris interpretatione.

Et calumnia dicit cū alicui crimē falso iponit. Hiero. Calumnia est cum iustis hominibus crimen impietatis obijcitur.

¶ Calūniosus, qui calumniam inferre solet. Augu. Nemo illi qui calumniosus tendiculas verborum requirit.

¶ Calumnior significat per fraudem & subdolam rationē causa vincendi in litibus mendacijs alios vexo. & calumniari est falsa crimina intendere, & modo cum accusatiuo, modo cum datiuo construitur. Hiero. libro primo Reg. Si quē q̃ calumniatus sum. Aug. libro. i. ciui. dei. Et christianis temporibus non calumnientur. Hinc calumniator, qui calumniam facit, id est qui falsum crimen obijcit. Vnde in lege. xij. tabularum. Calumniator idem patiatur, quod reus si conuictus fuerit. Ponitur & quandoq; pro fallaci & doloso.

¶ Calumniārius porcus qui cibo permixto ex colluuie hyme nutritur.

¶ Calastri pueri dicebantur canoram vocem habentes ingt Victru. qui a regibus ad hoc munus quaeri solebant.

¶ Calta hærba nascens in segetibus flore purpureo. vel potius viola coloris albi.

✳ Caltulæ vestes a calta viola coloris albi. Plau. Induśiatam paragiatam, caltulam, ac crocotulam.

¶ Cambades vnum ex cognominibus Tauri montis. Cc

¶ Cambio bis. psi. cōmuto. Apud antiquos vero cābire accipitur pro pugnare, iter inchoare, flectere. A quo campsoas. quod est iter flecto

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Cābiſes pe.p.nomē propriū regis Perſæ, cui Aſtyages filiā dedit in coniugem, ex qua natus eſt cyrus qui poſtea regnauit. Eſt etiā hoc nomine fluuius Hyrcanię ortum habens in montibus caucaſi.

✳ Camedaphnæ hærba vulgo nota. aliter peruinca: quæ in longum creſcit obuia quęq; vinciens ac puinciens, folia habet lauro ſimilia ideo camedaphne hoc eſt parua laurus appellatur, florem facit violæ ſimilem.

✳ Camelus, vide Chamel⁹. Similiter camelopardalis.

¶ Camera pe.cor.a noſtris teſtudo ſeu fornix dī, & ipſa ps ſuperior.ſ.tectū deuexū & incuruū ſolarium a forma teſtudinis: quaſi camuræ.i. curue, vt inquit Ser. Camyros em̄ latine curuus dī. Papy. in ſil. Effulgent camerę vario faſtigia vitro, In ſpecies animoſq; nitent. Ver. li.iij. Ge. Camuris hirtæ ſub cornibus aures. Cameræ igit̄ tecta incuruata fornicata. Et camuri boues a curuatione. Pli. lib. xix. Velocitas pernix leui vmbra cameras & pergulas operient os.

¶ Camerare camerā facere.i. fornicem & teſtitudinē. a quo concamero. Pli. li. xxiiij. Dinocrates architectus Alexandri Arſinoes tēplū cōcamerare ichoauerat vt in eo ſimulachrū eius e ferro pendere in aere videretur. Inde cōcamerata loca dicimus teſtitudinea hoc eſt q̄ fornicibus conſtant.

¶ Camerinū pe.pro.piceni vrbs p̄clara a curuitate ſitus ita appellata. Ab ea camertes dicti ſunt, quos Liuius ſcribit. P. Scipioni in armanda claſſe, quam in Aphricam duxit, cohortem vnam ſexcentorum militum armatorū præbuiſſe.

ð Eſt etiā Camerinī ciuitas ī Sicilia quę & camarina dicitur.

¶ Camertes populi Picentini a camerino dicti.

¶ Cameria oppidū, & palus eiuſdem noīs in Sicilia.

ð Camedreos latine calamādra hęrba calida & ſicca ī.iij. gra. Camarina hærba peſſimi odoris q̄ cōcuſſa nauſeam facit, vnde prouerbium Caue moueas camarinam.

✳ Cameſis iani conſors Italiæ indigena quæ cū Iano participata potentia regnauit. Cc,

✳ Cameſcene regio in qua regnauit cameſis. Cc.

¶ Camillus, pprie puer ingenuus qui flamini dialia ſacrificia miniſtrabat. Antiqui enim camillos, & camillas vocabant miniſtros & miniſtras impuberes in ſacris. Vnde Mercurius Hetruſca lingua camillus dicitur quaſi deorū miniſter. Fuit & camillus proprium nomen romani viri qui Gallos expulit ab vrbe. Item genus quoddam vaſis camillum dicebant quod opertum in nuptijs ferebant, quod alio nomine cumera vocabatur.

✳ Camillus item paruum caminum ſignificat. Cc.

¶ Chamemellum hærba ab odore maledicta quā vulgus camomillam vocat. ab aliquibus melanthion dicitur.

¶ Camilla nomē Volſcorum reginę, q̄ Turno cōtra Aeneā auxilio venit.

¶ Caminus pe.p. latine fornax dī. Ver. li.iij. Ruptis flāmam expirate caminis. Accipit̄ etiā qñq; p ſtructura q̄ fumū excipit. Sue. in Vite. Nec ante in p̄toriū redīt q̄ flagrante triclinio exconceptu cammi. Ci. ad Atticum Luculento camino vtendum cenſeo.

Caminata loca dicuntur teſtudinata, & ad fornacis ſimilitudinem facta. Pli. lib. xvij. Scrobes vbiq; caminata foſſura ore compreſſiore ſint.

¶ Camęnę cum ę diph. quaſi canentes amęne. Amænorū vero ab amando iucū dū dicimus. Canunt enim antiqui laudes. Var. Camænæ ab antiquis carmene vel caſmenæ dictæ ſunt, nunc abiecta r. vel s. camænę vocantur. Alij camnas dicunt q̄ ſint caſtæ mentis p̄ſides. Sūt aūt camænę idem quod muſæ. Muſa vero ſignificat cantum.

¶ Campana inſtrumentum notum ad pulſandū idoneū. A quo Hier. formauit diminu. cāpanula. Nam ad Euſto. ſcribit. Quouſque campanula in clauſtro pulſabitur. Ariſtophanes autem comicus in ea comędia, quę ἥρπυια inſcribit κώδωνα, πρόσαντες ὄρευς καὶ χάλκεον ἄντρον καὶ παλαιότατον εἶναι tintinabulum dicit & clauū ipſius antiquiſſimum eſſe, ita q̄ malleus campanæ dī ropalū. li. & etiam inſtrumentum quo pulſatur oſtium.

¶ Campania regio Italiæ ſic dicta q̄ cāpeſtris ſit, a qua Campani qui in ea habitant. Et nunc dī terra laboris fertiliſſima vbi capua & Neapolis & Cumæ.

¶ Campus eſt grande atq; amplum ſpatiū terræ q̄ plana ſit vnde ſpatioſæ plateæ areæ vel campi dicuntur. Hiero. ſuper Cañ. Cāpus planities terræ dī cui cultura adhibet̄. & excolitur ab agricolis. Et campus ſolet accipi pro qualibet re ī qua quis ſtudium habeat. dictus campus a capiendo q̄ animaliū ſeu rerum multitudinē facile capiat, ſeu q̄ veteres ex ārō tantum plano capiebant fructus.

✳ Campus lapideus, erat campus in quo congreſſus eſt Hercules cum Albione & Beergio neptuni filijs: qui cū deficientibus telis in diſcrimen veniſſet oraſſe dicit̄ patrem vt ſibi tela miniſtraret: & ſtatim imbre lapideo adiutus eſt, hinc campo nomen inditum eſt.

✳ Campi Diomedis in Apulia ſunt: & eſt regio q̄ diomedi ceſſit in Apuliæ diuiſione. Cc.

¶ Campeſtria loca plana a campo deductum nomen vt in campeſtribus inquit Hiero. Et apud Eſaiam. Et erunt campeſtria in caulas gregum & vallis Achor in cubile armentorum populo meo. ſic campeſtres opere dicebantur ñ qui in campo martio ſeruilem operam candidato impertiebantur: & campeſtria dicuntur genitalium ſuccinctoria: eo q̄ ludentes in campis veſtibus omnibus exuebantur, & nudi ludebant ſolis campeſtribus tecti virilia. Hor. Penula ſolſtitio campeſtre niualibus annis. Augu. lib. xiiij. ci. dei Campeſtria latinum verbum eſt, eo dictum q̄ iuuenes qui nudi exercebantur in campo pudenda opęriebant. Vnde qui ita ſuccinti ſunt campeſtratos vulgus appellat. Hæc etiam brachę, fæminalia, vel fæmina, perizomata, ſuccictoria ſubligacula appellantur: & lumbaria.

¶ Camparius cuſtos camporum.

¶ Cāpſores dicūtur vulgo qui collibiſtæ ac trapezitæ ſunt.

¶ Cāpe vermis genus hortenſes hærbas & arborum frondes infeſts averbo græco κάμπτειν: quod eſt flectere. Col. Nec ſolum teneras audent erodere frondes. Implicitus conchæ limax/hirſutaq; campe. Hinc hippocampę piſces qui & equi appellantur a flexu caudarum quæ piſcoſæ ſunt.

ð Cam⁹ καμαϛ apud gręcos gen⁹ vinculi vt in pſal. ī camo & freno maxillas eorum cōſtringe &c. Plau. in Caſſi. poſuit profunc quo dāmnati alligant̄ furca, quū ait camū & furcam feras. Apud aliquos ponitur p ſpē freni, ſignificat etiā contextum figuræ coni, quod inſtar calculi indices iacebant in cadum. Item equorū retinaculum, & muliebre ornamentū. Eſt & genus tibiæ pabuli & lilij & quędā hærba. Eſt & mechanicum inſtrumēt̄ū igniferū. Chamos aſpiratū idolum eſt quod alio noīe dī Beelphegor vt inquit Hier.

ð Cana græce latine caniſtra, & p diminu. caniſtella. Hinc caniphori quaſi ciſtiferi: qui in ciſta baiulabāt ſecreta ſacrorū.

ð Canabus pe.cor. cella vinaria. Aug. Multa ſunt q̄ deherreo canabo, vel cellario aliquotiens, pferre nō poſſumus.

ð Caniceps genus animalis. qđ alio noīe cynocephalus dicit̄ faciem caninam habens.

ð Canaſtreū promontorium eſt proximum pallenæ.

ð Canaan nomen filij Cham, a quo cananeus. a. um, vt mulier cananea.

¶ Canna arundo, licet minor ſit & maior calamo. Col. lib. v. de arundineto. E a eſt autē ſenectus, cum vel exaruit ſitu & inertia pluriū annorū, vel ita denſatū eſt, vt gracilis & cannæ ſimilis arundo prodeat. Idem lib. viij. Degener arundo quā vulgus cānam vocat. Et canna vas in quo ferebat oleū Col. Vrcei quibus oleum progeritur cānæ tegetes quibus oliua excipit. Stra. ſcribit ī Aphrica ad cubitos qnos longas, craſſitudine vero digiti minoris cannas naſci. Quare mirum non videtur ſi in eis Romam comportatum oleum ſit. Præterea canna vicus Galileæ eſt & vrbs Lycaoniæ.

¶ Cannetum: vbi cannarum copia eſt. Palla. Lileta canneta ponenda ſunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Cannetum, vbi cannarum copia est. Palla. Lileta cāneta ponenda sunt.

¶Cannitium, cāna, arundo. Aug. super psal. Nostis quēadmodum sibi faciunt de cannitijs sagittas infantes. ♁ Cannitia etiā dicuntur cameræ in agrestibus ædificijs ex cānis constructæ, vt est apud Palla.

¶Cannæ, arum, tantum pluraliter, vicus in Apulia, Romanorum clade clarus.

¶Canalis a canna fit vna litera detracta. Et tam masc. q̄ fœmi. gene. est. Fest. Canales per quos aqua cōfluit in vijs lapide stratis. Verg. Currentem ilignis potare canalibus undā. Est autē canalis lignū ad cannæ similitudinem cauatū a quo aqua dēducitur. Dicit & hoc canale. Stat. lib. i. syl. Fumina demerso trahit intemerata canali.

¶Canalicula diminuti. parua canalis. Erasistratus medicus docet duas esse quasi cananiculas vel phystulas quę a faucibus deorsum proficiscunt, per alteram in stomachū delabuntur oīa esculenta & poculenta, per alteram spiritus ab ore in pulmonem, atq; rursum in os & nares commeat, per eādem meatus vocis fit, & græce nominatur τραχεια ἀρτηρια. i. aspera arteria. Lactan. hanc appellat phystulam spiritalem, alio nomine Curgulio nominatur.

¶Canaliculus dimi. a canalis in mascu. ge. Vict. lib. vii. Canaliculus earū qui strigix appellat. Colu. lib. ix. Largiore cibo celerius pinguescit: semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur

¶Canaliculatus a. um. quod est in canalis modum factū. Pli. li. xix. Quibusdam angusta & canaliculata: vt cumina: paucis foliacea & lata vt a triplici.

¶Canalicolæ penu. cor. forenses hoīes pauperes dicti q̄ circa canales fori consisterent. ✳ Perottus canalibolæ legit: sed perperam ex impressorum vitio locus deprauatus: vt in alijs plærisq;.

✳ Canalitiū aurū dicit in puteis effossum q̄ venarum canales per saxa vagant huc & illuc, & per latera puteorū. Cc.

✳ Canaria insula est in mari atlantico fortunatis ꝓpinqua: sic dicta a canū multitudine ingētis magnitudinis. Cc.

¶Cānabis pe. cor. hęrba ex qua fiunt chordæ. Per. Tūc mare transilias sibi torta cānabe fulto. Dicit & Cannabū. Palla. Hoc tēpore cānabum seris. Hinc cannabaceus, a, um, & cannabimus, a, um, quod est ex cānabe. Col. lib. vij. Cānabinisq; funibus cornua iuuencorum ligato.

¶Cancelli ligna inter se modicis interuallis in transuersum instar rętis inuicem annexa, quibus scęnæ & tribunalia atq; fenestrę muniri solēt, quos ꝓteriri non licet. Et apud priscos fere semper fuerūt ærei, quorū multi extāt per basilicas distributi ad lignorū similitudinem fabræ facti, quorū lineolæ, altrinsecus in quincūcem superpositę foramina linquunt, quibus cū aer aspectusq; admittat, ꝓhibetur accessus, seruatq; vsus eiusmodi claustra vineis pro valuis foribusq; apponi. Cic. in Quintio. Ab his cācellis quibus me circūscripsi declinauero. Sunt & cācelli loca cācellatim, hoc est tessellatim trāsuersarijs lignis accōmoda sessui. Oui. Cancellis primos impositisse pedes. In sacris literis cācelli vocātur specilla foraminibus plena, & trāsuersim plagulis fenestrata, quas vulgus zelotipias vocitat. Vnde in ꝓuerbijs. De fenestra domus meę per cācellos prospexi iuuenem & video paruulos. Hos cancellos delitiosos Cice. li. de perfecto genere dicendi appellat transennas ab oculorū videlicet & foraminum transitu. Ait enim quasi per transennam prætereuntis strictim aspicimus. Et cancellis distincta est cutis elephantorū, quasi tessellatim conquadrata & in modum capsularum facta. Inde cācellata cutis dicta est a Pli. lib. ix. cuius verba hæc sunt. Elephanti cācellata cutis & inuitans id genus aīalium odore. Ergo cū extenta cute recepere examina arctatis in rugas repente cancellis cōprehensas enecant. Prętera cancellus potest esse diminutiuum a cancer. Cancello, as, concido, dilanio, dispungo, eradico, deleo. ♁ Nā sicut ex transuerso ducuntur ligna in cancellis, ita delendis scripturis trāsuerso calamo notæ lineæq; atramentariæ. Iuriscon. ti. de his quę in testamento delentur, cancellabat quis testamentum vel induxerat ♁. Cancellatim ad uerbium, ad similitudinem cancelli.

¶Cancellarij dicūtur scribę. Qua dictione vsus est Fla. Volpiscus scribens, a Carino Imperatore factum esse ꝓfectum vrbis vnum ex cancellarijs suis.

¶Cancer cancri genus piscis, & signū cœli, qui & Carcinus dicitur. Luca. lib. ix. Par gemmis chiron, & idem quod carcinus ardens. Cancri in syderibus a gentilibus inde dicti sunt, eo quod illud signū mēse iunio sol dum venerit retrogradatur in modū cancri, lōgioresq; dies faciat. Et in vtroq; significatu est gnis masc. Ferunt hunc cācrum a Iunone missum fuisse Iemæum, qui ex lerna palude exijt & dum Herculis pedem momordit pugnantis contra hydram in syduis translatus est.

¶Cancer, eris, neutri gene. morbus est. Ouid. Vtq; malum late solet immedicabile cancer Serpere, & illęsas vitiatis addere partes. Hiero. cōtra Ruffi. Nemo vnq̄ suam carnē odit, cū morbo regio laborantes pthisi & cancere & distillationibus mortem vitæ præferant. Nascitur hic morbus fere in oībus corporis partibus, sed maxime in mamillis mulierū q̄ non purgātur menstruo naturali. Legitur & cancer cācri genere masculino pro morbo, vt apud Cato. de re rust. Eadem brassica vulnera putrida cancrosq; purgabit, sanosq; faciet Dictus cancer a cancri rubore, seu similitudine. Nam sicut illi pedes ita huic venæ protensæ ex vtraq; parte cernantur. Hic alio noīe dicit carcinoma, & græce carcinus dicitur. Suidas autem dicit cācrum poetam tragicum fuisse, alterū etiā poetam Atticum, qui multa scripsit.

¶Cancri etiam dicebātur qui nunc cācelli per diminutionē dicuntur. Hoc est opus subtili materia in transuersum cōpacta ad similitudinem rætis factū, q̄ frequentia foramina habeat, qualia sunt quę in corpore efficit morbus qui cancer vocatur. Vnde Apul. vocat cancros orci, pro faucibus & tenacibus stationibus.

✳ Cancris dicebatur pillula in medicina vrendi vim habēs.

¶Cangrena pe. pro. species morbi, alia a cancro, q̄ vt ait Pli. sanari potest. In hoc cancer & cangrena cōueniunt, q̄ vtrūq; carnem excedit. Nascitur cāgrena nō oībus partibus corporis, sicut cancer, sed in ꝓminētibus membris. i. inter vngues & alas & inguina. ♁ Sunt etiā qui dicant cācrenam esse quandovnum membrū aptum est, vt putrefiat. Astachilus quando est putrefactum, sed non habet oēs partes putrefactionis. Esthiomenus quando habet omnes gradus putrefactionis.

¶Cādax, acis, pe. cor. nomē regīnæ ęthiopum. Iuue. Cādacis Æthiopum dicāt arcana. Sic alia terminata in acis. corripiūt pe. vt Salmacis pro fronte. Oui. lib. xv. Cui non audita est obscœna salmacis vnda. Itē lib. i. de arte. Atracis ambiguos traxit in arma viros. Hoc est Hippodamia ab Atracia.

¶Candeo, es, dui, ignitus sum. Cic. lib. i. offi. Quid em̄ censemus superiorem illū Dionysium quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum. Et candere significat candidum esse. Verg. lib. iiij. Cādentis vaccæ media inter cornua fundit. A candeo fit cādesco, quod est ignitus fio. Cōposita ex candeo & incandeo, a quibus excādesco & incandesco, q̄ proprie significant vehementer incendor, inflāmorq;. Transferuntur etiā ad iram, q̄ ea est velut ignis animū incendens, & vultū hominis quodā candore perfundens. Sed non temere. Cum enim ignis obstantia exuperat ac fumū vicit, cādorem lamina concipit. Vel quia vt sol quāto candidior tanto ardētior ita animus dum ira cōcitatus est, inflāmatus incensus & excādescens dicitur, vt tanta mentis commotio significetur. Cælius Cice. Id posiq̄ rescijt excāduit & me causam inimicitiarum quærere damitauit. i. ira vehementer incensus est. Cato de re rest. Nā si recto coquas cum bitumen & sulphur additū est, excandescet. i. incendetur & inflāmabitur. Hinc excandescentia, quę est, vt Cic. lib. Tus. inquit, ira nascens & sine modo existens. Ex quo constat flammā ignis cādidam esse. Vñ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ouid.lib.vij.me.de incandesco aperte demonstrat.Nō secus exarsit q̄ cum balearia plūbum Funda iacit, volat & incandescit eundo.Et quos nō habuit,sub nubibus inuenit gines. Augu.super Ioan.cum accusatiuo iunxit. Quā totam replebat spiritus sancti gratia,totam incāduerat diuinus amor. Est & recandeo,a quo recandesco,quod est rursus candesco. Ouid.lib.i.Meta.Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recēti Solibus æthereis altoq; recanduit æstu.

¶ Cādefacio,candidū facio.Plau.in must.Quid ceruſa opus est? Nā qui malas oblinam vna opera ebur atramento candefacere postules.Hinc excādefacio.Var.lib.i.de re rus.Cœnæ collegiorum excandefaciunt annonam macelli.Aliquando etiam candefacere est candentem,hoc est ignitum reddere, & excandefacere ira valde inflammari, & excandefactus præter modum iratus.

¶ Candor ipse splendor,vt candor est lucis æternę.

¶ Cādidus,a,um,quod ex luce ita nitet,eumq; colorem habet qualis est flāmę ignis,licet aduerbiū Candide pro benigne & pure sumatur.Cælius Cice.Cauendū tibi erit ne parū simpliciter & candide pasuisse inimicitias videaris.Hora.Albi nostrorū sermonum candide lector.Interdum cādidus ponitur pro fœlici. Tractum a Tracib⁹ qui diem fortunatum albo,aduersum nigro lapillo designarunt.Catul.Fulsere vere candidi tibi.Hora.lib.ser.Hūccine solem tā nigrum esse nihil,i.tristem & exitiosum Differt tamen cādidus ab albo, q̄ candidus est qui quadam intēsa luce perfusus est,Albus qui pallori vicinus est.

¶ Candido,as,candidum facio.Vnde candidatus candidus factus.Pompo.Vestem lixiuio candidans.

¶ Candidatus qui luce quadā nitente perfusus est.Lactan. lib.vi.per translationem.Quis si hoc ille faciebat homo non a cœlesti tantum,sed a publica quoq; ciuilicq; iustitia remotissimus,quanto magis id nos facere debemus qui immortalitate veluti cādidati sumus? Cādidati etiā dicebantur qui in alicuius magistratus aut dignitatis petitione versabantur,a tunica cādida quā per id tempus induebāt,siue ad denotandum integritatem q̄ solus hic color sincerus ac purus & minime inquinatus est,siue vt perspici ab oībus posset eos pecuniā non habere qua ciues corrūperent. Ire autem candidati per comitia solebāt suadendo rogādo submittendo se oībus & nudato etiam corpore cicatrices ostēdendo. Inde per trāslationem aliarum quoq; rerum petitores,sicut a Quint. cādidatus eloquentiæ,& a Plin.in panegy.cādidatus gloriæ & immortalitatis,a Hie.candidatus fidei nuncupat.Ex quibus ostenditur cādidatus construi cū genitiuo,vt sit candidatus consulatus præturæ,quæsturę,qui petit consulatum, præturam,quæsturam.

¶ Candico,as,pen.cor.candorem habeo,siue dealbo album facio.Plin,lib.viij. Insigne ei in dextro latere candicans macula.Idem.Cuius radice vtunt ad candidā capillos.Hinc candicantia,æ,pro albedine.Pli.lib.xxxvij.Fictitię sacrificationis candicantiam fugiunt.

¶ Candifico,as,candidum facio. Augu. lib.xxi.de ciui. dei. De igne fulgido q̄ certe suum fulgorem lapides coquendo candificet.Næuius Poliens sese & succis hærbarum candificans cutem.

¶ Candela a cādore luminis dicit.Hinc cādelabrum in quo cādelæ figuntur.Sunt autem cādelæ quacūq; constent materia scirpis,reda,seuo,cera.Var.Cādelabra a cādela,in his em̄ funiculi ardentes figebātur.Martia.de cādelabro Corinthio. Nomina candelę nobis antiqua dederunt.Nō norat parcos vncta lucerna patres.

¶ Candeboea palus fuit,de qua Pli.lib.vi.Pars est inquit Syriæ quę phœnice dicit finitima Iudeæ intra montis Carmeli radices paludem habens quæ candeboea nominatur.Ex ea creditur nasci Belus amnis.

⁂ Canentas capitis ornamenta veteres dixere.

¶ Canus,a,um,quod est senex,a candeo,vt quidam putāt. Verg.Cana fides & vesta,i.antiqua.Vetustate em̄ canescimus.Cani vero substantiuū accipiuntur pro capillis albis p̄ senectute,vt est illud.Cani enim sunt sensus hominis.

¶ Canities & canitudo pro ipsa albedine.Plin.Et ipsa iam canicie venerabilis.

¶ Caneo,es,ui,canus sum,a q̄ canesco,can⁹ fio.Incaneo,incanesco,valde canus fio.Hiero.li.i.Reg.Ego senui & īcanui.

¶ Canistrū & canister,fiscella cista viminea.Verg.Cererēq; canistris expediunt.Græce κάναστρον/a/in/i/mutata.Pal.Sa lignis canistros fieri debere virgultis,qa genus hoc oleū dicitur adiuuare.Cuius dimi.est canistellum & canistellus.

¶ Canephora pen.cor.virgo dicitur quę more Attico sacra in cistulis repositā capite sustinebat,cana enī græci dicūt quæ nos canistra,& per diminutionem canistella. Vnde canephoræ appellantur,quæ sacra huiusmodi vasculis recondita capite ferebant.Cic.in.vi.Verrinarum.Habe canephoras deorum simulacra restitue.

¶ Canis generis cōis animal latrabile,piscis marin⁹,signum cœleste,& ludi talaris signum,qd̄ vnum dūtaxat punctum continebat.Ideo dānosus erat.Proper.Semper dānosi subsiluere canes.Per Dānosa canicula quantum Raderet,angustę collo non fallier orcæ.Canis animal a canendo dicitur,q̄ noctu in custodia & in venādo signum voce det.De hoc Col. Quis hominum clarius aut tanta vociferatione bestiam vel furem prædicat q̄ ille latratu? Quis famulus amātior dñi? q̄ fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri pōt vigilātior? quis denicq; vltor aut vindex constātior?

♁ Cānū autem triplex est genus. Villaticū,Pastorale,& venaticum. Venatici bifariā diuidunt in eos qui feras sectātur & capiunt,& eos qui odoratu vestigant quos odori sequos vocant.Cic.sagaces quasi acute sentientes.Sagire enim sentire est.Verg.Odoros vocat & odora canum vis.

¶ Canis sydus leporem fugiētem sequitur,habet in lingua stellam vnā quæ proprie appellatur canis,magna quidē & splendida,in capite alteram quā nonnulli Siroō dicunt.Sunt ergo duo canes in cœlo maior,scilicet & minor.Sed canem dicendo maiorē intelligimus.Minor enim canis canicula dicitur,q̄ quia integrum diē in ortu atq; occasu canem præcedit,a græcis procyon vocatur.Nā ante κύων canē significat. Hęc etiā Anticanis & Sirius dicit.Cic. Anticanem procyon graio qui nomine fertur.Oritur septimo calendas Augusti. Occidit sed non tota post dies.xl.Hæc stella canis cstiuis mēsibus in medio centro cęli est,Et dum sol ad eam ascenderit, coniuncta cū sole duplicat calorem & dissoluuntur corpora & vaporātur.Latine canicula dicit.Vnde ex ipsa stella dies caniculares dicuntur,quādo molestę sunt purgationes.Dicta canis q̄ corpora morbo afficiat,vel ꝓpter flāmæ candorem q̄ eiusmodi sit,vt prę cæteris lucere videatur.

¶ Canicula diminutiuum a cane cum est fœminini generis. Et accipitur pro signo cœlesti.Colu.lib.x.Cūq; peracto solstitio vsq; ad ortum caniculæ,qui fere dies.xxx.sunt.Hinc Caniculares dies.

¶ Caniculus catulus,a quo catellus diminu.sunt a canis generis masculini.

⁂ Canica furfur,vnde canicaceum furfureū dicimus. Pacu. Qui apud te quasi seruus est canicarium panem.Cc.

♁ Caniceps genus animalis quod alio nomine cynocephal⁹ dicitur faciem caninam habens.

¶ Caninus,a,um,quod est ex cane.Pli.Sāguine canino nihil contra toxica p̄stantius est.Canini vero dētes sunt post primores. Vide in dictione dentes.

⁂ Caninum prandiū vocatur abstemiū in quo nihil vini potatur,quoniam canis vinum non bibit.Cc.

¶ Canatim aduerbium significat ad similitudinem canis.

¶ Canarius,a,um,quod ad canē pertinet,vt canaria lapa,q̄ canib⁹ adhæret.Pli.lib.xviij.Augurium canariū legit,& apud Ateium capitonem.Canario sacrificio ꝓ frugibus dep̄cādę sęuitię causa syderis caniculę,canatius ab Apuleio dicit in floridis ꝓclara ceu p̄conis voce.Canatius inquit limā dabo,vt per oēs ꝓuincias eat.Sed hoc a canēdo.i. calampo videt di-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ctum. Nam Var. scribit consuetudinis fuisse, vt classicus in arce circũq; muros canatum iret.

* Canius poeta fuit temporibus Martialis, eiq; familiaris, qui natura ita hilaris erat, vt semper rideret, de quo Martia. lib. i. Epigrammatum. Cc.

¶ Canarij populi circa Atlantẽ Aphricæ montem habitantes, ꝙ victus canis his promiscuus sit.

¶ Canicularis adiectiuum a canicula cœlesti signo dictũ. Vn de caniculares dies.

¶ Cano, is, cecini cãtum & canitum, a quo Hiero. formauit participium cum in Apocalypsi inquit. Qui erant tuba canituri. Sed eius composita faciunt præteritum in ui/diuisas syllabas. Significatq; proprie canere voce modulari. Hĩc canere poetę dicuntur, qm̃ versus rythmica ratione cõpositi sunt, & cantãdo pronunciari consueuerunt. Vergi. Arma virũq; cano, canere etiam is dr̃, qui non tantum ore, sed qui fides organa ve pulsat, aut qui tibias inflat. Vñ canere receptui, qđ significat post cõflictũ milites a pugna esse reuocãdos recipiẽdosq; in tutũ. quod fit cantu tubarum & clãgore, sicut canit bellicũ cũ initur cõflict⁹, & milites in pugnã prodeũt. Vege. Tubicines ad bellũ vocant milites rursum receptui canẽtes reuocant. Sed quia veteres laudare & vaticinari versibus solebãt, factũ est vt canere pro laudare capiat. Vergi. Regẽq; canebant. Et pro vaticinari. Idem. Ipsa canas oro. Quadoq; pro prædicare, & cum quodam vt exaudiri possit canore ꝓferre. Martia. Quicquid fama canit donat arena tibi. Huius verbi composita sunt Accino, quod est ad aliquid veliuxta cano. Concino simul cano. Circũcino. Excino, extra vel valde cano. Incino, intus cano. Intercino, inter agendum cano. Occino siue occano, conuicium facio. Percino canendo perseuero. Procino canendo profero. Pręcino prędico prędiuino, & antecano. Recino rursus cano. Horat. lib. car. Quẽ deum cuius recinit iocosa nomen imago. Interdum significat in cõtrarium cano. Idem libro. i. carminum. Nũc ego mitibus mutare quęro tristia dum mihi fias recantatis amica. Est & succino, quod est summissa voce cano. Et omnia habent penultimam correptam.

* Canobon getarum, qui sua tempestate ĩ Thracia erãt rex fuit, qui Triptolemo insidias dicitur parasse, & ea propter a Cerere multis malis affectus fuit. Cc.

¶ Canto cantas, frequentatiuum, a quo cantatio, cantatus, cantator, & cantatrix. Composita mutant /a/in/e/vt accento, as, vnde accentus. Concento, a quo concentus. Occento, & succento. Excanto vero incanto, & recanto seruant a. Aliquando tamen cantare ponitur pro incantare. Verg. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

* Canta pro cantata veteres vsi sunt. Cc.

¶ Cantito, as, penulti. correp. frequentatiuum a frequentatiuo formatum. Augusti. Quales poetarum nostrorum carminibus cantitantur.

¶ Cantus, us, a cano fit, & est inflexio vocis. Et pro cantione cuiuscunq; rei dicitur. Verg. Cantusq; dedere.

¶ Cantio, idem quod cantus, cuius diminuti. est catiuncula.

¶ Cãticũ proprie est elegans & lasciuus cãtus. Quin. sit poetæ lectio cum suauitate quadã grauis & nõ quidem prosę similis, quia carmen est, & se poetę canere testantur, nõ tñ in canticum dissoluta. Græci canticum hymnum vocant. Item psalmum, sed proprie hymn⁹ dicitur, qui voce naturali fit, psalmus qui aliquo musico instrumento.

¶ Cantilena, cantici compositio.

¶ Canor cantus & elegantia quędam & consonantia quædam. Quinti. Vocis orationem Aristoxenus musicus diuidit in ῥυθμον καὶ μέλος ἔμμετρον, rythmum & melos metricũ, quorum alterum in modulatione est alterũ canore ac sonis constat. Ouid. lib. v. Meta. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures, quod est suaue & dulce.

¶ Canorus, a, um, quasi sonorosus. Gel. Collectam coactãq; vocem, & magis daros canorosq; sonitus facit.

¶ Canon latine regula, a quo canonic⁹, a, um, quod est regulare. Aug. lib. iij. de ciui. dei. Quam solis obscurationem nõ ex canonico syderum cursu accidisse satis ostendunt. Et canon interior scuti locus quo brachia immittunt.

¶ Canonizo, as, latine regulo καὶ ἐλληνιστὶ κάνον ἢ κάνισματα, græce regula & regulamenta.

¶ Canop⁹ pe. pro. ciuitas Ægypti distãs ab Alexandria. cxx. stad. Ex qua ortum ferunt Claudianum poetam, dicta quasi canobus a Canobo Amydeo Menelai nauis gubernatore ibi sepulto. Nam deuicta Troia in Ægyptum, vi ventorum delatus cum Helena gubernatorem ictu serpentis, quẽ Hæmorrhoida vocant amisit, in eiusq; memoria vrbem condidit relictis ibi ijs, qui ad nauigandum inutiles erant. Hęc salubris acris benignitate hoĩes allicit. Est ibi nili ostiũ quod cãnopicum vocant. Hinc canopitæ pe. pro. dicti sunt qui canopum habitãt. Canopicus, a, um, possessiuum a canopo. Var. Nobis sarpedæ videmur cum simus canopici.

¶ Canabri pe. cor. Hispanię populi sunt ĩ extremis lusitanis finitimi ijs qui tractũ trãs Duriã seruãt. Hi efferi sunt & nullam vitã sine armis esse existimãt. De quibus Sil. Cantaber ante omis hyemis æstusq; famisq; inuictus. Et mox. Nec vitam sine marte pati, quippe oĩs in armis. Lucis causa fita est dãnatum viuere paci. Cantabroꝝ regio Cantabria dr̃. Suet. Domuit aũt partim ductu, & partim auspitijs suis Cãtabriã Hinc cantabrius, a, um. Florus lib. iiij. Totam amplexus cantabriam efferã gentem ritu ferarum quasi indagine debellabat. Cantrabricus, a, um. Sueto. in Aug. Extrema bella duo omnino ꝑ se gessit Dalmaticũ & Cantabricũ. Memorię ꝓdi tum est cantabros solitos canere pæana læticię suffixos crucibus ab hostibus. Cur aũt septẽtrionales sint ad armã prõptissimi ruantq; in ferrũ sine timore causa est sanguinis abũdantia, sicut docet Vict. lib. vi. e contrario meridiani populi propter sanguinis exiguitatẽ timidiores sunt ferro resistere, sed ardores & febres sustinere sine timore, tamen corpora septẽtrionalium a febri sunt timidiora & imbecilla.

¶ Cantharus pe. cor. & cum /th/ aspirato, græcum est, quo significatur poculum, quod Baccho tribuitur, sicut scyphus Herculi, a cantharo quod erat nauigij genus. Vlp. scribit cãtharos esse, ꝑ quos aquę saliunt. Et cantharus animal est, cuius fœmina nõ inuenitur. Col. lib. viij. Nam & alecula modo capta, & cantharus exiguusq; gobio quisq; denicq; est incremẽti minuti pisces maiorem alit. Et cantharus Latine scarabeus dicitur. Vnde cantharo lethros locus est paruus in Thracia, in qua vnum hoc animal necatur ὄλεθρος pernicies dicitur. ♁ Item Cantharus signum in cœlo tribus stellis cõstans in aquario. Scribit Laer. deorum colloquia fieri per cantharũ & accipitrem.

¶ Cantharis, idis, vel cantharida, æ, vermis terrenus viridis auri colore superlucens, & nascitur in summitate ramorum faxini & oliuę, cuius succus in venas ingressus, vt venenum interimit, & humano corpori applicitus vesicas plenas humore facit. Ouid. Cantharidum succos dante parente bibas. Hie. Ne magnopere glorieris si facias quod scorpiones facere possunt & cantharides. Cantharides etiam ficoꝝ vermiculi dicuntur & pyri & pinus.

♁ Cantharia gemma ab effigie scarabæi coguominata.

¶ Cantherius, equus cui testes amputati sunt, qui ideo fit mansuetior. Varro. Et ideo ꝙ semine carent ij cantherij appellantur, distatque ab equo sicut capus a gallo. Et cantherij sunt, qui a rusticis fere nominantur caballi, quia ipsos equos cantherios vocamus, qui subijci solent a fabris materiarijs, dum moles arborum secant. Item cantherij Tigna dicuntur. Victr. libr̃. v. Et cantherij prominentes ad excremã suggrũdationem, supra cantherios templa. Item cantherius, vt author est Varro. Mons est in Sabinis. Et cantherius genus iugi in vinea dicitur.

¶ Cantherium vehiculi gen⁹, de quo Sene. epistola. lxxxvij. Mar. Caro Censorinus cantherio vehebatur Æthiopico. Colu. libro. v. Si regionis conditio pmittit deponemus hastilia, quibus adnectuntur singulæ transuersæ pticæ ĩ vnam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

partem ordinis quod genus iugi cantherium vocãt ruſtici. Idem. Iis vt dixi cantherius propius a terra, q̃ viribus ordinarijs ſummittendus eſt. Hinc cantheriatus, a, um. Colu. lib. vi. Quæ pedamĩnibus adnixe ſingulis iugis imponũtur eas ruſtici cancheriatas appellant.

¶ Canth⁹ cum /th/ aſpirato, ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur. Per. Verrentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum. Hiero. lib. iij. Reg. Et axes earum & radij & canthi & medioli omnino fuſilia. Canthos etiam græci angulos oculorũ vocant, ſeu palpebrarum pilum.

¶ Canthes organorum fiſtulę.

¶ Canuſium Apuliæ oppidum, vbi lana laudatiſſima fit, q̃ canuſina dicitur, cuius color eſt rutilus. Vnde Canuſinatus dicitur, qui eſt indutus canuſina veſte. Mart. vt canuſinatus noſtro ſyrus aſſere ſudet.

¶ Cappa nomen literę græce pro qua latini vtuntur c. Quo nomine græci, vt Suidas docet, cum malum hominem volunt prouerbio ſignare vnum cappa, cum peiorem duo, cũ peſſimum tria habere cappa dixerunt, volentes eum intelligi eſſe cretenſem cilica Cappadocia, qui ſingularis fuiſſe improbitatis exiſtimãtur.

¶ Capparis pe. cor. in Salomone frutícis genus eſt in oriente ſimile lentiſco calidę & ſiccæ virtutis, naſcitur præcipue in parietinis, hoc eſt muris veteribus, & ſplenetícis prodeſt. Seritur quoq; in locis ſiccis area circum effoſſa ſtructis vndiq;, aut ex natura ripis, aut ex artificio lapidum, vt luxuriant permittatur. Col. Capparis & triſtes inulę ferulæq; minaces. Dicitur & cappar. Palla. Hoc menſe mẽtha & paſtinaca thymũ & origanum & cappar. Suidas. κάππαριν παρὰ τὸ ἐκτὸς καμπου αἴρεσθαι τῆσ δὲ βοαδύκησ ὁ καρπὸσ ὀνήσιμοσ, ✳ .i. Capparis ex κάμπου eligẽdo, hærbę aũt fructus vtilis.

¶ Cappadocia Pontica regio eſt, vt ſcribit Soli. quę lęuo latere vtraſq; Armenias comagenemq; tangens dextro multis Aſię populis circũfuſa ad tauri iuga, & ſolis ortus attollitur. Euphrates eam ab Armenia maiore diuidit. Appianus minoris Armeniæ partem. Ptole. vero minorem Armeniam eſſe ſcribit. Dicta Cappadocia a cappadoce amne, ante Leucoſyria vocata. Vnde cappadoces Leucoſyrij. Hinc cappadox, ocis, pe. cor. pro eo qui eſt ex Cappadocia. Luca. libro. ij. Cappadoces mea ſigna timent. Cappadocus, a, um, poſſeſſiuum. Per. Nec ſit præſtantior alter. Cappadocas rigida pinguis pauiſſe caſtata. Suidas κάππαδοκία κεῖται καὶ κιλικία. Cappadocius, a, um, apud Apul.

¶ Caper mas inter capras caſtratus. Martia. Dum iugulas hircum factus es ipſe caper. Nam Vergi. improprie caprum pro hirco poſuit, cum dixit. Vir gregis ipſe caper, ſicut etiã improprie brutum animal virum appellauit. Ponitur tamen quandoque pro maſculo caprarum, & Aries pro maſculo ouium, dum ſunt adulti, nec tamen coierunt. Nam qui minores ſunt inter capras hœdi, inter oues agni dicuntur. Sed qui poſt calendas Auguſti concepti ſunt vocantur ſocordes. Et dicitur caper ſiue capra a carpendis virgultis. Rodit enim omne virgultum, & in primis vites, propter quod Baccho immolari caper ſolebat. Eſt & Caper nomen ꝓprium grammatici.

✳ Capetus Albę rex fuit Cappis filius, & Tyberini pater.

¶ Capra quaſi carpa q̃ virgulta carpat, vel q̃ capret aſpera, vel a crurũ crepitu. Vnde & crepas eas antiqui vocabant. Sunt autem capræ domeſticæ. Capreę ſylueſtres. Et capra a capro. Caprea a capreo licet non ſit in vſu, cuius diminutiuũ eſt capreolus. Similiter caprelus a capro. Capella capra diminutiua ſunt.

¶ Capreus, a, um, quod ex capro, ſiue capra eſt, vt pellis caprea.

¶ Caprin⁹, a, um, idem quod capreus, vt caprinum ſeuum.

¶ Caprillus, a, um, idem quod caprinus, ſicut ab oue ouilus. Varro ſcribit ſtercus caprillum & ouillum & aſininum tertio ordine in agris ponendum.

¶ Caprea penultima correpta, animal ſylueſtre quantum ad græca vocabula, nomẽ a videndo, atq; clarius aſpiciendo inquit Hiero. ſortitum eſt. Nam in natura ſua habet, vt non ſolum ipa videat, ſeu perſpiciat acerrime, ſed vt alijs viſum præbeat. Aſſerũt em̃ hi quib⁹ medicinæ peritia eſt, huic aãli intra viſcera humorẽ quẽdã ineſſe, qui caliginẽ depellat oculorum & obtuſiones quoſq; viſus exacuat. Caprearum genera compluria enumerat Plinius libro. viij. Eſt Dama quæ raro manſueſcit, nebros etiam appellata. Sunt Ibices maxime perniciaris. Sũt Rupi capreę. Sunt Pigardi. Sunt Origes ſoli cõtrario pilo veſtiti & ad caput verſo. Sũt Strepſicerotes & Phariceroteſ, hi a cornibus latis, illi contortis nomen adepti. Eſt & caprea vitis dicta, vt inquit Var, q̃ pariat capreolum. Et caprea inſula vltra Surentum Campaniæ vrbẽ circiter octo milia paſ. nobilis coturnicum multitudĩe, quæ ex Italia volantes illic principio autumni capiuntur.

¶ Caprarius cuſtos ſeu exercitator caprarum, ſic & caprariã.

¶ Caprimulgi, aues ſunt merulę aſpectu aliquando grãdiores fures noctumi, interdiu non videntur, nec ipſi vident intrant ſtabula, caprarumq; vberibus propter ſuccum aduolant, qua iniuria emoriũtur vbera. Hos Ariſto. a caprarum mammis Ægotelas vocat.

¶ Capraria inſula in mari thuſco, ſeu liguſtico capris abundans, quem Græci Ægilon dicunt.

¶ Capreolus cum accentu in antepe. animal ſylueſtre, diminu. a capreus. Verg. Prętera duo nec mihi tuta valle reperti capreoli. Eſt & capreolus colliculus intortus in vitibus, vt cincinnus. Is enim vites capit. Vnde & a capiendo capreolus eſt dictus. Græci hunc helicem, noſtri etiam Pampinum, & clauiculam appellant. Et capreolus, vt lib. xij. Col. author eſt, genus eſt bicornis ferramenti.

¶ Caprigenus, a, um, pe. cor. quod eſt ex caprarum genere.

¶ Caprile penul. produ. locus vbi capræ ſeruantur, ſicut ouile, vbi oues.

¶ Capricornus, cœleſte ſignum quod pana fuiſſe exiſtimãt, qui poſteriorem partem in effigiem piſcis, priorem vero in formam hirci commutauit, cuius ingenium admiratum Iouem ferunt hanc figuram in cœlum tranſtuliſſe. Stellam habet in naſo in pectore duas, in pede duas, iter ſcapulas ſeptẽ, in ventre ſex, in cauda duas.

¶ Caprificus pen. pro. a carpendo, q̃ parietes, ac muros carpat. Mar. Marmora meſſalę ſcindit caprificus. Eſt enim ſyluestri ficus genere nullo vnq̃ tempore matureſcens, quę fere ruptis ſaxis ſolet erumpere. Teren. in Adel. Illic etiam vbi caprificus magna eſt, caprifici etiam appellati ſunt canicularesdies, q̃ eo fere tempore liberi ſimul atq; ancillę ſub arbore caprifico ſacra faciebant.

¶ Caprificatio a Plin. vocatur in arboribus quotiens illarũ cortex per ver cultello finditur, vt commodius prorũpant arbores, atq; creſcant ſimilitudine caprifici, quæ ruptis muris intumeſcens exit. Sunt tamen qui eam ſacrificationẽ magis appellandam cenſeant.

¶ Capero, as, pen. cor. frontem rugis contraho, & aſperitatẽ vultus oſtẽdo, quod a criſpis caprorum frontibus, vel a cornuum caprinorum ſimilitudine tractum eſt. Vñ & caparatum rugoſum dicitur. Plaut⁹. Quid illud eſt q̃ ille caperat frontem ſeueritudine?

¶ Caphareus Euboiæ mons altiſſimus verſus Helleſpõtum apud quem plurima græcorum claſſis afflicta eſt propter Palamedis necem. Vnde & caphareum mare dictum eſt.

¶ Capis capidis, poculi genus a capiendo, cuius diminutiuum eſt Capidula. Capis vero ys, nomen eſt eius qui capuam ędificauit. Vergilius libro decimo. Et capys hinc nomen Capuane dicitur vrbi, de quo Dictys Cretenſis & dares Phrygius. Item interpres Quinti, Calabri poetæ libro xij. qui cum maieſtate Homeri videtur quaſi contendere.

¶ Capio, is, cœpi captum, ſignificat accipio. Verg. libro. iiij. Georgi. Cape ſacra manu, cape robora paſtor. Sed differunt, quia capere eſt cum effectu. Accipere cum quis non licet accipit vt habeat. Ideo vt Vlp. ſcribit non videtur quis capere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod eſt reſtiturus. Et capere eſt ſponte, vel non ſponte. Accipere tm̃ ſponte. Vnde dicimus cœpi labores, cœpi moleſtiam, cœpi vel ſuſcepi inimicitias, accepi calamitatem, cladē, contumeliam, vulnus. Valeꝛ. Max. Vt non coactus eſſem accipere, ſed ſua ſponte ſumere videretur. Habet interdum reciprocum vſum, vt idem ſit cœpi voluptatem, & cœpit me voluptas. Quandoq; capere eſt delectare, ineſcare, irrẽtire ex tranſlatione ferarum venatuſq;. Hor. in ſer. Te coniunx aliena capit meretricula Dauum. Quandoq; propitiari. Lucꝛ. lib. ij. Nec bene pro meritis capitur, nec tãgitur ira. Quãdoq; decipere. Verg. Captiq; dolis lachrymiſq; coacti. Quãdoq; eligere. Teren. in Hecy. Cum illum gnatum cœpimus. Quãdoq; perpeti, vt apud eundem in Heau. Dum abs te abſum. omnes mihi labores quos cœpi leues. Quandoq; tenere, vt in Eu. Dij boni quid turbæ ædes noſtrę vix capient. Quandoq; detinere, occupare. Cice. Nauem quandam pyratarum præda onuſtam cœpere. Varro. Quid hic venator non capit? Hinc vincti captiui dicuntur, q̃ non ſui iuris ſint, ſed in poteſtatem aliorum redacti. Quoniam autem qui ita capti ſunt, non ſunt amplꝰ ſui iuris, ſed libertate priuati ſunt, ideo captos quando q̃ pro priuatis ſiue impeditis accipimus. Hic mente capti dicuntur amentes, hoc eſt qui mentis compotes non ſunt. Capti oculis, qui officio oculorum priuati ſunt Et capere, eſt amorem accendere. Vnde Capti amantes dicũtur. Lucil. Ne aſpectu & forma capiare aliena. Multa alia ſignificat pro diuerſitate rerum cum quibus iungitur, vt capere manu eſt comprendere. Capere oculis, videre. Capere auribus, audire. Capere mente, intelligere. Capere conſilio, eligere. Capere aſtu vel dolis, decipere. Capere cantu aut voluptate, delectare. Vergi. Carmina quo captæ. Capere conſilium, eſt deliberare, Cicero. Cum autem conſilium hoc princeps cœpiſſet. Capere rationem eſt modum inuenire. Plaut. Rationem cœpi, vt & amanti obſequerer, & patrem non offenderem. Et capere, facere. Terentꝰ. Non ſi capiundos mihi ſciam inimicos omnes homines. Huiꝰ verbi compoſita ſunt. Accipio, a quo prẽaccipio, concipio, decipio, excipio, incipio, intercipio, percipio, prẽcipio, recipio, ſuſcipio, & vſucapio, q̃ ci, ſyllabam cor. habent. Deriuata ſunt quæ ſequuntur. Et p̃terea Auceps, forceps, princeps.

¶ Capto, as, frequentatiuum, a quo captito aliud frequentatiuum, licet non ſignificent frequenter capere, ſed blandiris illecebris & huiuſmodi aliquid venari, vt hic obſequẽdo captat auram popularem. Mar. Capto tuam pudet, ſeu capro maxime cœnam. Tu captas alias iam ſumus ergo pares. Hinc captator venator, & captatio venatio. Cic. Captator ille popularis aurę. Aliquando captare, capere, decipere. Mar. Si captare feras aucupis arte placet. Cice. Captatio calliditas inſidiæ fraus.

¶ Capeſſo, is, ſſi, ſſum, ſecũdũ Dio. vel capeſſiui, itũ, ſectũdũ Priſ. verbũ actiuũ. Nã dicimª capeſſo, or, & ſignificat capio, ſiue ad capiendum eo. Sal. lib. ij. hiſt. Diuerſa vti ſolet rebus perditis capeſſiuit. Liui. lib. i. tãtum p̃ capio poſuit. Ergo vt ſegregaret pugnam capeſſit fugam. Similiter Apul. Dum ſi mul illi, & gratias agerem, & dona capeſſerem. Verg. p̃ exequendum ſuſcipio. Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Plaut. in Aſi. pro immitto. Quãto magis in altũ te capeſſis, tam ẽſtus te in portum referet. Idem Am. pro recipio dixit. Nunc pergam hera imperium exequi, & me domum capeſſam.

¶ Captiuus dicitur, quaſi capite diminutus, qui ingenuitatis fortuna excidit, cum non ſui iuris ſit, ſed in aliorum poteſtatem redactus. Hinc captiuo, as, quod eſt captiuũ facere. Captiuitas ipſa decẽtio, grẽce autẽ ἁιχμάλωτ & ἀιχμή καὶ ἀιρεῦμαι ἔιδ'ὁμην, id eſt quaſi cuſpide, aut ferro captus.

¶ Captus, a, um, participiũ eiuſdẽ ſignificãtiæ cũ ſuo verbo. Et quandoq; pro priuato, ſiue impedimento ponitur. Vnde mente capti, capti oculis, qui officio mentis, vel oculorũ priuati ſunt. Et capti dicuntur amatores a tranſlatione ferarũ. Teren. captus eſt, pro eo quod eſt tenetur & irrẽtitur.

¶ Captus, us, ſors intelligitur. Teren. in Adel. Præterea vt captus eſt ſeruorum non malus, hoc eſt ſe habet ſeruorum conditio, ſicut exponit Do. Aliquãdo captus deceptio, cuiª dimi. eſt captiũcula, quę & captio dicitur. Item perceptio qđ homo capere poteſt. Sene. Quod captu quidem difficile eſt, ſed facile memoria retinetur. Vñ & pro capaci ponitur quãdoq; Cicero lib. ij. Tuſcu. Crẽci prudenter vt eſt captus hominum, id eſt tam prudentes, q̃ capax prudentiæ eſt hominum natura. Apul. dixit ſupra captum cogitationis pro eo, quod eſt ſupra, q̃ quiſpiam cogitatione capere, & complecti poſſit. Item delectatio. Cice. Non poſſum adduci & ſuſcipere pecunia captum.

¶ Captio ipſe actus capiendi ſeu decipiẽdi, ſeu id per quod quis capitur, cuius diminu. eſt captiuncula. Gel. Quid autẽ legis iſtius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua hæc eſſe neceſſum eſt.

¶ Captioſus, a, um, quod capit ſeu decipit, & dolis plenum eſt. Gel. Non eſſe captioſis quæſtionibus reſpondendũ. Hierony. contra Vigi. Captioſa eſt iſta concluſio.

¶ Captura decẽtio. Vnde in Euãg. legit. In captura piſcium ð Aliquando dicitur locus capiendis piſcibus aptus.

¶ Capax quod aliquid capit, ſeu continet, aut continere poteſt. Eius contrarium eſt incapax.

✳ Capacius comparatiuum eſt a capax, & ſuperlatiuum capaciſſimum. Cc.

¶ Capſa a capio quod res in ſe recõditas, capiat, vel a κάμπτω, quod eſt curuo, cuiª dimin. eſt capſula, a quo capſella. Hiero. li. i. Reg. Vaſa aurea quæ exoluiſtis ei pro delicto ponetis in capſeliã, ſed tm̃ quid ſit capſa, & vnde dicatur, Suidas noſter ita ſcribit. κάψα λέγεται κυρίως κίστη καὶ θήκη.

✳ Capſa proprie dicitur ciſta & theca.

¶ Capſarius, qui mercedis gratia ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipit, cuſtos capſarum. Et capſarius, qui portat libros. Aug. in Pſal. interpretatione. Modo nobis ſeruiunt Iudæi tanq̃ capſarij noſtri ſunt, ſtudentibus codices portant.

¶ Capſus, Carruca vndiq; tecta.

¶ Capſaces pe. cor. lechytus oleiq; vas. Cypria. lib. ij. epiſto. Fidelia fratris non deficiet, & capſaces olei non minuet. Sic Hierony. ad Euſto. Vidua ſareptana ipſa cũ filijs nocte moritura prophetam paſcit eſurientem, & mirum in modum capſace completo, qui alendus venerat alit.

¶ Capedo pe. pro. dicitur ſpatioſum aliquid, & rei alicuiª capax. A quo fit intercapedo & diſcapedino, as, & diminu. capeduncula. Capedunculas vero Nume accepit. Cic. pro vaſis, vel armarijs traditionum eius.

¶ Capula, vas vinarium, qua veteres vtebãtur, q̃ facile capi poſſet. Var. Capis & minores capulę a capiendo nominãtur, q̃ anſatę ſint. ð Vel a græco q̃ calpim, & capium digitatos, anſatoſq; crateres erythris fingi ſolitos philemon, & Pamphilus ſcripſere.

¶ Capulator, qui capulis oleum deplet.

¶ Capulus & capulũ dr̃, quicquid rem aliquam intra ſe capit. Col. lib. v. Neq; em̃ canterius editior eſſe debet pedali altitudine, vt ſit quæ teneri adhuc pãpini capillis ſuis prolixiª illigent. Vnde & id quo mortui efferuntur, Capulª dicit, & Sarcophagum. i. ſepulchrũ capulũ dicitur, q̃ corpora capiat. Apul. lib. iiij. me. Ibi capulos carie, & veruſtate ſemitectos, quibus inhabitabãt puluerei & oneroſi mortui paſſim ad futuræ prædę receptacula reſeramus. Et capulus manubrium gladij q̃ manucapiatur. Ver. Capulo tenus abdidit enſem. Sueto. in Calig. Veniam inquit, veniam & hic mecum, capulum gladij crebro verberatus quo cinctus erat.

¶ Capularis ſenex, id eſt capulo intimus, vel morti cõtiguª & mox capulo efferendus. Reumq; capularem dicebant, q̃ capulo dignus eſſet.

¶ Capulum, nodi genus in fune, quo indomita iumenta capiuntur.

¶ Capiſtrum capitis vinculum, quod equis & huiuſmodi animalibus adhiberi ſolet ne fugiant. Martialis. Paret purpureis aper capiſtris. Colu. libro. v, vitibus attribuit, cũ inquit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quare cum ad ſummum palum recta vitis extenta eſt capiſtro conſtringitur, ne fœtu grauata ſubſidat, curueturq; Et capiſtrum dicitur, ꝙ circa os brutorum inuoluitur, ne cibos decerpant.

¶ Capiſtro, as, capiſtrum impono. Plin. Si inter arbores, vites ſq; aretur fiſcellis capiſtrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant.

¶ Capiſterium, genus vaſis ruſtici. Quod tamẽ vt Georgi⁹ Merula inquit Scaphiſterium melius dicitur.

dicatur ☞ Caput dicitur totum illud quod collo ſuſtentatur, inde dictum, ꝙ ab eo initium capiãt ſenſus & nerui. In ſummo em a natura collocatum eſt, vt in quo futura erat tota vis animantis. Alij a græco deducunt ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, quod eſt caput, vel ἀπὸ τῆς καρας eiuſdem ſignificationis. Vnde nucem Iuglandem κάρυον nominant a capitis grauedine ꝙ arborum ipſarum, foliorumque vires in cerebrum penetrent. Partes capitis diſtinguntur. Nã eminentior pars vertex appellatur. Tum corona capitis diuiditur in frontem anteriorem, & occiput poſteriorem partem, media vero ſunt tempora, quibus aues inhærent. Aliquando Caput dicitur origo, & principium. Verg. O latij caput horũ, & cauſa malorum. Aliquando pro vita ponitur. Nam maxime vita indicatur, vnde ſenſus omnes. Aliquando pro ſumma prima in pecunia a qua fœnus, aut alius quæſtus fit, veluti rei principium. Sed etiam ſortem dicũt. Et caput initia parua in libris quod capitulum apud vulgares dicitur. Gel. Quod in capite ſuperiore a Critolao ſcriptum eſſe diximus. Caput facere dicitur de ſuppurationibus, cum apoſtemata franguntur. Plin. de furunculis Remedio ſunt, quę diximus folia trita cũ polenta ſi non caput fecerint

¶ Capitis diminutio eſt prioris ſtatus permutatio. Cui⁹ tria ſunt genera, vt ſcribit Paul. Maxima, minima, media. Tria enim ſunt quæ habemus, libertatem, ciuitatem familiã. Igitur cum hæc omnia amittimus maximam eſſe capitis diminutionem, vt eſt deportatio. Cum vero amittimus ciuitatem & libertatem retinemus, mediam eſſe capitis diminutionem, vt eſt in colonias latinas trãſportatio. Cum libertas & ciuitas retinetur familia tantum mutatur minimam eſſe capitis diminutionem conſtat velut eſt adoptatio.

¶ Capitulum diminu. ſignificat paruum caput. Plau. Meum capitulum, meus ocellus. Teren. O lepidum capitulum. Aliquando dicitur initium ſententiæ, quod principia ſententiarum per metaphoram etiam capita vocantur. Item capitulũ dicitur caput columnarum. Plin. lib. xxxvi. Proximum columnis ſpirę ſubditę, & capitula addita.

¶ Capitellũ dimi. eſt a capitulũ quod modo ſignificat paruũ caput. i. groſſiorem ſummitatẽ cuiuſcũq; rei. Pli. Herba impia vocatur roris marina aſpectu thyrſi modo veſtita, atq; capitata. Inde ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes. Et capitellũ dr epiſtylium. i. caput columnarum. Nam baſis inferior pars eſt. Hoc & capitulum vocatur, græce θέσις.

¶ Capitulo, as, capitulum appono. Vnde capitulatũ dicit, quod veluti capitulum quoddam in ſummo habet. Plini⁹. Folia bouis linguę ſimilia minora ſubcandida, & in cacumine capitulata. Capitulare etiam eſt per capita diſtinguere. Et capitulata dicuntur ſcripta, quę per capita diſtincta ſunt. Vnde & Recapitulare eſt breuiter quę dicta ſunt per capitula recenſere.

¶ Capitatus, ta, tum, quod in caput latius creſcit. Vnde capitatum porrum. Col. lib. xij. Cultus autem porri capitati aſſidua ſarritio, & ſtercoratio eſt. Item capitata vinea ab eodẽ dicitur, ſicut & brachiata.

¶ Capitoſus, a, um, quod magnum caput habet. Interdũ dicitur quod eſt dun capitis, qui ceruicoſus appellatur.

¶ Capitale & p apocopen capital dicitur facinus, quod capitis pœna luitur. Plaut. in Menę. Tametſi capital fecerit facile aſſeruabis. Nonius docet capital eſſe capitis periculum. Varro vero faſciolam, qua capillos nectimus. Capitalis homo non ſolũ pro ſceleſto, qui eſt dignus puniri capite, vt apud Cice. lib. v. Phil. Ad quendam ſeptimum capitalẽ hominem collegam ſuum miſerat: ſed etiam qui eſt promptus ad cædem, vt idem. Trebatio. Tres viros vites cenſeo. Audito capitales eſſe. Capitalis oratio. Cic. lib. i. offi. Capitalis oratio eſt ad æquationem bonorum pertinens. Capitalis ira ab Hora. dicitur pro mortifera. Capitale odium. Capitalis morbus, ꝙ caput & vitam hominis petant. Capitalis locus dicebatur, vbi ſi quid violatum erat capite violatoris expiabatur. Capitale pactum, capitale vitium, id eſt propter quod debeat quis ad pœnam capitis peti.

¶ Capite cenſi dicebantur, qui inplæbe Rom. perq̃ pauco, aut nullo ære cenſebantur, a cenſione capitum, ꝙ ſolis capitibus cenſerentur, quibus proletarij nomen impoſitum a munere officioq; prolis edendę, ꝙ cum re familiari paua minus poſſent rempu. iuuare, ſobolis tamen gignendę copia ciuitatem frequentarent.

¶ Capitolium, locus Romæ ſic dictus a capite hominis ibi reperto dum foderent fundamenta. Ante enim Tarpeius mons dicebatur a virgine Veſtali Tarpeia, quæ ibi a Sabinis necataa, atq; ſepulta fuit. * Sed non ante.

¶ Capitolinus fuit cognomen eius, qui caput inuenit, cũ capitolium extruendum eſſet. ☞ Quo etiam cognomine dict⁹ fuit auctor quidam qui de Cæſaribus ſcripſit

¶ Capitium capitis tegmen a capite. Alij a Capio, ꝙ capiat, id eſt comprendat pectus. Var. de vi. pa. Tunicas nec capitia, nec ſtrophia.

¶ Capitulum, idem quod capitium.

☞ Capitones dicuntur duri, qui nunq̃ de ſua ſententia immutantur, vt apud Plaut. in Perſa.

☞ Capillus, quaſi capitis pilus, q̃uis & pro oĩ pilo ſumatur. Ouid. Quot ſunt mentula, quos habet capilli. Gel. capillum pro hedino pilo poſuit quum ait. Nam ſi ouiũ lacte hedi, aut caprorum alerent conſtat ferme in his lanam duriorem in illis capillum gigni duriorem. Capill⁹ veneris herba ſic dicta, ꝙ delapſos poſt alopeciam capillos recreat, ſiue ꝙ capillorũ flores coercet.

¶ Capillotenus pe. cor. ſignifi cat vſq; ad capillos.

¶ Capillare, eſt capillos facere. Plin. Polythrix in viridi capillatur, ſed defluuia comarum facere dr. Vñ capillatius, a, um, quod crines longiores habet. Cice. Capillatur ſolito.

¶ Capillamẽta qñq; capilli dñr. Apul. lib. ij. de aſi. Tanta eſt capillamenti dignitas, vt q̃uis auro veſte gemmis, omnicq; cętero mundo exornata mulier incedat tamen niſi capillum diſtinxerit ornata non poſſit videri. Plin. lib. xxi. Herba croci eſt folio anguſto pene in capillamenti modum. Transfertur quoq; ad hærbas, & arbores. Col. lib. v. Qui non ſolum in eo errabant, ꝙ primi anni capillamẽta ſeminũ intacta paterẽtur, ſed poſt bieniũ cũ viut radix recidẽda erat omnem ſuperficiem amputabant ſolo tenus iuxta ipſum articulum

☞ Capillatia vela dicuntur vela cilicina. Aug.

☞ Capillitium, idem quod capillamentum. Sic em̃ a capillo capillitium dicitur, vt a famulo famulitium, a ſatellite ſatellitium. Vnde Apul. Flauum capillitium dixit.

¶ Capua a camporum latitudine, in quibus ſita eſt dicta eſt vt inquit Cice. Liui. a Capy. Samnitium duce, qui lingua illa Falco a pede introrſus curuato vocatam ait, ſub cui⁹ augurio creditur cõdita. Verg. a Capy Æneæ cõmilitone, qui eam condidit. Strabo ꝙ eſſet. xij. vrbium caput, hoc eſt ipſa duodecima reliquis. xi. prędeſſet dictam exiſtimat. Quidam a capacitate, ꝙ omnem vitę fructum capiat. Euſtachius etiã ab vrbe, cui nomen campus eſſet vela camporum planicie, & abundantia, vt Diodo. qui. M. Genutio & Agrippa Curtio chilone Coſs. exædificatam eam tradit. Ab hac ea regio Campania dicta eſt, a qua Campani.

¶ Capus & capo. Varro. Ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus.

☞ Capſis antiqui dicebant pro eo quod eſt Cape ſi vis, ſicut Sodes pro ſi audes.

☞ Capharnaum ciuitas nobilis toti⁹ Galliæ metropolis, quã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dominus noſter ꝓpter diuium multitudinẽ frequẽtauit,& vehit in ciuitatem ſuam.

* Capnias gẽma eſt ſtella veluti fumo infecta,& veluti croco refulgens.

¶ Capnos latine fumus. Quo nomine dicta eſt etiam hærba naſcens in ſegete hordeacea,quę lachrymas vt fumus prouocat.Hinc Acapna dicta ſunt ligna ſicca,quę ſine fumo ardẽt. Et vinum capnias,hoc eſt fumoſum.

¶ Caprotinam Iunonem & nonas Iulias caprotinas veteres dixerunt.

¶ Capronæ iubæ,ſeu comæ in fronte deuexę, quaſi a capite pronæ.Lucil.li.vij.ſaty. Aptari caput atq; comas fluitare caproneas. Altas frontibus immiſſas,vt mos fuit illis.ð Heterio nomine dicũtur & Antiæ & Anteuentuli & Propẽduli.

¶ Caprunculum,vas fictile ſic dictum,ꝙ capax ſit.

¶ Capena pen.pro.oppidum vicinum Romę iuxta fontem Ægerię. Hinc capenas,atis,eſt capena porta Romę a capena vrbe,quam Italus rex ędificauit,vt inquit Soli.Hęc etiã porta Apia dicta eſt per quam Capuam itur, vt Frontinus lib. de aquę ductibus teſtatur.

¶ Carambis, promontorium magnum ad ſeptentrionem porrectum arietinę frontis habens formam,quod lõgo ſpacio pelago incumbens Scythiæ obiectum peninſulæ euxinum pontum bimarem videtur efficere. Dionyſius Libycus ἄει πρόσ βορέην τε καὶ ἀντολίην ὁρόωσαι μέσσαι δ' ἔνθαι δ' ὐ ὤ ἄνεχόσι κολῶναι ἣ μέμυ πειρυσ τίκ τὴν τε κλείουσ σε κάραμβιν. ð Id eſt Semper ad aquilonem & orientẽ ſpectant mediæ,vbi duo exurgunt iuga,quorum alterum humidum vocant carambin. Et Euſtathius eiuſdem interpres multa ſcitu digniſſima.

¶ Carabus pe.cor.genus piſcis.

* Caramus cancri genus.Similiter & carabus.Cc.

* Caraxus frater fuit Sapphus & amaſius Pyramidis meretricis,quam Sappho doricam nominat.Cc.

¶ Carbaſus pen.corre.gene.ſœ.ſecundum Priſcia. gene.maſcu. ſecundum Phocam. Probus vero & Caper dicunt eſſe maſcu.& fœmi.in ſingulari,neu.vero in plurali.genus lini eſt mirę tenuitatis in Hiſpania primum repertum, vt ſcribit Plinius .Ex carbaſo fiebant vela nauium,quę & ipſa carbaſa dicuntur.Cice.de ſuppli. Tabema carbaſeis intenta velis. Carbaſinis veſtibus indi & arabes corpora velant, quę ſunt auro purpuraq; diſtinctę ait Curtius. Noni. docet carbaſum eſſe pallium,quo fœminę amiciuntur opulentię cauſa,vt ſerico, aut tenui lino. Valerius Maxi. libro primo. Maxime vero virginis Aemyliæ diſcipula extincto igne tutam ab omni reprehenſione Veſte numen preſtitit. Qua adorante cum carbaſum quam optimum habebat,foculo impoſuiſſet ſubito ignis emicuit.

¶ Carbo dicitur cum extincta fuerit pruna. Perſius. Illa prĩ creta mox hæc carbone notaſti.i. nigro & extincto. Aliquãdo dicitur carbo cum eſt ignitus. Plin.lib.xvij. Et cum cinis in foco concreſcit, & cum carbo vehementer perlucet Græce Anthrax dicitur.Eſt & carbo viri cognomen.

¶ Carba ventus Aphrycus dicitur a Vict.noſtrę nautę carbinum nominant,quem Libycum hodie vel rura vocant.

ð Carbatinę,ſeu carbaſinę, & carpatinę crepidę. Vide infra in dictione Carpatinæ. Ariſtote.libro.ij. de animalibus ſcribit Camelos calceari carbatinis ne.ſ. in exercitu longiore itinere fatiſcant.

¶ Carbunculus diminu.paruus carbo.Et carbũculus tuber ſeu vitium ex inflammatione proueniens.A cãdenti carbone dictus propter inflãmationem .De hoc Cælſus.Nõ aliud carbunculo peius eſt.Eius hæ notæ ſunt,ruboi eſt,ſuperque eum non nimium puſtulæ eminent maximæ nigræ interdũ ſubliuidæ aut pallidæ. In his ſanies eſſe videtur.Infra color eſt niger,ipſum corpꝰ aridum & durius,q̃ naturaliter oportet.Præterea carbunculus vitium eſt in vitibus,atq; arboribus cum quodam quaſi vredinis carbone vuæ, & fructus vruntur. Terra enim ſole perferuet, ita vt radices ſatorũ cõburat.Plin.lib.xviij.Plęríq; dixere rorem iniuſtum ſole rubiginis cauſam eſſe, & carbunculi vitibus. Solet hic accidere vuis tertio & ſexto Idus Auguſti ſub decretorio illo ſydere,quod caniculam appellant. Var.lib.i.de re ruſti. vbi terrarum genera diuidit,ait. Lapis marmor, rudus arena, ſabulũ argylla rubrica creta carbunculus.Plin. Sic affligit & vitem carbunculus,quæ terra ita vocatur. Eſt & carbunculus gẽma propter colorem,ꝙ ſit ignitus,vt carbo,cuiꝰ fulgor nec nocte vincitur adeo , vt flammas ad oculos vibret. Gignitur in Libya apud Troglodytas. De hoc Hierony. Plin. lib. xxxvij. Principatum habẽt carbunculi a ſimilitudine igniũ appellati cum ipſi non ſentiant ignes. Vnde & a quibuſdam carbunculi dicuntur Apyraſtæ. Sumitur quandoq; carbunculus pro terra, vbi teſſellæ lapideæ & nigreæ reperiuntur. Pallad. In Iannario menſe carbunculus niſi ſtercoretur maceras vineas reddit.Plin.lib.xvi. Maximeq; fabulum humidum,aut carbunculum,aut topaceam formam.

¶ Carbunculare,eſt carbunculum pati.Plin.lib.xxiij.Succus eorum carbunculantibus circa oculos hulceribus excreſcentibus, & puſtulis efficax. Et carbunculare,eſt more carbonũ fieri.Idem lib.xij. Verum & his ſua iniuria eſt,atq; cœli intẽperie carbunculantur,fiuntq; ſemina caſſa & inania.

ð Carchoquios,animal cenulentum in dorſo,habens Iuvenſtre croceas maculas.

¶ Carchedon penultima producta,græce carthago dicitur. Inde carchedonius carthaginenſis. Vnde a Plauto dictum eſt,Carchedonius vocatur hæc comœdia latine pœnulus. Et carbunculos authore Plinio Carchedonios vocauere ꝓpter opulentiam Carthaginis magnæ. Dicta ẽ Carcheõ a carchedone conditore, cuius meminit Appianus. Sed vulgatior fama eſt conditam fuiſſe a Didone.Euſtathius multa in Dionyſio.Suidas. καρκηδὼν ἡ ἄφρικὴ ἐξ ἧσ ὡρμᾶτο, ὁ μέγασ κυπρίανοσ, τὴν τὴν σκιπίων καθεῖλεν ἔθνασ φῶ. ἣ μετὰ τὴν πρῶτόν συνοικισμὸν ἔτεσι ἑκατὸν ἐκτίσασα τῶν περιόκων. * Id eſt Carthago Aphrica, ex qua prodijt mãgnus Cyprianus, hanc Scipio cepit in parumentum,hęc eſt poſt primam extructionem ſeptingentos annos dominata eſt vicinis.

* Carcheſium,poculi genus. Verg. Hic duo rite mero libãt carcheſia baccho. Tradunt Iouem quoniam cum alchmena concubuit in precium ei concubitus carcheſium aureum dediſſe,eſt enim id vaſis genus procerum, ac circa media partem compreſſum, anſatum mediocriter, anſis a ſummo ad infimum pertingentibus.Cc.

¶ Carcer locꝰ in quo ſeruãtur noxĩ,vel vnde cũcti quis exire prohibetur, quaſi coarcer a coarcendo, vt docet Varro, ꝙ vincti in eo cuſtodiuntur,& prohibentur exire.Eſt enim cuſtodiæ locus,quę græce philaca dicitur. Vñ & in circo vñ emittebantur equi carceres ſunt appeliati, ꝙ coerceant equi ne inde exeant anteq; magiſtratus ſignũ miſerit. Et licet quidam dicant in ſingulari tantũ ſignificare cuſtodiam publicã in plurali currentium equorũ repagula, vel funes qui equis ad metam currere volentibus opponuntur. Cic. tñ vtrũq; indifferenter poſuit. Nam in Cato. ſic inquit.Nec vero velim, quaſi decurſo ſpatio ad carceres a calce reuocari. Et lib. iij.ad Heren.Quaſi ſi quis ad olympiacum curſum venerit & ſteterit vt emittatur, impudenteſq; illos dicat eſſe,qui currere cœperint, ipſe intra carcerem ſtet. Q̃ autem carcer pro facinoroſoꝝ cuſtodia a coarcẽdo dicatur,patet ex verbis Liuij lib.i.ſcribentis.Cum in tanta multitudine hominũ diſcrimine recte an perperam facti confuſo facinora clandeſtina fierent, carcer ad terrorem increſcentis audaciæ media vrbe imminens foro ædificatur. Carceres tamen interdum pro furibus,ſeu captiuis poniſolent.

¶ Carcerarius,a,um,quod ad carcerem pertinet. Plautus in Cap.Ægre mihi eſt hunc quæſtum facere carcerarium.

ð Carcereus,a,um,quòd eſt carceris. Amb,lib.de ratione.In exitu ipſo videmꝰ quẽadmodũ aĩa diſcedẽtis paulatim ſoluat ſe vinculis carnis & ore emiſſa euolet tanquam carcere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

corporis huius gurgustio exuta.

¶ Carcinus pen. cor. cancer animal, & signum cœleste. Vide in dictione Cancer. Luca. xiiij. Ter geminus chiron, & idem quod carcinus ardens Humidus ægoceros.

¶ Carcina ciuitas est a qua sinus carcinites, vbi & carnicitus amnis, vt author est Ptolemęus.

¶ Carcinoma, atis, penul. cor. cancer morbus. Plin. libro. xx. Aqua quoq; eius decocta neruos articulosq; mire iuuari, si foueat hulcera & recentia & vetera carcinomata, quæ nullis alijs medicamentis sanari possunt. Cato de re rust. Et si quid in mammis hulceris natum, & carcinama, brassicam tritã opponito, sanum faciet. Cælsus tria facit eius genera. Primum cacohethes cũ hulcus quidem pręssum est, sed quę circa sunt intumescunt. Secũdum sine hulcere. Tertium quod thymiũ vocat. Gręce carcinus dicitur.

⁂ Carcinias, gemma est marini cancri colore.

⁂ Carcinodes dicitur quando vitium cancri naturam sapere incipit. Cc.

¶ Cardia latine cor. Inde cardiacus penulti. corre. & cordiacus ἀπὸ τῆσ καρδίασ, id est a corde, siue ab ore stomachi, qđ cardiam quoq; Græci vocant, non q̃ passionem illam cor sustineat, sed stomachus, & periculum sit, ne cor attingat. Cor. Cęl. Cardiacus morbus ex nimia imbecillitate corporis, & languente stomacho sudore nimio nascitur. Iuue. Cardiaco cyathum non porrecturus amico. Est & cardia nomẽ vrbis in Thracia a cordis similitudine vocata. Solinus. Cardia q̃ in cordis facie sita sit dicitur.

♁ Cardopos, significat arcam panariam.

¶ Cardinum penulti. corre, hęrba suauis odoris, a quibusdã Nasturtium dicitur.

¶ Carduus, hærba vulgo nota, a qua carduelis auis appellata est.

¶ Carduelis auis parua, capite rubro alis luteis albo nigroq; distinctis, dicta q̃ carduorum semine pascatur.

♁ Cardo, inis, dicitur, quasi cor ianuæ, quo, s. illa mouet, nam vt animantia motum a corde suscipiunt, ita fores a cardine. Verg. Foribus cardo stridebat ahenis. Hinc apud Romanos dea cardea, quæ cardinibus pręerat, quasi cardina. Cardines etiã dicuntur altissimę cœli partes, quas Gręci polos, & Latini vertices etiã dicunt a similitudine eorum, circa quos valuæ voluuntur. Cardo in agrotum limitatione appellatur limes, qui per agrũ currit a mane ad septẽtrionẽ sicut decumanus vocat limes ille qui secat agrũ ab exortu ad occasum, vt inquit Pli. & Col. Ponitur interdum cardo p̃ oportunitate. Verg. Haud tãto cessabit cardine rerũ. Quod Ser. inde tractum existimat, quod in prouerbio dicitur. Res ĩ cardine est. Et circa id verti cardinem dicimus, in quo summa rei est.

♁ Cardineus, a, um, possessiuum vt ordo cardineus, aliquando pro pręcipuo poni solent.

♁ Cardinalis & hoc cardinale, idem quod cardineus. Cardinales in ecclesia vocantur, hi circa quos xp̃i fides vertitur.

⁂ Cardinea seu cardea dea erat, q̃ cardinib⁹ pręerat. Cc.

¶ Careo, es, carui & cassus sum, & caritũ & cassum secundũ Priscianum. Et est proprie carere rem desyderatam non habere. Ineſt enim velle desyderare in carendo. Et carere in bono dicitur non in malo. Et proprie videtur esse de ijs commodis, quæ olim possedimus, quibus indigemus. Nam qui priuatus est, nec vnquam regnauit, satis recte non potest dici carere regno, cum id elocutionis genus pertineat ad eos qui olim fuerunt reges, & postea regno expulsi sunt. Quod accidit Tarquino superbo. Construitur hoc verbum cum ablatiuo licet cum accusatiuo iunctum inueniatur. Plaut. in Menæ. Dare vna opera pensum postules inter ancillas sedere iubeas lanam carere. Quod est a carendo q̃ eam tum purgãt & deducũt, vt careat spurcitia. Ex quo caritate dicitur. Differunt enim ab inuicem careo & indigeo, q̃ indigemus necessarijs, vt vacemus literis, scilicet pecunia & libris. Caremus vero non indigemus honoribus, dignitatibus, & huiusmodi, quę non sunt necessaria, & tamen vellemus. Et caremus multis seruis, quamuis eis non indigeamus. Improprie tamen dicimus, careo damno, careo culpa, careo febre, significare volentes me non febricitare. Est enim Acyrologia, id est improprius sermo. E contrario dicimus habere febrem, cum illa nos habeat.

¶ Carex fœ. ge. hęrba & acuta & durissima similis asparago. Verg. Et carice pastus acuta.

¶ Carectum locus caricibus plenus. Idem. Tu post carecta latebas.

¶ Caries vetustas vel putilago. Lucil. lib. vij. Ne auriculam obsideat caries ne vermiculiq;. Aus. Ineas carientq; pati te charta necesse est. Sunt qui cariem interpretentur vermiculum illum, qui ligna rodit, & vulgo carolus dicitur. Col. lib. xij. Omnis materia in ædificia succidi debet luna decrescente ab vigesima vsq; in trigesimam, quia sic cęsa iudicatur carie non infestari. Pli. Cedri oleo peruncta materies, nec tineã, nec cariem sentit. Idem pro carolomento lib. xij. accepisse videtur, cũ inquit, celeriter ea cariẽ sentit. Hinc carios⁹, a, um, quod est carie plenum.

¶ Caras nomen proprium regis, qui regioni Cariæ nomen indidit, cares vero dictus est Statuarius Lisippi discipulus. Cares numero plurali populi a caria, cares sub Minoe fuerũt & tunc Leleges dicebantur, & insulas habitabant, postea facti sunt continentis habitatores multumq; maritimæ oræ, & mediterraneę occupauerunt.

¶ Caria regio minoris Asię inter Lyciam & Ioniam. Strabo cariam a Borea Mæandri flumine clausit, ab occidẽte Icario & myrthoo pelago, a meridie Rhodiensi. Ab ortu lycijs, & alijs gentibus, magnamq; tauri montis partem in caria concluſit, omnem oram Rhodiam ei attribuens, quæ meridionalis est. A Cara rege, qui prim⁹ auguria auium dicitur inuenisse. Cuius populi cares dicti, qui peculiariter sunt barbari nominati. Cariq; olim imperauit Mausolus, in qua Halicarnassus metropolis fuit, & Mausoleum illud celebratissimum quod inter septem spectacula numerari solet.

♁ Caricus, a, um, pe. cor. quod est ex caria.

♁ Caria ciuitas Peloponnensis, quę cum Persis hostib⁹ contra Græciam consensit, quę postea a Græcis deleta fuit. Auctor Victru. libro primo.

¶ Carra, æ, ciuitas Arabię ad rubrum mare, a qua carręi dicti sunt populi. Plin. Carræis latissimos & fertilissimos agros ab oppido Arabię, quod caria dicitur.

¶ Carræ, arum, ciuitas Mesopotamiæ trans Edessam Erassi, & Romani exercit⁹ cruore nobilis, Vnde Luca. Assyrias latio maculauit sanguine carras.

¶ Carrus & carrũ vtroq; modo dicitur, a cardine quatuor rotarum, vel q̃ currendo sonet. Cęsar. Inter carros impedimentaq; pręlium commiserunt. Hircius. Pompeius ea die p̃ viarum angustias carra cõplura, multosq; lanistas retraxit.

¶ Carrucha pe. pro. genus vehiculi, i. currus. Hinc carrucharius, qui carruchas agit.

¶ Carruchārius, a, ũ, qđ ad carruchã ptinet. Põpo. Pięrasq; mulas carruchārias tales esse, vt tranliri non possint.

¶ Carico, as, pe. cor. quid significet. Hie. expressit sic scribens Origenes maiora cogitans, propriumq; ingenium ferre non sufficiens oneribus maioribus caricabat se. Et cum sic incedere non posset ruina magna deuolutus est.

¶ Caros crapularis redundantia a καρόω perturbo, vexo, agito, seu a καρόομαι, quod est capite aggrauor oblidor velut ab oppressura capitis & ingenij offensione.

¶ Caryatides statuę mulierbres in ędificijs, vt ait Vit. sicut viriles, quę mutulos aut coronas sustinẽt. Telamones a nr̃is atlantes a græcis appellatę. ♁ Nã destructa carya, & interfectis viris matronę in seruitutẽ adductę fuerũt, nec sunt passę stellas deponere, vt ęterno seruitutis exemplo graui cõtumelia pressę pœnas pendere viderentur pro ciuitate. Ideo q̃ tunc architecti fuerunt earũ imagines ędificijs publicis desĩgnauerũt oneri ferẽdo, vt etiam posteris pœna caryatidum memorię traderetur. Alij a carya laconicæ terræ oppido.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Cariſſam antiqui pro vafro vſurpabant. ♁ Et nonnulli a carne deductum putauerunt.

¶ Caritas ſine/h/ a careo ſignificat inopiam. Liui. libro. xi. Caritas primum erat annonæ ex incultis per ſeceſſionē plæbis agris. Vnde & carus in ea ſignificatione, qua opponitur vili. Differunt tamen caritas & inopia, q̄ caritas ſit rerum pœnuria, quæ adhuc extant, inopia earum quæ non extant. Cicero pro domo ſua. Qua ex re primum notare deinde inopia. Caritas annonæ eſt, inopia ſeu pœnuria aliarum rerum. Charitas cum/h/ latine amor dicitur a χάρις gratia & amor. Et eſt quidem charitas amoris ſpecies, quæ ad homines tantum ſpectat pro dignitate & qualitate perſonarum, amor ad omnia. Nam maxima charitas debetur parentib⁹, proxima filiis, & deinceps reliquis. Sic charus cum aſpiratione ſignificat gratum, & amore deuinctum. ♁ Vel charitas, vt Speu. ait eſt integra animi declaratio ciuilis ſcientia honeſtorum atq; vtilium.

¶ Catinę, arum, nomen vici Romani, in quo fuit dom⁹ Põpeij. Verg. Lautis mugire carinis. Var. carinas dici putat ab eo q̄ hinc oritur caput ſacræ viæ κάρα latine caput dicitur.

¶ Carina penul. pro. pars nauis & ipſa nauis concauitas, licet quandoq; pro tota naui ponatur. ♁ Carina etiam eſt infima trabs, vbi nauis fundatur. Ouid. libro. iiij. de Pon. Dum mea puppis erat valida fundata carina.

¶ Carinare eſt in modum carinę formare. Plinius libro. ix. Saliunt pectines & extra volitant, ſeq; & ipſa carinãt. Et carinatum concauum. Aliquando carinare eſt probra obijcere, q̄ carinantes, id eſt proba obijcientes ſint infimę ſortis homines ſicut & carina.

¶ Carinatim ſignificat ad ſimilitudinem carinæ.

¶ Carmania regio maioris Aſię, cuius metropolis eſt Carmania, & populi carmanij, qui teſte Pom. ſine veſte ac fruge ſine pecore, ac ſedibus corijs piſcium veſtiuntur.

¶ Carmelus pe. pro. & cum vnico/l/ latine & græce dicitur. Hebraice vero chermel. Et ſunt duo montes authore Hiero. qui hoc nomine vocantur. Alter galileę prouinciæ, ī quo fuit Nabal carmelus maritus Abigail ad auſtralem plagã. Alter iuxta Ptolomaidẽ mari imminens, in quo Helias propheta flexis genibus pluuiam impetrauit.

¶ Carmon, eſt locus in Meſſenia, & templum Apollinis, in Laconia, & in Arcadia flumen, & mons in Peloponneſſo.

¶ Carmen quaſi canimen a canendo dici poteſt quicquid eſt metrice ſcriptum. Vnde Vergi. verſum vnum carmen dixit. Et rem carmine ſigno. Et duos ſimiliter cum ait. Tumulo ſuperaddite carmen. Tota inſuper Æneis hæroicum carmen dicitur, & carmen bucolicum, vt tale tuum carmen &c. Quandoq; carmen dicitur incantatio, vt carmina de cælo poſſunt deducere lunam.

¶ Carmen, quo Romani vtebantur in vrbium expugnatione erat huiuſmodi. Si deus, Si dea eſt, cui populus ciuitaſque Garthaginienſis eſt in tutela. Teq; maxime ille, qui huius vrbis tutelam recepiſti precor veneror q; veniamq; a vobis peto, vt vos populum, ciuitatemque Carthaginienſem deſeratis, loca ſacra, templa, vrbemq; eorum relinquatis. Abſq; ijs abeatis. Eiq; populoq; & ciuitati metum iniijcia tis, proditiq; Romam ad me, meoſq; veniatis, noſtraq; vobis loca, templa ſacra, vrbs acceptior probatiorque ſit mihi populoque Romano, militibuſq; meis præpoſiti ſitis, vt ſciamus intelligamuſque. Si ita feceritis, voueo vobis templa, ludoſq; facturum. Cc.

¶ Carmenta & carmentis Euandri mater a carminib⁹, quibus dabat reſpõſa cum proprie Nicoſtrata vocaretur. Erat hæc rerum futurarum admonitrix, quæ Phœbo dedicata carminibus oracula ſignificabat. Hinc carmentalis porta. Verg. Et carmẽtalem Romano nomine portam. Poſtea vero ſcelerata dicta eſt, q̄ per eam ſex & trecenti Fabij cũ diẽtum quinq; milibus egreſſi aduerſus Hetruſcos ad amnem cremeram omnes iterfecti ſunt. Ouid. Carmẽtis portæ dextro eſt via proxima iano. Ire per hãc noli quiſquis es, omen haber. Illam fama refert fabios exiſſe trecentos, Porta vacat culpa, ſed tamen omen habet,

¶ Carminare, eſt quaſi pectinare. Pli. lib. ix. Iuſſum eſt e quini quagenis faſcium libris quinas denas carminari. Et libr. xi. Hanc ab his quoq; gigni ſubigiq; vnguium carminatione mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine.

♁ Carmiarij vocantur lanarum purgatores, qui a ſpurcitijs purgant.

♁ Carius nomen filij Iouis & Danaes, qui diuinos honores in Lydia aſſecutus eſt, qui etiam monti nomen diuidit.

¶ Caro proprie mortuorum dicta eſt, q̄ careat anima, ingt Dona. vel/r/pro/d/ ponitur, vt ſit caro quaſi cado, quoniã cum ſine anima eſt, cadit. Verg. Belloq; caduci dardanidæ. At Hiero. inter carnem & pulpam ſic diſtinguit, vt Caro ſit quæ ſanguine venis, oſſibuſq;, neruiſq; conſtringitur. Pulpa quæ mãducatur, eo q̄ pulſetur & concidatur. Et non ſolum de animalibus, ſed etiã de piſcibus, pomiſq; caro dicit. Quidam hoc nomen a græco deriuant κρέας, a quo fit creo.

¶ Caruncula a nominatiuo caro diminu. eſt. Carnicula vero a carnis nominatiuo ſecundum antiquos.

¶ Carniuora pe. cor. dicuntur animalia, quæ carnes vorant. Vnde dicimus aquilam carniuoram. Pli. lib. x. Serratorum dentium carniuora ſunt omnia.

¶ Carneus, a, um, quod ex carne eſt, vt fruſtum carneum.

¶ Carnoſus, a, um, quod eſt pingue. Carnoſitas pinguedo.

¶ Carnarius, qui carnes vendit. Similiter qui in edenda carne delectatur carnarius vocatur. Martialis. Carnarius ſum pinguarius non ſum.

¶ Carnarius, a, um. quod ad carnem pertinet, vt carnaria taberna, vbi carnes venduntur.

¶ Carnarium proprie locus vbi caro ſalſa ſuſpenditur, ſeu reponitur. Plinius. Quippe e macello aut carnario viuendũ eſt. Quandoq; etiam dicitur locus, vbi carnes tantummodo venduntur. Plautus. Cœnam e carnario emit iam factus ſatur. Varro tabernam carnariam vocat. Qui vero carnes in carnario vendunt, etiam lanij appellantur, & carnarij. Interdum carnarium accipitur pro ipſa carne, ſicut cibarĩ pro cibo. Plaut. Qui mihi carnarium parauit ridiculus ad ientãdum. Et carnarium inſtrumentum dicitur cum pluribus vncis, quibus ſuccidę appenduntur.

¶ Carnifex, qui carnes ex hominibus facit. Hinc excarnifico as, pro excrucio. Teren. in Heau. Huiuſmodi ſemper commiſcere, vbi me excarnifices.

¶ Carnificor, aris, depo. ſignificat carnificis officium ago.

¶ Carnificium, ipſe actus carnificis, quod & carnificina dicitur.

¶ Carnificina, æ, penulti. produ. locus publicus, in quo iuſſu magiſtratus homines ſontes a carnificibus occiduntur. Plautus. Quid ſi deſperatis rebus carnificinam petat. Suetoni⁹ de Tiberio. Carnificinę eius oſtenditur locus capreis, vnde dãnatos poſt longa, & exquiſita tormenta præcipitari coram ſe in mare iubebat. Et carnificinà dicitur carnificis officium, ſeu excarnificatio, & cruciatus. Plautus in cap. Vel carnificinam hunc facere poſſum perpeti. Cyprianus ad Demetri. Quæ hæc eſt inſanabilis carnificinę rabies? quæ inexplebilis libido ſæuitiæ. Cato carnificinas dixit plurali numero pro tormentis & crudelitatibus. Vbi ſocietas inquit, vbi fides maiorum inſignitas, iniurias, plagas, verbera, vibices eos dolores, atq; carnificinas per dedecus, atq; ignominiam te facere auſum eſſe. Plaut. in ciſ. ſingulari vſus eſt. Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentũ. Cice. lib. iij. Tuſc. per tranſlationem dixit. Nam cum omnis perturbatio miſeria eſt, tum carnificina eſt ęgritudo, quia inſtar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum, excarnificatumq; conficit. Poſſet tamen hic carnificina accipi veluti pro fœmina excarnificante, ſicut a Plauto dicitur fœmina opificina.

¶ Carnificin⁹, a, um, ponitur pro crudeli & carnifice digno. Cic. Carnificina eſt iſta crudelitas.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Carna, dea quę vitalibus humanis, ſeu cardinibus præeſſe exiſtimabatur. Vnde Ouidi⁹ lib. vi. Faſt. Prima dies tibi carna datur, dea cardinis hęc eſt. Hæc ſtriges nocturnas puerorum, vt dicebãt cunas infeſtantes a limine ſummouebat.

ð Carnuntij populi, a carnunto dicti, de quibus Plinius lib. iiij. Superiora inter Danubiũ & Hircinium ſaltum vſq; ad pannonices hiberna carnuntij tenent, Germanorumque ibi confinium eſt.

ð Carnuntum oppidum, quod Germanię finis eſt. Plin. lib. vlt. abeſt centum. M. paſſuum a carnunto littus Pannoniæ, quo a Germania ſuccinum importatur.

ð Carni populi ſunt ſupra quos Appeninus mons incũbit lacum habens in amnem Iſaram confluentem, qui rapto ſecum Atrage fluuio altero effertur in Adriaticum ſinum.

* Carnorum regio eſt totius Gallię media Dryudum ſedes de quibus in dictione Dryudæ.

* Carninothum hęrba eſt quã nonnulli ſanguinariã vocãt. Alij polygonum dicitur, & carninothron. Cc.

* Capar veteres dicebant vas grande, quo vinum recondebatur. Cc.

¶ Carpathos pen. cor. Inſula contra Ægyptum media inter Rhodum & Cretam ducentorum ſtadiorum circuitum habens quatuor inſignis vrbibus, a qua vicinũ mare ad Ægyptum vergens Carpathium dictum eſt.

¶ Carpatinę pe. pro. calciamentum ruſticum a carnibus appellatum, & fiebant ex recentibus corijs bubalis.

¶ Carpentum vehiculi genus dictum, quaſi carmentum a Carmenta Euandri matre. Ouidius libro. i. Faſt. Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant. Hęc quoq; ab Euandri dicta parente reor.

¶ Carpentarius. faber qui carpenta facit. Et carpentarius faber lignarius. Hieronymus. Carpentarius artifex fecit ſcamnum. Carpentarius equus, qui carpentum ducit. Carpentarium opus quod ad fabrum lignarium pertinet. Hierony. in Exo. Et opere carpentario.

* Carpio piſcis notus, qui capitur in Benaco. Cc.

* Carpis Scythię fluuius eſt. Cc.

¶ Carpophorus pen. correp. nomen viri proprium, & latine dicitur fructifer, græci enim καρπὸν fructum φορεῖν ferre dicunt. Hierony. ad Euſto. de morte Paulę. Salue Efrata regio vberrima, atq; καρποφόρα, cuius ſterilitas deus eſt.

¶ Carpo, pis, pſi, ptum, decerpo. Vergi. Inſere Daphni pyros carpent tua poma nepotes. Item carpere eligere. Terentius in Adel. Vnum quodque quod erit belliſſimum carpã. Item reprehẽdere. Mar. Carpere vel noli noſtra vel ede tua. Item Frui. Verg. Carpamus dum mane nouum dum flumina creſcunt. Itẽ lædere, vt carpit enim vires, paulatim vritq; videndo fœmina, carpere viam eſt ambulare, carpere vitales auras eſt haurire, carpere lanam eſt attenuare. Ver. lib. i. Geor. Nec nocturna quidem carpentes penſa puellę. Neſciuere hyemem, carpere linum eſt euellere. Hęrbaſq; cum ſemine & radicibus carpunt. Carperę cibum eſt paſci, compoſita ſunt decerpo, excerpo, & diſcerpo. De quibus locis ſuis.

ð Carpocratęs nomen cuiuſdam hæretici, qui negabat mũdum a deo factum.

¶ Carptim aduerbium ſignificat hinc atq; illinc carpẽdo nõ ipſam ſeriem ſequendo.

¶ Carpinus pen. corre. genus arboris notæ de acerum genere. Columel. lib. vi. Quinetiam cornus & carpinus & ornus nonnunq;, & ſalix a plęriſq; in hoc ipſum diſponitur. Pallad. Carpinus vltima arbor.

* Carpohillos hæba eſt, daphnen nominant. Cc.

¶ Carta ſine/h/nomen fuit vnius ex Darij principibus.

¶ Charta cum/ch/aſpirato, eſt dictio Græca, & proprie ſit ex papyro, apud Græcos vero pro eo poni conſueuit, quod nos librum dicimus. Ouidius libro. iij. Triſ. Nullus in hac charta verſus amare docet. Hinc charta-ceus, a, um, Vlpian⁹ de leg. libro. iij. Quod ſi in codicibus ſint mẽbraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materię. Chartula diminutiuũ eſt, Hieron. Volo in chartulis meis ineptias ſcribere. Aliquando vero charta poni ſolet pro folijs, in quib⁹ ſcribimus, ſeu ſint papyracea, ſiue membrana, aut ex Pergameno, aut ex alia materia. Quinti. Cum aperto codice chartas explicaret. Vnde Sueto. in Nero. Plumbeam chartam ſupino pectore ſuſtinuit. Plin. lib. xiij. refert chartam Alexandri magni victoria repertã, author eſt M. Var. conditã in Ægypto Alexandri, & antea non fuiſſe chartarum vſum, palmarum folijs primo ſcriptitatum, deinde quarũdam arborum libris poſtea pauca monumẽta plumbeis voluminib⁹ mox & priuata linteis confici cœpta aut ſchœdis. Vopiſc⁹ in Aureliano. Quæ omnia ex libris linteis in quibus ipſe quotidiana ſua ſcribi præceperat.

¶ Charta fuit vrbs, haud procul a Tyro. Vnde fortaſſe, & chartago habet aſpirationem.

¶ Carthago vrbs Aphricę celebris, quę poſt Troianũ bellum, vt docet Euſe. a Didone condita fuit, & apud nos noua ciuitatem ſignificat. Eſt & alia carthago in Hiſpania, quam Haſdrubal condidit, quę noua perpetuo epithero dicitur ad differentiam carthaginis Libycę. Hoc nomen quidã a charta oppido, haud procul a Tyro dici putant. Cicero vero lib. ij. de natura deorum ſcribit dictam a carthagine Herculis filia cum byrſa diceretur.

¶ Carthaginienſes dictio ſex ſyllabarum eſt. Nam authore Priſcia. inter/n/&/e/intereponitur/i. Ait enim lib. iiij. Si tertiæ ſint declinationis abijciunt extremam/s/genitiui, & aſſumunt enſis, vt piſtor piſtoris piſtorienſis, carthago carthaginis carthaginienſis. ð Aennius. Hoſtem qui feriet mihi erit carthaginienſis. ð ſed hunc catalogum ſyllabarum doctiores deriderent & græci.

¶ Carthallum, caniſtrum. Hiero. in Deuter. Tolles de cunctis frugibus tuis primitias & pones in carthallo.

¶ Cartophylacum, latine ſcrinium dicitur, ĩ quo libri & ſcripturę reponuntur.

¶ Cartilago penultima correpta, concauitas illa, quæ eſt circa aures.

¶ Carteia, oppidum eſt Hiſpaniæ, carteſeos a Græcis dicitur. Vnde carteſius, a, um, vt Littus carteſium, in quo freti anguſtię ſunt.

¶ Caryca pen. correp. eſt genus ficuum a loco ſic dictarũ, vt docet Iul. Pol. Apud multos tamen pro ficu ficca accipitur. Ouid. libro. i. Faſt. Quid vult fama ſibi rugoſaq; caryca dixi. Tamen Suidas immo. xij. Illi Suidę compoſitores, aliter interpretãtur, ſcilicet καρύκη ἐδέσμα, ἐκ πολλῶν συγκείμενον βρῶμα, λῦον δὲ ἐξ ἁίματος καὶ ἄλλων ἐδεσμάτων ἀφ' οὗ καὶ τὸ συντα, ράττειν τι καὶ ἀναδεύειν καρυκεύειν φασί. * Id eſt caryca edulium ex multis cõſtãs Lydius cibus ex ſanguine, & alijs ferculis, a quo turbare καρυκεύειν dicunt. Eſt igitur ſi de etymologijs græcarũ dictionum græcis credimus farcimen illud, quod vulgo dicit baldoni, farcimẽ ex ſanguine, & alijs eſculentis, quod Lydij primi inueuerunt.

* Carnuſij populi ſunt Troglodytis finitimi pariter, & Æthiopibus in finibus Aphricę, & latus ad meridiẽ ſpectans inhabitant. Cc.

¶ Charybdis & Scylla duo monſtra ſunt in freto ſiculo, de quibus Verg. Dextrum Scylla latus lævum implacata charybdis obſidet. Eſt aũt loc⁹ ſicuti ſcribit Sal. iuxta Tauromitanũ littus, extatq; fabula charybdim mulierem fuiſſe rapacißimam, quę cum Herculis vaccas rapuiſſet a Ioue fulmi nata eſt, & in hoc monſtrum conuerſa. Eſt igitur charybdis mare periculoſum nautis, quod cõtrarijs fluctuũ curſib⁹ colliſionem facit, & rapta quęq; abſorbet & reijcit. Ouid. Et vomit epotas ſæua Charybdis aquas. Seneca ad Lucil. Scyllam ſaxum eſſe, & quidem terribile nauigantibus optime ſcio. Charybdis an reſpondeat fabulis perſcribi mihi deſydero. Facnos certiores vtrum vno tantum vento agatur in vertices, an omnis tempeſtas ac mare illud cõtorqueat, & an verũ ſit quicquid illo freti turbine arreptũ eſt per multa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

milia trahi. Thucyd. des lib. iiij. τοῦ δὲ πορθμοῦ ἡ μεταξὺ ῥηγίου θάλασσα καὶ μικρᾶς ἥκιστα ἤπειρου ἀπέχει ἡ ἐς Σικελίαν χάρυβδις καλουμένη τοῦτο. * Id est, Est autem fretum inter rhegium mare & messenē, a quo breui spacio Sicilia a continente distat, & est charybdis appellatum.

¶ Caryon nux dicitur a capitis grauedine, ꝓpter odoris grauitatem.

¶ Carion dicitur oleū quod fit e nucibus iuglādibus, & alopecijs vtile est, tarditatiq; aurium infusum, cæterum sapore graui. Vnde apud nos esculentis non admiscetur.

* Nonnulli carynion legunt.

¶ Caryopon nucis succū significat, vt inquit Pli. lib. xij.

¶ Cariotæ, siue caryotydes e palmis nascunt quas alij dactylos, alij palmulas, alij magaridas appellāt. Pli. Caryotas inter palmas celebratas cibo quidē & succo vberrimæ ex quibus ꝓcipua. Var. lib. ij. Non scitis palmulas caryotas syriā parcere muctas in Italiā non posse. Papy. in syl. Prægrandes vina capita inimica caryotides cādebant.

* Cariotes hærba est folijs myrti acutis & pungētibus, fructus eius nux vocatur. Cc.

¶ Carystees, & caristos sti. insula vna ex cycladibus sita in euboitico mari, varij marmoris ferax, excidebātur enim ibi colūnæ marmoreæ q̄ a loco etiā Carystęa appellabātur. Lu. li. v. Qua maris angustat fauces saxosa carystos. Senec. Ferax varij lapidis carystos. Hinc carystæus, a, um. Oui. lib. iij. fasto. Quaq; carystęis frāgitur vnda vadis. Est etiā ciuitas eiusdē nominis in euboia, vt lib. iij. Pto. scribit.

ȣ Caryum laconię oppidū, a quo diana Caryatis, ꝙ illic coleretur. Vitru. Caryā vocat. Vnde sunt. Caryatides columnæ in antiquis substructionibus celebratæ.

¶ Casa domus a cauatione dicta. Nā antiqui cauatas rupes inhabitabāt, Vel dicit a facile cadendo. Quippe a cado fit frequentatiuum caso, as. Diminutiuum a casa est casula.

¶ Caso, as, frequenter cado, a quo fit aliud frequenta. Casito as, quod significat frequenter cado. Paul. iurecon. Si antea ex regula casitauerit stillicidium postea vel ex tabulato vel ex aliqua materia casitare non potest.

¶ Casaria dicitur mulier quę casam custodit.

¶ Casabundus crebro cadens.

¶ Cassus, a, um, qđ est inane & vacuum fragile, atq; omni re carēs, vt cassa nux a Plauto, & Hora. dicta. Luca. Cassa fraude parat. Plau. in aul. Virginem habeo grādem dote cassam atq; illocabilē. Vergil. Lumine cassum & ętliere cassos dixit pro vita priuatos & vacuos. Vñ & cassis, & per diminutionem Cassiculus. Hinc incassum aduerbium.

¶ Casso, as, significat doleo, vt de euangelista Ioanne legit. Ex totius senatus consulto definitum est, vt quicquid Domitianus fieri voluisset cassaretur. Et cassare contundere. Verg. Cassataq; rates.

¶ Casa insula a Caso deomachi patre dicta, ab hac & Casius mons in Syria colonis eo deductis. ȣ Huius nōis prima breuis est. Ab hac & Casius mons in syria. Sunt autē multæ Casorum insulæ per ambitū a quibus vestis nomen casiaca qđ & nunc quoq; durat vulgo græci milites casianam vocant. Eusta. appellat a monte Casio.

¶ Cascus, a, um, significat vetus. Cuius verbi origo sabina est. Ænnius Q̄ primum casci populi genuere latini. Manilius ait cascū duxisse cascā non mirabile est. i. vetulā nupsisse seni. ȣ Cascinum oppidum dictum est ꝙ sit vetus. Et cassinū forum vetus appellant. Oscorum lingua.

¶ Casuar senex dictus. ȣ Et a cadendo deducitur, vt nōnulli volunt.

¶ Casius mons in finibus Ægypti Arabię conterminus magni Põpei tumulo clarus. A quo etiā fit casius, a, um. Luca. lib. x. Lucifer a casia ꝓspexit rupe diēq;. Est & in Syria antiochena casius mons super Seleuciā, cognomine Pieriā, vt author est Pli. Sed hoc casiū. ij. mōs apud Euphratē vbi Traianus dicauit crateras argenteos in templo Iouis casij cum epigrammate, quod Suidas prosequitur.

¶ Casia per simplex / s / frutex est amplitudine cubitorū triū suauissimi odoris & virtutis cynnamomi. Hier. appellat herbam cum in cāticis inquit. Casia quoq; qm̄ id genus hærbæ aquis in desinentibus nutriri dr̄, & coalescere, redemptionem humani generis per aquas baptismi indicat datā. Ouid. vt Plin. lib. xij. scribit iuxta Cynnami cāpos in æthiopia, sed in montibus crassior sarmento tenui cute verius q̄ cortice nasci tur. Sunt tñ qui dicunt casiā esse nomen hærbę atq; arboris sicut balsamus herba & arbor balsami. Verg. Tum casia atq; alijs intexens suauibus hærbis. Hæc alio nomine dicitur fistula, vt author est Hiero. in explanatione. ps. Eructauit, vocalis in laudes dei & omnes pituitas & rheumata voluptatū suo calore excoquens.

¶ Casæus a coeundo, vel vt inquit Var. a lacte coacto dicit. Nā fit lacte coagulato hædino ī primis vitulorūve coagulo ȣ Caseus musteus. i. recēs & mollis est magis alibilis q̄ vetus & aridus. Caseus oxygalacticus cōmendat a Galeno, dicitq; quasi acetosum lac. Nā græci τὸ ὀξὸς acetū vocant & γαλα, lac, vñ Galactopotæ dicti sunt populi quib⁹ lac victū ꝑstat.

* Casmœnas pro camœnas veteres dicebant.

¶ Casses rętia sunt ꝙ vacuas habeāt maculas. Vnde & cassum pro inani & vacuo, & incassum ꝓ frustra quasi absq; cassibus sine quibus venatio est inanis, tractū ab aranearū cassibus ꝙ sint leues & nullius ponderis. Sunt etiā casses galeæ ꝙ vacua sint ad capita recipienda. Sed differunt genere, & diuersum habent genitiuum. Cū enim significat laqueum vel ræte est gene. mas. & habet genitiuum nominatiuo similem vt cassis, is. Ouid. Incidit in casses prædapetita meos. Pro galea fœmi. ge. est, & cassidis genitiuū facit. Iuue. Lorica & fracta de casside buccula pendens.

¶ Cassida, æ, idem quod galea, Proper. Aurea cui postq̄ nudauit cassida frontem.

¶ Cassiculus diminu. a cassis pro ræte. Hieroñ. Nequaq̄ aranearum mihi opponas cassiculos. Dicitur & cassiculū a cassibus, per diminutionem dictum.

¶ Cassita penul. prod. auis quā alij alaudā, alij galeritū dicūt.

¶ Cassiteros pen. cor. latine stānū, vel plūbū dicit. Inde Cassiterides insulæ decē in Indico oceano, vnde plūbum cādidū effoditur. Pli. lib. iij. Ex aduerso celtiberię cōplures sunt insulæ cassiterides dictæ a grēcis a fertilitate plumbi.

¶ Cassiope siue cassiopea Cepheī regis æthiopum vxor & Andromedes mater quę cum nereidibus de pulchritudine certauit. Pro quo facto inter sydera constituta fertur. Est aūt sydus ita figuratum, vt in sella sedeat. Constat stellis. xxx. occidens, cum scorpione, capite cum sedili resupina ferri prospicitur. Exoriri autem cum sagittario.

* Cassius proprium nomen viri, a quo via strata cassia dicitur. Cc.

* ¶ Cassitias visci species in abiete & larice nascens. Cc.

¶ Caspium mare dr̄ quod inter caspios montes est a quibus nomen accepit. Et hircanos & immēsum occupat spatium. Caspię portę varię dicūtur. Quidā amazones portis caspijs egressas ad Alexādrum venisse in hircaniā prodidere. Sed illæ caucasiæ fuerunt per quas trāsitus est ex hyberia in scytiam. Neronis quoq; principis comminatio ad caspias portas, vt inquit Plin. Verum mons taurus tribus in locis interruptus quasi portis quibusdā transitur in Armeniā, in Ciliciam, & in Mediā. Sed illę tātum caspiæ portæ appellātur, q̄ apud Medos existunt, sicut ex Ptolo. Pli. & Strabone licet intelligere, per has trāsitus est ex Babylone ac Persida ad mare caspium. Et hinc fortasse caspiæ dictę sunt, ꝙ aliquæ gentes vicinis insident mōtibus appellatæ caspiæ. Iuga vero caspia procul hinc absunt, & ad Armenios vlteriores q; populos pertinent. Portę autem caspię (vt Solinus inquit) pādun tur itinere manu facto milibus octo passuum longo. Nā latitudo vix est plaustro permeabilis.

¶ Castalius fons caballinus & libethris dicit. Est in radicib⁹ Parnasi musis sacer, a virginæ Castalia, quæ Apollinem fu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gitans precipitata, & in fontem versa est, cuius aquã dicuntur bibere poetæ. Hunc fontem dicit Acron fuisse in Lycia, vbi armenta Apollo fertur pauisse.

¶ Casteria significat locũ vbi cũ nauigatio cõquiescit remi & gubernacula reponunt. Plau. Quin si pol reposui remum sola ego in casteria vbi quiesco omnis familię causa constitit tibi. ō Casteria etiã auctore Lactã. dicitur partica quã in naui hortator remigum tenet quasi incesserit remiges nõ desinunt, si deposuerit conquiescunt a labore.

¶ Castrum numero singulari locus est muris munitus, dictũ a casa, ꝙ sit coniunctio quędam casarum.

¶ Castra plurali numero appellãtur exercitus cum in ꝓpinctu pergunt, aut in certo quodlibet loci itinere demorantur. Similiter locus in ꝙ milites tentoria fixerunt vel ipsa tẽtoria in quibus milites diuersantur. Vñ & de nauibus. Verg. dixit. Nos castra mouemus qm̃ in illis milites essent. Dicta castra q̃si castra & castrata ꝙ ibi castretur libido. Inde em̃ mulieres abesse iubebat militaris disciplina. Vel a castri similitudine ꝙ fossa vallocꝫ quasi muro circundari solent.

¶ Castrametor pe. cor. castra loco vulgo a campare dicitur.

⁎ Castanea non a casto deducitur, sed greca vox est, quippe græci κας άνεων vocant e nucum genere. Vergil. Castaneę molles & pressi copia lactis. Cc.

⁎ Castaninum oleum ex castaneis factum. Cc.

¶ Castellum paruus vicus muris circundatus dimi. a castro. Et castellũ dicitur receptaculum illud quod aquã publicam suscipit ex quo fluit aqua fistulis. Frontinus. Omne plumbũ & omnes impensæ ad aquęductus & castella & lacus pertinentes inde erogantur.

¶ Castellani dicti qui castellum habitant, sicut ab oppido oppidani, & a vico vicini.

¶ Castellatim aduerbiũ quasi turmatim per castella dissecti. Liui. lib. vij. Vt hostes & nocturno pauore attonitos & circa collem castellatim dissipatos aggrederetur.

¶ Castrare proprie est virilia amputare. Iuue. Nullus ephebum Deformem sæua castrauit in arce tyrãnus. Licet & de quacũcꝫ truncatione siue priuatione quãdocꝫ dicatur. Pacu. Vt esset aliquis qui linguã eius castraret. Quidam castratos spadones & eunuchos ita distinguunt, vt castrati sint quib⁹ testes naturaliter desunt. Spadones quibus violenter detracta est virilitas. Eunuchi a dñis castrãtur vt diutius eis aburãtur, inde nomen ἐυνὴ ϗ ἔχω ἀλλὰ σπάω euello tamen spadones. Vlpia. tamen spadonum nomine omne genus euiratorum comprehendi scribit.

¶ Castrensis & hoc castrense quod ad castra pertinet. Vnde castrenses vigiliæ & castrense peculiũ est qđ a parẽtibus vel cognatis in militia agenti donatũ est, vel qđ ipse filiusfamilias ĩ militia acquisiuit, qđ nisi militaret nõ acquisiturus fuisset. Et castrensia bona dicuntur q̃ licet in militia filiofamilias non acquiruntur, ita tñ fiunt ipsius ac si acquisita in militia fuissent, vt sunt ea quę ex officijs acquiruntur.

⁎ Castrense verbum est quo heroes fortissimi ob rem bene gestam imperatores salutantur. Cc.

¶ Castigo, as, pe. pro. ꝓprie verbis reꝑhendo, quasi castũ. i. honestum ago. Verg. Hic grauis Entellũ dictis castigat Acestes. Quãdocꝫ castigare est vindicare, punire. Idem. lib. vij. Castigatcꝫ dolos, subigitcꝫ fateri. Hinc castigatum dicimus correctum, emendatumcꝫ. ⁎ Inde castigatio & castigatiuncula diminutiuum. Cc.

¶ Castitas & pudicitia paria putãtur, cum sit pudicitia ab iniuria turpium libidinũ libera. Castitas ab his cõtigi est remota. Verg. lib. ij. Geor. Casta pudicitiã seruat domus. Castum dicitur immaculatũ quasi castratum. Nã castrare est pudenda amputare. Qui vero sine pudendis est necessario castus est. Per trãslationem castus capit̃ pro honesta & continenti, vt sit castus q̃si vacuus. Plaut. in penu. Vt deceat nos esse a culpa castas. Vnde dicimus vxorem castã, & castum cãtum in quo nihil est lasciui. Et castã manum quæ se ab alienis continet. Item pro pio & religioso. Verg. Quicꝫ sacerdotes casti dum vita maneret.

⁎ Castitudinem ꝓ castitate veteres vsurparũt. A Casto fiũt aduerbia Caste. i. pudice, Castius, castissime. Cc.

⁎ Casta mola dicebatur sacrificij genus, quod vestales virgines faciebant. Cc.

¶ Castor animal latine fiber ponticus, cuius testiculos medici castoreum vocãt. Hic comprensa parte non anteq̃ concrepuerint ossa morsu resoluit. Castor & pollux fratres q̃s Tintaridas vocãt, sicut & Helena eorũ soror Tindadaris nuncupata, græce dioscurri appellãtur. Hi post mortem inter notissima sydera cõstituti fuere. Quod plane signum gemini dicitur & gẽtibus pro dijs habiti sunt. Vnde Romę in foro erat ædes Castoris & Pollucis, qm̃ sicut Diony. lib. vi. antiquitatum scribit, in pugna ad Lacum regillum apparuerũt forma angustiore ducentes equitatum Romanũ aduersus latinos, qui hastis feriebãt propellebãtcꝫ aduersarios, socios vero cohortabãtur. Quæ potissima causa fuit, vt latini fugarent & castra caperentur. Idẽ moxvisi sunt sudorem equoꝝ abluentes iuxta fontem Iuturnæ. Deinde cõspectu mortaliũ se subduxerunt. Castor quocꝫ & mecastor & peręcastor aduerbia iurandi quasi per ædem Castoris.

ō Casterochiras vẽtri manos vocãt, qm̃ suo artificio viuãt.

¶ Castula palliolum quo puellæ nudæ infra papillas pręcingebãtur. Var. Castulã mulier sumpserat pro succula. Hæc & perizonium & pręcinctorium appellatur.

¶ Casus modo fortuna est, vt Boe. li. v. de cõso. Modo inopinatus euentus. Sene. Multa enim casu potius q̃ ratione eueniunt. Modo ruina. Curtius. Inopinato rhedi casu appressus. Modo calamitas & infortunium. Vergil. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. Et breuiter Troiæ supremum audire laborem. Et casus dicuntur vocabulorum formæ, quia in aliã atcꝫ aliã cadunt effigiem. Casum veteres antiquũ vocabant quasi iam cadentem.

¶ Casos insula iuxta mare Carpathium ambitu octoginta stadiorum, in qua est oppidum eiusdem nominis.

¶ Casura, æ, casus seu cadendi actus. Hiero. Ante mentis nostræ oculos semper euãgelicum illud appareat stolidissimi viri, qui ædificiũ, quod summopere fecerat ingruẽtibus fluminibus, flãtibus ventis, & imbribus inũdationibus pluuiarũ totũ amisit in casura, quod erat ædificatũ in sabulo.

¶ Cata ꝓpositio græca in cõpositione signifi. in aduersus, de, dis, ex, circũ, vndicꝫ, sub, iuxta, per, secundũ. Catha vero cũ aspiratione veluti sicut, tanq̃, & quemadmodum.

⁎ Cacabasis, inferior solis meatus descensus.

¶ Cathabathynon, dici põt demersum cauum & profundũ ex κὰτ βάθυνον profundum.

¶ Catabathmus, oppidũ in Aphrica, & vallis repente conuexa, vt scribit Pli. põpinius, Catabathmos vallis deuexa in ægyptũ finit Aphricã ἀπὸ τοῦ καταβαινειν. Et signifi. Cathabathmus locum decliuem atcꝫ deuexum.

¶ Cataclysmus diluuium & inundatio dicit̃. Hiero. contra Ioui. Primus Lameth sanguinarius & homicida vnã carnẽ in duas diuisit vxores. Fratricidium & digamiã, eadem cataclysmi deleuit pœna.

¶ Cataclysis effusio caliginis & tenebrarum. Nam caligo a græcis ἀχλὺ & ἀχλύς dicitur κατάκλυσις.

¶ Caraclytum, locus concauus ab aqua cadente ἀπὸ κὰτ ϗ κλύζομαι. Amb. lib. Hexa. Nilus fluuiorꝫ maximus eo loci vbi se ex altissimis montibus in caraclyta illa pręcipita magnitudine fragoris aures accolarum obstruit.

¶ Catachresis pe. produ. tropus, quam nos abusionem vel vsurpationem dicimus, cum alienis abutimur perinde ac ꝓprijs cum propria deficiunt, vt acies simillima lauro. Nam facies hominis est, ex κὰτ contra χρησις dicitur vsus, cata chresticus abusiuus.

¶ Catachesis instructio.

¶ Catachizo, as, instruo, doceo erudio, vt est ãpud apostolũ Cõmunicet aũtis qui catechizatur ei, quise catechizat.

¶ Catecuminus instructus seu audiens dicitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Catacriſis, cõdẽnatio vel dñudicatio, κρίσις enĩ iudicium.
¶ Catadromũ pe.cor.latine decurſorium, καταδρομέω eñ decurro. Sue.in Nero. Notiſſimus eques Ro. elephãto ſuperſedens per catadromum decurrit.
¶ Categoria κατηγορέια, ας, accuſatio prædicamentum κατηγορέω, accuſo, prędico. κατηγορ accuſator. Vñ categoriæ ſiue categoremata Ariſto. i. prędicamenta. Et propoſitiones quædã a dialecticis categorice nominãtur, quas prædicatorias latine dicere poſſumus. Sũt aũt decem prędicamẽta circa q̃ verſari videtur omnis queſtio οὐσία, i. eſſentia, q̃litas, ad aliquid, agere, pati, vbi, quãdo, ſitus, habere. Appellatas vero categorias conſtat, vt inquit Auguſt. in dialo., pterea p nõ poſſunt niſi a ſubiectis agnoſci. Quis enim quid ſit homo poſſit agnoſcere, niſi ſibi hominem ponat ante oculos, q̃ſi ſubiectum hominis?
¶ Catagrapha q̃ vocãtur pictores modo excurta appellant a breuitate imaginum, q̃s ita repreſentari cũ ſunt obliquę poſtulat ratio. Hęc & cataglypha dicuntur.
¶ Catalepſis occupatio deprehenſio. Catalexis terminatio. Catalyſis diſſolutio. Catalyma, atis, refectio diuerſorum.
¶ Catalogus pen.cor. ſermo vel ſcriptura, q̃ numerum vel ordinem pęſignat. Hiero. od Oceanũ. Vbi catalogus deſcribitur omnium manſionum etiam dilectis.
¶ Catalecticũ metrum dicit, cui vna tãtum deeſt ſyllaba, vt apud Hora. mea renitet in domo lucanar. Eſt enim ſenarium iãbicum vna ſyllaba minus. Acathalecticũ dicitur quod legitimo fine clauditur, vt nec fontelabra, pluí caballino. Eſt enim iãbicum ſenarium perfectum.
¶ Catamithus cum /i/ latino producto, puer meritoriꝰ, quo quis abutitur, μισθὸν græci mercedem dicunt quaſi χ μισθὸν id eſt pro pretio.
¶ Catholicus, dici poteſt vniuerſalis, q̃ſi circa omnia verſet. fit enim ex cata & holon. i. quippe totum dicunt.
¶ Cataphractꝰ, vndiq; munitus, ex χ vndiq; & φρακτὸν munitus a. φρακτὸω quod eſt munio. Seru. in. xi. lib. ænei. Cataphracti equites qui & ferro muniti ſunt: & equos ſimiliter munitos habent. Sal. Et ſequebãtur equites cataphracti. Eſt etiã cataphracta lorica ſiue thorax militaris. Vñ Vege. ſcribit exercitum Romanũ pedeſtrem cataphractis & galeis fuiſſe munitum. Et Liui. lib. xxxv ij. pedites loricatos cataphractos vocat. Cataphractarij q̃ cataphractis muniti ſunt. Lap. de Alex. Cataphractarios, quos illi dibonarios vocant decẽ milia in bello interimimus. Catapharttæ autem naues pro tectis nauibus accipiuntur.
¶ Catapulta iaculum celer vel ſagitta. Plaut. in Curg. Atq; ita te neruo torquebo, vt catapultę ſolent.
¶ Cataplaſma, atis, emplaſtrum ſiue malagma qđ conſtat ex floribus eorũq; ſurculis & axungia.
¶ Cataplos grẽce, latine nauigatio.
¶ Caraphrygę hæretici qui in phrygia fuerunt, vt mõtanus Priſcilla & maximilla. Hi aduentum ſpiritus ſancti non in apoſtolis, ſed in ſe traditum aſſerunt.
¶ Catapotia pillulę dicũt, ἀπὸ τοῦ καταπίνειν quod ẽ deuorare vel bibere proprie, quia neq; eſtur neq; lingitur id genꝰ, ſed deuoratur. Vel p καταποτικὸς λέγετ λάρυγξ λάρυγγος. Catapotes dicitur guttur.
¶ Cataractas quidã cæli feneſtras, quidam nubes, quidã ſub terraneas ſpecus interpretãtur. Alij a deſcendendo pro pendulis portis ſumunt, ex ligno ferro ve, q̃ demitti ac tolli poſſunt. Liui. Pendulas & recidentes portas cataractas. Idẽ porta cataracta deiecta clauſa erat. Eã partim funibus ſubducũt in tãtum altitudinis, vt ſubire recte poſſit. Dictę cataractę p ex alto defluere vidẽtur. Græci enim χ ῥεῖν defluere dicũt. Vñ cataractę etiã dicuntur e terra exeuntes aquæ, & ita ex alto defluentes, vt ruere potius q̃ defluere videantur quales eſſe in ægypto Nili cataractas legimus. Ita loco ipſæ quibꝰ exeunt contractæ dicuntur, vñ quod in maximis imbribus apertas eſſe cęli caractas dicere ſolemus. Dicitur & hic caractes, quo noĩe etiam dictus eſt fluuius quidã, Stra. Poſt olbiã pamphiliæ cataractes eſt fluuius magno ſtrepitu ex alta rupe deiectus, vnde & nomen.
¶ Catarrhus latine fluxio ſeu diſtillatio. Differt a coryza & brãcho. Coryza dicitur cũ pituita nares tantum obſidet gradatim latine dicta. Catarrhus vero cũ fauces palatumq;. At branchius cũ & guttur & arteria corripitur, ob id & arteriũ q̃q; id vitium appellãt. Omnia hæc tamen Hippocrates coryzas vocabat, noſtri diſtillationes, quia græce cataſtagmi nominãtur in commune. Dictus eſt autem catarrhus a καταῤῥέω fluo diſtillo ex κατὰ, καὶ ῥέω fluo.
* Cantharias gẽmæ ſpecies, quę ſcarabeorum effigiẽ habet quippe græci κανθάρους vocãt ſcarabeos. Cc.
¶ Catarytus pen.cor. latine itriguus ex κατὰ ſecundum & ῥύαξ riuulus quaſi iuxta riuos. Pli. lib. v. Hipponem oppidũ Aphricę catarytũ a græcis dictũ propter aquarum irrigua.
¶ Cataſcopus latine ſpeculator. Eſt enim σκοπεῖν ſpeculari.
¶ Cataſcopium genus nauigij exploratorij p circunquaq; ſpeculetur.
¶ Cataſtrophe latine ſubuerſio volumen.
¶ Cataſtroma pe.pro. nauis partem ſeu pauimentũ ſignifi.
¶ Catorthoma pen.pro. græci κατόρθωμα opus virtus tectum. Amb. lib. i. offi. Hoc eſt perfectum officium, quod co torthoma greci dixerũt κατὰ circũquaq; ὀρθὸν rectum. Cic. lib. i. offi. recte factum iterpretatur catorthoſis recta affectio catorthoo egregie cum virtute aliquid facio.
¶ Catatypoſis dicit ſecundum figurã, quod fit cum aliquid iuxta alterius formã deſcribitur, vt apud Vergi. lib. iij. Oia mercurio ſimilis vocemq; coloremq;.
¶ Cataſta locus erat vbi vænales ſeruí exponebãtur a κατὰ θίσάω verbo græco, qđ ſignif. expono. Tibul. Nota loquor regnũ ipſe tenet quẽ ſępe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Eſt & cataſta machina lignea qua ſerui vincti tenebãtur. Pli. Tandem in cataſta videre Criſogonũ ſyllæ. Hãc & longam & magnam compedem vocant.
¶ Cathartica dicuntur purgatoria a καθαρῶ purgo.
* Catta nuctutia naugij genus. Cc.
¶ Cathedra dicit ſubſellium, ἀπο τοῦ κατὰ καὶ ἧς ἕδρας, ἕδρα, ſedra eſt ſeu ſella. Et ſcribit cũ /h/ quia hedra incipit ab h/adiecta, vt fit in Methodus ephebus & multis aliis.
* Catellus & catella diminutiua a catulus:
¶ Catexochen ſignificat per excellentiam.
¶ Caterua proprie gallorꝰ legio, ſicut phalanx macedonũ q̃ certo numero conſtat. Nã authore Vege. in caterua erãt ſena militũ milia. Plærũq; tamen p multitudine ſumitur. Caterua tim aduerbiũ ſignificat per varias cateruas. Cateruati cateruatim conglobati. Sueto. in Augu. Sed & cateruarios oppidanos inter anguſtias vicorum pugnãtes temere. Sciendum eſt q̃ oĩa fere aduerbia in tim /finita ſignificãt, ſicut de cateruatim dictũ eſt, vt turmatim per diuerſas turmas, vicatim, oppidatim, manipulatim, regionatim, gregatim, domeſticatim, municipatim, puinciatim, & ſic de ſingulis. Sunt tñ aliqua quę nihil ab aliis differũt, vt priuatim nihil differt a priuate nec ſeparatim a ſeparate, nec pperatim a pperanter nec raptim a feſtinanter, nec affatim ab abundãter, nec vbertim a copioſe.
¶ Catena dicta eſt q̃ ſe capiendo teneat, quia in ea annulus ãnulum capit. Quidam hoc nomen a cane deduci putant & proprie dici qua venatici canes vincti tenentur, ſed largius ſumitur. Sene. ad Lucil. Vna eſt catena quæ nos alligatos tenet amor vitæ.
* Catenula diminutiuum a catena. Cc.
* Cateno verbum quod ſignificat ligo, a qua concateno cõ poſitum. Cc.
¶ Catellus pars ſuperior molæ, ſicut meta pars inferior. Et catillus diminutiuum eſt a catinus.
¶ Catillones, qui catillos liguriũt, & pro guloſis accipi ſolẽt.
¶ Catillatio graue opprobriũ obiiciebatur hoĩbus generoſis ſi qui prouincias amicas populi Ro. expoliaſſent q̃ eorum bona liguriſſe viderentur. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Catinus, quod & catinum dicitur pe. pro. vas in mẽsa escaria, vbi pultem aut iurulenti, quod ponebant a capiendo appellarunt. Var. scribit ticulos vas in quo ponebãt esculenta cati non appellare. A catinus fit diminutiuum catillus. A catinũ catillum vel catinolum.

¶ Catina pen. cor. vrbs Siciliæ. Sil. lib. xiij. Tum catine nimiũ ardenti vicina typhœo. Stra. tamen Diodo. & Ptolo. non catinam sed catanã scribunt. Vnde cataneus, charundas qui leges Athenienſibus dedit, ἀπὸ τοῦ κατὼ μὴ ἄνω dicit, quia cum ignes ex ethna erumpant superiora ima fiunt.

¶ Cathinea tera q̃ in es conuertitur, vt fiat aurichalcum.

¶ Cato quasi sapiẽs & cautus, catum enĩ sabini acutũ dicũt. Et cata dicta accipienda sunt acute dicta, vt author est Var. Porphirio tñ Horatianus interpres catũ exponit pro experto & docto, cum ait Hora. Post hęc ille catus q̃tũuis rusticus ibit. Et Pli. catos a sapientia dictos intelligi vult sicut corculos. Hora. catus decoræ more palestræ. Cic. Sed homo cautus nunq̃ terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modũ. Duo autem fuere catones celebratissimi, senior videlicet qui & portius & censorius dictus est. Alter vticensis, qui seipm vticæ interfecit ne ĩ cæsaris manus viuus veniret. Hic viua virtutũ imago vocatur a Senec. exemplar viri sapientis. De quo Quin. Hic inquit nisi creditur fuisse sapiẽs, vix scio cui reliquerit huius nominis locũ. De censorio Sene. ad Lucil. M. cato censorius quem tã necessarium reipu. fuit nasci q̃ Scipionem. Alter enĩ cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit. Dion historicus græcus, τὴν τεσσινώσκου περιέλαβα καὶ καπεφίλησε μὴ ἀναβοησας εἶπεν, ἔχω σέ ἀφρικὴ εἰς χωρ δὲ ἀυτὴρ τότε κάτωρ καὶ σκιπὼ ὡρ ϹϽϝ ἰοβαν τὸρ λιβύκρ ἔχοντες σὶμμαχορ. ✳ Id est cognoscens amplexatus & deosculatus, & exclamãs ait, habeo te Aphrica, habens ipsam time cato & Scipio Ioban Libycum habentes auxiliarẽ Hic fuit optimus orator optimus senator, optimus imperator qui librum de re rusti. origenes & orationes scripsit. Fertur a Plutarcho q̃. M. cato vxorem & filium perdiderit inducta noua victus & medicinæ formula.

✳ Catopyrites gemma quę ex cappadocia venit. Cc.

✳ Catorthoma quod circũquaq̃ rectũ sit ex κατὰ a præpositione & ὀρθὸρ rectum, κατορθὸω, μ, ὠσω, recte & egregię alĩ quid facio, catorthosis recta affectio. Cc.

✳ Catochites gemma impositam manum velut gummi retinens. Cc.

✳ Catoblepas alias basiliscus dicitur, qui vel solo visu hominem interficere dicitur, vide Perottum.

¶ Catus animal muriceps fœmi. ge. secundũ Ser. lib. de græcis latinisq̃ nominibus, cati etiã populi sunt Germaniæ Sicãbris, vt inquit Stra. finitimi.

¶ Catulus pe. cor. ꝓprie signifi. cati, hoc est Felis filium propter sagacitatẽ. Var. catulus a sagaci sensu & acuto. Sed ponitur large ꝓ omni ferarum filio siue immanitũ siue mitium. Vnde de colubro, Verg. catulos tectis atq̃ oua relinquens, & de leonibus. Pli. Raptor appropinquante tigridis fremitu abiicit vnũ ex catulis. Pli. Simiæ gestant catulos quos mansuefactæ intra domos peperere. Idem. Murium quoq̃ catuli ostentũ faciũt. Idẽ. Delphinũ catulos nominat. Lacertarum quoq̃ & cæterorũ serpentium filij catuli dicuntur. Hinc fit aliud diminutiuũ catellus. Accipitur qñq̃ catulus pro ipso cane. Apul. catulos secum ducentes venaticos atq̃ sagaces. Interdũ pro quodã vinculi genere, quod etiã canis dicitur. Plaut. Faciã te delicatum catulo, vt accubes ferreo. Et catulꝰ nomen fuit viri Romani. De quo Luc. lib. ij. Vt catulo iacuit Lepidus. Hic catulaster catuli imitator, sicut ab Antonio Antoniaster, catulaster etiã significat ipsum catulũ, hoc est paruũ canem siue filium, catullus vero per duplex /ll/ nomen est veronensis poetæ, A catullo (vt Var. inquit) fit canis animal latrabile.

¶ Catulinus, a, um, quod ex catulo. Vnde Plau. catulinã carnem esitauisse Romanos ostendit.

¶ Catularia porta Romæ dicta est, qa non lõge ab ea ad placandũ caniculæ sydus frugibus inimicũ rufę canes immolabant, vt fruges flaueſcẽtes ad maturitatem perducerentur.

✳ Catullus poeta veronensis natus in peninsula lacus Benaci, quem vocant Sirmiõ in q̃ iambi acerbitas in primis claruit.

¶ Catulire est gestire & coitũ maris appetere. Var. Fœturæ principiũ admittendi faciunt veris principio. Tum enĩ dicũ tur catulire. i. ostendere se velle maritari. Plaut. Quin meam vxorem vidi catuliẽtem. Hinc catulitio quę dicĩ cum canes maritari quęrunt, quo etiã tempore terra aperitur. Pli. Catulitionem rustici vocant gestiẽte natura femina accipere, eaq̃ animam inferente omnibus fatis.

✳ Catifons dicebat ex quo aqua petronia in tymberim fluebat, quia in agro erat cuiusdam Cati. Cc.

¶ Caua, æ, foramen in quo aues nidificant. Plinꝰ. Multo tamen efficacissime ripariarum pulli, ita vocant in riparum cauis nidificantes.

¶ Cauus, a, um, ꝓprie concauum vacuum a chaos qđ quasi vorago quædam erat inanis. Vergil. Tum dea nube caua tenuem sine viribus vmbram. Cauus locus cauatꝰ seu elbus vulgo dicitur concauus. Var. Facere his cauos oportet laxiores vbi pullos parere possint. Colu. lib. xij. Deinde cauũ quem feceris surculo obturato. Idem scribit cauũ esse locũ qui inter ædium parietes relinquebatur patulus vt esset.

¶ Cauedium, vt Pli. iunior in epistolis dictione mutilata siue canũ ædium, vt Var. dictione integra. Locus est sub dio vacuus cinctus vndiq̃ porticibus ad communem omnium vsum. Huius tria sunt genera, Tuscanicum, corinthium, testrastylon displuuiatum & testudinatum.

¶ Cauo, as, fodio, euacuo. Pli. lib. xxxvi. In syphno lapis est qui cauat̃ tornaturq̃ in vasa coquendis cibis vtilia. Huius cõposita sunt Concauo Excauo & Recauo, pe. cor. Ouid. lib. ij. Meta. Est locus in geminos vbi brachia concauat arcus. Hieron. ad Eusto. Quod petras excauet & habitet coluber ĩ foraminibus earum.

¶ Caueaa cauo fit, significatq̃ locũ sub terram vacuum atq̃ obscurum. Qñ vero in hmõi locis esse consueuerunt ferarũ cubilia caueas ꝓpsis ferarũ receptaculis vsurpamus. Apul. Bestiam factũ immittimus caueę. Suet. Bestiarum more qua drupedes caueas coercuit. Et ab harum similitudine pro septis ex ligno siue ex ebore alia ve materia factis in quibꝰ auiculas tenemus quas vulgo etiã caueas vocant. Aug. lib. iij. de ci. dei. Volauerunt pulli de cauea & Mancino consuli augurium malũ fecerant. Plau. in Curg. Quia eñ in cauea si forent conclusi itidem, vt pulli gallinacei. Itẽ caueа est area in medio theatri in qua equitũ subsellia constituta esse consueuerunt q̃ velis recta caueę similitudinẽ haberent. Verg. Hic totum caueę consessum. Plaut. in Amphi. Vt conquisitores singuli in subsellia eant per totã caueã spectatoribus. Quandoq̃ ponitur pro populi consessu.

¶ Cauerna dicitur quia caua grẽce crypta dr, hoc est concauitas quędã terrę vacua atq̃ obscura est. Vñ Cauernosus, a, um, pro loco, passim vacuo & veluti cauernis pleno.

¶ Caucasus pe. cor. mons Indiæ editissimus ad septentrionẽ versus Scythas Indiã a Scythia dirimens asper & inhospitalis. Vergil. Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. Hic fertur syderibus ꝓximus vnde astra maiora visuntur & eorũ ortus occasusq̃ diligenter perspiciuntur. A caucaso fit caucaseus, a, um. Verg. Caucaseasq̃ refert volucres.

✳ Cauchæ cãpi sunt, quos tygris fluuius septẽtrionem versus flexus secat. Cc.

¶ Cauda quam veteres etiam codam dicebant. Inde cauda ti & codati dicũtur qui caudas habent. Interdũ ponitur cauda pro virili membro. Hora. in Ser. Quęcũq̃ excepit patiẽter verba caudę. Idem lib. i. Accidit vt quidam restes caudãq̃ salacem Demeteret ferro.

¶ Caudacus significat suauem & mansuetum.

✳ Caude cæ cistellæ appellatæ sunt ex iunco ad similitudinẽ caudæ equæ factæ. Cc.

¶ Caudex pro cautex /d/ pro /t/ posito. Similiter & codex di

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

citur prima pars arboris cui radices adhærent, liber, siue tabula. Lactan. Caudice deiecto lachrymat sua gaudia palmes. Vergi. Quin & caudicibus sectis mirabile dictu, Et caudex est plurium tabularũ contextus, vnde tabulę codices dicuntur, & naues quibus cõmeatus subuehuntur caudicariæ appellantur. Vnde Appius Claud. caudex cognominatus est, qm primus Romanis persuasit nauem conscendere. Sene. de breuitate vitę. Claudius is caudex fuit ob hoc ipsum appellatus quia plurium tabularum contextus caudex apud antiquos vocatur. Vnde publicæ tabulæ codices dicuntur. Ponitur & pro duro sedili seu pro sede meretricia quæ plerũq; ex truncis fieri solet. Iuuena. Horrida quale facit residens in codice pellex.

¶ Caudicalis ad caudices scindendos idoneus. Plau. in Pseu. Te cum securi caudicali præficio prouinciæ.

¶ Caudis oppidum Sãnj. Vnde caudinæ furcæ & caudinæ fauces nobilitatę insigni clade & ignominia quam Romani exercitus sub Sp. Posthumio a Samnitibus acceperunt.

¶ Caudicariæ naues q̃ commeatus per tyberim subuehũt, ꝙ ex lignis grossioribus cauatis fierẽt. Fitq; caudice dũ pro trunco seu tabula ponitur, quæ & codicariæ dicuntur.

¶ Caueo, es, caui, cautũ, significat fugio, vito. Amb. Caueat iracundia, aut si præcaueri non põt cohibeatur. Interdũ caue re est attendere & diligenter prouidere, vt Caue tibi. i. attende & prouide ne quid mali tibi accidat. Vale. Maxi. Caue tibi Roma. Plau. Caue nemo id intelligat. Interdum significat abstinere. Et tunc cũ ablatiuo mediante p̃positione construitur, q̃uis in sensu idem sit cũ fugio, vt caue ab illo, caue ab errore, quod est abstine ab errore seu fuge errorem. Et sic semp habet in se negationem, sicut alia verba ꝓhibitiua. Vnde rectius dicitur Caue facias, q̃ caue ne facias, cum tñ, & idẽ sit & vtroq; modo dictũ reperiatur. Cic. Treba. Tu qui cæteris ne ab esse dariis decipiaris caueto. Prop. Tu caue ne tristi cupias pugnare puellæ. Dicimus etiã, caue vt facias hoc. Inuenitur & cauo, is, in eadẽ significatione. Hora. in Ser. Vade cale caue ne titubes, mãdataq; frangas. Vbi ve syllaba existẽte breui imperatiui modi, Caue cõiugationis tertię esse conuenit. Nã caue a caueo producit. Hinc componitur præcaueo quod est diligenter caueo. Terẽ. Hoc tẽpus p̃cauere mihi me monet.

¶ Cautum est, significat prouisum est. Cautio est, cautione opus est, seu prouidendum est.

¶ Cautus, & per syncopen cat⁹ sumitur pro homine prudẽti qui sibi scit cauere. Et nonnunq̃ pro re cui cauetur. Cice. pro Ceci. Quo res mulieri esset cautior. Vnde incautus qui nescit sibi cauere. Liuius lib. iij. Incautum hostem decumana porta eripit.

¶ Cautes. Vide in dictione cos cotis.

¶ Caurus ventus ab occasu flans, qui & corus dicitur.

¶ Cauros insula erat quæ postea dicta est Andros, deinde Antandros.

* Cauiares hostiæ dicebantur & caue. erant enim partes hostię caudatenus, quæ in sacrificio pro collegio pontificũ quotannis ponebantur. Cc.

¶ Cauilla, lę, cauillũ & cauille, irrisio quędã iocosa, vulgo scritium siue calme dicitur. Plaut. Pone hoc sit, auferi cauillã. Idẽ in Tru. Postq̃ in vrbẽ crebro hic factus sum cauillator probus. Quid id est amabo? Istæc ridicularia, cauillationes vix opinor dicere, ita vt pauxillum differat a cauillibus.

¶ Cauillo, as, & cauillor, aris, deponens a caluo, is, fit, l, litera adiecta, significatq; fallacia & dolo vtor. Vñ Boe. sup. Top. scribit cauillationem partem quandã logices esse. cũ inquit. Colligendi facultas triplici diuersitate tractat. Aut enim veris & necessarijs argumẽtationibus disputatio decurrit, & disciplina demonstratio dicit. Aut tantũ probabilibus, & dialectica dicit. Aut apertissime falsis, & sophistica & cauillatoria perhibetur. Sic Sene. & Cic. cauillationes dixerunt, q̃ græce sophismata nuncupãtur. Vlpia. Cauillationis natura quã græci sophisticã appellauerũt, hæc est vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio perducatur. Caius iurecon. diffinit ꝙ si subdola ratio quã conscij nobis mendacij vincẽdi tñ causa proferimus. Cic. lib. ij. de ora. accipit cauillationẽ pro generali quodã facetiarum genere tanq̃ scommate facetto & cauillo dicaculo & facetavrbanitate, cum inquit. Cum duo sint facetiarum genera, alterũ æqualiter in omni sermone fusum, alterum peracutũ & breue, superior cauillatio, alterа dicacitas nõiata est. Idem. lib. iiij. de nat. deo. Cauillari pro cauillum dicere accipit. Atq; etiã in eo cauillatus est ęstate grauem esse aureum amiculum hyeme frigidum. Sue. in Vesp. Et maxime tñ dicacitatem in deformibus lucris affectabat, vt inuidiam aliqua cauillatione diluerẽt, transferretq; ad sales. Alias significat irrisionem,

¶ Caula latine stabulũ dicitur, in quo oues recondunt addita a c, ἀυλὴ, quod non solũ atrium vel aulã, sed etiã stabulum & oĩa septa designat. Festus a cauo caulã deriuat, ꝙ antiqui ante visum tectoq; oues in antra ducebãt sciebat ne græce ἀπὸ τῶν καυλῶν. Nam etiam nunc fiunt ex viminibus.

* Caulias ex caule succus qui in vasa coniectus admisto fur fure subinde cõcutiendo ad maturitatem perducebatur. Cc.

¶ Caulis in hærbis dicitur ipsum robur siue stipes, i. ea hærbæ pars, vnde se producunt folia aut ramusculi. Pli. li. xvij. Sed maior pars malunt fabalia maturæ sationis q̃ trimestrẽ fructum eius. Nãq; siliquę caulesq; gratissimi sunt parabulo pecori. Et accipit siliquas pro corticibus, caules pro stipitibus. Idem de gẽtiana. Folio fraxini, sed magnitudine lactucæ caule tenero pollicis crassitudine cauo & inani ex interualis foliato trium aliqn̄ cubitorum. Sed qm nulla pene hærba maiorẽ caulem habet q̃ brassica, ideo pro brassica ponitur. Similiter in arboribus & in vite.

¶ Caulus dicitur robur ad quem alimentum defertur & intelligitur quod supra terrã exurgit. Planta est radix vnde alimentum attrahitur a terra. Ramus quod a caudice exit. Surculus qui e ramis oritur. Varro. Ex fermento caules qui nati sunt, de his plurimũ valent. Verg. lib. xij. Puberibus caulem foliis. Ponitur & pro quibuscũq; holeribus. Iuue. Spes homini, caulis miseris atq; ignis emẽdus. Q ñq; pro cauda. Pli. lib. xi. Boum caudis longissimus caulis atq; in ima parte hirtus idem. Asinis longior q̃ æquis, sed fetosus veterinis leoni infima parte, vt bobus & sorici & pantheris, non item vt vulpibus & lupis villosus, sues intorquent. Canum degeneres sub aluum deflectunt. Quandoq; sicut docet Ser. sumitur ꝓ virili membro. Quandoq; pro ferro, & pro quolibet hastili. A caulis fiũt composita vnicaulis & multicaulis. Idẽ lib. xij. Est & illa differentia, ꝙ in his multicauli aramosaq; sunt, vt carduus.

¶ Cauliculus diminu. Pli. Hic est quidam ipsorum caulium dedicatior teneriorq; cauliculus.

¶ Caulesco, scis, a cauleo esse conuenit. Est autem caulescere virgam fieri, licet q̃ñq; ponatur pro folia producere. Vnde & decaulescere contrarium, quod significat sine foliis fieri. Plinius lib. xix. Raphanus vti iocundior detractis foliis anteq̃ decaulescat.

* Caulinum vinum ad quartum lapidem, a Neapoli distãs ab agro ita nominatum. Cc.

¶ Caulon oppidum, quod a Plinio collocatur in prima regione Italię. Et Strab. in. vi. Cauloniam appellat a Locris cõditũ. Ibi vinũ optimum nascitur. Aulon, vero est mõs Calabrię contra Tarentinam regionem, vt inquit Porphyrio, ferax boni vini, cuius meminit. Martia. Nobilis & lanis & baccho fertilis Aulon.

¶ Cauma, atis, latine calor, ἐξ του καιομαι λέγετη, ex καίομαι. i. vro, dicit. Causis combustio, & causon æstus seu ardor.

¶ Causia alias causea, tegmen capitis aptum calori. Val. max. lib. v. Quemadmodũ antigonus caput Pyrrhi texit causia qua velatum caput more macedonum habebat. Causis enim græce latine combustio.

¶ Causon æstus. Inde ab Hippocrate & Auicenna causon febris æstuans appellatur.

¶ Caunus insula in mari oceano & æstate & autũno pesti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lens propter ęstus ac pomorum copiam. Vnde Caunij colore admodum virili pallentesq; existunt, in quos olim Stratonicus citharœdus versu Homerico ita iocatus est. Tale quidē genus est hominū, quale est foliorū. Ab hac ciuitate aduehebantur fici caunę dictę. Cic. lib. ij. de diui. Cum. M. Crassus exercitum Brunduſij imponeret quidam in portu carycas cauno aduectas vendens cauneas clamitabat.

¶ Caupo ge. cō. tabernarius, hoc est esculentorū, poculorūq; etiam venditor. Vlp. Caupones & stabularios æque nos accipiemus qui cauponem vel stabulum exercent.

¶ Caupona vocatur, tam mulier quæ vinū vendit, q̄ ipsa taberna vinaria.

¶ Cauponius, a, um, quod ad cauponē pertinet, vt ars cauponia. Iusti. lib. i. Iusticq; cauponias & ludicras artes, & lenocinia exercere.

¶ Cauponaria, æ, ars cauponandi.

¶ Cauponor pe. pro. signif. lucri causa, quasi ad cauponē vēdito. Ænnius. Non cauponantes bellum, sed belligerātes, Ferro non auro vitam cernamus vtriq;.

¶ Causa, proprie dicitur id ex q̄, vel propter quod vel p qđ vel a quo aliquid fit. Vnde quatuor causarū genera scripsit Aristo. Materialem, ex q̄ aliquid fit. Et formalem, per quam aliquid tale fit. Efficientem, a qua aliquid fit. Et finalem, cui⁹ gratia aliquid fit. Per translationem tñ causa dicitur omnis actio quam in senatu vel in foro habemus. Vnde tria causarum genera scribit Cic. demonstratiuū, deliberatiuū, & iudiciale. Ex his tñ magis ꝓprie causa dicitur q̄ iudicialis est. Vñ & causam pro lite ac controuersia ponimus, vt Cic. diligēter egit causam Milonis. Hinc causidici dicunt patroni qui ī causis iudiciisq; versantur. Interdū causa dicitur occasio. Teren. in Eu. Iam diu aliquā causam quærebat quēobrem aliquid insigne faceret. Interdū dicitur excusatio, vt Honesta est causa mei discessus. Interdū ratio. Ouid. li. i. Fast. Tempora cum causis latiū digesta per annū. Interdum dicit origo. Vnde & quidā causam a casu dictā existimant, ꝙ initia & origines rerum quæ causæ sunt casu eueniant. Nōnulli a chaos detracta aspiratione, ꝙ cōfusa illa materia prima omniū causa fuerit. Alij a græco καύσις quod ardorem seu incendiū significat ꝙ causa sit q̄ nos accendit ad aliquid agendum. Alij a cauēdo, ꝙ ea sit q̄ cauet, vt aliquid agatur aut nō agatur. Et causa pars appellat. Luc. lib. i. Victrix causa deis placuit, sed victa Catoni. Diminutiuum a causa est causula.

¶ Causatiuus, a, um, qđ est causa, vt aliquid fiat, vt nimia repletio est causatiua infirmitatis, quis etiam aliqñ causatiuum dicat quod antecedētem causam significat, sicut & causale, vt coniunctiones causales seu causatiuæ.

* Causa absentię a militia morbus sonticus dicebatur. Cc.

¶ Causarij milites dicunt a Liui. lib. vij. qui ꝓpter honestam causam puta valitudinem a militia soluunt, quasi valitudinarij siue sontici, aut qui omnino causam & admonitionem habebant ex morbo senecturę ve. Tertius inquit exercitus ex causarijs senioribusq; a T. Quintio cōscribat qui vrbi mœnibusq; pręsidio sit. Sic causaria missio dicitur per quam milites soluuntur a sacramēto militari. Vlp. Causaria inquit missio est, quæ ꝓpter valitudinem laboribus militię solut.

* Causa, arum, est ipse deus optimus maximus. Cc.

¶ Causo, as, incuso efficio. Hiero. ad Eusto. Sępe etiam in fabis & ordeaceis panibus nimia auiditas grande peccatum causat.

¶ Causor, aris, deponē. signifi. rei gestę causam affero seu reperio, & excusationem adduco. Suet. Syllanū item socerum ad necē secandas q̄ nouacula fauces compulit causatus ꝙ se ingressum turbatius mare non esset secutus. Gel. Negocium sibi esse causatur. Vergi. Causando nostros in longum ducis amores. Causari etiā culpare est. Hiero. contra Vigil. Causabantur quondā apostoli ꝙ perirent vnguentum, sed dñi voce correcti sunt. Idē contra Rufi. Quicquid enim me non fecisse causaris, quare non ipse fecisti?

¶ Causificor, causam dico. Plaut. in Aul. Nō causificor quin ego illam habeam potissimum.

ծ Causatio quandoq; ponitur pro vitio interiore, & ægritudine. Palla. lib. i. Si saluo capite in pulmonibus ac thorace, aut hilla est, aut rara causatio.

¶ Cauterium instrumentum est quo notæ imprimuntur, & morbi alioqui insanabiles inuri solēt. Prętera cauteriū in pictorum instrumentis continetur, quo bituminationes & fortiores quęq; conglutinationes concoquuntur. ծ Et maxime in ea pictura q̄ encaustice appellaur, quæ fit carbonibus inustis resolutis igne cęris. Martia, titulo de fundo instructo, sic refert. Pictoris instrumento legato, cęrę colores similiaq; horum legato cedunt. Item peniculū & cauteria & conchę.

ծ Cauteriatus, ta, um, quod est cauterio notatum. Vnde ab apostolo cauteriata conscientia dicta est, quasi cauterio notata, qualis in hipocritis est.

ծ Cauteres, idem quod cauteria, quos Pallad. habendos esse instrumento rustico pręcipit.

ծ Cauton, latine dicit vtile. Pli. Quartū cautū ad ellychma.

ծ Caustica medicamenta sunt habentia vim causticam, idest mentem.

ծ Causidicus pe. cor. dicitur patronus, ꝙ in causis iudiciisq; versatur.

ծ Causaria missio dicitur cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militię renunciat & soluitur sacramento militari. Inde Causarij milites dicti sunt valitudinarij qui a laboribus militię soluti sunt. Spartianus in Adriano. Post hęc ꝓfectus in gallias causarios liberalitatibus subleuauit.

ծ Causaria, ę, ipsa missio simpliciter, vt apud Codicem libro xij. vbi sic legitur. Causaria missus nulla existimationis macula aspergitur.

¶ Cayster, fluui⁹ Lydiæ Sardibus ꝓximus ἀπὸ τοῦ χῆ εσθαι hoc est amburi, qm̄ ꝓpinquus sit caracecaumenæ q̄ pars est Ephesię prętorrida & deustę similis nulla præter vitem arbore, sed vino pręstātissimo, quod Victru. & Pli. caracecaumeniten ex hac origine denominant. Hinc Caystranus campus. Stra. Post egressum caystri amnis lacus est Selenusius cognomine in alterum statim lacum interfluens.

¶ Caystrus fœ. gene. vrbs est Cilicię mediterranea.

C ante E

ծ Cesyllabica adiectio. Quęre infra in dictione Met.

ծ Ceus, a, um, possessiuum. Vide in dictione Cea.

¶ Cecrops, primus Athenięnsium rex, qui annis. l. regnauit. Hic athenas instaurauit. A cecrops fit cecropius, a, um, possessiuum. Vergi. lib. iiij. Ceorg. Cecropias innatus apes amor vrget habēdi. Cecropis, idis, patronymicū fœmininum. Et Cecropidę athenięses dicti sunt Suidas noster, κέκροψ αὐτόχθων ἦρξε τῆς Ἀθήνας ὅθεν κεκροπίδαι οἱ Ἀθηναῖοι. *. i. Cecrops ægyptius existens genere athenas incoluit, vnde cecropidę athenienses.

¶ Cecryphalea ꝓmontorium seu insula in pelopōneso, vbi athenienses ab ægynetis pręlio superati fuerunt.

* Ceditię tabernæ non a cędendo dictę, sed a domini nomine qui Ceditius vocabatur.

¶ Cędo, is, si, ssum. Vide in dictione cędo, is.

* Cedros insula est in germaniæ littoribus cedri genere syluosa, inde electrum in petras defluere dicitur. Cc.

* Cedrosis vinea alba quā nōnulli ampeloleucen vocāt. Cc.

* Cedreleum oliui genus ex malis cedri confectum. Cc.

¶ Cedrus, arbor maxima q̄ in ædificijs vtilitatem pręstabat eo ꝙ hmōi materies & procera sit nec onerosa parietib⁹. Eius folia ad cupressi similitudinē respondent lignū iucundi odoris est, & diu durans nec a tinea vnq̄ exterminatur. Verg. li. ij. Georg. Dant alios alię fœtus dant vtile lignū Nauigijs pinos domibusq; cedrum atq; cypressos. Ex hac arbore nascit oleum quod cedrū dicitur, vt Victru. lib. ij. inquit. Quo reliquæ res cū sunt vnctę vti etiā libri a tineis & cariæ non lædantur. Iuxta quē sensum. Pers. dixisse videtur. Et cedro digna locutus. Hinc fit nomen possessiuum Cedrinus, na, um.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ȣ Scribit Theophra.lib.iij. cedrum esse iunipero non absimilem, sed foliis maxime distare.

¶ Cedręa primus sudor qui defluit in canali dum pix fit cui tanta est vis, vt in ęgypto corpora hominum defunctorum ea perfusa seruentur.

* Celadusa insula proxima ortygię quam alij artemmiten vocant. Cc.

* Cęlasso pro cælauero veteres dixere, vide cę diphthongum. Cc.

ȣ Celena, ne, pe. pro. locus campaniæ iunoni sacer. Verg. lib. vij. Atq; arua celenę.

¶ Celæne pluralis tātum numeri, fuit vrbs phrygię. Luc. Lugent dānatæ Phœbo victore Celænę. Potest tamen declinari singulari numero Celęna, æ.

¶ Celęno cum diph. fuit vna ex harpyijs, & atrum seu tenebrosum significat, græce κελαινός.

¶ Celebris & hoc celebre pe. cor. distinguitur a frequenti, q̄ frequēs dicatur creber, siue de loco, siue de re animata, vt frequens miles, frequens senatus. i. creber, copiosus, multus, frequētes domus. i. crebræ multæ. Aliq̄n dicitur quod ab alijs frequentatur, vt frequens tēplum in quod multi cōueniunt. Et infrequēs parum frequentatum, vt infrequens forum in quod pauci vel rari cōueniunt. Phœnix infrequens auis. i. q̄ rara reperitur. Cic. Rei militaris te infrequentem tradidisti. i. fugientē signis & raro in pugna interessentem. Celebris vero ꝓprie dicitur velox. Acti⁹. Celebri gradu celeraisse decet. Quoniam vero accelerare gradum, frequentare est, factum est, vt celebre pro frequenti accipiat & qui in oīm ore versatur. Et hoc passiue, tā ad rem q̄ ad personā relatum. Cic. lib. ij. ad Heren. Locus quęrit celebris ne sit, an desertus. i. qui celebratur, hinc celebritas frequētia. Quin. Ante omnia futurus orator, cui in magna celebritate & in media rep. viuendum est assuescat a puero non reformidare homines.

¶ Celebro, as, frequento. Var. Cui non tam cura erat, vt tēpla deorum q̄ vt popinas celebrarer. Per trāslationem tamē qm̄ quæ frequentamus etiā colimus, celebrare pro colere & venerari ponitur, & celebritas pro cultura atq; honore. Hinc celebrare laudibus & virtutū celebritatē dicimus. Item celebriorem & celeberrimum pro honoratiorem & honoratissimum. Celebriter, cum cultu & honore.

¶ Celebresco, celebris fio. Actius. Et qualiscunq; fama celebrescat tua.

* Cęlibaris hasta dicebatur qua caput nubētis comebatur, vide celebs. Cc.

* Cęlimontana porta, a cęlio monte sic dicta.

ȣ Cedar regio arabię, vt apud Esayā auferetur omnis gloria cedar. Nā vt inquit Hieron̄. ex hismaele cedar & aggarenos qui peruerso noīe saraceni vocantur esse generatos dicimus.

ȣ Cedrium, oleum quod nascitur ex cedro.

ȣ Cedrides, pe. cor. fructus cedri.

ȣ Cedropolis, oppidum in caria, a quo cedropolitę.

ȣ Cedreas aliud oppidum cariæ, a quo cedreatę cedreicę. Celebriter aduerbium significat cum cultu, & honore.

¶ Celetes pe. pro. græce ὅτι κελεύω κελητες exhortor, vocant equi quiad cursum soli adhibent siue bigis vel quadrigis, etiā nauigia, vt his temporibus fieri solent. Nam qui bigis quadrigis ve adhibebantur ad cursum desultorij dicebātur. Pli. Antiqui celetes tantum dicebant in sacris. Posteavero & qui bigis vel quadrigis vicissent, latine dicuntur desultorij, q̄ ex his facile desiliatur.

ȣ Celetus etiam testudo dicitur.

¶ Celer idem est quod velox, a quo celerrimus & celerissim⁹ fiunt superlatiua secundū Pris. Celero, as, pe. cor. celeriter aliquid facio. A quo Accelero compositum

¶ Celeusma clamor nautarum & aliorū cum vno aliquid iubente omnes vniformiter respōdent quasi sibijnuicem iubētes. Hiero. apud Hiere. Celeusma quasi calcantium cōcinetur aduersus omnes habitatores terræ.

¶ Cello, as, abscondo siue scīri nolo. Et constituitur modo cū vno dū taxat accusatiuo. Lactan. lib. v. Vtrum ne profiteb⁹tur fugitiuum se vel pestilentem domum vendere, an cellabit emptorem. Modo cum duobus. Plau. in Bac. Ædepol feci sti furtum ætati malum cum isthæc flagitia me cellauisti & patrem tuum. Modo cum ablatiuo mediante præpositione. Cice. Treba. Sed bassus noster de hoc me libro cellauit. At cū passiue ponit res siue persona per quā quis aliquē cellauit ponitur in noīatiuo. Terē. in Eu. Vbiubi est diu cellari non pōt.

¶ Cello, is, quo veteres vtebantur pro cedo, nunc compositis tantum vtimur excello & præcello, quod est excedo & antecedo.

¶ Celsus a cello, altus, sublimis, excellens. A quo celsitudo, ꝓ excellentia.

¶ Cellatim aduerbium significat abscondite. Gel. Q̄ maxime cellatim poterat in insidijs duo disponit.

¶ Cella dicta est q̄ in ea cellentur quæ esse volumus occulta Græci Apothecam dicunt in qua res esculentæ & poculentæ reponuntur q̄uis proprie apotheca cella vinaria sit. Capit autem cella significationem, vt illi adiectiua iunguntur, vt cella vinaria, cella olearia, cella farinaria, cella pomaria, cella lignaria, cella libraria, cella casearia. Et omnis locus in quo qd reponitur cella dicitur. Vnde Verg. Fauorum cauernas cellas vocauit, cum ait. Distendunt nectare cellas. Item loca in quibus lauamur aut vngimur in domo, cellæ dicuntur. Et loca ad quæ religiosi se ad quiescendum conferunt cellę vocātur. A quo noīe Hiero. formauit dimi. Vna quęq; inquit cellula adeat benedictione matris suscepta. Et cella pars templi erat sacratior in quā ingredi fas nō erat. Vnde apud Gel. legitur Scipionem in capitolium venisse, iussisseq; cellam Iouis aperiri, ibiq; solum demoratum fuisse. Liui. lib. iij. In cella Iouis optimi maximi habitaret exul.

¶ Cellarium videt ea figura dici, qua granarium panarium vt pro cella ac repositorio accipiatur. Sed est paucorum dierum, penu longi tęporis. Hanc cellulam promptuariam seu promptuarium appellant in quo conduntur & ex quo promuntur ad victum necessaria. Hieron̄. Consyderate ceruos quibus nō cellarium, neq; horreum, & deus pascit illos. Vnde in sacris literis cellaria pro sepulchris poni solent, vt est illud propheticum, populus meus intra cellaria tua aliquantulum donec ira mea transeat. Vbi Hiero. Cellaria sepulchra significant, de quibus hoc vtiq; profertur quod cōditum fuerit. A penore etiam is locus penarium & penaria seu penuaria cella nuncupatur. Cic. in Ver. M. Cato sapiens cellam penuariam reip. nostræ nutricem plæbis Romanæ sicilią nominauit. Huius dimi. est cellariolum. Hiero. Sunt & culinæ in tē plo, sunt & cellariola.

¶ Cellarius qui in cella prępositus est, vt rationes saluę sint, aut penoribus recondēdis. Col. Vt cibus & potus sine fraude a cellarijs p̄beatur. Plau. in Capt. Prome quid vis te facio cellarium. Idē cellarios promos, & condos vocat, & deintus ꝓmant, & intus condāt. Ait enim in ipseu. Promus & cōdus sum procurator peni. Auso. Promusq; q̄ condus magis.

¶ Cellaria locus vbi conditur vinum. Plaut. in Mili. Ego eijciar cellaria. ȣ Et cellaria quæ pręest in cella. Idem. Succenset cellaria.

¶ Celox genus nauiculę breuis a celeritate. Apul. li. de rep. Qui celocē regere nequit, onerariam petit. Hanc & celotim vocant & oxyam. Hanc rhodij inuenerunt.

* Celoris, vide celox.

* Cęluleum dicebant cęruleum a cęli colore.

* Celtis est arbor insignis magnitudine piri de genere lotorum, in Africa crescit, incisurę in foliis crebriores faciunt ne ilicis videantur, fructui magnitudo fabæ, color croci. Tā dulcis ibi cibus est, vt & nomen genti dederit. Siquidem Lotophagi nominantur. Cc.

¶ Celtę populi galliæ, qui cum venissent ad Iberum Hispaniarum fluuium, ibiq; consedissent, retēta primi nominis parte, & assumpta parte fluminis iuxta quod consederant, Celtiberi dicti sunt, & regio eorum, Celtiberia. Vnde Luca. li. ij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Profugiçq; a gente vetuſta Gallorum Celtæ miſcentes nomen iberis.

¶ Celtiberi populi in Hiſpania a celtis gallis & iberis hiſpaniarum conſociatis dicti ſunt celtiberi. Vnde Sil. Venere & celte ſociati nomen iberis. Luca. Gallorum celte miſcētes nomen iberis. Strab. quadrifariam diuidit celtiberos, fortiſſimi omnium qui ad ortum ac meridem ſiti ſunt originē trahentes. A quibus celtibericus, ca, cum, nomen poſſeſſiuum, vt bellum celtibericum.

¶ Celticum, promontoriū hiſpaniæ in oceanum procurrens.

¶ Celiaci dicuntur qui ventris fluxum patiūtur. Var. Qui ex floribus nucis græce & cornu fiunt celiacos fieri atq; vrina pota reſici.

♁ Celydrus, ornat⁹ mulebris. Iuue. donat arcana celydros.

♁ Celſus, altus ἄκελκτ, qui ſublimis equo vehitur.

♁ Celtiberia dicta eſt, Celtiberorum regio.

♁ Cemellio oppidū ligurię in alpibus ſitum, qđ a Pto. ceme leon dicit, quaſi a cemeno monte videri poteſt appellatum.

♁ Cemenos greci eos montes vocant quos noſtri Gebennā longe ab alpibus ſummotos. A cemeno alpium monte Varus amnis in narbonenſem verſus delabitur.

* Cementum, vide cæmentum.

♁ Cenchris auis genus, & latine tinnūculus dicit a tinnituvocis, ex accipitrum genere, quē Ariſt. li. vi. de aīalibus ſolū ex adunco gñe quaterna, & eo plura oua parere dicit, Dicta cē chris, quaſi miliaria. Pli. Fimū cenchridis albugines extenuat eſt & cēchris, vt inquit Hiero. locus corinthovicinus, immo portus ipſius corinthi, vt eſt illud Apoſto. commēdo vobis Sebēn ſororē noſtram miniſtrā Eccleſię, quę eſt cēchris. Plin. lib. iiij. Lecheę hinc, cēchreę illinc anguſtiarum termini. Et cē chris genus ſerpētis maculis plene thebano marmori ſimilis. Luc. Et ſemper recto lapſurus limite cēchris pluribus ille notis variatam tingitur aluum.

* Cenchron adamantis genus eſt, qđ ſit milij magnitudine κέγχρος enim milium dicitur. Cc.

* Cenchrites gemmæ ſpecies quæ veluti ſparſa milij grana habere videtur. Cc.

♁ Cenina ciuitas italiæ, a qua ceninenſes populi.

¶ Cenomani fuerunt populi Galliæ ciſalpinæ, quoꝝ caput vrbs Brixia fuit.

¶ Cenos latine vacuus. Vñ cenodoxia inanis gloria. Nam cęnodoxia cum /æ/ diph. noua gloria, καινὸς enim nouū dicitur λόξα, gloria. Cęnodoxia communis gloria.

* Ceneia dicta eſt A talenta cenei filia. Cc.

¶ Cenotaphiū vacuum ſepulchrū ὐτικενὸσ λέγετ καὶ θάφος ἀπὸ τοῦ θάπτειν. *. i. Qm̄ κενός vacuus dicitur & θάφος ſepulchrum, θάπτειν ſepelire. Eſt enim vt capſa quæ ponitur in templo ad officia mortuorum.

¶ Cenſeo, es, ſui, itum, pe. cor. ſignificat exiſtimo. Liui. li. vi. de bel. pu. Cenſent eo vēturum obuiā Pœni. Itē cenſere, cōſtituere, deliberare. Nā ſenator cenſet cū ſententiam dicit de eo quod ſibi videtur, aſſentitur cum alienam approbat. Vnde dicimus ſenatus aliquid cēſuit. A quo etiam cenſoris nomen tractum videtur. Itē cenſere ſuccenſere ſignificat. Var. Ne vobis cenſeam ſi ad me referretis. Itē eſt in æſtimatione. Boet. in pto. Quoniam faciendi liberi tres partes ſunt. Vna quidem vt cenſu liber fiat. Cenſebantur enim antiquitus ſoli ciues Romani. Inuenitur etiam cenſio, ſis, iui, ſitum, pe. pro. Ouid. Præſto recenſitis euoluere ſæcula faſtis, compoſita a cēſeo ſunt. Accenſeo, percenſeo, quod eſt perfecte cēſeo, numero. Col. Ruſticationis magna & diffuſa materia eſt, partesq; ſi velimus eius percenſere, vix numero comprehendimus. Recenſeo & ſuccenſeo.

¶ Cenſor qui cēſuram gerit, cēſores magiſtri morum erant ꝙa cēſendo. i. arbitrando dicti, qđ illis ſummū arbitriū erat aliorum morū. Var. cēſor ad cuius cenſionē. i. arbitrium cenſere tur populus. Feſtus, cēſores dicti qđ quisq; tāti ſua æſtimaret quantum illi cenſuiſſent quod non abſurdum videtur, quia & rerum & morum cenſores erant. Vnde Plutar. in æmilio. cenſura maximę omnium magiſtratuum reuerentiæ, plurimę poteſtatis, tum in alijs rebus, tum maximæ ad morum emendationem. Nam ſenatores e ſenatu remouere pōt ęquites ex plæbeis ęrarios facere, notare infamia, cenſum agere, luſtrum condere. Erant autem duo cenſores, qui quinto q̄q; anno creabantur.

¶ Cenſorius vir, qui cēſor fuit, vel qui dignus eſt, vt cenſor ſit, ꝓpter morum grauitatē qui alios iudicet. Frequenter tñ iungitur rebus, vt cenſorium dictum quod eſt cenſoris, ſeu quod ad cenſorem pertinet.

* Cenſoriæ veſtes dicebantur, quibus cenſores merito vti poſſent. Cc.

¶ Cenſuales qui cenſoribus aſſiſtunt, famulantur. Sidon. ad Namatium. Miſtus turmę cenſualium æmulatorum conſulis proxime proximus eram.

* Cenſio caſtigatio. Vnde cenſionem facere dicebant cenſores cum mulctam equiti irrogabant.

* Cenſio haſtaria vocabatur cum militi mulctæ nōie ob delictum militare indicebatur, vt haſtas daret. Cc.

¶ Cenſura cēſoris dignitas, ſicut a prætore p̄tura, ſicut cū dicimus. Cēſor qui gerit cēſuram. Accipitur interdum pro ſeueritate correctione decreto & lege.

¶ Cenſus. us, annuus redditus, & quicquid fortunaū quis habet. Quin. Abiere vires cenſus mens, vnde qui cētum milia æris in profeſſionē detuliſſent cenſi dicebātur. Cēſus equeſtris conſtabat ex ſeſtertijs. cccc. Itē cenſus dicebatur æſtimatio rerum ac bonorum facta ſecundū quam tributa pendebantur. Vnde cenſum agere eſt recenſere hominum facultates. Et cenſus dicebatur quod principi aut ærario ſoluebatur viritim.

¶ Cenſus cenſi ſignificat eum, cuius bonis factus eſt cenſus. Vnde capite cenſus, & capite cenſi.

¶ Cēſum. Euboię promonterium in ſeptentrionē directum.

* Cenſui agri dicebantur, qui emi & vænire iure ciuili poterant. Cc.

¶ Centauri theſſaliæ populi ſecus Pelium montem habitantes, qui a poetis fingitur eſſe media parte viri & media equi originē ab Ixione trahentes, agreſtes admodum. Qui primi pugnare ex equis coꝑerūt, a ſtimulando calcaribus equo cē tauri dicti ſunt, ἀπὸ τοῦ κέντειν, quod ē pugnare & ſtimulare, quia furentē taurorum gregē telis confecerunt propter quod hippocentauri. i. equi ſtimulatores appellati ſunt. His proximi erāt Lapithæ iuxta Othryn montem eiuſdem prouinciæ cum quibus bella geſſerunt. Centauros ab Hercule victos interfectos oſtendit Diodo. Dicti ſunt nubigenę quaſi filij nubis, quoniam in caſtello habitauerunt nomine nephele νεφέλη, quod ſignificat nubem. Centauri a latinis breuitatis cauſa dicti, nam hippocentauri dici debuerunt. Nam hippos equus κέντειν pungere, ξυρὰ rota calcaris, quia cum ſuperius eſſent homines inferius erant equi. Sed dius Hieronymus de Paulo primo Eremita oſtendit centauros animaliū genera eſſe, cum inquit. Et iam media dies coquente iam ſole deſuper feruebat, nec tamen a cœpto itinere abducebatur dicens. Credo in deum meum qđ ſeruum quem mihi promiſit oſtendet, nec plura his conſpicit hominem equo miſtum, cui opinio poetarum centauro vocabulum indidit. Quo viſo ſalutari ſigno armat frontem. Et infra. Verum hoc vtrū diabolus ad terrendū eum ſimulauerit, an vt ſolet eremus mōſtruoſorum animalium ferax iſtam quoq; gigneret beſtiā incertum habemus. Cētaurus etiam genus nauis eſt, vt apud Verg. lib. v.

* Centaurorum nomina, quęre in commentarijs Cotnucopiæ Perotti, ſimiliter & fabulam.

¶ Centaurea ſiue centaurion genus hærbę, Actius autem græcus medicus κενταυρίου τοῦ μεγαλου ῥαξὰ, & ſubdit. προτρέπουσα γὴ μηνία μὴ ἐμβρυα νεκρὸ κατα σῶσα κενταυρίου δὲ μακροῦ ἡ ῥίζα ξηρατικὴ, & multa alia. *. i. magni centaurij radix, & ſubdit, menſtrua dirigit & partus emortuos extrahit. ♁ Huius duę ſunt ſpecies ſcilicet ma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ior & minor naſcitur in fine veris, ambę calide, & ſiccæ cõple. in ſex gradibus.

* Centaurij longi radix ex calefacit. Cc.

* Centaurus, fluuius eſt qui prius Euenus dicebatur, poſt Neſſi centauri mortem ab Hercule interfecti a poetis centaurus vocitatus eſt. Cc.

¶ Centimanus, qui centum habet manus. Cc.

* Centipeda vermis eſt a gręcis ⁊ dicta. Piloſus multis pedibus arcuatim repens ab aliquibus multipeda ab alijs millepeda dicitur, & Pelopendra. Cc.

* Centipes, qui centum pedes habet. Cc.

¶ Cento velum laneum, quod lana aut tormento confertũ, vt ictus nullos patiatur. Cæſar. Eamq; contabulationẽ ſummam lateribus lutoq; conſtrauerunt, ne quis ignis hoſtium nocere poſſet, centoneſq; iniecerunt, ne aut tela tormẽtis miſſa tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex catapultis lateritium diſcuterent. Siſen. lib. iij. Hiſto. A cento madefactis centonibus integũtur, quos ſupra perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia obteguntur. Quidam centonem capiunt pro ſtragulę genere, ſuper quo cubare ſolent. Cato libr̃. i. de re ruſti. Centonem poſuit pro veſtimento ruſtico, hoc eſt pro interiore veſtimento, quod ſuper ſubucula ſuperinduj ſolet, bombyce inſerta. Tres inquit centones quæris, ſex culcitras, nouem in ſtragula. Similiter, & Macrobius dum ſcropham ſub centonibus iacere ſcribit ruſticam veſtem eſſe declarat. Fieri autẽ centones conſtat ex pannis diuerſorum colorum, vel lanis in vnum condenſatis atq; conſutis. Vnde Homerocentones, & Virgiliocẽtones quales fecit proba Falconia. Definit Auſo. poeta quid ſit cento. Varijs de locis, ſenſibuſq; diuerſis q̃dam carminis ſtructura in vnũ ſolidatur verſum, vt coeãt, aut ceſſiduo, aut vnus & ſequens cũ medio. Nam duos iunctim locare ineptum eſt.

¶ Centrum pũctum ſphæræ, aut orbis medium, certiſſima obſeruatiõe diſtinguitur. Nam in omni orbe vel ſphęra medietas centrum vocatur. Auguſti. lib. xiij. ciuit. dei. Hãc animam Plato ab intimo terrę medio, quod geometrę cẽtrum vocant, per omnes partes eius vſq; ad cœli ſumma diffundit, & extẽdit per numeros muſicos opinat. Apu. in coſmographia, Cardinẽ inquit mũdi, ſic eñ dixerim cẽtrũ habet tellus. Hinc fit centralis adiectiuum. Plin. lib. ij. Quindecies & pluribus ſuberit, q̃ terra centralis interueniat. Alias centron.

* Centrum vitium in cryſtallo, quod & ſal appellatur. Cc.

¶ Centum nomen numerale & indeclinabile, vltra centum variatur, vt ducenti, trecenti, quadringenti, quingenti, ſexcenti, ſeptingenti, octingenti, noningenti. Hinc centenus, a, um, vt centena milia. Sic ducentenus, trecentenus, quadringentenus, quingentenus, ſexcentenus, ſeptingentenus, octingentenus, noningentenus. Centuplus, ducentuplus, trecentuplus, & reliqua. Centeſimus, & deinceps. Centies quoque aduerbium, ducenties, trecenties, quadrĩgenties, quingenties, ſexcenties, ſeptingenties, octingenties, noningenties. Centenarius, ducentarius. &c.

* Centenariæ cœnæ dicebantur, in quibus lege Licinia non plus centuſſibus, hoc eſt centum aſſibus impendebatur, qui erant nummi breues ex ęre. Cc.

¶ Centuria in re mil. centum homines, qui ſub vno centuriõe ſunt, quoq; cẽtenarius iuſtus eſt numerus. Hiero. lib. i. Reg. Satrapæ phyliſtyim incedebant in centurijs & milibus. Centuriæ in agris ſignant ducenta iugera. Centuria a centum iugeribus vocabatur, ſed mox duplicata nomen retinuit inquit Col. lib. vi. Sicut tribus dictę primũ a partib⁹ populi tripertito diuiſi, q̃ tñ nũc multiplicatæ priſtinũ nomẽ poſſidẽt.

¶ Centurio & centurionis dr̃, quia cẽtum peditibus præeſt, quia ſingulæ centurię centum militibus conſtabant. In exercitu enim miles centurioni. Centurio tribuno. Tribunus legato. Legatus conſuli obediebat. Sed ſeorſum magiſter equitum ſolum dictatori obtẽperabat. Centurio autẽ dicebatur primipilus. Liui. Cẽturio erat quem nunc primipilũ appellamus. Vtereres arceſſebant commiſſo prælio acies facile turbari, vt hoc incommodum euitarent cohortes in cẽturias diuiſere, & in ſingulis cẽturijs ſingulos centuriones prefecerũt, qui primo centurioni vocabantur, quemadmodum a decuriones decurioni. Cohortes in exercitu decem erant in ſingulis legionibus, ſed prima quę reliquas & numero militum, & dignitate præcedebat aquilam habebat, quod pręcipuum erat ſignũ Romanorũ. Cẽturiones huius cohortis cæteris cẽturionibus digniores habebantur. Prima centuria primipilũ vocabatur, ꝙ circa ſigna grauis armatura cõſtituta erat. Centurio ipſe primipili centurio dicebatur, & Primipilꝰ vocabat. Hic non modo aquilę præerat, ſed quatuor centurias, hoc eſt quadringentos milites in prima acie gubernabat, & tanq̃ princeps totius legionis merita conſequebatur, & cõmoda. Mar. Grata pudens meriti tulerit cum præmia pili.

ð Centuculus diminu. pro vili ac ſordida veſte. Sene. lib. xi. epiſto. Diurnum accipit, in centuculo dormit. Liui. & Frontj. accipere videntur pro dorſualibus, & inſtratis iumentorũ a ſimilitudine veſtis centuli.

ð Centunculus, hęrba quã Pli. penulã vocat, li. xxiiij. his verbis. Itali centunculum vocant roſtratis foljs ad ſimilitudinem capitis penularum iacentem in aruis.

ð Centipellio venter vocatur quartus venter, qui & Abomaſus dicitur, quod genꝰ edulij Iul. Pollux Traconas a cratete comico putauit appellatum.

¶ Centurio, as. In centurias ordino. Ager cẽturiatus, qui in ducenta iugera definitus erat. Romulus enim centenis ciuibus ducenta iugera diſtribuit. Et milites centuriati, qui i cẽturias ordinabantur. Liui. lib. xxix. Scipio poſtq̃ in Sicilią tranſiecit voluntarios milites ordinauit centuriauitq;. Centuriata comitia, vt Aſco. ſcribit dicuntur cũ ex ſexu & ætate ferũtur ſuffragium, quia per centenas turmas diuiſus erat populus Romanus. Hinc ſuccenturio. A quo ſuccenturiati dicuntur milites non primæ, ſed ſecundæ centurię vbi ad inſidiãdum maxime collocabantur. Ex quo in ſuccenturijs, quaſi i inſidijs quempiam poſitum appellamus. Teren. in Phor. Nã prior addito tu, ego inſidijs tero hic ſuccenturiatus, ſi quid defiues. Proprie autem ſuccenturiare ſignificat explendę centuriæ grãtia numerum ſupplere.

¶ Centuriatim ſignificat per cẽturia, ſiue abundanter copioſeq; a centurijs, quæ in comitijs ferebant ſuffragia.

* Centuriatus, ager in ducena iugera diuiſus. Cc.

* Centupetanea, inſula eſt in agro Setinatum Nicolai Perotti patria. Cc.

* Centuripe, ager Silicię. A quo centuripium crocum. Cc.

* Centumcapita, hærba eſt quam græci ἑκατοκέφαλον nominant ex aculeatorum genere, & aliorum nomine Eryngę alba, ſiue Eryngium dicitur caule & radice in cibos a græcis recepta. Cc.

¶ Centumuiralia iudicia dicta ſunt a centum viris. Nã cũ eſſent Romę. xxxv. tribus, quę & curię ſunt dictæ terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum, qui centumuiri appellati ſunt. Et licet quinq; ſupra centum fuerint, tamen quo facilius numerentur centumuiri dicti ſunt.

¶ Centuſſis a decem decuſſibus dicitur, quę ſunt libræ centum, vel a cẽtũ aſſibus, qui erant nummi breues ex ęre, vt centuſſe licetur, id eſt centum libris venditur per auctionẽ.

¶ Cephalea morbus, quo totum caput infeſtatur. Nam hemicrania ab hemicrania ſunt, quę dimidia parte capitis laborant. Sed & Cęlſus cephalęam acutum quoddam peſtilẽſq; malum appellat.

¶ Cephale, ſiue cephalis penulti. cor. ſignificat caput, cephalicus capitalis.

¶ Cephalus nomen viri & nomen piſcis. Ambro. ille ſinus maris cephalos alit, lupos ille, ille ſaxatiles.

ð Cephalene, ſiue cephalenia cum e. poſtil. inſula Ionij maris a cephalo Amphytrionis ſocio, vel a cœphalo deionei filio dicta. De hac Stra. lib. x. Non dubitauere plerięq; cephaleniã eandem, & dulychium appellare, & Taphium. Alij & Taphios cephalenios eoſdem dixere Teleboas, & aduerſus il-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

los amphptrionem exercitum ductaſſe aſſumpto ſocio deionei filio cephalo ex athenis profugo. Inſula deinde amphytrionem potitum eam cephalo tradidiſſe ab eoq̃ nomẽ habuiſſe inſulam. Hinc populi cephaleni, Home. Verũ magnanimos cephalenas agebat Vlyſſes.

¶ Cephenes ĩperfectę apes ſunt & inutiles operi, niſi q̃ multitudine, quæ ad calorem confert fœtum adiuuant. Cc.

* Cephiſis lacus eſt iuxta Atlanticum mare, quẽ mauri Electrũ vocant, q̃ ſole feruefactũ electrũ elimo dare videt. Cc.

¶ Cephiſus pe. pro. fluuius Bœotiæ, qui magna ex parte torrentis inſtar labitur in phalerium pelagus. Ouid. lib. iij. Met. In vada cephiſi panopeſq̃ euaſerat arua.

¶ Cephiſia, Attica regio. Nam cecrops athenarum cõditor omnem eius regionis multitudinẽ in. xij. vrbes digeſſit. Sed Theſeus poſtea has omnes in vnam Athenienſium ciuitatẽ cõgregauit. Dicta cephiſia a cephiſo amne. Eſt & cephiſia fõs Atticę, ſicut Latine Callirhoe.

* Cepites ſiue cepocapites gemma, quæ candida eſt venarum nodis coeuntibus, candore imaginem regerens. Cc.

* Cepionidæ gemmæ cryſtallini nitoris, quę imagines reddunt vt ſpecula. Cc.

¶ Cepos latine, hortus & vrbs. Suidas. κῆπος λόλιος καὶ τάθόσπωρον καὶ κῆπος ἐτὸ κουρᾶσ δύο γάρ εἰσι κουρᾶι σκάφιον καὶ κῆπος. τὸ μέν οὖν σκάφιον τὸ ἐμ χρῶ ὁ δὲ κῆπος τὸ προμεώπωκεκορ μῆσθαι. * Id eſt cepos vrbs iuxta boſphorum, & cepos tonſuræ genus, duo em̃ ſunt tõſuræ modi ſcaphium & cepos. Vñ apparet in vocabulario græco non eſſe bene interpretatam hanc dictionem σκάφιον.

ð Ceporos, hortulanus, græce κηπουρος.

ð Cephalo cruſtes, vermis qui in foliis perſici inuoluitur.

ð Cepio, nomen Romani ciuis, q̃ cum druſo inimicitias habuit, vnde origo ſocialis belli, & exitia rerũ, vt Aſco. & Valeri. Maxi. teſtantur fuere, & alij cepiones. Nã & Catonis vticenſis frater Cepio dictus eſt. Et Cepio Seruilius is cuius culparo, exercitus a cimbris deletus eſt, & exilio periit. Fuit & Q. Cepio Seruilius, qui de cilicibus triumphauit, ſed poſtea reus damnatuſq̃ in Gemonijs ſcalis manu carnificis lacerat⁹ traditur a Vale Maxi.

ð Cephiſſodorus fuit Praxitelis filius, qui & ipſe pictor. Cuius meminit Plinius.

ð Ceramicus locus erat Athenis, in quo interfecti in bello ſepeliebantur, de quo late Suidas, eius meminit etiã Pli. cuius ex trigeſimoſexto verba hęc ſunt opera praxitelis ſunt athenis in ceramico, poteſt autem videri ex eo deriuatum, quod κεραμος regulam ſignificat.

ð Ceraſtra dicta eſt cyprus, q̃m hoĩes ceraſtris cornibus inſignes olim tenuiſſe quidam ſcribunt. Alĩ q̃ procurrentibus promontorijs velut infeſtis cornibus aſſurgat.

ð Cercitã Pauſanias grammaticus ait vocari temonis gen⁹ a populis inuentoribus, q̃ cercitæ appellabãtur ĩ terra India.

ð Ceramides, ſignificat colorem figlini qualem in plumis quorundam anſerum aſpicimus. Vnde nomen quoq̃ gẽmarum vni ceramites.

ð Ceratinę apud Quint. ſpecies eſt ratiocinationis inexplicabilis dictę a cornibus, hoc eſt a materia ipſa, qua vterent̃ verborum, vt apud Sene. lib. v. epiſtolarum. Sederem ocioſ⁹ & eius modi quęſtiunculas poneret. Quod non perdidiſti habes, cornua non perdidiſti, cornua ergo habes. Cerealia, orũ, dies cereri dicatus.

ð Ceruchus pe. pro. latine dr̃ cornutus, ponitur q̃ pro cornibus nauali⁹. i. extremis antẽnis, quę in vtrũq̃ veli lat⁹ diffunditur, de quibus Verg. Cornua velatarũ obuertim⁹ antẽnarum. Quidam ceruchos accipiunt pro cauea illa, quę in faſtigio nauigij ſuſtollit̃ effigie cornicula ta. Vale. Flac. lib. i. argo. Temperet vt tremulos zetes fraterq̃ ceruchos.

ð Cęroferarij, dicti ſunt a deportandis cęreis quando legendum eſt euangelium.

ð Cęroferarium, inſtrumentũ quo cęreus fixus cõtinetur. In decretis canonicis diſt. xxiij. Acolytus accipiat cęroferarium cum cęreo vt ſciat ſe ad accendenda lumina mancipari. Sed hæc videntur ſcribi debere, cum diph'q̃m a cæra deducunt̃.

ð Ceſſim ire, ſignificat regredi retrocedere. Iuſti. lib. ij. Commiſſo prælio ite ceſſim, inhibere remos & a bello diſcedite. Et apud legisconſultos, ti. ad legem Aquiliam. Interim ſuperius plauſtrum ceſſim ire cœpit. Fit autẽ a cedo eſt, & ceſſima cædendo. i. feriendo contrarium aduerbio punctim, vt ceſſim ferire, hoc eſt per aciem gladij ceſſim potius q̃ pũctim ferientes Romani ſolebant illudere.

ð Ceſtus ceſti. Vide ſupra in dictione Cęſtus.

ð Ceſtron, inquit Suidas genus erat teli perſico bello inuenti. Ceſtron quoq̃ herba betonica a varietate remediorũ, & efficacia genus miſſilis, q̃nod Græci ceſtron appellant noſtri viriculum. Nam & terebram ita vulgo dicimus.

ð Ceſtrã Sophocles dixit p̃ ſtimulo ſiue ſtilo. Auctor. Iul. Pol. Sphyrenã quoq̃ piſcẽ, attici ceſtram vocãt latini Sudin quia roſtratus ſit & ſimilis belonę, vt inquit Athenęus.

ð Ceſtreus dictus eſt a Græcis mugil piſcis, quia tali modo publica Athenienſium pœna intret adulteros.

¶ Cepurica græci appellant, quę noſtri hortenſia holera. ſ. q̃ in horto ſeruntur. Vnde Sabinus Tyro librum cepuricõ ſcripſit, hoc eſt hortenſium, quem Mecœnati dicauit.

¶ Cepheus (teſte Ouidio) Æthiopum rex fuit Andromadę pater, quem cete propoſitam fabulę dixerunt. Hanc autem Perſeũ a periculo liberatã vxorẽ duxiſſe. Itaq̃ vt totũ hoc genus perpetuo maneret ipſm cephea inter ſydera collocatũ eſſe, pdiderunt vna cum vxore caſſiopeia & Andromada filia, & genero perſeo. Oritur cepheus in. xv. parte capricorni. Hoc ſydere nati erunt ſeueri, ſicut catones.

* Cerachates gemma quæ cæræ colorem præſefert. Cc.

* Cerannium tuberis genus. Cc.

¶ Ceraſtes latine cornutus gen⁹ eſt ſerpẽtis, quod teſte Plin. lib. viij. quadrigemina cornua pręfert ſimillima arietũ. Nam κεραὸ ατος ſimili modo ceruus dicitur. In genitiuo ceraſtis & ceraſtę. Luca. Spinaq̃ vagi torquente ceraſtæ.

* Ceraſtis cyprus antea dicta eſt multiſq̃ alijs noĩbus. Cc.

* Cera amaltheias dicitur cornucopiæ a cornu Amaltheæ caprę, quam fabulantur Iouem nutriuiſſe. Cc.

¶ Ceraphoros pe. cor. a noſtris corniger dicitur.

¶ Cerates genus ponderis, quod eſt medius obolus.

¶ Ceraſus cera ceraſi pe. cor. arbor nota a ceraſunte ponti ciuitate ſic dicta. Quam cum Lucullus deleuiſſet, inde illam tranſtulit, & a ciuitate ceraſum appellauit. Sane arbor ceraſ⁹, pomum vero ceraſum. Ouid. de nuce. Audiat hæc ceraſus ſtipes inanis erit. Dicitur & ceraſum pro arbore. Colu. ceraſa & tuberes & armeniacæ atq̃ amygdale, quę primæ florent poſſunt inſeri commode. In plurali ceraſea ceraſeorum. Plin. xiij. Ceraſeorum Aproiana maxime rubent. Inter ceraſa principatum obtinent Duracina. Actia nigerrima ſunt, & Iuliana tenerrima.

¶ Ceraſ⁹ ceraſuntis, & ceraſunta ſeu ceraſuntia pro vrbe in ponto. Hiero. ad Marcel. Accepimus & caniſtrum ceraſis refertum talibus, & tam virginali verecundia rubentibus, vt ea nunc a Lucullo delata exiſtimarem, ſiquidem hoc genus pomi ponto, & armenia ſubiugatis de ceraſunte primus Romam pertulit. Vnde & de patria arbor nomen accepit. Pompo. Raræ vrbes ceraſunta, & Tapezus maxime illuſtres.

* Ceratiæ ſtellæ dicuntur ἀπὸ τὸ κέρατοσ, hoc eſt a cornu cuius ſpeciem habent, talis ſtella viſa fuit cum Græcia apud Salamina depugnauit. Cc.

¶ Ceraunus pe. pro. cognomen cuiuſdam Ptolo. Quo nomine ſignificant fulmen, quod Græci dicunt κεραυνὸμ. Vnde ceraunii montes ſunt epiri, a crebris fulminibus. Plin. in Armenia maiore pro illis accipit, qui caſpius & niphates a Ptolemęo nominantur, quibus videlicet ab ortu ſolis finitur armenia. Huius rei cauſa eſt, q̃ Taurus mons ſimulatq̃ frangi cœpit, & innumeras obire gentes cerauuus in vniuerſum vocatur, etiam ſi nominibus populorum, per quos meant laciniæ diſtinguitur. Alio nomine dicuntur acroceraunia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hora. Infames ſcopulos acroceraunia. ☞ Sic Iuppiter dictus eſt Ceraunius ꝙ fulgur emittat.

⁂ Cerceis nomen nymphæ a texendo κερκίσ enim radium textorium ſignificat..Cc.

⁂ Cercius ventus, vt vult Cato. Vide in Circius.

¶ Ceramicum latine tegularium, vel figularium. Nam deriuatur a κέραμοσ, quod eſt tegula. Frat locus Athenis. De quo Pli. lib. xxxvi. Opa Praxitelis ſunt Athenis ī ceramico.

¶ Cerberus pe. cor. interpretatur terra, quę omnia cōſumit inferni cuſtos, quaſi κρεοβόροσ, i. vorans carnem, κρέασ em̄ græce cano dicitur, 'βόρουτα, edacem, canis triceps, cerberum ab inferis traxiſſe Herculem in fabulis eſt, fertur ꝙ hic fuerit ſerpens in Tænaro laconiæ promontorio, cuius veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tęnaro ad inferos dicitur eſſe additus, ditis canem dixerunt, quem cum Hercules trucidaſſet, nata eſt fabula canem tricipitem interemiſſe, quia omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena contē pſit ac domuit. Cerberus etiam dictus eſt canis Alexandri epiroticus, leonibus congrediens.

¶ Cercopythecus pe. pro. nomen compoſitum ex κερκοσ, quę dicitur cauda, & πιθηκοσ ſimia quaſi ſimia caudata, quam marmonem vulgo dicimus. Plin. lib. viij. Cercopythecos nigris capitibus pilo aſinino, & diſſimiles cęteris voce ſunt. Mar. Callidꝰ enixas elidere ſimius haſtas. Si mihi cauda foret cercopiꝫthecus eram.

⁂ Cercos auis de genere accipitrum claudꝰ altero pede hūc Romani buteonem nominant. Cc.

⁂ Cercon latro inſignis, qui Atticam regionem latrociniꝫs infeſtabat. Cc.

⁂ Cerops lucrio appellatur alias credo, qui artes illiberales quæſtus gratia exercet, de his meminit & Suidas. Cc.

¶ Cercyra pe. cor. olim Phæanę nomen fuit. Nunc aūt vulgo dicitur Corfu corrupte.

☞ Cerdos latine dī lucrū. Vnde cerdones dicti ſunt lucriones Sunt autem artifices ſordidi, 'quoꝝ frequens mentio apud poetas & oratores. Vulgus cerdonē vocat ſutorem veterū calceoꝝ, quia Sueto. Veteramētarius appellatur. Cerdo etiā fuit nomen hęretici, a quo cerdoniani, qui xp̄m nec natum a fœmina, neq; habuiſſe carnem, nec vere mortuum, vel q̄cq̄ paſſum, ſed ſimulaſſe paſſionem dicebat.

¶ Cerdiſtos gręce, latine ſignificat acutiſſimum, perindeq; prudentiſſimum.

¶ Cereon greci dicunt fauum. Vnde & pro ſuaui, & iucundo poniſolet.

¶ Cerebrum īquit Pli. eſt viſcerū excęlſiſſimū, pximūq; cœlo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. Hic habet ſenſus arcem. Hic culmen altiſſimum. Hic mentis eſt regimen. Auicenna ait cerebrum eſſe principium virtutis ſentiendi, & mouendi. Amb. lib. vi. Hexa. Initiū inquit neruoꝝ, & omnium ſenſuum voluntariæ commotionis cerebrum eſt, a cerebro proficiſcitur ſomnus. Quæ cerebrum non habent nō dormiunt, diminutiuum a cerebrum fit cerebellum.

¶ Cerebroſus dicitur homo ad inſaniam facilis, cui cerebrū moueatur, vel a peruerſo cerebro, qui totus ſuo conſilio hęret, & obſtinatus a nemine perſuadetur, & iracundiæ obtemperans ſine ratione fertur. Hor. lib. i. Ser. Donec cerebroſꝰ profilit vnus. Dicitur & de brutis. Col. lib. vj. Quod eo tempore ſatū pecori ſit noxium, & præcipue bobus, quos pabulo ſuo cerebroſos reddit.

☞ Ceres dea frugū putabaſ, a creādo dicta, Saturni, & Opis filia, vñ alma Ceres, quia nos alit, vel, vt Cic. lib. de na. deo. ſcribit. Ceres dicta eſt, tāq; geres a gerēdis frugibus caſu prima lra īmutata a grecis δήμητρα quaſi γήμητρα, hoc eſt terræ mr̄, ꝙ cunctarū frugū creatrix, ſit, & alimenta largiat. Vel vt Fulgē. ait. Ceres ex eo dicta eſt, ꝙ græce χαρα gaudium dī. Et ideo illā frumēti deam haberi, ꝙ vbi plenitudo fructuum ſit, gaudia ſemper ſuperabundent, neceſſe eſt, ꝓſerpinam vero quaſi ſegetem. i. terram radicibus pro ſerpentem, quę & Hecate dī Hecato. n. gręce centum. Et ideo hoc illi nomen imponunt, quia centuplicatum ceres ꝓferat frumē tū. Hęc qñq; luna dr̄, ſicut liber ꝓ ſole. Verg. Vos clariſſima mundi lumina labentem cœlo quæ ducitis annum. Liber, & alma Ceres ponitur interdum Ceres pro ipſo pane, ſicut Liber pro vino. Ter. Sine cerere & baccho friget venus.

⁂ Cerha, vnum ex nominibus Deli inſulæ. Cc.

¶ Cereale, quod ad cererem pertinet, vt cerealia arma.

¶ Ceritus penultima producta, quaſi cereritus, hoc eſt cereris ira & indignatione vexatus. Nam in cereris ſacris furore corripiebantur. Et ſicut a baccho bacchantęm dicimus, ſic a cerere ceritum. Ho. in Ser. Ceritus fuit, aut commotę crimine mentis. i. inſanus & furioſus. Vñ qui emotæ mentis ſunt ceriti nuncupari ſolent. Plaut. in Amp. Tu certe laruatus es, aut ceritus. Idem. Iube hanc pro cerita circumferri.

¶ Cerus genus arboris glandiferę, a quo fit poſſeſſiuum cereus cerea cereum.

¶ Ceretum oppidum Vmbriæ inter Spoletum & Nurſiā, a quo ceretanus, a, um. Nam illa vidē tur prodigialiter in noſtris ceretanis accidiſſe, vt aliqua vitiꝫ apd te excederet vuarum numerum duorum milium.

¶ Cærinthe, es, genus hęrbæ, mellis cum cera miſti ſaporem habens. Verg. lib. iiij. Geor. Et cærinthe ignobile gramē, habet folium candidum incuruum, cubitalis capite concauo, cuius florum auidiſſimę ſuut apes. A cæra deriuatur.

⁂ Cerinthus apum eſt cibus dum operantur, qui ſæpe in fauorum inanitatibus ſepoſitus inuenitur, ſaporis amari, ſed plenus humoris. Cc.

¶ Ceretani populi hiſpani, vt auctor eſt Plin. & Strab. apud quos generoſa vina naſcebātur, quę ceretana dicebāt. Mar. Ceretana nepos ponat ſetina putabis. Sunt & Ceretani populi ex Cereco Vmbrię oppido, qui totū orbem vino quodam, ac turpi ſuperſtitionis genere ludificant.

¶ Ceroſtrotum penulti. produ. compoſitum a græco. Nam κέρασ latine cornu, ſτρωτὸσ ſtratus, & eſt ceroſtrotum pictu rę genus cum ex cornibus ramenta tinguntur variꝫ coloribus. Deinde vermiculatim ligno inſeruntur. Principio hoc ex lini bracteis fieri cœptum. Poſtea cœpere tingi animaliū cornua, dentes elephantorum ſecari, lignumq; ebore diſtingui, mox totum operiri. Plinius libro. xi. Nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ ceroſtrota picturæ genere dicuntur. Proprie tamen dicitur ceroſtrota cornibus ſtrata, ſicut lithoſtrota lapidibus ſtrata.

¶ Cerno, is, creui, & ſecundum aliquos cerni. Liuius lib. vij. Et quod haud minus timendum erat ſtolide ferocem viribꝰ ſuis cernerat, cretum, ſignificat video. Vergil. Cernimus aſtantis ne quicq̄ lumine toruo. Quandoq; cernere eſt conſyderare, vt Cerno, ꝙ populus iſte duræ ceruicis ſit. Quādoq; iudicare, ſtatuere, deliberare. Cice. libro. iij. de legibus. Quotcunq; ſenatus creuerit, populuſve iuſſerit tot ſunto, regio imperio duo ſunto. Lucil. Poſtq̄ prſidiū caſtris educere creuit. Pacu. Et ęqui & rectum eſt quod poſtulas iurati cernant. Quandoq; diuidere, ſecernere, cribrare, quod & incernere dicitur. 'Vnde & incernicula cribros vocamus. Plin. lib. xviij. Rurſus quæ tranſit arctiore cernitur. Vnde & crines dicti ſunt, ꝙ ſint diſcreti. Quandoque dimicare. Plautus. Pro patria amphytriodum cernit. Quandoque cedere. Vnde cernere hęreditatem filij parentibus dicti ſunt, hoc eſt cedere. Actius. Regnum tibi permitti, malunt, cernam, tradam exercitus. Compoſita huius verbi ſunt, concerno, quod Aug. libro. v. pro coniungo poſuiſſe videtur, cum inquit. Talem naturam naſcipoſſe de Maria virgine nō arbitrabaſ, niſi carni concerneretur. Concerni autem & non coinquinari nō videbam, ꝙ mihi tale figurabam. Decerno diſcerno, excerno, incerno, ſecerno, & ſuccerno, quod eſt ſubdiuido. Plin. Farinario cribro ſuccernunt.

¶ Cernulus, a Cerno formari videtur, quaſi diminutiuum a cernus, quo nusq̄ legi. Hiero. contra Ruff. Q̄q̄ tu occupatus inſenſibus, & ad miniſtrandam mihi calumniam cernulus grammaticorum, & oratorum prę̄cepta contemſeris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Certo,as, significat altercor, contendo. Inde certamen & certatio. Interdum prouoco. Teren. in Phor. Bñdictis si certas set, audisset bene. Hinc componuntur decerto & concerto.

¶Certatim aduerbium significa. singulariter vnum cum altero, quisq; pro viribus ȣ studiose inter se contendentes a strigo Iuno de altero. Farechi ne po piu Verg. lib. viij. ȣ Tunc leti iuuenes certatim areq; sacerdos. ȣ Sueto. in Augu. Senatus & in funere ornando, & in memoria honorãda eo studio certatim progressus est. Hiero. in lib. Iudi. Igitur certatim ramos de arboribus prędentes sequebantur ducem.

¶Cere oppidum fuit Thusciæ non longe a Tarquiniis. Vide in dictione Cęrete.

¶Certamen conflictus, qui fit inter duos aut plures. Græca certamina celebratissima hæc fuerunt. olympia. phthia. isthmia & nemeæa, in quibus Græci magnos honores cõstituerunt victoribus athletis. Nam olympica, quę ĩ olympo Arcadiæ monte iuxta Pisam & helidem quinto quoque anno in honorem olympi Iouis celebrabantur, & qui vicisset corona oleagina donabaĩ. Instituraque sunt anno mundi quadringentesimo supra quattuor milia, in eoque certamine Hercules primus coronatus est. Phthia Apollini sacra erãt, quorum victor poma referebat. Isthmia ab Isthmo parte Arcadiæ, vbi celebrantur in honorem Palæmonis, quem latini Portumnum dicunt, & qui vicisset coronam ex apio reportabat. Nemeæa a nemea sylua in memoriam Archemori Lycurgi filij fiebant, quorum victores pinu coronati abibant. Hæc certamina etiam ludi plurali uumero dicuntur, & spectacula.

¶Certus,a,um, ponitur pro claro & indubitato a cerno pro video, quia ea quę cernimus clara, & indubitata sunt. Vnde facio te certiorem dicimus, hoc est declaro, & affirmo tibi ita esse. Gel. Certi sumus non ignorare te quid vena appellatur. Hinc fit incertus, dubius. Incerto, as. Certitudo. Interdũ certus dicitur constitutus, hoc est tantus ac talis, q̃tum ac quale volumus. Vnde certum vulnus fecisse aliquem dicimus, cũ nec plus nec minus fecit, q̃ voluit. Mart. O q̃ certa fuit librato dextera ferro. Interdum discretus. Hinc certos fere numero plurali dicimus pro eo quod est quosdam, quasi a cęteris discretos. Cicero. Is enim cum certis aliis ad Cęsarem missus pauloante discesserat. Sal. Apud latera certos locauit. Item certus firmus non vacillans. Ouidius. Damihi quod petiĩ certo cõtingere telo. Et certum dicimus deliberatum, ĩ quo plerũq; adiungitur datiuus cum infinitiuo, vt Certũ est mihi in Asiam nauigare. Vergi. Certum est in syluis inter spelæa ferarum Malle pati. Hinc fit aduerbium certe, quod cum affirmatiuum sit, aliquando etiam pro saltem ponitur. Cic. Marcel. Victi sumus igitur, aut si vinci dignitas non potest certe fracti & abiecti. Iũgitur quandoque cum &, semperq; affirmat. Cicero. Et certe contra Cæsarem, & ingressus armatus. Si autem iungatur cum verbo Scio, vel similibus, e/in/o/mutari solet. Cicero. Etsi certo scio.

¶Certisso, as, certus fio. Pacu. Vocant cocos vñ certissent.

*Certitudo, a certus. Vnde Incertudo notæ significationis. Cc.

¶Cernuus proprie inclinatus, quasi qui terram cernat. Vergi. lib. x. Erectoq; incumbit cernuus armo.

¶Cerui animalia ꝙ magna cornua gerant quasi gerui/g/in c/mutata. Vel ἀπὸ τῶν κεράτων. Hoc est a cornibus, quæ primum bimis oriuntur simplicia quidẽ & recta ad subulaꝝ similitudinem, quãobrem subulones per id tẽpus appellantus. Hinc ceruin⁹, a, um, pe. pro. Mar. Ceruinus gelidum torquet sic halitus anguem. Et cerui dicuntur furcę, quę ad casæ sustentationem figuntur ad similitudinem cornuum cerui. Verg. Atq; humiles habitare casas, & figere ceruos.

*Ceruarius a ceruo, lupum Ceruarium a similitudine dicimus & ouẽ Ceruariã, quę pro ceruo immolari solebat. Cc.

¶Ceruisia, decoctio ex fermentis & sorbis confecta, quã Bacchus inuenit. Vergi. Et pocula læti fermenta, atq; acidis imitatur vitea sorbis.

¶Ceruix posterior colli pars, quę ab occipitio incipit & tendit ad spinam, nam quæ anterior est gula dicitur. Ceruicis hæc commoditas est, vt ad dexteram sinistramve priorsum retrorsumq; vertatur. Consiat enim ex ossibus orbiculatim vertebratis, ex quibus fit ad circunspectum facilis. Hinc est, qui nec flecti nec cogi pñt ceruicis durę perhibeantur. Vnde dicimus hominem durę ceruicis, quasi indomabilem & contumacem. Antiqui vero, vt Quintilia. ait ceruices dicebant, primusq; Hortensius ceruicem dixit. Ciceř. in Vati. Inflato collo tumidis ceruicibus intulisti. Cato. Si caput, aut ceruices dolent, ea lotio calido lauato. Amb. de diua Agnete. Quomodo possum adiniuriam summi dei ceruices meas lapidibus inclinare. Hinc ceruicosus pro duro & inexorabili.

¶Ceruicale & per apocop ẽceruical pe. pro. denominatum a ceruicibus significat ceruicis sustentamentum, & munimentum. Hoc enim instrumento delicatorum ceruices confouẽtur. Iu. Conducit comites sellam ceruical amicas. Mar. Tinge caput nardi folio ceruical olebit.

¶Ceruſa pe. pro. pigmẽtum. Hierony. ad Furiam. Quid faciat ceruſa in facie Christianæ.

*Ceruſſa fit, vel per se in plumbinariis officinis, vel ramẽtis plumbis tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis, atq; ita distillantibus. Quod ex eo in acetum cecidit arefactũ molitur & cribratur, iterumq; aceto mixto diuiditur ĩ pastillos, & ęstate in sole siccatur. Potꝰ eius letalis est sine spuma argenti. Inde ceruſſatus. Cc.

ȣ Ceruſſa pe. pro. est quam Græci psymithiõ vocant ex plũbo in acuto aceto soluto cõparatur. Victř. docet quomodo fiat, dicens. Rhodij doliis sarmenta collocantes aceto suffuso supra sarmenta collocant plũbeas massas, deinde ea operculis obturant, ne spiramentum obturata emittant. Post certum tẽpus aperientes inueniunt e massis plũbeis ceruſſam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes efficiunt ęruginẽ, quæ ęruca appellatur. Ceruſſa vero cũ in fornace coquiř mutato colore ad ignis incẽdium efficitur sandaraca. Id autem incendio factum ex casu didicerunt hoĩes ex eo multo meliorem vsum prestari, q̃ quę de metallis per se nata foditur. Vt cũq; igitur ita ceruſſa comparetur, neq; acutum, neq; lãcinãs quicq̃ habet, neq; distrahens, sed emplasticum, ac refrigerãs. Vsta autem inquit Actius pura ceruſſa mutatur in id quod syricum nuncupatur, quem medici sandica vocant.

¶Ceryx latine præco & caduceator. Vnde Euseb. scribit a Nerone cerycas fuisse certamine superatos. Seneca ad Serenum. Non vis nisi consul, aut pritanis, aut ceryx, aut suffes administrare rempub. hoc est caduceator & magistratus ad rempu. gerendam, est autem græcum κῆρυξ ἐξ τοῦ κηρύσσειν καὶ κηρυκεύω. tamen Suidas, κῆρυξ ἐν πολέμω. πρεσβύς ἐν εἰρήνη. *.i. κῆρυξ ex demonstrando, & pręconico, tamen Suidas κῆρυξ .i. pręco in bello legatus in pace.

*Ceſpes, est hærba cum terra euulsa. Inde Ceſpitare verbum. Cc.

*Ceſtrum instrumentum, quo ebur cauatur.

*Ceſticulus, paruum cingulum. Cc.

¶Ceſſo, as, abstineo, ab opere vaco. Vergi. Et si quid cessare potes requiesce sub vmbra. Item Cessare tardare remorari. Idem. Cessas in vota precesq;, id est tardus es in vota facienda. Teren. in Eu. Paululum si cessassem Pithias domi non offendissem, ita iam adornabat fugam.

ȣ Et cessare dicimus eos quorũ officium desideramus. Gel. Amici isti magnam in partem cessatores sunt. ȣ Huius compositum est Concessio. Plaut. Postq̃ aurora est nunq̃ concessa uimus lauari, aut fricari, aut ornari.

¶Ceſitium, linteolũ, purum, & candidum. Vide supra, quia scribitur cum diph. Cęsitium.

¶Ceſa, ceſius, & ceſtus. Vide supra, quoniam scribuntur cũ æ/diphthongo.

¶Cetus ceti sine diphthõ. piscis maximus in Atlantico mari. Hierony. Sicut fuit Ionas in ventre ceti. Amb. libř. Hexa. Virtute mitigauit mare, disciplina strauit cetos. Dicitur &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cete neutro genere, & numero plurali. Hiero. in Gene. Creauit deus cete grandia. Sunt autem cete maiores pisces non ouum, sed animal gignentes, tantæ magnitudinis, quę si qñ supernatant fluctibus annare insulas putes, mõtes altissimos summis ad cœlum verticibus eminere. Hi etiam testudines marinæ dicuntur a diuo Hierony. in epistola ad Præsidium diaconum, sicut in dictione Testudo videre potes. ¶Cœt⁹ autem cum/œ/diph. conuentum, seu congregationem significat a coeundo, id est conueniendo in vnũ. Sene. libr. iij. decla. Qui cœtum fecerit capitalis. Qui eleganter ait. Cœtum nomen esse magnę multitudinis coeuntis ex consensu quodã. Saltem digne exprimit Suidas. κῆτος θαλάσσιον θηρίον πολυειδὲς. ἐσὶ γὰρ λέων ζύγαινα πάρδαλις. φύσας μὴ πρῆσις ἢ λεγομένη μᾶλλον ὃ καὶ δυσαυτα. γώνιον ἐσὶ καὶ κρεῶδες ἰδεῖν ἐχθρὸν ζῶον. ✳ Cete marina fera multarum specierum est enim leo zygæna pardus.

¶Cetarij dicuntur maiores pisces capientes, seu vendentes, dicti ab eo, ꝙ cete in mari maiora sunt piscium genera. Col. lib. ix. Salsamentorum omnium purgamenta, quę cetariorũ officinis euertuntur pręberi conuenit. Varro. Aduertis cetarios cum videre volunt in mari turmas ascendere in malum alti, vt penitus per aquam perspiciant.

¶Cetariæ loca iuxta mare stagnante lacu, in quibus Thinni, & alij huiusmodi pisces capiuntur & saliuntur. Plin. Carteię in cetarijs assuetus polypus exire, &c.

¶Cetra scutũ breue loreũ, quo (Ser. auct.) vtuntur Aphri & Hispani. Verg. Lęnas cetra tegit. Hic cetrati dicti sunt milites cetris muniti, de qb⁹ fit mẽtio apud Cęsarẽ & Liuium.

¶Ceuere pe. pro. est clunes mouere, quod fit, aut adulando, aut in re venerea turpia operando, & proprie de maribus dicitur. Crissari vero de mulieribus. Pers. An romule ceues.

ð Cetus mons inter Noricum & Pannoniam.

C ante lb

¶Chabrias Athenienſis philosophus & imperator inclyt⁹. Hic dicere solebat terribiliorem esse exercitum ceruorum duce leone, qñ leonum duce ceruo.

✳ Chacexia morbus est vbi malus corporis habit⁹ est, ideo ꝙ omnia alimenta corrumpuntur, quod fit cum lõgo morbo fatigata corpora refectionem non accipiunt. Cc.

¶Chęre, salue, hoc Syro, Hebraicoq; sermone appellatur Solomlac, siue salomalac, id est pax tecum. χαῖρε.

¶Chalasis pe. cor. tunicę genus, quod ἐχάλασαν vocant a laxitate, vel (vt quidam dicunt) nodus tunicę muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica sumitur.

ð Chalastra vrbs ad Termeum sinũ inquit Sira a Chalastra proximo portu dicta, hinc Chalastricus, a, um, adiectiuum.

ð Chalepi, grẽce χαλεποὶ, dicuntur duri asperi, ac prolatu difficiles, qualis est versus Vergilianus. Quadrupedãte pu trem sonitu quatit vngula campum.

¶Chalaza, collectio sub cute buboni, & Ægyptię fabę similis dolorem si tangatur afferens. A latinis grando dicitur.

✳ Chalaxias, gemma, quę grandineum colorem, & figurã habet adamantinę duritię. Cc.

✳ Chalcites, lapis ęrei coloris, sed nigrioris. Cc.

✳ Chalcantum atramenti genus, a quadam aeris similitudine, χαλκὰν enim grẽci ęs dicunt. Cc.

ð Chalceutice χαλκευτικὴ ęraria fabrica, χαλκοῦς, ῆ, es dicitur.

ð Vnde chalceus faber ærarius, excussorque latine appellatur.

¶Chalcedonia, siue chalcedon, vrbs fuit in Asia iuxta Bosphorum Thraciũ ex oppositio ad Byzantiũ. Hanc Megarenses cõdidere cęci appellati, qui non potius oppositũ litt⁹ elegere, in quo iacet Cõstãtinopolis optimo loco. Hic olim magna synodus celebrata est, qñ inter octo numeratur, quib⁹ Romana eccleſia præcipuum impertitur honorem.

¶Chalcis chalcidis, vrbs Metropolitana in Eubœa regiõe insula iuxta Euripum. Vñ chalcidic⁹, a, um. Alia est in Chalcidia regione Syriæ, alia est in Ætolia. Est & chalcis auis.

¶Chalcidius, a, um, nomẽ gentile. Chalcídius etiam nomẽ philosophi.

ð Chaldæa cum/ę/diph. Asiæ maioris regio. Arabię cõtermina, plana, fontiũ indiga, ĩ qua Babylõ ciuitas magna, chaldæos Arphaxat instituit, & ase arphaxetos noĩauit, vt inquit Iosephus, chaldęi Assyriorũ magi ex gẽtis vocabulo dicũtur, qui diuturna obseruatione syderũ sciẽtiã putãt effecisse, vt p̃dici posset quid cui euẽturũ, & ex quo qsq; fato nat⁹ esset, chaldeorũ astronomiorũ, multa sũt gña. Nã qdã Orcheni dñr, quidã borsipeni & alij cõplures, q p sectas distincti sũt. Hi Genethliaci quoq; appellantur & mathematici.

¶Chalix lapidis genus ex quo diducitur ignis.

¶Charestra vrbs Thessaliæ littoralis, iuxta quã Axius fluuius in mare Ægeum descendit.

✳ Callichricã hęrbam dicũt, ꝙ pulchros facit crines, nam in vino coctum cum semine apij adiecto oleo copiose, & fluere prohibet capillum, & crispum densumq; facit. Cc.

¶Chalame ciuitas Persidis, q̃ nũc appellatur Ctisiphon.

¶Chalybes cum/y/cor. populi in Põto iuxta Thermodõtẽ fluuium, sicut Strab. & Pli. testantur. Hi ferrũ nudi effodiũt, dicente. Verg. India mittit ebur, molles sua thura sabæi. At chalybes nudi ferrum. Ponit tñ qñq; chalybs pro ipsa ferri materia. Ouid. lib. iij. de Fast. Æs erat ĩ p̃cio chalybs iã massa placebat. Q̃nq; p instrumẽto ex chalybe facto. Ver. Vulnificusq; chalybs. Luc. Chalybem frænosq; momordit.

¶Chamus genus freni dictus, ꝙ sit breuis χάμος em̃ breuis dr̃. Hierony. in. p̃o. In chamo & freno maxillas eorũ constringe.

¶Chamedracontes genera serpentum.

¶Chamęcyssos genus hederæ, quę nunq; se ab humo attollit, composita dictio ex χάμαι, qd' est infimũ, & κισσὸς hedera. Sic chamęplatani vocãt humiles platani, & coactę breuitatis. Chamædaphne pusilla laurus chamæ cerasi breues ceraſi. ð Sunt autem eius duo genera, vt ait Plin. lib. xvi. f. syluestris frutex, & Alexãdrina, vt intelligas duo esse genera. Alterum est Camedaphne, quam Latini laureolã appellant. Alterum laurus Alexandrina.

✳ Chamæleum oleum dicitur ex chamęla frutice saxoso nõ altiore palmo folia oleastri, baccasq; habente. Cc.

✳ Chamæzelos hærba est ab alijs tomentum dicta, cui⁹ folia ita alba & mollia sunt, vt plane videantur tomentum, & pro tomento vsurpentur.

✳ Chamæmelõ hærba est vulgo nota ab odore mali sic dicta, quã medici recẽtiores chamomillã barbare vocant. Cc.

ð Chamelus p simplex/l/ generis cõmunis, aĩal quadrupes, quod crura ꝑplixa, collũ lõgũ habet. Sitim sustinet p triduũ. Sed cũ inuenit aquam tm̃ bibit, vt p̃teritæ & futurę siti sufficiat. Hiero. in Gen. Separauit chamelos fœtas, cũ pullis suis Bactri camelos mittunt & Arabia, vt scribit Diodo. Sed in hoc differũt, ꝙ arabicibina in dorso habent tubercula, hos dromedarios vocant, singula bactriani. Chamelus vero p funem nautica, quo nautæ marinas anchoras ligant, gñis masculini est, vt apud euangelium. Facilius est chamelum p foramen acus intrare, quam diuitem. &c.

ð Chameleuce, hęrba quæ tussilago dicitur.

ð Chanaon dicta est Arabia a Chã, qui in ea cõsedit, a qua Chananei, hæc fuit prima gens, quę deum ignorauit, quoniam princeps eius, & conditor cultum a patre non accepit maledictus ab eo. Itaq; ignorantiam diuinitatis minoribus reliquit.

ð Chaonides dicti sunt lupi ceruarij.

ð Chananitis pe. corre. genitiuum, ĩdis, adiectiuum est a chanaam, vt regio chananitis.

¶Chameleon, ontis, quasi paru⁹ leo, animal est diuersa varietate cõspersũ, vt p̃d⁹, & ad colores quos videt cõuersiõe facillima variat. Nascit in India, figura & magnitudine lacerte, nisi ꝙ crura habet recta & excelsiora, latera vẽtri iun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

guntur vt piſcib⁹ & ſpina ſimili modo eminet, roſtrū ſimile ſuillo, cauda plōga ī tenuitatē deſinēs & īplicās ſe vipinis or bib⁹, vngues adūci, mot⁹ tardior, vt teſtudini, aſperq; corpus vt crocodilo, habet oculos corpi cōcolores, nūq; eos opit. Solus aīaliū nec cibo nec potu alīt, nec alio q̄ aeris alimēto, latet hyeme, vt lacerta. Ab Auicen. dī ſtellio, ſed diuerſum eſſe. Hiero. in Leui. oñdit, cū inquit. Megalę chameleō, & ſtellio & lacerta, & talpa oīa hæc immūda ſunt. Eſt & genus herbę a folioꝝ varietate. mutat em cū terra colores ad ſimilitudinē chamęleontis animalis. Hanc quidam buphonem vocant.

¶ Chameterę, ὁ quæ & chamæteridę a Græcis dicūtur humiles & depreſſę imagines, id eſt ſeruæ & pediſſeq̄. Chamæ enim Græcorum aduerbium latine ſignificat humi. Scribit Plinius libro. xxxvi. Scopam feciſſe Apollinem palatinum, Veſtam ſedentem laudatam in ſeruilianis hortis duaſq; chamęteras circa eam.

¶ χαμώσ θεὸσ ἦν τυρίων καὶ ἀμενίτων ὥσπερ ἡ ασάρτη θεὸσ σιδονίων ἡ ἑλλάς φησι σολομών. ✳ Id eſt Chamos deus erat Tyriorum & Amenitum, quemadmodū Aſtarte deus Sidōniorum, quem coluit Solomon.

¶ Chamelopardalis pe. cor. animal cuius eſt ad magnitudinem chameli proceritas, color pelliſq; pantheræ maculis veluti florentibus variegata, poſtręmæ infra aluum partes humi ſubſidēt, ſicuti in leonibus videm⁹, humeri pedeſq; priores, atq; itē pectus p̄ter cęterorum membrorum rationem procera, tenuis ceruix, camelo caput ſimile. Chamelopardalis eſt aīal collo ſimile equo, pedibus & cruribus boui, capite camelo, albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus.

✳ Chamemyrſine frutex ex quo ſcopę fiunt, alias Ruſc⁹. nōnulli ſylueſtrem myrtum vocant, ex quo fit oleum chamemyrſinum. Cc.

✳ Chamerepes, arbor eſt ex ſpecie Dactylorum, quæ & in Creta & Sicilia naſcīt, folio latiore ac molli, & ad virilia vtiliſſimo. Cc.

¶ Chananęa habet diph. in pe. Eſt autem chananęa Syrię regio a Chananęo filio Cham, qui eam regionem quę nūc Iudęa nuncupatur inhabitans a ſe chananęam nuncupauit, vt lib. antiqui. Ioſephus refert.

¶ Chaonia pars alpeſtris Epiri, licet quandoq; ſumatur p̄ toto Epiro. Hic Chaones populi a Troiāo Heleni fratre Chaone nominati. Hi Molloſſi etiam, vt ſcribit Stra. appellati ſunt a Molloſſo Pyrrhi filio. Vergi. Chaoniamq; omnem Troiano a chaone dixit.

¶ Chaos Heſiodus omnium rerum initium vocat, q̄ ante omnes deos deaſq; natum ſit, in theogonia. ſ. & Orpheus in principio argonauticorum. ἀρχαίου μὲν πρῶτα χάους ἀμέγαρτον ἀνάγκην κρονίων τε ὥσπερ ἐλόχευσεν ἀπρεῖς σίας ὑφ ὁλκοις ἀιθέρα καὶ δίφυῆ περιωσέα κυδνὸν ἔρωτα. ✳ Id eſt veteris principia chaos magnam neceſſitatē. Saturnuſq; quemadmodum genuit infinitis reſolutionib⁹ aerem circonſpicuum. ¶ Et iterum appellat confuſam quondā ab initio vnitatem hiantem, patentemq; in profundū. Alij appellant materiam cœli & terrę confuſam, atq; informem, quę primum ex nihilo facta eſt, de qua poſtmodum omnia ſigillatim per ſpecies variis, formaſque proprias prodierūt, de qua ſcriptura loquitur. Qui feciſti mundum de materia informi. Lactantius vero ſic habet. Chaos eſt rudis inordinata ęquę materię confuſa congeries. Nec audiendi ſunt poetæ, qui dixerunt chaos in principio fuiſſe, id eſt confuſionem rerum, atque elementorum, poſtea vero deum diremiſſe omnem illam congeriem, ſinguliſque rebus ex confuſo aceruo ſeparatis in ordinem q̄ deſcriptis inſtruxiſſe mūdum pariter, & ornaſſe. Omnia enim deus fecit ex nihilo. Simplicius in commentarijs de cœlo Ariſtotelis ἤκουσα δὲ ἐγὼ τοὺσ μὲν ἀιγυπτίουσ ἀστρώασ τριακοσίασ ὀκτὼ ἐλαττόνων ἑξακοσμυριάδων. & multa alia. ✳ Id eſt audiui ego quidem ægyptios ſydera obſeruantes non minus ſexaginta milia. ὁ Eſt autem hoc nomē græcum quod declinat̄ prima declinatiōe cōtractoꝝ hoc mō τοχᾶς τοῦχαρ ἡ χέουσ᾽ον χοεινὴ χαεὶ τοχάοσω χᾶς. Et apd̄ latinos chaus chai chao, ſicut Priſc. declinauit. Vergi. lib. iiij. Geor. Atq; chao denſos diuū narrabat amores. Ouid. lib. iiij. Met. Et noctem noctiſq; deos herebiq; Chaoq;. Dictum chaos a χέω fundo, q̄ fuerit fuſio, id eſt couſuſio elementorum omnium.

¶ Characias genus thymali, hærba ramis digitali craſſitudine, cuius ſemen cum melle decoctum in vſu eſt ad catapocia, hoc eſt pillulas faciendas ſoluendi alui gratia. Hanc medici corrupto vocabulo cataputiam vocant.

✳ Characiam vocant arūdinē craſſiorē firmioremq; q̄ aptior ſit ſepibus faciendis, quippe χαράκειν ſepire eſt. Cc.

✳ Charaxes frater Sapphus poetriæ, qui captus fuit Rhodopes meretricis amore. Cc.

✳ Charybdis. Vide ſuperius poſt dictionem Caryca.

¶ Charcheſia gen⁹ poculi apud græcos forma p̄cera, & circa mediā partē cōpreſſa anſata mediocriter anſis a fūmo ad infimum pertingentibus. Et tribuitur Ioui ſicut Scyph⁹ Herculis, cantarus Libero. Verg. Hic duo rite mero libans charcheſia Bacho. Hoc genere poculi aurei donata eſt Alcmena ab Ioue pro precio cōcubitus. Aſclepiades aūt vir inter græcos apprime doctus charcheſia a nauali re æſtimat dicta. Ait enim naualis velipartem inferiorem prernā vocari. At circa mediam vero partem trachelon dici, ſummam vero partem charcheſium nominari, & inde diffundi in vtrūq; velilatus, eaquecornua vocantur. Sunt etiam qui putent charcheſia eſſe foramina, quę in ſumino malo funes recipiūt. Catul. Lucida qua ſummi ſplendent carchefia mali.

ὁ Charta cū/ch/aſpirato. Eſt em dictio græca, & p̄prie fit ex papyro apud græcos p̄ eo poni cōſueuit, quod nos librū dicimus. Ouid. lib. iij. de triſ. Nullus in hac charta verſus amare docet. Ponitur quandoq; pro foljs, ſeu philuris, in quibus ſcribimus, ſeu ſint papiracea, ſiue mębranæ, aut ex pergameno, aut ex alia materia. Quinti. Cum aperto codice chartas explicaret. Vnde Sueto. in Nerone. Plumbeam chartam ſupino pectore ſuſtinuit. Vide ſupra in Carta.

ὁ Chartaceus, a, um, quod eſt ex charta. De lega. lib. iij. Q̄d ſi in codicibus ſint membranęis vel chartaceis, vel etia eboris, vel materiæ.

ὁ Chartula diminutiuum. Hierony. Volo in chartulis meis ineptias ſcribere.

¶ Characatæ vineæ pedatę vallatæ a græco κάραξ. κᾶ vallū, καράττω ſculpo, ſigno, fo. ge. dūtaxat pedamētū vitis ſignificat. Col. lib. vi. Quæ defixis arundinibus circūiunctę per ſtatumina calamorū materijs ligatis in orbiculos gyroſq; flectuntur, eas nonnulli charactas vocant.

¶ Character latine notamē, vel lineamētū, vel litura ſignū figura, ſtylus dicendi. Vnde litere characteres dicuntur.

¶ Characteriſmos latine deſignatio, vt eſt apud Iu. Et caluo ſeruiret Roma. Neroni, i. domitia. ὁ Figura qua orator vitas eorum, de quibus loquitur deformat.

ὁ Charadrus auis maritima magna & inglutinoſa, quā aſpicientes icterici liberantur, ſi Suidę creditur, cum Pli. de ictero aue hoc affirmet.

ὁ Charybdis & Scyla duo mōſtra ſunt in freto ſiculo, de quibus Vergi. Dextrum ſrylla latus, lęuum implacata charybdis obſidet. Eſt aūt locus, vt ſcribit Sal. iuxta Tauromini tanum littus, extatq; fabula charybdim mulierem fuiſſe rapaciſſimam, quæ cum Herculi vaccas rapuiſſet, a Ioue fulminata eſt, & in hoc monſtrū cōuerſa. Eſt & charybdis mare periculoſum nautis, qui p̄ cōtrarios fluctuum curſus colliſionem facit, & rapta quæq; abſorbet ac reicit. Ouid. Et vomit epotas ſeua charybdis aquas. Sene. ad Lucil. Scyllam ſane eſſe, & quidem terribilem nauigātibus optime ſcio, cui Charybdis an rīdeat fabulis p̄ſcribi mihi deſidero fac nos certiores vtrum vno tm vēto agatur in vertices, an oīs tēpeſtas ad mare illud contorqueat. Et an verū ſit quicquid de illo freti turbine arreptum eſt per multa milia trahi.

ὁ Charopſopus pe. cor. latine amabilis blādus gratioſus dicitur a καρις gratia ὑψωπ aſpectus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ȣ Charisius nomen cuiusdam grammatici, quem Prisci.allegat. Est & panis, seu vt Suidas ait placentule species.

¶ Charis lati. gratia, a quo charisma, atis, in eadem significi.

¶ Charites gratiæ tres fuerunt. Aglęa, Thalia, & Eaphrosynæ Iouis filię.

¶ Charisteum genus marmoris viride, a χάρισ gratia, ꝙ eius color gratus sit aspicientibus.

¶ Chariophilon pe.cor. genus aromatis, & nascitur in India grandius & fragilius granis piperis, vt testatur Pli. Habetq; capitella dentata, ac odoris medicinæ gratiq; ad nos aduehitur a χαριὲν gratiosum, & φίλον amicum charum.

* Charietismos dici põt gratificatio, nã χαριὲν est gratũ vel gratiosum. Figura est cũ dura dictu mitiꝰ & gratiꝰ ꝓferunt.

¶ Charistia neu.ge. & numeri pluralis festa vocabãtur, quibus cognati conueniebãt, & mumera mutuo mittebãt. Oui. lib. Fas. Proxima cognati dixere charistia a χάρισ gratia.

ȣ Eucharistia latine etiam dicitur gratificatio. Vale. libro. ij. Cõuiuium solenne maiores nostri instituerunt, idq; eucharistiam appellauerunt.

¶ Charitas. Vide in dictione Caritas.

* Charõ, tis, a poetis dr, q trãsuehit tria iferni flumina a cherõtẽ, stygẽ, & cocytũ, q & defunctoꝝ ad aliã ripã trãsuehit.

* Charta. Require in Carta, adijcęq; ꝙ a charta fiunt charteus & chartulanus adiectiua. Cc.

* Charta virgo quæ nõdũ peperit, hoc est nõdũ trãscripta est dicitur a Mar. Custodit ipse virginis pater. Parere em dicuntur chartę, cum ex ijs exempla sumuntur. Cc.

¶ Chartophylacium latine scrinium dicitur. Nam φολακὴ custodia φυλάσσω custodio.

¶ Chasma, atis, latine hiatus, fissura, rictus, ἔτί χαίνω ἔνθεν καὶ χάσμα, χαίνω est hio. Est aũt chasma non solũ in cœlo, de quo Pli. Fit & hiatus cœli, quẽ vocant chasma, sed etiam in terra. Vñ ait iurisco. ti. de censib⁹. Si agri portio chasmate perierit debebit p censitorẽ releuari. Ammianus elegãti vocabulo chasmaticum appellat terræmotum, quo patefactis subito voratrinis terrarum per hiatum absorbentur.

ȣ Charmasynum genꝰ serici, ex eo ꝙ aspicientes delectet.

ȣ Charundas nomen viri, qui Athenienſibus leges dedit, qui a Catana ciuitate vnde originem habuit, cataneus est appellatus Chanona, id est placenta.

¶ Chelę scorpionũ & cãcroꝝ brachia, tñ græce κλὴ dr vngula, sed scissa. vt Theo. gaza. lib. ij. pedię cyri. Verg. Qui locus Erigonem inter chelasq; sequentes. Amb. de cancro loquens. Et periculosum est inquit, si chelam eiꝰ includat. Chelę signum cœleste, & dicuntur prima pars scorpij.

¶ Chælis animal, testudo est proprie, sed capitur pro cithara, ex qua Mercuriꝰ eã fecit ἀπὸ τὴσ χελωνησ. Hoc est a testudine. Nam ex testudine prima facta est cithara a Mercurio consumpta iam carne, sed superstitibus neruis proprie ergo chelys testudo, chelyon operimentum testudinis.

¶ Chelydros, testudo marina. ȣ quasi Cherydros, quia in aquis & terris degit, nã chersum terrã, ydros aquã dicimus. Est etiam ornatus quidã, quo donabãtur mulieres. Iuuena. Donant arcana chelydros. Ita enim exponitur ab eruditis, quamuis nonnulli legant Cylindros, cum Cylindrus aliud significet. Cc.

¶ Chelidonia, de quo infra, herba visui salubérrima ab hirũdine monstrata, a græcis χελιδὼν, & a nostris hirundo trãsfertur, a qua chelidonia herba dicitur, ꝙ eo auiũ genere aduenente nascatur, & discedente extinguatur, siue ꝙ hirundines restituant oculos pullis suis excecatis ea herba. Item chelidonia vocatur fauonius ventꝰ ab octauo Idus Martias flans ab hirundinis visu Chelidonia etiam est oculus indicæ testudinis, qui est lapillus. ȣ Item genus serpentis, seu aspidis, vt Galenus auctor est.

ȣ Chelone. Græce χλωνη a latinis dicitur testudo.

¶ Chelonophagi penul. cor. testudinum comestores. Nam χελώνη testudo dicitur, φάλοι comestores. Sunt autem populi carnanię, vt inquit Soli. qui non alia, q̃ testudinum carne viuunt. ȣ Et earum superficie casas tegunt tantæ apud illos reperiuntur magnitudinis testudines.

* Chemites sepulchri species ebori similis, in quo Dariũ cõditum ferunt. Cc.

* Chelonia gẽma testudineo oculo similis. * Chelonitides gẽma similis testudini aureis, quibusdam guttis ĩsignis. Cc.

¶ Chenotrophia χηνοτροφία. nãtium volucrum auiaria.

¶ Chenoboscio, locus vbi anseres aluntur. Nam χὴν χηνόσ anser dicitur.

* Chenatopoces ex anserum sunt genere, quibus pro cibis lautioribus vtuntur Britanni. Cc.

¶ Chenopus latine anseris pes dicitur. Quo nomine dicta est hærba, quæ habet effigiem anserini pedis.

* Chenturiones cum aspiratione scripserunt antiqui. Cc.

* Cheria rhaphani genus sylueſtre. Cc.

¶ Cherronesus per duplex/rr/ & vnum/s/ terra est fere vndiq; maricincta χεῖρ.ρόσ manus ἰνῶσ insula dicitur. Et ob excellentiam ponitur ꝓ peloponneso. Dr & cherronea, quæ fuit Plutarchi patria clade totius græciæ clarissima. Verum totius cherronesi triplex partitio videt. Prior & nobilior pars est Asia, quę ab Hellesponto vsq; ad Halyn, & Cappadociã porrigitur, & a monte tauro in septentrionem versa ponto procumbit euxino. Altera est Cappadocia, quę incipiẽs vbi Asia definit orientem versus ad Euphratem vsq; procurrit, & ab euxino vsq; ad taurum & amanum montem in meridiem extenditur. Tertia est omnis plaga, quæ a summis tauri iugis vsq; ad mare in austrum vergit.

¶ Chersonesus, idem quod Cherronesus. Nam χέρσ⊙ terra manufacta νῆσοσ insula.

* Chersina testudinis genus terrestris. Cc.

¶ Chersydro, serpens qui tam in aquis q̃ in terris moratur. Mam cõponitur ex χέρσοσ terra ὕδ'ωρ aqua quasi viuens in terra & in aqua.

¶ Cherubin generis neutri, & pluralis numeri pro illo angelorum choro. Cherub vero seu cherubim per/m/tam masc. q̃ neutri generis est.

ȣ Cheruſci, populi Germanię.

ȣ Cheramydes, genus lapilli precioſi, qui vt Strab. refert in mauritaniæ campestribus nascitur.

¶ Cheosspes, Ægypti rex, qui celeberrimam illam pyramidẽ struxit, habuitq; in ea tam multa hominum milia opus illic tot annis facientium, vt pro apio cepa allio expensa fuerint mille & sexaginta talenta.

¶ Chennis insula est, vt Pomponius scribit in quodam lacu Ægypti.

ȣ Chenisscus, pars prore a qua dependent anchoræ, quæ carinę sit principium Alij puppis fastigium appellant dictꝰ chenischus, quoniam anseris caput nauium fabricatores ipsi fastigio posuerunt, vel boni augurij gratia nauem anseri assimilantes chenisscum appellarunt, ꝙ vndis more anseris non madefacta supernatet. Apul. Et puppis intorta chenischo.

* Chibis herba est, quam alij Scortanam vocant. Cc.

¶ Chidnei populi iuxta pontum.

¶ Chidorus, Macedoniæ fluuius

¶ Chilias, adis, numerus q̃ mille continet. Chilia mille. Hinc chiliarchas millenarius.

¶ Chiliarchus, qui præest mille hominibus. Sed in Ro. historijs pro tribuno militum ita semper accipitur, vt Demerchꝰ pro tribuno plæbis. Nam authore Iosepho, ordo in Roma. militia hic erat vt milites ad centuriones, illi ad tribunos, q̃s græci chiliarchos vocant mane conuenirent salutatũ. ȣ Ecatontarchos supra centum pentecosiarcos supra quinquagenos decaciarchus supra denos.

¶ Chilon vnus ex septem sapientibus dicunt græci Labiũ.

¶ Chilos labrum. Inde chilones, qui labra ĩprobiora habent. Vide in dictione Chiloneș.

¶ Chimęra cũ/æ/ diph. cuius prima corripit, latine capella mons in Lycia leonibꝰ & serpẽtibꝰ habitabilis, q etiã flãmã ad modũ ętnę in Sicilia emittit e summo vertice. Qd' vtiq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dedit cauſam fabulę, vt chimęra mõſtrũ dicat̃ tria capita habens vnũ leonis, aliud chimęrę, aliud draconis, cuius capita ignẽ efflant. Lucre. Prima leo, poſtrema draco, media ipa chimęra. Ouid. lib. xi. Met. Quoq; chimęra iugo mediis ĩ partibus hircum. Pect⁹ & ora leę caudã ſerpẽtis habebat. Heſio. τῆσ δ' ὑπερθε κεφαλαι μίαι μὲν χαροποῖο λίοντος.

* Id eſt huius vero tria erant capita, vnum quidem leonis.

¶ Chimerinos pe. cor. vnus ex cœli circulis, q capricornũ contingit, in quo cũ ſol eſt, dies breuiſſimi ſunt, & hyemalis interpretatur. Mar. Si daret autũn⁹ mihi nomen operinos eſſet. Horrida ſi brumę ſydera chemerinos. Duæ etiã ſũt plagæ orbis habitabiles. Quæ a nobis habitat̃ θερινὴ a ſcriptoribus noĩat̃. Alterã quã incolũt Antuchones chimerine a nobis hyemalis, quæ ad auſtrum deflexa auſtralis quoq; nuncupatur, cum noſtra ſeptentrionalibus ſuppoſita ſit.

ȣ Chimũ appellãt decoctum, qd̃ p venas diſcurrẽs ĩ id mẽbrum conuertitur, cui adhęret & reſtaurat qd̃ inde ex calore perierat. Nam alimẽtũ, qd̃ ſumim⁹ quarter intra nos decoquitur. Primo in ſtomacho. Secũdo in epate. Tertio in cordis epatiſq; opera, ac poſtremo, quarto perficitur in venis.

* Chione nobile ſcortum fuit, nomen habens ab ardore niuis χιών enim gręce niuem ſignificat. Cc.

¶ Chios inſula in egęo, ſeu Pãphylio noningentor̃ ſtadior̃ ambitu: in qua naſcitur maſtyx. Hęc olim dicta eſt Ætholia deobolus chiam appellauit a Chione nympha. In hac tẽplũ Apollinis. Vnde Chius Apollo. Et Chij in ea habitãtes. Et promontorium Aruiſium, a quo aruiſia vina. Et pe. cor. habet. Luca. libr̃. viij. Quas aſinę cautes, & quas chios aſperat vndas. Sunt qui quadrigeminã chium eſſe putant, vt Prima ſit Chios inſula. Secunda Cariæ. vrbs ſub monte Pellenæo. Tertia in Euboea. Quarta in Cheroneſo Rhodiorum iuxta tropiam. A chios fit chius, a, um, pen. pro. Tibu. libro. ij. Nec mihi fumoſos veteris proferre phalernos, Cõſulis & chio ſolue vincla cado. Hæc inſula protulit memorabiles viros, Ionẽ tragicũ Theopõpũ hiſtoricũ & Theoricum ſophiſtam.

ȣ Chius lapis colore nigro igneus, & inter carbunculos propter id a Theophraſto numeratur.

¶ Chiragra pe. cor. manuum dolor χείρ manus ἄγρια, dolor, attrocitas. Mart. Si nil porrigit hęc chiragra eſt. Hinc chirager & chiragricus, qui chiragram habet.

* Chiromon panacis genus ad inuentore chirone centauro folium lapato ſimile flos aureus radix parua. Cc.

* Chironia vitis quam alij bryoniam dicunt. Cc.

¶ Chirocrates pen. cor. nomẽ architecti celebris, q ab aliquibus Dinocrates dici ſolet apud Plin. lib. xxxiij.

¶ Chirographus & chirographũ man⁹ ſcriptio γράφω ſcribo, chirographa ſunt, q̃ nos ꝓſcripſim⁹ in fidẽ alicui⁹. Aſcõſcribit chirographa dici, in qbus tm̃ q̃ geſta ſunt ſcribi ſolẽt. In ſyngraphis etiã contra fidem veritatis pactio venit, & nõ numerata quoq; pecunia, aut non integre numerata p temporaria voluntate hominum ſcribi ſolet. Iuue. Vana ſuperuacui dicunt chirographa ligni. Hinc cirographarius a iureconſultis ponitur pro eo, qui ſuo cirographo ſcripſit ſe debitorem in codice.

¶ Chirodita tunica prolixa vltra brachia manus operiens.

ȣ Alio nomine Macrochera dicitur. Vñ Scipio Gallo homini delicato obiectat, q cũ chiridota tunica, i. manicata accubuerit, has veſtes Plau. vocat mamlectas. Dicta eſt aũt chirodita ἀπὸ τῶν χειρῶν. Hoc eſt a manibus quas promiſſiores habent. Sunt chiridotę dalmatarũ veſtes manicatæ ſericę infectę colore, quo vtebãtur dalmatę, quẽ hodie dalmaſcum vocant. Quibus veſtibus indutus. Dalmaticus appellatur. Lamp. in commodo. Dalmaticat⁹ in publicũ ꝓceſſit.

¶ Chiromantia manibus diuinatio νομάω enim moueo cũ quadam arte, vel μαντεῖα καὶ χείρ.

¶ Chironomia manum motus. Quint. legẽ geſtus interpretatur chironomia a χείρ manus, & νόμος lex. Sunt em̃ motus quidam præſcripti, quib⁹ ſaltãtes manib⁹ vtunt̃. Quod poſitum in grẽcorũ vſu fuit. Apud Rom. aũt integris adhuc vrbis moribus in ſolo theatro exercebatur, & maxime pyrrhichia ſaltatio. Chironomus & chironomontis, qui manibus geſticulatur & ludit. Vnde pro ſtructore ponitur a Iuue. qui lege quadam manuum diuidit aues, & cætera eſculẽta, cum inquit ſpectas chironomonta volanti.

¶ Chirotheca manuum vagina, quæ etiam manica dici ſolet. Cice. in Phil. Solet em̃ cito ipſe accipere manicas, nec diutius obſidionis metum ſuſtinere, chiroteſia manum ĩpoſitio.

¶ Charurgía manuum operatio ἐργία enim operatio dicitur quaſi manuum opus, eo q manibus hæc ars exerceatur. Hinc Chirurgus & chirurgicus medicus vulnerarius. Mar. Chirurgus fuerat nũc eſt veſpillo diaulus. ȣ Chirurgicus, idem quod chirurgus.

¶ Chirolygius echinus terreſtris, vt eſt apud Leuiticũ. ca. xi.

¶ Chiron nomen medici præſtantis, a cuius nomine herba quoq; dicta eſt centaurea, & chironium hulcus, quod maxime fit in pedibus, & cruribus habens duas oras callentes tumenteſq; dolore modico. Dictum ceu chironis operam deſideret. Fuit hic chiron centaurus, & Achillis magiſter. Saturni & Phillyrę filius Oceani filię, dimidius homo reliqua parte equus, qui a matre Phillyrides eſt dictus. Hic vniuerſos ſuę ętatis homines bonitate & iuſticia ſuperauit. Nauigauit cum argonautis, quor̃ medicus fuit. Medicinã & hærbarũ vires inuenit. Medicinã Æſculapi⁹, citharã Achilles, aſtrologíam Hercules, ab eo didicerũt. Tãdẽ deor̃ miſeratione cũ ex vulnere obiiſſet relatus eſt ad aſtra, & ſagittariũ cõſtituit

* Chitrapus, podis, inſtrumentum ferreum ſupra quod chitra, hoc eſt olla apud ignẽ collocat̃, vt in ea cibi coquant̃. Cc.

* Chytis Arabię inſula eſt, in qua lapis topazi⁹ inuenit̃. Cc.

* Chlamys, ydis, proprie veſtis militaris ſallio pene aduerſa cum breuior multo ac ſtrictior ſit. Plautus. Puer cape chlamydem, & da pallium. Idem ad ornatum militis ait opus eſſe chlamyde machæra & petaſo. Similiter Iul. Pollux de proprietate vocabulorum inter apparatus militares numerat chlamyda. Iureconſulti vero inter veſtimenta puerilia numerant chlamydes. A chlamyde fit chlamydatus, qui eſt chlamyde indutus. Plau. in Pſeu. Quis hic homo chlamydatus eſt? aut vnde eſt, aut quem quęritat? Chlamydula diminutiuum. Idem. Tu ſume chlamydulam. Suidas. κλαμύς, νομὰς δ' ἔνιεροσ ῥωμαίων βασιλεύσ τεσβείασ ἱσαάραμ ἐξάμενοσ καὶ τὸ σχῆματῆσ φορεσίασ αὐτῶν καταμ θῶμ ἐξ αὐτῶν λαβῶν ἐφεῦρε τὴσ χλαμύδοσ σολὴν. * Id eſt Chlamys. Numa ſecũdus rex Romanorum pręſbyter acceptus Iſaurum, & formã lationis ipſor̃ ediſcẽs, vñ ex ipſis capiens adinuenit chlamydis veſtimentum. Et multa ſubdit.

¶ Chlæna genus veſtimẽti, quod ſuper alia portabat̃. Poſtea lęna dicta.

* Chloris Nelei vxor fuit, & Neſtoris mater, & ſeptẽ aliorum filiorum, quos omnes Hercules Neſtore dempto interemit. * Coaſpites gemma eſt a flumine dicta viridis, & fulgoris aurei. * Choatras vnum ex nominibus Imai montis.

* Chola, ſmaragdus genus in Arabia, & in ædificijs inuenitur. Cc.

¶ Choa, nomen eſt menſuræ.

¶ Cholax, nomen paraſiti ab aſſentando. Eſt enim colaceuo, adulor.

¶ Chœnix, icis, & chœnica, æ, nomen menſuræ quoties ſextarius quater aſſumitur. Quidam dicunt eſſe menſurã diurnæ eſcę. Vnde pytagoreum ænigma eſt. Super chœnicenõ ſedendum, hoc eſt non curandum de craſtino eſſe.

¶ Chondros latine granum turis dicitur.

¶ Chobar proprium nomen fluminis. Et quia graue interpretatur Tigrim & Euphratẽ, & omia magna & grauiſſima flumina quę in terra chaldeorum eſſe perhibentur ſignificat.

¶ Chorus. Vide in dictione Corus.

¶ Cholera plurali nũero & choleræ, morbi gen⁹ p̃cipitis, in quos & vomit⁹ & deiectio ſimul fiũt. Vñ chorerici apd̃ Cel. Accipit̃ & p bile. Lamprid. Alexander inquit Cæſar iudices, qui futuror̃ fama laboraſſent ſi caſu aliquo videret com

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

motione animi & stomacho choleram euomebat.
* Choliambi versus sunt qui & Scazones dicunt, dicti quasi claudi Iambi. Greci enim χόλον claudum dicunt.
¶ Choragus latine choreę princeps, & expēsæ suppeditator & chori conuiuijq; magister.
ð Choraula, appellatur ars tibicinia. Vnde Stra. culpat Ptolemæum ægypti regem q; prēter alia flagitia etiam choraulam exercuerit. Apul. Erat quidem iuuenis satis corpulentus choraula doctissimus.
¶ Choraules a choro & tibijs dicti sunt q; modulant ad choros, vel qui in choro fistulas inflant, χόρος nāq; chorus & tripudium signifi. αὖλος vero fistulam seu tibiam, qui tibijs ad choreas canunt. Apul. Erat quidem iuuenis satis corpulētus choraula doctissimus. Vñ apud nos vsitatū nomen, platino aulędus. Cc. Qui citharœdi esse non possunt aulędi fiunt. Et quia gratissimi prīcipibus choraules, quoq; delicię ambrosię, choraules Ambro. dixit Iuue. i. tibicen gratissimus.
ð Choraules monumentarij sunt tibicines, qui ad sepulchra defunctorū canebant quales prisci sitticinas vocāt, qui apud sitos. i. defunctos canunt.
¶ Chorocitharistæ qui choro citharizant, sicut psallocitharistę qui psallunt. i. canunt ad citharam. Suet. in Domi. Certabatur etiam & prosa oratione, græce, latineq;, ac prēter citharœdos chorocitharistæ quoq; & psallocitharistæ.
¶ Chorea pe. indifferenter a χορεύω salto. Vergi. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Idem Immemores nostri festas duxere choreas.
¶ Chorda latine funis. Nam græcum est, vt inquit Iul. Pol. Cordum vero sine /h/ aliud significat.
¶ Choriābus pes ex prima & vltima p; ductis, duab⁹ medijs breuibus vt filiolis. Dictus choriābus q; iambicā desinentiā habeat, & in choris apud veteres celebratissimus extiterit.
ð Choragium generali vocabulo dicitur instrumentum & cuiuslibet rei apparatus. Cice. lib. iij. ad Heren. Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. Apul. lib. v. de asi. Iam feralium nuptiarum miserrimæ virgini choragium struitur. Fest. Choragium est scenicum instrumentū, quo scilicet scena instruitur, & apparatur, cuius præfectus dicit⁹ choragus. Plaut. in persa. χορήγημ. i. vñ ornamenta ab chorago sumito, dare debet, pbenda ędiles locauere. Et in tri. Ipsa ornamēta a chorago hęc sumpsit suo periculo. Victru. lib. v. Post scenā porticus sunt constituēdę, vti cum imbres repētini ludos interpellauerit, habeat populus, quo se recipiat, ex theatro, choragiaq; laxamentum habeant ad comparādum, vti sunt porticus pompeianæ. Dictum choragium a verbo græco χορηγέω, quod est suppedito expensas.
¶ Choramnei genus quod dā hominū syluestre in persia tantę velocitatis, vt ceruos comprendant cursu.
ð Chorobates pe. cor. est regula longa circiter pedes. xx. quę habet transuersaria.
ð Chorius pes, qui alio noīe dicitur Trochęus constat em̄ ex duabus syllabis prima longa, & secunda breui, vt Meta.
¶ Chorytus pe. pro. arcus, theca, aliqn̄ & sagittarium, vt inquit Ser. Verg. Paruulus ex humero chorytus & aureus arcus, Pendentesq; sonant aurata lynce pharetræ.
¶ Chortos gramē in commune significat, sed p̄cipue fœnū.
* Chranae insula est quæ adiacet Sunio atticę promōtorio, deinde helene appellata, quia in ea primum Paris cum Helena concubuisse dicitur. Cc.
* Chreston hærba est alias cicorium appellata. Cc.
¶ Chresis, latine vsus dicitur. Vide catachresis abusio.
ð Chrestus nomen Athenięnsis auctoris probatissimi, cuius meminit Colu.
ð Chria est cōmemoratio alicuius dicti vel facti, vel vtriusq; simul celerē habens demōstrationē, vt Isocrates dicebat virtutum radices amaras, fructus vero dulces. Est enī vna ex quattuor exercitationibus, quas Fabius grāmatico tractandas permittit. Dicta chria q; maxime sit vtilis, & necessaria χρεῖον enim & vtum, & necessitatem significat.
¶ Christis latine vnctio dr. Vñ xps vnctus. Iō aūt nos vnxit quia luctatores contra diabolū fecit, & chrisma vnguentū.
* Chrysalis vermis genus. Cc.
* Chrysitis auri spuma. Cc.
* Chrysites gemma est quæ alio nomine phylogynos dicit⁹ ostreæ similis atticę. Cc.
* Chrysoberylli, berylli quidem pallidiores, sed colorem aureum fulgore præ se ferentes. Est enim Beryllus gemma proxima Smaragdis. Cc.
* Chrysocarpum hederæ genus. Cc.
* Chrysoptemis filia Agamennonis & dytēnestrę. Cc.
¶ Chrysa ciuitas Phrygię, chrysa insula Indię quam aurēū solum habere proditū est. Et chrysa fluuius agri syracusani.
¶ Chrysos cum /y/ dicitur aurum, a quo multa deducūtur.
¶ Chrysomelon græci appellant arietem illum, qui vt est in fabulis lanam auream habuit.
¶ Crysomela sunt poma aurea, quæ alio nomine dicuntur armeniaca, q; colorem aureum habeant.
¶ Chrysoceras latine auricornu, oppidum est apud Byzantium europæ, latere chalcedoni, vt inquit Stra.
¶ Chrysolitus pe. cor. lapis preciosus aureo nitore transluces χρυσὸς aurum λίθος lapis, quasi aureus lapis. Ouid. Per iuga chrysoliti positæq; ex ordine gemmæ.
¶ Chryselectrus in colorem lutei coloris electri declinans.
¶ Chrysentedum pen. cor. dici potest auro ligatum. Mar. Si videre potes miseri chrysendeta Cinnę.
¶ Chrysophis pe. cor. cui videtur aurum inesse.
¶ Chrysogonus nomē viri proprium, compositum ex χρυσὸς aurum & γόνος fœtum, q; aurum vndecūq; pariat. Iuue. Sunt quæ chrysogonum cantare velint.
¶ Chrysolāpis lapill⁹ noctu ignei coloris, licet die pallescat.
¶ Chrysostomus aureum os, στόμα, τος os dicitur.
¶ Chrysocola humor qui in aurifodinis per venas auri defluit & crassescente humore rigoribus hybernis vsq; in duritiam pumicis induratur, quę subtilissime contusa auri picturam prębet. Pli. scribit hæc lib. xxxiiij. Et infra chrysocola artifices sibi vendicāt, ad glutinandum aurum. Vnde & ipsa appellata est, id est auri cola & glutem, chrysocolam terrę genus esse quidam dicunt, quam e Macedonia apportari, & illic fodi, author est Victru.
* Chrysocoma, coma aurea. Cc.
¶ Chrysogomus pe. cor. comas aureas habens, quo nomine dictus Apollo a fulgore radiorum q; comę sunt solis aureæ.
¶ Chrysippus philosophus Asianus Stoicorum cum zenone princeps. Hic zenonis discipulus fuit acutus sane, vt qui multis præceptoribus repugnauerit, statuam habuit Athenis in ceramico positam. In dialectica clarissimus fuit, ita vt non illepide dicerent quidā. Si apud deos dialecta haberetur non temere alia esset q; quæ a Chrysippo inuenta fuit. Scripsit librorū volumina supra quinq; & septingenta. Ferūt Carneadem philosophum cynereū perlectis Chrysippi libris ita dixisse. Nisi Chrysippus esset ego non essem. Componiturq; hoc nomen ex χρυσὸς aurū & ἵππος quod est equus, q;si aureus equus. Suidas, χρύσιππος ἀπολλωνιδου σολεὺς ἢ θας σεὺς φιλόσοφος μαθητὴς κλεάνθους, καθηγησαμενος τῆς στοϊκῆς σχολῆς μετὰ κλεανθην. * i. Chrysippus Appollonidę filius Solensis vel Tharsensis phūs discipulus Clenthis stoicę scholæ præceptor posti Cleantem.
¶ Chrysopassus lapis auro aspersus, πάσσω, enim spargo significat.
¶ Chrysoprasus pen. cor. lapis auro admistus & porri viriditatem habens. Nam πράσον significatq; porrum. Vnde & prasinus pro viridi.
¶ Chrysosapidæ appellati sunt milites a clypeis auro celatis.
ð Chrysorrhoe populi dicti, q; in his locis, vt inquit Strab. auriferi torrētes sunt. Vnde fabulis occasio de vellere apud colchos aureo.
* Chrysopteros gemma est similis chrysoprasio, sola nobiliū gemmarum limam sentit. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Chryſes nomen proprium vatis Iunonis, chryſę verovrbes multę vocantur, chryſeis fuit chryſę ſacerdotis filia, q̃ a græcis rapta ī prędę diſtributione Agamẽnoni cõtigit. Homerus author in principio lib. i. Iliados, res notiſſima eſt.

*Chryſei ſtellę radios aureos emittere apparentes. Cc.

*Chryſolectrum ſpecies ſuccini. Cc.

*Chryſoleteles genus herbæ ꝙ aureũ florem ꝓducat. Cc.

*Chryſothoas dictus eſt pactolus Amnis ꝙ auri ramenta ferat. Cc.

¶Chromaticus qui nulla verecũdia colorem mutat, & magis ad verbum coloratus dici poteſt.

¶Chronica, orum, ge. neut. nõ chronica, cæ, vt indocti vſurpant, temporalia dicunt, proprie annales. Inde chroniſmos, i. temporalitas a χρόνος tempus. Synchronus contemporaneus. Inuenitur & chronicus, a, um. Auguſt. lib. iiij. ciui. dei. Nam ſicut ſcribunt qui chronicam hiſtoriam proſecuti ſunt. Chronici qui de temporibus ſcribunt. Plin. li. xxxv. Quod & ipſius Timagorę carmine vetuſto apparet chronicorum errore non dubio.

ŏ Chronon χρόνον latine tempus dicitur.

ŏ Chteſiphon pen. cor. nomen Architecti qui templũ dianę epheſię tradit extruxiſſe, opus mirabile, & toto orbe celebratum. Quod poſtea ab Heroſtrato incenſum fuit hac tantum de cauſa, vt ob aliquod facinus nominaretur. Vide in dictione Epheſus. Fuit & Chteſiphon locus parthorum Strab. lib. xvi. prope ſelcuciam vicus maximus eſt nomine chteſiphõ in quo parthorum reges hyemabãt. Hic vicus ciuitatis potẽtiam, ac magnitudinem habet adeo, vt parthorum multitudinem, & apparatum omnẽ recipiat, ac venalia, neceſſariaq̃ artificia illis ſuppediter. Quin & Chteſiphontem Babyloni regni caput fuiſſe Plin. lib. vi. ſcribit.

¶Cronos autem Saturnus dictus eſt.

¶Cronia, orum. Saturni feſta erant.

¶Chytra & chytron latine olla. Inde chytrapos, odis, olla quæ pedes habet, quæ & chytrapida, æ, dicitur.

ŏ Chus idem quod congius qui ſexies capit ſextarium.

ŏ Chytus cizyci portus.

C ante J

¶Cibus & victus differunt ſecundum Do. ꝙ cibus etiã delicatis præbetur. Victus in paruis aridiſq̃ alimoniis conſtitutus. Terent. in And. Lana ac tela victum quæritans. Quidã hoc nomen cum /y/ ſcribunt & a κυβίσιν, quę eſt pera dedu cunt eo ꝙ pera cibum feramus.

¶Cibo, as, cibum infero. Col. lib. ix. Arcq̃ ea genera quæ intra ſepta villæ cibantur fere perſecuti ſumus.

¶Cibarium non ſignificat locum vbi reponũtur cibi, ſed ipſum cibum, vt cibaria miſit eis.

¶Cibarius, a, um, quod ad cibum pertinet. Et nõ ſolum de pane ſordido, ſed etiã de alio indigno dicitur. Cic. lib. i. Tuſ. Cui cum peregrinanti in ægyptũ comitibus non ſecutis cibarius in capſa panis datus eſſet nihil viſum illo pane iucũdius. Hieronymus contra Ioui. Nam cum monachum eſſe ſe iactet & poſt ſordidã tunicam, & nudos pedes, & cibarium panem, & aquæ potũ, ad cãdidam veſtem, & nitidã cutem, ad mulſum & elaboratas carnes, ad iura apitij & paxamij, ad balneas quoq̃ & fricticulas & popinas ſe conferat.

ŏ Cibariũ vinũ pro ignobili. Var. Potus meus vinũ cibariũ. Sic cibarius homo ab eodem dicitur pro ſordido, & plebeio. Ait enim tuus frater cibarius fuit Ariſtoxenus.

¶Cibale, quod ad cibum pertinet. Var. Eſt enim lac omniũ rerum, quas cibali cauſa cupimus, liquentium maxime alibile. Et id cuillum, inde caprinum.

¶Cicada dicta eſt, quaſi cito cadens. Viuit enim rore & cito decidit. Cicada ex omnibus q̃ viuunt ſine ore eſt, pro eo aculeatum quiddam in pectore habet linguę ſimile, quo rorem lambit, & pectus ipſum fiſtuloſum quo vocem emittit.

ŏ Cicadarum autem duo genera. Minores quæ primæ, & no uiſſimę pereunt. Sunt autem multę, inquit Plí. Item maiores quæ canunt vocantur Achetæ.

¶Cicatrix proprie eſt ſignũ vulneris obducti, quaſi circa'cuſtem, vel dicta eſt quaſi occęcatrix. Eſt enī caro callofa, ꝓcute inducta, vbi hiatus vulneris quod iam coiuit fuerat. Vnde cicatrico, as, pe. cor. quod eſt cicatricem induco.

*Cicatricoſus cicatricibus plenus. Cc.

*Cicatrizo cicatricem induco ſicut cicatrico.

¶Cicer genus leguminis.

¶Cicercula leguminis genus ſimilis piſo, vt inquit Colu.

¶Cicera genus leguminis. Palla. lib. iiij. cicera ferũtur quæ diſtat a cicercula ſolo colore.

*Cicerones a cicere appellari, inde ciceronianus. Cc.

ŏ Cicero eloquentię parens apud omnes celebratiſſimus.

¶Cichorea & cichoreum vtroq̃ modo dicitur. Horat. lib. i. car. Me cichoreæ leuesq̃ maluæ. Plí. lib. xx. cichoreum refrigerat in cibo ſumptum.

*Cici hærba eſt quam alio nomine Recinum vocamus. Cc.

*Cicina parua & gracilis ſerpens in Italia fere veneno carens. Cc.

ŏ Ciclicus pe. cor. Vide in dictione circulatores.

¶Cicina auis nocturna.

¶Cicindula, ſeu cicindella, genus muſcarum quod noctu lucet igniũ modo laterũ & cluniũ colore a græcis lãpyris dicta Quidam noctiluam, alij nitedulam vocant, non ante matura pabula, aut poſt defecta conſpicit, nunc pennarũ hiatu refulgẽs nunc cõpreſſu obũbrata. Ab hac lychnus pẽſilis, quẽ vulgo lampadem vocãt, cicindella appellatur, quę nocte tota ſeruatur accenſa & lampyridis inſtar lucet.

ŏ Cicindele, lychnus pẽſilis quem vulgo lampadem vocãt quæ nocte tota ſeruatur accenſa & lampyridis inſtar lucet. Augu. in quodam ſermone. Quæ poſſunt aut cereolos, aut oleum in cicindelibus mittatur exhibeant.

¶Cicones pe. cor. populi Thracię iuxta hebrũ fluuiũ inhabitantes. Ti. Nã ciconum ille manus aduerſis reppulit vndis.

¶Ciconia auis, quę ſerpẽtibus pullos nutrit. Quo etiam nomine vocatur lignũ roſtratum, quo e puteis hauriri aqua ſoles apud Hiſpanos, qđ & ciconiũ a nõnullis dĩ. Hiſpani telonẽ dicunt. Itẽ ciconia mẽſurę genus eſt. Col. lib. iiij. Sed huic operi exigẽdo q̃ſi quandã machinã commẽti maiores noſtri regulam fabricauerũt in cuius latere virga ꝓminẽs ad eam altitudinem, qua deprimi ſulcũ oportet contingit ſummam ripę partem. Id genus menſurę ciconiam vocant ruſtici.

¶Ciconius nomen eius qui Brixiam condidit.

*Cicorium hærba eſt, quæ paſſim naſcitur, quam alio noĩe Intubum erraticum vocant, nec eſt heliotropium, vt huius temporis medici ſomniant. Cc.

¶Cicum membrana tenuis malorum punicorum.

¶Cicur pe. pro. qđ ex fera factũ eſt manſuetum, vt aper, cer uus, leo, & quicquid cicurari. i. mãſuefieri poteſt. Quod ẽm a fero diſcretum eſt id cicur dicitur. Cic. Alię ſunt feræ alię cicures, alię natãtes, alię volucres. Cicur ingenim dicitur mite ac mãſuetum. Et a cico mẽbrana tenui deriuari videt. Hinc Vecturij quoq̃ nobiles nominati ſunt cicures.

¶Cicuro, as, manſuefacio, verbum vetus quod alio verbo dicitur exarmo.

¶Cicutã pẽ. pro. hærba venenoſa caule viridi & geniculato, altiõr ſępe binis cubitis, in cãcumĩnibusq̃ ramoſa ſoliis coriãdri tenuioribus, graui odoratu, ſemine aniſo craſſiori, radice concaua nullus vſus. Nam ſemini tantum & foliis refrigeratoria vis eſt. Seruius docet cicutam eſſe, quod eſt inter canna rum nodos. Verg. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula.

ŏ Cidaris tegmentum capitis pe. cor. Quidã pilleum regum perſarũ cidarim eſſe dicũt, alij Thiarã, ſeu mitram, alij coronam, alij Strophium ſacerdotale. Vñ in Leuitico. Cidari q̃q̃ texit caput. Apud græcos ſcribitur κιδάρεις. Auguſti. ſuper Exo. ſic habet. Cidaris nõ eſt interpretatum, nec in vſu modo eſt puto tñ non eſſe capitis tegmẽ, vt nõnulli putauerũt. Neq̃ enī diceret Circũdabis eis niſi tale aliquid eſſet qđ non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

capiti,ſed corpori vſui eſſet.Idem ſup leuit.Quid eſt q̄ Aaron & duo filij eius mortē reliquorum duorum lugere ꝓhibentur,dicit Caput veſtitū cidara non denudabitis,vbi certe oſtendit cidaras tegmina capitū fuiſſe,niſi quia illud faciebant legentes,q̄ conſuetudini ornatus eſſent cōtraria,Origenes etiā ſic ſcribit ſuper Leuiti.propterea accipit primo cidarim qd̄ eſt vel operimentū quoddā capitis,vel ornamentū, & poſt hoc ſuper imponit ei mitra ante faciem.i.a frōnte pōtificis.Idē infra cidaris quod dicit ornatus quidā eſt qui capiti ſuperponitur,quo vtitur pontifex in offerendis hoſtijs.

¶ Cieo,es,cio,cis,ambo ciui,citum,ciunt. Sed cum a cieo, es,fit citum pe.cor. A cio vero producitur.Ouid.lib.ij.meta. Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis. Idem lib.i.de triſ. Accitus toties in genus omne loci.Et cieo quidē ſignificat moueo. Vergil.Cælum terramq; ciebo. Cio vero voco proprie q̄uis & pro commoueo vſurpetur.Liui.lib.i. Principes vtrinq; pugnam ciebant.Proprie autem dixi, quoniam vocare aliquo mō mouere eſt,ſicut & mouere vocare adeo vt alterum pro altero quandoq; ſumi poſſe videat, vt illud Verg.Miſſenum æolidē,quo non præſtantior alter Ære ciere viros,Martemq; accendere cātu.Col.lib.vij.Cio is poſuit pro cōmoueo.Nullo(inquit) tēpore & minimę æſtate vtilē eſt boues in curſum concitari. Nam ea res cit aluum. A cieo igitur pro moueo fit citus.i. velox, & concitus cōmotus & percitus in furorem,iracundiāve motus.Cito,as,frequentatiuum,a quo concito,excito,incito,recito,ſuſcito,reſuſcito, exuſcito,oſcito,procito.Similiter concieo,& excieo, & ſiqua ſunt cōpoſita.Primum ſignificat cōmoueo.Liui. Galli quos prędę populationūq; conciuerat ſpes,Secundū foras moueo & excutio. A cio fit excio.Sta.lib.iij.theb.Suus excit in arma antiquam tiryntha deus. Accio ſiue arcio,procio, prouoco, ſiue a longe voco.Percio,pulſo,tango,percutio,& valde cō moueo.Concio ſimul voco,vel ſimul cōmoueo, congrego. Hinc concio,onis.Ex quibus etiam fiunt.Cōcito,excito,procito,frequentatiua.Porro q̄ præterita & ſupina eadē amborū, ſimplicium ſunt itēq; compoſitorum, orta eſt non parua interpretandi ea verba difficultas.Nam cito,tas, frequentatiuum eſt amborū primitiuorum cio & cieo.Ideo aliquādo vocito,aliquādo frequenter moueo ſignificat.Pro vocito. Cic. in Ver. Acti.iiij.Citatur reus,cauſa agit. Pro crebro moueo. Col.lib.viij.Ne immaturis hærbis citet altius,eoq; vitio pecus emacietur.Igitur nō ſomniculoſe ſpectanda ſunt frequentatiua,compoſita,præterita,participiaq; compoſitorum,vt q̄ vocationis magis proprietatem habent a cio,quæ vero motionis a cieo ſumantur.

¶ Cileo,es,lui,ſignificat moueo. Vnde & furcillæ q̄ his frumenta cileantur,id eſt moueantur.

¶ Cyllenus pe.pro.& per duplex/ll/cum/y/dictus eſt Mercurius q̄ omnē rem ſermone ſine manibus conficiat,quibus partibus corporis qui carent vocant κυλλοί.i. mutilati, vulgo ſtrupiati dicuntur.Siue q̄ in cyllene mōte ſit nutritus Arcadię,aut cyllena nympha ſit educatus.

¶ Cillibe pe.cor.menſę rotundę.Var.ſcribit ſillibicam menſam quadratam eſcariam,quę nunc in caſtris a cibo cillıba dicta poſtea rotunda facta,hæc & cilibātum dicitur a cilice poculo græco,i.calice dictum.

¶ Ciliaci/χ/aſpirata in/κ/tenuem immutata,χιλὸς δ̓ λέγεται τὸ στόμαχον ἀπὸ τοῦ χυμαχω.*.i.χιλὸς enim dicitur cibus in ſtomacho,& dicunt qui ex vitio ſtomachi.i. ventris profluuium patiuntur.Pli.lib.xx.Hippocrates ciliacis & dyſentericis bis coctum cum ſale.Celſus.lib.iiij.In ipſius vero ventriculi porta conſiſtit qui & longus eſſe conſueuit.Ciliacus a grecis noiatur.ꝺ Sūt qui nomen cū/œ/diph. ſcribunt a Cœlia.i.ventriculo ſtomachi, q̄ is morbus in ipſius ventriculi porta cōſiſtat,quę pylluros a grecis nominatur,vnde medicamenta quędam huic vitio contraria cæliacę dicuntur.

¶ Cilicia regio eſt(vt Pli.lib.v.teſtat) in minori Aſia Syriæ ꝓxima plurima iacens campo,Tauro monti ſubiecta,quæ a cilice nomen ſortita eſt,quem priſtina ætas pene vltra æuū memoriæ abſcondit phœnice ortus, qui apud gentes antiquior Ioue de primis terræ alumnis habebantur.Hæc regio ab oriente Amano clauditur,a ſeptentrione Tauri iugis, ab occidente Pāphilia.Huius metropolis eſt Tharſos quā inter ſecat cydnus amnis.* A Cilicia,ciliciæ portæ.Cc.

¶ Cilicium a cilicibus populis dictū eſt, apud quos, vt inqt Var.cilicia primum confecta ſunt.Fiunt autē ex villis horum atq; caprarum,quæ adhibentur,vt Verg. inquit ad excipiendū impetum ſagittarum. Aſco.ſcribit cilicia tecta eſſe de pilis in caſtrorū vſum atq; nauarum.Inde cilicina veſtis.

¶ Cilix nomen proprium phœnicis filij, a quo cilicia & cilix adiectiuum dicitur homo,qui e cilicia ortus eſt.Cilices pyratæ fuerunt,quos Cn.Pompeius funditus deleuit.

¶ Cilium folliculus quo oculus tegitur,q̄ cilere mouere ſit. Vel quaſi celium a celando q̄ oculum celet.Inde fit ſupercilium quod pilis obtegitur,cuius prima corripitur. Vnde eſt illud in priapeia,conueniens latio pone ſupercilium. Nam teſte Pli. lib.xi.Extremę ambitum genæ ſuperioris antiqui cilium vocauere.Vnde & ſupercilium.

¶ Cilones dicti ſunt quorum capita oblonga & compreſſa ſunt,vel quibus frōs eminētior eſt, ita vt a dextra ſiniſtraq; reciſa videatur.Chilones vero cum/h/ex greco a labijs improbioribus,quę illi vocant χίλια. Vnde & piſces improbi labrati chilones dicuntur.

ꝺ Chilon philoſophus ex ſeptem grecie ſapientibus.

* Cima herbarum ſummitas eſt,tam primæ q̄ tertiæ declinationis.Plin.& homini non minor rapacioq; gratia q̄ cimarum.Col.Frigoribus caules & veri cimata mittit.Cc.

¶ Cimas inſula inter Iſtri oſtia,quæ vt Pompo.ſcribit vrbē habet quam quia Bithyni colunt bithynidam appellant.

ꝺ Cimacia, ſunt quæ in quadratura extant per quattuor pedes,ſicut menſæ quadræ fieri ſolent,Aug.

¶ Cimbri populi,qui nunc Flamingi,germani,lingua gallica latrones, qui inundatione oceani fugati cum gallias atq; Italiam adiſſent,ſedes a ſenatu Ro. petierunt, a quo repulſi armis petere conſtituerunt,qd̄ precibus impetrare nequiuerant. Actum erat de Romanis niſi Marius illo ſæculo contigiſſet,a quo primum apud aquas Sextias, mox ꝓpe Athesim debellati, & ad internicionem redacti ſunt. Hi etiam, vt docet Dio,vocati ſunt cimerij,qui qm̄ remotiores ſunt a nobis apud inferos eſſe putantur. Sed Homerus dixit cimerios populos in Aſia Amazonibus proximos,qui ex vltimo occidentali oceano aduenerunt. Fertur a Vale. Maxi. Cimbros & celtiberos in acie gaudio exultare conſueuiſſe tanq; glorioſe & fœliciter vita eſſent exceſſuri. Lamentari vero in morbo,quaſi turpiter periturī.

¶ Cimerij populi Scythici,a quibus Boſphorus cimerius vocatus eſt in cuius oſtio fuit oppidum Cimerion Horū clima obſcurum eſt,de quibus Homerus. Ille ſol nunq̄ phaetō ſua lumina ſpargit, Pernicioſa ſuper nox ſemper tenditur iſtis. Hinc deductum eſt ꝓuerbium,vt dicantur vmbræ cimeriq̄. Vnde Lactan.lib.iiij.O cæcum pectus,o mentem cimerijs, vt aiunt,vmbris atriorem. Ephorus ſcribit cimerios in Italia quoq; fuiſſe iuxta lacum auernum, eosq; in ſubterraneis habitaſſe domicilijs,quorum morem patriū eſſe,vt nemo ſolem aſpiciat,noctu vero egrediantur. De cimerijs ita ſcribit Feſtus.Cimerij dicuntur homines,qui frigoribus habitatas terras incolūt quales fuerunt inter Baias & cumas in ea regione in qua,conuallis ſatis eminenti iugo circundata eſt,q̄ nec matutino nec veſpertino tempore ſole contingitur.

* Cimericus Boſphorus inde nominatur cuius lōgitudo eſt cc.xx.ſtadiorum.Cc.

¶ Cimolia creta ab inſula Cimolo qua vtuntur fullones in veſubus abluendis.Hanc nunc vulgus terram ſaponariam vocat.Hæc & medicamentis apta dicitur.

* Cinabula,cunabula,cinæ,cunæ, κύειν enim græce parere dicunt & eniti.Cc.

¶ Cinciorum cognomen Romę deductum a cingo.Cc.

* Cincia locus Romæ vbi cinciorum monumentum fuit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ὃ Cinędus cū/ę/diph.puer ad patiendum apus,a κινέω moueo,vel experior ἀιδοῖα verenda.Gel.Nihil interest quib⁹ mẽbris cinędi sitis posterioribus, an prioribus. Alij cinędos pudore vacuos appellant,κενὸς enim vacuus,ἀιδὲς pudore. Alij interpretantur saltatores,vel pantominos ἀπὸ τοῦ κινῆσθαι, ꝙ libidine omnibus anteirent, qui choros ducebant & nimia agilitate se exercebant,quos alio vocabulo petauristas vocāt eo ꝙ saltibus leuioribus mouerent, vt nulla durities in corpore videret.Plau.in Aul.Ita fustib⁹ sum mollior magis,q̄ vllus cinædus.Cinędus etiam genus piscis, de quo Plinius lib.xxxix.

ὃ Cinędus,a,um,pen.cor.adie.a cinędus.Plau.in Sti. Lepidā & suauem cantationem aliquam occupito cinędicam.

ὃ Cinedię lapilli qui inueniūtur in cerebro piscis eiusdem nominis.Plin.lib.vlti.

⁎ Cinnabaris sanguis est draconis elephantorum morientium pondere elisi dū simul pugnāt,vtriusq; animalis cruore permisto,nec est alius color,qui magis proprie sanguinem reddat humanum. Antidotis præterea medicamentisq; miscetur.Cc.

¶ Cinnabari per duplex/nn/ latine cinnabaris & cinnaber vt piperi,nos piper.Pli.li.xxix.Et colore dilutum cinnabari clariorem fieri. ὃ Dioscor.Cinnabarin inquit aliqui sanguinem draconem esse dicunt. Venditur hodie magno precio in officinis sanguis draconis,quum syncerus est quē plerique cinnabari existimant

¶ Cinnamomum frutetum in Aetiopia quod situ breui nascitur fistulae duplo præstans duorum cubitorum altitudine odorifera & dulcis cineri coloris ad medicinæ vsum.Nascitur & in Sabęis & in India,quæ australis est.

¶ Cinnamū similis est arbuscula cū cinnamomo, vel eadem est quæ & cinnamomum,de qua Oui.li.iij.fast. Cinnama tū primum captiuaq; tura dedisti.

ὃ Cinna,duitas thessalię a cinno gigante, & cœi fratre dicta est.Et nomen Romani viri crudelitate insignis qui flagitiosissimus summa crudelitate rempubli.vastauit primo consulatu seruis ad pileum vocatis aduersarios vicit, Octauium interfecit ianiculum occupauit.Iterum & tertio consulem se fecit.Quarto cōsulatu,cū bellum cōtra Syllam pararet Anconę ob nimiam crudelitatē lapidibus ab exercitu occisus est.

¶ Cinnus per duplex/nn/capillus dicitur.Plau.in Tru.Tinctos compositos crispos cinnos tuos vnguentatos. Proprie tū cinnus est plurimorū cōmistio.Nam ab aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectū putat.Cic.li.de ora. Cinnus vtriusq; particeps,vel vtriusq; q̄rimus expers.Vn de concinnus,a,um,& concinno,as,fiunt, de quibus alibi.

¶ Cincini per duplex/nn/a κικι specie olei,vt quibusdā videtur,eosq; dū taxat capillos significant, qui ita intorti sunt, vt oleo pfusi madescāt.Inde cincinnati dicunt, qui ita capillos habent.Iuue. Altior hic quare cincinnus.Plau.in Tru. Iā ego istos fictos cōpositos crispos cincinnos tuos vnguentatos vsq; ex cerebro expellā.Hos capillos Mar.anulos vocat. Ait enim vnus de toto peccauerat orbe comarum anulus. ὃ Var.Cincinnum significat esse intortum capillum sic scribens,Is est colliculus vitteus intortus,vt cincinnus.

¶ Ciner & cinis tam masc.q̄ fœmi.ge.puluis in quē materia vsta redigitur. ὃ Cinis assumma cū oleo valet super scrophulas, ὃ Inde fit cinereus,a,um,vt color cinereus.Similiter cineraceus,a,um,quod est ex colore cineris.Pli.lib.xxxiij.Terra est alia rubra,alia cineracea,cinericius,a,um,vt panis subcinericeus,qui coctus est sub cinere.

¶ Cinefactum in cinerem dissolutū,a cinefacio,quod est in cinerem reduco.Figuratio,vt tepefactum & labefactū. Lucil. lib.iij.Ad vos horrifico cinefactum te prope.

¶ Ciniflones a cinere dicti sunt, & cinelones & cinerarij pro parasitis ab officio calamistrorum in cinere calefaciēdorum, quibus matronæ capillos crispabant.Hora.Custodes lectice ciniflones parasiti.

¶ Cingo,is,xi,ctū,ablatiuo post accusatiuū iungit.Gel. Scuto pedestri & gladio Hispanico cinctus cōtra gallum constitit.Per translationē cingere ponit pro circuire & circūsepire. Liui.lib.i.Nam & muro lapideo,cuius exordiū operis sabino bello turbatum erat vrbē quam nondū munierat cingere parat. Aliqn tn accusatiuo solū contentum est. Pli. Cum eū saltum venatores cinxissent.Dictum cingo quasi circūago. Huius cōposita sunt, Accingo,circūago, discingo. De q̄ in accingo.Incinctus.Liui.lib.x.Incinctū gabino cinctu supra telum stantem.intercingo.Pli. Thebaicus intercinctus aureis guttis inuenit in Aphricę parte.Pręcingo idē qđ cīgo.Plau. in hac.Inde hippodromo & palęstra vbi reuenisses domum cincticulo p̄cinctus in sella apud magistrum assidens,tum librum legens,si vnam peccauisses syllabā fieret corium, tam maculosum q̄ est nutricis palliū.Interdum p̄cingere est præparare.Vñ p̄cinctos strenuos & expeditos dicimus.Procingo,cingo,apparo,a quo ꝑcinctus apparatus bellicus, & expeditus.Oui.Hæc in ꝑcinctu carmina facta puta. Pli. Vinū curas vigoremq; animi impedit ad procinctū tendētibus.Et ꝑcincta classis vocabatur,cū exercitus cinctus erat cōfestim pugnaturus.Recingo,rerrocingo,vel ꝑ simplici ponit.Oui. lib.meta. Velātq; caput tunicasq; recingūt.Succingo subtus cingo & ad cingulum alligo.Cice.lib.xij.Phil.Ser. Galbā eodem pugione succinctum in castra videtis.Et succingere est cinctu vestes ita colligere,vt breuiores videantur,fiatq; homo ad agendum promptior. Vnde & succinctam orationē breuem dicimus,& succincte breuiter.Hinc succingulū balteum dicimus,& succinctoriumvestis genus breuissime,quo venter,& verenda teguntur,& quod semicinctū vocatur ꝙ medium hominem cingat,i.vestiat,

¶ Cinctus,us,a cingo sicut cingulū,q̄uis & ꝑ vestitu sumatur.Ver. Cinctuq; gabino.Huius diminutiuū est cincticul⁹, Plau.in hac.Cincti culs pręcinctus. ὃ Porphirio docet cinctū tunicę consequens esse infra pectus aptatæ, a quo cinctutos cethegos Hora.nominauit.

⁎ Cinctū gabinum esse dicunt togam sic in tergū reiectā,vt vna eius lacinia reuocata hoiem cingat, hoc genere vestimēti consul Romanus vtebatur bellum indicturus.Cc.

⁎ Cinniligium quo noua nupta pręcingebatur.Cc.

¶ Cingulum hominis cinctorum dicitur,& pro anulo quādoq; ponitur ꝙ digitum circuit.

¶ Cingula,æ,qua cinguntur iumenta.Ouid.de reme.Et noua velocem cingula ledat equum.

ὃ Cincticulus diminu.a cinctus,amiculi genus quod fere sub vmbilico pręcingitur,& ad dimidiam crus porrigitur.Plau. in Bac.Cincticulo pręcinctus.

ὃ Ciperum est radix plantæ similis porro quod missum cum croco abradit pilos,extrahit lapidem& frangit & consolidat ea quæ sunt difficilis consolidationis.

⁎ Cinxia Iuno dicebatur in nuptijs ꝙ inito cōiugio solutio cinguli erat quo noua nupta erat cincta.Cc.

⁎ Cingriæ tibię dicebantur,quę licet breuiores essent subtilioribus tamen modis insonabant.Cc.

¶ Cippus instrumentum ad colligādos pedes. Terra quoq; in tumulum coaggregata dī Cippus,quandoq; etiam sepulchrum.Horat.in Ser. Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum hic dabat. Præterea cippus columnam significat. Et est nomen viri proprium.Valerius Maxi.lib.vi.Genutio Cippo prætori paludato portam egredięti subito velut cornua emerserunt.

¶ Circa præpositio est quæ q̄ndoq; componitur, & postposita inuenitur cū ablatiuo loco cōiunctionis casualis.Verg.Quo circa capere ante dolis.Interdum postponitur circum,vt circum circa.Sed cum præponitur significat iuxta,& tam locū q̄ numerum designat,vt circa forum visus es.Et circa tres annos tecum mansi.

⁎ Circanea auis dicitur quæ volando circuitum facit.

¶ Circiter a circa fit,idęq; signifi.Et refert modo ad tempus vt circiter calendas Iunias.Modo ad locum.Cassi.Hemina. Lapidē fuisse quadratum circiter in media arce fūctum can-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

det is quoq; ouersum. Modo ad numerū quē attenuare videt, vt circiter duo hominum milia cæsa sunt.

* Circūco luminū locus est circūquaq; porticus habens vel saltē a tribus lateribus, qualia fieri in rusticis domibus solent, a grēcis dicitur peristylium. Cc.

¶ Circum præpositio acuto accentu designatur in vltima, ne accusatiuus nominis circus, vel aduerbium esse putetur. Hæc cōponi solet & separari. Separata locū tantū significat sicut & cōpositа, vt circū theatrum. Quādoq; loco aduerbij ponitur. Verg. Anne vides toto properari littore circū. Cōponitur autē cū dictionibus ab/a/insipientibus, vt circūago c/vt circūcido/d/vt circūduco/e/vt circūeo/f/vt circūfluo i/vt circumiacio, a quo circūiectus/l/ vt circūlino/m/vt circūmunio/n/vt circūnascor/p/vt circūpono/q/ vt circūquaq;/s/vt circūscribo/t/vt circūtuli/v/vt circūuenio, Verū iuncta vocalibus integra scribi, sed nō pferri debet, vt circūago, circūeo scribātur, sed pferant circuago, circueo. Vñ Priscia. ait circūeo & circūago & similia non paterentur elisionem in pronunciatione si transirēt in sequentem syllabām. Si vero iungatur cum/c/d/f/q/t/mutatur/m, in/n/vt circūcido, circūdo, circūfero, circūquaq;, circūtuli. Cum alijs remanet/m/integra, vt circūscribo circūuolo.

¶ Circūago significat circūduco. Apul. Nudūq; hoīem circumagens omnibus ostendebat. Interdum insequor. Curt. Nec vulneratum & fere semineçem circūagere destiterūt. Interdū retrouerto, cōuerto. Pli. In ponte pētenui duabus capellis obuijs ediuerso cum circūactam angustiæ non caperent nec reciprocationem longitudo.

ծ Circūcelliones dicti sunt qui circū cellas vagantur. Solent enim ire hac, atq; illac nusq; habentes sedes.

¶ Circūcido pe. pro. circūseco. Col. lib. iij. Eiusdē spatij corticem circūcidito, & materiam delibrato.

* Circūcludo. Vide claudo.

* Circuncino, vide cano.

¶ Circūcolo pe. cor. circūhabito, Liui. lib. v. Excepto Veneto rum angulo, qui sinum circūcolunt maris.

* Circūduco, vide in duco.

¶ Circūdo & circūeo inter se differunt, qm̄ dicimus. Hercules circuiuit terrā, non circūdedit, & anulus circūdat digitū, non circūit. Circuitus tamen vtrunq; complectitur. Cice. Catoni. Vallo & fossa circūdedi.

¶ Circūfero pe. cor. circūporto, circūduco. Sal. Fuere item ea tempestate qui dicerent Catilinam oratione habita cum ad iusiurandum populares conscios sceleris sui adigeret, humani corporis sanguine vinum permistum pateris circumtulisse. Per translationem circumferre ponitur pro purgare. Vergilius libro. vi. Idem ter socios pura circumtulit vnda. Spargens rore leui. Nam lustratio a circulatione dicta est vel cæde, vel victima.

* Circūflecto, vide in flecto. Cc.

* Circūflexus vndiq; flexus, inde accentus circūflexus acuto & graui factus. Cc.

¶ Circūfluo abundo. Cic. in Læl. Et circūfluere omnibus bonis copijs, atq; in omni rerum abundantia viuere. Proprie tamen circūfluere est circū aliquid fluere decurrere. Pli. Id oppidum circūfluit amnis. Interdum cōcurrere. Idē. Positq; variæ vndiq; gentes circūfluxere.

¶ Circūfluus, a, um, quod circūfluit. Claudia. lib. ij. Et aurato trahitur circūflua ponto.

ծ Circūforani, seu circūforanei, qui circa fora crebro, versari solent, quales nugatores impostoresq; qui fucis & strophis captant quæstum. Hiero. Garrulum nescio quem rumigerulum circūforaneum. Et qui circa forum venditant suscitātur ve, circūforanei dicuntur.

ծ Circūforaneæ hostiæ dicuntur non tā quæ circum fora, q̄ quæ circū agros & vrbes in amburualli amburbaliue sacrificio circūferuntur a circūferendo dictæ.

ծ Circūforanea domus apud Apul. pro ea q̄ mobilis & ambulatoria est facilisq; ad circūferendum.

¶ Circūiado circumpono. Aug. in Ser. de Io. Bap. Necesse est cum summo labore ex hoc mundo rapere palmam salutis & q̄si excubantibus & circūiectis hostibus obsessos fructus peruigili intentione decerpere.

* Circūlino, circūloquor, circumluceo, circūluo, vide in suis simplicibus.

¶ Circūmitto. Liui. lib. ij. Vincebatq; auxilio paucitas in iugo circummissus veniens in verticem collis.

¶ Circūmunio, circūsepio, circūroboro. Col. lib. iij. Priusq; pomariū constituas, q̄ magnum habere voles circūmunito macerie aut fossa, ita vt nō solū pecori, sed nec homini trāsitꝰ sit.

* Circūnato, vide nato.

* Circūnubo, vide nubo.

¶ Circūnascor. Plin. lib. ij. Lacus Amaus in Asia circumnascente absinthio inficitur.

* Circūplector amplector. Sal. Cum montem vndiq; circūplexus obsideret. Cc.

¶ Circūsido, is, ad obsidendum eo seu me pono. Sal. in Iugu. Iugurtha oppidū circūsedit & vineis, turribus & machinis omnium generum expugnare aggreditur. Circūsideo obsessum teneo. Liui. lib. iij. In nos viri armati estis agite dum vbi hic curiam circūsederitis.

¶ Circūsto circundo. Verg. Circūstant animę dextra lęuaq; frequentes. Aug. ad Hiero. passiuo vsus est. Q̄q̄ nos inquit negocioꝝ alienoꝝ eorūq; sęcularium curis circūstemur ingētibus, tñ epistolę tuæ breuitati facile non ignoscerē. Hinc circunstantiæ, q̄ in vnaquaq; controuersia quęri solent & quasi quæstionem circūstant. Vide in dictione locus.

¶ Circūsisto, is, pro circūdo ponit, siue ad obtinēdū defendēdum, seu offendendum circum me pono. Liui. lib. i. Centuriones ad Merium circūsistunt. Cæsar. Si quis grauiori vulnere accepto deciderat circūsistebant. i. firmabant se circum fauentes ei & tela ab eo arcentes. Vergi. At fessi tandem dires infanda furentem Armati circūsistunt.

ծ Circūsitiones positiones sunt cū operibus perfectis manus vltima admouetur, quas grēci περιχώσεις, καλοὺς ἐπιφάσεις appellant.

¶ Circūscribo significat prout sonat. Per trāslationem circūscribere est dolo in re cōtrahenda atq; cōmercijs aliquem bonis priuare, vt apud Sene. de eo qui fratrem circumscripsit in diuisione hereditaris, cum ex altera parte matrē fratris, ex altera oīa bona possuisset. Amb. p decipere simpliciter posuit, cū inquit. Sicut Adā mulier circūscripsit, ita apostolum fœmina circūuenit. Aliquando in bonam partem pro colligere & comprehendere. Lactan. Cuius scientiæ summā breuiter circūscribo, vt neq; religio vlla sine sapientia sit, nec vlla sine religione probanda, sapientia. Col. Diophanes bithynus vticēsem totum Dionysij poeni magonis interpretem per multa diffusum volumina sex epitomis circūscripsit.

ծ Circūsecus pe. cor. significat in circuitu a lateribus Apul. lib. v. Quicq circūsecus venantur.

¶ Circūspicio. Iusti. lib. i. Primo latebras circūspicit. Hinc circūspecto, as, frequentatiuum. Teren. in Eu. Et properans venit, nescio quid circūspectat.

¶ Circūspectus qui in omnem partem circūspectat, hoc est prudens & sagax. Colu. lib. i. Nam illa solēnia sunt omnibus circumspectis, vt ergastuli mancipia recognoscant, vt explorent, an diligenter vincta sint, an ipsę sedes custodiæ satis tutæ sint.

¶ Circūspicuus componitur ex circum & spicuus; & eū significat qui circum aspicitur.

¶ Circūuado pen. prod. Liuius lib. ij. de bello Mace. Repente anceps terror hinc muros ascendentibus Romanis illinc arce capta Barbaros circūuasit.

¶ Circūuenio idem quod circundo. Liui. lib. i. Sed consilium & imperij simulatio fuit, vt nec vobis ignorantibus deseri vos auerteret a certamine animus & hostibus circūueniri se a tergo ratis terror ac fuga inijceretur. Aliqñ circūuenire est circummunire. Sal. Præterea consulatum petere. Cic. Anto.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quem ſibi collegam fore ſperabat hominem nobilem familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circũuentum. Aliqñ de capere ſeu inſidijs inuoluere. Tractũ a venatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circũuenire ſolent. Cic. lib. iij. offic. Suum quiſq; teneat & neq; tenuiores propter humilitatem circũueniantur, nec locupletibus ad ſua, vel tenẽda, vel recuperanda obſit inuidia. Aliqñ opprimere. Sal. Cuiq; optimo literas mittit ſe a falſis criminibus circũuentum. Liui. lib. vi. An placeret fœnore circũuentam plæbem potius q̃ ſortem creditam ſoluat corpus in neruum ac ſupplicia dare.

¶ Circũueho, is, a quo frequentatiuum circũuecto, as quod eſt ſæpe circunfero. Verg. lib. iij. Geor. Singula dum carptim circunuectamur amore.

¶ Circũuolito, pprie. Verg. li. i. Geor. Aut arguta lacꝰ circũ uolitauit hirundo. Colu. per tranſlationem pro crebro viſo ſeu pro celeriter circũdo vſus eſt. An honeſtius dixerim mercenarij ſalutatoris mendaciſſimum aucupiũ circũuolitantis limina potentiorum.

¶ Circe Solis & Perſæ nymphæ filia & Oetę ſoror fuit, quę habitauit non longe a Caieta vrbe Cãpanię in monte quodam olim inſula. Qui ab ea circeus ſiue circei, & circeũ oppidum. Hinc circeienſes populi. Liui. lib. vi. Ad hoc latini hernicię; acceſſerunt & circeienſium quidã. Cice. lib. iij. de natu. deorum. Circem quoque coloni noſtri circeienſes religione colunt. Circei vero, vt Plin. auctor eſt lib. iij. quõdam inſula immenſo quidẽ mari circũdata ſi Homero credit vbi latium antiquũ terminabatur. Stra. lib. v. Poſt Antiũ circeiũ eſt ſta. cc. & xc. mons mari & paludibus inſtar habens inſulę. Habet caſtellum & circes ſacellum & Mineruæ aram. Verg. lib. vij. Proxima circeę raduntur littora terrę. Diues in acceſſos vbi ſolis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu. Home. lib. x. odyſſeę late proſequitur. & quod Mercurius dedit anteq̃ iret ad circẽ ῥίζαν μὼλυ μέλαν ἐσκον γάλακτι ὃ εἰκελον ἄνθος, μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί, & ſubdit, καὶ τότ ἐγὼ κίρκης ἐπεδήσομ ποδὶ καλλιπλοκάμοιο. ἐυνὴς ἀμφιπόλοι δ' ἄρα τέως μὲν ἐνὶ μεγάροισι πόνοντο τέσσαρες. ✳ i. radix nigra erat, flos lacti ſimilis, moly ipſam vocant dij, & ſubdit, tunc ego impoſitus pulchro cubili famuli vtiq; tunc vt domibus laborant quatuor. ♁ Ideo autem fingitur ſolis filia circę, quia clariſſima meretrix fuit & nihil ſole clarius.

¶ Circius ventus nulli violentia inferior, ſic dictus q̃ omnia turbet ac circunuertat. Hic peculiaris eſt Galliç narbonenſis, de quo Gel. Galli ventum ex ſua terra flantem quem leuiſſimum putant circium appellãt a turbine opinor eius ac vertigine. Luca. Solus littora turbat Circius & tuta phibet ſtatione Monœci ventus Circius cum loquare buccam implet, armentum hominem & plauſtrum oneratum percellit Cato cercium non circium appellat.

¶ Circus omnis in gyrũ ambitus a circuo ſecundũ Ser. Eſtq; figura plana vna tantũ linea cõtenta, in cuius medio pũctus eſt, a quo omnes lineę ad circunferentiam ductę inter ſe ſunt æquales. Et differt circus a globo, q̃ circus eſt planicies rotũda, vt circuitus. Globus ſoliditas vndiq; rotũda, vt eſt ſphęra & ſtaminum glomera. Cice. de natu. deo. Cũq; duæ formę p̃ſtantiſſimæ ſint ex ſolidis globis. Sicẽ ſphęram interpręstari licet. Ex planis autem circus aut orbis. Vergi. lib. v. Mediaq; in valle theatri circus erat. Et. vi. Lucentemq; globum lunæ titaniaq; aſtra. Circus etiam dicitur locus muris ſeptus Vnde circenſes ludi, q̃ in circo fierent. Fueruntq; tres circi Romę. Circus maximus inter palatiũ & auẽtinum, circus flaminius qui & apollinaris, & circus Neronis in vaticano.

♁ Dicitur autem circus vel a circuitu vel a circe ſolis filia.

¶ Circenſes ludi dicti ſunt q̃ in circo fierent, ſiue quaſi circũenſes. Nam ante facta ſpectacula, vt quidam aſtruunt, interenſes & flumina locis virentibus agebant, & medio in loco munera ponebant, equi vero iunctis curribus a circi carceribus deſcendentes ex vno latere recurrentes ad primam metam reducebantur. Nam circus oblongus in hemicycli ſpeciem deſinebat vbi reuoluebantur equi.

¶ Circulus & per ſyncopen circlus paruus circus.

♁ Circulus terrę ſecundũ Heraſtotenẽ cõſtat. cclij. mil. ſtad.

¶ Circulo, as, circundo. Col. lib. xij. Iſq; debebit añ circulari foſſula q̃ repleatur lapidibus & calce. Sene. Apion totam circulatus eſt græciam obiuit omnes oras græcię.

¶ Circulatorem quandoq; accipimus pro cydico & circunforaneo qui ſua carmina coronę recitet. Talis ab Horatio vocatur cyclicus. Is etiam qui in corona hominum aliquid agit circulator appellatur. Apul. præſtigiatorem ſtipatum morta libus ſuas fallacias admirantibus vocat circulatorem. Sicẽ inquit lib. i. Circulatorem aſpexi equeſtrem ſpatam præacutam mucrone infeſto deuoraſſe. Pau. iurecõ. ff. de extra ordinarijs criminibus. In circulatores qui ſerpentes circunferunt, & pponunt. Si cui ob quorum metu dãnum datum eſt pro modo admiſſi actio dabitur. Hiero. Puerilia ſunt hæc & circulatorum ludo ſimilia. ♁ Dictus circulator a circulo.

¶ Circulatorius, a, um, quod ad circulatores ſpectat. Vnde Quin. pręcipit nobis parandam vim orandi nõ circulatoriã voluptatem ſpectantibus.

¶ Circulatim ſignificat per circulos. Sueto. In ſummo publico luctu externarũ gentiũ multitudo circulatim ſuo quæq; more lamentata eſt.

♁ Circulare adiectiuum qd ad circulũ pertinet. Col. li, xij. Iſq; debebit circulari foſſula quę repleatur lapidibus & calce.

♁ Circulatrix ea dicitur q̃ lucri cauſa vrbẽ circuit & ſaltãdo alio ve ludi genere mercedulam aucupatur.

✳ Circuo quod & circumeo dicitur a circum & eo, vnde circuitus. Cc.

¶ Circuitores docet Vlpia, vulgo appellari quibus veſtiarij vel linthearij dant veſtem circunferendã vel diſtrahendam.

¶ Circitores publici vrbis cuſtodes.

¶ Circites pe. cor. circuli ex aere facti.

¶ Circinus pe. cor. Inſtrumentum quo circuli vertendo deſignantur. Vulgo ſextus dicitur.

¶ Circino, as, pe. cor. rotundum facio. Ouidi. Inclinat curſus & eaſdem circinat auras.

¶ Cirri a quibuſdam appellant capilli cõtorti, ac perinde criſpati quales Picus Martius & alauda & grues in capitib⁹ gerunt. Ouid. Cirris & a tonſo nomen ſortita capillo Oſtreoꝝ etiam capillamenta dicunt cirri. Mar. lib. vij. Et oſtreoꝝ rapere liuidos cirros. Inde cirratus, i. capillatus. Per. Ten cirratorꝝ centum dictata fuiſſe Pro nihilo pendas. Alij cirros capillos capitis attonſos putant, a græco κείρω attondeo incido. Cato de liberis educandis. Itaq; ambracię primum puerilem dẽtem, item cirros ad Appollinem ponere ſolent. Inde Perſius cirratos vocat pueros qui cum comam nutrierunt eam Veneri conſecrant detonſam.

¶ Cirres ſunt oſtrea quædam capillata. Mar. Teq; iuuant cirres & pelle malandria cana.

♁ Cirnea vas vinarium. Nam κίρνω miſceo ſignificat. Plau. in Am. Indeimpleui cirneam.

♁ Circerus pe. p. nauis aſiana p̃grandis, vt inquit No. Plau. in Sti. Cum percunctor portitores ęque nauis venerit ex aſia negat veniſſe conſpicatus ſum interim circerũ quo ego meliorem non vidiſſe cenſeo.

♁ Cirſas vocat Hyppocrates varices. Ariſto. vero Ixias.

¶ Ciricus inſula fuit in myſia, quingẽtorum fere ſtadiorum ambitu admodũ ferax & duobus pontibus iuncta cõtinenti q̃ iuxta pontem eiuſdem nominis vrbem habuit, & portus duos clauſos & naualia.

♁ Cis genus vermiculi qualis hordearius triticariuſq; a quo vermiculus pumex, a græcis ciſſeris dicit & nihil aliud fere q̃ pertuſum eroſumq; ſignificat. Et Cis nomen patris Saul, vt habetur in lib. i. Regum.

✳ Cirthracus balſami genus ſcabro aſpectu incuruũ fructuoſum odoratum. Cc.

¶ Cis & citra differunt q̃ cis magis propriis noĩbus fluminum vel montium præponi ſolet, reliquis magis citra, vt cis rhenum, cis padum, cis alpes. Citra cruorem, citra forum ci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tra templum. Et habet quidē cis, sicut & citra cōtrariā significationem de vltra. Nam hę particulæ citra, ītra, vltra, vt docet Gel. apud veteres singularibus syllabis appellabantur. Cis & vls. Dicebaturq; cis tyberim & vls tyberim, mox dici cœptum est Citra tyberim & vltra tyberim & intra calendas, citra calendas. Componiq; potest & separari, vt cisalpina gallia & cis padum. Sciendū est autem q; quis cis habeat vim localem per translationē tamen, & in tempore & in alijs rebus vti possum⁹, vt cis definitum tempus venisti, sicut vltra tempus a nobis datum venisti, cis naturæ leges, hoc est minus q̄ patiantur naturę leges. Aliquando ponitur pro vltra. Sallu. Cis rhenum atq; intra mare nostrum & oceanum nisi qua in paludibus via fuit perdomita. Citra etiam quandoq; pro sine ponitur. Col. In agricultura volūtras facultasq; citra scientiam sæpe magnam dominis afferunt iacturam. Sueto. in Cæsa. Alijs citra senatus, populiq; auctoritatem, i. sine auctoritate. Quint. lib. i. Tum neq; citra musicen grammaticę potest esse perfecta. Plin. lib. iij. Citra fastidium domi nentur. Se. Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem. Quandoq; ponitur pro ante, vt citra calendas, i. ante calendas. Sueto. in Au. Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid inusitatum dignumq; cognitu &c. Fit autem citra a cis a citra citer citerior citimus.

¶ Cisalpina gallia q̄ & citerior gallia, & gallia togata dicit⁹, a fluuio rubicone finitur. Cuius basim alpes efficiunt.

¶ Cisterna, locus in quo colligitur aqua pluuia per euripos, & canaliculos sub stillicidio positos ad imbres suscipiendos. Vlpi. Cisterna aquā viuam non habet. Et quidē cisternę imbribus concipiunt, sed per glareā immissam in spongias purificatis. Dicta cisterna q; sit cis, i. infra terram.

¶ Cista genus vasis, cuius diminutiuum est cistula, a quo fit aliud diminu. cistella. Cic. lib. i. ad Heren. cistellam pro vase posuit quo suffragia populi in creandis magistratibus legibusq; ferrendis colligebantur, cum ait. Saturnius legem ferre cœpit, collegæ intercedere, ille nihilominus cistellam detulit.

ὃ Cistercium in Cabilonensi dioecesi celebre ac insigne cenobium cisterciēn. ordinis caput, ex quoquidē ordine innumerabiles prodierunt qui rerū gestarum claritudine sui nominis indeciduam memoriā posteris reliquere. Vberrimū huiusce rei argumentū eitq; ex cisterciensi familia quinq; supra decem ad summi pontificij apicem sublimati sunt, qui felici & auspicato remigio Petri nauicula moderarētur. Hi fuere Eugenius. iij. Bonifacius. iiij. Leo. iiij. Ioannes. xx. Calixtus ij. Alexander. iij. Celestinus. iiij. Innocentius. iiij. Vrbanus. v Gregorius. x. Clemens. iiij. Nicolaus. v. Pelagius. iiij. Fabian⁹ iiij. Benedictus. xij.

¶ Cisium genus vehiculi biroti, a quo cisiarij qui cisium regunt. Cic. Detulit in quadam cauponula, atq; se ibi occultās perportauit ad vesperum. Inde cisio domum venit capite inuoluto. Iurisc on. lib. xx. digest. Si cisiarius dū cæteros transire contendit cisium euertit & seruum quassauit vel occidit, puta ex locato esse in eum actionem.

* Cissium Pe. ortus duplici ss.

¶ Cisseus rex Thraciæ pater Hecubæ vxoris Priami. A quo cisseis patronymicum. Euripides in tragœdia, quę ἑκάβη inscribit, πολυδόρος ἑκαβης παῖς γεγως τῆς κισσέως, πρὶν μουπε πατρὸς ὄσμ' ἔσω φυγῶν πόλιν κινδυνῳ ἔχειν Δορὶ πεσῶν ἑλληνικῶ δ'εἰσας εσεξέπεμψε ξωικὴς χθονος πολυμήδορος πρὸς Δῶμα θρηκίουξενου. * Id est Plydorus hecubæ filius cisseidis, & priami patris, qui me (posq; phrygiam ciuitatem periculum tenuit) emisit e troica terra domum Polynestoris threici hospitis.

* Cissimbium ligneum poculum ex hedera quod græci κισσίβιον vocant. Cc.

* Cissites gemma est ad similitudinem folij hederæ candicans. Cc.

¶ Cispius mons in vrbe Roma exquilina in regione, de noīe Cispi hoīs dictus, vt inqt Fest. Var. li. i. de lin. lati. Exquilin⁹ est cispius mons sexticeps apud ędem Iunonis lucinę.

* Citanos insula olim cycladum clarissima. Cc.

* Citeria appellabatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quę in pompa vehi Romę solebat. Cc.

¶ Cithara, æ, pe. pro. τῆ κιθάρα, ἐξ τοῦ κιρτάζω instrumentum musicum alio nomine lyra appellatur, quam Hiero. scribit effici in modum deltæ literę cum chordis vigīti quatuor & per digitos varijs vocib⁹ tinnulisq; ictibus in diuersis modis cōcitari, de qua in dictione psalterium aliqua dicunt. Cythera cum/y/&/e/ante/r/pluralis tantum numeri, & neutri gene. insula est cōtra cretam, vti scribit Stra. In quā ferūt Venerem primū vectam cōcha marina, Vñ & cytherea dicta ē, cuius secunda corripitur, cū in primitiuo producat. Verg. li. x. Est paphos idaliumq; mihi sunt alta cythera. Idem. Parce metu cytherea manent. Hanc Solinus cytheream a cythereo phœnicis filio vocauit. Porphyrussam. Arg. a præstātia purpurarum. Sed porphyrida. Plin. Est & cythera vna ex cycladibus insulis. Et vt Laertius scribit Laconiæ insula. Cytheron vero mons Boeotiæ longe a thebis. Ouid. lib. iij. Meta. Vadit vbi festus facienda ad sacra cytheron cantibus & clara bacchantum voce sonabat. De hoc tamen in dictiqne Parnassus, & in helicone.

¶ Citharœdus qui cithara canit. Iuue. Accipis vxorem de q̄ citharœdus echion. Hinc citharœdicus, a, um. Suet. in Nero. Item statuas suas citharœdico habitu.

¶ Citharista q̄ cithara canit, sicut a tympano tympanistria.

¶ Citharizo, as, cithara cano. Hierony. in apo. Sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.

¶ Cithiristæ promontorium, a quo Masibiam vsq; nauigio. xxx. M. pas. fiunt.

¶ Citharis penul. correp. pileus vel mitra pontificalis, græce κίθαρις.

¶ Cithisus siue cithisum arbuscula quę facile vbiq; puenit, vtilis omni generi pecudum, vt inquit Col.

* Citra prępositio, vide in dictione cis.

¶ Citrus arbor nobilissima q̄ sola apud Atlantem montem in mauritania nascitur romanis quondam gratissima. Nam afferebatur ad ornamenta mēsarum & lectulorū. Non multum crescit & folia habet maiora q̄ laur⁹. Hinc citreus, a, um, vt citreæ mensæ. Apud Dionem cedron & poma cedria pro citro & citrijs appellata inueniunt'. Alterius tñ gñis sunt citri atlanticę ex quibus mēsæ fierent q̄ nostrates citri vñ mala medica nascuntur. Hę folio spectantur arbuti fere aut lauri. Atlanticæ cupresso fœminæ sylvestri folio odore caudice Dicitur & citrum neutro genere pro ligno.

¶ Citreū vt Cloatius scribit est persicū malū. De quo Ver. Felicis mali quo non pstantius vllum. Oppius li. de sylvestribus arboribus. Citra idē malus & persica, altera generat in Italia, et in media altera. Et paulopost de citreo. Est autē odoratissimum ex quo interiectum vestī tineas necat. Fertur etiā venenis contrarium quod tritum cum vino purgatiore bidentes seruat viribus suis. Generantur aūt in perside mala citrea quæ vulgo natantia dicuntur.

* Citro non simplex reperitur. Sed vltro citroq; dicitur, de quo postea suo loco. Cc.

¶ Citus celer, quasi citatus. Sal. Citus mō, mō tardus incessus hinc citior citissimus. Plau. Nullā ego rem citiorem apud homines esse q̄ famā reor, citissimus oīm redijt, cito aduerbiū, citius citissime. Interdū citus dr̄ separatus. Ver. li. viij. Haud procul inde citę Medium in diuersa quadrigæ. ὃ Q̄ñ habet pe. pro. significat diuisum, vt ait Ser. in. viij. ęn. Vt est inquit in iure erecto non cito in patrimonio vel hereditate non diuisa Prisc. vero Ciere quartæ coniugationis excitum concitum pen. pro. Ciere autem secundę pen. cor.

¶ Cito, as, frequentatiuū a cio qđ est voco. Cice. in Ver. Citat reum, non respondet. Vide in cieo. Huius cōposita sunt cōcito pe. cor. qđ significat ad irā ꝓuoco. Hinc cōcitatus iratus. Gel. Erat em aliquāto concitatior. Incito, recito. Excito, suscito &c. quæ sunt in dictione cieo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Citatus vocatus celer. Apu. Citato nõ teſtudineo greſſu.
¶ Citimus pe. cor. ſuperlatiuũ a cis, idem eſt quod vltimus, extremus. Et citima vocantur quæ cęlo proxima ſunt. Cice. Quibus erat ea minima quę vltima cælo citima terris luce lucebat aliena.
♁ Citorus pen. pro. mons qui ãbundat buxis. Inde pectẽ citoriacus quaſi buxeus dicit̃ a citoro monte. Oui. lib. iiij. Met. Sępe citoriaco deducit pectine crines.
♁ Citta auis pica, quoniam vt Galenus ait, terram auis illa mandat, aut quia vt colores habet pica diſpares, ita grauide varios appetunt.
♁ Cittium oppidum cypri, vnde cittieus zeno.
¶ Ciuis vrbis colonus a coeundo dictus, ꝙ vinculo quodã ſocietatis in vnum cœat cœtum, & ſub legibus viuat. Hinc ciuitas quæ proprie eſt collecta ciuium multitudo ad iure viuendum. Apule. Quod omnis ciuitas approbauit. Aliqñ ciuitas dicitur ius ciuium. Cic. Qui ciuitate donat⁹ eſt. Vſurpatiue dicitur vrbs, hoc eſt ipſa mœnia, & ędificia. Sic dicim⁹ apud ciuitatẽ Mantuam diuum Iambonũ natum eſſe, ibiq; miraculis florere. Sciendũ ꝙ a ciuis non fit conciuis licet conſuetudo inualuerit, vt conciues paſſim dicamus *municipes* noſtros, cũ tamen rectius dicatur hic meus ciuis eſt ſiue me⁹ municeps. Sic Cic. ciues ſuos dicit nuſq; conciues. Nam apud tertiam Tuſculanã legimus (inquit) librũ clitomachi, quẽ ille euerſa carthagine miſit conſolandi cauſa ad captiuos ſuos.
♁ Illiterati male conciuem & compatriotam ſed dicendum eſt, hic eſt meus ciuis.
¶ Ciuilis & hoc ciuile qđ eſt ciuis, ſeu qđ ad ciuem pertinet, vt ciuilis mos ciuile ius. Hinc ciuilitas q̃ eſt quaſi ciuilis mos & accipitur pro moderatione quadam atq; modeſtia magis ciui hominiq; politico q̃ imperatori cõueniente, quam in Auguſto fuiſſe ſcribit Sueto. Clementiæ ciuilitatiſq; inquit eius multa & magna documẽta ſunt. Iul. Capitolinus laudat Antonium pium, ꝙ imperatorum faſtigium ad ſummam ciuitatem deduxerit. ♁ Spartia. de Adriano. In colloquijs etiam humillimorum fuit ciuiliſſimus.
♁ Ciuilis homo dicitur qui eſt peritus eorũ quę ad miniſtrãdam rempu. pertinent.
♁ Ciuilitas, vide in dictione ciuilis. Hęc græce πολιτεία, dr̃ cuius ſpecies ſunt .ſ. Alia democratia, i. popularis q̃ Plato in his ciuitatibus ait eſſe, in quibus ad ĩperiũ multitudinis gerit̃ res eiuſq; nutu magiſtrat⁹ eligent̃, alia ariſtocratia vbi neq; diuites neq; pauperes dominantur, ſed ſoli optimi in ciuitate adminiſtrant. Alia ὀλιγαρχία qñ a cẽſibus magiſtratus eligunt̃ alia monarchia q̃ in regnum tyrannidem diuiſa eſt.
¶ Ciuicus, a, um, pe. cor. idẽ qđ ciuilis, vt ciuica corona quã ciuis ciui a quo ſeruatus fuiſſet in prælio teſtẽ vitæ dare ſolebat ex fronde quærna, qm̃ cibus antiquiſſimus e quęrcu capi conſueuerat. Aug. lib. xviij. ci. dei. Satis apparet conſequẽs, vt ad pacem ciuicam pax domeſtica referatur
¶ Cius fluuius thraciæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluens.

C ante L

¶ Clades a calamys quaſi calamides, hoc eſt calamitas, vel quaſi cades a cadendo. Vel a κλάω qđ eſt amputo, frango. Vnde κλάσμα fragmentum & confractio.
¶ Clemẽs a claritate mens, q̃ſi cæli mens, & is dicit̃ qui etiã remittit de eo qđ poſſit proſequi. Differt pro Donati ſententia a placido, ꝙ clemens ſit circa recte agentes, placidus circa delinquentes. Et clementis eſt nulli os lædere, placidi arridere oĩbus clemens animo, placidus vultu. Teren. in adel. Ille ſuã ſemper egit vitã in ocio comis clæmens placidus nulli lædere os, arridere omnibus. Sunt etiam qui clęmentem ideo dicí putent ꝙ colat mentem, nec eam vexet iraſcendo. Hinc clęmentia & aduerbium clementer, quibus contraria ſunt in clęmentia, & inclementer.
¶ Clã prępoſitio ſeparatiua eſt, & caſualibus tantum præponitur, vt clam patre egiſti. Quãdoq; reperitur loco aduerbij poſita. Vergi. Clam ferro incautum ſuperat ſecurus amorũ. Sed oratores prępoſitionem potius accipiunt ſiue iungatur ablatiuo, vt Priſci. ſentit, ſiue accuſatiuo, vt Dona. opinatur vt clam me profectus eſt. i. me neſciente. Hinc cõpoſitum per clam quod eſt valde occulte.
¶ Clanculum dimi. eſt. Terent. in Eu. In cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.
¶ Clandeſtinus, na, um, pe. pro. occultus, quaſi clam de aſtu, hoc eſt vrbe. Manil. lib. i. Et clandeſtinus ſurgentia fraudibus arma. Sillius libro. vij. Ceu clandeſtino traheretur fœdere bello.
¶ Clandeſtino, as. Lucil. At enim dicit clãdeſtino tibi quod commiſſum fuerat.
¶ Clamare eſt vociferare. Vnde exclamatio. Quandoq; vocare. Plau. Plaudunt partim clamitant me, vt reuertar. Huius compoſita ſunt acclamo, cõclamo, declamo. Exclamo. Inclamo. Proclamo. Præclamo. Reclamo, & Succlamo, quæ habent penul. productam.
¶ Clamor vox q̃ clamãdo fit, & ꝓprie calamoꝝ ſonus, quaſi clamor. Cum enim arundines vento agitantur magnã vocem emittunt. Dicitur & clamos ſicut arbos.
¶ Clamoſus, a, um. a noĩatiuo clamos, qđ clamore obſtrepit vociferaturq;. Iuue. Securum iubeãt clamoſo inſiſtere circo. Quin. Non turbidus non clamoſus ſit altercator.
¶ Clango, is, xi, vel gui, tuba cano, græcũ eſt κλάζω, clangorem̃ vox tubarũ eſt. Hiero. in lib. numeroꝝ. Siſemel clangueris veniẽt ad te principes. Et in Eſaia. Et erit in die illa, clãgetur in tuba magna. Interdũ additur tuba, vt in eodem Filij Aaron ſacerdotis clangent tubis. Hęc enim tria idẽ ſignificant. Clango, tuba cano, & tuba increpo, clangor etiã dicit̃ ſonoꝝ anſerum & aliarũ rerum conſtrepentiũ. Cic. li. ij. Tuſ. de aquila. Iouis ſatelles paſtu dilaniat ferotũ Iecore opimo farta & ſatiata affatim clangorem fundit vaſtum. Col. de anſeribus lib. ix. Eiuſq; generis anſer p̃cipue ruſticis gratus eſt, ꝙ nec maximã curam poſcit, & ſolutiorem cuſtodiam p̃bet q̃ canis. Nam clangore prodit inſidiantem.
¶ Clanius fluuius cãpaniæ iuxta Acerras vrbem, a κλάνιον quod eſt viola, qua illius ripæ abũdare dicuntur, vel vt Macro. exiſtimat a danio gygante. ♁ Stephanus, clanius dicitur qui & clanis fluui⁹ eſt cumq; a quo piſcis vocatur clanius qui & Silurus vocatur.
¶ Clarium oppidũ in confinio colophonioꝝ, quod non longe ab epheſo eſſe perhibetur.
¶ Clarus fluuius e cacuminibus Alpiũ per plures valles excurrens in Iſtrum intrat.
♁ Claro, as, clarum facio. Auſo. Pollet Ariſtides veteres qui clarat athenas. Hinc declaro, as.
♁ Claros Ionię ciuitas apollinis oraculo nobis iuxta colophonem. Eam Manto Tireſię filia cõdidit fugiens thebanorũ victores epigonos. Quę cũ patriæ cladem lugeret & ſuam manantibus vbertim lachrymis fontem fecit, vñ claros, ὄτο τοῦ λωκρύου, locus appellatus. Nearchus dicit id nomen datum, ꝙ apollini per ſortem claros obtigit q̃ κλῆρον græci nominant. Hinc clarus dictus eſt, & illic fanum habuit quo reſponſa epota aqua ædebantur.
¶ Clarus, a, um, ꝓprie dicitur quod eſt lucidum non obſcurum, vt clara dies. Figurate tñ pro inſigni atq; excellenti accipitur, & eo qui veluti fulgore quodam famę reſplendet, qui & inclytus dicitur, quamuis plus ſit inclytus q̃ clarus propter in, quæ ibi auget. Hinc clarum hominem, & clara geſta dicimus. Item qm̃ quæ clara ſunt ab omnibus cernũtur, clarum etiam pro aperto & manifeſto ſumitur, vt clarus ſermo, clara oratio. Interdum ponitur pro audibili. Teren. Dic clare. A clarus fit compoſitum Præclarus, quod eſt valde clarus. Cice. O præclarum cuſtodem ouium, vt aiunt, lupum. Aliquando ſumitur pro bono ſeu pro optimo. Idem in Lælio. Actum eſt præclare.
¶ Claritas luciditas, vt claritas ſolis. Aliquãdo excellentia & ſplendor, vt claritas generis, claritas rerum geſtarum. Inter-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dum facultãs, vt claritas orationis dicitur, & claritudo. Sal. Cum præsertim tam multæ, variæq; sint artes animi, quibus summa claritudo paratur.

¶ Clarifico, as, clarum facio, illustro.

¶ Clareo, es, rui, clarus sum, vel manifestus, seu notus sum, vt claret ꝙ mihi sis inimicus. Turpi. in prima significatione cuius aduentu hodie claret cypros. ♁ Hinc fit compositum inclareo, quod est valde clareo, a quo inclaresco, quod est valde clarus fio. Hie. in Exo. Iamq; aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat.

¶ Claresco, clarus fio. Aug. lib. vi. cõ. Grandior erat, tanq̃ si ista multo clarius claresceret, totumq; occuparet magnitudine.

♁ Clarigo, as, pe. cor. clare repeto a vocis claritate dictũ, qua vtebatur pater patratus, aut a πότνα κλήρου. Hoc est a sorte. Nam bellica sorte inuadebant agros hostiles, vnde caro nome dicuntur, qui iure sortiuntur bona defuncti. Pli. li. xxij. Hac semper, & legati, cum ad hostes, clarigatiq; mitterentur vsi. i. res raptas clare repetitum. Nam cum Romani bellum indicere alicui volebant pater patratus proficiscebatur ad hostium exercitum, & præfatus quędã solẽnia verba, clara voce dicebat, se bellum indicere ob certas causas.

¶ Clarigatio p̃ter p̃fatã significationẽ accipit̃ ꝑ talea nũmaria maxime, quę principis, vel reip. edicto cõceditur. Liui. lib. vij. Vel cis Ternini deiecti muri, ipsi vrbe abducti iussi trãs Tyberim habitare, vti eius, qui Cis Tyberim captus fuisset ad mille pas. hoc est pondo clarigatio esset. Nec prius q̃ ęre persoluto, is qui cœpisset extra vincula captum haberet.

⁂ Clasma latine fragmentum & fractio dicitur.

¶ Classis equiuocum nomẽ est, significat enim nauium multitudinem ἀπὸ τῶν κάλων, hoc est a lignis, q̃uis abusiue ꝑ vna tm̃ naui ponatur. Vergi. lib. vi. Lycie ductorem classis Orontẽ. Significat & hominũ collegia. Nam Liui. de Serui. Tul. rebus gestis scribit vrbem in quinq; classes diuisam, censumq; ab eo institutum fuisse rem saluberrimã tantam futuram imperio, quo pacis belliq; munia non viritim vt antea, sed pro habitu pecuniarum fierent, tum classes cẽturiasq; ad hũc ordinẽ ex cẽsu descripsit. Qui centũ milia ęris, aut maiorem censum haberent, inter primarios numerabãtur, & sub primæ classis titulo. Ex his octoginta fecit centurias. xl. senum. xl. iuuenum. Seniores ad vrbis custodiam, iuniores vt foris bellum gererent. Arma his galea, clypeus, ocreę, lorica omnia ex ære hęc, vt tegumẽta corporis essent. Preterea tela in hostem hastę, & gladi⁹. Additæ sũt fabror̃ duæ centuriæ, quæ sine armis stipendia facerent, datum munus, vt machinas in bello ferrent. Intra centum & lxxv. milia cẽsus. Secunda classis, ex quibus. xx. cẽturiæ senior̃. xx. & iuniorum. Arma vt ĩ superiore p̃ter loricã. Tertia classis a. lxxv. ad nonaginta milia census. Arma vt in superiore p̃ter ocreas. In quarta classe a quinquaginta ad. xxxv. milia census cẽturię xx. senior̃. xx. iunior̃. Arma mutata nihil p̃ter hastã, & verutum datum quinta classis cẽturias. xxx. habuit fundas lapidesq; missiles gerentes. In his accensi cornicines tibicines in tres centurias. Ex. xi. postea milib⁹ vna centuria. Et fuit hęc immunis militia. Significat & classis equitum ordines. Vergilius, Scio me danais e classibus vnum. Vnde & classis procincta dr̃ exercitus instruct⁹. Apud antiquos classes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus vocamus. Sonitus quoque tubarum, & ipsa tuba classica nominãtur, sicut a Vergi. pro vtroque vsurpatum est libr̃. vij. Classica namq; sonant. Liui. lib. v. Vocatis classico ad concilium militibus. Et alibi. Concionem classico aduocari iussit. Capitur quandoq; pro signo bellico. Sue. Et ingenti spiritu classicum exorsus pertẽdit ad alterã ripã. Veg. scribit classicũ dici, q̃d buccinatores ꝑ cornu dicũt. Hoc insigne videt̃ ĩperij, quia classicũ canitur imperatore presente, vel cũ in militẽ capitaliter animaduertit̃, quia hoc imperatoris legibus fieri necesse est. Item classes testes vocabantur. ♁ Qui & classici a Sene. dicuntur scriptores primę & secundæ classis, hoc est primi & secundi ordinis, classes quoq; in scholis sunt ordines discipulorum. Quinti. auctor est, a præceptoribus suis pueros in classes distributos ordinemq; dicendi secundum vires ingenij datum.

¶ Classicus, a, um, quod est classis, vel quod ad classem pertinet, vt classicum bellum, bellum nauale. Proper. lib. ij. Et canerem ficulę classica bella fugę.

¶ Classici dicebantur nõ oẽs qui in classibus erant, sed primę tantũ classis homines, qui centum milia ęris, aut amplius censi erãt. Classici etiam dicebãtur prędones, qui tuba vel cornu iussu magistratuum ex arce, vel circũ muros populũ ad comitium vocabant, dicti a calando. i. vocando, siue a clangore. Vnde classica pro ipsis tubis. Infra classem vero ceterarũ classium, qui minore summa ęris, q̃ qui in prima classe censebantur. Et classici (vt docet Festus) dicebantur testes, qui signandis testamentis adhibebantur.

♁ Classicũ canere dicebant, cũ signũ dabãt, quo milites pugnam inirent. Cum aũt reuocabantur canere receptui dicebantur.

¶ Classiarius, idem est quod assiduus & diligens, quia oĩm classium ciues semper parati erant ad omnem reip. necessitatem, propter quod ab assedendo assidui dicebantur. Apul. Et laudum eius classiarius, atq; assiduus prędo. At qui priuatim quoscunq; in iudicium vocabant iussu magistratuum dicebantur Liburni, ꝙ fere e Liburnia essent.

♁ Clathrus & clathrum, vtroq; modo dicitur. Sunt autẽ clathra ligna, quibus transuersis aliquid munimus, sepimus ve vt fenestras, quæ ob id clathræ nunc vulgo ferrate dicũtur. A grædis dicitur clatron, quod dictum est quasi clausura ab eo quod est clso, quo significat clausam per syllabę mutationem ei ĩ diph. abusiuam. Hora. Obiectos caueæ valuit si frãgere clathros.

♁ Clathro, as, significat clathris claudo. Nam in milite. Plau. ait. Mirum est facinus, quomodo hæc hic transire potuerit. Nam certo, neq; solarium apud nos, neq; hortus vllus, neq; fenestra, nisi clatratha. Col. lib. ix. Spissi deinde clathri marginibus infiguntur, qui super aquam semper emineant, etiã cũ maris ęstus intumuerit. Idẽ paulo post. Satis est vacerras, inter pedes octonos defigere, seriscq; ita clathrare, ne spaciorũ laxitas pecudi præbeat fugam. Cato clathros posuit pro lignis, quibus caueę muniuntur.

♁ Clathra etiam sunt ligna cancellatim cõpacta apud Colu. quibus glebæ contundunt ur hirpicem Varro appellat.

¶ Claua teli genus, quo Hercules vtebatur. Est enim fustis teres ad clauũ similitudinem capitatus. Pli. de lino. Iterũ deinde in filo ponitur illisdum crebro in filice ex aqua, tectũq; rursus tundit̃ clauis semper iniuria melius. Hinc claua Herculis dicta id genus teli, quo Hercules vtebatur.

¶ Clauator, qui huiusmodi claua vtebatur.

¶ Clauis est qua ostia, arculę, & id genus multa, & claudũtur, & aperiuntur, a clam, ꝙ quę celare volumus hac claudere solemus. Vnde conclauia loca, quę sub vna, eademq; claue clausa sunt. Et conclauatus locus vna claue clausus. Clauem Theodorus Samius primo monsti auit, a qua faber clauicularius.

⁂ Clauis inuentorẽ Theodorum Samiũ fuisse cõmemorãt.

¶ Clauicula diminu. a claui, vel a claua virga. Pli. Clauiculę quoq; ipse quibus repunt vites terræ, & ex aqua porę sistũt vomitionum consuetudinem.

¶ Clauicularius, qui clauiculam. i. virgam, vel clauem gerit.

¶ Clauiger, vel clauigerus. Ouid. Clauiger inuidit Vulcani occumbere prolem.

¶ Clauatus, a, um, quod est clauorum aculeis modo prominentibus circũdatum. Nam & clauate vestes hinc vocãtur, quas vulgus a verrucis clauo similibus verrucatas appellat.

♁ Clauus dictus est ꝙ claudat, figat, atq; contineat, vt clauꝰ quo figũtur asseres a claudendo. Nam idem clauum figimꝰ vt claudat, seu cõtineat aliquid. Et clauus nauis gubernaculum, siue temo, ꝙ eam dirigat, rectamq; tenet. Ci. in Cato. Ille aũt clauũ tenens quietus, sed & in puppi. Et clauus græ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ce ἥλκωσ, genus tuberculi, quod vulgo callus dr̃ rotūda ſpecie coloris albi, fit in plantis, digitiſq; pedum maxime. Sic appellatus, quia ita pungit, vt quaſi clauus ferreus infixus videatur. Nam caro dureſcit in callum, ſemper fere pungentẽ. Quo morbo Sillius Italicus interiſſe fertur. De quo Plin. lib. iij. Epi. modo nũciatus. Sillius Italicus inedia finiuiſſe vitam cauſa mortis valitudo erat, illi natus inſanabilis clauus, cuius tedio ad mortem irreuocabili conſtantia decurrit. Plini⁹ lib. xix. Clauis pedum illiũ item lienis, & temporum doloribus. Fiunt & calloſa quædam in candido oculi tubercula, quæclaui nominantur oculorum. Arbores quoq; clauum huiuſmodi patiuntur, qui & fungus, & patella dicitur, vt in quit Plin. lib. xvij. Idem ſcribit clauos innaſci natib⁹, & purgari ſucco pixachati. Sunt & claui calígares a calígis militaribus, quibus ſuffigebatur. Idem libro. ix. exiſtunt ſquammis conſpicui crebris, atq; peracutis clauorum calligularum effigiel Præterea clauus eſt veſtimẽti genus, veluti quibuſdam clauis aureis diſtictum, quod & a plumarum ſimilitudine plũmatile vocabatur, & a verrucis clauo ſimilib⁹, verrucata veſtis, q; ſi latior ipſa veſtis erat, latus clauus dicebatur. Hac ſoli ſenatores, & patricij induebantur. Vnde laticlauos appellari ſenatores leginus. Hora. lib. i. Ser. deſcribere volens ſenatorem dixit. Et latum demiſit pectore clauum. Sueton. de Nero. A laticlauo, cuius vxorem attrectauerat, cæſus. Ab Ouid. Clauus ſimpliciter dicitur pro ſenatoria dignitate, illo verſu. Curia reſtabat claui menſura coacta eſt. Sueto. de Au. Clauo nec lato, nec anguſto. Aliquando etiam ſacerdotes, & pontifices lato clauo induebantur. Silius. Sacrificã lato veſtem diſtinguere clauo. Præclauium pars veſtis erat, quę ante clauum texebatur. Afra. totum diem præclauum vnum texere. Hinc etiam clauata dicuntur, vel veſtimenta clauis intexta, vel calciamenta clauis confixa. Et clauati ſocci, q; ſola habeãt clauis interexta. Clauata vero ſunt veſtimẽta, etiã ſi non ex auro, ſed aut ex cocco, aut aljs coloribus clauos, & verrucas habeant. Lam. in Alex. Conuiuium, neq; opimum neq; nimis parcum, ſed nitoris ſummi fuit, ita tamẽ, vt pura mantilia mitterentur ſępius cocco clauata, aurata vero nunq̃ Quę autem cum auro Aurodauata dr̃, & aurodauatę veſtes a textura aureoꝝ clauoꝝ. Vñ Tacitus imperator interdixit aurodauatis veſtib⁹. A clauus etiã fit præclauum, de quo alibi. Clauus annalis, qui figebatur in parietibus ſacrarum ædium per annos ſingulos, vt per eos numerus colligeretur annorum. Apud Liuiũ ſcribitur dictatorem creatum fuiſſe cauſa tantum fingendi claui ad peſtilentiam ſedandã.

¶ Clauiculus diminutiuum a clauo. Quo nomine etiam vocatur capreolus in vite. Columel. libro. v. Ac ne quæ relictæ ſunt procellis ventorum decutiantur, molli & laxo vinculo adſurgentis ſubſequi conueniet, dum clauiculis ſuis, quaſi q; buſdam manibus adminicula comprehendatur. Hic etiam Pampinius a noſtris, & a Græcis helice dicitur.

¶ Clauarius, nomen eſt officij, quo appellatus eſt Sueton̄ij pater, ab eo q; præfectus fuit Donatiuo imperatorio iter milites diſpertiendo. Vnde Cor. Tacitus ſcribit clauarium Donatiui nomen eſſe, qui ait. Seditioſe militum voces terrebant clauarium, Donatiui nomen eſt.

¶ Claudia, nomen virginis veſtalis, quæ cum in ſuſpitione ſtupri veniſſet, & ſimulacrum matris Ideæ in vado Tyberis hęreret, ad comprobandam pudicitiam ſuam fertur cingulo duxiſſe nauẽ, quã multa hoim milia trahere nequerãt.

ȝ Claudius, nomen Romañ. imperatoris, & caligulę patrui. Hic Britanniam inſulam in deditionem accepit, & orchades inſulas Romano adiecit imperio. Poſtmodum ab Agrippina vxore veneno ſublatus eſt, vt Nero filius imperio potiri poſſet. Fuit & alius Claudius Romanorum Item imperator, qui Gothos illyricum vaſtantes bello adortus incredibili clade ſuperauit. Vnde in curia clypeum aureum, & in capitolio auream ſellam habere promeruit, ſed cum duobus fere annis imperaſſet apud Smyrnam morbo interiit.

¶ Claudius Claudianus poeta Ægyptius, vt Græci & Latini eius patriam affirmãt, & ipſe deſe ſcribit, contra vulgi errorem floruit ſub Theodoſio & Honorino Auguſtis. Ei⁹ opera in lucem, & priſtinum nitorem redegit Ponticus Vir vn⁹ de vtraq; lingua bene meritus temporibus noſtris, & multa vir humanitate, qui inter alia, quę plurima ſcripſit de reb⁹ nouis & inſolitis, aliquando nobis commentarios in eũdem poetam plenos omni genere diſciplinarum oſtendit, & quantum poteſt curat imprimere magnos & diffuſos.

¶ Claudiana tonitrua dicebantur, quæ Claudius pulcherrimũ inſtituit, vt in ludis poſt Sęnam collectus lapidum ita fieret, vt veri tonitrui ſpeciem repręſentaret.

¶ Claudius, quaſi pedibus clauſus, id eſt impeditus, qui ex pedibus, aut cruribus, fœmoribuſve vitiatis nõ poſſunt paſſus facere, nam eos claudunt.

¶ Claudeo, es, claudus incedo, quod claudicare dicere ſolemus, q̃uis p errare quandoq; ponatur per metaphoram.

¶ Claudicatio ipſa claudicandi actio. Pli. Repulſu durioris materię claudicationem illico affert.

¶ Claudo, is, ſi, ſum, includo. Vergi. lib. iij. Georg. Aut intra clauſos ſecum an præſepia ſeruant, interdum claudere ponitur pro circuire. Idem. Caluditæ nymphæ Dictęq; nymphæ nemorum iam claudite ſaltus. Interdum pro obſiſtere, arcere, vt apud eundem libro. x. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Vlpia. Clauſos pro vinctis accipit, ſi modo ita vincti ſint, vt omni modo erumpere non poſſint. Interdum pro Claudicare. Sal. Nihil ſocordia claudebat. Idem in hiſto. Equi præ labore claudunt.

⁎ Clauſa vulgo dicitur, quod opponitur aquę deriuãdę cõpellendęve ex flumine cauſa. Cc.

¶ Clauſtrum in plurali tam maſculini, q̃ neutri generis eſt, p loco, in quo quid clauditur. Apud antiquos doſtra pro clauſtra dicebantur.

¶ Clauſtrarius, q̃ claues, & cętera ad claudẽdũ opera facit.

¶ Clauſtrinus penultima producta, qui clauſtri ianuæ p̃eſt. Clauſtrinus, a, um, quod eſt clauſtri.

~~¶ Clauſula vocatur ſententia. Hanc Græci periodon dicunt a breuitate & concluſione.~~

⁎ Clauſuram, a clauſtro, ſiue a claudendo dicimus. Cc.

¶ Clazomenę pe. produ. vrbs Ionię aſiaticę, quam condidit. Paralus. Hæc prius Grina nominabatur, vicina colophoni. Vnde & Apollo Grinęus dictus eſt apud Verg. quoniã ibi eſſet eius oraculum.

¶ Clazomenia inſula, quę Marathuſa dicitur, a qua clazomenij, quos in Mœonia ſitos eſſe conſtat.

¶ Cleantes, nomẽ philoſophi, qui zenonis attici ſcholam ſucceſſor excepit. Hic Phanij Aſij filij⁹ egregius pugil, cũ Athenas veniſſet, & zenoni adhęrens generoſe philoſophat⁹ eſt, & ĩ eiſdem permanſit dogmatibus. Celebratus maxime fuit in labore. Nam cum valde puer eſſet, mercenariam vitã agebat, & noctu quidem in hortis aquam hauriebat per diem vero in ſermonibus exercitabatur. Vnde Phreantes appellatus eſt, quaſi puteos hauriens. Tradunt illum, quę a zenone audierat oſſibus boum, & teſtis fictilibus perſcribere ſolitũ cum pecunia non ſupperet ad chartas emendas.

¶ Clearchus philoſophus fuit, cuius meminit Hierony. contra Ioui. ȝ Fuit & alius hoc noĩe Lacedemonioꝝ dux hic docebat exercitui imperatorem plus q̃ hoſtẽ metui debere.

⁎ Cleobolus lydius Euagorę filius, vnus ex ſeptem ſapientibus. Cc.

¶ Cleone mediocre oppidum, diſtat ab Argo, ſta. cxx. a corintho. xc. Vnde cleonæus, a, um, vt leo cleonęus, qui & nemeæus. Luca. Ille cleonæi proiecit terga leonis.

⁎ Cleopatra Ægypti regina inceſtiſſima, de qua libri omnes pleni. Cc.

¶ Clepo, is, ſi, tũ, furor, furto ſurripio, tractũ a κλέπτω verbo græco. Vñ cleptũ furto ſubtractũ. Li. Si quis clepſit nepopulo ſcelus eſto, neue cui cleptũ erit. Plaut. Rape, Clepe, Harpaga. Ci. de repub. Nõ modo vt ſpartæ rapere, vbi & pueri clepere diſcunt. Cleptes latine fur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Clepsydra pe.eor. κλέπτω & ὕδωρ aqua. Nam propriū furacis hoīs, qui cleptes dr̄, est velare & abscōdere, quę clam & per insidias surripuerit. Clepsydra vero duo significat, fontem. s. & horologium aquariū horas aqua dimetiens. Est em̄ fons Athenis in arce illa Mineruæ quōdam, nunc beatæ Marię virgini consecrata. Is per alueum subterraneum latentem q̄ fluens stadia. xx. surgit tandem in riuos ad vsū phalereum. Erat prętera vas quoddā vitreū graciliter fistulatū quod ęqualibus dimensionibus signatas horas ostenderet. Ad cui⁹ etiā fundū erat foramē, quot aquā guttatim emitteret. Et ita horæ per aquę diminutionē, quod essent videri poterant. Itaq; non absurde, siue de fonte, siue de horologio accipias clepsydra nominatur ab aquæ furto, q̄ aquam, aut velet, aut furetur. Cęterū Ci. in secta Tusc. pro horologio capit, cum inquit. Cras ad clepsydram. Consimilia sunt hoc tēpore clepsydris vascula illa apud nos vsitatissima, quę in medio instar duorum turbinū coarctantur, ex quibus puluisculum per foramē minutum sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem, atq; ita legitimum tempus horę metiūt, vulgo dicitur horologium puluisculi, apud veteres oratoribus acturis causas forēses prę scribebat tēpus dicēdi gratis clepsydris, quibus exhaustis amplius dicere vetabantur. Plin. in epi. Dixeram horis pene quinq;, nam tribus clepsydris, q̄s spatiosissime acceperam sunt additę quatuor.

¶Cleros latine sors, siue sorte electus. Inde clericus sortit⁹ dici potest. Nam vt Hiero. scribit ad Nepo. propterea vocātur clerici, quia de sorte sunt domini, vel quia dñs ipse sors, id est pars clericorum est. Et quia vel ipse pars dñi est, vel dominū partē habet, talem se exhibere debet, vt & ipse possideat dominum, & ipse possideatur a dño. Clerus etiam vermiculus alueari⁹ noxius. Aug. Examina infestantur clero, sic em̄ vocant vermiculos, qui in pauimento nascuntur, ex quibus crescētib⁹ velut aranea obducitur alueo, & fauī carie pereūt. Hīc morbus hmōi clerus vocatur, hoc est fauus cum fœtu putrefactus. Cum vero morbo, aut ignauia, aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt.

ȣ Cleronomus, hæres. Cleronomia hęreditas a cleros p hæreditate. Et sortes ex promissione dei partes hæreditatis vocantur, quæ populo sunt distributæ. Vnde tribus leui pręcepta est non habere sortem inter fratres suos, q̄ eorum decimis sustētaret. Nam & cleros & clericos. Hinc appellatos puto, qui sunt in ecclesiastici ministerij gradibus ordinati, quia Matthias sorte electus est, quem primum per apostolos legimus ordinatum.

ȣ Cleombrotus, pausanię filius lacedęmoniorum dux, qui timens ne videretur cum Epaminunda hoste sentire temere cum eo pugnauit, secq; & patriam in preceps dedit. Nā vulneratus occubuit, & exercitus est deletus.

ȣ Cleodamas thasius philosophus Platonis tempore in geometria floruit.

¶Clibanus κλίβανος ἑλληνιστὶ λέγεται, id est clibanos gręce dicitur, pe. cor, nō est proprie furnus sed forte quid simile furno, vel instrumentū quo aliquid coquitur subtesta, quod ex ære seu ferro fieri solet sępe etiam opere figulino. Pli. lib. xix. Cortices quoq; decussi clibanis & furnis prębent vsum. Vnde panis testaceus is dicitur apud nos quē illi clibanitin. Scribitur a nonnullis cum υ. κλίβανος. De hoc & in dictione furnus. Col. li. iij. scribit serobem clibano similē esse, vt imus q̄ summus patentior sit, vt latius radices vagentur. ȣ Vnde panis testaceus is dicitur apud nos, quem illi clibanitin. Et apud Origenem super Leuiticum videtis accipi p vase pro fundo Magisq; sartago sit. Sic enim scribit Tria itaq; sūt quibus dñi sacrificia videre prępararī. In clibano in sartagine in craticula, & puto q̄ clibanus secundum sui formam profundiora & ea quæ sint inenarrabilia significent in scripturis diuinis, in scriptura tamen sacra præsertim apud prophetas accipitur fere semper pro furno. Scribitur a nonnullis cum y. κλύβανος. De hoc etiam in dictione furnus.

ȣ Clibanarius qui bene ferro & armis munitus certamē inijt Nazarius in panegyrico ad constantiam. Operimento ferri equi atq; homines pariter obsepti clibanarijs in exercitu nomen est. Dicti clibanarij, q̄m more testudinis arcuatis armis quæ clibani forma est vtebantur.

~~¶Clicns quasi colens quia debet dominum honorare, & est corelatiuum patroni. Nam patronus defensor causę est dict⁹ quasi pater. Clicns autem defensione indigens. i. litigator~~ qui patronum colit & sequitur, vt ab eo defendatur. Huius dimi. est clientulus. Aliq̄n tn̄ cliens ponitur pro sectatore & q sub tutela alterius & pene famulus est.

⁎ Clientum veteres pro clientem dixere. Cc.

¶Clientela clientū multitudo, nec non & eorum qui potentem aliquem ciuem principem ve fauore prosequuntur, & cuius dignitatem factionemq; tutantur ducti aliqua mercede vel beneficio. Similiter clientela dicitur clientium officiū erga patronos. Item dicitur clientium siue clientarum genus Caro enim clienta fœ. dixit.

¶Clima atis. Regio. Et clima apud Varronē quoquo versus pedum est sexaginta.

¶Climax, latine scala, & figura quæ dicitur gradatio, vt apud Oui. Viderat hanc, visamq; cupit, potiturq; cupita. Hīc climatericus a ū. scalarius. Pli. in epi. ad caluisium. Hēs climatericum tps sed euades. Pli. alter. lib. vij. natu. historię climateras nuncupauit legem scansilem. Scansili inquit annorum lege occidua quam climateras appellant Climatericum tempus dubiosum dicitur, q̄m chaldæi climateras appellant pericula vitē, fortunarumq; hominū quę fieri grauissima in septenarijs dicuntur. Nam septimum quēq; annū periculosum esse Cēsorinus autumat. Alij Climatera periculosum esse dicunt annum sexagesimum tertium. Vnde Augustus ad Caium nepotē Nam vt vides climatera cōmunē seniorū omnium tertiū & sexagesimū annū euasim⁹. Si quis hanc materiā diffusius nosce re cupit Censorinum adeat.

¶Cline latine lectus. lectica mēsa. Inde Hexaclinos torus discubitorius qui sex capiebat. Mar. Et testudineū mensus quatei hexaclinon.

⁎ Clingo veteres pro cingo vsurparunt. Cc.

¶Clinopale palestra lecti dr̄ κλινὴ græce lectus, & dicitur dimi. clinid. on. i. lectulus παλὴ palæstra siue lucta. Sueto. i Domi. Assiduitatem concubitus velut exercitationis genus clinopalem vocabat. Sic Ver. Nocturna bella nominat colluctationes venereas, & ab Apuleio militia amatoria dicitur.

ȣ Clinidiō, dimi. quod gręci lectulum vocant.

ȣ Clinipodion hærba quędā quę speciem lecti pedū præbet vt inquit Pli. li. xxiij.

¶Clinicus pe. cor. medicus qui curat medicamentis, dictus a lectis ægrotantiū quos frequentare solet quasi lecticularī⁹. Mar. Sore filia clinici. i. medici. Dicūtur & clinici qui ita morbo affecti sunt. vt surgere electo non possint nullaq; amplius de eorum salute spes est. Vnde legimus Petronillam voluntate Petri apostoli clinicam factam quasi paraliticam sideratam ve, proptere aq; decumbentem grabato quem gręci clinen vocant.

¶Clino as gręcum est, & significat inclino licet non sit in vsu eius tamen composita vsurpantur, quę sunt acclino, declino inclino, & reclino. pe. pro. Verg. lib. xij. Defigunt telluri hastas, & scuta reclinant. Clisis inclinatio.

¶Clio vna musarū ἀπὸ τοῦ κλέους a gloria, q̄ poetis gloria a compositis nascatur libris. Hesiodus in theogonia.

ἐννέα θυγατέρες μεγάλου Διὸς ἐκγεγαῶσαι. κλειὼ
ἠυτέρπην. θαλείαν. μελπομένην. τερψιχόρην. ἐρατώ
τε καὶ πολύμνιαν. οὐρανίην. καλλιόπην. ἥδε πρόφερε σάτη
ἐστὶν ἄπασάων. ∗. i. nouem filię magni Iouis, Cliocq; euterpecq; thaliaq; melpomeneq; terpsichoreq; eratoq; polymniaq; vraniaq; calliopecq; hęc eorum præstantissima est.

¶Clisius non ens fluuij in agro Brixiano.

ȣ Cliduchus significat clauigerum, κλειδοῦχος.

¶Clitorius, fons Arcadiæ, qui semel potus vini odiū facit. Oui. li. xv. Me. Clitorio qcūq; siti de fō. e leuauit vina fugit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Clitomachus pe.corre.philosophus Carthaginiensis, qui Athenas venit annos natus quadraginta, audiuitq; Carneadem, cuius & successor fuit, tres sectas sectatus academicorũ peripateticorum, & stoicorum, Supra quadraginta volumina condidit. De quo Cic.lib.iij.Tusc. mentionem facit, interpretaturq; egregie pugnans.

¶ Clitellę dicuntur non tãtum, quibus sarcinę colligatę mulis, & id genus veterinis portantur, qui vulgo basti vocãtur dictę, ꝙ huiusmodi animalis ornamentum sit. Horat. in saty. Hinc multi clitellas tempore ponunt. Sed etiam locus Romę propter similitudinem. Et in via flaminea loca quædam deuexa subinde & accliuia, quo etiam nomĩe appellatur quoddam tormenti genus.

¶ Clitellarius, qui clitellis vtitur. Vnde clitellarij muli dicuntur, qui neq; ephippiati sunt, neq; desultorij, nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducũt, sed clitellati ferunt onera. Plau. in muſ. Muliones mulos clitellarios habẽt, ego habeo homines clitellarios, magni sunt oneris, quicqd imponas vehunt.

¶ Clitumnus Vmbrię fluuius, de quo Plin. lib. xij. scribit, ꝙ animalia quę eum potauerint albos fętus creant κλεῖ τσ celebris, quasi celebris amnis. Silius. Et lauat ingentem perfundens flumine sacro clitumnus taurum.

¶ Cliuia auspicia inquit Festus, quę aliquid fieri prohibebat. Nam & omnia difficilia & ardua nominabantur cliuia, vndecliuus, qui est locus molliter arduus, & pro colle ponitur. Hiero. lib. ij. Reg. Porro Dauid ascẽdebat cliuum oliuarum. Est & cliuus, cuius composita possunt esse tam secũdę q̃ tertiæ declinationis, vt Accliuus, a, um, & Accliuis & hoc accliue. Decliuus & decliuis. Prodiuus & prodiuis, quę habẽt penultimam productam. Dictus cliuus a clino proinclino.

¶ Cloacæ pe.pro. loca caua, ꝑ quæ colluuies fluit, a cloacare, quod est inquinare, siue a colluendo, quasi colluace. Fistulæ quoq; fossę, vbi & vię illę subterraneæ parietibus in modum aqueductuum munitę, per quas aquę pluuiæ extra vrbem, vel fluuium dilabuntur, cloacæ dicuntur, ꝙ vrbẽ immũdicijs purgent. A clodio albanorum duce dictę. Plaut. vero in Cur. per stomachum immundę vetulæ aluũ cloacã noſauit. Age effunde hoc cito in barathrum, ppere prolue cloacam.

ŏ Cloacare inquinare. Vnde cloaca dicta est, vt inquit Fes.

ŏ Cloris nympha, quæ zephyro nupta quasi dotis loco id accepit muneris a marito vt haberet oĩm florũ potestatẽ. Est & cloris auicula, a qua Theo. luteũ & luteolam conuertit.

* Cloacale Cato dixit flumen pro cloacarum omnium colluuiæ. Cc.

¶ Closter latine filum vel nexus.

ŏ Clorio latine vero dr̃ auis genus a Plin. lib. xviij.

¶ Clotho vna ex furijs infernalibus græce κλώθω circũuoluo, neo, destruo. Orpheus in hymnis aliqua dicit, sed ĩmagica sua multa & obscura, vt mihi vir diuinus videatur. Hesiodus autem in theogonia dicit Themidos filias, & Iouis, Clotho lachesin, & Atropon. μοίρασθ'. ἦσ πλείσιμ τιμὴν πόρε μητιέτα ξεύσ κλώθω τὲ λάκεσίμ τε καὶ ἄτροπον αἵτε λίδ'ουσι θνητοῖσ ἀνθρώποισιμ ἀγαθόντε κακόντε. * Id est parcas, quibus plurimum honorem præbuit cõsiliarius Iuppiter clothoq; lachesinq; & atropon, quę mortalibus hominibus dant, & bonum & malum.

¶ Cludo, is, idem quod claudo, quo veteres vtebantur. Vnde in veteribus numismatibus legimus Ianum clusit. Huius compositamagis sunt in vsu. Accludo, vt in Ge. Egressus ad eos Loth post tergum accludens hostium ait, concludo, circũcludo, excludo, includo, intercludo, introcludo, occludo. Plaut. Occlusit ostium ancillę. Prędudo, antecludo. Colu. lib. vij. Hirundo adhærens faucibus sanguinem ducit, & incremẽto suo transitum cibis prædudit. Recludo, aperio. Verg. Veteres tellure recludit thesauros. Secludo, seorsum claudo Subterdudo, quę habent penultimam productam.

¶ Clumę sunt folliculi hordei.

¶ Clunes nates, siue natium tumor, tam mascu. q̃ fœmi. ge. Plaut. Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero. Horat. Q; pulchrę clunes, breue ꝙ caput, ardua ceruix. Ab hoc simias clunas appellatas volunt, ꝙ clunes tritas gerãt. Huius dimi. est cluniculę. Gel. Cęterarum auiũ, atq; altilium nisi tm̃ apponatur, vt a cluniculis inferiore parte saturi fiãt.

ŏ Clunici dici videntur a clunibus, qui sunt ea parte morbosi. Vnde Cyprianus videtur accipere clunicum pro paralitico illo debili in lecto iacente, cuius mentio in Euangelio est, ex eo ꝙ infirmus clunibus in lecto cubet, quum pedibus nequeat insistere. Apud Plin. legitur clunicis medetur in hoc significatu, quamuis quidam corrigant clinicis.

¶ Clunaculum, culter sanguinarius, ꝙ ad clunes depẽdeat, vel quia clunes bestiarum diuidat.

ŏ Cluere perhiberi putari. Plau. in Epi. Cluet is etiam se se sapere memorat, malleum. In qua significatione sæpe Lucret. Plin. tñ fert veteres cluere in certandi significatione posuisse, vnde clypeus, inde cluacina venus.

¶ Clupea ciuitas Aphricę vicina Carthagini.

¶ Clusius dictus est Ianus, quia pace templi eius portę clauduntur. Vergi. Claudentur belli portæ furor impius intus Seua sedens super arma, & centum vinctus ahenis.

¶ Clymene pe.corre. Promethei mater. Oceani filia, & Iapeti vxor.

¶ Clypeus & clypeum, siue clupeus/y/in/u/conuersa, proprie clypei scuta maiora sunt, & tm̃ peditum sicuti docet Ser. Scuta equitũ. Liui. lib. vi. Clypeis ante Romani vsi sunt, dein de postq̃ stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecere. Dicti clypei, ꝙ celent totum corpus, vel a depere quod est furari ab ictibus. Var. a cauus deriuat. Plin. lib. xxxv. ἀπὸ τοῦ γλύφω, hoc est sculpendo cęlandoq; deducit, ita vt dicatur clypeus, quasi γλύπτσ. i. sculptus /g/in/c/ mutata. Scutis enim qualibus pugnatum est apud Troiam cõtinebant ĩmagines. Vnde & nomẽ habuerunt clypeorum. Vel quia κλέπτω furor & celo, quia totum hominem tegat.

¶ Clyster, ęris, pe. produ. quod & clysterium dicitur, ἀπὸ τοῦ κλυσείν, quod est abluere. Nam clystere aluum ęgrotantiũ lauare, seu purgare solemus. Pli. Cucurbita infusa clysterib⁹ intestinorum omnium vitijs medetur. Macer tamen huius nominis penultimã corripit. Appositus digitis, aut int⁹ clystere fusis. Quod autem in orificium durum ponitur ad excrementum prouocandum, & vulgo suppositorium dicit docti glandis specie balanum dixere.

¶ Clysmus latine, purgatio siue lotio dicitur.

¶ Clytemnestra nomen propriũ mulieris, quæ ob amorem adulteri virum occidit. De quo Euripi. in Oreste, & multa alia Homerus in Odyssea, quę nota sunt.

* Clytia vna ex nymphis oceani a gloria dicta κλέοσ eñ gloriam significat. Cc.

C ante M et O

¶ Cnidos, est vna ex cycladibus insula.

* Coaceruo. Vide Aceruo.

ŏ Cneus per C. scribitur, sed profertur per G. appellatus est autem ob insigne neui.

¶ Coacesco, ex con, & acesco, sed /n/ abĩcitur, & significat coacescere simul, seu totum acidum fieri. Cic. in Ca. Vt eñ non omne vinum sic non omnis ętas naturę vetustate coacescit. Hiero. per translationem in prologo Salo. Neq; enim sic noua cudimus, vt vetera destruamus, & tamen cum diligentissime legerit sciat magis nostra scripta intelligi, quę nõ in tertium vas transfusa coacuerint, sed statim de prælo purissimę commendata testæ suum saporem seruauerint. Coacuerint, id est corruptionem senserint.

¶ Coagmenta coniunctiones arctæ, & compages a cogendo, id est instruendo. Hinc

¶ Coagmento, as, coniungo, & cõpares cõiunctiones cogo ac stringo. Ci. in Cato. Viuendi finis est optimus est, cũ integra mẽte, certisq; sensib⁹ opus ipsa suũ eadẽ, q̃ coagmẽtauit natura dissoluit. Pli. Passiuum protulit. Mox pluribus coagmentatur nucleis, & his separatim vestitis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Coagulum, a cogendo. i. colligendo siue stringendo dicit ca pars viscerum, q̃ ad dẽsandũ lac vtimur. Tibul. Et misce re nouo docuisse coagula lacte. Quicquid dẽsat ac cõiungit coagulum dr. Gel. Viculũ illud coagulũ animi atq; amoris. Et coagulũ hærba est, sed potius spõgia aquarum dulcium, quam alij strunium, alij strygnon, alij conseruam vocant.

¶ Coagulo, as, cogo, constringo, verbum actiuum, vt est illud. Coagulatum est sicut lac cor eorum. Gel. Semen in vtero mulieris primis septem diebus coagulatur, coagulatur, fitq; ad capiendam figuram idoneum.

¶ Coalesco, is, coalui, concresco. Liui. lib. i. Vocata ad concilium multitudine, q̃ coalescere in populi vni⁹ corpus nulla re p̃ter q̃ legib⁹ potuit, iura dedit. Sal. Hi postq̃ cõuenerunt in vna mœnia dispari genere dissimili lĩgua alij alio more viuentes incredibile memoratu est, q̃ facile coaluerunt. Coaluerunt nõ est a coalo, quoniam significatio actiua sensui orationis repugnaret, neq; a coalco, quod nescio an reperiatur. Eius simplex protulit. Var. lib. i. de re ruſ. Quemadmodum q̃q̃ seri, aut alescere, aut meti possit.

* Coarto. Vide Arto.

¶ Coaspis fluui⁹ Medoꝝ, qui apud Persas in Tigrim decurrit, cuius aqua tã dulcis, vt Persici reges q̃diu intra ripas Persidis fluit solis sibi ex ea aqua pocula vendicauerint.

¶ Coasso, as, per duplex /ss/ sicut assamenta & assulę. Quod & coaxo dicitur pro contabulo. Vnde coaxatio, contabulatio ab axibus. Nam asseres tabulę sunt. Victru. Sed crassior & angustatum modum paruę trabis ab materia assidendo parietibus, atq; tignis appellati, vt inquit Fest. Est & coaxare proprium vocis ranarum.

* Coaudio & conaudio ex cum & audio. Cc.

* Coaugmento ab augmento, coaugeo, inde coaugmentatio. Cc.

¶ Coaxo, as, vide in dictione coasso. Aristophanes ἐντῦ βατραχω τοῦ δ᾽ιονύσου κάρρεκεκεξ κώαξ κώαξ.

* Cocalus, Siciliæ rex, ad quem Dedalus ex Creta affugit, quem illuc vsq; persecutus est minos cretensiũ rex, sed a Cocali filiabus, vt Aristo. refert interfectus est.

* Cocanicus Siciliæ lac⁹, ex quo Salẽ co. anicũ nominamus.

¶ Cocus p simplex c. Nã primã corripit, siue coqu⁹ p q. Nã & coquo, is, dicimus. Mar. Qui propter cœnam rustice cædo coquum. Est aũt cocus, qui cibos coquit ac vẽdit. Cocorũ tñ alij priuati, qui alicui seruientes coquinariam exercent, vt ibidem. Nõ satis est ars sola coco seruire palato. Nãq; coc⁹ dñi debet habere gulam. Alij publici, qui vt dapes vendant publice popinam tenent, hoc est tabernam, in qua dapes coctæ & vina vendũtur. A qua popinones dicti, & ipsi coci, ac popinariam exercentes, & luxuriosi, ac in popinis viuentes.

¶ Coculus pe. cor. dimi. est. Coculum aliud significat.

¶ Coculũ vas æneũ coctionibus aptũ. Plau. Æneis coculis ex cocta est mihi oĩs materia, alij cocula accipiunt pro lignis minutis, quibus facile decoquuntur obsonia.

¶ Coculare, & per apocopẽ cocular idem quod coculum.

¶ Coccus p duplex /cc/ sumit p purpura, coccũ vero est rubens granum in maxima laude, vulgo grantũ dr. Anniculo coco languid⁹ est succ⁹. Idẽ post quadriennũ euanidus. Itaq; nec recenti vires, nec senescenti. Laudatissimum nascitur circa Emeritam Lusitaniæ ciuitatem, vt docet Plin. lib. ix.

* Coctus ilicis vocatur Ilicis granum κόκκος enim græce dicunt granum. Cc.

¶ Coccinus pen. corre. color est purpureus, quo panni inficiebantur. Hieron. lib. ij. Reg. Filię Isi ael flete super Saul, qui vestiebat vos coccino. Hic color exuberantiam quandam, ac splendorem ruboris ostendit. Qui & spadicus & Phœnicẽ⁹, & roseus vocatur.

¶ Coccina substantiuum pe. cor. vestis coccinea. Mar. Coccina famose donas, & ianthina mœchę.

¶ Coccineus, a, um, quod est grano infectum. Hiero. in Cãti. Sicut vitta coccinea labia tua.

¶ Cocceus, a, um, quod coccineus. Scribit Lamprid. Diadumeum indumenta cocceã primum accepisse.

¶ Coccinari dicuntur, qui coccineis vestibus sunt induti.

¶ Cocciæ dictę sunt alpes a Coccio rege gallorum domitore, qui in amicitiam Octauij receptus est, incipiunt a Segusia oppido. Et a Tacito coccianæ appellantur.

¶ Coccentum genus edulij ex melle & papauere factum sic dictum, q̃ ad ignem coquatur.

* Cocynum, olei genus. Cc.

¶ Cocyx, ygis, per /y/ auis temporaria, quæ in triũ auiũ nidis oua gñat palumbarum alaudę, & chlorydos, hęc alio nomine cuculus dicitur. Cuius vox cocytus quoq; dr. Et accipitrum gñe est, licet vngues aduncos nõ habeat, ꝓcedit vere, occultatur caniculæ ortu. Suidas. λόκκυξ ἐῖ δ᾽ὄρνιθος εἶδος ὃς πάρεμπορ κοῦκκος δ᾽ὲ γεται ἀπὸ τῆς φωνῆς ἀγαυῆς.

* Id est Cocyx species auis apud nos caucos dra voce dulci.

¶ Cocytus pe. pro. latine dr luct⁹. Quo noĩe dictus est inferorũ fluui⁹ a sygę, ꝓfluẽs. κωκύω enim gemere ac lamentari significat. Vergi. Nec ꝓcul hic partẽ fusi monstrant in oĩm Lugentes campi sic illos noĩe dicunt. Hinc Pluto quoq; cocytus dictus est. ὃ Quidã a cocyge aue, quam vulgo cuculum vocant, qm̃ in cocyti ripis luctiferæ auis vlulatus audiri fingatur. Claud. Cocytus tacitis acheron obmutuit vndis.

ὃ Cocynthum, Italię promontorium inquit Pli. Item Polybius lib. ij. promontorium Italiæ cocynthum vocari tradit ab indigenis, quod meridianam plagam spectãs tonium, & siculum mare discriminat.

¶ Cocytia sacra erant quæ fiebant in honorem Proserpinę, quam Pluto rapuit.

¶ Cochlea proprie testa limacis, licet qñq; ꝓ ipa limace, quę testam habet sumatur. Limax proprie quæ est sine testa. Pli. lib. xviij. Nascuntur in vitia, & aliqñ e terra cochleæ minutę erodentes eam, cochleę tam terrestres, q̃ aquatiles exerentes se domicilio, binaq; veluti cornua prætendẽtes retrahẽtesq;, ideo corniculis prętentare iterputantur, quia oculis carẽt, cochlę etiam lapides sunt ex flumine rotũdi ad cocleatum simi litudinem, quę cochlacæ dicuntur. Similiter cochlea, siue cochlis, is, turris dicitur, siue scala rotũda, qua turrim per circuitum a cochlearum similitudine cõsendimus, quemadmodũ torcularia ad instar cochlearum facta cochleæ nominantur. Huius diminutiuum est cochleola. * Sunt cochleæ modicę, cauaticæ, altiles, africanę, aceratæ, illyricę, olitinę, albę, astypaleicæ. Perottus in Cornucopiis.

¶ Cochleare, & p apocopẽ cochlear, & cochlearium genus mensurę, seu instrumentum, quo cochleæ, & alia huiusmodi vescendo sumuntur. Mar. Sum cochleis habilis, sed non minus vtilis ouis. Nunquid scis potius, cur cochleare vocer.

¶ Cochides pe. cor. scalæ rotundæ, quę per circuitum scandũtur. Quo etiam nomine dictę sunt gemmę in Arabia.

¶ Cochlium etiã scala rotuda. Strab. lib. vlti. Hęc est etiam altitudo, quadam manufacta turbinea petrosę ripę persimilis, in quam per cochlium ascenditur.

¶ Cochlacę, quę & cochleæ lapides ex torrente rotundi.

¶ Codites penul. cor. luscos dixerunt antiqui, hoc est q vnũ tantum habẽt oculũ, quasi ocdites. Nam & cyclopas coclites legimus vnum oculum habentes. Et Hora. Cocles dict⁹ est, qui in prelio oculũ amisit, quasi ocles ab oculo. Plaut. in Cur. Vnocule salue. Ex coclitum prosapia te esse arbitror, nam sic sunt vnoculi.

* Coctiuę castaneę vulgatiores. Cc.

* Coctiuę nuces dicũtur nigræ, quę magis in vsu sunt. Cc.

¶ Coct⁹, a, um, a cogẽdo, quia coquẽdo coerceẽ, vt ad vtilitatẽ vescẽtiũ ꝓducat. Et coctũ dr qd est multi tpis. Vnde & recocti hoĩes ipo vsu, & frequẽtia & lõgitudie tpis cautiores, exercitatioresq; facti dicuntur. Hora. in Ser. Plęrũq; recoctus scriba, ex quinqueuiro coruum deludet hiantem.

¶ Coctilis & hoc coctile pe. cor. accipitur pro re quę cocta ẽ, & non cruda, sicut fictile qd factum est a figulo. Plin. lib. vij. Epigenes apud babylonios septingentoꝝ viginti annorum obseruationes syderum coctilib⁹ laterculis inscriptas docet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Coctiuus,a,um,pe.pro.quod facile coquitur,vel matura tur,vt coctiua poma,coctiuum legumen.
¶ Coctio frequentatiuum, quo Plautus frequenter vtitur. Cornucopia.
* Codam veteres dicebant,quam caudam dicimus.Cc.
¶ Coctona. Vide in dictione Coctones.
* Codatremula auis,quæ semper mouet caudam,alias mo ta cilla dicta.Cc.
¶ Codex arboris robur. Vide in dictione caudex.
¶ Codiculus dimi.a codex,dum pro libro ponitur.
¶ Codicillus dimi.a dimi.codiculus. Sunt autem codicilli literę breues,hoc est epistolæ.Sul.Ciceroni.Puer Acydini mihi obuiam venit cum dodicillis. Iureconsulti accipiunt pro quodam instrumentorum genere.
¶ Codicariæ naues dictę sunt a codice,dum codex pro trunco arboris,seu tabula sumitur, q̃ & caudicariæ dicuntur,q̃ e caudibus,hoc est lignis grossionibus factę sint. Var. Q; antiqui pluris tabulas coniunctas codices dicebant, etiam in tyberi naues codicarias appellamus.
* Codion genus lactucę a corij similitudine in petris nascẽs comosissimum inter omnes.Cc.
¶ Codrus nomẽ ꝓpriũ regis Atheniẽsis qui ꝓpter patriam seruandam se morti obiectauit. Responsum em̃ acceperant Pelopõnenses,tũc demũ se superaturos, si eor; regẽ non occidissent. Fefellit ergo eos habitu pauperis apparendo, & in suam necem per iurgia prouocando. ὃ & a nullo cognit⁹ fecit locum oraculo. ὃ Vnde Vergi.Et iurgia codri. Fuere & alij codri.Hinc apud Athenienses in prouerbium venit Codridarum genus,vt cum nobilissimum vellent quempiam dicere codro nobiliorem esse prædicarent.
¶ Codononia insula quam Theutonici tenent,in qua codanius sinus.
¶ Cœliaci a cœlia,id est ventriculo stomachi vocant̃,q̃ morbus is,atq; dolor in ipsius ventriculi porta consistat, quæ piluros græce nominatur. Vnde medicamenta quædam huic vitio contraria cœliacę dicuntur.
* Cœle dicitur Syria,qua contingit arabes.Cc.
¶ Cœlosyria caua syria ex κοίλη caua & Syria.
¶ Cœmentum,vt aliquibus videtur cum/œ/diph.a κόιμυο quasi cœnimentum. Vide in dictione Cementum.
¶ Cœmiterium græce κοιμητέριον a κοιμάω sopio,quia ibi mortui dormire dicuntur, quasi mortuorum dormitorium.
* Cœmo. Vide in Emo.
¶ Cœnomia,vt inquit Hie. om̃e gen⁹ muscarum intelligit.
¶ Cœna vespertina κοινὸν,quod est communis,quia multi in cõmune cœnare consueuerunt.Quę sit cœna recta. Vide in dictione recta. A cœna fit domicœnium, quo vsus est Mar.Plau.in cœnem dixit sine cœna.
¶ Cœnula dimi.Hieron.Cõmunem cœnulam breuemq; ad refocillationem potius corporis,q̃ ad delectationem.
¶ Cœno,as,aui, & cœnatus sum, a quo fit frequentatiuum Cœnito cœnitas.
* Cœnaturio laboro, vt cœnem, quam significationem habent fere in rio desinẽtia,vt mulier parturit,id est laborat,vt pariat.Marr.In omnibus Vacerra,q̃ conclauibus consumit horas,& tota die sedet. Cœnaturit vacerra non cacaturit,id est laborat,vt cœnet.Cc.
¶ Cœnatio locus ad cœnandũ aptus,qui in imo dom⁹ & potentiorum erat. Vnde Iuue.Et algentem rapiet cœnatio solem.Sue.in Nero.Precipua cœnationum rotunda,quę perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circũageretur.
¶ Cœnaculum a cœnando nomen absumpsit locus ad cœnãdum idoneus. Var.Sicut penarium vbi penus,vbi cubabãt cubiculum,ita vbi cœnabant cœnaculum. Sed post q̃ in superiori parte cœnitare cœperunt superior domus vniuersa cœnaculũ dicta.Fest.Cœnaculum dicitur ad quod scalis ascẽditur. Solet tamẽ Cœnatio & cœnaculum & dicta accipi ꝓ loco,in quo æstate cœnatur.
* Cœnaticus, ad cœnam pertinens.Cc.
¶ Cœnipeta pe.cor.qui libenter petit alienas cœnas, & parasiti sæpe personam induit.
¶ Cœnacularia,æ,ars locandi cœnacula. Vlp.Si quis cœnaculariam exercens modicum hospitium sibi retinuerit, residuũ locauerit pluribus,omnes tenebuntur quasi in hoc cœnaculo habitantes,vnde eiectum effusumve est.
¶ Cœnacularius homo, qui cœnaculũ cõduxit. Idẽ de pigno ratitia actione. Videtur aũt tacite, & cũ dño ædiũ hoc cõuenisse,vt non pactio cœnacularij proficiat domino.
¶ Cœnatorius,a,um,quod ad vsum cœnæ pertinet.
¶ Cœtion græci dicunt thalamum. Vnde procœtion dicunt antithalamum.
¶ Cœnobium locus vbi communis vita ducitur κοίνὸν em̃ communis βίος vita.Hinc cœnobitæ pen.pro.monachi, qui in commune viuunt.
¶ Cœnum lutum κοίνω inquino,a quo obscœnum,vt quidã volunt deducitur.
¶ Cœpi verbum defectiuum,vide supra in dictione cœpi.
¶ Cœtus conuentus,vide in dictione cetus.
¶ Coeo,is,ij,iui,itum,ex cõ,& eo,sed/n/abijcitur,& est tam actiuũ q̃ neu.significatq; cõuenio,cõiũgo,aduno,cõtraho,socio,colligo,congrego. Vergi.libro.ix. Coeant in fœdera dextre qua datur.Lact.de ira. Deniq; si aromorũ coitio,& conglobatio efficeret omnia. Cic.accusatiuo vsus est lib.ij. Phil. Vtinam Cn. Pompeij cum.C. Cęsare societatem, aut nunq̃ coisses,aut nunq̃ diremisses.Gel.protulit passiuũ,coibatur societas inseparabilis.Nam proprie coiri societas dicitur. Sic ab Vlpiano societas coita pro contracta & collecta accipitur.Coire etiam aliquando concumbere dicitur. Lactantius lib.iij.Quid ego de cynicis loquar, quib⁹ ĩ ꝓpatulo coire cũ cõiugibus mos fuit.Hinc coitus ꝓ cõcubitu. Aliq̃ cõgredi. Teren.in Phor. Vide quid agas. Prima coitio est acerrima,si eam sustinueris post illam iam,vt lubet ludas licet. Vbi Donа. Translatio a prælio.Nam & congredi milites,& coire dicuntur.Proprie autem coire est simul ire.Cic.lib.iij.offi.Sol⁹ neglexit fidem,furere insimulauit,ne coiret instituit.
* Coæquo,vide in verbo Æquo.Cc.
¶ Coerceo,es,ex cõ,& arceo,sed/n/abijcitur,&/a/in/e/mutatur,significatq; restringere.Cic.in Lęl. Quã serpẽtem multiplici lapsu,& erratico ferro amputans coercet ars agricolarum.Item refrenare continere. Lactã.lib.iij. Illud satis est ad coercendum furiosi hominis errorem.Item colligere,siue simul stringere.Ouid.lib.i.Met. Vitta coercebat positos sine lege capillos.Item compellere.Cic.lib.iij.ad Heren.Prudentiæ partibus vtemur in dicendo si commoda cum incommodis conferemus,cum alterum sequi alterum vitare coercemur. Sed hæc fere in idem recidunt.
¶ Cęus per oe,diph. fuit cęli ac terræ filius. Hinc Cæa insula la in Ægęo.
* Coætaneus eiusdẽ ętatis,quod dicitur,& coęuus, ab ętate illud ab æuo.Cc.
* Cogamus fluuius ex Tmolo monte proueniens.Cc.
¶ Cognati ab eo dicti putant̃,quasi vna cõmuniterve nati.
¶ Cognomen. Vide in dictione Nomen.Cognomines qui eiusdem nominis sunt a con, & nomen in/g/ mutata. Sic a Plauto duę sorores Bacchides nominatę vocantur cognomines. ὃ Declinatur q̃ hic & hęc cognominis . Nam apud Plaut.Legitur. Illa mea cognominis fuit. ὃ Dicitur & cognomentum.Ci.Scipio ille cognomento africanus.
¶ Cognomino,as,cognomen impono.Hiero. ad Da.Iunxit se principi mundi huius.i.diabolo rectori tenebrarum quem nunc inimicum hominem,nunc iniquitatis iudicẽ, nunc draconem,nunc sathan,nunc malleum,nũc perdicẽ,nunc belial, nunc rugientem leonem,nunc Leuiathan, & multis alijs vocabulis scriptura cognominat. ὃ Fit autem ex con & nomino/n/in/g/mutata.
¶ Cognosco,is,ex con & nosco mutatur/n/in/g, vt fiat cõsonantior vox. Et est cognoscere noscere eos, qui prius incogniti erant,cum agnoscere sit olim notos. Vergi.Incipe par-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ue puer risu cognoscere matrem. Var. Vereor ne me quoq; dum reuertero præter canem agnoscat nemo. Confunduntur tamen hæc sępenumero. Interdum cognoscere est diligẽter, attenteq; cõsyderare. Teren. in Ecy. Postq̃ ipse sese, & illam, & hãc q̃ domi erat cognouit satis. Interdum intelligere. Cic. in Hor. Vñ aũt facili⁹ q̃ ex annaliũ monumẽtis, aut belicę res, aut oẽs reip. disciplina cognoscit. Teren. Eo pacto & gnati vitam, & cõsiliũ meũ cognosces. Interdum approbare laudare, placere, vt apud Psal. Declinãtẽ a me malignũ non cognoscebã. Interdũ cõcũbere, vt in Euan. Et nõ cognoscebat eã donec peperit filiũ. Aug. lib. x. cõ. Pręter eã cõcupiscẽtiã carnis, q̃ inest in declinatiõe oĩm sensuũ & voluptatũ, inest aię p eosdẽ sens⁹ corpis q̃dã se nõ oblectandi in carne, sed experiẽdi per carnem vana & curiosa cupiditas noĩe cognitionis & scientiæ palliata. ♁ Interdum iudicare. Inde cognitio iudicium iudicatio. Cice. lib. ij. offi. Adhibuit sibi in consilium. xv. principes, cum quibus causas cognouit. Aliquando significat credere, vt in euangelio, vt cognoscat mũdus, quia tu me misisti. ♁ Huiꝰ verbi composita sunt. Pręcognosco, antescio. Plaut. Ciceroni. Q. si latro pręcognito nostro aduentu rursus in Italiam se recipere cœperit. Percognosco. Plautus in Tru. Vtroscę percognoui probe. Recognosco, de quo alibi.

¶ Cognitor qui cognoscit, q̃uis proprie is dicatur, qui litem alterius coram eo qui datus est tractat, procurator autẽ absentis nomine actor sit.

¶ Cognobilis, qui cognoscitur. Gelliꝰ. His solis cognobiles erunt.

¶ Cogo, gis, coegi, coactum, ex con & ago, in quo /a/ & /n/ abiiciuntur, nisi in supino. Est aũt cogere in vnum colligere. Cic. lib. i. Tusc. Cœlũ hoc in quo nubes, imbres, vẽticę cogũtur. Teren. in Eu. Quasi talenta ad quindecim coegi. Quandoq; vrgere. Idem lib. iij. offic. Diogenes contra nimium te soluere coegit. Quandoq; mulgere. Verg. Cogite oues pueri, si lac præceperit ęstus. Quãdoq; stringere, densare, siue durescere. Idem lib. iij. Geor. Nam frigere mella cogit hyems eademq; calor liquefacta remittit. Quãdoq; Imprimere, seu intus ponere. Idem. Quadrifidam quærcum cuneis, & forte coactis scindebant. Quandoque in ordinem ponere, vt omnes arbores in sulcum cogendæ sunt. Quandoque Reponere, reducere, vt opes nostræ in deum cogendæ sunt. Quandoq; adiuuare, vt Hominum cogẽte opera multæ, herbæ nascuntur. Quandoq; cum festinatione mittere, vt Medicũ ad ægrotum coegit.

¶ Cogito, as, frequentatiuum a Cogo, is, q; mens plura in vnum coegit, vnde elicere possit. Vñ Aug. li. x. cõ. Q. multa huiusmodi gestat memoria mea, quę iam inuenta sunt, quasi ad manum posita, quę didicisse & nosse dicimur, quæ si modo istis temporum interuallis recolere deliuero, ita rursus demerguntur, & quasi in remotiori oraculi penetralia dilabuntur, vt denuo velut noua excogitanda sintin idem iterum. Neq; enim alia regio eor⁹ est cogenda rursus, vt sciri possint. i. velut ex quadã dispersione colligenda. Vñ dictum est cogitare. Nam cogo & cogito, sic est vt ago & agito, facio & factito. Verũtñ si animus hoc verbũ, prie vẽdi cauit, vt non quod alibi, sed quod in animo colligitur cogitari proprie iam dicatur. Cogitare itaq; est cogere ad aliquid inueniendum. Vide cogitatio quæ est dicta velut coagitatio. i. longa ejusdem rei agitatio in eadem mora consilij explicandi. A cogito fiunt composita, excogito, quod proprie est perfecte cogito, licet pro inuenio sumatur. Sed idcirco fit, q; cum quis perfecte cogitat aliquid ex eo quod cogitat elicit & inuenit. Cic. lib. i. Tusc. Quid illa vis quę tandem est, quæ inuestigat occulta, quę inuentio & cogitatio dicitur. Pręcogito prius cogito. Quint. li. xij. Licet tamen præcogitare plura, & animum ad causas componere. Recogito iterum, atq; iterum cogito. Hiero. in vita Antonij. Quæ & quanta spes hisdem posita esset in cœlis recogitans.

¶ Cogitatim aduerbium pro cogitare ponitur.

* Cohabito cõhęreo cohæres, quære in suis simplicibus. Similiter cohærentia.

¶ Cohibeo, es, ex con, & habeo significat constringo, contineo, fræno. Plinius. Et impetum furentis blanda oratione cohibuit.

¶ Cohors a cohortando dicta est, q; tribunus eam, vt sequatur hortari soleat, seu q; ipsa se mutuo frequenter ad puguã hortetur. Est & cohors, quæ & chors locus cinctus parietib⁹, quo gallinas, anates, & id genus reliqua habere in villa solemus. Var. de re. rus. Cohors q; vt ĩ villa ex pluribus tectis coniunguntur, ac quidam fit vnum, sic ex manipulis pluribus copulatur cohors. In villa vero cohors dicitur, q; circa eum locum pecus coerceretur. Hinc cohortales gallinæ vocantur apud rei rusticæ scriptores, quæ in cohorte domi alũtur. Possunt etiam dici cohortales ab horto. Nam cum veteres hortos vicos dicerent, q; qui arma ferre possent, ibi nascerentur, inde cohortem dixerunt manum hominum ex eodem vico, ad pugnam exeuntium, q; illi essent ex eodẽ horto, id est vico geniti. Nam & Galli, vt est apud Cęsarem hoc modo pugnabant. Quisque enim pagus per se pugnam capiebat. Ouidius. Abstulerat multas illa cohortis aues. Dicitur & chors in hac significatione. Varro. In vrbana quoque domo chortem facere poterimus, in qua pascere ciconias, grues, pauones, gallinas, anseres, & similia dabitur ad vsus quotidianos. Columella in præfa. Et vt a pecoribus recedã, quorum in parte auium chortalium, & apium cura posita est. Mar. Rauce chortis aues. * De cohortibus, & earum numero denario, quę legionem faciunt, si hoc non sufficiat, Vide Perottum in Cornu.

¶ Co, insula Icari maris. Vide in dictione Coos.

¶ Cois vestis subtilissimæ genus a co, vt quidam volunt. Alij tamen ceam eam dici putant. Vide in dictione Cea, insula dicta, vbi Pãphila Platis filia prima eius telę filia retorquere, ac inde texere cœpit. Hor. Altera nil obstat cohis, ibi pene videre est. * Vbi cohis septimi videtur casus.

♁ Coix, icis, genus stipis, cuius folia ad textum sunt vtilia. Stra. κοικινοι πλεγματα αιγυπτιακα. φυτοι τινός ομοιοι σχοινοίσ. κφοινικιοισ, hoc est coicina tecta in Ægypto fieri e quodam frutice similia iunceis, atq; palmeis.

♁ Collatitius, a, um, quod collatum est. Apul. lib. iij. Coraula doctissimus collatitia stipe de mensa parat⁹, pecunia eñ quę confertur a populo collatitium dicitur.

♁ Collatio dicitur, quod in vnum confertur, vt in libr̃. Machabeor⁹. Vir fortissim⁹ Iudas collatiõe facta. xij. milia dragmas argenti misit Hierosolymam, &c.

♁ Collatis signis significat, vnum in locũ ad pugnam paratis.

♁ Collax græce, latine assentator dicitur, & est nomen parati ab assentando. Est enim κολακευω adulor.

¶ Cohũ lor⁹, quo temo buris cum iugo colligatur a cauo dictum, inquit Var. quasi cahum. Cothum etiam poetę cœlum dixerunt a chaos, ex quo putabant formatum.

♁ Coinquino, as, pe. correp. Hora. Merdis coinquinere albis. Ouid. lib. iij. Fast. Quid tñ hoc refert vitio tibi gratior ipsa est. Quid facis ãplexus inqnat illa tuos, videt dictiõe inqno. * Colasis genus pœnę est q; adhibetur castigandi, vel emendandi gratia. Cc.

¶ Colaphus & colaphũ pe. cor. κόλαφος ἐξ κολαχίζω verberare cum pugno clauso, sed alapa cum manu extensa. Leren. Plus quingentos colaphos infregit mihi. Inde colaphizo as, formatum.

¶ Colchi siue colchis, idis, regio iuxta pontum regnum Oetæ regis, & habet in se iuga, caucasi, atque hinc calpium, & Hircanum habet mare. Hinc Mæotim. Ferunt Iasonem Thessalum cum argonautis nauigasse, vt vellus aureum raperet in ea. Sibaris Colchorum regia est. ♁ Hæc vt Ptolome. ait, monte Coraxe a septentrione clausa est, qui est Caucasi paris, & nomades excludit ab oriente hyberiã a meridie phasis, & armœnię montibus, ab occidente Euxino ponto. ♁.

A colchis fit colchhicus, a, um, Horatius libro secũdo carmi,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ille venena colchica. Et colchiacus. Proper. Colchis colchiacis vrat ahena focis.

* Colchia, regio dicitur iuxta pontum, in qua iuga caucasi ad Ripheos montes torquentur altero latere in Euxinum & Mæotim deuexa. Cc.

¶ Colus masculini generis, tormenti genus, quod fit ex corio, sicut ait Festus. Colus fœminini tam quarte & secundæ declinationis instrumentum quod pensa continet, a quo fusso fila ducuntur. Habetq; pe. correp. Ouidius libro. iiij. Metamorphoseos. Et colus & fusus digitis cecidere remissis. Collus per duplex /ll/ apud Plau. pro collo legitur. Cc.

* Est & tormenti genus ex corio factum.

¶ Colum penul. produ. genus vasis vinarij viminibus contexti a colando dictum. Verg. Colaq; prelorum fumosis de ripe testis. Dicitur & ab aliquibus colus. * Vnde colum niuarium dicebatur vas ex lapide spongioso factum ad colendas niues. ♁ Dicitur etiam colum vas linteum, per quod vinum defluens percolatur. Figuratur a summo patulum, fastigiatum in imo, quasi in mete modum.

¶ Colon, est crassius intestinum rubulatum, ex quo excreme ta eam accipiunt formam, qua egeruntur, plurimas collulas atq; cauernas habens ad renemq; sinistrum religatur. Vnde verbum κολάζομαί pro eo qđ est torqueri, cruciariq;. Hinc colicus dolor. Serenus. Cum colon iuuisum morbi genus intima carpit. Mande galeritam volucrem, quam nomine dicunt. Aut pauidi leporis made facta coagula pota. Hic morbus & chordios & chordapsos dici solet. ~~Dicitur etiam colon membrum orationis.~~ Hieron. in Ezech. prologo. Legite igitur & hunc iuxta translationem nostram, quia per cola scriptus, & commata manifestiorem scripturam legentibus tribuit. Preterea que nos crura & lacertos dicimus, græci eodem verbo κῶλα, nuncupant. Vnde monocolon metrum dicitur vnimembre, dicolon bimembre, tricolon trimembre. Et in primo significato habet penultimam correptam, in alijs productam.

¶ Collum per duplex /ll/ pars corporis a colo, is, vt quidam putant, quia hec precipue pars torquib⁹, ac monilibus ornari cõsueuit. Hinc de collo & subcolo, de quibus suis locis. Legitur & collus apud Plautum.

♁ Collum obstructum, seu collum obtortum verbum est iuris, nam in ius collo constricto rei trahebantur. Plaut. in Cur. Collum obstringe abduce istum in malam crucem. Hieron. Obtorto collo me in ius trahis.

♁ Collaria, ę, vinculũ colli. Plaut. in cap. Coll⁹ collaria caret.

¶ Colos græce latine podex. * A colo colici dicuntur. Colũ etiam morbum dicunt, quem primus in Italia sensisse Tyberius princeps dicitur, cum antea esset ignotus. Cc.

¶ Coleus testis a colo, is, q; colat mulieris pubẽ. Vnde illud in Pria. Stamus sub Ioue coleis apertis. Dicitur etiam culeus Mar. Cum depilatos dreste culeos portas.

¶ Colidos pe. cor. insula in oceano indico Veneri sacra, que tantæ altitudinis esse perhibetur, vt illuc aues non aduolent.

¶ Collare, vinculi genus, quo canum colla astringunt, & Melium vocauit antiquitas. Fit ex corio firmo cum clauis capitatis.

¶ Colossus per duplex /ss/, statuæ molles turri par, a colon membrum, seu ἀπὸ τοῦ κολάζω, quod est cruciare, & modum excedere in aliqua re. Nam propter magnitudinẽ inamabilis erat ob sumptuum magnitudinem. Statuam solis, seu vt quidam aiunt Iouis apud Rhodum centum & quinq; pedes altam ex ære Cares Lisippi discipulus fecisse traditur. Que postea post quinquagesimum sextum annum ex terræmotu fractis genibus corruit, nec Rhodij ipsam attollere ausi sunt oraculo quodam prohibiti. Hoc inter septem miracula maximum omnes confessi sunt. Soldanus Ægypti cum insulam inuasisset ex ære huius statuæ, quam confractam reperit nongentos chamelos onerasse fertur, atq; in Alexãdriã terrestri itinere transmisisse. Eius digiti maiores fuerunt plærisq; statuæ. Duodecim annis perfectum fuisse tradunt trecentorum talentorum precio. Ab hoc colosso Rhodij colossenses appellati sunt, quibus scribit Apostolus. Dicitur etiã colosseus. Plinius li. xxxv. Nero princeps iusserat colosseum se pingi. cxx. pedes in lintio incognitum ad hoc tempus, Lamprid. in Alexandro. Statuas colossicas in vrbe multas collocauit. Victruui⁹ colossicas vsurpauit. Alioquin Romæ amphitheatrum hodie colosseum vulgo dicitur a colosso. Mar. Hic vbi sidereus proprius videt astra colossus. Aristides autem in oratiõe ad colossenses preclara scribit incipiẽs vsq; a primis habitatorib⁹ Rhodi. Suidas κολοσσὸν ἄγαλμα ὥσπερ ὁ ἑῴνιον κολοσσὸς διάμεγεθον καλατλικτικόν ὧν οὐκ ἔστιν ἐράσμιον. ἔστι δὲ ἐσεβασιανὸς διὰ τὸ ἀφιλοχρήματον θαυμαστὸς ἦν.

* Id est Colossus statua quẽadmodũ Rhodior⁹ colossus propter magnitudinem deterrẽs existens nõ fuit amabilis. Hic neq; Sebastianus propter prodigalitatem admirandus fuit.

* De colosso Domitiani Pompeij Solis & Apollinis, Vide Perottum in Corn.

¶ Colophon penul. cor. latine altum locum significat. Quo nomine dicta est insula, de qua Horatius li. Epi. Quid tibi visa chios Bullati notaq; lesbos. Smyrna quid & colophon. Est & vrbs Ionica nobilis oraculo Apollinis Colophonij nauales opes satis amplas habuere, & in equestribus certaminibus tantum excelluere, vt victoriam inde futuram sperarent, vnde colophonius pugnaret equitatus. Et in prouerbijs dicerent. Colophonem addidit cum summa operi manus imponebatur. Ex colophone fuit Mimerius tibicen, & poeta. Xenophanes physicus, qui poemata depsillis edidit. Polymastus musicus. Sunt etiam qui Homerum Colophonium faciunt.

¶ Colis per simplex /l/ significat pampinum. Varro. Pampinare est sarmento coles, qui nati sunt de his qui plurimũ valent ad secundum nonnunq; etiam tertium relinquere, reliq; decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare succum. Item colis dicitur quasi caulis pro hasta, & fuste mẽbri virilis. Hieron. in Iosue. Eo tempore ait dominus ad Iosue. Fac tibi cultros lapideos, & circũcide secũdo filios Israel incole preputiorum. Cels. lib. iiij. Tum in masculis iter vrine spatiosius & compressius a ceruice huius descendit ad colem. Hinc colei, q̃uis & a colendo quidam deducant. Huius supre ma pars glans appellatur, & pellicula que glandem tegit p̃putium dicitur. Item colis dicitur caulis. Hora. lib. ij. Ser. Cole sub vrbano, nihil est elutius orto. Sic dicimus Plostrũ pro plaustrum. Clodius pro Claudius.

* Dicitur & coles, a colendo. Perot.

* Colla a græcis dicitur, quam nos glutinum dicimus.

* Collabor. Vide Labor.

* Collabello labra adiungo. Laberius. Perge iam collabella osculum, hoc est iunctis labris osculare.

¶ Collis per duplex /ll/ minor mõs, & quasi monticul⁹. Vnde Roma septicolis dicta est, q; septem habeat colles. Palatinum, quirinalem, auẽtinum, cælium, viminalem, ex quilinũ, & Ianicularem. Et a colẽdo dicitur. Var. Q; primũ ex agro fructus capiebat campus dictus est. Postea q̃ superiora loca colere cœperunt a colendo coles appellarunt. Sed metri gratia a poetis l, interpositum est. Colles etiam dicuntur dorsa. Nam spina humilis vallicula, eminentes pulpe ab vtroq; latere speciem habent collium.

¶ Collina porta Romæ a colle quirinali sic appellata. Ouid. Templa frequentari collinæ proxima portæ. Nũc decet a siculo nomina rege tenet. Eadem nunc salaria vocatur, quod nomen quoq; via est in quam exit. Cor. Tacitus. Tertiũ agmen per sallariam Collinę portæ appropinquabat, per eã salem Sabini deferebant, ideo Salaria vocitata.

¶ Colina per simplex /l/ a colo, is, quam postea culinam dein de a coquendo coquinam vocauere, q; ibi colebant ignem locupletiorem.

¶ Colliculus per duplex /ll/ significat paruum collẽ. ♁ Apul. lib. i. flor. Colliculus sepimine consecratus. ♁ Colliculus per

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſimplex/l/eſt exiguus ac tener braſſicę vel vitis caulis. Var. Capreolus eſt colliculus viteus intortus, vt cincinnus.

¶ Colluuio, onis, & colluuies, ei, vide in dictione alluuies.

¶ Colluuiaria dicta ſunt in ductibus aquarū per q̄ colluuies & immunditię eiectant. Victru. lib. vij. Etiam in ventre colluuiaria ſunt facienda per quæ vis ſpiritus relaxetur.

¶ Colluuiaris porcus dicitur, qui in colluuie nutritur cibo permixto.

ȝ Colo, as, pen. pro. Manil. Et colare vagos inductis retibus amnes. Eſt autem colare pauxillatim liquorem aliquem ſtillatimq; emittere. Apulei. lib. flo. de gymnoſophiſtis, non illi norunt aruum colere vel aurum colare vel equum domare, vnde & cola dicta per quę liquor emittitur. Inde cōpoſitum percolo. Col. lib. vij. Nam maxime refert primo quoq; tempore ferum percolari.

¶ Colo, is, lui, cultum, adoro, veneror. Verg. lib. ix. Summe deū ſancti cuſtos ſoractis Apollo Quem colimus. Aug. lib. x. de ciui. dei. Dicimur colere hoīes quos honorificatione vel recordatione, vel præſentia frequentamus. Plau. Ego te ſem per vt parentē colui. Colimus pares amore & officio, minores humanitate & beneficijs, hoc eſt amamus. Hinc cultus & cultura quā græci latriam vocāt. Item colere exercere. Liui. lib. i. Abi nuncia Romanis cœleſtes ita velle, vt mea Roma caput orbis terrarum ſit, proinde rem militarem colāt. Item habitare. Plau. in Aul. Hanc domum iam multos annos ego poſſideo & colo. Vnde & cœlicolas dicimus q̄ cœlū colant inhabitando tanq̄ quoſdā cœli colonos. Item diligere. Terē. in Heau. Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt. Item ducere. Verg. lib. ij. Geor. Hanc olim veteres vitam coluere ſabini. Itē arare ſeu quoq̄ modo terras aptare. Col. li. i. Nā vbi ſedulo coliter ager plęruſq; cōpēdium, nunq̄ niſi cœli maior vis aut p̄donis inceſſit detrimentū affert. Hinc agricultor, agricultura agricolatio, & colonꝰ. Itē ornare. Plau. Quin tu te colis anteq̄ exeas domū. Cic. Erat enim non tam grauis q̄ elegans & faceta & culta oratio. Hinc cultus corporis dicit ornatus. A colo fiunt cōpoſita accolo, circūcolo, incolo, excolo, percolo, intercolo, & recolo, pe. cor.

¶ Colonus a colendo. i. habitando, terras ve aptando. Nam Coloni erant ciues Ro. ad aliquā vrbem habitandam miſſi, qui non ꝓpriꝭ, ſed popu. Roma. legibus viuebant. Vnde & colonia dicta eſt. Verg. Vrbs antiqua fuit, tyrij tenuere coloni. Ab incolendo enim non ab agricultura colonos vocauit. Quandoq; tamen coloni agroꝝ cultores dicuntur. Idē. Vt q̄uis auido parerent arua colono. Col. lib. i. videtur accipere colonos pro his qui non ſuum, ſed alienum agrū colunt partem tantum fructuum dominis daturi.

ȝ Colonus a grecis editus locus apud Athenienſes dicebat, vbi Neptunus colebatur.

¶ Coloniæ, gentes ad habitandū aliquam terrā miſſæ, dictæ q̄ populū Ro. colerent, vel q̄ ad eas Romani proficiſcerent. Liui. lib. i. Vtrąq; coloniæ miſſæ. Aug. lib. x. de ciui. dei. Ciuitates a maioribus ciuitatibus velut populoꝝ examinibus cōditæ coloniæ appellant, colonię iura inſtitutaq; popu. Ro. habebant, vt eſſent quaſi effigies Ro. populi, quaꝝ aliquę ex Romanis ciuibus Roma ſumptis, aliquę ex partim Romanis veteribus, partim ex latini noīs ciuibus Romanis, aliquæ ex ſolis latinis deducebantur. Vnde Liui. lib. xxxvij. Illud agitabant vti colonia deduceret, nec ſatis conſtabat vtrum latinam an ciuium Ro. deduci placeret. Bononia latina colonia Mutina & Parma. Ro. ciuium. Erat & aliud genus coloniaꝝ quales olim Pōpeius. Strabo trāſpadanas colonias traduxerat. Non enim nouis colonis eas cōſtituit, ſed veteribus incolis manentibus ius dedit latij, vt poſſent habere ius quod cæteræ latinæ coloniæ. i. vt ius petendi magiſtratus in ciuitate Romana adipiſcerentur. Erāt p̄terea colonię quibus ius Italię dabatur. Erant & latinoꝝ & quæ latij veteris appellant quales in Hiſpania multas fuiſſe, refert Plin. cum em in vrbe Roma multos ex veteribus nouiſq; incolis paupertate p̄mi intellectum erat adeo, vt cenſui ſoluēdo non ſufficerent, triū-uiri a ſenatu creabant, qui locis primum conſideratis, in quibus reipu. expediret ꝓpugnaculum conſtitui nouum, edicta ꝓponebant danda eſſe nomina ab illis qui nouā coloniā deduci vellent, ſicq; vrbs pauperibus exonerabatur & rei familiaris pondere grauati ad nouas quibus indigerent diuitias gratis datas cū familia accedebant. Accipiebant enim duo, quatuor. vi. aut. vij. agri iugera & quādoq; plus. ȝ Colonia etiā dicitur quæ colit agrū, ſicut colonus. Plau. li. xix. Colonꝰ ſi ei frui non liceat totius quinquennij noīe ſtatim recte aget. Et ſi reliquis annis dñs fundi frui patiatur. Hęc enim ſemper liberabitur dñs eo q̄ ſecundo vel tertio anno patietur fundo frui. Nam & qui expulſus a cōiunctione in aliam ſe coloniā cōtulit non ſuffecturus duabus. Et colonia locus qui colitur. Plau. in Pſeu. Det nomen ad molariam coloniam.

¶ Colonicus, a, um, quod eſt coloni, ſeu quod ad colonū pertinet. Var. Atq; etiam leges colonicas tollis. Colonicum vero pecus dicatur hirſutum, cum molle dicatur tectum, vt eſt apud Columel.

¶ Coliciæ vocantur maiores ſulci, in quibus aqua ſi redundat excoletur. Dicuntur & elices foſſę quędam in eundem fere vſum. Colu. vocat colliquias lib. ij. cum ait. Cauebitur vt patentis liras crebroſq; ſulcos aquarios quos nonnulli elices vocant faciamus, & omnem humorem in colliquias atq; inde extra ſegetes deriuemus.

¶ Collatina porta Romæ a Collatio oppido dicta prope Romam.

* Collachrymo & collachrymor dicitur, vide Lachrymo.

¶ Collatina dea quæ collibus præſidebat.

¶ Collatiuum ſacrificium, quod ex collatione offertur, collatiuum ventrem magnum & turgidum. Plaut. dixit, quia in eum omnia edulia conferuntur.

¶ Collactaneus qui eiſdem mammis eſt nutritus. Collacteus vero qui vno & eodem lacte. Iuuena. Quid dicat nutæ collactea mauræ. ȝ Mar. Sed q̄ ſororis eius amica & in diſcreto fœdere collactea videretur.

¶ Colybus pe. cor. latine nūmus dicitur, colybiſtes nummularius. Cic. in Ver. acti. v. Colybus eſſe qui pōt cū vtant omnes vno genere nummoꝝ, colybos inquit Pollux eſt permutatio pecuniæ, a quo qui id exercent colybiſtæ vocātur. Hiero. Colybiſtas a colybijs vocatos tradit, colybiæ vero, vt ipſe ait ſunt quæ tragemata bellariaq; dicūtur ciceris frixi vuarumq; paſſarum vilia munuſcula, vnde colybiſtæ pro nummulariꝭ fœnus minutatim exercentibus dicūtur. Suidas, κολύμβων εἶλος νομίσματος. * Id eſt Colymbon ſpecies nummiſmatis. ȝ Theophra. lib. de gemmis colymbon vocari tradidit genus ponderis hoc modo minimum pondus eſt hordeum ſequens colymbus.

¶ Coliphium panis genus ἀπὸ τοῦ κόλικος forma diminutiua. Eſt enim colix ſubcinceritius panis. Plaut. Coliphia mihi ne incocta detis.

¶ Collibrum, genus pœnæ vel pecuniæ.

¶ Collyrida pe. cor. panis triangulus & modicus qui alibi dicitur Torta panis. Hiero. lib. ij. Reg. Et partitus eſt tam viro q̄ mulieris ſingulis collyridam panis vnam.

¶ Collyrium medicamentum oculoꝝ. Aug. Cæcus quando inungitur collyriū in manu medici non videt. Hora. Oculis collyria lippis. Et nō ſolū oculis adhibetur, ſed aluo quoq; ſubijcit in cura equoꝝ, & boū, vt author eſt Col. qui lib. vij. ſcribit. Salis ſextans cū decē cæptis conteriſ & admiſto melle decocto collyria immittunt aluo, atq; ita citatus bos agetur Idem. Melle decocto & ſale collyrium tenue inditur foramini quo meat vrina, collyrium inſeritur naturalibus.

¶ Colligo, is, pe. cor. in vnum redigo. Verg. Colligere arma iubet validiſq; incumbere remis, Inde collectio. Q ñq; aufero. Lucil. Ruis huc & colligis omnia furtim. Q ñq; lego. Verg. Collige virgo roſas, cum vero dicimus colligo me, colligis te, colligit ſe, tunc pro reficere & quaſi dilapſum ſpiritum in vnum redigere ponitur. Cice. Sed manifeſto furto pertur-
batur vbi ſe collegit. Idem lib. iiij. Tuſ. Quid eſt autem ſeip-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſum in ſuum ſo cum congereret. Q. ſi alium caſum addamus, vt collegit ſe in arma, idem eſt quod parauit muniuit. Collegit ſe in iram, i. excitauit. Verg. Subſtitit Æneas & ſe collegit in arma.

⁂ Colligere rationem dicimus recte cõputare, ita vt quę col ligenda ſunt colligantur, & quæ ſubducenda, hoc eſt detra henda detrahantur. Cc.

¶ Collecta ſeu collectanea dicuntur ſcriptã quæ ex pluribus excerpta locis in vnum lecta ſunt.

¶ Collectitius, a, um, quod collectum eſt. Cicero. Mario. Si gna & tyrione & collectitio exercitu cum legionibus robu ſtiſſimis contulit.

¶ Colligę pe. pro. dicuntur duo eiuſdẽ poteſtatis ſimul miſ ſi. Vnde & collegiũ, quod eſt ꝓprie collegarum ſocietas, q̃uis de aliꝭ etiam dicatur. Liui. proprie dixit. Conſulum collegiũ qui duo erant. Improprie Neratius iureconſul. qui exiſtimat tres collegium conficere poſſe.

¶ Colligo, as, pe. cot. ſimul ligo. Plau. in Am. Neq; eum col ligare quiuit quiſq̃ in cunabulis.

¶ Colligas docet Pli. lib. xxxi. vocari quaſdam ſpeluncas in quibus Amphronitrum inuenitur.

¶ Collido, is, pe. pro. ſimul percutio. Lactan. de ira. Duriſſimi rigoris materiæ ſi ictu vehementiore collidantur ignis ex cutitur. Hiero. ed Helio. Super nudam metuis humum exeſa membra ieiunijs colligere, ſed dñs tecum iacet. Hinc colliſio quæ eſt duorum corporum ſonus.

¶ Collinio, as, ad lineã rectum facio. Augu. Cor tuum q̃diu prauum eſt & diſtortum nõ poteſt collimari rectitudine dei.

¶ Collutilo, pe. cor. fœdo, de decoro. Pacu. Hæc famigeratio te honeſtet & collutilet ſi ſine dote duxeris.

¶ Colluco, as, pe. pro. apud Catonem ſignificat profanæ ſyl uę ramos decidere officientes lumini.

¶ Colobium genus tunicæ, quo antiqui Romanoꝝ vtebã tur, ſic dictum ꝓ ſine manicis eſſet ac mutilatũ. Nam κολο βὸν breue mutilatum truncũ ſignificat. ♁ De quo in decre tis. xix. q. iiij. ꝓ Pau. Eremita in teſtamẽto colobium ſuum Athanaſio reliquit, tunicam vero beato Antonio. Hæc & ca tadiſta veſtis dicitur.

¶ Colocaſia hærba in ægypto, de qua Pal. Hoc menſe collo caſię bulbos ponemus. Amant humidum locum pinguem maxime irriguum. Frondere ꝑpe ſemp poſſunt ſi tanq̃ citre ta tegumentis defendantur e frigore

¶ Colocynta, quæ a noſtris colloquinta, agreſtis cucurbita, ſecundum Dioſc. Hæc & colocyntis, idis, vel, idos, ſicut legi mus lib. iiij. Reg. Et collegit ex ea colocyntidas agri. ♁ Hanc Plin. minorem eſſe ait q̃ ſatinam.

¶ Coloſtrum & coloſtra, æ, ſpongioſa lactis denſitas a partu prima. Mar. Surripuit paſtor q̃ nondum ſtantibus hœdis. De prima matrum lacte coloſtra damus. Pal. Coloſtram vocãt paſtores illud exiguum lactis in quo eſt ſpiſſior natura. Eſt & coloſtra morbus quo lactentes tentãtur ſi biduo a partu ma ternum lac guſtauerint. Qui coloſtrati dicuntur denſato in caſei ſpeciem lacte. Ideo infantibus nutricis nõ matris lac ex hibere conuenit, quia matris exitioſum eſt.

¶ Color dicitur id quo aliquid coloratur. Et duo ſunt princi pales colores albũ. ſ. & nigrum. Aliꝭ non dicũtur colores ni ſi per participationẽ. Colores etiã apud rhetoricos dicũturor namenta orationis, i. figuræ quæ a græcis ſchemata dicũtur nam vt ſcribit Cice. ſunt actori, vt pictori colores ad narran dum. Iuue. Dic Quintilianæ colorem. Ab hoc nomine fiunt cõpoſita. Concolor eiuſdem coloris. Diſcolor. Verſicolor di uerſi coloris. Decolor quod eſt colore vitiato. Et habent pe. correp. ⁂ Dicitur & colos.

¶ Colorificus, a, um, quod colorem facit.

¶ Coloriæ veſtes ſunt, quæ ex lana non tincta, hoc eſt natiuo colore factæ ſunt.

¶ Coloro, as, pe. pro. colorem induco, cuius cõtrarium eſt de coloro. Sene. Fulmen aut colorat aut decolorat. Decoloratur id cuius color vitiatur non mutatur. Coloratur id cuius alia fuit q̃ ſit facies. Inde decoloratæ manus dicuntur maculoſę. ♁ Fronti. lib. i. Strategematon. Quod abſtinere ſtrigoſiores notabat equos & coloratiora hoĩm, vt ex via corpora, i. fuſ ca. Claud. ad Sti. Quomodo montibus idę nigra coloratus produceret agmina mennon.

♁ Colorbaſus nomen hęretici qui vitam omniũ hominum in ſeptem ſyderibus conſiſtere affirmabat.

♁ Colora latine camerum Apitius lib. iij. vel camerum defru tum mittas quod romani coloram vocant.

♁ Coloton pe. pro. κωλωτον. Ariſt. lacerte genus facit. Alij coloten. Alioquin quæ nos crura & lacertos dicimus, græci κωλα dicunt.

♁ Colores nomen viri Teij qui pictor fuit, cuius meminit Quinti. lib. ij.

¶ Colpus & colphus, ſinus appellatur.

¶ Columbus & columba in ſingu. In plura. magis fœ. gene re vtuntur auctores. Verg. Prȩcipites atra ſeu tempeſtate co lumbæ. Mar. Nec violas teneras præduro dente columbas. Quidam hoc nomen a colendo deducunt ꝙ lumbos colat. Var. lib. iij. a culminibus, ꝙ columina, i. culmina villæ ſum ma petat. Nã propter naturalem pauorẽ alte nidulatur. Et de domeſticis quidẽ & agreſtibus columbi. Palumbes dicun tur tantũ de ſylueſtribus. Var. Duo genera earũ in periſtero trophio eſſe ſolẽt. Vnum agreſte quod habetur in turribus ac culminibus villæ, a quo appellatæ colũbæ, quæ propter ti morem naturalem ſumma loca in tectis captant. Alterũ co lumbarũ genus eſt clementius, quod cibo domeſtico intra li mina paſcitur, colũbæ agreſtes a colore Liuiæ dicuntur, qua ſi Liuidæ. Domeſticę vero cellares. Ex columbo agreſti & co lumba domeſtica vel e contrario naſcit genus tertiũ colũba rum, a noſtris miſcellę dicũtur ob duoꝝ generũ cõmiſtionẽ.

⁂ Columbos eſſe in tutela veneris, ideo fictum putant, quia fœtui ſæpe indulgent. Cc.

¶ Colũbarius qui columbas curat. Var. Ipſæ ꝑpter pullos, quos habent vtiq; redeũt niſi a coruo occiſæ, aut ab accipitre interceptæ, quos columbarij ſolent interficere.

¶ Columbariũ ſiue colũbaria, æ, ꝑprie locus vbi habitãt co lumbæ agreſtes. Nam domeſticarum quæ græce periſteræ dicũtur, periſtiones vocamus. Pal. Columbarium poteſt ac cipere ſublimis vna turricula in prætorio conſtituta læuiga tis & dealbatis parietibus. Colu. lib. ix. Qualia columbariæ tectis ſuperponuntur, græce periſterotrophia columbaria di cuntur. Proprie tamen columbarium loculamentum in peri ſterotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum. Var. lib. iij. Singulis paribus columbaria fiunt rotunda in or dine crebra, columbaria ſingula eſſe oportet, vt os habeant, quo introire & exire poſſint.

¶ Columbaria etiam inſula eſt in mari Tuſco.

¶ Columbaris & re, adiectiuum. Col. lib. ix. Cæterum cibos iuxta parietem conuenit ſpargi, quoniam fere partes hæ co lumbari carent ſtercore. Pal. Columbari cellæ duo ſubiecta cubicula fiant.

♁ Columbar genus vinculi. Plautus in Rud. Illic in colum bum credo leno vortitur. Nam in colũbari collus haud mul to poſt erit.

¶ Columbatim aduerbium ſignificat ad ſimilitudinem co lumbę. Columbinus, a, um, quod eſt ex columbis. Plin. colũ binus fimus in aqua decoctus.

¶ Coluber pe. cor. ſerpens qui vmbras nemorum incolit An guis & hydrus qui in aqua, ſerpẽs qui in terra ſerpit draco tẽ pli. Sed ſæpe confunduntur. Hiero. ad Prȩſidiũ de colubro, ſic ſcribit. Coluber ad bibendũ veniẽs in aqua venenũ deponit ne eum venenũ aqua concretũ occidat nudũ hoĩem timet, veſtitũ perſequitur, caput tñ ſuũ celat vbi ſcit eſſe mortẽ ſuã Serpens quidã ſiſemel calamo percutiatur moritur, ſin vero iterũ percutiatur cõfirmatur. Brumali tempore infirmior ef ficitur, & a ſoricibus vincitur. Igitur ante hyemẽ circa ſe col ligit ſegetes, vt illæ ſibi eſcam præbeant.

⁂ Colubraria inſula eſt cõtra Magonẽ q̃ ſic dicit a multitudi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ne ſerpentiū quibus abundat' A Græcis ὀφιοῦσα. Cc.

¶ Columis & incolumis pe.cor. vtrunq; ſumitur pro ſano. Plau.in Tri. Necq; ita vt ſit data columē te ſiſtere illi & detra xiſſe autument. Cice.lib.ad Heren. Caſu & fortuitu nauis in partum incolumis delata eſt. Hinc columitas & incolumitas ꝓ ſalute. Idē Treba. Itaq; ſi quis erit mihi aditus de tuis fortunis.i.de tua incolumitate, in qua ſunt oīa agenda. Et lib.iij. ad Heren. Dicebat nullam vtiliorem eſſe incolumitatem.

¶ Columen pe.cor. Teren. in Phor. Eho bene cuſtos ſalue columē noſtrę familię, cui cōmendaui filium hinc abiens meū. Vbi Do. Columen famæ ſuſtentatio vel decus, vnde colūnę dictæ. Plau.in Caſ. Sed eccum egreditur ſenati columen præſidium populi.

¶ Colūnę dictę ſunt ꝙ culmina ſuſtineant. Hinc inter columnium, quod eſt ſpatium inter colūnas. Cice.lib.iiij. ad Heren. Ædes intercolūnium angulum fornicem. Columnarum tria ſunt genera. Teretes, quadrangulę, ſtriatę. Quę ſuperponuntur colūnis Epiſtylia, hoc eſt capitella. Quæ ſupponuntur baſes ſiue ſpirę dicūtur. Sciendū, auctore Quint. antiqui colūnā dicebāt detracta/n/litera pro colūna. Vnde per diminutionem columella dicit ꝓ colūnella. Apud veteres ſeruí maiores in familia dicti ſunt columellę vel a colūna vel columine ſicut columen familię, apud Plau. & Teren.

ȣ Colūnatio a colūno. Vide in dictione marmoratio.

¶ Colūnę Herculis duæ eſſe perhibentur in occidente, quia ex oceano mare noſtrum intrantibus duo montes occurrūt, quoꝝ alterum in Aphryca Abylā vocāt, alterū in Europa calpem. Hos quondā iunctos perpetuo iugo fuiſſe finxerūt, ſed Herculem diremiſſe colles. Aliqui tñ hos montes ꝓcul ſpectantibus geminas colūnas videri dicunt. Alij dicunt colūnas Herculis in Gaditana inſula fuiſſe ex ære octo cubitorum, ad quas ꝓficiſcebantur qui nauigationē abſolniſſent tanquam Herculi ſacra facientes.

¶ Colūna regia ciuitas in Brutio, vt eſt apud Pompo. Hunc locum græci ſtylida vocant.i.columellā. Ea turriculæ modo erecta ex aduerſo turrem in peloro ſitā reſpicit, hodie a multis appellatur Stylarion.

¶ Columella pe.ꝓdu.nomen authoris, qui de agricultura tā verſu q̄ proſa eloquentiſſime ſcripſit. Quo noīe ſignificatur maior ſeruus in familia, & videtur dimi.a colūna. ȣ Luci. Columella hic ſitus etrophanes.

¶ Columellares dentes a Plin. dicti ſunt in equis. Var.lib.ij. de re ruſt. Incipientes quartū agere annum itidem eīciūt & totidem eīciunt ꝓximos eoꝝ quos amiſerunt, & incipiunt naſci quos vocant columellares.

✻ Columus a veteribus dicebatur qui nunc culmus. Cc.

✻ Colymbades vocabantur oliuę ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν qđ innatare eſt, nam propter ſuam leuitatem vrinabant. Cc.

¶ Collabefactari teſtula ſignifi. eīci ex vrbe ꝙ ſigna teſtarū.

¶ Columus, a, um, dicitur quod eſt ex materia coryli.

ȣ Colurus pe.ꝓ. dicitur funis ille qui viſum noſtrū mutilat. Fit enim a greco κολόβοω, mutilo trunco ſunt autē duo circuli in ſphera maiores qui dicuntur coluri, quoꝝ intereſt diſtinguere ſolſtitia & æquinoctia. Trūcus dicitur hic circulus qm̄ ſolum vna eius medietas apparet, alia nobis occultatur, ex interſecatione quam facit, nomen quoq; ſortitur, colura in alia ſignificatione greci animalia caudā non habentia vel mutilam caudam habentia, quæ in ſacrificijs non offerebantur. Accipitur ꝓ horizonte, qui eſt circulus diuidēs inferius hemiſphęrium a ſuperiore.

¶ Coma, mæ, breuis capillorꝝ ornatus ἀπὸ τοῦ κόπτειν qđ eſt incidere, ſicut apud latinos a cędendo cæſaries. ✻ Eſt & genus morbiſimile veterno. Inde comaticus. Cc.

¶ Comare eſt longiorem comam habere. Gel. Equum fuiſſe dicīt magnitudine inuſitata, ceruice ardua, colore phœniceo flaua & comātiiuba. Hinc comatus, ſicut a capillo capillatus. Hinc datum eſt nomen Galliæ comatæ. Per tranſlationē etiā de arboribus hęrbiſq; dicit. Verg.lib.iiij. Geor. Nec ſerta comantem narciſſum.i. florem habentem.

¶ Comata Gallia omnis tranſalpina Gallia vno noīe dicta eſt quæ in tria populorum genera diuiſa eſt. Belgica, celtica, & Aquitanea. Dicta comata a coma, quia natio illa erat intonſa. Plin.lib.ix. In capite cunctorum animaliū homini plurimus pilus iam quidem ꝓmiſcue marib⁹ ac fœminis apud intonſas vtiq; gentes, atq; etiam nomina ex eo capillatus alpium incolis Galliæ comatę.

¶ Comatulus pe.cor. diminutiuū a comatus. Vnde Hiero. comatulos pueros dixit.

¶ Comma, atis, ~~per duplex/mm/latine inciſio ἀπὸ τοῦ κόπτω, incido genus diſtinctionis, quando poſt duos vel tres pedes ſupereſt ſyllaba quę partem terminet orationis, vt~~ Arma virumq; cano Troiæ. Quando ~~vero poſt duos pedes nihil remanet colō~~ dicitur, vt apud Hora. Terruit vrbem. Quę tamen nomina apud oratores indifferenter ponunt, qui integram ſententiam periodon appellant, vt nihil tibi profuit nocturnum prędidiū palatij, nihil vrbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil concurſus omnium bonoꝝ. Partes autem cola & cōmata vocāt, vt apud Apoſtolū. Suſtinetis enim ſi quis vos i ſeruitutē redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis in faciem vos cædit. Comma

¶ Comata paſtoris nomen, apud Theocritum.

¶ Como, is, pſi, ptum, ſignificat cōpono orno, quoniā in capillo plurimum homini ornatus ſit. Ouid.lib.ij. de amo. Comere ſed ſolas digna cipaſſi deas. Teren. Dum molliatur, dū coman tur annus eſt. Hinc comptus, a, tum, ornatus politus a quo diminu. comptulus.

¶ Cōptus, us, ꝓ ornatu. Do. in Eu. Teren. Vt eo magis hæc amanda ſit quę naturæ beneficio nō factis comptibus aut induſtria facta eſt pulchra.

ȣ Comptulus diminutiuum a comptus.

¶ Cōptum genus libaminis quod farina cōſperſa faciebāt.

¶ Comarus pe.cor. arbutus & genus mori. Græce κομαρεα.

¶ Comagena pe.pro. regio Syrię quę propius adiacet Amano mōti. Vnde comagenū medicamentū dictū quod fit ex adipe anſerum cū cinnamo caſia pipere albo, & hærba quæ comagene vocatur, vtiliſſimum ad multos morbos.

✻ Combennones dicuntur in eadem Benna ſedentes, eſt em̄ Benna lingua Gallica vehiculi genus non diſſimile epirhedio. Cc.

✻ Combibo. Vide bibo.

✻ Comæ hęrba eſt quā barbam hircinā vocant, a comæ ſimilitudine ꝙ folia in circuitu ſpargat. Cc.

¶ Comes dicit qui ſequēdo aliquem ſe maiorem comitatur. Cic. Nō comitē, ſed ducem p̄buit. Socius par eſt. Ponitur tñ qñq; comes pro ſocio. Idem ad Heren. Qui cum ante lucem ſurrexiſſet comitē ſuū inclamauit. Et antea dixit. Et ſe cū aliquantum ſocioꝝ ferētem eſt comitatus. Comes quoq; qui vt cūq; alterius ſequitur ductū. Socius plerūq; in negotijs ſeriſq; rebus & fortunę arbitrio ſubiectis. Sodalis in leuioribus ac ſæpe voluptuoſis. Cic. Epulabar modice cum ſodalibus. Et ſodales ſunt eiuſdē collegij. Vnde Cic. Norbanū quæſtorem ſuū appellat ſodalem, comes vero ꝓ dignitate generis cōis eſt, q̄uis apud vulgus comitiſſa dicat. Vnde ab Amiano largitionū comes dictus eſt, qui prędrat largitionibus imperatoriis. Alij pro dignitate comarchum vſurpant.

✻ Cominia genus oleæ. Cc.

¶ Comitor pe.cor. depo. a comes fit. Et eſt ꝓprie minorum erga maiores. Quod & comito, tas, actiuū dicitur. Ouí. lib.ij. de pont. Quem pia nobiſcum proles comitauit euntem. Et lib.xiiij. meta. Noſtraq; adulantes comitant veſtigia donec. Eſt & comitor paſſiuum.

¶ Comitatus actiue & paſſiue accipitur. Actiue, Plini. Quicūq; eum comitati fuerant. Paſſiue. Cice.lib.ij. in Catil. Illud etiam moleſte ꝙ ex vrbe parum comitatus exierit. Verg. Ipſe vno graditur comitatus Achate. Idē in ſignificatione paſſiua incomitatus poſuit, cum ait. Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat.

¶ Comitatus, us, pro comite. Sal. Cicero per legatos cuncta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

edoctus.L. Valerio Flacco.Cn. Promptino prætoribus imperat,vt in ponte Miluio per insidias Allobrogum comitatus deprehendat.

¶Comis,benignus,facilis,& suauis,qui errãti comiter mõstrat viã,benigneq; & nõ grauate alijs inseruit,Hinc comitas humanitas & morum suauitas.Comiter suauiter mansuete.

¶Cometes pen.pro.generis mascu.crinitus dicitur.Est enim stella crinita.Luca.lib.i.Ignota obscurę viderunt sydera noctes Ardentemq; polum flammis cæloq; volantes Obliquas permane faces,crinemq; timendi Syderis & terris mutantem regna cometen.

¶Comitium,cõuentus populi,quod fiebat quando magistratus creabantur,a simul itando sic appellatum.Differtq; a cõcilio,ꝙ comitium sit cũ vniuersus populus cõuenit.Concilium cum populi pars.Fuerunt autẽ comitia cõsularia prętoria,quæstoria,tribunitia,ædilitia,& omniũ denicq; magistratuum qui suffragijs cõsularibus crearentur.Illę em coitiones populi ad creandos magistratus & ad leges ferendas dicebãtur.comitia,quoꝝ alia calata,alia centuriata,alia curiata.Calata comitia vocabant,quę pro collegio põtificum haberi solebant,aut regis aut flaminum inaugurandoꝝ causa.Curiata quæ ex curijs.i.tribubus quæ,xxxv. erant,& ex censu & ætate per lictorem curiarũ procalari.i.cõuocari solebant.Centuriata quæ habebatur in creandis cõsulibus cum centuriatim.i.per singulas centurias calculus vnus ꝑ suffragio ferebatur.Et hęc per cornicinem ex regionibus & locis cõstabãt. Diony.lib. vij.hist.scribit In comitijs curiatis omnẽ potestatem creandi magistratus fuisse penes populũ. In centuriatis penes diuites.Comitij noĩe,vt inquit Gel.intelligitur locus coeundi,qui ꝑ asconij sententia in foro ꝑpe senatum erat,q̃ equitibus Romanis populoq; Ro.licebat coire,ibiq; stãs populus suffragia ferebat.Cic.pro Sex.Cum forũ comitijs curiam multa de nocte armatis hoĩbus ac seruos plęrosq; occupauissent impetũ faciunt in fabricum.Tempus comitioꝝ habendoꝝ id erat quod augures designabant.Comitia ꝑ hominibus. Cice.ibi posuit. Venio ad comitia siue magistratuum siue legum.

¶Comitiatus,us dicitur ipsa comitialis congregatio.

¶Comitialis & hoc comitiale, qđ ad comitijs pertinet,vt dies comitialis qui comitijs gerendis aptus siue dicatus est, quo cũ populo agi licebat,vt inquit Macro.& quo populus Roma.cõuenire solebat ad suffragium ferendum.Cic.ad.Q. fratrem.Consecuti sunt dies comitiales per quos senatus haberi non poterat.Liuius lib.xxv. Dictator primo comitiali die creauit cõsules.Ioue autem tonante aut fulgurante comitia populi habere nefas erat.

ȣ Comitialis hõ,qui comitiali morbo laborat.Plin,Fel'testudinum naribus illitũ comitiales erigit,attollitq;. Dictus comitialis,ꝙ comitia vitiare diceret.Interrumpebantur em comitia,quo die aliqs concidisset.Cato.Quod comitia ꝑhibere solet,nec id quidem mihi vitiũ fuit.Serenus.Est subiti species morbi,cui nomen ab illo,Quod fieri nobis suffragia iusta recusat.Sæpe etenim mẽbris acri languore caducis,Concilijũ populi labes horrenda diremit.Ipse deus memorat dubię per tẽpora lunæ Cõceptum talis,quem sępe ruina profudit. Hic morbus alio noĩe dicitur Sacer morbus, maior, propter grauitatem,qm̃ homo subito concidit,& spũmæ ore mouẽtur. Docet etiã Aristot.hunc morbum a priscis Herculeum fuisse nominatũ,quia Hercules eo laborasse fertur,idq; ex atra bile plerisq; cõsistere tradit Plato & Apul.diuinũ nuncuparunt,ꝙ animi partem rationalẽ, quæ longe sanctissima esse videtur obsidet.Græci epilepsiam vocãt,hoc est cõtractionẽ cõtrahuntur enim hoc morbo nerui.Pli.Folia heliotropij cõtractionibus medentur,etiam si id comitialiter accidat,i. etiã si cõtractiones fiant ex morbo comitiali.Vulgo caducus dicitur,ꝙ cadere faciat.Plau.tamen comitiales hoĩes,qui in penulo appellat litigiosos,qui in comitio ꝑpter lites,quasi habitare dicuntur, inquietantes tribunal prætoris, qui si nihil est,litium,litem ferunt.Hic etiam a nõnullis lunaticus dicit, cum tamen ab inuicem separentur,ꝙ eum,qui interlunio natus est,hunc morbum fere pati compertum est.

¶Comessationes ꝓprie dicuntur cibi potusq;,qui post cœnam ex luxu sumuntur,sicut merenda cibus qui ante cœnã sumitur,& ientaculum ante prandiũ,comessari enim est post cœnã epulari.Sueto.in Domi. Conuiuabatur frequenter & large sed pene raptim certe non vltra solis occasum, nec vt postea comessaretur.Idẽ in Vitel. Epulas trifariã semper, interdum quadrifariã dispertiebat in ientacula prandia cœnas & comessationes.Liui.li.xl.refert. Demetriũ post cœnã quasodales acceperat dixisse.Quin comessatum ad fratrẽ imus? Interdũ comessationes generali vocabulo epulationes cõpotationesq; cũ luxuria & crapula quacũq; hora veluti voragines mensarum dicuntur. Vnde comessabundus Alexandri magni exercitus dicit a Curtio quasi indulgens præter modum ꝓdigis epulis. Apud Aristo.accipiuntur tanq̃ sint cõuiuia ex collatione symbolisq; confecta,q̃ Lacedęmonij phiditia,cretes Andria nuncupauerunt. Vnde ait lib.ij.pol. Comessationes phiditia nominãt Lacedæmonij,apud qs vnusquisq; cõferre habet & si sunt pauperrimi. Qui vero comessationum esse participes nequeunt hi ad reipu.gubernationẽ non admittuntur.Ideo autẽ phiditia dicũtur,quia.f.phidas, id est amicitiæ & humanitatis ea sint/φ/pro/λ/ accipiendo siue ꝙ ita cõsuefcerant ad parsimoniã quę græce dicitur φειδω. Andria vero cretenses dixerunt quasi virilia eo ꝙ viri adultæ ætatis ad ea vocabantur,habetq; hoc nomen primã produ.Mar.Non albana mihi sit comessatio tanti. Dicta comessatio a vicis quos græci κωμους vocant,& esum supino. Veteres enim in vicis habitantes anteq̃ oppida cõderentur alij alios causa victus inuitabant.

¶Comũ ciuitas Galliæ cisalpinæ iuxta Larium lacum hæc mediocris erat colonia trans padum.Sed Pompeius post Scipio ac postmodũ diuus Cæsar eam auxerũt.Hinc comenses. Sed comani dicti sunt ciues & cumæi ab cumæ,arum,qm̃ cumæ,arũ,ciuitas campaniæ condita ab his qui ex Calcide vrbe Euboeæ venerunt.Hęc ab vndis nomẽ traxit.Nam το κῦμα vndam significat,υ autem latini in/u/ conuertunt,vt byrrhia burrhia.Inde cumani & cumæi,q̃is & cumęi & cumani etiã dicantur a cuma ciuitate æolicoꝝ maxima & optima & omnium fere metropolis quas numero.xxx. fuisse tradunt,& quarũ pars maxima corruit. A qua vt quidã aiunt Cumæa sibylla dicta est.Ex hac ortus Ephorus vir sine controuersia clarus & Isocrati oratori familiaris & historiæ conscriptor,sed ante ipsum non tamẽ ex hac vrbe Hesiodus pœta qui patrem suũ relicta æolica cuma in Bœotiã migrasse dicit.Pluta.q̃q; in sympositis multa,& Suidas,Ἡσίοδος κυμαῖος νέῳ δὲ κομισθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Δίου ἠμπορίου πυκιμίδης ἐς ἀσκρην τὴς Βοιοτίας, & ipsemet Hesiodus de se ita scribit de patre suo, qui κύμην αἰολίδα πτολιεθρον ἐυννὴ μελαίνη ὀυκ ἄφευθ φεύγων ὀυ γὴ πλοῦτων γε καὶ ὄλβον ἀλλὰ κακὴν πευίην τὴν ξευὸς ἀνθρεσσι, δίδωσι, νάσσατο ἀνγχ' ἑλικῶνος δειρὴ ἐνὶ κώμη ἀσκρη χεῖμα κακῆ θέρεϑ' ἀργαλέη ὀυ δε ποτ ἐθλὴ. ✳.i. Hesiodus Cumeus iuuenis delatus a patre Dio & matre Pycimide in ascra Bœotiæ, & ipsemet Hesiodus de se ita scribit de patre suo.Cumã æolidem relinquens in naue nigra,nõ diuitias fugiens,neq; opulentiam, neq; felicitatẽ, sed malã paupertatem quã Iuppiter hominibus dat,habitauit vero prope Heliconem.&c.

✳Comaculo. Vide Maculo.

¶Commalasso,as. Vide in dictione Malasso.

¶Commendo,as,ex cõ/& mando,tribus cõstruí solet modis. Nã quandoq; accusatiuum tantũ habet. Vale.maxi.lib. x.Quapropter nõ ludicram artem cõmendauit. Quandoq; vltra accusatiuũ cõstruitur cũ alio accusatiuo mediãte apud & huius.vt Cõmendaui te apud pretorẽ. Et sic sumitur pro laudo.Q̃q; post accusatiuum iũgitur datiuus, & significat quasi charũ quid cõmitto,sed non recedit a significatione laudo.Semper enĩ fit cum charitate & laude eius qui cõmendatur,Plaut.Quali ne amico mea commendaui bonae? Probo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& fideli & fido. Cice. Petis a me vt te q̃ diligentissime Bibulo commendem.

¶ Commẽdatitius, a, um, quod cõmendari solet, vel id quo quis vel quid cõmendari solet. Cice. Etsi statuerã nullas ad te literas mittere nisi commendatitias.

¶ Cõmentaculum, inquit Fes. virga qua in sacris vtebãtur ad sacrificia pergentes, vt a se obuios homines amouerent.

¶ Cõmentari frequentatiuũ est a cõminiscor, & significat cogitare agitare tractare mentionem facere disputare. Cice. in Læl. Cum in hortos. D. Bruti commentandi causa, vt assolet venissemus, hoc est tractandi vel disputandi. Idem. Quę potest esse inuitio cõmentatio? id est cogitatio. Interdum significat fingere. Interdum commentarium scribere.

¶ Commentum expositio, a con & mente quidam cõpositum & deductum volunt cum sit cõmonitio mentis. Aliqñ accipitur pro fictione, & tunc a comminiscor fit. Teren. Commentum non placet.

¶ Commẽtitius, a, um, significat partim fictũ & ad tempus cõmentum & excogitatũ, partim nouũ. Aug. li. iij. de ci. dei. Videtis ne igitur, vt a physicis rebus bene atq; vtiliter inuẽtis non sit tracta ad commentitios & fictos deos?

¶ Cõminiscor, a con & mente dictum est cũ fingunt in mente quæ nõ sunt. Seu magis a con & miniscor vnde & reminiscor quod est cũ quæ tenuit mens a memoria cogitãdoq; repetuntur. Significatq; cõminisci dicere, fingere, disputare, tractare. Terent. in Hecy. Aliquid tulisse comminiscentur mali.

ϑ Plau. Facsis commentus, id est memineris.

¶ Commentariũ cõmentarius & cõmentarij plurali numero pro vna eadẽq; significatione sumuntur. i. pro libris in quib⁹ nõ late diffusęq; res, sed quo breuius poterãt explicantur cũ in his simpliciter & quasi per capita describũtur. Cic. in Bru. Non est oratio sed quasi capita rerum & orationis cõmentarium paulo plenius. Sic Cæsaris cõmentarij dicunt in quibus ad exequendam historiã alijs videtur materiam subiecisse. Vnde Sene. lib. iij. decla. Sine cõmentario nunq̃ dixit Seuer⁹ Cassius, nec hoc cõmentario contentus erat in quo nudę res ponuntur. Hi autem si singuli fuerint cõmentarium vel commentarius vel liber dicitur, sed si ex multis longisq; tractatibus breuiora coarceruentur cõpendia, cõmentarij etiam dici possunt, vel primus & secundus cõmentarius. Dicitur etiam cõmentarius vel commentarium vel cõmentaria pro auctorum expositione. Gel. Est adeo Probi grammatici cõmentarius satis curiose factus. Et iterum. Nõnulli grammatici qui cõmentaria in Verg. cõposuerunt. Idẽ Noster Taurus in primo cõmentariorũ quos in Gorgiã Platonis cõposuit scriptũ reliquit. Quidã etiam huiusmodi commẽtum vocauerunt. Præterea cõmentarius quandoq; dicitur commentator, hoc est qui cõmentarium siue cõmentum cõposuit. Ser. super primo Geor. Superfluã mouent quęstionem cõmentarij. A cõmentarium fit diminutiuum commentariolum.

¶ Commeo, as, ex con & meo, q̃q̃ alij a con & eo, is, componi velint. Vñ remeare pro redire. Est autẽ commeare vltro citroq; ire. Inde cõmeatus deriuari dicit. i. tẽpus quo ire & redire commode possit. Et commeare est ire seu se conferre. Lactan. lib. iij. Quid ergo interfuit quo animo philosophus ad meretricem famosissimam commearet? Terent. in Hery. Hic raro in vrbem commeat.

¶ Cõmeatus, us, licentia siue quod dicitur saluus conductus quem dat imperator militi, prępositus inferiori eũdi quo velit ad pręscriptum diem reuersuro. Cice. ad Heren. Ille qui ad diem commeatus non venit, ꝙ eũ aquę intercluserint. Liu⁹ lib. xxiij. Magna pars sine commeatibus dilabebatur. Aliqñ accipitur pro cibarijs ad alimoniã exercitus & reip. aut multitudinis alicuius, vel etiam priuatim. Sal. Si vincim⁹ omnia nobis tuta erunt, cõmeatus abunde. Cice. pro lege Manilia. Iam cõmeatu & priuato & publico prohibemur. ϑ Aliquando pro transitu multitudinis. Apul. li. viij. Sed cum eatim stipato commeatu difficultates ira fabiremus.

¶ Cõmemoro pe. cor. commonefacio, in memoriam reduco Cic. in Cato Pythagoreorũq; more exercendę memorię gratia quid quoq; die dixerim audiuerim egerim cõmemorove speri. Hiero. in ecclesiast. genitiuo iunxit. Sed in die tribulationis cõmemorabitur tui. Et cõmemorare dicere recitare narrare. Cic. Quęnam sit istius veteris quem cõmemoras Academicorũ & definibus bonorum peripateticorum sentẽtia? Terent. in Phor. Quid ego nunc ea cõmemorem Demipho singillatim qualis ego in hunc fuerim.

¶ Commeto, as, pe. cor. cõmeo hoc est me confero. Nęuius. Cum ad lupam nostram tam multi commetant lupi.

¶ Commœreo, totus vel in totum tristor. Plau. in Epis. Nescio ædepol quid tu timidus es trepidas epidice ita voltum videor videre commœruisse.

¶ Commereo cõmitto. Teren. in Phor. Si senserit te timidũ pater arbitrabitur cõmeruisse culpam. Et cõmerere est meritare sed in malum. Idẽ. in Hecy. Quę nunq̃ quicq̃ erga me cõmerita est quod nollem, & sępe quod vellem meritã scio. Dona. Mereri bona commereri dicimur mala.

¶ Cõmilitones, dicuntur qui simul sunt in militia. Commilitium ipsa belli societas. Sue. in Cęsa. Nec milites suos pro cõcione sed blandiori noĩe cõmilitones appellabat, tanq̃ & ipse vnus esset ex numero militũ. Ita enim dicuntur cõmilitones sicut & cõdiscipuli. Iusti. lib. v. Deinde cogitatione legum sacrarum tum vetusti per tot bella commilitij orat misereatur ciuium exulum. ϑ Apul. etiam commilitia, æ, vsurpat.

⁎ Comminuo, Vide Minuo.

¶ Cõminus pe. cor. significat statim sine intermissione. Ver. lib. i. Geor. Quid dicam iacto qui semine cõminus aruo. Cõminus etiam a loco propinquo. Vide in Eminus.

ϑ Cõbino, as, pe. pro. significat, qđ lingua vernacula dicim⁹ acobiare. Aug. in expositione psal. Non combinata est cum electis eorum, & lib. viij. conf. Illic vt forte cõbinati spatiabãtur vnum secum seorsum, & alios duos itidem seorsum paritercq; digressos. Hinc Combinatio, quã græci Epizeuxin vocant, quum in oratione eadem dictio sine medio duplicatur. Verg. Me me adsum qui feci.

¶ Commigro, as. Vide in dictione migro.

⁎ Commiseratio. Vide Miseror.

¶ Cõmitto, is, aliorum fidei trado. Teren. Quem lupo cõmisisti. Quandoq; cõmittere est iniungere aliquid faciendum & quasi cõmendare, vt Rex mihi hoc negociũ commisit. Quã doq; peccare. Vnde cõmissa dicuntur peccata. Asco. Cõmissa dicuntur facta, contra voluntatẽ conditoris. Quãdoq; sociare coniungere. Verg. Delphinũ caudas vtero cõmissa luporum. Quandoq; donare relinquere. Cice. in Ver. acti. ij. Is Calliniatores ex sinu opposuit qui illam hęreditatem veneri Ericinę cõmissam esse dicerent. Quandoq; facere. Sal. Sẽpronia quæ multa sæpe virilis audacię cõmiserat. Quandoq; incipere. Ver. li. v. Et tuba cõmissos medio canit aggere ludos. Sal. Quibus dictis mox prælium cõmisere. Quandoq; potestatẽ dare seu permittere & causam prębere, & in malã partẽ. Sed hoc precedente negatione & sequente vt, vel quãobrẽ. Teren. in Hecy. Nunq̃ tam dices cõmodevt tergum meum tuam in fidem cõmittam. Cice. Nihil tibi esse cõmittendum consyderare debes quãobrem eos, quos laudas te non simil limũ prębeas. Aliquando etiã sine negatione. Idem lib. ij. of. Periculosum ipsi est, tum etiã sordidum ad famam, cõmittere vt accusator nominetur. Quandoq; cõparare & in contentionẽ deducere confligere. Suet. in Cali. Nec cessauit ex eo criminari alterũ alteri, atq; inter se omnes cõmittere. i. in certamen mittere. Hiero. lib. ij. Machab. Rex cõmisit cum Iuda & superatus est. Proprie tamen ratione prępositionis cõ, significat simul mittere, siue simul iungere. Gel. Gordiũ nomen est vrbis quã Sangarius amnis interfluit, magna ex parte cingitur fluctibus, speciem insulæ præbet, ac nisi tenue discrimen objiceret maria quæ nunc diuidit committeret.

¶ Cõmissurę iuncturę quales sunt tabularũ & aliarũ rerum.

¶ Commixtile compositum.

¶ Cõmitigo, as, pe. cor. significat tũdendo deprimo atq; de-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pono. Terẽ. in Eu. Tibi vti cõmitigari videã ſandalio caput.
* Commiſtor a commiſceo. Vide Miſceo.
¶ Cõmodum pe. cor. fit a modo, & ſignificat vtile emolumẽtum. Cuius contrariũ eſt Incommodum pro dãno. Cic. lib. ij. ad Heren. Cauſa eſt quæ induxit eum cõmodorum ſpe, aut incõmodorum vitatione. Et infra. Hic accuſator in ſpe commodi cupiditatẽ oſtendet aduerſarij, in vitatione incõmodi formidinẽ augebit. Quandoq; commodũ dicitur bonũ aptum conueniensq; quaſi cũ modo & ratione. Incommodum malũ ineptum atq; inconueniens. Sic commoditas & incommoditas, cõmode & incõmode ſumi poſſunt. Teren. in An. Nẽpe incõmoditas denicq; huc omnis redit ſi euenerit (quod dij prohibeant) diſſenſio. At ſi corrigatur quot cõmoditates vide. Principio amico filiũ reſtitueris tibi generum firmum, & filiæ inuenies virũ. Aliquando vtrouis modo accipi poſſunt, vt apud eundem in Hecy. Multa ex quo fuerint cõmoda, eius incommoda æquum eſt ferre.
¶ Cõmodus, a, um, quod eſt vtile, ſiue aptum, a quo fit accõmodus & incommodus. Amb. lib. Hexa. Nã qui leuibus accommodus eſt fit incõmodus grauioribus elementis. Teren. in An. Ego cõmodiorem hominẽ &c. Cor. Celſus. Sed inter oĩa maxime commodũ eſt modice exercere. Plau. in Sti. dimi nutiuo vſus eſt. Pro opibus noſtris ſatis cõmodule nucibus fabulis ſiculis. Inuenit etiam cõmodũ aduerbiũ, & ſignificat iam ſeu tunc id tẽporis, eo momẽto. Apul. Cõmodum limẽ euaſerant & fores ad priſtinũ ſtatum integrę reſurgunt. Idẽ. Intuli me, eũq; accubantem exiguo admodum grabatulo & commodum cœnare incipientem inuenio. ♁ Idem lib. i. Igit̃ inefficaci celeritate fatigatus cõmodum veſpera oriente ad balnea ꝓceſſeram. Gel. lib. ij. Taurus ſectatoribus commodũ dimiſſis ſedebat pro cubiculi foribus. Cice. ad Atti. Cõmodum diſceſſeras heri, cũ Trebatius venit. Q. ſignificat vix, & tũc Do. enarrans illud Teren. ex Phor. Id cũ hoc agebam cõmodum aduerbiũ eſſe tẽporis dicit & tãtũ ſignificare. Idẽ alibi exponit. Cõmodũ huc aduenerat, ipſo eodem tẽpore.
* Commoditas a commodo nomine deducitur. Interdum aptitudinem quandam conueniẽtiamq; ſignificat. Interdũ vtilitatem. Cc.
¶ Commodo, as, pe. cor. vtile & commodũ facio, ſeu cõmoditatem prẽſto. Cice. ad filiũ. Cui ego quibuſcunq; rebus potero libẽtiſſime cõmodabo, ſicut econtrario incõmodo, moleſtus ſum & noceo ſignificat. Teren. in An. Magis adeo vt mihi incõmodet q̃ vt obſequatur gnato. Cic. Cęſari. Quicquid ei cõmodaueris erit mihi gtatũ. Et commodare eſt mutuo dare, hoc eſt alicuius rei vſum ad tẽpus concedere. Cic. Dando & accipiendo mutuãdiſq; facultatibus accommodandis nulla re egemus. Nec rei tantũ mobilis commodatio dicitur, vt Vlpia. exiſtimauit, ſed etiã ſoli. Plaut. Cum ædes pauperi cõmodaſſet. Cic. lib. iiij. ad Heren. ait cuidã ædes maximas ad nuptias cõmodaſſe. Et licet vt multi aſſerunt commodentur quę redduntur eadẽ numero & ſpecie, vt veſtis, equus, liber, mutuentur quæ non redduntur eadẽ numero, ſed ſpecie, vt vinũ frumentum nummi. Cic. tamen in Ver. acti. vi. Cõmodari vſus eſt ad ea quę redduntur ſimilia. Ait enim. At publice cõmodaſti, non ſine magno, quidẽ prouincię Sicilięq; detrimento, tritici modios ſexaginta, Sumitur nõ nunq̃ ſimpliciter pro impendere. Hierony. de diuo Antonio. Auditioni etiã ſcripturarum ſtudium cõmodabat, vt nunq̃ ex eius anima laberetur. Hinc fit accommodo.
♁ Commodata res proprie intelligitur ſi nulla mercede accepta vel conſtituta vtenda res data eſt. Nam commodatũ debet eſſe gratuitum.
¶ Commodatarius, ſiue commodo, onis, qui commodatũ accepit.
♁ Commoneo, es, pe. cor. idem quod admoneo, es, quod aliquando conſtruitur cũ genitiuo. Quin. Grammaticos ſui officij commonemus. Pli. in epiſt. Rei admoneor.
♁ Commerciũ, eſt libera commeandi cõtrahendiq; facultas ab iis qui merces vltro citroq; conuehunt. Aliter Commercium eſt viciſſitudo dandi & accipiendi, a con, & merces, mercium commutatio quæ victus cauſa inuenta fuit, vt inquit Pli. Accipit̃ & pro vſu & conſuetudine. Suet. in Clau. Gratã ſibi prouinciam ait communium ſtudiorum commercio.
¶ Comœdia cum /œ/ diph. ἀπὸ τῆς κώμης. i. a vico & ᾠδὴ cantilena, genus poematis, quod in intio in vicis iuuenes q̃ſtus gratia cantare ſoliti eſſent crebro conuenientes. Comœdia eo confecta credit̃, vt affectus noſtros moderemur in alienis perſonis, expreſſamq; imaginem noſtram vitæ quotidianę videremus. Eſt autẽ poema in quo humiles fere perſonæ inducuntur & amores virginũq; raptus deſcribũtur. Huius nominis pe. cor. apud latinos, acuitur a grẽcis. Suidas, κωμῳδία δ' ἐστὶ ὕβρεσι διασυρμοὶ ἐμέσματα. Ⓒ κωμῳδὸς ὁ ταῦτα ποιῶν. *. i. Comœdiæ contumeliæ detractiones ludibria, & comœdus has faciens.
¶ Comœdus, qui repſentat comœdias, ſicut Calliopius. Comicus qui componit vt Terentius.
¶ Comœdice aduerbiũ ſignificat mãſuete ſuauiter, ſicut tragœdice crudeliter. Plau. Euge abſtitit & dulce & comœdice.
¶ Comœdior, aris, ſignificat ridiculæ ac loquaciter loquor.
♁ Commotrię ſubminiſtre, & ornatrices Romę quidem, vt Feſt. ait, ſex veſte ſacerdotes conſtitute ſunt, vt populus pro ſua quaq; parte haberet miniſtram ſacrorum, quia ciuitas romana in ſex eſſet diſtributa partes, hinc & inſtrumẽtum muliebre Commotrium apud Iul. pol.
* Commoneo. Vide moneo.
* Cõmonefacio cõmoneo, cuius paſſiuum commonefio.
* Commordeo. Vide Mordeo.
* Commorior. Vide Morior.
* Commoror. Vide Moror.
¶ Cõmoueo, es, pe. cor. pertubo. Teren. Cõmoui hominem. Interdũ ſignificat a propoſito deflecto, & quod volo perſuadeo. Cic. Viſi ſumus ſenatum commemoratione tuæ voluntatis erga illũ commouere. Interdũ lædere. Colu. lib. ij. Ne in radicem maiore nixu vomis impactus colla commoueat. Interdum recedere. Cic. Tyro. Tu & cura vt valeas, & te iſtinc ne temere commoueas.
¶ Cõmunis ex com, & munis quod eſt munus, quaſi cũ munere, ſicut immunis ſine munere. Ille autẽ communis dicitur qui omniũ eſt, quaſi omnibus conſentiens, a quo communitas, & aduerbiũ communiter, pro quibus vereres munitas & muniter vſurparunt. Siquidẽ apud veteres munes & munifici non a largitione quæ ignota erat dicebantur, ſed ita appellabantur conſentientes ad ea quę amici vellent. Pacu. Nã quia tã largitio multis ignota erat munificus nemo putabat̃ niſi pariter volens. Lucil. Munifici comesq; amicis noſtris videamur viri. Dicimus autẽ hoc eſt cõmune omniũ & omnibus. Et hoc eſt cõmune mihi tecum vel cũ cæteris. ♁ Sumitur etiam cõmune pro immundo, vt in actibus apoſtolorũ. Cõmune & immundum non intrabit os meum.
* Cõmunes animi conceptiones vocãtur quę oĩa tanq̃ vera & indubitata ꝓfitent, vt omne totũ maius eſt ſua parte. Cc.
* Cõmunes dies ad emendationẽ infauſti ominis dicti ſunt, qui veluti infelices ad oĩa cauendi ſunt, prius atri dicti. Cc.
♁ Cõmuniaverba ideo dicuntur, quia communiter ſimul tenentur ſub vno ſono actiuum, & paſſiuum quo modo in nominibus genus commune dicitur, quod & maſcu. & fœ. ſub vno ſono tenet, vt ſacerdos, canis homo.
¶ Cõmunico, as, pe. cor, ex cõ & munico compoſitũ eſt. Munico autem a munis fit. Et eſt communicare participare quãdo quod eſt aut eſſe poteſt priuatim fit vniuerſoꝝ. Sal. Alienum ſuis rationibus exiſtimans videri cauſam ciuium cum ſeruis fugitiuis communicaſſe. Per tranſlationem ſignificat coinquinare, vt eſt. Quod procedit ex ore. hoc communicat hominem. Nã populus Iudęorum partẽ dei ſe eſſe iactitans communes cibos vocat quibus cęteri vtuntur homines, vt ſuillam carnem, oſtreas, lepores & huiuſmodi animãtia quæ vngulas nõ findunt nec ruminant nec ſquamoſa in piſcibus ſunt. Vnde in actib⁹ Apoſtolicis ſcribitur. Quod deus ſan-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ctiſ.cauit tu commune ne dixeris. Commune ergo quod cæteris hominibus patet, & quod non eſt de parte dei pro immundo dicitur.

* Communio. Vide Munio.

¶ Cõmuto,as,pe.pro.ſimul vel contra, vel totum ſimul muto, quod fit cũ vna res pro alia datur. Et ille commutat qui alteri quod habet concedit, vt aliud quippiam aſſequatur. Auib. Raro q̃uis excelſa virtus futuris commutat p̃ſentia. Commutatæ autẽ verba eſt altercari & iurgia habere. Teren. in An. Nunq̃ hodie tecũ commutaturum patrem vnũ eſſe verbum. Et commutare verba eſt pro bonis dictis mala ingerere, i. iracundia in maledicta compelli.

* Inde Commutabilis & hoc commutabile.

¶ Compago & cõpages, pe. pro. vtroq; modo pro coniunctione & cõpoſitione. Ouid. Atq; ita diſparibus calamis cõpagine cęrę Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ. Pacu. Saluete geminę mei compages ſanguinis.

¶ Compagino,as,pen.cor. coniungo, copulo, q̃ pagines ſimul iunguntur. Augu. Vt autem ſimus membra eius, vnitas nos compaginauit.

¶ Compar idẽ eſt quod par. Liui. Cõparem cladem ad Ægetis inſulas Carthaginenſium prælio nauali acceptam q̃ fracti Sicilia ac Sardinia ceſſere. / Cõpar etiã dr̃ ſocius ſeu æqualis. Hiero. lib. ij. Reg. Apprehenſoq; vnuſquiſq; capite comparis ſui defixit gladiũ in latus contrarij & ceciderunt ſimul. Rhetores comparid eſſe dicunt quod duabus aut pluribus ſentẽtijs breuibus, & inter ſe paribus exigitur.

¶ Comparo,as,pe.cor. ſignificat adęquo. Terẽ. in Eu. Haud ne comparandus hic quidẽ ad illum eſt. Item Conſtituo adapto. Amb. lib. i. offi. Ita te compara vt quaſi puer iniuriam non teneas, malitiã non exerceas. Item præparo. Cic. in Ver. Acti. ij. Vt erat inter ſuos copioſus conuiuiũ comparabat. Item do. Idem ibi. Et omni gemitu ac dolore certa merces cõparabatur. Item ſocio coiuungo. Plau. in Aſi. Prehende auriculis compara labella labellis. Itẽ compono machinor. Siſen. lib. iiij. hiſt. Eos qui hoc malũ publicum clandeſtinis conſilijs comparauerint. Et cõparare emere, licet Hieroñ. contra Ruſi. inueniri neget. Sed nemo eſt qui in curia non aliquando labatur, vt verũ ſit quod Hora. inquit. Quandoq; bonus dormitat Homerus. Caro de re ruſt. Prędium cũ comparare cogitabis, ſic in animo habeto. Liui. lib. ij. Annonę in primis habita cura & ad frumentum comparandum miſſi, alij in Volſcos, alij Cumas.

* Compareo. Vide Pareo.

¶ Cõparatiuus, a, um, quod adæquat. Vnde dicimus cõparatiuum gradũ, cuius propriũ eſt ſuperare poſitiuũ in ea qua litate quã obtinet, licet quandoq; pro poſitiuo ponat. Fit autem cõparatio, vt docet Priſc. ad vnum, vel ad plures tã ſui generis q̃ alieni, q̃uis Græci honoris cauſa ſuæ gentis magis, q̃ ratione veritatis dicant non poſſe ad multos ſui generis fieri cõparationem. Sta. lib. viij. Theb. Sed pectora flectas, Et melior ſis queſo deis. Vale. Maxi. lib. iiij. Idem ſentit Fabricius Lycinius honoribꝰ & authoritate omni ciue tẽporibus ſuis maior. Et lib. vi. Tertiũ te importuniorem ſuperioribus habere cœpimus rectorem. Comparatiua & ſuperlatiua quæ a prępoſitionibus veniunt, pręter ſuã conſtructionem ablatiui & genitiui, aliquando accuſatiuo iunguntur. Cice. ad Octa. Propius vrbem. Sal. Proxime Hiſpania Mauri ſunt.

ȣ Conſiderandum vero, vt Augu. ait, comparatiuum gradum non ſemper quod ante poſitũ eſt augere, Sed aliquãdo contrario ſuperferri, vt apud Apoſtolũ ad Hebręos, quum loqueretur de benedictione terræ, quę accepta pluuia fructũ reddit, deinde ſubiecit. Proferẽs autem ſpinas & tribulos reproba, & maledictioni proxima eſt, cuius finis in exuſtionẽ. Quod ne illis quibus loquebatur optaſſe videretur. Confidimus autem, inquit de vobis fratres chariſſimi meliora & hęrentia ſaluti.

ȣ Compactum dicitur quod inter aliquos conuenit. Plautꝰ. Rem de cõpacto geris. i. ex eo quod inter ſe conuenerant.

¶ Compaſco,is, ſimul paſco. Vnde compaſcuus ager, qui relictus eſt ad paſcendum communiter vicinis.

¶ Compeſco,is, compeſcui, quaſi eodem paſcuo contineo.

¶ Cõpedes pen. cor. a ſingulari compes, quod non eſt in vſu, vinculi genus eſt, cuius arctura rei cuſtodiũtur, a cõpedio, is, quod ex con & pedio cõponitur, & eſt tam maſc. q̃ fœ. gene. Hiero. in Hiere. Aggrauauit cõpedem meum. Genera compedum ſunt numellæ, boiæ, pedicæ, neruus.

ȣ Compedio,as,occido. Augu. ſuper Leuit. Solet & vulgo apud nos dici compediauit illum quod eſt occidit illum.

¶ Combam Sabini vocant, quam militares lecticam.

* Combira inſula, q̃ tæ nunc Rhodos appellatur. Cc.

¶ Comburo,is,pe.pro.ex con & vro/b/interpoſita, ſignificat ſicut ſuũ ſimplex, vel ſimul cum alijs vro, licet quandoq; pro conſumo ponatur, vt eſt illud in veteri teſtamento. Videbat q̃ rubus arderet, & non comburerctur.

¶ Cõmercium viciſſitudo dandi & accipiẽdi, a con & merces, mercium cõmutatio, quę victus cauſa inuẽta fuit, vt inquit Pli. Sueto. in Tibe. Strenarum cõmercium ne vltra calẽdas Ianuarias exerceretur. Accipitur & prouſu ac conſuetudine. Idem in Claud. Gratam ſibi prouinciam ait cõmunium ſtudiorum commercio.

¶ Comedo,is, & comedo comes, eſt. Plau in Tri. Quod ebibit, quod comeſt, quod facit ſumpti. Cic. Sed ad extremum pollicetur prolaturũ ſe, quæ comeſt. Supinũ comeſum & comeſtum. Gal. Comeſa matrimonia comeſa patina. ȣ Augu. in manuali paſſiuum protulit. Quotidie inquit comederis & ſemper integer manes.

* Comedim pro comedam ſcripſerunt veteres.

¶ Comedo,onis, & comedꝰ, edi, pe. cor. q̃ bona ſua cõſumit.

* Comparco, Quære parco.

¶ Compeditus, a, um, pe. prod. a cõpedio fit, & ſignificat qđ cõpedibus illigatum eſt. Var. Domum intro, & pedes corrigijs compedio. Hieroñ. ad Ruſi. ad linguam tranſtulit. Compeditam putas linguam eius, & inextricabilibꝰ nodis ligatã vix in humanum ſonum erumpere?

¶ Cõpello,is,puli,ſum, conſtringo. Hiero. ad Helio. Vt hæc tibi frater dicerem cõpulit me tua dilectio. Et cõpellere eſt ſimul iũgere. Plau. in Aſi. Quę volet faciemus, qui hoſce amores noſtros diſpulſos compulit. Quod & de animalibus brutis dicitur, quum in vnũ locum vel diuerſa aut diuerſorum animalia congregantur. Vergi. Compulerantq; greges Corydon & Thyrſis in vnum. Proprie vero eſt ſimul pellere collidere. Vnde compulſo quod eſt ſępe collido. Col. lib. i. Eadẽ q̃ ſemper mare conſpicit compulſatur ac fluctu cõſpergitur.

¶ Compulſo,as. Vide in dictione compello.

¶ Compello,as, ad aliquem loquor. Vergi. lib. ij. Vltro flens ipſe videbar Compellare virum. Aliquãdo infamo, accuſo. Sueto. in Cæſa. Eodem modo Nonium quæſtorem, q̃ compellari apud ſe maiorem poteſtatem paſſus eſſet.

* Compendo. Quære pendo.

¶ Compendium a compendo, quod in vſu non eſt, cum tamen compenſo eius frequentatiuum inueniatur, q̃ ima compenderet. Et eſt id quod parſimonia quadam ſeruamus, ſicut econtrario diſpendium, quod vel incuria, vel immoderatione diſpendimus. Pli. Bubulas carnes caules caprifici magno lignorum compendio percoquunt. Idem. Magno id lignorũ diſpendio fit addito ſale. Nam percoqui integro die vix poſſunt. Compendium dicitur etiam vtilitas, lucrum. Et diſpendium dãnum. Tibul. Nec vagus ignotis repetens compendia terris. Preſſerat externa nauita merce ratem. Cice. lib. iiij. ad Heren. Duæ res ſunt, quæ poſſunt homines ad turpe cõpendium commouere inopia atq; auaritia. Et compendium breuitas, in qua tamen vtilitas ſit, quales ſunt libri in quibus breuiter materia colligit. Vnde Plaut. in Mili. Q̃ potes tam verba confer ad compendium. Vnde & compendij via, breuis via dicitur. Hiero. lib. ij. Reg. Currens Achimas per viã compendij tranſiuit Cuſi.

ȣ Compendifacio, duco ad cõpendium, id eſt breui vtor ora

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tione, apud Plau.

¶ Compendiosus, a, um, quod est valde vtile. Col. lib. i. Q. & per partes nonnunq; dānosum est in summa tamen fit cōpendiosum. Interdum dicitur valde breue, ꝙ ea quæ simul penduntur celerius expediantur.

¶ Compendiarius, a, um, breue & summum siue optimum. Cice. lib. ij. off. Præclare Socrates hanc viam ad gloriā proximam & quasi compendiariam dicebat esse, si quis ita ageret, vt qualis haberi vellet talis esset.

¶ Compenso, as, quasi simul pondero retribuo. Hiero. in prolo. Amos. Sterilitas terræ cōpensatur pecorum multitudine. Vale. Maxi. Tarditatē supplicij grauitate cōpensat. Modest. Compensatio est debiti & crediti inter se contributio.

¶ Comperendino, as, pe. cor. significat in longū de die in diē differo. Hiero. ad pauli. Quo detentus opere implere nō potui quod promiserā tibi, & Danielem nostrum rursus comperendinaui. Inde cōperendinatio, quæ est sicuti docet Asco. ab vtriscq; litigatoribus inuicem sibi denuntiatio in perendinum diem. Nam quū rem aliquam agerēt litigatores, & pœna se sacramenti peterent, poscebant iudicē qui dabatur post trigesimū diem. Quo dato inter se comperendinū, vt ad iudicem venirent, denunciabant. Quo cū esset ventum anteq; causa ageret quasi per iudicem rem exponebant. Quod ipsum dicebat causæ coniectio, quasi causæ suæ breuis coactio. Cic. in Ver. actio. iij. Vt his ludorum diebus interpositis nemo istū comperendinatū iudicaret. Dies cōperendinaria dicebatur iudiciū, in diem tertiū constitutum. Dies cōperendini, quibus vadimonium iubere licet, vt inquit Macrobius.

¶ Comperio & cōperior depo. differunt authore Diomede, ꝙ comperiri est ex opinione colligere, & pro explorato compertū habere. Sal. in Iugu. Sed ego comperior Bocchū magis punica fide. Comperire ab alio cognoscere. Compertum est mihi, & exploratum est mihi, hoc est per inuestigationem.

¶ Compernes dicuntur homines genibus plus iusto coniunctis, vel qui longos habent pedes.

¶ Competo, is, pe. cor. significat honorē vel coniugium vel quoduis aliud aduersus alium peto, quasi simul peto. Vnde cōpetitores dicti sunt. Et sic actiuum est. Aliqū competere est par esse, contingere, conuenire, vt est apud Hiero. Possidet agrum meū, quia tibi competit hæreditas. Vñ in æstimatione rerum dicimus, hoc illi cōpetit. Sene. Nihil ei magis competebat. Col. lib. ij. Nec omnino cūctabimur, quo minus sub tectū congeratur, vel si non competet, vt aut in villam fœnum portetur, aut in manipulū colligatur, certe in metas extrui conueniet. Hic competet capitur pro sufficiet. Hinc competentia pro conuenientia. Gel. lib. i. Cōprehensa autem mē sura Herculani pedis secundum debitam membrorū omniū competentiam modificatus est. Accipitur etiam quandoq; competere pro constanter valere. Sal. lib. i. hist. Si vero quasi formidine attonitus neq; animo neq; auribus, aut lingua cōpeteret. Et sic est neutrum.

¶ Compita pen. cor. dicuntur loca, quæ petunt homines per diuersas vias. Sunt em quadriuia, ꝙ quasi in vnum petūt locum. Vel a coeundo, ꝙ multę viæ in vnum cōeant. Vel a cōpotando, ꝙ ibi rustici sacrificare solerent. Ouidi. Seruet vt in ternas compita secta vias. Vnde Compitalia festa q̄ in cōpitis peragebāt, & cōpitalitius dies in q̄ cōpitalia celebrabātur.

¶ Compitalia festa, quæ in compitis peragebantur, & cōpitalitius dies, in qua compitalia celebrabantur.

¶ Compilo, as, pen. pro. vndiq; furripio. Vnde compilare & expilare hæreditatem dicimus. i. fraudare & diripere. Et compilati dicuntur furtum passi, ꝙ qui e domo supellectilem detrahunt æquare & complanare oīa videantur. Hora. Ne me compilasse putes, crispini scrinia lippi. Dictum a πίλω quod est cōplano, non a pilis vellendis, cuius prima corripitur. Interdum compilare est cogere, & in vnum condere. Inde compilatores qui multa in vnum cogunt.

¶ Compingo, is, contrudo. Plau. in Amb. Quid faciā nunc si tres viri me in carcerem compegerint. Interdum cōpono, coniungo. Hiero. De quorū vitis moribusq; mirificis quę luculenter ipse conspexi libellum compegi. Idem in Esaia. Argento & auro decorauit illud, clauis & malleis compegit vt nō dissoluatur. Verg. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula, Vnde incōpactum disiunctum male composī tum. Et sic cōponitur ex con & pango. Potest etiam esse compositum a pingo. Lactan. lib. vij. Vt summam illā, quę continet vniuersa, & compingerent, & adimplerent. Hiero. in prolo. lib. Reg. Deinde subtexunt Sophin. i. iudicum librum, & in eodem compingunt Ruth, hoc est immittunt.

* Complaceo. Quære placeo.

¶ Complano, as, pe. pro. Quęre in dictione Plano.

¶ Complector simul vel in totum amplector cōtineo. Terē. in An. Accurrit, mediam mulierem complectitur. Cic. p Roscio. Quo vno maleficio sęcula oīa complexa esse videantur. Complector te amore significat amo te. Et sine ablatiuo. Cic. Curioni. De. T. Annio tantū tibi polliceor te maioris animi erga te si cōplecti hoīem volueris habiturū esse nemīnem. i. amare defendere. Cōplector cogitatione cogito. Cōplector animo cōsydero. Cic. in Cato. Etenim quū cōplector animo quattuor reperio causas, cur senectus misera esse videatur.

* Complex particeps sceleris, & qui in eodem crimine velusti complexus est, a complectendo. Cc.

¶ Compleo ex con & pleo, significat ad summum seu vndiq; impleo. Gel. Ventus a latere sęuiens nauem vndis compleuerat. Reperitur etiam sine ablatiuo. Cic. lib. vi. de Repu. Quis est qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus? Per translationē complere ponitur pro viuere finire. Idē in Cat. Leōtinꝰ Goricentū & septem compleuit annos. Hiero. Nec dum verba cōpleuerat. Interdum pro supplere, perficere, integrare. Salu. Duas legiones instituit, cohortes pro numero militum implet, sed omnino ex græco venit, πλέος δ' λέγει καὶ πλέιος μὴ πλείωρ.

* Complico, a quo complicatio. Quære plico.

¶ Complodo. is. pe. pro. Vide in dictione explodo.

¶ Compluries aduerbium factum ab eo quod est compluria significat sępe. Cat. Cōtumelias mihi dixisti compluries. Complura. Vide in dictione plus.

¶ Compluuium a pluuia dicitur quo de diuersis tectis aqua pluuialis in eundem defluit locum.

¶ Compluuiatę vineæ dicunt quæ quadruplici ordine perticarum instructæ sunt, a cauis ędium compluuijs.

¶ Compono, is, pe. pro. simul pono coniungo. Verg. Cōponens manibusq; manus, atq; oribus ora. ꝑ Aliquando componere est disponere, constituere, quasi simul ponere. Componere enim & ædificare reciproce dicuntur. Componuntur siquidem orationes, ædes ędificantur. Et tamen dicuntur ędificari orationes, ędes componi. Verg. lib. iij. Q. Curta possis vrbem componere terra. Quādoq; componere comparare dicimus qm̄ quæ comparantur iuxta se ponuntur. Salu. Vbi Metelli dicta cum factis componit. Verg. in Buco. Sic paruis componere magna solebam. Quandoq; ornare. Idem lib. iiij. Geor. Dulcis compositis spirauit crinibus aura. Nam compositio ornatum facit. Quādoq; colligere. Cic. in Ver. Si ab isto libro quē tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationibus cōpositum dedit. Quandoq; reficere, recreare. Verg. Vix defessa semel passus componere membra. Quandoq; lenire. Ambro. lib. i. offic. Cauere debemus nem perturbationem prius incidamus, q̄ animos nostros ratio componat. Quandoq; finire, claudere. Verg. Ante diē clauso cōponet vesper olympo. Quandoq; concordare. Plau. in Curg. Si possim hæc inter vos componere. Quandoq; composito redimere. Sal. li. i. histo. Cū lenones & vinarij lanij. quorū preterea vulgus indies vsum habet, ꝑtio compositi, hoc est facta pręcij redēpti compositione. Quandoq; conuenire, pacisci. Pli. Nihil nō ex composito fecimus, pactum seruauimus. Quandoq; fingere simulare. Sal. Non sunt composita mea verba, parui id facio, ipsa se virtus satis ostendit. Plaut. Quas iste fabulas composuit. Hinc fit composito, quod significat ex pacto. Et ponitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſine prepoſitione. Non enim dicimus ex compoſitio. Terentius in Phormi. Compoſito factum eſt, quomodo hanc amās habere poſſit ſine dote.

¶ Compoſitio modo ſtructuram, modo ornatum, modo pactum ſignificat.

¶ Compos dicitur qui habet vel aſſecutus eſt aliquid. Vale. Maxi. lib. i. Imperatores cōpotes victoriarum. Plaut. in ca. Atq; ita me rex deorum atq; hominum faxit patriæ compotem, id eſt obtentorem, Impos qui non poteſt aliquid Compos animi, i. competentis animi, vel qui habet ſanum animū. Impos animi qui animi ſui potens non eſt. Leo papa Fandi impotem dixit, qui fari nondum poſſet. Sal. Neq; animo aut lingua ſatis cōpos. cū de amente Septimio loqueretur Terē. in Adel. Vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia. Plaut. in Caſ. Eripite iſti gladium, quæ ſui eſt impos animi. Sic compos voti, & impos voti. Ci. Nā quo mō victores dicim⁹ voti cōpotes q quicqd volunt faciunt. Sic victos ecōtrario voti impotes, q nō poſſunt facere quod volunt. Quidā intelligūt cōpotē cōpoſitū animū, & tam in bonam q̄ in malā partē. Plau. in Epi. Cedo manū accipe ærūnarū & miſeriarū compotem, id eſt qui ſimul tecum ærūnas & miſerias habet. Sunt autem compos & impos generis communis cōpoſita a pos, non a potis, vt voluit Seruius, licet pos non ſit in vſu, ſed potis. Non em dicimus compotis & impotis in noīatiuo, quū tamē ſic dicendū eſſet, niſi pos inueniretur, vnde & poſſum & poſſideo. Nam poſſum ex pos & ſum componitur. Poſſideo ex pos & ſedeo, mutatione e. in i. Pos aūt idem quod potens, vt ſit poſſum potens ſum, poſſideo potens ſedeo. Eſt igitur potis genitiuus a pos licet loco nominatiui ponatur. Perſius. Et potis es nigrū vitio p̄figere thita. Vir. nec potis Ionios fluctus æquare ſequēdo. Nec pote in neutro genere vt voluit Priſcia, inuenitur, quia compote & impote nuſq̄ inueniuntur, neq; in plurali cōpotia & impotia. Potis tamen neutro genere legitur apud Teren. in Phor. vbi ait, Adoleſcens primum abs te hoc bona venia peto, ſi tibi placere potis eſt, vt reſpondeas mihi. Potis eſt, p pōt, ſiue poſſibile eſt capitur, cui ſubintelligitur iſtud pro nominatiuo, vt reſpondeat potis neu. gene. quod ſumitur pro poſſibile, & verbū ſuum habet eſt, vnde regitur. Q. autē Perſius dicit. Qui pote vis dicam nugaris, quum tibi Calue Pinguis aqualiculus propēſo ſeſquipede extet. Pote p potis accipitur metri cauſa. Similiter Proptius. Qui pote quiſq; in ea conterat arte diem. Iunigitur q̄nq; cōpos cū ablatiuo, vt apud Liuium lib. iij. Prēda q; ingēti cōpotē exercitum ſuis etiā reb⁹ recuperatis, que populatione agrorum amiſſę erant reducit. Quo in loco cōpotem quaſi affluentem & lætum ſignificare puto, ſępius tamē genitiuo iungitur.

* Comporo. Vide poto.

* Comprædes appellantur eiuſdē reiſponſores. Cc.

* Comprehendo. Vide prehendo.

¶ Cōprimo. is pen. cor. ſimul. premo, vt vuæ comprimūtur, quo vinū effluat. Item cohibeo contineo. Teren. in Heau. At tu tibi iſtas poſi hac comprimito manus. Plau. in Am. Ego tibi iſtam hodie ſceleſte cōprimam linguam. Item vitio. Mar. Villica vel duri compreſſa eſt nupta coloni Incaluit quoties ſaucia vena mero. Vnde cōpreſſus us. & compreſſio p coitu Plau. Nunc ad amicā decimo die Athenas viſo, quam grauidā hic reliquit compreſſu meo. Idem Dulces amantium cō preſſiunculæ.

* Comprobo. Vide probo.

* Compromitto. Vide promitto.

¶ Cōpungo rotum pungo, ferio. Amb. lib. i. offi. Reperebat filius appellationē paternā, cōpungebat paterna viſcera, ſed non minuebat deuotionem. Vide in dictione pungo. Hinc compunctio, quę aliqñ ſignificat animi habitum pertinacem ad malum & immutabilem, vt apud Apoſtolū.

ծ Cōpunctus, ſignatus. Cicer. lib. ij. offi. Cōpunctū notis treis eius diſtricto gladio iubebat anteire.

ծ Cōpotes. pe. pro. latine dicitur artificioſiſſimus.

¶ Cōputo. as. penul. cor. ſimul puto. Qd & ad arbores, & ad mentē referri pōt, quū ad mentē rerfertur, p exiſtimo ſiue iudico accipi pōt. Amb. Infantia q̄dem computabatur inānis, ſed erat ſenectus mentis immenſa. Et computare connumerare, ſiue quod vulgo dicitur computum facere. Hieroni. ad Dama. Computa ergo a Phares vſq; ad Naaſon, & inueni es generationes quinq;. Idem ad Paulinum. Quicquid inſumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. i. pone, vel habere te reputa. Lactan. lib. iij. Eamq; hominum ſapientiam proſumma ſtultitia cōputat. id eſt ponit. ἐλλογίζομαι καὶ λογίζομαι & συμψηφίζω μεταφορικῶς λέγεται * Græce λογίζομαι. i. computo, conſidero, & λογιστὴς computator, & decerno metaphorice dī. ծ Interdum pro imputare, Plaut. in mer. Computat vxor. i. imputat.

¶ Con & cū idē ſignificant. Sed cū fere ſeparata, con vero ſp cōpoſita reperitur, & ſignificat ſimul, vt cōiungo. Interdum cōtra, vt contendo. Interdum valde, vt concrepo. Et eſt ſciendū, q̄p qñ cōponitur cū dictione a vocali, vel ab h. incipiente ſemp n. abiicitur, vt coapto. coapoſtolus, coerceo, cohortor, cohibeo. In comedo. n. mutatur in m. In cogo n. & a. tolluntur. Q̄ñcūq; cōponitur cū b. m. & p. tranſit. n. in. m. vt Cōbibo, cōmoueo, cōparo. Cū. c. vero. d. f. g. q. ſ. n. t. i. & u. conſonātibus manet. n. integra, vt concurro. cōdo, cōfugio, cōgero, cōiecto, cōquiro, conſequor, connecto, cōtineo, cōuenio, in reliqs. n. mutat i ſequētē literā vt colligo, colluuies, corrigo.

* Concameratum. Vide camerate.

* Concateno a verbo cateno, qd̄ ſignificat ligo, inuoluo. Cc.

¶ Concauū ſinuoſum vacuū, a cauo, vñ cōcauitas. Cc.

¶ Concerno is. Vide in dictione cerno.

¶ Cōcedo is. pe. p. p do, permitto. Teren. in Adel. Hui me tuiſti nunc, ſi de tuo iure conceſſiſſes paululum. Cice. in Ver. actio. ij. Da mihi hoc, cōcede quod facile eſt. Aliqñ concedere eſt recedere. Terē. in Hecy. Hic video me eſſe inuiſam immerito tēpus eſt cōcedere. Aliqñ ire reducere & ſe retrahere, Liuius de ſecūdo bel. puni, Annibal Sagunto capta Carthaginem nouā in hiberna conceſſerat. Idem lib. iij. ab vrbe cō. Quę quū agerēt hoſtes in loca altiora conceſſere. Aliqñ credere, conſentire. Terē. in Phor. Nūq; ne hic hodie cōcedes mihi, neq; intelliges? Cice. in Lęl. Q. ſi rectū ſtatuerim⁹, vel concedere amicis quicqd velim vel impetrare ab his quicqd velimus, perfecta quidē ſapientia ſumus.

¶ Concido is. pe. p. cidi. ſum ſimul vel minutatim cędo. Plī. Caro eius conciſa ac decocta adhibenda eſt Concidere etiam frangere dicitur. Idem. Et nucleus dentibus conciſus ſuper vulnus imponitur. Ab hoc conciſa oratio aliqua dicitur, quę non continua, ſed veluti membratim cęſa eſt. Et conciſus ſonus fractus vocatur. Hieronymus in libro Numero. Si autem prolixior atq; conciſus clāgor increpuerit, mouebunt caſtra primi.

¶ Concido is. penul. cor. concidi, concaſum. ſignificat in totū cadere. Lactan. libro. vij. Et muri omnium ciuitatum concidunt. Plautus in Amb. Vt quiſquis inſtiterat concidit crepitu. Et concidere eſt in totū mori. Colu. lib. viij. Atq; alia genera pecorum cum peſtilentia vexantur prius morbo & languoribus maceſcunt, ſolæ capellæ q̄uis opimæ atq; hilares ſubito concidunt.

¶ Concilium a concalando, i. vocando. Vel vt Varro ait a coactione. Seu ſecundum Feſtum a populi conſenſu. Et proprie viri conuocati conciliū dī. Vir. Conciliumq; vocat diuū pater atq; hominum rex.

¶ ~~Conciliabulū locus, in quē conciliū conuent. Plau. in Bac. Quid ſi apud te veniat de ſubito prādium aut potatio forte aut cœna, vt ſolet fieri in iſtis conciliabulis.~~

¶ Concilio as. beniuolum facio, aut amore coniungo. Liui⁹. libro. i. Aeneas aduerſum tanti belli terrorem, vt animos. Aborigīum ſibi conciliaret &c. Hiero. Vera illa neceſſitudo eſt & Chriſti glutino copulata, quam non vtilitas familiaris, ſed dei timor & diuinarū ſcripturarum ſtudia conciliāt. Reconciliare vero quis dicitur, quum poſt inimicitias rurſus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aliquem in gratiam recipit. Aliqñ tamen conciliare contrahere seu cõparare. Et hoc tam in malum q̃ in bonum. Plaut⁹ in Tri. Meus gnatus me ad te misit, interse atq; tuos affinitatẽ vt conciliarem & gratiam. Terentius in Heau. Exeo ergo vt pacem conciliem. Sic dicimus. Concilio mihi odium, inimicitias. quod est quasi comparo, acquiro. Similiter sumitur recõcilio pro comparo, acquiro. Q nihil. Nam & plus auctoritatis afferunt ea, quæ non p̃sentis gratia litis sunt comparata, & laudẽ sępe maiorem q̃ si nostra sint reconsiliant. Hinc conciliatus ꝑ empto. Terẽ. Prodi male cõciliate. i. magno prætio empte. & conciliatio pro conuentione. Plau. Extat cõciliatio, seruanda ꝑ missa. Cõciliatrix dī mulier, quę viros mulierib⁹ & vxores viris conciliat,

* Conciliabundus qui conciliat, a concilio verbo. Cc.

¶ Concretum id dicitur authore Donato, quod ex minutijs multis in vnam cogitur massam.

¶ Cõcio is. cõuoco. Liuius li. i. Deinde ne vana vrbis magnitudo esset, adijciendæ multitudinis causa vetere consilio vrbes quę obscuram atq; humilem conciendo ad se multitudinem natam e terra sibi ꝑ lem ementiebantur.

ծ Cõcito. as. pe. cor. ad iram ꝑuoco. Hinc Concitatus iratus. Gel. Erat enim aliquanto concitatior.

¶ Cõcio onis a cõcio is. tria significat, locum, suggestumq; vnde verba fiunt. Liuius lib. i. Vocato ad cõcilium populo summissis fascibus in concionem ascendit, multitudinẽ populi assistentis cõuocatam vel ex magistratus iussu, vel publici sacerdotis, vel sua authoritate & proprie ad audiendum oratorem cõcionantem in bonum publicum. Cice. in Lęl. Concio quę ex imperitissimis cõstat tamen iudicare solet. Sal. Itaq; cõcione aduocata huiusmodi orationẽ habuit. Et orationẽ ipsam, quæ ad populũ habetur. Cice. Dolobellę. Legi concionem tuam, nihil illa sapientius. Hinc.

¶ Concionor aris. orationem habeo. Idem Cornifi. Nos hic cum homine gladiatore omnium nequissimo collega nostro Antonio bellum gerimus. Sed non pari contentione arma verbis, at etiam de te cõcionatus est. Hinc concionator qui orationem habet Hier. in ꝑlog. Salo. Ecclesiastes a græco appellatus quia coetum. i. ecclesiam congreget, quem nos nuncupare possumus cõcionatorem, q̃loquatur ad populum, & sermo fiat non specialiter ad vnũ, sed ad vniuersos.

¶ Concionalis, qui idoneus est ad concionandum, aut qui cõcionari consueuit, qualis hodie vulgo prædicator appellatur Curius. Cicer. Quod quidem si inter vos senes concionales vęnale præscripserit, egerit non multum.

¶ Concionatorius a. um. qd ad concionem pertinet. Gel. Ecce autem pro tibicina laconica tibia quoq; illis concionatorio in mentem venit, quam. C. Gracco cũ populo agente præisse ac præmonstrasse modulos ferunt.

¶ Cõcha genus piscis ex cancrorum genere. Conchæ & ostrea dicuntur firmioris testæ pisces. Cõchæ quę testã lęuem ac politam habent, siue vniformiter rugatam. Et testę ipsę duriores proprie cõchę dicũtur, quales sunt cochlearum atq; cõcharum. Oui. Ostrea quæ in cõchis tuta fuere suis. Colu. Implicatus cõchæ limax. Vnde vasis quoq; genus cõcauum ac superius patulum, a huius similitudine cõchæ, cõcham vocamus. Pli. Rursus tunditur, deinde lauatur in conchis siccaturq;. Alio nomine alueos & alueolos dicimus, & præsertim in longum porrectos ligno excauato, vt monoxyla. Est & cõcha genus vasis vinarij, in quod e dolio hauritur vinum. Iuue. Cum bibitur cõcha. Dicitur & cõchus. Aliquado cõcha ponitur pro tuba. Virg. lib. vij, Sed tum forte caua dum personat æquora concha.

ծ Oui. lib. i. Meta. Cæruleum tritona vocat conchaq; sonaq; inspirare iubet. His buccinis vtebantur Tritones q̃ erant tubicines neptuni. ծ Ser. hoc nomen a græco κόγχη trahit. Alij latinum putant, a cõcauitate deductum, atq; sine aspiratiõe scribũt. Aelianus aũt lib. ξ. ἔχει γλῶτταν τοιαύτην καὶ διακαυτικὸν ἕλκει ὅσα ἐσθίει καὶ διὰ ταύτης ἀδίσκεται Postea de margaritis scribit, κόγχη δὲ ἀφροδίτη ἱερὸν ἐστι καὶ τὰ κογχύλια λιαμέγισα ἐν τοῖς βαθέσι καὶ ἡδὺ οἴε. *. i. lingua habet qua trahit, qua esitat. & qua etiam capitur. Concha vero veneri consecratur, & maxima in taprobana apud Indos conchylia.

* Cõchæ cytheriacæ dicebantur quæ margaritas producebant, mulierum ornatui præcipue conuenientes, & ob id cytheriacæ dicebantur, quia Veneri gratæ. Mart. Lenioro conchis Galle cytheriacis. Vocantur alio nomine conchæ margaritiferæ. Cc.

¶ Conchus lapis quidam in concha pisce, qui a nonnullis vnio, ab alijs margarita siue perla dicitur.

¶ Cõchyle. penul. ꝑd. cõchilium genus piscis ex cõcharum genere. vt ait Pli. lib. ix. in mari Illyrico & medico, quẽ muricem & sarram & ostrum appellant, ex cuius incisa cõcha colligitur succus tingendis vestibus expetitus. Ex eo ei inficitur purpura, q̃ color austerus in glauco est, & irascenti similis mari. Vnde conchyliata vestis dicitur purpurea a conchylijs, Cice. in Philip. Conchyliata peristromata appellat quæ infecta erant succo conchyliorum. Ponitur quandoq; cõchylĩ pro ipso colore, sicut purpura murexq;. Plinius. Concharum ad purpuras & cõchylia eadem est materia. Item pro genere ipso concharum, a quibus nomen sumpsit, Idem Lingua purpurę longitudine digitali, qua pascitur perforando reliqua conchylia. Cruor conchylij siue muricis ostrum dicitur ab ostris Quapropter conchylium muricem ostrum in eadem significatione accipimus. Virg. Tyrioq; ardebat murice læua. Idẽ Vt gemma bibat, & sarrano dormiat ostro. Iuuena. Horum ego non fugiam conchilia, hoc est luxuriosas vestes & muricę infectas.

¶ Conchus fabæ genus siue edulium ex faba. Iuue. Cuius cõche tumes. Sunt qui dicãt esse fabam cum cortice suo elixam ad differentiam fabæ frixæ, quę sine cortice coquitur. a similitudine concharum, q̃ facto cortice velut implicita conchis suis caruncula videatur. Mart. Si spumat rubra conchis tibi pallida testa Lautorum cœnis sępe negare potes. Hui⁹ diminutiuum est conchicula.

¶ Cõcino is. pe. cor. cinui. centum. simul cano. Cice. lib. i. aca. Qui cum similitudine concinere maxime sibi videntur. Per translationem ponitur ꝑ cõuenire. Cõcinit enim qui cum sonat. Et sic cum datiuo construitur. Aug. Quędam exemplaria habent. Ecce generationem filiorum tuorum, cui cõcinui. i. cui congrui, cui accommodatus sum.

¶ Concento as. frequentatiuum est a concinio is.

¶ Concentor in decretis canonicis dicitur is, qui consonat & concinit canenti, sicut succentor, qui voce sublequens canendo respõdet. Præcentor qui vocem præmittit in cantu.

¶ Cõcentus us, simul cantus, cantus missus. i. symphonia & diuersarum modulatio vocum, vt cum e multis diuersis vocibus vnus efficitur sonus. Virg. lib. i. Geor. Hinc ille auium concentus in agris.

¶ Concinno as. per duplex nn. consentio, apte compono, & quasi conuenire facio, quod vernacula lingua dicimus cõciare accoutrer, vt pellis concinnata est ad calceos. Plauti. Auceps quando cõcinauit aream, escas effudit Hier. Lucernas cõcinnant, vel succendunt focum. A concinnus formatũ verbũ, qd ex con, & cinnus componitur. Cinnus autem potiõis genus est ex multis liquoribus confectum.

¶ Concinnus na. num. idẽ est quod cõpositus & ornatus, vt conninna oratio. i. cõpta & apte cõposita. Cõcinne composite cõueniẽter In quo esset sensu accipi põt Cõcine pe. cor. cõcino

¶ Cõcinnitudo cõuenientia. Cice. lib. ij. artis veteris. Splendoris & festiuitatis & concinnitudinis minimum.

¶ Concinnẽtia continentia. Sido. ad Cõsentium. Q̃d domicilium parietibus attollitur ad concinnentiam. ſ. architectonicam fabræ factis.

*Concipilo veteres vsurparunt ꝑ eo quod est, corripio & inuoluo. Cc.

ծ Cõcinnatitius. a. um. qd breuiter collectum, & apte situm est. Nam cõcinnare est apte conficere, & quasi in arctum bre-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uecꝙ colligere. Apul. lib. ij. Nam Milonis boni concinnatiũ mensulam rogatus accubueram.

¶ Concipio pis. pe. corre. simul capio, apprehendo. Vnde cõcipere mulieres dicuntur, quum genitale semen apprehenditur ad fœtum faciendum, & conceptus fœtus dum genitura coaluit. Et conceptio. Lactan. libr. iij. Quid ꝙ vxor põt esse communis, filius non potest qm̃ concipi non nisi ex vno nequeat esse est. Transfertur ad animum. Quintilia. Nec tantum cõcipere animo scelus potui. Hinc conceptus mentis dicuntur, q̃ comprehendimus & imaginamur. Et apud Geometras cõmunes animi conceptiones vocantur, quæ omnes tanq̃ manifesta & indubitata profitentur, vt omne tantum est maius sua parte. Et si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent inter se æqualia sunt. Interdum concipere est deliberare ac destinare. Sene. Iamdudũ animo conceperat, quid esset acturus. Vnde conceptum dicimus prædestinatum. Virgil. Aut tu bella acie conceptumq; excute fœdus. Interdum congregare, in vnum reducere. Col. lib. i. Ne quum a vertice torrens imbribus conceptus affluxerit fundamenta conuellat. Idem. Sed ampla stabula sic ordinentur, vt ne quis humor influere possit. & vt quisq; ibi conceptus fuerit, q̃ celerrime dilabatur, vt nec fundamenta parietum corrumpãtur, nec vngulę pecudum.

¶ Conceptio apud grammaticos schema est, cũ vnũ genus concipit, hoc est simul apprehendit, aliud genus, vel vna persona aliam.

¶ Cõceptus ta. tum. participium, quod apprehẽsum siue destinatum, ac congregatum est. Conceptus us. nomẽ qd & cõceptum, dicitur de ijs quę in vtero fœminę & in aõ fiunt.

¶ Conceptaculum aliter conceptabulum, quod aliquid continet, vt vena est conceptaculum sanguinis, id est in qua sanguis continetur.

¶ Conceptiuę ferię quę certis diebus quotannis obseruabãtur, vt Sementinę, & compitalitiæ.

ծ Concepta verba sunt quæ prout enunciantur ita perscribi solent, nec aliquid præponere dici fas est. Sæpe iusiurandum offerri solet conceptis verbis. Plau. in asina. Vbi verbis conceptis, quod aliud sciens periuratis.

⁎ Concito. Vide cito,

⁎ Conciuis. Vide ciuis.

¶ Conclamatum est, quod transactum & finitum est, vt cõclamata corpora, quæ nihil reliqui iam habent ad vitæ officia. Aut cõclamatũ est, id est satis deploratum, satisq; vociferatũ est. Luca. Corpora nondum conclamata iacẽt. Hinc tractum dicitur, ꝙ quũ vitalis spiritus intercluſus homines fallere soleat, aqua frigida ablui consueuerunt, & per interualla conclamari. In quo quum liberari nequirent, post vltimã conclamationem, quasi rebus desperatis cõburebantur.

¶ Conclaue. pe. ꝑd. neut. gen. & conclauis fœmi. gene locus secretior in interioribꝰ rectis vbi colloquia fieri solent. Habet ꝙ vnam clauem communem domesticis, ꝙ intra eum multa loca clausa sint adhærentia triclinio. Cicero conclaue triclinium interpretatus est. Hora. in Ser. currere per totum pauide conclaue magisq;. Et conclauia loca sunt quæ vna claue clauduntur. Hinc conclauatus locus dicitur vna claue clausus, a conclauo. as. cuius passiuum est conclauor. conclauium genus anuli est.

¶ Concludo. is. pe. ꝑdu. simul claudo, a quo conclusus anulꝰ dicitur. Per translationem concludere est perorare. id est orationem terminare. Vnde conclusio dicitur, quã Græci Epilogon, nostri mõperorationem, mõ cumulum vocant. Nam cumulus proprie aceruus est, & in conclusione omnia quasi i vnum aceruum colliguntur.

¶ Concorporo simul corporo, quod fit quum due pluresve res mistæ vnum quid efficiunt. Pli. Semper mulsum ex vetere vino facillimeq; cum melle concorporatur.

¶ Concors a coniunctione cordis dicitur, qui vnius cordis, siue vnius animi est. Inde concordia cõcorditas concorditer & concordo, quibus contraria sunt discors, discordia, discorditer & discordo.

¶ Concordia non solum quę discordię contraria est intelligitur vt apud Sal. Concordia parue res crescunt, discordia maximæ dilabuntur, sed etiam quæ dea a Romanis credita est, cuius templum non lõge a lacu curtio in palatino monte.

¶ Concordare est concordem esse. Teren. in Phor. Si cõcordabis cum illa habebis quæ tuam senectutem oblectet.

ծ Cõchõ, græci appellatvas, seu cauũ oculorũ auctor Iul. pol.

ծ Concredo, dis. Vide in dictione Credo.

ծ Concipulo. as. apud Neuiũ ponitur ꝑ corrũpo, & inuiolo

⁎ Concolor. Vide color.

¶ Cõcredo. as. pe. cor. persono. Et plus: est q̃ sono. Nã con ibi auctiuum est. Terẽ. Sed ostium concrepuit.

⁎ Concrescо. Vide cresco.

⁎ Cõcretũ cõglutinatum & coniunctum dicimus. Virgili. Multa diu concreta modis inolescere miris. Inde mare concretũ, quod distat ab insula Thule vnius diei nauigatione.

¶ Concubo. as. pen. cor. & cõcumbo. is. simul dormio, simul quiesco. Per translationem de re venere a dicitur, Vnde & cõcubinus & cõcubina, ꝙ simul cubent. Hinc & concubitus. us & cõcubitum. Aug. lib. v. de ciuita. dei. Nunquid & in conceptu vbi & vnum concubitum manifestum est, & tanta naturę vis, vt quum conciperet fœmina deinde alterũ concipere omnino non posset.

⁎ Concubitor, qui coit. Ce.

¶ Cõcubium a cõcubitu dormiendi causa dicitur. Et sunt cõcubia noctis primi somni, seu intempesta nox, quia tunc tempus agendi est nullum, ꝙ fere omnes cubent. Alij ab eo ꝙ siletur silentium noctis, quod Plautus conticinium vocat. Sisen. lib. iiij. histo. Ipsi legati cõcubia nocte oppido digressi iam supra hostium munitionem succedunt.

⁎ Conculco. Vide calco.

⁎ Concurro. Vide curro.

¶ Concutio concutis, concussi, concussum. Vide in dictione Quatio.

¶ Concupisco. is. Vide in dictione cupio. ծ Hinc concupiscẽtia quę est bonarum ęque ac malarũ rerum appetitus.

⁎ Cõdecoro honesto. penul. correpta. Producta vero orno, polito reddo,

ծ Cõdecet. Vide decet, ex quo condecens, condecenter, cõdicentia. Cc.

¶ Cõdemno. as. ex con & damno, significat iudico. Et construitur cum ablatiuo, vel genitiuo. Cice. Curioni. Quare si iniquus es in me iudex, cõdemnabo eodem ego te crimine. Idem Tironi. Etiam sceleris condemnat generum suum.

¶ Condico. is. pe. ꝑ. simul dico, simul determino, constituo. Iust. lib. iij. Nam inducias, quas proprio nomine cõdixerant, ex sociorum persona rumpebant. Vnde condictus, simul dictus, & ꝑmissus. Et condicere est repetere. Iulius. Si alienam rem mortis causa donauero, eaq; vsura parta sit, verus dñs eam condicere non põt. Item condicere ponitur pro contradicere. Plaut⁹. Hic scit posse sibi condici, si conualuerit donator. Item secundum Iureconsultos pro dicendo denuntiare, sed proprie q̃ actio datur in personam. Hier. in exo. Clamauit Moyses ad dominum ꝑ sponsione ranarum, quas condixerat Pharaoni. Suet. in Tibe. Cœnam a lege conduxit. ne qd ex consuetudine immutaret.

¶ Condictiũ quod in commune est dictũ. i. ꝑmissio seu pactũ inuicem factum. Hiero. in libro Geñ. Iuxta condictum reuertar ad te.

¶ Cõdictio & ꝑnuntiationem quandam & actionem significat. Est & cõdictio (vt docet Festius) in diem certum eius rei quæ agitur denuntiatio. Condicere enim prisca lingua est dicendo denuntiare.

¶ Conditio sine c. a condo is. fit, & pro fortuna ac forte fortuitarum, temporum, & rerum poni solet. Cicero. Omiseram conditionem administrandi consulatus. Augu. Ea temporũ cõditio erat vt ne conqueri quidem de iniurijs fas esset. Et apud Liuium legimus conditiones pacis oblatas esse. Et ho-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mo bonę conditionis dicitur qui in bona fortuna eſt hoc eſt qui dines eſt. Aliquando electionem & conuentionem denotat. Teren. Amatores Chryſidis tulerunt cõditionem, ſi vel let eis morẽ gerere ſe daturos illi pretiũ, ipſa vero accepit conditionẽ, id eſt pactioni promiſſionię conſenſit. Et apud Liuium legimus conditiones pacis oblatas.

* Cõdignum pro digno ab aliquibus vſurpatur. Cc.

¶ Condio is, diui, vel dij, ditum, pe, produ, ſapidũ facio, qđ fit cum epulę ſale aut pinguedine ſeu aromatibus condiunt. Iuue. Et quadringentis nummis condire guloſum Fictile. Hinc condimenta dicuntur quę ad condienda obſonia fiunt Cicero libro. iij. offici. Nam vt tribuamus aliquid voluptati condimenti. Hęc ſi per ſe ſint græco vocahulo ὄφον, dicit.

* Condiſco. Vide diſco

¶ Conditura, æ, idem quod condimentum. Hiero. contra Ioui. Porro ſi alimenta coquorum arte mutantur in melius, & fit aliquid ſuauius condituris, huiuſmodi cibi nõ naturę ſatiſ faciunt, ſed voluptati.

¶ Condylus pe, corre, iunctura & nodus articulorum in digitis, & eminẽs ſtricta in pugnum palma. Nam quattuor digiti, vt ſcribit Ariſtoteles, ternos habent cõdylos, pollex verõ duos Græci etiam condylon pugnũ vocãt, qui fit cõplicatis digitis in condylos & tuberculum. Vnde Plutarchus ſcribit eum quem Caſtor condylo percuſſiſſet ſtatim mortuum In cacozeliam incidit Martianus in primo. Caput illi virga cominuens eiſdẽ quibus fuerat eblandita ictib⁹ crebris, complicati ſq, in condylos digitis vulnerabat.

¶ Cõdyloma, atis, pe, produ. κονδύλωμα morb⁹, vt Iulius Polliux inquit, qui naſcitur circa coronam ani, ſiue podicis, tuberculum inſanabile. Et circa ſedem fiunt condylomata magna, ſed non laborioſa. Naſcuntur ex inflãmatione. Nec ſũt Hęmorrhoides, ſed eminentes tumores, nunc molles nũc duri, figura rotunda, & nihil eminentes. Sunt autem tria morborum genera, vt ſcribit Cęlſus libro ſexto quę anus recipit Primum morbum dicit eſſe Rhagada, quando pluribus locis cutis ſcinditur. Secundum Condyloma. Tertium Hęmorrhoides, quum ora venarum ſanguinem fundunt.

¶ Condo, dis, dídi, ditum, penul. cor. ſignificat in vnum interiorem locum ad cuſtodiam do, vt fit cum quẽpiam compeditum in carcerem condimus, & abſcondimus. Virgilius. Et nota conduntur in aluo. Plinius. Si libeat credere, vt ſub vna ficu turmę condantur equitum. Quandoq; conſtituo, edifico, quaſi ſimul do, vt Troiani Romam condiderunt. Et Cice. multos libros cõdidit. Hinc incõditus pro inornato incompoſito. Quandoq; repono. Pli. Formicę condunt eſtate fructus, quibus hyeme fruantur. Quãdoq; compono. Pliniꝰ. Opus condidit perpetuo omnibus legendum. Quãdoq; recondo ſepelio. Idem. Poſt conditum monumento corpus. Quãdoq; potior. Virgilius libro. vij. Optato conduntur tibridis alueo. Huius verbi compoſita ſunt abſcondo, & recondo.

¶ Cõditor. pe cor. qui aliquid facit. Conditor penul. ꝓducta a condio. is. qui fercula condit.

¶ Condulus, & Cõdalius annulus. Pli. Id græci a digitis condulum quoq;, & condalium annulum dixerunt qđ in illo digitus recondatur forte inſtrumentum quo ſutores vtuntur ne digitos offendant. Plaut. in tri. Inter eos ne homines condalium redipiſci poſtulas. Hunc etiam ſymbolum & vngulum priſci dixerunt.

¶ Cõditaneũ, mõ a condẽdo, mõ a cõdiendo fit, ſignificatq; qđ cõdi vel condiri põt, vnde apud Varro. Conditanea oleam in agro craſſo, & calido maxime ſerere conuenit.

¶ Conditorium a condendo ſepulchrũ dicitur. Plin. Tã rara in amicis fides, tam parata obliuio mortuorum, vt ipſi nobis debeamus conditoria conſtruere, omniaq; hęredum officia præſumere. Suetonius appellat conditorium illũ alueolũ & loculamentum, in quo reconditum erat corpus Alexandri magni, quod aureum erat Ammianus vocat conditorium muralium tormentorum repoſitorium machinarum. Petronius arbiter accipit pro ſepulchri repoſitorio quum ait. In conditorium etiam proſecuta eſt defunctum, poſitumq; ĩ hypogæo græco more corpus cuſtodire cœpit Hypogæa enim Græci dicunt ſubterranea.

¶ Conditius. a. um. qđ conditum eſt & ſeruatũ. Columel. lib. ix. de columbis. Duobus aut tribus mẽſibus acceptãt cõditia cibaria, cęteris ſeipſas paſcũt ſeminibus agreſtibus.

¶ Conditiuus. a. um. quod apte cõdi põt. Varro lib. i. de re ruſtica. Cõditiua mala ſtructea cotonia ſcantiana ſcandiana muſtea in loco arido & frigido ſu prapoſita palea ſeruare recte putant. Aliqñ conditiuum dicitur quod conditum & ſeruatũ eſt. Col. li. viij. Itaq; mane priuſq; ꝓcedant in paſcua cõditiuis cibis ſuſtinendę ſunt ne ĩmaturis herbis citetur aluus.

¶ Cõdocefacio, inſtruo Cice. li. v. Tuſcu. Nemo eſt enim qui eorum bonorum animum putet eſſe iudicem eũq; condoce faciat, vt ea quę bona mala ve audiantur poſſit contẽnere.

* Condoleo. Vide doleo.

* Cõdono, a quo condonatio. Vide dono.

* Cõdris herba eſt, quam nonnulli pſeudo dyctamum vocant, & fere vbiq; creſcit dyctamo folio ſimili, ramulis minoribus. Cc.

¶ Cõduco, ducis, penultima ꝓduct. ſimul duco, vel pro ſimplici ponitur. Plautus in Epi. Mane me iuſſit ſenex conducere aliquam fidicinam ſibi huc domum. Interdum ſignificat aliquid prerio accipio, quod vulgo dicitur affricto, ſeu ad appẽſionem, vel ad militiam ſumo Cice. Tyro. Huic ergo locũ in proximo conduxit. Plau. in Pſeu. Quantulo argenti re cõduxit pſeudolus? Interdum colligo cõgrego. Varro. Mane ſuſcitat roſtra, populũ in foro cõducit. Interdum emo. Plau. Cædendũ cõduxi ego illum. Interdũ cõuerto. Lucil. Et virtute tua & claris conducere chartis. In tertia aũt perſona vel infinito ſignificat vtile eſſe. Et ſi de hoie loquamur cum datiuo tantum conſtruitur. Colu. lib. i. Nam id minime cõducit agricolæ. Si autem dere alia tunc quandoq; datiuum exigit Plautus in capti. Vt potiſſimum quod in rem recte cõducat tuam id petam, id ꝓſequar q̃ corde animo atq; viribus. Et iterum ibi. Nam ſi ea memorem, quę ad ventris victum conducunt, mora eſt. Cice. Lentu. Et reipublicæ rationibus putẽ conducere. A conduco fit participium conductus, a, um. & conductus. us. nomen.

¶ Conducibile, quod vtile eſt. Plau. in Bac. Non ego iſtuc facinus mihi conducile eſſe arbitror. Põt etiam dici conducibile, quod conduci poteſt,

¶ Cõductitius a. ũ, qđ cõduci ſolet, vel cõducit, ſiue ex eorũ numero eſt quę conducũtur. Plau. in Epi. Sed vna me res turbat ratio q; apocidi quomõ oſtendam fidicinam aliquam cõductitiam. Conductitia domus tamen dicitur, quę conducta eſt. Sic conductitia opera dicitur mercenaria, quæ conducta eſt. Var. Oms hi agri coluntur hominibus ſeruis aut liberis, aut vtriſq;. Liberis autem cum ipſi colunt, vt plęriq; pauperculi cum ſua progenie aut mercenarijs & conductitijs operis liberorum.

* Conduplico. Vide duplico.

¶ Confarreacio Quęre in dictione diffarreatio, a confarreo. Apul. formauit participium cõfarreaturus. Talis inquit mulieres publicitus matrimonium confarreaturus.

¶ Confero pe. corre. ſimul pono. Cũ ἐλληνισί φέρω φέρεις καὶ φορεω φορῶ. Cicero libro tertio offi. Omnes curas cogitationeſq; meas cõferebã, ponitur aliquãdo pro conſero. Virg. li. ix. Ergo etſi conferre manũ pudor iraq; monſtrat. Quãdoq; pro tribuo. Ambro. Magna fœmina, quæ multo amplius inuenit, quod imperatori conferret, q̃ quod ab imperatore acciperet. Quãdoq; pro contollo. Virg. Et conferre gradum & ꝓcedere longius audet. Quãdoq; pro diſputo ſeu in cõparationẽ deduco. Hierony. in prolo. Paral. Quandoq; authorem qui apud hebræos in admirationibus habebatur aſſumpſi et contuli cum eo a vertice (vt aiunt) vſq; ad extremũ vnguẽ Et ſic confirmatus auſus ſum facere quod iubebatis. Et dicimus confero te illi, & cum illo. Ouid. Confer amycleis medi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

carum vulnus aheneis Murice cum tyrio turpius illud erit. Quandoq; pro paro, dispono. Plau. in Curg. Ita tuum cons ferto amare semper si sapis, ne id quod ames populus si sciat tibi sit probro. Quandoq; pro impono injicio, Idem in Am. Ne posterius in me culpam cõferas. Quãdoq; pro facio. Teren. in Heau. Syrus cum illo vestro consusurrat conferuntq; consilia adolescentes. id est simul faciunt. Quãdoq; ꝓ coniungo. Cicero, ad Octa. Nam vt ordiar a principio, & perducã ad extremũ, & nouissima conferam primis. Quandoq; pro transfero, traduco. Terent. in Eunu. Metuet semper quẽ ipsa nunc capit fructum nequãdo iratus tu alio conferas. Idẽ ibi. Vsq; adeo ego illius ferre possum ineptias & magnifica verba, verba dum sint. Verum enim si ad rem conferentur vas pulabit. i. deducentur. Quandoq; ꝓ contra fero. Liui. libro. i. Aliquoties latinus exercitus cõminus cum Romanis signa contulerat. Quandoq; valeo seu prosum. Col. lib. i. Cæterũ ad æstiuos temperandos calores plurimũ conferunt saliẽtes riui. Conferre in pauca est cõdudere inquit Cice. libr. iij. offi. Conferre verba in pauca est reducere. Plautus. Nunc verba in pauca conferam. Col. lib. i. Sitq; vtriq; proximũ horreum quo conferatur rusticum instrumentum, id est in vnum reducatur. Et conferre donare, vt multa contuli in Catonẽ. i. multa dona ui Catoni. Similiter conferre ire, vt cõtuli me domum, & contuli me ad Catonem.

¶ Confercio, is, ex con & farcio sumitur pro cõpleo. Cicer. in Cati. Vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, vnguẽtis obliti. Inde confertus, ta, tum, a quo confertissimus ꝓ frequentissimus siue creberrimus. Liui. lib. ij. In cõfertissima turba prope regium tribunal constitit.

ȣ Cõfiscare est in publici ærarij ius redigere. Vide in fiscus.

*Conferuam hærbã vocant a conferminando, quę in aquis dulcibus nascitur. Spongia verius aquarũ, q̃ muscus. aut hęrba villosę densitatis ac fistulosę. Cc.

¶ Conficio, is, pe, cor, finio, perficio. Cicero. Nã si hoc expectandum sit dum totum bellum conficiam. Et in passiua voce vt Vir inops fame, frigore, dolore conficitur, hoc est cõsumitur & fere perit. Cicero. Plagis confectũ ante oculos tuos cecidisse. Lactanti. lib. ij. pro destruo siue occido posuit. Ignis quidem permisceri cum aqua non potest, quia sunt vtraq; inimica. Et si cõminus venerint alterutrum quod superauerit, conficiat alterum necesse est. Idem ibi. Quum Annibal duos exercitus populi Romani astu & virtute confecit. Et hoc est ex vi præpositionis con quæ in bonam & in malam partem accipi solet vt conficere pro perficere, & pro consauciando trucidare. Inde confectores ferarum. Sueto. in Tito. Nouissima Hierosolymorum oppugnatione. xij. propugnatores testidem sagittarum confecit ictibus. Item conficere est facere. Teren. in Phor. Bonas me absente hic confecistis nuptias. Item explicare. Cicero. libro secũdo. offi. Honestatis pars confecta est, quam tibi cupio esse notissimam. Item exequi, vt apud eundem. Si me amas confice, quãcũq; ei fidem dederis præstabo. Item colligere. Per magnam (inquit idem in Verrem) dices ex illa te pecuniam confici posse. Item frangere. Plinius Nucem dentibus conficere ac plagæ imponere. Item consumere. Terenti. Qui cum hic non videant me credant confi cere argentum suum. Cicero, nec me languoribus dedi, quibus essem confectus. Item simul facere. Cice. Confeci quę iussi omnia. Festus. Confecerunt vna fecerunt. Lactan. libr. ij. quomodo põt ex multorum deorum aceruo vnus deus cõficit. Confectus etiam defectus dicitur. Cicero lib. ij. offi. Nec me languoribus dedi quibus essem confectus.

ȣ Confio, is, Vide in dictione fio.

¶ Confido, is, pe. pro, credo & fertus sum. Et tum de prẽterito, tum de præsenti, tum de futuro tempore dicitur. De prẽterito Cicero. Q m̃ ꝓbatam rõnẽ officij mei vobis esse confido. De p̃senti idẽ. Q q̃ a Cratippo nostro principe huius memorię philosophorum hæc tibi assidue audire cõfido. De futuro vt apud eundem. Ita fere confidimus. Et dicim⁹ cõfido tibi, & in te. Virg. Et afflictis melius confidere reb⁹. Aliquã do confidere significat audere quod & in bonã & in malam partem accipitur. In bonã Cice. lib. iij. de legibus. Vir excellens & fortis confidere sibi debet & suæ vitæ, & actæ, & consequenti. In malã etiã accipitur. Vnde confidentem dicimus qui leges iuraq; cõtemnit, & nihil timet. Quãobrẽ ꝓ temerario imprudenti & improbo poni consueuit, Terẽ. in Phor. Homo cõfidens q illũ dij oẽs perdant. Qui fortis est idem fidens quoniã cõfidens mala consuetudine loquendi vitio ponitur. Virg. Nã quis te iuuenum confidẽtissime nostras Iussit adire domos? Hinc confidentia, quę sicut docet Donatus est audacia cum improbitate. Teren. in And. O ingentẽ cõfidentiã. Aliquando tamen cõfidens ponitur pro constanti & graui Idem ibi. Nescio quis senex venit modo ellũ cõfidens. Dona confidentem ꝓ constanti nõ mala significatione posuit, & confidentia, constãtia, duritia, patientia. Plaut. in Aulu. Scapularũ cõfidẽtia virtute vlmorũ fręti. Et confidenter cõstanter. Plau. Quę non deliquit decet audacẽ esse confidẽter. Quãdoq; etiã temerarie. Accius. Qui in puellæ domũ tam confidenter irrupit.

* Configo. Quære figo.

* Confingo. Vide Fingo.

¶ Confiteor, eris, ssus, verbũ cõe simul aut totum simul fateor seu affirmo. In significatione actiua. Lactan. lib. v. Vt docet quibus pœnis affici oportet, qui se cultores dei confitereñ tur. In passiua, vt in Gorgonio martyre legitur. Vt quid in illo crimẽ inducitur, quod a nobis oĩbus confitetur. Duobꝰ alijs modis apud sacras literas capitur confiteri. Est enim cõfessio laudantis, seu gratias agentis. Est & confessio gemẽtis. Cõfessio laudantis ad honorẽ pertinet eius, qui laudatur. Cõfessio gemẽtis ad pœnitentiam pertinet eius, qui confitetur. Confitentur enim hoĩes, quum laudant deũ, confitẽtur quũ accusant se. Sed quũ ad pœnitentiã refertur cũ accusatiuo cõstruitur, & quãdoq; cũ datiuo vltra accusatiuum. vt in psalmis. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meã domino Quum autẽ ad laudẽ seu gratiarũ actionẽ datiuũ exigit, vt est illud Confiteor tibi rex cœli & terræ. Solet assignari differentia inter cõfiteri, & ꝓfiteri, q illud necessitatis, hoc voluntatis. Cicero ꝓ Manilio. Hoc ego non solum confiteor, verũ etiam profiteor. * est palam fateor & prędico.

¶ Confessor proprie qui confitetur rogatus, non qui alteri⁹ peccata audit.

* Confixio a configo. Cc.

* Cõflacceſco a conflacceo. Vide Flacceo. Cc.

* Cõflagro. Vide flagro, ex quo cõflagratio. Cc.

¶ Conflare simul flare. quod proprie dicuntur venti facere cum sunt diuersi. Interdum est sufflare. Pli. Philiscus officiũ pinxit pictoris ignem conflante puero. Interdũ signare, quia hoc non nisi conflato igne fieri potest, vnde conflatam pecuniam dicimus hoc est signatam. Interdum concitare, contrahere. Et vt plurimum de malis dicitur. Dicimus enim Tu tibi hodie conflasti inuidiam, inimicitias, odium Sal. Magnam illi inuidiam conflauerant vsq; adeo vt non nulli equites populi Romani, qui præsidij causa cum telis erant circum ædem Concordię. Dicimus quoq; Mihi conflaui æs alienũ, quod est feci me debitorem alienæ pecuniæ. Idem. Alienum æs graue conflauerat quo flagitium aut facinus redimeret. Idem dicitur pro contraho, quibus correspondet Dissoluo æs alienum, quod est æs alienum quod conflaueram restituo. Quinti. Non ego æs alienum luxuria contraxi. Cicero. Patri persuasi, vt æs alienum filij dissolueret. Interdum congregare. Lact. libro secundo. Ita conflaui ex his omnibus populũ. Interdũ cõficere, creare. Idem lib. vij. Et quicquid est in hoc opere mundi conflauit ac perfecit ex nihilo. Virgi. libr. i. Georgi. Et curuę rigidum falces conflantur in ensem hoc est cuduntur, fabricantur.

¶ Conflages pe, prodi, dicuntur loca, in quę diuersi cõfluũt venti, a conflo, as.

¶ Conflatile pe, cor, quod conflando factum est. Hiero. i exodo. Fecerunt sibi vitulum conflatilem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Confinis.pe.pro qui simul finit. Vnde confines agros dicimus, qui eodē loco finiunt. Vide in dictione finis.

¶ Confinium idem quod confinis. Colu. libro quarto. Medio cuias in dilectione loci maxime probatur, quoniam in confinio boni mali q; posita est. Lactantius. Ex quorū confinio nasus exoriens, equali ponectus iugo vtrāq; aciem simul & discernit & munit. O.

¶ Confligo.is.pe.pro.ango, pugno, quum dimicando homines se inuicem sternūt. Salustius. Optimum factu ratus in tali fortunam belli tentare statuit cum Antonio q̄ primū cōfligere. Hinc.

¶ Conflicto.as. quod est frequenter pugno. percutio. simul affligo. Cicero libro secundo ad Here. Malo magno est hominibus quantia. idcirco q; homines magnis & multis incōmodis conflictantur, hoc est concutiuntur, concertant, vexantur.

¶ Conflictor deponens. Teren. in Andria. Nam qui cum ingenijs conflictatur huiusmodi. i. atteritur.

¶ Confluere, concurrere, conuenire, & proprie de riuis dicitur q̄is in alia transferatur. Apul. Plerīq; qui ad mercatum cōfluxerāt interuenere. Plautus. in Epi. Id ego experior cui multa in vnum confluunt, quę meum pectus pulsant. Hinc confluxus, & confluuium, quo multi riui simul fluunt. Confluuium, quod simul fluit.

¶ Confluges pe. producta, loca sunt, in quæ riui diuersi defluunt.

¶ Confarreatus dicebatur, quæ cum omni fœtu adhibebat ad sacrificium. Cc.

* Cōfōdusti apud veteres dicebantur fœdere cōiuncti. Cc.

* Confodio, a quo confossor & confossio. Quære in Fodio. Cc.

* Conforio. Vide Forio.

¶ Conforme quod est eiusdem formæ. Ambro. libro. i. offi. Vt quod habes largiaris pauperi, & cōsortem & conformē tuum adiuues. Per translationem sumitur pro cōuenienti & congruo. Vnde conformo, mas, conuenio, adapto, vt apud apostolum. Nolite conformari huic sęculo.

¶ Conforto, as, & conforor passiuum. Hierony. lib. ij. Regū Confortabellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, quod est animā & accende. Et illud. Confortare & esto robustus.

* Confoueo. Vide Foueo.

* Confringo. Vide Frango.

* Confugio, confugium, confugela. Vide Fugio.

¶ Cōfundo, perturbo, & ea in vnū misceo. Aliq̄ cōfundere est terrere. Liui. lib. vj. Cōfusam eam ex recenti morsu animi, cum pater forte vidisset. Vide in dictione fundo.

¶ Confuto as. pe. cor. ex con & futo redarguo. Vnde cōfutatio significat cōfundo, interdū opprimo, conuinco, conficio, Teren. in Phor. Cōfutauit verbis admodū iratum patrem. Et est cōfutatio (vt ait Cice. ac Heren) cōtrariorū horū dissolutio. Et cōfutare cōpouere. Titi. Coquus magnū ahenū, q̄n feruit paula confutat trua.

* Cōgedus amnis est iuxta bilbilim, qui per agri planiciem fluens exiguum lacum efficit, tepentibus aquis, qui erumpit in Bilbilim, Cc.

* Cōgelo. Vide gelo, ex quo cōgelatio cōgelefacio. Cc.

* Congemino. Vide gemino.

* Congenero. Vide genero.

* Congenulare est genu replicato cadere, vel genibus flecti. Cęcil. Ipse regis ferit pectus aduersum congenulat percussu dęcrit dominum. Cc.

* Cōgerminasco a congermino. Vide germino.

¶ Congrus, & conger. vtroq; modo dicitur. p quodā piscis genere.

¶ Congero.is.pe. cor. cōgrego & coaceruo. Tib. Diuitias alius fuluo sibi congerat auro. Hinc cōgestiuus. a. um. quod cōgestum est. Col. li. ij. Nō deterius tamē etiam pinguibus harenis vel congestitia humo prouenium.

¶ Congius mēsurę genus capax sex sextariorum, vt inquit Priscianus. Et est pars amphorę. congius enim quum deest efficit quidem vnę sed iustę mensurę amphora, sed quum accedit & additum non ille vnus facit amphoram, sed supplet.

¶ Congiarium munus imperatorium siue donatio imperatoria, vt scribit Seneca. libr. iij. de benefi. Hoc donabatur populus, sicut donatiuo milites donabantur. Sic Plinius in Panegyrico laudat Traianum, q̄ congiarū populo dedisset, quo locupletatę sunt tribus, quum donatiuum milites accepissent. Huius congiarij diuersę fuerunt summę. Tiberius em congiarium populo trecentos nummos viritim dedit, Caligula congiarium populo bis dedit tricenis sestertijs. Nero quadragenos nummos populo diuisit. Est & congiarium mensurę genus, vt apud Paulum iureconsultum. Quintilianus libro sexto. Congiarium cōmune est liberalitas atq; mensurę.

¶ Cōglobo. as. penultima correpta ia globus fit, significatq; coaduno. Hieronym⁹. lib. ij. Re. Et cōglobati in vnū cuneum steterunt in summa rate tumuli. Hinc. cōglobatim aduerbiū quod significat p globos. Aug. lib. vi. cōfes. Ipsa occurrebāt vndiq; aceruatim, & conglobatim.

* Conglutino. Vide glutino.

¶ Cōgratulor. vnde congratulator. Vide gratulor.

¶ Congredior simul gradior. Varro. Omnesq; in vnam domum congressi simul discubuere. Ambros. libro. offi. Qui sapientibus congreditur, sapiens erit. Et congredi est ad obsistendum vel pugnandum vel disputandum ire. Gel. Quitter cū hoste cōgressus victor redijt. Vñ & cōgressus pro pugna Sallu. Multi eo congressu perierunt.

* Congrego. Vide grego.

¶ Congruo, is, grui, conuenio. Tractum a gruibus, quæ non segregantur siue cum volant, siue cum pascunt. Plautus in Curg. Sane illi inter se congruunt concorditer. Vnde congruum & incongruum, congruens, & incongruens. Lactā. lib. ij. Est autem peruersum & incongruens. vt simulachrum hominis a simulachro dei colatur.

¶ Conijcio.is. penultima correpta, a con & iacio multis accōmodatur significationibus. Cice. M. Cælio. Sin se in intimum conijcere vellent non satis commode calciati & vestiti id facere possent. Item ibi. Atq; illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse. Sal. Ex eo numero complures. Q. Metellus celer prętor ex senatusconsulto causa cognita in vincula coniecerat. Plautus in Epidi. Orna te epidice & palliolum tuum in collum conijce. Terentius in Heaut. Hæc vbi aperuit ostium continuo hic se coniecit intro. Et ibi. Syre mi obsecro ne me in lætitiam frustra conijcias. Et in Phormio. Hic me conijcerem protinus in pedes. In quibus significatio est, quod vernacula lingua dicimus butare. Interdum in hoc verbo con auget, vt sit conijcere simul vel omnes facere. Liuius libro secundo. Clamore subito vndiq; in vnum hostem tela conijciunt. Cęsar libro primo. Pro vallo carros obiecerant, & eloco superiore in nostros venientes tela conijciebant. Per translationem vero significat interpretari, cogitare, colligere, diuinare. Idcireo tum non exigat accusatiuum cum prępositione, sed naturali contentum est, neq; tamen a prima significatione alienum. Nam cum quis aliquid conijcit. id est simul iacit, confert quæ agenda sunt, & sic cogitat & colligit & interpretatur. diuinatq; quid agere debeat. Terentius in Phor. Tu conijcito cętera. Et in Eu. Quid illud mali est nequeo satis mirari, neq; conijcere. Plautus in Cur. Mane sis dum huic conijcio somnium. Pro diuinare Cicero posuit libro de diuini. Num igitur aut aruspex aut augur aut vates quis aut somnians melius coniecerit, aut ex morbo euasurum, aut ęgrotum, ex periculo hauem, aut ex insidijs exercitum q̄ medicus, q̄ gubernator, q̄ Imperator.

¶ Cōiecto.as. frequētatiuū, existimo, iudico. Terē. in Eu. Neq; scio quid dicam aut quid coniectem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Coniector interpres ſomniorum & omnium, a coniectura hoc eſt directione quadam rationis ad veritatem. Cice. Defert ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti cubicularis Hieron. in prolo. lib. xij. Interroga quē libet hebræorum cui magis debeas accommodare fidem. Et ſi noſtra firmauerit puto ꝙ eum non eſtimes coniectorē, vt in eodem loco ſimiliter diuinaret.

¶ Coniectus us. directio quædam rationis ad veritatem, a quo dicta eſt cōiectura.

ō Coniectura, vt ait Pſeu. eſt rei latentis indicium, & eſt id, quod qs per rationes, & ſigna, & tempora, & hmōi cōſcit. i. cogitat, & colligit. Cice. Cornifi. Quantum copiarū haberes cui ipſe cōiectura cōſequi poteram, tum ex lris tuis cognoui. Quinti. lib. vij. Coniectura dicta eſt a cōiectu, i. directione quadam rationis ad veritatem. Vñ etiam ſomniorū, atꝙ omnium interpretes cōiectores vocamus.

¶ Coniecturale adiectiuum quod per coniecturā colligitur & proponitur. Cic. libro primo ad Heren. Coniecturalis eſt cū de facto controuerſia eſt. Hoc modo Aiax in ſilua poſtq reſcituit quæ feciſſet, per inſaniam gladio incubuit. Vlyſſes interuenit, occiſum conſpicatur, corpore telum cruentum educit, teucer interuenit, vbi fratrem occiſum & inimicū fratris ſ cū gladio cruentato videt capitis accerſit. Hic quoniā coniectura verū quęritur, de facto erit cōtrouerſia, & ex eo conſtitutio cauſe coniecturalis nominatur.

¶ Coiectarium efficax atꝙ perfectum. Cic. Illud vero mihimet coniectarium.

⁎ Conifera arbor dicitur quę conos fert hoc eſt nuces pineis ſimiles. Ouid. Et coniferæ cypariſſi. Cc.

⁎ Coniferos vocabant græci qui in hacchi exercitu dum in Indiam proficiſceretur thyrſos ferebāt, ꝙ thyrſi pineę nucis ſpeciem habeant. Cc.

¶ Conium genus hærbę noxium quę cum tritico naſcitur. Amb. Cū tritici coniī quid inter alimenta vitæ noxium reperitur. Et niſi præciſum fuerit cōſueuit ſalutī nocere. Et paulo poſt. Sturni veſcuntur conio, qm̄ qualiter ſui corporis venenum ſucci letalis euadunt.

¶ Coniugo. as. penul. cor. ſimul iugo quaſi in vnum iugum iungo. Vnde coniugatio in verbis dicta eſt apud grammaticos, ꝙ ſibi ad vnum ſonum multa coniungat & quaſi vno iugo aſtringat. Cice. in Cato. ꝓprie dixit. Adminiculorū ordines capitum cōiugatio & religatio & ꝓpagatio vitiū ſarmentorum. Cōiugata apud rethores ſunt quæ ab vno genere veluti iugo flectuntur, vt a iuſtitia iuſtus iuſte iuſtiū. Hinc locum a coniugatis dicimus cum ita argumentamur. Si riſus gaudium eſt, ergo & ridere gaudere.

¶ Coniunx ſecundum Priſcianum, & coniux ſine n ſecundū Phocam a coniugo as. abiecta go ſyllaba & addita x. Iugum enim inſtrumentum eſt, quo boues iugantur. id eſt iungunt. Vnde iugari dicimus qui maritali iugo inſtat boum colla ſubijciunt. Hora. Diua producas ſobolem patrumq; proſperes decreta ſuper iugandis fœminis, prolisq; nouæ feraci lege marita. Fœdera quoq; matrimonij vincula iugalia dicuntur.

⁎ Coniugalem torum dicimus in quo nuptæ ſunt. Cc.

⁎ Coniugus. a. um. quod coniungit. Cc.

¶ Coniugium matrimonium. Virgilius. Cōiugio iungā ſtabili propriamq; dicabo.

¶ Coniungo. is. xi. ctum. copulo. Tractum a iugo. Inde coniunctura, cōiunctio, coniunctiuus. ua. um. & coniunctim.

¶ Cōiuro. as. penultima ꝓducta, quaſi contra iuro, frequenter in malum dicitur, ſicut & cōſpiro. Salluſt. Sed ante cōiurauere pauci in quibus Catilina fuerat. Terent. Quę eſt hęc coniuratio, vt omnes mulieres eadem æque ſrudeant? In bonū, cum honeſta cauſa fit. Vnde Mutius Sceuola. Trecenti inquit cōiurauimus principes iuuentutis Romanę, vt in te hac via graſſaremur. Hora. Coniurat amicæ.

⁎ Connato ſimul nato vide Nato.

⁎ Connecto vide Necto. inde connexio.

⁎ Connexum pedis pars ſuperior. Sed videndum eſt ne legatur conuexum de quo infra.

⁎ Cōniueo. es. & cōniuio is. iui. vel xi. ctum Cōniuere eſt oculos genis integere. Plin. lib. xi. Grauiores alitū inferiore gena cōniuent. Idem, Columbæ & ſimilia vtraq; gena cōniuent. Tranſfertur etiam ad alia. Gel. lib. xv. dixit cōniuere cauavē tris & ſtomachi. ꝓ ſtipari claudi & cōtrahi. Hīc cōniuere qua ſi ꝓ tranſire & nō videre ponitur quādoq;. Cice. in Phil. Quibuſdā in rebus etiam cōniueo. Idē ꝓ Cęlio. Proh. dij immortales cur interdum cōniuetis in hominum ſcelerib⁹ maximis? Sueto. in Cæſ. Delicta neq; obſeruabat omnia, neq; ꝓ mō exequebatur, ſed deſertorum, ac ſeditioſorum inquiſitor, ac punitor accerrimus cōniuebat in cæteris. id eſt reliqua vitia oculis veluti clauſis pręteribat tanq; diſſimulanter illa contueretur. Habet hoc verbum ny ſyllabā productam. Silius. Conniuent ſolemq; pauent deprendere viſu.

⁎ Conno ſimul no vide Connato.

⁎ Connudo vide nodo.

⁎ Connubo vide Nubo.

¶ Cōnubium ius legitimi matrimonij a nubo, cuius prima, ꝓducitur. Cum in connubio quandoq; propter metri neceſſitatē corripiat. Virgilius cōnubio iungā ſtabili. Eſt em̄ Siſtole.

⁎ Conoides cupreſſus fœmina dr̄, quæ in faſtigiū cōuoluit.

⁎ Connumero vide Numero.

¶ Conon nomen proprium Athenienſis ducis qui Lacedæmonios ꝓfligauit, & Athenas in priſtinā libertatem reſtituit Fuit & alius conō Samius aſtrologus. de quo Proper. Me creat architę ſoboles babylonius orops. Oron & a ꝓauo ducta conone domus, ō Hic. vij. lib. de aſtrologia edidit.

¶ Conopœum cum œ diph. tentoriū ſeu velum & papilio il le lineus vel laneus ſeu bōbycinus qui toro circūdatur ad arcendum culices. quo maxime vtuntur alexandrini, ꝙ eo ex nilo culices confluant, quos græci κωνωπας dicūt. Prop. lib. tertio. Fœdaq; Trapeio conopœo tendere ſaxo. Suidas κωνώπιον πόλις. καὶ κώνωψ θηλυκῶς προσ ἀριſοφάνει ευπολιδι τὸ εἶδος ὑφ' ὗ τασ ⁎ Id eſt conope vrbs & conops. fœmine apud Ariſtophanem in Pluto ſpecies muſcæ.

⁎ Conquaſſo vide Quaſſo. ⁎ Conqueror vide Queror.

¶ Conquiniſco, is, conqexi, caput inclino. Vide in dictione Ocquiniſco.

⁎ Conquiro vide Quæro.

⁎ Conregione veteres pro Eregione dixerunt. Cc.

¶ Conſalutare eſt, vltro citroq; ſalutationem dare. Cicer. lib. de orat. Qui cum inter ſe vt ipſorum vſus ferebat amiciſſime conſaluta ſſent.

¶ Conſanguine dicuntur qui ſanguine inter ſe cōnexi ſunt.

⁎ Cōſanguinitas ipſa coniunctio. Cc.

⁎ Conſcendo a quo conſcenſus vide Scando.

¶ Conſcius ꝓprie qui rem ſcit. Cice. M. Rutilio. cum & mihi cōſcius eſſem, quantitate facerem. Nonius tamen de verborum differentijs ait. Scius ſecum, conſcius eam alio ſcius eſt. Licet conſcium indifferenter legamus. Salluſtius. Populares conſcios ſceleris ſui.

¶ Conſcientia ſcientia. Cicero. Nulla re tam lætari ſolco q officiorum meorum conſcientia.

¶ Conſciſco. is. conſentio, ſiue ſciens conſentienſq; infero. Cicero Mario. Mortem mihi cur conſciſcerem cauſa nō eſt viſa, cur oprarem multæ. Aliquando Conſciſcere eſt propter conſenſus, ſiue conſcientiæ effectum conſtituere aut decernere. Liuius libro primo. Cenſuit, conſenſit conſciuit, vt bellum cum priſcis latinis fieret. Nec mirum. Scio enim ſiue ſciſco decerno ſignificat. Plautus in Gurgu. Rogationes plurimas propter vos populus ſciuit, quas vos rogaras rumpitis. Cicero libro tertio officiorum. Durius etiam Athenienſes ſciuerunt, vt æginetis qui claſſe valebant pollices præciderentur. Hinc ſcitum ſtatutum, ſiue decretum. Liuius libro primo. Cætera quoq; omnia publica priuataq; ſacra pontificis ſciris ſubiecit. Inde plæbi ſcitum plæbis decretum. Cicero libro primo ad Heren-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nium. In rem confertur, vt si quis ex testamento, quod facere iussus est ex plebiscito vtetur. Per translationem conscisce re ponitur pro contrahere. Columel. lib. viij. Diligensq; pastor stabulum quotidie conuertit, nec patitur stercus humorem conscisce lutumve capris inimica. Sciendum est q̃ cõscisco, ascisco, descisco, prescisco, & rescisco faciunt; preterita in, iui, sicut eorum primitiua, vt Priscianus quoq; deascisco, & descisco sentire videtur. Et cõscio quidem descio & rescio raro sũt in vsu, sed magis cõscisco, descisco, & rescisco. Ascio & prescio inueniũtur, quis ascio non ita frequenter, sicut prescio, ascisco, & præscisco, licet magis ascisco, q̃ præscisco, eo q̃ ascio minus in vsu sit. Præscio vero magis. Cum ergo] consciscó, descisco, & rescisco vsurpentur, non mirum est, si conscio, descio, & rescio, bosoluerunt, quoniam fere superfluum esset in eadem significatione vtraq; haberi. E diuerso autem scio sepissime reperitur, & non sciscó. Apud Plaut. tamen legitur sciscam in Amphitrione. Ocyus accurro, vt sciscã quid velit. Prescio in vsu est. Prescisco minus. Verg. lib. iiij. Gcor. Continuoq; animos vulgi, trepidantia bello. Corda licet lõge prescisce re. Ascio apud Col. in prefa. Et pecoribus paran dis, conseruandisq; quando & hanc ascimus, quasi agricultu rę partem.

* Conscribello, pro Conscribo veteres dixerunt. Cc.

¶ Conscribo. Vide in dictione Scribo. Inde conscripti, qui in Senatu scriptis annotati erant, qui per inopiam Senatorum ex equestri ordine in Senatorum numerum recipiedantur. Liuius lib. ij. Deinde quo plus virium in senatu frequentia, etiam ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerum primoribus equestris gradus lectis ad trecentorum summam expleuit. Traditum inde fertur, vt in senatu vocarentur, qui patres, quicq; conscripti essent, conscriptos videlicet in nouum senatum appellabant lectos.

¶ Consecro, as, pe. cor. Vide in dictione Sacro, as. Cice. lib. ij. Tusc. Quasi addicti & consecrati. Hos Tertul. vocat consecraneos. Sidonius. Consecraneos qui consecrati sunt, & quasi mancipati vni sectæ.

¶ Consecraneum, quod est consecratum, vocabulum fere in castris repertum, qualia sunt conterraneum, cõmilitaneũ, militaneum, suffarraneum, limitaneum. Iulius Capitolinus in concione quadam Maximini Cæsaris. Commilitones, inquit sacrati, immo vero consecranei. Alio loco. Nullam ciuitatem æque militaneam esse dixit.

¶ Consentio consentis, & consentaneus, nea, neum. Quære in dictione Sentio.

¶ Consentia sacra, quę ex consensu multorum sunt statuta.

* Conseneo. Vide Seneo, a quo Conseneſco.

¶ Consequor penul. corre. immediate sequor. Verg. lib. v. Quam deinde cloanthus consequitur. Gel. lib. ij. Vter. dies natalis haberi appellariq; debeat is, in quem nox ex ea consecuta est, an qui dies noctem consecutus est. Et consequi obtinere adipisci, Cicero in Verrinis actione prima, quod ego meo labore, & vigilijs consecutus sum. Item exprimere. Idẽ Cæsari iuniori. Extrema vero quãta, & qualia sint verbis cõsequi non possunt.

¶ Consequentia est, quę ex præcedentibus infertur.

¶ Consector, in totum vel sæpe sequor. Lactan. lib. iij. Quæras ab his quid sibi velint cum fœminas tam rabide cõsectãtur, vt vix diuelli queant.

¶ Consectaneus accipitur pro eo, qui in eadem hęresi est.

¶ Consero conseris, penultima correpta, conserui, consertum, simul misceo. Lactantius libro. v. Tum inter se manus conserere cœperunt, & insidiari, & gloriam sibi ex humano sanguine comparare. Vnde milites conserti dicuntur, dum pugnant.

¶ Consero, is pe. cor. conserui, cõsitum, simul sero, duũ pro planto, seu semino ponitur. Verg. En quis cõseuimus agros. Lactan. lib. ij. Quem in partibus orientis omni genere ligni arborumq; conseuit. Col. lib. ij. Celerius etiam si eodem tempore stercora, & lupino, vel faba cõseras. Inde consitio, Cice. in Cato. Nec consitiones modo delectant, sed etiã insitiones.

* Conserua, vide Conserua, sed puto locum corrigendum, & censeo conseruam a conseruando legi debere & non conseruam, vt passim scribitur.

* Conseruo. Vide Seruo.

* Conseruus. Vide Seruus.

* Consideo. Vide Sedeo.

¶ Considó, is, pe. pro. significat mecum alijs ad sedendum, seu ad habitandum colloco. Liui. lib. i. Considerant vtrinq; pro castris duo exercitus periculi magis presentis, q̃ curę expertes. Col. lib. viij. Neq; aut recubet, aut considat, i. ponat se ad sedendum. Hierony. Hæc in mentem eius, cogitatio incidit, nullum vltra se monachorum in Eremo consedisse.

¶ Concessus non est concessio, sed homines in vno loco sedẽtes, sicut conuentus non est conuentio, sed homines qui in vnum locum conueniunt.

¶ Consydero, as, a syderum contemplatione dictum est.

¶ Consyderatus dicitur, qui agenda consyderat.

¶ Consyderate cum consyderatione.

¶ Consilio, lis, consilui, vel consiliui, consultum, simul salio. Vnde consulto, tas, frequentatiuum.

¶ Consilium (vt inquit Cice. lib. ij. artis ve teris) est aliquid faciendi non faciendive ratio excogitata. Et cõsilium est qđ consiliarius præbet. Quandoq; consilium sumitur pro iudicibus deputatis. Cic. pro Roscio. Qui ex ciuitate in senatũ, propter dignitatem, ex senatu in hoc consilium delecti estis, propter securitatem. Et infra. Dij prohibeant iudices, vt hoc qđ maiores consilium publicum vocari voluerunt, præsidiũ sectorum existimetur. Dictum consilium, vt quidam putant a con, & sileo, q̃ vno consulente cæteri consileant. Vel a concilio, vt sit consilium quasi concilium. Sed magis a cõsilio fieri existimo, quod ex con, & salio componitur, eo q̃ in vnam sententiam plurium mentes consiliant, & conueniãt. Vt exilium ab exilio, is, ita consilium a consilio descendit, consilium dare est suadere. Quintili. cum Cice. dabimus consiliũ, vt Antonium roget.

* Consignifico. Vide significo.

* Consigno. Vide Signo.

¶ Consiliarius, qui consilium præbet.

¶ Consilior, aris, cõsilium capio. ps. Accipere animam meã consiliati sunt.

* Consiptus veteres dicebant pro conseptus. Cc.

¶ Consulo consulis, consului, consultum, penultima correpta, cum accusatiuo significat consilium peto, vt cõsului doctos, id est a doctis consilium petij. Quintilianus. Ego aures consulens meas. Potest etiam in hac significatione habere duos accusatiuos, vt consulo te bonum consilium. Et aliquã do genitiuum cum accusatiuo. Macrobius. Consulo te boni. Aliquando genitiuum sine accusatiuo. Plini° lib. xxxiij. Quærebat argentum auaritia. Boni consuluit interim inuenisse minyium, rubentisque terræ excogitauit vsum. Cum datiuo neutrum est, & significat consilium do, vt Medicus consuluit mihi. Interdum prouideo, prospicio, & præsidium fero. Sed hoc sæpius in rebus inanimatis fit, vt consule honori tuo. Consule rebus tuis. Consule saluti tuæ, id est prouide. Cicero. Consuli quidem te a Cæsare scribis, sed ego tibi ab illo consuli mallem, hoc est mallem, q̃ Cæsar prouideret tibi, quam te interrogaret. Ambrosius. Nec inuerecunda petitio, quę nõ sibi, sed liberis consulebat. Aliquãdo post datiuum iungimus accusatiuum, vt consulito tibi commodum tuum, hoc est do tibi consilium, quod sit in futurum commodum. Quandoq; accusatiuuum cum in, pro contra Teren. Pessime istuc in te, atq; illum consulis. Interdum consuleré est deliberare, sed in plurali tantum, & absolute, vt cõsulunt senatores, id est deliberant. Huius verbi compositum est Perconsulo, quod est optime cõsulo. Terẽ. in Phor. A deõ rem redisse, vt qui mihi per consultum optime velit esse.

¶ Consulto, tas. consilium frequenter capio vel consilium frequenter do, siue frequenter delibero. Salluſt. Delecti qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus corpus animis firmum, ingenium sapientia validum erat reipub. consultabant. Liui. lib. i. Ad hæc consultanda.

¶ Consultor qui alium consulit. i. qui cõsilium ab aliis inquirit. Cic. pro Cor. Balbo. Etenim si. Q. Scæuola ille augur cum de iure prætorio consuleretur iurisconsultissimus consultores suos nonnunq; ad Furium & Camillum reijciebat. Idem pro Muræna. Vigilas tu de nocte vt cõsultoribus tuis respõdeas. Accipit qñq; p eo qui alij cõsulit, vt apud Sal. in Iug. Simul ab eo petijt, vt fautor cõsultorq; sibi adsit. Et ī illoversu prouerbiali. Cõsilium malum consultori pessimum est.

¶ Consultus quando participium est, significat eum qui consulitur, hoc est a quo cõsilium petitur, vt Medicus consultus dixit te febribus laborare. quandoq; nomẽ est & ponitur p prudenti atq; sapienti. Ouid. lib. i. de arte aman. Sit tibi credibilis sermo cõsultaq; verba. Id est prudentiæ ac sapiẽtiæ plena. Est autem nomẽ duobus modis, scilicet cum per se ponit Hora. Eris tu qui modo miles Mercator tu consultus modo rusticus. Vel quando habet genitiuum. Liui. lib. x. Callidos sollertesq; iuris atq; eloquentiæ cõsultos. Hinc dicimus, cõsultus iuris, & iuris cõsultior & consultissimus. Idem lib. i. Consultissimus iuris, vt illa quisq; ætate esse poterat. Aug. Quanto consultius reges, nõ sicut Herodes interficere quærũt, sed sicut magi potius adorare. Sic inconsultus potest esse participium & nomen.

¶ Consultus, us, & consultum p re quæ consulitur. Hora. in episto. Qui consulta patrum, qui leges iuraq; seruat. Et cõsultum decretũ statutum, quod aliqñ resoluitur in infinitũ, vt illud Sallustij. Nã & priusq; incipias consulto, & postq; cõsultoris mature facto opus est. i. consulere siue vt consulas.

¶ Consulto aduerbium, id est deliberate.

¶ Consus consiliorum deus putabatur, qui ideo templum tecto circo habebat, vt ostenderetur circum esse debere consilium. Hinc consualia festa, quæ fiebant in honorem Consi. Liui. lib. i. Ludos ex industria parat Neptuno equestri solennes, consualia vocant.

¶ Consul, is, a consulendo, q̃ consuleret populum, & senatũ. Nam & hoc cõsulere veteres vocauerunt. Vnde adhuc remanet illud. Rogati bonum consulitis, id est iudicatis. Potest etiam dici Consul a consilio, is, sicut exul ab exilio, & præsul a præsilio, mutatiõe /i/in/u/vt in Insulto, exulto, & resulto patet. Consulo autem a consul. Nec obstat q̃ consul a consulendo dicatur, qm̃ ideo consul creabatur, vt consuleret, vtpote qui consilium haberet in se præcipuum. Prius enim homo is exigitur qui consulat, q̃ actus consulendi fiat. Nõ ergo a cõsulendo nominatus est cõsul, quia a consulo deriuetur, sed q̃ ab ipso consule verbum cõsulo exercetur. Et ideo ab ipo qui consulit deriuari cõsulo æquissimum est. Var. Consul nominatur, quia cõsuleret populum & senatum. Et est consul qui magistratum gerit, Procõsul qui cũ potestate extra ordinaria ad aliquam prouinciam administrandam mittitur.

* Cõsultoria hostia erat qua diuina volũtas per exta disquirebatur, de hac Verg. Mactat lectas de more bidentes. Cc.

¶ Consulatus, us, officium vel dignitas, siue tempus quo cõsul in officio est.

¶ Consularis vir qui consulatum gessit, vel qui consulari dignitate dignus est. Cic. Lentulo. Q. u. Maximo qui filium cõsularem amisit.

* Consularis vestis qua consul digne vti posset. Cc.

¶ Consisto, sistis, constiti, constanter & audacter sto, firmor, quod est audacis & robusti hominis. Plautus in Curg. Nec vobis quisq; in foro frugi cõsistere audet, id est se firmare. Liui. lib. i. cum instructæ acies constitissent. Item erigor. Verg. constitit in digitos.

¶ Consistorium locus in quo consultandi gratia homines cõsistunt. Potest etiam poni pro cõsistentium multitudine. Itẽ consistoria dicuntur archiua cæsarea & Imperatoris palatinę domus quæ etiam vocantur Augustalia. Vnde consistoriani ab Ambrosio dicuntur, qui senator ij ordinis vel amplissimi sunt, qui ad principale consilium eligebantur, & Suidas, κωνσισώριον παρὰ ῥωμαίοις οὕτω λέγεται τὸ συνέδριον καὶ τὸ σύστημα ἐνθα περὶ τῶν ἐπιτηδείων τῶν βουλευόντων.

* Id est consistorium apud latinos dicitur concilium vbi de vrgentibus consulunt.

¶ Consolida hærba est quę & conserua & coagulum dicitur & græce strygnon.

¶ Consobrini qui ex duabus sororibus sunt editi quasi cõsorotini. Amitini qui quæve ex sorore & fratre propagantur. Sed ferevulgus oẽs istos communi appellatione cõsobrinos vocat. Item q̃ ex fratribus patruelibus aut consobrinis ppagantur vel amitinis consobrini vocantur, patrueles qui ex fratribus nati sunt.

* Consolido a solido ex quo consolidatio. Et consolida hærba, quæ & conserua & Coagulum dicitur. Cc.

¶ Consolor pen. pro. solatium præsto, & proprie verbis fit consolatio. Cice. Sulpi. Dices quid me ista res consolatur, in tãtis tenebris & quasi perpetuis reipub. Est omnino vix consolabilis dolor. Inuenitur & in significatione passiua. Asinius. Sed cũ ob ea S sperauerã dolebã consolabar ob ea quę tintus. Hinc consolatorius, a, um, vt Epistola consolatoria.

* Consolabundus a consolor, sicut & consolamen & consolatio. Cc.

¶ Consono pe. cor. simul sono. Var. de apib⁹. Cum iam euolaturæ sunt, aut etiam incœperunt consonant vehementer, perinde vt milites faciunt cũ castra mouent. Inde consonantes dictæ sunt q̃ cum vocalibus sonent non per se. Per trãslationem consonare significat concordare. Hiero. ad Asellã. Anteq̃ domum sanctę Paulæ noscerem totius in me vrbis studia consonabant, omniũ pene iudicio dignus summo sacerdotio decernebar. Hinc consonantia vocum concordantia, quæ Grece euphonia dicitur.

* Consonus, vide Sonus.

¶ Consors eiusdem sortis. i. conditionis, & fortunæ & qualitatis in omni negotio. Sappho ad phaonem. Non tantũ Alcæus consors patriæq; lyræq; Laudis habet. Cõsors etiam dicitur, qui tantũdem sortis attulit ad societatem mercaturæ, qtum ille cum quo societas est.

¶ Consortiũ ipsa societas, quę & consortio, onis, dicitur. Liuius lib. vi. Quænam ista societas, quænam consortio est.

¶ Conspicio, is, penul. cor. video. Vnde conspectus pro aspectu. Verg. Vix e conspectu siculæ telluris in altum Vela dabant læti.

* Conspergo vnde conspergimen, vide Spargo.

¶ Conspico, as, pe. pro. & conspicor deponens a con & spico vel spicor componitur. Spicor autẽ a spica vel a spiculis. Vnde & despico, cor, inspico, cor. Perspico, cor, suspico, cor. Est autem conspicari conspicere, seu in conspectu habere. Teren. in Eu. Cur te ego in his conspicor regionibus. Sal. in Iug. Cũ interea Metellus mõte digrediens conspicatur primo dubie quidnam insolita facies ostenderet. Inspico protulit Vergi. li. ij. Geor. Peruigilat, ferroq; faces inspicat acuto. Nec Priscianum audiendum puto qui vult hęc verba a spicio fieri, quia si a spicio esset non conspicor, sed conspicior faceret. Sicut consternor & aspernor a sterno & a sperno secundum analogiam licet cõiugationem mutent. * A SCEN. Nihil tamẽ conspicor pro conspicio commune habet cum spica, præsertim cum secundam corripiat, licet inspico pro acuo a spica eam producat.

¶ Conspicuus, a, um, a conspicor, sicut perspicuus a perspicor modo significat sagacem, perspicacem, acutum. Quin. Conspicuus sagax callidus, modo clarum & qui ab oĩbus conspicitur. Vnde Mar. Conspicuum amphitheatrum appellat.

ὁ Coenolexia, latine dicitur communis sermo.

¶ Conspira pe. pro. simul spiro sicut conflo proprie sumitur. Gel. lib. i. Sed enim achæos Hometus pugnã indipisci ait, nõ fidicularum tibiarũq; concentu cõspiratam. Col. lib. iiij. Cœlestes admittat imbres, eosq; alendis seminibus dispenset, ac suis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conspiret. Per translationem conspirare sumitur pro coniurare.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vnde conſpiratio, quæ & in bonum & in malum capitur. In bonum. Cice. pro Ligario fratrum conſpirationẽ dixit, qua ſi vnanimitatẽ. Item lib. ſecundo offi. Magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominũ, atq; conſenſu. Et ꝑ domo tua. Hãc noſtram conſpirationem in repu. bene gerenda certi homines fictis ſermonibus diremerunt. Plinius in epiſtolis. Proinde conſpirate, conſentite, maioremq; animum ex meo ſumite. Col. libro duodecimo. Nihil quod aut maritus aut fœmina proprium eſſe iuris ſui diceret, ſed in commune conſpirabatur ab vtroq; in malum.

¶ Conſpondeo, es. Quære in dictione ſpondeo.

⁂ Conſterium quod & apoditerium dicebatur, locus prope thermas vbi veſtes deponebantur. Cr.

¶ Conſterno, as, aui, atum. ſignificat deiicio. Sal. Qua victoria elati hoſtes, noſtri territi atq; animis conſternati diſceſſere. Idem. Et qui ſine rectoribus exterriti aut ſaucij conſternantur. Inde conſternatio quæ eſt concitatio quędam ſubita ex aliquo metu. Et a ſternutamento deduci videtur, ꝙ eo toto concutimur corpore.

⁂ Conſtans proprium imperatoris videtur a conſto deduci. Conſtantius pariter & Cõſtãtinus propria imperatorũ. Cc.

⁂ Conſtantinopolis vrbs a conſtantino ædificata in finibus Thraciæ, de qua in dictione Bizantium.

¶ Conſterno. is. conſtraui & conſternui diuerſum eſt, & ſignificat impleo. Virg. It ſtridor & alte Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes. Et conſternere eſt ſilicare & pauimentũ ſupra facere. Col. lib. i. Area ſi competit ita conſtituenda eſt, vt vel a domino vel certe a ꝓcuratore deſpici poſſit, eaq; optima eſt ſilice conſtrata ꝙ celeriter frumenta deteruntur non ſedente ſolo pulſibus vngularum tribularum & eadem euẽtilata mundiora ſunt, lapilliſq; carent & glebulis.

¶ Conſtituo diſpono. Virgilius. Qui teneant (nam inculta videt) homineſne feræne Quærere conſtituit. Locum ſiue tempus determino. Cicero. Mario. Quare ſi quid conſtituturum cum podagra habes, fac vt in alium differas diẽ. Quandoq; ſignificat conuenio & pactum facio. Terentius en Hecy. Nam conſtitui cum quodam hoſpite me eſſe illum conuenturam. Quandoq; formo & quaſi bonam diſpoſitionem infundo. Vnde Cicero libro ſecũdo Tuſcula. Metrodorus eum perfecte putat beatum cui corpus bene conſtitutum ſit, & exploratum id ita ſemper fore. quod medici recentiores barbare dicunt bene complexionatum. Et conſtitutio corporis dicitur ipſa complexio. Conſtitutio etiam quandoq; dicitur ſtatus, quæ in cauſis potẽtiſſima eſt, cum ſit prima cauſarum conflictio. Vide in dictione Status. Aliquando cõſtituere eſt gubernare moderari. Cicero. Ineuntis enim ætatis inſcitia ſenum conſtituenda & regenda eſt prudentia. Interdum conſtituere decernere, a quo conſtitutiones decreta dicuntur. Nonnunq; parare. Cice. Tametſi erat ignarus, quantum ſibi ac liberis ſuis iam tum mali conſtitueretur.

¶ Conſtiturus. a. um. participium Cõſtitutus us nomẽ, quo hominum conſiſtentium multitudo ſignificatur.

¶ Conſto. as. conſtiti conſtitum & cõſtatum. Lucanus libro ſecundo. Conſtatura fides ſuperum. Martial. Conſtatura fuit Megalenſis purpura centum. Eſt autem conſtare conſtanter permanere perſeuerare ratum habere. Cicero. Qua in ſententia ſi conſtare voluiſſent ſuam authoritatem cum ſalute recuperaſſent. Idem libro primo Tuſculanarum. Et ſi tibi quidẽ conſtare vis omnes quicunq; nati ſunt erunt ve non ſolum miſeri, ſed etiã ſemper miſeri. Hoc eſt ſi hãc ſententiã, ꝙ mors malum ſit, firmam ratamq; habere vis. Dicimus etiam conſtat pedibus, cõſtat animo pro firmat. Virgilius. Et paribus cyllenius alis conſtitit. Interdum conſtare valere, & paſſiue ſumitur pro empto aut ventido. Plinius libro. xxxiij. Et omnibus pene annis mutari prout nauigationes cõſtiterint, aut vt quiſq; mercatus ſit, aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet. Cicero. Quod mihi conſtat carius q̃ ſi in foro emiſſem. Interdum conſtare conſiſtere. Idem libro primo Tuſculanarum. Animus qui ſi eſt horum quatuor generum, vn de omnia conſtare dicũtur. Interdum compoſitum eſſe. Idẽ. Vt hæc elementa ex quibus omnia conſtant. Interdum ſimul ſtare. Siſen. libro quarto hiſtoriarum. Multitudinem procul hoſtium conſtare viderunt. Interdum ſuppeditare. Iuuena. Quis ferat vxorem cui conſtent omnia. In tertia perſona ſumitur pro manifeſtum eſt. Cicer. libro ſecundo ad Cæſa. Iuniorem. Cum conſtet lupercis id vectigal dediſſe qui ante poterat id conſtare. Rurſus pro conuenit, vt dicitur eſſe cõcors, vt hoc mihi tecum conſtat, id eſt conuenio tecum in hoc & aſſentior tibi. Cic. libro primo ad Heren. Adhuc quę dicta ſunt arbitror mihi conſtare cum cæteris ſcriptoribus. Rationẽ conſtare ſignificat æquam legitimamq; rationem aut oſtẽdi, aut apparere oſtendi poſſe. Vlpi. Plane ſi defendendi gratia aliquid fecerit rationem ei conſtare oportet, id eſt rationem eũ iuſtam aut oſtendere aut facile poſſe oſtendere. A cõſto quã tum ad primam ſignificationem ſit conſtans pro eo qui firmus eſt & tenax propoſiti, a quo conſtantia & cõſtanter, quibus contraria ſunt. Inconſtans, Inconſtantia, & inconſtanter. Vnde Cice. libro. iij. ad Heren. Inconſtanti geſtu teſtimoniorum inconſtantiam & inconſtanter locutum eſſe dixit.

¶ Conſtruere ſimul ſtruere ordinare fabricare. Cicero in Cato. Vt nauem aut ædificium idem deſtruit facillime qui conſtruxit, ſic hominem eadem optime quæ conglutinauit natura diſſoluit.

¶ Conſueſco, is, eui, & conſuetus ſum, etũ. in bono & in malo dicitur. In bono cum familiaritatem & conuerſationem quempiam cum aliquo habere ſignificat, vt ſit conſueſcere ſimul ſueſcere, id eſt ſimul conuerſari. Plautus in Aſi. Bene ſalutando conſueſcunt cõpellando blanditer. Terẽtius in Adel. Quid illi tandem credis fore animi miſero, qui cum illa conſueuit, id eſt conuerſatus eſt. In malo, cum de re venerea dicitur. Idem in Phormi. Cum eius conſueuit olim matre in Lẽno clanculum, id eſt coiuit. Similiter conſuetudo de familiaritate, & de re venerea dicitur, vt apud eũdem in Phor. Dum expecto q̃ mox veniat qui hanc mihi adimat conſuetudinẽ. Et conſueſcere eſt accipere in conſuetudinem. Colu. lib. ij. Iumentis prẽbeas medicam, ſed inter initia parcius dum conſueſcant, ne nouitas pabuli noceat. Item conſueſcere eſt viuere. Colu. lib. ix. Nec magis humo q̃ ſtagno conſueuerunt.

⁂ Conſuefacio, Conſuefactio, Conſuetudo, & cõſuetio, quo verbo vtitur Plautus, a conſueſco deducuntur. Cc.

¶ Conſuo. is. ſimul ſuo, compono, cõiungo. Plautus in Am. Aduenisti audaciæ columen conſutis dolis. Immo equidem tunicis conſutis huc aduenio non dolis.

¶ Conſumo. is. pe. pro. in nihilum redigo. Solinus. Sunt etiã in Lycia ſaxa, quæ viuentium quoq; corpora adalligata cõſumunt.

¶ Cõſummo. as. per duplex /mm/ ſummam ſimul capio. Lactan. lib. vij. Quoniam nec rationem totius myſterij magni conſummauerat, in vnumq; collẽgerat, nec ſummum bonum comprehenderat. Colu. lib. ij. Hac conſummatione operum colligitur poſſe agrum ducentorum iugerũ ſubigi duobus iugis boum totidem bubulcis. Et conſummare eſt perficere, ꝙ quæ perfecta ſunt, omnia ſibi ſumpſiſſe videantur. Lactan. lib. vij. Mundum deus & hoc rerum naturæ admirabile opus ſex dierum ſpatio conſummauit. Vnde & conſummatus homo ꝓfectus dicitur. Mar. Quod magni Thraſeæ conſummatiq; Catonis. Col. Nullus eſt conſummatę ſapientiæ.

¶ Contagium & contagio, & cõtages pe. ꝓ. morbus qui ex contactu contrahitur, ex con & tago is. quod eſt tango. Virgil. Dira per incautum ſerpãt contagio vulgus. Iuuena. Criſtice polluces dedit hãc contagio labem. Lucre. libro. iiij. Quę contage ſua palloribus omnia pingunt.

¶ Contamino. as. penultima correp. ex con & tamino. Et eſt proprie contaminare ſecundum Donatum cum res rei ita immiſcetur, vt neutra incorrupta maneat, ſed ſit in vtroq; corruptio. Sunt q̃ dicãt Cõtaminare manib⁹ lutulentisq; q̃ attigere. ob hoc pro fœdo & maculo ponitur. Qua ratione Te-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tentius. Contaminare fabulas dixit Amb. proprie super Dracam. Hos sacerdotes repudiauit, ne alios quoq; eorum lepra contaminet. Liui. lib. quarto pro dedecore posuit. Contaminari sanguine in suum partes, confundique genus, rebatur, quod plebs ægerrime ferens, nobilitatem arguebat eodem loco dicens. An esse vllam maiorem aut insigniorem contumeliam potest, q̃ partem ciuitatis, velut cõtaminatam indignam connubio haberi. A contaminatus fit cõpositum incontaminatus, de quo ibi. Quas quantasq; res. Ci. Canuleium aggressum collusionem gentium perturbationem auspicio rum publicorum priuatorumq; adferre ne quid incontaminati sit. Sunt & tantamino & intamino, quæ sunt cõtraria. De primo Ambro. lib. i. offic. Nate rigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis, quæ sunt omnia ad corruptalem ipsoi vsu. De secundo. Horat. Virtus repulsæ nescia sordidæ Intaminatis fulget honoribus, id est incorruptis & indiminutis.

¶ Contemno, is. psi. tum, spernio, vilipendo, & minus est quã despicio. Cicero in Verrem lacti. iij. Quemcq; contempserit dispexerit liberum esse dixerit vniquam. Compositur enim ex con. pro valde & temno reicio. Hinc contemptus us. despectio. & Vt tu es omnibus cõtemptui. i. despiceris ab omnib.

*Contemporaneum dicimus eiusdem temporis, quem non nulli græca voce σύγχρονον dicunt. Cc.

*Contemptibilis a contemno. id est contemnendus. ex quo Contemptibilitas, & contempte contemptim & contemptibiliter aduerbia. Cc.

¶ Contempto. as. frequẽtatiuum. Plaut. Mirari noli nec me contemptarier.

¶ Contemplor. aris. a templo dicitur. i. a loco qui ab omni parte aspici potest, vel ex quo omnis pars põt videri, quem antiqui templum nominabant. Significatq; diligẽter intueor, & considero. Lact. lib. vi. Vel si cœleste lumen quod dicimus solem contemplari velint. Ennius. Contempla & templum Cereris ad læuam aspice. Inuenitur & contemplo. as. Plau. in Asi. Hem meum caput cõtempla si quidem ex re cõsultas tua.

*Contemplatio & Contemplatiuus. q contemplor. vnde contemplatiua vita, quę contemplationi dedita est. Cc.

¶ Contendo, is. contra tendo, quod est cõtra proficisci. Cæsar. i. libro. i. Ipse de quarta vigilia eodem itinere quo hostes ierant ad eos contendit. Et cõtendere certare. Virgilius lib. iij. Quis talia demens. Abnuat aut tecum malit contendere bello. Item significat contendo, siue cum conatu ac nixu petere seu aliquid agere. Vnde contenta corpora dicimus, quæ omni nixu intenduntur aduersus labores, vt in arcu neruus. Cicero libro secundo Tuscula. Sunt quædam animi similitudines cum corpore, vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimũtur. Cicero libro primo officio. Miserrima omnino ambitio honorum & contentio. Est enim cõtentio oratio acris ad confirmandum & confutandum accõmodata. Vnde a Plin. dicta est in epistolis oratio pugnax & contentiosa. Apud rhetores contentio dicitur exornatio. ex contrarijs verbis concinnata. Quæ antitheton, id est contra positum dicitur, vt illud pro Cluen. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Item continuare, vt libro tertio de orat. Nihil perniciosius q̃ sine intermissione contentio. Item ire. Sallustius in Iug. Ex prælio fugit in proximam, ac deinde Romam contendit. Item festinare. Virgilius. Quæ littora proxima cursu contendunt petere. Item astringere. i. torquere. vt libro quarto Georgi. Tanto nate magis contende tenacia vincla. Item comparare. Cicero libro primo ad Here. Si nostram causam laudando extollemus & aduersariorum per contentionem deprimemus. Item extendere, vt apud eundem. Ex contentione vocis & summissione facile diiudicabimus. Item extorquere. Cice. Extremum autem præceptum in beneficijs operaq; danda neq̃uid contra equitatem cõtendas. Item iacere dirigere. Virg. Quitamen aeratas remum contendit in auras. Item intendere. Cice. Magna est animi contentio adhibenda. Idemq; fere est contentio & intentio cum vehementiam quandam significant in voce. Tracta similitudine ab arcu seu cithara, cuius nerui quanto vehementius intenduntur tanto vehemẽtiorem sonum efficiunt.

*Conterraneus dicitur qui ex eadem terra est. quapropter Catullum conterraneum suum Plinius vocat qui non Veronæ sed in Benaci insula natus erat. Cc.

*Contia gehus ŏliuæ. Cc.

¶ Cõtineo, es. penultima correpta cohibeo, seu me abstineo, aut contra voluntatem meretineo, vt cum quis ob pudorẽ domi se continet, seu ob paupertatem interdicit sibi accessum in publicum. Terentius in Phormio. Domi se cõtinebat. Procohibere. Ambrosius lib. primo offici. Re vera iure ea fortitudo vocatur quando quis seipsum propter Christum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur. Vnde continens pro abstinente & integro. Cuius contrarium est incontinens. Lactantius lib. tertio. Da libidinosum adulterum gaudentem, iam sobrium castum continentem videbis. Et continere est intra se tenere. Sic dicimus vrbem continere homines, & locum continere locatum. Item cõtinere continuare, id est simul tenere. Vnde & continens dicitur continuatum. Liuius. Continens imperium vsq; ad nos habebitis. Cic. lib. secundo officiorum. Nec enim vlla res vehemẽter rempubli. continet, quam fides, quæ esse nulla potest, nisi erit vicaria solutio rerum creditarum. Suetonius in Cali. Per hunc pontẽ vltro citro commeauit biduo cõtinenti, id est cõtinuo. Curtius. Omnia vel iq; continenti incendio ardere visa. Cice. libro primo Tusculana. Sed nihil te interpellabo, continentẽ orationem audire malo. Idem libro secundo officio. Continere pro simul tenere posuit & quasi tenuitum tenere, cum iquit. Nec vlla res tam vehementer rempub. continet q̃ fides.

¶ Continens participium ea potest significare quę continẽt. Continens fœminini generis sumitur pro terra quę nõ est insula, quam vulgo terram firmam appellant, qualis est in Italia, vt ex Sicilia ad continentem parti fit iter capedinis est. Nã insula est, quæ mari circundatur, vt Sicilia Sardinia Isthmos ita vndiq; maricingitur, vt tamen in aliqua parte continẽti iungatur. Scribit Vlpi. Continentes prouincias accipi debere eas quæ Italiæ coniunctę sunt, vt puta Galliam. Continẽs neu. generis a rhetoribus accipitur pro firmamento rationis.

¶ Continentia fit a continens, de qua Cice. li. ij. offi. Sed valitudo sustẽtatur nutricia sui corporis, & obseruatione earum rerum, quæ aut prodesse solent, aut obesse. Et continentia in omni victu, omnique cultu corporis tuendi causa, & in prætermittendis voluptatibus. Eius contraria est incontinentia.

¶ Continenter aduerbium mõ significat parce. Plautus. Q̃ q̃ illum pater arcte & continenter habet. Non coniuncte fugiter. Idem. Trium dierum sitim continenter tulit. Cæsar. Belgæ cum romanis bellum continenter gerunt.

¶ Contentus. a. um. cum est participium a contineor passiuę significationis est, non actiuæ, sicut putauit Valla, quoniam ablatiuum habet, vt is accipiatur qui continetur ab eo quod animo suo satisfacit, siue etiã a seipso contineatur. Non enim sicut compos quę possessor siue obtentor alicuius rei est, ita cõtentus accipitur, quoniam qui cõtẽtus est ab eo possessus est, a quo, vel quo contentus est, quia necesse est vt aliquid sit, a quo quis contineatur, vt contentus dicatur, vt apud Terenti. in Eum. Nec tu vno contenta eras; nec solus dedit. Quis hic exponat; Nec tu vnum continebas, qui animo satisfaceret tuo. Cõtinere enim cohibere est, siue alium nequid fiat reprehẽsione dignum, & ad virtutem ferme semper pertinet. Hoc autem loco culpatur meretrix non q̃ se a libidine non contineret, sed q̃ vno non contenta erat id est vno nõ continebatur, vt ab alijs abstineret. Id etiam ostenditur per affirmationem. Plautus in Mer. Nam vxor contẽta est quæ bona est vno viro. Nec hic vxor bona continet vnum virũ, sed se continet, siue continetur vno viro, aut ab vno viro. Similiter Lactantius de prophetis loquens. Contẽti temporali cibo quem deus subministrasset id est satisfacti, vt nihil

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

amplius expeterẽt. Plautus in Mer. Immo dicamus senibus leges. Censeo prius habeamus quas leges teneant, contenticꝫ sint, id est contineantur, vel pacati. vel læti sint, Quæ tamen omnia passiue sumuntur, Est etiam contentus participium a contendo.

¶ Continuus. a. um. quod est sine interuallo, a quo fit aduerbium continue pro perseueranter assidue.

¶ Continuo. as. perseuero, perago. Apul. Scaphas ascendere mari iter continuare.

¶ Contestari litem dicuntur duo aut plures aduersarij, cꝯ ordinato iudicio vtraꝫ pars dicere solet. Testes estote. De hoc verbo contestor. vide in dictione testor.

¶ Conticeo. es. penultima correpta. Conticere est simul vel omnes tacere. Virg. Conticuere omnes intentiꝫ ora tenebant.

¶ Conticesco. is. quod est cum alijs tacitus fio. Plin. li. xi. Tũc repente omnes conticescunt

¶ Conticinium noctis primum tempus, quo omnia quiescẽdi gratia conticescunt.

¶ Contigno. as. Vide in dictione tignus. Hinc contignatio quæ est solarium domus siue stratum sit cœmento lateribusue, siue non stratum, qualia fere sunt solaria domorum in Apulia. Eoꝫ pro miraculo apud Liuium ifertur bouem in tertiam contignationem conscendisse. Plini. Sesquipedalis pares non plus q̃ vnam contignationem tolerat. Est enim superior & inferior contignatio.

¶ Contingo. is. contigi contactum, idem quod tãgo. Colu. libro primo. Plurimiſꝫ & his angustis illustratum fenestris, atꝫ terra sic editis ne manu contingi possint. Virg. Funemꝫ manu contingere gaudent. Et in tertia persona significat aliquid per sortem venire in portionem. Hieronimus ad Damasum. Pater da mihi portionem substantiæ, quæ mihi contingit. In Euan. autem scribitur, quæ me contingit. Ponitur & pro accidere siue euenire. Cice. lib. v. Tusculana. Quod nõ modo singulis hominibꝰ, sed potissimis philosophis cõtigit. Impersonale vero cum infinito, vt contingit mihi esse felici vel felicem, Quandoꝫ absolute, vt apud Terẽt. Hanc mihi expetiui, cõtigit, conueniunt mores. Ex quo datur intelligi non semper seruari quod aiunt. Contingere esse de malis quę sumus veriti, Obtingere de optatis, accidere de inopinatis tam bonis quam malis.

¶ Contus fudes siue hasta longior duriorꝫ ad percutiendũ apta. Virgili. Assueti longo muros defendere conto. Vnde contatos milites, Vegetius appellat. Accipitur & pro pertica ferrum in capite habente qua nautę vtuntur ad loca nauibus opportuna exploranda, a quo percontor Donatus deducit. Virgil. Ipse ratem conto subigit. Et græcum nomen ostendit Suidas.

¶ Contor. aris. Vide in dictione cunctor.

¶ Contortæ res dicuntur perplexę, & perturbatæ & sibi ipsis minimę cohærentes. Et contortum dicitur cum id quod sequitur non conuenit cum superiore. Cice. lib. i. de orat. Cõtortas res & sæpe difficiles necessario perdiscimus.

¶ Contra præpositio est. quæ & separatur & componitur significatꝫ aduersum, locum vel personam designans. Separata est apud Virgi. Contra Neptunum & venerem contraꝫ mineruam. Componitur autem cum dictionibus incipientibus a. d. vt Contradico. e. vt contraeo. u vt contrauenio. Inuenitur etiam contra aduerbij loco positum significans e regione, siue ex opposito. vt Stat contra stariꝫ iubet. Et contra elata mari respondet Gnosia tellus. Plautus in Am. Hostes crebri cadunt, nostri contra ingruunt. Aliquãdo ponitur p vicissim. Teren. in Adel. In eo me obliecto solum id est charũ mihi, ille vt item contra me habeat facio sedulo.

¶ Contradico. Aug. lib. ij. ciui. dei. Dum quocũqꝫ modo nostris disputationibus contradicant.

¶ Contraeo. is. vado contra Grego. Quia mundi huius potestatibus contrarie non pręsumerent nisi eos sancti spiritus fortitudo solidasset.

¶ Contraho. is. colligo, & omnes in vnum congrego. Lactãtius lib. iij. Præterea vt ad se multitudinem contrahat. Virg. Contrahimuſꝫ viros. Quandoꝫ compono, cõfio, vt ꝙs alienum contraxi. Quãdoꝫ committo. Cicero ad Qu. Fratrẽ. Ea molestissime homines ferre debent, quę ipsorum culpa cõtracta sunt. Quandoꝫ Paciscor, & conuẽtionem facio, vt fit in emendis vendendisꝫ mercibus. Idem lib. iij. offici. Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. Et lib. i. Nulla vitæ pars neꝫ publicis, neꝫ priuatis, neꝫ forensibus, neꝫ domesticis in rebus, neꝫ si tecum agas quid, neꝫ si cum altero contrahas vacare officio potest. id est conferas, vel inuicem agas. Inde contractus. Quandoꝫ constringo retraho, puta cum nerui contrahũtur, & colligũtur rigore aut metu ita vt extendi nequeant. Vnde contractio. Idem libro primo. Tusc. Sed eo cꝯ in hoc est omnis animi contractio ex metu mortis. Et lib. quarto. Animoſꝫ demittunt & contrahunt. s. timore. Quandoque cõquiro. Liui. lib. iij. Bonaꝫ cõtracta pręcij regni mercandi publicarentur. Cice. lib. i. ad Heren. A nostra persona beniuolentiam contrahemus, si nostrũ officium sine arrogantia laudabimus. Contrahere frontem est fronti rugas inducere, quod vernacula lĩgua dicimus arrufare. Plautus in Amp. Quid contraxistis frontem quia tragœdiam dixi hanc.

¶ Contracto as. Simul tracto frequentatiuum a contraho. Lactã. de opi. posuit pro comprendo. Quæ a nobis longe remotæ, neque oculis contractari, neꝫ tangi manu, neꝫ percipi sensibus possunt.

⁎ Dicitur & contrecto.

⁎ Contrarius a contra fit significatꝫ oppositus & repugnãs ex quo contrarior verbum repugno aduersor. Quod apud idoneos non repperi, licet Perottus ponat.

¶ Contrasto as. Vide in dictione sto

¶ Contrauenio. Cic. lib. i. Tuscu. Ego vero facile sum passus ne in mentem mihi aliquid contraueniret, ita ista fauco sententiæ.

¶ Controuersus. a. um. quasi aduersus. Gellius. Argumenta autem censebat aut probabilia esse debere, aut perspicua, & minime controuersa. Et controuersa res dicitur illa de qua est controuersia.

¶ Controuersia est certarum personarum de re propria contẽtio. Cice. Elio proconsuli. Nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controuersiam eum hodie habiturum. Sine cõtrouersia significat sine dubio. Idẽ. libro tertio offi. Panętius qui sine controuersia de officijs accuratissime disputauit.

¶ Controuersiosus litigiosus, Liui. lib. iij. Quẽ enim sine hoc priuatæ rei iudicem fecisset, vt controuersiosam iudicaret ad rem.

¶ Controuersor aris, ex contra & versor per mutationem a in o. significat contẽdo, verbum deponẽs ab actiuo verso factum. Ci. in Protagora. Nunc a vobis Protagora & Socrate postulo, vt de isto concedatis alter alteri, & inter vos de huiusmodi non controuersemini.

¶ Contubernium verbum castrẽse sicut scribit libro secundo de re mili. Vege. vocabatur manipulus, ab eo cꝯ coniunctis manibus pariter dimicabant. Et proprie decẽ milites sub vno papilione degentes dicebantur contubernium, quibus præerat decanus qui caput erat contubernij. Vnde accipitur pro conuictu & sodalitate. Inde contubernales vulgo sodales dicuntur. Et contubernalitatem Cyprianus appellat sodalitatem. Dictum contubernium a tabernis. Tabernæ vero domus quæ fiebant ex tabulis. Vnde & tabernacula dicta sunt, licet ex tentorijs & pellibus fiant, & contubernales dicti sunt, cꝯ iisdem tabernis vtantur. Col. li. i. Sed qualicunqꝫ villico contubernalis mulier assignata est quæ contineat eum.

¶ Contumax penul. corre. qui per tumorem inhediens est, qui tribus propositis edictis vel vno pro tribus, quod vulgo peremptorium appellatur, literis euocatus præsentiam sui facere contemnit. Hinc contumacia. Dicitur quandoque etiam in bonam partem. Cor. Tacitus. Contumax etiam ad-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uersus tormenta seruorum fides, supremæ clarorum virorũ necessitates.

¶ Contumelia conuitium a contendo, seu vt Vlpia. & Seneca aiunt, a contemptu. Contumeliosus qui contumeliam inferre solet.

¶ Contundo is. contudi pe. indifferente contusum significat simul siue totum tundo frango comminuo percutio. Horatius libro primo. Epist. Speratum meritis, duram qui contudit hydram. Inde cõtusum confractum. Colu. libro. vij. Plus etiam eiusdem radix contusa prodest

¶ Conualis planicies ex omni parte comprensa mõtibus collibusq; dicta vt inquit Varro, quasi cauata vallis, Vallis vero ex duobus montibus inclusa planicies. Vel conuallis dicitur arcta vallis, quasi coniuncta, quales sunt quas metaphorice fauces appellamus. Vnde conuallis appellatur scissio terrę manufacta ad deducendam aquam. Pli. Flumina ad lauãdam hanc materiam iugis montium duxere, Corrogos vocant a corriuatione, præcepisse libramento oportet vt fruaris quando influat. Itaq; altissimis partibus ducitur conuallis & inter valla substructis canalibus iungitur.

*Contuosi oculi sunt in angustum coacti continentibus palpebris, a contuendo, i. simul aspiciendo dicti.

*Contusum a cõ tundo dicimus cõfractũ atq; fricatum. Cc.

¶ Conuaso as. penulti. produ. significat furto omnia colligo. Teren. in Phor. Aliquid conuasassem, atq; hinc me protinus conijcerem in pedes.

¶ Conuenire simul venire congregari coire. Liuius. Postera die, arma capiunt, quo missi erant conueniunt. Salust. Postq; vnum in locum omnes conuenere. Hinc conuentus. Per trãslationem quandoq; concordare, Ouidius. Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur Maiestas & amor. Quandoque interpellare seu in iudicium vocare. Cice. in Ver. acti. ij. Non dubitat quin si ipse Verrem conueniat equitate causę, authoritate sua commouere hominem possit. Quandoque Statuere Apuleius. Conuenimus ad portum q̃primum ire. Quandoq; alloqui non inuenire & videre tãtum. Ter. ĩ An. Conueni hodie aduenientes quendam mei loci hinc atq; ordinis hominem. Quandoque aptum conueniens & decens esse. Cice. in Hor. Nam quid veteris ne non conueniat nostris ætatibus ista oratio quæ spectat ad hortandum. Quandoq; placere, pactum facere, & cõtrouersia carere, Sed in tertia persona frequentius. Cice. libro. v. de fi. Hoc mihi cum tuo fratre conuenit. id est sine controuersia est, & concordes sumus. Dicimus etiam conuenit hoc inter nos, conuenit mihi tecũ. Conuenit tibi mecum quod dixisti. i. in hoc quod dixisti inter me & te sine controuersia est. Conuenit nobis inter nos. i. concordes inuicem sumus. Iuue. Sęuis inter se conuenit vrsis. Item. Non conueniunt hęc fratri mecum. i. dissentimus ab inuicem in his & dissimiles sumus. Teren. Hæc mihi fratri mecum non conueniunt. Nonnunq̃ sine supposito, sed subintellecto. Aug. lib. ix. cõ. Conuenerat inter nos ne passim cuiquã effunderetur. Plautus. in Cap. Nunc ira cõuenit ĩter me atq; hunc Tindare. Et iterum. Dicito patri quo pacto mihi conuenit de huius filio. Sic dicimus. De prętio conuenit, id est concordes fuimus.

¶ Conuenæ penul. cor. dicuntur qui ex diuersis populis gentibusque in vna mœnia conuenerant simulq; coalescũt. Hieronymus contra Vig. Nimirum respondet generi suo, vt q de latronum & conuenarum natus est semine, quos consul Pompeius edomita Hispania de pyrenei iugis deposuit, & in vnum opidum congregauit. Vnde & Conuenarũ vrbs nomen accepit.

¶ Conuentæ condictio dicebatur cum primus sermo de nuptijs & earum conditione habebatur. Cc.

¶ Conuentio nomen generale est ad omnia pertinẽs, vt scribit Vlpia. de quibus negotijs contrahendi transigẽdi dicq; causa consentiunt qui inter se agunt. Nam sicut conuenire dicũtur qui ex diuersis locis in vnum locum conueniunt, ita qui ex diuersis animi motibus consentiunt, & in vnam sententiam concurrunt. Adeoque conuentionis nullum esse contractum, nullam esse obligationem, quę non habeat in se conuentionem, siue verbis, siue re fiat.

¶ Conueniens dicitur cum homines simul venerint. Fit aũtẽ quatuor modis. Vno cum quemlibet hominem ab aliquo conuentum esse dicimus. Altero cum significatur multitudo ex pluribus hominum generibus contracta in vnum locum. Tertio cum a magistratibus iudicij causa populus congregatur. Erant enim in prouincijs statuti conuentus per rectores earũ ad iudicia facienda. Vnde Plini. de hispania. Nũc vniuersa prouincia diuiditur in septem conuentus. Idem lib. tertio scribit in Bethica fuisse iuridicos conuentus quatuor, videlicet Gaditanum, cordubensem, Astysitanum, Hispalensem. Quarto cum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis aut gratulationis gratia colligitur. Ponitur interdum pro coniugio. Iuue. conuentum tamen & pactum & sponsalia nostra Tempestate paras.

¶ Conuentum neutri generis conuentionem significat.

¶ Conuenticulum plerunque in malam partem accipitur. Hoc est pro conuentu seditiosorum aut sceleratorum. Ci. pro Sex. conuenticula hominum quæ ciuitates nominantur.

¶ Conuerto & conuertor pro eodẽ accipiũtur. Plau. in Amphi. Sed tamen fuga in se nemo conuertitur.

*Conuersor vtor & consuetudinem habeo, a quo conuersatio. Cc.

¶ Conuexum curuum ex omni parte declinatum, qualis est natura cæli quod ex omni parte ad terram versus declinatum est. Virg. Aspice conuexo nutantem pondere cœlum. Hinc conuexitas ipsa porrectio aduersus nos, tractum a concauitate nauium quæ extrinsecus huiusmodi formam habet, quæ alio nomine carinata dicitur.

¶ Conuicium, contumelia inquit Labeo Iurisconsultus qua si conuocium mutata litera, a concitatione, vel a conuentu. i. collatione vocum, cum enim in vnum cõplures voces conferuntur, conuicium dicitur. cum autem nec in cœtu, nec vociferatione dicitur, non proprie conuicium nominatur. Fit tamen a vicis in quibus primo habitum est deriuat. Alij dicunt conuitium esse maledictum cum contumelia & a vitio deriuari. Cic. Maledictum autem nihil habet propositi pręter contumeliam, quæ si petulantius iactatur conuitium, sin facetius vrbanitas nominatur.

¶ Conuicinium vbi plures inter se vicini sunt.

¶ Conuicior aris. contumeliam dico, vt apud euã. Et qui cũ eo crucifixi erant, conuiciabantur ei.

¶ Conuiuium a viuo fit, de quo Ci. Bene maiores nostri accubationem epularum quia vitæ coniunctionem haberet, cõ uiuium nominauerunt. Hinc

¶ Conuiuari conuiuium facere aut simul cibum sumere. Teren. in Heau. Scortari volunt, crebro conuiuarier. Vnde cõuiuator dicitur qui parat conuiuium. conuiuæ vero & conuictores dĩr inuitati ad conuiuium. Scitum conuiuatorem appellat. Liuius elegantem & nitidũ in apparatu conuiuali. Græce vt puto meli⁹ συμποσιος ἐκτοῦ πινω πώω πέπωκα ἔσωμαι καὶ συμ. *i. ex πίνω. bibo bibam bibi & cõ. Suũ enim videtur esse commessatio, vnde & græcus sermo seruatur vulgariter.

Conuictor dicitur quotidianus conuiua & qui nobiscum vi uit familiariter. Hora. Nũc quia sum tibi mecœnas cõuictor. Sue. in Tibe. Nihilo lenior in conuictores gręculos.

¶ Conuiuale quod ad conuiuium pertinet. Liui. Multaque conuiualia ex auro & argenteo vasa.

¶ Conuiuiones a combibendo compotores dicuntur.

¶ Conuoluolus pe. cor. vermiculi genus minoris eruca corrodentis pubescentes vuas, quem alij voluocem appellant a conuoluendo qui se inuoluit in pampino.

*Conuoluolus etiam est hærba per fruteta nascẽs nullo odore, nec crocos intus habens, sed florem tm̃, ac candorem lilij referens veluti rudimentum naturæ lilia facere condiscentis. dictum q̃ sele rei cui adhęret inuoluat. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Conuoti dicebantur ijsdem votis obligati.Cc.

¶Conus proprie nux picea.Colu.lib.vij.Remedio sunt cu-precini quindecim coni,totidemq; Galeę.propter quod geometræ eiusmodi figuram conum appellant. Hic conus dicitur curuatura quæ in summitate galeæ prominet super quã cristæ ponuntur,licet quandoq; pro crista ponatur,quem lingua vernacula pinarium vocamus. Et coniferę arbores,quę conos hoc est nuces pineis similes ferunt. Ouidius. Et coniferæ cypariſſi.Quicquid præterea tali forma est Conides dicitur. Vnde cupressus fœmina Conides est quæin fastigium conuoluitur.Quidam etiam conũ accipiunt pro capitio acuminato.Est & conus musicus.Boe.in musica Si conum quem turbonem vocant quis diligenter extornet.

*Conisare apud Quint.significat arietare, & fronte frontem percutere.Et satiati.Agni ludunt blandeq; conisant.

¶Κωνοϊδὴς Conoides arbor ferens cupressos fœminas.Nã a rotunditate in acumen leuatur.

¶Coos siue cos siue coum siue co.Insula in mari ęgæo seu vt quidam aiunt in Icario rhodo proxima & Cariæ opposita q̃ olim magna fuit & optime habitata & aspectu iucundissima ijs qui eo nauigabant. Ambitus eius quingentis & quinquaginta stadijs clauditur.tota fertilis & optimo vino abundãs. Est & vrbs eo noĩe antiquit⁹ Astipalea vocata. Dicta a Coo Meropis filia quæ ibi regnauit. Strabo scribit nouem gẽtes & quinq; milia oppidorum esse quorũ nullum sit minus Comeropide.Hinc cous a.um.pe.pro. Vnde Hippocrates medicus diuinus & Appelles pictor egregius Coi dicti sunt, cũ in ea nati perhibeantur.Ouid.Si venerẽ Cous nunq̃ pinxisset Appelles.In primitiuo prima corripit̃.In suburbano Coi æsculapij templum fuit valde insigne & multis donis opulẽtum,inter quæ nuda Venus erat,quæ postea Iulio Cæsari Romæ dicata est.Sunt qui dicant apud hanc insulam fieri vestes tenuissimas ad fœminarũ ornamentũ. Vñ Ouid.de arte Siue erit ĩ tyrijs tyrios laudabis amictus. Siue erit in cois coa decere puta.Suidas .κῶος νῆσος ὀθεν ἱπποκράτης κῷος καὶ μεροπὶς λέγεται.*.insula vnde hippocrates medicus q̃ et meropis dicitur,postea alibi subdit κῶος πρός σχιομ ὁμῶ γν χῖῳ ἐδ νατο ἔνδομ ὅδ ἐκῶῳ ἔξω .*.i. Cous ad chiũ,chius enim potuit intus sed cous extra.

¶Copars lacus est in quem permissis fluuius defluit. Cornu copię.

¶Copia a con & ope,vel a capio,vt sit copia quasi capia q̃ multa capiat,& in singulari quidem abundantiam, eloquentiam,facultatem,potestatemq; significat,vt faciam tibi copiam spectandi ludos.Ouid. Ante ait emoriar q̃ sit tibi copia nostri.Neq; apud oratores cum alio verbo iũgitur.Poetæ cum do iungunt. Virg.Posiq̃ introgressi & coram data copia fandi.Cum alijs verbis abundantiam significat,vt magna copia frumenti auecta est. Copia pecuniarum & copia orationis.Copia etiam dicitur eloquentia quæ constat verborum copia.In plurali pro eodem significato q̃que sumitur. Vt nouí copias tuas,& omnium rerum copias habeo.Peculiariter tamen significat exercitus multitudinem vt copiæ Pompeij,copię Cæsaris.Aliquando etiam in singulari ponitur pro multitudine.Pompeius ad Domiti. Nec solus cum ista copia tantum multitudinem sustinere poteris.Idem.Etiã hortor vt cum omni copia q̃ primum ad me venias. A copia copiosus a.um pro abundanti. Copiola dimi. Copio as. quod est copias augeo siue cogo,sicut lignor aquor,quę sunt verba castrensia.

¶Copẽ veteres pro copioso posuerunt.Plau. Atq; ego nũc vt glorioſum faciam & copi pectore.Hic copona primum, deinde caupona taberna vinaria,propter copiam rerum quę ibi venduntur

¶Coppe locus in grecia apud Orchomenon boeotiæ iuxta cephisum amnẽ qui facit locum coppatidem nominatum.

¶Cophinus pe.cor.latine corba.Iuue.Cum dedit ille locum cophino fœnoq; relicto.

¶Copula cuiuslibet rei duplex numerus. Vnde dicitur copula matrimonij.& copulo coniungo.

¶Coquo is.xi.ctum.a cogendo,quoniam coctum cogendo coercetur vt ad vtilitatem vescendi perducatur.Et duo signi fieat.coquere.s.per ignem. Vnde aliquid dicitur coctum,vt carnes coctę.Et maturare.i.maturum facere. Pli. Aegrescũt sexagenis diebus siti maxime anteq̃ fici coquantur autumno. Amb.lib.Hexa. Vnde aut arbores germinarent,aut frumenta vel fata prorumperent,vel orta conquerentur,nisi ea interior ignis animaret? Huius composita sunt. Concoquo simul coquo,seu digero. Vnde cocoquí dicitur cibus calore stomachi.Plin.lib.xxvij. Theophrastus celerius concoqui dextri lateris incubitu,difficilius in supinis. Decoquo in totum coquo. Vide alibi Excoquo perfecte coquo,digero.Hiero.con. Ioui.Immolatus est pro nobis agnus, & aspersi calidissimo rore hysopi omnem pituitam noxie voluptatis excoximus,Columella proprie cum ait, Vis frigoris excoquit terram,Incoquo coquendo applico. Nam cum metallum aliquod deplumbamus,vel deargentamus,vel deauramus,in coquere dicimus. Vnde vasa ænea stanno ad ignem illita in coctilia dicuntur.Plin. Deinde & argentum incoquere simili modo cœpere, ęquorum maxime ornamentis, iumentorũque iugis.Proprie tamen incoquere est intus coquere. Virg. libro quarto.Georg.Huius odorato radices ĩcoque baccho. Percoquo valde seu perfecte coquo. Plin.lib.xxiij. Bubulas carnes additi caules magno ligni compendio percoquunt,Similiter Discoquo.Idem lib.xxix.Denas virides lacertas in decem sextarijs olei veteris discoquunt. Præcoquo ante coquo,vel ante maturo. A quo præcox fructus, & præcoqua vua dicitur,i.præmatura.Recoquo rursus coquo.Plin. Ansatis recoctum sit.Et omnia habent penultimam correptam.

¶Coquito tas.pe.cor.frequentatiuum est

¶Coquina a coquendo locus in quo dapes coquuntur quę & culino a colẽdo,quasi colina. Et dum publica est popina dicitur.

¶Coquinari est coquinariam artẽ exercere.Plau. Neq; ego vnquam nisi hodie ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.

¶Coquus vel cocus,qui cibos coquit ac vændit, qui & coquinarius dicitur.

¶Coquinarius a.um,quod ad coquinam pertinet. Vnde vasa coquinaria dicta.

¶Coquinaria coquinariæ ars coquendi quæ ad victum spectant. τοοψαρτ.

¶Cor vnum est ex visceribus.Nam omnia interiora viscera dicuntur.In quo(vt inquit Plin)habitat mẽs. Et secundũ Aristo.Cor fons est venarum arteriarum & sensuum. Et sicut ait Auicenna,est principium virtutis vitalis, fons vitæ, & radix dicitur ab interprete Galeni. Aliquando tamen accipitur pro mente.Cice.lib.i.Tusc.Cor ipsum animus videtur. Vñ.concors.discors excors socors,vecors,grauicors, & cordatus.

*Coracesius pars tauri montis.Cc.

*Coroallachates lapis est guttis aureis coralli modo distinctus,Cc.

*Coraules dicitur qui in choro tibia canit.Cc.

¶Cordi est.i.delectat & placet. Cice. Ideoq; eo mihi magis est cordi.Teren.Si hæ nuptiæ sunt tibi cordi.i.iucundæ.

¶Corculum diminui.Plau.Meum corculum,meus mollicullus caseus.Et corculum acutum quasi cor sapiens.Festus.Corculum dicebant antiqui solertem & acutum.Cice.lib.i. Tusc. Et Nasica ille prudens bis consul corculum appellatus.Plin. libro septimo.Catos Corculos apud Romanos cognominatos esse refert qui sapientia præstiterunt

*Corculus masculino genere acutus,Cc

¶Cordatus homo.i.insignis corde & prestans memoria qui solertia multa pollet & ingenio, quemadmodum & corculum.Aug.libro primo.ci.dei.Non itaq; cum de dijs victis illa conscriberentur poetis libuit mentiri sed cordatos homines cogebat veritas confiteri.Lact.libro tertio.Non inficior

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fuisse illū paulo cordatiorem, q̄ cæteros, qui naturā rerū pu-
tauerunt ingenio posse comprehendi.

¶ Cordolium commiseratio, & quasi dolor cordis. Plau. Mi-
hi cordolium est. Idem in pen. Vbi tibi erit cordolium siquā
ornatam melius forte aspexeris.

¶ Cordapsus morbus tenuioris intestini quem iuniores ilia-
cum nominant.

¶ Corchorus vile olus apud Plin. Vnde prouerbium cōtra
eos qui magnis honoribus inhiant cum ipsi sint nihil. κόρχο
ρος ἔμπλαχάνοις. i. corchorus inter oleta.

¶ Corduba ciuitas Hispaniæ Senecæ & Lucani patria.

¶ Corgo aduerbiū apud veteres, quasi ex corde ago, id est
loquor.

¶ Cordius um. quod serotina fœtura natum est, vt cordum
fœnum autumnale, quod autumno secatur. Col. Aluntur
oues commodissime autumnali fœno quod cordum, vocat.
Itidem Corda frumenta dicta sunt, quę sero matureſcunt. Et
cordi agni serotini, qui post tempus debitū nascuntur, quos
vulgus vocabulo inde deducto cordiscos nominat. Plin. lib.
viij. Gerunt partum diebus. cl. postea concepti inualidi, cor-
dos vocabant antiqui post id tempus natos. Est ergo Cord⁹
cognomen eorum qui tarde nascuntur. Vnde apud Sueto.
Cordus Cremetius legitur. Quo nomine etiam dictus est ali
us scriptor historiarum, quem sequi se ait Iul. Capitoli in vi-
ta Gordianorum Mar. Quint. lib. i. præcipit scrutandas esse
a subti prȩceptore origines nominum, Vnde agrippa & opi
ter & cordus & posthumius dicantur. Quidam tamen hoc
nomen per h. scribunt Chordus.

¶ Corallium lapis rubei coloris. Amb. lib. hexa. Quomodo
etiam non indecoris lapis corrallium in mari hærba scit, si in
aerem transferatur lapidis firmitate solidetur. Plin. Corallii
religiosum in primis gestamen esse existimant amoliēdis pe
riculis. Gignitur in mari rubro & in persico & circa orchadas
insulas & in siculo circa Drepanum. Forma ei est fruticis, co-
lor viridis, baccæ calidæ, sub aqua molles, ex emptæ confe-
stim durantur & rubescunt quasi corna. Diascorides τόλε
κοράλλιον ὅπερ ἔνιοι λιθόδενδρον καλοῦσι, δοκεῖ μέμεῖναι
φυτὸν ἅλιον. ✳. i. Corralii quod aliqui lithodendron appel
lant plantam marinam esse cōstat. Theophrastus autem in li
bro de gemmis. τὸ γὰρ κουράλλιον καὶ γὰρ τόνθ', ὥσπερ λί
τος φύεται δ' ἐπὶ κέρατι δ' ἐλίθος γίνεται ✳. i. corralii enī vt
lapis nascitur vt hȩrba in aere & lapis fit. Huius nominis qui
dam primam producunt. Oui. lib. iiij. me. Nunc quoq; cora-
lis eadem natura remansit. Alij breuiant. Claud. Mergit se su
bito, vellitq; corallia clotho.

✳ Coraxicus tauri montis pars a gentibus sortitus nomen.
Cc.

¶ Coraxis mons qui a septentrione colchidem claudit. Est
& fluuius eiusdem nominis qui ex mōte sui nominis oritur.

¶ Coram præpositio est, quæ contrariam habet significatio
nem a clam, vt coram senatu orationem habui. Differt ta-
men a palam, q̄ coram magis ad personas certas, palā ad om
nes refertur. Coram indiget adiectione, palam non indiget.
Etiam differt ab ante q̄ ante oculos longe intelligi potest, co
ram proximitatem significat. Terent. in eunu. Quæ mihi an
te oculos coram amatorem adduxit tuum.

¶ Corax a latinis dicitur coruus. Cice. lib. de ora. Quare co-
racem vestrum istum pariamur. Hīc componitur nocticorax
seu nycticorax.

✳ Est & oppidum in volscis & viri proprium qui Archilo-
chium interfecit. Cc.

¶ Coracinus pe. pro. coruinus. Plin. etiam piscem quendam
coracinum appellauit.

¶ Corābla hærba quæ oculos retūdit, & hębetes facit. Ideo
q̄ dicta corambla. Nam κόρα pupillam significat ἀμβλυς di
citur retusus & hebes.

¶ Corbes, vasa ex viminibus facta. cui singularis est hęc cor
bis. Cice. pro sex. Messoria se corbe contexit. Dictę corbes se-
cundum Var. ab eo q̄ spicas aliudve quid eo corruebant.
Hinc minores dictę corbulæ. Cato villicū dixit habere opor-
tere corbulas amerinas quatuor. Col. vero ait. Corbulæ de-
cemmodie trimodię. Potest etiam esse corbis generis mas. se-
cundum Priscianum.

¶ Corbitæ pe. pro. naues onerariæ, dictæ q̄ in earum mālo
summo pro signo corbes soleret suspendi. Plaut. Tardiores q̄
corbitæ sunt etiam in tranquillo mari.

¶ Corbonam pe. cor. Iudęi sacrum thesaurarium dicunt. Au
ctores Iosephus & Eusebius.

✳ Cordiacus morbus alias cardiacus ἀπὸ τῆς καρδίας. Cc.

¶ Cordire veteres dixerunt pro eo quod est animo cedere.
Cc.

✳ Corgo aduerbium veteres dixerunt pro profecto, quasi ex
corde ago. Cc.

✳ Corcallis gemma est quæ modo nigro modo cæruleo co-
lore est. Cc.

¶ Corcyra pe. pro. Insula in Ionio mari olim phæacia a Phę
co dicta, qui genitus fuit e nympha Aesopi filia rapta a ne-
pruno & ad insulā delata, cui nomen fecit. Vbi grauida Ne
pruno peperit pheacum qui fuit pater Alcinoi Luca. lib. ij.
Hinc late patet omne fretum seu vela ferantur In portus cor
cyra tuos seu læua petatur Illyris. Homerus autē lib. odysse.
.κ. παῖδα τὲ ἐμὴν ἔχεμεν καὶ ἐμὸς γάμβρος καλέεσθαι
ἀνθιμενων ὅϊκον δ', ἐγὼ καὶ κτηματα δ' οἰκῆ ἐ ἐθελωντε
μένοις. ἀεκοντα λεῖ ὅτις ἔρυξεν φάικωμ. ✳. i. filia meā habe
re & gener meus vocari illic manens domum & possessiones
dati si volens maneres, inuitum nemo phæacum impedier.

¶ Corinthus vrbs Achaię fere ī medio Istmi peloponnesiaci
sita. Istmos græci vocant angustias peninsularum inter quas
nobilitate peloponnesiacæ præferuntur. Corinthus primo a
Sisypho latrone æoli filio fertur condita fuisse & corcyra no
minata, authore Strabone, postea Ephyre. Deinde euersa &
instaurata a corintho Horestis seu Iouis filio corinthus est ap
pellata, olim celeberrima & ditissima. Hæc habet arcem, quæ
Acrocorinthus dicitur. A corinthus fiunt corinthius & Co
rithiensis adiectiua, quæ sic ab inuicem distinguntur. corin-
thij sunt qui corinthū habitant, seu qui ex corintho nati sunt
corinthienses, q̄ alibi nati sunt sed negotiant corint. Suidas.
κορίνθος ἀπὸ κορίνθου τοῦ μαρα θῶνος ἢ ἀπὸ κορίνθου πέλο-
πος. ✳. i. Corinthus a corintho marathonis filio vel Pelopis

¶ Corinthia vasa dīr ex ære corinthio fabrefacta auro ar-
gentoq; cum ipso ære confusis fiebant. Nam æs corinthium
maxime laudabatur. Vnde factum est vt omnia vasa ex ęre
elegantia corinthia sint appellata. propter quæ apud veteres
tanto in prætio fuerunt æris metalla vt argenti quoq; atq;
auri prętium transcenderint. Tria autem sunt genera corin-
thij ęris vt docet Pli. Candidum, quod nitore accedit q̄ pro
xime argento. Alterum in quo auri fuluus color cōspicitur.
Tertium, in quo æqualis temperies omnium fuit.

¶ Corinthiacus a. um. quod ex corītho est. Oui. li. iij. de trist.
Illa corinthiacis primum mihi cognita terris

¶ Corinthiarius a Suet. positum est pro amatore nimio cori
thiorum vasorum.

¶ Corycium le bolze da caluacare. Suidas κωρύκιον. κώρυ
κον θυλάκιον. δ' ἢ ἢμῖν βουλσίδιον ἢ πηλέμαλεκτικὸν
ὀστου. ✳. i. Perula. Pera panarium quod apud nos vigidion
vel rȩte tenens panem.

¶ Coriago morbus quo boues laborant. Col. lib. vij. Est &
infesta pestis bubulo pecori coriaginem rustici appellant cū
pellis ita tergori adhęret vt apprehensa manibus deduci a co
stis non possit. Ea res non aliter accidit q̄ si bos aut ex langue
re aliquo ad maciem perductus est aut sudans in opere facie
do refrixit, aut si sub onere pluuia madefactus est.

¶ Corium animalium est/prȩsertim eorum quæ crassiorem
pellem habent ac duriorem, q̄uis quandoq; pro quacunq; pel
le dicatur etiam rerū inanimatarū, & quādoq; tergus. Virg.
Tergora diripiunt costis. Apud Plinium corium terrę est nō
tam cutis eius faciesq; summa q̄ tectorium & statumē quid-
dam crassius cui & aliud quoq; sub esse potest corium. Nam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in parietibus ſtruendis ordines ipſi laterum coria a Victruuio dicũtur/hoc eſt quę vulgo turba opificum appellat curſus. Dicitur & corius maſc.ge. Plaut. in Pe. Heri in tergo meo tris facile corios cõtriuiſti bubulos. A corium fit excorio as. quod eſt corium detraho.

⁂Coriolana pira dicuntur a forma. Cc.

¶Coriarius qui coria concinnat/preſertim craſſiora.

¶Coricum pe.cor. nomen eſt vrbis & montis excelſi in cilicia optimum crocum ferentis. A quo corycius a.um. vt crocum corycium. Mar. Quod de corycio quę venit aura croco. Coritus etiam portus.

¶Coriti ſunt leuia miſſilia in ſagittarum modum. Vir. Coritiq; leues humeris & letifer arcus. Cc.

¶Coriza morbus cum humore obturatur naſus, latine grauedinem vocant.

¶Corycei dĩr curioſi. Ci. ad Atti. Omnes enim corycei ſub auſcultare videntur quod loquor. Nam tota corycei montis Aſiatici, ſeu vt quidam dicunt promontorij in creta preternauigatio latronibus plena fuit. qui diſperſi p portus admercatores furtim accedebant & ſubauſcultabant quid rerum ferrent, & quo nauigarent, poſtea illis diſcedentibus adoriebantur eos ac diripiebant. Ex quo factum eſt vt omnes curioſa & ſecreta auſcultantes corycei dicerentur. Et in prouerbio diceretur. Hunc ergo coryceus auſcultauit, cuius cõſilia ſecreta patefacta ſunt.

¶Corythi. pe.pro. ſunt thecæ arcuum ſiue ſagittarum quamuis ſagittarum proprie dicantur pharethræ, quamuis Nonius corici legat. Sta. lib. ix. the. Cœleſtibus implet corython telis.

¶Corithus pe.cor. oppidum Tuſciæ prope Aretium in paruo colle eiuſdem nominis ſitum a corytho rege poſitũ. Vir. libro. ix. Nec ſatis extremas corythi penetrauit ad vrbes. Quidam hęc duo nomina ſcribunt cum h in principio chorytis,

¶Cornelia Romana Gracchorum mater & maioris aphricãni filia, quę a Vale. ma. laudatur, q̃ matronę campanę ornamenta ſua pulcherrima oſtentanti, non aurum, non gẽmas, non denicq; veſtes oppoſuerit, ſed liberos, qui maxima ſunt matronarum ornamenta.

¶Corna ę. nomen eſt duarum vrbium.

¶Cornus fœmi.ge. tam quartę q̃ ſecũdæ declinationis ſecũdum Priſ. Hæc ramos habet duricie & rigiditate cornibus ſimiles, fructum circa ſolſtitia facit primo candidum poſtea ſanguineum. Vir. li. ix. Coniecto ſternit a iaculo volatila cornus. i. telum ex corno factum. cornum gene. neu. fructus. Idem. Baccæ lapidoſaq; corna.

¶Corneus a.um. quod ex corno eſt. Plau. Duram ac corneã virgam. Poteſt etiam eſſe a cornu deductum nomen. Vnde hibernæ coronæ cornæ dictę ſunt quoniam negante tum flores terra, laminis e cornu tinctis fieri ſolebant.

¶Cornetum locus vbi ſunt frequentes corni, ſicut a pino pinetum.

¶Cornu cornuum & hĩc cornus ſecũdum Priſ. A curuore vt inquit Var. Plin. Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis. Omnibus fere caua ſunt cornua, ceruis tantũ ſolida, & ſingulis annis decidua. Hinc ſiũt vnicornium, bicornium, tricornium, quadricornium. Per tranſlationem cornua fluminum dicuntur flexus curuitates alueorum, q̃ multis locis ad cornuum ſimilitudinem flectantur. Item cornua antẽnarum ſignificant vtramq; partem antennę. Virg. Cornua velatarum obuertimus antennarum. Similiter in prælio cornua dicũtur vtraq; pars exercitus. In exercitu enĩ eſt dextrũ & ſiniſtrum cornu, & quod inter vtrũq; eſt dicitur medium. Item cornu genus eſt tubæ obtortæ, a quo cornicines dicti ſunt.

¶Cornucopiæ eſt quod Hercules cum acheloo in ſpeciẽ tauri mutato congreſſus ei detraxit, hoc naiades acceptũ & omnium fructuum primitijs refertum copiæ conſecrarunt. Oui. Achelous rigidum fera dextera cornu, Dum tenet infregit, trũcaq; a fronte reuellit. Naiades hoc pomis & odoro flore repletum Sacrarunt, diueſq; meo bona copia cornu eſt.

¶Cornicen pe.cor. qui cornu canit. Iuuen. Quadraginta dedit gracchus ſeſtertia dotem cornicini, ſiue hic recto cantauerit ęre. Dictum ita quia quod nunc ex ære eſt/tunc fiebat bubulo cornu.

¶Corniger pe.cor. gerens cornua. Vnde Bacchus corniger dictus eſt, quia ſimulachro liberi patris cornua adijciebãtur, q̃ vini inuentor fuerit. homines enim nimio vini potu truces redduntur.

¶Cornigen⁹ a.um. quod eſt ex genere cornua habentium ſicut caprigenum quod eſt ex genere caprarum.

¶Cornipeta pe.cor. animal quod cornibus petit. i. ferit.

¶Corniculum diminutiuum a cornu. Quo etiã nomine vocatum eſt oppidum iuxta tarquinios, a quo oppidani corniculani appellati ſunt.

¶Cornipes pe.cor. animal pedes habẽs, ſicut equus & capra & huiuſmodi vnguium aut pedum animalia. Oui. lib. ij. Faſto. Cornipedi Fauno cæſa de more capella. Nam fauus caprinos pedes habere fertur.

¶Cornutus a.um. quod habet cornua, vt facies Moyſi cornuta erat. Poteſt etiam dici cornutum quod procedit ex corde. Mar. Occubuit tandem cornuto ardore potitus. Cornutæ quadrupedes a veteribus dicebantur elephanti. Nã quod in his dentes multi dicunt. cornua ſunt Sed mirum eſt quod ſcribit Suidas de Cornuto, & dicit duos mirabiles viros fuiſſe. vnum Liuium & cornutum.

¶Cornicularius nomen eſt ordinis in militia, ſicut commentarienſis & accenſus. Docet Aſco. perinde ac cornicularius a corniculo ſic inclinetur, vt a cornu cornicen. Nam qui corniculo militabat/is cornicularius dicebatur. Liui. libro. x. ſcribit Papyrium conſulem equites omnes ob inſignem in bellis operam donaſſe corniculis armillisq; argenteis, tanquam cornicula ſint inter donatitia ornamenta militaria.

⁂Cornificius poetę nomen. Cc.

¶Cornix auis quæ dux auium eſſe dicitur. Vnde & cornices accipi ſolent pro ijs qui ſe ſapientores ac duces aliorum, videri volunt. Vnde Hiero. in quodam prologo vtitur, & Cic. pro Murena. Huius diminutiuum eſt cornicula. Hiero. ad Paulinum. Malo alieni operis interpres exiſtere quam (vt quidam faciunt informes corniculæ) alienis me coloribus adornare.

¶Comiſcarum diuarum locus trans tyberim erat cornicibus dicatus q̃ in Iunonis tutela eſſe putabantur. Cc.

¶Cornicor pe.cor. deponens ſignificat more cornicum garrio. Perſius. Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte.

⁂Coroela pirorum genera a vulgo ſic dicta, alias Syriaca. Cc.

¶Corona eſt quam græci στέφανον vocant, a noſtris olĩ ſtrophia a στρέφειν quod eſt vertere. Poſtea per diminutionem ſtrophiola appellata, deinde a ferendo ſerta. Et cum videatur corona a choro dici/caret tamen aſpiratione. Fuerunt autem apud Romanos diuerſorum generũ coronæ in magno prætio habitę. ſ. Triumphalis quæ fiebat ex lauru, & triumphanti dabatur, quoniam ea arbor præcipue eſt lætitiæ victoriarumq; nuncia. Obſidionalis, quam liberati ab obſidione dabant ei qui ipſos liberauerat ex gramine decerpto inde vnde obſeſſos ille ſeruaſſet. Nam vt ait Plinius ſummum apud antiquos ſignum victorię erat, victos porrigere herbã e terra. Ciuica, quam ciuis ciui a quo ſeruatus eſt in prælio teſtem vitæ ſalutiſq; percepte dat. Et hæc huiuſmodi erat. Primo illi gnea, poſtea magis placuit ex quercu, quia ante cauſa vitę in hac arbore hominibus fuit qui glandibus veſcebantur. Etiã ex ilice. Muralis erat qua donabatur ab imperatore qui primus murum ſubijt, incq; oppidum hoſtium per vim aſcẽdit, & aurea erat. Vallaris, quæ & caſtrenſis dicitur, ſimiliter aurea habens inſigne valli, hac donabatur qui primus hoſtium caſtra pugna introiuit, Naualis quoq; aurea quaſi roſtris nauium inſignita, qua donari conſueuerat, qui primus maris

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mo,prælio in nauē hostium vi trasilibat. Oualis mirrea erat, qua vtebantur Imperatores, qui ouantes introibant ciuitatem, quando bellum leuiter & sine cruore perfecissent. Corona etiam dicitur ornamentum muliebre. Hora. libro primo car. Et scindet hęrentem coronam crinibus. Et corona ponitur pro conuentu hominum circunstāte. Item pro circulo circa lunam. Item pro signo cœlesti Ariadna Minois filia quæ conuersa est a Baccho. Ver. libro, i. Geor. Gnosiaq; ardētis decedat stella coronæ. Ferunt ariadnā coronā dono accepisse a Theseo, inde nupsisse Libero patri, & post eius mortem liber pater coronam in cœlo collocauit. Alij dicūt hanc coronam dedisse Bacchū Ariadne cū ad Minoē ī creta venit. Alij dicūt coronā fuisse datam a Venere Baccho ī nuptijs deorum. Hęc Cancro & Leone exoriente occidit, exoritur cū Scorpio nonis Octobris, habet stellas nouē in rotundo dispositas.

¶ Corolla diminutiuum parua corona. Proper. Me iuuet externis positum languere corollis.

¶ Coronula similiter diminutiuum. Hieroni. lib. iij. Reg. Et sculpturæ inter iuncturas & inter coronulas.

¶ Corono, as. coronam capiti impono.

¶ Coronarius, rij. qui coronas conficit. Plin. Factum id est ex ingenio Glycereq; coronarię dilecte illi. Coronarij, a. um. quod ad coronas pertinet. Vnde aurum coronarium.

¶ Coronamentum coronarum multitudo. Plin. Atria q̄ppe coronamentis referta. Aliquando accipitur pro floribus, frōdibusq; & alijs ex quibus coronę fiunt. Idem. In hortis seri & coronamenta iussit Cato, inenarrabili florum maxime subtilitate.

¶ Corollarium (auctore Varrone libro. i.) significat id quod additum est prętereā quod debitum, tanq̄ auctarium quod dam & id quod supra mensurā vel pondus iustum adijcitur. a corollis nomē deductū, quod hę cū placuerant actores in scęna dari solitę sint. Vñ & corollaria dicūtur ipsę coronę. Suetonius in Augu. Itaq; corollaria & prędia alienis quoq; muneribus ac ludis ac crebra & grandia de suo offerebat. Plin. libro. xxi. Paulatim & Romæ subrepsit appellatio corollis interinitia propter gracilitatem nominatis, mox & corollarijs postquam e lamina ęrea tenui inaurata aut inargentata dabātur. Cic. in frumentaria. Noli hos colligere quam nummulis corrogatis de nepotum bonis ac de sęnicorum corollarijs decimam emerunt. Hęc autem cum prętrij parui forent, factum est vt corollarium pro re leuiori accipiatur. Apul. Symbolis cos corollarium vocauit posticum concubitum cum ait. Mihi iam fatigato de propria liberalitate Photis puerile obtulit corollarium

¶ Coronę vrbs in Peloponesso Messeniorum a qua coronęus sinus dictus est.

¶ Coronea vrbs est ī Boetia. Papi. Messe coroneam bacchogiissanta colentes.

¶ Coronis idis. rostrum nauis, finis, extremitas, apex, cornu, arcus, & huiusmodi.

¶ Corpus non solum pro massa compacta ex artubus & mēbris. Sen. Corpore truncato caput abest. Sed etiam pro sola carne ponitur. Cicero. Gallo. Ego hic cogito commorari quo ad me reficiam, nam & vires & corpus amisi. Mart. vtramq; significationem posuit. Viuebant laceri membris stillātibus artus, Inque omni nusquam corpore corpus erat. Hinc corpulētos dicimus obesi corporis homines. Et corpus dicitur quod est compositum ex materia & forma, Corpus (inquit Hieronymus) q̄quam caro dicatur, ītrdum tamen ęthereum vel aerium nominatur, quod tactui visuiq; non subiacet, & plerūque visibile est atq; tangibile. Vnde apostolus corpora cęlestia appellat & corpora terrestria. Cœleste corpus solis lunæ/ stellarum. Terreſtre, ignis/ aeris/ terræ/ aquæ & reliquorum quę absq; anima his sentiuntur elementis. Corpora tria genera Pomponius esse affirmat. Vnum quod vna specie cōtinetur, vt homo, lignum, lapis. Alterum quod ex cōtingentibus hoc est pluribus inter se cohærentibus constat, vt ædificium nauis, armarium. Tertium quod ex distantibus compactum est. vt puta ex pluribus corporibus vni nomini subiectis, vt populus, legio, grex, Hinc corporeus a. um. quod est ex substantia corporis, vt lapis. Ediuerso Incorporeus vt virtus.

✳ Corpore vitiatos dicimus q̄ cæci, vel manci, vel claudi, nati factive sunt, aut aliud huiusmodi vitium patiuntur. Cc.

¶ Corporale quod est vel habet corpus. Incorporale contrarium.

¶ Corporo corporas. interficio, & corpus sine anima relīquo. Aennius. Corpus contemplatur vnde corporet vulnere. Hic fiunt composita Concorporo & Incorporo.

¶ Corporatura corporis quantitas hoc est habitus & status ipsius corporis. Vegetius lib. i. scribit corporaturā boni tyronis implere sex pedum longitudinem. Colu. lib. vij. Habilis enim & modica corporatura pedoris operarij debet esse, neruisq; & masculis robusta non adipibus obesa. Victruuius li. vi. Sed ex cœlo roscidus aer in corpora fundens humorem efficit ampliores corporaturas.

¶ Corporatio idem quod corporatura. Col. lib. vij. Custodiē dum est ne incorporatione vel statura vel viribus impar cū violentiore iungatur.

¶ Corpulēs dicit homo obesi corporis, īde corpulētia. Cc.

¶ Corrado is. pe. prod. simul siue totum rado, aufero, vendo, alieno. Teren. in Heau. Nihil relinquo in ædibus, nec vas, nec vestimentum, corrasi omnia ī. vendidi vel alienaui. Lactātius lib. v. Non propter humanitatem quę nulla in his erat, sed vt omnia cupiditatis & auaritiæ instrumenta corraderent.

¶ Corrigo is. pe. cor. ex con & rego significat emendo. Lactātius libro. iiij. Antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige. ✳ Inde corrector emendator. Cc.

¶ Corripio is. pe. cor. reprehendo. Multi enim corripiuntur/ qui tamen non corriguntur. Aug. lib. i. de ciui. dei. Ea ipsa tamen quę cum eis non perpetrant nolunt plęrunq; corripere cum fortasse possint aliquos corripiendo corrigere. Proprie autem corripere est aliquid celeriter rapere. Vergi. Hic arcūque manu celeresq; sagittas corripuit. Adaptatur hoc verbum ad omnes actus humanos, vt corripitur somno, corripitur febribus. & multa alia huiusmodi.

✳ Corriuare proprie dī de brutis cum potandi gratia ad eūdem riuum conueniunt. Vnde corriuales qui duo aut plures eandem amicam habent, vel q̄ eundem riuum accedere videantur, vel q̄ inuicem contendant vt feræ quę ex eodē riuo haustum petunt. Cc.

¶ Corrugos vocant a corriuatione. Aquæ sunt ex montiū iugis ductę ad lauandum aurum. Cc.

¶ Corrumpo is. contamino, vitio destruo. Et tam ad animum q̄ ad corpus refertur. Vnde corruptor & corruptela. Terentius in Adel. Pisces ex sententia nactus sum hi mihi ne corrumpantur cautio est. Lactan. lib. iij. Cœlestes literas corruperunt vt nouam sibi doctrinam sine vlla radice ac stabilitate componerent. Aliquādo corrumpere est subornare inuitare & illicere. Plin. lib. vij. Aduersis studijs copia odorum corruptum criminantibus.

✳ Corruptela, a corrumpendo, hoc est contaminatio. Cc.

¶ Corruda pe. producta. sylueſtris asparagus vocabatur. Cato in harundineto corrudā serito vnde asparagi fiant. Var. lib. i. de re rust. Item olera quę arida loca sequūtur sic, vt vmbrosis locis alta seras vt corruda non noceat q̄ ita petit asparagus.

¶ Cors cortis. Vide in dictione Cohors.

¶ Corsica penultima correpta insula quæ vt docet Strabo distat a Sardinia stadijs sexaginta. Hanc græci Cyrnum appellant. Hæc maligne colitur q̄ aspera sit, & multis in locis inaccessibilis. In ea sunt castella Blesini Carax. Emicome. Vapanes. Huius insulæ longitudinem asserunt miliaria centum sexaginta. Latitudinem septuaginta. A Cyrno Herculis filio dicta est Cyrnus, vt placet Fabio pictori. A Corsica vero muliere cuius taurus cum ex continenti in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

insulam tranasset nomen quod habet retulit. Scribit Strabo lib. v. Captos a Romanis insulę huius alpestres in admiratione fuisse q̃ diri hispidi inhumani ferino aspectu viderentur. Hãc Romanis Mauri abstulere, quam postea Ademarcus in classe Genuensi imperator recepit.

*Corsoides lapis caniciei hominis similis. Cc.

¶ Cortina pe. pro. multa significat. Nam cortinæ sunt vasa in quibus pigmenta colorescq; coquuntur, quibus lanæ tinguntur, & vela pinguntur immeria. Plinius libro. xix. Fere die liquatis cortina velis elutra tum mergitur in experimentum. Et lib. xxxv. Hoc cum fecere non apparet in velis, sed in cortina pingi, mirumq; cum sit vnus in cortina colos ex illo alius atq; alius fit in veste accipientis medicaminis. Ser. accipit cortinam pro tripode Apollinis vnde oraculum Vel q̃ Apollinis tripos corio pythonis serpentis tectus sit vel certa illic respõsa fundãtur, quasi certina. Vergilius. Necq; te phœbi cortina fefellit. Vel quia illic cor vatis tenetur. Illuc enim raptę phœbades vaticinabantur. Cum autem hæ cortinæ Apollini delphico antiquitus dicarentur, alio nomine Delphicæ sunt nuncupatæ. Plinius libro. xxxiiij. Ex ære factitauere & cortinas tripodum nomine delphicas quando donis maxime Appollinis delphici donabantur. Varro libro tertio. Cortina dicta est quod est inter terram & cœlum a similitudine cortinæ Apollinis. Et a corde q̃ inde sortes primũ extimatæ. Cato cortinam plumbeam accipit pro vase quo oleum fluit, vbi oleum in torcularío factores premunt. Ait enim Cortinam plumbeam in lacum ponito quo oleum fluat. Item Cortinæ dicuntur alæa & vela ad locum contegẽdum prout vernacula lingua appellitamus. Vnde. Hieronymus apud Exodum. Decem cortina facito de byslo retorta. Hæ etiam velaria seu velares a velis dictæ sunt. Nam velũ plagæ & fragula inter se germana sunt. Item locus velatus in theatro ex quo egrediuntur recitatores & mimi. Vergi. Magni cortina theatri.

¶ Cortinale a cortina sumitur pro loco in quo sunt cortinæ, hoc est vasa quib⁹ sapa decoquitur. Colu. lib. i. Cortinale vel defrutum fiat, nec angustum nec obscurum sit vt sine incõmodo ministret, qui sapam decoquit, versari possit.

*Cortyna siue Gortina (vtrunq; enim scriptum inuenim⁹) insignis vrbs Cretæ insulæ fuit quam præterlabitur læneus amnis. Cc.

*Cortinon gramen est siue vt alij volunt Rhaphani semen. Cornucopiæ.

¶ Cortex tam masculini q̃ fœminini generis est veluti coriũ cuiuscq; rei, vt in arboribus liber, & in cæteris reb⁹ crusta quę dam ad tegendum data. Nam corium proprie animaliũ est. Ouid. lib. i. metam. i. Sentit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus. Huius diminutiuum est corticula. Colu. Corticulis resolutis. Hinc decortico. as. & Excortico.

¶ Cortona ciuitas Tusciæ. a qua cortonenses. Dionysius vocat eam cortoniam, qua inde cortonienses formauit. Hęc ante Corton dicebatur. Liui. libro nono. Itaque a Perusia & Cortone & Aretio, quæ ferme capita Hetruriæ populorum erant.

¶ Corybantes a pupillis oculorum siue genis dicti sunt. Græci κορυβαντιᾶν eos dicunt qui ad similitudinem leporum oculis patentibus dormiunt. quod etiam quidam corybantiare dixerunt. Qui cum custodes Iouis essent non modo excubare sed etiam apertis oculis dormire cogebantur. Inuenalis de conuiua. Corybanta videbis. Hi in Ida monte Phrygiæ saltando & cantando sacra cybeles faciebant, & sacerdotes exsectis testibus degebant. Dicti corybantes q̃ κορυβαντιᾶν eos græci dicunt, vt Strabo dicit qui capita saltando iactent furiosq; agitentur. Diodo. Corybantum scribit Iasonis & Cybdes filium fuisse ac simul cum Dardano sacra matris deum in Phrygiam detulisse, eosque qui in sacrificijs eius deæ incumbere voluerunt de suo nomine appellasse. Alij a galea dictos volunt quæ græce κόρυς dicitur, q̃ galero quodam capita tecti insaniendo luderent. Suidas.

κορύβαντες ἔνιοι τοὺς κοιμηταὶ καὶ τοὺς κορύβαντας τοὺς ἀντοὺς ὑπειληφασιν ὅσαν δ' ἐδ' ὁς τροφεῖς οὗτοι καὶ φύλακες τινές. Δεῖ αὐτοὺς δ' ἐκαφαςῖμ ἀλλ' ἐν νυκτὶ ἢς ἀρ δὲ τῆς ἐξ ασ πᾶσ ἐσ καὶ κορυβας ὁ αὐτὸς τοῖς κόνησιν ὁ ἢς αμ τοῦ δ' ὁς τροφεῖσ καὶ δ' ὰ καλει καὶ τῆς μια παιδ ἐσ. *. Id est Corybantes. Nõnulli curetas & corybantes eosdem existimauere. aliqui autem ipsos decem aiunt esse alij nouem. erãt vero Rheæ filij & ipse corybas curetibus qui fuerunt Iouis nutritores & magistri & Rheæ filij.

¶ Corydalus pe. cor. græce κορυδαλός auis est galea dicta, κόρυς enim latine galea. Vnde etiam nostri galeritam. nisi potius a galero, & alaudam dicunt.

¶ Corydalla vibs lyciæ.

*Coruus nota auis omnium nigerrima. ideo niger epitheton est corui & græcis κόραξ dictus, quo verbo aliquando latini vtuntur. Cicero. Quare coracen iustum vestrum patiamur nos q̃ pullos excludat suos. Inde coruinus, vt coruinũ rostrum, coruinus adeps. Refert Perotus cum apud Alphonsum Siciliæ regem Neapoli sub Calisto pontifice esset, se vidisse coruum a Rege Britanniæ missum miro candore conspicuum.

¶ Corus sine h/ ventus occidentalis græce Argestes dicitur, qui contra aquilonem flat. & producit primam. Iuuenalis. Atq; habitas coros semper tollendus & hausiro. Quandoque mutamus o/in au/& Caurus dicimus. Vergilius. Sẽper hyems, semper spirantes frigore cauri. Et corus est mensuræ genus quadragintaquinq; modios cõtinentis, modius vero capit vigintiduo sextarios. Chorus cum h/ conuẽrum & multitudinem significat, & veluti coronã eorum qui ad ludos conueniunt, siue saltantium atq; canentiũ. Nam multorum vocibus & concentu constat, vt Seneca & Macrobius tradunt. Et apud Priscos ex ferus symphoniacis comparabatur. Vnde apud iurisconsultos libro tertio de legatis. Si chorus legetur/perinde est ac quasi singuli homines legati sint. Hieronymus. Vbicunq; chorus est ibi diuersæ voces in vnũ canticum congerũtur. Quomodo enim diuersæ voces chordæ vnam vocem effigiunt cantici, sic & diuersæ voces cum simul fuerint congregatæ chorũ domini efficiunt. Et a χάρα secundum Platonem libro secundo de leg, quæ est lętitia deducitur. Festus a corona deriuat habetq; primam correptam. Vergilius libro. vi. Vescentes lætumq; choro pæna canentes. Idem. Omnis quam chorus & socij comitentur ouantes. Hinc chorea & choraules. Hieronymus ad Dardanum scribit Chorum esse musicum instrumẽtum ex simplici pelle cũ duabus cicutis æreis quod per primam inspiratur/ & per secundam vox emittitur.

¶ Coruscare, non solum splendere/sed etiam vibrare significat. Verg. Talia vociferans sequitur strictumq; coruscat mucronem. Et Crispare. Idem. Tum syluis scęna coruscis.

¶ Corylus penultima correpta, arbor & fructus, a nostris dicitur auellana. Vergilius libro secundo Georgic. Plantis eduræ coryli nascuntur. Coryletum locus consitus corylis. A corylus etiam Cõlurna opera dicta sunt ex corylo arbore facta.

¶ Corymbi, vuę hederarum quibus coronabatur Bacchus. Tybullus. Sed varij flores & frons redimita corymbis

*Corymbifer qui fert corymbos siue hederam. Ouid. Festa corymbiferi celebrabat græcia Bacchi. Cc.

*Corymbites hærba tithymali species, alias platyphyllõ vocata, nec vllius latiora sunt folia, pisces necat. Aluum soluit radice vel foliis vel succo. Cc.

¶ Corynephoros, latine dicitur clauem ferens.

¶ Cos cotis fœminini generis lapis quo cultri acuuntur. Proprie tamen cos siue cotes cautesve dicitur saxum asperum atq; abruptum. Vergili. Q̃ si dura silex, aut stet marpesia cautes. Sed quod nos cotem vel cautem dicimus Græci ἀκόνην dicunt in vtroq; significato. Hinc Cotes siue Aconas olearias & aquaticas dicimus, q̃ illas ad ferrum oleo, has aqua madefacimus. Est & Cos nomen ciuitatis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

seu insulæ, de qua supra in dictione Coos. Huius diminutiuū est cotícula, de quo infra. Et compo. Decotes.

¶ Cossi vermes in ligno editi qui apud Phryges & in ponto pro delicatissimis cibis sumuntur. Hiero. contra Ioui. In ponto & Phrigia luxuria est comedisse Xylophagion, ita enim appellant cossos vermes obesos ex lignorum carie nascentes qui apud illos a patrefamilias in magnis redditibus computantur. Sic Plin. libro. xvij. Luxuria cossos doborum delicatiores adhibere in cibo. A similitudine horum cossorum homines rugosi corporis ab antiquis cossi dicti sunt. Vnde & cossutiorum familia apud Romanos dicta est. Ex qua cossutia vxor Cæsaris cuius meminit Suetonius in vita cæsaris. Sic cossuuij & cossuuiani.

¶ Cosmus nomen proprium, & latine dicitur ornatus, & mundus id est orbis, a κοσμέω orno & decoro. Ponitur interdum pro ipso vnguento quo quis ornatur. Martialis Qui cosmi redolent alabastra focig; deorum. Fuit enim Cosmus nobilis vnguentarius, a quo vnguenta cosmana dicta sunt. Petronius. Affer nobis inquit alabastrum cosmiani. Cosmi cus adiectiuum idem quod mundanus, & Microcosmus parvus mundus, quo nomine vtitur Aristoteles pro homine.

¶ Cosmitto pro committo, m, literam in s, vertentes veteres dixere. Cc.

*Cosmon græci ornatum appellant. Cc

¶ Cosmographia cum accentu in peuultima mundi descriptio. Cosmographus penultima correpta descriptor mundi.

¶ Cosmeta. pen. prod. ornator siue ancilla seruiens dominæ ad ornatum. Iuue. Ponunt cosmetæ tunicas. Et cosmeta imperator dicitur.

¶ Costus fœuinini generis, & costum radix magni odoris, seu arbuscula aromatica. Hie. cõtra Ioui. Quomodo autem virginitati animæ non præiudicat imitatio virginum diaboli, ita & veris ieiunijs costum isidis & cybelle & quorundam ciborum inæternum absinentia.

¶ Costa Vergilius. Et pede subigit terram fricat arbore costas.

¶ Cosiros pe. cor. nomen insulæ Siculæ. Vnde Cosyrij dicitur. Cosyra vero vnde cosyrei Aphricana insula est. Sunt tamen qui vnam insulam esse velint.

¶ Cotiæ alpes dictæ sunt a cotio rege qui perdomitis gallis eas extruxit molibus magnis compendiarias & viantibus oportunas.

¶ Coticula diminu. est a cote licet non seruet significatum primitiui. Non enim est parua cos/sed lapis quo fit auri vel argenti experimentum. Modicus quidem est & raro quaternas vncias longitudinis binasq; latitudinis excedens.

¶ Cotyle penul. cor. græce κοτύλη omne concauum poculi & mensuræ genus, sextarius, iunctura coxæ cum natibus, & pondus nouem vnciarum.

¶ Cotylum scribit Strabo vocari locum in Ida monte. Vnde Scamãdri & Granici & Aesopi fluminum origo. xv. mil. pass. a Scepsi, & inde nomen Cotylo quasi conceptaculum & acceptaculum significet.

¶ Cotyla est vas siue poculum ad potandum. Quo Diogenes cynicus vsus est antequam vidisset puerum manu concaua bibentem.

¶ Cotidie q̃uis a quoto & die componatur, per c. & non per q/scribendum esse quidam existimant, quia tanta est affinitas inter c. & q, vt q/in c. mutari facile patiatur, vt sequor secutus, loquor locutus, quis cuius, Vnde Quintil. libro. i. Inssii. Frigidiora his alia, vt quicquid c. quartam haberet ne interrogare bis videremur, & quotidie nõ cotidie vt fit quot diebus. Verum hæc iam interipsas ineptias euanuerunt. Victorinus quoq; libro de ortographia per c/capitalem literam scribi præcipit ficinquiens. Quis enim cocus a coquendo/ & quotidie a quoto & die deriuata sunt, per c/ & non per/q. scribenda sunt.

¶ Cotones penulti. correpta a coton portus in mari arte & manu facti. Qui etiam cotonia secundū Seruium dicuntur. Coton etiam nomen vrbis est in Syria a qua hyc cotana vel cottona pluralis tantum numeri dicta sunt pro quodam ficu paruę genere. Marti. Paruaq; cum canis venerit cotana prunis Plinius libro. xiij. Syria ī ficorum genere habet caricas & minores eius generis quæ cotana vocant.

¶ Coturnix auis aduena terrestris magis q̃ sublimis nostri qualeam dicunt, græce Ortyx. Vnde ortygometra. Dicta coturnix author Festo a sono vocis.

¶ Coroneum græci Cydonium vocant & per excellentiam μῆλον dī. Est pomi genus. Cuius varię sunt species. Cc.

*Coronea hærba a Veneris vocatur, quam galli halum nominant similem culinę bulbulę cacuminibus thymo dulcem & situm sedantem. Cc.

¶ Cottonum nõnulli bambatium vulgares, indocti bombicem literati xylon siue gossipion appellant, genus illud lini candidissimum ex ęgypto.

¶ Cothurni. tragica calciamenta quibus calciantur tragœdi qui in theatro dicturi sunt alta voce. Suidas. κόθορνος ὑπόδημα ἀμφοτερόποδον ἐξιον .*. Id est cothurnus calciamentum ambidextrum. Est autem calciamenti genus humile in modum crepidarum, sed tale est vt dextro & læuo pedi conueniat. Aliquando capitur pro calciamento subleuato subere. quo mulieres grandiores appareant. Iuue. Si breue parui sortita est lateris spacium breuiorq; videtur Virgine pygmea nullis adiuta cothurnis. Aliquando pro alto dicendi genere. Vergilius. Sola sophoclęo tua carmina digna cothurno. A cothurnus fit cothurnatus a, um. Mart. Grande cothurnati pone Maronis opus.

*Cous denominatiuum est a Co insula Hippocratis patria. Est etiam in talo id est taxillo numerus cani contrarius / qui & Venus dicitur. & is qui talorum iactu hunc numerum reddidisset/sex lucrifaciebat, & qui canem/vnum tantum. Cc.

¶ Couinum rheda. Vnde couinarius eques a Tacito nuncupatur qui ex equo couino depugnabat. Sunt qui equos couinafrios cataphractos intelligunt. Idem in vita Agricolæ. Media campi couinarius eques strepitu ac discursu complebat.

¶ ~~Coxa & Coxendix~~ pro eodem accipiuntur. Varro libro primo de re rustica. ~~Lata fronte, naribus simis,~~ lato pectore, ~~crassis coxendicibus~~. Sunt qui coxendicem seu coxam intelligant coxarum vertebrum quo femora vertũtur, quod græce ἰσχίον. Vnde ischia dici dicuntur coxendicibus laborantes Plinius libro. xxv. Coxendicibus & articulis omnibus cī axungia vtilissima. Cato incantamentum docet ad sanãdas coxendices luxas/hoc est loco suo motas. Suetonius de Augusto. Coxendice & femore & crure sinistro non perinde valebat vt sępe etiam inde claudicaret. Plinius in epistolis. Hunc dum sequitur colligitq; perlene & lubricum pauimentum fallente vestigio cecidit coxamq; fregit, quæ parum apte collocata reluctante ętate male coīt. Celsus libro. iij. Coxis proxima sunt genua. de osse dixit.

*Crabonis vrsis similes sunt. degunt in sylueſtrium arborum cauernis vita bimatum non transit, creantur ex equis. Cornucopie.

*Cranaus athenarum rex fuit qui Cecropi in regno successit, a quo regionis inquilini Cranai dicti sunt. Cc.

¶ Cranos siue cranium apud græcos significat capitis caluariam.

¶ Crantor Solẽsis academicus philosophus fuit Xenocratis Platonis discipuli condiscipulus & Polemonis qui nouis opinionibus Academiam Platonicam repleuerunt. Hic scripsit librum de consolatione quem Cicero æmulatus est. Perijt aquæ intercutis morbo. Taxauit stoicorum indolentiam quæ esse nullo modo potest nisi plane hominem saxeum esse velimus & omni sensu carentem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Cras non ſolum ſecundum consuetudinem accipitur pro die proxime futuro, ſicut Heri pro die proxime elapſo, ſed etiam pro futuro tempore, vt in ſacris literis loquitur Phyronyſſa ad Saulem. Cras eris mecum. Et libr. Gene. dixit Iacob. Exaudiet me cras iuſtitia mea.

¶Craſtinus, na, num, penultima correpta a cras fit, ſicut ab Heri heſternus, vt dies craſtina. Et non ſolum pro die ſequenti hodiernum, ſed pro quolibet alio. Vergilius. Si vero ſolem ad rapidum Iunaſq; ſequentes Ordine reſpicies, nunq; te craſtina fallet Hora.

¶Craſtino aduer. idem quod cras. Gel. Si dominus meſſiũ ad amicos reiecit craſtino ſeges non metetur.

¶Craſtino craſtinas ſigni. diem de die traho & differo. Hinc procraſtino & recraſtino eiuſdem ſignificationis. Hiero. ad Pauli. Scilicet niſi tu ſemper recraſtinans & diem de die trahens caute & pedetentim tuas poſſeſſiunculas vẽdideris, nõ habet chriſtus vnde alat pauperes ſuos.

¶Craneum gymnaſium erat apud corinthum. Cc.

¶Craſis latine dici poteſt temperatiuũ. complexio mixtio.

¶Craſſus, pinguis, groſſus, ac ponderoſus. Hinc craſſities & craſſitudo pro pinguedine. Craſſare pinguem facere, vt Incraſſatus, impinguatus recalcitrauit. Graſſor vero per g aliud ſignificat.

¶Craſſamentum, groſſities. Gellius. Circuli duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamento, eiuſdem longitudinis, derectiq; ornati ſimiles. Sic Colu. Craſſamentum vini fœculenti dixit, Idem li. vi. Craſſamen iquit ſemper requieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur.

¶Creſceſcere eſt pinguem fieri. Columella libro nono de turturibus. Nec quia tritico vel alijs frumentis minus craſſeſcant, verum q; ſemine eius maxime delectantur. Interdũ eſt groſſum ſiue denſum fieri. Plinius libro pri. Qui neq; in nebulam denſetur nec craſſeſcat, id eſt groſſus fiat. Auguſtinus. In corporeus carne veſtitur ſermo craſſeſcit.

¶Craſſiuenium aceris arboris genus a venarum craſſitudine dictum. Cc.

¶Cratos latine dicitur potentia imperium

¶Cratera penultima producta & generis maſculini, ſiue crater crateris, cuppa grandis ac patens. ἀπὸ τοῦ κεράννυμι quod eſt tenere capere, vel potius quod eſt miſceo. Quidam aiunt tres vrnas continere. Vrnam vero quartarium dici certum eſt q; quatuor ſextarios contineat. Horatius in ſer. Siue grauis veteri crateræ limus adhæſit. Statius libro decimo The. Et Bacchus in altos crateras pateraſq; redit. Vergilius. Crateraſq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui. Ab huius vaſis ſimilitudine crater in mõte ætna appellatus eſt foramen illud per quod ignis euomimur. Ouidi. Et pronos currus medio crastere recepit. Et crater in fontibus dicitur receptaculum quod & labrum dicitur ex quo fiſtulis aqua decurrit ſicut & caſtellum. Et crater ſignum cœleſte quod oritur. xvi. calẽdas Martij veſpere.

*Crategonon genus ſatyrij herbę, ſemine lini maiore, duræ radicis cortice rubro, ſapore ſubdulci, quod in montoſis traditur inueniri. Cc.

¶Aſcen. Cratera nominatiui caſus & primæ declinationis fœminini eſt generis licet fiat ab accuſatiuo tertiæ qui eſt maſculini, ſicut etiam panthera, ſtatera. Quocirca vbi crateras accuſatiui caſus maſculinum legeris dixeris eſſe tertiæ non primæ.

*Craterites gẽma eſt inter chryſoliti & electri colorem. Cc.

¶Crattippus fuit teſte Plutarcho philoſophus peripateticus, de quo Ci. lib. iij. offi.

¶Cratylus cum y. nomen philoſophi, cui Plato librum de ſignificatione nominũ inſcripſit.

¶Cratinus fuit poeta comicus clarus apud Athenienſes de quo Hor. Eupolinus atq; cratinus Aristophaneſq; poetæ.

*Cratinas Aphricę fluuius e lacu Sicyone in occeanum fluens. Cc.

¶Crates, is. notam habet ſignificationem. Vnde cratius a, um. quod eſt factum ex cratibus. crates etiam nomẽ eſt philoſophi Thebani qui vt philoſophiæ vacare poſſet proiecto in mare non paruo auri pondere, Abite inquit peſſum malę cupiditates ego vos mergam ne ipſe mergar a vobis. Neq; putauit ſe poſſe & virtutes & diuicias ſimul poſſidere.

*Crateus pater Eſonis fuit. Cc.

*Craticula a crates diminutiuum in qua cibi torrentur. Cc.

¶Crathis cum th. aſpirato, nomen eſt duorum fluuiorum quorũ vnus eſt apud Achiuos, alter apud Calabros. Ouid. li. xv. Meta. Crathis & hinc ſybaris noſtris cõterminus oris Electro ſimiles faciunt auroq; capillos. Et li. ter. Faſt. Eſt prope piſcoſos lapidoſi crathidis amnes Paruus ager.

¶Craterus penultima correpta nomen viri proprium. De quo Perſi. i tertia ſatyra. Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

¶Cratio is. cratibus operio. Plinius. lib. xviij. Vtiliſſimum ſimul & hærbæ arare, deinde cratire, ſerere florem ex fœnilibus atq; ex præſepib⁹ fœno dilapſum ſpargere priuſquam cratiantur.

¶Crapula penultima correp. græce κραιπάλη ſiue quaſi lucta capitis. Dolores enim & vertigines in eo vinum facit reſinatum maxime. Nam in medicamenta quibus vini leuitas excitatur crapulæ dicuntur. Siue ἀπὸ τοῦ κάπρου qua voce vt Photion ait potte vinum ſignificãt, quia κάπρους. i. vibrare faciat.

*Crebenia regio eſt in troade. Cc.

¶Creber frequens Hic. Q; creber in oratione eſſet. Hic aduer. crebro, crebritas, & crebritudo pro frequentia.

¶Crebreſco is. crebui celebris fio & diuulgor. A quo per crebreſco.

*Crebriſurus ſignificat vallũ crebris iuris hoc eſt palis munitum. Cc.

*Crecos gemina eſt quæ nigra piri ſpeciem imitatur. Cc.

¶Credo credis. credidi. creditum. ex cre. & do. ſecundum Priſcianum, quaſi a cretum & do. Et ſignificat dictis vel factis fidem habeo. Cicero libro quarto ad Herennium. Nimium quirites creditis vnicuiq; cum eſtis ſimplicibus & mansuetis animis. Nonnunquam credere eſt confidere. Vergilius. Nimium ne crede colori. Salluſtius. Virtuti ſatis credebant Aliquando fidei committere ſeu ſeruandum tradere. Plautus in Aul. Vbi is obijt mortem qui mihi id aurum credidit. Cicero libro quarto ad Herennium. Nam cum canes funguntur officijs luporum cuinam præſidio pecuaria credemus? Et non ſolum tradere, ſed etiam reuelare ac manifeſtare ſignificat. Lactantius libro quarto. Iudæi quoq; quibus ſolis arcanum dei creditum fuerat. Interdum Mandare. Columella libro ſecundo. Vt iam percenſeamus quot cperis in aream perducantur ea quæ terræ credidimus Quandoq; Mutuare. Martialis. Dimidium donare Lino quam credere totum. Qui mauult perdere dimidium. Hinc creditor & creditum. Et ſi conſtruatur cum accuſatiuo mediante in ſignificat immittere, injicere. Vergilius libro ſecundo Georgicorum. Inque nouos ſoles audent ſe gramina tuto credere.

Inter credere deo, credere deum, & credere in deum, eccleſiaſtici hoc intereſſe putant. q; credere deum eſt credere deum eſſe. Credere deo, eſt fidem habere deo, ſiue verbis eius. Credere in deum eſt fide bona ſe conijcere in deum. Primum bonum. Secundum melius. Tertium optimum. Huius verbi compoſita ſunt. Accredo. Concredo quod eſt omnino credo, ſiue committo. Columella in præfatio. Iamq; qui ædificare velint fabros & architectos aduocent, quia nauigia mari cõcredere, gubernãdi peritos. Veteres creduas pro credas dicebant. Plautus. Ipſius nec amat nec tu creduas.

¶Creditor dicitur cui debetur ex quacunque actione vel perſecutione vel iure. Caius de Verborum ſignificat. Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, ſed omnes quibus ex qualibet cauſa debetur. ſicuti ex empto vel ex locato vel ex alio vllo contractu debetur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Creditum appellatur id quod nobis debetur.
¶ Credulus, qui omnia facile credit. A quo credulitas credēdi facilitas. Incredulus qui non facile credit.
¶ Credibile, quod ita verisimile est, vt facile credi possit. Huius contrarium est Incredibile.
¶ Cremasteres nerui a quibus testes dependent. Columella libro septimo, priusquam ferrum admoueas duabus angustis ligneis regulis veluti forcipibus apprehēdere & ipsos neruos quos Græci κρεμάστηρας ab eo appellant ꝙ ex illis genitales partes dependent comprensos præcepit
*Crementum a cresco. i. augmentum. Cc.
*Crepæ a principio caprę sunt appellatę ꝙ cruribus crepēt. Cremera. pe. cor. fluuius apud quem Fabij a Veientibus occisi fuere. Iuue. Quid cremeræ regio?
¶ Cremo cremas cui⁹ passiuum est cremor. Hiero in Ieui. Cū ꝙ cremati essent adipes super altare. Huius compositum est concremo. Liui. Inclusi cum coniugibus ac liberis domos super seipsos concremarunt.
¶ Cremor apud Catonē accipitur, ꝓ lacte expresso ex grano aqua macerato. ♁ Celsus. Morbus ipse non patitur inuicem eius cremor ptisanæ sumendus est.
♁ Cremiū a quibusdā putatur esse frixorium, a cremo as, ꝙ fit aridū, vt ē illud ī ps. Et ossa mea sicut cremiū aruerunt. ab aljs creditur esse illud quod ī frixorio remanet durum. Sed ego puto saluo aliorum iudicio ꝙ sit caro frixa ī frixorio, quę quo magis torretur eo magis virtus eius, & humor euacuatur, sicq; sententiæ psalmographi quadrare videtur.
¶ Creare, ppric est de nihilo aliquid facere, quod etiā ad homines pinet nō solū ad deū. Aug. lib. iij. de ciui. dei. Alba illa quam filius Aeneæ creauit Ascanius Romæ mater. Hinc creator, creatio, creatrix, Creatura Compo ita Procreo quod pro simplici ponitur. Recreo pro ī stauro, & quasi nouam carnem facio. Plinius. Sic enim defecta longis ęgritudinibus corporare creantur.
¶ Crepida ę. pe. cor. & Crepis idis. teste Seruio, Thuscum calciamentū quod corrigijs ligabatur. Suidas. κρηπίσ. θέ μελιορ. ἢ ἑῖδος ὑποδήματος ἢ τὸν ποδὰς κατοῦσα ὑποβάθρα.
*i. Crepis fundamentum vel species calciamenti quod tenet pedes tanq; scabella. Miror ꝙ quidā poeta primam corripuerit, sed fuit quia κ in ε mutauit secundū dialecticos līguarum. Per, vero ostendit fuisse græcum cum ait. Non hic qui in crepidis graiorum ludere gestit. Huius diminutiuum est crepidula. Gel. lib. xiij. Crepidas & crepidulas id genus calciamenti appellarunt quod græci κρηπῖδας vocant. Et paulū supra. Omnia inquit ferme id genus quibus plantarū calces tantū in fine teguntur. cętera prope nuda & terretibus habenis iuncta sunt, soleas dixerūt, nonnūq; voce græca crepidulas. Hor. in Ser. Chrysippus dicat sapiens crepidas sibi nunq; Aut soleas fecit. Quidā hoc nomen a crepitu hoc est a sono quem ambulando reddunt, dicunt appellatum
¶ Crepidarius. is. q crepidas cōficit. Crepidarius a. um, quod ad crepidas pertinet. Gel. Sempronius Asellio lib. rerum gestarum. xiiij. Crepidarium inquit cultellum rogauit a crepidario sutore.
♁ Creophilus pe. cor. nomē poetę qui Homeri hospes & æmulator fuisse fertur. Vide Apul. in floridis.
¶ Crepido. pe. pro. significat oram terrę quam aqua alluit ex hoc appellata ꝙ ibi aqua alluens crepitat cum currit, aut vndas appellit. Colu. lib. ix. Præiaciuntur in gyrum moles. Sic enim maris attrocitas obiectu crepidinis frangitur & in trāquillo consistens piscis sedibus suis non exturbatur. Per trāslationem vero & putei extremam oram quæ ad ipsum puteum respicit, quæ vulgo dicitur os putei, & editioris cuiusq; loci extremitatem solemus crepidinem appellare, vt apud H. e. In crepidine vię. Seneca. Quis crederet iacentē super crepidinem Marium aut fuisse, aut futurum consulem? Vnde etiam pro abrupto saxi altitudine ponitur. Virg. lib. x. Forte ratis ęlisi conitur in crepidine saxi Expositis stabat scalis & Ponte parato.
¶ Crepo as. pui. itū. Vnde crepitus, Crepare sonare. Plaut. in Mene. Dic mihi nunq; tibi intestina crepant? Cui ille respōdet. Vbi satur sum nulla crepant, quando esurio crepitant. i. murmurant & sonant, id quod intestinis inanibus accidere solet. Per translationem ponitur pro dolere queri accusare. Hora. lib. i. Car. Quis post vina grauē militiam aut paupertem crepat? Item pro fferire. Cic. lib. iij. offi. Itaq; si vir bonus habeat hanc vim, vt si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen eius irrepere. Item pro Frangi. Verg. Et acuto murice remi Obnixi crepuere. Item pro ictare. Turpil. Age tu hymeneum increpa. Hinc componuntur. Cōcrepo persono. Hiero. in Iosue Buccinis oīa concrepabant. Increpo, percrepo valde crepo. Cic. in Ver. Locum istū lictoris percrepare totum mulierum vocibus cantuq; symphoniæ. Et habent penultimam correp.
¶ Crepito as. pe. cor. de Cymbalis & hmōi dī, q̄uis & de aljs rebus dici possit, pro crepitum facere. Aug. lib. xxi. de ciuita. dei. Eundēq; faceret aqua velut in igne crepitare.
¶ Crepitus, sonitus & concussio qui ex impulsu resultat, vt pedentis, quos stoici liberos esse aiunt. Plautus. in Cur. Vbi quid surripuere operto capitulo calidum bibunt, tristes atq; ebriosi incedunt, eos ego si offendero ex vnoquoq; eorum eńciam crepitum polentarium. Et crepitus plagarū dixit. Ci. in Verrinis.
¶ Crepitaculum, sistrum, instrumentum quod manibus percussum reddit sonum.
¶ Crepitulum, ornamentum capitis, quod in capitis motu crepitum facit.
*Crepi luperci dicti sunt a crepitu pellicularum quem faciunt verberantes. Cc.
¶ Creperus a. um. pe. cor. idem quod dubius. Vnde creperū bellum anceps & dubium. Et senes decrepiti in dubio vitę cōstituti.
¶ Crepusculum, lux dubia quæ fit ante solis ortum, & ante occasum. a Crepere, quia tunc multis dubium est dies sit iā an nox. Plin. Oriente sole aut occidente matutini vespertini ve cognominari, prout alterutris eorum mane vel crepusculo contingit. Col. lib. vij. Iuxta conseptum saxis & canalibus sal superiectus ad quē saturę pabulo libenter recurrunt cum pastorali signo quasi receptui canitur. Nā id quoq; sp crepusculo fieri debet, vt ad sonū buccinę pecus si quod ī syluis sub stiterit septa repetere consuescant. Luc. Longa repercussio nituere crepuscula Phœbo. Hinc crepusci apud Sabinos nominati, qui eo tempore erant nati. Et Sidonius horam vesperti nam crepusculascentem dixit.
¶ Crepundia dicuntur prima munuscula quæ dantur pueris vt sunt fasciolæ, linteoli, vestes, bullæ, corallia, ensiculi, crepitacula, & puerilia ornamenta huiusmodi, quibus pueri nutricantur, a crepando, i. tinniēdo dicta, quoniam infantes huiusmodi crepitaculis maxime gaudent. Plau. Sunt crepūdia? Ecca, video, qua facie sunt? Ensiculus aureolus primum literatus post altrinsecus securicula anceps. Itē aurea litera, post hæc sicula argenteola & duæ connexę maniculæ & fucula & bulla aurea est quam pater dedit mihi natali die. Pli. lib. xi. Sęmestris locutus est crœsi filius in crepundijs, quo prodigio totum id concidit regnum.
¶ Cresco cresci creui. sicut Cemo. Crescere augeri est. Iuuena. Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Hic crementum pro augmēto. Huius composita sunt Accresco, adaugeor. Concresco simul cresco & coniungor. Vnde Cōcretū, conglutinatum. Verg. Multa diu cōcreta modis inolescere miris. Idem. Concrescunt subitæ currenti in flumīe crustæ. i. congelascunt, Decresco diminuor. Hie. lib. ij. Regum Domus Dauid proficiens, & semper seipsa robustior, domus autem Saul decrescens quotidie. Excresco, Increscо valde cresco. Idem libro. i. Regum. Increuerunt serui qui fugiūt dominos suos. Vnde incrementum. Recresco, iursus cresco. Plinius. lib. ix. Circa toronem vesci illis, auulsas etiam aiunt Si ex relictis radicibus recrescere. Succrescо in[illegible] vel p[illegible]

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

latim creſco. Supercreſco.

*Creſeis κρήσσις nymphę marinæ nomen a fontibus dictæ κρουνὸς enim fons dicitur. Cc.

¶ Cræta æ, & Crete es inſula in medio ponto centum vrbium fama clara, quæ vt ſcribit Stra. a ſeptentrione ægæo alluitur ſimul & cretico pelago, ab auſtro aphro. Ab occidente Aegilam & cythera ſpectat. Ad orientem carpathon. Habet in longitudine. cclxx. mil. paſſuum, in latitudine quinquaginta mil. Circuitus eius. dlxxxix. mil. paſſuum complectitur. Inſignes in ea vrbes ſunt Cortina Cydonia Gnoſum Minois regia, & Strabonis coſmographi patria. Nullum in Creta animal noxium eſt, optimique vini feraciſſima eſt. De qua Ver. Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto. Mõs Idæus vbi, & gentis cunabula noſtræ Centum vrbes habitant magnas vberrima regna. Dicta eſt Cureta ab habitantibus Curetibus, & per ſyncopam Creta. Alij dicunt cretam dictã a Crete quodam Iouis filio Curetum rege. Alij a Cretę nympha Heſperidis filia. Arrianus non a crete ſed a cres cretis genitiuum faciente nominatam dicit ab eo qui iouen abſcondit in monte Lycæo. Vñ Creſſa tm̃ fœ. ge. i. cretenſis. Similiter Creſſæus & Creſſius. Sũt aũt hęc nomina q̃ ex maſ. fœmininum ad ſimilẽ formã mittunt. ſ. Cres creſſa. Libyx libyſſa. Phœnix phœniſſa. Magnes magneſſa. Thraix thraiſſa. Tibul. Etiam phœbo gratiſſima dona Cres tulit. Auſo. Prępetibus pennis ſuper aera vectus homo cres. A Crete vero fiunt creticus & cretenſis. Creta etiam dicitur terra tenax a Creta inſula in qua melior eſt, vel a creſcẽdo, qm̃ proprietas eius eſt, vt in macerando creſcatur quod in primis Cretæ vmbrice accidit quã vocant ſaxũ q̃ non niſi poliẽdis veſtibus adhibeatur, dũtaxat candidis. Erant & Cimoliæ cretæ duo gña, cãdidũ vnũ, & alterũ ad purpuriſſum inclinans vtrũq; veſtib⁹ aptũ, hac medici aduerſum morbos vtuntur. Laudatur & creta Theſſalica. Item quæ argentaria appellatur nitorem argenteũ reddens. Viliſſima creta qua pedes vænalium trans mare aduectorũ natare mos erat. Vnde cretatus. Iuue. Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.

¶ Creticus a. um quod ex creta inſula eſt, ſicut & cretẽſis. Vñ dicimus creticum pelagus, ſiue cretenſe.

*Cretic⁹ etiã iudicãs ſiue arguẽs dr̃ κρίνω γάρ λέγεται delibero iudico. Iu. Cretice pelluces. Et medici dies creticos vocant iudiciarios in quibus. ſ. de ægritudinis ratione ferri iudicium poteſt, a noſtris decretorius dicitur.

¶ Creticus ſubſtantiuum. genus pedis eſt qui conſtat prima & tertia longis. Alio nomine Amphimacrus.

¶ Cretęus a. um quod ex creta terra eſt. Ouid. Strataq; cretæ ambęlua ſtrauit humum.

¶ Cretatus a. um quod eſt creta inſpſum. Plin. Tãtumq; nõ cum laureatis faſcibus remitti illo, vñ cretatis pedibus aduenirent. Cretoſus a. um. quod eſt creta plenum.

¶ Crene græce fons latine. Vñ Hippocrene, equi fons dicit.

¶ Creterra ſitula ad hauriendũ aquã. Aẽnius. Vidimus propę amnẽ creterris ſumere aquam ex ponte. Cc.

¶ Crenę ſunt ĩciſuræ, a quibus Creneta hærbarũ folia vocãtur. Hoc eſt ſerrata, ſectaq; per ambitũ. Hodie quoq; multis locis ſigna quibus agreſtes numerum aliquẽ in ferulis deſcriptum habent crenę appellantur. In ſagitta quoq; partis extremæ ſectio in quã neruus inſeritur arcũ tẽdere volẽtibus Crena dicitur. Sed ĩ & ipſo arcu ſumma cornua crenas ſuas habẽt in quibus collocatur, ſedetq; neruus.

¶ Creontes nomen corinthiorum regis qui Creuſam filiam Iaſoni deſpõſauit. De quo Seneca. In Medea. Alter fuit Thebanus Iocaſtæ œdipi regis Thebanorum vxoris pater. Fuerunt & alij hoc nomine.

¶ ~~Cribrũ inſtrumentũ ex pellibus fuillis vt plurimũ, crebris pertuſũ foramibus ad frumẽta purgãda. græce dr̃ λίκμος καὶ λικμάω.~~ Apul. Aſpermati latrones clamorẽ ab ſonũ meũ cędẽtes hĩcide miſerũ coriũ, nec cribris iã idoneũ relinquunt. Sũt & cribra q̃ e ſetis equorũ farinæ a furfuribus ſeparandæ gña facta ſunt. Farinaria ſetacea & ſubcernicula dicũtur. Sũt excuſſoria e lino & pollinaria a polline, q̃ a nonnullis ab incernendo incernicula dicta ſunt, quibus frumẽta emundamus.

¶ Cribro as. purgo. Cribram⁹ em̃ triticũ & hmõi, vt a pulue re & rebus ĩmũdis ſecernatur. Cribrarius a. um. quod ad cribros ptinet. Pli. li. xvij. Item cribraria q̃ ſimili modo in tertio remanſit cribro.

¶ Crimiſſus, Siciliæ fluuius græce κρῖμισσός.

¶ Crimẽ ꝓprie dr̃ delictũ. Se. Vitã agẽs ſimplicem rectã ſine crimine. Aliq̃ crimẽ appellatur id ꝙ p cõtẽtionẽ alicui obiicitur & obtrectatio. Vnde criminari dicim⁹. Ci. Hæreditatẽ mihi negaſti obueniſſe, vtinam hoc tuum verũ crimẽ eſſet. Et ſic dicitur a cerno, ſicut a diſcerno diſcrimẽ. Ver. Diſijce cõpoſitã pacẽ, ſere crimina belli. i. cõtentiones & iurgia ex quib⁹ bellũ oriatur. Aliquãdo ponitur ꝓ falſa ſuſpẽſione. Idẽ. Formidine crimen acerbat. Aliquãdo pro cauſa, vt apud eundẽ. Et crimine ab vno diſce omnes.

¶ Criminoſus a. um. contentioſum cõtumelioſum & crimẽ inferens. Aug. lib. x. cõ. Nec illa res me copioſum faciat, nec illa criminoſum. Col. lib. i. Criminoſum tamẽ ſenatori fuit ſupra quinquaginta iugera poſſediſſe.

¶ Criminale quod eſt criminis, vt criminalis cauſa.

¶ Criminari eſt culpare, accuſare, contumelioſe reprehendere. Et dicimus criminor te furti illi, vel apud illũ. Terẽt. Hanc metui ne criminaretur tibi.

¶ Crines, capilli e diſcretiõe dicti, ꝙ ſint diſcreti. hoc eſt ἀπὸ τοῦ κρίνειν.

¶ Criniculi, vt docet Aug. ſuper ps. ſunt qui fiunt intorquẽdo. Amb. li. de paradiſo. Nã ſi Eua hoc eſt ſenſus primę mulieris accenſas habuiſſet faces, nunq̃ præuaricationis ſuæ criniculis nos implicaſſet.

¶ Crinire eſt crines emittere. ~~Vnde Crinit⁹ a. um. quod multos ſiue lõgos crines habet.~~ Ver. Crinitus ioppas. Trãs fertur etiam ad arbores. ~~Vnde a Papinio~~ dictũ eſt Crinitur arbos, pro eo quod eſt frondeſcit.

ὁ Crios, græce latine aries dicitur quo noĩe dict⁹ eſt Eginẽta quidam luctator cantatiſſimus apud græcos.

*Crinita ſtella, a græcis cometa ſiue cometes dicitur. Cc.

¶ Crinon a græcis dicitur Lilij genus alias Cynorhodon, & eſt rubri coloris. Cc.

¶ Criſis, latine dici põt iudiciũ. Vñ Catacriſis dijudicatio. Chryſos cũ h. & y. ſignificat aurum, vt Chryſoſtomus quaſi os aureum. Cryſos ſine h. abſconditum denotat

¶ Criticus. pe. cor. iudicãs ſiue arguens ἀπὸ τοῦ κρίνω delibero iudico. Vnde poetarũ interptes quos poſtea grammaticos dixerũt, critici. ſ. iudiciales dicebãtur q iudicabãt de poematibus, quaſi iudicãtes & arguẽtes. Vnde Ser. ſup. xi. Aen. dicit critici culpant hoc loco. Et critici dies vocãtur a medicis iudiciarij, in quibus de ægritudinis ratiõe ferri iudiciũ põt quos noſtri decretorios vocare poſſunt.

¶ Criſſare ꝑdicare nõ niſi magno cum pudore exponi pñt. Eſt em̃ primũ mulierũ aptę ſe motãtiũ dũ ĩ re venerea ſunt Iu. Frictum criſſantis adorat. Alterũ maſculorũ dũ ꝑdicant. Mar. Sed ꝑdicãtur, ſed pulchre neuole ceues. Ceuere etiã adulantiuna geſtus ſignificat. Per. An romule ceues.

¶ Criſa nomẽ oppidi, quod Criſus Phoci filius cõdidit. Hĩc Criſęus ſinus. Sunt & aliæ vrbes hoc nomine appellatę.

¶ Crito nomen Philoſophi Athenienſis, qui ita Socratẽ amauit, vt nunq̃ aliquid ex ĩs quæ ſunt ad vitam neceſſaria ipſi deeſſe paſſus fuerit.

¶ Critobolus fuit medic⁹, de quo Plin. lib. vij. inquit. Magna & critobolo fama eſt extracta Philippi regis oculo ſagitta & deformitate oris curata orbitate luminis.

¶ Critias philoſophus fuit qui dixit aĩam eſſe ſanguinẽ, ſicut & multi alij. Vñ Ver. Purpureã aĩam noĩauit. Orig. lib. ij. periarchon, Sãguinẽ oĩm animalium animã ipſorum eſſe euidẽtiſſime demõſtrat, ex illo quod ſcribitur. Non manducabitis ſanguinem, quia anima totius carnis ſanguis eſt.

ὁ Crobilon græci appellant rætiolum ſeu reticulum quod comam continet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Crocum venatorem fuisse dicunt, prætibusq; musarum in astra relatum, Et pro sagittario ponitur.

¶Crocus, puer, & flos qui safranum dr. Crocū hærba. Hic croceus a.um. pro colore, qui vulgo dicitur Gialdus, vt vestis crocea. Idem color etiā Flameus dicitur. Pli. Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flameis totum fœminis concessum.

¶Croceatus a um. quod crocei coloris. Vnde dicimus pannum croceatum

*Crocias gemmę spēs a croci similitudine sic dicta.

ŏCrocito as. pe. pro. frequētatiuū est verbi crocio.

¶Crocitus us. pe. pro. ipsa vocis corui prolatio.

¶Crocotulę siue crocotę vestes crocei coloris. Plau. Paragia tam calculam aut crocotulam.

¶Crocinus a.um. idem quod croceus, quod est lutei coloris

¶Crocinū pe. cor. vnguentū, quod crocomagma dr. Fiebat ex croco trito & vino prępcipue dulci, hoc Romani nō solum corpora, sed & pulpita spargebant. Propter. Pulpita solēnes non oluere crocos.

ŏCrocomagma, fex & retrimentum croci cuius vsus est in medicinis efficax. Cel. li. v. Crocimagmatis, quod quasi recrementum eius est.

ŏCrocopeplon poetæ græci auroram vocant a veste coloris crocei.

ŏCrototirium genus operis pistorij.

ŏCrocuta est fera nascens in Ethiopia de qua plinius huius generis coitu leena æthiopica parit crocutam similiter voces imitantem hominum pecorūq; acies ei perpetua in vtraq; p te oris nullis ginginis dente continuo quine contrario cursu hebetetur capsarū mō includitur. Spartianus edita munera in quibus elephantos & crocutas exhibuit,

ŏCroton nomen propriū sagittarij eius qui in cœlum relat⁹ est. de quo Sido Falciferi croton nescius p summa pollorum.

ŏCronia orū. Saturni festa erant. Vam cronos Saturnus dictus est. Vnde Cronia nuncupata. Horum Macrobius Late meminit citata etiā antiqui poetæ authoritate apud quē legerat. Maxima pars graiū Saturno, & maxime athenę concelebrant sacra, quę cronia esse iterantur ab illis.

¶Crocatarius, huiusmodi vestium infector. Plau. Qui incedunt crocatarij.

¶Crocodilus pe. pro. aīal quadrupes quasi croceus, quia crocei coloris est, vel q; crocū fugiat, quod mella conficientes in ęgipto sternunt ne mel absumant crocodili, qm mirū in modo eo delectātur. Hic prę cēbus ex minimo fit maximus. Ex ouo enī ad duo & viginti cubitos excrescit. Quatuor menses hyemales nō comedit, & sola bestiarum nō habet liguā. De hoc Hor. Stercore furatus crocodili. Fuit & crocodilon oppidum Arsinoe postea dictum, similiter & flumen.

¶Crocodilon ex eo dictum autumant q; κρόκον λεί λῆ. i. q; crocō fugit, ac ei⁹ odorē reformidat. Ex gñe amphibio est. Viuit ēm in terra & in aqua, huius stercus medicamentū est faciei, Crocodileā vocant. vt Pli. & Calenus testantur

*Crocodilinum quod ad crocodilum pertinet.

¶Crocotillum veteres valde exile dicebant. Plau. Extortis cum crocotillis crusculis.

¶Crocinū pe. cor. genus vnguenti, de quo Pli. li. xiij. Prop. Et crocino nares murrheus vngat onyx.

¶Crocare & crocire, verba fictitia a vocecorui a quib⁹ Crocatio & crocitus us. pe. pro. Et crocito as. frequentatiuū. Plau. simul radebat pedibus terrā, & voce crocibat sua.

*Crocamegma, vnguētū ē ex croco trito vino dulci admisto. Cc. *Cromis vnus ex Herculis filijs, Est & nomen pastoris apud Virg. Cc.

*Cronius nomen vnius ex centauris. Cc.

*Cronium a nonnullis mare concretū appellatur. Cc.

*Conciades vnus ex præstantioribus Herculis filijs, ex Megara creantis thebanorum regis filia. Cc.

¶Crotalū pe. cor. gręce κρόταλον crepitaculum instrumētū musicū, quo egiptij in deorū cerimonijs vtebātur. pulsat aūt laminis q̄busdā Crotala ex ęre rotūdis sonū ex collisione reddentibus a pulsatione dicta. κρόταν latine plausum & κρόνειν pulsare atq; ꝓcutere. Sūt qui dicūt crotalū esse anulū ęreū qui ferreo baculo ꝓcutiebat ad sonū fistulę reddendum. Vir. de Coppa. Crispū sub crotalo docta mouere latus. ŏ Pli. li. ix. docet crotala appellari margaritas q̄sdā resonates. quarū sono gaudebāt, apud græcos crotalon significat calamū diuisum pręparatūq; ad musicum modulatū. Crotalus vero masc. ge. dicitur homo sonora voce pronuncians.

*Croton est genus pedicilli īfixo sp capite sanguini viuēs, cui vni ex aīalib⁹ cibi exit⁹ nō est, sed vsq; adeo ītumescit saꝛtietate, vt in ipso alimento moriatur latine redintū nominat, a rediuiendo, hoc est soluendo q; carnē animaliū fuctu resoluat. Cc.

¶Crux furca siue patibulū in quo dānati figuntur. Hāc veteres Gabalū vocauere. Var. Nos barbari q; innocentes in Gabalū suffigimus homines, vos non barbari q; noxios absoluitis. Hinc crucio as. a quo cruciatus & crucifigo is

¶Crucinum vinum insuaue, q; bibendo cruciet.

¶Crudus a.ū. recēs atq; acerbū, vt crudū vulnus. i. recens & quasi adhuc cruentum. a quo Recrudescere dicimus quasi renouari & ad pristinam acerbitatem redire. Et crudū dicimus in passiua significatione, quod nō est coctū a similitudīe crudę carnis q̄ adhuc cruēta est. Similiter cruda poma dñr, q̄ acerba atq; īmatura sunt. Ci. Poma q̄ cruda sunt vi auellūtur q̄ aūt cocta & matura decidūt. Item crudi cibi qui īdigesti & nōdū cōcocti sunt in stomacho. Iu. Et crudum pauonem in balnea portas. In actiua vero significatione, vt crud⁹ homo, cuius stomachus non facile concoquit. Quin. Crudo oratori declamandū nō putat Ci. Q. ī cœnā nō veniret q; esset crudior. Et crudus dicitur qui est truci aspectu. Hinc cruditas. Col. li. vij. Cruditatis signa sunt crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi.

¶Crudescere est crudū fieri a crudeo es. Inde Increscere & Recrudesco. Cruor sanguis qui ex aliquo vulnere spargit.

¶Cruēto as. cruore inficio. Hic. Pauimenta patris sanguine cruentata.

¶Cruētus a.ū. quod cū cruore est, vt cruēta victoria. Sal. Cauete ne inulti aīam amittatis, neu captī potius sicut pecora trucidemī q̄ virorū more pugnātes cruentā atq; luctuosam victoriā hostibus relīquatis, Huius cōtrariū est Incruētus a.ū. quod est sine sanguine. Idē neq; tñ exercitus populi Ro. lętā aut incruentā victoriam. retulit. Aliquando cruentus ponit pro crudeli, vt cruenta vox, & cruenta oratio.

¶Crudelis a cruore qui est immitis & asper.

¶Crudaria argenti vena quæ in summo reperta est.

¶Crumena. pe., p. loculus κρεμάω suspendo, q; plerūq; sus spensa gestetur. Quidā cū h. scribū ἀπό τοῦ χρήματος quę est pecunia. Iu. Quis enim te deficiēte crumena. i. pecunia, cōtinens pro contento. crumenula diminutiuum est.

*Cruno fons in Attica. Cc.

¶Crus tibia q; illo curramus. Sūt aūt crura a genib⁹ vsq; ad inferiorē pedē nō æquali mō ducta sed teretibus suris extantibus fensimq; tenuatis firmata. Tibia est os. Sura caro posterior. crus ex sura & tibia cōstat. cuius dimi. est crusculū. Mar. Pectus cicadę crusculunq; formicæ.

¶Crustumiū oppidū iuxta Veios, a quo Crustumini dicti, & Crustumina trib⁹, & crustumia pira q̄ & crustumia dicūt.

¶Crustumina pira sunt ex pte rubentia, putantur Glatiolanūc dicta a Crustumino oppido sic appellata. Vir. lib. ij. Geor. Crustumijs syrisq; piris grauibusq; volemis.

¶Crusta est pars exterior eorum q̄ nō comeduntur, vt vitri marmoris ligni gelu & hmōdi. Vñ incrustare marmore dicimus parietes, qui externe tabulis marmoreis vestiūt. Vir. i. li. Geor. Cōcrescūt subitę currēti in flumīe crustæ. Pli. Crustas parietū excisas tabulis marginatis inclusas esse. Huius diminutiuum est crustula. Iu. Nos colaphū incutimus labenti crustula seruo. Crusta etiā dicitur quā vulnus seu hulcus ducit qñ solidatur, qua detracta fere remanet cicatrix.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Cruſtum eſt eorum quę comeduntur, vt ſit pars panis vel placentæ vel alterius edulij. Vir. Patulis nec parcere quadris fatalis cruſti. Vnde per diminutionem cruſtulum. Hor. Vt cruſtula blandi doctores elementa velint vt diſcere prima. Quod genus dulciarij eſſe putat Porphyrio. Inuenitur tamen cruſta & cruſtula dici de ijs qne comedũtur. Hie. ĩ Exo. Tolle panes azimos & cruſtulam abſcę fermento. Var. de lĩ. la. Cruſtulum a cruſta pultis eo ꝙ vt corium exuritur cruſta dicta.

¶Cruſtare, a quo incruſtare ſignificat cruſtam ducere, ſeu applicare. Vnde cruſtati parietes. i. cruſta marmoris intecti. Secabantur enim marmora in laminas & parieti apponebantur. Primus apud Romanos Mamura eques domus ſuę parietes legitur e Formijs in Cęlio monte operuiſſe. Hinc vaſa quæ vitreis cruſtis tecta ſunt cruſtata dicuntur.

¶Cruſtarius qui incruſtat. Plin. Habuit & Teucer cruſtarius famam.

¶Cruſtarius a. um. quod ad cruſtas pertinet. Vĩ cruſtariæ tabernæ in quibus cruſtata opera venduntur

ȣCruſtulata æ. Idem quod cruſtulum. Spartianus pẽtapharmacum ædulij genus eſt ex quinqꝫ confectum, quod reperiſſe dicitur Heliº Verus Ro. Imperator hoc ſummę phaſianus, pauo, cruſtulata, & a pruna.

¶Crypta. ſubterranea cauerna vel teſtudo, ab κρύπτω verbo græco quod eſt occulto. Iu. Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſuburræ.

¶Crypto porticus nomen compoſitum ex græco latinoqꝫ & ſignificat ſubterraneas porticus cũ amplis feneſtris qbus refrigerandi gratia per æſtatem vtimur. Põt etiam dici porticus vndiqꝫ ſepta & quaſi ſepimento parietum abſcondita tã quam ſubterranea. Pli. in epiſtolis. Subeſt crypto porticº ſub terraneæ ſimilis, æſtate incluſo frigore riget, contentaqꝫ aere ſuo nec deſyderat auras nec admittit. Hinc Crypticus a. um. quod ſignificat occultum & ſubterraneum. Sidonius. Potẽs antiquitus cryptícis arcubus fornicauit. Iul. Firmicus cryptícos homines appellat ſecreta fideli taciturnitate cuſtodiẽtes.

⁎Chryſomela dicuntur mala aurea inciſuris diſtincta colore aureo. Cc.

⁎Cryſtallus, fœ. ge. & Cryſtallum dicitur ex κρύος, quod eſt gelu, στέλλω contrabo. ita vt gelu concretum cryſtallum dicatur. Nam vt ſcribit Pli. ex gelu vehementiore concreto naſcitur. Non alibi certe reperitur qꝫ vbi hibernæ niues rigent, glaciẽqꝫ eſſe certum eſt.

ȣAugu. in expoſitione pſal. Nix multorum annorum tempore durata & ſerie ſæculorum cryſtallum dicitur. ȣHĩc cryſtalinus a. um. pe. cor. Mar. Frangere dum metuis cryſtalina frangere peccas. Iuuenalis. Grandia tolluntur criſtallina maxima rurſus Murrina, deinde Adamas notiſſimus & Beronices.

⁎Cryſtallis gemma, quæ licet cãdida ſit ad inclinationes rubeſcere videtur. Cc.

C ante T et U

ȣCtenos κτκνος latine iumentum dicitur. Vnde cteniatrus, ȣCteniatri ſunt medici iumẽtorũ, & pecorũ quos Mulomedicos interpretãt verbũ e verbo trãsferẽtes. Firmicº cẽtauro oriẽte q natus fuerit, aut auriga erit, aut equoꝝ nutritor, aut mulomedicus, aut equitiariº. Hũc. Col. & Var. Veterinariũ vocant. vulgus Mareſcalcum appellat.

¶Ctenes ſunt quatuor dẽtes medij quĩ prima digeſtione terũt cibũ. Nã quĩ duo & trigĩta dẽtes ſint in homine anteriores dĩr. Gelaſmi poſtea verſus maxillares tomes dicũtur i. inciſiui, etiam dichaſteres pe. pro.

ȣCteſiphon. Vide ſupra in dictione Cteſiphon.

¶Cubo as. bui. itũ. qui cubatio non cubitio, ſicut & eius cõpoſita qꝫ tã primę qꝫ tertiæ cõiug. inueniũtur, vt Accubo as & accũbo is. Decubo as. & decũbo is. Incubo. as. & Incũbo is. Recubo as. & recumbo is Occubo, as. & Occũbo is. Vir. Nec adhuc crudelibº occubat vmbris. i. iacet mortuº. Idem. Seu verſare dolos ſeu certe occũbere morti. Secubo as, & ſecũboís. quod eſt ſeorſum & ſeparatº cubo. Proper. Miles depoſitis annoſus ſecubat armis, Li. lib. xxxix. Periocum adoleſcẽs vetat eam mirari ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet religionis cã, vt voto pro valitudine ſua facto liberetur. Habet tamen cũbo aliqua cõpoſita quę non habet cubo, vt diſcũbo, quod eſt cibi capiendi gratia iaceo, non diſcubo. Procũbo nõ procubo. Similiter cubo habet aliqua cõpoſita qꝫ non habet cũbo, vt Excubo non excũbo. Supcubo nõ ſupercũbo. Eſt autem cubare iacere, & proprie ægrotorũ eſt. Hor. Cubat hic ĩ valle quirini. i. ægrotat, ſicut interpretes exponũt. Idẽ. Trãs Tyberim lõge cubatis prope cęſaris hortos. Ci. lib. ij. Tuſ. Itaqꝫ narrabat eũ grauiter & copioſe de ipõ nihil eſſe bonũ niſi quod honeſtũ eſſet cubãtẽ diſputaſſe. Col. li. vij. cubitorẽ bouẽ appellat, qui ſępe decũbit ex peruicaci cõtumacia. Quod qdẽ vitiũ fame & ſiti tollẽdũ eſſe cẽſet nõ igni alijs ve tormẽtis.

¶Cubito as. frequentatium. Cic. pro. Cælio. Et propter nocturnos quoſdam manes metu tecum ſemper puſio cũ maiore ſorore cubitauit.

¶Cubatus us. ipſa cubandi actio. Pli. Si in cubatu tonuerit omnia pereunt.

¶Cubile pe. pro. lectus, ꝙ in eo cubetur. Et cubília loca ĩ quibus fęræ cubant.

¶Cubiculum. locus in quo cubile ſternitur, vt ibi ſupercubetur. Se. ad Lucil. Quid proſunt multa cubicula ĩ vno iacentis. ȣDicit & de ſtructura. Pli. li. xxxvi. Ea ĩquit maxima moles fuit, nec ſedit in cubili. Vtitur ac voce Victu. lib. ij.

¶Cubile ſalutatorium dicitur in quo ſimulachra deorũ ímponi ſolent, quod & lararium alio nomine dicitur.

¶Cubicularius, qui in cubiculo miniſtrat. Ci. Hunc veſtri ia nitores, hunc cubicularij diligunt.

¶Cubiculare quod ad cubiculum pertinet, vt veſtis cubicularis, qua in cubiculis vtimur, & cubicularis lectus apud Ci. lib. v. Tuſ. legitur.

¶Cubitus & cubitũ vtroqꝫ modo dicit curuatura brachij, vbi lacerto iũgit. Et accipit ꝑ mẽſura cubiti. Pl. li. vij. Inuenimus in monumentis Salaminę cautimenos filiũ in tria cubita triennio accreuiſſe. Hie. li. iij. Reg. Domus quã ædificauit rex Salomõ dño habebat. lx. cubitos in longitudine. Augu. Qui inde nõ videtur cõputare niſi trecenta cubita lõgitudis Conſtat aũt cubitũ ex ſex palmis, digitiſqꝫ. xiij. vt author ẽ Vict. li. iij. ſeſquipes hoc ẽ pes vnus cũ dimidio facit cubitũ Pes eſt ſexta pars altitudinis in corpore noſtro, cubitº quarta Eſt ꝑterea cubitus regius qui maior ẽ cõi cubito tribº digitis ſicut refert Herodotº li. i. Eſt & cubitus geometricus, qui tm̃ valet qꝫtũ ſex noſtra cubita, vt Origines Auguſtinuſqꝫ tradiderũt, cubitº ĩ corpore humano eſt in quo decẽs flexura brachiorũ ſic dictus ꝙ ſupra eum cubare ſoleamº. A cubitº pro mẽſura fit adiectiuũ Cubitale. Inuenitur etiã ſubſtantiuum cubitale pro ornamento cubiti. Hor. in Ser. Ponas inſignia morbi faſciolas cubitale focalia.

ȣCubus eſt figura ex oĩ latere qꝺrata qꝫles ſunt teſſere, quibº in alueolo ludit, ex quo ipę appellatę κυβοι. hĩc nũerus ẽt cubus dr̃ cũ oẽ latº eiuſdẽ nũeri æqualiter ĩſcẽ ſoluitur, ſicut fit qñ ter terna ducuntur, atqꝫ idem ipſe numerus triplicatur.

¶Cucubo as. pe. cor. propriũ eſt vocis noctuæ. Ouí. Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

¶Cucurio is. pe. ꝑ. gallerom proprium eſt. Idem. Cucurire ſolet gallus, gallina gracillat.

¶Cuculus pe. cor. & cucullus ꝑ duplex ll. auís nota. Mar. Qꝫis per plures cuculus cãtauerit annos, Hor. in ſer. Cuiſæ pe viator ceſſiſſet magna cõpellãs voce cucullum. Cucullus etiã genº veſtis eſt. Iu. Sumere nocturnos meretrix auguſta cucullos. Vnde conſtat fratres noſtros Eremitanos male vti hoc vocabulo cuculla fœ. ge. Sunt qui accipiant cucullum ꝑ nautico aut ruſtico tegmine ad arcẽdas pluuias. Col. Cultã veſtitamqꝫ familiam magis vtiliter quã delicate habeat, munitã diligenter a vento pluuiaqꝫ qꝫ cuncta prohibentur pellibus manicatis centonibus confectis, vel ſagis cucullis. Iu,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cõtentuſq; illic veneto duroq; cucullo. Suidas κόκκυξ ἐτύμως ἀπὸ τῆς φωνῆς. ✳ i. Coccyx ſpecies auis, q̃ apud nos cuccus. Itaq; cũ cuccus græcũ ſit nomẽ, cucculus eſt dactilus per duplex cc. in prima.

¶ Cuculio, vt Iul. Capitolin⁹ docet, eſt genus pilei viatoriũ quo capite obtecto vagari nocte ſolent. Apd Catonẽ de re ruſt, videt accipi, p cucullo cũ inquit. Quę opera per imbrẽ fieri potuerint nouos fieri centones cuculliones ve familiam oportuiſſe ſarcire.

¶ Cucumę. pe. cor. vaſa ænea ſũt ad calefaciendũ aquã Am. in diua Agne. Diȷ tui aut æreí ſunt ex quib⁹ cucumę meli⁹ fiũt ad vſus hoĩm. Petroni⁹ arbiter in ſaty. Frangitur ceruix cucumę ignẽq; valeſcentem reſtringuit.

ð Cucumiõ dimi. græca forma, latine vero cucumula.

ð Cucurbícula, nõ tã paruã cucurbitã q̃ vaſculũ ſignificat ĩ quod detrahitur ſanguis.

ð Cucurbitariũ locus in quo ſerũtur cucurbitæ.

ð Cucurbitarius, amator cucurbitarum.

¶ Cucumer & cucumis pe. cor. a curuore dr̃. Virg. in Geor. Creſceret ĩ vẽtre cucumis necſera comontẽ, cucumeres quaſi curui meres. Hi pepones ẽt dici putant, qui in cibis impenſi⁹ refrigerant, aluũq; molliũt. Sed Hie. ĩ li. Nũeri diuerſos oſtẽdit cucumeres & pepones cum ait. In mentem nobis veniũt cumeres & pepones. ð Eſt & cucumis piſcis, vt apud Plinĩũ. lib. ix.

¶ Cucumerarium, locus in quo ſunt cucumeres vt apud Eſa.

¶ Derelinquetur filia ſion vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario. Pro tugurio Cyprianus cuſtodiarium poſuit. Solet enim fieri tuguriaculum in quo cuſtos vigil obſeruat ne cucumeres auferantur ex cucumerario.

¶ Cucurbita, proprie anguria eſt. Sed apud Celſum cucurbitam & per diminutionem cucurbiticulam eam appellari legimus quę nunc vulgo vento ſa dicitur. Hac vtuntur medici ad ſanguinem leui ſacrificatione educendum. ð Ait enim vſus cucurbitulæ pręcipuus eſt, vbi non in toto corpore ſed in parte aliqua vitium eſt.

✳ Cucurbitana pira dicim⁹ & cucurbitans ficus ob cucurbite ſimilitudinem. Cc.

¶ Cudo is. cuſi & cudi a cædendo, vt quibuſdam videtur. Virg. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates. Ser. id eſt feriendo elicit. Nam cudere ferire eſt. Vnde & incus dicit quod illic aliquid cudamus, id eſt feriamus. Cuditur pecunia dum imprimitur. Teren. in Heau. Argentum cudo quod tibi dẽ. Hiero. per tranſlationem cudere pro componere vſus eſt. Cum & eadem inquit in multis feſtiuitatibus multorũ ſanctorum patrum ſtudia miro cuderint eloquio. Paſſiuum protulit Terent. in Eu. At enim in me iſta nec cudetur faba. Quod eſt, in me hoc malum recidet, ĩ me hæc vindicabitur culpa. Vt laborat ſolum in quo cuditur, i. batuitur faba cum ſiliquis exuitur. Vel q̃ quidam male coctam fabam & q̃ nõ maduerit, ſed dura permanſerit, ſupra caput coqui velut ĩpi irati granum ſaxo comminuunt, tumvniuerſum inalum ad cõquum peruenit. Huius compoſita ſunt. Accudo, Excudo Incudo, Procudo, Percudo, & Recudo, quod eſt iterum cudo. Varro. Vt hi ſolent qui vetera metalla recudunt, & habent pe. pro.

✳ Cuſo as. frequentatiuum a cudo, a quo Accuſo, Excuſo, Incuſo, & Recuſo.

¶ Cuias ſigni. Vnde, & non tm̃ patriam, gentem, nationem q̃ innuit, vt apud Cice. lib. v. tuſ. Socrates quidem cum rogaretur cuiatem ſe eſſe diceret. Mundanum inquit. Totius em̃ mundi ſe incolam & ciuem arbitrabatur, ſed etiam partes & ſectam, vt cuitates philoſophi vos eſtis, ſtoicine an epicurei? Sic noſtras & veſtras. Cice. Non ſolum eſſet iſta veſtra oratoria, ſed & hæc etiam leuia noſtratia. Dicitur & cuitatis communi gene. Vnde apud Plau. frequenter legitur Cuitatis es? .i. cuius patrię & gentis Actius. Qui neq; cuiatis eſſet, nunq̃ potuimus multa rogantes ſcire. ð Antiqui enim vt Priſ. ait noĩatiuũ proferebãt, cuius & cuiatis, cõi gñe.

¶ Cuius a. um. quod antiqui per q̃. quius ſcribere ſolebãt refertur ad pſonã hoĩs. Vir. Dic mihi damœta cuium pec⁹ an Meliboei.

¶ Culcitra a conculcando ad quietem paratur, dicta quod in ea tomentum vel ſagum aliud ve quid inculcetur. Non eſt ergo quæ ſuper nos habetur cum dormimus, ſed ſuper quã quieſcimus. Cic. libro quarto. Tuſ. Eripiamus huic ægritudinem quomodo collocemus in culcitra plumea pſaltriã abducamus.

✳ Culcitula faſcilus quidã ligne⁹ in ſacris dicebatur.

¶ Culex, generali nomine vermiculi parui alati culices dñr. Hos græci canopas vocant. Vñ & canopęum.

¶ Culeus vter ſiue ſaccus lino vel canabe vel corio fact⁹ ab occulendo. i. claudendo. Eo vtimur ad portanda frumenta. Plinius lib. vij. Iunius Valens meruit in prętori diui Auguſti centurio vehicula cum culeis donec exinanirẽtur fuſtinuere ſolitus. In eo etiã ſceleſtiſſimi homines cum ſimia & gallo & ſerpente incluſi ĩ mare iaciebãtur. Vnde Iuue. Quis tã perditus vt dubitet Senecam pręferre Neroni. Cuius ſupplicio non debuit vna parari. Simia nec ſerpens vnus, ne culeus vnus. ð Eſt & culleus nomen menſuræ. xx. amphorarum capacis vel. xxx. modiorũ. Nam duo cullei vt Iunius baſſus ait modij. lx. ſunt Priſ. Culleus hac nulla eſt maior mẽſura liquoris, vel. xl. vrnas vt eſt apud Pli. & Col. Hic ſeſquiculeare dolium apud Col. eſt. xxx. amphorarum, quaſi vnum & dimidiatum. A græco id nomen tractũ. Vaginas em̃ κουλεοὺς appellant.

✳ Culigna potatorium vas. Cato. Culinã in fœno græco ponito, vt bene oleat. Cc.

¶ Culull⁹ calix fictilis quo in ſacris vtebantur pontifices & veſtales virgines. Accipitur & pro vrceolo. Hor. Reges dñr multis vrgere culullis. Et torquere mero quem perſpexiſſe laborant.

¶ Culleola ſunt cortices nucum viridum a ſimilitudine culeorum quibus oleum aut vinum continetur. Quod & dici a Culeum videtur.

¶ Culus, anus, pars poſterior, & proprie inter clunes & nates Virg. ſeu magis Oui. in Priap. Vt culum rugam non habuiſſe putes, Mar. Cum ſit & hic culo tritior ipſe tuo. Hic alio nomine Podex dicitur. Iu. Et podice læui cęduntur tumidę medico ridente mariſcæ. Culum autem dici putat quaſi culeum .i. vaginã. Vñ Pria. legimus. Et quod nos culum culeon ille vocat. Quidam a colẽdo, q̃ fœdo libidinis pruritu coitur.

¶ Culina penul. product. locus in quo coquuntur epulæ quaſi colina a colo is. vt Varro ait q̃ locupletiorem in ea ignẽ colam⁹. Iu. cõtinens, p cõtento poſuit. ſ. culinã pro cibis coctis cũ inquit. Sequitur ſua quẽq; culina. Inde culinari⁹, & culinoraris, qd eſt culinam exerceo.

¶ Culmẽ, quod culmis tegitur, & ab antiquis culmina dicta ſunt tecta, quia ædificia de culmo, id eſt paleis e meſſibus cõ tegebant.

¶ Culmus frumẽti calam⁹ a radice vſq; ad ſpicam dictus q̃ colatur, qui & columus dicebatur. Vnde & columen primo poſtea culmẽ. Stipula ipſa folia quæ ambiũt culmũ. Dicũtur etiã culmi, vt docet Var. qui in ſummo campo naſcuntur, q̃ ſummũ culmen teneant.

¶ Culpa vt Don. inquit, eſt eius qui neſciens aliquem læſit.

¶ Culter & cultrum dicitur. Prop. Et canis in noſtros nimis experrecta dolores. Cum fallenda meo pollice cultra forent. Feſt⁹ Clunaculũ eſt cultrũ ſanguinariũ. Hinc Cultellũ & cultellus diminutiua. Eſt autem culter quo vtimur in menſa. Iu. Spectas & chironomõta volãti cultello donec peragat dicta magiſtri Oĩa, nec ſane minĩo diſcrimĩe refert. Quo geſtu lepores & quo gallina ſecetur.

¶ Cultrarius miniſter qui victimam cultro victimat q̃ alio nomine dicitur victimarius. Suet. in Gali. Admota altarib⁹ victima ſuccinctus poparũ habitu elato alte malleo cultrariũ mactauit.

¶ Cultus tus. ornat⁹, a colo is, cui⁹ cõtrariũ eſt incult⁹. Amb:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib. Hexa. Ea pria est gratia q̃ si desit tota domus deformi horret incultu. ♁ Cultus dī quicquid adhiberi potest ad curam corporis prꝛter cibum.

¶ Cum prepositio copulatiua quandoq; iungitur notanti societatem & coniunctionem animi, vt summa cum beneuolentia, summa cum hilaritate illum excepi. Item iungitur ablatiuo si comite aliqua persona quis fecerit quippiam, vt cum Socrate perfectus sum. Et mihi cum illo negocium est Et cum hoste pugno. In compositione vero postposita inueniturꝫ vt mecum, tecum, secum, quicum, quibuscum. Interdum ornatus vel metri cā. Aliquando aduerbium est & accipitur pro q̃n. Quod quidam quum scribunt, & apud veteres quom scribebant. Virg. Cum faciam vitulam pro frugibus ip̃e venito. Cice. Non nihil me consolatur cum recordor quãta me complecteris benuolentia. Iungitur modo indicatiuo. Vt cum dico, cum dicebam, cum dixi, cum dicam. Modo subiũctiuo, vt cum dicerem. Interdum pro dum. Cice. Cum me ī Aphricam contulissem. Interdum pro q̃uis & exigit tñ, iungi terq; subiuncti. Cice. pro Deiotaro. Cum is omnibus causis grauioribus initio dicendi commoneri soleam tñ in hac multa ita me perturbant. Aliquando pro quoniam siue ꝓ cā Et similiter subiunctiuo iungitur, vt cum inueniam latinos proprio sermone hęc parum attigisse, conatus sum pro virisbus. Junguntur quandoq; cum & tum. Quæ licet idem fere significent, diuerso tñ modo ordinantur. Nam in cum est qdam minus, in tum quiddam maius, & hoc duobus modis fit, vt aut generale precedat & sequat̃ speciale aut ambo sint specialia. Primo modo sic, Quin. Quod cum omnibus confitendum est, tũ nobis prꝛcipue qui rationem dicendi a bono viro non sꝛparamus, id est omnibus multum, mihi aũt maxime. Altero modo, Idem. Quod opus Marcelle victori tibi dicamus. Quem cum amicissimum nobis, tum eximio literarum amore flagrantem dignissimum hoc. mutuæ in nos charitatis pignore iudicamus, id est multum propter amorē tuum in nos, plus tñ propter amorem literarum. Aliquando etiam cum & tum coniunctio iunguntur. Cic. Graui teste priuatus sum amoris erga te mei patre tuo clarissimo viro, q̃ cũ suis virtutibus tum vero te filio superasset omniũ fortunas si te añ vidisset q̃ vita decederet. Quãdo autem fit sub duobus verbis fieri debet sub eodem modo & tempore, vt Cic. in principio lib. de natura deorum. Cum multæ res in philosophia nequaq̃ satis adhuc explicatæ, tum difficilis Brute qd tu nimirum ignoras questio est de natura deorum. Ponitur qñ q; sine cum geminatum vel triplicatum in rebus partibus. Quint. Nec indignetur Herodotus æquari sibi tritum Liuiũ tum in narrando miræ iucunditatis clarissimiq; cãdoris, tum in concionibus supra enarrari potest eloquentem, ita dicuntur omnia tum rebus, tum personis accommodata. Ponitur nõniũq; tum pro aliquando. Cice. Tum hoc tum illud argue, id est modo hoc, modo illud. Quandoq; pro tunc. Virg. Tũ primum nostri Cacum videre trementem. Quandoq; est aduerbium ordinis pro deinde. Idem. Aeneas matri Eumenidũ magnæq; sorori Ense ferit sterilemq; tibi proserpinavaccam. Tum stygio regi nocturnas inchoat aras. Quandoq; ꝓ prꝛterea. Idem lib. iij. Tum vox tetrum inter odorem. Sunt qui distinguant, vt quando prepositio est, cum c. scribi debat, qñ aduerbium seu coniunctio cum q. Sed cum ratio non sit satis ponderosa iam doctorum vsus obtinuit, vt cum c. semp scribatur. Quare vnusquisq; prout voluerit scribet.

♁ Cũ dictio significat statim post verba. & Vix dum finito sermone. Apul. Et cũ dicto sutili centuculo faciẽ suã iãdudũ pumantẽ prꝛ pudore obtexit.

⁂ Cunaliter vna particula antiqui ꝓ cũ altero vsurpabant breuitatis gratia. Cc.

¶ Cummaxime, vna pars est, & significat nimis. Terenti. in Hecy. Hanc bacchidem amabat vt cummaxime, tũ Phãphilus eum pater vxorẽ vt ducat orare cœpit.

⁂ Cũpartim veteres dixere pro partim. Caro ibi ꝓ scorto fuit in cubiculũ, surrectitauit e conuiuio, cum partim illorũ iam sæpe ad eundẽ modũ erat. Cc.

¶ Cum potestate est, dicebatur de eo qui a populo alicui p̃ficiebatur negotio seu qui magistratum gerebat. Cicero. libro secundo, artis ve. Felix an infelix, priuatus an cum potestate sit.

¶ Cũ imperio est dicebatur de eo cui nominatũ dicebatur a populo imperium.

¶ Cũprimis significat ĩprimis. Apul. Hic cũ primis nobilis ac facũdus. Sic dī cũprime.

⁂ Cum stomacho aliquid facere dicimus, hoc est cũ indignatione siue fastidio. Cum tempore, hoc est cum mora & spatio tẽporis. Cum venia tua dicimus, hoc est pace tua & permittente. Cc.

⁂ Cumania cumis oppido Campaniæ. Cc.

¶ Cumę arum. Vide in dictione comõ.

♁ Cuma vrbs in locrensi agro, qui est Ionię Asię minoris, a qua cumea sybilla, quam aliqui a vicinitate loci Erithream appellarunt. Hæc ꝓfecta in Italiã, multa de Romanis vaticinata est.

¶ Cumatilis color qui & Cæsius, Cæruleus alio noĩe dicitur Nã græci κῦματα fluctus vocant. Plau. Cumatilem togam aut plumatilem.

⁂ Cumbam Sabini vocant lecticam. Cc.

¶ Cumera pe. cor. vas ingens vimineũ, vel etiam fictile quo frumenta conduntur, vt inquit Acrõ. Modo dī vas quod capit quinq; vel sex modios, quod lingua sabinorum Trimodũ vocatur. Hor. lib. Ser. Cur. tua plus cumeris laudes granaria nostris?

¶ Cumerum, vas nuptiale a similitudine cumerarum dictum.

¶ Cumulus pe. cor. aceruꝰ ꝓprie dī, q̃uis Virgilius cumulũ ꝓ altitudine & quasi a cumine aquę posuerit. Insequit cumulo ꝓruptus aquę mons, Et cumulus est qui additur mensurę planæ, vt inquit Festus.

¶ Cumulare implere coaceruare & quasi ad cumulum addere Tractũ a mẽsuris quibus nihil põt addi. Et dicimus cumulo tibi honores, & cumulo te honoribus. Am. li. i. offi. Honoribus te cumulaui. Hĩc cumulati aduer. aceruatĩ cumulate abundanter.

¶ Cuminũ. Vide in dictione cuminũ.

¶ Cunę & cunabula ꝓ eodẽ accipiuntur dicta quasi cynæ & cynabula. Nam κυνέω ꝓ greci eniti dicunt & parere v. in u. latine conuertitur. ἀλλὰ κύω ἔσιτὸ ξύμα. ί, sed. κύω est verbũ. Sũt enim lectuli in quibus infantes solent iacere, qui etiam incunabula dĩr. Vnde sæpe legimus. Ab incunabilis. Nã in, in hoc loco nihil significat, sicut & in aliquibus dictionibus, vt columis & incolumis. Sũt qui cunabula & incunabula a cunis deducant, & ea proprie dici existiment, que ad cunas muniendas & ornandas pertinent in quibus iacet & conditur infãs. Plau. in Am. Sed puer ille quem ego laui vt magnus est, & multum valet, nec eum quisquam colligare quiuit in cunabulis. Et in Tru. Fascijs opus est puluinis cunis incunabilis. Per translationem varie sumuntur. Idem in Pseu. Sed istic seruus caristo huc qui aduenit quid sapit vsq; a cunabulis. i. vsq; ab infantia, vel vsq; a puero, hoc est ab ea ætate quæ in cunabilis agitur. Col. Cum a primis cunabilis si modo liberis parentibus est oriundus audisse potuerit. Liui. li. iiij. Ab incunabulis imbutum odio tribunorum. Vir. li. iij. Cunabula ꝓ initijs posuit. Mõs ideus vbi & gentis cunabula nostrę Centum vrbes habitant. Similiter Cice. lib. de optimo gñe dicendi. Non fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Hie. Habitatio deserti & incunabula monachorũ talibus inchoantur alimentis. Cic. in Sal. posuit ꝓ nutrimentis. cum ait. An vllum existiãs posse fieri ciuem egregiũ, qui non his artibus & disciplinis sit eruditus? An vlla alia putas rudimenta & incunabula virtutis quib⁹ initijs & incunabula ꝓ nutrimentis dixit. Q̃q; in cunabula vocamus nutricionẽ puerilẽ a cunabulis. Suet. de Vespa. Quare princeps quoq; & locũ incunabulorũ assidue frequentauit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Cunctis significat quidē oēs, sed quiſſint coniuncti. Omnes etiam ſi ſunt diſiuncti & diuerſis locis.

¶Cunctor aris. cum c. ante t. cunctis fit. Contor aris. cum o. ſine c. acontus, quę eſt ptica ambo ſignificant immorari differre ab eo q̄ cuncti ſimul ſine difficultate moueri nō poſſint vel ab eo q̄ qui contis vada rimantur paulatim procedunt Liui. lib. i. Alīq̄ dum cunctantur in ripis inter pugnę fugæq̄ conſilium oppreſſi. Col. Nam diſpendioſa eſt contatio, primū q̄ auibus prædam cæteriſq̄ animalibus prębet. Cunctanter cum mora. Incunctanter ſine mora. Li. lib. i. Tum illum haud cunctanter diſcidiſſe cotē ferunt. Aug. lib. vi. cō. Quod vio lari non poteſt incunctanter pręponebam violabili. Ponitur qñq̄ cunctari pro dubitare. Sue. de Aug. Cunctari ſe ne ſi ſu pereſſet eriperet legibus reum. Quandoq̄ pro manere. Ver. Reginam thalamo cunctantem. A cunctor fiunt compoſita percunctor & recunctor, quod eſt iterum moror. Aug. Tū me recunctantem abripere atq̄ excutere ab eis, & tranſilire quo vocabat. Cunctatio mora ſeu dubitatio.

*Cunex vermiculus vulgo dictus odore fœdus ex ligno naſcens chartiſq̄ & paleis. Corrige locum. Lege cimix. Cc.

¶Cuneus ἔλλνιφιλέλεται ρίφοσ ὥσ ξενοφῶν ἔυτκ παῖδεία ἀλλὰσ φῦν τῶρξῦλ ωυ ές ιν *. i. græce dī σιφοσ vt Xenophō in pædia, ſed σφῆν. i. cuneus lignorum eſt inſtrumentū qđ ad ſcindenda ligna adhiberi ſoler. Huius prima pars acutior eſt vt q̄uis rimulam facile intret, ſequens autem latior & amplior. Virg. Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignū. Per trāſlationem cuneus ſumitur pro pedum multitudine in cunei formam redacta, quæ cuncta in acie primo anguſtior, deinde latior procedit. vt Vege. libro. ij. ſcribit. Ab huius etiam cunei ſimilitudine dicta ſunt loca in theatro, id eſt graduum ordines, in quibus vulgo ſpectatores ſtabant inter ſedentiū ſubſellia. Iuue. Digna tuo cuneis an habent ſpectacula totis. Quod ſecurus ames. Vitru. lib. vi. Cunei ſpectaculorum in theatro ita diuidantur, vt anguli trigonorum qui cutrunt circa curuaturam circinationis dirigant aſcenſus, ſcalaſq̄ inter cuneos ad primam precinationem. Inde theatrum eleganti epitheto cuneatum dicitur. Virgilius. Cuneati hinc læta theatri. Excuneati ab Apuleio dicti ſunt quibus ſedendi locus non fuit in cuneis confertis. Sed & conſtipatam turbā cuneos dicimus. Cypria, ſtipatus clientum cūeis. Virgili. libro quarto. Geor. Per cuneos geminatus enim populiq̄ patrum q̄. Et Cuneus dict⁹ eſt ager in Hiſpania contiguus ſacro promontorio.

¶Cuneatus a. um. quod eſt in formam cunei factum. Vnde a Liuio forma ſcuti cuneatior appellatur cuius ſummum latius, imum ſtrictius erat. Et cuneatus ager apud Columel. in cunei formam factus, vtputa cum eſt longus pedes centum latus ex vtraq̄ parte pedes. xx. & altera pedes. x. Apud Plinium lib. iij. Hiſpania cuneatur anguſtiꝰ. i. in cunei formā efficitur. Hinc excuneatus. de quo in dictione Cuneus, & diſcuneatus. Vide loco ſuo.

¶Cuneatim ſignificat per cuneos. Ammia. imperator cuneatim ſtipatus.

¶Cuniculus animal lepori ſimile qui ſub terra effoſſa latere ſolitus eſt. Mar. Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris Item cuniculus diminutiuū eſt a cuneo, a quo cuniculus animal appellatus eſt. vt in quit Var. Itē cuniculus foramē ſub terra occultū, qđ neu. ge. Fe, Cuniculū, ptulit, ex quo vapor trahitur in balnearib⁹ vaporibus.

¶Cunire eſt ſtercus facere, dictum a cunis infantiū, q̄ ſæpe ſtercore fœdantur.

¶Cunila, quæ & Cunilago quandoq̄ a Plini. dī, ab Ariſto. Conyza herba eſt quam Theodorus Gaza pulicarem conuertit, quia pulices necat. Col. lib. x. Cunile noſtratis, quam ſatuream ruſtici vocant. Huius vero herbę multa ſunt genera. Nam quędam Bubula appellatur, & ſemen pulleg̃ habet quod contra ſerpentes in vino bibitur. Quędā ſatureia, a Græcis Origanum Heracleoticum. Tertia a græcis Maſcula, a noſtris cunilago. odoris fœdi radicis lignoſæ foliis aſperis cuius manipulum ſi quis in domō poſuerit oēs a tota domo blattas ad eā tradunt cōuenire. Prodeſt aduerſus oīa venenata.

¶Cunnus per duplex nn. pars mulieris pudēda.

*Cunilingui dicebātur homines ſordiſſimi a cunnis ligēdis qualis eſſet Funus fellator apud Auſonium. Cc.

¶Cupę, vaſa vinaria maiora quæ vulgo Vegetes appellantur. Luc. Namq̄ ratem vacuæ ſuſtentant vndiq̄ cupę Cupis enim naues in mari ſuſtinentur cum ipſarū latera carinæq̄ reſartiuntur. A priſcis Caupę dictæ a cauo. Vnde caupones a caupis.

¶Cupes Cupedia & cupedula, ab antiquis dicebantur lautiores cibi, ſiue cupiditas lautiorum ciborum q̄ rebus cupidinis alimenta prebent. Gellius. Coniectabamus ad cœnulā non cupedulas ciborum, ſed argutias. Cicero. Ambitio mulierioſitas peruicatia liguritio remulēta cupedia.

¶Cupedinarij, qui eſculenta & poculenta vęndunt. Varrō. lib. rerum humanarū. Numerius equitius Cupes & metellus romanus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exilium actis publicata ſunt eorum bona & ędes vbi habitabant diruta, pq̄ ea pecunia ſcalae deum penatium ędificatæ. Vbi habitabant locus vbi venirent ea, quæ veſcendi cauſa in vrbem erant allata. Itaq̄ ab altero forum cupidinis appellatum eſt. Terenti. in Eunu. Ad macellum venimus concurrunt mihi læti obuiam cupedinarij omnes ceterarij, lanij coqui.

¶Cupidinarium forum, & cupidinis forū, a cupiditate vel q̄ ibi fuerit domus cupedinis Romani equitis.

*Cupencus lingua ſabinorum ſacerdos appellatur. Cc.

¶Cupio is, iui, vel cupij, itum. pe. p. ſecundum quartam cōiugationem quod apud antiquos proferri ſolebat. Ouid. li. Faſto. Mars vidit viſamq̄ cupit potiturq̄ cupita. Luc. lib. i. Effigere vt alta Naturæ primus terrarum clauſtra cupiret. Eſt autem cupere optare, q̄q̄ ab inuicem ſeparantur, quia cupimus quæ in ſpe ſunt, optamus quę non ſperamus. Cice. i. Ora neq̄ vero cupientibus nobis atq̄ ex optantibus fructꝰ oci datus eſt, Et cupere minoris vis eſt quā deſyderare. Teren. in Heau. Quanto diutius abeſt tantomagis cupio, tanto magis deſydero. Huius verbi compoſita ſunt concupio, a quo concupiſco quod eſt in vſu frequentiori. & ſignificat vehementer cupio. Iuſti. libro ſecundo. Nihil victores præter gloriam concupiſcunt. Sal. Nam vti quiſq̄ domum aut villam poſtremo vas aut veſtimentum alicuius concupierat dabat operam vt is in proſcriptorum numero eſſet. Hinc concupiſcentia quæ eſt bonarum æque ac malarum rerū appetitus. Diſcupio valde ſeu variꝭ modis cupio. Cælius ad Ciceronē. Te videre & omnia intima conferre diſcupio. Habeo autem q̄ multa. Percupio valde cupio. Plaut. in Aſi. per cupio obſequi gnato meo. Dicimus etiam benecupio & malecupio.

¶Cupidus, auidus. Teren. in Adel. Tace Egomet conueniam ipſum, vt cupide accipiat. Id eſt bene & libenter, hoc eſt magna auiditate. Accipitur interdum pro amatore, ſicut cupere pro amare. Terenti. in An. Vel q̄ ipſe bene cupio. Glycerio. Ponitur tamē conſequens p antecedente. Optimē eē amamus aliquos cum illis bñ cupimus.

*A cupidus fiunt comparatiua & ſuperlatiua cupidior cupidiſſimus, cupidius cupidiſſime, & cupiditas. Item cupienter. Cc.

¶Cupido maſcu. gene. accipitur pro deo qui filius veneris fuiſſe fingitur a pœtis, a quo cupidineus a. um. cupido vero fœmi. gene. pro cupiditate, q̄uis cupiditas leuior ſit q̄ cupido Lucil. libro. xix. cupiditas ex homine cupido, & ſtultro nunq̄ tollitur. q̄ cupiditas per q̄dam ſit temperatior defluens a cupidine.

¶Cupreſſus Vide in dictione cypariſſus.

¶Cupriū genus quoddam æris, vñ apud Palladium cuprini dauī dñr. Legimus quoq̄ cyprium.

¶Cur aduerbiū ſignificat quare licet quidam quur p. q. ſcri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ben dū putant & a quare per ſyncopē atq; apocopē deductū a & e. literis detractis.

¶ Cura eſt flagrans in corde ſtimulus. Vnde dicta eſt ſollicitudo anxietas quaſi corrodo q̄ cor edat & excruciet. Virgil. Quando hęc te cura remordet. Quandoq; ponitur pro ſtudio & diligentia, vt ſalus tua eſt mihi cure. i. ad ſalutem tuam ſtudium adhibeo. Quandoq; pro opere quod adhibita cura fit. Mar. Teq; piget, cure premia ferre tue. i. premia operis abs te facti. Q̄ñq; pro amore. Virg. At regina grauī iamdudum ſaucia cura. Idem etiam apud inferos inter monſtra habitantia in faucibus inferorum ponit curas quaſi deas aliquas. Et vltrices poſuere cubilia curę. A curia fiunt cōpoſita. Tricur⁹ & Securus. pe. pro.

¶ Curioſus a multo cura dr̄, ſiue in bonum, ſiue in malum. In malum quoties plus diligentiæ q̄ oporteat rebus vel nō ſtris vel alienis adhibetur. In bonum cum cura ſupra modū vtimur ad res bene gerendas. Eſt igitur curioſus qui, multū ſiue diligenter aliquid curat. Cice. Appio. pul. Ita eſt homo non modo prudens verum etiam æquus vir & curioſus. Et pro. Sex. Etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed obſtructio, nec diuturna eſt neq; obducta, ita vt curioſis oculis perſpici non poſſit. In bonum quoq;. Col. lib. iij. vſus eſt aduerbio. Si autem ipſam vitem ſternere voles iuxta radicem ita ne ipſam lędas curioſe fodito. Similiter Incurioſe. Gel. Si quis nō incurioſe legat. Non eſt ergo curioſ⁹ a pua cura, vti Valla putauit. Sed a diligēti & optima. De deriuatione quoq; cū dicat. Curioſ⁹ non tam a cura q̄ a curia videtur deſcendere, cuius compoſitum magis eſt in vſu. Incuria. i. negligentia, tam &ſi curia a cura dicatur, non ei aſſentio, neq; de compoſitione, vt a curia componatur incuria Sed dico ita venire curioſus a cura per adiectionem litere, i. quemadmodum & curia, niſi a curio ſumere velimus. Vtrumq; Plau. in Au. poſuit etiam agnum miſi, quo quidem agnoſcat ſcio magis curioſam nuſq̄ eſſe vllam beſtiam, volo ego exte ſcire quid ſit agnus curioſ⁹, quia oſſa & pellis totus eſt, ita cura macer, quin exta inſpicere in ſole licet, ita is pellucet, quaſi laterna punica. Feſtus exponit curionem agnum quaſi confectum & extenuatum curis. Similiter incuria per adiectionem i. liquet non a curia, ſed a cura componi, quod ſignificatio eorum aperte declarat. Nam cura & incuria diuerſa ſunt & oppoſita, ex aduerſaq; eorum ſignificatione facile mōſtratur incuria a cura componi, quoniam in negatiue ſtat, & alterius ſignificatio ex contrario alterius edocetur, eo q̄ ſicut cura diligentia eſt, ita incuria negligentia. vt Cice. in L. el. oſtendit vituperanda eſt rei maxime neceſſariæ tanta incuria Q̄d non ſignificaret ſi a curia componeretur. Nam eſſet locus a curia diuerſus, quoniā curia locus erat vbi curas publicas gerebāt & vbi cura ſacrorum publica. Nec adiectionem literæ, i. incurioſus & incuria niſi euphoniæ cauſa factam puto, q̄ nō recte ſonet Curoſ⁹ & Incura. Curia vero accepiſſe. i. arbitror vt aliam a cura ſignificationem caperet, & nihilo minus priſtinam naturam ſemper oleret. A curioſus fit curioſitas, p̄ affectatione & diligentia. Ab incuria Incurioſus. Amb. libr. i. offi. Incurioſus ſalutis, gloriæ cupidus. Pli. Rebellat ſępe humor incurioſe datus. Aliq̄n incurioſus capitur p̄ pingui, vt apud Apuleium.

¶ Curia a cura dicta eſt. Curiarum duo genera erant Romę. Nam locus vbi ſenatus remp. curat Curia dicitur. Et vbi cura ſacrorum tractatur, curiam appellamus, id eſt vbi vel ſacerdotes. res diuinas, vel magiſtratus, humanas curāt. Et nō ſolum pro loco, ſed etiam pro hominibus curia ſumitur. Lu. Victorture minax iactatis curia Gracchis. Curię etiam nominantur in quibus vniuſcuiuſq; partis populi Ro. quid geritur quales ſunt hæ in quas Romulus populum diſtribuit numerum. quas quoniam tunc reipub. curam per earum partium [illegible] etiam expediebat, curias appellauit. His poſtea additæ [illegible] quotq; fuere, ita vt in ſua quiſq; curia ſacra publica face[illegible] obſeruaret. Curia in qua habebatur ſenatus tē[illegible]. Habebatur autem modo in a de Appollinis mō do in delubro concordiæ, modo in hoc, modo in illo templo.

✱ Curia calabra nuncupata eſt a vocandis calendis nonis & idibus. Cc.

✱ Curia hoſtilia quam primum ædificauit Hoſtilius rex Ro.

¶ Curia Romana dicitur pontificis maximi patrumq; & minorum pontificum conuentus, q̄ in ea totius orbis terrarum & chriſtianę reipublice negocia curentur, nec minus profana q̄ ſacra. Cc.

¶ Curiales dicuntur qui ſunt eiuſdem curię, ſicut tribules eiuſdem tribus. Curiales flamines curiarum ſacerdotes. Curiales menſes in quibus immolabatur Iunoni, quæ curis eſt appellata.

¶ Curiata comitia. conuentus qui litium cauſa in curijs fiebant.

¶ Curiones a curijs dicti ſunt in quibus ſacerdotes ita res diuinas curabant, ſicut ſenatus res humanas in curia hoſtilia curare ſolebat, vt inquit Var. Et curiones dicuntur precones Inde Capitolinus. Ille qui curionem dici iuſſit, impoſturam fecit & paſſus eſt. Euſe. lib. iij. eccleſiaſticę hiſtor. Miſſo curione ad populum iubet voce maxima proteſtari Polycarpum tertio confeſſum ſe eſſe criſtianum. Plaut. vero in Aul. Agnū curionem appellat macilentum tanq̄ ob curam ſit emaciatus Vnde a contrario Apul. in floridis agnum opimū & pīguē dicere volens appellauit incurioſum. Et curiones dicti ſunt quidā Romani ciues.

¶ Curionatus us. ipſe magiſtratus appellatur.

¶ Curionia ſacra q̄ a curionibus in curijs fiebant.

¶ Curionīū dicebat ęs qđ dabatur Curioni ob ſacerdotium curionatus.

✱ Curifigia nomen villæ Nicolai Perotti, nuper iudutū quā in agro Sentinati habebat, inter duo fluenta Sentinū & Næuolam, vbi eſt ſaluberrima cœli tēperies. Cc.

¶ Curo as. a. cura fit. Eſt & curare operam dare Cic. Cura vt valeas. Aliq̄n incūbere & curam habere. Plautus. Tu q̄ agēda ſunt cura. Sed in idem recidunt. Aliquando mederi. Cice. Difficilius alijs morbis curantur. Aliquando reficere. Vnde curare corpus dicimus cum de hominibus loquimur. Quod eſt cibo, lauacro, & his ſimilibus operam dare. Ver. Corpora curamus, feſſos ſopor irrigat artus. Teren. in Adel. Aedes pol ſyriſcæ te curaſti molliter, id eſt cibaſti vel refeciſti. Cum vero de apibus & huiuſmodi animalibus p̄ cibo tantū accipimus. Huius compoſita ſunt Accuro. Vnde accuratus. Concuro. Plaut. in Bac. Magis vnum in mente eſt mihi nunc ſatis vt cōmode, p̄ dignitate obſonij hec cōcuret coquus. Procuro, de quo alibi. Percuro perfecte curo. Col. li. vij. Hic idem ſanguis niſi miſſus fuerit ſaniem creabit. Q̄ ſi ſupputauerit tarde percurabitur.

¶ Curator, qui pupillis loco tutoris datur, dictus q̄ pupillarium bonorum curam gerat. Et curator dicitur qui rei frumentarię & agris diuidundis prepoſitus eſt. Et a Gel. Catullus dr̄ curator reſtituendi capitolij. Et generali vocabulo curatores dūr prepoſiti. Vñ a frōtino de curatoribus aquarum ſcriptū eſt. Sue. in Cali. Curatorem miſerū ac venationū per continuos dies in conſpectu ſuo catenis verberatū nō prius occidi q̄ offenſus putrefacti cerebri odore.

¶ Curatorius a, um, quod ad curatorem pertinet, vt curatoria actio.

¶ Curatio inquit Do. medicorum eſt, cura mentis, curatura diligentiæ. Inuenitur etiam curatio pro iniunctione muneris Plau. Quę mea curatio eſt. Liui. lib. ij. Q̄ facile appareat non tam ad honorem eius curatio altior faſtigio ſuo data eſſet factum.

¶ Curius nomen Romani ciuis exactiſſima frugalitate, & perſpecta fortitudine. Hic cū i ſcamno ſederet & Samnitū legati magnū auri pondus publice miſſum attuliſſent inuitarentq; vt eo vti vellet, reſpondit. M. Curiū malle imperare locupletibus q̄ locupletem fieri, & qui acie vinci non potuit, eum pecunia corrumpi non poſſe.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Cures tantum pluralis numeri Sabinorū oppidum cuius imperabat. T. Tacius cui⁹ ciues Quirites dicebantur. Conuenerunt q; Romulus & Tacius in hāc ſententiam, vt e duob⁹ populis vnus efficeretur, & Sabini Romam migrarent, Romaq; nomen retineret. Sed romani & Sabini Quirites appellarentur. Ouid. li. ij. Faſt. Te Tacius quiq; cures ceninaq; ſenſit. Hinc etiam populi cures. Ver. lib. ix. Tacioq; ſenicuribuſq; ſe ueris.

¶Curis lingua Sabinorum haſta dī. Vñ Iuno dicta eſt curitis, quia eadē haſtā ferre putabant.

¶Curetes penul. product. quidam cretæ populi de quibus Ouid. libro quarto. Meta. Largoq; fatos cureras ob imbri. Alij fuerunt ſacerdotes Cybeles qui & Corybantes dicuntur qui ad ſacra cybelis admiſſi ſunt caſti & puri, illicq; ſaltāt armati. Dicti a κορύβοp quod iactationē ſignificat capitis, q; capita ſaltando iactent, furijſq; agitentur. Alij fuerūt populi in Dalmatia. Lucan⁹. Illuc bellaci confiſus gente curetum Itē alij ætolis vicini.

¶Curculeo penul. correp. non per g. vt patet ex Plauto qui comœdiam inſcripſit curculionem, prologum per primas literas verſuum curculio ſcripſit, animal paruum frumētum corrodens quaſi gurgulio eo q; nihil in eo pene aliud q̄ gurtur videtur. Eſt enim gurgulio via patens ſeu fiſtula in gutture per quam ſpiritus attrahitur atq; emittitur. Is conſtat ex oſſibus flexuoſis & mollibus quaſi ex anulis in catenæ modum compactis & imperfectis. Dicitur etiam ſpiritalis fiſtula q̄ ſemper patet vt ſpūs liberū habeat exitum, qui ad pulmonem corq; defertur.

*Curcula inſula in mari adriaco nō longe a Melitine, alias dī Melenæ. Cc.

¶Curmūdula pira erāt gratiſſimi ſaporis corticis tenerrimi quapropter a multis neq̄q̄ curio detracto edebantur. Cc.

¶Curro, ris, ri. curſum. Cuius compoſita q̄q; geminant ſil labam quandoq; non. Ver. lib. iiij. Decurrere iugis, alij de parte patentes Tranſmittunt curſu campos. Liui⁹. lib. xxij. Quacuiq; proximum fuit decurrerunt. Cato contra Piſonem. Video hac tempeſtate concurriſſe omnes aduerſarios. Teren. in Hæcy. Vna illarum interea propere pręcucurrit. Currere vero proprie in terra dicimus. Vnde fit curſus. Sed figurate & in mari naues velociter volantes currere dīr. Ver. Sed tibi qui curſum venti quæ fata dedere. Apul. Et inopinati nauiū curſus terrorem adiecere. Et habet paſſiuum in tertia perſona vt inquit Priſ. ſicut multa alia. Nam dicim⁹ Curritur ſpacium. Aratur terra. Inſeritur arbor. Teren. in Adel. Decurſo ſpacio. Bibitur vinum &c. Compoſita huius verbi ſunt Accurro quod eſt ad aliquem locum vel hominem auxiliandi complacendi ve cā curro. Teren. in And. Ibi tum exanimat⁹ Pamphilius bene diſſimulatum amorem & celatum indicat, accurrit, mediam mulierem complectitur. Concurro ſimul curro. & concurrere ſimul omnes currere. Lactan. li. ij. Tū vero alacres ad deorum templa concurrunt. Aliquando ſignificat contra ſiue aduerſus currere Nam cum duo exercitus collatis ſignis prælium ineunt concurrere dicuntur. Verg. Audetq; viris concurrere Virgo. Sal. Maximo clamore cum infeſtis ſignis concurrunt. i. ſimul omnes aduerſus currunt. Cō curſo. a quo Circūcurſo. Ambro. Diſcite virgines non circū curſare per alienas ædes. Diſcurro per diuerſa loca curro aut huc & illuc curro. Liuius lib. i. Signoq; dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit. Excurro extra curro. Cic. Apio pul. Mandaui vtriq; eorum vt ante ad me excurreret: vt ubi obuiam prodire poſſem. Aliqñ de malo intelligitur, cum fiunt excurſiones a militibus que idem ſunt quod incurſiones. Nam excurſiones vocantur reſpectu illorum a quib⁹ recedunt, incurſiones reſpectu illorum in quos recurritur. Liuius lib. i. In fines Romanos incurrerunt populabundi, magis q̄ iuſti more belli. Incurro intro curro. Intercurro iter medium curro. Cicero li. i. ad Heren. Alterum genus narratiōis eſt quod intercurrit nōnunq̄ fidei aut criminationis aut trāſitionis aut alicuius apparatiōis cauſa. Occurro, præcurro, an recurro ſiue cito anteeo. Plaut. in Am. Me captas quia tute ab naui clanculum alia via pręcucurriſti. Teren. in Eu. Abi præcurre vt ſint domi parata Procurro, percurro perfecte ſiue ad ad finē vſq; curro. Recurro retrocurro aut cito ſequor. Plau. in Ciſ. Ego ad annum recurro rurſum. Teren. in Adel. Vbi me illic nō videbit iam huc recurret ſat ſcio. Cicero Terētiæ. Et ſi Deſippo quoq; ita imperaui ſtatim vt recurreret. i. ſubito reuerterē. Hinc recurſo as. quod eſt ſæpe currendo aut voluendo & reuoluendo eo. Ver. Vix atrox Iuno & ſic noctem cura recuſat. Succcuro. Tranſcurro vltro vel de loco ad locum ſubito vado. Terentius in Eunu. Tu abi atq; obſera oſtium intus dū ego tranſcurro ad forum.

¶Curos princeps erat curetum a quo dicebantur, vel a core hoc eſt puella. Cc.

¶Curſo as. ſæpe curro vel continuo ſæpe vado. Cicero. in Cato, Alij ſcandāt malos alij per foros curſēt. Terē in He. Trepidari ſentio & curſari horſum rurſum

¶Curſito as. frequētatiuum, a Curſo frequētatiuo. Diom. Sunt quædam iteratiuorum & iteratiua quę ſæpe in tres gradus deducunt verba. quale eſt Video deinde Viſo, & quod plus eſt Viſito. Item curro, deinde Curſo & curſito. Terent. in Hecy. Hodie mihi haud poteſtas data eſt, ita curſitādo atq; ambulando totum hunc contriui diem.

¶Curſus us. & curſio currendi actū ſignificāt q̄d & de nauigante & equitante poteſt intelligi.

¶Curſura ræ. idem quod curſus. Var. Equi alij ſunt idonei ad rem militarem. Alij ad vecturam. Alij ad miſſuram. Alij ad curſuram.

¶Curſorius a. um. q̄d ad curſum pertinet, vt nauis curſoria Sydonius. Tiphim curſoriam aſcendi.

¶Curſor qui currit. Et curſor tabellari⁹ dī a celeritate eūdi. Mar. Curſorē ſexta tibi Rufe remiſimus hora.

¶Curſim aduerbium ſignificat currendo, & incurſim celeriter. Cæcil. Nullus ſum niſi meam rem propero incurſim perdere. Plautus. Curſim cutram, quod eſt currendo curram.

¶Currus currus cuius diminutiuū eſt Curriculis vel curriculum, q; eo veteres ad curſum in ludis vterentur.

¶Curriculus vel curriculum breuiſſimum vehiculi genus.

¶Curt. lib. viij. Aliorum turbati equi in amnem precipitaueре curricula. Eſt etiam curriculum curſus. Iuue. Et toras effudit habenas. Curriculo quem ſi reuoces ſubſiſtere neſcit. Cic. pro Rabi. Exiguum nobis vitæ curiculum natura circūſcripſit, immenſum glorię. Plau. in Epi. Nam vt apud portū te conſpexi curriculo occœpi ſequi, vix modo adipiſcendi poteſtas data ē. Item curriculum ſignificat tempus. Ver. li. viij. Curriculo expulerat ſomnū cum fœmina primum, i. medio tēpore. Et curriculū locū ſiue interuallū vbi curritur denotat a carceribus ad calcem, qui græce σαλιὸ δρομῶ λέγεται ἐλλνιστι. *. i. σαλιὸδρόμος. i. curriculum dicitur græce. Apul. Quos ſæpe in curriculo victores fuiſſe conſtat.

¶Curriculo aduerbium ſignificat curſim, ſtatim, celeriter.

¶Curule neut. ge. per ſimplex r. Et curulis fœmi. gen. ſedes ex ebore qua maiores magiſtratus vtebantur in curru. Hora. li. i. epiſtolarū. Cuilibet hic faſces dabit eripietq; curule. Cui volet importunes ebur. Nam ſenatores qui curulē magiſtratum, hoc eſt maiorem honorem gerebant honoris gratia in curiam vehi ſoliti erant curru in quo ſella eſſet ſupra quā cōſiderent. Curules etiam dicebantur equi quadrigales, vel magiſtratus qui curuli⁹ vehebātur. Luc. lib. iij. Prętor adeſt vacueq; loco creſcere curules.

¶Curruca parua auis q̄ alienos pullos, pprios putans nutrit. Iuue. Tu tibi nunc curruca places.

¶Curuus a. um. quod eſt inflexum ac contortum, a quo Incuruum valde curuum. Teren. in Eu. Incuruus ſtemulus Labijs demiſſis Do. Incuruus valde curuus, ſicut infractus valde fractus. Procuruus. Ver. Neq; illa pcuruam expectāt falcem. Recuruus. Curuum etiam dicitur bura quæ quaſi temo eſt inter boues.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Curuo as. flecto, deorsum aspicio capite deflexo. Lactan. li. ij. Quia curuant cæleste animal ad veneranda terrena. Idem in eodem. Ille vobis sublimem vultum dedit vos in terram curuamini. Huius cõposita sunt Accuruo quod est iuxta curuo. Col. lib. iiij. Nam fragilis est ea parte materia qua torta & accuruata cum deponeretur cæperat vitium. Recuruo rursus curuo. Idem lib. iij. Omnis nux vnam radicem mittit, & simplici stilo prorepit, cum ad scrobem solidum radix peruenit duricia humi coercita recuruatur. Incuruo est eiusdem cũ simplici significationis.

¶ Curuesco curuus fio. Ambro. Olearum non curuescentium vbertate baccarum. Huius compositum est incuruesco, qđ protulit Cice. in Tus. Ramos baccarum vbertate incuruescere.

¶ Curuamen ipsa curuatio. Ouid. lib. ij. meta. Sectus in obliquum est lato curuamine limes. Gel. Subalio atq; alio cæli curuamine.

* Curuipes dicitur qui curuos habet pedes. Cc.

¶ Curtus a. um. incultus quasi inutilis. Hora. Nunc mihi curto. Ire licet mulo vel si libet vsq; Tarentum. A. Martiale dictus est Curtus calix id est fractus. Et a persio curta supellex Hinc Curto as. a quo Decurto. De quibus in dictione decurtatus.

¶ Cuspis posterior pars haste, licet qñq; pro ipsa hasta & qñq; pro summitate hastę. Hinc cõponitur tricuspis & deriuatiuũ fit cuspido as. quo vsus est Plin. lib. xi. Vrorum cornib⁹ barbari septẽtrionales potãt vrnasq; binas capitis vni⁹ cornua i plẽ r alij prefixa his pila cuspidant.

¶ Custos, qui rem aliquam tuetur & curat. Vñ custodem ostij dicimus qui curat ne quis iniussus ingrediat. Custodẽ horti, qui prohibet aliquem in eũ ingredi vel damnũ facere Custodem sacrorũ qui sacrũ ministrat atq; obseruat. Ver. Ac domus Herculei custos pinaria sacri. Cic. lib. ij. Malus eĩ custos est diuturnitatis metus.

¶ Custodio is. iui. itum. obseruo. Gel. lib. i. Parsimoniam apũd veteres Romanos & victus atq; cœnarum tenuitas. nõ domestica solum obseruatione ac disciplina, sed publica quoq; animaduersione, legumq; complurimũ sanctionibus custodita est.

¶ Custoditum, quod cum custodia est. Incustoditum qđ sine custodia est. Mar. Incustoditis & apertis Lesbia semper Liminibus peccas.

¶ Custodia obseruatio. Qñq; etiam ponitur pro eo qui custodit. Tibul. Sed pretium si grande feras custodia victa est Quandoq; pro eo qui custoditur. Suet. in domi. Nec nisi secreto atq; sokis plærasq; custodias receptis quidem in manu catenis audiebat. Et. ff. de reorum custodia scribitur. Ne quis receptam custodiam sine causa dimittat. Et alibi. Si in custodia se interfecerit vel præcipitauerit, militis culpę ascribitur. Item custodia carcer appellatur. Col. libro primo. Nam illa solennia sunt omnibus circũspectis vt ergastuli mancipia recognoscãt, vt explorent an diligenter vincta sint, an ipsę sedes custodię satis turę munitęq; sint.

* Custodela a veteribus custodia dicebatur. Cc.

¶ Custodiariũ locus in quo quis aliquid custodit Cyprian⁹. Derelinquetur filia sion, sicut casa in vinea, & sicut custodiariũ in cucumerario.

¶ Custoditio est opera ad aliquid custodiendũ sumpta.

¶ Cutis pellis siue corium. Pli. Ergo cutis ipsa sensu caret maxime in capite, vbicũq; per se ac sine carne est vulnerata non coit, vt in bucca cilioq;. Huius diminutiuũ est Cuticula. Cõposita sunt Intercus morbus Intercutaneum quod intra cutem est. Subcutaneũ qđ sub cute. Subtercutaneum qđ subter cutem est. Recutiti etiam a cute dicũtur iudei. i. circũcisi & cute hoc est præputio priuati.

¶ Cutiones dicti videntur a contractione quod in emendis vendendisq; mercibus tandẽ perueniant ad iusti præcij finem.

* Cyanea gemma quæ fracta fabe similitudinem præfert. Cc.

¶ Cyamus significat fabam. Suidas. κύαμος εἶδος σπέρμος * id est faba genus leguminis, & magicalis est

¶ Cyane es. pe. indifferente nympha sicula fuit quæ in fontẽ sui nominis conuersa fertur. Ouid. lib. ix. meta. Cognita cyane præstanti corpore nympha Et lib. de ponto. Quaq; suis cyaneam miscet Anapus aquis. Cyaneus color cæruleus Varro Cyanea pœnula amictus grassatur. Dicitur & Cyanus. Plini⁹ In nomine est & Cyani colos. Græci κυανοῦν dicunt. Hinc Cyaneus gemma appellatur ex iaspidum genere colore cæruleo.

¶ Cynum metallum.

¶ Cyaneæ siue cianitæ insulę seu magis scopuli sub thracio bosphoro qui speciem habent inter se concursitantium quæ naues fluctibus immergant ob aduersos in se ventos confligentes, quę & a complodendo sunt etiam Symplegades appellatę.

¶ Cyathus penul. cor. paruum poculum. Iuuena. Cardiaco nunq̃ cyathum missurus amico. Ad cyathum stare dicũtur pincernæ regibus quibus cyathisant, hoc est cyatho vina ministrãt. Sueto. in Cæsa. Sed. Cice. Mem. & ad cyathum & vinum. Nicomedi sterilisse obiecit. ἐλέγετο δὲ καὶ Νικομήδει κύαθον λέγειν τὸν ξύωον ὅτι ἀφίλεω καὶ δυτωσεκήμ φίλιαν σεχοντι ὡς ωκλημ ει ἠ σοιιδ᾽ας ἐφη κύαθος οὗτωσ α δ᾽ χυω χαθος κτοι τὸ χεω * id est græce cyathus dicit qm̃ κύω est amo, etenim sic in amicitiam vt putant veniunt. q̃q̃ Suidas inquit Chyatus a κύω quod est fundo.

¶ Est etiam cyathus genus quoddam mensuræ quo cibaria gallis dari solebant. Col. lib. ix. Nam singulis capitum quaterni cyati diurna cibaria sunt cum magis terni vel bini præbeantur. Pli. lib. xxij. scribit cyathum per se pendere drachmas decem.

* Cyathisso verbum. i. potum pedetentim capio. Plau. Cyathysso apud te qñ poto. Cc.

¶ Cybele es. & Cybeles is. vel æ. penul. cor. Nam vt docet Ser. anapestus est in hac dictione cybele, hęc fuit vxor Saturnia cybelo Phrygię monte seu oppido, vbi eius sacra primo sunt instituta Scribit Festus Cybelem a nõnullis ideo appellatam, quia ageret homines in furorem, quod græci κυβίσαω dicunt, id est atrezare de la persona, gesticulari, vt Home. li. xvi. Iliad. pagina penultima. Sacerdotum enim Cybeles primum est caput notare. Suidas. κυβελικὴ ἡ ἐκ τῶν ἀφαιρετῶν τὰ λύνελα· ὄρη ὄρεσα, ἀ κθοὺς. διὸ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐχεντῆ λεοντομιξεύγεθ Φ κίναιδ᾽ αι κηβεμικὴ ἱερὸι ἐσιμ. * id est Cybele Rhea in montibus cybelis. Montana enim dea Ideo vehitur leonum iugo & cinædi ei sacri sunt.

¶ Hęc primum ops & terra dicta fuit ꝙ sit dea telluris, quæ & vesta dicitur, propter quod curru vehi a poetis fingitur qa terra pendet in aere, & rotis sustineri quia rotatur & semper voluitur mundus. Marer deum quia omnia gignit. Et mater alma, ab alendo. Et mater Phrygia a monte phrygię quẽ plurariuo numero dindyma vocant. In eo sacra sibi per corybãtes instituit, a quo dindyme & dindimere a nõnullis vocatur Et Berecynthia a monte phrygiæ qui βερέκυνθος appellatur Et pales ꝙ sit pabulorum dea. Rhea. ἀπὸ τοῦ ῥέω fluo ꝙ terra affluens sit omnium rerum. Dicta est & Idęa & Phrygia & Pessinuntia. De qua Clau. Turrigenamq; petit Cybelem sinuosa draconem. Mar. Et cybeles picto stat corybante tholus Ex Apulei sententia eadem erat dea Cybele bellona & Isis. Quandoq; tamen metri gratia scribitur per duplex ll. Et fit cybelle bacchius pes ex prima breui & duabus longis. Prop. Vertice turrigero iuxta dea magna cybelle. Luc. lib. i. Et lorã paruo reuocant alemone cybellen.

* Cybelus. Vide in Cybele.

¶ Cybium pisces genus, quod ita scissum est vt mediũ aquę pateat in omnes partes ad similitudinem tesserarum. Plinius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib.xxxiij. Cybium est concisa pelamis.

¶ Cyborium genus pomorum Alexandrinorum. Hora. Obliuioso leuia massico cyboria. Acron. Cyboria Alexandrina poma quæ habent similia colocasijs folio in quorum simi litudinem facta pocula eodem nomine appellantur, aut certe procibis posuit tanq̃ cibum poculis compensarat. Cyborium quoq; nunc dicitur structura quædam altare cooperiēs qualia multa Romæ a summis pontificibus extructa fuere. Vnde scribitur diuum Gregorium fecisse ad beatum Petrū super altare cyborium cum columnis quatuor ex argento puro.

¶ Cyclas dis. vestis fœminea rotunda. Nam græci κύκλον circulum καί κυκλόω circundo dicunt. Iuue. Hę sunt quę tenui sudant ex cyclade. Et videtur vestis tenuissima explicatilis & spatiosa. Proper. Longaq; cyclade venit humū.

¶ Cyclādes penul. correp. insulæ in Ionio mari quibus ab ortu solis ęgæum mare est, ab occasu. Mirtilum, occupāt ad septuaginta milia. p. Dictæ cyclades q̃ in cycli formam dispo nantur. Nam a promontorio Geresto circa Delum in orbem sitę sunt. Alij dicunt vocari Cyclades, non quia in rotunditatem sitæ sint, sed q̃ longo ordine eos circuire necesse sit propter promontoria. Vnde & Verg. Spersasq; per æquor dixit Cyclades. Sunt autem numero quinquaginta tres.

¶ Cycli quasi circuli, loca erant Athenis vbi aliqui veniebāt Id autem nomen est tractum a circūsistentia vendendorum. Cyclus em̄ rotundum significat. Quare Menander ait. Itaq; ego mihi videor per deos immortales videre me ipsum inductum currere circum ac venire.

¶ Cyclopes penul. product. gigantes seu reges antiquissimi in Sicilia iuxta Aetnā vno oculo in fronte. Cyclops quasi circularis oculus κύκλος enim rotundum & circulum dicit ὤψ oculum.

¶ Cygnus latine olor, auis candida, anſere maior, argutam vocem habens, & cum ad mortem peruenit. maximo dolore angitur adeo vt flere videatur. Marcia. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipse sui. Fuit autem Cygnus Phaetontis amator. Post illius interitū diutino fletu in hanc alitem mutatus esse dī in fabulis. Cygneus a.um. vt vox cygnea, q̃ est cygni. Quandoq; cygnei dī candidus. Fuit insuper Cygnus filius martis. Vñ Hesiod. in aspide ἔνθ, ἤ τοι κύκνος μεν ὑφ' ἑρμένικα δ'ιὸς ἢ ἰόμκτινὲ μιναι μεμαώς σάκ ἔμβαλε χάλκεομ ἔγχος. ✻. i. vbi certe cygnus quidem præpotentis Iouis filium occidisse prōptus scuto iniecit æream hastam.

ð Cygnologo, is. apud Martianū ponit̃ p dulciter canens in similitudinē cygni, qui moriturus amæne canit.

ð Cydarum, pe. cor. genus nauiculę.

¶ Cydon insigne Cretę oppidum a quo malum cydonium pomum quod dicitur Catoneum. Plini. His proxima amplitudine mala quæ vocamus cotonea, & græci cydonia ex creta insula aduecta. Serenus. Aut quę poma cydon cretęis misit ab oris. Inde cydonitem appellat. Palladius cibum ex cydonijs decoctis & melle confectum. Coronatum vulgo dicitur. Est & cydon nomen viri proprium. Et cydones populi.

ð Cydonitis, pe. p. cibus ex cidoys cotonatum dī.

¶ Cydnus fluuius Siciliæ qui Tarsum apostoli pauli vrbem diuidit cuius aqua contra podagras teste Plinio valet. A tauro ortum habet, vt inquit Strabo. ab vndarum colore sic dictus. Nam quicquid candidum est Syrij cydnum vocant.

✻ Cylicrani natio est quædam hominum in Hispania prope Herculeam habitantium. Cc.

¶ Cylidros genus serpētis ex κυλίω voluo ὄφις serpēs quasi volubilis serpens q̃ eundo sępe se inuoluat.

¶ Cylindrus, columnula lapidea rotatilis qua rei rusticę seris proresecam æquari iubent. Ver. Area tum primum iugenti est ęquanda cylindro. Cato. Aream vbi frumentum teratur sic facies. Confodiatur minute terra, amurca bene cōsperget, & combibat, plurimum comminuito terram, & cylindro aut panicula coæquato. Tractum nomē ἀπὸ τῦ κυλίνω id est a voluendo. Præterea cylindrus dicitur omne quod rotatu facile est. Cicero de fato. Sed reuertatur ad cylindrum & ad turbinem suam quę moueri incipere nisi pulsa non possit. Id autem cum accidit suapte natura quod superest & cylindrum volui vel versari turbinem putat. Sunt & cylindri lapilli tereres, hoc est oblongi atq; volubiles quibus mulieres, & donabantur & ornabantur. Plinius libro vltimo de beryllis qui mira longitudine placebant ait. Ideo cylindros quidam ex his facere maluit q̃ gemmas quoniam est summa cōmendatio in longitudine. Ex quibus verbis colligitur. Cylindros oblongos esse, gemmas vero quadratas aut rotundas Solinus similiter inquit. Indici reges hoc genere gemmarum in longissimos cylindros amant fingere. In qua significatione quidam chelydros scribi bebere putant quasi genus illud ornatus, simile esset spiris serpentium quos chelidros appellant.

¶ Cylindraceus a.um. quod est factum ad similitudinē cylindri, hoc est teres & oblongum. Pli. scribit siliquas piso q̃d genus leguminis est cylindraceas esse. Et Anaximander dixit terram esse formæ cylindraceę.

✻ Tylarus nomen vnius ex centauris qui amantem habuit Hyllenomen cētauram, ambo forma præstantes. Est & equi Pollucis secundum Virgilium. iij. Geor. vel casiones secundū alios, proprium. Cc.

✻ Cylleborus Steleni filius qui vigente bello Troiano cum ægiale Diomedis vxore consuetudinem habuit. Cc.

¶ Cyllenius Mercurij dī q̃ oēm rem sermone sine manibus cōficiat, quibus partibus corporis qui carēt κυλλοί vocantur Ideo quadratum eum fingūt. Alij volunt q̃ in cyllenia via sit enutritus. Alij q̃ in mōte arcanię cyllene. Alij a Cyllene sit nympha educatus.

¶ Cylindroides vocatur figura columnæ quę iacitur.

¶ Cylix græce poculum, & calix latine dicitur.

¶ Cyllima atis. volutabrum, volutatio.

¶ Cyllene mons Arcadię. vbi enutritus Mercurius Cylleneus dictus est.

¶ Cyma fœtus partusq; brassicę, quasi κῦμα quod fœtum significat. Cælsus. Mali est succi brassica, magisq; etiam cymaeius. Plini. li. ix. Ex omnibus brassicę generibus suauissima est cyma siue quyma, etsi inutilis habetur. Colu. Maior pars eius brassicę in cymam prilit. Cymata etiam dīr hęc a Columella, quę vere proximo post primā sectionem e caulib⁹ colligūtur, velut alij dicunt renutores cauliculi. Cyma etiam oppidum est ęolicum.

ð Coma, tis. latine dī vnda. Et id quod e caulibus colligitur sicut modo dictum est.

ð Cymatilis vestis illa dī quę instar vndarum fluctuat ab vndis, & fluctibus quę cymata nominantur. Nam cymatilis ex eo nomen accepit, q̃ fluctuum similis, & textura ipsa fluctus imitetur qualia hodie vestimenta cymbalota nomina, q̃ magis cymbalota dici debent.

¶ Cymba genus nauis. Iuuena. Atq; vna transire vadū tot milia cymba.

¶ Cymbulum genus poculi vinarij procerum ac cymbę simile, q̃ græce κύμβιον dicitur. Virgilius libro. iij. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte. Videturq; diminutiuū a Cymba. Alij Cymbium quasi cyssimbium per syncopen dici volunt a cyssos hedera q̃ ex ligno hedere fieret.

ð Sed & ab Apuleio, Cymbium dī, quod latine Seruius, fistulam vocat.

¶ Cymbalum instrumentum musicum quod in sacris matris deum cum tympanis habebatur.

¶ Cymbalistę qui pulsant cymbala sicut tympanistę qui tympana pulsant. Apul. de dēo Socratis. Barbara autem strepitu cymbalistarum & tympanistarum choraulium.

¶ Cymęi, siue cynęi a cymo Locrorum oppido. Vñ in Varrone cynicus Antigonus mendose legitur pro cymęus cynęusve.

¶ Cyminus pe. cot. Hetruriæ lacus est montisuppositus. De

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quo Ver.li.vij.Et cymini cum monte lacum.

¶Cyminū pe.pro.qđ nos y.in u.vertentes cuminū dicimus Est aũt cym.nū & sylueſtre quaternis aut quinis foliis veluti ferratis,multis ægritudinibus magno vſui,ſed pallorē bibē tibus gignit.Perſus,Et pallentis grana cymini.

¶Cymodoce penul.correp.dicta q̃ vndas maris quieſcere faciat.

* Cymotheoe nympha nomē ſortita a velocitate curſus κῦ μα fluctus θοὸσ velox.Cc.

¶Cynęthium,vt ſcribit Dioniſius lib.i.antiquitatum,eſt ci uitas in Arcadia ab Aenee ſocio ibi vita functo ſepultoq;. Hinc Cynæthenſes populi quos tñ alij a Cynętho Lyconis filio putant appellatos.

¶Cynos latine canis.Quo nomine etiam dicta eſt ciuitas in Locride.Liui.li.viij.ternæ decadis.Cynum Locridos empo rium.Ptole.In locride cynos & callıatos, ἔυθεῖα κὺωμ κυυὸσ.

¶Cynici penultima correpta cuiuſdam ſectæ philoſophi.ei⁹ principes Antiſthenes Hercules & Diogenes fuere,ſic dicti vel a Cynoſarche gymnaſio vbi verſabaꝫ Antiſthenes vel κυμὶσ canis quaſi canini,quia eſſent in cauillis caſtigationibuſ q; more canum mordaces contra vitia, vel quia obſcœnita te licentiaq; ſermonis rabiem quandam caninam repreſenta rent.Vel q̃ nequaq̃ vt canes adularentur,ſed oratione ac ge ſtu in delinquentes inueherentur.

ὁ Cynegetica dicuntur volumina de venatione conſcripta κυυηγοσ καὶ κυυηγετικα venator Flauiꝰ vopiſcus refert olym pium nemeſianum ſcripſiſſe cynegetica.

¶Cynips ſiue cynophs fluuius Aphricæ a quo & regio eo noie dicta eſt in qua maximi ſunt hirci.Hinc grex cyniphius .i.grex hircorum & cyniphia pellis hircina.Martia.de Vdoni bus.Non hos lana decet ſed olentis barba mariti. Cyniphio poterit planta latere ſinu.

¶Cynachante arbuſcula quæ acinos veluti vuæ producit. latini caninam ſentem,& vulgo vuam ſpineam nominant.

¶Cynanche a canibus dicta quos infeſtat,præfocatio eſt no cturna maxime pituita craſſa & lenta infauces ceruiceſq; de lata. ἀπὸ τοῦ κὺωμ καὶ ἄνάγχω.* .i.eſt.a canis & ſuffoco quod eſt angere.A quo & Anguſt⁹,& Angor & Angipor tus.

¶Cynomyia,muſca canina,canis,muſca quę ſanguinem ab animalibus exugit.Hęc præcipue canū auribus inſidet & vul nerat eas.

¶Cynifes is.pe.cor.muſca minutiſſima longis cruribus in ca pite habens roſtrum quo perforat pellem hominis.Naſcitur ex humore & iuxa aquas abundat.

¶Cynopolis canū ciuitas,in qua anubus colitur,& honor & ſacer quidam cibus eſt canibus conſtitutus.Ab hac cynopo litana præfectura appellata eſt.Qui in eā habitant canarij di cuntur.

¶Cynocephalea,hærba canino capiti ſimilis κεφαλῇ caput dicitur.

¶Cynocephali pe.cor.beſtiæ ſimiles ſimijs præter capita ca nina in æthiopia,violenti ad ſaltum,feri morſu.Auguſti.li. xvi.de ciuita.dei.Quid dicam de cynocephalis.quorum ca nina capita atq; ipſe latratus magis beſtias q̃ homines confi tentur.Plini.lib.vij.Gens quam cynocephalos vocamus la cte viuunt.

¶Cynodontas dentes caninos dicunt,qui in vltimo ſenio oriuntur.Cc.

¶Cynogloſſa,hęrba quę dr̃ lingua canis βλῶσσα eñ lĩgua dr̃.* Dicitur & cynogloſſus.Cc.

¶Cyno.hodos,pe.cor.roſa ſilueſtres.i.canis roſa,ſic dicta qa eius radix ad morſum canis rabidi vnicum remedium ora culo quodam compertum fuit.Quidam dicunt eſſe lilij gen⁹ rubens.

¶Cynoſorchis quaſi caninis teſtis,hærba quę & orchis & cy noſorlonia dr̃ foliis oleę mollibus ternis.

¶Cynoſura pe.pro.canis vra.i.cauda & minor vrſa dicitur Lucretius lib.ix,Te ſignis cynoſura ſubit tu ſicca profundo, Mergi clauſtra putas.Sunt autem duæ arcti quarum vna di citur maior vrſa,quam græci elicem dicunt. Altera minor vrſa.Cynoſura a græcis dicta.Mam populi græciæ eam nota re ſoliti.Hanc Sidonij aſpicientes continue nauigant.Ouidi⁹ Eſſe duas arctos,quarum cynoſura vocatur Sydonijs, elicē graia carina notat.

* Cynoſarcima hærba dicitur foliis oleæ mollibus ternis ſe mipedis longitudinis in terra ſtratis,radice bulboſa,lōga du plici ordine ſuperiore q̃ durior eſt,& inferiore quæ mollior, editur vt bulbi cocti in vineis forte inuenti,dicitur & cynoſ arconia.Cc.

*Cynoſbatum alij Cynoſpaſton genus rubi faſtigio homi nis ſimile,fert & vuam nigram in cuius acino neruum ha bet.Cc.

¶Cynoſſema græco ſermone dicitur canis ſepulchrū. Quo etiam nomine eſt dictus tumulus Hecubæ vxoris Priami q̃ ex dolore impatibili poſt cladem exitiumq; patriæ ac ſuorū in canem conuerſa fertur.Pli.Cynoſſema ita vocatur.Hecu bę tumulus.

* Cynozoor hęrba ſic dicta q̃ fœtore eⁱ⁹ ricinię canū auribꝰ decidāt.Alij cynozon dicunt,Cc.

¶Cynthia Diana dicta a cyntho monte in Delo inſula in quo nata cū Phœbo eſt.Vnde & Apollo cynthius & a quo ipſa inſula delos cynthia.Quimons tantę cælſitudinis fertur vt vmbra ſua totius inſulę ambitum tegat.Cynthia etiā lo cus Romæ vbi cynthorū monumentū fuit.Et a Diana Prop tius amicam ſuam cynthiā ob pulchritudinē vocauit q̃ prꝰ Hoſtilia vocabatur.

¶Cypſeli aues quę & hirundines.Dicte ex eo q̃ nidum ſpe cie cypſeli.i.ciſtellę ex luto fingunt.Fuit & cypſelus tyrānus apud cornithum,etiam a ciſtula nomen acceptum quā græci cypſelon vocant,in qua delituit occultatus a matre cū ad per niciem veſtigaretur.

¶Cyphi genus ſuauiſſimi odoris.Hier.Odoris autem ſuauı tas & diuerſo thimiamata & amomum cyphi œnanthe mu ſcus & peregrini mutis pellicula q̃ diſſolutis & amatoribꝰ cõ ueniant nemo niſi diſſolutus negat.

¶Cypariſſus fuit nomen pueri Thelephi filij quem Apollo amauit,poſtea in ſui noīs arborem conuerſi.Cypareſſus & p ſyncreſim Cypreſſus,deinde conuerſione y.in u.cupreſſus di citur.Ver.Aeriæ quercus,aut coniferæ cypariſſi.Idem.Et te nerem ab radice ferens ſyluane cupreſſum. Dicta cypariſſus q̃ corpus eius a rotunditate in aerem erigitur. Vñ & conos dicitur alta rotunditas,& fructus eius conos appellatur Hęc arbor natu moroſa eſt,& Plutoni ſacra qm̃ ſucciſa non rege minat.Ideo funebri ſigno ad domos defunctorum illā poſue re maiores.Petro.in ſati.Gaudent ferah circum tumulata cu preſſo.A cypariſſus fit cypariſſinus,& a cupreſſus cupreſſin⁹ deducitur.

¶Cypiron genus eſt hęrbe paluſtris ſeu iunci q̃ & cyperus. Cypirus vero alia hęrba eſt quę gladiolus dicitur,radice bul boſa & odore vicino nardo.Eſt & per ſe indica hærba q̃ cy peris vocatur.Gingiberis effigie,commanducata croci vi reddens.

¶Cyprus inſula in Carpatio mari inter Ciliciam & Syriā di ues,luxui dedita.Vnde & Veneri ſacra.Hora.Sic te diua po tens cypri.A cypro vrbe in ea ſic appellata.In ea mercatus e rat quondam nouem regnorum ſedes.Vrbes in ea præclarę Cythera,a qua Ven⁹ cytherea dicta eſt Paphos,Palepaphos & Salamina.Hęc inter maiores noſtri maris inſulas locum ſibi vendicat,cuius ſeptẽtrionales partes Thratię Ciliciq; oppoſi tę ſunt,ibiq; continenti proxima eſt. Orientales Iſſico ſinui. Occidentales pamphylicum alluunt pelagus.Auſtrales Ae gyptū Ambit⁹ inſulę triū militū & quadringẽtorū ac vigin ti ſtadiorū.Hinc Cyprius a.um. Vñ res paruę huic propin quę Cyprię nominantur.Et Venus Cypria q̃ ei primū in cy pro templū ſit conſtitutum, vel quia parientibus præſideat. Nam græce κύω parere eſt.Similiter cypricus a.um.poſſeſ ſiuum,& cyprianus nomē viri proprium,Cyprus etiam di

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

citur vua florens,& ſpecies quædam extrinſecus virgulti in ægypto,ferens etiam floridum quendam fructum in modū florentis vuę prolatum.Sed videtur magis inquit Hiero.ad fructum vitis reſpicere cum dicitur in canticis. Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis engaddi.Plinius libro.xij. circa finem dicit arborem odoratam in ęgypto foliis & ſemine coriandro ſimilis.Coquitur in oleo & exprimitur.Inde vnguēt um regale quod cyprus ſiue cyprinum dicitur. Vnde in cāticis ſcribitur,cypri cum nardo nardus & crocus fiſtula & cinnamomū cū vniuerſis lignis libani,Naſcitur in multis locis, ſed in cypro inſula odoris ſuauitate præſtat.Ideo cyprus eſt appellata.

¶ Cyprinus genus piſcis,de quo Pli.& Ariſto.

¶ Cyprogenia dicuntur quæ ſunt in cypro genita,etiā Venus vt Homerus in Hymnis.

ō Cyprium ęs,dicitur quod vulgari vſu nominatur cuprīū, vnde cuprini claui.

¶ Cyrcerū nauis aſiana prægrādis.Plau.Cū percontor portitores ecquę nauis venerit ex Aſia,negāt veniſſe.Cōſpicatus ſum interim cyrcerum quo maiorē non conſeo.

¶ Cyrene es,& cyrenæ tantum plurali numero penul.producta oppidum Libyę inclytum potenſq; conditum a Batto Laconico,quem Callimachus progenitorem ſuum fuiſſe tradit Ab hac cyrenę tota Libya Cyrena dicta eſt a Cyrene,quę & cyrenia,virgine Penei regis Arcadię filia,quā rapuit Apollo e monte pelio & in Aphricam q̄ vergit in Aegyptū trāſtulit,exqua filios ſuſcepit.iiij. Ariſteū.Nomium.Anteum & Argum.Hinc Cyrenaicus a,um,vt regio cyrenaica & philoſopia cyrenaica quam Ariſtippus ſocraticus cyrenenſis inſtituit.Hinc Hegeſias philoſophus de,quo Cicero libro primo Tuſ.originem duxit.Hanc regionem Plini.appellat pentapolitanam,a numero quinq; vrbium quibus maxime inclyta eſt,quarū hæc ſunt nomina Beronice, Arſinoe, Ptolemais, Apollonia,ipſaq; Cyrene,Scribit Salluſt.Cyrenenſes magnum ac diuturnum bellum geſſiſſe cum Carthagienſib⁹ de finibus agrorum.Eſt & cyrene nomen vrbis in cypro inſula, quā Cyrus condidit,ex qua natum putant Simonē patrem Alexandri & Rufi,vt eſt apud Euan. Aug.lib.de paſtoribus ſcribit Simonem cyreneum qui angariatus eſt vt Chriſti crucem tolleret,fuiſſe Aphrū,& hanc cyrenen Aphricæ contiguam eſſe. ō Ex Cyrene Libyę natus eſt Hegeſias philoſophus, de quo Cice.lib.i. Tuſcu.

ō Cyrenaicus,a,um, vt regio cyrenaica,& philoſophia cyrenaica,quā Ariſtippus ſocraticus cyrenenſis inſtituit.

ō Cyreneus,a,um,qđ eſt ex Cyrene,vt homo cyreneus qui natus ex cyrene eſt.

ę Cyrenenſis ſimiliter vt homo Cyrenenſis.

¶ Cyrnus greçe κύρνος inſula eſt in mari liguſtico,quam latini corſicam dicunt. Dicta cyrnus a Cyrno corſicæ rege,prius Teranne nominata quia ibi Terannei populi Theſſaliæ habitauerunt,longa paſſuum. cl.milia,lata maiore ex parte.l.circuitu.cccxxij.milium,diſtans a vadis Volaterranis.lxi.milibus paſſuum. Hinc cyrneus,a,um. Vergili.Sic tua cyrneas fugiant examina taxos.Hęc primo teraphne poſtea a cyrno cyrne appellata eſt.¶ Cyrnea vaſis vinarij genus.Plau.Cadus erat vini,inde impleui cyrneam.

¶ Cyrrha iugū parnaſi mōtis Boeotię.Mar.Quid tibi cū cyrrha,qđ cū pmeſſidos vnda:cyrrhea vero vrbs in Helicōe iuxta Nyſſam.Luc.ſed mihi iam numen,nec ſi te pectore vates accipiam cyrrhea velim ſecreta mouentē Sollicitare deum, Bacchūq; auertere nyſa.

¶ Cyrios latine proprius authenticus dominus. Vnde Cyriacus proprium nomen.

ō Cyrus primus ex regibus perſarum fuit,vt Iuſti.li.i.ſcribit qui deuicto Aſtyage vltimo Medorum rege imperium medorū tranſtulit in perſas.Et ſubacta Aſia torum orientē ī poteſtatem redegit.Poſtremo cū bellum ſcythis intuliſſet,coſq; clade magna affeciſſet Thomyris eo tempore ſcytharū regina compoſitis inſidijs ducenta millia perſarum cum ipſo rege trucidauit, ita vt nec nuncius tante cladis ſuperfuerit Caput Cyri amputatum in vtrē humano ſanguine repletū cōiectū fuit cū hac exprobratione.Satia te ſanguine quem ſitiſti ō Cyrrus nomen duorum fluuiorum,quorū vnus Armenię & hyberiæ fines interluit,& p Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaſo. Alius eſt in media.

ō Cyrreſtica regio a cyrro dicta eſt vbi Cyrreſtis dea colebatur quā mineruam interpretantur.

ō Cyrphis,rupes quædā parnaſi montis.

¶ Cyſſus genus hędere quæ ſola ſine adminiculo ſtat,a græcis orthocyſſos dicitur. Quo etiam nomine dictus fluuius quidam.

* Cyſthus a quibuſdā inter genera hęderarū nuncupat hæc arbuſcula eſt in inſula cypro,in cuius foliis pingue ineſt quod rore admixtum mane liqueſcit,quidam hanc arbuſculā cyſtharum vocant.Cc.

* Cytheriades muſæ dicuntur a ſaltu cui cytheron nomen eſt.Cc.

¶ Cytheron pe.pro. Vide in dictione cythara.

¶ Cytiſus pe.cor.genus fruticis,inter campos & ſyluas a cyriza ciuitate.Col.li.iij.cytiſum,quē greci aut zeas aut carnici aut trifarin vocant,q̄ plurimū habere expedit, cp gallinis, apibus,ouibus,capris,& omni generi pecudū vtiliſſimus eſt. Idem libro decimo, Vtraq; cytiſus.Eſt enim ſatiua & altera ſuę ſpontis.

¶ Cytorus pe.pro.mons in Aſiatica regione q̄ paphlagonia nuncupatur.In eo buxus plurima naſcebatur. Vnde & buxifer a Catullo dicitur. Verg.Et iuuat vndantem buxo ſpectare cytorum.Fuit & cytorus ſiue cytorū ciuitas Synopēſiū emporium a cytoro Phryxi filio condita& appellata vt teſtatur Strabo.

¶ Cytin⁹ flos ſatiuę punicæ vt balauſiū ſylueſtris,vt eſt apd Dioſco. Pli.vero cytinū interpretat pomū ipſum immaturū & primū partū ei⁹ florere inquientis,flores vero ipſos in ipſo cytino erūpentes Balauſtia nature aſtringentis.

ō Solet tn̄ appellatio hæc & ad alia quoq; gña cōgruere. Dioſco. Appollinaris herbæ flores cytinos appellauit.

ō Cythnos inſula vna ex cycladibus a cythno primo habitatore ſic appellata. Alio noie Ophiuſa,ac cryopis. Hic Cythnius.a,um, poſſeſſiuum vt Timantes pictor Cythnius dictus eſt.

¶ Cythereis nomē fuit libertæ Volūnij, quā Gallus poeta amaſſe dr. Virg.eam Lycorin nominat.

¶ Cythera pe.pro.inſula contra Cretā.In quam primum delata eſt Venus. Vñ Venus cytherea dicta eſt.Feſtus tn̄ ſcribit Cytheream venerem dictam ab vrbe cythera in quā primo deuecta eſſe dicitur concha cum in mari eſſet concepta.

ō Solinus.Cytherea appellat a Cythero phœnicis filio Hanc inſulam prophyruſſam a pręſtātia purpurarum Ariſtoteles vocat.Sed porphirida Plinius.

ō Cytheriacus,a,um,nomē poſſeſſiuū, vt nectar cytheriacū quod pro ſuauitate venerea ponitur.

¶ Cyzicus ſiue cyzicū inſula in propontide duobus pōtib⁹ iuncta continenti,habens vrbem eiuſdem nominis mœnib⁹ arce & turribus marmoreis.Cui nomen indidit Cyzicus rex quem Iaſon per imprudentiam interemit.De hac Ouidi.li.i. Faſt.Hinc p̄ pōtiacis hęrentē cyzicō oris. Cyzicon ęmoniæ nobile gentis opus.Fuit hæc ciuitas magnitudine & pulchritudine cum primis Aſię vrbibus comparanda,paci & bello apta,tribus armamentarijs inclyta,quorum aliud armorum aliud inſtrumentorū,aliud frumenti erat receptaculū.Huius habitatores Cyziceni appellantur. Verum Pius papa ī Aſia hanc cyricum appellat,non Cyzicum.Et de cyzico ſic ſcribit Nunquid Cyzicus nobis non ſatis conſtat,adeo claritatem rebus adimūt tempora,& nos homunciones diuturnā quærimus in hoc ſeculo gloriam,quam potentiſſimæ ciuitates retinere non potuerunt.

ō Cyzicenus Athenienſis philoſophus in mathematica,& ī cæteris ſcientijs excellētiſſimus p̄cipue in Geometria.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



LITERA Quā doc; ꝑ th. aspirato ponit, vt theos de⁹. Q̄n; cōuertit in b. vt qđ olī duellū nos iā bellū dicim⁹. Et duellona bellōa. Q̄n; in l. vt a sedeo olī sedda dicebat, q̄ nūc sella Q̄n; in r. vt meridies ab eo q; ē medi⁹ dies Interpōit nōnūq; in cōpositis hiatus prohibēdi causa, vt in ꝑdest redarguo. subtrahit q̄n sequēs syllaba ab s. cū alia cōsonāte incipit, vt ascēdo aspicio. Q̄n autē cōuertatur in alias literas dictū est in Ad.

D ante A

¶ Dacia p c. regio in Scythia quā qdā Thracię partē, quidā cōterminā dicūt. Alij ꝑuinciā citra & vltra Istrū eē autumāt Hęc vt Prole. scribit a septētrione pte Sarmatię a carpato mōte a meridie Danubio terminat, quā nōnulli vvalachiā magnā esse voluerunt. Cui⁹ populi Daci & dacæ dicunt, q olim Stra. teste Daui appellati sunt. Ex q̄ apud Athenienses dauoꝝ noīa seruilia plurimū abūdabāt. Hinc factū est vt cōmedijs serui introducātur daui nominari q alio noīe Getę dicti sunt.

ծ Dacus, ca, cum, quod est a dacia. Spartianus. Ad bellū dacum Tratanum familiarius prosecutus est.

¶ Dacie⁹ dict⁹ est q Daciā vicit sicut a Germania germanie⁹ Iuue. Cū lāce beata Dacie⁹ & scripto radiat ge. manie⁹ auro

¶ Dactyl⁹ pe. cor. a latinis dī digitus. Ad cuius similitudinē metri pes vocat. Itē dactyli caryce. i. fructus palmę. Apitius Et croci drachmæ singulę dactylorū ossibus torridis quinq; his denicq; dactylis nūc mollitis est. Est & dactylus vuę gen⁹ in longū porrectæ. A Colu. Dactylides dicuntur vuæ a digitali gracilitate.

ծ Dactylion grēci anulū dicūt a digito qui grece δακτυλος dī. Vñ & dactylotheca ꝑ anulorū repositorio.

¶ Dæmon latine sciens dī. Aug. li. ix. de ciuitate dei. Dęmones dicūtur, qm̄ grecū vocabulū est, ob scientiam nominati Nostræ religionis hoīes appellāt spūs ī cœlo a deo creatos, q de cœlo deiecti partī in terrę infimo, partī in hoc aere dānati sunt. Hinc Eudæmō & Cacodæmō ꝑ bono & malo dęmone. Dæmon etiam animus human⁹ in corpore situs vocat.

¶ Dęmoniū idē qđ dæmō. Dæmoniosus & dęmoniacus q a dęmone possidetur. Vnde de apostolo Thoma scribitur q̄ dæmoniosi liberabātur.

ծ Dæmogorgon, latine dī deus terræ. Nā dęmo de⁹, vt ait Lactā. Gorgon terra seu potius sapientia terræ cū spę dęmō sciens, vel sapientia exponatur.

¶ Dędalus pe. cor. dici pōt ingenios⁹. Quo noīe dictus est athenięsis faber egregius Icari pater q ferā asciam ꝑ pēdiculū terebrā glutinū lithotoltā inuenit malūq; & antēnā nauī imposuit. Hic accusatus q̄ Perdicā sororis filium interemisset, iudicij metu in Cretā fugit, vbi Labyrinthū fabricauit, vbi Minotaurus includeretur, opus portentissimū humani ingenij. Dict⁹ dędalus (vt qdā existimat) ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν qđ est variare. Alij hoc verbū a dædalo deriuatū putāt hoc multiplex variumq; ingenium hoīs, ꝓpter qđ grēci δαίδαλον varium dicunt. Et Lucre. Terrā ob rerū artificiorumq; varietatē dædalam nominat. Aennius simili modo Mineruā. Ver. Circē Plaut. Logo dædalos vocauit qui dolum colunt sermonis ornatu.

¶ Dędala neu. ge. vrbs Lycię, a mōte Lycię, seu a dædalo ibi sepulto quū eū coluber aquaticus ex amnenimo in paludem quā dędalus cōmeabat egressus momordisset.

ծ Dęmonicus, a, um, qđ est dęmonis. Lactā. li. iij. in fine. Sed illi dęmonicis fraudib⁹ irretiti diuinū nomē cultūq; ꝑdiderē

* Dagnades auiculæ quas potentibus ęgyptij ad coronas, deuinciebant, dū potū exercebāt q̄ cantitando & morsicādo non paterentur dormire potantes. Cc.

¶ Dalmatia regio Illyrica contermina Liburnię versus occasum, a qua Dalmatæ dicti sunt populi, qui vt Appianus scribit, domiti ab Augusto fuere. In ea Jadera ciuitas insignis rerum abundantia & Ragusium olim Epidaurus dicta. Hic dalmaticus a, um. Suet. Extrema bella duo per se gessit, dalmaticum adolescens adhuc & cantabricum.

ծ Dalmaticatus dalmatarū vestibus indutus. Lampríd. in cōmodo. Dalmaticatus in publicū processit.

¶ Dama genus cāpestre syluestris tā mas. q̄ fœmi. gnis. Vergi. Cū canib⁹ timidi venīet ad pocula damę. Mar. Dēte timetur āper, defendūt cornua ceruū. Imbelles damæ quid nisi ꝓda sumus? Huius diminu. est dammula.

* Damia cognomē. Cybeles, & damatris ei⁹ sacerdos. Cc.

* Damiū sacrificiū. q̄ minīe erat publicū, damię deę. Cc.

* Damiporta dī a ferenda porta. Cc.

* Damnas ꝑ dānatus apud iurisconsultos. Quisquis hęres dare damnas esto. Cc.

¶ Damasc⁹ vrbs nobilissima caput Syrię. Vñ Damascena pruna auctore Plinio lib. xv. dicta creduntur.

¶ Damō nomē philosophi pythagorici, qui cū Pythia arctissimo amicitię vinculo constrictus fuit.

¶ Damocles nomen proprium vnius ex assentatoribus Dionysij.

¶ Damœtas cū diphthongo œ nomē pastoris, de quo Ver. in Buc. Dic mihi Damœta &c.

¶ Damnū & danatio a dāptione, quasi diminutione cū minus de re factū est, q̄ quāti cōstat. Hinc dānosus a, um. Col. li. i. Q đ etsi ꝑ partes nonnunq̄ dānosum est, in summa tñ compendiosum. ծ Aliquando sumitur actiue, vt res damnosa, q̄ damnū infert. Aliq̄n passiue. vt apud Plau. in Epi. Dānoso se ne ꝑ eo qui damnū iubeat.

¶ Dāno as, dando officio. Vnde indēnis qui nullo afficitur damno. Sed cū de peccato vel de peccati pœna agitur, quandoq; ablatō, quandoq; gtō iungitur. Cic. li. iiij. ad heren. Maiores nostri si quā vnius peccati mulierem damnabant simplici iudicio maleficiorū multorū conuictam oportebat. Quo pacto? Q̄m quā impudicā iudicauerāt eā veneficij quoq; dānatā existimabāt. Et li. i. Tus. Sed plurimi cōtra nituntur animosq; quasi capite dānatos mortes mulctauit. Q̄n vero nō apponit pretiū vel peccatū pœnaq; peccati, accusatiuo tantū iūgitur & significat culpo. Hier. in præfa. pēte. Quid igitur? dānamus vereres? minime. Sed posti priorū studia in domo dñi quod possumus laboramus. Cic. li. iij. Tus. Rerum naturā q̄ errorem dānare volumus. Interdū dānare accipitur pro exhęredare. Vnde duob⁹ filijs alterum hæredem instituimus alterum damnatum legimus. Interdum pro compellere, obligare, & necessitate astringere. Teren. Tuus est damnatus gnatus, non tu. Interdū pro liberare. Verg. Damnabis tu quoq; votis. Et est translatio quasi vt damnati compelluntur male ficijs eorū pœnas luere, ita tu votis supplicū compelleris eos exaudire. A participio damnatus fit compositū indemnat⁹, qui in dicta causa, id est non defensa, aut incognita causa dānatus est. Sallustius. Hi primo cœpere quemq; pessimum & omnibus inuisum indemnatum necare. Aliquando indemnatus dicitur non damnatus. Liui. lib. ij. Eum indēnatum in dicta causa non debere violari. Composita a damno sunt cōdēno & prędāno quod est añ damno. Liui. li. iiij. Totā culpā eius tēporis in prędamnatū collegā transferentem oēs trib⁹ absoluerunt.

* Damnifico damnum facio. Cc.

¶ Dan vicus est in quarto a Paneade miliario euntibus Tyrum, qui vsq; hodie sic vocatur, terminus Iudęę prouincias cōtra septētrionem. De quo & Iordanis flumen erūpens a loco sortitus est nomē. Ior quippe pisson. i. fluuiū siue riuum hebræi vocant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Danis nomen vnius ex centauris. Cic.

¶ Danista fœnerator creditor. Plautus. Morigerus est mihi danista qui de me argentum non petit, a dando, q̃ det fœnori vel a græco ἀπὸ τοῦ δανίζειν quod est mutare. Danisticus fœneratorius. Danisma mutuum vsura.

¶ Danunt quandoq; a veteribus dicebatur pro dãt, & duis pro dederis. Plau. Cui se virtutem dij danunt leoniam.

¶ Danubius & danubius dr. Ser. Ister fluuius est scythiæ q̃ & danubius nominatur. Sal. Nomẽq; danubium habet, in iugis germaniæ montis Sarnobe oritur, per innumeras gentes dr. Danubius, vbi illiricũ attingit, Ister. lx. amnib⁹ aceptis i mare inuoluitur. Amb. li. Hex. Danubius de occidentalibus partibus barbarorũ atq; Romanos interfecãs populos donec põtoipse condatur.

¶ Danaus q̃gisti frãter, Argiuorũ rex; q̃ ánno égressionis populi Israel. xxxvij. Stenelo rege expulso argos tenuit, ibiq; quinquaginta annos regnauit. Genuit quinquaginta filias q̃ Belides dictæ sunt. Hę vna nocte viros suos q̃gipti filios præter vnã interfecerunt. A Danao fit patronymicũ fœmininũ danaides. Senec. in Hercu. Vt neq; frustra Danaides plenas ferunt.

¶ Danae cũ ae, sed nõ dipli. græce Δανάη nomẽ Acrisij filiæ. Frequẽter immo fere semp ae diuiditur, vt apud Ouid. lib. iij. de trist. Quid danaen danaesq; nurus matrẽq; lyci.

* Dasypus dr lepus q̃ hirsutos habet pedes. Cc.

¶ Dapes sunt magnifici & opipari apparatus. Mar. Illa quidẽ lauta est, dapibusq; instructa superbis. Sed nihil omnino te re citante placet. Hinc dapalis cœna quę diuersis & amplis dapibus constat. Pli. Pauonẽ cibi gratia Romę primus occidit orator Hortẽsius dapali cœna sacerdotij.

¶ Dapaticus a, um, q̃d est amplum magnificum, vt negotiũ dapaticum.

¶ Dapsa apud veteres genus sacrificij, q̃d fiebat, aut hyemis seuienti, aut vere, a græcis δαψ vocatur.

* Dapatice aduerbium. i. laute. Cc.

* Dapifer dapes ferens. Cc.

¶ Dapsilis pe. cor. abundans, liberalis. Græci δαψιλὲς, largũ dicunt. Col. li. iij. At spironia dapsilis musto. δαψιλὲς largitatẽ, abundantiã rerũ, liberalitatemq;, vñ nostri quoq; dapsiles aliqñ lautos & liberales appellant. Plaut. in Aul. Istas magnas factiones dotes dapsiles nihil moror. i. affluentes & largas. Dapsile aduerbium abundanter. Suet. in Ves. Sed & cõtinuabatur assidue, ac sæpius recte ac dapsile.

¶ Daphnis latine laurus. Fuit (teste Seruio) Mercurij filius formosissimus. ô Fuit daphnis Antiochiæ suburbanum quod octoginta stadiorũ ambitu claudebatur, vt ait Strabo. Lyciæ præterea solum daphne fuit, & in ipsis ponti faucibus ad dexteram nauiganti penitus auctore Steph. daphnis ad hostium nili peluſiacum reddit Herod.

¶ Daphne proprium nomẽ puellæ nimphę. Et daphne vt docet Strabo. nemus apud Antiochenses. Vide in dictione Epidaphne.

ô Dapino, nas, pe. pro. dr significat exhibeo a dapibus. Plaut. in Cap. Tib: dapinabo.

ô Daphnites, pe. pro. dr appollo amnonius.

* Daphnia genera comitialibus morbis vtilis existimata. Cc.

* Daphnoides lauri genus. frutex est ramosus crassiore ac mollitore folio q̃ laurus. Cc.

* Daphnon lauretum dicimus. Cc.

¶ Dardanus nomen Electræ Iouisq; filij. Qui cum Iasium fratrem interemisset, indè fugiens samothraciam deuenit. Vñ Verg. His ortus in agris Dardanus Idęas phrygię penetrauit ad vrbes Threiciamq; samon, q̃ nunc samothracia fertur. Et ab ipso Dardano dardania regio in phrygia vocata est, & dardanidæ populi. Hic Erichthonium genuit qui filiũ habuit Troę, qui Troiam, quę prius dardania appellabatur a suo noie vocauit. Hic filios habuit Assaracũ & illum, qui vrbem regiam a se Ilion nominauit. Huius filius fuit Laomedõ Priami pater.

ô Dardanum genitis ornamenti quod lacertis adhibebãt. Pli. li. xxxiij. cui⁹ sceleris nos coarguimus illum primum qui auro dignitatẽ per anulos fecit, vt habeant in lacertis nam quidã & viri q̃d e Dardanis venit, & dardanum vocabant.

¶ Daridetis nomẽ regis Persarũ tẽpore Tiberij, Caij, & Claudij Imperatorum.

¶ Darius nomen regis Persarũ, qui. xxxvi. ãnos regnauit, cui Xerxis filius ex Atosa Cyri filia successit in regnũ. Hoc nomen habet penul. pro. quoniam apud græcos scribitur per ei diphthongum.

¶ Daricus pe, cor. numismã priscũ Darij imagine ꝯcussum.

¶ Darmentius fluuius Meduallorum sese per confragosa loca in Rhodanum præcipitans.

¶ Dasea densitas spũs, & signũ est vocalis aspiratæ.

¶ Dardanarij dicunt propolę qui oña prœmunt vti dentium carius vęndant. Dicti a Dardano quodã contaminatissimo & profligatissimo mago, a quo etiam dardanię artes a Colu. vocantur magicæ. Eius sunt verba. At si nulla valet medicina repellere pestem. Dardaniæ venisunt artes.

¶ Datatim aduerbiũ significat in vicẽ dando. Plau. Tum isti qui pila ludunt setui scurrarũ datatim in via. ô Pompo. in leto. Datatim Iusi recum. i. coeundo. Nam datatim ludere est mutuo coitu vti.

¶ Datarius, qui in põstulationibus ac literis mãu pontificis maximi subscriptis diem & locũ notat quibus dari q̃ sunt literæ. Datarius a, um, q̃d est dandum. Lingua vernacula dadare. Plau. Eho an nõ prius sal⁹? nulla est mihi salus dataria.

¶ Daunia Apulia, a Dauno Illyricę gentis claro viro, qui eã condidit.

* Dani põpuli germaniæ huius Daci dicti. Cc.

¶ De præpositio est, quæ separata mõ significat ἀπὸ. hoc est vel ab, vel ex, vt audiui de patre meo. Modo περί, vt cũ dicimus de patribus orationis περὶ μερῶν τοῦ λόγου. Mõ propter. Teren. in Eunu. Quantum vltra annas de fidicina hac. Modo deorsum, sicut sus furfuri. Vñ susq; deq; fere veteres dicebant. Hoc est sursum an deorsum res feratur patuit facio. Modo memorariuam vim habet, vt Cicero scripsit de officijs. Modo significat non, vt delumbe, quod est non habens lumbos. Composita interdum auctiua est, siue intensiua, vt deamo, deprauo. Interdum diminutiua vt decresco, defetisco. Interdũ priuatiua siue negatiua, vt desperatus demẽs, decet. Interdũ locale vi obtinet, vt deambulo desẽdo. Interdũ defficientẽ vim sui simplicis indicat, vt disco, dediscо, rego, dego, doceo, dedoceo. Interdum est honoris exhibitiua vt defero, deduco. Significat quandoq; in totũ vel omnino, vt demando. Quandoq; aperte seu palam vt demõstro. Componitur autẽ cum dictione incipiẽte ab a vt deamo b. vt debacchor c. vt decerno d. vt dedico e. vt deerro f. vt defero g. vt deglutio h. vt dehisco i. vt dejcio l. vt delabor m. vt demiror n. vt denudo o. vt deosculor p. vt depello q. vt dequiro r. vt deriuo s. vt desudo t. vt detraho u. vt deuenio. Paritur tamen non nemẽ elisionem metri gratia. sicut in deinde & dehinc. Verg. Oscula libauit natę dehinc talia fatur, vbi elditur e. & dicimus dhinc.

¶ Dehabeo es, significat nõ habeo. Hiero. ad Eusto. Ita ille moderatur vniuersa, vt nemo q̃d postulet, nemo dehabeat.

¶ Deamo valde amo q̃d vulgo dr cordialiter amo. Teren. in Heau. Ne ego sum fortunatus, deamo te Syre.

¶ Deambulo de loco ad locũ, vel hinc inde ambulo, vt fit laxandi vel relaxationis causa. Teren. in adel. Deambulare huc libitũ est. Aug. li. v. cõ. Aff. tribunal deambulabat solus.

¶ Deambulatorij locus in quo deambulamus.

¶ Deartuo as, quasi per artus incido. Plau. in Cap. Furnigis ego denuntiatus, deartuatus fum miser.

¶ Deauro as, a semmo vel ad imũ auro, vnde deauratus.

¶ Debacchari, proprie est præ ebrietate valde furere. Terẽtius in Adel. Saris debacchatus iam leno es, audisti vis nunc, ego

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ne debaechatus sum in te an tu in me? Per translationē vero dicitur cum quis ira percitus furit.

¶ Debellare bello vincere vel capere, & proprie debellamus hostes, expugnamus castra, vrbes naues & huiusmodi. Plini. lib. vi. Darium Alexander debellauit. Liui. li. viij.

ȣ Debellatū est cū græcis. i. finitum est bellum.

¶ Debilis ex de & habilis, quasi parū habilis: hoc est malæ habitudinis. i. infirmus. Hinc debilitas, & debilito as.

¶ Debeo es, debui, itum. Pertinet ad omnia, quibus deuincti sumus, quod vulgo teneor, seu debitor siue obligatus sum dicitur. Cicero Planco. Perfice vt ne minus respu. tibi q̄ tu reipu. debeas. Idem Seruio. Homo & maximis meis beneficiis deuinctus & prope omnium qui mihi debere aliquid videntur gratissimus. Aliquando debere est dare debere. Plaut. in Cur. Beatus mihi videor, subduxi ratiunculam quātum ēris mihi fit, q̄tumq; alieni fiet, diues sum si non reddo eis quibus debeo. Salust. Res autem opportuna videbatur q̄ eis priuatim egregia liberalitate publice maximis muneribus grandem pecuniam debebat. Sed cum accipitur pro eo quod vernacula lingua dicimus deuere, verbū familiare vt tu debes legere.

¶ Debitor proprie dī is a quo iuito exigi pecunia potest vt inquit Modestinus.

¶ Debitio, ṗe act⁹. Ci. Perq̄ dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ, nā q pecuniā dissoluit statim nō habet id q̄d reddidit. Qui aūt debet æs retinet alienū. Gratiā aūt & qui refert habet, & qui habet in eo ipso q̄d habet refert.

¶ Debitum & participiū & nomē esse potest. Q̄n nomē est significat id q̄d debetur, vt omne debitum dimisi tibi. Q̄n participium dicitur obligatum. Liui. lib. xxij. Cū Romanus plures q̄ Pœnus recepisset, argētumq; pro eis debitū sæpe iactatum in senatu & quam tunc consuluissent patres tardius erogaretur.

ȣ Debrior, aris, idē est q; ebrior nunquid vnus, quia debriat & turpis videtur.

ȣ Decastomata, decem ora.

ȣ Deca γλοσσου decem linguę.

¶ Decacumino as, pe. cor. cacumē p̄cido siue cacumine priuo Col. li. vi. Potest etiā vlmus sic disponi vt adhuc tenera decacumine tur, ne altitudinē xv. pedum excedat.

¶ Deca græce δέκα, latine decē. Decatos dicim⁹ Decas ladis numerus denarius seu quicquid numerum denarium continet. Vnde Liuius libros suos decadas nuncupauit q; decem volumina singulę cōtinerēt. Itē decadas decēnalia spatia nūcupamus.

¶ Decadarchus dī ille qui prēest decem hominibus, quē latini Decurionē vocant.

¶ Decapolis pe. cor. Iudęę regio est decem vrbiū trans Iordanem. Hanc multi Cęsaream esse dixerunt.

ȣ Decapulo, las, pe. cor. depleo, euacuo, a capulis deductū q̄ sunt vasa ansata. Vñ & capulator, de quo supra.

ȣ Decachinari, est derideri, vt est apud Tertullianum.

ȣ Decharchon græci eum appellant, q decē prēest equitibus.

¶ Decachordum instrumentum musicum decem chordas habens.

¶ Decalogus pe. cor. sacrum volumen quod decē legis præcepta continet.

¶ Decaphorus pe. cor. lectica quæ fertur a decē hominibus, sicut hexaphorus quæ a sex.

¶ Decadoros pe. pro. longus decem palmis.

¶ Decalciatum calce litum.

¶ Decaluo as. Vide in dictione caluo.

¶ Decedo is, significat discedo, proprie vero a mandato custodiæ loco recedo, vt consules de prouincia dicuntur decedere, & prēsides de vrbibus. Et decedere est deorsum ire siue minui. Lactan. lib. i. Id autem solidum existimandum est, cui nihil decedere, id perfectū cui nihil possit accedere. Decedere via est per errorem siue honoris gratia digredi. Sueto. in Cęsa. Et cum luminibus extinctis decessisset via diu errabūdus tandem ad lucē duce reperto per angustissimos tramites pedibus euasit. Idem in Tibe. Nec mirū cum palam esset ipm quoq; eisdem assurgere & decedere via. Plau. in Tri. Decedā ego de via, de semita, de honore populi. Rursus decedere ponitur pro mori. Et per se planum est, vt subintelligatur vita, tanq̄ de custodia & gubernatione corporis proficisci, vt eo modo dicatur decessit, quo defunctus est. Cicero tamē in Catone dixit. Vetat pythagoras sine iussu Imperatoris de prēsidio & statione vitæ decedere, ṗ discedere, sed semp ablatiuū desyderat, vt excessit e vita.

✳ Decelea vna ex duodecim vrbibus quas Cecrops digessit. Cc.

✳ Decēber nomē mēsis q; decimū locū teneat. Cc.

¶ Decerno is, ṗprie statuo constituo definio, siue de magnis rebus certā sniam profero. Vñ & senatus decretū. Cice. lib. i. offi. Quare expectanda quidem magis est discernendi ratio q̄ decertandi fortitudo. Terent. Quicquid peperissent decreuerunt tollere. i. deliberauerūt. ȣ Interdū est ex potestate constituere. Vnde decreta fatorum & syderū, scribit Firmic⁹ syndera decernere fœlicitates, infœlicitatesq; mortalibus. ȣ Per translationē vero pertinet ad ea quæ sunt dimicationis. Li. lib. i. Obuiam egressi vt potius acie decernerēt, q̄ inclusi de tectis dimicarent.

¶ Decerto as, frequētatiuū. Amb. Vnguenta ti spectare solent non decertare.

¶ Decermina dicuntur q̄ purgandi causa decerpuntur.

¶ Decretū nomen, id significat q̄d definitur. Vñ decreta pōtificum constitutiōes dicuntur. Decretum participium vt cū dicimus. Decretum est, id est statutum & definitum. Decreta senatus a consultis sic distinguntur ab aliquibus vt decretum dicant particulam quandam esse senatus cōsulti vt cum prouincia alicui decernitur, tanq̄ decreta sint specialia, consulta generalia.

¶ Decretorius a, um, ponitur pro iudiciario in quo scilicet iudicium ferri potest, vt dies decretorius qui & criticus. Alis quando dicitur quod est decretum firmatum extansq; ad aliquid arguendum iudicandumve. Quintil. At quidam litigationibus suis illum modo ambitiosum declamandi sudorem præstituisse contenti cum turba laudantium destituūt subsellia pugnamq; illam decretoriam imperitis a cæpe pulsatæ turbę relinquunt. Decretorium sydus, & tempus decretorium dicitur id ex quo de prouentu aliquarum rerum futuro sumitur iudicium. Plini. lib. xviij. Res summa vitium agitur decretorio vuis syderę illo quod caniculam appellauimus. Vnde carbunculatæ dicuntur, vt quodam vredinis carbone exustę. Idē. Aliqua exoritur vesperi decretorio die florentibus oleis.

¶ Decerpo ex de & carpo significat detraho, siue inde carpo Vnde decermina.

¶ Decet conuenit, honestum est, aptum est, consentaneū est. Cicer. lib. de opti. di. genere. Decere inquit quasi aptum esse, consentaneumq; tempori ac personę. Quod tum in factis q̄ pissime, tum in dictis valet. In vultu deniq; & gestu & incessu. Contra itemq; dedecere. Et modo personale est. Quidius de reme. Lude, decent animos mollia regna tuos. Modo impersonale, quod nonnunq̄ cum datiuo construitur. Terent. Facite ita vt vobis decet. Plau. Nobis decet esse bonis. Huic cōtrariū est dedecet q̄d est incōueniēs, ineptū, turpe, siue inhonestū. Oui. li. vi. met. Admouiq; p̄ces quarū me dedecet vsa. A decet fit decens, cōueniēs, decētia, decēter, decus, decor, decorus, decorū, & decoro. Cōpositā sunt condecet, indecet, & dedecet pe. cor. A quibus cōdecēs, indecens, condecētia indecentia, condecoro & indecoro.

ȣ Decitat, pe. cor. frequētatiuū est a decet. Apul. li. ij. Plautis roscidis decitantes hoc est decorantes.

ȣ Decircino, as, pe. cor. cōtrariū est suo simplici circino, quod significat aliquid rotundum facio. Manil. li. iij. Quā tereti natura soli decircinat orbē. a circino Circinus fit.

¶ Decor oris, penul. produc. mascu. generis est, quasi pulchri

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tudo quædam. Virg. li. v. Et Doryclí coniunx diuini signa, decoris. Hinc decorum pulchrum, & decore pulchre. Decoro as, penul. pcr. qđ est pulchrum visu aut auditu facio, siue orno. Vñ decorum & indecorum substantiua deducuntur, significatq; decorũ decentiã quandam rebus personis locis siue in agendo, siue in loquendo accommodatam. Vnde si qs inducat agricolam ea loquentem quę ad philosophum pertinent, hunc non seruare decorum dicimus. Aliquando etiam ad virtutes transfertur, & appellatur, decorum non tam ipsum honestum q̃ quod hõminibus & communi opinioni honestum videtur & pulchrũ & approbabile. Cicer. de opti. genere dicẽdi. Atq; illud indecorũ quod quale sit ex decore debet intelligi. Est & decorus a. um. & Indecorus a. um. Quintilianus lib. iij. Cuncta corrumpit ac prope modum perdit indecora vel voce vel gestu pronuntiatio Decor, oris, penultima correpta & adiectiuum a decus deriuatur, pro decorus a, um Sallu. libro tertio. Equis & armis decoribus vultus. Inde fiunt composita indecor & dedecor. Vergilius libro decimo Nec tamen indecorem tua te regina reliquit. Statius libro tertio the. Legimus indecores, Inuenitur tamen hic & hęc indecoris. Accius. Cuius sit vita indecoris mortẽ fugere haud conuenit. Verg. lib. xij. Nec genus indecoris sine me hæc aut mollia fatu. Vbi patet indecoris substantiuum esse. Nam si adiectiuum esset indecore dixisset. Iũgitur enim neutrũ cõi, vt paupere regno. Sa. lib. iij. De decores militiq; terga ab hostibus cędebãtur. ¶ Ascen. Nonius quidem indecoris, sed plures legunt indecores, vt sit indecores genus per synecdochẽ dictum.

♁ Decorus, a, um, pe. pro. idẽ est quod pulchrum.

♁ Decoro as. pe pro. pulchrum facio seu orno, vt apd Quí. lib. iij. Cuncta &c.

¶ Decus oris. penultima correpta & generis neutri honorificentia ex rebus gestis est. Vergilius libro quinto. Oblitus decoris sui, sociumq; salutis. Huius contrarium est dedecus, q̃ probrum ignominia siue infami turpitudinis genere sumitur. Capitur quandoq; etiam decus pro honesto cum quid honeste fit, & dedecus pro inhonesto. Hinc decoro as. penultima correpta, quod est honesto seu honorifico. Horatius. Ar bñ nũ matum decorat suadela venusq; Gellius. Leonides laudat qui simile apud thermopilas fecit, propter eius virtutes omnis græcia gloriam atq; gratiam præcipuam claritudinis inclytissimæ decorauere monumentis, signis, statuis, elogijs, historijs, aliisq; rebus gratissimum id factum habuere. Vnde decora militiæ, laudes, honores, honestamenta militi in bello comparata. Stat. lib. Theb. Terrarum decora alta viri decoriq; iugales. A decoro fit condecoro pro honesto. Dedecoro pro vitupero, siue turpifico. Teren. in Hecy. An quicq̃ pro istis factis dignum te dici potest, quæ me & te, & familiã dedecoras. Ex his omnibus patet, q̃ plus est decus q̃ decor & plus est dedecus q̃ indecorus, & decoro. penultima correpta, q̃ decoro penultima producta. Quoniam decoro penultima correp. significat honorifico. Decoro penultima producta, pulchrum visu, aut auditu reddo. Vnde decorum & indecorum minus est, q̃ decus, & dedecus. Cicer. libro primo offic. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenij non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio diligentia, vt ea si non decore, at q̃ minime indecore facere possimus.

¶ Decorum pe. pro. appellatur, quod græci prepon dicunt, cuius vis ea est, vt ab honesto non queat separari. Nam & qđ decet honestum est, & quod honestum est/decet. Decorum inquit Cice. li. de offi. id esse quod consentaneum sit hominis excellentiæ, qđ ad prudẽtiã, ad fortitudinẽ, ad iustitiã, ad tẽperantiam pertinet, & in omni honestate versatur. Est & decorũ, qđ & poetę sequuntur, cũ id qđ quaq; pſona dignũ est & fit & dicitur.

¶ Decem a græco δέκα fit, a quo componuntur vndecim, duodecim, &c. Deriuata sunt decimus, a quo vndecimus, duodecimus cum reliquis. Denus, a quo vndenus duodenus. Denarius, a quo vndenarius, duodenarius. Decentnarius & quæ sequuntur. Decies aduerbium, a quo vndecies, duodecies, &c. Col. li. iiij. Vt ego existimo tricenas vt decenas cerę amphoras percipient.

⁂ Decianus viri proprium, qui fuit ex Emerita Hispaniç oppido. Cc.

¶ Decimus non solũ numerũ, sed qñq; etiam magnitudinẽ significat, vt decimũ qđq; ouum, decimus quisq; fructꝰ, hoc est præcipuus magnitudine.

¶ Decimanus siue decumanus, id est magnus. Vñ decumana porta castrorum, quæ in his maxima est, & decumanus limes in limitatione agrorum, a magnitudine & longitudine dictus putatur, qui agrum ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialẽ secat. Nam alter ex transuerso occurrens, cardo appellatur. Decumani etiã, vt Asconius Pedianꝰ docet vocãtur publicanorum principes, a quibus decumę siue decimę exigebantur.

¶ Decima mę, significat portionem vnam ex decẽ. Plau. Vt decimam solueret Herculi.

¶ Decimare est decimam partẽ detrahere. Vñ apud Euãge. Vę vobis qui decimatis mẽtham & omne holus. Et decimari legiones dicuntur, quando decimus quisq; supplicio afficitur ab imperatore. Liui. li. ij. Cętera multitudo sorte decimꝰ quisq; ad supplicij lecti. Sic vigesimare & cẽtesimare dr. Huius verbi composita sunt addecimo. Hiero. lib. i. Reg. Greges vestros addecimabit. Ex decimo eligo. Vnde ex decimatum electum.

¶ Decẽiugis currus, quẽ decẽ equi iuncti trahunt.

¶ Decẽpeda pe. cor. ptica qua mẽsuratur terra, a nũeropedũ dicta, sicut quincupeda a. v. pedibꝰ. Ci. Vrbẽ iam peritus metatur. & callidꝰ decẽpeda sua saxa diuiserat. Hinc Decẽpedator. Idẽ Cauebat etiã L. Antonio, qui fuerat æquissimꝰ agri priuati & publici decempedator.

¶ Decẽdium spatiũ decẽ dierũ. Nam decennium, siue decennis decẽ annorũ dr. Decẽnale, qđ est decẽ annorũ, vt bellum decennale.

⁂ Decius a decem, viri proprium, quemadmodum a quíq; Quintius. Cc.

¶ Decussis a decẽ assibus, q̃ dictio in oĩ denario nũero mẽsurę & põderis valet. Fuit cõsuetudo apd maiores, vt æra ĩ vocabuli cõpositione postponerent, sicq; semissquintus, semisq; tus, semistertius pronũciabãt. Dipondiũ a duobꝰ ponderibꝰ & vnũ pondꝰ fuit. Assipondiũ quasi libręs vnius põdus. Relíqua deinceps a numero dicebãtur, vsq; ad cẽtussis. Et a tribꝰ assibus tressis, & pariter vsq; ad decẽ cõputabantur. Abinde sumebatur cõpositio a decẽ. A duobus decussibꝰ Vicessis, deinde tricessis, vsq; ad centussis.

♁ Decuplatus a, um, vt numerus decuplatus, qui decies resumitur. Aug. Centum viginti decuplato numero apostolorũ duodecim enim. elegit, & in centũ uiginti spm̃ misit.

⁂ Decures antiqui pro decurionibus vsurparunt. Decurio verbum. i. decurionis officium exerceo. Decuriata comitia a decurione. Cc.

¶ Decurio dictus est auctore Vlpi. q̃ in initio quum deducerentur colonię consilij publici gratia decima pars deductorũ conscribi solita sit. Vnde Cicer. in oratoribus citat decreta decurionum. Colu. Classes etiam non maiores, q̃ denum hominum faciundę, quas decurias appellauerunt antiqui. Erãt tamen alij vrbani, alij municipales decuriones. Vrbanus decurio turmæ præerat, quæ duobus & triginta equitibus cõstabat. ♁ Var. autem tradit in singulis turmis equitum decuriones esse ternos. Itaq; cum turma in tres decurias diuidatur singularum decuriarum prefecti decuriones dicti ex eo q̃ denis equitibus prẽsint. Est autem decurionis militaris officium turmales sub sua cura positos erudire ad oĩa q̃ æquestria pugna deposcit. ♁ Neq; vero belli solum, sed domi quoq; pro eo qui præest cubicularijs. Suetonius in domi. Saturius decurio cubiculariorum. Decurio quoq; palatij dictus est ab Ammiano, qui præpositus erat palatio, qui est ordo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dignitatis. In municipijs autem decurio idem creditur, qui & senator Romæ. Cicer. Recita quæso Sexti quid decreuerint. Capuæ decuriones. Hoc etiam patet ex epistola Plin. qui ait. Esse autem tibi centum milium nummum satis indicat, q̃ apud nos decurio es. Igitur vt te non decurrione solum, verũ etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta milia nummum. Similiter decurio ordo dicitur. Vñ latine dici potest decuria cubicularioru, sicut decuria iudicum & scribarum, cuius princeps decurio nominatur. Cuius dignitas decurionatus dicitur, sicut a centurio centurionatus.

¶ Decuriare est decurionis officium exercere. Vñ decuriata comitia, sicut a Centurione Cẽturio as. A quo centuriatus ager, & centuriata comitia.

¶ Decido is. pe. pro. deorsum seco. vt fit quum ex lardo frustrum incidimus. Per translationem vero significat determino, & liti finẽ impono. Hora. Et post decisa negocia campo. Vñ decidere dubia dicimus, quasi amputando superflua q̃d integrum est ostendere. Decido is. pe. cor. deorsum cado, aq̃ fit deciduus. a. um.

♁ Decij, tres pater, filius, & nepos dicti fuere, qui pro pria se deuouerunt. Pater bello gallico, filius bello ethrusco nepos bello pyrrhi. qd gessit pro Tarẽti. Vñ Cic. li. i. Tus. Si mors finiretur nõ cũ latinis pr decius decertans. filius cum ethruscis. cũ pyrrho nepos se hostiũ telis obiecisset.

¶ Decidua dicuntur illa, quæ cadunt, vt folia. Plí. li. xi. Oĩb⁹ aũt caua, & in mucronẽ demũ cõcreta sunt, ceruis tantum solida & omnibus annis decidua.

¶ Decipio is. pe. cor. defraudo. Vñ & decipula.

¶ Decipula æ quoddam laquei genus ad decipiendas capiẽdasq; aues.

♁ Decipulum idem quod decipula. Apul. li. viij. Oportunũ decipulum nactus.

¶ Declamare est in ficto themate se exercere. Caluus scribit declamationem esse domesticam exercitationem, quæ res plurimum conducit eloquentiæ. Solebant enim Romani adolescentes eloquentiæ studiosi exercendi ingenij gratia inuehi orationibus in eos, quos scirent aliquo crimine posse notari. Vnde Senecæ & Quintiliani declamationes, quæ sunt præludia quędam orandi. Hierony. ad Dama. Nec aures Quintiliani flosculis & scholari declamatione mulcendæ. Sene. Declamationis nomen apud nullum auctorem antiquum ante ipsum Ciceronem inueniri potest. Idem libro primo. Declama. Declamabat Cicero, non quales nunc controuersias dicimus.

¶ Declamatorius a. um. quod ad declamãdum pertinet, vt declamatorius liber, qui declamanda continet. Declamatorie aduerbium significat declamando. Hie. More eorũ, qui declamatorie loqui solent ad populum.

¶ Declarare est aperte monstrare. Nam plus est q̃ significare & tam ad facta q̃ ad dicta pertinet. Cic. Luceio. Itaq; hoc sæpius dicendum, vbiq; nõ significandũ, sed etiã declarãdum arbitror. Idẽ. Declarauit id modo temeritas C. Cæsaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit. Q̃nq; etiam ponitur pro significo.

¶ Declino as. pe. prod. cum accusatiuo significat deuito. Cic. i. offi. Declinetq; ea, quę nocitura videntur. Amb. li. i. offi. Ipse sibi silentio legẽ posuit innocentię, vt tacẽdo culpam declinaret, quam vix effugere posset loquẽdo. Cũ ablatiuo significat caueo, q̃uis in sensu idem sit cum deuito. Cic. lib. iiij. Tus. Quę quoniam vt bona natura appetimus, sic a malis natura declinamus, quę declinatio si cum ratione fiat, cautio appellatur, eaq; intelligitur in solo esse sapiẽte. Interdum ponitur pro deflecto seu recedo. Idem in Lęl. Declinandũ est de via modo hoc ne summa turpitudo sequatur. Et in Verrẽ acti. v. Qui sibi sumpsit vt corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat, si qua in re ipse ab religione officij declinarit. Interdum pro deduco. Liui. libro primo. Nec ea culpa quam arguo omnium albanorũ ducẽ secutisunt, vt & vos si quo ego inde agmen declinare voluissẽ fecissetis. Interdum pro alieno eximo. Terẽt. in Hecy. Necq; declinatam quicq̃ ab aliarum ingenio vllam reperias. Interdũ, p depono. vt libro. ij. Reg. Extendit oza manum ad arcam dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam.

✳ Decliuus & decliuis. Vide superius in dictione cliuus.

¶ Decollo as, collum trunco. Fenestella libr. ij. Quẽadmodũ Cęsar a piratis captus sit, vtq; eos postea cæperit & decollauerit. Veteres aũt securi cęsos dicebant. Aennius. Quod in collo tuo est decolles caue. id est ex collo depone. Item decollare est decipere. Plau. Vna est, q̃ decollauit. Lucil. li. xij. Quibus fructibus me decollaui.

¶ Decolor pe. cor. adiectiuum significat quod colore vitiato est, vel sine colore. Hierony. ad Ocea. Aperuit cunctis vulnus suum, & decolorem in corpore cicatricẽ flens Roma conspexit. Dicitur & decolorus a. ũ. Amb. Sed ea propriũ quod dam genus habent non extritici semine in aliud genus seminis decolora mutatione translata degenerem traxere naturam.

¶ Decoloro as. penul. p. colore pristino priuo, aut colorẽ vitio. Cice. lib. ij. ad Heren. Mortuũ deformatũ tumore p̃ditũ decoloratũ corpore constat esse. Et in Cãt. Nolite me considere q̃ fusca sim, quia decolorauit me sol.

¶ Decoquo is. penul. correp. in totum vel hehemẽter coquo Vnde decocta aqua. Plin. lib. xxi. decoquere pro conuertere accipere videtur. Si enim clarigaris clauus. si ferri vel chalybis aliqua rubigo, aut panni marcor affuerit, omnem illico succum alienum saporemq; in venenum decoquit. Quãdoq; decoquere sumitur pro perfecte diligere. Hysopũ (inquit Hierony) pariter tonsum sumebant in cibo, vt escam grauiorem illius calore decoquerent. Quandoq; pro substantiã consumere, seu solutione creditoribus impedita fidem concidere. Quod sæpe euenit his, qui gulæ omnia dedunt, aut qui scorta sectantur. Vnde decoctores dicuntur qui patrimonio absumpto ad inopiam sunt redacti. Scribit Spartia Hadrianũ senatoribus, qui non vitio suo decoxerant patrimonium, p modo senatorię professionis expleuisse. Col. libro. xij. Nam q̃is interdum emendatum sit perperam factam vel imprudentia, aut negligentia, res tñ ipsa tam dño decoxit, i. detrimentũ dedit. Tale quid in se habet defrigo, vt hic defrixit, i. bona consumpsit.

¶ Decortico as. pe. cor. corticẽ detraho.

¶ Decotes dictę sunt togę attritę, quasi cotib⁹ detritę atq; cõsumptę sint. Habetq; pe. pro.

♁ Decrepiti dñr senes, quasi clamosi a crepitu. Nã crepare sonare est. Clamosos aũt & querulos esse senes notũ est. Alij de crepitos dici volunt, quasi in dubio vitę cõstituos a Crepero quod anceps & dubiũ significat.

¶ Decrescere est diminu. Amb. Cuius opes nunq̃ deficiunt cuius diuitiæ nunq̃ decrescunt.

¶ Decubo as. pe, cor. iaceo, quasi deorsum cubo. Apul. Decubantẽ excitaui feram. ✳ Colu. li. vij. Est etiã posi dormitura molliores generis bos, qui decumbit in sulco.

¶ Decũbo is. idẽ qd decubo. Hiero. Quintũ iã diẽ decũbens lectulo nimia festinatione dictaui. Aliq̃ decumbere significat mori. Cice. lib. ij. Tuscu. Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui querãt quid velint, si satisfactũ ijs. sit, se velle decumbere.

¶ Deculto as. ex de & occulto, in quo abijcitur o, &, c.

¶ Decurro is. decurri & decucurri decursũ, deorsum curro. Verg. Sũma decurrit ab arce. Per trãslationẽ decurrere est a principio ad finem vsq; currere. Lactã. li. iiij. Quę oratio tãtę affluentię vbertatis currẽs. Itẽ p̃terite. Idẽ. li. vij. Decurso tẽporũ spatio. Aug. li. ix. Tolerabam illud interuallũ temporis donec decurreret.

¶ Decurtatus participiũ a decurto, idẽ est qd mutilatus, breuiatus. Cic. Mutila sentit quædã & decurtata. Et a Hie. Decurtatus liber dr. i. breuiatus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Decussare est in decusses formare atq; diuidere, & per inte gram longitudinem dissecando trahere. Decussus enim dici tur a decem assibus. Nam numerus denarius perfectus & ab solutus est. Vnde & decumanus limes. Col. li. iiij. Nã duas re gulas eius latitudinis quo pastinato, fulcum facturus est in speciem grẽce literę decussabimus.

¶ Detussatim significat ꝓdecusses. Col. li. vlti. Rapã in alueo aut sera componito, deinde sicut consueuerunt salgamarij de cussatim ferramento lunato incidito.

¶ Decutio is. pe. cor. ssi. ssum. ex de & quatio, significat deij cio, deorsum quatio, demero, decido. Liui. lib. i. Rex velut de liberandus in hortum ędium sequente nuncio filij inambu lans tacitus, summa capitum papauera dicitur baculo decus sisse. Hic per translationem ad Dardanum dixit. Vt decutiã supercilium iudęorũ, qui synagogæ augustias latitudini ec clesiæ præferunt,

¶ Dedecus pe. cor. dedecoro as. Vide in Decor.

¶ Dedignor aris. Vide in dictione Dignor.

¶ Dedisco is. dedidici. Vide in dictione disco.

¶ Dedico as. pe. cor. ꝑ verba consecro, siue honoris gratia de puto, aut dicendo defero. Cęcil. lib. i. annaliũ. Legati qui miss si sunt veniunt, dedicant mandata.

¶ Dedo is. dedidi deditum significat in perpetuũ do, vel to tum fubdo, siue in manus potestatemve & arbitriũ do. Vñ dedere se hostibus dr, qui se ĩ hostiũ potestatem tradit. Et tra ditio ipsa, deditio dicitur. Et qui ita se dedunt, dediti vocã tur. Plaut. in Am. Conuenit vtri victi sint eo prælio vrbem agros, aras, focos, seq; vti dederent. Liu. lib. i. Sic ad supplicii Numitori Remus deditur. Cæsar lib. i. Heluetij oĩm rerum inopia adducti legatos de deditione ad eum miserũt. Et de dere est simpliciter dare. Teren. Verberibus te cæsum in pri stinum Daue dedam. Forma deditionis describitur apud Li uiũ in deditione Collatię. Ita enim Rex interrogauit. Estisne vos legati oratoresq; missi a populo Collatiuo, vt vos popu lumq; Collatiuum dederetis? Sumus. Estne populus Collati nus in sua potestate? Est. Deditis ne vos, populumq; Collati num, vrbem, agros, terminos, aquam, delubra, vtensilia, di uina humanaq; oĩa in meã, populiq; Romani deditionẽ? Dẽ dimus. Et ego recipio.

¶ Deditꝰ a. ũ. in totũ vel valde datꝰ. Terẽt. in Hecy. Priusq; hãc vxorẽ duxi, habebam alibi animum amori deditũ. De ditaopa, i. data opa, siue accurrata opa, seu de industria vel ex composito data opa, quasi cura adhibita, & labore impenso. Idẽ in Eu. Apud antiq; honẽ vtrosq; pater & mater quasi dedi ta opa erant, vt nullo modo introire possem, quin viderent me. Festus deditum interpretatur valde datum.

¶ Deditius a. um. a deditus fit, & is est qui se in alterius impe rium dedidit Curtius. Multitudo deditiorũ incolis nouarũ, vrbium cum pecunia capta dona data est. Per abusionem tñ dicimus, ego sum deditius tuus. i. tibi deditus, & tuo impe rio obnoxius.

¶ Dedocere est secus ab eo, quod quis doctus est, docere vel falsum id eẽ ostendere. Quintil. li. ij. Quãta in eluendis q̃ se mel insederũt vitijs difficultas consequatur, quum gemina tum onus succedentes premat. Et quidem dedocendi onꝰ plꝰ q̃ docendi est, propter quod Timotheũ clarum in arte tibia rum ferunt duplices ab his, quos alius instituisset solitũ exi gere mercedes, q̃ si rudes traderentur. græce διδάσκω ὁθεν διδάσκαλος. ✳. i. doceo, vñ doctor magister.

¶ Dedoleo es. pe. cor. nõ doleo vel dolore me priuo. Ouid. lib. iij. Fast. Quid me in desertis morituram libet harenis Seruabas? potui dedoluisse semel.

¶ Dedolo. as. pe. pro. significat dolabra veleiusmodi ferramẽ to deorsum, vel pulchre dolo, cędo Colu. lib. v. Hęc eorumq; similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partesq; eorum putres dedolandæ.

¶ Deduco. is. pe. pro. proprie significat deorsum duco. Ver. Carmina vel cœlo possunt deducere lunam. Quãdoq; dedu cere est de loco ad locum, siue de re ad rem ducere. Iccirco ei ablatiuus datur nonnunq̃ separatiuus, accusatiuus vero simi liter. Et tam In passiua significatione q̃ actiua, quod præmo nendum esse diximus, ne quis in passiua ablatiuos huiusmo di putet esse agentes, nisi in exemplo Ciceronis quod dicem⁹ In actiuo Plaut. in Curg. Deduco pedes delecto clam miles ne sentiat. Hic ponitur pro detraho. In passiua Hiero. ad He lio. Vbi quies non est, ibi mens a proposito sæpe deducitur. i. reuocatur, siue remouetur. Idem in Paulo. Nec tamẽ accepto itinere deducebatur. Lactantius lib. iiij. deriuare seu descende re posuit. Diximus nomen religionis a vinculo pietatis esse deductum, ꝙ hominem sibi deus religauerit. Cice. Terentię. Neq; legis improbissima pœna deductus est, quo nimis hos pitij & amicitiæ ius officiumq; præstaret. Hic deductus ꝑ de territus sumitur, & ablatiuus pœna agens est, licet sine præ positione sit. Nam hoc fit interdum & in alijs. Aliquando si ne ipso ablatiuo separatiuo, & cum accusatiuo mediante præ positione ponitur pro delabi, vt apud Lactan. libro secun do. Homines autem ipsos ad tantam cæditatem esse dedu ctos, vt viuo ac vero deo mortuos præferant. Proprie in si gnificatione sua cum accusatiuo mediante præpositione. Cæ sar in primo commentariorum. Cæsar vna æstate duobus maximis bellis confectis maturius paulo q̃ tempus postula bat in hiberna in sequanos exercitum deduxit. Verg. libro primo. Georgic. pro diuertere sine ablatiuo & accusatiuo po suit. Riuos deducere nulla Religio vetuit. Sumitur & de ducere pro in tenuitatem ducere. Pom. Vocem deducas opor tet, vt mulieris videantur verba: quare & pro subtili, & ni hil subrusticum proferre ponitur. Horatius. Quum lamen tamur non apparere labores, Nostros & tenui deducta poe mata filo. Virgil. etiam deductum carmen significantissime dixit, ꝙ quasi filum de inuentione deducatur. Tractum a la na, quæ purgatur, & in fila trahitur. Inde etiam pro immi nuere & detrahere, & deductio pro imminutione, vt inquit Asco. Interdum promouere. Sallu. Arma deponere, præsidia de locis deducere. Interdum pro officij, vel honoris gratia alicui comitatum præstare, & fit fere cum pompa quadam, & sæpe cum multo populo. Ambrosius. Deduximus fratres hostiam viuam dominum & fratrem meum Satyrum. Hie ronymus ad Iulia. Q̃ sanctissimam coniugem tuam nõ qua si mortuam, sed quasi proficiscentem deduxeris. Liuius. Fre quentes eum deduxerunt domum. Cuius contrarium est reducere. Cicero. in Cato. Hæc enim ipsa honorabilia, quę vi dentur leuia atq; communia, salutari, appeti, decedi, assurgi deduci, reduci, consuli. Comitari est minorum tam paucorũ quam multorum. Vergilius. Ipse vno graditur comitatus Achate. Et magna comitante caterua. Assectari fere quasi per vrbem, vt fit quum quis amicitia vel propinquitate, vel discendi studio, vel alicuius commodi assequendi gratia quẽ piam assectatur, quasi iuxta illum præeuntem sectatur, vti puer herum, filius patrem, discipuli præceptorem, clientes pa tronum. Cicero. libro de orat. Cumq; maior natu & consula ris Sergius Galba assectaretur. Est & prosequor quod est quasi deduco, sed in itinere quum quempiam aliquantum, longe comitamur. Liuius libro secundo. Decedentem do mum cum fauore & laudibus prosequuti sunt. Hieronymꝰ Quo gemitu te abeuntem prosecutus sim, istę quoq; literæ testes sunt.

¶ Deerrare est de via siue ratione declinare. Cicer. Si tran sitionibus nullis vtemur, & si non deerrabimus a propo sito.

✳ Defalcare significat tollere & amputare. Ce.

¶ Defamo. as. penul. pro. fama priuo sicut diffamo. Gelli. Vt vocabula eorum quoq; defamata atq; deformia cum ipsis viderentur. Sed ex græco omnino veniunt φημί καὶ φήμη. i. dico & fama.

¶ Defæco cum diphtõgo significat a fæce purgo, quasi fæ cem detraho. Plini. libro. xviij. Per brumam vitem ne colito vina tamen defæcari etiam diffundi Hyginius suadet. Vnde oĩa pura inturbata, & sine fordibus, ac vinũ sine fæcibus, de-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fæcata dicuntur. Plau. in Aul. Nunc defęcato demũ aĩo egredior domo. i. ab angore purgato propriè. Col. lib. vltimo. Et defęcatum vinum in amphoras bonas adĳcito.

¶ Defendo is. di. sum ex de & fendo. Vnde & offendo, q̃uis fendo non reperiatur, significat intueor. Lactan. Quisępe etiam malas copioſe defendiſti cauſas. Duobus autem modis ab aliquo defendi dicimus, vel quum ille nos defendit, vel quum ipſi defendimus nos, vel quum alius defendit nos ab illo tanq̃ iniuriam inferente. Vt ſi nobis aduerſantur iudices & Cicer. tueatur, recte dicemus defendi nos a iudicibus, non q̃ illi nos defendant, ſed q̃ præſidio Ciceronis ab illorum iniuria defendamur. Differt tamen defendere a propugnare, quia defenſio eſt quoquomodo fiat, propugnatio autem nõ niſi per contentionem. Rurſus defendere eſi auertere, depellere, prohibere. Gel. Q. Claudius hoſtes defendebat a pinnis facillime. Cicero. libro tertio. offi. Etenim ſi quis non defendit iniuriam, neq; propulſat a ſuis quum poteſt, iniuſte facit. Hoc autem fit ex vi præpoſitionis de, quę duplicem facit ſignificationem. Quum enim tueor ſignificat, tunc de, anget. Quãdo vero prohibet protectionis detractionem & negationẽ facit. Dicimus autem Defendo frigus tibi, & defendo te a frigore. Vergili⁹. Solſtitium pecori defendite, iam venit æſtas. Et alibi. Hic ego dum teneras defendo a frigore myrtos.

¶ Defenſito as. frequentatiuum eſt. Cic. lib. i. offi. Si igitur nõ poterit ſiue cauſas defenſitare, ſiue populum concionibus tenere, ſiue bella gerere, ille tamen præſtare debebit, quę erunt in ipſius poteſtate.

¶ Deferueo miteſcó, placidus fio. Cc.

¶ Defero. penul. correp. affero. Vergili. libro quarto. Celeres mandata per auras Detulit. Aliquando denuntio. Cicero. Ruffo. Scito contubernales dum taxat meos delatos eſſe. Idẽ Sulpitio. Eiq; nec opinanti voluntatem tuam per literas detuliſſe. Aliquando in accuſationem defero. Vnde delator occultus accuſator calumniator. Sue. in Do. Princeps qui delatores non caſtigat irritat. Aliquando prodo quod celatum eſt. Hiero. Sed forte conqueſta me delatorem, q̃ te prodiderim clamabis. Pertinet etiam ad dignitatem & honorem, & venerationem, & officiũ, variiſq; modis ponitur, ac cõſtruitur. Ad dignitatem Liui. lib. i. Omnes Numę Pompilio regnum deferendum decernunt. i. offerendum atq; tradendũ Cice. Octa. Quæ tibi non anteq̃ poſtulares, maiora q̃ velles plura q̃ ſaperes detulit ſenatus. Ad venerationem & officiũ. Ambro. Nouerit deferre ſenioribus. i. venerationem exhibere, inſeruire, & ſubuenire. Aliquando deferre eſt tribuere. Hie. ad Ne. Honorent clericos, & ipſis a clericis quaſi epiſcopis honor deferatur. Scitum eſt illud oratoris Domitĳ. Cur ego (inquit) te habeam vt principem quum tu me non habeas vt ſenatorem. Habeo hic honoro ſeu accipio ſignificat. Alias pro loco. Cicero. Treb. Vniuerſum ſtudium meum, & beniuolentiam ad te defero. id eſt tibi attribuo. Nauis in portum delata eſt, id eſt deuecta. Hic delatus eſt lectica, id eſt deportatus. Ille detulit argentum, id eſt de loco tulit. Et diui nos honores parentibus detulerunt. i. dederunt, ſeu celebrauerunt.

¶ Deferueſcere ſignificat decreſcere. Cice. libro quarto. Tuſ. Aut rogandi orandiq; ſunt, vt ſi quam habent vlciſcẽdi vi differant in in tempus dum deferueſcat ira. Deferueſcere autem certe ſignificat ardorẽ animi inuita ratione exantlatum. Ex quo illud laudatur Architę, quum villico factus eſſet iratior, Quo te modo (inquit) accepiſſem, ni iratus eſſem? Sed hoc per tranſlationem, quaſi ita ſit ignis quidam animũ incẽdens. Col. ppne deferueſcere, p refrigerari poſuit lib. ij. de foeno loquẽs. Prudẽtes agricolæ q̃uis iã illatũ tecto non añ cõponunt, q̃ per paucos dies temere congeſtũ in ſe concoqui & deferueſcere patiantur.

¶ Deficio is. ex de & facio, conſtruitur cum datiuo, & ſignificat deeſſe, vel non ſufficere. Cicer. in Verrẽ. actio. iij. Vererer ne mihi crimina non ſupperterent, ne oratio deeſſet, ne vox vireſcq; deficerent. Idem Ser. Sul. Sed opprimor interdum, & vix reſiſto dolori, q̃ ea mihi ſolatia deficiunt quę cęteris quorum mihi exempla propono, ſimili in fortuna non defuerũt. Et more ſuo hic fecit Cice. vt per deſum deficio expoſuerit. Hinc defectus pro priuatione deducitur. Legimus etiam deficere abſolute poſitum pro deeſſe. Hircius. Quare neq; tanti ſum animi, vt ſine ſpe caſtra oppugnanda cenſeam, neq; tãti timoris, vt ipſe deficiam. Aliter alibi dixit, Martius Rufus quæſtor in caſtris relictus a Curione, cohortatus ſuos ne animo deficiant. i. terreantur, & animus deſit. Inuenitur etiam cum accuſatiuo prõ derelinquere poſitum, q̃q̃ in ſenſu idem ſit cum deeſſe. Cicero. Prudentia nunq̃ deficit oratorem. Cæſar. Fruſtra meę vitę ſubuenire cõnamini, quam iam ſanguis vireſcq; deficiunt. Sal. in Iugur. Defero vſus eſt in ſimilibus. Sed de ſtudĳs partium, deq; omnibus ciuitatis moribus ſi ſingillatim atq; pro magnitudine parem differere/tempus quã res maturius me deferet. Accommodatur huiuſmodi nominatiuus rebus inanimatis, vt dies me deficiet, vox te deficit & oratio illum deficit. Lactantius libro ſecundo. Non enim verendum eſt, ne te in tam bona cauſa deficiat oratio, qui ſępe etiam malas copioſe ac fortiter defendiſti. Cæſar libro. iĳ. Ipſos res frumentaria deficere cœpit. Si quis tamen in his datiuo pro accuſatiuo vtatur, non culpandus erit. Frequentius tamen cum accuſatiuo vſurpatur. Et notanter dixi rebus inanimatis accommodari in hac ſignificatione, quia non recte dixeris, vxor vel res me deficit, ſed a me deficit. Item deficere cum actõ ſignificat non ſuggerere. Verg. Cum iam glãdes atq; arbuta ſacrę Deficerent ſyluę, id eſt non ſuggererẽt glandes atq; arbuta. Interdum abſolute ponitur pro finire deſinere, vt hic præmoero redefecit. Martianus. Tum demũ id agere conſilium erat dum vita defecit. Aug. cum infinito poſuit in quodam ſermone. Nunquid deus defecerat paſcere ſeruum ſuum Heliam? Nonne illi cui deerant homines alites adminiſtrabant Conſtruitur quandoq; cum ablatiuo ſine p̃poſitione, & ſic ſumitur pro carere ſiue priuari. Col. libro tertio. de vite loquens. Quumq; tranſtuleris inquit de humido in aridum locum, videne priſtino alimento deficiat. Idem. Commode fluunt, nec deficiunt macro ſolo. Et lib. iĳ. paſſiuo vſus eſt. Iugatum quadam parte deficitur, quadam ſupat. Et libro. viĳ. Qui ſi memoria deficitur quominus agnoſcat cuiuſq; progeniem pice liquida eandẽ notam ſerophę & porcis innotat. Capitur & pro diſſentire recedere ſeu rebellare, & tunc ablatiuo iungitur cũ prępoſitione. Sal. in Iug. Quod oppidum primum omninm poſt malam pugnam ab rege defecerat. Deficere enim dicũtur, qui ab his quorum ſub imperio ſunt deſciſcunt, & ad hoſtiũ numerũ ſe conferunt. Cic. in Lęl. Difficile eſt amicitiã manere, ſi a virtute deficeris. Li. lib. iĳ. Eodem anno duæ coloniæ Pomeria & Clora ad Aruncos deficiunt, ſubintelligitur enim a Romanis deficiunt tranſeuntes ad Arũcos. Inde defectores qui tranſeũt de vno exercitu ad alium. Defectio recuſſus, vel militum ab Imperatore vel ciuitatis a dño, qui dñr deficere, quum ab eorum gubernatione diſcedũt. Nnnnunq̃ accipitur pro diminui debilitari & viribus exhauriri. Pli. Genus vini, qđ Bion vocamus prodeſt ſtomacho diſſoluto, prægnantibuſq; & defectis. Martia. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygn⁹ funeris ipſe ſui.

ō Defectio, receſſio ſeu rebellio, vel militum ab Imperatore, vel ciuitatis a domino, qui dicuntur deficere, cum ab eorum guberuatione diſcedunt. Liui. lib. i. Obreſiduas bellorũ iras maxime ſollicitati ad defectionem voluntarios traxere. Cic. libro quarto. Tuſcu. Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam quæ eſt a tota mente, a rectã ratione defectio. Aliquando dicitur diminutio & decretio. Idem in Cato. Quoniam delectabant ad defectiones ſolis & lunæ multo nobis ante predicere. Sũt & defectiones ĩ corpore humano, quales mulieribus a cõceptu accidere ſolẽt, vt eſt illud apud pſalmographum. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Quod genus etiã malaciam prægnantibus vocare Pli. ſolet. Eſt. n. malacia in ſto-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

macho debilitas,& in mari malacia pro trãquilitate capitur.
¶ Defectus .a.um.participiũ a deficio vel deficior, habet ſignificationem actiuam in voce paſſiua.Colu.Diligentis patrisfamiliæ eſt primum quãq; arborem ſenio defectam tollere.i.quæ defecit.Quintil.lib.iij.Vt ſi obſeſſi & ĩpares & aqua ciboq; defecti de facienda ad hoſtẽ deditione deliberent.i. qui defecerunt.Hinc fit comparatiuum defectior,& ſuperlatiuũ defectiſſimus.Col.in præfa. Sed ſiue fundum locuples mercatus eſt e turba pediſſequorum lecticariorumq; defectiſſimũ armis & viribus in agrum relegat.&c. Defectus us.nomen ſignificat pœnuriam non vitium aut culpam, aut morbum, vt defectu ciborum dedimus nos hoſtibus.Liuius lib.iiij.Defectus alibi aquarum circa torridos fontes riuoſq; ſtragem fiti pecorum morientium dedit.Interdum defectus dicitur diminutio.Gel.lib.ij.Sed de lunæ motibus ſolisq; defectibus, Plin.lib.i.Defectus autem ſuos & ſolis rem in tota contemplatione naturę maxime miram & oſtento ſimilem. Defect⁹ animi,ſiue defectus animę,vt Cælſo moris eſt loqui, Lipothymia & Lipopſychia græce dicitur.A noſtris etiam animi deliquium,& verba linqui animo,& intermori,& deficere,& extincte animæ ſpeciem præbere,quos Plin. & defectos animo quãdoq; appellat,defecta vero corpora. & defecti ſunt quos græci ὡραῖτους quaſi reſolutos dicunt, & reſolutionẽ ipſam πάρεσιν λέγουσι.
*Defectio ſiue defectus lunę,græce Eclipſis dicitur,quo interpellari aliquando dies ſolet duorum ſyderum occurſu.Cc.
¶ Defectio receſſio ſiue rebellio,Liuius.lib.i. Ob reſiduas bellorum iras maxime ſolicitati ad defectionem voluntarios traxere.Ci.lib.iiij.Tuſ.Omnium autem perturbationũ fontem eſſe dicunt intemperantiam,que eſt a tota mente a recta ratione defectio. Aliquando dicitur diminutio & decretio. Idẽ in Cato. Quam delectabatur defectiones ſolis & lunæ multo nobis ante prædicere.Sunt & defectiones mulierum a conceptu.Quod genus etiam malaciam prægnantibus vocare Plin.ſolet. Eſt enim malacia in ſtomacho debilitas & in mari malacia pro tranquilitate capitur.
¶ Defectiuus a.um.quod eſt mancum.Cicero lib.i.officiorũ. Etenim cognitio contemplatioq; naturæ manca. id eſt defectiua quodammodo.
¶ Defetiſcor,eris. defeſſus inquit Priſcianus. compoſitum a fatiſcor feſſus,quod quidam a Fateor deriuari volunt. Sed diomedi. aſſentiendum puto, qui ait. Feſſus appellatio eſt, poſtea ſequitur. Differt aũt fatigat⁹ a feſſo,q; fatigat⁹ dicitur, quũ quis p̃ aliũ laborare cõpellit,vt laſſat⁹. Feſſus vero quũ quis labore deficit,vt laſſus.Feſſus igitur nomen eſt non participium,quia ſicut laſſus non eſt participium, ita nec feſſus quod eorum ſignificatio quaſi eadem plane oſtendit, quam veterius docuit,ex qua oſtenditur non eſſe idem feſſus & fatigatus.igitur neq; a fatiſcor feſſus,neq; a defetiſcor defeſſus. quia feſſus nomen eſt,& eius compoſitum eſt defeſſus,ipſaq; verba ſupinis atq; præteritis carere exiſtimo,quemadmodũ & fatiſco.Et quoniam fatiſco in vſu eſt,nimirum fatiſcor obſoleuit,compoſitum tamen defetiſcor remanſit. & in eadem pene ſignificatione ſumitur,quia fatiſco,quod deficio ſignificat defetiſcor vero ceſſo,ſiue deficio.Et ſic duo verba nobis relicta ſunt,alterum neutrum ſimplex, & alterum deponens compoſitum.De fatiſco, Columella libro ſecundo. Sed omni ſolo,quod prędictorum leguminum ſegetibus fatiſcit, vna præſens medicina eſt,vt ſtercore adiuues & abſumptas vires hoc velut pabulo refoueas.Verg.lib.i.Geor.Nec puluere victa fatiſcat. De defetiſcor Terent.in Phor. Iſthæc res mihi ſolicitudini eſt,neq; defetiſcar vnquam ego experirer, donec tibi id quod pollicitus ſum effecero. De defeſſus, Idẽ in Adel.Defeſſus ſum ambulando. Eius cõtrarium indefeſſus.Claud.libro quarto. Accingar luſtrare diem perdeuiare rum Indefeſſa ferar,nulla ceſſabitur hora. Non requies, non ſomnus erit,dum pignus ademptum Inueniam.
¶ Defigo.is.pe.pro.deorſum figo.planto mittoue. Col.li.iij. tum in terram bene paſtinatam, & ſtercoratam rectum ſarmentum defigito.Vergilius.libro ſecundo.Georg.Altius & penitus terræ defigitur arbos ęſculus in primis. Lactan. li.ij. Oculos ſuos ab alto deiciunt.ſoloq; defigũt. Aliquãdo pro ferio,vel transfodio.Perſius. Ore teris modico pallentes radere mores.Doctus,& ingenito culpam defigere ludo. Aliquando valde figo. Vnde eſt illud. Abominatio eſt domino defigens oculum.Aliquando defatigor ac viribus attonitorum modo linquor vt apud Plin.lib. vij. Defigatur poſtremo expiret.
¶ Definio is.pe.cor.termino,deceruo,& quaſi finem do.Diffinio vero diſcerno,quaſi diſperſiendo diſtingo. Vnde diffinitio vocata eſt,qua in diſputãdo vti ſolemus. Et eſt oratio, quæ id quod diffinitur explicat quid ſit.Eſt enim coactæ in ſe atq; complicatæ rei explicatio,veluti cum dicimus. Homo eſt animal rationale & mortale. Explicat enim diffinitio id quod breuiter & anguſte deſignabatur.
¶ Defioculus dicitur,qui eſt captus vno oculo,quem luſcum alio nomine vocitamus.
¶ Defit deeſt,& cum datiuo conſtruitur. Teren.in Hecy.Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus ſit benigne præbeatur, Ver.Lac mihi nõ æſtate nouum,nec frigore defit.Priſcia.hoc loco ait. Deficio autem loco paſſiui facit, & in de defectus.
¶ Deflagro as.penultima pro.vehementer comburor, ideo cum ablatiuuo conſtruitur.Cice.lib.iij.offi.Ictu fulminis deflagrauit.
¶ Deflecto is,deorſum flecto.Colu.lib.iij.Cum iam ſatis amplum incrementum ſuſceperit,ramum oliuæ deflecte & ad crus arboris ficulnæ religa.Cicero libro tertio offi. pro declino per translationem poſuit.Hoc autem de quo nunc agimus idipſum eſt quod vtile,in quo verbo lapſa conſuetudo de via deflexit.
¶ Deflacco as,attero. Tractum a veſtib⁹,ſiue a flacco,vt ait Nonius.
¶ Deflorere eſt ſine floribus eſſe,quod fit cum flores decidunt. Vnde & defloreſcere.quod eſt ſine floribus fieri.Plin. lib.xvij.Peſſimum eſt inter omnia quum defloreſcentem vitem & oleam percutit imber,quoniam ſimul defluit fruct⁹. Cice.ad Heren.per translationem.Formæ dignitas aut morbo defloreſcit,aut vetuſtate.Eiuſdem ſignificantiæ eſt Efflореo,vt eſt in pſal.Dies eius tanquam Flos agri ſic efflorebit. Aliquando etiam deflorere eſt flores emittere.Colu.libro ſecundo.Et quum totam ſpicam edidit octo dieb⁹ defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus.xl.quibus poſt florem ad maturitatem deuenit.Sic Efflореſcere eſt valde floridum fieri.Cicero in Lęlio.Quæ tamen efflореſcit amicitia,etiam ſi tu min⁹ eam ſecutus ſis.
¶ Defluere deorſum fluere,& proprie de fluminibus dicit̃. Per translationem ſignificat decurrere delabi.Ciceroĩ Lęlio. Ad leues amicitias defluxit oratio. Sal.in Iu. Vbi per ſocordiam vires,tempus ingenium defluxere.quod eſt quaſi cecidere & periere. Lactan.libro tertio.pro in nihilum redigere. poſuit.Nauis ſine gubernatore abit peſſum,& corpus relictum ab anima defluit.Quandoq; ponitur pro valde fluere, abundare. Amb.Peccator quamuis foris abunder,& delicijs defluat,odoribus fragret,in amaritudine animæ ſuæ vitam exigit.Quandoq; pro ſubtus fluere. Vergilius libro tertio Geor. Vbi diſcq; aries in gurgite villis Merſatur,miſſuſq; ſecundo defluit amni. Defluere etiam dicitur,quod ætate morbo ve ſoluitur. Vnde defluere capillus dicitur. Et qui ita defluit,dicitur defluus.Et defluuium capillorum fluxus.
¶ Deflnxus idem quod defluuium.
¶ Defluus a.um.quod decidit aut decidere ſolet. Plinius lib. xx.Hippocrates capillos mulierum defluos fricari raphanis iubet. Ambroſius improprie. Alliga ſenſum tuum, non ſit remiſſus ac defluus
¶ Defluuium ipſe decidendi actus.Plinius Sed defluuia comarum facere dicitur
¶ Defodio,is.penultima correpta ſepelio,obruo.Liuius.Fue

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rantq; defossi annis quindecim supra quingentos, & duraue rant. scilicet libri. Plaut. ĩ prolo. aulula. Domi suæ de fossam multis cum opibus aulam inuenit. Col. libro octauo pro fodiendo facio posuit, quum dixit. Confestim scrobem defodiamus in limine stabuli, & viuam pecudem quæ sit pustulo sa resupinam obruamus. Et defodere est inter siue deorsum fodere. Idem libro. xij. Pastinatur terreni iugerum, ita vt solũ in altitudinem trium pedum defodiatur

¶ Defœtus. a. um. per œ. diph. idem quod destitutus, sicut ef fœtus fœtu destitutus. Ouidi. in Ibin. Sit quoq; quod rarum est solito defœta fauore Fortunę facies inuidiosa tuæ. Hĩc de fœtissimus. Col. Sed siue fundum locuples mercatus est e turba pedissequorum lectariorumq; defœtissimumq; annis & viribus in agrum relegat.

¶ Deforme turpe quasi seorsum a forma, a quo deformitas, & deformo. as. quod est forma sua deiicio. De quo in dictione formo.

ŏ Deformo. as. destruo, & quasi de forma deiicio, & ab aliqua forma muto. Ci. Qui sunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginienses. Apul. lib. i. de Asi. Alius lutore ac misera macie deformatus. Hierony. Licet longa macerent ieiunia abiecta & nigra vestis deformet. i. maculet & turpẽ faciat. Sic Lactan. de opi. Quam mirabili quam diuina ratione molit⁹ est, vt tamen hiatus ipse nasi oris spẽm non deformaret. Itẽ deformare est figurare, & noua forma insignire. Victu. lib. v. Tragicę scænæ deformantur columnis signis & regalibus rebus. Hieront. in lib. numeri. Turgentibus gemmis eruperant flores qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt.

¶ Deformicatum. Vide in dictione Formicatio.

¶ Defrico as. pe. cor. valde frico. Col. lib. ij. Totumq; eorum suppalatum sale defricato.

¶ Defrigo. is. xi. Vide in dictione decoquo.

¶ Defringo deorsum, vel valde frãgo, siue decerpo, decido. Col. libro sexto. Plerumq; fit, vt aut crure aut cornibus boũ ramuli vitium defringantur. Verg. Aut summas defringe ex arbore plantas.

¶ Defraudare per fraudem aliquid decerpere vel fructũ diminuere aut priuare, vt est illud. Qui sophistice loquunt odibilis est, in omni re defraudabitur. Defraudare vero genium est interrumpere voluptatem.

¶ Defrugo. as. pe. pro. omnem fructum exhaurio. Defrugare segetem videtur, qui vel nimia fœtura exinanit agros, vel per inscitiam aut negligentiam perdit lacessitve fruges omnino quum vel festinata sementis est vel serotina præpropere q; aut præpostere quid agitur, defrugari segetem contingit. Plin. lib. xviij. Oraculum illud magnopere custodiendũ, segetem ne defruges. Colu. Constat segetem nimia defrugatione exinaniri.

¶ Defrutum a defruendo (vt inquit Pal.) vinum decoctũ Plĩ. auctore vsq; ad mediã partẽ. Sapa vero a sapiditate, musium est ad tertiam partem decoctum. At Col. aliter. Mustũ (inquit) q̃ dulcissimum decoquitur ad tertias, & decoctum sicut supra dixi defrutum vocatur. Sic nonius. Sapa quod nũc Mellacium, mustum ad mediam partem decoctum, defrutũ si ex duabus partibus ad tertiam redigatur.

¶ Defrutare, musum decoquere, vt inde defrutum fiat. Colu. lib. ij. Sed defrutum quoq; & defrutare vinũ licet Hĩc defrutarius. a, um. vt Vasa defrutaria apud Col. dicuntur, quæ sunt ad defrutum idonea.

¶ Defugere, recusare, in totum fugere. Lactan. lib. v. Non defugi hunc laborẽ, vt impletam materiam, quam Cyprianus non est executus.

¶ Defundo deorsum fundo. Cato de re rustica. Aquam defundito non omnem, eo addito oleum.

¶ Defungor, eris. Vide in dictione fungor.

¶ Degener penultima correpta qui maiorum suorum moribus non respondet. Ponitur quandoq; pro ignobili, & vili. Vergilius. Degeneres animos timor arguit. Est autem generis omnis. In ablatiuo degenere vel degeneri. Luca. Si me degeneri strauissent fata sub hoste. Degenerare idem est quod a genere desciscere. Hie, ad Damas. Hic obruta sulcis frumenta in lolium auenamq; degenerant. Vergilius libro secundo Geor. pomaq; degenerant succos oblita priores. i. deteriorãtur in sapore. Prop. Dij mihi sunt testes non degenerasse propinquis. Dicimus autem degenerare tam a malo quam a bono. Liui. lib. ix. Ne degeneraueris a familia imperiosissima, & superbissima.

¶ Dego. is. ex de & ago, sed abiicitur a, præteritum facit degi, supinum dactum secundum analogiam, sed nusquam legi neutrum est sed in tertia persona passiue eo vti possumus. Et quandoque absolute, quandoq; cum accusatiuo, significatq; deduco, siue ad finem vsq; duco & ago. Lactan. lib. v. Quo rectius vita degatur non est necesse omnia circuire. Itẽ degere ẽ viuere Idẽ ĩ eod ẽ. Idcirco eũ voluit sub aliena ditione atq; imperio degere. ne rerũ prosperitate corruptis ĩ luxuriã laberetur. Itẽ expellere, detrahere. Plaut. in Aul. Nũc ego istũ soror laborem degam & diminuã. Idem in Epi. Degitur eorum detergo meo.

* Degrado ab imperitis dicitur, vbi dicẽdum esset desecro. Cc.

ŏ Deglabrare, & depilare, est glabrum facere.

¶ Degrummari signi. a grũma mensura dirigere. Lucil. Viã que degrummaris, vt in castris mensor faciat olim

¶ Degulo. pe. cor. gulæ trado. Plaut. Postq̃ degulato patrimonio pauper est factus.

¶ Dehabeo es. Vide in dictione habeo.

¶ Dehinc dequi manci. i. posthac. Terent. in An. Dehinc vt quiescant porro moneo. Item signifi. apresso. i. deinde, vt sit aduerbium ordinis. Sallu. In primis arduum videtur res gestas scribere, primumq; facta dictis exequanda sunt, dehinc quia plerisq; delicta quæ tu reprehenderis maliuolentia atq; inuidia putant esse dicta.

¶ Dehonesto. as. contrarium verbi Honesto, quod significat honore afficio. Aug. lib. v. con. Quid nocuerunt tibi, in quo imperium tuum dehonestauerunt?

¶ Dehonestamentum cicatrix est vultum hominis dedecorans aut oculi effossio. Gel. lib. ij. Quo dehonestamento corporis maxime lætabatur.

ŏ Dehonestus. sta. stum, quod est valde honestum. Gel. dehonestum deculpatumq; verbum.

¶ Dehiscere valde hiscere, siue deorsum pessumq; aperiri. Hic enim deauget. Pli. lib. ix. Acus siue belone vnus piscium dehiscente propter multitudinẽ vtero parit, hoc est se aperiẽte.

* Deianira filia fuit Oenei Aetoliæ regis, cuius regia Calydon erat, hęc adeo formosa erat, vt multos procos haberet, tandem Acheloo desponsata est primo, deinde Herculi. Itaq; nuptiarum gratia ortum est inter eos certamen, sed Acheloo victo. Herculi cessit. Cc.

* Deidamia, siue vt alij volunt Deiamia, filia fuit Lycomedis Scyri regis, cum qua Achilles consuetudinem habuit & inde natus est Pyrrhus. Cc.

¶ Deiero. as. penultima correpta. valde, vel sancte, seu libere iuro. Hiero. lib. Reg. Et addidit Ionatas deierare dauidi, eo q̃ diligeret eum. Gel. lib. i. Nam quum amicus eum rogaret vt pro te causaq; eius filiũ deieraret, his ad eum verbis vsus est.

ŏ Tertul. in Apol. Sacra faciebant pro salute imperatoris, & genium deierabant.

¶ Deiurus penultima pro, qui sancte ac valde iurat. Deiuriũ sanctum iusiurandum. Gel. Octo ad hostes redire voluerunt, q̃ de iuro vincti forent, duo reliqui Romæ manserunt.

¶ Deiicio is. penultima correpta deorsum iacio, vel deorsum mitto. Plau. in Asi. Iussin colũnis deiicio operas aranearum? Vergilius. Toto genitrix quæ plurima cœlo Deiicit in terras. Liuius libro secundo pro iaciendo defigo posuit. Dum intentus in eum rex totus aduerteret, alter elatam securim in caput deiecit. Per trãslationẽ ponitur pro auerto. Cic. n Ph. Nec vero vsquam, nec a republi. oculos deiiciebam. Itẽ pro depellere, vt apud eũdem. Si me ædilitate deiecisset, Ab hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

verbo fit deiectus us, pro deiectione

¶ Dein ex de & in. sumitur pro deīde. Exin, pro exide, proin, proinde, subin, subinde. Et hęc habēt accētum in prima. Significatq; deinde, postea

ō Et est vna pars orationis, vt inquit Ser. Et in tertia a fine accētum habet licet penultima producta sit. Quod ideo factū est, vt ostenderetur vna pars esse orationis ne prepositio iungeretur aduerbio quod vitiosum esse videtur,

¶ Deinceps proprie significat gradatim p ordinē, siue p vices, siue quod dicere solemus, vnum post alium. Liuius libro primo. Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatē auxerunt. Cic. Thermo. Si tamē tres fratres summo loco natos promptos non indisertos quos video deinceps tribunos plebis per triēnium fore te nolo habere iratos. Col. libro sexto. Quod quomodo & qualis generis faciēdū sit non pigebit deinceps precipere, id est p ordinē. Interdum sumitur pro deinde siue postea. Hieron. Versa est & ipsa sine coitu in matrē, vt non sit iam admodum quod fuerat, sed purpura verissima ad indumentum & gloriam summi regis diuinitus aptissime dedicata, vt nulli deinceps ea vti vsu fœmineo liceret, nisi deo. Interdum significat preterea. Liuius. Extemplo aduocato concilio scelera in se fratris, originem nepotum vt geniti, vt educati, vt cogniti, cędem deinceps tyranni, fecq; eius auctorem ostendit.

✳ Deincipē veteres proximum quenq; capitū dicebant, quē admodum primi pē primum capitum. Cc.

Deinsuper penultima correpta significat desuper. Salu. libro primo. hist. Ad medium deinsuper astātum manibus in murum attollitur

¶ Deintegro penultima correpta significat totum denuo, siue a principio ad finem. Terē. in An. Posthac quas faciet deintegro comœdias.

¶ Deintegro. as. pe. cor. diminuo.

¶ Deiphobus pe. cor. nomē filij Priami ex Hecuba. Deiphobe vero nympha fuit Glauci filia. Vergili. Deiphobe Glauci fatur quæ talia regi.

¶ Deipilus penultima correpta fuit Steneli filius Capanei in bello amicissimus. Deihile nomen Adrasti regis filiæ, & Tydei vxoris, matris Diomedis.

ō Non scribitur cum aspiratione, quia tunc scriberetur cum vltia, p. Eadem ratione qua & Allophylus & Emphylus, & Omphylus. Eodem modo & Deiphyle.

¶ Deiopea siue deiopeia nympha λίγεσθαι ὅοι ἴσασ᾽ ὅτι Δηι ἄειρ ἔσι ἐφίμενόν τὸν ἔρωτα. ἐφίημι καὶ ὁσουφωνιμ. i. dici puto forsitan q Ioui semper adsit, diurnum amorem immito vocem. Ita vt ab hac proprie nominarit ventorum flatibus conueniente.

¶ Deiugo. as. penultima correpta disiungo, cui contrarium est coniugo.

¶ Delabor pe. pro. demitor. Liui. lib. i. Cœlo repēte delapsus. Quandoq; consumor & ad nihilum redigor. Cice. lib. ij. offi. Habenda est autem ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum est. Quandoq; decido. Vergilius. Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. i. quæ desiderant.

¶ Delachrymare est lachrymas vel aquam more lachrymātis dimittere. Colu. lib. v. de vitę loquens ait. Vt interdum potius deuexa q̄ in germine delachrymet.

¶ Delanio. as. pe. cor. discindo, & quasi lanam traho. Vñ lanius qui pecus discindit.

¶ Delapidata dicūtur lapide strata, quales sunt vię apud Bergomum.

¶ Delasso. as. valde lasso. Plaut. in Asi. Eum etiam hominē in senatu dare operam, aut clientibus, ibi labore delassātum totam noctem sternere.

¶ Delatores occulti accusatores & delatio talis accusatio. Vide quæ dicuntur in defero. Cc.

¶ Delecto & oblecto frequentatiua sunt, & composita a lacio is. Delecto enim a delicio, & oblecto ab oblicio. quod ex de & lacio componitur. Vnde fit lacto. as. Delecto sæpius in tertia persona auctores vtuntur. Cicero. Rufo. Itaq; me & superiores literæ tuæ admodum delectauerunt, quibus expectatum meum aduentum abs te amanter videbam. Et habet nihilominus in se significationem actiuam, quādoq; etiā passiuam, eodemq; modo cōstruitur, quemadmodum oblecto. Idem Pęto. Plures iam pauones confeci quam tu pullos columbinos, tu te isthic atheniano iure delectato, ego me hic hirciano. Oblecto vero plerumq; in se significationem passiuam habet, quamuis & actiuam. Et quamquam passiuā habeat, tamen regit accusatiuum non alterius personę aut rei q̄ eius, qui se oblectat. Et vltra accusatiuū ablatiuum postulat, ex quo passiua eius significatio mōstratur. Terētius in Eunu. Mesperes, me te oblectes. Quo item modo delecto sumitur ex superiore Ciceronis auctoritate. Idem in actiua significatione sumpsit, quum in Catone ait. Quas si exequi nescirem, tamen me lectulus meus oblectaret, quod est quasi delectaret. Et pro Archia. Adolescentiam agunt, senectutem oblectāt. s. literæ. Quandoq; cum ablatiuo mediante in, & hoc vt ostē datur maior vis delectationis. Teren. in Adel. In eo me oblecto, solum id est charum mihi, vt sit quasi in eo consisto tanq̄ in delectatione mea precipua. Si enim dixisset eo me oblecto, hoc ad partem quandam pertineret oblectationis, quam de illo, non in illo sumit. Sic Lactan. libro secundo inquit illos nō disputare vt doceant, sed vt se oblectent in ocio. Et fit oblecto ab oblicio, sicut a delicio delecto, & sicut a delecto fit delectatio, delectamen, & delectamentum, sic ab oblecto oblectatio, oblectamen, & oblectamentum. Delectare vero proprie significat attrahere, ducere. Ennius. Ex me Appollo ipse delectat ac ductat delphicus. Quadrigarius. Fabius de nocte cœpit hostium castra oppugnare, hostem delectare. Et quoniā quæ grata ac iucunda sunt nos attrahere solent, factum est vt delectare sit gratum esse, ac iucunditate afficere. Legim⁹ etiā delector, quod quidam deponens putauerūt, sed magis passiuum est, licet nō habeat ablatiuum cum præpositione. Col. libro primo. Iucundius vtiq; viro, si etiam matrona comitatur, cuius vt sexus, ita animus est delicatior, amœnitate aliqua delectanda erit, quo patiētius moretur cum viro. Quod in alijs etiam verbis fieri solet, vt desiderium tenet me, ego teneor desiderio. Sic oblector & huiusmodi, quæ significationem passiuam innatam habent. Lact. libro secundo. Auro & gemmis & ebore delectantur. Idem. Oblectatur friuolis, & specie simulachrorum capitur. Cicero. Cælio. In communib⁹ miserijs hac tamen oblectabar specula. Differunt tamen delector & oblector a delecto, & oblecto q̄uis eandē significationē passiuam innatam habeant, q̄ hæc accusatiuum eiusdem personæ extrinsecus volunt cum ablatiuo sine præpositione, vt delecto, siue oblecto me hac re. Illa vero sine accusatiuo ipsi⁹ personæ cum ablatiuo tantum eius quo delectamur, vt Delector, siue oblector tua consuetudine.

¶ Delectatio inquit Cicero libro quarto Tuscu. est voluptas suauitate auditus animum deliniens, & qualis est hæc auriū tales sunt oculorum, & tactuum, & odorationum, & saporū, quæ sunt omnes vnius generis ad perfundēdum animum, tanquam illiquefactæ voluptates. Secundum hanc diffinitionem delectatio a delecto est. Itē oblectatio est ab oblecto, quum actiuæ significationis sunt. Quum vero delectatio aut oblectatio sumitur pro voluptate eius, qui eiusmodi, quę dicta sunt a Cicerone, aut alijs delectatur, siue oblectat, tunc a delector oblectorve erit, quamuis a delecto, vel oblecto in passiua significatione etiam sumi possunt.

¶ Delicium in singulari, & deliciæ in plurali, oblectamentum oblectamenta ve, quæ nobis voluptati sunt, a delicio, quod ex de & lacio componitur. Mar. Stellæ delicium mei columba Verona licet audiente dicam. Vicit maxime passerē. Catul. Sue. Titus amor ac deliciæ generis humani. Dicitur etiam delicia fœ. ge. Plau. Mea voluptas mea delicia. Licet delicia dicatur etiam genus tigni quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigiatum collocatur. Vnde tectum ipsum deliciatum. & tegulę deliciares dicuntur, siue colliciares.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Delicias facere sæpe legitur pro eo quod est ferme lasciuire ac lusitare, & se quodammodo fastidire ac superiorem esse verbis aut gestu ostẽdere quod aliter dicit deliciari. Plau. Eia delicias facis mi Menæchme quin amabo is intro. Hier. super Canti. Deliciabatur autem non in vno solo edendi gustandi que sensu sed & auditu deliciabatur & visu.

¶ Delicatus a delicium fit, & idem est quod plen⁹ delicijs, seu qui in delicijs viuere assuetus est. Et per metaphoram mollis ac tener dicitur. Colu. Cultam vestitamq; familiam vtiliter magis habeat, quam delicate.

¶ Delico.as. penultima correpta indico explano. Tit. Quid istuc est, aut iste vult sermo mater delica. i. explana. Veteres etiam delicare pro dedicare quandoq; dicebant.

¶ Delego as, penultima pro. deputo, præficio, vt quum quẽpiam mei loco, officio, negocioue exequendo præficio. Col. libro quarto. Immo quis non imprudẽtissimum quemq; etiã eum qui nihil aliud operis facere valeat huic negotio delegat. Cice. Post delegatam mihi hanc prouinciam, i. post on⁹ mihi impositum. Hinc subdelegare dicimus delegatas nobis a principe causas alteri cognoscendas inũgere. Delegare etiã significat legatos mittere. Liuius. Decernũt vt duodecim delegarẽtur ad regẽ. Veteres delegare pro discedere & disperti reposuerunt. Plaut. in Amph. Si cui fautores delegatos viderit. Et delegata dixerunt dijs consecrata, quæ nunc dedicata dicimus.

¶ Deleo es, eui, etum, ex de & leo, vt inquit Priscia, Vñ deletum, significat destruo & refertur ad lineã & ad notam. Tractum a tabella geometrica, nam ibi scribũt seu lineas faciũt, quas postea delent vt aliæ superfiant. Aliquando est in totũ leuare & remouere. Terent. Delebo omnes de hic ex animo mulieres. Diome. vero deleor delit⁹ delet⁹. Var. Delitę literę quod tamen a delino esse potest.

¶ Deletile penultima correpta quod delet. Var. Si displicet tibi tam magnum, sumam spõgiam deletilem. Interdum deletile, seu deletitium est deletum, vt charta deletilis, seu deleti tia, quæ abrasis prioribus literis rescribitur. Alio nomine palimpsestus vocatur.

¶ Delebile quod deleri potest. Cuius contrarium est indelebile.

¶ Deligo.as. penultima correpta deorsum, vel valde ligo. Liuius libro secundo. Stabant deligati ad palum nobilissimi iuuenes. Co. libro sexto. Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur.

¶ Deligo, is, penultima correpta de magis idoneis aliquem lego ad aliquid agendum, vt populus delegit imperatorem ad bella, & imperator milites ad arma. Plaut. Continuo delegit viros Amphytrio primorum princeps, eos legat telebois hostibus. Vnde delectus militum dicitur. Eligere est de quouis numero & quauis multitudine electionem facere ad emolumentum vel dignitatem, vt quam optimam sibi mãsionem elegit. Hic electio elegantia, & postulat duplicem accusatiuum, sed vltimum cum in, vt cardinales elegerũt Alexandrum in Pontificem. Cooptare dicitur iter collegas aut fere pares. Cicero in Bruto. A quo in collegium augurũ fueram cooptatus.

ὃ Delectum rerum hĩc est inter res ipsas circa quas humana vita versatur. Delectus enim, fit a deligo quod est seligo, & differẽtiam facio.

¶ Deliberare dictum est a libella, qua quid perpenditur, & significat definire. Cice. in Verrem. Deliberatum est, i. fixum & decretum est. Aliquando dubitare. Cice. libro tertio offi. Est enim totum sceleratum & impium qui deliberant vtrũ id sequantur quod honestum esse videant.

¶ Deliberatiuum genus est quod in consultatione positum habet in se suasionem & dissuasionem

¶ Delibro, as, penultima correpta de cortico. Col. lib. tertio. In ea nitidissimum ramum eligito & eiusdem spatij corticẽ circuncidito & materiam delibrato. Idem libro quinto. Cortex quoq; aridus fissusq; per summa trunci dependens delibrandus est. Est & delibro a libra deductum, & compositum a libro, as, cuius penultima pro. de quo in dictione Libro.

¶ Delibo, as. penultima producta significat more religioso libo, & osculor. Interdum violo destruo vitio. Colu. libro secundo. Neue aut cornu bos ad stipitem vehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibet deplantetq;. Gel. libro primo. Rependitur quippe & compensatur leue damnũ delibatæ honestatis id est vitiatæ. Et delibare est degustare sacrificare & aquam sulco deriuare. Sed cum græcũ sit, vide quid significet λείβω.

¶ Delibatorium locus delibationi accommodatus. Pli. lib. xvi. Fuit & memoria nostra in porticibus septorum a M. Agrippa relicta æque miraculi causa quæ delibatorio superfuerat. xx. pedibus brevior sesquipedali crassitudine

ὃ Deleterion δηλητήριον, latine dicitur venenum.

¶ Delibutus, vnctus. Terent. in Phor. Si te delibutum gaudio reddo. Cicero libro tertio ad Heren. pro conspersus posuit. Aut siquam rem deformabimus turpem, vt sic cruentã, aut cœno oblitam, aut rubrica deliburam inducamus. Est autem participium sine verbo, nec scio an compositum sit.

¶ Delinquo, is, fallo seu a bono deficio, prætermitto. Plaut. in Am. Ex me queris quid deliqueris. Qm̃ vero prætermittere ea quę præteriri non debent peccare est, deliquere, pro peccare ponitur. Sed proprie delinquere vt Augustinus in psalmorum interpretatione inquit est tanquam de liquido quodam defluere a stabilitate firmamenti virtutis atq; iustitię.

¶ Deliquium defectus, vt deliquium solis cum sol in cursu suo deficit. Et deliquiũ animi cum animus linquitur & quis animo deficit.

¶ Delictum peccatum a delinquo is, q̃ qui peccat delinquat officium suum. Nam proprie delictum est cum non fiũt quę fieri debent, peccatum cum fiunt quę fieri non debent.

¶ Delinio, is, penultima propducta valde linio vngo seu frico. Cicero per translationem vsus est ad Cęs. libro primo. Iã est biennium cum virtuti nuntium remisisti delinitus illecebris voluptatis. Et delinitus dicitur mente alienatus. Plautus in Am. Delinitus sum profecto ita vt qui sim nesciam.

¶ Delinimentum oblectamentum. Lact. libro sexto. Vitia vero quibusdam delinimentis naturalibus illicere animos hominum & inanium iucunditatum specie captos ad acerbas amaritudines miseriasq; perducere.

¶ Delino is, pen. correpta delini deleui & deliui delitum pen. cor. Vñ delitus pro fœdatus. Ci. Caluo. Tuli molestę q̃ literæ delitæ mihi a te redditę sunt.

¶ Delinio as, ex de & linio, quod a linea fieri certum est, significat de signo vt fit cum articulatim homines aut res a pictoribus initiantur. Plinius de Apelle. Arrepto carbone extincto foculo imaginem in pariete deliniauit. Vnde liniamenta dicta sunt. Idem paulo post. Nec qui succederet operi ad præscripta liniamenta inuẽtus est. Delinio, is, penultima produ. permulceo ac valde placeo, cuius passiuum ꝑtulit Col. libro decimo vt scire liceat aliud esse delinio. Sed tamen inquit iracundia notæ melioris facile delinitur assiduo interuentu eorũ qui curant aluearia. Plaut. in Sti. Senex castigat filias q̃ hæ viros tam perseuerẽt peregrinantis pauperes ita sustinere fratres, neq; relinquere, contraq; verbis delinitur commodis.

¶ Delimo, as, penultima ꝑducta deorsum seu de aliqua materia limo. Pli. Alij delimatã æris scrobẽ aceto spargũt. Apu. delimatum posuit pro delinito. Anus inquit muneribus delimata consensit. Eiusdem significationis est Elimo. Plini. lib. xxxiij. Alij elimatum scrobem in fictili cado coquunt in caminis donec percoquatur figulinum.

⁂ Delli lacus erant breuiores non longe a Catina mirę ꝑfunditatis quos incolæ crateras vocant. Cc.

⁂ Delinquo proprie significat prętermitto, sed quoniam prę termittere ea quæ pręteriri non debẽt peccare est. Delinquere pro peccare vsurpatur. Hinc delicta peccata dicuntur. Itẽ deliquium hoc est defectus, inde deliquiũ solis dicimus cum sol in cursu suo deficit. Et deliquum quod Plautus frequẽter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pro minus vſurpat.Cc.

¶ Deliro as,pe.pro,a recto recedo.Tranſlatio ab aratore.Nã lira eſt recta foſſa quæ cõtra agros tuendos ducitur & in quã vligo rerrę decurrit.Et quia rectus eſt ſulcus,delirare dñr qui vltra ſulcũ id eſt a recta via declinant. Horatius. Quicquid ſ dẽlirant reges plectuntur achiui. Eſt autem compoſitum ex de & liro quaſi deorſum liro.Lirare vero eſt agros in ſulcos > dirigere.

¶ Delirus penultima producta quia a ratione diſcedit. Ratio enim eſt via recta per quam omnes ducũtur. Vide in dictione lira.

¶ Delirus pe.pro.qui inſanit.Lucr.Quod facit hic idem per delirus eſſe videtur.Nam contra ſenſus a ſenſibus ipſe repugnat.

¶ Deliteo,es,penultima cor. ex de & lateo ſignificat deorſum latens ſto.Sed non inueni niſi in preterito. Vergilius. Limoſoq; lacu per noctẽ obſcurus in vlua delitui. Hinc Delitesco quod eſt eo vt lateam.

¶ Delos grẽce latine manifeſtus. Quo nomine dicta eſt inſula in Aegæo omnium cycladum clariſſima alũna Apollinis templo & mercatu nobilis, Dicta delos vt docet Ariſt. ꝙ cũ merſa eſſet ſubito apparuit. Nam δῆλόω oſtendo ſignificat, Hęc Pyrpile dicta eſt ab igne ibi primum reperto. A quibuſdam Cynthia,ab alijs Aſteria,ab alijs Cynetum. Sed in primis ortygia quoniam in ea primum coturnices inuẽtæ ſunt quas græci ortygas vocãt.δ Alij ab ortygia oppido ætoliæ dictam putant,vt Nicander.δ. Ver.Linquimus ortygię portus.Interpres Callimachi καὶ θουκυδίδης.σκισμὸν γενόμενον μέγα βουλόμενος ἐξηγέσασθαι φησιν ὅτι τοσοῦτου ἦν μέγας ὥστε τὴν Δῆλον ὑπασπείσθηναι ✳.i.Et Thucydides, terrę motum magnum extitiſſe volens exprimere inquit ꝙ tam magnus erat vt Delum inſulam concuteret.

¶ Delius qui eſt ex delo,vt Apollo delius.

¶ Deliacus a,um,eiuſdẽ ſignificationis. Vnde deliaca dicta ſunt vaſa ex ære præcioſo ab inſula Delo vbi fuit prima nobilitas æris.Plin.lib.xxxiiij. Antiquiſſima æris gloria deliaci fuit mercatus in Delo,concelebrante toto orbe. Cice. pro Roſcio Domus Chryſogoni referta vaſis Corinthijs & deliacis.Ex ære deliaco fiebant pedes triclinioru fulcraq;.

¶ Delphi tam pro oppido quam oppidanis plurali tantum numero ſicut Gabij Leontini Puteoli.

δ Eſt autem ciuitas in bœotia iuxta pnaſum dicta a Delpho neptuni filio ex Melantho Deucalionis filia ſuſcepto. Delphis oraculum fuit Apollinis in phocyde. Vnde & Delphicus apollo,quanquam Macro, aliorſum nominat. Delphos enim græca priſcaq; lingua ſolus dicitur. Vnde & adelphos frater,quia non ſolus,quoniam iter cętera ſydera ita eminet, vt prope modum ſolus habere poteſtatem videatur. Eadẽ ratione & a latinis ſol dictus.

δ Hinc Delphicus a,um. Vnde Delphica laurus ꝙ victores delphis ea coronarentur.Et eſt viridior laurus.

✳Delphides fructus de genere caryotharum.Cc.

¶ Delphin & delphinus gen⁹ piſcis vel potius maris bęlua, parit catulos decimo menſe interdum binos nutrit vberib⁹ ſicut balena & decem annis ad ſummam magnitudinem peruenit.Hi etiam ſimones dicuntur,ad quod nomen vocati accurrere ferũtur. Ferunt delphinum non modo omnium marinorum,ſed etiam terreſtrium animalium velociſſimum pene volucrem æquantem & ad puerorum amorem duci ſolere. Lingua eſt his contra naturam aquatilium mobilis,pro voce gemitus humano ſimilis,dorſum repandum,mulcẽtur muſica arte præſertim ſymphoniæ.

¶ Delubrum locus in quo dei ſimulachrum dedicatum eſt, παρὰ τὸ θεοῦ λαμβάνειν λέγεσθαι φασίμ.id eſt a deo dici aiũt quaſi deum capiens,vel dei repoſitorium,ſicut candelabrum in quo ponitur candela. Vnde Hie.ſuper Ioel poſuit pro templo. Vniuerſa(inquit) donaria in delubro eius conſecrarunt. Alij accipiunt delubrum pro loco ante aras vbi aqua currit, a diluendo.Religio enim ſacrificij apud antiquos exigebat, vt ante ſacrum ſacrificulus manus abluerent. Alij delubrum dei ſimulachrum accipiunt a delibrato ligno ita dictum.Ser. ait delubrum eſſe,quod vno tecto plurima complectitur numina.

¶ Deludo is,penultima producta. Vide in dictione ludo.

¶ Delumbe adiectiuum,quo ſignificatur nõ habens aliquid lumborum id eſt virtutis.In lumbis enim virtus corporis ſita eſt.Nam de hoc loco ſignificat non,vt ſit delumbis homo effœminatus,& mollis ob nimiam venerem,qui effractis pudoris clauſtris in venerem ſoluitur.Perſi.Summa delumbe ſaliua Hoc natat in labris.Hic delumbe carmen pro laſciuo minimeq; virili.Idem ſignificat elumbe.

¶ Deluo is,lui,delutum,depurgo,diligenter lauo.Cato. Laſerpitium,aceto deluito. Et deluere eſt madefaciendo aliquid delere. Varro. Obortęq; inter legendum lachrymæ literas deluebant.

✳Delutamentum a deluto as.Cc.

¶ Deluto as, ex de & luto, quod a lutum fit. Granarium totum oblinito craſſo luto, poſtea conſpergito amurca omne quod lutaueris,vbi aruerit eo frumentum condito non nocebit.Lutum enim a luo, quamuis eius ſupinum non inuenerim,quum tamen Colu.lib.vij. ſupinum oſtendat dicens. Et eluta & ſiccata vinacea,quæ delutea eximuntur.Eſt autẽ delutare vſq; deorſum luto aſpergere. Cato.Habitationem delutare terra q̃ maxime cretoſa vel rubricoſa.

✳Dema hærba eſt quam alij calligonon,nonnulli polygonõ dicunt.Cc.

✳Demagis valde magis.ex de & magis.Cc.

¶ Demando as,in totum committo.Hier.ad Sabi. Et omni ordini præuidebat,prȩcipuecq; ordinibus, quorum ei cura cũ Barnaba fuerat demandata.

δ Demarchus princeps populi dicitur. Spartianus in vita Adriani.Fuit demarchus in patria ſua,Athenis archon.

¶ Demarathus nomen Spartanorum regis, qui ob indignationem ad regem Perſarum diffugit. Alius fuit vt ſcribit Liuius Corinthius negociator diues, qui ob ſeditiones domo profugis tyrannidem Cypſelli fugiẽs,in Hetruriam commigrauit,comportatis opibus luculentis,qui a Tarquinienſib⁹ Hetruriæ populis exceptus Tarquinium Priſcum regem populi Romani ex illuſtri Hetruſca vxore genuit.Hunc comitati ſunt duo ex Corintho fictores Eucirapus & Eugrannius, a quibus Italiæ traditam plaſticen hoc eſt figulinam autores ferunt.

δ Demeare eſt deorſum penetrare diſcedere. Apul. Quę ſuis pedibus ad tartarum demeare cogeretur.

¶ Demeaculum,deſcenſio ad loca ſubterranea. Sic remeacula a remeando. Apul.libro ſexto. Et illuminatum proſerpinæ nuptiarum demeacula.

δ Demeter penultima producta dicta eſt Ceres quaſi Geme ter id eſt terræ mater.Hinc apud Galenum libro ſecundo de alimentis legimus demetria ſemina id eſt cerealia & frumentaria.

δ Demergo is,Vide in dictione Mergo.

¶ Demens qui eſt mente diminuta,a quo dementia.

¶ Dementio is.de mente exeo,deliro,inſanio.Lactan.lib.iiij. Ecce aliquis inſtinctu dæmonis percitus, dementit, effertur, inſanit.Lucre.Dementit enim deliraq; fatur.

¶ Demento as,eiuſdem ſignificationis. Apul.in magia.Cõfeſſa eſt ſeſe mea Magia in amorem inductam dementare. Illud vero in actibus apoſto.non tam ſignificat demẽtem eſſe quam dementem facere. Sic enim ſcriptum eſt. Attendebãt eum propterea, ꝙ multo tempore magicis ſuis dementaſſet eos.

δ Demenetus nomen viri proprium,apud Plaut.ĩ Aſi.ab eo quod demos id eſt populus,& ſignificat populare, & idiotã.

δ Demipho,vir popularis,demos populus,phos vir dicitur.

¶ Demetior diligenter & quadam ratione metior Cic.Quę non inſidijs ſed aperte & palam laborat vt verba verbis quaſi dimenſa & paria reſpondeant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Demensum quasi mensuratum vel æquatū. Et id est quod seruis dabatur singulis mensibus vnde viuerent. Terentius. Quod ille vnciatim demenso suo suum defraudans genium compressit miser. Serui enim quaternos frumenti modios accipiebant in mense. Quod vtrum a mense an a metiendo deducatur incertum est.

¶Demeto is.pe.cor. Vide id dictione Meto.

¶Demereo es,rui,itū, quasi lucror. Gel. Thais Corinthia ob elegantiam venustatemq; grandem pecuniam demerebat.

¶Demereor de aliquo bene mereor, concilio, deuincio, placo beniuolum facio, beneficium præsto, & exigit accusatiuū. Ouidius. Dic mihi quid feci, si non te semper amaui. Crimine te potui demeruisse meo. Quintilia. Simul vt pleniori obsequio demererer amantissimos mei. Lactantius de ira. Votis dona offerunt iustis ac bonis operibus demereri cupientes. Sue. de Aug. Profectum mox auunculum in Hispanias aduersus Cn. Pompeij liberos vix tum firmus a graui multitudine perfestas hostium vias paucissimis comitibus, naufragio etiam facto subsecutus magnopere demeruit. Est & demereri valde mereri. Lact. lib. iiij. Si vna hostia placabilis, placabiliores vtiq; hostiæ plures, quia multiplicata demerentur potius, quam offendant.

*Demetrias Thessaliæ oppidum est, quod prius Pegasa dicebatur. Ce.

¶Demetrius nomē Seleuci filij. Fuit & alius Demetrius Phalereus Theophrasti discipulus, qui ob eximias virtutes Athenien̄sibus præfuit annis decem, tre cētisq; sexagita statuis æreis honoratus est. Hic (vt Plutarchus inquit) morebat Ptolemæum regem, vt de regno imperioq; libros sibi comparet atq; perlegeret. Quæ enim amici non audent monere reges, hęc in libris scripta sunt. Fuere & alij demetrij vocati.

¶Democedes pe.cor. fuit Crotoniata, medicus illustris qui cum inter Darij captiuos esset, & Darius ipse ob iuersum pedem grauiter ægrotaret, ita vt iam. vij. dies insomnis egisset, nec a medicis vllis iuuaretur, ductus in medium Democedes vinctus compedibus Darium penitus liberauit. De hinc summo in honore apud regem habitus est.

¶Demiror.pe.pro. valde miror. Terent. in Hecy. Sed demiror quid sit, quamobrem tantopere hoc omnes nos celare volueris. Aliquando demirari est nescire, quoniam vt dona. inquit, Admiratio ignorantiam facit. Teren. Quid mihi dicēs & quam causam reperient demiror.

¶Demitto deorsum mitto. Vergi. Cœlo demittitur alto. Inde demissitiæ tunicæ dictæ a Plauto longæ & demissæ ad talos, & nulla zona succinctæ. Ait enim. Sane genus hoc mulierosum est tunicis demissitijs. Item demittere est humiliare, & quod vulgo dicitur sebatissare. Vergi. libro. iij. Geor. Demisse aures incertus ibidem sudor. Et Aenei. Vultum demissa profatur. Item defodere, vt lib. ij. Geor. Alteq; iubebis in solido puteum demitti, omnemq; repones Rursus humū.

ὁ Demogorgon, magus fuit tam excellens, vt præesse Iaruis dicatur, & illas pro nutu cogere, & si errēt acerrime plectere.

¶Demolior iris a mole deductum est, & significat diruo deijcio. Cice. lib. offi. Demoliti ea, quorum altitudo officeret auspicijs. Inuenitur & demolio. Lactan. lib. iiij. Dereliquerunt te filij Israel, & altaria tua demolierunt.

¶Demonstro as, aperte vel palam monstro. Plaut. in Asi. Et ædes demonstraui nostras. Demonstrationem dialectici definiunt esse cum certis ac necessarijs rationibus aliquid probatur.

¶Demōstratiuus, a, um, quod demōstrat, vel q̄ demōstratur, vel aptum est demonstrari, vt genus demonstratiuum causæ ab oratore accipitur, in quo orator demonstrat, quod sit in alicuius personæ laudem vel vituperium.

¶Demoror pe.cor. multum moror seu detineo. Lactan. lib. iiij. Quum Moyses dux eorum ascendisset in montem atq; ibidem. xl. diebus demoraretur. Col. lib. iiij. Prudentis magistri est eiusdem nomen elationis aucupio quo potiri nequeat studiosos non demorari.

¶Demorior ī rotum morior. Col. lib. v. Siue enim caput de mortuum est, duo induantur statim vimina.

¶Demo, is, ex de & emo abiecta e, significat detrāho. Demos græce, latine populus. Vnde componūtur multa nomina δήμος ἐπιδήμιος καὶ παλαιστὰ &c. i. populus peregrinatio & reliqua.

¶Demosthenes, pe.cor, nomen oratoris clarissimi, & Græcorum omnium oratorum principis, & latine robur populi dicitur, δῆμος enim populus, σθένος τοῦ σθένω robur. Hic natus patre, qui cultellarius cognominatus est, q̄ scilicet domi haberet officinam, & operarios cultellorum, relictus puer in hæreditate locupleti, tutorum fraude, & negligentia diripis bonis vix habuit vnde præceptoribus mercedem solueret. Verum cum multo studio & laborioso peruigilio in clarissimum oratorem euasisset, libertatis Græciæ defensor, publice grauibus concionibus Philippum insectatus est, vtpote publicæ libertatis insidiatorem. post cuius mortem patria pulsus tandem reuocatus est, Sed iam mortuo Alexādro & Antipatro rebus græcis præposito cum apertam cædem videret relictis Athenis in Calabriam insulam vbi Asylum erat Neptuno sacrum concessit, hausto q̄ veneno se necauit.

¶Sunt tamen qui hoc modo fuisse vitam dicunt. Cum post mortem Alexandri nunciatum esset. Antipatrum Athenas aduentare Demosthenes ex vrbe ꝓfugit. Missi sunt ab Antipatro satellites, quorum Archias tragœdiarum actor princeps, erat, quum templum ingressus fuisset quo confugerat Demosthenes primo ei suadere cœpit, vt vna secum ad antipatrum se conferret nihil molestię ab illo perpessurus. Cui respondit Demosthenes. Nihil est Archia quod coneris. Neque in scena mihi vnquam placuisti minus, neq; nunc persuadebis legatus. Cum autem Archias ſe per vim detractum minaretur, Tandem inquit Macedonica oracula aperuisti, Nam prius quidem tanquam histrio simulabas, verum age parumper expecta, dum pauca domesticis scribo. Hęc locutus pro libro tanquam scribere vellet calamum ori admouit, deinde caput veste tegens se inclinauit. Cumq; ab ara retraheretur ceciditq; suspirans q̄ animam emisit ὁ Hic eloquētię studio flagrans iugiter lucubrabat, adeo vt duos vel tres menses continuos domi inclusus sine intermissione studeret abrasa parte capitis vt exeundi facultatem sibi præriperet. De hoc Hiero. Demosthenes plus olei quam vini expendisse dicitur, & omnes opifices nocturnis semper vigilijs prœueniſſe. Mortuus est sicut Suidas. ἐτελεύτησε φυγὼν εἰς Καλαυρίαν ἐπὶ τῷ τοῦ ποσείδωνος ἱερῷ καὶ τὸν μακρὸν ὃν ἔφη τὸν βίον προσενεγκάμενος φαρμάκου τὸ ἐν τῷ κτενίῳ ἔτη ὢν δύο καὶ ἑξήκοντα. &c. i. Mortuus est fugiēs Calabriā in Neptuni æde propter Macedonem Antipatrum hausto veneno quod in annulo erat annos viuens duos & sexaginta.

¶Democritus pe.cor, nomen philosophi Abderitæ, qui diuisa substantia duobus fratribus peregrinatus est in varias orbis terrarum partes quo scientiam perciperet. Postea in patriam reuersus cum summa inopia in hortulis iuxta suæ vrbis muros se ad solas rerum naturas contemplandas contraxit. Fertur q̄ quocūq; fortunę casu & mutabilium rerum auditu in risum soluebatur, sicut Heraclitus in fletum. Vnde Gelasius nominatus est. Tandem teste. Cice. lib. v. Tusc. se occęcauit vt naturæ secreta subtilius rimaretur. Agebat centum & nouem annos cum mortuus est. Hic dixit omnia ex atomis fieri ac plures esse mundos & corruptibiles. Fertur Theologiam ac astrologiam didicisse a Magis & chaldæis, cum gymnosophistis quoq; congressus est. In philosophia adeo profecit vt pēt athlos siue quinquercio id est quinque certaminum dici posset. Numq; naturalia, moralia, mathematica, liberales disciplinas, artiumq; omnium peritiam callebat. Hunc Plinius virum sagacem & vtig vtilissimum fuisse refert, sed nimio uiuendi mortales studio prolapsum Cōstat hunc diuitijs opulentum fuisse in tantum vt pater eius Xerxis exercitui epulum hospitaliter dederit.

¶Demodocus nomen cytharœdi apud Homerum. Cōpo

nitur ex δῆμος populus, & δόκησις æstimatio, quasi populi æstimatio.

¶ Democratia principatus populi. Democraticus qui fouet principatum populi. παρὰ τὸ δῆμος καὶ κρατέω.

¶ Demophoon nomen Thesei ex Phędria filio qui etiã Athenarum rex fuit.

¶ Demarchus trib. Ple. Demarchia ipse tribunatus.

¶ Demulceo valde seu leniter mulceo, sicut fit catulis cum manus super eos tractamus. Ter. in Heau. Non possum pati quin tibi caput demulceam.

¶ Demum significat ad postremum. Terent. in Adel. Ego nouus maritus anno demum quinto & sexagesimo fiam. Ponitur etiam pro duntaxat, vel omnino, præsertim quando iungitur cum eis ea id, vel ita. Cic. in Sal. Ea demum magna voluptas æqualem ac parem verbis vitam agere. Plin. Ea demum sola auium non nisi volatu depascitur. Quin. Ita demũ mihi satisfacies si apud patrem fuisti.

δ Demussata contumelia id est dissimulata, & cum silentio indignatione q; transmissa, vt apud Apul. lib. ij. Mussitare em̃ proprie est dissimulãdi causa tacere dictum, vel a muto, vel ab, m, quæ litera mutum pręsse vocis, ac pene nullius. Teren. in Adel. Accipienda, & mussitanda iniuria adolescentiũ est. Vbi Do. exponit. Patienda & cum silentium perferenda.

¶ Demus pro demum veteres scripserunt. Pacu. Quid demus magis commodum est quam ne tuum tuas iniuriam pati. Cc.

* Demium gemma est a pinguedine dicta. Græci enĩ δημὸν pinguem dicunt, & hoc Homerus frequenter, vtitur a quo δήμιον gemma appellata, nec fuit in vsu antiquorum gemma vlla frequentior, vt Menandri fabulæ testantur. Cc.

¶ Denarius, a, um, Idem quod decennarius. Vnde denariæ cerimoniæ dicebantur sicut tricenariæ quibus sacra adituris decem continuis diebus vel triginta certis quibusdam rebꝰ carendum erat. Hinc vndenarius duodenarius & huiusmodi. Denarius vero substantiuum est genus monetæ argẽteę q; denas libras æris valeret vt inquit Varro. Dicitur & denarium neu. gene. Plau. in Ruf. Quis me est mortalium miserior qui viuat alter hodie, quem ad recuperatores modo dã nauit centum denaria philippea. δ Verum Annibale romano surgente palcuit denarium assibus permutari, quinarium octonis. In militari tamen stipendio semper denarius pro. x. assibus datus. Nota denarij argentei fuere bigæ, atq; quadrigę. Inde bigati, quadrigatiq; dicti. Fuit & Victoriatus nummus argenteus victorię nota insignitus. Vnde & nomen.

¶ Denarro per ordinem narro. Gel. lib. ij. Hæc nobis Fauorinus summa cum elegantia verborum totiusq; sermonis comitate atq; gratia denarrauit.

¶ Denaso, as, penul. pro. nasum aufero. Plaut. in Cap. Namque ædepol si habites propius os denasabit tibi mordicus, id est destruet.

¶ Denaro as, pe. cor. frequẽtatiuum est verbi deno as, quod est deorsum nato. Aug. per translationem dixit. Quanto humilius sedebat tanto amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem conuallium, denatat de tumoribus collis.

* Dendrachates gemma quæ velut arbuscula insignis Δένδρου enim arborem dicunt. Cc.

¶ Dendris gemma quæ sub arbore defossa non permittit se curem heberari. Cc.

* Dendrocissos hedera est quæ sine adminiculo stat, sic ea propter dicta, ἀπὸ τοῦ Δένδρου, καὶ κίσσου. * Id est ex arbore & hedera. Cc.

* Dendroides tithymali species, & ramosum ĩterpretaẽ. Cc.

¶ Denego as, pe. cor. dare nego, seu non do. Lactan. lib. ij. Si alimento frugibus longa siccitas denegauit.

¶ Denigro as, penul. correp. nigrum facio. Plin. Capillum denigrat suffitu.

δ Deniq; significat ad extremum, vt complura sunt enumerata subiungitur deniq; signando vltimum omnium. Cice. Cum ibi non multitudinem militum, idoneos imperatores, non pecuniam sibi præsto viderent, non deniq; vllam rem quę pertineat ad bellum administrandum. Fitq; a denus, siue vt quidam volunt a denuo. Ponitur interdum pro omnino Ouid. Siqua metu dempto casta est, ea deniq; casta est.

δ Denomino as, ex de & nomino, hic enim designat diuersitatem, vt sit, quasi de alio nomine, vt homo albus.

¶ Denobilito as, vitupero, decoro. Teren. in Eu. Tuiam pẽdebis qui stultum istum adolescentulũ denobilitas flagitijs.

¶ Denoto as, penul. correp. culpo, increpo. Cypria. Nam cũ denotarẽtur discipuli eius q; ederẽt, nec prius manꝰ lauissent.

¶ Dens ab edendo quasi edens, sed potius græcum esse quis nescit, ἔλκυες γὰρ ὁδόντας ὀδοὺς ἐξέλωλέγουσι. * Græci enim ὀδοὺς id est dentis ex ἐλάω edo dicunt. Sed omne quo aliquid teneri vel execari pot, solet dens appellari. Ver. li. vi. Tum dente tenaci anchora fundabat naues. Hinc bidens, tridens & huiusmodi. Dentes diuersa sortiuntur nomina. Qui enim primum apparent apertis labijs primores vocantur lati & acuti, quibus fit morsus. Ipsi enim vt Plin. lib. vij. nec cibo tantum & alimentis necessarij, quippe vocis sermonisq; regimen primores tenent concentu quodã accipientes ictũ linguæ. Qui vero sequuntur quasi rotunda specie acuti ĩ modum ferę ferrati dicuntur ab antiquis canini appellantur in quocunq; animali. Plinius lib. xi. Lupi dextrę caninus ĩ magnis habetur operibus. Sequuntur maxillares qui duplices sunt cibumq; conficiũt, ob id molares dicti. Iuue. Interq; molares difficili crescente cibo. Genuini nouissimi nascuntur homini vt ait Plin. Dentium etiam quidam dicuntur ferrati a similitudine ferræ qui pectinatim coeuunt ne contrario occursu atterantur quales habent pisces & canes. Quidam continui vt homini & equo. Quidã exerti, hoc est ex extra os producti vt apro & elephanto.

¶ Dentio is, dentes emitto. Plaut. in mili. Venter creat omnes has ærunnas, auribus peraudienda sunt ne dentes dentiant. Hinc dentitio dentium emissio. Pli. lib. xxvij. Infantibꝰ nihil butyro vtilius per se & cum melle priuatim & in dentitione, & ad gingiuas, & ad oris vlcera. Dẽs lupi adalligatus infantibus prohibet pauores dentientiq; morbos.

¶ Dentatus qui magnos habet dentes qui & dentosus dicitur Plinius tamen dentatum dictum fuisse. Marti. Cumũ. lib. vij. scribit quoniam cum dentibus natus fuerit. Hinc edentatus qui est sine dentibus. Macrob. Edentatæ bæluæ morsus. Similiter edentulus.

¶ Dentale lignum quo vomer arandi causa inducitur, sed pro vomere poni solet. Colu. libro. vij. Et dentalibus terram subigere quo minoris bubus id administrari possit. Dicitur etiam dens vt Varro ĩquit q; eo quasi dẽte moleretur terra.

¶ Denticulus paruus dens. Denticulo dentes imprimo.

¶ Denticulatum quod est ad similitudinem denticuli factũ.

¶ Dentatim & denticulatim aduerbia, significant ad similitudinem dentium.

¶ Dentifricium medicamentum quo dentes fricantur vt fiant candidi. Plin. docet ex pumicibus fieri dentifricia. Apule. in magia. Primo igitur legere e iudicris meis epistolium de dentifricio versibus scriptum.

¶ Dentiscalpium instrumentum quo scalpuntur dentes.

¶ Dentifragimbulum. Plautus in Bac. Næ tu hercle haud longum es ab infortunio ita dentifragimbula hæc meis manibus gestiunt.

¶ Dentiloquus, qui loquitur dentibus. Quo nomine dicti sunt Macedones.

δ Dentes, genus est piscis.

δ Dendrites pen. pro. genus lapilli. Martianus. Hyacinthus. dendrites, & heliotropios vtrinq; compacti.

¶ Densum coarctatio nimia conũctarum partium. Rarum contra in quo interualla frequentibus laxior partium videtur esse coniunctio. Hinc densitas & densitudo. Compositum condensus.

¶ Denso as, cogo, spisso. Luca. libro. iiij. Densaturq; globus quantum pede prima relato. Hinc cõdenso. Col. lib. vij. Tor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rido ſale contingitur, rurſuſq; ponderibus cõdenſatur. Eſt & denſeo es, a quo denſeſco is, denſus fio.

¶ Denſifico a denſum & facio. Cc.

ð Denubo is, Apul in oratione ſecunda. Apol. At tu dũ eã putas etiã nũc claro fratri de nubẽ nuptiarũ falſa ſpe inducẽ filioq; eius pontano auctor aſſentiendi fuiſti.

¶ Denudo pe. pro. ſpolio, nudum reddo.

¶ Denuntio, as, Vide in dictione indico.

¶ Denuo aduerbium ſignifi. rurſus quaſi de nouo.

* Deoro pro peroro nonnulli vſurparunt. Et deoratum pro perorato ſcripſerunt, vt Pomponius teſtatur. Cc.

* Deorſum cuius contrarium eſt ſurſum notam habet ſignificationem capiuntur tamen ambo pro vltro citroq;. Teren. in Eunu. Sex egote toros parmeno hos menſes quietum reddam ne ſurſum deorſum ve curſites. Tractũ ab Athenis cuius portus in imo, vrbs vero in editiore loco ſita eſt. Cc.

¶ Denominatiua dĩr quecunq; ab aliquo ſolo caſu ſunt differentia, & ſecundum illud nomen habent appellationem, vt a grammatica grammaticus. Nomen enim denominatiuũ debet communicare cum nomine vniuoco in principio, ſed differre in fine, a grammatica grammaticus in denominatione autem tria requiruntur. ſ. denominans, denominatum, & denominatiuum. Denominans eſt forma accidentalis, q̃ importatur per nomen abſtractum, & dicitur denominãs quaſi de ſe aliud nominans. Quia de ſe dat concreto q̃ prædicetur denominetq; ſubiectũ. Sed denominatum eſt accidens quod prædicatur denominatiue de ſuo ſubiecto, vt album vel nigrum.

¶ Depalmare eſt palma percutere. Gellius, Quemcunq; depalmauerat numerari ſtatim ſeruos. xij. tabulas viginti & quinq; aſſes iubebat.

¶ Depar cus, vide in dictione parcus.

¶ Depango is, planto ſeu defigo. Col. lib. iiij. Deinceps paſtinatur malleolus viribus inſerendus, eumq; ſat. erit medio ſpatio quod vocat inter vites per vnam lineam depangere. Inde depactus.

¶ Depecto is, xui, vel xi, xum, diligenter pecto. Ouid. li. iij. Faſto. Interea liber depexos crinibus Indos Vicit, & eoo diues ab orbe redit. Plin. lib. xix. Ars depectandi digerendiq; iuſtum eſt e quinquagenis faſcium libris quinas denas carminare. Per translationem & in malam partem. Terent. in Eu. Ego ne ſi viuo adeo exornatum dabo, adeo depexum, vt dum viuet meminerit ſemper mei. id eſt ornatum cultũ, dictum a contrario ſenſu. Q; ſi depeſſum legamus a patior ſi ue a pando ſignificat laceratum. A depecto fit depexo, as,

ð Deperdo is, Vide in dictione perdo.

ð Depeciſcor ex de & paciſcor, ſignificat ſicut ſimplex, & tam in bonam, quam in malam partem accipitur. Terẽt. in Phor. Ita me dij bene ament, vt mihi liceat tam diu quod amo frui, iam depeciſci morte cupio. Cicer. Quidam cum circunſederetur, neq; effugere vllo modo poſſet defectus eſt cum hoſtibus vt arma & impedimenta relinqueret milites educeret.

ð Depeculor pe. pro. ex de & peculor, quod ad peculium deducitur Peculium vero ſignificat lucrum, vel quicquid ſua induſtria quis acquiſiuit. Qui autem peculium ſiue quod peculiũ ſurripuerit depeculator dicitur, q̃quam ſint qui dicant depeculari proprie eſſe furari, ea quæ ad remp. ſiue principẽ, ſiue ad ſacra pertinent. Sed Cic. libro primo ad Herẽ. docet aliud eſſe furtum, aliud peculatum. Si quis inquit peculatus accuſatur, q̃ vaſa argẽtea publica, de loco priuato dicatur ſuſtuliſſe poſſit dicere cum diffinitione ſit vſus, quid ſit furtũ, quid ſit peculatus, ſecum furti agi & non peculatus oportere. Et in ver. act. i. Quibus in prouinciis multas domos plurimas vrbes, omnia fana depeculatus.

ð Depello is, pepuli, ſum, deorſum pello. Lact. lib. ij. Inueteratos depulimus errores. Quandoq; abduco remoueo. Ver. Dulce ſatis humor depulſis arbutus hedis. Nam depulſis proprie poſuit q̃ agnos quadam vi ab vberibus matrũ pelli cõſtat dum repugnant ne inde amoueantur.

* Depecuniis repetundis. Vide repetundarum.

* Depectus ſignificat pactus, & in bonam & in malam partẽ capitur. Cc.

* Depelli portenta dĩr cum mala quæ ex iis fiant precibus ſupplicijs religione & deorum cerimonijs fungantur. Cc.

¶ Dependo is, fere pro ſimplici pendo eſt, quod varie ſumitur, vt pecuniam vel tributum pendere eſt dare vel ſoluere ſeu pati pœnam. Sed de hoc in pendo. Apul. lib. vij. Precio dependo id eſt ſoluto.

¶ Dependeo es, deorſum pendeo. Colu. lib. iiij. Sed ſi per vnũ quẽq; pampinum maior numerus vuarum dependeat. Ali quando dependere eſt ſuſtentari. Cice. Omnis illorum ſalus a noſtra ſalute dependebat.

¶ Depereo, is, ex de & pereo accipitur pro morior. Col. i. iiij. Nos tamen plus quatuor milibus conſerimus, quia negligẽtia cultorum magna pars deperit. Quandoq; deperire eſt impatienter amare. Plaut. in Caſi. Hic ipſius Caſinam deperit. Hier. lib. ij. Reg. Factum eſt vt Thamar admaret Ammon & deperiret in eadem valde.

♀ Depeſta poculi genus quo vetuſtiſſimi vtebantur. Cc.

* Depeſſus ſiue a patior ſiue a pando fiat laceratus dicitur. Teren. Egone ſi viuo/adeo exornatũ dabo adeo depeſſum, vt vſq; dum viuat meminerit mei. Cc.

¶ Depiles penul. correp. qui ſunt ſine pilis, Var. lib. i. de vi. pa. Q; ludis p̃ſulis pueri eſſẽt glabri ac depiles propter ętatẽ.

¶ Depilo, as, penul. cor. pilos detraho. Martia. Cum depilatos careſte coleos portes. Et depilo rarefacio. Lucil. Depilati omnes ſumus,

¶ Deplanto, as, Vide in dictione planto.

¶ Deplano, as, penul. pro. in planum deduco. Lactan. lib. iiij. Ego ante te ibo & montes deplanabo.

¶ Depleo, es, Col. Conchæ quibus depletur oleum.

¶ Deploro as, pe. pro. propter actum plorationis qui in re miſerabili exigitur, ſi lachrymæ manant, tunc proprie. Si non manant, ſignificat quaſi plorando lamẽtor. Cic. in Cato. Nõ libet deplorare mihi vitam quod multi & hi docti fecerunt. Et lib. ij. offi. Admonebat me res vt hanc quoq; intermiſſionem eloquentię deplorarem niſi vererer ne de meipſo aliqua viderer queri. Aliquando deplorare eſt plorandi finem facere. Vnde deplorata cadauera dicebantur quibus vltimus luctus perſolutus erat. Et remp. deploratam dicimus iam euerſam. Ab hoc tractum eſt. Conclamatum eſt quando affines eiulantes conclamabant. Diciturq; in omni re iam deperdita, quia poſt lachrymas affinium mortuum plane cadauer erat. Inde & indeploratum dicitur. Ouid. in Ibin. Indeploratũ proijciere caput.

¶ Depontanus pe. pro. Vide infra in dictione pons.

¶ Deponere, eſt deorſum ponere, vt depone ſarcinam. Cic. per tranſlationem dixit pro dimittere. Exiſtimaui honeſtiſſime moleſtias poſſe deponi ſi me ad philoſophiam retuliſſem. Per tranſlationem etiam ſignificat priuare. Plautus. Vt me deponat vino eam affectat viam. Sue. Ne imperio turpiter depoſitus priuatus viueret. Aliquando derelinquere & quaſi deſperare. Vnde depoſiti deſperati dicũtur. Ver. Ille vt de poſiti proferret fata parentis, Cic. in Ver. Acti. i. Itaq; mihi videor iudices magnam & maxime ægram & prope depoſitam reip. partem ſuſcepiſſe. Aliquando eſt apud aliquẽ quicquam ponere ſeruandum ſeu pro pignore. Habet enim hoc loco de vim augendi, vt oſtendatur totum fidei eius cõmiſſum quod ad cuſtodiam rei pertinet. Ver. Ego hanc vitulam ne forte recuſes. Depono. Ad ſeruandum vero vt gladium, pecuniam. Cic. lib. iij. offi. Si gladium quis apud ſe ſana mente depoſuerit repetat inſaniẽs reddere peccatum ſit, officium non reddere.

¶ Deponens verbum. Ideo dicitur quia deponit aliquid de quantitate communis verbi. ſ. futurum participium in dus a ſignificatione paſſiua. Nam cum participia quatuor habeat, verbum commune, vt criminans, criminaturus, criminatus & criminandus, hoc non habet deponens. ſ. futurũ a paſſi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ua ſignificatione vt minor minans minaturus & minatus nõ minandus.

¶ Depoſitum quod deponitur hoc eſt quod alicui ſub fide traditur, vel quod pignoris loco demittitur, vel quod ſequeſtro a pluribus inſolidum certa conditione cuſtodiẽdum reddendúmq; cum fuerit de iure diſcuſſum traditur. Et ſic eſt nomen. Ci. Quid ſi quis apud te pecuniam depoſuerit, bellum patriq; inferat, reddes ne depoſitum? Non reddere depoſitum maxima iniuſtitia eſt.

¶ Depoſitorius, qui aliquid deponit. Depoſitarius qui depoſitum accipit.

¶ Depopulari, eſt deſtruere, ſiue deprędari. Apud antiquos etiam depopulo dicebatur.

¶ Depoſcere eſt multum deſiderare, ſiue ratiõe quadam exigere. Col. lib. iij. Canabis ſolum pingue ſtercoratumq; & riguum vel planum atq; humidum & alte ſubactum depoſcit.

¶ Deportare eſt de aliquo aliquid portare. Col. libro. v. Nec procul a mari vel nauigabili flumine quo deportari fructus & per quod merces vehi poſſint. Vnde deportari dicuntur quibus aqua & igni interdictum eſt, vel quibus princeps prouinciam annotauit. Transfertur etiam ad ea quæ delectationem, laudem, & vituperationem habent, quæ noſtra opera ſumus aſſecuti, vt cum inde reuertimur quo profecti fuerãmus, aut cum vbi ſumus inde quicquam deportatur. Cicero Trebatio. Mihi crede nihil ex iſta prouincia potes quod iucũdius ſit deportare. Idem in Catone. Teq; non cognomen ſolum Athenis deportaſſe. Vituperationẽ, vt deportauit veres amicam. Pro deporto vulgo reporto dicitur, cũ reporto retro porto ſeu reueho reducoue quod portatum ſiue delatũ & deductum fuerat Lactan. lib. iiij. Repente viribus roborati ipſi lectulos ſuos reportarent quib⁹ fuerãt paulo ante delati. Hiero. ad Damaſ. Et inuehtam ſuper humeros reportat ad caulã. Cice. ꝓ. Cę. Itaq; Pub. Lentuli beneficio excellẽti atq; diuino nõ ſolũ reducti ſumus ſed equis iſignibus & curru aurato deportati. Transfertur etiam ad verba, cum quis ꝓ verbis verba reportat. Ver. Iſq; adytis hęc triſtia dicta reportat.

¶ Deprauo as, pe. pro. prauum facio. vitio, vt cum quid eſt ſcriptorum, aut maledicorum vitio corruptum. Terentius in phor. Nihil eſt tam bene dictum quin male narrando poſſit deprauarier.

ð Deprecio, as, deſpicio. Ambro. lib. de reſurrectione. Merito igitur depreciauit, & dehoneſtauit hoc corp⁹, corpus mortis appellans.

¶ Deprehendo, is, ſignificat caute vel incautum quempiam capio, vt deprehenſus in adulterio, in ſcelere, in ſermone. De prædenſus ab hoſtibus, a tempeſtate. Ver. Deprædenſus oli ſtatio tutiſſima nautis. Hora. in ſer. Deprædenſi non bella eſt fama Trebo. Vñ & deprehenſa gen⁹ aĩaduerſionis militaris qui certo in errore deprehẽſi fuiſſent, caſtigatiõe maior, ignominia minor. Interdum deꝑhẽdere eſt aĩaduertere cognoſcere. Lact. li. i. de Ioue loquẽs. Nõne a ſua prima puericia impi⁹ & pene parricida deprehẽditur? Amb. lib. i. of. Qui ea quęcũque vana ſunt deprehẽdit, ea q̃ ſancta ſunt neſcit.

¶ Deprecor pe. cor. qñq; ponit pro ſimplici, Vñ Hiero. Noluit inquit veniam deꝑcari. Qñq; deꝑcari eſt impetrare. Idẽ apud Exodum. Aſcẽdã ad dominũ ſi quo modo quiuero eũ deꝑcari ꝓ ſcelere veſtro. Quãdoq; vehemẽtiam ſupplicationis denotat vt ſit deprecari vehemẽter ſiue dupliciter p̃cari. Sue. in Cæſa. Satis cõſtat Syllã cũ deꝑcantibus amicis & ornatiſſimis viris aliquamdiu denegaſſet, atq; illi, pertinaciter contenderent, expugnatum tandem prodamaſſe. Cice. in Læl. Ar. C. Bloſius Cumanus hoſpes familiæ noſtræ Scæuola, cũ ad me qui aderam cum Lenate & Rutilio conſulibus in conſilio deprecatum veniſſet. Et li. i. ad Heren. Deprecatio cum & peccaſſe & conſulto feciſſe reus cõfiteatur & tamen poſtulat vt ſui miſereatur. Hiero. li. iij. Reg. ablatiuo iunxit. Petitionem vnam paruulam ego deprecor a te ne confundas faciem meã. Habet qñq; cõtrariam ſuo ſimplici ſignificationem, & precis negationẽ ſeu detractionem ĩportat, ſicut ĩ dedecet deſpero & hmõi. Et ſic deprecari ſignificat recuſare. Aſini⁹ Cice. Nec periculũ eſt vllũ quod pro libertate aut refugiam aut deprecer. Ver. Equidẽ merui nec deprecor inquit. Ouid. lib. i. de Pon. Sæpe precor mortẽ, mortẽ quoq; deprecor idẽ. Nec mea ſarmaticũ contegat eſſe ſolũ, hoc eſt nõ precor nollem recuſo, & quod vernacula dici ſolet. Nõ te ꝓco de queſto mato tene deſprego. Liui. de bel. Maced. vtramq; ſignificationẽ complexus eſt. Ego ſi quid ſcelerate in fratrem admiſi, nullã deprecor pœnam, ſi innocẽs ſum ne ĩuidia conflagrem cum crimine non poſſim deprecor. Horũ prius pro abominor detęſtor ſiue recuſo ſumitur, poſterius pro vehementer precor. Quandoq; deprecari eſt depellere abigere propulſare ſiue redarguere pręce adhibita vel quouis alio modo. Inde dicim⁹, Ignominiam & inuidiam & pœnam deprecatus eſt Sue. ĩ Auguſto. Cum lectorius adoleſcens patricij generis in depcanda grauiore adulterij pœna allegaret ſe eſſe poſſeſſorem. Cice. li. iij. ad Heren. Audes verbum facere? audes quicq̃ petere? Audes ſupplicium deprecari? Non ſignificat recuſare neque precari ne de ſe ſupplicũ ſumat, ſed depellere, ſiue redarguere. Quin. lib. iij. ſcribit deprecationem depulſionẽ eſſe. Item Cic. in Catil. lib. i. Nunc vt a me P. C. quandam prope iuſtã querimoniam deteſter atq; deprecer, percipite quæſo diligenter quæ dicam. Idem pro Balbo. Quiddam de communi aditio ne omnium noſtrum deprecandæ maliuolentiæ cauſa breuiter commemorandum videtur. Qua de re ſi Gællius ſcripſit deprecari ſignificare execrari deteſtari depellere vel abominari non fuit culpandus a Lau. Valla, cum depello hiſce Ciceronis exemplis probe conueniat, & deprecor maxime congruat, propter præpoſitionem de, quæ ambobus præpoſita eſt. Execror vero deteſtor abominor cum pene idem ſignificent quod recuſo etiam ſibi verbo deprecor conueniunt in ea ſignificatione qua ſupra Mortem quoq; deprecor idem dixi⁹ accipiendum, vt & illud Cice. libro ſexto de rep. Etiam in Claudij iuidiam Gracchi charitas deprecabatur, id eſt pro pulſabat & defendebat. Sal. in Iugur. Sed quoniam eo natus ſum vt Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem, non iam mortem & ęrunnas, tantummodo imperium inimici & cruciatus corporis deprecor. Eſt autem deprecor quãdoq; verbũ cõmune vt apud Auguſt. qui ad Hiero. ſcribens ait. Vnde agnoſco dominũ a me potius deprecandum vt tuæ voluntati det facultatem mittendi quod reſcripſeris.

⁂ Deprædor populor a prędor, a quo depredator & deꝑdatrix verbalia. Cc.

¶ Deprimo is, pe. cor. dejcio/humilio/ defigo. Varro. Ab eo depreſſus a quo erigi extollíq; ſperabam. Lactan. li. iij. Itadum hominem quærit extollere remipſam depreſſit. i. ĩimo defixit humiliauit. Idem libro ſexto. Altera quæ ad ĩferos deprimat. i. deorſum prẽmat vel mittat. Cicero libro. iij. ad Heren. Q̃ maxime ſedata & depreſſa voce principia dicemus id eſt demiſſa.

¶ Depromo is, pe. pro. Vide in dictione promo.

¶ Depſo is ſigni. ſubigendo manibus aliquid molle & tenerũ reddo. Quo verbo vtitur Cato libro de re ruſt. Cuius cõpoſitum eſt Cõdepſo, & deriuatiuum Depſiticus a, um.

¶ Depudico as, penul. pro, ſignificat violo ſtupro & pudicitiam aufero.

¶ Depuber penul. pro. dicitur is qui ad pubertatis annos nõ potuit peruenire. Hinc depuberem porcum dicimus quem lactentem occidimus.

¶ Depudet pe. cor. pudorem abĵcit. Ouidius, Depuduit pro fugúſq; pudor ſua ſigna reliquit. Aug. lib. vij. cõ. Depuduit vanitatem, & erubuit veritati. Hie. ad Euſto. vſus eſt Depudeſco. Non depudeſco inquit ĩfelicitatis meæ, qui potius plãgo non eſſe quod fuerim.

¶ Depugnare probe pugnare. Lactã. lib. v. Retinuit id quod erat ei contrarium cum quo depugnare poſſet.

¶ Depurgo as, probe vel deorſum purgo. Cato de re ruſti. Terram cum ſtercore bene permiſceto, depurgato ab herba graminibuſq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Depuro ex de & puro, extraho, exsicco, Vñ depuratum dicimus siccatum & mundatum. Cc.

¶ Deputo, as, pe. cor. proprie deorsum puto. Colu. lib. iij. In agro macro & sicco vineam imbecillam in brumam amputato, quam partem non deputaueris circa calendas Feb. repetito & deputato. Amb. in Ser. de quadragesima. Modo ferrum gestans agricola sarmenta deputat vinearum. Item deputare est existimare, cẽsere, iudicare, quod vulgo dicitur reputare, non vt multi putant delegare. Ter. in Hecy. Aedepol nę me amasse herus operam deputat parui præcij qui obrem nullã me misit frustra vbi totum desedi diem. Plaut. in am. Inde eras e promptuaria cella depromat ad flagrum, nec causam liceat dicere mihi nec̃ in hero quicq̃ auxilij fieri nec quisq̃ sit quin me omnes esse dignum deputent. Item assignare attribuere. Hiero. super Mathęum. Pharisęi opera dei principi dæmoniorum deputabant.

¶ Depuuio is. Vide in dictione pauio.

*Depuuio ex de & pauio, hoc est cædo. Lucil. Palmisq̃ missellam depuuit me. i. verberauit.

¶ Derbies, seu Derbiæ & Derbij sunt populi Hyrcanis propinqui. De quibus Hier. Massagetæ & Derbies miserrimos putant qui ęgrotatione moriantur, & parentes cognatos propinquos cum ad senectam venerunt iugulatos deuorant, rectius esse dicentes vt a se potius q̃ a vermibus comedantur.

¶ Derbenses populi, ex quorũ numero fuit Timotheus apostoli discipulus.

ð Dercetum pe. cor. nomen cuiusdam deæ, de qua Diodo. li. iij. Iuxta Ascalonem lacus est, vbi templum ĩsignis deę, quã Syrij vocant Δερκετον muliebri facie, reliquum vero corpus figura piscis cuius filia Semiramis a columbis educata fit. Ob id sacras genti aues eas esse. Tibul. Alba palæstino sancta columba syro.

*Derce fons est frigidissimus æstate inter Bilbilim & Segobrigam in ripa fere Salonis amnis. Cc.

¶ Derelinquere, significat prorsus seu in totum relinquere deserere.

¶ Derepente, tota vna dictio, quia vt docet Dona, aduerbijs præpositionem seperatim non addimus. Si enim separaueris non est latinum de repente. Ter. in Hecy. Ita corripuit derepente tacitus sese obuiam.

¶ Derideo es, pe. pro, significat cum alterius cõtẽptu rideo.

*A quo derisor & derisio & derisus us, quartę declinationis, & deridiculus. i. derisione dignus. Cc.

¶ Deripio, is, pe. cor. tam in bonum q̃ in malũ sumi potest. In bonum. Verg. lib. ij. Geor. Collaq̃ prędorũ fumosis deripe tectis. i. confestim defer. In malum. Lactan. lib. v. Quomodo se rapinis & fraudibus abstinebũt qui Mercurij furta nouerũt docentis non fraudis esse deripere sed astutiæ id est surripere Diripere vero in malum est cum significet diuersa diuerse rapere, vt fit in vrbium expugnatione. Gel. Nã cum oppidũ Tolosanum in terra Italia. Q. Cepio consul diripuisset, multumq̃ auri in ei⁹ oppidi tẽplis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit misero cruciabilique exitu periit.

¶ Deriuo, as, pe. pro, a riuus descendit, cum aqua deflectitur aliquo, vnde & deduco riui more siue deflecto significat. Per translationem plerique vsi sunt. Teren. in Phor. Quid vis nisi vt maneat Phanium atq̃ ex crimine hoc Antiphonem eripiam atq̃ omnem in me deriuem iram lenis, id est deflectã. Do. Deriuatio dicitur inflectio criminis ab eo ad quem pertineat ad eũ ad quẽ non ptinet. Ci. in ver. act. iiij. Quid est quã obrem putes te tuã culpã nõ modo deriuare in aliquẽ, sed cõmunicare cũ aliquo posse. Am. Plærique varias significationes de vineæ appellatione deriuant. Col. li. i. proprie dixit. Crebrosq̃ sulcos aquarios quos nonnulli elices vocant, faciam⁹ & omnẽ humorẽ in cloacas, atq̃ inde extra segetes deriuemus. Ci. pro Milone posuit pro deuitare. Fecerunt id serui Milonis: dicam enim non deriuandi criminis causa, sed vt factũ est nec̃ imperante nec̃ præsente domino quod suos quisq̃ facere seruos voluisset. Hinc fit deriuatiuus a, um, quod ab alio deducitur.

¶ Derogo as, pe. cor. detraho, quod patet ex eius cõtrario arrogo. Hie. in prolo. Esdræ. Interrogent Hebręos, & ipsis authoribus translationi meæ vel arrogent vel derogent. Festꝰ Derogare cũ quid ex lege veteri quo minus fiat sancitur lege noua. Cic. lib. ij. ad Heren. Cum duæ leges inter se discrepant videndũ est primum num abrogatio aut derogatio sit. Quid est ergo derogatio nisi detractio aliqua legis Abrogatio ipsius legis ablatio? Illa partis legis, hæc totius sublatio est. Derogo igitur detraho, quod similiter fit cũ dignitati honoriq̃ alterius detrahitur.

¶ Dersæi cum æ. diph. populi sunt græcorum in littoribus Thraciæ sicut Hærodotus ostendit.

*Des olim probes dicebatur as dempto triẽte. Est enim des octo vnciarum pondus. Cc.

ð Deruo is, deorsum ruo cado. Apul. Prolapsus deruissem.

ð Derũcinare, dissecare, & dissipare tractum a runcinis, quæ maiores ferre dicũtur quib⁹ fabri lignarij maiora ligna scãt.

ð Desmoterion Græci vocant carcerem.

¶ Desęuio is, valde sæuio, quod Hiero. ad dicta transtulit cũ in lib. Regum. inquit. Latrantes canes qui aduersus me rabido ore desæuiunt.

¶ Descendo is, ex de & scando, proprie significat de loco ex celso ad imum deuenio, cuius contrarium est ascendo. Liuius libro primo. Tenuere tamẽ arcẽ Sabini, atq̃ inde prospero die cum Romanus exercitus instructus q̃ palatinum capitolia numq̃ collẽ Campani cõplessent non prius descenderunt in equum q̃ ira & cupiditate recuperandę arcis stimulante animos Romani aduersum subiere. Per translationem vero dicimus Descẽdo in prælium, descendo in campũ, descendo in forum, & huiusmodi alia quia de quiete ad laborẽ, de loco tuto ad periculum, de vita ad mortem est iste descẽsus, siue ad animam, siue ad corpus, siue ad vtrumq̃ spectet. Per. Descendere pro hũiliare posuit, vt nemo ĩ se se tentat descendere nemo, sed precedentu spectatur mantica tergo.

¶ Descisco, Vide in dictione Ascisco.

¶ Descobinatus. saucius abrasus sectus. Var. in Melea. Sin autem delectationis causa venamini, quãto satius est saluis curibus in circo expectare q̃ his descobinatis in sylua curare.

¶ Describere, proprie significat de exemplari scribere, in qua significatione etiam sunt exscribere & transcribere. Cicero. Cornifici. Sed proxime scripsi de optimo genere dicẽdi ĩ quo sæpe suspicatus sum te a iudicio nostro, sic vt doctum hominem a non indocto paulum dissidere. Huic tu libro maxime velim ex animasi minus grauate suffragere, dicam tuis vt eum si velint describant, ad teq̃ mittant. Per translationem vero ponitur pro disponere seu designare. Idem in Lælio. Mei sunt ordines, mea est descriptio. Item pro pingere. Plautus in Asina. Non potuit pictor rectius describere eius formam. Item pro denuntiare. Lactan. libro. v. Quod prophetę multo ante descripserant, licet & pro accurate scripserant intelligi possit. Nam hoc verbum etiam scriptoribus id est condentibus aliquid conuenire potest cum eius descriptio p̃ dispositione & accurata scriptione operis ponitur, vt Teren. in Phor. Ego descripsi porro illis quibus debui. Ver. Immo hęc in viridi nuper quę cortice fagi Carmina descripsi & modulans alterna notaui Experiar. Lactan. lib. v. Quis est enim cui illam vel in carminibus vel in omni sermone describant conquerentes eius absentiã cũ sit facillimum bonos esse si velint. Et hoc ex vi prępositionis de. quæ diligentiã scriptoris præ se fert. De exscribo Gel. Haud quicq̃ dubitauimus quin ea Plauti foret, & omnium maxime germana ex qua duos hos versus exscripsimus. De transcribo. Hiero. in p̃fa. psal. Vnde consueta prefatione cõmoneo tã vos quibus forte labor iste desudat, q̃ eos qui exẽplaria ista habere voluerit, vt quę diligenter emendauit cum cura & diligentia transcribantur. Scribere proprium eorum est qui aliquid condunt.

¶ Deseco as, pe. cor. ferro incido. Col. lib. iij. Et si fieri potest iuxta aliquẽ nodũ serrula desecato. Idem lib. xij. Bonus ope-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tarius prati iugerum desecat.

¶ Desero is, re. cor. rui, rtum, derelinquo deficio. Hinc milites patriæ desertores dicūtur qui patriam deserunt quam defendere deberent. Verg. Desertorem Asiæ. Suet. in Cæs. Desertorum ac seditiosorum inquisitor ac punitor acerrimus, cōsuebat in cæteris. Hinc desertum locum appellamus inhabitatum quasi ab hominibus derelictum, quem græci Eremū nominant. Quomodo autem differat desertor ab emansore, vide in dictione emansor.

¶ Desertum & participium & nomen esse potest. Participiū idem est quod derelictum, & quandoque asperum atq; iculum. Verg. Rupe sub aduersa deserti ad strymonis vndam. Nomen sumitur pro loco inhabitabili, vt in hymno, Antra deserti teneris sub annis ciuium turmas fugiēs petisti. Sed eremus producit penul. quod ignaris græcarum literarū res noua videbitur, quoniam est ἔρημος ἐρήμου καὶ ἐρημόω & ἀποερημόω, ὁ μόνος οἰκέω ἐσί καὶ λῶφος ἡ ἐρημία, λέγεται παρὰ τὴν ἔραν. *. i. Eremus eremi & ἐρημόω. i. relinquo & solus habito, est & requies & solitudo, dicitur ab amando.

¶ Deserto, as, frequentatiuum est. Actius. Cum me solum vterq; parens desertassent.

¶ Deseruire, est obtemperare seu diligenter humiliterve seruire. Cic. Tyroni. indulge valitudini tuæ, cui quidem tu adhuc dum mihi deseruis seruisti non satis, fac bellus reuertare. Potest etiam significare, male seruire quod vernacula lingua dicitur. Deseruir ou messerer.

¶ Desedeo es, & desido is, pe. cor. sicut in assideo dictum est. Primum cum quiete sedeo quod est continue sedeo, seu sedēdo tempus consumo. Sue. in Cęsa. A quo ad accersendā classem in Bithyniam missus desedit apud Nicomedem, i. māsit commoratus est. Secūdum cum motu procedo vt quiescā, si ue morer Teren. in Ecy. Vbi totum desedi diem michonium hospitem dum expecto. Festus. Picena regio in qua est Esculum, dicta q; Sabini dum Esculum proficiserentur vexillo eorum picus desederat. Quod est a sesido, penul. longa id est descenderat, vt moraretur.

¶ Deses idis, a desedeo, qui nihil agit & otiosus sedet, velqui stat sæpius ad sedendum super his quæ transigenda propere forent. Liui. lib. i. Desidem Romanum regem inter sacella & aras acturum esse regnum rati. Et lib. iij. Sedemus desides domi mulierum ritu inter nos altercantes.

¶ Desidiosus, qui desidia plenus est. Oui. Queritur Ægisth⁹ quare sit factus adulter. In prōptu causa est, desidiosus erat. Desidia vero est vitium ignauię. Sal. Non fuit consilium, socordia atq; desidia bonum otium conterere.

¶ Desilio, is, pe. cor. desilui desultum. Vide in salio.

¶ Designare, describere, quasi p signa demōstrare. Cæsar. lib. i. Cęsar hac oratione Lisci Dūmorigē Auuatici fratrem designari sentiebat. Sed q; pluribus præsentibus eam rem iactari nolebat celeriter concilium dimittit. Aliquando significat deputare decernere seu diligere. Sal. Catilina nihilominus in proximum annum consulatum petebat sperans si designatus foret facile se ex voluntate Antonio vsurum, Colu. lib. iij. Ipsum autem agrum quem seminario designaueris planū & succosum fac. Aliquando significat rem nouam facere in vtramq; partem bonam & malam. Vnde & designatio & contractio conductioq; populi in vnum. Hoc enim ei contingit, qui aliquo flagitio populi in se oculos & ora conuertit, & spectaculo est vulgo, quemadmodum designatores curatores funerum qui ludis funebribus præerant & multitudinem retinebant, ob eam causam q; in his ludis fiebant noua & spectanda. Senec. de benefi. An tu aruntium & acerium & cęteros qui captandorum testamentorū artem professi sunt non⁹ putas eadem habere quæ designatores & libitinarios vota? Illi quorum merces optent nesciunt. Hi familiarissimū quemq; ex quo propter amicitiam rei plurimum est mori cupiunt. Teren. Modo quid designauit?

¶ Defioculꝰ dicitur qui vno est captꝰ oculo, qui & luscus dī. Mar. Hinc defioculus, & hinc lippus.

¶ Desipio, is, pe. correp. desipui desipiui & desipĭ, ex de & sapio, significat, insipienter ago siue de sapientia decido vel aliquid a communi sensu sapientiaq; minus habeo, & construitur cum ablatiuo. Cic. M. Cælio. In quo cū obiurgaret q; nimio gaudio pene desiperem. Plaut. in epi. genitiuo iūxit. Desipiebam mentis cum illa scripta mitterem. Augu. lib. i. ciui. dei, docet minus esse desipere quam insanire. Porro inquit si quis hoc aggrediendum & suadendum putat non dico desipit sed insanit. Lactan. lib. ij. Denique poeta maximus, homo in cæteris prudens, in hoc solo non poetice, sed aniliter desipuit. i. more anili insipienter egit. Huius contrarium est resipisco. Nam resipio in vsu raro est. Resipisco frequenter. Desipio in vsu est, desipisco non. Et hæc omnia ad mentem proprie pertinent. Est enim resipiscere ad mentem redire. Lactā. deira dei. Idcirco non ad præsens noxium quemq; punit vt habeat homo resipiscendi sui facultatem. Et lib. vi. diui. instī. Resipiscit enim ac mentem suam quasi ab insania recipit quē errati pudet castigatq; seipsum dementiæ & confirmat animum suum ad rectius viuendum.

¶ Desino is, pe. cor. ex de & sino, significat omitto, finio, cesso, vt desine pluraloqui. Hinc desinentia finis terminus. Sic dicimus. Desine artem ludicram. Cic. Mario. Libenter me hercle artem desinerem, tecumq; & cum similibus nostri viuerē. Est enim desinere artem renunciare arti atq; relinquere. Vnde ars desita dicitur relicta & omissa. Gel. lib. xv. Omnium tum Atheniēsium cōsensu disciplina tibijs canēdi desita est. ♁ Apul. lib. iiij. Desine scelus.

¶ Desisto, is, cesso. Verg. Me ne incœpto desistere victam? Desistere inquit Vlp. est a negotio abstinere quod calumniandi animo instituerat. Inde destitisse is videtur non qui distulit sed qui liti renunciauit in totum.

¶ Desolor pe, pro. deponens a solor compositum est & contrariam suo simplici habet significantiam, Sed per translationem in significatione differt. Cum enim quis aliquem solatur quasi de solo lapsum in solum siue soliditatē alleuat. Passiue tamen desolatus accipitur apud Hiero. ad Tyra. Sola separatione dormientis æstuans desolatus solatio pij pignoris iactor. Inuenitur & desolo as, pe. pro. a solo quod terram soli dam significat, pro destruo siue de soliditate deiicio. Colu. li. primo. Quia flagitiosum quos hostis profligendo desolasset agros nouos nouo more emere Romanum supra vires patrimonij. Vergilius lib. xi. Vidimus ingentes & desolauimus agros.

¶ Ascē. Desolo pe. lōg. quasi solum & desertum facio a solus, a, um.

♁ Desolatorius a, um, qđ desolat. i. destruit. p̄s. Sagittę potentis acutę cum carbonibus desolatorijs. i. vastatoribus.

¶ Despero as, pe. pro. nō spero, extra omnē spē sum. Hic ēm de, negat. Cic. in Læl. Cuius aures clausę sunt veritati vt ab amico verū audire ne queat, huius salus desperanda est. Dicimus aūt despo salutē & de salute. Ambr. Nemo veterum conscius delictorū p̄mia diuina desperet. Desperatus i morbo dī de quo nulla salutis spes habetur. Hier. in lib. Reg. Percussitq; dominus paruulum & desperatus est. Item desperatus dicitur qui nullam habet spē. Vnde vetus prouerbium, nō esse cū desperatis certandum. Desperatio vt inquit Cice. lib. iiij Tusc. est ægritudo sine vlla rerum expectatione meliorū. Sal. Ne forte despatione adducti vitæ mortem prę ferrent.

¶ Despesco, is, cui. significat pecꝰ deduco, vt compesco vna duco & pasco & in vno loco contineo.

¶ Despicio, is, pe. cor. deorsum aspicio. Colu. lib. i. Area si cōpetit ita constituenda est, vt vel a domino, vel certe a procuratore despici possit. Per translationem ponitur pro contemno siue paruifacio. Nam cum quis alium contemnit despicere videtur, quasi infra se aspicere, quemadmodum Suspicio eiꝰ contrarium, sursum aspicio, & per translationem veneror, quasi supra nos aspiciamus illum esse collocatum. Cic. lib. ij. offi. Despiciunt autem eas & contemnunt in quibus nihil virtutis neruorum putant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Deſpectus,a,um,participiũ quod eſt contẽptum. Deſpectus,us,nomen,ipſe actus deſpiciendi.

¶ Deſpectio,idẽ quod deſpectus.Cicero in Hortẽ. Conſolabitur eam magnitudo animi & humanarum opinionum alta quędam deſpectio.

¶ Deſpicientia deſpectus ſiue deſpectio,& in ſe plus continet q̃ contemptio,vt apud eundem lib.i.Tuſ. Totam vim bene viuendi in animi robore ac magnitudine,& in omni rerũ humanarum contemptione ac deſpicientia ponamus. Et illuſio plus eſt q̃ contemptio ac deſpicientia vt in Cato.idem Cice. Contemni ſe putant:deſpici,illudi.

*Deſpicus a deſpiciendo, intentus, vigil.cuius exẽpla apud Apuleium frequentiſſima ſunt.Cc.

¶ Deſpecto,as,ſæpe deorſum aſpicio. Claud.lib. iij. Deſpectant vertice lucum. Vergi.Nunc terras ordine longo. Aut capere aut captas iam deſpectare videntur.

¶ Deſpicor.pe.cor.deſpicio. Teren.in Eu. Quę nos noſtramq; adoleſcentiam habent deſpicatã. Do. Deſpicatam contemptam atq; deſpectam a deſpicor. Hieronimus. Ieſſe filius Dauid non primus aut ſecundus,aut tertius, ſed omnium vltimus vngitur a propheta,& deſpicabilior cunctis eligitur in regem

¿ Deſpicabilis,cõtemptibilis,a quo Deſpicabilior,& Deſpicabiliſſimus

¶ Deſpoliare eſt exuere.Hierony.ad Euſto. Non neceſſe eſt vt dicas deſpoliaui me tunica quomodo induam illam

¶ Deſpondeo es.ex de & ſpondeo.Spondeo autem a ſpõte, fit,quod veteres pro dico vſurpabant,quia qui ſpondet,ſpõte,id eſt voluntarie dicit. Vnde reſpondeo factum eſt, quod eſt poſteriore loco dico,poſtea vero ſpondere vſurpari cœptum eſt,pro ſponte promittere. Vnde qui puellam ſpõdet, ſponſor.Quæ ſpondetur puella,ſponſa. Cui ſpondetur,ſpõſus Qua rogatur pecunia dotis a ſponſo,ſponſio,hoc eſt promiſſio appellatur.Et dies qua puella promittur.Sponſalis.Et ſponſalia mentio & promiſſio futurarum nuptiarum. Eſt autem deſpondere promittere,quod ad nuptias proprie pertiner,& ad eum pręcipue cuius intereſt locare mulierem viro ſi ue virum mulieri.Ter. Nã aliam pater ei deſponderat gnatã Chremetis.Deſpondere animũ illũ dicimus qui ſuę ſpontis ſtatuit finem,& quaſi ex deſperatione mori decreuit.Var.li. iij.de re ruſt.Ne reliquiſi videant deſpondeant animũ atq; alieno tempore vẽditori moriãtur.Liui.lib. iij. Nec ipſi ſolũ deſponderant animos,ſed cõtẽni cœpti erant a finitimis populis.Plau.in mi.Ne lamentetur,neue animum deſpondeat. Apud Senecam & Col.ſine animi adiectione legitur deſpondere.Nam de turdis ſic ait. Difficulter in aliam regionem transferuntur,quia caueis clauſi plurimi deſpondent.Similiter dicimus deſpondere ſapientiam illum qui deſperat ſe poſſe ad ſapientiæ faſtigium peruenire & ob hoc deſiſtit ab incœpto.Nam lib.xij.Colu.inquit.Q; probabilis ratio eſt obmutescendi,quia nequeas orator eſſe perfectus, aut in ſocordiam compelli quia deſponderis ſapientiam.Magnæ reiquãtũ,cunque poſſederis fuiſſe participẽ non minima eſt gloria.

¶ Deſponſo as,a deſpondeo fit Ambr. Et bene vtrumque poſuit ſcriptura,vt deſponſata eſſet & virgo.

¶ Deſpumo,as,pe.p .ſpuma priuo.Ver.li.i. Ge.Et foliis vndam tepidi deſpumat aheni. Per tranſlationem deſpumare ponitur pro decoquere.Hie.ad Ocea. Venter mero æſtuans cito deſpumat in libidinem. Perſius. Stertimus indomitum quod deſpumare falernum ſufficiat.

Deſpuo deorſum ſpuo,ſeu ſpuendo execrationem demonſtro,vt apud Perſium.Eſt prope te ignotus cubito qui tangat & acres deſpuat in mores.

¶ Deſtino,as,pe.cor.ex de & ſtino. Vnde & perſtino. Eſt autem deſtinare/deliberare/aſſignare/deputare/parare/ eligere.Colu.libro.ij.Itaq; conſiderandum erit vt ſolum quod ex colere deſtinamus pigue ſit. Ci.lib.v. Tuſc. Ad horam mortis deſtinatam.Sue.de Cæſare. De ampliando imperio plura ac maiora indies deſtinabat id eſt parabat, conſtituebat deliberabat.Plinius in panægirico. Deſtinatio conſulatus id eſt electio.Quandoq; ponitur pro alligare. Apul.lib.iiij.de Aſi. Arreptum me loro quam valido ad anſulam quandam deſtinatum.Quandoque mittere ſignificat.Iuue.Deſtinat hoc monſtrum cymbæ liniq; magiſter pontifici ſummo. Aliquã do emere.Lucil.Facio ab lenone tribus vt libertatem milib⁹ deſtinet.Hinc fit compoſitum prędeſtino quod eſt præordino pręmitto. Auguſtinus. Prædeſtinatio a præmittendo & præueniendo vel præordinando futurum aliquid dicitur. Quandoque taxare ſiue pro præcio deputare. Plaut.in Ru. Minis triginta ſibi puellam deſtinat datq; arrabonem & iureiurando alligat.Hocidem ſignificat perſtino Apul.Et percontato pręcio/q; centum nummis indicaret aſpernatus viginti denarijs inquit perſtinaui.Sunt qui prædeſtinatum intelligi velint oſtenſum iudicatumq;, vt eſt illud apoſtoli ad Romanos.Qui prędeſtinatus eſt filius dei.Eſt & præſtino, de quo alibi.

¶ Deſquammo,ſquammis exuo.Plau.in aul. Deſquammæ piſces.

*Sæpe enim de detractionem notat,vt decortico,delibro de ueſtio/deplumo/depilo/decaluo/dearmo. Sæpe cõtrarium dehortor/dediſco/ dedoceo/ in multis deorſum deſcendo/ defluo &c.Cc.

¶ Deſtituo,is,ex de & ſtatuo ſignificat derelinquo/ dimitto. Ver.Et freta deſtituent nudos in littore piſces. Interdum deſtituere eſt priuare,& ſic conſtruitur cum ablatiuo. Col.li. iiij.Rurſus nimiam ſiccitatem deſtituere plantas naturali alimento.Interdum diſſoluere Nęuius.Multo nauem iubet deſtitui anchoris.Interdum ſtatuere.Cæci.Deſtituit omnes ſeruos ad menſam ante ſe.

¶ Deſtringo is,deorſum,ſiue de alijs ſtringo colligo aut excido.Col.lib.xij. Tum & olea deſtringenda eſt, ex qua velis viride oleum efficere.Mart.Pergamus has miſit curuo deſtrĩgere ferro,Non tam ſępe teret lintea fullo tibi.

¶ Deſtruo is,xi,ctũ,ſignificat quod ſtructum eſt vt nõ ſtructum ſit efficio,ἕλκυσι ἀναστενάζω ἀποθλίβω καὶ λυμίνομαι καὶ πολλὰ ἀντίπαντο δ' ἀπῶμ πραγμάτομ.

¶ Deſtructile,pe.cor.quod deſtrui poteſt & deſtruetur in fine.Lactan.libro de ira dei.Deſtructilia ſunt omnia quę manu fiunt.

*Deſubulo,a ſubula,quod ſignificat perfodere. Var. Alterum carneadem Deſubulaſſe bona corporis.Cc.

¶ Deſudo,as,penul.prod. Valde ſudo.Sudo vero a ſudus ſi Nonio creditur fieri conſtat.Interdum tamen deſuadere per tranſlationem ponitur pro laborare.Hiero.in prolo.libri Salomonis.Mittitis ſolatia ſumptuum,notarios noſtros & librarios ſuſtentatis vt vobis noſtrum potiſſimum deſudet ingenium.

*Deſudaſco & deſudaſcitur impersonale a deſudo. Plaut⁹. Homo adoleſcens penetrare huiuſmodi paleſtram, vbi damnis deſudaſcitur.Cc.

¶ Deſuefco,is,deſueui,& Deſueo,es,eui. Primum neutrũ, ſecundum actiuum. Vnde Nonius in priſcis dictionibus. Deſueui illum pro deſuefeci illum id eſt conſuetudinem illi abſtulli. Titin.Paraſitos amoui,lenonem ædibus abſtruſi de ſueui ne quo ad cœnam iret extra conſilium meum. Hic deſueui a deſueo in actiua ſignificatione accipitur.Nam quamuis Priſ. Conſuefco conſueui,etus ſum dicat, addit tamen, Chariſius conſueo ponit.Idcirco priſco more iuxta Chariſium,iuxtaq; ſignificationem actiuam quæin pręterito deſueui a Nonio prolata eſt, neceſſe eſt vt Sueo ſimplex ſit vnde formatur ſuefco,ex quo componuntur Conſuefco/deueſco/aſſuefco /inſuefco, quæ ſignificationem paſſiuam innatam habent vti caleſco,erubeſco & augmentatiuam, vt oleſco, adoleſco, cum tamen oleo & adoleo actiuam ſiue neutralem habeant. Ita ſueo conſueo deſueo actiuam ſiue neutralem habere conuenit.Ea enim quantum intelligo iam obſoluere,propterea in eorum locum ſucceſſiſſe conſuefacio, aſſuefacio & huiuſmodi puto. Simplicis autem ſuefco prætęri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ta ſunt quæ dicam. Claud. libro. iij. de rap. Poſt hæc cunabula dulci Ferte ſinu, ſummoq; Iouidducere paruam Sueuerat & genibus ludentem aptare paternis. Cice. Metello. A te id quę ſuęſi ipe tomi abſentem diligas atq; defendas Quãdoq; deſuęſcere non per negationem ſed per affirmationem ex vi præpoſitionis de ponitur, quaſi deorſum ſuęſcere, ſiue deſcendere. Plaurus in Aſinaria. Auceps quando concinnauit aream effundit cibum, aues deſuęſcũt, neceſſe eſt facere ſumptum qui querit lucrum. Quandoque deſuetus dicitur valde ſuetus.

¶ Deſuetudo, a deueſco ſicut conſuetudo a conſuesco q̃ contraria ſunt. Liuius lib. primo. Mitigandum ferocem populũ armorum deſuetudine ratus.

¶ Deſidero as, ex de & ſidero. Sidero vero a ſidus deducitur. Dictum deſiderare pro cupere q̃ veluti lucem ſideris, quod amamus optemus, per tranſlationem ponitur pro deficere ſeu mori. Macrobi. Ne quid ad perfectionem cœtus deſideretur inuitandos ad hunc congreſſum conuentumq; cenſeo. Curti. In eo prælio trecenti capti quinquaginta milia deſiderata ſunt.

¶ Deſiderium modo pro vehementi amore, vt apud Iuuenalem. Cur deſidero bibulæ ſertorius ardet, modo pro nimia cupiditate videndi eum qui abeſt. Et proprie de rebus gratis optatis aut amiſſis dicitur. Hic dicimus poſt pugnam deſiderari milites qui perierunt. Cicero in Læl. Ego ſi Scipionis deſiderio me moueri negem quam id recte faciam viderint ſapientes.

¶ Deſideratiua verba ſunt quæ a Priſcia, meditatiua vocantur. Ea terminantur in rio, vt eſurio, parturio. Nam deſiderium magis quam meditationem denotant. Cice. li. ij. Philip. Vtinam aliquando dolor populi Ro. pariat quod iã diu parturit. Pli. li. xxxvi. Et itæ oẽs adalligati mulieribus vel quadrupedibus ĩ pelliculis ſacrificati vteri animaliũ cõtinẽt partũ nõ niſi parturiant remouendi alioquin vuluę excidiũ fit. Sed niſi parturiẽtibus auferantur oĩno non pariunt. Sic. parturio proprie pro cupio parere ſumitur q̃q̃ iterdũ ꝓ pario ſumptũ inueniat. Scaturio pro primitiuo capit̃ ſcateo. Nõ em̃ deſideratiuũ eſt ſignificatione ſed voce tantũ. Amaturio aũt lecturio dicturio, cum amaſco & legiſco quibus placent reliquim⁹ Ipſa quidẽ cæteraq; eiuſmodi niſi apud authores approbatos inueniantur nõ in gregẽ deriuatiuorũ aſcribẽda cẽſem⁹.

¶ Deſum dees, ſignificat deficere. Senec. Felix eſt cui nihil deeſt ad bene beateq; viuendum.

¶ Deſultores, qui equos eligunt/alunt/ac docent, quorum ars eſt binos trahere equos, & alternatim ex vno in alterum mira celerita tranſultare. Liuius lib. xxiij. Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus deſultorũ in modum binos trahentibus equos inter acerrimã ſæpe pugnã in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat, tanta velocitas ipſis, tanq; docile equorum genus eſt. Var. libro. ij. de re ruſt. Perit⁹ belli aliter equos eligit, alit, ac docet, aliter quadrigarius ac deſultor.

¶ Deſultorij vero ipſi equi duo ſine ephippijs a Græcis, κέλης κέλητος & κελητίζω irruo, dicti, q̃ ex his facile deſiliãt deſultores qui ſingulis equitibus præſto erant exercitatis ita militibus, vt altero de via feſſo deſilire poſſent in recentem. Sueto. de Cæſare quadrigas bigaſq; & equos deſultorios agi tauerunt nobiliſſimi iuuenes, Caſſiodorus vero in epiſtolis diuerſum ab hoc genus ita nominat in ludis Circenſib⁹. Equi inquit deſultorij ſunt per quos circenſium miniſtri miſſos denunciant exituros, vt luciferi quadam in aſtris ſimilitudine præcurſorias velocitates imitari videantur. Per tranſlationẽ Apuleius in primo de Aſin. Iam hæc quedam ipſa vocis immutatio deſultoriæ ſcientię ſtylo quem acceſſimus reſpõdet. Similiter Martianus de nuptijs Philologiæ. Leuitate pernix deſultoria geſtiebat.

*Deſuper nocẽſt ſuperne.

*Deſurſum idem quod deſuper.

¶ Detego is, penui, cor. aperio, nudo. Lactan. lib. ij. Nunc interim falſa detegamus.

¶ Deſteſtor. meo teſtimonio rem abominor ĩprobo execro, deponens q̃uis & cõmune verbum inueniatur. Horat. lib. i. car. Bellaq; matribus deteſtata Lact. lib. vi. Hic eſt illa Plauti deteſtanda ſententia. Male meretur qui mendico dat quod edat, nam & illud quod dat perit, & illi producit vitam atq; miſeriã. Apud iuriſcõſultos. Deteſtari ponit̃ pro abſenti denũciari. Inde deteſtatio denũciatio facta cũ teſtatione.

ð Vt docet Vlp. Aliquando genitalium abſciſſio. Apul. li. viij. Ob id truces, veſanoſq; adhibita tali deteſtatione manſuetos exinde factos.

¶ Deteſtabile, abhominabile.

¶ Deterreo valde terreo, & quaſi terrore quodam ꝓhibeo, remoueo ve. Ci. lib. i. tuſ. Itaq; nõ deterret ſapientẽ mors quę propter incertos caſus qui quotidie imminent. Idẽ de optio dicẽdi genere. Nec vero ariſtotelẽ in philoſophia deterruit a ſcribẽdo amplitudo Platonis, nec ipſe Ariſtoteles admirabili copia cęterorum ſtudia reſtrinxit. Nec ſolũ ab optimis ſtudijs excellentes viri deterriti nõ ſunt, ſed ne opifices quidem ſe artibus ſuis remouerunt.

¶ Detero is, pe. cor. ex de & tero, ſignificat proprie terendo dejicio, quod & trituro dicitur. Nam ſpicis percuſſis frumenta in illis diſpoſita deteruntur cum grana in terram minuta diſſiliunt. Colu. lib. i. Area optima eſt in ſilice conſtructa q̃ & celeriter frumenta deteruntur. Per tranſlationẽ Hiero. in pro. Iob. Qui & Hebræorum ſermonem ex parte didicimus, & in latino pene ab ipſis cunabulis ĩter grammaticos & rhetores detriti ſumus. i. exercitati, quaſi a ſimili, vt gladi⁹ exercitatus, & ipſo nimio vſu comminutus. Idem poſuit pro eo quod eſt damnum infero, & vulgo fruſtro dicitur. Veſtitus inquit pariter non deteritur, capilli ſimul non augentur barba in cõmune nõ creſcit, calceamenta ex quo oĩbus durant. Lactan. lib. vi. Quos aũt primi aditus difficultas detriuerit eos in illam vitiorum viã labi atq; deflectere quę primo ingreſſu ſit quaſi amœna multoq; tritior. Detriuerit pro defregerit ſiue dejiciendo fregerit, i. remouerit. Tritior vero pro vſitatior. Vnde tritum verbum pro vſitatum.

¶ Deter ſiue deterus. a, ũ. pe. cor. dr̃ cui aliquid deeſt & quaſi detritum ne bonum ſit. A quo deterior deterrimus.

¶ Detergeo, es, ſi ſum. & detergo is, pro depurgo. Col. lib. iij. Quotiens falcem acueris ea pelle aciem detergito. Ibidem. li. viij. Aut cornu aut vngula tundunt, aut arbori affricant parietibuſve detergent.

¶ Determino, definio. Lact. lib. iiij. Determinanda eſt nobis veritas breuiter, & in ſuo proprio domicilio collocanda.

ð Sed hoc per tranſlationem proprie vero determinare ſignificat diuidere ſeparare. Hier. ad Dama. Et quia pro facinoribus meis ad eam ſolitudinem cõmigraui q̃ ſyriã iuncto barbarię fine determinat non poſſum ſanctum domini.

¶ Detexo is, valde texo perficio. Ver. Viminibus mollique paras detexere iunco. Nam de augentis eſt.

¶ Detineo es, pe. cor. proprie ad eos pertinet q̃ prius nõ tenebantur, & quouis mõ detinentur ſiue capiũtur ne abeãt ĩ iuſſu eius qui detinet. Lactan. lib. vij. Oẽs in vna cõmunicq; cuſtodia detinẽtur. Terẽ. in Eu. Detineo te fortaſſe tu profectus alio fueras. Retineo ptinet ad eos qui prius tenebãtur, & ne abeant retinẽtur. Et hæc tã in bonã q̃ in malã partẽ ſumi poſſunt. Per tranſlationẽ aũtẽ. Ter. in Phor. Pol me detinuit mor⁹. Sal. Me ambitio mala detinuerat. De Retineo. Idem. Nã imperiũ facile his artib⁹ retinet̃ qbus in initio partum eſt Terẽ. in Adel. Pudore ac liberalitate liberos retineri ſati⁹ eſſe credo q̃ metu. Hinc detento as, frequentatiuum.

¶ Detondeo es, detondi q̃uis tondeo totondi faciat. Antiq; tamen geminabant, & ſignificat a ſummo vſq; deorſum tondeo. Col. lib. viij. Et eſt modus optimus conſiderare temperiates quibus ouis neq; frigus, ſi lanam detraxeris, neq; æſtũ ſi nondũ detonderis ſentiat. Verum cum q̃q; detonſa fuerit vngi debet tali medicamine.

¶ Detono, as, pen, cor, valde tono. Hier. Et cum perſecutio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nis detonaret procella in villam remotiorem ſeceſſit. Sed per tranſlationem.

¶ Detorqueo,es,ſi,tum.ſignificat deflecto.Colu.lib.iiij. Sed quod in ſalicto conſerendo vitauerimus id ſequamur in eiuſmodi malleolo quem eſt neceſſe longiorem facere ſi volum⁹ detortum pangere.Cice.per tranſlationem lib.ij. offi.poſuit. Nam & voluptates blandiſſimę dominę maiores partes animi a virtute detorquent.

¶ Detraho,is,cū accuſatiuo proprie ſignificat exuo id quod quis induit,ſiue quicquid manu cōtingi & detrahi pōt,vt detrahe,veſtimenta,ſoccos,palmites & huiuſmodi. Terentius in Heau.Occurrunt ſeruiſoccos detrahunt. Plaut.in aſi. Nudo detrahere me veſtimenta iubes? Interdum detrahere ponit pro remouere.Hie.lib.i.ꝛ. Detrahebant homines a ſacrificio domini. Aug.ſuper Ioan. Detrahe verbū,& quid eſt aqua niſi aqua? Accedit verbum ad elementum & fit ſacramentū. Interdum pro aufferre. Amb.lib.iij.offi. Quod ſi non licet non dare,quomodo detrahere licet? Per tranſlationem vero cum fama gloria,honor,opinio detrahuntur. Et tunc cū datiuo cōſtruitur. Hiero.ad Euſto.dicat aliquis & audes nuptijs detrahere q̄ a deo bñdictę ſunt? nō eſt detrahere nuptijs cū illis virginitas anteferet. Hic detractor & detracto as.

¶ Detractores dr̄ur qui famę alicuius derogant.

¶ Detracto,as,frequentatiuum, ſignificat defugio, deuito, recuſo,nego. Ver.libro tertio Geor. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo Aut iuga detractans interdūq; aſpera cornu. Iuſti. Nec ipſe detractauit certamen. Aliquādo detractare eſt male tractare ſeu maledicere.

¶ Detrimētū,dānū,dictū ſecundū Var,a detritu q̄ ea q̄ trita ſunt minoris prętij ſunt. Sic intrimentū ab eo q̄ duo inter ſe ſint diminuta. Differūtq; ab intuicē q̄ detrimentū vt Pædia. Inquit,vel vnius partis dici poteſt. Intrimentū vero ad vtriuſq; partis ſpectat dantis accipientiſq; incommodum.

¶ Detrudo,is,pe.pro.deorſum trudo ſiue trudendo deijcio Liui.lib.ij. Iam impetu conabantur detrudere virū. Per trāſlationem. Cicero lib.i.offi. Sin aliquādo neceſſitas nos ad ea detruſerit,quæ noſtri ingenij non erunt.

¶ Detrūco,as,trūcando deijcio, ſiue in truncos, aut detrūco ſeco vt hic detrūcat⁹ eſt,arborē detrūcato,partē voluminis detruncaui Diſtrunco aūt in diuerſas partes trūco. Plau. in Tru. Iam ego te hic agnum faciam & in medium diſtrūcabo.

¶ Detrullare,eſt detrulla in trullam deplere,quo vſus eſt. Apitius. Quod ipm & diffundere ſecūdum Pli,vocatur. de turgeo es,deturſi. Vide in dictione Turgeo.

¶ Deturbo as,fere ſicut detrudo ſumitur. niſi q̄ in deturbo maior fit violentia q̄ in detrudo. Eſt enim deturbare deorſū cū violentia deijcere. Ver. Puppi deturbat ab alta. Col. vero lib.v.ad pampinationem tranſtulit. Vinitor inquit qui ante ferro nunc manu deputet,vmbriſq; cōpeſcat,ac ſuperuacuos pampinos deturbet. Cic.Cn. Pōpeio aliter. Sed hoc ſcito tuos veteres hoſtes nouos amicos vehementer literis tuis perculſos,atq; ex ſpe deturbatos iacere.

⁎ Deturpo ex de & turpo Cicero ſimplici vſus eſt. Iouis arā ſanguine turpari. Cc.

¶ Deueho deorſum veho. Hie. ad Ruf. Et multa genera pigmentorū de paradiſi dicitur fonte deuehere. Cic.lib.i.ad He. pro defero poſuit. Qui parentē necaſſe iudicatus erit,is obuoluitus & ligatus corio deuehatur in profluentem.

¶ Deuenio,is,pe,cor.de loco editiore deſcendo. Ver.lib.iiii. Spelūcā Dido dux & troianus eandē Deueniunt. Per tranſlationem vero cum de diuitijs i paupertatē,de gloria ad ignominiam,de iuſtitia ad iniquitatē,de ꝓſperis i aduerſa cadim⁹ Ci.lib.iij.ad Herē. Videt eſſe arrogātia illa relīquere & ad ſua deuenire. Plau.in aſi. Quid ſi forte in inſidias deuenero.

¶ Deuenuſto,as,deturpo. Gel. Tanq̄ pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

¶ Deucalion nomen proprium filij Promethei, quē ferunt in fabulis iactu ſaxorum genus humanum cum vxore Pyrrha recuperaſſe.

⁎ Deuerbiū a verbo quod ſignificat extremitatem & deſinē tiam verbi,& in quod verbum deſinit,quaſi deorſum tēdēs verbum. Cc.

¶ Deuerro,is,probe verro,ſiue de loco verro. Colu. lib.vij. Stabula vero frequenter deuerrenda & purganda humorq; omnis vrinę deuerrendus eſt.

¶ Deuerra,dea ab antiquis putata eſt quam venerabantur vt ſcopis domum verrere poſſent.

¶ Deuerbero as,valde verbero. Ter.in Phor. Quod me censes hōies iā deuerberaſſe vſq; ad necē hoſpites,tū etiā ciues.

ð Deueſtio,veſte exuo. Apul.libro tertio. Iam primum omnibus laciniis ſe deueſtit.

⁎ Deuerſus veteres dicebant quaſi deorſum verſus. Cc.

¶ Deuexo as,valde vexo. Lact.li.v. Et cum corpora hoīm occupant animoſq; deuexant,adiurantur ab his & nomine dei veri fugantur.

¶ Deuexus,a,um,a vexus eſſe cōuenit cōpoſitū a quo vexo as,eſſe videtur. Vnde & cōuexus. Et ponitur pro declui ac deflexo. Col.lib.i. Parte campeſtri, parte alia collibus vel ad orientē vel ad meridiem molliter deuexis.

¶ Deuincio is,perfecte vincio,vehementer ligo. Plau. in ca. Aduorte animum ſis tu iſtos captiuos duos heri quos emi prędа de q̄ſtoribus his iudico catenas ſingularias iſtas maiores quibus ſunt deuincti demitto. Per tranſlationem. Terē. in Heau. Verum vbi ſemel animus cupiditate deuinxit mala,neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia.

¶ Deuinco,is,perfecte vinco.

¶ Deuirgino,as,virginitate priuo. Hie.ad Saluinā. In ægypto primum deuirginata eſt,& ibi fractæ mammæ eius.

ð Alias, deuirginati dicebantur pueri cum ex ephebis deceſſerant.

¶ Deui⁹,a,ū,quod a recta via recedit. Ci.ī Le.p trāſlationē Quid poteſt eſſe tam flexibile,tam deuiū q̄ animus eius q̄ alterius nō mō ſenſū ac volūtatē,ſed etiā vultū atq; nutū cōuertit. Dicim⁹ etiā iter deuiū quod eſt a recta via remotū. Hier. lib.ii.ꝛ. Populus multus veniebat p iter deuiū. vñ Ci. Anagninos vocat deuios q̄ eſſent extra viā militarē collocati. Et Hora. ſcortū deuiū dixit,quod eſt a via remotum. Prop. Lætor q̄ ſine me deuia rura colis.

¶ Deuio,as,ex de & vio as,a recta via recedo. Abuſiue pro deflecto ſumitur. Hie,paſſiuū protulit li,numeri. Vbi nec ad dexteram nec ad ſiniſtrā poterat deuiari obuius ſtetit

¶ Deuito,as,pe,pro.declino. Terent.in An. Poſt hac incolumen ſatis ſcio fore hoc nunc ſi deuito malum.

⁎ Deunx quaſi de vna,hoc eſt as dempta vncia. Cc.

¶ Deuoco as,pe.cor. vocādo deduco,ſiue inde aut deorſum voco. Liui.lib.iiij. Cum a ſaucijs hoſtibus ſciſcitando comperiſſet caſtra volſcorū deſerta eſſe lætus a tumulo ſuos deuocat. Ci.lib. Tuſ. per tranſlationem locutus eſt Socrates prim⁹ philoſophiam deuocauit e cœlo,quod eſt quaſi deduxit.

¶ Deuolo as,pe,cor.de alto volo. Plau.in Am. Poſtq̄ ī cunis conditus deuolant angues iubati deorſum impluuium duo maximi Per tranſlationem autem ponitur pro decurro. Liuij.lib.ij. Alij inter tumultum præcipites pauore in forum deuolant. Idem lib.ii.pro deſilio poſuit. Deuolant de tribunali vt lictori auxilio eſſent. Aliquando deuolare eſt alio volare hoc eſt diſcedere. Ci,ad Heren. Ita falſi amici ſereno vitæ in tempore, pręſto ſunt,ſimul ac homini fortuna inuiderit deuolant omnes

¶ Deuoluo,is,omnibus aptatur quę a ſummo deorſum decidunt ſeu delabuntur,vt ſaxa,vt aqua ſiue cum homines inde p̄cipitantur. Col.lib.i. Huic proxima fluens aqua e montibus oriunda quæ perſaxa præceps deuoluitur. Liui.lib.ii. de bel,pu. Saxa ingentia in agmen deuoluunt. Per tranſlationē vero dicimus. Deuoluta eſt res,deuoluta eſt hæreditas quod vulgo dicitur de manu in manum. Idem libro quinto. Et eo deuolui rem,vt aut patricij aut patriciorū aſſeclę hīdi trib. plæbis ſint. Hiero. Illa interim coniunx egregia & quæ de fontibus tullianis hauſerat ſapientiam nupſit Salluſtio ini-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mico eius. Et tertio Messa'ę coruino, & quasi per quosdā gradus eloquentiæ deuoluta est.

¶ Deuoro as, pe. cor. vorando deiicio. Cato de reruſ. Bos ſi egrotare cœperit dato continuo ieiuno ouum gallinaceum crudum integrum facito deuoret. Refertur etiam ad alios ſenſus. Mar. Oculis deuorantibus draucos. Plau. Auſcultate atq; operam date, & mea dicta deuorate. Illud enim oculorū hoc aurium auiditatem ſignificat.

¶ Deuouco es, penul. correp. ſignificat ſolēniter voueo. Vouere autem eſt aliquid ſanctæ pro. mittere. Vergili. lib. xij. Quorum ſe deuouet aris. Cice. lib. iij. offi. Quid Agamenon cum deuouiſſet Dianæ, quod in ſuo regno pulcherrimū natum eſt illo anno, immolauit Iphigeniam. Item deuouere eſt morti dedere. Liuius. lib. ix. Equidem mortem pro patria præclaram eſſe fateor & me vel deuouere pro populo Romano legionibuſ ę, vel ī medios me mittere hoſtes parat⁹ ſum. Item deuouere eſt diris imprecationibus malum alicui optare. Ouidius. in. Ibin. Illum ego deuoueo quem mens intelligit Ibin. Hinc deuotio pro execratione. Sue. in Cali. Lenis adeo & innoxius vt Piſoni decreta ſua reſcindenti non prius ſuccenſere in animum induxerit, quam veneficijs quoq; & deuotionibus impugnari ſe comperiſſet. Hæ deuotiones tales erant quales diræ fuerunt apud priſcos, quæ talem habere poteſtatem credebantur, vt nemini fas eſſet qui in eos inciditſſet euadere. Inter carmina magica duo erant apud maiores maximæ religionis, quorum altero dij tutelares vrbiū euocabantur ab hoſte victore ne deos captiuos ducere viderentur. Altero deuouebant id eſt morti debebāt vrbis exercitus hominum capita qui ſe traderent iræ numinum pro ſalute aliena, quale fuit carmē duorum Deciorum qui ſe pro patrię ſalute deuouerunt. Liui. lib. ix. Equidē mortē pro patria pręclarā eſſe fateor, & me vel deuouere pro populo Romano legionibuſq;, vel in medios me mittere hoſtes &c.

¶ Deuotus deſtinatus, & ad proſperum aduerſumq; trahitur Var. Tum deuoto tibi animo vtere. Verg. Præcipue infelix peſti deuota futuræ.

ŏ Accipitur & pro diro, & execrādo. Oui. Viuite deuoto fœmina virq; thoro.

ŏ Deuoto as, pe. pro. frequentatiuum. Ci. codes contra omēs copias hoſtium tenuit in ponte ſolum, qui patrem deciū, qui filium deuorauit,

ŏ Deuotarius a, um, vt carmina deuotaria apud Liuium, & Macro, quibus homines, vrbeſq; deuouentur, quibus Decij pater filius, & nepos ſe deuouerunt.

ŏ Deuotiones. Vide in dictione Deuouco.

¶ Deus varie a varijs deduci ſolet. Nam quidam a θεόϛ deriuant quod deum ſignificat. Alij ἀπὸ τῶθεῶ Moſcopolus θεὸμ λεγεσθαι ὁτι θέω τὸ τρεχω θεούϛ γὰϛ ἑλληνεϛ τάϛοιχεῖ ἔλεγομ ὰ θεουσιμ ἀεί καὶ ἀϱισοτέληϛ *i. deum dici a currendo volunt, deos enim græci elementa dicebant quæ currunt ſemper, & Ariſtoteles. Alij ἀπὸ τοῦ θεῶμαι ſpeculor, q̄ in maieſtate diuina tanquam in ſpeculo cuncta reſultent, aut quia cuncta intuetur, vel potiꝰ ἀπὸ τοῦ δέος φόβοϛ λέγεται. ὁτι ἀτοῦ δυλεῖν μεῖζομ. *Idē Δέος Δέος timor dicitur quoniam ipſo nihil maius. Vnde Statius. Primꝰ in orbe deos fecit timor. Quidam a dando, quia hominibus det quicquid commodum. Nonnulli deū dici putant q̄ nihil ei deſit. Hinc deitas q̄ & diuinitas dr̄. Au. lib. vij. de ci. dei. Hāc diuinitatē vel vt ſic dicā deitatē. Nā & hoc verbo vti iam noſtros non piget vt expreſſius e græco transferant, quod illi theoreta appellant. Deum & diuum quidam indifferenter accipiunt. Alij deos volunt perpetuos eſſe, diuos vero ex hominibus factos. Et licet deus diffiniri nequeat, tamē ita deſcribi poteſt. Deꝰ eſt mēs vniuerſi, vel deus eſt animus p̄ imenſas mūdi partes omnēq; naturā cōmeās atq; diffuſus, ex quo oīa quę naſcuntur animalia vitā capiūt, vel deus eſt infinita mens quę ſeipſam mouetur. ŏ Spęuſippus philoſophus. Sic, ait. Deus viuēs, immortale. per ſeipſum ad bonum ſufficiens, eſſentia ſempiterna, ipſius boni cauſa. Au, vero. Deus eſt ſicut homi-

nibus veſter, ſpiritus, natura, ſimplex, lux inacceſſibilis, intuſibilis, ineſtimabilis, infinitus, perfectus, nullius egens.

*Deus penetralis dicebatur, qui intra conſeptum domꝰ cuiuſq; colebatur a nonnullis Iuppiter Ertius dictus. Cc.

¶ Deuteria a grę cis dicūtur vina aqua mixta, hoc eſt ſecūdaria. Nam Δεύτεϱοϛ ſecūdū dicitur. Fit ex maceratis aqua vinaceis poſt muſtum acinis expreſſum.

*Dexamene vna ex nymphis marinis a recipiendo dicta Δέξομαι enim recipio dicitur. Cc.

¶ Dexter a vel dextra, manus, q̄ q̄m validior eſt ſiniſtra dare dextram dicimus non modo manum porrigere, ſed etiam auxilium p̄ſtare. Ver. Da dextram miſero. Dextram Nūa pōplius, vt ait Li. fidei conſecrauit. Dextra ſe antiqui venerabāt, per dextrā iurabāt tanq̄ fidei ſedē & virtutis miniſtrā.

¶ Dexter dextri vel dexteri, q dextræ ptis ē. Ver. Quo tandē mihi dexter abis. Interdū dr̄ aptꝰ cōuenięs agilis ab aptitudine dextrę manus. Sta. lib. iij. ſyl Signa frænatæ moderatus alæ aſturæ dextro. Hinc dexterior fit & dexterrimꝰ ꝑ aptior & aptiſſimus. Dexteritas aptitudo. Antiq̄ dextimū & ſiniſtimū ꝑ dextro & ſiniſtro dicebāt. Aliq̄n etiā dexter dr̄ ꝑſp ꝑpiciꝰ. Ver. li. viij. Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecūdo.

¶ Dextrorſum aduerbiū ſignificat verſus dextram partem.

¶ Dextrale ornamentū dextræ cōe viris & mulieribꝰ. Hie. in Exo. Viri cū mulieribꝰ p̄buerūt armillas & inaures anulos & dextralia. Huiꝰ dimi. eſt dextraliolū, vt ī li. Iudith. Induit ſandalia ī pedibus ſuis aſſumpſitq; dextraliola & ſaures.

¶ Dextrocherium muliebre brachiorum ornamētū quod ex auro in annuli lati formam gēmis p̄cioſiſſimis ītegebat. Iul. Capito. ſcribit Maximum pollice fuiſſe tam vaſto, vt vxori dextrocherio vteretur pro annulo.

¶ Dextrarij dñr equi maxime bigarij.

¶ Dextero as, ſignificat equos bigarios iungo. Solin Tarpeium Iouē terna dextratione luſtrauit. Lau. Val. triumphaſſe exiſtimas cęſarem quoties domo prodibat, vt nunc ſolet papa pręcedentibus albis equis quos ſtratos famuli dextrant.

¶ Depeciſcor eris, depectus, ex de & paciſcor, ſignificat ſicut ſimplex, & tam in bonam q̄ in malam partem ſignificat. Terentius in Phormione. Ita me dij bene ament vt mihi liceat tam diu q̄ amo frui iam depeciſci morte cupio. Cic. Quidam cū circūſederetur neq; effugere vllo modo poſſet, depectus eſt cum hoſtibus, vt arma & impedimenta relinqueret milites educeret.

¶ Depeculor pe. cor. ex de & peculor, quod a peculiū deducit, peculiū vero lucrū ſigni. vel quicquid ſua īduſtria quis acquiſiuit. Qui aūt peculiū, ſiue quod peculij ſurripuerit depeculator dicit, q̄q̄ ſint q̄ dicāt Depeculari proprie eſſe furari ea quę ad rēp. ſiue principē, ſiue ad ſacra ptineāt. Sed Cic. lib. i. ad Heren. docet aliud eſſe furtū, & aliud peculatū. Si quis (inquit) peculatꝰ accuſat, q̄ vaſa argentea publica de loco priuato dicatur ſuſtuliſſe poſſit dicere cū diffinitione ſit vſus quid ſit furtū, quid ſit peculatus, ſi cū furti agi & nō peculatus oportere. Et in ver. acti. i. Quibus in prouincijs multas domos, plurimas vrbes, omnia phana depeculatus.

¶ Depello, is, puli pulſum, deorſum pello. Lact. lib. ij. Inueteratos depulimus errores. Interdum depellere eſt abducere remouere. Ve. Dulce ſatis humore depulſis arbuteꝰ hœdis. Nā depulſis proprie poſuit q̄ agnos quadā vi ab vberibus matrum pelli conſtat dum repugnant ne inde amoueantur. Inde depulſus dicitur contra voluntatē amotus. Amouemur enim a re grata & iucunda.

¶ Di & dis prepoſitiones eiuſdē ſignificatiōis ſunt, quia ābę ſeparatiue & in cōpoſitione ſolū reperiūtur. Cōponit aūt di cū dictiōibꝰ ī cipientibus a d, vt Diduco g, vt Digero, l, vt Diluo m, vt Dimitto n, vt Dinūero i, vt Dijudico u, vt Diuerto, & vbiq; ꝑducit, niſi ī ditimo & diſenꝰ Dis vero mō negationē denotat vt difficilis, diffido, Mō diuerſitatem, vt diſſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

deo.Modo diuisionem,vt dissocio disiungo.Modo significat valde,vt discrucior,discupio.Modo varie siue ī diuersas partes,vt dispono,dissemino.Quandoq; male,vt dispereo male pereo.Cōponitur; cum c,discumbo.f.vt diffundo,vbi s. mutatur in f.euphoniæ causa.p.vt disputo.q. vt disquiro.r. vt disrumpo.s.vt dissimulo.t.vt disturbo.i.consonante,disiungo.Est quando di græca dictio sit & significat bis vel duo vt digamus didrachma.

¶Dia præpositio græca,apud nos per & propter significat.Est & nomen duarum insularum quarum vna Cretæ adiacet, alia in mari Tyrrheno,quę aliis nominibus naxos & strōgylos vocat De qua Oui.Qua breuis ęquoreis Dia ferit aquis Dia etiā dicta est hebe dea q̄dā, & dia actiūs græc⁹ quo Iouē significam⁹.ὃ Hic flamę dialis dict⁹ a Ioue cui sacra facit.

¶Diabolus latine calūniator dicitur διάβολος calūnia διαβόλλω criminor.

ὃ Diacodion,medicamentū quod ex capitib⁹ papaueris fit.

¶Dialogus græce,latine disputatio, ab διαλέγομαι, quod est disputo,ex δια per λέγομαι sermocinor vel disputo.Logos sermonē & orationē cōprehendit.Et est dialogus oratio vbi disputantes introducuntur quotquot authori libuerit, non aūt a dia duo λόγος sermo q̄ sit duorū, cū tñ sunt,v .& vi.aliquando plures,vt Plato,sed somniant.

*Diacheron spina alba est, magnitudine arboris modice flore rosæ,cuius radix vnguentis expetitur,alias aspaltus siue dipsacus dicetur.Cc.

¶Diacon diaconos,os in us,fit diaconus, a diaconeo ministro.Est enim diaconus minister,diaconia ministerium. Nos diaconium dicimus,& diaconatum pro ordine diaconi.

ὃ Diacton,quasi internūtius,quod nomē datū est mercurio.

¶Diadema pe.pro.quod quidā cū diph. scribunt gestamen regis a διαδέω circūligo.Nam habet duo appendicula quibus caput ligatur.Hinc Diadematus diademate ornat⁹.Ci. in oratione ad populum.Non vt pro.Q.Metello viro clarissimo iam spectata ætate filius, non L. Diadematis consularis summa authoritate,non Q u.Metellus censorius.

*Diadochos gemma beryllo similis.

¶Diæresis dici potest diuisio.Figura cum vna syllaba in duas diuiditur,vt apud hor.Nunc mare nunc syluæ,quod trisyllabum est.Diæretus,diuisibilis.Diæreo diuido.

ὃ Diæta,cœnaculum,in quo æstate cœnatur ad vmbrā,hyeme ad solem,quod & cœnatio dicitur,siue cœnatiūcula. Pli. in Epist.Ex triclinio in diætam siue cœnatiunculam transitus.Scęuola de lega.libro tertio.Liberto meo ex domo mea, quam libertis meis dedi diæta in qua habitaui.Hic locus etiam zeta & zetula vocatur. Hoc nomen quidam a græco deriuant διαιτάομαι viuo,& conuersor.In his enim cœnaculis viuimus,& versamur. Vnde etiam diæta nominatur victus & medicinæ pars diætica nuncupatur,quæ victu medetur.Cicero ad Atticum,Diæta curari incipio chirurgię tędet. Varro vero q̄ in ea per diem edatur dici existimat. In hortis vero ædificari solebat,licebatq; testatori diętam ī hortis vxoris ædificatam,diruendam legare,si id fieri sine fundi detrimento posset. Apud græcos sumitur pro iudiciorum loco,& pro loco,quo arbitri conueniūt.Et tunc dicitur a δίαιτεω iudicio,vt arbiter. Ab aliquibus accipitur pro diario, hoc est vnius diei cibo.

¶Diętarij vocabantur ministri diętę seruiētes, quorum meminit Vlp.de fundo instructo.Et diętarij dīr qui ī aliena cœnacula furandi gratia se dirigebant,quos Vlp. scribit pluscq; fures esse puniendos.Itaq; aut ad tempus relegandos aut in opus publicum dandos,aut fustibus cędendos.

¶Diæticę a græcis appellantur arbitri.

¶Diagramma atis, geometria designata, siue quadrangulus,siue triangulus vel inscriptio libri.

¶Diagoras nomen philosophi,qui Atheos cognominatus est id est negans deos.Hic cum Samothraciam venisset,atq; ei quidam amicus dixisset.Tu qui deos putas humana negligere,nonne aduertis ex tot tabulis pictis quam multi votis vim tempestatis effugerint,in portūq; salui peruenerint? Ita fit inquit.Illi enim nunq̄ picti sunt qui naufragia fecerunt in mariq; perierunt.

¶Dialectos græci vocant loquendi genera,sicut docet Quī. lib.i.quæ apud illos quinq; sunt.s. Ionica,dorica,attica, æolica & communis lingua.

¶Dialectica latine disputatoria dicitur,a διαλέγομαι disputo διὰ enim per,λέγομαι sermocinor, quia per sermocinationem disputatio prosequit.Hinc dialecticus a,um.Hier. contra Ruf.Septem modos conclusionum dialectica me elementa docuerunt.

¶Dialysis græce,latine dissolutio dicitur.

¶Dialyton penul. correp. dici potest dissolutum. διαλῦω dissoluo.Figura cum sine coniunctionibus dictiones proferuntur punctatim, vt Ite, ferte citi ferrum,date tela, impelite remos.

ὃ Dialexis latine disputatio.

¶Dialis Iouis. ἀπὸ τοῦ Διὸς.i.a Ioue,vt flamē dialis id est Iouialis.Et dialis pro ære. Vnde subdialis sub aere. Plinius lib.xxxiiij.Illa super terram ex subdialibus petris ceditur hęc ex obrutis.Idem subdialia pauimenta græci inuenere id est quæ permanent sub dio.Dialis quoq; a die dici potest vt cōsul dialis qui vno tantum die consul fuit.ὃ Hinc scōma illud Ciceronis in consulem qui vno tantum die consul fuit. Solent īquit esse flamines diales,mō cōsules diales habem⁹.ὃ Et Hor.Nouendiales dissipati sunt cineres.

ὃ Dialage,διαλλαγή a nostris transfertur consiliatio, figura est quum plura argumenta ad vnum effectum deducuntur. auctor.Quin.lib.ix.

¶Dialeutenses pelagiæ genera purpuræ,quæ vario soli genere pascuntur.Cc.

¶Diameter,pe.cor. mensura siue linea dimetiens a græcis diametros dī.Col.lib.vi.Esto area rotūda, cuius diametros. id est demensio habeat pedes.lxx.

¶Diadumenus,quasi vittatus diadematusq;, quo nomine dictus est iuuenis quidam speciosus.

¶Dianœa a nostris dicitur mens, siue intellectus. Vnde ab oratoribus ponitur pro quadam figura quæ sensum magis quam verba designat.Quin.lib.i.Figuras quæq; lexeos,quę que dianœas vocant.

¶Diana a διός id est Ioue quasi iouiniana Iouis filia ex Latona,quæ & luna sic dicta q̄ quasi diem noctēque efficiat. Vel q̄ noctu sola luceat quasi lucens vna. Quapropter & noctilucam in palatio vocabatur q̄ ibi noctu templum eius luceret vel quasi deuiana, quia venantes per syluas deuiare solent.Ab ea Dianus dicebatur locus ei consecratus. Eandē etiā Lucinam dicunt & Iunonem.Iunonem a iuuando. Lucinam q̄ partum in lucem prodat quam in pariendo inuocant.Verg.Casta faue lucina tuus iam regnat Apollo,siue vt Plinius sentit,quod oculis præsit & luci. Siue a luco quē Romę in exequijs habebat.Dicta est & Proserpina, vt infra dicetur Et dictinna q̄ dum Minoem regem vim ei ferre volentem fugeret in mare se præcipitem dedit cadauerq; eius a piscatoribus inuentum propter quod a rętibus quæ græce δίκτυα dicty a dicuntur nomen ei impositum. Prętera Hecate dicta fuit,vel q̄ centum victimis placaretur, vel q̄ centum annos errare faceret īsepultos.Dicta est & Pergęa a Perga Pamphiliç oppido in quo templum habuit insigne. Plures tamen dianas fuisse Ci.lib.de natura deorum scribit. Sed illa nominatissima est quæ eodem partu cum Apolline ex Ioue & Latona nata est.Hæc ob virginitatis amorē fertur hominum consortia aufugisse,& vt a se libidinis pruritū amoueret,vænando syluas incolebat paucarum virginum comitatu contenta Arcum ferebat & pharetram succincta semper incedens & cothurno induta,ob hanc causam syluarum & nemorum dea putabatur.

¶Diana dicta est fascelis a fasce lignorū vbi eius simulachrū abditum erat quod occiso Thoante tauricæ regionis rege ab Iphigenia Agamēnonis filia in Italiam delatum est,Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Dianium insula est quam nonnulli Artemisiam vocant contra Cossanum littus.Cc.

* Diapasma dicitur inspergimen ἀπὸ τοῦ διαπάσσω ω.i.inspergo.Cc.

¶ Diaphora pe.cor.latine differentia. Diaphorus Diuersus diaphoretica vis discussoria,hoc est dissolutoria discutiũtur insipientia tubercula,emittuntur concocta & suppurantia.

¶ Diaphonia cũ accentu in pe.dissentio,discordia.διαφωνέω discordo,dissono.

ŏ Diaphanum penul.product.latine dicitur transparẽs sicut est crystallum.

¶ Diaphragma atis dicitur omne medium,& narium diuisio.Vnde & pro pariete accipitur seu membrana quadam tenui in rætis similitudinem facta in corpore quæ veluti pares quidam cor pulmonemq; sepiat,& a iecore lyeneq; sepàret.Nam φράττω latine sepio & obstruo dicitur.Hanc mẽbranã latini transuersum septũ appellant. Cor. Cęl. lib. iiij. At sub corde atq; pulmone transuersum ex valida mẽbrana septum est.

¶ Diaporesis pe.p.latine dubitatio,figura oratoria,quæ fit quoties oĩa & magna videntur & paria,ita vt orator nesciat a quibus potissimũ dicere incipiat. Teren.in Eu. Quid cõmemorem primũ aut laudem maxime.illum qui dedit mihi cõsilium vt facerẽ,au me qui ausus sim incipere?an fortunã collaudem quę gubernatrix fuit?

¶ Diapsalma atis,quid significet docet Hier. ad Marcellam scribens cuius sunt hæc verba.Quidam diapsalma commutationem metri dixerunt esse,alij pausationem spiritussancti nonnulli alterius sensus exordiũ.Sunt qui rhythmi distinctionem.Et quia psalmi tunc temporis iuncta voce ad organũ canebantur,cuius causa musicæ varietatis existiment silentiũ nobis nihil horum videtur.cum aquila, qui verborum hebręorum diligẽtissimus explicator est Sela,hoc est diapsalma semper transtulerit.Et inueniamus in psalmorum quoq; fine diapsalma positum,vt est in tertio.Dentes peccatorum contriuisti,domini est salus & super populum tuum benedictio tua.Sela.i.semper.Et quis est iste rex glorię?dominus virtutum ipse est rex glorię,semper,hoc verbum superiora pariter & inferiora connectit,aut certe docet sempiterna esse quæ dicta sunt vt est illud.Multi dicunt animę meę non est salus illi in deo suo semper.Et rursum. Voce mea ad dominum clamaui & exaudiuit me de monte sancto suo semper.Scire aũt debemus apud hebręos in fine librorum vnum e tribus solere necti,vt aut Amẽ scribant,aut Sela,aut Salom, quod exprimunt pacem Igitur vt solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius subsequentis medium interponere Explicit, feliciter,aut aliquid huiusmodi,ita & Hebræi vt quæ scripta sunt roborentur facere solent, vt dicant amen, aut in sempiternum,& scribenda commemorant vt ponant sela aut transacta fœliciter protestantur pacem in vltimo subnotantes.

¶ Diarium a die fit,& significat victum quotidianum,id est quod in vnius diei cibum datur.Martia. Sed lupus vsuram puerię; diaria poscunt.Sumitur & pro libro seu historia,quę per singulos dies scribitur,& a græcis dr Ephemeris.

ŏ Diarrython latine aquis circundatum,& madentem plaustri.Solo.Quo noĩe dictus est Hypon.

¶ Diastasis pe.cor.latine distantia ex διά,q̃ aliquando ob & longe designat,& στάσις distantia.

¶ Diastole pe.cor.distinctio vel dilatio, figura cum vna dictio vel sententia ab alia distinguitur,vel cum breuis syllaba producitur.διαστέλλω διαστολή,*.i.distinguo distinctio.

¶ Diastrophos.pe.cor.latine puersus dicit ex διαστρέφω. *.i.peruerto.

¶ Diapason pe.cor.musicæ artis symphonia cõstans ex quinq; tonis & duobus semitonis. ideſt diapente & diatessaron, ὅτινες διὰ πασῶν ἀπὸ πασῶν πάσης.*.i.tanq̃ per omnes

¶ Diapente.i.quasi de quinq;,quia totidẽ voces refert. Diatesseron,latine de octo,quia octo voces habet.

¶ Diasatyrion compositio quædam medicorum ad excitãdam venerem.

¶ Diapasma atis.inspergimẽ quo ad sudores coercendos vtimur,cuiusmodi sunt quæ siccis odoribus cõstant vt inquit Pli.lib.xiij.dr ἀπὸ διαπάσσω inspergo.Martialis. Quid q̃ olet grauius mixtum diapasmate virus.

¶ Diastema atis.latine spatium.Habet pe.p.Nã græce διάστημα. Vñ errauit Sidonius,qui eam corripuit.Sic placidã paphien seruare diastema quintum.

¶ Diathesis pe.cor.affectus & vnũ ex accidẽtibus verbi q̃d latini genus vocant.

¶ Diatyposis pe.pro.latine formatio dicitur.τύ ποσ τυποῦω καὶ τύπωσις.

¶ Diasyrmos dici potest distractio ab διασύρω distraho.Figura cum vna dicto ad duo diuersa significata distrahitur. Virg.Interstrepere anser holores.i.malus poeta inter bonos. Fit etiam quando quis magna verbis comminuit & minima extollit.

ŏ Diaulos a græcis certamẽ vel cursus vocatur,& spatiũ q̃d pedes habet mille ducentos.Nam stadium a diaulo differt. diaulos a dolicho,dolichus a milio.Stadiũ vt hieron. placet pedes in lõgitudinẽ sex cẽtos habet,diaulos mille ducentos. Milium stadia.viij.dolichus stadia.xij.

* Diaul⁹ vir erat ex medico fact⁹ cadauerũ funerator. Mar. Chirurgus fuerat nũc est vespillo Diaulus.Cc.

* Diaula vna ex quatuor porticib⁹ Romę,q̃ ad meridianas porticibus spectabat.Cc.

¶ Dibapha pen.cor.purpurã bis tincta. Vnde & preciosior, quali vtebantur magistratus in prætexta,Nam δισ bis,βαφή baphe tincturã significat,βάπτω tingo,βαπτηρ tinctor. Cice.Cęlio.Curtius noster dibaphum cogitat,sed eum infector moratur,cum significare vellet Curtium hominem minimi precij aspirare ad magistratum.Ponitur etiam pro veste delicatiore & digniore quę bis tincta sit.Scribit Ser.Dibapha loca Tyri vbi repetita infectura,lane tingebantur.

¶ Dica carta. Teren.in phor.En vnq̃ iniuriarum audisti mihi scriptam dicam.Ci.Scribitur Heraclio dica.ŏ Interdũ dicitur iudicatio,& accusatio crimen.Nam δίκη iudicium & accusatio.Plau.in Aul.Scribam dicam.

¶ Diceą siue iustitia siue iusti intelligentia,ŏ Menander poeta comicus.Δικαίου γῆλιου.i,iustam terram noĩat,q̃ tantũdẽ reddit quantum accepit.

¶ Dicæa vrbs in Thermaico sinu,a Dicæo Neptuni filio.

¶ Dicæarchus iustus princeps.Ex δικαιος iustus ἄρχὸς prĩceps est nomen philosophi Mesenij de quo Cic.lib. Tusc.Hic opinatus est hominum exordium nullum extitisse tanq̃ semper fuerit humanũ genus.Cõposuit tres libros,in quib⁹ suã super aĩa declarauit sententiã,qui animam nihil aliud esse arbitrabatur q̃ vim quandã atq; potentiam ęquabiliter fusam, tam in corporibus brutorum q̃ hominum,quę a corpore foret inseparabilis,vt a morte nullus sensus supereſſet,sed totũ animal commoreretur.

¶ Diceąrchia,quæ nunc Puteolis,q; ea ciuitas quondã iustissime regebatur.Nã græci δίκαιον iustitiã vocant & ἀρχὴν prĩcipatũ.Quidam scribũt dicarchæa.Sido. Apollinaris. Nãq; dicharchęæ translatus puluis arenę.

¶ Dicęologia,græce δικαιολογία,iustificatio dr. Figura est quũ ęquitatẽ causæ q̃ maxime breuissime cõplectimur.

¶ Dico as,prima correp.ad obsequium do.consecro, offero Vnde in vsu est.Sacerdos dicatus est numini.Cice.Cęlio.lib. primo.Balbum quanti faciam q̃q; me ei totum dicauerim ex ipso scies.Huius verbi composita sunt Abdico, dedico, indico,prędico, vendico, & vindico.ŏ quæ habent penultimã correptã.

¶ Dico is,penultima producta xi,ctum,proprie significat loquor,vt si quis me roget quid dicis,ego ita respondeam nihil dico, Apud oratores vero loqui est qualiacũq; verba proferre,dicere vero eleganter & facunde.Quintil.lib.x.Nã mihi ne dicere quidem videtur,nisi qui disposite ornate copioseq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicit. Hinc dictio vocatur oratoria & facunda oratio. Nã ab illo generali huius verbi significato fit dictio pro vocabulo seu verbo. Dicere etiam vocare nominare est. Verg. Est locꝰ hesperiam grai cognomine dicũt. Quandoq; ponitur ꝓ cõstituere. Teren. in An. Hic nuptijs dictus est dies. Quandoq; pro iudicare. Virg. Dic mihi damera cuium pecus an Melibœi? Quandoq; pro denũciare. Terent. in An. Sed dico ne te mere facias. Quandoq; pro promittere. Põp. in pictoribus. Nummos certos dico quinquaginta milia. Sal. lib. ij. Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio veris cum exercitu profectus in Dardania. ñ quibꝰ potuit pecunias dictas coegit. Quandoq; affirmare. Martia. Cum verus patriæ diceris esse pater. Quandoq; pro dare. Cic. lib. ij. offi. Commode autem quicũq; dixit pecuniam. Sic etiam dare pro dicere sumit. Verg. Sed tamen iste deus qui sit da Tytire nobis. Quadoq; pro dicare. Idem. Iunoni infernæ dictus sacer. Quandoq; pro velle signare. Ter. in Eu. At nesciebam id dicere illam. Et alibi. Quasi tu dicis factum id meo consilio. Quandoq; pro assignare, vt ille dixit diem mihi ad populum. i. assignauit diem ad respondẽdũ. Quandoq; pro defendere vt Cice. dixit, causam Milonis. Quandoq; pro cantare. Verg. Alternis dicetis amant alterna camœnę. Quandoq; pro intelligere ab eo qđ præcedit ad quod sequitur. Terenti. Duo cum idem faciunt ſpe vt possis dicere, hoc licet impune facere huic, illi non licet. Quandoq; pro pronunciare. Hinc dicere sententiam dicimur cum tanq; consiliarij quid nobis videtur pronunciamus. Dicet quandoq; dicere sententiam hoc est pronunciare & determinare. Quin. Apud iudices quidem secundum legem dicturos sententiam de confessis põpue ridiculũ est. Dicere leges aliud est q̃ ferre leges. Feruntur enim leges ad suos, dicũtur ferre ad victos, vt dicere leges sit imperare. Liui. Qñ perinde ac victo iam sibi leges dicerentur. Dicere diem est accusare. Nã qui accusat diem reo denunciat quo ad causam dicendã presto sit. Huius verbi composita sunt. Addico, condico, contradico, edico, indico, interdico, põdico, prodico, benedico, maledico, & redico, quæ habent pe. pro.

¶ Dicto as, frequentatiuum est a dico is. Est enim dictare dicere & enunciare, quod alius excipiens notet. Vnde dictata dicuntur veluti themata atq; præscripta quę magister ludi pueris põbere consueuit. Cice. in quadam epistola ad Atticum testatur se illa non scripsisse sed reparandi, lateris gratia deambulantem dictasse. Nec in literis tantum sed in alijs quoq; artibus dictata dicuntur. Vt illud Iuue. Peragit dictata magistri omnia. Suet. in Cæsa. Vt disciplinam singulorum susciperent, ipsiq; dictata susciperent. Ibi loquitur de gladiatoribꝰ Persius. Ten cirratorum centum dictata fuisse pro nihilo pendas? Hic gladiatoria themata documentaq; significantur. Et dictare est authoris alicuius verba sensumq; excutere. Vnde dictata dicuntur interpretamenta, quæ a magistris in ludo literario de aliquo authore traduntur, vt perdiscantur. eadẽ q; ipsis post paulum ita reddantur vt tradita sunt. Hora. Sic iterat voces & verba cadentia tollit vt puerum ſquo credas dictata magistro. Ideo autem frequentatiuum dixi, quoniã quæ docemus ſpe inculcamus, vt penitus excipiantur & ediscantur. Dicitur etiam ratio dictat quale est illud Plinianũ in epistola. O sylua o littus q̃ multa componitis, q̃ multa dictatis, suggerunt sane camœnæ littus ac solitudo tacite nobis quod scribamus, quemadmodum ratio & nonnunq̃ indignatio dictat.

δ Dictio quo ad grammaticos est vox cum aliqua significatione ex qua instituitur oratio, & in quam resoluitur. Aliquã do ponitur pro enunciatione. Teren. in Phor. Cãm orare nõ sinunt neq; testimonij dictio est. Accipitur & pro vocabulo seu verbo, prout dico significat generaliter loqui. Item pro facunda & oratoria oratione. Cicero. lib. ij. Tusc. Itaq; cum ante meridiem dictioni operam dedissem. Dictioni accidũt quatuor, tenor, ſpũs, passio numerus syllabarum.

¶ Dictito as. pe. cor. a dicto, aliud frequẽtatiuũ. Et significat frequentibus tẽporibus, ac frequẽtibus locis dicere.

¶ Dicturio is, pe. cor. dicere cupio siue dicere molior. Macro. Sed ꝑge Auie ne vltra te dicturientẽ retardem.

¶ Dichotomos grẽce, apud nos idem est qđ dimidiata, siue diuidua, qualis septio quoq; die post plenũ orbẽ luna visitur Sic dĩ diochomenos. i. semiplena luna.

¶ Dictum & nomen & participium esse potest. Terentius vtrumq; complexus est cum dixit. Nullum est iam dictum quod non dictum sit prius. Nam primum est nomen secundũ participium. Et sciendum q; licet dicta de omni sermone dicãtur, apud veteres tamen pro facetijs & iocis poni solent. Cic. lib. ij. ad Cor. ne porem. Itaq; nostri cum omnia dixissem. dicta essentq; facere & breuiter & accurate iocati ea proprio nomine appellari dicta voluerunt.

¶ Dicteria sunt breuiter & acuta dicta, vel quasi dicta non seria. Alio nomine Scommata & Apophthegmata a grẽcis dicuntur.

¶ Dicax, qui malignis salib⁹ maledicit. Ideo Demosthenem vrbanum fuisse dicunt, dicacem negant. Hinc dicacitas quæ est sermo cũ risu aliquos incessens.

¶ Dicaculus & dicacula diminutiua sunt. Plau. in Am. Satis dicacula es amatrix.

¶ Dictamen a dicto as. significat id qđ dictatur. Idem & dictatio denotat a quo dictatiuncula diminutiuum. Hiero. Authores sunt huius dictatiunculæ meę sancti presbyteri Ripparius & Desyderius.

¶ Dictator qui dictat, & qui dictaturam gerit. q̃ a consule dicebatur, cuius dicto audientes oẽs eẽnt. Creabantur em̃ viua voce non per suffragia, & durabat per sex mẽses. Et quia summa potestas erat dicta. oris in populum, is quoq; magister populi appellatus est, vt scribit Varro. Erat autem extra ordinarius magistratus cuius summa erat potestas habens ius animaduertendi in cuiuscũq; ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat. Nec alio pacto creari solebat q̃ cum vis aliqua maior repente oborta ingentem vrbi cladem minitari videretur. Dictatori cæteros magistratus eligere licebat a quibus dictandis quidam dictatorem appellatum volunt.

¶ Dictatura ipsa dictatoris dignitas. Liuius. Dictaturæ sem per altius fastigium fuit. Nam a dictatoribus non erat ius ꝓ uocãdi, quibus etiam animaduersio capitis data est magister equitum secundã post dictatorem dignitatẽ gerebat. Et ab ipso dictatore eligebatur. Dictus magister equitũ q̃ summa potestas huius erat in equites & accensos. Et magister equitũ sic iungebatur dictatori quõ regibus tribunus. Iuue. Famosos equitũ cũ dictatore magistros.

¶ Dictatorius a, um, quod ad dictatorem pertinet, seu quod est dictatoris. Liuius. Postremo dictatorium fulmen in se intentatum.

¶ Dicte vna est ex quatuor precipuis vrbibus cretæ. Vnde Dictæus cretensis cum æ. diph. Verg. Dictæo cęli regem pauere sub antro.

¶ Dictynnus mons in quo Dianę templũ situm erat.

¶ Dictyneũ cũ ypsylon promontoriũ in creta, similiter & delubrum, vt inquit Stra.

¶ Dictamus & dictamũ pe. pto. hærba medicinalis qua lacerę tese refouent quotiensc̃ũq; cum serpentibus pugnam habuerint. Verg. li. xij. Dictamũ genitrix cretęa carpit ab Ida.

¶ Dictinna pe. ꝓ. vt quidã putãt cognomen est dianę ppera q̃ retia inuenerit q̃ grẽce dĩr δίκτηα Scribit Diod. lib. vi. dictynã ex ioue genitã in creta cõsuetudine dianę familiarissime vsam esse q̃ res causam prebuit vt quidẽ dictynã dianãq; eãdem esse existimarent. Callimachus ait dictynã a retibus piscatorijs denominatã intra q̃ fugiẽs euaserit violentiã Minois regis ex libidinis causa insequentis.

¶ Dictys vnus ex cẽtauris fuit, & historicus cretensis qui cũ Idomeneo rege Cretę ad expeditionẽ troianã cõcessit, historiam ephemerida conscripsit. Cc.

¶ Didascalia latine doctrina διδάσκω. n. doceo. Didascalus præceptor.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Didia lex post Fanniā legē duodeuiginti annos secuta est, cuius ferendæ duplex ratio fuit. Primo vt non sola vrbs roma. sed vniuersa Italia lege sumptuaria teneretur. Secūda vt non modo qui cōuiuia maiore sumptu fecissent, sed ēt qui ad ea vocati essent, atq; omnino interfuissent pœna legis tenerē tur. Cc.

¶ Dido quæ Elisa proprio nomine dicebatur, sed cognomē to dido, quia fortiter fecerit seipsam potius interimens q̄ libi dini indulgēs. Hæc fuit Beli filia & soror Pigmalionis, q̄ mul to auri & argenti pondere cōgregato Aphricā adnauigauit ibiq; vrbē Charthaginē cōdidit. Et cū ab Hiarba libyę rege in coniugium peteretur paulisper distulit nuptias donec cō deret ciuitatē. Nec multo post extructā in memoriam mari ti quondā Sichei pyra maluit ardere q̄ nubere. Interpretatur autem Dido Virago.

¶ Didrachma, bis drachma ἐξ δίς καὶ δραχμή, nummus est duas drachmas continens, græci δίδραχμον dicunt. Am. in epistola ad Iustum. Est autē dimidiū didrachmi drachma. Et paulo p⁹ didrachma neu. ge. dixit. Hoc est igitur didrachma, qđ exigebatur scđm legem.

¶ Diduco is. pe. pro. varie duco. Col. lib. vi. Validam vitem in ramos diducere censeo. Pers. Cumq; iter ambiguum est & vite nescius error Diducit trepidas ramosa in compita mentes. Quandoq; diducere est detrahere diuidere. Verg. libro primo. Geor. Quicq; paludis Collectum humorem bibula diducit harena. Proper. Non ego complexus potui diducere vestros.

¶ Didyme es, penulti. correp. insula in mari Siculo vna ex Aeolijs.

¶ Didymę arū, insulę Aphricę q̄ ægypto adiacent.

¶ Didymi sunt mōtes felicis Arabię.

¶ Didymus latine geminus dicitur. Græci enim δίδυμον geminum vocant. Quo nomine vir Alexandrinus dictus est, q̄ licet a parua ætate oculis captus foret, diuinas tamen literas optime callebat, & inter ecclesiasticos scriptores illustris fuit. De quo Hieronymus. Quod cum propter cæcitatem etiam elementorum ignarus esset, tantum miraculum sui omnibus p̄buit, vt geometriam q̄ vel maxime visu indiget vsq; ad p̄fectum didicerit.

¶ Didymeus Apollo dictus est q̄ geminā speciem sui numinis præferat illuminando formandoq; lunam. Ex vno enim fonte lucis, gemino sydere spatia diei & noctis illustrat. Vnde & Romani vt inquit Macro. Solem didymei Apollinis appellatione venerantur. Dictum est & didymeum templum Appollini dicatum apud Miletum quod prius oraculum Brancidarum, vt author est Plini. appellatum est. De hoc tē plosic scribit Stra. lib. iiij. Post possidium Milesium est oraculum Apollini didymeo sacrum apud Brancidas ad decem & octo stadia ascendenti. Id a Xerxe incensum est quemadmodum cætera templa omnia. Ephesio excepto. Postea Milesij templum construxerunt omnium maximum quod propter magnitudinē remansit sine tecto variis antiquarū aruū donis sumptuosissime honoratum.

ð Didoronduarū palmarū. Vide in doron.

ð Diamastigosis latine diffagellatio dr.

¶ Dies tam masc. q̄ fœmi. gene. est numero singulari, plurali vero tm̄ mascu. Dictus q̄ diuini sit operis. Siue a δι, δός. i. Ioue qui eius putabatur rector. Sciendum est secundum Pædianum q̄ dies fœmi. gene. significat tempus indeterminatū Et ideo diminutiuum eius est diecula, quod significat breue tempus & moram. Dies vero. xij. horarum g̃nis mas. est qđ est tempus terminatum. Vnde hodie dicitur quasi hoc die. Et hesterno die ad te veni. Sic dicimus ad diem non venit, significat prestituto tempore non venit. Iuue. Longa dies qd contulit. i. longum tempus. Verg. Multa dies variusq; labor mutabilis æui Rettulit in melius. Et iurisconsulti, bina trima quadrima die, pro tempore vsurpant biennij triennij quadriennij. Sed confunditur quandoq; hęc differentia. Ver. Iamq; dies infanda aderat. Finitur dies Romano more secundum Macro. a media ad mediam noctē, & sequentis noctis media parte, quę dicitur mediænoctis inclinatio. Deinde gallicinij q̄ tum galli cantent etiam tūc quiescant. Deinde diluculum cum incipit dignosci dies. Inde Mane cum dies est clarus. Inde Meridies diei medium. Inde iam supra vocatur occidui, tempus quod & serum diei vocatur, & mox suprema tempestas hoc est diei nouissimum tempus, sicut est expressum i duodecim tabulis. Solis occasus suprema tempestas esto, deinde vespera seu vespera vespero stella. Ab hoc tēpore prīa fax noctis, q̄ tum primum faces, hoc est lumina ferri incipiāt deinde nox concubia a cubando siue concubeum siue conticinium a tacendo, q̄ tum omnia tacent deinde nox intempesta, quæ non habet idoneum tempus rebus agendis. In has partes distribuebant diem qui constat ex vigintiquatuor horis, & lucem tenebrasq; continet. Dies secundum ægyptios inchoatur ab occasu solis. Secundum Persas ab ortu solis. Secundum Hetruscos & Athenienses a sexta hora diei. vt Ci. in auguraribus, & Gel. Plene exequitur. Interdum diem dicimus, vt solam lucem intelligamus, tenebras vero sub noctis nomine. Verg. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Et dies quidem qui fit horis. xxiiij. naturalis dicitur. Qui autē ab ortu solis ad occasum cōficitur artificialis appellari solet. Dies totius anni ex institutione Numæ, aut festi erant, aut profesti aut intercisi, aut comitiales, aut comperendini, aut stati, aut præliares. Erant & atri dies. De quibus locis suis. Huius nominis genitiuus est diei dij dies & die. Cicero pro Sex. Equites non daturo sillius dies pœnas. Virgilius. Libra dies somnicq; pares vbi fecerit horas. Idem. Munera lętitiamq; dij. Sallust. in Iugur. Vix decima parte die pro diei. Ablatiuus die vel diu. Idem. Diu noctuq; labora. Deriuata a die sunt. Quotidie, pridie, meridies, nudiustertius, nudiusquartus. Dianum dicta, q̄ quidiale, æquidium. Diluculum & perdius.

* Dies q̄ hebdomadē cōstituunt, aseptē planetis cognomināti sunt. Primus septimanę dies a sole dies solis siue phœbi dicitur. Secundus a luna. Lunæ. Tertius a marte. Martis. Quart⁹ a Mercurio, Mercurij. Quintus a Ioue, Iouis. Sextus a Venere Veneris. Septimus a Saturno, Saturni. Cc.

*Dies critici a medicis dīr Iudiciarij in quib⁹ scilicet de ęgritudine ferri iudicium potest. Cc.

¶ Diecula diminutiuum a die gene. fœmi. significat temp⁹ culum. Et accipitur pro mora, quod est hæc dies parum. Terē. in An. Non satis habes q̄ dieculam addo. i. aliquā temporis dilationem.

¶ Diescit dies fit, sicut noctescit nox fit, quę carent supposito & apposito.

¶ Diem de die ducere, est rem in longū ptrahere.

¶ Diem dicere alicui est constituere tempus q̄ vel in iudicio comparere, vel aliquid aliud agere debeat, vt nuptiarum diem dixit, hoc est tempus constituit quo nuptię fieri debeāt.

¶ Die quarti, & die quartę pro die quarto. Die quinti & die quintæ deinceps pridie quinto. Die pristini vel pristinæ, pro die pristino, quod nos conuerso compositionis ordine dicimus pridie. Die crastini pro die crastino, & alia multa. Vidē tur autem veteres differentiam fecisse inter die quarto & die quartæ, & illud p̄ p̄terito sit, q̄d nos nudiusquartus dicimus Hoc de futuro. Sunt aūt hæc omnia composita & pro aduerbijs accipiuntur.

¶ Diespiter, diespitris & diespiteris, diei pater. i. Iuppiter sicut diouis quasi diem iuuans, q̄ homines die & luce quasi vita ipsa iuuaret. Hor. li. car. Nāq; diespiter igni corusco nubila diuidens. Macro. Ipsi quoq; Romani diespitrem Iouem appellabant.

¶ Directi a die vocati sunt crucifixi, quasi ad diem erecti a dierego is. Festus scribit directum per antiphrasim dici apud veteres volentes significare malum diem. Vñ dierecta aduerbialiter dicimus. Plau. Quin tui directa cū succula & cū porculis. Directa inquit quasi in malā diem.

¶ Dieteris penul. cor. tempus duorum annorum, sicut Trieteris trium annorum, pēteteris quinq;, τὸ δὲ τοῦ τοῦ ἔτους ἀπ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nus τρεῖσ tres.

¶ Diffamo as. penultima producta p̄ diuersas partes famā diuulgo. Aug. li. iij. de ci. dei. Romanum imperium tā longe lateq; non posset augeri, & tam grādi gloria diffamari. In malum ponitur apud Lucam. Homo quidā erat diues qui habebat villicum & hic diffamatus est apud illum.

¶ Diffarreatio, sacrificij genꝰ inter virū & vxorē quasi dissolutio. Confarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito.

¶ Differo penul. correp. spatium temporis do. Verg. lib. xi. Distulit in seram commissa piacula mortem. Vnde dilatio tēporis prorogatio siue extensio dicitur. Interdum differre est in diuersa loca ferre. Plaut. in Ru. Nos cum scapha tempestas dextrouersum differt ab illis. Idem in Cur. Iam ego te faciā vt hinc formice frustillatim differant. Interdum diffamare diuulgare. Lucil. Gaudes cum de me ista foris sermonibus differs. Plauti. in Tri. Nolo ego mihi te tam prospicere qui meam egestatem leues, sed vt inops infamis nę sim, ne mihi, hanc famam differant, meā germanā, meā sororē in concubinatum magisq; in matrimonium. Interdū diuidere, scindere, dissipare. Terē. in Adel. Me miserā differor doloribus. Interdum in ordinem ponere. Verg. lib. iiij. Georg. Ille etiam seras in versum distulit vlmos. Interdum distare Cic. in Verrē. At vide quid differat inter meā opinionē & tuam. Hinc differētia, Indifferens.

¶ Differitas pro differentia quo antiqui vtebantur.

¶ Diffibulare est exsinuare, aperire. Papi. Tunicam diffibulant auro.

* Difficul veteres pro difficulter dicebant. Cc.

¶ Diffido is, penul. prod. non fido, credulitatem depono. Sene. Nec secundis rebus nimis fidendum, nec aduersis diffidēdum est. Dicimus autem diffido tibi & diffido de te Ser. Sulpi. Ciceroni. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Cicer. ad Heren. Et de nobis non diffidimus.

¶ Diffiteor, ex dis & fateor, significat nego. Hier. Nō diffiteor omēs nos qui Christo credim⁹ de idololatriæ errore venisse Nō em̄ nascimur, sed renascimur Christiani.

¶ Difficilis non facilis. Vide in eadē dictione Facilis.

ð Diffinio nis, pe. pro. ex dis, & finio est quasi dispriendo, distinguo, vnde definitio q̄, & diffinitio, & finitio appellatur, constans ex gñe & differentijs, vt homo est animal rationale mortale. Quint. Finitio est rei propositæ propria & dilucida & breuiter, comprehensa verbis enuntiatio. Dicta autem est diffinitio breuis oīo, per quā rei vis naturaq; cognoscit sumpta translatione ab his qui fundos p̄diaq; diuidunt alia ab aliis. Nam sicut illi agrū ab agro diffiniunt atq; habitā de finibus controuersiā distingunt.

¶ Diffluo is. Vide in dictione fluo.

¶ Diffugio is, penul. correp. in diuersas partes fugio. Verg. libro tertio. Georgi. Quo tota exterrita syluis Diffugiunt armenta.

¶ Diffundo varie fundo, hoc est hīcinde spargo. Amb. Ergo patris sui venena diffundunt. Col. lib. ij. Nam vel respuit duritiam soli, dēs aratri, vel si qua parte penetrauit non minute diffundit humum.

ð Diffindo in diuersas partes findo. Virgil. Et media liquefacto tempora plumbo diffidit ac multa porrectum extendit arena.

¶ Digamus penul. cor. idem qui & bigamus, qui duas duxit vxores. Hierony. contra Ioui. Non damno digamos. Sic digama mulier dicitur quæ duos habuit maritos. Idem. Si clericus monogamus fuerit & vxor eius digama noli eum ministerio applicare.

¶ Digamma bis aut duplex gāma, q̄ est tertia alphaberi græci litera. Vñ F. nostrum digamma dicitur, quia figurā duplicis gamma retinet.

¶ Digero is. penul. correp. ssi. stum. ordino, dispono Virg. Digerit in numerū. Quandoq; dilucido, interpretor. Idē lib. ij. Ita digerit omnia Calchas. Q̄ñq; Diuido, distinguo. Plinius lib. xviij. Poma serantur inserāturq;, vineę; pastinentur, semina digerantur. Hierony. ad Dama. Vtrum ne epistolari breuitate sententias tibi velis digeri aut singulorum libros confici. Quandoq; Concoquo. Vnde & digestio, vt digere paulisper vinum quo mades. Macro. Igitur in ventre fit prima digestio. Sed ad primum significatum reduci potest, cum digestio sit distributio cibi ordinata. Nam frigida lienem petunt tanq̄ frigoris domicilium sicut iecur caloris quo calida confluunt.

¶ Digeries dispositio, distributio. Macro. Nec mirū si digeries morsu reprehensionis euasit.

¶ Digitus a digerendo quidam deriuari putant q̄ natura, miro decentiq; ordine digitos digesserit. i. disposuerit. Digitorum nomina sunt hæc Pollex, Index, Infamis siue famosus, Medicus. i. medicinalis seu anularis. Minimꝰ Author Porphyrio. Indicem qui pollici proximus est alio nomine salutarem veteres vocauerunt. Martia. lib. de nup. Phil. Quidam redimitus puer ad eos compresso digito salutari silentium commonebat. Medius digitus alia habet nomina. Nam dictꝰ est verpus a verrendo podice. Ob quam etiam causam impudicus & infamis vocatus est. Et quando porrigebatur, signum derisionis & contumelię erat. Mar. Ostendit digitum, sed impudicum alconte dasioq; Symmachoq;. Iuuena. Ipse minaci Prębet laqueum mediumq; ostenderet vnguem. Per. Frontemq; atq; vda labella Infami digito & lustralibus ante saliuis. Expiat. Huius diminutiuum est digitulus. * Et digitellus similiter. Cc.

¶ Digitum tollere significat fauere suffragari, sicut digitum deprimere suffragium derogare. Hora. Vulgus vtroq; suū laudabat pollice ludum. Iuue. Ex verso pollice vulgi. Quēlibet occidunt populariter. In emptione etiam digitus post licitationem leuatur significans quem q̄ emptioni allubescere. Mar. Iam mea res digitum sustulit hospitibus. Vnde Manceps est appellatus, qui quippiam conducēs manum tollebat se significans emptorem hoc erat apud veteres micare per digitorum leuationem distrahere. Q; emptio fieret per eleuationem digiti ostendit. Amb. ad Simpli. Sed non ille solum liber qui dominum licitatorem non pertulit, aut tollentem digitum non vidit.

¶ Digitale quod ad digitū est. Pli. lib. xxij. Et ācusæ radix in vsu est, digitali crassitudine. Digitalia substantiuum digitorum tegmenta dicuntur. Var. lib. i. de re ruſ. Olea manu stricta melior, ea quæ digitis nudis laudabilior q̄ illa quæ cum digitalibus.

* Diglito appellatur Tigris fluuius vbi tardior fluit, hoc est vsq; ad Medorum fines. Cc.

¶ Dignus a, um, quod meretur, vt dignum laude, dignum castigatione, quod meretur laudem, quod meretur castigationem. Cuius contrarium est indignum. Martia. Digna tuo cursis indignaq; nomine dicam, hoc est, dicam cur merearis, & non merearis hoc nomen. Digne significat pro meritis. Indigne præter merita. Ouidius. Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est. Quæ venit indigne pœna dolenda venit. Quidam etiam dignanter vsurpant, quod est vel digne, vel secundum materiam. Indignanter per indignationem.

¶ Dignitas a dignus fit, & significat quod dignum est, seu honorem alicui propter merita vel impensum vel debitum Gellius. Cuius dignitas nec augeri laudibꝰ nec minui detractionibus potest. Accipitur tamen quandoq; pro magistratuum administratione & honore. Cice. Thermo. Vt omnibꝰ in rebus eis te commodes quo ad fides dignitasq; tua patiet. Interdum sumitur pro virili pulchritudine. Idem lib. i. offici. Pulchritudinis duo sunt genera. Vnum muliebre, quam venustatem appellamus, alterum virile quam dignitatem dicimus. Sermonis etiam gestus vocisq; dignitas dicitur, vt aꝑ eundem ad Herē. Sermo diuiditur in partes quatuor, dignitatem, demonstrationem, narrationem iocationē. Dignitas oratio est cum aliqua grauitate & vocis remissione. Huius cō

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

trarium est Indignitas pro dedecor siue ignominia, & quod indignum est siue quod est contra dignitatem. Cice. lib. iiij. ad Heren. Neqꝫ verbis consequi indignitatem rei. Idem. Quĩ. Ligario. Cum ad secundum calẽdas intercalares priores rogatu fratrum tuorum venissem mane ad Cęsarem, atqꝫ omnem adeundi atqꝫ conueniendi illius indignitatem & molestiam pertulissem. Dicitur etiam indignitas, vt opponitur dignitati virili. s. pro indecentia, de qua lib. iij. ad Heren. Acuta exclamatio fauces & vocem vulnerat eadem lædit auditorem. Habet. n. quiddam illiberale & ad muliebrem potius venerationem ꝙ ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.

¶ Digno as, dignum puto. Pacu. Quis deos infernos quib⁹ cęlestes dignet honoribus? Huius pallium est dignor, quod est dignus habeor. Verg. Coniugio Anchisa veneris digna re superbo. Id frequentiore vsu est Dignor deponens pro dignum iudico seu habeo. Suet. in Aug. Vniuersum denicꝫ genus operas aliquas publico spectaculo prebentium etiam cura sua dignatus est. i. dignum iudicauit & dignatione sua prosecutus est. Cice. œconomico. Homo ex eo numero hominũ qui apud nos hoc nomine dignantur, id est digni habentur, Huius contrarium est Dedignor quod est non dignor, vel indignum reputo, contẽno. Verg. Quos ego sum toties iam dedignata maritos. Indignor vero irascor seu molestę fero, quam a patiens quibus non sum dignus. Ser. Sul. Hẽ nos hominem id quamur si quis nostrum interierit. Aliquando construitur cum datiuo. Hieron. super Mat. Decẽ apostoli vero indignantur matr. filiorum zebedęi Aliqñ cũ ablto medi ante de, vt apud Euang. Et audientes decẽ indignati sunt de duobus fratribus

¶ Dignatio apud ecclesiasticos pro mansuetudine, lenitate, facilitate capitur Apud Liuium pro familiaritate siue gratia cum libro secũdo, inquit. Apius interpres lect⁹ haud ita multo post in principũ dignationẽ peruenit. Indignatio ira. Iuue. Si natura negat facit indignatio versum

¶ Digladiari, est varie gladijs certare Cic. p translationẽ pro dissentire contẽdere & veluti gladijs dilaniari. Quid Antipater digladiatur cũ Carneade tot voluminibus

¶ Dignoto as, signa imprimo, vt fieri solet in pecoribus, vt dignoscantur

¶ Dignosco diuerse nosco, discerno. Lactan. li. vi. Inuicemꝫ se dignoscunt.

¶ Digredior discedo. Vergilius. Hos ego digrediens lachrymis affabar abortis. Cicer. Cornifi. Et si per iniquo patiebar animo te a me digredi. Inde Digressio & digressus pro discessu.

¶ Dñabus ex dis & iãbus, sed s. abijcitur. Pes est ex duobus iambis constans, vt amœnitas.

* Dñ gtũs est a ntõ dies ab antiquis vsurpat⁹. Sicut a fames famñ. Verg. Munera lætitiam⁹ dñ. Cc.

* Dñ manes dicebantur quod per omnia manare credebantur. Cc.

* Dñcon Herculis & Megaræ Creontis filius fuit. Cc.

* Dñouis Iuppiter appellatus est quasi dñe iuuans. Cc.

¶ Dñudico, diligẽter seu diuisim iudico. Cicer. libro Tuscu. Vtrum igitur inter has sententias dñudicare malimus, an ad propositum redire.

¶ Dilacero, as, Vide in dictione lacero.

¶ Dilato as, penulti. prod. latum facio, vt est illud. Dilatant phylacteria.

¶ Dilabor penul. product. diffugio seu discedo Cicer. lib. i. Tuscu. Sed nescio quomodo dum lego assentior, cum posui librum & mecum ipse de immortalitate animorum cœpi cogitare, assensio illa omnis dilabitur. Proprie vero dilabi est deorsum varie labi corruere. Lactan. lib. iij. Domus ab habitatore deserta dilabitur. i. corruit. Cic. in Læl. Iam em̃ a sapientiũ familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio nra dilabatur. i. descendit siue decurrit. Aliqñ ponitur, p deficere. Lact. li. vi. Describentes ꝙsi fatigati & dilabentis mundi senectutem. i. deficientis.

¶ Dilapido as, penultima correp. disperdo. Terent. in Phor. Conueniendus Phormio est priusꝙ dilapidet nostras trigin ta minas. Hier. in bonũ vsus est Oceano scribẽs. Oẽm cẽsum distribuit, dilapidauit, ac vẽdidit & in pecuniã cõgregatum vsibus pauperũ præparauit.

¶ Dilẽma atis, & Dilemmatũ per duplex mm, argumentũ est qđ vtrinqꝫ aduersariũ carpit. Hiero. cõtra Rufi. Hoc est verum dilemmatũ tuũ non ex dialectica arte quã nescis, sed ex carnificũ officina & meditatione prolatũ.

¶ Diligo diligis penul. cor. dilexi, ctum, significat ămo, ꝙuis minoris vis sit vt supra in dictione amo dictũ est. Quãdoqꝫ diligere significat diuidere. Hau. in Cur. Clypeatus elephas vbi macheram diligit.

¶ Diligens a legendo dicitur studiosus, ꝙ eorũ quę amam⁹ studiosissimus. Hinc diligentia ad corpus & ad animum refertur cura ad ăim, opera ad corpus. Ideo in oratione cum sępe numero ista ponantur, diligentia semper in fine constituitur. Aliquando etiã ponitur pro dilectione. Horum cõtraria sũt negligens. & indiligẽs, negligentia & indiligentia. Cicer. de opt. gñe dicendi. Sed quædã etiã negligentia est diligẽs. Ter. in Adel. Ingeniũ tuum noui liberale, sed vereor indiligẽs nimium sies. Idem in Phor. Pol mei patris parta bene indiligẽter curantur.

¶ Dilogia cũ accentu in pe. Figurã est cũ ambiguum dictũ duas res significat.

¶ Dilorico as, pe. pro, significat discindo. Cicer. Qui in causa peroranda non dubitauit reum exire consularem & eius diloricare tunicam. ꝙ Et iudicibus cicatrices aduersas senis imperatoris ostendere. Alibi idem exemplum memorans dixit. Tunicam a pectore discidit vt intelligamus idem esse diloricare, & discindere. Egesippus. lib. iiij. Momentanei bellatoris, gladios occultentes quẽcunqꝫ reperiebant diloricabãt, qđ est quasi loricã dissoluebãt sicut diffibulare est discingere, & fibulam resoluere.

¶ Dilucidus clarus, dilucido clarum facio, Dilucido, Vide i dictione Lucido.

¶ Diluculum añ solis ortũ aurora, quasi parua dieilux, ꝙ tũ dies lucescere inciperet. Hiero. ad Eusto. Horã tertiã, sextam, nonã, diluculum quoqꝫ & vesperam nemo est ꝙ nesciat, Diluculo aduerbium significat summo mane.

¶ Diluculo as, penulti. correp. significat diluculũ fieri. Gelli. Die crastino vbi primũ diluculabit fac amicos adeas & roges veniant.

¶ Diluculascit, dilucescere incipit. Dilucescit dies fit.

¶ Diludia ludorum intermissio.

¶ Diluo is, dilui dilutum. Ex di & luo significat lauo purgo resoluo. Cicer. lib. iij. tus. Quę cogitatio vna maxime omnes molestias extenuat & diluit. i. resoluit & eneruat, quẽadmodum vinum aqua dilutum subneruatur. Per translationem diluere etiam crimina dicimus, id est purgare & refellere. Et oratores diluere dicuntur quando refellunt obiectiones aduersarij. Et diluere est aquam vel aliũ liquorem miscere, tẽperare. Vergi. Cui tu lacte fauos & mitti dilue baccho. Et Persi. Diluis helleborum dixit, pro eo quod est medicamentis temperas. Hinc.

¶ Dilutus a, um, pe, pro, quod est mistum. Vnde vinũ aqua mistum dicitur dilutum. Martia. Diluti bibis vnciam falerni a quo dilutius & dilutissimum, prout minus plusve aquę ad mistum fuerit. Vnde Cor. Celsus pręcipit hyeme meratius, esse bibendum, æstate dilutius. Hieroni. Vinum dilutius vocat aquatius. Vinum inquit si aquatius bibitur calix frangitur, mẽsa subuertitur. Meracius vinum dicitur, quod minus dilutum siue aquatum est. Constat qui lymphatum vinũ dicunt non satis recte dicere ꝙ lymphatum aliud significet. Dilutus color dr̃ cum veluti aqua adhibita minus intẽsus. Gel. Lutheus color rufus est dilutior. Dilutum etiam neu. ge. vocat id liquidum in quo aliquid certo tempore infusum fuit, vt si in vas vini appositum absynthium fuerit, deinde potest

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

interiectū tempus abstractū,id vinū absynthiū dilutū dicetur Pli.Bibitur,& madefacti absynthiū dilutum.Ita em̄ appellat hoc genus.

¶Diluuiū qđ varie diluit.Nam diluuium diuersorū purgamentum fuit oīa diluens,qñ.s.in modicis ībribus vel vexat terra vel obruitur,quæ & inundatio dr̄.

¶Dimano as,pe,pro.diuerse siue diuisim mano defluo.Cic. pro M.Cælio.Equidem vt ad me reuertar, ab his fontibus profluxit ad hominum famam,vt meus hic forēsis labor vitęq; rō diffanauit ad existimationem hoīm paulo latius a iudicio meorum.

*Dimembro a membro significat separo diuido.Cc.

¶Dimensum, quod & Demensum dicitur. Vide in Dimetior.

¶Dimico as,pe,cor,pugno,qđ ppriefit re.Contendo vero verbis tantū.Ci.li.iñ.de ora.Qui propter tot tantasq; causas clarissimorū hoīm,atq; optimorum virorū me semp ab omi cōtentione ac dimicatione reuocasti.

¶Dimidius a,um,quasi per medium diuisus.Et dicitur de rebus quę separatę sunt.Nā est pars altera ex dimidiato. Mar. Dimidium donare lino q̄ credere totū Qui mauult, mauult perdere dimidium. Dimidiatus vero a,um,dr̄ de rebus q̄ continuæ sunt & non separantur quasi dismediatus & in partes duas pares diuisus. Vñ Cic.in tus.dimidiatum mēsem dixit, Et q̄ ex mille denarijs q ei debebant quingētos recepit dimidiū se recepisse dicet nō dimidiatū.Et sicut scyphus argēteus cū alio coīs in partes duas diuisus sit,dimidiatū dicemus, nō dimidium scyphum.

¶Diminuo is,quasi in diuersis partibus minuo.Ter.in adel. Diminuetur tibi cerebrum

¶Dimitto dimittis,diuerse mitto.Sal.Igitur C.Manliū Fesulas atq; in eam partem Hetruriæ,Septimum quendam centurionem in agrum picenum C.Iulium in Apuliam dimisit, Aliquando dimittere est abire permittere,licentiam dare cessare.Cice.lib.i.offi.Cum autem Pompilio videretur vnam dimittere legionē.i.cessare.Sallu.Deinde eos pollicitus operam suam domum dimittit,i.licentiat. Aliquando mittere. Verg.Equidē per littora certos Dimittā.Inde dimissi legati dicūtur. Aliquando dare. Verg.Dimissaq; nomina gentis, Ab Ioue. Aliquādo est permittere,in potestatem dare. Cic. lib.i.de rep. Tum annui consules tum dimissi populo fasces. Aliquādo derelinq̄re.Lau.Dimitto te discedens, i. relinquo dimitto te discēdentē.i.abire ꝓmitto. Aliqñ humiliare. Vir. Deiecit vultū,& dimissa voce locuta est. Aliqñ porrigere ꝓducere. Var.Cum etiam Thais Menādri tunicā dimissā habeat ad talos. Aliqñ demittere hoc est desup mittere. Vergi. Dimissum lapsi per funē.Sallu.Cū strepitu dimissum victoriæ simulachrum.

¶Dimissum qñq; pro abiecto ponitur.Cic.Timido animo humili,dimisso.Qñq; pro humili & miserabili.

¶Dimissoriæ literæ inquit Modestinus sunt quæ vulgo epistolę dicuntur,quod per eas causa ad eum qui appellat⁹ est dimittitur.

*Dimyxos Lucerna,dr̄ ad duo elychnia ferēda.Cc.

¶Dimulgo as,diuerse publico.Cic.Apio.Quare visum est occultius agendum neq; vllo mō dimulgandum.

*Dynamene nympha dr̄ q̄ pollens potensq; sit δύναμαι enim possum.Cc.

*Dynastas græci dicunt magistratus,quos latino verbo licet potestates appellare.Cc.

¶Dindymus penul.corre.in singulari mas.ge. in plura. neut. Iuga sunt montis Idę phrigiæ matri deum dicata.Properti. Didymus & sacra fabricata inuenta cybelle. Vergi. Ite per alta dindyma.

ō Dinosis penultima producta grēce δίνωσις latine grauitas appellatur.

*Dindymene & dindyme dicit cybele q̄ in dindymo phrygię monte eius sacra fierent.Cc.

¶Diobolares meretrices dīr q̄ duobus obolis ducūtur.Sūt qui scribant Diolares.Hoc est vilissimæ meretrices q̄ sub dio paruo stipendio prostant.

¶Diocles nomen viri proprium quasi Iouis gloria Διὸς Iouis κλέος gloria.

¶Diœcesis cum œ diph.pe.pro.latine gubernatio administratio dispositio siue iurisdictio,a διοικέω guberno tueor. Sunt autem diœceses pontificum in quas administrandi officij sui liberam habent potestatē,propter quod diœcesani episcopi vocantur.

¶Diogenes pe.correp.nomen philosophi cynici famosissimi Antisthenis discipuli,de quo scribitur, q̄ cum Antisthenes nullum discipulorum reciperet,& perseuerantem diogenē remouere non posset,nouissime claua minatus est nisi abiret. Cui ille subiecisse dicitur caput,atq; dixisse.Nullus tam durus baculus erit qui me a tuo possit obsequio separare. Vtebatur Diogenes pilleolo duplici propter frigus. Peram pro cellario habuit,secumq; portauit clauam ob corpusculi fragilitatem qua iam senex mēbra sustētare solit⁹ erat & ἡμερόβιος, vt inquit Hiero.i.diarij victus,vulgo appellatus fuit in præsentem horam poscens a quolibet & accipiens cibum. Habitauit autem in portarum vestibulis & porticibus ciuitatum Cunq; se contorqueret in dolio volubilem se habere domū iocabatur,& se cum temporibus immutantem. Frigore em̄ os dolij vertebat in meridiem,æstate ad septentrionem,& vt cunq; sol inclinauerat diogenis prętorium vertebatur.Ferūt accedentem Alexandrum rogasse,ne sibi apricanti a sole obstaret.Obijt ferme nonagenarius. Aiunt quidam cum moreretur mandasse vt cadauer suum insepultum proijceretur vt omnes bestię participes ipsius essent.Fuerūt alij quatuor. Diogenes,quorum vnus fuit Apolloniates Anaximenis auditor temporibus Anaxagoræ. Alius Sicyonius qui pelo ponesiaca scripsit, Alius Stoicus ex Seleucia qui Babylonius ob vicinitatem dictus fuit. Alius Tharsensis quæstionū poeticarum scriptor.Sed in cynicum Nicanor tale epigramma inscripsit,Διόγενες ἄγε λέγε τις ἔλαβε σέ μέρος ἐσ ἅϊδος ἔλαβε μέκυος οὐδὲ ἐξ.qđ & Suidas repetit τὸ δὲ ἐπίγραμμα λίαν ψαχέως.*Id est diogenes age dic q̄ te cępit morsc in in feris cępit me canis dentibus.

¶Diogenetus fuit vnus itinerū Alexandri regis mēsor, Alius fuit ætate Cęsaris, Antonini philosophi pictor egregi⁹,de quo Iul.Capi. Alius Clitomachi pater illi⁹ pœni qui successit Carneadi vocatus añ hasdrubal.Fuere & alij huius hoīs. Familiare græcis vocabulum.

¶Diodorus pe.pro.nomen philosophi Socratici de quo Hiero.sic scribit Diod.Socraticus quīq; filias dialecticas insignis pudicitię habuisse narratur,de quib⁹ & Philo Carneadis magister plenissimam scribit historiam.Fuit & Diodorus Siculus historicus,& Diodorus Stoicus philosophus Cæcus, de quo Cicero in Bruto sic ait.Eram cum stoico Diodoro,qui cū habitasset apd me, cū Quinto vixisset,nuper est domi mee mortuus,a quo cū alijs rebus,tū studiosissime in dialectica exercebar.De hoc etiam in.v.Tuscu.

¶Diomedes rex Ætoliæ Tydei & Deiphiles filius qui fortissimus danaum appellatus est.Fuit & alius diomedes thracū rex truculentus qui equos suos aduenarum carnibus in Tyrida oppido pascebat,sed postea ab Hercule equis suis in pabulum appositus fuit.Fuit & Diomedes grammaticus multi ingenij vir.

¶Diomedei campi vocati sunt in Apulia qui in diuisione regni quā cū Dauno fecisse dr̄,Diomedi cesserunt.

¶Diomedeæ insulę duę e regione Gargani sunt,quarum altera habitatores habet,altera deserta est,vbi disparuisse aiūt Diomedem & socios eius ob dolorem in aues conuersos, quæ ob id diomedeæ vocitatæ sunt.Has Iuba Cataractas appellat, dentes eis esse dicuntur, oculi igneo colore,cæterō corpore candidæ sunt,quæ in sola Diomedia insula visuntur.

¶Diomeda Phorbantis filia fuit,quam Achilles ex lesbo rapta concubinam habuit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Dion nomen proprium Syracusani nobilis, q̃ adeo Platonem amauit vt se eidem totum traderet Hic patriam asseruit in libertatem expulso Dionisio tyranno. De quo Plutar. refert q̃ cum Calippum cui omnium vni maxiẽ fideret insidias sibi tendere accepisset eum arguere passus non est, mori inquiens longe præstare q̃ viuere vbi non hostes solum sed etiã amicos cauere oportuerit. Alter fuit Dion Prusæus orator cui ob elegantiam chrysostomo cognomen fuit, sed tamen Dion ita de seipso scribit. γέγω γὰρ τοῦτο οὐκ ἔτιὡς ὁ Δίωνὁ προυσαιὺς ὁ ἐως τοῦ σενήρου καὶ Αλεξάνδρου τῶν αὐτωκρατόρων γενόμενος ἀλλὰ ὡς ἰωάννης ὁ ξιφιλίνως ἀλεφόπαις ὢν ἰωάννου πατριάρχου. ἐπὶ δὲ μιχαὴλ αὐτοκράτορος τοῦ λουκατὰμ ἐπιτομὴν ταύτην τῶν πολλῶν βιβλίων τοῦ Δίωνος συνταττόμενος.

¶Dione es, vna ex nymphis oceani & tethyos filia, vt quidam perhibent, a qua Venus ex Ioue nata sit, vñ & dionæa dicta est. Verg. Sacra dionæq̃ matri. Et alibi. Ecce dionæi processit cæsaris astrum.

*Dionæum dicimus quod ad venerem pertinet. Cc.

¶Dionisius dictus est bacchus, & dionysia bacchanalia Bacchi festa. Fuit & hoc nomine phūs Heracleotes, zenonis stoici auditor, q̃ cum renum morbo laboraret cruciaretur q̃ cruciatu impatibili succumbens dolori clamabat, falsa esse quæ a zenone didicerat. zeno enim et stoici hoc omnes habẽt dogma, dolorem. s. non esse malum sed adiaphoron hoc est indifferentem. Fuit & Dionysius tyrannus syracusan⁹ suffectus Dionysio seniori, qui cum ciuitatem syracusanam cedibus repleret expulsus est. Iterũq̃ receptus cum crudelior indies eẽt rursus extorris corinthum in exilium proficiscitur, vbi in sordidissimum vitę genus descendit in popinis lupanaribusq̃ residens, vt contemnendus magis q̃ metuendus videretur. Nouissime se ludi magistrum professus pueros intriuio docebat, vt quoniam viris imperare non poterat saltem pueris imperaret. Erat enim eruditus vtpote Platonis auditor. Olim interrogatus iam exul, quid sibi philosophia profuit. Scienter respondit, vt æquo animo ferrẽ talem fortunę mutabilitatẽ. Regnauit hic annis. xxxviij. Plutar, auctor est regiam Dionysij puluerulentã fuisse, ꝓpter eorũ multitudinẽ q̃ geometricas in puluere figuras describebãt. Ambo tñ & pr̃ & filius philosophi Platonẽ pręceptorẽ audierũt Plato autẽ iunior. ὁ λίθος ἔσί ἀμέθυσος ἐγὼ δ᾽ ὁπόταν Διόνυσος ἢ πιθέτω νῆφειν ἢ μαθέτω μετεὺφ̃ν. i. hic lapis est amethystus, ego aũt bibul⁹ bacchus, vel crede sobrium esse, vel disce inebriari, quia erant duo contraria simul lapis contra ebrietatẽ, vñ habet nomẽ & bacchus. q. d. crede q̃ vnus nostrum vincet, sed melius est bibere.

*Dionysias insula est quam aliter naxum vocant, a vineārũ fertilitate sic dicta, est & gemma mistis nigro rubentibus maculis q̃ in aqua trita saporẽ vini facit, ebrietati resistere existimatur. Cc.

¶Diophanes penul. pro. nomẽ viri bithynici, de quo Colu. Diophanes bithynius vti censem totum Dionysium pœni magonis interpretem per multa diffusum volumina ex epitomis circunscripsit.

¶Dioptra instrumentum geometricũ ab explorando ꝓspiciendoq̃. In qua significatione vtitur Pol. Sed Vict. li. viij. accipit pro regula ad librandas aquas cum ait. Libratur aqua dioptris.

¶Dioryges sunt fossę manu factę qua dictione vtitur Põp.

¶Dioryctos significat abscissam continenti, & est nomen insule.

*Dioscoron insula est in finibus Italiæ e regione Lacinij, ꝓmontorij. Cc.

*Dioscuriades vrbs fuit in colchide nunc deserta quondam adeo clara vt nonnulli prodiderint in eam trecentas natiões quæ dissimilibus linguis vterentur descendisse, & postea a Romanis centum triginta interpretibus negotia ibi gesta fuisse. Cc.

¶Diospolis Ægypti ciuitas, quæ Iouis ciuitas Hecatompylos quandoq̃ dicta fuit. Sunt & alię locis alijs hoc noīe in ęgypto quatuor præter hanc pusillæ ciuitates. Item in Lydia & i Palestina.

¶Diotę sunt vasa seu dolia fictilia duas ansas habẽtia & ad seruandavina acõmodata. Horat. Deprome quadrimũ sabina o thaliarche merum diotã.

¶Dipelus vir cretensis Scyli frater, qui ambo teste Pli. primi oĩm marmore sculpendo claruere.

¶Diphilus penulti. correp. Iouis amicus. Dysphilus, malus amicus.

*Diphris gemma est q̃ candida aliqñ reperitur, ferunt hanc morbis comitialibus vtilem esse. Cc.

*Dipthidę ranę sunt minimę & virides a nonnullis calamitę vocatę. Cc.

¶Diphthongus est conglutinatio duarum vocalium vim suam seruantium ex δὶς & φθόγγος qui vocalis est sonus. Et sciendum q̃ vbicunq̃ a vel e in nominibus ante finalẽ reperiuntur, fere vbiq̃ a & u vel e & u diuiduntur, vt Nicolaus, archelaus, alueus, cereus. Excipiũtur laus, fraus, & heus in quibus est diphtongus. In græcis vero dictionibus aliquã do habentur diphthongi. Verg. Orpheus in syluis inter delphinas Arion. Et oĩs dipthõgus aut est in principio, vt Æneas, aut in medio, vt coæuus, aut in fine vt musæ.

¶Diphthera, alio noīe beta, vestis pastorica ex pellibus ouiũ aut caprarum consutis.

¶Diplois idis. genus pallij, quasi duplex pallium. διπλόος enim duplex dicitur.

¶Diplomata genus tabellarum. Ser. scribit diploma esse epistolam vt scripturam aliquam ad aliũ missam verbo græco διπλόω duplico. Inde diploma duplicatio & literæ eo q̃ duplicentur. Alij putant diplomata esse singulariũ virorum, & vicorum priuilegia in tabellis scripta & in quib⁹ principis nomen ascribitur. Vulgus bullas, semidocti supplicationes, docti supplices libellos vocant, quę & breues dicuntur. Cic. Apio. Diploma statim non est datum q̃ mirifica est improbitas in quibusdam qui tulissent acerbius. Et pro Cor. balbo. Mitto diplomata tota in prouincia passim data. Sueto. de Augusto. in diplomatibus libellisq̃ & epistolis signandis initio sphinge, vsus est, mox imagine magni Alexandri. Græci διπλοῦν dicũt duplum, tanq̃ duplices illę tabellę dici possint diplomata.

*Diplon διπλοῦν græce latine duplum dicitur. Cc.

¶Dipondium & dipondius, siue dupõdium & dupondi⁹ a duobus ponderib⁹ dicitur. Nam vt Varro. docet duos asses pendebat. As vero nummus libralis, & dupondiũ numm⁹ bilibris dicebatur.

¶Dipsas adis, latine sitis dicitur. Ponitur autem pro quoda aspidum genere, cuius morsu incredibilis sitis inducitur. Luca. li. viij. In medijs sitiebant dipsades vndis. Et in deutero. Scorpio & dipsas. Lucia. autem. τὸ δὲ διψαρτῶν ἐρωτε τῶν δεινοτατον ὧν ἡφαιμος τρέφει ἡ Δίψας ἔστιν ὄφις ἡ ψαμμῆ μεγας ἐχίδνη ὅμοιος. & plurima dicit.

*Id est hoc serpentiũ oĩm infestissimũ existẽs arena alit, dipsas est serpens per q̃ magnus viperę similis.

*Dipsacõ spina alba q̃ & Aspalatus & diacheron alias nuncupatur. Vide in diacheron. Cc.

¶Diptota pe. prod. dicuntur nomina duos tantum casus habentia, sic tetraptota pentaptota, q̃ habent quatuor, & quinq̃ Casus.

¶Diptychum pe. cor. dicitur duplicatum. Ambro. li. Hexa. Explorat si quãdo ostreum in remotis ab omni vento locis contra solis radios diptychum illud suum aperiat & reseret claustra testarum, vt libero aere vinceris suiv oluptatem quãdam capiat.

ὁ Dirrachiũ ciuitas tarento proxima, q̃ nũc durachium, antea Epidamnus. Dicta a durachio qui portum vrbi adiecit. Vel quasi disrachiõ, hoc est difficilis exitus. Mutatur. s. in. r. sicut fieri solet in multis. Eusta. vero ait disrachium dici ꝓpter asperitatẽ peninsulę in qua sita est. Rachis. n. græce spina dicit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Est autē nodis confragosa instar spinæ.

¶ Dirum crudele infestum, quasi deorum ira immissum. Ver. Prisq; Dira p incautū serpant cōtagia vulgo. Hinc dirę furiæ quasi deorū irę. Aliqñ accipitur p magno. Idē Iā tū religio pauidos terrebat agrestes Dira loq, Hic diritas crudelitas. Cic. Intelligi potest ex his fratribus q in adelphis sunt, quanta in altero diritas, in altero comitas.

¶ Diræ, execrationes & iprecatiōes sunt q̄ in maliuolos effū debant horrende deos quosdā in auditos cōpellātes, quibus quisquis obnoxi⁹ erat, necesse erat illū maximo affici infortunio. Hora. Diris vos agam dira detestatio.

ō Et dirę dñr furiæ in vita quasi deorū irę. Verg. Vltriceq; sedēt in limine diræ. Et ꝓprie in cœlo sunt diræ furiæ in terris Eumenides in inferis. Vñ & tres esse dicuntur.

¶ Dirce nomē mulieris Lyci thebarū regis vxoris, quā poetæ fingunt cōuersam in fontē sui nois. Alia fuit dirce babylonia q̄ sua forma tumens in piscē cōuersa est. Oui. li. iiij. me. Dirce q̄ versam squammis velantibus artus.

¶ Dircæus cū æ diphthōgo dr̄ Aonius siue thebanus. Nam pars boeoticæ in qua fons est dircæus, direça cognoīata est. Et apd Verg. Amphion dircæus dictus est, i. thebanus.

¶ Diribitoriū, locus erat in quo recensebātur exercitus & stipendia militię numerabant, a diribēdo hoc est distribuendo. Et diribitores distributores. Cic. De reditu suo ad senatum. Q̄ñ inquit vlla dignitate tot rogatores diribitores custodesq; vidistis? Hoc est diuersores distributoresq; q̄ iter trib⁹ viri tim pecuniā diuiderēt, quos Plau. in aul. curiarū magistros appellauit Qui distribuerēt inquit argēti minas in viros. Ex hac similitudine structores epularū & oīno ꝓpositi negocijs vocabulū id q̄nq; accipiunt pro loco in quo ministri diuersantur. Apul. li. ij. de asi. Frequens ingt tibi epulonū diribitores plusculi splendide amicti fercula copiosa scitule subministrata. Pli. in eplis pedagium appellat id qd diribitorium dici videt ἀπὸ τῶμ παιδ῾ῶμ, i. a pueris & ministris.

¶ Dirigo is, pe. cor. ex di & rego significat obliquū emendo. Plau. Ciceroni ad mutinā iter dirigerē. Apud Plautū inuenitur dirigere pro dissidere.

¶ Dirigeo es, gui, significat p̄ frigore aut timore aut alio casu viribus desutuor. Verg. Diriguit visu in medio calor ossa reliquit. i. diuersis modis rigidus factus est, quia præformidīe contractus est.

¶ Dirimo is, pe. cor. diremi direptū, ex di & emo & interposita, r. siue ex dis. & emo. s. in r. mutata cōponi videtur. Et significat diuido. Hiero. in vita patrum. Ob hoc aūt dirimunt habitaculis, vt silentiū sui quiete & intētione mentis diuina sectantes, eos nec vox aliqua, nec accursus vllus aut sermo aliquis ociosus perturbet. Aliquando dirimere ponitur pro destruere. Sal. Quia nondū frequentes armati cōuenerant ea res consilium diremit.

* Dirus mōs est mauritaniæ quē ꝓpter altitudinē cęli colūnam vocauerunt. Ex euentu ab atlante rege in eum mutato nunc atlas nominatur. Cc.

¶ Diripio is, pe. cor. vide in dictione Deripio.

¶ Derūpo is, varie rumpo seu violenter scindo. Plau. in Cur. Geminos in ventre videor habere filios, nihil metuo nisi me diu dirumpar miser. Refertur q̄nq; ad animam Cic. Dirumpor dolore.

¶ Diruncino as, vide in dictione Runcina.

¶ Dirūco is, significat depurgo & quasi dirum ejicio.

¶ Dis præpositio disiunctiua de qua supra dictum est. Dis vero ditis diuitiarum & inferorū deus, vt inquit Strabo. grece Plutō dr̄ quia terrenā oēm vim atq; naturā diti patri dedicatā putabāt, q̄ diuitię oēs e terris oriantur & in terras recidāt. Nā πλουτος τοῦ latine diuitię. Quinti. tñ li. i. a cōtrario interpretat quia minime dives est. Ponit etiā dis ꝓ diuite Plaut. in Aul. Dites diuitijs qui aureos montes colunt ego solus supero. Teren. in Adel. Dis quidē esses de mea, ac rē tuam constabilisses. Hinc ditior & ditissimus. Dito as, & ditio pro imperio.

¶ Discapedino as, penul. correpta, a capedine fit, significatq; refero aperio. Apul. Hyagnis primus in canendo manus discapedinauit.

¶ Discerpo is, psi, ptum, ex dis & carpo, varie cædo, distraho, discindo. Liui. li. i. Fuisse tum quoq; aliquos qui discerptū regem manibus taciti arguerent. Varro. Duabusq; admotis quadrigis alligatū corpus equis in diuersum iter concitatis discerpsere.

¶ Discindo is, discidi, pe. cor. a dis & scindo Discidi veropē pro. fit a dis & cædo. Terentius in Adel. Vide vt discidit mihi labrum.

¶ Dissecatus a, um, qd̄ est per anatomē exenteratū. Qd̄ em græci τήμ τομήμ nos dissectionem & confectionē vocamus, vt apd Pli. & Cælsum accipi pōt. Aristo. Chamęleon dissectus totus spirare prętera diu potest. Fit aūt a Dissecto as, pe. cor. qd̄ est dilanio, & varijs modis seco, siue in varias partes diuido. Vnde diuisiones patrimoniorum inter consortes dicuntur dissectiones.

¶ Discepto as, disputo contendo discordo. Aliquādo etiam moderor cōpono. Cic. li. iiij. tus. Itaq; illius veræ elegantisq; philosophię q̄ dicta a Socrate in pipateticis adhuc ꝓmansit, & idē alio modo dicentibus stoicis cū Academici eorū cōtrouersias disceptarent, nulla fere sunt aut pauca admodū latina monumēta. Hinc disceptator dr̄ rei snięq; moderator, vt docet Cic. in partitionibus ad filium.

¶ Discedo is, pe. pro. recedo. Plini. Facessite hinc atq; a nobis discedite. Aliquando tacetur locus de quo, & ponitur locus ad quē. Aug. Dñs discessit trans iordanem. Aliqñ vtrumq; ponimus, vt nō diu est ex quo ille hīc rus abijt. Interdū discedere ponitur pro excipere, vt si dicā Cū discessi a parentibus nemo est mihi te charior, i. parentibus exceptis. Cic. Lentulo. Cum a vobis salutis meæ auctoribus discesserim, velim te existimare neminem esse cuius officijs me tam esse deuinctū nō solū cōfitear, sed etiam gaudeā. Interdū ꝓ distendi, diuidi. Idem li. iij. off. Hinc ille Giges inducitur a Platone qui cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus descendit i illum hiatum. A discedo fit discessus, pro recessu, & discessio ꝓ diuisione & hiatu.

ō Discordia quasi cordium dissensio seditio seorsum eum do cum populo secum discordante res ad manus vocatur. Hinc Discordo, as.

¶ Discerno is, discreui, etum, separo. Hiero. ad Tyrasium. Ad cōparanda pcīa gaudēt tā parentes a filijs, q̄ filij a parentib⁹ prouocante diabolo separari, ad indulgentiam percipiendā nolunt abinuicem deo vocante discerni. Q̄nq; significat certo. Apul. Armis potius discernere q̄ iure vti voluerunt. Q̄ñ ꝓ distincte cognosco. Terent. in adel. Quid hoc malū infelicitatis nequeo satis discernere nisi me credo hunc esse natum rei ferundis miserijs.

¶ Discretus a, um, participiū passiuę significationis, vt apud Col. Discreta semina, i. separata. Amb. Quid longius est q̄ a se recedere nec regionibus sed moribus separari studijs esse discretum, nō terris? Huius cōpositum protulit Pli. Indiscreta ꝓpe specie fuere, i. indifferenti. Valla exponit actiue sic Discretus qui qualitates personarum ac rerū momēta discernit. Sed nullum attulit exemplum, nec vllū afferri posse arbitror nisi i passiua significatione.

¶ Discretio, separatio. Lactā. lib. vij. Cū vis aliqua vtrūq; discreuerit q̄ discretio mors vocat. Ci. li. iiij. ad Herē. sic diffinit. Discretio noīatur q̄ rerū consequentiū continet perspicuam & dilucidā cum grauitate expositionem.

¶ Discrimē pe. pro. separatio, differentia, Cice. Totūq; discrimē summi boni in ea rerū cōparatione positū putat. Sal. Laudamus diuitias, ꝓsequimur inertiam, inter bonos & malos nullum est discrimē. Vñ & ꝓ diuisione & capillorū dimidiatiōe sumit q̄ fit discerniculo. Et discrimē certamē. Virg. Post hos æquo discrimine pistrix Cētauruscq; locū tendunt superare priorem. Rursus discrimē periculū dr̄. Idē li. i. Per, tot discrimina rerum Tendimus in Latium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Discrimino as,pe.cor.diuido.Cic.in phili.Hetruriam discriminat casius·Hier.in lib.Iudith.Et discriminauit crimẽ capitis sui.

¶ Discriminatim aduerbium significat differenter.Var.lib. 1.de re ru.Eadem de causa sunt q̃ nõ possunt viuere nisi in loco aquoso aut etiã in aqua,& discriminatim.Et alia in lacub⁹ vt arundines in aretino,alia in fluminibus vt in epiro arbores vlmi.

¶ Discriminale acus est q̃ crines diuidit ad concinandum caput,vt apud Esaiam.Discriminalia & periscelides & murenulas & olfactoria.

ǒ Discerniculum idẽ qđ discriminale,significat & differẽtiã atq; discrimẽ.Gelli. Tum comperi duas species helleborí esse discerniculo coloris insignes candidi & nigri.

ǒ Discrepo,as,pe.cor.diuerso mõ crepo.i.sono & crepitũ facio.Vñ pro discordo,& non conuenio.Et ad multa transferẽ Cic.li.i.off. Vt in fidibus,aut in tibijs q̃is paulum discrepẽt tñ id asciente animaduerti solet.Liui.lib.xxxvij posuit impersonale.Nec inter scriptores rerũ discrepat solum,sed orationes quoq; si modo ipsorum sunt q̃ feruntur.

¶ Disco is,didici proprie rem ignoram assequor meditãdo, vel ab alio discendo.Huius composita sunt Addisco Condisco.Horatius.Angustam amicę pauperiem pati robustus acri militia puer condiscat.Dedisco quod didici obliuiscor,seu a mente reijcio. Plaut.in Am. Haud ęquum facit qui quod didicit id dediscit.Ediſco, memoria complector.Quintili.illud ex consuetudine mutandum prorsus existimo ne oĩa quę scripserint ediscant,& cętera vt moris est dediscant.Perdisco perfecte seu valde disco.

¶ Disciplina dr̃ prout a discipulo percipitur.Nam vt Aug. in dialeticis docet,discibilis rei disciplina dr̃ quę quãrũq; rerũ scientia est.Doctrina est prout a doctore traditur.ǒ Et est media dictio.

ǒ Disciplina etiam dr̃ bonus viuendi modus in Rep. Vnde Cice,quæritur se incidisse in pturbationẽ veteris disciplinę, Vñ discipuli dñi imitatores. Iuue. In tabulam syllæ si dicãt discipuli tres,i.q seq̃bantur syllam in pscribendis ciuibus.

ǒ Discipulus dr̃ ille qui disciplinã percipit.

¶ Disciplinosus dicitur qui tam bonas q̃ malas artes facile discit. ǒ Hinc in reprehensione dictus est disciplinosus gladiator a Catone.

¶ Discinctus,dissolutus negligens.Persius.Nõ pudet ad morem discincti viuere.Antiqui negligentes & desides appellabant discinctos. Contra Accintos solertes strenuosq; vocabant.Qđ a re ipsa deductũ est. Molles enim demissis discingebãtur vestibus vti solent.Strẽnui vero atq; industrij quo sint ad res exequendas promptiores succincti incedunt.Ser. Discincti inhabiles sunt militię omnes enim qui militant cincti sunt vnde discincti inefficaces & ignaui dr̃,sicut econtrario precinctos strẽnuos vocamus.

ǒ Discludo,is,excludo separo.Cic.Sẽotas a mẽte & discussas putat.Luc.Cũ pibus iũgí res & discludere mundum.

* Discors ex dis & cor dissidens,ex quo discordo dissideo,discordia pro qua veteres discorditas dixerunt,& discorditer.

¶ Discrutior aris,valde crucior.

¶ Disconuenio non conuenio.Hora.Et vitæ disconuenit ordine toto.

¶ Discũbo is,diuersis locis accũbo.Gel. Apud cœnã Fauorini philosophi cũ discubitũ fuerat,cœptusq; apponi cibus,seruus assistens mense legere incœprabat.

¶ Discuneatus,quasi immisso cuneo aptus ac patens sicut lingua diducta fiunt & hiãtia adactis cuneis.Pli.lib.ix.Conchæ contrahunt sed frustra discuneatæ.

¶ Discurro is,in diuersas partes curro.Liui.lib.i. Signo dato iuuentus romana.ad rapiẽdas virgines discurrit.Hinc discurso as.Lact.lib.de opi. Totos dies in huiusmodi discursatione consumunt.

¶ Discus vas latũ vt Iul.pol.inquit ad portandas carnes aptum forte Lãx. Apul,Cœnarũ reliquis discus ornat⁹, Vña Hiero.dictus est Discophorus ille qui Danieli prãdium portauit. Talẽ em̃ inquit discophorũ inedia meruerat hebdomadis.Est & disc⁹ gen⁹ ludi hoc est rotũda moles saxea vel plũbea siue ferrea,cuius iactu iuuenes inter se certabãt fortior iudicandus qui aut altius in sublime,aut longius in tractum vltra designatũ spaciũ proiecisset,ita & missilibus contendebãt Hor.li.car.Sæpe disco sępe trans finẽ iaculo mobilis expedito Mar.Splendida cũ volitent spartani põdera disci.Este procul pueri,sit semel ille noscens.

ǒ Sunt ẽt qui dicant discum fuisse metallicã figurã, vt nobis solis corpus appareret.Ideo etiam græci solare corpus discũ dicunt.

ǒ Discobolus,pe,cor,qui discũ iaculat̃ ἀπὸ τοῦ βαλλειν του δισκου. i.a iaciendo disco.Quint.li.ij.Quid tam distortum & elaboratum q̃ est ille discobolus myronis

¶ Dono as, vnde donatio, quam Vlpia. dici proprie existimat, cũ quis ea mente dat vt statim velit accipiẽtis fieri nec vllo casu ad se reuerti, & propter nullã aliam causam facit q̃ vt liberalitatem & munificentiam exerceat. Qꝫ si sub conditione fiat, non est vera donatio. Et dicimus. Dono tibi munꝰ & dono te munere. Donare ciuitatem est efficere ciues, & iura ciuium dare. Huius verbi composita sunt Cõdono, quod quãdoq; pro simplici ponitur, quandoq; significat quicq̃ ad aliorũ petitionẽ do, & quãdoq; ignosco. Terẽ. in Phor. Argẽtũ qđ habes cõdonamus tibi. Sallu. Haud facile alterius libidini male facta cõdonabã. Redono ponitur ꝓ simplici. Aug. Redona qđ rogamus, excusa quod timemꝰ. Et habet penultimam productam.

¶ Donatus dicitur cui aliquid dono datum est. Cuius cõtrarium est indonatus. Ver. Nemo ex hoc numero mihi nõ donatus abibit.

¶ Donaria, loca vbi reponuntur dona, q̃ deo offerũtur. Ab usu ipsa templa. Verg. li. iij. Georg. Tẽpore non alio dicunt regionibus illis. Quęsitas ad sacra boues Iunonis, & vris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Gel. lib. ij. Vbi reponi solerent vetera, quę ex eo tẽplo collapsa essent, & alia quædam religiose donarijs consecrata. Apule. Ibi donarium deę perq̃ opulentũ plurima auri & argenti ratio in lancibus spectaculis poculis & huiusmodi vtensilibus. Qđ est cõtra Lauren. Vallã, qui Seruium culpat. Aliquando donaria dicũtur ipsa dona. Vnde Spartianus scribit Antoninum dedisse populo congiarium & militibus donarium. Hieron. super Ioel. Vespasianus & Titus Romæ templo pacis ædificato vasa tẽpli hierosolymitani & vniuersa donaria in delubro illius consecrarunt.

¶ Donatiuus, qui donare potest. Paulus iurisco. Si duobus debitoribus mortis causa donatiuus creditor vni acceptum tulit & conualuerit, eligere potest vtri condicat.

¶ Donatiuũ, munus quod a principe vel imperatore donatur. Augusti. Magnum quippe donatiuum suis militibus attulit, quo eos non solum copiose ditauit, sed etiam ad certandum inuictissime confortauit. ꝺ Aliquando dr̃ quod dispositum est donationi, siue deputatum. Sueto. in domi. An duplum donatiuum militi donaret. Et in Galbã dicit eum polliciti donatiuum. Significant em̃ talia noia qñq; actum, qñq; dispositionem.

ꝺ Donax, latine harundo. Hinc apud Pli. Calamus fruticosissimus donax dictus est.

¶ Donaticæ coronæ dicebantur, quibus veteres in ludis vtebantur.

* Donax est calamus crassiore ligno & tenui foramine quẽ totũ fungosa replet medulla, fructicosissimꝰ & nõ nisi i aquaticis natus, sagittarijs aptissimus, lõgissima internodia habet & dũ calefactus est facile flectitur. Cc.

¶ Donec aduerbiũ mõ tempus finitum designat, vt dormiam donec exciter ab aliquo. Modo infinitum, vt apud apostolum Oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nunquid tam diu regnaturus donec incipiant esse sub pedibus eius inimici? & postq̃ fuerint sub pedibus tunc regnare desistet? cum vticq; tunc magis regnare incipiet cum inimici cœperint esse sub pedibus eius Et in psalmo Sicut oculi ancillæ in manibus dominę suæ ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. Ergo tandiu oculos habebit ad deũ donec misericordiam impetret, & postq̃ impetrauerit, oculos torquebit ad terras? cum alibi dicat. Oculi mei defecerunt in salutare tuum? Iungitur aũt donec tam indicatiuo q̃ subiunctiuo cũ significat tẽpus finitũ, vt seruiã tibi donec viuo. i. q̃diu viuo. Seruiã tibi donec moriar, id est vsq; ad mortem.

¶ Donysa, insula est in mari ęgęo.

¶ Dorcas adis, animal dãma, seu caprea ab eo ꝙ acute videat hoc est ἀπὸ τοῦ ὀξέως δέρκεσθαι.

¶ Dormio is, verbũ absolutũ q̃ quis accusatiuum quãdoq; habeat. Ambro. lib. i. offi. Soporem quietis habere non possunt quẽ ille dormituit, qui resurrexit. Huius cõposita sunt Addormio, a quo Addormisco, qđ est contrariũ verbi. Expergiscor Sueto. de Claud. Et quoties post cibum addormisceret qđ ei fere accidebat, oleatum ac palmularũ ossibus incessebat. Obdormio qđ mõ dormio, mõ soporor significat Prędormio, ante dormio. Redormio euigilo. Plini. In redormitione varia fuisse somnia apparet.

¶ Dormito as, pe. pro. frequentatiuũ est, q̃ quis diminutionẽ significati quãdoq; habeat. Hora. Qñq; bonꝰ dormitat Homerus. Et in p̃s. Ecce nõ dormitabit neq; dormiet.

¶ Dorsum, & dorsus us, secundũ Probũ dr̃ tota posterior ps ꝙ ea pars corporis deuexa sit deorsum. Hieronymus in Ezechie. Inter vestibulum & altare quasi. xxxv. viri dorsa habentes contra templum deinde & faciem ad orientem. Est em̃ tergũ. Qđ non solum dr̃ de hominibus, cęterisq; animalibꝰ, sed etiã de inanimatis, vt de litoribus, aquis, montibus & hmõi. Ver. Dorsum immane summo. Idẽ. Nãq; inflicta vadis dorso dũ pẽdet iniquo. Significat em̃ duriorẽ arenã, vt inqt Ser. q̃ remeantibus fluctibus & eũtibꝰ densat, qđ a nautis pulsus vocat. ꝺ Antiqui tamẽ dossum dicebant qđ nunc dorsum dicimus. Et ita vulgo vsurpatur. Inde dossuaria iumenta a Varro dicta q̃ dosso vehunt.

¶ Dorsualia regumenta quibus equi & boues reguntur. Iul. capitolinus. Processerũt centeni albi boues cornibus auro iugatis & dorsualibus apricis discoloribus præfulgentes.

¶ Dorsuarius a, um, quod dorso aliquid fert. Varro. Greges fiunt fere mercatorum & eorum qui e Brundusio aut Apulia asellis dorsuarijs comportant ad mare oleum, aut vinum.

¶ Doris nympha q̃dam maris Oceani & thetios filia quam Nereo fratri vxorem dedit. Et interpretat amaritudo. Vñ & a poetis ponitur ꝓ mari. Verg. in Gallo. Dorus amara suã nõ intermisceat vndam.

¶ Doriscus, vrbs littoralis Traciæ fere exoppositio ad Samothraciã, & a Dori nympha. hoc est dea mariũ noiatur. Iuxta hanc (Herodoto teste) cãpus est magnus eiusdẽ noisp quem Hebrus amnis defluit.

* Dorij & doriẽses siue dories populi sũt sic dicti a dore regio

ne græcię iuxta Maliacum ſinum cuius a tergo mona eſt,& doris vrbs regionis illius.Cc.

¶Doria,& Dorica nomina ſunt partis Achaiæ quæ propin qua eſt Athenis dicente Plarone lib.iij.legum.Dori pro achi uis mutato nomine appellari propter Doricum,a quo exu les reſtituti fuerunt. Ser. vero ſuper.ij. Æne.i. Dorica inquit a doro Neptuni filio dicitur. Dores ſunt populi doricæ iu xta ætoliam.

*Dorion Achaiæ oppidum a doride ſic nuncupatum. Cc

¶Dory cū y,nomen opidi Pontici,quod apud nos lanceam ſignificat. Vnde doriphorus.

¶Dorycles nomen filij Priami,& interpretari poteſt lanceæ gloria Δορὺ lancea vel haſta κλέος gloria.

¶Doriphorus pe.cor,latine ſpiculator vel ſateles dicitur por tans lanceam. Et eſt nomen viri proprium. De quo Quin. Cur.lib.x.Cognatorū Darij Regis turbam.xv.M.hominū fuiſſe muliebriter propemodum cultam,luxu magis q̄ deco ris armis conſpicuam,doryphori vocabantur.

ȣPeculiare enim erat illius agminis inſigne.

¶Dron, δῶρον græce latīe donum.Vnde Antidora remu nerationes.Doron quoq; palmum appellant. Vnde Tetra doron didoron,& pentadoron. pe.prod. lateres inſtructuris ædificiorum nominantur. Nam quod eſt quoquo verſus quatuor palmarum teradoron, quod quandoq;, pentado ron dicitur,quod duarum didoron. Id aūt eſt ſexquipes, id eſt cubitus vnus,nam Romanus pes,xvi.digitis conſtat.

*Dorylus vnus ex centauris.Cc.

*Dorypetron hærba eſt quam aliter Leoncopodion & Li thoron & Toropetron vocant,naſcitur in campeſtri & gra cili ſolo.Cc.

¶Dorophorus,latine dona ferens dicitur.

¶Dorylaus,nomen fluuij in Phrygia.

¶Dorcium nomen fœminæ diminutionis ſiue adulationis cauſa ſic prolatum ab δῶρον quaſi dulce & amabile nomen.

¶Dorodoche,nomen proprium vxoris Icarij.

¶Dos dicitur cum datur & accipitur.Niſi enim acciperetur dos non eſſet.Et datione & acceptione firmatur, Nec poteſt videri datum id quod non ſit acceptum. Et non ſolum ea q̄ marito ab vxore dantur, ſed etiam quicquid alicui datū eſt vel a natura vel ab hominibus. Vnde dotes animi dicuntur, prudentia,iuſtitia,fortitudo,& huiuſmodi. Et dotes corpo ris,pulchritudo,robur incolumitas,& his ſimilia.

*Doſis,datio a verbo græco δίδωμι,id eſt dō.Cc.

¶Dotale,quod ad dotem pertinet,ſiue quod vulgo dicitur per dotem. Vnde dotalia bona,dotales fundi.Plau.in aſi.do talem ſeruum Sauream vxor tua adduxit cui plus in manu ſit q̄ tibi.Idem in mili. Haſce ædis dicas dotales tuas. Liui. Hęc tibi a me dotalia dona accedent.

¶Doto as,dotem do.Hierony.in exo. Dotabit eam, & hō habebit eam in vxorem. Vnde dotatum hominem dicim⁹ qui dotem habet,& indotatum qui dotem non habet. Plau. in aſi.Hæ ſunt atq; aliæ multę in magnis dotibus incommo ditates ſumptuſq; intolerabiles.Nam quę ī dotata eſt ea ī po teſtate eſt viri.Dotatæ mactant & damno & malo viros.

¶Doxa latine maieſtas & opinio dicitur. Vnde & parado xa,quæ admiratione digna ſunt & opinionem hominum ſu perant.Interdum dicitur gloria. Vnde Eudoxa vera gloria, vel potius pręter opinionem.

ȣDoxon opinabile,δοξάω opinor.

¶Drachma, genus ponderis ex,xvi.ſiliquis,id eſt trib⁹ ſcru pulis conſtans.Eſt & genus numiſmatis.Vnde Iul. pollux. Dracmō athenis numiſma,quod etiam bos dicebatur, quia boue ſignatum erat.

¶Dragma δράω ἐστι ποιέω ὅθεν καὶ δράσμα ὅτι λευεσαι.

*,i,facio,vnde δράγμα quoniam fiat,apud græcos dicitur, quod nos rapinam ſiue manipulum dicimus.

¶Drama atis,ſine c & ſine g,dicitur vt in ſcænis agi fabula ſolet,vbi diuerſę perſonæ introducuntur & alijs accedenti bus alijs autem diſcedentibus a diuerſis & ad diuerſos tex tus narrationis expletur,ſicut in comœdijs, quod genus carmi nis(inquit Hierony.)cantari ſolebat, Vnde etiam apud can tica ſcribitur. Ante thorum huius virginis frequentate no bis dulcia cantica dramatis. Hinc Dramaticus ſtilus dicitur qui miſtus non eſt,vt poeta nuſq̄ loquitur,vt ſunt Comœ diæ & Tragœdię.Exegymaticus in quo ſolus poeta, Miſtus, vbi promiſcue & poeta & perſona.

ȣDictus dramaticus.id eſt actiuus a δράω facio.

¶Draco genus animalis venenoſi,Plini.lib. viij. ſcribit ve ris draconibus ora parua eſſe & admodum non dehiſcentia, ſed arctas fiſtulas per quas trahūt ſpiritus & linguas exerūt. Apud Indos & æthiopas dracones ſunt.xx.cubitorum. Di ctus draco δέρκω.Nam habet aciem peracutam. Dracones etiam dicuntur a pli.lib. viij. ex tortuoſitatum ſimilitudine palmites emeriti pluribuſq; annis indurati.

*Etiam Draco hærbę genus quam aliter Pyretrum vocant adurens linguam & medicans tam folio quam radice. Gra tiſſima in acetarijs,verūtamen nec ſalem nec acetum exigēs cum vtriuſq; naturam in ſe habeat.Cc.

*Draconites ſiue draconcia gemma eſt quæ fit ex cerebro draconum,ſed non niſi viuentibus abſciſſo gemeſcit iuidia animalis mori ſe ſentientis,quapropter mos eſt amputare ca put dormientibus,Eſt enim colore tranſlucido nec poliri po teſt aut artem dimittere.Cc.

*Draconigera a poetis dicebatur vrbs Bœtię,quia a Cad mo cum quinq; viris ex dracone ab ipſo interfecto natis cō ſtructa fuit.dicitur & Thebæ.Cc.

¶Dracunculus diminutiuum ſignificat paruum draconem.

¶Dracæna cum diphthongo,draconis fœmina quæ & dra ca quoq; dici poteſt.

¶Dracontium hęrba.

ȣDraguntea,hęrba quę & lingua colubrina dicitur q̄ colu bro ſimilis maculoſo cortice ſurgat.

¶Drangiana prouincia in aſia maiori.Quam Ptole,ab occa ſu & ſeptentrione,Aria & Bagaomonte termīari ait,ab oriē te Arachoſia.

¶Draucus. Vide in dictione Pathicus.

¶Drepanum pe.cor.promōtorium,ſiue vrbs,a curru ſitu in ſtar falcis. δρέπανος enim falx dicitur. Non longe abeſt ab Eryce monte trans lilybœum. Vel ab eo q̄ ſaturnus am putatis virilibus paternis illuc falcem ,piecerit.Oui.li.de faſ. Quiq; locus curuæ nomina falcis habet.

¶Dryades nymphæ ſyluarum ab arboribus.Nā apud græ cos δρῦς omnis arbor dicebatur quamuis poſtea ,p quercu vſurpata ſit.Hæ enim ſyluas habitare dicuntur.

¶Dryas,nomen propriū viri theſſali amici .Neſtoris.

¶Dryopes,populi Epirotici. De quibus Ver.libro.iiij. Cre teſq; dryopeſq; fremunt pictiq; Agathyrſi

¶Dryidæ ſiue druidę dicti ſunt quidam gallorum religioſi Dryidæ & ſapientes a quercubus,Pli.lib.xvi.Nihil habet dryidę. Ita enim galli ſuos appellant magos.

ȣCęſar. lib.vi.cō. Druydę rebus diuinis interſunt, ſacrificia publica ac priuata procurant,religiones interpretantur. Ad hos magnus aduleſcentium numerus diſciplinę cauſa cōcur rit,magnoq; ſunt apud eos honore, Nam fere de omnibus controuerſijs publicis priuatiſq; conſtituunt. Et ſi quod ad miſſum eſt facinus,ſi cędę facta,ſi de hęreditate de finibus cō trouerſia eſt ijdem diſcernunt, præmia pœnaſq; conſtituunt, & multa refert quæ breuitatis cauſa omittimus.

ȣSue. Dryidarum religione apud gallos dirę immanitatis ſā tum ciuibus ſub Auguſto interdictam Claudius imperator quintus penitus aboleuit.Suidas. Δρυΐδαι παρὰ γαλάταις οἱ φιλοσόφοι καὶ σεμνόθεοι.i.

¶Dryide apud gallos philoſophi & religioſi,id eſt deorum cultores.

*Drymodis quæ nunc Arcadia prius dicebatur deinde pe laſgus.Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Drypetæ genera olearum sunt.Cc.
*Dryohyspear genus visci copiosissimum in quercu.Cc.
*Drumus greci dicunt quemadmodum nos latini dumum dicimus.Cc.
¶Drylon fluuius Dalmatiæ,qui per mediam Myssam pergens in Danubium influit
¶Dromos latine Cursus. Et accipitur, non solum pro actu currendi,sed etiam pro loco vbi curritur.Sueto. in Nero. Elephanto supersedens peragratum dromotum decurrit.
¶Dromedarius,animal a currendi velocitate dictum.
♁Nascitur in regione laba.
♁Drusus vir romanus genere & eloquentia magnus sed ambitiosus & superbus Edilis munus magnificentissimum dedit.Quæstor.in asia nullis insignibus vti voluit,ne quid ipso esset insignius Tribunus ple.latinis ciuitatem plebi agros equitibus iudicia permisit.Nimiæ liberalitatis fuit.

D ante U

*Dubenus,pro domino veteres dixerunt. Pacu. Tum dubenus seruos ligatos pessime verberat.Cc.
¶Dubius,dicitur qui duas vias habet & vtram eligat nescit sicut ambiguum,quod in ambas agi partes possit. Cice. lib.i.ab Heren.Dubium genus est cum habet in se causa & honestatis & turpitudinis partem.
¶Dubio as,in dubio sum.Plau. Dubiat quid agat.
¶Dubito,as,idem quod dubio.Cuius composita sunt. Addubito,quod est etiam vel ad aliquid dubito. Liui⁹ lib.ij.Proditoribus exemplo in vincula coniectis de legatis paululum ad dubitatum est.Cic.Cecine.Habes augurium meum, quo si quid addubitarem non potius vterer quam illa consolatione. Subdubito parum dubito.Idem Cælio.Hæc eo pluribus scripsi q mihi significabant literę tuę subdubitare qua essem erga illum voluntate. A dubito fiunt Dubitatio & dubietas aduerbia dubitanter,quod est addubitãs, & dubitatim, adubitatus. Cæcil.Imperator clamat de medio vt velites a sinistro cornu remoueant,& Gallis non dubitanter immittãt. Sisen.Q; hostem non dubitatim cum pluteis & scalis iter facere cernebat.
♁Ducentarius,qui duas centurias,id est ducentos milites ducebat in acie secunda,qui & primus hastatus dicebatur apud Sueto.Igitur quartam iudicum decuriatui ab Aug. Cæ.additam esse,quæ ducẽtariorum diceretur,iudicaretq; de leuioribus summis.Ducenarij autem videntur nominati a censu ducentorum sestertiorum.
*Dubitades fictor egregius qui vasa ex rubra creta prim⁹ effinxit.Cc.
¶Duco is,xi,ctum,proprie ducimus volentes, trahimus inuitos.Seneca.Fata volentem ducunt, nolentem trahũt.Q ñ que ducere significat respicere,iudicare,existimare. Cic.Ego si mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maxime vellem. Verg.lib.x. Tanton me crimine dignũ duxisti. Q ñ que in escare,allicere,& delectatione quadam demulcere. Ci. in ver.ac.ij.Si quis honore aut gloria ducitur.Quandoq; volucre pertractare. Verg.lib.vi. Si equidem ducebam animo, rebarq; futurum,quandoque nudare educere. Idem lib. xij. Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem Ibat,& auxilium ducto mucrone petebat, quandoq; contrahere. Idem. Astrum quo segeres gauderẽt frugib⁹ & quo Duceret apricis in collibus vua colorem.Quandoq; agere seu pati.Idem. Nate dea potes hoc sub casu ducere somnos? Quãdoq; struere erigere.Idem.Pars ducere muros,molirique arcem.Quandoq; auertere siue contrahere. Mar.Qui ducis vultus & non legis ista libenter.Quandoque in longum protrahere. Cice. ad Cæsarem iuniorem lib.i.Ne res duceret fecimus vt Hercules antiarius in alium locum transferretur. Quandoque dimittere descendere. Plaut.in aul. Vbi ille abit ego me duco ab arbore.Quandoque gerere. Verg.lib.viij.Hi bellũ assi duc ducunt cum gente latina.Quandoque ad sepulturam afferre.Persius.Nerio iam tertia ducitur vxor.Quandoque ad supplicium ducere,vt apud Curtiũ ait Hermolaus ad Alexandrum,nos duci iube.Dicitur & de re obscœna. Plaut.Si tenetis ducite ne disrumpamini.Hĩc etiam ductor pro vibratore & lumborum ad concinniorem venerem præstandam cõcinnatore.Huius verbi composita sunt Abduco, Adduco,quæ sunt contraria,Conduco,Circunduco,Deduco. Diduco,Educo,Induco,Introduco,Obduco,Perduco, Produco,Reduco,Seduco,Subduco,Superduco,& traduco.
¶Ducto,as,sæpe duco,aut huc illucq; duco guberno. Salustius.Huc accedebat q. L.Sylla exercitum quem in Asia duxerat quo sibi fidum faceret contra morem maiorum luxurioseq; nimisq; liberaliter habuerat.Plau.in cap.Me vt libitũ est ductauit dolis.Ductare etiam apud Plaut.est scortum cõ ducere,quam pudendam esse vocem ostendit dicens,Errabo potius quam quis me ductet.Et Quintilia,ait,Ductare exercitum non sine rubore dici.
¶Ductito as,sępe circunduco.Terent.in Adel.Tu inter eas restim ductitans saltabis.
¶Duco as,guberno. Varro. Ab eo q fit ducare quã est dux aut ductor qui ita inducit vt doceat pe.cor.
¶Ducatus us,ipsa ducandi actio,vt est illud.Si cæcus cæco ducatum præstet,ambo in foueam cadunt.Et ducatus dicit regio cui dux dominatur,vel etiam ipsa ducis dignitas prefectura & imperium.Iul.Cap.Petenti signum prima die tribuno dedit militi munus exprobrans vtiq; segnitiem temporũ superiorum,quod quidem etiam ante omnibus ducatibus dederat.Scribit Lamprid. Heliogabalum preposituras & ducatus & officia palatina vendidisse. Hoc nomen peculiariter datum est.Spoletanæ vrbi,cuius regio Vmbria dicitur ab auctoribus.Cuius fines a fonte Tyberis vsq; ad Anienis fluuij sinistram ripam. Vbi videlicet Anio tyberi illabitur.Ducatus,cati.est aureus nummus ducalis.
¶Ductus us,ipsa ductio. Vnde aq̃ductus aquarũ deductio.
¶Duces dicti sunt qui alios ducunt. Vnde & ducẽ belli dicimus, & ducem gregis. Ductor & ductrix nomina verbalia. Verg.Ductores danaum.
¶Ductarius,a,um, Vnde ductarius funis dictus est qui per orbiculos trocleæ traijcitur.
¶Ductile pe.cor.quod facile ducitur attenuaturq;. Vnde ęs ductile quod malleis obsequitur attenuaturq; in laminas. Ductilis scæna dicebatur cum tractis tabulatis hac atq; illac species picturæ interior videbatur.
¶Ductim aduerbium significat cum mora.
¶Dudum quasi diu dum,eandem vim habet quam iãdudum,ita vt quandoque diem non transcendat, vt dudum intraui,dudum te expecto,id est hora est vel duę vel tres,ex quo intraui,& ex quo te expecto.Quandoque etiam trãscẽdit diem.Plin.lib.iij.Fabri qui dudum assueri apud pœnos. Et lib.xviij.Nam dudum ex eadem hispania zœliten venit in Italiam plagis vtilissimum.
¶Duellum,bellum quod duabus partibus de victoria cõtẽdentibus dimicatur,non tantum duorum,vt quidam existimauerunt,sed multorum & ipsorum exercituum. Alioqui non diceretur a Plauto duellum inter Thebanos & Thebeos.Et ab Horatio.Grętia barbarie lento collisa duello. Hĩc perduellis & perduellio.
¶Duello,as,bello. Vnde duellator qui duellũ peragit. Plau. in cap.Domi belliq; duellatores optimi.
♁Duellicus ca,um,id est bellicus.Nam duellum bellum, vt Plau.in Epi.
¶Duella,duæ sextulę sunt.Sextula vero,continet drachmã, & scrupulum.
*Duellonam,bellonam antiqui appellabant.Cc.
*Duidens,hostia bidens.Cc.
*Duicensus cum altero census.Cc.
*Duis,pro dederis antiqui scripsere.Cc.
¶Dullius,nomẽ ciuis Romani qui primus Romę nauali certamine triumphauit.Iis iam senex & trementi corpore ĩ quo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dam iurgio audiuit exprobrari sibi os fœtidũ, & tristis se domum contulit. Cunq; vxori questus esset, quare nunq̃ se monuisset, vt huic vitio mederetur. Fecissem inquit illa nisi putassem omnibus viris sic os olere.

¶ Dulce suaue, quod quidam a delicio deducunt, q̃ dulcia maxime alliciant. Eius composita sunt Prędulce valde dulce. Subdulce aliquantulum dulce. Dulciloquus pe. cor. dulciter loquens. Dulcifluus, dulciter fluens. Dulcisonus pe. cor. dulciter sonans.

¶ Dulcidulus, a, um, diminutiuum est.

¶ Dulcedo, Dulcitas, Dulcitudo, & Dulcor in eodem sensu accipiuntur. Plinius. Contracta dulcorem amittit. Nęuius. O suauis linguæ sonitus. O dulcitas animæ. Actius. Tanta hinc in corda dulcitudo inuasit.

¶ Dulciarius panis qui conficitur ex saccharo & nucibus pineis vel amigdalis adiectacula, vt est qui vulgo dicitur Marza panus. Pistor dulciarius qui panes & mellita cõcinnat edulia de quo Martialis. Mille tibi dulces operum manus ista figuras. Extruit, huic vni perca laborat apis. Lamprid. de Heliogabalo. Dulciarios habuit q̃ de dulcibus exhiberent quęcunq; coqui de diuersis edulijs exhibuissent. Vbi dulciarius significat simpliciter cõcinnatorem eduliorum mellitorum, & operis pistorij dulcedine conditi.

¶ Dulceo, es, ciui, a quo Dulcesco, is, dulcis fio. Cicero in Catone. Primo vua est peracerba gustatu, deide maturata dulcescit. Huius compositum est Obdulcescor, quod est in totũ dulcis fio. Aug. lib. vij. cõ. Nam si primo sanctis tuis literis informatus essem, & in earum familiaritate obdulcuisset mihi, & post in illa volumina incidissem, fortasse abripuissent me a solidamento pietatis.

*Dulcifluus, dulciter fluens. Cc.

*Dulciloquus, dulciter loquens. Cc.

*Dulcisonus, dulciter sonans. Cc.

¶ Dulco, cas, dulce facio. Sidonius Apollo, ad Agricolam. Pareo libens, laudaturus vitæ tam dulcatæ sollicitius ingenuitatem. Hinc Edulco, as, quod est valde dulco. Cn. Martiº. Quapropter edulcare conuenit vitam, curasq; acerbas sensim gubernare.

¶ Dulcacidum pe, cor. dicitur id quod dulcissimis rebus est illitum.

¶ Dulia cum accentu in penulti. latine hominis seruitus dicitur. Δουλεία seruitus. Δοῦλη ancilla. Δουλικὸς seruilis. Hinc fit compositum hyperdulia.

¶ Dulichium insula in Maliaco mari, seu vt quidam aiunt, Ionio, vna Echinadum, corintho proxima, ante Leucada in qua regnauit Vlysses. Inde fit Dulichius a, um. Proper. Aut cum dulichias Pallas spatiatur ad aras.

¶ Dum aduerbium temporale est, & modo pro quando ponitur, vt dum dormis fures domum intrant. Modo pro donec. Sal. Postremo neq; sumptui, neq; modestiæ suæ parcere dum illos obnoxios fidosq; sibi faceret id est donec, vel vt. Modo pro postq̃ cum coniũgitur præterito subiunctiui. Mar. Audieris dum grande sophos id est postq̃ audieris. Et posita post nec, vel nõ, vel aut, semper aduerbium temporis est, vt nec dum nondum, hauddum pro nõ adhuc. Est etiam cõiunctio, & significat modo, purche. Sal. Neq; id quibus modis assequeretur dum sibi regnum pararet quicq̃ pensi habebat. Aliquando dummodo, domente che. Hier. Dum persecutionis finem præstolatur, necessitatem ĩ voluptatem vertit. Ponitur nonnunq̃ pro expletiua. Teren. Adesdum paucis te volo. Componitur cum qui, vt quidum Cum age, vt Agedum Cum modo, vt dũmodo, & Taxat, vt dũtaxat.

¶ Dumtaxat componitur ex dum aduerbio & taxo as, pro æstimo. Et non recipit, sed etiam. Ci. pro Deiotaro. Quod ipsum & si iniquum est in tuo dumtaxat periculo. Solum vero, & tantum, & modo recipiunt.

¶ Dumus gene. masc. dicitur omnis spina. A quo dumosus a, um, frondosus spinosus vepribus plenus. Verg. Dumosa pendere procul de rupe videbo. Dumetum locus vbi sunt dumi. Antiqui dumetosum locum dicebant pro dumoso. Et quæ nos dumeta, appellabant Dumetica.

¶ Duo is, dui, dutum, significat do. Plaut. in cap. Ar ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.

¶ Duo, & ambo, sicuti docet Pris. genitiuos & actos iuxta secundam declinationem proferunt duorum amborum duos ambos, quamuis in neutro differentiæ causa duum soleat dici, vt duum milium amphorarum. Nec non & accusatiuus masculinorum est quandoq; similis nominatiuo proferturq; in o more græco. Hora. Duo si discordia vexet inertes. Ver. Si duo præterea tales idæa tulisset terra viros id est duos. A duo fit duodecim, a quo duodecimus. & Duodenus, duodenarius, duodeuiginti & huiusmodi. Ducenti ducentenus. Duodecies, duodeuicies, ducenties, duodeuigesimus ducenteſimus.

*Duonum veteres pro bonum dixerunt. Cc.

¶ Duplaris numerus dicitur in quo minor bis numeratur. Duplares siue duplarij torquati dicebantur milites qui in legione Romana ob virtutem duplas consequebantur annonas, sicut simplares, quibus vna & semis annona dabatur.

*Duplo verbum a duo. Inde duplus. Cc.

¶ Duplex quandoq; significat duo. Verg. Duplices tendens ad sydera palmas. Ci. lib. iij. ad Heren. Duplices similitudies esse debent. Quandoq; latum. Ver. Duplici aptantur dentalia dorso. Duplices tantum numero plurali gen. mas. tabellarum genus est in quibus literę scribi solebãt. Quę q̃dã aliq̃ etiã Triplices erant, in qb⁹ res amatorię scribebãt. Mar. Tũc triplices nostros non vilia dona putabis, Cum se venturam scribet amica tibi. Sic duplices triplices quadruplices & quintuplices porticus dicuntur in quibus ordines columnarum duplicati triplicati quadruplicati & quintuplicati sunt. Vitru. lib. v. in duplici palęstrarum porticu collocanda esse cõplura membra scribit.

*Duplonem veteres pro duplo vsurpabant. Cc.

¶ Duplico as, duplicem facio, gemino. Hier. Duplicauit annonam. Interdum Augere. Sal. Et Maurus victus duplicauerat bellum. Verg. Et sol crescentes decedẽs duplicat vmbras. Hinc Conduplico & Reduplico.

¶ Duram quidam putant esse nomen fluuij iuxta quem Gigantes turrim babel fecerunt. Alij volunt esse campũ. Vnde apud Danielem. In campo duram statuit Nabuchodonosor statuam.

¶ Duria, siue durias, nomen fluuij Valentię proximi, vt scribit Pompo. Hunc Sal. vocat Turiam. lib. iij, histo. Interlęua mœnium dextrum flumen Turia quod Valentiam paruo interuallo prętefluit. Claudia. Floribus & roseis formosus duria ripis Grammatici formosum legerant, quod vnum amnium Duria neutro genere proferri putent. Aug. Priscianoq; auctoribus. Prol. hac parte Durulim vocat amnem. Est in Lusitania quoq; Durius. Quem Stra. duriam, multi Doriã appellant. Sirius Durium. Ait enim. Hinc certant pactole tibi duriusq; taguscq;.

¶ Duro as, durum facio, firmo, solido. Colu. lib. vij. Annicula mula recte a matre repellitur, & amota montibus aut feris locis pascitur vt vngulas duret, sitq; postea longis itineribꝰ habilis. Per translationem. Quint. lib. i. Multa linguę vitia nisi primis annis inemendabili in posterum prauitate durãtur. Et durare est tolerare. Verg. Durate & vosmet rebus seruate secundis. In qua significatione quandoq; contra naturam iungitur/ accusatiuus maxime apud poetas. Horat. lib. i. car. Vix durare carinę possunt imperiosius æquor Nam sicut dicimus clamare hominem id est cum clamore vocare, sic durare æquor id est per duriciam ferre. Item Durare persistere perseuerare. Plau. in Am. Durare nequeo in ędibus ita me probri dedecoris a viro argutam meo. Huiꝰ composita sunt Eduro valde durum facio, & quasi ad laborẽ assuefacio. Col. Quare docendus & a puericia rusticis operibus edurandus futurus villicus. Induro, vt indurabo cor Pharaonis. Obduro, vt est apud Deute. Non obdurabis cor tuum. Quę fere idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cum simplici significant. Præduro cito duro. Col. Verum est in opere difficilior, ꝙ nec humētē fodere possis, ꝙ sit glutino fissima, nec nimiū sicca quia nimiū ꝑdurat. Perduro, valde vel ad finē duro. Idem lib. viij. Est etiam non ingrati saporis iniuria perduratus. Terent. in Hecy. Sancte adiurat nō posse apud nos Pamphilū se absente perdurare. Reduro quod est aperio contrā id quod dicitur obduro vt inquit No. Et omnia habent penultimā productā.

¶ Dureo es, durui durus sum. A quo Durescо durꝰ fio. Col. lib. ix. Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ ne stercore coinquinatæ durescant. Luca. tñ. Totosq; induruit artus, ab indureo, in eadem significatione qua induro protulisse videt. Sed huiusmodi præterita raro a dureo ī compositis reperiuntur, sæpe autem ab his quæ a durescо sunt. Indurescо. Verg. lib. iij. Geor. Styriaq; impexis induruit horrida barbis. i. valde dura, siue in se dura facta est. Colu. lib. ij. Iuxta enim fieri nequeunt cum induruerit ager. Obdurescо vndiq; durus fio. Cicero. M. Cælio. Magno dolore me affecissent literæ tuæ nisi & ratio ipsa depulisset omnes molestias, & diuturna desperatione rerum obduruisset animus. Prædurescо valde durus fio. Col. lib. vij. Verum neq; ante tertium, neq; post quintum annum iuuencos domare placet, cum illa ætas adhuc tenera est, hæc iam præduruit. i. nimis dura facta est.

¶ Durus a, um, quod est solidum ac firmum, & firmitate naturæ corruptionem sui non facile admittit. Cuius contrarium est molle in quo est natura luxuriosior, nec ad contraria repellenda sufficiens. Verg. Sed duris genuit te cautibus horrens. Caucasus, per translationem capitur modo pro patiente ac tolerante laborum. Idem. Scipiadēs duros bello. Et gens dura & aspera cultu. Modo pro aspero & nocēte. Idem. Aut durum tineæ genus, modo pro crudeli, quoniam nulla humanitate mollescit, vt apud eundem. Quid iuuenis magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor.

¶ Dure & duriter, aduerbia sic inter se differunt, secundum Do. ꝙ duriter sit sine sensu laboris. Dure crudeliter. Illud ad laborem. Hoc ad ſquitiam refertur, sed dure in alterum, duriter in nos aliquid faciamus. Ter. in an. Primum hęc pudice vitam parce ac duriter agebat lana & tela victum quęritans.

¶ Duricia & duricies æque dicuntur de firmitate asperitate crudelitateq;. Cic. in Cato. Quanta in altero comitas, in altero duricies.

¶ Durabile quod durare potest. Ouid. Quod caret alterna requie durabile non est.

¶ Duramen, & duramentum, brachium vitis. Col. li. v. Sed vt caput trunci pedali fere spacio sit inferius iugo, quaternisq; brachijs quæ duramenta quidam vocant, diuidatur in totidem partes. Alio nomine duramina nuncupantur. Idē. Cōsiderandum erit cuius longitudinis sint duramina quę excedant prædictam mensuram.

¶ Duracinę vuæ dicuntur quę duram & firmam corticem habent a duricie, vel a duris acinis. Augustus ī epistolis. Dū lectica ex regia redeo, panis vniciam cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi.

¶ Duracina persica dicuntur, quorum corpus ligno adhęret auelliq; nequit. Pli. lib. v. Sed perficorum palma duracinis.

ō Durateus, a, um, idem quod ligneus. Lucre. lib. i. Nec cū durateus troianis pergāma partis, inflammasset, equis nocturno graiugenarum.

¶ Dureta vas Hispani vocant, quo vel in balneis vel domi vel quouis alio loco sedentes lauātur, in quo significato etiā solium accipitur. Cc.

✻ Duricors a nonnullis dicitur pro eo qui est duri cordis. Cc.

✻ Dusmosum pro dumoso dixere veteres, quemadmodum cosmitto pro committo. Cc.

¶ Duricoria, dicuntur quæ sunt durij corij. Vñ ficus duricoriæ, quæ habet duram corticem.

D ante y

¶ Dyas, latine dualitas. Δύω duo.

¶ Dynastia, vis, potentatus. Dynastes dominus regni, potēs optimas. ἀπὸ τοῦ Δύνασθαι, vt hi qui magistratus gerunt & iudicijs pręsunt. Scribit Strabo, reges dynastas vocari ꝓpterea ꝙ plurimum possunt pollentq;, & populos quos velint aut vi, aut persuasione perducant. Cic. ad Atticum. Erit nebulo iste cum istis dynastis in gratia.

¶ Dyrrachium, fuit ciuitas in Epiro, quæ prius Epidamnus vocabatur. De qua Luc. in principio. Dyrrachij rapiendas tē dit ad arces. Dicta dyrrachium a nomine Dyrrachij qui portum vrbi adiecit. Vide in dictione Epidamus.

¶ Dys prępositio gręca quę in compositione malum vel difficile aut impossibile significat.

¶ Dyscolus pe. cor. difficilis malus ve siue perniciosus, ex δὺς καὶ κέλωμαι iubeo. Ita vt dyscolus dicatur cui difficulter iubetur. Dyscolia difficultas.

¶ Dysenteria, dici potest intestinorum exulceratio, ex δὺς quod malum denotat, & ἔντερον intestinum. Et latine Tormina auctore Cælso dñr. Vide in dictione Tormina.

¶ Dysuria, & strāguria difficultas vrinę dicitur. Quę vt Galenus inquit fit ex vesicæ passionibus vrinam supprimens. Quod quidem sine calculis & inflammatione potest accidere. Hoc Cato significat cum ait. Quibus ægre lotium it.

¶ Dysphilus pe. cor. quasi malus amicus. Iuuena. Non est Romano cuiquam locus hic vbi regnat Protogenes aliquis vel dysphilus.

¶ Dysphesia, difficilis conoctio.

¶ Dysnea, spirandi difficultas. Docet Hippo. in aphorismis in senecture strāgurias dypsneas dysurias caceias esse frequētes. Δυσεστὶ μόριον κακῶς ☾ πνεῖν καὶ πνοή. ✻. i. dys est pticula significans difficulter & spiro & spiritus.

ET, Ex, prępositiōes sunt quę & separantur & componuntur. Separatæ modo temporales sunt vt Ex illo celebratus honos. Modo locales. vt Ex collo. Modo ponuntur pro a, vel ab, vt audiui e patre meo. Modo significant pro vel ad, Ex dignitate, ex vsu, ex vtilitate, hoc est pro dignitate, vel ad dignitatem. E rep. pro re p. Modo secundū, vt ex Platonis sententia. i. secundū Platonis sententiam, siue pro Platonis sententia. Modo in, Cic. Erenibus laborabat id est morbum patiebatur in renibus. Compositæ quandoq; priuationem indicant, vt Elinguis, Exanguis, Quandoq; vehementiam vel perfectionem, vt Eludo, Exoro. Quandoq; Extra, vt Educo, Excludo. Cōponitur autem E cum B, vt Ebibo, D, vt educo. G, vt egredior. I. vt ejicio. L. vt eludo. M. vt emitto. N. vt enitor. R. vt erigo. V. vt eueho. Ex vero componitur cum A, vt exaudio. C. vt excurro. E. vt exeo. F. vt efficio. O. vt exoleo. P. vt expello. Q. vt exquiro. S. vt exequor. T. vt extendo. V. vt exuro, Verum quando post ex sequitur f, mutatur x, in f, vt effundo. Cum vero sequitur x, abijcitur s, vt exequor, & exicco, in alijs integra manet.

¶ Eantes, nomen proprium historici Cizyceni qui fuit ætate qua Pygmalion in oriente regnabat.

¶ Ear, latine ver, a quo Earinus, vernus.

¶ Eatenus, pe. cor. significat vsque eo, vel ad eum modum, Cui respondet Quatenus vsq; quo. Hier. Quia, & si in sanctis patribus & prophetis gratia fuisse creditur, non tamen eatenus plena. Sue. in Tyber. Ac primo eatenus interueniebat nequid perperam fieret.

E ante B

✻ Ebeati dicuntur qui fœlicitate aliqua reciderunt. Cc.

✻ Ebeo beatitudine priuo cuius passiuum est ebeor. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Ebenus vel Ebenum pe.cor. nomen grecum, & Arabicanus dicitur. Lignum nigrum est solidum pulchrum aptumq; ocularibus medicinis. Hæc arbor nascitur in India quæ cesa duresit in lapidem, vriturq; odore iucundo. Verg. libro secundo. Geor. Sola india nigrum fert ebenum. Ætius Amelius ita scribit, ξέσεν δὲ ξύλον ἐστὶ δ' ἰσχυλὸν ἀναλυμικὸν ἐυπτικῆς καὶ λειοτομερῶς ἐστὶ δ' ἀνάμεσον ὄθεμ καὶ τὰ ταῖς κοσμαις ἐπισκοποῦντα πεπιέσευται ῥύπτειν ταῖς τεχνίταις ὀφθαλμικαις μίγνυται λυπάμεσιμ. *i. Ebenus lignum est tenuis substantię abstergentis virtutis, vnde oculorum caligi nem discutere creditur & alijs oculorum medicamentis miscetur,

*Ebosus insula est inter Ophiusam & Pythiusam insulas cuius terra serpentes fugat omnium venenosorum animaliū expers, eadem cuniculos gignit populantes messes duarum propinquarum insularum quas nostri baleares vocant, vocatur & hęc insula Ebusus de qua infra, Cc

¶ Ebrius, & ebria a bria quod est vas vinariū, Est enim ebrius qui nimio potu alienatus est mente. Cuius contrarium est sobrius, quasi sine ebrietate, qui in cibo & potu temperans est, & qui non est actu ebrius. Vnde non sobrius pro ebrio sumitur. Mar. Et non sobria verba subnotasti. Hinc Ebrietas, quā Cato dicebat nihil aliud esse quam insaniam voluntariam. Interdum ebrius ponitur pro pleno & abundāti. Plautus. Facite mihi cœna vt ebria sit id est abundans & opiparē parata. Ebriosus qui sępe fit ebrius, a quo Ebriositas. Huius contrarium est sobriosus, sobrietatis affectator, quo vsus est Cyprianus. Inter ebrium & ebriosum hoc interest. Nam potest qui ebrius est tum primum esse, nec habere hoc vitiū, & qui ebriosus est sæpe extra ebrietatem esse. Sic ebrietas ab ebriositate seiungitur q; alterum affectionis sit, alterum habitus

¶ Ebrio as, ebrium facio. Vnde & inebrio verba activa. Hie. lib. ij. reg. Et inebriauit eum. Plaut. in aul. Homo ebriat⁹ somno sanari solet. Aliquando ebriari seu inebriari sumitur pro impleri seu quasi satiari, vt apud apostolum. Nolite inebriari vino in quo est luxuria.

¶ Ebriulo as, pe.cor. ebrium facio. Sunt tamen qui hæc aspirent ab hauriendo potu illa deducentes.

¶ Ebron, mons palestinorum, haud longe a Gaza Syriæ ciuitate.

¶ Ebur & Ebor vtroq; modo dicitur pro elephanti dente, quasi e barrho, id est elephanto. Hora. Quid tibi vis mulier nigris dignissima barrhis.

¶ Eburneus a, um, quod est ex ebore aut quod instar eboris album est, vt eburnea facies. Ouid. lib. iij. met. Impubesq; genas & eburnea colla decusq; græce ἐλεφάντικον.

¶ Eburnus a, um, idem quod eburneus. Tibul. Hanc primū veniens plectro modulatus eburno, Luc. lib. ij. Legitimæque faces gradibusq; accliuis eburnis.

¶ Eboreus a, um, ab Ebor fit, sicut a marmor marmoreus. Eburneus vero & Eburnus ab ebur. Et significat quod est ex solido ebore. Quintilia. lib. vi. Cum in triumpho Cęsaris eborea oppida essent translata.

¶ Eboratus a, um, quod extrinsecus ex ebore est. Quod & eburatum dicitur. Plau. in Persa. Lectos eburatos auratos.

¶ Ebudes, insulæ sunt quinq; numero, in oceano britannico, angusto freto diuisæ, cuius incolæ, vt scribit Solinus lacte solum & piscibus vitam agunt.

Ebulum, herba est faciens baccas in similitudinem sambuci. Colu. lib. ij. Sed citra hoc experimentum multa sunt quæ & dulcem terram & frumentis habilem significent, vt iuncus & calamus gramen & trifolium, ebulum, rubi pruni syluestres & alia complura. Idem. Et rutilas ebuli creat vuida bacas. Legitur & ebulus.

¶ Ebullio as, erumpo, crepo. Tractum a bulla quę æstiuo tępore ex aqua pluuia fingitur in speciem pilæ & facile rumpitur. Persius. O si ebullet patrui prædarum funus

ὃ Ebuleus Iouis & Proserpinæ filius.

¶ Eburones populi galliæ qui per fraudem multos ex Cęsaris exercitu trucidarunt.

¶ Ebusus insula quę cuniculos non habet. Pompo. Ebusus animalium quæ nocent adeo expers, vt ne ea quidem quæ de agrestibus mitia sunt generet, aut inuecta sustineat.

*Ecardina siue ecardistę gemma quæ nigri cordis speciem ostendit, q̄quam aliud genus eius viridi colore similitudinē cordis prę ferat. Cc.

¶ Ecbatana numero plurali pen.cor. Metropolis est Mediæ vel vt quidam existimant regionis magnæ nomen. Est & ecbatana vrbs in Syria quæ Epiphania quandoq; vocata fuit ac per g. etiam scribi posse quidam testantur Egbatana.

ὃ Alij Ecbatam appellant quam Pli. a Seleuco rege conditā scribit a caspijs portis, per. xx. mi. passuum distantem.

¶ Ecbasis pe.cor. latine dici potest excursus. Nam componitur ab ἐκ & βάσιμα καὶ ἀλλὰ ἐκ τοῦ βαίνω quod est egressus, vt Virgilius lib. i. Georgic. describens tempestatem præcauendam a rusticis.

¶ Ecce aduerbium demonstrandi quod apud Ver. aliquid repentinum insperatumq; significat, vt Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta Horresco referens. Scribit Asconius etiam hoc proprium esse Ciceronis vt in rebus improuisis hac particula vtatur cum apud alios interdum in rebus lætis vsurpetur. Ouid. Ecce Corinna venit, & modo accusatiuo, modo nominatiuo iungitur.

ὃ Eccere pe.cor. iusiurandum est ac si dicatur per cererem vt eccastor edepol. Alij eccere accipiunt pro ecce.

ὃ Ecchirian græci inducias vocant.

¶ Echemythia ab ἐχεμυθέω latine taciturnitas.

¶ Eccū, eccam, eccos, eccas, quasi ecce eum, ecce eam, ecce eos, ecce eas. Sic Ellum ecce illum, Ellam, ecce illam. Ita ponit Donna. Teren. in an. Eccum video. Alij exponūt. Eccum ecce hic subintellige virum de quo agebamus. Ellum ecce hic, subintellige fœminam de qua agebamus. Ellum ecce illic. s. virum resoluendo per aduerbia non per nomina, vt apud eundem, Eccum me, quod non licet exponi ecce eum me.

¶ Eccubiper duplex cc, & pe.cor. Cōponitur ex ecce & vbi.

¶ Ecquis ex en. pro ecce, & quis vbi n. ratione q. sequentis mutatur in c. Ex quo ostenditur eandem vim habere c, & q. Et significat nunquis. Nam particula en. iuncta dictionibus incipientibus a q, interrogatiue positis significat an, vel ne, vel nū. Ecquid? nonne? nunquid. Teren. in Eu. Ecquid nos amas de fidicina hac id est aliquantulum ne amas propter fidicinam? Ouid. lib. ij. fasto. Ecquid in officio torus est socialis, & ecquid Coniugibus nostris mutua cura sumus?

¶ Ecquando, id est nunquando, vel an aliquando, & aliquo tempore.

¶ Ecclesia, latine Cœtus concilium, concio, congregatio. Ecclesiastes, concionator.

*Ecginometra echinorum genus quorum spinę longissimę calices minimi, nec omnibus idē ruffus & vitreus color. Cc.

¶ Echinades pen.cor. insulę sunt Herodoto teste in Maleaco mari ex oppositio ad ostium Acheloi. De quibus Luc. Crassis oblimat echinades vndis. Sene. in Troade declinat Echinna, æ, pe.pro. Quolibet vento faciles echinæ.

¶ Echinus pe.pro. Tegmen spinosum quo seruantur castaneæ, vulgo Ricium vocant. Vnde castaneę echinatæ. Plin. Nuces vocamus & castaneas quanq̄ accommodatiores glādium generi, armatum his echinato cortice vallum est. Ab huius tegminis similitudine dictus est. Echinus piscis quidā quem Pli. scribit esse cancrorum genus in quibus spinæ pro pedibus sunt, ingredi huic est orbem volui. Gręci ἐχῖνον hirtum vocant. Martia. Iste licet digitos testitudine pungat acuta. Cortice depositio mollis echinos erit. Saxa petit inter quæ se locat ne a fluctibus iactetur De hoc Am. lib. hexa, sic scribit. Echinus animal exiguum vile ac despicabile maritimū liquor: plerūq; index futurę tempestatis aut tranquillitatis annuncius solet esse nauigantibus. Denique cum procellam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ventorum præsenserit calculum validum arripit, eumq; velut suburram vehit, & tanq; anchoram trahit ne excutiatur fluctibus. Itaq; suis se librat viribus, sed alieno stabilitur & regitur pondere. Quo iudicio nauteq; velut signum futurę perturbationis capessunt, & sibi pręcauent ne eos imparatos turbo improuisus inueniat. Hic alio nomine a latinis Erinache[us] dictus est. Est & Echinus apud grecos terrestre animal, cui est apud nostros Hæricio nomen, quod ipsum ab hærendo deductum est & æque spinis hirsutus est atq; maritimus echinus. De quo Am. eodem libro. Echinus iste terrenus quem vulgo hæricium vocant si quid insidiarum pręsenserit spinis suis clauditur, atq; in sua arma se colligit. Prętera Echin[us] genus vasis ænei est in quo calices lauantur quam alij Ampullam dicunt esse vitream. Horat. in Ser. Pocula cum cyatho duo sustinet, astat Echinus. Et Echinus echini & echinuntis ciuitas fuit de qua Ci. in Arato. Dicitur excęlsis errans in collibus amęs Quos tenet ægęo defixa in gurgite Echinus. Hoc etiam nomine dicta est alia ciuitas in Phthiotide in faucibus Sperchij amnis, vt inquit Pli. vna cum Ptolemæo,

*Echites lapilli species viperæ similis colori viridi subobscuro. Cc.

¶ Echeneis, genus piscis quem ferũt per aquam sistere nauem quamuis immensam & velo & remis cõcitatam ne possit iter institutum peragere ἀπο τοῦ ἔχω habeo teneo & ναῦς nauis, siue ab hæreo ναῦς nauis ꝙ nauem teneat, vel naualibus tabulamentis adhærens remorari compellat. Pli. lib. ix. Est paruus admodum piscis assuetus petris echeneis appellatus. Hoc carinis adhęrente naues tardius ire creduntur. Inde nomine impositio Remora a morando dicitur latine. Ob quam rem a grecis ita dicitur, a nostris Remora remigioq; nominatur. Luc. lib. vi. Non puppim retinens euro tẽdente rudentes In medijs echeneis aquis. Am. Alius in exiguo corpore tantum validatis assumere, vt maximas nauiũ plenis currentes velis in medijs fluctibus sistant, sicut breuis pisciculus echeneis tanta facilitate memoratur nauem ingentem statuere vt quasi radicatam mari hærere videas nec moueri. Aliquandiu enim immobilem seruat. Ferunt hunc piscem fluxum grauidarum vtero sistere, partusq; ad puerperium continere.

ð Echion, medicamẽtũ quoddam dictum a vipera quam grę ci echin nuncupant.

¶ Echidna, latine hydra ea potissimum quæ ab Hercule iterfecta est. Ouid. li. iij. fas. Sanguine cẽtauri lerneę sanguis echidnæ Mistus ad auxilium tempora nulla dabat. Vide in dictione Excetra.

*Echnephras procella est cum nubes rupta & in pronum soluta fuerit. Cc.

¶ Echo soni vel vocis repercussio. Græce ἠχώ sonus, & ἠκέω resono. Ouid. lib. iij. me. Planxerunt dryades plangentibus assonat echo. Fit enim in conuallibus & locis concameratis, vbi scinditur resultans aer, in quibus acceptæ voces numerosiore repercussu multiplicãtur, nomenq; echo eiusmodi voci a grecis datum est, vt Plin. lib. xxx. scribit, quoniam non est vagandi liberrimus campus, sed obiectu reflectitur. Quę causa etiam multas voces multis locis reciprocas facit, sicut in vrbe Cyzico turres septem acceptas voces multiplicant. Et olimpiæ porticus fuit, quam heptaphonon appellãt, quoniam septies eadem vox redditur. In hãc sententiam ait Lucre. sex etiam ac septẽ loco vidi reddere voces, Vnam cum iaceres, ita colles collibus ipsi Verba repulsantes iterabãt verba referri, hęc echo a latinis dicit imago. Val. Flaccus lib. iij. agro, Rursus hylan & rursus hylan per lõga reclamat Auia respondent syluæ & vaga certat imago, Hor. Quẽ deum cui ius recinit iocosa nomen imago vbi porphyrio exposuit ꝙ imago dicitur quasi imitago

ð Scribit Ouid. lib. iij. meta, Echo nymphã fuisse restitisseq; ei vocem solum & ossa, ossaq; lapidis traxisse figuram.

¶ Echos ἠχώ eq; etiam græci vocãt argutas valles ab ἠχέω vt inquit Col. lib. x.

*Eclephron vnus ex Nestoris filijs .Cc.

¶ Eclegma atis, latine linctum dicimus frequentiss imũ medicis omnibus. Sunt enim Eclegmata quę fiunt lingendi gratia non edendi neq; deuorandi hoc est cum aliquid in ore tenentes paulatim distillando sorbemus, ἀπο τοῦ ἐκ & λείχω γίνεται ἐκλέμματα. *id est ab ex & λείχω, quod est lingo fiunt eclegmata.

¶ Econas, vocant imagines ex membris aliquorum similitudine expressas, inquit Pli. lib. xxiiij. Vnde & Econcula diminutiuum. Sue. in Nero. Pro summo inquit numine, tribusq; in die sacrificijs colere perseuerauit econculam puellarem. Dicitur etiam Icona & Iconcula.

¶ Eclipsis latine defectio. Eclipticus defectiuus ἐκλείπω deficio.

*Econtrario significat ediuerso contra. Cc.

¶ Ecthlipsis latine Elisio, Cæsura est quam, cum vocali elidi tur. Ab aliquibus Elipsis. A Quintil. Detractio transfertur, ὑπο ἐκ & θλίβω.

¶ Ectasis dici potest productio. Figura est quasyllaba natura liter correpta producitur. Ab ἐκτείνω produco. Dicitur a nõnullis extasis, vt Italiam fato profugus.

¶ Ectasis latine stupor, græce ἔκστασις. Aug. in psal. interpretatione. Ectasis excessum mentis significat. Quæ fit vel pauore vel aliqua reuelatione, in qua omnes sancti fuerunt, quibus arcana dei mundum istum excedentia reuelata sunt ita vt de eorum memoria haberentur interna.

¶ Ecloga, electio, explanatio, ab ἐκλέγω quod est eligo. Vñ & exceptus dicitur sicut testatur Eusebius lib. de eccle. historia, neque sermonem pe capris significat. Tunc enim æglo ga dicitur.

ð Ecphrasis est mera, puraq; enarratio.

ð Echioni dicti sunt thebani a rege echione, qui fuit vnus ex quinq; iuuantibus cadmum ædificare thebas.

¶ Ectrapeli, quasi horrentes & auersati communem & vsitatum naturæ modum.

¶ Ectropium dicitur cum inferior palpebra parum sursum attollitur, sed pendẽs hiat, nec cum superiore committitur. Lagophialmos vero cum superior palpebra non descendit.

*Ectypa dicũtur opera quæ ex ipsis typis formata sunt. Cc.

¶ Ecyra penul. correp. socrus latine dicitur. Vnde Terentij fabula. Similiter ἑκυρᾶ socer. Pater viri. Sunt tamen qui hoc nomen aspirent.

*Eculeus vide in dictione Equuleus.

E ante D

¶ Edo es est, edi, esum, vel estum. Dicitur & Edo is, correpta prima syllaba ab ἔδω quod significat vescor. Verg. Est mollis flamma medullas. Infinito esse, in passiuo, Edor eris, estur præteritum esus. Pli. lib. xx. Et in Ægipto propter eius amaritudinem non estur. Quandoque edo significat consumo. Verg. Nam sæpe fauos ignotus adedit siellio. Ambedo circũedo. Idem Ambesas malis absumere mensas. Comedo, a quo excomedo. Excedo. Obedo. Peredo & superedo, quę habent pe. cor. Ab edo deducuntur Esito as, & esurio, & quæ sequuntur.

¶ Edax accipitur pro vocace consumptore, a quo Edacitas, pro ingluuie.

¶ Edo onis, idem quod edax, qui & manduco dicitur.

¶ Edeagræ dicti sunt qui pręsunt regijs epulis.

*Ede nasturtium prouerbium ad excitandum torporem, quod perinde est ac si diceremus expergiscere. Cc.

*Edentulum dicunt eum qui sine dentibus est. Cc.

*Ederam ab edendo dictam volunt ꝙ parietes edat quãuis alij ab hærendo potius dictam velint, licet primam cor. habeat ꝙ hæreat semper & sequatur proximum est, est enim arbor omnibus inimica satis sepulchra ac muros rumpens serpentium frigori gratissima. Cc.

¶ Edilia dicuntur omnia quæ ad esum pertinent. Gel. Quod ex salutis vsu foret, vt edilia quidem omnia defenderet ab ac

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

teria depelleretq; in ſtomachum & pulmonem.

¶Edones pe.cor.ſunt populi Thraciæ maritimi quāq; apud Græcos per ω ſcribatur.

¶Edonij etiam Thraciæ populi mediterranei. Verg. Ac veluti Edonij boreæ.

¶Edonus mons eſt apud eoſdem populos, a quo Edonij populi.

¶Edonides mulieres bacchantes quæ furore diuino agitatæ myſteria Bacchi celebrabant, variis autem nominibus appellabantur huiuſmodi bacchantes. Nam & Euantes & Thyades, & Mimallonides, & Mænades, & Baſſarides. De his Oui. Protinus in ſyluis matres edonidas omnis.

¶Edeſſa nomen ciuitatis quo ſignificatur aquarum impetus. Hinc Edeſſenſes populi. Stra. Trans Euphratem eſt bambyce quam Edeſſem & hierapolim vocant, in qua Atergatim Syriam deam colunt.

¶Edico edicis pe.pro.ſignificat Iubeo, pronuncio, decerno, & eſt proprie magiſtratuum. Vnde edicta, que ſunt Conſulū prętorum & ędilium literæ quibus aliquid imperatur. Mandare eſt gerēdum aliquid aſſequendūq; comittere. Præcipere magiſtrorum ſeu magiſtratuum & ſuperiorum. Iubere frequenter pro imperare. Edicere etiam eſt oſtendere & declarare quaſi extradicere. Vnde legimus de apoſtolo Ioanne q̄ cōpulſus fuerit diuinam natiuitatem edicere.

¶Edira nympha eſt ſic dicta ἀπὸ τοῦ ἴδα ſcio. Cc.

¶Ediſſero, ediſſeris. pe. cor. extra diſſero, explano declaro. Pacu. Ediſſere fabulam hanc. Vergi. lib. ij. Mihiq; ediſſere vera roganti.

¶Edolo as, pe. cor. perfecte dolo, polio, Nonius. Edolare Fabrorum eſt cum materiarum cōplanatur aſperitas. Vſi ſunt eo verbo laudandi ſcriptores vetuſtatis etiam ad alias fabricas rerum. Vnum ego libellum non edolem.

*Edomus mons eſt prope Pāgęum in finibus Theſſaliæ. Cc.

¶Edom, Eſau dictus eſt ob coctionem rufę lentis, cuius edulio primogenita perdidit. Hebræi namq;, vt Ioſephus lib. ij. ſcribit, Edom rubeum dicunt. Vnde & regio in qua regnabat Eſau Edom dicta eſt, quam Græci honeſtius Idumęam denominauerunt. Hæc nunc regio inquit Hierony. Gebaleña dicitur quæ eſt in finibus Eleutheropoleos, vbi habitabant ante Chorrei qui interpretantur liberi. Vñ & ipſa vrbs poſtea ſortita vocabulum eſt. Nunc viculus palęſtinę eſt a cōditore ſic impoſito nomine. Alio nomine dicitur Seir, piloſus & hiſpidus. Vnde & montes Idumæorum appellantur mōtes Seir.

ὃEdentatus, dentibus priuatus, & edeutare edētulum facere excuſſis dentibus. Plau. Iru. Nimis velim improbiſſimo homini malas edentauerint.

ὃEdentulus qui ſine dētibus eſt.

¶Eden. interpretatur voluptas.

*Edor a veteribus dicebatur ſacrificij genus quod nūc ador vocamus. Cc.

*Edria aliquando dicta eſt rhodus inſula. Cc.

¶Educo is, pe. pro. extra duco. Li. lib. i. In aciem copias eduxit. Ver, pro extraho poſuit lib. x. Hoc dicens eduxit corpore telum. Aliquando educere eſt erigere. Idem lib. vi. Aramq; ſepulcri congerere arboribus, cœloque educere certāt. Aliquando nutrire. Terētius in Adel. Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi, eduxi a paruulo, habui, amaui pro meo. Sed nos magis educare dicimus quam educere. Verg. lib. vi. Quatuor hic iuuenes totidem quos educat Vfens.

¶Educo as, pe. cor. nutrio. Vnde liberorum educatio.

¶Edurum non durum, quaſi extra durum. Ibi enim e priuationem ſignificat, vt in enodo. Nam eduras corylos dicimus. Hoc eſt non duras.

¶Edulis pe. pro. quod manducari poteſt. Horat. Vinea ſummittit capreas non ſemper edulis.

¶Edulium dicitur quicquid ad prandium cœnamq; edendi gratia apponitur, & ſumimus, pręter panem. Hier. Cuius edulio primogenita perdidit.

*Eduſam ab edendo dixerunt veteres deam quæ eſui præerat quemadmodum Potinam quę potui. Cc.

*Eæ Fœmininum eſt ab ea pronomine nūeri multitudinis.

¶Eetion nomē patris Andromaches, qui apud Ciliciæ Thebas imperabat. Homer. lib. Ilia. xxi. κρήδεμνόν θ' ὅρα δ' Ἀφροδίτη δῶκε χρυσῆ ἀφροδίτης ἔματι τῷ ὅτε μιν κομιεῖται ὀλοφ ἡγάγετο ἐκ τόρ ἔη Θήβης ὑπὸ ἠετίωνος ϑ *. i. vittam quam dedit aureę Veneri die cum ipſum varie galeates duxit e domo Eetionis Sed nota Caſſandram in prædam veniſſe Agamennoni, eiuſq; concubinam fuiſſe, vnde Euripides in Hecubę tragœdia, πρὸς σοῖσι πολευσαῖς πατρὶ μὴ κόμιζεται Φοιβάς ἣν καλοῦσι κασσάνδραν φρύγες. *. i, Prope tua latera mea portatur phœbas quam vocant Caſſandram Phryges.

¶Effartio is, effarſi tum, maxime impleo. Cæſar lib. vij. Hęc autem quæ diximus interualla grandibus in fronte ſaxis effarciuntur.

¶Effata ſunt victimæ præcationes augurum quas poſt fines auſpiciorum extra vrbem ſunt effati, vt Var. & Ser. aiunt Effari enim proprie eloqui eſt. Ver. Sic effatus veſtigia pīſit. *Effari templa ab auguribus dicuntur cum fines notantur.

¶Effaxillo as, ab Axilla fit & ſignificat exero, q̄ exerto brachio axilla oſtendatur.

¶Effero pe. cor. effers, extra fero, ſed omnino græcum eſt, φέρω φέρεις καὶ μέλλομ ὀίσ ἔσί ἆς ἄνώμαλον. *. i, fero fers & futurum feram, eſt enim anomalum. Verg. lib. ij. Me ne efferre pedem genitor. Hinc Efferri cadauer dicitur cum celebratur funus vel dum ſepelitur, quaſi extra domum ferri. Si quidem veteres ſolebant extra vrbem ſepeliri niſi fuiſſet magiſtratus Honeſtiores tamen circa vias. Vnde frequēter epitaphia ad viatores diriguntur. Lucil. Depugnabunt pro te ipſi ac morientur ac ſe vltro efferent. Et efferri dicuntur mala quę patiendo vincimus & quaſi tumulamus. Cic. lib. iiij. tuſ. Neq; tam terribilis vlla fandi ratio eſt, neq; ſors, neq; ira cœli tum inuentum malum quod non natura humana patiendo hęc efferat id eſt vincat ſubdat ſepeliat. Interdum efferre eſt ꝓuehere exaltare. Verg. Extulit hęc decios marios magnoſq; camillos. Interdum laudare q̄is ad idē reduci poſſit. Nā cum dicimus, Effero illius facta, eum euehimus ab humiliori gradu ad altiorem. Sed hæc per tranſlationem. Nam proprie idem alibi. Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & alte extulit id eſt in altum leuauit. Interdum proferre, vt apud eundē Vt belli ſignum laurenti Turnus ab arce extulit. Interdum eleuare minuereq;, quaſi extra ferre, hoc eſt euacuare. Ci. lib. ij. de ora. Illa autem quę aut conciliationis cauſa leuiter aut per miſſionis vehementer aguntur contrarijs commotionibus efferenda ſunt, vt odio beniuolētia miſericordia inuidia tollat.

¶Effero as, pe, cor, efferatum, hoc eſt crudelem iſtar feræ facio. Stra. li. achi. Et raptum ſuperis Mars efferat aurū. Amb. Efferauerat Herodes vniuerſos. Hiero. in Daniele deponenti vſus eſt cum inquit. Cum appropinquaſſet prope arietem efferatus eſt in eam. Efferare etiam eſt quod vernacula lingua dicimus Inſaluatichire. Liui. libro ſecundo. Obſita erat ſqualore veſtis fœdior corporis habitus pallore ac macie peremptī. Ad hæc promiſſa barba capilli efferauerant ſpeciē oris. Lact. libro tertio. Nam ſi homo ad aſpectum alterius hominis efferaretur quod facere videmus animantes quorum natura ſoliuaga eſt, nulla eſſet hominum ſocietas

ὃEfferare quoq; ferarum imagines effindere

¶Efficio is, penul. cor. perfectionem denotat. Terent. in An. Quid eſt quod mea ars efficere hoc poſſit amplius. Inde effectus & efficientia.

¶Efficax dicitur quod ad agēdum aliquid vim habet, ac maxime conducit. Hinc efficacia quę eſt vis.

¶Effingo is, valde fingo. Ex enim auget, vel quaſi naturalia formo, & alterius formam fingo, & qualem volo fingendo formam repręſento. Quin. Nam mihi videtur. M. Tulli⁹ cū ſe totum ad imitationem græcorum contuliſſet, effinxiſſe vī

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis.

¶ Effigies signum cum ad viuam alterius similitudinẽ, vel ad veritatis imaginem factum tam in picturis quam in sculpturis. Ponitur & quandoq; pro aspectu. Dicitur etiam effigia. Plaut. in Ru. Veneris effigia hæc quidem est.

¶ Effigio, as, ad effigiem formo. Augu. lib. vij. de ciui. dei. Quid sunt idola nisi quod oculos habent, & non videbunt, tale de materijs licet a fabro effigiatis tamen vita sensuque carentibus dicendum fuit. Ineffigiatus autem qui nõ habet aliquam formam.

¶ Effilatum, vide in dictione Filo.

¶ Efflagito, efflagitas cum clamore seu cum magna instantia flagito, Ver. Ille simul fugiens Rutulos simul increpat omnes nomine quemq; vocans notũq; efflagitat ensem. Quin. ad Tripho. Efflagitasti quotidiano conuicio vt libros quos de institutione oratoria scripseram iam emittere inciperẽ, tamen a flamma comparitur.

¶ Efflictim aduerbium significat valde. Plaut. in pe. Earum hic adolescens alteram efflictim petit.

¶ Efflo as, extra flo, spiro. Varro libro primo de re rust. Prętea q; ab sole toto die illustratur salubrior est, q; & bestiolę si quæ prope nascuntur aut inferuntur, aut effiantur, aut aritudine cito pereunt. Inde efflare animam dicimus. Suet. Priusq; efflaret animam pro mortuo deseri iussit.

¶ Effloreo es, a quo effloresco. Vide in dictione defloreo.

¶ Effluo, extra fluo, effundor. Lact. lib. i. Siue igitur a Melisseo sicut Didymus tradidit colendorum deorũ rit⁹ effluxit.

¶ Effodio is, pe. pro. extra fodio Plaut. i cur. E sterquilinio ef fossa tua illic pręda est.

¶ Effœmino as, pe. cor. in muliebrem molliciem, atque lasciuiam conuerto. Salu. Ea quasi venenis malis imbuta corpus animumq; virilem effœminat. Cic. lib. i. tus. Cogitationibus molestissimis effœminamur. Vnde & effœminati molles & lasciui dicuntur.

¶ Effœta cum œ diph. accipit ꝓ ea q; fœtum emisit, vt illud Col. lib. viij. Primus effœtæ partus amouendus est quoniam tyruncula nec recte nutrit. Item sumitur effœtus pro fœtu q; emissus est. Idẽ libro nono, Pullos oportet singulos, vt quisq; natus sit tollere, sed vno die in cubili sinere cum matre & aqua ciboq; abstinere dum omnes excludant. Postero die cũ grex fuerit effœtus hoc modo deponatur. Effœta quoq; dicitur quę non amplius parit quasi frequenti partu lassata. Pli. Est autem tanta gallinis fœcunditas, vt alique & sexagena pariant oua. aliquæ quotidie, aliquę bis die, aliquæ interdũ, vt effœtę moriantur. Hinc effœtus, fœtu destitutus eneruatus exhaustus & lassatus. A similitudine mulierum, quas partus debiles reddit. Verg. Erigentq; effœtæ in corpore vires. Similiter effœtam tellurem dicim⁹, vt idẽ libro primo Geor. Effœtos cinerem immũdum iactare per agros. Vbi Ser. Cõtinua fertilitate laceros sicuti etiam frequenti partu effœta dicitur mulier. Col. in præfacio. Q; existiment vbertate nimia prioris æui defatigatum & effœtum solum nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta. Ci. in Cato. Libidinosa & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti id est debile & infirmum quia vacuum viribus & eneruatum

¶ Effrænus. Vide in dictione frenum

¶ Effugio is, pe. cor. extra fugio euado, Vnde effugium. & effugia æ, vide in dictione Fugio.

¶ Effundo is, extra spargo. Lact. libro primo. Nã præter verborum licẽtiam quibus obscœnitas omnis effunditur. Plau. Totamq; effudit fideliã id est sparsit quicquid in fidelia erat. Per trãslationem effundere ponitur pro consumere. Cice. lib. ij. of. Multi patrimonia effuderunt inconsulte largiendo. Q; ñ q; pro emittere. Vergilius. Ruuntq; effusi carcere curr⁹. Q; ñ q; pro prosternere profligare. Sal. Effuso ac profligato pedita tu paulatim retrocedere cœperunt.

¶ Effutio is, penul. prod. inepte & incõsulto eloquor euacuo. Translatio a vase futili, quod patulo ore fundo acuto instabile nihil inse contineat. Et ipse futilis dicitur qui nihil intra se continet, & semper inanis est. Hor. Effutire leues ĩdigna tragœdia versus. Var. Euax verbũ nihil significat, sed effutitũ naturaliter est. Nonius Effutire exponit pro dicere cum mendacio, adducitq; Ciceronem libro quinto tus. vbi sic ait. Nec hoc sic agit, vt ex tempore quasi effutire videatur.

E ante G et L

ǒEgelaste oppidũ in Hispania citeriore vnde sunt egelastani

¶ Egelidor penultima correpta regelor geluq; dissoluor. Sidoni Egelidarentur fibræ glaciales.

¶ Egeo es, egui, alicuius rei necessitatem habeo, & tam genitiuo q; datiuo iungitur. Plau. in asi. Quia tui abeuntis egeo. Lact. libro quinto Tantam esse innocentiæ vim, vt nõ egeat nec armis nec viribus. Hinc componitur Indigeo. Deriuantur vero egestas paupertas. Egens, egentior, egentissimus. Aug. libro primo con. Opibus egentissimo.

¶ Egenus penultima producta, qui aliquid habet & aliquo indiget Pauper qui nihil habet, Inops sine ope.

ǒEgestas paupertas. Hanc aiunt herebi & noctis filiam non eam quam plurimi arbitrantur, s. oportunis carere, quam viri fortes tolerantia superauere vt in arenis libycis. Cato, sed eam potius qua abundãtes falso iudicio tracti succũbũt ut auri custos Midas phrygum rex qui dum omnia quæ tangebat, iuxta votum verterentur in aurum fame peribat

¶ Egestosus, ab egestate formatur sicut a sobrio sobriosus. Cyprianus, Cum nulla fuerit opportunitas scandali vbi trãseunter quod pius est egestosam habuerit mansionem

¶ Egeria, nympha cui sacrificabant prægnantes, q; eam putabant facile fœtum aluo egerere.

¶ Egero is, pe. cor. ssi, stum, Vide in dictione gero.

ǒEgilops latine Auena dicitur, serpit inter segetes cum foliis tritico similibus, simplicibus quidem sed hirsutis.

ǒEgesta ciuitas in Sicilia quam Æneas condidit, & ab Acestis matre.

ǒEgesta eam nominauit quæ postea segesta vocata est. Fuit & Egesta nomen mulieris troianæ, quæ Acestem genuit crinisio fluuio.

¶ Egregius a, um, excellens, quod ex toto grege eligitur. Et egregius eminens & præstans. Ter. in An. forma egregia & ætate integra. Hinc contra grammaticorum regulas. Iuue. Formauit comparatiuum. Egregius cœnat meliusq; miserrimus. Sic Lucre, Nam nihil egregius quam res secernere apertas a dubijs. Egregie aduerbium excellenter, quamuis etiam vsurpetur pro valde nimis, vt apud Ter. in an. Horũ ille nihil egregie præter cętera studebat.

⁂ Egothelæ aues sunt grandiores merulæ aspectu fures nocturni, aliter caprimulgi. Interdiu enim visu carent, sed cum diphongo pingi debet, quoniam ex αἴξ αἰγὸς componitur quod capram dicit, & θηλὴ thele mamma. Cc.

¶ Egredior, extra gradior ex eo. Lactan. libro secũdo. Ille vero cum egressus esset ex arca. Dicimusq; egredior templo & templum id est extra gradior tẽplũ. Inde egressus & egressio.

¶ Egurgito as, pe. cor. significat exhaurio. Plaut. in Epi. Atq; egurgitem domo prorsus.

¶ Eho, Interiectio est ad se vocantis, vel nutus est intentionẽ deposcentis eius in quo vult loqui. Teren. in Am. Eho dum ad me. Alias interiectio admirantis, vt apud eundem. Eho, an tu te intellexisti hoc assimularier.

¶ Ei, datiuus abis, ea, id, aliquãdo habet qualitatis vim. Ter. in An. Ei ne ego vt aduerser hoc est tali tam bono. In metro plerũq; monosylaba dictio est sicut cui & huic, licet quandoque etiam duarum syllabarum reperiatur, vbi e, mõ corripitur, modo producitur Iuue. Iuuenes hortantur vt illam Ire viam pergant, & eidem incumbere sectæ Luc. libro sexto Scilicet & fluuius qui visus maximus ei.

¶ Eia modo adhortantis est, modo corripientis, ἐᾶ καὶ ῥῆμα ἀπὸ τοῦ ἐάω ἐῶ. ⁂, id est græce eia & verbũ asino.

¶ Eijcio is, extra iacio, excludo. Verg. Nec non Tarquinium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ejectum Porsenna videbar accipere. Quandoque extendo. Idem Electo queincumbit cenuusarmo. Electum quoque p naufrago idem posuit. Electum littore egentem excepi. Hic ejectitius a, um. Plinius. Vulua erecto partu melior quam edito. Electitia vocatur illa, hæc porcaria.

ȣEiurare, est extra ius facere, quemadmodum exaugurare extra augurium facere. Vale. lib. ij. ignominiosa consulum eiuratione.

ȣElça ciuitatis nomen, a qua Elaiticus sinus dictus ē de qua Plin. lib. v. Haud procul Elça quam in littore diximus pergamena vocatur.

⁂Eiulare est voce in altum sublata plorare, a quo eiulatio & eiulatus dicitur ploratus rationis expers, est que verbum factitium. Cc.

⁂Eiusmodi & eiuscemodi pronomina siue nomina ex seinui cem composita genitiui casus, cibus alijs figurate adiuncta.

¶Elabor pe. pro. extra labor, effugio, eo modo quo lubricus anguis aut anguilla manu cōprehensa lapsu fugit. Verg. Ecce aūt lapsus Pyrrhi de çde polites. Plaut. in cap. Ea species elapsa est id est effugit. Hier, in ꝓlogo Iob. Vt si velis anguillam aut murenulam strictis tenere manibus quanto fortius prẹsseris tanto citius elabitur. Cic. per translationem, Hic frater suo censore qui proximus ante me fuerat elapsus est, hoc est accusatorum veluti prælsantium manus effugit.

¶Elaboro as. Vide in dictione laboro.

ȣElacatena, genus salsamenti piscis de quo Col. lib. ix. Scombri carchari elecateneq; ventriculos, & ne singula enumerem salsamentorum omnium purgamenta.

¶Elamitæ pe. pro. dicti sunt Persarum principes ab Elam filio Sem. vt ait Iosephus.

ȣElaphebolion dr̄ mensis februarius.

¶Elaphos, pe. cor. latine ceruus. Vnde Tragelaphus hircinus ceruus.

¶Elatus penul. prod. sublimis, excelsus eminens, superbus, ab effero fers.

ȣElaps serpens

⁂Elaphoboscos hærba est ferulacea geniculata digiti crassitudine semine corymbis pendentibus foliis olisatri, cemmē data in cibis contra serpentium omniumque aculeatorum ictus. Cc.

¶Electra teste Hesiodo nympha oceani & Tethyos filia vxorque Atlantis, cuius filia quædam etiam Electra dicta fuit. quæ Ioui Dardanū peperit, dicente Verg. lib. viij. Dardanus Iliacę primus pater vrbis & author, Electra & graij prohibent Atlantide cretus. Et subdit. Electram maximus Atlas Edidit æthereos humero qui sustinet orbes, alia fuit Electra Horestis soror.

¶Electryon, Amphitrionis frater & filius Alcæi.

¶Electrum gummi siue lachryma succusve ex arboribus pinei generis profluens, quod a latinis succinum dicitur. nascitur vt inquit. Pli. in exoticis insulis sub metalli specie & glessum dicunt barbari Hinc electriferas insulas glessarias. Cuius coloris similitudine puto eam misturam electrum dici quæ ex patre quadam auri & argenti conficitur, dicente Plin. lib. xxxiij. Aurū in quo quinta argēti portio est electrū vocat.

¶Electridas nonnulli dicunt esse in Britania arbores Electrū emittentes. Alij dicunt insulas esse in mari Adriatico ad quas padus dilaberetur, quod falsum esse manifestum est. Cc.

¶Eleemosyna munus quod Inopi datur, ab ἔλεος quod miserationem significat. Quod nomen apud gentiles raro legitur cum apud Christianos frequētissimum inueniatur. Spartianus de Caracalla Non tenax in largitionem non lentus in eleemosynam.

¶Elegans pen. cor. nomen est non participium ab eligo, vt Cic. lib. de opti. dicendi genere innuere videtur cum inquit. Nam si vt in epularum apparatu magnificentia recedēs nō se parcum solum, sed elegantem videri volet, eliget, quibus vtatur. Sunt enim plæræq; aptæ huiusmodi orationis de quo loquor parsimoniæ. Est igitur elegans idem quod cultus ornatus politus quasi qui eligere sciat, aut qui ipse sibi eligēdus. Teren. Rem elegantem narras. ¿ Gel. Elegans homo non dicebatur cum laude sed id fere verbum ad ætatem. M. Catonis vitij non laudis fuit. Cato. lib. de moribus. Auaritiā omnia vitia habere putabant, sumptuosus cupidus elegans vitiosus ire itus qui habebatur is laudabatur.

¶Elegantia dicta est q̄ sit electa & separata a vulgari opinione, & accipitur pro cultu & ornatu, quæ tamen apud veteres non ad ingenij opera, sed dum taxat ad nimis amœnū lautumq; cultum ac victum applicabat. Nec sine vitio erat, nunc elegans solum laudādo dicitur, vt elegās oratio. Est & elegantia orationis pars quæ facit vt vnum quodq; verbū pure aperteq; dici videatur. Huius duæ sunt partes latinitas & explanatio. Latinitas quæ sermonem purū seruat ab omni vitio. Explanatio est quæ reddit apertam & dilucidā orationem. Ea duabus rebus comparatur. s. vt vsitatis verbis vtamur & proprijs. Vsitata sunt quæ versantur in consuetudine quotidiana. Propria sunt quę eius rei de qua loquimur verba sunt aut esse possunt.

¶Elegia pe. product. siue elegeia miserabilis vel misera, ab ἐλεέω misereor ἔλεος miseria. Vnde elegi versus dicti sunt q̄ ad fistulam luctus cantari soliti erant, aut q̄ his miserabiles hominum ærūnæ, & amoris quærimoniæ decantantur. Romani id genus carminis quod cum lamentatione adcanitur mortuis. Nęniam nuncuparunt. Vnde tractum vt epitaphia quoque defunctorum elegis versibus scribantur. Oui. Flebilis indignos elegeia solue capillos. Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit. Dicitur elegium metrum & elegia & p diminutionem Elegidion. Persius. Non si qua elegidia crudi dictarunt proceres. Penultima huius nominis elegia a poetis longa profertur. Mar. Detineat cultis aut elegia comis. Oui. li. de remed. blanda p haretratos elegeia cantet amores. Statius vero lib. i. syluarum. Quas inter multum petulās elegia propinquat Huius metri princeps fuit Callimachus. Secūdus Philetas. Ab elegus fit elegiacus a, um, Elegiographus qui elegiam scribit.

¶Eleteus dictus est sol, ἀπὸ τοῦ ἐλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν, hoc est q̄ æterno circa terram meatu volui videatur. Cc.

¶Elementa sunt principia omnium rerum a quibus sumitur incrementum & in quæ resoluuntur. Vnde notas literarum scriptores elementa vocant eo q̄ sint principia orationis. Nā ex dictionibus syllabę, ex syllabis literę fiunt ad similitudinē mundi elementorum. Sicut enim illa coeuntia omne corpus efficiunt, sic hæ coniunctæ literalem vocem quasi corpus aliquod componunt. Inde elementariæ literæ dictę sunt primitiuæ. Iulius capitolius. Puer inquit literis elementarijs, & calculo imbutus. Sic lex Moysi & omne vetus testamētum elementum dicitur ab apostolo, quibus quasi ab elementis & religionis exordijs deum discimus. Quomodo enim elementa inquit Hie. appellantur literæ per quas syllabas ac verba coniungimus, & ad texendam orationem longa meditatione procedimus. Ars quoque musica habet elementa sua. Et geometria ab elementis incipit literarum. Et dialectica atque medicīa habēt εἰσαγωγὰς suas sic elemētis veteris testamēti vt ad euangelicam plenitudinem veniat sancti viri eruditur infantia. A seneca senex elementarius dicitur cum ait libro. v. epistolarum Turpis & ridicula res est elementarius senex. Sunt autem quatuor elementa rerum principia Aer ignis terra aqua, & omnia ex his gignuntur aluunturque, ab alendo dicta vel potius vt Hiero. scribit in commentario epistole ad hebręos elementa quasi eleuamenta, eo q̄ ex ipsis cætera originem sumant, initia videlicet & fundamenta creaturarum. A quibusdam etiā dicuntur. Elimenta per i, literam quasi fabricamēta, ab eo quod ē elimo as, q̄ ex eis fabricata sint oia. De his quatuor elemētis sic scribit. Amb. l. Hexa. Est aūt terra arida & frigida. Aqua frigida & humida. Aer calidus & humid⁹. Ignis calidus & siccus. Et sic sibi per has iugales qualitates singula miscentur elemēta. Nā terra cū sit aridę & frigidę qualitatis connectit aquę p cognationem qualita-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tis frigidæ. Et per aquam aeri, quia humidus est aer. Aqua ergo tanquam brachijs quibusdam duobus rigoris & humoris altero terram, altero aerem videtur amplecti. Frigido terram aerem humido. Aer quoq; medius inter duo compugnantia per naturam, hoc est inter aquam & ignem, vtrum q; illud elementum conciliat sibi, quia & aquis humore & igni calore coniungitur. Ignis quoq; cum sit calidus & siccus natura calore aeri connectitur. Siccitate aũt in cõmunionem terræ ac societatem refunditur, atq; ita sibi per hunc & chorum quendam concordiæ societatisq; conueniunt. Vnde & græce συμφωνία dicuntur, quę latine elementa dicimus q; sibi conueniant & concinunt. Pythagoras cęteriq; physici principia quattuor elementa posuerunt ex quibus animalia constat q; in corporibus nostris euidẽter apparent, carnes & ossa terrena sunt: humor & sudor aquatici, respiratio ex aere, Calor exigne. Ab elementis habemus corpus, a deo animum.

¶ Elenchos grẽce reprẽhensio argumentũ & idem fere quod syllabos quasi comprensio, sicut Cic. ad Atticum scribit. Sed latini indicem dicunt. Etenim quomodo librorum indices & pulchritudine & varietate colorum & magnitudine literarum libros exornant, & res alias sui indices, ita hi gestãtium habitum illustrare & quasi indices eorum videntur esse. ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν quod significat arguere ac patefacere, id quod solent indices ab indicando nominati. Sunt enim elẽchi margaritæ proceriores fastigiata longitudine. Plinius. Elenchos appellant fastigiata longitudine alabastrorum figura in plano desidentes orbe. Iuue. auribus extensis magnos commisit elenchos. Et hi quidem bini aut terni fœminarum auribus suspendebantur. Item cauillatorium dictum elenchus appellatur. Vnde & pro quodam argumenti genere sumitur. Vnde sophistici elenchi apparentes redarguitui.

ðEleipe, p. populi in peloponesso clarissimi propter delubrũ Iouis olympij, ludosque olympicos quorum præfecturam Elei habuerunt. Vnde Elei equi, & Eleus carcer sæpe legũntur. Luc. Quantum clamore iuuatur Eleus Sonipes.

*Ελαιον eleon græci oleum vocant, ex quo conponitur Elæomeli, oleum est in syria sponte ex ipsis oleis manans sapore melleo, aluum mollit, bilem detrahit. Cc.

*Eleos græce ἔλεος. Vide eleęmosina.

¶ Elephas antis, & Elephantus ti, animal notum. quãuis pro Ebore hoc est elephanti dente quandoque ponatur. Verg. li. geor. In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto. Elephanti biennio vtero grauescunt, nec amplius quam semel gignunt, nec plures quam singulos. Viuunt annos trecentos. Hos primum vidit Italia Pirrhi regis bello in lucanis & boues lucas nominauit Boues a magnitudine. Quoniam nostri maximam quadrupedẽ q; haberẽt vocarẽt bouẽ. Lucas aluanis. Alij lucam quasi Libycam dictam volũt q; ex Aphrica huiusmodi beluæ primo fuerint in Italiam deductę. Var. a luce lucas appellatas existimat q; elephanti relucebant propter in auratos regios clypeos, qui in turribus his erectis conspiciebantur. Næuius Atque prius locusta pariet lucam bouem. Auso. Vt lucas boues olim resumpto præferoces præsilio fugit iuuentus Romula. ðPræterea Elephas ponitur pro morbo de quo Sere. Est elephas morbus tristi quoq; munere dirꝰ. ðElephantes zographi, a Plutar. in periclis vita vocãtur, pictores qui ebur pingunt ελεφαντικὴ ζογραφαί.

¶ Elephantinus a, um, pe. cor. nomen possessiuum, vt pellis elephantina.

¶ Elephantia siue elephantiasis, & elephas, est ceu lepræ quoddam genus elephantorum cuti simile crebris summa corporis parte maculis ac tumoribus rubore paulatim se in artum vertente. His non ora tantum, atque manus sed suræ ac pedes inflantur, vt hinc recentiorum plęrique non alios putent esse elephantiacos, quam quibus crurasic intumescunt vt pedes elephantorum habere videantur. Origo morbi ex atrabile, non quidem omni, sed rẽtorrida, moribus in expurgabilis, atque vt cancer vnius partis, sic elephas totius corporis quasi cancer existimatur. Cassiodorus. Cutis animalis elephãti vlcerosis vallibus exaratur, a qua transportaneorum nesꝰ da (inquit) passio nomen accepit. Plinius libro. xxvi. Elephantiosus non fuit in Italia ante. Cn. Pompei tempora.

¶ Elephantiacus, qui morbum elephantiæ habet.

¶ Elephantina vrbs quæ distat a Thebis Ægyptijs vigiti & octingentis stadijs.

¶ Elephantis idis, nomen viri poetæ qui libellos scripsit quibus varia genera concubitus varioſque coeundi modos cõplexus est, Mar. Nec molles elephantidis libelli.

¶ Elephantini libri apud priscos fuerunt, in quibus senatusconsulta scribebantur quæ ad principes pertinebant.

¶ Eleo es, maculo. Luci. Si hic vestimenta eleuit luto abcorium magnum ad cachinnum imprudens subijcit.

¶ Eleuies purgatio. Idem. Vt eleuiem facere per ventum velis.

¶ Elea ciuitas Lucaniæ quam quidam Helam a fonte nominauerunt. Alij a palude dictam opinantur quę græce τέλος dicitur. Ab Helea dicti sunt eleatę, Parmenides phĩs & zeno pythagorici ambo, per quos Eleam institutis legibusque bene formatam fuisse autumat. Stra. lib. vi.

¶ Eleus dictus baccl. us, quasi pius pater, q; libertatẽ hominibus prestet græci ἔλεον misericordem dicunt.

*Eleusa insula est ex oppositio Cypri. Cc.

¶ Eleusis eleusin ciuitas in Attica prouincia nõ lõge ab Athenis in qua regnauit. Eleusius quem ceres docuit omnem agriculturam, & in ea mystica Cereris celebrabãtur, a qua nota, p uincia Eleusina dicta est. Oui. Crecyonis letum vidit cerealis eleusis. In hac Triptolemus natus est, ð Hęc mysterijs Cereris inclyta fuit. De qua Stra. Eleusin ciuitas in attica vbi Eleusinæ cereris templum extat & fanum mysticum quod Dicinus extruxit turbę theatralis capacissimum. Hic cum Eleusi⁹ regnaret & Cererem filiam quęrentem liberalissime hospitio suscepisset, illa pro munere ondit ei omne gñs agriculturę filium etiam eius triptolemũ recẽs natũ p noctẽ igne fouit per diem diuino lacte nutriuit & eum alatis serpentibus superpositum per totum orbem misit ad vsum frumentorum hominibus indicandum. ðStephanus byzantius ἐλευσὶς ἐσί ὄνομα πόλεως ἀπὸ τοῦ ἐλθεῖν τὸν υἱὸν ἐπὶ τὸν πατέρα. καὶ πολλὰ περὶ τῆς Δήμητρος. *. id est ciuitas est, nominata aũt, ẽ a filio epi & multa de Cerere.

¶ Eleotheſium latine vnctuarium, & sumitur pro loco ĩ quo vnctores vngere solebant corpora post lauationem.

¶ Eleutherius nomen vir quo significatur apud nos liberalis in genus seruator liberatorque, Eleutheria libertas.

ðEluiheria libertoria libertatis solennia. Plaut. in persa. Basilice agito agito eleutheria.

¶ Eleutheros flumen. Plin. lib. ix. Testudines Phœnicio mari vltro veniunt statuto tempore anni in amnem Eleutherum effusa multitudine.

¶ Eleuo as, penul. correp. sursum leuo, in altum tollo. Plaut. Capedum lapidem hunc atque eleua. Item significat aufero, vnde Eleuatum pro ablato ponitur. Item extra leuo minuo extenuo & res gestas verbis deprimo. Tractum a re ponderosa, quæ vt par sit eleuatur id est imminuitur. Liuius libro. iij. Maior inquit sit vana nostra. P. C. auctoritas ad plebem est, vos eleuatis eam quippe quia plebs senatusconsultum in continuandis magistratibus soluit. Idem libro. xxvij. Q. Fabius res gestas in Hispania eleuauit id est depressit. Quinti. li. v. Gentium simul vniuersarum eleuata testimonia ab oratoribus scimus.

¶ Eleucus fluuius qui Mediæ magnam partem irrigat.

*Elicen nonnulli scribunt oppidum fuisse Peloponesi in quo nata sit Callisto Lycaonis filia & ab ea sydus elicem vocitatum. De quo Sidere Aratus in Phœnomenis. Hic Iouis altrices Elice cynosuraque fulgẽt. Dat grajis Elice cursus maioribus astris. Cc.

*Elicius Iuppiter in auentino colebatur. Cuius causas ponit perotus in Cornuco.

¶ Elicio is, pen. cor. cui, citum, vel xi, ctum, significat educo extraho, vnde illecebræ argentariæ dictæ sunt meretrices

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ab eliciendo argento.

¶ Electo as, frequentatiuum formatum ab electum supino. Plaut. in Asi. Ibo aduersum atq; electabo quicquid illud sit. Hoc est mulcebo, & bono modo sæpe foras exire faciam.

¶ Elicito as, pe. cor. frequẽtatiuũ formatũ a supino elicitum Syllabarum tẽpora notamus cũ etiam in simplici medicina de qua Galenus facit opusculum laudat orthographiam cuius titulus est, ἐις πύσα καὶ τινὰ χρῆσμον ἐγένετο τὸ Διασει λασθαι τὰ σημαι ό μενον ὑ ὑσματῶν. ✳. i. in quod & quæ vtile est distinguere significata nominum.

¶ Elices pe. cor. sulci aquarij per quos aqua collecta educitur, ab eliciendo dicti.

¶ Elico as, pe. cor. inuerto.

¶ Elico eliconis, penul. correpta inuersor, & inuolutor rerũ.

¶ Elido is, penul. prod. si, sum, effringo, exprimo, excludo, p̃foco, dissipo, occido. Cice. lib. ij. tus. Hæ. sunt ille fibræ stirpiũ quas initio dixi, persequendæ & omnes elidendæ ne vlla vnquam possit existere. Plaut. in ru. Iubeo oculos elidere Sue. in Cæsa. Ac sæpe præturba elisi exanimatique sunt. Verg. Geminosque præmens elisérit angues. Item elidere est colliidere. Idem libro. iij. æne. Ter spumam elisam & rorantia vidimus astra.

¶ Eligo eligis pe. cor. Vide in dictione Deligo.

¶ Electio est recta approbatio.

¶ Elimino as, pe. cor. extra limen ejicio, excludo. Actius. Egredere, exi, afferte, elimina vrbe.

¶ Elis ciuitas Arcadię, iuxta quam Alpheus fluuius oritur, Hinc eleus, a, um, Verg. lib. iij. Georg. Hic vel ad elei metas & maxima campi Sudabit spacia.

¶ Elinguis qui sine lingua est. Item qui mutus est & loqui non potest, etiam si linguam habeat. Ambro. Mutus es elinguem te feci.

¶ Elinguo elinguas, linguam extraho, seu ligua priuo. Plautus in Aul. Si hercle ego te non elinguandam dedero vsque ab radicibus, impero, auctorque sum, vt me cuiuis castrandum loces.

✳ Eliotropium gemma est, porracei coloris & sanguineis venis distincta, ex eo trahens nomen q̃ decocta in vas aquæ fulgorem solis accedẽtẽ percussu sanguineo mutat. Extra aquã vero speculi modo solem accipit deprehẽdique eclypsim sub euntem lunam ostendens. Tradunt magi hanc gemmam si quis gerat admista herba eliotropio inuisibilem esse, Sed credo dictionem aspirandam esse, nam λιος id est sol, vnde deducí putant λασ ἁ id est aspirationem habet. Cc.

¶ Eliquo as, pe. cor. Vide in dictione Liquo as.

¶ Elissa fuit nomen proprium Didonis. Nam Dido lingua phœnicia latine virago dicitur.

¶ Elisiphagus agræcis dicitur saluia hærba hortensis.

ὃ Elysium Locus vbi piorum animæ habitant ἀπὸ τῆς λυσεως a solutione. Nam animæ post solutionem vinculi corporei deueniunt ad elysios campos. Hunc locum alij inferorum suis fœlicitatibus plenum alij fortunatas ĩsulas. Platonici circa lunarem circulum dicunt vbi iã aer purior est. Sunt & elysij campi in boetia in campo thebano, vt inquit lycophron. Plu. celebrat in insulis Britannicis ad oceanum cui astipulatur Homerus, in arcadia etiam redduntur & in Hispania.

¶ Elimo as, pe. pro. Vide in dictione Delimo.

¶ Elixum est aqua decoctum Nam lixam aquam veteres esse dixerunt vñ & lixe dicti qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent ferre. Et lix cinis foci est, hinc & elixum quod cineri olle suppositio coctum est. Var. autem per translationem calceos elixos scribit quasi madefactos, vt est caro q̃ elixatur.

¶ Elixo as, aqua coquo. Lauren. Valla. Q̃ĩ prandio carnes quasdam elixasset.

ὃ Elobia genus inaurium, inquit Iul. pol. a fibris aurium quas græci λοβους vocant.

¶ Elogium testificatio de aliquo honoris vel vituperationis causa. Et aliquando simplex testificatio sententiæ, vt Cice. Solonis quidem sapientis elogium est quo se negat velle suã mortem dolere amicorum & lachrymis vacare. Vituperationis. Quin. Non est iudices q̃ putetis ideo nullum adiectũ ad exhæredationem iuuenis elogium quia de scelere constaret. Honoris. Cice. in Cato. Quanta in Attilio Calatinoĩ quẽ illud elogium vni complurimæ consentiunt gentes populi primarium fuisse virum. Sene. Decessit negociator testamento omnium bonorum suorum, reliquit formosam vxorem hæredem & adiecit elogium. Quia pudicam comperi. Dicitur etiam elogius, sicut Epitaphium & epitaphius.

¶ Ellichnium, dicitur funiculus ille papyraceus siue sparteus canabinus ve aut stupens qui stans in oleo peruritur quem & thryallida & pholmon quoq; græci appellant. Pli. Et e medulla eius elegantium lucernarum ellichnia fiunt.

✳ Elops piscis apud antiquos nobilissimꝰ habitus vnus squãmis ad os versis a nonnullis acipenser dictus. Est & centauri proprium. Cc.

¶ Eloquor pe. cor. significat sicut suum simplex. Quin. Eloquor cum omnia quæ mente conceperim promo atq; ad audientes profero. Verg. Eloquar an sileã ? Plau. in am. Resque vt facta est eloquar. Quasi aperte loquar. Aliquando Eloquũ est dicere quod proprium est oratoris, a quo eloquentes dicũtur qui in dicendi ratione perfecti sunt.

¶ Eloquentia dictio ex omni parte perfecta totũ rhetoricæ corpus continet. Ab eloquẽs, elocutio q̃ ab elocutiũ supio fit ẽ idoneorũ verborũ ac sententiarũ ad iuẽtionẽ accõmodatio

¶ Eloquiũ modo sermonẽ, modo facũdiã, modo Elogiũ significat. Plau. Dulci ac blãdo eloquio amicitiã solat⁹. Apul. Platonis eloquio monitus non nobis solis nos natos esse.

¶ Elpes nomen propriũ Boetij vxoris. De qua epitaphiũ est Elpes dicta fui Siculæ regionis alũna. Quam procul a patria coniugis egit amor. Quo sine mœsta dies nox anxia, flebilis hora. Non solumq; viro spiritus vnus erat. Lux mea nõ claussa est tali remanẽte marito. Maioriq; aĩæ parte superstes ero. Porticibus sacris iã nũc peregrina quiesco Iudicis æterni testificata thronum. Neue manus busium violet, ne forte iugalis Hæc iterum cupiat iungere membra viris.

¶ Elongo as, longe facio, remoueo, vt elongasti a me amicũ & proximum. Aliquando protraho, differo. Plin. Quo maxime tempore dies elongantur.

¶ Elongiquo as, idem quod elongo. Aug. Domine ne elonginquaueris misericordias tuas a me.

¶ Elorus pe. p. Sicilię vrbs ab eloro ãmne quí cãpis superfunditur sicut nilus dicta, proxime Pachinũ, in quo pisces cibũ manu capiũt, vt testatur Pli. li. xxxij. De hoc Silius. Sidonios Drepane atq; vnda clamosus elor⁹. Ver. li. iij. Exupero p̃pinque solũ stagnãtis elori. Sunt tñ qui hoc nomen aspirent.

ὃ Elotæ, seu elotio sua publica appellant mancipia famulitia, lacedæmonij. i. publicos ministros, vt sunt aparitores, lictores. Apud Thessalos penestrę a græcis εἵλωτης.

¶ Elpenor pe. pro. nomen comitis Vlyssis qui a Circe cum alijs socijs in porcũ cõuersus fuit. Iuue. Et cĩ remigib⁹ grunisse elpenora porcis. Homer⁹ facit li. xi. odyss. p necromatiam interfecti elpenoris Vlyssem ire ad inferos. ἐλπήνορ Δέτιε ἔτκε νεώτατος ὔτ ἔτιλίκμ ἄλκιμός ἐ μολέμω. id est. ✳. Elpenor vero quispiam erat valde iuuenis, nec adhuc fortis in bello, & subdit. ἀλλάκατ ἀρτικεῖτέγ ὤεσομ ἐκ δ ἐ ὁ ἀυχήν ἀσας ἄλομ εάγκ ψυχ ἡ δ ἄι δος δὲ κατ ἦλθε. ✳. i. Sed e contrario e tecto cadens collum fregit, anima vero ad infernum descendit.

¶ Elucum pe. p. languidum, vel haullucinatorẽ, aut nugarũ amatorẽ, siue halonẽ, hoc ẽ hesternó vino lãguẽtẽ vocant.

¶ Elucifico as, luce priuo. ὃ quamuis. No. interpretetur lucidare. Laberius. Volo elucificare exitum ætatis meæ inducitur enim dives auarus popinationem filij deplorans qui ait velle se Democriti exemplo luminibus oculorum priuare ne videat filium luxu patrimonium prodigentem.

¶ Eluceſcere significat valde lucidum fieri. Hieroni. Quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vt clarius eluceſcat, ſumamus exemplum ab his corporalib⁹ ſenſibus.

¶ Eludo is, penul. pro. manifeſte ſeu perfecte derideo, decipio. Cice. Sed vos ab illo irridemini & ipſi illum viciſſim eludítis. Eſt & eludere, vt Do. ſcribit, ludo finem dare. Terent. in Eu. Eludet vbi te victum ſenſerit.

¶ Elumbus & elumbis, qui auulſum habet lumbū, vel qui præ lumbi debilitate ſeſe erigere non poteſt.

¶ Elugeo es, pe. pro. Vide in dictione Lugeo.

¶ Eluo is, elui, elutum ſignificat lauo ſeu lauando exhaurio extra purgo. Col. lib. i. Quod etiam venenati liquoris eluit p niciem. Idem. villica debet curam adhibere, vt ſi quæ fęces aut armucæ in fundis vaſorum ſubſederit ſemel ſtatim emū dentur, & non calidiſſima lixiuia ne vaſa cæram remittant ſemel atq; iterum eluentur. Lactan. libro quinto. Quanto ſa tius eſt mentem potius eluere quę malis cupiditatibus ſordi datur. At eluare eſt gulæ inſeruire ſeu luxurioſe effundere. Cic. pro Sex. Quid tu meo periculo gurges ac vorago patri monij eluabare.

¶ Eluuies ſpurcitia & cloacalis feculentia. Vide in dictione Alluo is.

¶ Eluro as, pe. pto. exprimo, extra mitto, foras aquam lecto, ſeu ſimile ex luto aut aliare fœda. Verg. lib. ij. Georg. Aqua elutabitur omnis. i. exprimetur.

¶ Elutrio as, de vaſe in vas trāsfero. Quod qui dem & tra uerſo dicitur, ſed rarius. Forte alura, quæ os culei eſt. Vñ Lur cones capacis gulæ homines.

¶ Elurus pen. prod. animal a græcis dictum apud latinos fe lis. Gel. libro. xix. Elurorum quoque oculi ad eaſdem vices lunæ maiores fiunt, aut minores, ſcribitur etiam cum diph. Æ lurus de quo ſupra.

ὃ Eluſcare eſt luſcum facere. Apud Iuriſcon. titulo, ap legem Aquiliam ſcribitur, aquilia eum lege teneri qui eluſcauerit di ſcipulum in diſciplinam.

¶ Eluſco as, Vide in dictione Luſcus.

E ante

¶ Emancipo as, pe. cor. manu mitto, libero. Vnde emancipati qui duobus modis intelliguntur. Aut hi qui ex patris iure exceſſerunt, aut hi qui aliorum fiunt dominij. Aliquādo emā cipatus idem eſt quod deditus, & veluti in mancipium ad ſcriptus. Cic. in Cato. Ita ſenectus nimis honeſta eſt ſi ſeipſam defendit ſi ius ſuum retinet ſi nemini emancipata eſt, ſi vſque ad vltimum ſpiritum dominatur in ſuos.

ὃ Apul. li. v. Et aſſumpto ſtatim nequiſſimo, & ad omne fa cinus emancipato, quodā doraliſeruulo perfidiæ ſuę conſilia communicat. ὃ Qui emancipat dicitur emancipator.

¶ Emanſor, dicitur qui diu vagatus ad caſtra regreditur, ſi cut deſertor qui per tempus longum vagatus reducitur. Er roneus qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vaga tur, & temporibus in res nugatorias conſumptis ſerius ad dominum redit.

¶ Emano as, pe. pro. extra mano exeo. Col. lib. vij. Et ſale cū adipe defricatur dum ſaniei vis emanat.

¶ Emargino as, pe. cor. ſignificat cruſtas & pulueillos & mar gines vlcerum adimo.

¶ Emaus cuius Lucas in euangelio meminit eſt quæ nunc Nicopolis inſignis ciuitas paleſtinæ, apud quam in fractione panis cognitus dominus eſt.

¶ Emaſculo as, caſtro, eunuchizo. ὃ & virilitatem depono. Ser. ait. Apud quoſdam populos ſacerdotes ſolitos ſe quibuſ dam hærbis emaſculare vt venerem arcerent & coire non poſſent. Item Emaſculare eſt puerum ſtuprare, vt apud Ap pul. ſæpe.

¶ Emath, ciuitas quæ nūc Antiochia nominatur, & duę ſunt vt inquit Hiero. Magna. ſ. & minor. Magna Antiochia. mi nor appellatur Epiphania. Vnde vſque hodie pergentibus meſopotamiam prima manſio Emas corrupto quidem voca bulo, ſed priſtini nominis veſtigia retinente. Cuius regio ap pellatur Reblata, in qua præſente Nabuchodonoſor, regis Iudęæ Sedechię interfecti ſunt filij, & oculi eius exęcati. He math vero in principio aſpiratum, regio allophilorum eſt.

¶ Emaciatus ta, tum, ab emacio as, quod eſt macrum facio. Col. lib. ij. de medica herba. Deinde quater interdum etiam ſexties demetitur, & agium ſtercorat, & omne emaciatum ex ea pingueſcit, ægrotanti pecori remedium eſt, & iugerum eius toto anno tribus equis abunde ſufficit.

¶ Emathia regio in Macedonia, quæ alio nomine pharſalia dicta eſt ſeu campi philippici. Dicta eſt emathia ab Emathio ne rege fratre Mēnonis qui fuit filius Aurora & Tithoni.

¶ Embamma atis, condimentum quod ad condienda obſo nia fit ἐμβαμμα δαὶ ἐμβαπτίζω λέγεται. ∗. i. intīgo. Col. Hoc ſinapi ad embammata non ſolum idonco, ſed etiā ſpe cioſo vteris. Quidam embāmata intelligunt immerſiones quando intingimus vel panem vel obſonium in vaſculis re pletis re liquida, quia a græco ἐμβάπτειν fieri videt, quod eſt immergere intingere. Vnde & latine intinctus.

¶ Emblemata ſunt opera quæ ex teſſerulis ſtructa ſunt, qua le eſt muſeatum in parietibus ſeu pauimentis & tarſeatum in lignis, ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλω, quod eſt iterſero. Emblematum q̄ dam dicuntur vermiculata ſiue muſeata, vt quæ in parieti bus fiunt, quędam ſegmentata quæ in lignis, & quædam teſ ſalat a quæ in pauimentis. Sed ſępe confunduntur. Vnde a q̄ buſdam accipiſ tur emblemata pro ſigilius ex auro vel argē to vaſis impreſſis illigatiſque. Cice. de ſignis taxat Verrē q̄ vim emblematum coaceruauerit q̄ omnia vaſis ſiculorum cę latis īpudenter abſtulerat. Verg. Cratera impreſſum ſignis a greco ἐμβλέω imprimo, vel infingo. Pli. lib. xxxiij. Vlyſſes & Dio. erant in phialæ emblemate palladium ſurripientes.

¶ Emboliū ἀπὸ τοῦ ἐν καὶ βάλλω. ∗. i. ab in & iacio, vnde em bolia ria multipliciter dicitur, quaſi argumentum & ingreſſus q dam ſcęnicus, quale ſub Domitiano repreſentatum eſt ſi Mar tiali credimus. Victam Paſiphaen dicia o credite tauro Vi dimus, accepit fabula priſca fidem. Cice. ad Atticum, Embo lium nouum cogito. Idē pro Sex. Ille inquit ipſe maxime lu dis nō ſolū ſpectator ſed actor & acroma, qui oīa ſororis em bolia nouit. Quę ibidē mulier pro ſalutia iquit adducit. Vt ridiculi ſint qui ēboliariā ex artis gñe accipiūt, vnde etiā em blemata quaſi ab interſerendo, vt q̄ phrygiorum opus aut plumatile conficiat. Dicitur & ſtabilitas ipſa embolon & roſtra quoq; nauiū appellantur embola. Sed & acies in rhombi modum inſtructa nominatur embole, ſicut & pars arietis ex trema machinæ muralis qua ingruit. Ipſa quoq; fibula rotarū axibus firmandis immitti ſolita quā ruſtici clauiculam appel lant græce nomē habet emboliū. Nā & dies intercalares em bolimæi, & ipſa intercalatio emboliſmus appellatur.

¶ Embryo græce ἐμβρύων ἐμβρύωι ὃ τὸ παιδάριον ἐμβρυ μέτρα neutro genere dicunt pro intus germinante ac ſcatu riente, & accipitur pro eo quod in vtero matris viuit anteq̄ liniamenta ſuę ſpeciei accipiat, ex ἐν quod ſignificat intus & βρύω germino emano. ∗. i. Fallitur. Dicitur enim ἔμβρυον ὁ infans in vtero, fœtus, partus imperfectus, quod et teſta tur Suidas ἔμβρυον νεογνον βρέφος ἢ τὸ ἄμορφον καὶ ἄπεπτον. i ∗. id eſt Embryon dicitur nuper genitus infans vel crudus & indigeſtus.

¶ Emereor, manifeſte ſeu perfecte mereor, aut ſolut⁹ liberve ſum. Vnde Emeriti ſtipendia qui militia perfuncti ſunt & va cationem habentes. Lactan. lib. iiij. Et enim cum conſtet ho mo ex carne ac ſpiritu, & oporteat ſpiritum iuſticiæ operib⁹ emereri, vt fiat eternus. Claud. lib. ij. Ducunt emeritos ad paſcua nota iugales.

¶ Emerta Auguſta, Hiſpanię oppidum eſt, ad Luſitaniam ſpectans.

¶ Emedullo as, per duplex ll. Vide in dictione medulla.

¶ Emendo as, corrigo aufero, & ab emenda deducitur. Pli. libro. xxiiij. Succus hederę tedia narium graueolentiamque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

emendat precipue albę fatiuę. Hiero. ad Aug. Et vel noſtrũ emendemus errorem vel alium fruſtra reprehendiſſe doceamus.

¶ Emẽdico as, pe. prod. ſignificat more mendicantium expeto. Sueto. in Cęſa. In Hiſpania a proconſule & a ſocijs pecunias accepit emendicatas in auxilium æris alieni.

¶ Emergo is, ſi ſum. Vide in dictione mergo.

¶ Emitto is, extra mitto. Horat. Neſcit vox emiſſa reuerti. Vnde & emittere ponitur pro manifeſtare, publicare. Item emittere eſt a ſeruitute liberare. Plautus in cap. Non erit tam auarus quin te gratis emittat manu. Teren. i Adel. Haud dubium eſt quin emitti æquum fiet, i. liberum fieri.

*Aſcen. Hora. habet neſcit vox miſſa &c.

¶ Emiſſarius qui ante exercitum emittitur, vel ad exploran dum, vel ad prelium laceſſendum, vel qui dominum circunſtat, vt eius iuſſu obtemperet, & pręſto eſt vt emitti poſſit. Hiero. in libro ꝓ. Et ait rex emiſſarijs qui circunſtabant eum. Item qui paratus eſt inuehi in aliquem emiſſarius dicitur. Cice. Mario. Perſuaſeratq; nonnullis inuidis meis in me emiſſatium ſemper fore. Item emiſſarius ſicut Aſco. docet, eſt furtorum conciliator atq; internuncius quæ a magiſtratibus vel a dominis committuntur. Cice. in Ver. acti. v. Dubitatum quenquam exiſtimas quin illis emiſſarijs hęc tibi omnis pecunia quęſita ſit? Et emiſſarius vocatur equus aries & huiuſmodi qui emiſſus ſit in ſolitudinem, vel qui ad generandam ſobolem emittitur. Sed videtur ratio velle, vt dicatur admiſſarius, quod ad ſobolem procreandam fœminæ adiungatur. Vnde admiſſura quando mares brutorum admittuntur ad fœminas. Sed vſus magis emiſſarius habet. Hie. in Leui. Cui? exierit ſors domino offeret illum pro peccato. Cuius autem in capram emiſſarium ſtatuet eum viuum coram domino. Plin. Emiſſarium appellat palmitem, qui emiſſus ex deputatione inſertur imis ſcamnis vt per ſingulos annos ad ſuperiora aſcandat. Sic enim lib. xvij. ſcribit. Relicto ſemper duramento in ſingulis tabulatis & emiſſario vno qui ſubeat vſq; quo placuerit.

¶ Emiſſarium locus per quem aqua e lacu aut ſtagno emittitur. Sueto. Fecit & emiſſarium Fucini lacus, portumque Hoſtienſem.

ȝ Emiſſitius explorator quaſi ad perquirẽdum miſſus, & ocultus emiſſitij, apud Plaut. in Am. extra educti.

¶ Emaneo, extra maneo, a quo emanſor, de quo ſupra habitum eſt.

¶ Emineo es, pe. cor. eminui quaſi extra alios, vel prę alijs & ſupra alios maneo. Is enim eminere dicitur qui cæteris altior eſt. Auguſtinus lib. viij. de ciui. dei. Thales philoſophus vt ſucceſſores etiam propagaret rerum naturam ſcrutatus ſuaſque diſputationes literis mandans eminuit. Interdum eminere eſt reſpirare. Plaut. in ca. Ita me miſerum reſcitando reti nendoque laſſum reddiderunt, vix ex gratulando miſeriam eminebam, tandem adij ad prætorem, ibi vix requieui. Huiꝰ verbi compoſita ſunt. Præmineo vel Pramineo, quod eſt ante ſto pręſum quaſi ante alios maneo. Hiero. Non quęrat obſecro filia regis filiam militis pręminere pompis terrenis in Chriſti & apoſtolorum conſortio. Promineo porrigor ſuperemineo.

¶ Eminus pe. cor. ſignificat a longi quo loco, quaſi ab extra manente. Et differt a longe, q̃ non recte dixeris. Eminus habito, vt longe habito. Sed eminus iacula mittebat. Similiter cominus a loco propinquo non in loco propinquo neq; prope, vt Cominus te percutiam, non cominus ſedeo.

¶ Eminulus pe. cor. parum eminens, ſeu parum alõge. Var. Vt habeant inferiorem partem frequẽtibus pilis ſub criſpis cruribus potius minoribus rectis genibus eminulis diſtantibus inter ſe. Idem de canibus. Spina neq; eminula neq; curua, cauda craſſa.

¶ Emmanuel per duplex m m, interpretatur nobiſcum deꝰ Græce ἐμμανοῦηλ λέγεται.

ȝ Emodus mons qui circa finem indiæ in duos ramos diuidi tur. Alteri ortorocoras nomen eſt, alteri ſæmantinus.

¶ Emolumentum vtilitas quam ex opera & labore aſſequimur. Et a molimine deſcendit. Cic. lib. iij. offi. Si ſic erimus affecti, vt propter ſuum quiſq; emolumentum ſpoliet aut vio let alterum, dirumpi neceſſe eſt eam quæ maxime ſecũdum naturam humani generis eſt ſocietatem.

¶ Emo, is, emi, emptum, comparo. Coſtruiturque cum ablatiuo vel genitiuo horum nominum, tanti quanti pluris minoris & huiuſmodi. Cice. lib. iij. offi. Emit homo cupidus tãti quanti Pythius voluit. Gel. libros plurimos ære pauco emi. Eius compoſita ſunt Abemo, adimo, coemo, ſimul emo vel ex omnibus locis emo. Eximo. Interimo. Perimo. & redimo, quæ habent pe. cor.

¶ Empanda veterum dea erat quæ rebus patentibus p̃eſſet.

¶ Emptito as, pe. cor. frequenter emo vel frequenter mercandi ſeu acquirendi vſum habeo. Plin. lib. xxxiij. Alios corijs, alios ferro captiuiſq; rebus emptitaſſe tradit.

¶ Emptitius, qui eſt de numero eorum qui empti ſunt ſiue emi ſolent. Hiero. in Geñ. Omne maſculinum in generationibus veſtris tam vernaculus q̃ emptitius circũcidetur. Var. lib. iij. de re ruſ. Hic aprum glans cum paſcit emptitia facit pinguem, illic gratuita exilem.

¶ Emax generis communis, qui vel quæ facile inclinatur ad emendum. Hinc emacitas facilitas & inclinatio voluntaria emendi. Col. lib. v. Quoſdam in armentis, quoſdam exercet in comparandis mancipijs cura. De tuendis nullos cura tangit.

¶ Emproſthonus. Vide in dictione Tetanici.

¶ Emporium locus mercatus & nundinarum, latine dicitur. Emporium vbi res vænales exponuntur ωογγιξω quod ẽ mercor vel acquiro ab ex, ἐμπορέω lucror, negocior, emporos mercator, emporeuma atis, negotiatio ἐμπόριον ἐν C ωωγεύω ago, duco.

ȝ Et emporium oppidum a Maſſilienſibus conditum, vt inquit Stra. lib. iij.

¶ Emporetica charta dicta eſt qua merces inuoluũtur a mercatoribus, inutilis inſcribendo.

¶ Empedocles pe. cor. nomen philoſophi, qui vt author eſt Hiero. omne quod viuit & mouetur non putauit edendum ſicut & Pythagoras, & ex lite amicitiaq; inter ſe diſſentientibus cuncta conſtare dixit. Ferunt hunc Agrigẽtinum fuiſſe qui cum lacum æthnæ montis inueſtigare contenderet, decidit in foueam igneam & incendio conſumptus eſt. Hic ſapientiæ præcepta verſibus complexus eſt, de quo Lucre. Carmina quin etiam diuini pectoris eius vociferantur, & exponunt præclara reperta. Vt vix humana videatur ſtirpe creatus. Quid de dijs ſentiret ita ſcribit Suidas. θεῶν τὰ εἴδη καὶ τὰ ὀνόματα οὐκ οἶδεν ἀνθρώπους γὰρ οὐκ εἶναι φησὶ τοὺς χαίρειν ἐγκαλοῦντας ἀμβροτος οὐκ ἔτι θνητὸς καὶ ἡ δικαιοσύνη ἐκ ὠφελοῦσα κόσμου τε καὶ ὁ ἐν ὀλυμπίᾳ θεὸς οὐδὲν λίγεται πλὴν ἀπὸ ποιᾶς ἀμανθ θύσαι. *. id eſt deorum ſpecies & nomina nondũ homines cognoſcere declarat hoc Saluere. Ego vobis deus immortalis non mortalis, & iam aliquando ſui puella & puer & olympia bos quem fertur factũ placentam ſacrificaſſe.

¶ Emphaſis penul. correp. expreſſio, ſignificatio, demonſtratio. Figura eſt qua latens aliquid ex aliquo dicto eruitur. Cuius duo ſunt genera. Alterũ quod plus ſignificat q̃ dicit. Alterum quod etiam id quod non dicit, ſub quo etiam minus volumus intelligere. Verg. lib. i. Geor. Cum iam ſacrę deficerent ſyluæ, hoc eſt non ſolum aliæ ſed etiam ſacræ.

¶Eques ge. com. significat hominem insidentem equo. Vnde equites a peditibus distinguuntur. Verg. lib. viij. Interea p̄missi equites ex vrbe latina. Sumitur qñq; ꝓ ipso equo Idē. Dorsoq; equitem docuere sub armis Insultare solo & gressus glomerare superbos, & eques dicitur qui equestrem dignitatem adeptus est.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Equeſter ab eques fit ſicut a pedes pedeſter. Vnde pedeſtres & equeſtres copiæ, equeſtrem vero ordinem, medium fuiſſe conſtat inter patricios & plębem. Hi olim ſub Romulo regibus, q celeres dicebantur a Celere Remi interfectore, deinde a flectendis animis quoniã iudices erant, ſue potius aflectẽdis equis. Flexamines vocitati, poſtea Troſſuli a troſſulo oppido Thuſciæ, quod id ſine vllo peditum adiumento equites ecpiſſent.

¶ Equeſtre æs dictũ eſt quod equiti dabatur.

¶ Equeſtria loca erant in quibus ſedebant equites. Seneca li. vij. de benefi. equeſtria omnium equitum Romanorum ſunt & iterum. Sed cum in theatrum veni ſi plena ſunt equæſtria &c. Sic popularia dicebantur vbi plębs ip ſa ī theatro ſedebat Sueto. in Domi. & quia pars maior intra popularia deciderat quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos equeſtres ac ſenatorij ordinis pronunciauit.

ὁ Equiſeſſor, qui ambulat pedib⁹ equinis. i. qui equitat, ſicut qui in lectica geſtatur ambulat pedibus lecticariorum.

¶ Equito as, dicitur de homine equo inſidente, & de equo. Lucil. de equo. Nempe hunc currere equum nos atq; eqtare videmus. Huius cõpoſita ſunt Adequito, quod eſt iuxta eqto. Liui. Adequitauit deinde ſenſim portis. Obequito, circũequito. Idẽ. Obequitare iubet hoſtium portis. Perequito ſicut peragro, vt apud eundẽ. Cum perequitaſſet aciem tantum iniecit ardoris, vt non vltra ſuſtinuerint impetum equi.

¶ Equitatus modo equitum turmam ſignificat, ſicut peditatus p pedeſtribus copijs, modo actum equitandi. Pli. Semĩa equitatu atteri & aduri ſolent, modo ordinem equeſtrẽ. Idẽ lib. xxxiij. Quinetiam ipſum equitum nomen ſæpe variatũ eſt in ijs quoq; qui ad equitatum trahebantur.

⁎ Equapium, apij, hærbæ genus a græcis. Cc.

¶ Equarius, a, um, quod ad equum pertinet, vt equarius medicus qui equis medetur. Val. Max. lib. vlti. Helophilus equarius medicus. C. Marium ſepties conſulem auum ſibi vendicando ſe excudit.

ὁ Equiferus pe. cor. equus ferus. i. nõ domeſticus. Pli. li. xxvij. In primis efficax equiferorum ſanguis.

¶ Equinus a, um, poſſeſſiuum. Hora. Humano capiti ceruicẽ pictor equinam Iungere ſi velit.

¶ Equio is, de equis dicitur cum coitum appetunt, ſicut catulio de canibus & Subo de ſuibus. Col, lib. vij. equienti mulæ cruda braſſica datur.

¶ Equimentum merces quæ datur pro admiſſura equi. Var. An ſi equã emiſſes quadrupedẽ, vt meo aſino reatino admittens q̃tum popoſciſſes dediſſem equimenti.

¶ Equitium equorum mandra. Vlpiana. equitij vſu fugo videndum an & domare poſſit & ad vehendum ſub ſigno vti.

¶ Equitius nomẽ viri proprium & cognomen familię Romanæ ab equo deductum.

⁎ Equila diminutiuum eſt ab equa. Varro. Nemo eſt tam negligens qui ſumma diligẽtia eligat aſinum qui ſaliat equilam. Cc.

¶ Equile pe. cor. ſtabulum equorum ſicut ab oue ouile. Vnde Var. Suadet frænos in equili ſuſpendere, vt oculi equulorum conſueſcant videre eorum faciem, & e motu crepit⁹ audire cum iam ad manus accedere conſueuerint, interdum imponere his puerum.

⁎ Equiſetum. Vide in dictione ephedron.

¶ Equiſo equorum dormitor. Var. Nam vt equus q ad vehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro vt equiſo doceat tollutim incedere, & non tantum equorum magiſtrũ, ſed etiam omnium rerum quarum ei regimen conceditur equiſo deſignat.

¶ Equitabilis, locus in quo equi facile inambulare pñt. Liui. Opportuna explicãdis copijs regio erat equitabilis vaſta planicies. Idem contrarium poſuit. Imber violentius q̃ alias fuſ⁹ cãpos lubricos inequitabilis fecerat.

¶ Equuleus diminutiuum, ſumitur pro pullo equino & nouello. Cic. in Hortẽ. Vt igitur domitores equorum non verba ſolum adhibent ad domandum, ſed cibum etiam ſępe ſubtrahunt, vt fame debilitetur equuleorum nimis effręnata vis, eſt & equuleus tormenti genus in qui forma in quẽ conijciebantur rei. Cicer. libro quinto Tuſcula. Hæc etiam in equuleum conijciuntur, quo vita non aſpirat beata. Idem de fini. libro quarto. Nec ſi ille ſapiens ad tortoris equuleũ a tyranno ire cogatur ſimilem habeat vultum, vt ſi ampullã perdidiſſet.

¶ Equulus etiam diminutiuum. Cicer. de ſignis, equulos argenteos nobiles qui maximi fuerunt aufert, & libro tertio de natura Deorũ. Omnia imperfectis & maturis docet eſſe meliora, vt in equo q̃ in equulo, in cane q̃ in catulo, in viro quã in puero. Varro ait equuleum poſt annum & ſex menſes domari poſſe. Sic equula. Idem. Nemo eſt tam negligẽs quin ſũma diligentia eligat aſinum qui ſuam ſaliat equulam.

¶ Equtria, ludi quos Romulus Marti inſtituit. In hisem ludis currere in Martio campo equi ſolebant.

¶ Equidem non ab ego & quidem compoſita cõiunctio, ſed ſimplex eſt. Saullu. ego equidem ſic exiſtimo. Nam ſi eſſet cõpoſita, non ſubiungeretur ego, q̃q̃ apud Vergili. Vbiq; ego quidẽ ſignificet. Equidẽ merui nec deprecor inquit. Perſi⁹ poſuit p quidem. Nõ equidem hoc dubites amborũ fœdere certo Conſentire dies.

ὁ Equiceruus, animal in oriente hñs cornua & iubas poſt collum deſcendentes vſq; poſt ſcapulas, & barbam ſub mento, & ſoleas ſicut equus, & corpus ad cerui quantitatem.

⁎ Eraphiotes bacchus dictus eſt ab inducenda contentione quoniam vinum iram atq; certamen inducit. ἔρις enim contentio φαίνειν oſtendere.

¶ Eraſiſtrat⁹ nomẽ medici eximij, ex Ariſt. familia nati.

ἔρως amorem ſęcτος exercitum ſignificat.

¶ Erate, es, pen. cor. nympha oceani & Tethyos filia ab ἔρος, quod eſt amor.

¶ Erate numero plurali, vrbs Corytanorum.

¶ Erato penulti. corrept. vna muſarum ab amore dicta ἔρος ἐραμαι, amo, q̃ præſit his qui amoris face rapiuntur. Vergil. lib. x. Nunc age qui reges erato quæ tempore rerum qui latio antiquo fuerit ſtatus.

¶ Eratoſthenes pe. cor. nomen philoſophi qui orbis terrarũ menſor appellatus eſt. Hic vixit annis. lxxxi. ſicut & Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus, ἐρατὸς ἐραμαι καὶ τὸ σεμνὸν Λύναμις καὶ κρίσις ὁμόχεται, ἡ καὶ ἰσχὺς περίσημος καὶ μαθηματικός.

⁎. i. Aberatos quod eſt amabilis & ſthenos potentia dr̃, medicus fuit inſignis & mathematicus.

¶ Eraſinus, penul. Prod. fluuius in argolica. Papi. Ruit agmine facto Inachus & gelidas ſurgens eraſinus ad arctos. Dict⁹ eſt & Arſinus, & in Arcadia vbi ortum habet Stymphalus Sunt & eraſmini Peloponneſo alij ſicut Strabo ſcribit.

¶ Ercinia multis ſyluis nomen eſt inditum. Sed apud Germanos maxie q̃ apud Græcos Orcinia dr̃ Ab Heluetijs ad nemetum Turiacorumq; fines ꝓtenditur, & ad Dacos & Danubium, inde ad alias gẽtes longitudine ſex dierum multis feris abundans & proceris frequens arboribus. Sunt qui hoc nomen aſpirent, & cũ. y. ſcribant.

⁎ Ercius Iuppiter dicebatur ab arcendo qui intra conſeptum cuiuſq; domus colebatur, quem etiam deum penetralem appellabant. Cc.

⁎ Erctum in libris antiquis legitur pro arctum ab arcendo. Cc.

¶ Erciſcere priſca lingua ſignificat diuidere. Inde familiæ erciſcundæ, id eſt rei familiaris diuidendę. Quidam erciſcundum ab ercium antiqua dictione dici volunt a coercendo. Vnde & Iouem arcium puto dictum quod mala crederetur arcere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Erebus penul.correpta,fluuius inferorum.Verg.Magnos erebi tranauimus amnes. Quandoq; pro obscuriori inferni pte,vt Imas erebi descēdit ad vmbras.Varro ex erebo natam noctem ait.Vnde & illud,erebo creatam fuscis crinib⁹ noctem inuoco.

ð Ere nata significat ex occasione rei præsentis capto consilio & aliquando dicitur absolutæ,ere nata,& aliquando cum coniuncto vt erenatum exordium dixit.Quinti.intelligivolens subito inuentum Apul.erenata fallacia significatur em muliebris dolus ad fallendum subito excogitatus,nō domi añ cōpositus,sed ex ipsa re & negotio expromptus.

¶Erembi populi in Arabia qui prerupta saxa nudi inhabitant.

¶Eregione ex aduerso ex oppositio.

¶Ere mea,ere tua.Vide supra in e.& ex.

¶E republica .i.ex vtilitate & commodo publico. Sueto.in Cęsa.Plęriq; pecunias contulerunt ne Catone quidem abnuente eam largitionem e republica fieri,econtrario dicimus abre est,ꝓeo ꝙ est contra commodum.

¶Eremus penulti.producta.Nam apud græcos per η scribitur ἔρημος.Solet tamen ab aliquibus corripi propter inopiā litterarum græcarum,vt Præpotens martyr eremiq; cultor, est & generis fœmi.Hierony. Inter multos sæpe dubitatum est,a quo habitari cœpta sit eremus.Significatq; eremus' solitudinem.Hinc eremitę & eremitani.Vnde ordo eremitanus sub diuo.Augusti.militans non tam doctrina q̄ virtutibus insignis.

ð Ermodicium apud iurisco.dicitur quasi desolatum ac desertum,seu desertio causæ absentia seu negligentia ptiū facta.Dicitur autem ermodiciū iudiciū in quo reus abfuit,quasi desertum,quāuis mendose legatur Hermodiciū,cū aspiratione.Contrahitur aūt eremodiciū triennij,aut alterius iusti, temporis lapsu.

ð Eretū pe,pro.grę ce ἐρετοῦ vicus sabinorum supra Tyberim.Apud Verg.vero videtur esse locus,qui mons eretum, & corrupta dictione mons rotundus appellaturvbi ait,ereti manus ois oliferęq; mutiscæ.

⁎ Eretria Cerusæ genus quæ terræ suæ nomē habet, qua p̄cipue vsus fuisse Parrhasius dī.Cc.

¶Erga p̄positio licet eandem vim habere videatur cū cōtra beniuolentię tamen plena est,vt pro meo summo erga te amore onus subeo.

¶Ergasylus nomen viri proprium.

¶Ergo illatiua siue completiua coniunctio est, quæ minoribus adhibetur clausulis,sicut igitur. Aliq̄ inceptiua est cōueniens maxie indignationi.Iuue.Impugne ergo mihi recitauerit ille togatas Hic elegos? Aliq̄ hortatiua, q̄ ponitur vt hortemur qui tarde aliquid faciunt & affectum,exprimit reprehendentis.Verg.ergo age chare pater. Aliquando aduerbium est,& ponitur ꝓ causa.Circunflectiturq; vltima.Ver. li.vi.Illius ergo Venimus & magnos erebi tranauimus amnes.Sisen.li.iiij.Milites vt lex Calphurnia concesserat virtutis ergo ciuitate donati.

⁎ Ἐργασικὸς ergastes operarius dicitut a uerbo græco ἐργάζομαι.Cc.

¶Ergon latine opus,a quo fiunt quæ sequuntur.

¶Ergastulum penul.corre.taberna vel officina vbi lapides metalla ve fodiuntur,vel aliud quippiam operis a vinctis seruis fit,quos Plini.his verbis describit.At nūc eadem illa vincti pedes,damnatæ manus,inscripti vultus exercent.Dictū ergastulum ab ἐργάζομαι,quod est operor. Iuue. Nempe in Lucanos & Tusca ergastula mittas.Sed quoniam in diuersis locis serui durius operari cogerentur,factum est vt ergastula modo ipsos damnatos,seruosve operantes modo carcerē significent. Var.Misitq; mox eo virum qui tota ergastula doceret libertate.Col.li.i.Optime solutis seruis cellę meridiem æquinoctialem spectantes fient. Vinctis q̄ saluberrimum subterraneum ergastulum plurimis sitq; id angustis illustratū fenestris.

¶Ergastulus custos pœnalis loci.Lucil.Non ergastulus vn⁹ & alius iudicem apposuit,vt nemo sententiam libere magis quā ergastulus dicere possit. Aliquando sumitur pro operario.Plin.Coli rura ergastulis pessimum est,vt quicquid agit a desperantibus.

¶Ergastularius qui pręest ergastulis. Vnde Col.lib.i.docet quomodo ergastuli ab ergastularijs tractaridebeant,ergastes & ergasticus,latine operarius,ergasia opario,ergaleia ferramēta,ergasenon officina,ergasemos fabricabilis,ergasteriarches tabernarius opifex.

¶Ergasterium officina vbi aliquid operamur,vt est in decretis distin.xliij.Nulli clerico liceat tabernam,aut ergasterium habere.

¶Ergeteni pe.ꝓ.populi sunt ab ergeto oppido.Sili⁹.Hadranum ergetumq; simul.

⁎ Erginus tyrān⁹ fuit,qui ab Hercule ex mynyis Orchomeni vrbe extrusus postea & extinctus fuit.Cc.

¶Erguminus pe.cor.qui a dęmone agitatur,ab ἐργομαι,q̄d latine dī agor.i.agitor ꝓ hibeor.

¶Eriboea dicta est nouerca Mercurij,id est Iuno,cuius monitu & precibus ipse Mercurius Martem ex vinculis liberauit. Et dici potest lis buculę,nam ἔρις lis βοῦς bucula siue iuuenca dī,quia Isidem multa indignatione prosecuta fuit,

⁎ Erica frutex est quā & alij Sisarum nominā.t. Folia habet amaraci similia,hęc tamen herba sola floret ī siluis ideoq; mel li nomen prębet.Cc.

¶Ericates nomē viri,& potest interpretari,quasi ira confractus.Nam ἔρις ira κατεαχω infringo.

¶Erichtheus nomē ꝓpriū phęacis viri.Alter fuit Athenarū rex,quem Minerua e rure vbi natus erat suscepit, educauit, & Athienensi populo pro rege tradidit.

ð Erichthonius rex Athienensis.Vulcani,& Mineruæ filius. Dictus ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονὸς id est ex certamine atq; humo.Nā cum vulcanus dijs arma fecisset,eiq; iuppiter optionem dedisset præmij quod vellet postulandi iurasset q; per infernam paludem se nihil negaturum.Tū illæ mineruę nuptias postulauit.Hic iuppiter abnuere non potuit mineruam tñ monuit repugnare pudicitiamq; defendere. Tum ī illa colluctatiōe vulcanum in terram profudisse aiūt fœmē vñ sit natus,erichthonius.Hic teste plini.quadrigas primus iunit & ludos instituit in attica regione.Ab eo populus Atheniēsis, erichthonius dictus est.

¶Eridanus pe.cor.fluuius in Italia ab eridano Solis filio ibi submersodictus,q̄is sit ita intelligendū,vt non erremus sed melius est tacere q̄ multa dicere,alij viderint.ð Alio nomine padus dicitur.

⁎ Erigone penul.correpta.nomen Icarí filiæ, quæ ob fratris necem dolore percita laqueo se suspendit,vt Higinius late tractauit.

⁎ Erigryppus vnus ex Centaurís.Cc.

¶Eriphyle,pen.pro.nomen vxoris Amphiarai & sororis Adrasti.Hæc accepto aureo monili latentem maritum ꝓdidit Verg.lib.vi.His phrædram procrinq; locis mœstamq; eriphylen.Scribitur & sine h.Iuue.Occurrit multæ tibi belides atq; eriphylæ.

¶Erimantus qui lites disseminando diuinat, quasi ἔρις ἐρίδος.i.lites μάντις diuinus.Iuue. Aut disphylus aut erimantus,erymanthus vero cum y.& h.mons Arcadię quo aprū agrorum vastatorem Hercules domuit,viuumq; sup humeros ad euristeum detulit.Quo conspecto euristeus in ęreo se vase abscondit.Verg. Aut erimāthi placarit siluam,& lernā tremefecerit arcu,est & silua & fluuius hoc noīe in Alphæum defluens,vt oftēdit Pli.lib.iiij.Ci.li.ij.Tul.vocat erymanthū beluam erymanthiam vastificam. Sophocles autem λαμπρᾶς ὄρος ἄρκαδίας ἀφῶ καὶ ποταμοσ ξειξοῦ μανθοσ περὶ δ' ἑτῶ κάπρου καὶ ὑδρὶ ὡρεσφησὶμ ὅτι ἑλὼν τὰς πύλας τῶν μυκηνῶν κομίσας αὐτὸν ἀπέθετο.⁎.i.Lampriamons est Arcadiæ a quo fluuius defluit erymanthus.

¶Erinacius animal non maius ericio,vt Hierony.inquit simi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

litudinem vrſi muriſq; habens. Vnde in paleſtina Arconus dicitur, & magna eſt in iſtis regionibus huius generis abundantia, ſemperq; in cauernis petrarum, & terre foueis habitare conſueuerunt. Dicitur ab aliquibus Cyrogryllus. Quod nomen abhorrendo quidam deducunt. & cum h ſcribunt.

ȣ Erineon, græci vocant caprificum, vñ & vrbs in doride a caprifico, dicta eſt erineum, vt auctor eſt Stra.

ȣ Erina, nomen fuit poetriæ ex teno vrbe laconyca olympiada, capitu. vij.

¶ Erinnys cum y. furia infernalis, dicta q̄ humanam corrũpat mentem. ἀπὸ τῶ ἐρεθίζω τουτουτὶ ἐρα λέγεται ἡ γαῖα καὶ μάινω ὅτι. Huius genitiuus erinnyos & erinnyis latine & per ſyncreſim erinnys. accuſatiuus erinnia & erinnyn, in plurali erinnes.

¶ Eripio, is, pe. cor. extra rapio, & conſtruitur cũ datiuo fere in malam partem, vt eripuiſti mihi ſubſtantiam. Aliquando cũ ablatiuo in vtrãq; ptem, vt eripuiſti me a periculo, & eripuiſti a me librum.

ȣ Aliquando eripere eſt accelerate raptim facere, vt eripe nate fugam.

¶ Eriphyſa inſula vna ex æoliis, quaſi ἐριφύω id eſt litem φυσα ευσα ſufflans dicitur.

ȣ Erigenneton, herba a verno tpe dicta erogennetõ vero ab effectu amoris nominatur alia herba.

ȣ Erithalles, herba; q̄ & erigenneton dicitur.

ȣ Eropoliſtides nomẽ apud Plau. quo ſignificatur ob amorẽ vendita ἔρος amor πολῶ vendo.

* Eris eſt herba in Ægypto naſcens, aro ſimilis, niſi q̄ minor eſt, & minoribus foliis ac radice, quæ tñ grãdis oliuę magnitudinem implet. Significat & contentionem ἔρις em̃ græce ira vel contentio. Cc.

* Eriſi ſceptrum herba quã & dipſacon & aſphaltũ vocant Vide Dipſacon. Cc.

¶ Erodius & erodion auis maior omnium volatiliũ, & Aquilam vincit & comedit.

¶ Erogo as, pen. cor. diſtribuo, & quaſi rogatoribꝰ diſtribuo. Hie. ad Iulianũ. Cũ multis erogaueris cenſum tuũ & quidã tua gaudeant liberalitate, tamen multo plures ſunt quibꝰ nihil dediſti. Inuenitur etiam exrogare, q̄d eſt vt Feſt. ingt ex lege vetere aliquid per nouam legem eximere.

ȣ Eros ἔρος amor latine dicitur, vnde erotica carmina, id eſt amatoria.

¶ Erotema, penultima producta græce ἐρώτημα. interrogatio latine dicitur. Vt Quo res ſumma loco pantheu? quam prendimus atcem? erotematicus interrogatiuus ἐρωτάω ἐρω τῶ εἰ τὸ ἔρο.

ȣ Erotium, latine amatorcula nomen mulieris. Nã eros erotos amor dicitur.

* Eropia inſula vna ex cycladibus. Aliter Acis, & poſtea Siphnus appellata. Cc.

* Erotylos gemma ſilici ſimillis. Cc.

¶ Error inquit Auguſti. lib. enchiridij, eſt exiſtimatio vel approbatio veri pro falſo, vel econuerſo, & certi ꝑ incerto, vel econuerſo. & errare eſt putare vel approbare verũ eſſe quod falſum eſt, quod verum eſt, vel certum ꝑ incerto, ſiue falſũ ſiue verum ſit. Vnde ſciendum q̄ licet abſq; ignorantia errare nequeat, non tamẽ qui aliquid neſcit cõtinuo errat, ſed qui ſe exiſtimat ſcire quod neſcit, & falſum pro vero, ſiue incertũ pro certo approbat. Accipitur etiam quandoq; error ꝑ peccato, & quandoq; pro vagatione, & errare pro vagari & diſcurrere. Verg. Vidiſtis ſi quam hic errantem forte ſororum, Sed q̄m pecudes errando. i. vagando paſcũtur, errare ponitur pro paſcere. Verg. Mille meę ſiculis erant in montibus agnæ Item quia errãdo ſæpe recta via deflectimur errare ſumitur ꝑ peccare. Sane inter errorem & erationẽ hoc intereſſe. Donatus exiſtimat q̄ error animi ſit, erratio pedum. Terenti. in Adel. Sane ac multo propius ibis & minor eſt erratio. i. minꝰ eſt ſpatij, per quod erretur, Compoſita verbi erro ſunt. Ab erro, quod eſt valde erro, vel longe vagor. Cic. in Tuſ. Sed redeat vnde aberrauit oratio. Deerro, Oberro, Circũerro. Lactan. lib. ij. Vulgus exiſtimat mortuorum aïas circa tumulos & corporum ſuorum reliquias oberrare. Pererro per totum erro. Col. in præfa. Semper ritu volucrum longinqui littoris peregrinus ignotum perret orbẽ, exerro, valde erro. Cypria ad Ianuarium. Ne quis exorbitãs, & a via veritatis extrãs apud hęreticos iungeretur.

¶ Etratus us, & erratum ti. peccatum Cic. Tiroi. Tm̃ mihi dolorẽ cruciatumq; attulerũt errata meæ ętatis, vt non ſolũ animus a factis, ſed aures quoq; a cõmemoratione abhorreant. Et in Decre. diſt. xl. ſcribitur, Q̃d aliqñ in ipſis quoq; conſpicimus erratibus electorum.

¶ Errones ſunt vagabundi. Tibul. Atq; iterum erronẽ ſub tua ſigna voca. Sapho. At vos erronem tellure remittite noſtrũ. Vlpia. Errones appellantur ſerui, q̄ non quidem fugiũt ſed frequenter ſine cã vagãtur; & rẽponbus in res nugatorias conſumptis ſerius ad dñm redeunt.

¶ Errabundus, affatim vel valde errans. Vergilius. Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris, Errabunda bouis veſtigia.

¶ Erraticus a, um, quod vbiq; ſerpit, ſeu vbiq; naſcitur, vt vitis erratica.

¶ Erubeſco rubẽs fio Aug. ꝑ tranſlationem ꝑ verecũdor in ſignificatiõe actiua poſuit, quũ ait Quiſquis me erubuerit coram hoibus erubeſcã eũ coram patre meo.

¶ Eruca pe. ꝑ. ſi Apuleio creditur, ab hærendo venit, quoniam rebus, quas occupat tenaciter inhæreat, verum aliis magis ſine h. & ſine diphthongo ſcribi placet, & ab erodẽdo deduci. Eſt autem genus vermis. Campe alio noĩe, qui in olerũ folia repit, abrodit q̄ prę ſertim braſſicas. Colu. lib. xj. Vbi vero aprieis regionibus poſt pluuias noxia inceſſerunt animalia quæ a nobis appellantur erucæ græce aũt campe nominãtur, vel manu colligi debent, vel matutinis tẽporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore ſi deciderint non amplius in ſuperiorem partem prorepũt, eſt etiam eruca hærba quędã virtutis calidę, dicta ſimiliter q̄ erodat. Nam beſtiolas omnes corpori innaſcentes erodit, venerem q̄ excitat. Ouidi. de remed. amo. Nec minus erucas iubeo vitare ſalaces. Col. ex citet vt veneri tardos eruca maritos. Sunt qui erucam dici velint q̄ vrat. Nam linguam pungit, & ſanguinem exurit, vt ſic eruca quaſi vruca, v. in e. verſa. Aut q̄ fortaſſe dicta ſit ab eſu, hoc eſt ab edẽdo, & quum principio eſſet eſuca, poſtea cõmutatione literæ facta eſt eruca vt ex Valeſio Valerius.

¶ Eructo as, ex e. & ructo, quod eſt frequentatiuum verbi erugo is. Iuue. Poſuit exemplum de ructo. Si bene ructauit, ſi rectum minxit amicus. De eructo Hiero. eructauit cor meũ verbum bonum. Eſt & ructor in eadẽ ſignificatione Horati. Hic dũ ſublimis verſu, ructatur & errat. Ructo aũt a rugo is. xi. ctũ. Vñ ructus. A ructo quoq; fit ructito aliud frequentatiuum. Col. li. vij. de boue ęgrotãte ſic inquit. Gemitus exprimit, locoq; ſtare non patitur, ſępe decũbere & ructitare cœpit caudamq; crebrius agere. Dicitur & Ructuo as, & Ructuor. Hinc a Sidonio dicta eſt ructuatio eſculenta ex quo eructuo. Aug. Illi audiunt tãq̄ verbum eructuatum, illi tanq̄ ſcientiã annunciatam? Quod enim ructuatur, præſentibus ructuatur eſt autem eructare proprie extra ructum mittere, q̄uis ad alia tranſferatur. Col. libro octauo. Neq; ipſum viua ium replet congerie, quam tempeſtatibus eructat pelagi violẽtia, eſt & irructo. Plautus in pſeudo. Quid tu malum ergo in os mihi ebrius irructas.

¶ Erudio is, pe. cor. ſignificat ex rudi doctum facio. Hinc eruditio pro doctrina.

¶ Erudero as, pe. cor. ab e. & rudero. Rudero vero a rudus eris, & ſunt rudera purgamenta, puta cœmentum lapides confracti, arena, calx, & hmõi ex ruinis congeſta. Hinc Ruderator ager, qui veterum ędificiorũ materiaſ cateret, eruderare itaq; ẽ purgare, & extraiacere. Ambro. de obitu theo. Sed Iſaac obſtructos ab alienigenis puteos eruderauit, nec latere aquam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

paſſus eſt.
¶Erugo. Vide ſupra in dictione Ærugo.
¶Erumna. Vide in dictione Ærumna.
¶Erũnco as. Vide ſupra in dictione Aberrunco.
¶Eruo is, extraho, Lactã. li i. Ipſe ſibi oculos eruat, vt omnes cæci ſint. Interdum eruere eſt in totum deſtruere. Idem li. vij eruentur funditus ciuitates.
¶Eruum genus papuli ſeu leguminis. Colu. eruum lætatur loco macro nec humido, quia luxuria plærumq; corrumpitur Dictum eruum ab eruendo. Carpitur enim & manu vellitur
¶Eruila idẽ q eruũ. Col. Sarcena putat agros ſtercorari lupino, faba, vicia, eruila, lente, cicere, ſila, piſo.
¶Eryngion hẽrba aculeatę mordacitatis, ſpinoſa veluti carduus, fatilis, in cibis probatur radice tantum, q̃ melle cynamomo & garyophilo cõdita, guſtui non iniucunda eſt.
* Dicitur aliter eryngę alba.
¶Erythace apum cibus dum operantur, quam alij Sandaracam alij Cerinthum nominant. Hic ſæpe fauorum inanitatibus inuenitur ſepoſitus ſaporis amari. Varro erythacen vocant, qua fauos extremos inter ſe conglutinant, erythace a coloris rubedine dicitur. Græce enim ἐρύθακος rubor appellatur.
* Erythacus auis hyeme dicitur. Phœnicurus æſtate, quam vulgo pectus rubeum vocãt, ὡπὸ τῶ ἐρυθριάομαι, hoc eſt a rubeſcendo ἐρυθακός, phœnicurus vero quod caudam rubeam habet, phœni purpureum ſignificat, οὐρα cauda, eſt. Cc.
* Erytheus rex fuit Athenarum Orithyriæ pater quã Boreas rapuit, & in Thraciam deduxit. Cc.
* Erythra thalaſſa dr̃ mare rubrum. Cc.
* Erythranum hederę ſpecies. Cc.
* Erythros hærba eſt, de qua Xenocrates dicit, nullum eſſe corporis malum, cui non ſit ſalutaris hęc hærba, vocatur & Strychnium & Neuris. Cc.
* Erythrotaones ex anſerum genere volucres, in quibus nitor eximius, abſoluteq; nigritia, & in ſupercilijs cocci rubor, ἀπὸ τῶ ἐρυθροῦ. i. rubro & ταὼ pauone. Cc.
* Erythroton latine ruffum dicimus. Cc.
¶Erythreon rubrum dr̃, Col. li. vij. Nec minus aſia rutilos, quos vocat. ἐρυθρ ἐουσ Hoc noĩe perſei & Andromachę filio vocatus fuit, A quo, teſte Solino, nõ ſolum ab arenarum colore Mare id vocatum fuit, q̃d rubrũ dicimus.
ð Erythreum mare rubrum dicitur, ab erythreo rege perſei, & Andromadæ filio vocatum, & quia erythros rubrum ſignificat multi putant erythreum rubrum interpretari. Hoc mare eſt inter indicum & æthyopicum oceanum ampliſſimo ore ab auſtro, in ſeptentrionem, alij a colore rubrum dici putant quod fons ſit in littore quem cum greges biberint in rubrum colorem incipiunt mutare lanas. Huius maris oppidum Arſinoe. Colu. lib. viij. Nec minus aſia rutilos quos vocat ρυθρεουσ.
¶Erythreciuitas Aſię non longe a chio, ex qua Sybylla fuit quam numine affflatam crediderunt. Antiqua ſane mulier & diuinatrix, & tpe Alexandri.
¶Erythea inſula Geryonis regia in mari Gaditano, In ea tã ta aeris benignitas fertur, vt homines pariat pene immortales Habuit ẽt canẽ geryõ, de quo fratre Cerberi ita ſcribit Iulius Pollux libro. v. γυώσιμοσ ὁ λέγκρυονου κύων ὁ τὰσ θούσ φυλάττων ἄδελφοσ ἦν τὸ κερβέρου ἀνηρέθη δ' ὑφ ἡρακλέους *. i. Notus geryonis canis, qui boues ſeruabat, frater fuit cerberi interemptus ad Hercule.
¶Eryx nomen montis in Sicilia ab erice ibi ſepulto & nomẽ ciuitatis in eo ſitæ, in quo templum Veneri conſtruxit, eryx filius eius. Ouidi. Sed dea nec patitur ſic ad ſua munera cogi Colle ſub vmbroſo, quam tenet altus eryx. Pompo. Montiũ eryx maxime memoratur ob delubrum Veneris. Vnde Venus erycyna dicta eſt. Ouidi. Quid geminas erycina meos ſine fine dolores?

* Eſalos accipitris genus, quiſ ſolus omni tpe apparet. Romani Buteonem appellant. Cc.
¶Eſau nomẽ filij Iſaac, qui & edom, hoc eſt Rufus, & Seir q̃d piloſum ſignificat, appellatus eſt.
¶Eſca cibus, qui datur hominibus animalibuſq;. Et eſca eſt quę datur auibus piſcibuſve ad decipiendum, a quo fit Ineſco as, & eſcarius, & eſculentus adiectiua, & eſito.
ð Eſcara medicamen Vndiq; erodens.
¶Eſcarius a, um, q̃ ad eſcã pr̃inet, vt eſcaria vaſa Pli. Ad eſcaria vaſa totum rubens vitrum non tranſlucens. Eſcaria menſa in qua hoĩes epulantur.
¶Eſculentus a, um, quod ad edendum pertinet. Plinius libro decimo. Accipitres totius Maſſilię humi fœtificant, nihil eſculenti rapere vnq̃ ex funerum ferculis. Q. ſi volueris reſpondere te nobili ſtirpe generatum ſemper in delitijs, ſemper in plumis non poſſe a vino & eſculentioribus cibis abſtinere, nec his legibus viuere diſtrictius. Reſpondebo. Viue ergo lege tua.
¶Eſculus arbor glandifera, q̃ veteres ex eius fructu ſumam ſumerent.
¶Eſito as, pen. cor. frequentatiuum eſt a ſupino eſum formatum. Gel. Videtur autẽ de Cyano non eſtrato tum erroris, fuiſſe. Scribitur per æ.
¶Eſbon ciuitas Seõ Regis Amorrheorum in terra Galaad.
¶Eſſeda pe. cor. vehicula Gallorum Britãnorumq; apud Belgas primo reperta. & propriee ſſedum in equo, ſicut ſtaticulũ in vehiculo, petoritum in mula eſt. Silius de aſſurcone. Aut molli peccata celer trahit eſſeda collo. Confunduntur tamẽ hęc. Sueto. in Claud. Solitus in geſtatorio ludere, ita eſſedo alueoq; adaptatis ne luſus cõfunderetur. Hinc eſſedarij q̃ eſſeda regunt.
¶Eſſedones ſunt aſiaticorum populi, quibus teſte. Herod. li. iij. hiſt. mos ẽ parentum funera cantu proſequi & congregatis proximis cadauera ipſa, pecudum admiſtis carnibus coquere, qui oſſa capitum ſuorum parentum auro cincta in poculorum tradere miniſterium aſſeruntur.
¶Eſſęi iudęi. Nã tria iudæorũ dogmata, vt ſcribit Ioſephus extitere Phariſæi, Saducęi, & eſſęi, & hi quidem eſſęi ab vxoribus & vino & carnibus abſtinuerunt ſemper, & quotidianũ ieiunium verterunt in naturam.
¶Eſſentia fit ab infinitiuo eſſe & idem eſt quod eſſe, qñ noſtraliter accipitur, quale eſt apud Perſiũ. Velle ſuum cuiq; eſt Vt eũ velle idem eſt quod voluntas. & ſcire ipſum quod ſcientia, & poſſe ipſum quod potentia, & viuere ipſum quod vita, ita eſſe ipſum eſt quod eſſentia. Aug. li. ij, de ciui. dei. Sicut ab eo quod eſt ſapere vocatur ſapiẽtia, ſic ab eo q̃d eſſe eſt vocatur eſſentia, nouo quidẽ noĩe, quo vſi veteres non ſunt latini ſermonis auctores, ſed iam noſtris temporibus vſitato, ne deeſſet etiam linguæ noſtræ quod græci appellant οὐσία. Hoc enim verbum e verbo expreſſum eſt, vt diceretur eſſentia. Hinc eſſentiale, quod eſt eſſentiæ, & eſſentialiter ſecundũ eſſentiam.
¶Eſto futuri temporis imperatiui, Interdũ cõcedentis aduerbium eſt. Ver. eſto ęgrã nulli quondã flexere mariti.
¶Eſuries, eſurio, eſurigo, & fames idem ſunt, hoc eſt edendi auiditas.
* Eſurigo eſuries. Var. Quolibet ire licet, ac cubitum accedo q̃ eſurigo fieret edebat coſtas.
¶Eſurio is pe. cor. iui, itum, cupio edere, abſolutum eſt q̃q̃ & cum accuſatiuo inueniatur. Aug. & fructũ pietatis quem deduerant, quẽq; in eis dominº eſuriebat ferre recuſabãt. Amb. Qui verbũ interioribus animę receperunt, alimenti cæleſtis & fontis vbertate recreati eſurire & ſitire non pñt, hoc eſt famem & ſitim pati. Quinti, Pater filios eſurit.
ð Eſuriales feriæ dicuntur a Plau. in cap. quibus ab edendo feriati ſumus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

do indignatiua. Idem. & quisq̃ numen iunonis ădorat. Præterea aut supplex, aris imponit honorem? Modo confirmatiua, vt & dubitamus adhuc virtutem extendere factis. Ponitur interdum pro id est Plaut. Annos natus iam sexaginta & senex. Interdum pro etiam. Quintili. Tamensi quid aduersus te ipse commisit sit hostis & me⁹ Verg. Natus & ipa dea Interdum pro quia. Idem. Audieras & fama fuit. Quintilia. Has primum audier puer, harum verba effingere imitando conabitur, & natura tenacissimi sumus eorum que mollibus animis percipimus. Plerumq; sentẽtiarum initijs competit. Idem, & finitæ quidem sunt partes duæ, quas hæc professio pollicetur. Deseruit etiam affectui & quasi interrogãdi vim habet. Cicer. Et sunt qui de via appia loquantur, taceant de curia. Interdum ponitur pro aduerbio ordinandi, vt corpus q; lauant frigentis & vngunt. idest deinde vngũt. Item pro quãuis. Cice. Defendi legem voconiam magna voce bonisq; lateribus, & videtis annos meos? i. quis sim ita senex. Huius composita sunt. etsi, tametsi.

¶ Etenim significat quia, & modo primũ locum, modo secũdum obtinet in oratione. Plinius. Etenim multa de hac magi tradiderunt, quę non sunt a nobis cõmemorãda. Sene. Quis etenim inter tot corporis cruciatus fœlicem quenq̃ esse posse existimat.

¶ Etheocles. Oedipodæ & Iocaste filius partu nefando editus, vt pote ex cõcubitu materno, licet huius rei ignarus Oedipodes fuerit Rex hic Orchomeniorum quondam fuit & Gratijs templum primus dicauit. Cc.

¶ Etiã cõponit ex et & iam, & signi. quoq; Plau. Tu ne etiam id rescisti miser? Aliqñ sign. adhuc siue p̃terea. Terẽ. in an. Nihil suspicans etiam mali. Idem in eadem. Nõ satis me per nosti etiã qualis sim simo. Aliquando hortantis est pro eia. Ser. Sul. etiã tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuã aduoca. Aliqñ confirmantis est pro ita. est enim affirmatiua responsio, vt vidistis me hodie? responderi debet etiam vel sic Plini. ad Tacitum. Studes inquam? Respõdit etiam. Vbi? Mediolani. Quod pinde valet, acsi dixeris studeo. Sed cũ multa latini dixerint. teneo solem clarum esse. s. ab græco deduci ἔτι addendo am fit etiam, ideo per t scribitur.

¶ Etiãnum ponitur pro quoq;. Pli. Quod eo magis miror si etiãnum. Homero prodente ægyptijs non erat.

¶ Ethalia insula in ligustico mari Populoniæ vrbi opposita, ab ethalio qui ei præfuit sic dicta. Quidã hoc nomẽ cum diphthongo scribunt.

Etearchus nomen proprium regis Oaxis vrbis Cretæ

¶ Etesię venti q certo anni tpe flãt. Hos Strabo libro. iij. subsolanos vocat., hoc est euros. Hierony. Mense Augusto flantibus etesijs nauem securus inscendi. Hi quotannis in vigore æstatis perflant. xl. diebus post caniculæ, exortum. Dicti etesię. id est annui ἔτος enim annus ἐτήσιος annuꝰ, q; ex omnibus ventis hi maxime stati sint, & singulis annis eodem tempore redeant.

¶ Etheocles cũ accentu in antepe. fuit filius Oedipodis Thebanorum regis.

¶ Ethnicus pen. cor. gẽtilis ab ἔθνος quod gentem significat Hierony. contra Iouinia. & si ducendæ essent vxores, christianas tantum accipi iuberet, an & ethnicas.

¶ Ethnearches gentis princeps. ethnearchia principatus vel præfectura.

ὄθανον græci appellant collum, Vnde verbum excollare pro eo quod est purgandi, gratia guttatim per collum diffundere. Latini ethaniũ dicunt pro vase Athæneus in ægyptiorum domibus tria hæc, visuntur aerea cyathus phiala ethanium.

¶ Ethos quum significat causam, producit primã. Qñ significat morem corripit. Vnde Callimachus opus suũ ethia hoc est de causis inscripsit.

¶ Ethicus pen. cor. latine moralis dicitur, ab ἔθος mos ἀπὸ τοῦ ἐτίζω ἔθος ἤθος ὄθεν πρώτη συλλαβὴ Δίχρονον ἔοικε μὴ ἔθικος, ὃ ἀφιλοτέλους. i. Sed assuesco & mos vnde prima syllaba anceps videtur, & Aristotelis ethica,

¶ Ethologus pe. cor. moris expressor, qui gestu ipo corporis & sonovocis ita exprimit voces hominum, vt gestus & mores eorum loqui videantur ab ἔθος mos consuetudo, & λόγος ratio ἀπὸ τοῦ λέγειν.

¶ Ethymon recta interp̃tatio. Etymologia latine veriloquiũ ετυμον verũ λόγος rationẽ significat. Sed quia veriloquiũ (vt inquit Boetius) minus in vsu latini sermonis habetur. Cice. ętymologiam vocat notationem, quia notã facit rem de qua prędicatur. Aristo. symbolum nominat. Alij vim intuiti originationem vocant.

¶ Euado is. pe., pdu. extra vado, effugio. Vergi. lib. ix. Nfas ne euadere demẽs Speraſti te posse manus. Idẽ, p transio, & p quãcũq; difficultatem peruenio, euadit q; celer ripam irremeabilis vñ Plau. Iam asi. Demiror qd sit & quo euadat sũmo in metu. Et euadere est ascẽdere. Ver. euado ad summi fastigia culminis, vnde Item apparere Idem. vt tãdem ante oculos euasit & ora parentis. Item liberare Sallu. At ni marius signa inferre, atq; euadere oppido, pperauisset, profecto cuncti aut magna pars fidem mutauissent. Item fieri Cice. An verebar ne non putaremus potuisse improbum euadere?

¶ Eualuo as, extra valuas excutio, e valuis ejcio. Plinius. lib. xvij. Et ipsa que eualuantur variam picturarum rationem habent.

¶ Eualeo es. pe. cor. a quo eualesco, valde validus fio Plini. lib. xv. Quę postq̃ eualuit flaccescente primitia marsico bello languida auctoritas patrum facta est ac paulatim in sterilitatem emarcuit maiestas.

¶ Euan interiectio, & exclamantis vox. laudantium Bacchũ & interpretatur bone puer. Potest tñ declinari scẽdm Priscia. Euantis, Verg. lib. vi. euantis orgia circum.

¶ Euadne p d. ante n. martis filia ex Thebe vxore æsopi fuit, q; coniux Capanæi, quæ illum incredibili amore dilexit, itaq; quum audisset illum apud Thebas cecidisse fere in mortis stuporem diriguit. Deinde. cum celebraretur funus se in rogum proiecit.

¶ Euęnetus nomen regis Lacedęmoniorum, qui ad custodiendum introitum Thessaliq contra Xerxẽ vna cum Themistocle Athenienſium duce a Græcis constitutus fuit.

¶ Euander proprium nomen Carmentis filij, & interpretatur bonus vir. Hic dimissa Arcadia ad Italiam venit, & ostia Tybridis intrans, atq; pulsis Aboriginibus in palatino monte consedit, vbi oppidum palanteum fundauit.

¶ Euaneo es. pen. prod. a quo euanesco., quod est vanus fio, seu in nihilum redigor. Lactan. lib. vij. Non est animæ vitiũ, si visus euanuit.

¶ Euanidus. sine fructu. Col. lib. iij. Nã quæ in pceritatẽ extẽduntur euanide fiunt, parumq; fructus ferunt.

¶ Euãgelium latine bona nunciatio. Athanasius. in homilia. λέγεται δὲ εὐαγγέλιον ἀξιοσ, ὅτι δι καὶ ἀγγέλλω ὀθεν μὴ ἀγγελοσ ἀνομάσθη ὅτι ὡσ ἀνθρώπων σωτηρίαν ἐταγγελίζετο ἅπασι συμβαίνει τὸ θεῖον. ¶ *. i. Dicitur euangelium, digne quoniam εὖ bonum & ἀγγέλλω nuncio & angelus nominatꝰ est, quoniam salutem omnium hominum nũtiat omnibus filijs dei. Quare autem sit bona nunciatio. Euseb. lib. de preparatione sic ostendit. Euangelium dicimus q; æternorum atq; incorruptibilium bonorum quę certe suprema & maxima sunt, & ex antiquissimis prędicta temporibus nuper vero splendore sui orbem illustrantia. cunctis hominibus annunciat, q; non ęcas caducasq; huius sęculi diuitias, nec breuem hãc calamitosamq; vitam, nec instabilia corporis cõmoda sed aiarũ quę intellectuales substãtie sunt, a quibus etiã corporũ bona quasi vmbrã cõsequentia dependẽt, summã propriamq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nobis affert fœlicitatem.
Euapelos pe.prod.ſtolidos & amentes dictos refert Photion grammaticus.
¶Euax interiectio exultantis.Plau. Euax iurgio vxorem tã demabegi. Fuit etiam nomen regis indię,qui de virtutibus gemmarum ſcripſit ad Neronem, quẽ habet tempeſtate noſtra Petrus bonus Aduogarius ciuis ferrarienſis aſtronomus in omni ſęculo. admirandus.
¶Euboea nomen inſulę,& ciuitatis in ea ſitę. Hĩc euboicum mare,quod duplex eſſe dicitur,aliud in ęgeo aliud in campano ſeu thuſco.quod in ęgeo eubœę adiacet inſulę, a qua denominatum eſt. Quod autem in thuſco Cumarum Baiarũq; alluit oram ab euboicis aduenis & Cumarum conditoribus nuncupatum.
¶Eubulus pe.cor.nomen hiſtorici, qui hiſtoriam multis voluminibus expleuit.
ὃEucarpia, vrbs phrygię in qua racemi feracitate ac magnitudine ſpectabiles ſunt. vnde & nomen.
¶Euchariſtia latine bona gra.exὲ & χάρις gra gratitudo & gratiarum actio.euchariſteo gratias ago.Euchariſticon liber in quo gratię redduntur.
¶Euchion nomen bacchi deductum ab ἐυχὴ quod votum & precem indicat,quaſi dignus ſit voto.
¶Euchilę res dicuntur,quę ſunt boni ſucci,vt eſt caſeus mollis.Caſeus vero vetus a Cor.Cęlſo numeratur inter res eacochilas .i, que ſunt mali ſucci.
*Euchimon ellebori ſpecies ſic dicta a bonitate ſaporis.
¶Euclides penu. pdu.nomen geometrę inſignis ab oppido Megaris,quod Iſthmo adiacet.& Plutarcho auhore Socrati contemporanei. Sed videant ne errent. Nam proclus interpres faciens quatuor libros in primũ librũ Euclidis ita ſcribit ὁυτωσὶ δὲ τὸν νεώτερον ὅτι εὐκλείδης ὁ τὰ στοιχεῖα συναγαγὼν γεγραφε,καὶ ἀλλὰ πολλὰ ἄλλου ἦν.i.* nõ multo his iunior euclides q elemẽta congregans ſcripſit plęraq; alia ὃHic platonicus Philoſophus fuit tempore primi Ptolomęi Poſterior aliquanto his qui Platonis temporibus vixerunt. Antiquior vero Archimede & Eraſtothene multa ſcripſit, quę ad Gęometriam & Muſicam capeſcendam pertinent. Et de diuiſionibus et de vniuerſalibus.
¶Eudæmonidas nomen viri proprium,& latine dicitur bene intelligens.
¶Eudamidas penulti.cor.nomen filij Archidami,& fratris Algidis.
¶Eudora penul.produ. nympha Oceani & Tethios filia,& interpretari poteſt bonum donum.
¶* Eudora vna ex atlantidibus,quę ſeptẽ numero eſſe perhibentur. Ambroſia. eudora, Paſitoe. Coronis .Plexaura. pitho. Tythe Cc.
¶Eudoxa bona gloria Δόξα, enĩ latine gloria dicitur & opinio.
¶Eudoxus bene glorioſus, quaſi gloria inſignis proprium nomen echinis filij,qui patria Gnidius geometra & aſtrologus,ſummus medicus,Socratis auditor, qui primus annum compoſuit,Scripſit leges,& de geometria atq; aſtrologia libros edidit. Fuit & alius eudoxus Rhodius hiſtoricus, alius Siculus Agatoclis,poeta comicus.
¶Euehois,extra veho. Var.li.i.de reruſt.Quarto eundem fructuoſiorem faciunt vecture,ſi vię ſunt qua plauſtra agi facile poſſunt,aut flumina propinqua,quę nauigari poſſint,quibus vtriſq; euehi atq; inuehi ad multa prædia ſcim⁹.Per trãſlationem ſignificat extollo. Vnde euectio extollentia. Aug. lib.v.conf. Miſſum eſt a mulo Romam ad præfectum vrbis vt illi ciuitati theotoricę magiſter traderetur imperita etiam publica euectione.
ὃEuchemerus,pe,cor,nomen hiſtorici de quo Lact, ſic inquit.Euchemer⁹ antiquus auctor fuit e ciuitate meſſana, res geſtas Iouis,& cęterorũ qui dij putantur collegit,hiſtoriamq; contexuit ex titulis,& inſcriptionibus ſacris, quę in antiqſſimis templis habebantur. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius,& ſecutus,
¶Eumenes ſeu eumenus fuit vir Cardianus,qui cura vigilãtia,patria calliditate,& celebritate ingenij omnes Macedones ſuperauit,de quo multa a græcis hiſtoricis traduntur.
¶Euenire eſt alicui quippiam per ſortem venire. Et plærũq; de magiſtratibus ac prouincijs dicitur.Sallu.in Iug, Metellus & Syllanus conſules deſignati prouinciam inter ſe partiuerant,Metelloq; Numidia euenerat.
¶Euentus ge.maſcu.& quarti ordinis tam in plurali, q̃ in ſingulari dicitur quod caſu aut fortuna nobis euenit, tam in bonum,q̃ in malum.Cic.lib.i.de Orato. Vt enim quis optime dicit,ita maxime dicendi difficultatem,varioſq; euentus orationis expectationẽq; homiuũ pertimeſcit. Similiter dicitur euentum neu.ge. quod in plurali euenta facit.Lucr.lib.i.Euẽtum dici poterit quod cũq; erit actum. Cice.in partitionibus. Si cuiuſq; facti & euenti cauſa ponetur.Idem de diuina.Si euẽta quærimus,que exquiruntur auibus.Et ad Atticum.Semper cauſæ euentorum magis mouẽt q̃ ipſa euenta. Quod eſt cõtra Vallam & Sipontinum. Aliquando etiã euentus finis rei dicitur.Ouid.Careat ſucceſſibus opto.Quiſquis ab euentu facta notanda putat.
¶Euenos.pe,,pd.fluuius a Thracia deſcẽdens,& Calidoniã ſecans.De quo Ouid.lib.ix.Met.Nãq; noua repetẽs patrios cum cõiuge muros Venerat eueni rapidas Ioue nat⁹ ad vndas.Hunc fluuiũ poetę quãdoq; Centaurum vocant.
¶Euerto extra verto, eruo demolior.ὃ Semp enĩ ſignificat ruinam alicuius magnę rei Cicero.li.i.offi. De euertendis diripiendiſq; vrbibus valde illud conſyderandum eſt. Verg. Priamiq; euertere gentem viſum eſt ſuperis.ὃ Vnde euerſiones dictę ſunt.
¶Euerro is,extra ſeu valde verro.Colu.lib.viij.Stabula frequenter euerrenda & purganda,humorq; omnis vrinæ deuertendus eſt.
¶Euerriator dicitur, qui iure ăccepta hęreditate iuſta facere defuncto debet,quæ ſi non fecerit,ſeu quid in ea re peccauerit ſuo capite luat.
ὃEuphantaſiotos εὐφαντασιωτὸς latine dici poteſt qui bene aliquid imaginatur.
ὃEumolpides,erant ſacri ſacerdotes,ſeu magiſtratus athenis in honorem Eumolpi regis quem ęgyptij generis fuiſſe.Diodorus ſcribit.Hũc ſuidas Athenienſis filium Muſęi poetę ait. Alij vatem orphei filium.
¶Eueſtigio aduerbium dicitur vel qđ ſtans aliquis in eodẽ veſtigio facit. Vnde ſtatim dicitur, Vel quãtum tẽpus eſt in vno veſtigio faciendo,quod eſt breuiſſimum. Vel tractũ eſt ab his,qui ſe plantа mouentes nihil tardant aliquid perficere & illi negocio quod eis imminet nullam aliamrem anteuertunt.ὃ Vel cum aliquid repente fieri volumus ita dicere ſolemus ante quam eueſtigio moueare hoc exquire.
¶Euganei venetiarum populi ab euganea, hoc eſt nobilitate cognominati de quibus Stra.Pli.Liuius.
¶Euganei montes ſupra patauium Iſtriam verſus in quib⁹ abundant pecudes molliſſimas lanas faciẽtes.Luc.Euganeo ſi vera fides memorantibus augur Colleſedens apponi terris vbi fumifer exit.Atq; antenorei diſpgitur vnda Timani.Hic euganeus a,um.Iuuena.Et euganea quã tumuis mollior agna.
¶Euge interiectio aſſentientis,quaſi ſponte ſua congratulantis.Hiero.interpretatur euge euge bene bene,vt illud eſt in Pſal.Euge euge viderunt oculi noſtri.
¶Eugium caro eminula inter cunni ſymplegadas.Vnde ſcĩdere eugium eſt puellam inſcẽdere.Nęuius.Sine eugio puellam inuenit.Laberius.Quænam mens, quæ diritas vos ſuppilatores fecit cum cano eugio velitari.Idem.Quare tam ardum aſcendis anconcupiſcis eugium frãgere.
*Euhohe interiectio exclamatiua, quemadmodum & ohe, Cornucopię.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Euidens pe. cor quod aperte videtur & intelligitur, ab eui deo quod eſt clare & expreſſe video. Euidenter clare.

¶ Euiaria gio ad orientem vergens quam circuit de paradiſo Phiſon egrediens, quem noſtri mutato nomine Gangē vocāt. In ea aurum precioſum, quod hebraice zaab, & gemmæ precioſiſſimæ carbunculus ſmaragduſq; naſcuntur.

¶ Euirat⁹ modo cui amputata ſunt virilia dicitur, hoc eſt eunuchatus, modo laſciuus perditus atq; effœminatus. Plautus Adoleſcens euiratus ac mollis. Ambro. Euiratos deliciæ reddunt. Varro. Euirauit omnes venerí vaga pueros.

¶ Euiſcero as, Vide in dictione Viſcus.

¶ Euito as, pe. prod. vitam eripio, vita ſpolio, ſicut Letare eſt leto mutare. Eſt tamen vetus verbum planeq; poeticū. Cicero lib. iij. Tuſc. Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vitā eui tari. Euitare etiam dici poteſt valde vitare cauere.

*Euhyus bacchi nomen, quaſi bonus filius, ἐῦ bene ὑιὸς filius dicitur, nec euchius legendum ex græca auctoritate Cornucopie.

¶ Eulogium dicitur benedictum, ἐυλογέω benedico ἐυλογία benedictio. Eulogos rationabilis. In decretis canonicis eulogia pro benedictionibus, ſiue muneribus, quæ minutili ſacerdotes ad ſynodum conuenientes a maioribus ſummatibuſque ſacerdotibus deportant. Vnde. xxiij. diſ. ſcribitur de eulogijs ad ſacra concilia deferendis nihil inuenimus a maioribus determinatum.

¶ Eumeces balſami genus, cp læni cortice cæteris ſit procerior ἐυμήκης enim græce procerus & prolixus dicitur. Cc.

¶ Eumelus Admeti regis Theſſaliæ ex Alceſta vxore filius.

¶ Eumenides furiæ infernales, latine beniuolæ, & mites dicūtur per contrarium quaſi non mites, ἐυμενὴς enim beneuolus. ỏ Has tres ferunt Acherontis fuiſſe filias atq; noctis, vno partu editas. Et apud Inferos vocantur canes. Vnde Luc. Iā vos ego nomine vero eliciam ſtygiaſque canes in luce ſuperna deſtituam. Apud mortales furias, ab effectu. Verg. Cęruleis vnum de crinibus anguē cōnexit, inq; ſinu pectora ad intima ſubdit. Quo furibunda domum mōſtro permiſceat omnem. Apud ſuperos dicuntur diræ. Idem. At procul vt dire ſtridorem agnouit & alas infœlix crines ſcindit iuturna ſolutos. Vocantur & volucres vt apud eundem Iam iam līquo acies ne me terrere timētem Obſcæne volucres alarum verbera noſco.

*Eumetis gemma quę capiti ſuppoſita nocturna viſa ad oculi ſimilitudinem reddit. Cc.

¶ Eumonides nomen proprium viri thebani, ſicut ſcribit Plutarchus.

¶ Eunuchus pe. pro. caſtratus ab εὐνὴ quod eſt cubile & ἔχω cuſtodio, quia id hominum genus adhibebatur ſeruādis cubilibus regīj, quaſi euneechus, & per ſyncopen ſim eunuch⁹.

¶ Eunucho as, caſtro. Varro. Quod facit pro ſua parte is qui ſe eunuchat.

¶ Eunuchizo as, eiuſdem ſignificationis. Hiero. cōtra Iouinia. Sūt eunuchi qui de vtero matris ita nati ſunt. Et ſunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati ſunt. Et ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum.

¶ Euoco as, pe. cor. extra voco. Plau. in Amp. Euocate huc ſōſiam. Per tranſlationem eſt quaſi extraho. Cic. lib. i. tuſ. Nā quid aliud agimus, quum a voluptate, id eſt a corpore, quīa re familiari, quæ eſt miniſtra & famula corporis, quīa rep. quum a negocio omni euocamus animum.

¶ Euocati dicuntur non qui iuſti milites ſunt, ſed qui repentina aliqua neceſſitate ex agris in bellum tumultuarie vocātur. Hi pro militibus ducebantur. Salluſtius. Neu quis miles, neu pro milite.

¶ Eupalia nomen vrbis in Locride, quam alij eupalion alij eupolion vocant.

*Eupleōn ſtructurę genus in ædificijs tantummodo frondibus politis, quaſi ἐυπλήκτορ id eſt bene eęſum. Cc.

*Eupetalos gemma igneum in primis colorem habens, ſed cęruleo, & minij, ac mali coloribus admiſtis. Cc.

*Eupheme mulieris nomen nutricis muſarum & Croci matris. Cc.

¶ Euphemia nomen mulieris, & latine dicitur laus fauor Euphemus boni nominis.

¶ Euphonia cum accentu in penultima bona ſonoritas vel vocalitas. Euphonus concinnus.

¶ Euphranor nomen ſtatuarij laudatiſſimi Iſthmij, de quo Quintilianus libro duodecimo.

¶ Euphrates is, & euphrate es, penu. p. fluuius Meſopotamię in Paradiſo oriens. Strabo ſcribit euphratem ex Niphate mōte Armenię magnum profundum & celerem naſci, exire autem in mare rubrum, prius trā Babiloniā per medium diuidere & tigri coniunctum Meſopotamiam facere, Salluſtius quoq; certiſſimus auctor aſſerit tam Tigris q̄ Euphratis in Armenia fontes demonſtrari. Ex quo adnimaduertimus inquit Hier. aliter de paradiſo & flumin⁹ intelligendum. Boe. Tigris & euphrates vno ſe fonte reſoluunt. Euphrates latine fœcunditas atq; abundantia fructuum dicitur. Ambro. lib. de paradiſo. Plerię inquiunt euphratē dictū ad εὐφραίεσθαι hoc eſt alętando, eo cp hominum genus nullo magis, q̄ lętitia & æquitate lęteretur.

¶ Euphroſina æ, & euphroſine es, pe. cor. fuit vna ex tribus gratijs & nomen mulieris proprium, latine lætitia dicitur Euphroſia exultatio.

¶ Euphorbiū & euphorbia herba ab Euphorbo medico Anthonij muſæ fratre dicta, vt inquit Plini. Naſcitur in Atlāte monte. Hiero. contra Iouinia. Baſilides magiſter luxurię poſt tot annos ita in Iouinianum quaſi in euphorbum transformatus eſt, vt latina quoq; lingua haberet hæreſim ſuam.

¶ Euphorion nomen poetæ Chalcidenſis quem tranſtulit Gallus habebat hic quoſdam ita deditos ſibi amatores vt eū preferrent Ennio, & reliquis poetis, eiuſq; poemata ſtudioſe cantarent, poſthabitis aliorum poematibus.

*Euphraſinum, ſiue euphroſinum, herba eſt alio noīe Buglo ſa. ſic dicta cp lęticet. greci ἐυφραίνω lętari dicunt. Cc.

¶ Eupilius, lacus ciſalpine gallię, in quem progreditur Lambrus in padum defluens.

¶ Euprepia latine decor ex ἐῦ bonum & πρέπω decens.

*Eureos gemma, quę nucleo oliuæ ſimilis eſt. Cc

¶ Euripides nomen egregij poetę apud græcos Tragœdię illuſtratoris, quam ſcribere natus annos duo deuingínti adortus eſt, & in ſpelunca quadam tetra & horrida Salaminis inſulę fertur tragœdias ſcriptitaſſe. hic vi ſermonis & ſententiarū crebritate oratoribus comparandus fertur. Hic a canibus laceratus periit, vnde iterpres Euripidis ita ſcribit. διατρίβομ ὄυν ἐκεῖ ποθέν ἠ ἐν τινι ἄλσει φρουτίζομ ἔτυχε καπροβοώτης ὠσ φασὶν ὑπὸ τῶν τοῦ ἀρχελάου κυνῶν ἐξιόντ⊙ εἰς θήραν ὑπὸ τὰς εὐθυδρομίκουτας ἔτη γεγον⊙ τα φημὶ μὴ ἐμακεδώνια.

*id eſt Conuerſans igitur illic in quodam nemore cogitabundus, forte fortuna (vt aiunt) deuoratus eſt a canibus Archelai exeūtis in venationem, ſupra octoginta annos natus, ſepultus quidem in Macedonia.

¶ Euripi pe. pro. canales ſeu ductus aquarum aliunde deductarum in ſublime ſalientium, ſi paulo minutiores ſint, quos intra domos Romani per pratum ducebant. Si autem maiuſculi ſint Nili dicuntur. Cicero lib. i. de legibus. Ductus aquarum quos iſti nilos curipeſq; vocant, quis quum viderit non irriſerit? Euripi quoq; ſunt foſſę in ludis circundatæ pro ſeptis, quorum loca temporaria prius clauſtra fuerunt auctore Plinio. Spartianus in elogia. Euripis vino plenis nauales circenſes exhibuit. Quidam euripos intetpretantur piſcinas. Euripus etiam dicitur fretum ideſt mare anguſtum, qualis eſt euripus tauromenitanus in ſicilia, & alter in euboea.

*Eurocias gemma que ſitu videtur operire nigriciem. Cornucopie.

¶ Europa tertia pars orbis ab Europa Agenoris phœnicum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

regis filia sic appellata. Dī autē europa quicquid terrarū iacet a freto ad Tanaim, & habet quatuor fluuios magnos, quorum primus est a gaditano freto ad lacinium vsq; promontorium italiæ in locris. Secundus a lacinio ad ipsa epiri acroceraunia, tertius inde ad Hellespontū. Quartus ab Hellespōto ad Męotis ostia. Fuit & europa nomē Oceani & tethyos filiæ.

¶ Eurotas, pe. pro. nomen fluuij ī Laconia, qui teste Liuio li. iij. de bel. Macedo. vrbē Lacedęmona pterfluit. De hoc Ver. Omnia quæ phœbo quondam meditante beatus Audiit eurotas iussitq; ediscere lauros.

*Euronotus alio nomine vulturnus ventus est ab oriente hiberno spirans, quod inter notum & eurum sit. Cc.

¶ Eurus ventus ab oriente flans, & calidus est. Colu. lib. vi. Quum plerumq; sideris caniculæ tempore quædam partes eius regionis sic infestantur euro, quem incolæ Vulturnum appellāt, vt nisi tegumentibus vites opacēt, velut halitu flammeo fructus vrantur. Græci appellāt Apelioten q̄ a sole spiret, vñ & a latinis eadem ratione subsolanus vocatur.

¶ Euriale fuit regis Mirtois filia, quæ neptuno Orionem peperit. Alia fuit Prętei Argiuorum Regis filia. Alia ex trib⁹ Gorgonibus vna.

¶ Eurialus nomen vnius ex principibus Peloponnesiacis qui agros & propinquas vrbes incolebant, & ad troiam cum octoginta nauibus venerunt. Alium troianum finxit Verg. Fuit & nomen histrionis. Iuuena. Nobilis Eurialum aut Mirmillonem exprimat infans.

¶ Euribates nomen viri itaci. Ouidius. Simul eurybates mecum talthibiusq; vocarunt.

¶ Eurybiades, teste herodoto fuit vnus ex ducibus Xerxis.

¶ Eurybia nympha, quę stellas & luciferum genuit.

¶ Eurycion nomen fabri argentarij, de quo Ver. lib. x. Quæ bonus eurycion multo cęlauerat auro.

¶ Euricratidas vir lacedæmonius, de quo Plutarchus.

¶ Eurydamas pe. cor. vir troian⁹. Latinæ dicitur late domās. Ouid. Vtq; vel eurydamas ter circūbusta thrasylli, Et laniss̄e is tractus ab hoste rotis. Vbi per eurydamanta intelligūt Hectorem qui virtute cuncta domitabat.

¶ Eurydame, teste Herodoto, fuit vxor Leutichidis Spartanorum Regis.

¶ Eurydice, vxor Orphei, pro qua recuperanda ferunt Orpheum ad inferos descendisse. Alia fuit Nestoris coniunx.

*Eurydomene nympha marina ἀπὸ τοῦ εὐρύ & δίδωμι hoc est abundanter do. Perhibent hanc matrem gratiarum fuisse quam alij Eurymedusam a verbo græco μέδω quod rego significat, vocant. Cc.

¶ Eurylochus fuit phlegiarum rex, qui Thebas destruxit antequam veniret Cadmus, qui eas poste a reædificauit.

¶ Eurymedon nomē patris Periboiæ, ex qua Neptunus genuit Nausitheum regem Phęacum. Alter fuit Athēiensium dux cum Demosthene.

¶ Eurymone nympha Oceani & Tethyos filia Mater Leucothoes. Alia fuit Apollinis filia, quę Adrastum Argiuorū Regem, & Eryphilen Amphiarai coniugem peperit.

¶ Eurypilus pe. cor. fuit Herculis filius, qui regnauit in Coo insula, & cunctorum Græcorum augur peritissimus est habitus. Verg. Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phoebi Mittimus. Fuere & alij hoc nomine.

*Hinc Eurypilum non Herculis filium, sed nepotem ex Thelepho filio fuisse auctor est Homerus. Cc.

*Euripius numerus in talis quadragenarius, ab Euripide inuentus. Cc.

¶ Eurystheus fuit Steneli Mycenarum regis filius, qui Iunonis instinctu imperabat Hercuili, vt varia monstra superaret, quibus posset perire.

¶ Eurytus pe. cor. Oechaliæ rex, & pater Ioles. Hinc eurytis idis, patronymicum fœmininum. Oui. Eurythidos Ioles, & insani Alcidæ. Alter fuit centaurus.

*Eusebes gēma ex qua traditur Tyrij Herculis tēplo facta sedes ex qua facile dijsurgebant. Cc.

*Eusebia græce εὐσέβεια pietas religio, εὐσεβέω sum pius pietatem exerceo, εὐσεβὴς pius religiosus. Cc.

¶ Eustratius nomē philosophi, qui in ethica Aristotelis scripsit, ab στρατὸς exercitus nomen deductum.

¶ Eustathius nomen fuit grammatici græci.

♂ Eusymbolos, latine bonum nomen dicitur.

♂ Euthycus, latine fortunatus, cui ōia ex sńia succedūt. Nam εὖ bonum & τύχη fortunam significat.

♂ Eutaxia, latine bona ordinatio dicitur.

♂ Euthyoria εὐθυωρία significat, non per diuerticula itinerū quæ obiectu montium, & interuentu conuallium, aut fluminum flexu, plerumque necessaria sunt, sed indirectum acta mensura.

♂ Euthimus, nomen viri, qui pugil appellatus est. Hic in locris italiæ qui epizephyrij cognominantur ortus Astycleo patre vel vt indigenis persuasum est. Cecino amne genitus, qui locros a rehignis diuidit.

*Euthale lauri genus. Vide in dictione Daphnoides.

¶ Euterpe fuit vna ex musis ἐῦ bñ τέρπω delecto, quasi sit bona delectatio.

¶ Eutrapelos pe. cor. quidā aiunt significare tricubitos Mart. Eutrapelus tonsor dū circuit ora luperci. Vide Pli. lib. vij. circa principium. Alij putant hoc nomen significare apud græcos eum, qui facilitate quadam morum præditus, est, hoc est comis, lepidus, elegans & facetus. Eutrapelia comitas.

¶ Eutyces pe. cor. nomen fuit hereśiarchæ.

¶ Eutymedon pe. cor. nomen cuiusdam philosophi.

*Eutymia animi tranquilitas. Laertius in vita Democriti. Finem esse rectum quietumque animi statum, quem euthymiam dicit, dum nullo motu, nulla superstitione, aut alia quauis perturbatione agitatur.

¶ Euxinus pe. pro. mare illud est, quod incipit a Bosphoro thracio. Componitur ex εὖ, quod bonum apud nos indicat & ξεῖνος hospitium vel amicus quasi bonum sit hospitium, cui per cōtrariū dictū est, nam ibi sunt loca asperrima. Oui. li. iij. de tristibus. Euxinus a falso nomīe dictus habet Sed teste Pli. lib. vi. Pontus euxinus antea ab in hospitali feritate axenus appellatus est peculiari inuidia naturę sine vllo fine indulgentis auiditati maris. Post commertio illarum gentium mollitis aliquantum moribus dictum est Euxinus.

¶ Euzomū bonum ius εὖ bonum ζωμὸς ius quod comedāt.

¶ Euzonos strenuus ζώνη cingulum. Nam qui militant cinctos dicimus, discinctos inhabiles.

E ante X

¶ Exactum præteritum, transcursum. Verg. lib. iij. Geor. At tribus exactis vbi quarta accesserit æstas. Exacti mēses dicuntur, qui circa ptū sunt. Idē Exactis grauidæ cū mēsib⁹ errāt. Itē exactū diligēs. Vale. Max. Quia nūq̄ remotos ab exactissimo cultu cerimoniarum oculos. Itē exhaustū superatum. Sene. Vt tot procellis tēpestatibusq; exactis aliquādo in portum veniamus. In hunc sensum veteres exāctatum accipiūt, habet & alia significata, de quibus in dictione exigo.

¶ Exactor & exactio. Vide in dictione exigo is.

♂ Exactum substantiuum significat exactionem. Quintil. de pastu cadauerum. Sacrosanct⁹ mercator opportunus opinor inuenit merces exactum. Hie. Non exactum sed exactorem inuenies. Exactus vero, a, um, ea significat quæ, exigo. Ibi ergo require.

♂ Ex præpositio de qua supra in. E. & ex.

¶ Exaduerso appellare. Vide in dictione apellare.

¶ Exaggeratio magna coaceruatio, ponitur q̄ pro altitudine & excellentia. Translatio sumpta a terra, quæ exaggerata & in aggerem erecta fusiollitur in fastigium. Ci. li. ij. Tusc. Hoc tibi ꝓpone, amplitudinem, animi & quasi quāddam exaggerationem q̄ altissimam animi qui maxime eminet in cōtemnendis & despiciendis doloribus vnam esse omnū rem pulcherrimam. Oratores exaggerationem facere dicūtur, q̄

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pluribus verbis vnam eandemq; rem vehemẽter dicunt q̃ res maxime venustat orationem. Apud Catonem luculenta illa exaggeratio est. Succidias humanas facis, decem funera facis, decem capita libera interficis, decem hominibus virũ eripis in dicta causa, iniudicatis, indẽnatis.

¶ Exagoge pen. cor. latine eductio dicitur, ἀπὸ τοῦ ἐξ καὶ ἄγω μι ἀγωγή, Ab ex & ago

¶ Exagito tas, significat vehemẽter vexo. Lactan. lib. sexto. Poetæ tres furias esse dixerunt, q̃ mentes hoĩm exagitẽt. Itẽ significat exaspero, ad iram ꝓuoco. Sal. Tñ quia in tali tẽpore tãta vis hois magis lenienda q̃ exagitanda videbatur.

¶ Exalburno as. Vide in dictione alburnum.

¶ Exalto in altum eleuo. Col. Sentũ pedũ latitudinis sulcos dirigunt, fodiuntq; & exaltant in tres pedes. Per tranſlationem significat magnifice laudo.

¶ Exaluminati dicũtur vniones, qui colore prẽstant.

¶ Examen noua apum soboles, quã parentes ex suis aluearibus ad nouas sedes quærendas exire cogunt, ꝙ hæ ita vniãtur, vt simul ligate videantur. Nec solum de apibus, sed etiã de vespis & hmõi intelligitur. Rursus examen stylus est in lãcea siue statera, qui quo pondus se vergit, exit. Verg. libro. x Iuppiter ipse duas equato examine lances. Hęc bilãcis seu statęq; lingua, ab aljs æquamentũ, ad aljs libramentũ, ab aljs ęquilibrium & trutina dicitur. Vnde metaphorice ponitur, ꝓ ęquamento, & iudicij inuestigatione. Persius. Examenq; improbum in illa Castiges trutina.

ծ Exacerbesco, scis, valde acerbus. i. asper fio, quod ab exacerbeo, es, fieri constat licet Acerbeo raro inueniatur. Apule. in Apologia. Quis tam est mitis quin exacerbescat?

¶ Examino as, pe. cor. scrutor & inuestigo equandi causa

¶ Examussim, Vide in dictione Amussis.

✳ Exangue dicim⁹ q̃d sine sanguine est, & ꝓ pauido capitur.

¶ Exanimus a, um, & exanimis, & hoc exanime, & exanimatus a, um, ambo duplicem eandẽq; significationẽ habent licet Ser. velit hæc inter se differre. Exanimis idem est q̃d mortuus, vt apud Liuium li. vij. Vt vno ictu exanimẽ equo præcipitaret. Verg. Examinũq; auro corpus vendebat Achilles. Interdum idem est quod exterritus. Idem lib. iij. Audijt exanimis trepidoq; exterrita cursu Vnguibus ora soror fœdans si pectora pugnis Per medios ruit. Sic exanimatus non solum pro exterrito, siue perturbato, vt Teren. in an. Ibi tum exanimatus Pamphilus bene dissimulatum amorem & celatum indicat, sed etiam pro mortuo accipitur, vt apud Liuium libro. xxij. Vnam in ipso potu sospite filio repente oblato in conspectu eius expirasse ferunt. Alteram cui mors filij falso nũciata mœstam sedentem ad primũ conspectum redeuntis filij gaudio nimio exanimarum.

¶ Exanimalis, & hoc exanimale, quod non est animal, vel ꝙ est sine anima. Plau. in Bac. Nam neq; Bellona mihi vnq̃, neq; mors creduat ni illum exanimalem faxo, niue exhęredem fecero vitę meę.

¶ Ex aio facio, significat facio q̃d in animo volo, vt sit quasi ex animi sententia. Exanimi enim sententia, locutio est quotidiana, qua vtimur quando significamus aliquid factum esse, ꝓut optamus & volumus. Vnde dicimus habes iam vxorem & animi sententia.

¶ Exanimo est vt natura fert, hoc est vt refert naturalis ingenita actio.

¶ Exanimo as, capitur sicut aĩo, de quo supra, nisi ꝙ ex præpositio significat extra, siue quum aĩam quis emiserit, siue cũ pene aĩm pauore amiserit. Qñ ab aĩo fit, signifi. pertereo, perturbo. Plau. in aul. Nimis male timui, priusq̃ intus redij, exanimatus fui Terent. in an. Oratio hæc me miseram exaianit. Qñ vero ab aĩa est, signifi. anima priuo, siue neco. Curti. Multos exanimauit rigor insolitꝰ niuis, multorum adussit pedes plurimorumq; oculis præcipue penetrabilis. Gel. Anus repẽte filio viso copia atq; turba & quasi ruina incidenti inopinati gaudij oppressa exanimataq; est.

¶ Exanio as, Col. lib. vlt. Vt omnem amaritudinem eius & pallorem exaniet. Et alibi, Patimur aũt nonnunq̃ tota nocte, postoro die baccam velut exaniari.

¶ Exanclo as, ab ex & anclo, Prisciano dicente Anclo, ꝓ anclor, significat effundo, exhaurio supo. Plau. in Sti. Ne iste ꝙ depol vinum poculo exanclauit. Cic. li. i. Tus. Q. quum exãclauisset omnes labores, tũ incideret in mortis malũ sempiternũ. Aliqñ exanclare est ꝓperi. Lucil. li. xxx. Quantas cũq; mõerũnas quãtosq; labores exanclaris. Aliqñ ꝓficere. Pacu. Nõ potest Menalippe hic sine tua opera exanclari clauus.

ծ Examurca oleum dr̃ qñ ab amurca defecatũ fit Apu. lib. iiij. Ac dum cælestis vaporis flammis examurcatur.

✳ Exantaxenos latine hospes dicitur. Cc.

¶ Exanthemata appellantur a Plinio eruptiones pituitæ, aliquando papulæ.

¶ Exarmo as, mãsuefacio. Vñ exarmatæ bestię pro cicuribꝰ & mansuefactis. Lãpri. in Helio. Habuit leones & leopardos exarmatos in delicijs, quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam mensam & tertiam mensam iubebat accumbere, Ignorantibus cunctis ꝙ exarmati essent ad pauorem & ridiculum excitandum.

¶ Exaresco perfecte areo. Col. lib. iiij. Et sole ac vẽto penitꝰ siccari atq; exarescere. Ci. Papyrio. Deinde ipsa illa si qua fuit in me facultas orationis nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset, hoc est omnino arida facta fuisset & defecisset

¶ Exarefio idem quod exarefco, nisi ꝙ exarefco proprie extrinsecus fit. Exarefio intrinsecus, vt de fuco marino dicit. Plinius libro. xxvi. Sed omnibus articulis morbotum impositus añq̃ exarefiat.

¶ Exaro as, pe. pro. pfecte aro, sed ꝓ tranſlationem significat scribo. Qui em̃ stilo scribunt in codicillis, hi quasi sulcos istar aratorũ ducere videntur. Ci. Cornificio. Hæc quum essem in in senatu exaraui.

¶ Exasse duę partes sunt, significatq; ex totã hæreditate, quę dicitur as assis, quę pluribus modis diuidebatur. Vnde dicimus. Hic ex asse hęres relictus est. i. ex toto. Mart. li. vij. Hæredem Fabius Labienum ex asse reliquit.

ծ Exaspero, as, vltra notam significationem significat acuo Silua. Saxoq; exasperat ensem, Tacitus. Saxo exasperatur ferrum.

ծ Exasceare, ascia polire læuigare. Trũslatio a fabris lignarijs sumpta qui ligna prius dolant deinde poliunt. Plau. in asi. Iã hoc opus est ex asceatum. i. perfecte dolatum

ծ Exedifico, perfecte ædifico. Vide in Ædifico. Aliqñ significat domo priuo, domo ejcio. Plau. ĩ Tri. Qui exędificaret suam inchoatam ignauiam.

¶ Exauctoro as, pe. prod. significat ab auctoramento, hoc est obligatione militari atq; stipendio libero priuoq;. A quo exauctorati milites dicũtur qui missionem habuerũt & frequẽter cum dedecore exauctorari dicuntur, persæpe tamen significat missos facere a militia milites citra vituperationem. Liuius libro. xxv. Volumnij exercitus qui viuo Gracchо summa fide stipendia fecerat velut exauctoratus morte ducis ab signis discessit, & libro. xxvi. Quum deseruisset exauctoratos dimisit Vlpia. exauctorare interpretatur insignia militaria detrahere, quod cum infamia conficitur, vt est apud Lampridium, qui scribit Alexandrum tumultuates legiones exauctorauisse.

¶ Exaudio perfectionẽ audiendi denotat, & hoc duobꝰ modis. Vno, quũ q̃d petimus impetramus. Vñ etiã dicere solemꝰ. Vt nos exaudire digneris. Verg. & nulli exaudita deorũ Vota precesq; meæ. Alio, quũ proxime seu vehementer audio. Liui. li. i. equitem clara increpans voce, vt hostes exaudirent, redire in pręliũ iubet. Teren. in Hecy. Vereor si clamorẽ eius hic crebro exaudiat, ne parturire intelligat

¶ Exballisto tas, a ballista fit, & signifi. decipio. Plautus. ego hunc coẽm meum atq; nostrũ oĩn hostẽ exballistabo lepide. ἀπὸ τῶ βάλλω λέγεται καὶ ἄλλο ἐστὶ τὸ σκόῤῥωτος, ἀπὸ τοῦ σκορπίζω ὃ ἀφανίζω καὶ διαφθείρω.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

* Hoc eſt βαλλο quod eſt mitto, aliud enim eſt Scorpius a σκορπιζω qđ eſt diſſipo, ſpargo. Ita ſcribit Michalus etymologicus Et Balliſta eſt maiorum tormentorũ genus, quã Erico lam dicebant aui noſtri.

¶ Excalfacio, & excalfactorius. Vide in Calefacio.

¶ Excandeſco is, & excandefacio. Vide in Candeo

¶ Excandeſcentia ab Apul. lib. de Dog. Platonis appellatur ea aĩæ pars quę irritabilis eſt, hĩs domicilium in corde, q̃ alio noĩe iraſcentiã nominãt, quę iracundia a Cic. dicta eſt in prima Tuſc. a furore & impetu animæ ducto vocabulo, vt inqt Plato in Cratillo.

¶ Excanto as, ſignificat qđ incantatũ eſt alio incantamento, libero, qđ & recãto dicitur. Pli. xxvij. Qui fruges excãtaſſet De recãto. Idẽ. Nõ pauci & ſerpentes ipſas recantari putant. Aliquando excantare capitur ꝓ excludere. Plautus Nã crede cuius cor excantare poteſt.

ð Excarnificatus dicitur ille, qui per carnificinæ tormenta diſcerptus eſt. Sue. in Vitel. Apud geomnas ſcalas minutiſſimis ictibus excarnificatus, atq; confectus eſt.

¶ Excerebro as, cerebrum excipio, vt apud Eſaiam qui mactat pecus quaſi qui excerebret.

¶ Excetra dicta eſt hydraq; vno cæſo capite tria excreſcebãt Plaut. in Perſa. Cum ex cetra, cũ Anteo delictari mauelim q̃ cum amore. Græco vocabulo dĩ echidna. Ouidi. Pars quota lerneę ſerpens eris vnus echidnæ: ſcribit Diodo. Herculẽ de bello iſſe hydram non ſolũ ferro, ſed etiam flammis, adhibito Iolao, qui incaſam ceruicem ardente face eueſtigio inureret. Conſtat ſecundum hiſtoricos Hydram in Lerna argiuorum palude extitiſſe venam aquas euomentem, q̃ vaſtauerit vicinas ciuitates, in qua vno meatu clauſo multi erumpebant. Quod Hercules videns locaipſa exuſſit, & ſic aquæ meatꝰ clauſit. Nã hydra ἀπὸ τοῦ ὑδατος, i. ab aqua nomen accepit Plato aſſerit in eum hydemo hydram fuiſſe calliditſſimo ſophiſtriam, cui præter ſapientiam pro vno ſermonis capite amputato multa repullulabant.

¶ Excedo is, pe. pro. diſcedo, egredior. Cic. in ipſa cura & meditatione obeundi ſui muneris excellit e vita. Itẽ vltra cedo tranſeo. Col. li. vij. Quũ exceſſerint annos decem fœtibus inutiles ſunt. Plau. in aul. Iſtic adeſto ſi herde tu exiſtoc loco digitum tranſuerſum, aut vuguẽ latum exceſſeris. Itẽ ſupero, vt Cicero facile excedit omnes eloquentia.

¶ Excido is, penultima correpta ab ex & cado, a in i mutata præteritum excidi, ſupinum excaſum facit, ſignificatq; deorſum cado. Virg. lius libro ſecundo. Georgicon. Nam ſępe in cautis paſtoribus excidit ignis. Vnde per trãſlationem excidere animo eſt in obliuionem dare. Idẽ. Necdum etiam cauſæ irarum ſæuiq; dolores, exciderant animo. Interdũ diſſenti re. Luc. li. xxvij. Ego ab archilochio excido.

¶ Excido is, pen. ꝓ. excidi excĩſum, extra vel de aliquo cædo & penitus deſtruo. Cic. lib. ij. offi. Nec lapides ex terra excaderentur ad vſum noſtrum neceſſarij. Idem in Cato. Quo modo Carthagini male iamdiu cogitanti bellum inferatur multo tpe ante denuntio de qua veteri non ante deſinam, q̃ illã excĩſam cognouero.

¶ Excidium, & excidio, ab excido deduci manifeſtum eſt ꝓ peremptione, & quaſi nece vrbis aut prouincie vt quum cæſis hominibus mœnia ad ſolum deducuntur. Hęc etiã a cadẽdo dici videri poſſunt.

¶ Excuſo as, penulti. prod. Ianio, verbero, & quod vulgo dicitur ſtratio frapo. Plauti. in Ciſt. Capillo ſciſſo atq; excĩſatis auribus.

¶ Excęllo lis excŭli excęlſum, & excælleo es, excellui ſignificat ſupero. Lact. lib. vij. Qui omnes licet eloquentia excelluerit. Hinc excęlſus magnus. Gel. libro primo. Tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem.

¶ Excerno is purgamenta ventris emitto. Cęlſus lib. quarto. Qm̃ porta modo in inferiores partes ea quæ excreturi ſumꝰ, emittit. Hinc excrementum purgamentum & ſtercus. Vnde Plinius libro. x. ſcribit, quod quia coruus excrementis calciamenta fœdauerit a menicippe examinatus ſit Proprie tamẽ Excernere eſt extra cernere, quod vernacula lingua dicimus, cernit fora. Col. lib. ij. Itaq; in area detrita frumenta ſic aggeranda, vt omni flatu poſſint excerni.

¶ Excerpo is, pſi, ptum, ſignificat ſecernendo extraho, Vnde excerpta dicimus quę ex libris veluti floſculos extrahimus.

¶ Excipio is, pe, cor. extra capio. Cice. lib. i. Tuſc. Nã ſi ſolum eos diceres miſeros, quibus moriendum eſſet, neminem tu q dem eorum qui viuerent exciperes. Aliquando excipere eſt, ad ſe aliquem recipere, & proprie excipiuntur cadentes aut in calamitatem collapſi. Lactan. li. ij. Huuc errantem atq; inopẽ Ianus excepit. Verg. li. iij. Heu quis te caſus deiectam coniuge tãto. Excipit. Aliq̃ aliqd recipere Aug. li. v. cõf. Et dum cor aperiam ad excipiendũ q̃ diſerte diceret pariter intrabat Aliq̃ inquirere. Cice. li. ij. de orato. Quędam dari ex hac vita ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiendas eorum voluntates. Aliquando ſeparare. Verg. li. ix. Ipſum illũ clypeum criſtaſq; rubentis Excipiam ſorti. Aliquando per dolum capere cpprimere. Idem, excipit in cautum patriaſq; obtruncat ad aras. Aliquando colligere. Martia. Ventris onꝰ mi ſero nec te pudet excipis auro. Aliquando abſcondere Plautus in Aulula. Nec parem tibi ab eo indipiſces, neq; furem excipies.

¶ Exceptio excluſio, quę ſicuti Vlpianus docet, interponitur actioni cuiuſlibet rei, ad excludendũ id qđ in intentionẽ condemnationemq; deductum eſt.

¶ Excepto as, ſepe extra capio, vel ad me frequenter traho, Cic. in paradox. Et videant aliquẽ ſummis populi beneficijs vſum barbatulos mullos exceptantem de piſcina. Verg. li. iij Georg. Cre omnes verſæ in zephyrum ſtãt rupibꝰ altis. Exceptantq; leuis auras & ſæpe ſine vllis Coniugijs vento grauidæ mirabile dictu. i. frequenter ad ſe trahunt & capiunt.

¶ Excipium, quod excipitur, ſicut præcipium, quod ante capitur.

Excipula ab excipio, ſicut decipula a decipio, & eſt ſeptũ ex arundinibus contextis ad capiendos piſces. Pli. Hyemato lacu fluctibus glomerate voluuntur anguillę in tãtũ mirabili multitudine vt in excipulis eius fluminis ob hoc ipſm fabricatis ſingulorum milium globi reperiantur.

¶ Excieo es, exciui cĭ, excitum, extra moueo. Feſtus. Exciet excutiet.

¶ Excio is, exciui, vel excĭi, excitũ, extra voco, vel extra ſeu valde commoueo. Plaut. in Ciſ. Vt mihi exciuiſti lachrymas .i. commouiſti. Et in Epi. Quid eſt pater qp me exciuiſti ante ędes. P. Vt matrem tuam videas. i. euocaſti. Excire autem expergefacere eſt. Liui. libro primo. Hercules ad primam auroram ſomno excitus.

*Exciſſatum veteres ꝓ vulnerato & laniato dixerũt. Plaut. Capillo ſciſſo atq; exciſſitatis auribus. Cc.

¶ Excito as, pe, cor, frequentatiuũ. Terẽ. in heau. Num vides q̃tum mali ex ea re excites, pro expergefacio. Damaſus ad Hiero. Dormientem te & longo iam tpe legentẽ potius quã ſcribentẽ queſtiunculis ad te miſſis excitare diſpoſui, Pro prouoco ſollicito ve. Colu. lib. i. Nam cum certamine opus excitetur, tum inceſſantis animaduerſio iuſta eſt, & ſine querela videtur adhiberi.

¶ Exclamare voce magna damare. Plau. in Amp. Ibi neſcio quis maxĩa voce exclamat. Itẽ exclamare alte vocare. Idem in eadẽ. Dũ hæc agũtur voce clara exclamat vxorem tuam Exclamationes fieri ſolent ſine aliquo adminiculo, modo per noĩatiuum, mõ ꝓ accuſatiuum modo per vocatiuum

¶ Excludo is, pe, pro, extra claudo, ejcio. Plau. in aſina. Homo herde hinc excluſus eſt foras Hierony. Philippum regẽ Macedonum introeuntẽ ex more cubiculum vxor irata excluſit Per tranſlationem excludere ponitur pro liberare. Actius Qua virtute hic ſe ſeruitute excluſit. Item pro incubãdo pullum emittere. Columel. libro nono. Veteranas aues ad rem eligi oportebit, q̃ iam ſæpius id fecerint, moreſq; earũ maxĩe prænoſci, quoniam aliæ melius excludant, aliæ editos pullos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

commodius educent. Idem. Columbę excludunt vigesimo die. Sic excludere eminere & apparere, qđ idem fere est quod emittere, vt in Psal. Excludant eos qui probati sunt argento. Vñ dñr & in arte argentaria excussores. i. ex quadam confusione massæ ad suam formam expressores.

¶ Excolo is, pe. cor. Liui. Excultum perfecte adoro. Lactan. li. vi. Nãsi deorũ cultores simulacra insensibilia excolunt, & qcquid pretiosi habent in ea conferunt. Habet & reliquas significationes, quas colo, sed perfectas ratione p̃positionis ex.

ð Excõmunicatio vt in decre. iij. q. iiij. distinguitur ab anathemate tanq̃ excõmunicatio sit minor. Anathema maior. Vñ anathematizati ab ecclesia omnino separantur. Cũ talib⁹ ne q̃ sermonis congressus neq; cibus cõicatur. Hos. Cyprianus absentos vocat eleganti vocabulo.

¶ Excomposito secundũ ordinem datum. Liui. Tum excõposito orta vis, signoq; dato iuuentus Romana ad rapiẽdas virgines discurrit.

¶ Excorio as. Vide in dictione corium.

¶ Excors extra cor, quasi sine corde, hoc est aĩo quo sapimus in corde eĩn, vt inquit Plu. habitat mens. Vñ ponitur ꝓ insipiente. Lact. li. iij. In quo alios non excordes tantũ fuisse arbitror, sed etiam impios, q̃ in secreta cælestis illius ꝓuidentiæ curiosos oculos voluerunt ĩmittere.

¶ Excreare est quadam vi expuere. Celsus, Et interdũ aliqd purulenti excreat. ð Dictum a scratis. Scratę vero nugatorię ac despiciendę mulieres dicebantur ab hisq; furea idem appellabant id quod quis excreare solet, quatenus id faciendo se purgaret.

¶ Excrescece valde siue extra crescere. Col. li. v. Si satis excreuerint iugo supponantur.

¶ Excretum supinũ ab excerno significat egestũ. Vñ excreta tritici dñr vulgo granacia, hoc est q̃ ex incerniculo ꝓ immundis seponuntur. Col. li. vi. Vbi annona est carior excreta tritici minute commode dantur gallinis. Ibi excreta nomen Participium vero est, vbi paulopost ait. Furfures a farina excreti. Excretum vero supinum ab excresco significat qđ valde creuit. Virg. li. iij. Georgicon Multi iam excretos ꝓhibent a matribus hœdos.

ð Excrementium, q̃d egeritur ex cibo potuq;. Et est duplex siccum. s. & humidum. Cõceptaculum humidi dr̃ vesica conceptaculum sicci Aluus nominatur.

¶ Excubo as, pe. cor. vigilo, custodiã facio, & quasi minime iaceo, vt milites extra castra, vel extra tẽtorium ad Imperatoris custodiam noctu armati consident. Sal. in Iu. Neq; secus q̃ strenue faceret castra munire, excubitum in porta cohortes ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere. Liuius. Ptolemæum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitauerunt.

¶ Excubiæ vigiliæ, licet vigilię tm̃ nocturnæ dicãtur excubię & diurnæ & nocturnę.

¶ Excubitor qui excubat. Vñ gallus dicitur excubitor, qui peruigil horas cantu indicat. Tibul. Excubitorq; diem cantu predixerat ales.

¶ Excudo is, penul. prod. si, vel excudi sum, cudendo, elicio. Virg. Vt primum silicis scintillam excudit Achates. Per trãslationem edo ĩ lucem profero. Lactã. de opifi. Profiteor nulla me necessitate vel rei vel temporis impediri, quo minus aliquid excudam, quo philosophi sectę nostræ quam tuemur instructiores doctioresq; in posterum fiant. Sic Virg. Vt uarias vsus meditando excuderet artes. i. studiose reperiret, excudere etiam dicuntur gallinæ oua, quando ex illis pulli nascũtur quod & excludere dicimus. Columella libro nono. Negatur anser aliena excudere oua, nisi subiecta sua quæq; habuerit.

¶ Excusso as, penul. pro. obiectũ crimen purgo & a me repello. Cice. Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Et excusare est afferre in excusationem id quod peccãdi causam præbuit, quod potius per accuso dici debere videtur, velut si latrones aut flumina impedimento fuerunt ne ad diem adesse possem. Eo modo quo. Quin. Tu tamẽ si interpellatus tẽpestatibus serius venisses, excusares mare & ambiguos flatus. i. mare in excusationẽ adduceres. Liui. de Torquato. Oculorum valitudinem excusauit.

¶ Excusabile quod excusatione dignum est.

¶ Excusatorius a, um, quod ad excusationem pertinet, vt excusatoria epistola.

⁂ Excurio verbum a curia quasi extra curiam ejicio. Varro. Apollonium ideo excuriauit quia nihil habebat. Cc.

¶ Excutio is, penultima concepta, ssi, ssum, ab ex & quatio, significat quod vernacula lingua dicimus scorlare. Virgilius libro. xij. Summaq; excussit vertice cristas Plaut. excute dũ palium. Per translationem significat ejicio emitto. Plautus in Aulu. Mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta soror lapides loqueris, id est frangunt. Virgilius, excussus aconteus fulminis in morem. Item dejicio. Hinc excussores equi dicuntur qui sessorem dejiciunt. Plini. Excusso circensib⁹ auriga cucurrisse excussores constat & primatum obtinuisse. Item eligo. Cice. libro. i. Phil. Iuuentutem omnem ex tota Italia excussimus.

ð Excussorius, a, um, quod ad excutiendum pertinet, vt excussorium cribrum quod excutit & transmittit farinã ignobiliorem ad panem secundarium qui apud nostrates sub vẽtrem apud alios tritellum. Polinarium tenuimus, flori farinę accommodatum. Nam farina in polinem & secundariũ & furfures partitur.

¶ Exdecimo, eligo, & exdecimatum, electũ dicim⁹, a verbo decimo quod est decimam partem detraho. Cc.

⁂ Exdiſposito dicimus hoc est de industria & quemadmodũ a nobis constitutum est. Cc.

¶ Exdiscutio, ab ex, & dis, & quatio. significat perfecte discutio. Hier. ad Cthesi. Cũ, hęc scripta habeãt prouoco aduersarios vt oẽs retro chartulas exdiscutiant, & si quid in meo ingenio vitij reperiant ꝓferant in medium.

¶ Exdorsuo as dorsum cõfringo vel dorso nudo Plau. in aul. Tu machęrio congrũ murenã exdorsua quãtum potes. Hęc duo preter regulam componuntur cum ex. Nõ eĩ ex, sed e, componitur cum d, vt educo

ð Exdotes, pen. pro. quasi sine dote. Apud Ambro. lib. de re sur. Immunes videntur, & exdotes reatus, quum grauiores pœnas intra luant.

¶ Execo as, pe. cor. ab ex & seco, sed. s. abjicit, & significat excido extra seco. Col. li. iij. Arborem quam inserere voles diligenter excecato ea parte q̃ maxime nitida & sine cicatrice est, dabisq; operam ne librum lædas

¶ Execro as, pe. cor. ab ex & sacro, abiecta a. s. & a in e, mutata, Dicitur & execror, deponens, ꝓ horrori & abominationi habeo, quod est magis in vsu. Virg. Et terram altricẽ sæui execramur Vlyssis. ð Hinc execratio quæ aliq̃n sumitur pro iuratione quæ maledictis obstringit q̃ accidant ei qui peierauerit vt inquit Augu. quale est illud Gene. xxvi. c. Fiat execratio inter nos, & inter te

¶ Exedo is, pe. cor. vel exes, corrodo consumo. Pli. lib. xxvi. Nascuntur quoq; in sanguine ipso hois aĩalia exesura corpus Ci. li. iij. tusc. Ægritudo lacerat, exest, animam planeq; conficit Aliqn̄ exedere est extra seu de aliquo vase edere. Terenti⁹ in Phor. Tu tibi hoc nutristi, tibi omne est exedẽdum

¶ Exedra, locus spatiosus quasi triclinium, quæ quasi ad occidẽtem versa esse solebat. Cic. lib. iij. de ora. Tunc dedita opera quiescentibus alijs in eam iam exedrã venisse in qua Crassus posito lectulo requieuisset. Hieron. ad eustoc. Si quis ęger ꝑit ægrotare, transfertur ad exedram latiorem, & tanto sedium ministerio confouetur, vt nec delicias vrbium, nec matris querat affectum. Michalus autem etymologicus, ἑξέδρα τόποσ τίσι ἀπὸ τῶ ἐξ καὶ ἕδρα καὶ σύν κατὰ καθέδρα παρὰ τὸ ἐξομαὶ ὠρέξω. ⁂. id est Exedra locus est ab ex hædra sedes, & cum κατὰ fit cathedra ab ἐξομαι τοποσ q̃d est sedeo.

¶ Exemplũ inquit Festus, quod sequamur aut vitemus Exemplar ex quo simile faciamus. Plini⁹ libro. xxxv. Sunt qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

venerem dioneam illam pictam exemplari putant. Sed sæpe confunduntur, vt exemplum sit ex quo simile faciamus. Sal. Iust. Literas quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat, exemplum earum infra scriptum est, id est earum forma infra scripta est. Quintil. lib. x. Sic literarum ductus vt scribēdi fiat vsus pueri sequuntur. Sic musici vocem dicentium. Pictores opera priorum. Rustici probatam experimento culturam in exemplum inquentur. Cice. Apio. ex literis quarū ad me exemplum misisti. Ouidi. de trist. Pluribus exemplis scripta fuit sereor. Ponuntur noununq̄ pro eodem. Cicero pro Muræna Domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum Et iterum. Ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est q̄ tibi. Dicitur & exemplarium pro exemplari. Plinius. Iuba hæc omisit, in hoc tractatu exemplarium vitio sum est. Sciendum tamen ꝙ exemplū dicitur quandoq; grauis pœna quę potest cęteris documento esse. Terentius in eu. Quę future esse debent exempla in eum indigna. Rursus exemplum dicitur illud quod adhibetur rei aut probande, aut ornandæ causa. Vnde pars probationis vocatur ab exemplis. Et in elocutione exemplum inter ornamenta numerat, pro quo exemplar dici non potest. Similiter exemplum vocatur quod vulgo dicitur monstra. Cicero. Si quis purpurā aut aliud quippiam vændens dicat, sume a me, sed huius exemplum aliunde rogabo tibi quod ostendā se. Aut si aceruos dicant se tritici habere & eorum exemplum pugno nō habēt quod ostendant.

¶ Exemptus. Vide in dictione eximo.

¶ Exequor, pe. cor. significat pficio, executioni mādo. Apul. Neq; in tenebris sed in ꝑpatulo iussa dñi exeq̄bar Q ñq; declaro exprimo. Ci. Var. Habeo multa occultiora q̄ vix verbis exequi possim.

¶ Exequiæ, funebre officiū, qđ. s. in funere exequimur, ab eo dicte quod homines pompam post sequuntur. Hinc Exequior, quod est exequias facio, vel exequijs cōtuor. Var. Ipm propertius liberti semitracti exequiantur. Hæc etiam parētalia & iusta dicebantur.

¶ Exerceo, es, cui, exercitū, ab ex & arceo, quasi extra arceo, premo, fatigo. Nam exercere propriæ fatigare est. Terent. in Andr. Sane ego te exercebo hodie vt dignus es filicemium. Quandoq; Exercere est in operam ponere. Vergilius libro tertio Georg. Exercete viri tauros. Quandoq; tractare. Columel. libro quarto. Qui vrbanas ac delicatas artes exercuerit. Quandoq; habere. Sallust. Iurgia discordias simultates cū hostibus exercebant, quandoq; lucrari. Terenti. in Heauton. Ancillos seruos nisi eos qui opere rustico faciūdo facile sumptum exercent suum omnes produxi ac vendidi. Quandoq; probe tractare. Vergilius libro primo. Georg. Exercete q; frequens atq; imperat aruis. Hierony. a simili in prefa. psalmorum. Cogitis ergo vt veluti quoddam nouale ꝑ psalmum iam aruum exerceam, & obliquis sulcis renascentes eradicem q̄q; insequi. Verg. Tum vos o tyrij stirpē & genus omne futurum. Exercete odijs.

¶ Exercito as, frequentatiuum. Cic. ꝑ Cluē. Homo in primis ingeniosus & in dicendo exercitat⁹, Hinc exercitatio de qua idem lib. i. ad Heren. Exercitatio est assiduus vsus cōsuetudoq; dicendi.

¶ Exercitiū est ipse actus & vsus exercendi operandiq;.

¶ Exercitus a, um, participium vt homo exercitus qui multis negotijs assuetus sit & experientia doctus & detritus. Gel. Aderat forte ibi amicus noster homo lectione multa exercitus cui plęraq; omnia veterū literarum quesita meditata eui gilataq; erant. Cic. li. v. tus. vsus est in exercitus pro non exercitato cū ait Asclepiadē ferunt non ignobilē nec inexercitum philosophū. Aliq̄n Exercitus sumitur ꝑ fatigato & in laboribus assueto. Vir. li. iij. Nate illiacis exercite fatis. Aliq̄n ꝑ durato vt cū quis diu se exercendo durus hoc est robustus factus est corpore in laboribus pferendis. Sal. in Iug. Nabdalsa exercitus corpore, i. solidato vt exponit Nonius. ♁ Interdum ꝑ contempto neglecto, vt docet Fulgen. allegans illud Plau. Nos nostramq; familiam habes exercitam.

¶ Exercitus us, nomen significat militum copiam, ab exercēdo, quia vt inquit. Var. exercendo fit melior. Vege. li. ij. Numerus militū exercitatur, vnde ex re ipsa atq; opere exercitus nomen accepit, vt ei nūq̄ liceret obliuisci q̄d vocabatur. Docet etiam Vegetius Romanos milites tam veteranos q̄ tyrones exerceri solitos ad omne genus armorum. Oēs cū artes iugibus exercitijs proficiunt, cuncta exercitatione conualescunt, vt merito dictum sit quotidiana exercitia adsanitatem plus prodesse q̄ medicos. Et nō vnā cohortē neq; vnā alam, sed numeros multos militū exercitū esse. Vlp. scribit.

¶ Exercitorius, qui se exercet.

¶ Exercio is, iui, itum, ab ex & sacio componitur, & significat sarcio.

¶ Exentero as, pe. cor. perforo. Plau. in epi. Acutū cultrū habeo qui exenterem marsupium senis.

♁ Exegeticon. i. expositiuum, vel enarratiuum.

♁ Exegematicus character dicitur in quo nus q̄ nemo nisi poeta loquitur, vt Verg. in tribus li. Geor. Dramaticus in q̄ nus q̄ poeta loquitur, vt in comœdijs, & Tragœdijs. Tertius character missus in quo, & introductæ personæ loquuntur vt in Ænaide.

¶ Exeo is, ~~extra eo, egredior~~, & ~~construitur tam~~ cū accusatio q̄ cum ablatiuo, vt exeo domum, & ~~exeo domo~~. Per transla tionem exire est liberari. Luci. lib. xxviij. Ne hoc faciat atq; ærumna exeatis. Item vitare. Verg. lib. v. Corpore tela nodo atq; oculis vigilantibus exit. Item erumpere, vt apud eūdem libro secundo. Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis exit.

♁ Dicitur etiā exit in laudē, exit in vituperationē, exit in acta exit in fabellas, & similia. i. fit vel efficitur Lact. potuerunt n. & libri aboleri, & tā res in memoriam exire. i. fieri memorabiles & de quibus fiat mentio. Pli. lib. vij. Exit hic animi tenor, aliq̄n in rigorem quendā toruitatēq; naturę duram, & inflexibilem. Quint. Si historicus naret fabellam eleganter exit in fabellam.

¶ Exire de potestate significat mentis impotem fieri. Cicer. lib. iij. Tusc. Iracpiratos ꝑ prie dicimus exisse de potestate. i. de consilio, de ratione, de mente.

¶ Exero is, pe. cor. exerui exertū, ab ex & sero significat extraho, emitto, eleuo, nudo. Sta. Fulgentemq; exerit ensem. Ouid. li. i. Fast. Credibile est illos pariter vitijsq; iocisq; Altius humanis exeruisse caput. Idem. Exerit hæc humerum vestes trahit ille per altas. Lucanus Hoc tā segne solū raras tū exerit herbas. Col. li. ix. posuit pro exeo cū ait. Nā dum vincula exerere conantur non quiescunt.

⁎ Exerti dentes dicuntur extra os ꝑducti, vt equorū. Cc.

¶ Exerto as, ab exero. Ver. li. iij. At scyllā cæcis cohibet spelunca latebris Ora exertantem & naues in saxa trahentē.

♁ Exeraticon, latine inquisitiuum dicitur.

¶ Exfio significat purgo, a quo exfitus us, pro purgatione.

⁎ Exfir veteres ꝑ pugnamento posuere. Cc.

♁ Exgrumare dīr chocleæ grumos eruētes, & ex grumis exilientes, grumus. n. est terræ collectio a congerie dictus. Veteres etiam exgregie dixerunt pro egregie. Cc.

¶ Exhæredare, Vide in dictione Abdico.

¶ Exhalo as, pe. ꝑ. extra halo, spiro. Lact. li. vij. Quos autem morbus interimit spiritū diutius exhalant. Verg. li. vij. sæuāq; exhalat opaca mephitim.

¶ Exhaurio is, prorsus euacuo finio Verg. lib. iiij. Heu quib⁹ ille Iactatus fatis quæ bella exhausta, canebat. Inde inexhaustus, pro infinito. Sic d. cimus Gracias Deo inexhaustas refero.

¶ Exherbare est herbas extripare. Colu. li. v. Perticalis fere salix eundē agrū quē vimīalis desiderat, melior ei rigno ꝑ cunit, atq; ea taleis conseritur, & cū germinauit ad vnā pricam summittitur, crebroq; foditur atq; exherbatur, nec minus q̄ vinea pāpinatur, & alibi exherbandus est locus.

⁎ Exhebeū gemma qua aurifices aurum poliunt. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Exhibeo es.pe.cor.profero & in publicum deduco, vt videndi tangendique facultas sit, vel reoñdo, quasi extra secretum habeo. Paulus iurisconsultus exhibere est facere in publico potestatem, vt ei qui agit experiūdi sit copia, exhibere negocium est labore vel molestia afficere. Cic. iij. offi. Quod cū audisset adolescens negocium exhiberi patri.

¶ Exhorreo, a quo ex horresco, pro expauesco. Plaut. Ciceroni. Sed non possum non exhorrescere siquid intra cutē subest vulneris quod prius nosci potest q̄ sciri curarique possit. Ibi passiue. Verg. actiue, dixit li. vij. Adueniat, vultus neue exhorrescat amicos.

ȣ Exhomologesis latine dicitur confessio. Au. Qui criminū suorum sorde polluitur est. exhomologesis satisfactione mundetur Cypri. Ne in ecclesia exhomologesin criminū facerent

¶ Exibilo as, pe.cor. significat cum sono vocis & populari tumultuariaq; sibilatione expello derideo. Cic. Histrio si paulum se moueat extra numerum, aut si versus pronunciatus vna syllaba breuior aut longior, exibilatur atq; explodit̄r.

⁎ Exibilare aliquem dicebāt veteres dum populari & tumultuaria sibilatione cum expellebant. Cc.

¶ Exigo is, penul. cor. exegi, exactum, excludo. ejicio, expello, quasi extra ago. Plautus. Itaq; omnes exegit foras, & exigere est debitum repetere. Ci. Cassio. Longiores expectabo vel potius exigam. Hinc exigere pecuniam dicimur, quę nobis debetur, & exactores vocantur qui pecunias exigunt. Interdum est conuenienter postulare. Lactantius libro quarto. Sapientia spectat ad filios quę exigit amorem. Interdum vehementer & cum instantia postulare. Hiero. in pro. Thebiæ. Mirari non desino exactionis vestrę instantiam, exegisti ēm librum Chaldęo sermone scriptum ad latinum stilum trahā, Interdum agere seu traducere. Terent. in Hecy. Illiq; exopto vt reliquam vitam exigat. Interdum perdiscere inquirere. Verg. Quęrere constituit sociosq; exacta referre. Sueto. in Cęsare. Britanniam petisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem interdum sua manu exegisse pondus. Interdum facere. Verg. Quos improba ventris exegit cęcos rabies. Interdum definire constituere. Idem lib. iij. Decreuitq; morī secum ipsa modumq; exegit. Interdum cōplere, Plau. in Am. Menses iam tibi exactos esse vides. Interdum vi extorquere Cic. libro. de di. & cum esset tritici modius sestertijs duobus, p frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse.

¶ Exitium ab exeo is. Festus. Exitium antiqui ponebant pro exitu, nunc exitium pessimum exitū dicim⁹. Vnde & mors dicitur, aliquando calamitas. Ter. in Phor. Quod ego nūc subito huic exitio remedīū inueniam miser? Colu. lib. i. Sic emunita sela & latera horreorum prohibent curculionē, quod genus exitij cum incidit multi opinātur arceri posse si exesæ fruges in horreo ventilentur & quasi refrigerentur.

¶ Exitiale mortiferum, calamitosum, damnosumq;. Pli. lib. vij. Ille contra vrinam spargit prudens hāc quoq; leoni exitialem. Ver. li. vi. Sed me facta mea & scelus exitiale lacanę.

¶ Exitiabile, idem quod exitiale. Ouid. libro. vi. met. Dūq; manu tentat trahere exitiabile ferrum.

¶ Exilio is, pe.cor. ab ex & salio significat exeo: & quasi saltādo prorumpo. Cice. Tyroni. Mihi crede tuis & illius literis pulsis exilui gaudio. Huius frequentatiuum est exulto.

¶ Exilium priuatio patriæ, quasi extra solum. Seneca in lib. de consolatione ad Albinam matrem exilium diffiniens ait. exilium nempe loci commutatio est. Hanc commutationem loci aliquando sequuntur incommoda paupertas, ignominia, contemptus, quibus detractis nihil est quod magnopere exilium sit pertimescendum, nec commutatio loci onerosa. Assiduus enim est humani generis discursus & naturalis quędam irritatio animis mortalium inesse creditur commutandi sedes & transferendi domicilia.

¶ Exilior aris, exulsio. Vnde scribitur de Ioanne apostolo q̄ Domitianus iussit eum exiliari.

¶ Exilicus a, um, quod ad exilium pertinet, vt exilica causa quę aduersus exules agitur.

¶ Eximo is, pe.cor. ab ex & emo significat excipio, seu aufero Terentius. Vbiubi inueniam Pamphilum vt ægritudinem in qua nunc est eximam, atq; expleam gaudio. Aug. li. viij. con. De vinculo desiderij cōcubitus quo arctissimo tenebar, & secularium negociorum seruitute quēadmodum me exemeris narrabo. Vnde exempti dicuntur excepti, exempt⁹ apud iurisconsultos dicitur qui a suo iudice, siue iurisdictione ordinarij subductus est.

¶ Exemptus est rebus humanis id est mortuus est.

¶ Exemptibile pe.cor. quod auferri & eximi potest. Col. lib. ix. Quadratæ perticæ paxillis superponuntur, vt auem recipiant assilientem. Sed idcirco sunt exemptibiles vt cum res exigit a paxillis deductæ liberum aditum cōuertentibus stabulum præbeant.

¶ Eximium, excellens, egregium, ab eo q̄ in sacrificijs optimum pecus de grege eximebatur, vel q̄ eximia specie anial numini offerendum, & eximij porci dicebantur maiores qui ad sacrificandum electi erant signati macula, aut nota, sicut egregiæ oues e grege electæ. Nam quod a vulgo exemptū est, singulare dicitur q̄ in aliorum ordinem non sit redigendum. Vnde Verg. eximias hostias dixit quæ ad sacrificium destinatæ eximuntur a grege, vt Quatuor eximios præstanti corpore tauros. Dicitur & in malum. Cice. in ver. Sin hanc vos in rege tam eximiam iniuriam, tam acerbam neglexisse.

¶ Exin, pro exinde, signi. propter hoc, quapropter, ideo. Liui. li. i. Vtigitur paulo ante animum inter fidenatem Romanā que rem anopitem gessisti, ita iam corpus, passim distrahēdū dabis, exin duabus admotis quadrigis in curru earum distē tum illigat Metium.

¶ Exinanio, is, ab ex & inanio, euacuo attenuo & ad nihilum redigo.

¶ Exinsperato, aduerbium, quod non sperabatur. Liui. lib. i. Tum clamore qualis ex insperato fauentium solet, Romani adiuuent militem suum.

¶ Exis dictio græca ἕξις qua significatur habitus. Plin. in epistolis. Ad tantam ἕξιν studio & exercitatione peruenit sed cū his hexis ἀποδ τοῦ ἔξχω.

¶ Existimo as, pe.cor. puto iudico, & quasi ex æstimatiōe statuo atq; decerno. Hinc Existimatio quæ fere semper passiue significatiōis est, & pro reputatione ac bona fama capitur, vt homo magnæ existimationis id est de quo omnes bene opinantur. Pau. iurecon. Existimatio est dignitas illæsi status legibus ac moribus comprobatus, quæ ex delicto nostro authoritate legum aut minuitur aut cōsumitur. Minuitur quoties manente libertate, citra statum dignitatis pœna plectimur, sicut cum relegatur quis, vel cum ordine mouetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeius fustibus cæditur vel in opus publicum datur, vel cum in eā causam quis incidit quæ edicto perpetuo infamiæ causa memoratur. Consumitur vero quoties magna capitis diminutio interuenit. i. cum libertas amittitur, veluti cum aqua & igni interdicitur.

¶ Existo appareo emineo prodo exurgo exalto. Cic. de diui. Summersus equus voraginib⁹ non existit. Et iterum Existit hoc loco quæstio subdifficilis. Et lib. ij. offi. At qui eo tempore tantæ discordiæ secutę sunt vt & tyranni existerent & optimates exterminarentur. i. exurgerēt vel exaltarentur.

⁎ Exiure manum conserere dicitur quasi simul cōiungere & commiscere manus in rē de qua erat controuersia. Cc.

¶ Extare, eminere, supersse. Vergi. Torpent mole noua & summis vix cornibus extant. Vnde extare dicitur libri qui de mortui non sunt. Cice. Quæ. vt scis, extat oratio. Nam vt de homine qui adhuc viuit dicimus supersse, quasi non sit sub terra humatus, ita de rebus extant, quasi extra sint & nō intra atq; in tenebris latent. Et est translatio sumpta a statua quę stat & apparet. Huius contrarium est, Intercido, quod est perco. Plinius. lib. xxxv. vtrumq; complexus est. Iam vero & onerarijs nauibus, quoniam & pericula expīgimus, ne qs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

miretur & rogos pingi exceptis operum claritatibus quę & ipsa conueniet attingi siue extant siue intercidere. Interdum extare est manifeste esse. Lactan. lib. iiij. Si celestibus beneficijs extiterit ingratus.

¶ Exlex, qui sine lege vel extra legem viuit.

¶ Exoculaiso is, vide in dictione Oculo as.

δ Exoculatus oculis priuatus Apul. Cęcã, & prorsus exoculatam esse fortunam. Defioculus vero cui deest oculus quem luscum dicunt.

¶ Exoche, eminentia vel excellentia latine dicitur. Vnde Caexochen dicitur per excellentiam ἐξοχος ἐλλνικῶς.

¶ Exodium genus cantus, vt inquit Iul. Pol. quem cedentes de teathro cantare consueuerant, ἀπὸ τῶν ἔξω. Sunt qui exponant exodium esse cantum, ab ἔξω extra, ὠδὴν cantum, erãt enim secundum eos exodia ridicula versibus in textu fabellis atellanis potissimum incerta, quę sine cantu solebant iuuenes iactitare. Iuue. Tandemq; redit ad pulpita notum exodium. Et iterum. Vrbicꝰ exodio risum mouet atellanæ. Sue. in Tyberio. Vnde vox atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebruit, hircum capreis naturam ligurite, exodium etiam significat exitum quasi ἔξωτης ὁδοῦ id est extra viam. Vnde Varro finem viæ appellat exoditũ. Idem. Quod cœperas modo in via narra, vt ad exodium deducas. Vnde etiam Exodus liber quo iudæorum exitus ab ægypto describitur. Sed secunda syllaba corripitur in exodo tam in prima quam in secunda significatione, quamuis alterum ab ὁδοῦ quod viam significat, alterum ab ὠδὴ σ. i. a cantu cuius syllaba penultima est producta.

¶ Exolesco is, ui, ab exoleo fit & significat crescere desino. Vnde exoletus masculum scortum, seu pathicum concubinum iam adultum & fere dimissum cp crescere desinit significat. Olim Alexander Romanorum imperator exoletos helioga bali iussit deportari, aliquos etiam naufragio mergi. Scribit Pli. Hominem crescere ad annos vsq; tersenos in longitudinem, tum deinde in plenitudinem. Aliquando Exolescere est vehementer crescere. Vnde Exoletus a, um, pro vehemẽter adulto. Plau. Reliqui domi exoletam virginem. Aliquando significat veterẽ fieri, deficere. Agrętius. Adolescere augmenti est, inolescere congmenti, exolescere vanescentis est. Pli. lib. xxxvij. Carchedonij nescio an in totũ exoluerint post quam metalla ærisibi defecerunt. Col. li. ij. Nam multa sunt vt dixi quæ negligentia exolescant & fiant sterilia. Vñ Exoletus, vetustus, & ab vsu remotus. Quin. lib. viij. Obscuritas fit in verbis etiam ab vsu remotis, vt si commentarios quis pontificum, & vetustissima fœdera, & exoletos scrutatus authores idipsum petat. Liuius. Arte agẽdum exoleto iam vetustate odio.

¶ Exoluo is, quod ligatum erat perfecte soluo. Plaut. in epi. Tu vt exoluam manus. Lactan. li. i. Religionum animos nodis exoluere pergo. Item Exoluere est perfecte soluere. Hier. in proœ. epi. psal. Sunt nonnulli qui votum quo deo vouerunt se in singulos dies psalterium totum in eius laudem esse dicturos, vel diabolo exagitati, vel ecõtrario iciuniorum austeritate, vel debilitate corporis id exoluere nequeant. Item præmio afficere. Lactan. lib. v. Imperatori omnium deo fides seruanda est, qui non tantum viuentibus sed etiam mortuis potest virtutes exoluere. Item Expedire liberare. Terẽtius. in Hecy. Illas errore & te simul suspitione exoluas. Exonus, i. expeditus & exertis humeris.

¶ Exomides, genus vestis quæ alijs superponitur.

δ Exomidas etiam pe. cor. appellant vestes sine manicis quasi humero tenus exertas, & citra humerum desinentes talibꝰ vsitati sunt monachi, & Eremitæ, qui hodie æque ita figurãtur exertis extra vestem brachijs. Quod genus vestium. Colobia nuncupant quasi truncata, & mutilata sine manicis.

δ Sunt qui comicorum vestimentum esse intelligant exertis humeris.

δ Exopolis pe. cor. dicitur qui extra muros vrbis habitat quasi extramuranus.

¶ Exorbito as, pe. cor. quasi ex orbita recedo. Orbita vero vestigium est rotæ decurrentis siue circuitus. Aug. lib. ix. ciui. dei. Non eis cedentes ad aliquid approbandum vel perpetrandum quod exorbitet ab intiere sapiẽtiæ & lege iustitię.

* Exorbito ex recto decedo & quasi extra orbitam eo. Cc.

¶ Exorcizare inquit Aug. lib. i. de beata vita, est per diuina immundum spiritum adiurando expellere. Exorcismus adiuratio. Exorcista adiurator. Sed spiritus nident barbarismos, ideo dicendum est exorgizare, nam componitur e ἐξ καὶ ὀργὴ ἐνθερμεῖμα καὶ σοφίλαξ ἐξ ὀργὴ εἰρεις ὀργήμ ἐμβαγεῖρ κ. i. ira, hic verbum, & Suidas ex concitando iram injicere.

¶ Exordium, initium. Verg. lib. iij. æne. Quoniã reginã ambire furentem Audeat affatu, quæ prima exordia sumat. Ci. lib. i. ad Heren. Exordium est principium orationis per quod animus auditoris vel iudicis constituitur vel apparatur ad audiendum.

¶ Exordior iris, exorsus, incipio. Plaut. in Asi. Pergam quo occœpi & ibi consilia exordiar. Verg. lib. ij. ge. Non hic te carmine ficto. Atq; per ambages & longa exorsa tendo.

¶ Exordine sine intermissione. Verg. lib. iij. ge. Septem illum totos perhibent ex ordine menses fleuisse.

¶ Exorior, nascor emergo exurgo. Teren. Tu sola exorire q̃ perturbas hæc tua imprudentia. Et exorti inuadere est. Nam vt Dona, inquit. Qui expectans aliquẽ inuadit exoriri dicit.

¶ Exorno as, valde orno, seu magnifice apparo, ĩstruo. Plautus in Aul. Repudium rebus paratis, exornatis nuptijs. Terẽ. in Eu. Ira visus est dudum, quia varia vestis exornatus fuit, nunc eo videtur tibi fœdus quia illam non habet. Interdum exornare fœdare dicitur. Idem in Heau. Ego nisi viuo adeo exornatum adeo depexum dabo, vt dum viuat meminerit semper mei.

¶ Exors tis, extra sortem. Cui contrarium est Consors.

¶ Exoro pe. pro. orando induco, seu orando impetro. Teren. in Phor. Nequeo te exorare vt maneas triduum hoc. Idem. Orator ad vos venio ornatu prologi, finite exorator fm. Interdum exorare significat pro magna gratia orare, præsertĩ quando cum duobus accusatiuis cõstruitur. Plau. in ca. Vnũ exorare vos finite nos. Sic dicimꝰ. Hoc vnum te exoro. Hoc est vnum pro magna gratia, siue vnum magnopere te oro. Quod præpositio ex & oro cõmode & naturaliter expetĩt.

¶ Exorabula ab Apuleio vocantur omnia artificialia argumenta, quibus orator per vim eloquentiæ iudices exorat.

¶ Exos, sine esse. Lucil. Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus.

¶ Exosso as, ossa detraho. Teren. in Adel. Congrum ipsum maximum in aqua finito ludere paulisper. Vbi ego venero exossabitur. Apul. Exquam matꝰ atque exossatus pisces vix palpitat amplius. Et apud persium exossatus ager.

¶ Exoticus a, um, pe. cor. peregrinus aduenticius. Plautus in muf. Non pollum olere vnguenta exotica, hoc est alunde appertata.

δ Dictum exoticum ab ex extra & otiõ auris quasi a nostris auribus alienum.

δ Expalmo mas, significat palmis cędo. Aug. in quodã sermone. Expalmatur qui est vera palma victorię.

¶ Expando is, Vide in dictione Pando.

¶ Expalpo as, dicio, Plau. in Aul. Nunc seruus argentum a patre expalpabit.

¶ Expapillo as, vsque ad papillam denudo. Vnde brachium expapillatum dicitur. Plaut. in mili. Idem connexum in humero læuo expapillato brachio.

¶ Expato as, pe. pro. Expatare est in locum patentem, se dare. Pacu. Expatant se omnes, publiceque ostendunt. Et sic a pateo fit. Quidam a spacium deriuant, vt sit Expatare in spatiũ se conferre. Sed & spacium a patendo deducitur. Nihil enim aliud est spatium quam locus siue tempus patens. Hoc est interuallum vel loci vel temporis.

¶ Expectoro as, pe. cor. extra pectus ejicio. Cic. lib. iij. de Ora. Tum pauor mihi sapientiam omnẽ examinato expectorat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Expello is,ẽpũlo.Plau,Ancillam domo expulit.
¶Expulso,as,frequentatiuum,quod significat frequẽti pulsu agito.Mar.Si me nobilibus scis expulsare siniſtris Sum tua sineſcis ruſtice redde pilam.Hic expulsor & expultrix verbalia.Cice.Epultrixq; vitiorum
¶Expulsim aduerbium,significat frequenter pulsando.
⁎Expeculiati dicuntur seruiſine peculio,quo vocabulo vtitur Plautus.
⁎Expecto as,ab ex & specto significat obseruo.Terẽ.in An. Expecto quid velis.Quoniam vero aspicientes aliquid diligentes manere diutius eodem loco solemus,expectare quandoque pro manere capitur & operiri.Teren.in Phor.Scnem quo ad expectatis veſtrum?Item pro desyderare, quoniam quæ desyderamus cum voluptate aspicimus. Vergil.in,ij. Expectate venis.Teren.in An.Expecto quid velis id est desydero scire quid velis.Vnde expectatus pro odioso & molestę vitæ.Namfiliis parentes aut amabiles sunt,aut expectati,amabiles boni,expectati mali,quorum mors in dies singulos expectanda & exoptanda est.Item prosperare,Vergilius libro primo Georg.Sed illos expectata seges vacuis eluſit aristis,
⁎Expedio is,penultima correpta libero & quasi pedum ligãmenta dissoluo.Siſen.libro tertio hiſto.Inermes armat, impeditos expedit.Aliquando ponitur pro explico.Seneca. Iamdiu vtile sit expedi.Aliquando pro extra fero profero.Ver. Cereremq; caniſtris expediunt.Aliquando pro extollo.Idẽ, Tum vero augurum rutuli clamore salutant, Expediuntq; manus.Et expedire est vtile seu bonum ac neceſſarium esse, Sed hoc tantum in tertia persona singularis vel pluralis numeri.Terentius in Heau.Expedit bonas esse vobis.Idem in Phor.Noſtrapte culpa facimus,vt malos expediat esse dum nimium dici nos bonos ſtudemus & benignos,hoc est congruat & quasi neceſſe sit.
ŏExpedire etiam est euentum habere.Plau.in Am. Nequiter pene expediuit
⁎Expediti milites dicuntur leuioris armaturæ & sine impedimentis.
¶Expeditio vocatur cum exeunt milites ad bellum,q; expediant rempu.aut se a ceteris negocijs. Curtius. Omnem expeditionem ac militarem apparatum adduxit
⁎Expendo is,di,sum,pondero,Plaut.in Aſſ. Quot pondo teſenſes esse nudum? At polego qui te expendi scio nudus vinctus centum pondo es per pedes quando pendes.Quandoque significat exacte examino,consydero.Ci.libro primo offi Quę contemplantes expendere oportebit quid quisque habeat suaeademq; moderari.Ambro.libro primo offi. Expendat atq; examinet verba sua.Quandoque est perfecte soluere.Vergilius libro secundo æne.Et scelus expendiſſe merẽtem Laocoonta ferunt id eſi perſoluiſſe.Quandoque exponere erogare.Vnde Expensæ dictæ sunt.Hierony. Qualiter fauente deo tota hæc dies expendatur in laudem & cum gaudio celebretur.
¶Expensa æ,sumptus.
¶Expio as,Vide in dictione Pio as.
¶Expergo is,xi,ctum,quasi exporrigo,a somno excito.Ci.
¶Experge te iam,vnde Experrectus excitatus, recentes a somno exporrigi & extendi solemus.
⁎Expersum madefactum dicimus.Ver.Saniesq; expersa natarent Limina.Cc.
¶Expergiſco is,& expergefacio, & experfigico actiuam ſignificationem habent Plinius. Vrtica lethargicos expergiscit tactis cruribus magiſque fronte.Aulius Gel.Ingenio expergificando ratus idoneas.Cic.Expergere facias ſcripſit pro expergefacias.Expergiſcor,& expergefio paſſiuam. Cic.Expergiſcimini aliquando atq; exurgite.Ab expergiſcor fit experrectus ſecundum Diomedem.Expergitus ab expergor. Et expergefactus,ab expergefio.Expergitus dicitur qui ſatiatus somno ſponte vigilat.Vnde & Lucil.ait. Ego e somno pueros cum mane expergitus clamo,Experrectus a quiete impeditus.Sal.Experrecti ſomno arreptis armis tumultũ facere.Expergefactus qui per alium ſomno excitatus eſt.Feſtus aliter.Experrectus qui per ſe vigilare cœpit. Expergitus ab alio excitatus,quem ſolemus dicere expergefactum.
¶Experior iris,expertus significat tentare. Terent.in Eunu. Omnia prius experiri conſilio quam armis ſapientem decet. Vnde inexpertus intentatus.Verg.Nequid inexpertũ fruſtra moritura relinquat.Et experiri doceri.Idem. Vos & cyclopea ſaxa.Experti reuocate animos.Vnde experti periti dicuntur.Experientia vſus doctrina.
ŏExperientia cognitio nullo docẽte per vſum reperta & proprie ſingularium,ars vero vniuerſalium,vt ait Ariſt.libro.i. me.Manilius lib.i.Per varios vſus artem experientia fecit exẽplo monſtrante viam.
¶Expes,ab ex & ſpes,ſed ſ.abijcitur & ſignificat extra ſpem, vel ſine ſpe.
¶Expers,extra partem,vel ſine parte,& ponitur pro ignaro rudique,& nullam rerum experientiam habenti.Apul.homo rudis,omnium bonarum artium expers.Quandoque etiam pro eo qui non ſentit.Vnde expers doloris,qui non ſentit dolorem.Expers mortis,qui non moritur. Expers lucis q non habet lucem.Quidam hoc nomen componi volunt a pars,quidam ab experior.
ŏExpeto is:pe. cor. quo ad ſignificationem cupiẽdi. Vide in appeto.Interdum expetere ſignificat euenire ſicut appetere aduentare.Plaut.in Am.Ergo in ſeruitute expertũ multa iniqua.Interdum velle.Pacu.Dij me & ſi perdunt, tamẽ ad vitam expetunt id eſt volunt.Interdum accipere tranſcendere euadere.
⁎Expicio cuius frequentatiuum eſt expecto ab ex prępoſitione & ſpecio inuſitato verbo,Cc.
¶Expilo as,pe.pro.Diripio, deprecor, furtiue fraudo, dictũ a pilis Romanorum telis,vel a grẽco πιλῶ.q.ὀπιλῶ id eſt cõplano,q; qui e domo ſupellectilem detrahunt æquare ac cõplanare omnia videntur,Inde apud iuriſconſultos titulꝰ eſt de crimine expilatæ hæreditatis & qui alienam hæreditatem expilauerit extra ordinarie ſolet coherceri. Cice.in parado. Si ſocios ſpolias ærarium expilas.Oui.lib.iij.me.Expilatque genis oculos.
ŏMaternus,Si luna a Mercurio defluens feratur ad Martem. in diurna genitura faciet effractores fures & qui templa ſem per ſacrilego furore expilent.
¶Expiro as,pe.prod,dictum a ſpiritu effuſo,vel a ſpiraminibus quaſi ſpiritum emitto.Lucre lib.iij.Expirãs animam pulmonibus æger agebat.Aliquando per ſe plenum eſt,& ſignificat mori vt expirauit.i.mortuus eſt.
¶Expiſcor aris diligenter quæro vbinam piſces lateant. Sępius tamen expiſcari pro indagare ſumitur.Terẽtius ĩ Phor. Perinde expiſcaris quaſi non noris.Quandoque pro lucrificare.Plaut.Tandemq; neſcio quid ab eo expiſcatur.
¶Explano as,pe.pro.perfecte planum facio,declaro. Sal. De cuius hominis moribus pauca prius explananda ſunt quam initium narrandi faciam.
¶Explanto as,Vide in dictione Planto.
¶Expleo es,perfecte impleo ſeu ſatio. Verg.lib.iiij. Georgi. Improbus ingluuiem raniſque loquacibus explet. Sal. Neq; prius iugulandi finis fuit quam Sylla omnes ſuos diuitijs expleuit.Interdum compleo ſeu perficio. Verg. Diſcedam explebo numerum reddarque tenebris.Plin.lib.xxxvi. Vlcera eorum purgant leniter,explentq; cicatrices & emendant. Interdum conſolor.Teren.in Heau.Hem tot mei ſolius ſollicitiſunt cauſa vt me vnum expleant.Interdum Minuo.Nam ex,quandoque priuatiua eſt.Ennius.Nauibus explebant ſeſe terniſq; replebant.
⁎Explenunt pro explent ſcripſerunt veteres.Cc.
¶Explico as,pe.cor.proprie extendo,emitto.Cice. Quæ virtus prẽter cæteras totam ſe ad alienas vtilitates porrigit atq; explicat.Per trãſlationem ſignificat explano oſtendo. Idẽ libro tertio offi. Vt quædam ſibi concedantur quo facilius q̃

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

volunt explicent. Item extraho. Ouidius. Atque explicat ensem. Item exhibeo. Mar. Explicat & cœnas vnica mēsa duas.

¶ Explodo is, penultima producta, si, sum, ab ex & plodo significat cum sono elido, quod fit cum rem quæ non placuit clamore & gestu ac strepitu damno. Nec ꝓprie idē est quod manibus cum sono pulsantibus ejicio, sicut Laurē. Valla docuit. Nec supplodo est pedem terræ incutio. Nec complodo significat aduersas manus inuicem collido. Quod non significat ex se alioqui Cicero frustra pedem adiecisset libro primo de ora. Pedem nemo in illo iudicio supplosit. Similiter Quintili. libro. xi. Pedis supplosio, vt loco est oportuna vt ait Cicero in contentionibus aut incipiendis aut fouendis, ita crebra est inepti hominis & desinit iudicem in se conuertere. Aliquando per translationem supplosus pro reiectus ponitur. Dama. papa. Hiero. Abscissis opinionibus, ambiguitatibus supplosis. Idemtidem de Complodo dicendum est, quoniam & Hieronymus libro numerorum manibus addidit, Iratusque Balach contra Balaam complosis manibus ait. ad maledicendum inimicis meis vocauit te, quibus ecōtrario tu modo benedixisti. Et in Ezechi. Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam. Apul. scribit. Cōplodere vacuas manus doloris & modestiæ signum esse. Quintilianus libro vndecimo. Nam etiam & complodere manus scænicum est, pedes applodere interim licet. Præterea q̄ ista verba a plodo cōposita nō nisi actibus pedis vel manuum accommodari possint minime crediderim, quamuis plerumq; accommodētur. Lactan. enim libro de opi. dei ad linguæ actum vsus est complodo cum dixit. Bestias etiam potu adiuuat, protenta enim cauataq; hauriunt aquam, eamq; comprehensam linguæ sinu ne tarditate ac mora effluat ad palatum celeri mobilitate complodunt. Hiero. libro Iudi. Cœperunt buccinis clangere & complodere inter se lagenas. Cunq; per gyrum castrorum in tribus personarent locis & hidryas confregissent tenuerūt sinistris manibus lampades & dextris sonantes tubas. Præterea, q̄ explodo significet ejicio manibus, & quidem cum sono pulsantibus, nequaquam verum est, quoniam si ejicio significaret. Cic. libro quarto de fi. bo. non dixisset. Quærim⁹ autem non quæ sint iam, sed vnde sint explosę ejectęq; sentētiæ Pirrhonis Aristonis Herilli. Et ꝓ Cluē. Te vero illud idē quod tum explosum & ejectum erat nūc rei tulisse demiror. Si autem significat per pulsationem ejiciendum quempiam manuum vel pedum siue alio aliquo, liquet explodo non significare ejicio, quoniam, &, copulare debet diuersa, & non temere Ciceronem ejectæ & ejectum subtexuisse credi par est. Quandoque Explodere significat aliquid tanquam indignū seu inutile ejicere. Cic. libro secundo de diuinatione. Sed hoc genus diuinationis vita iam communis explosit. Applodo etiam Hie. pedib⁹ accōmodauit, sicut supplodo contra Vigi. scribens. Recordare quæso illius diei quando me de resurrectione corporis prædicante ex latere subsultabas & plaudebas manu & applodebas pede. Idem Damiano. Nam si applosisset pedem, intendisset oculos, rugasset frontem, iactasset manus, verba tonuisset, tenebras ante oculos offudisset iudicibus. Igitur applodo complodo explodo supplodo, & siqua alia reperiantur secundum rei actum cui applicātur, ita sumi oportet. Et quicquid significat quatio, eiusq; composita idipsum plodo eiusq; composita designant, nisi q̄ in sono pulsationis diuersa esse existimo, & quibusdam actibus rerū ista non accommodari quibus illa.

¶ Exploro as, pe. pro. Exclamo, & cum fletu quodam vocifero. Varro. Gemit explorat turbam omnem concitat. Vnde tractum est vt capiatur pro intentius ac etiam cum voce inquirere. Verg. Exire locosque explorare nouos. Hic exploratores dicti sunt. Interdum explorare dicitur obseruare. Idē libro. ix. Nec non & trepidi Troes formidine portas explorant. Interdum probare. Cice. in Cato. Quis est tam stultus quamuis adolescēs cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? Interdum deliberare. Vergil. Tuus o regina quod optas explorare labor. Interdum siccare. Idem lib. i. Geor. Et suspensa focis explorat robora fumus.

¶ Expono is, pe. pro. explico, declaro, ostendo. Cice. libro primo Phil. Antequam de rep. scribam. P. Con. exponam vobis breuiter consilium profectionis & regressionis meæ. Vn de expositio pro interpretatione. Idem. Vocat ad cœnam deinde ipse prętorem, exponit copias suas omnes id est ostēdit. Ponitur quandoque pro extraho, & qua si extra pono. Ver. lib. xi. Socios de puppibus altis pontibus exponunt. Quandoq; ꝓ abjicio. Vnde infantes abiecti vt pereant exposititi, siue expositi dicuntur. Teren. in Heau. Erat hic corinthia anus haud impura, ei dedi exponendam. Plaut⁹. Reuertar ad illam puellam expositiciā. Quandoq; pro expēdo. Solinus. Cū magnam his pecuniam exposuisset. Quandoq; pro expromo. Cice. Cum tibi exposita esset ad prādium omnis Pamphilia.

¶ Exposco, is, Vide in dictione Posco.

¶ Expostulo as, pe. cor. Exquiro, conqueror, seu quęrelam apud eum ipsum depono qui feciț iniuriam & cum quęrela amico insto, & quasi officium amicitiæ in alio desydero. Et nō solum ablatiuo cum prępositione iungitur, sed etiam alij ablatiuo. Marcus Cice. filius. Lenis & facilis a te existimari debeo, qui nihil tecum de ipsis rebus expostulē. Aliquando sine ipso ablatiuo, vt cum iniuria de qua quis rationem postulat in accusatiuo ponitur. Et tunc etiam significat exquiro. Teren. in An. Sed quid agam, adeam ne, & cum eo iniuriam hanc expostulem? Iniuriam id est rationē siue causam iniurię. Aliquādo expostulare est vehemēter postulare id est vehemēter velle, ratione ex, quæ multum auget. Postulo vero pro volo sępe sumitur. Teren. in An. Etiam me nunc seducere istis dictis postulas. De expostulo. Idem in Adel. Si me in illo credidisti esse hominum numero qui ita putant sibi fieri iniuriā vltro si quam facere ipsi expostulant & vltro accusant. Do. Expostulatio quærela aduersus illum ipsum qui peccauerit.

¶ Exprimo is, pe. cor. præmēdo extraho. Plin. Expresso vino infunditur aqua vinaceis. Aliquādo declaro, manifesto. Macro. Nihil vnquam locutus fuit expressius. Hiero. in prolo. Tobię. Quicquid mihi ille hebraicis verbis expressit hoc ego accito notario sermonibus latinis exposui id est elocutus est. Idē. Et nomē domini tetragrammaton in quibusdam grecis voluminibus vsq; hodie antiquis expressum literis inuenimus id est clare vel proprie scriptum.

¶ Exprobro as, pe. cor. quę alįs p̄stiti commemorans impropero. Teren. Nam ist hæc commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficij. Sumitur tamē exprobrare ꝓ qualē cunq; culpam obijcere. Ouidius lib. xij. me. Trepidoq; fugam exprobrauit amico. Et apud euangelium. Exprobrauit incredulitatem illorum.

¶ Expromo is, pe. ꝓ. Vide in dictione Promo.

¶ Expurgo as, Quære in dictione Purgo.

¶ Expugno. Vide in dictione Pugno.

¶ Expungo, is, Extrudo arq; amouco. Persius. Expungam nanq; est scabiosus & acribili tumet. Vnde etiam milites ab exercenda militia repellere adempto stipendio significat. Seneca lib. iij. de benefi. Pignus est protinus aliud inuicem mittere & munus munere expungere, quod significat delere ne debere videatur. Milites enim punctis scripti inseruntur legioni & iurant, vt docet Vege. libro secundo. Inde expuncti dicti deleri & a militia remoti. Itidem Expungi dicuntur iudices quando amouentur a iudicando, veluti cancellari ex albo iudicum. Dispūgere quoq; simile est, quod significat conferre accepta & data, sicut Papinianus iureconsultus docet.

¶ Expuo is, cū fastidio aliquid ejicio, quasi pus extra mitto. Pus autem est omnis humor corpori onerosus. Verg. Et perculosam Cum tussi miser expuo salutam. Teren. per translationem in Eunu. dixit. Illam vbi expueret miserā ex animo.

¶ Exputo as, pe. cor. ab ex & puto componitur, significatq; ex arbore puto & incido. Col. lib. xi. Palos vna opera cędere & exputatos acuere centum numero potest. Item Exputare est perfecte siue extra putare, vt apud eundem lib. iij. Deinde velut veteranam vitem totam exputare, & ad vnam mate-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

riam firmiſſimam redigere nodoſque & cicatrices alleuare ſa
tis officium eſt. Item perfecte intelligere ſeu diſcere. Plancus
Ci. Quæ mens eum, aut quorum conſilia a tanta gloria, ſibi
vero etiam neceſſaria ac ſalutaria auocarint, & ad cogitatio-
nem conſulatus bimeſtris ſummo cum terrore hominum, &
inſula cũ efflagitatione tranſtulerint exputare non poſſum.
Exputare vero compoſitum ab ex & ſputo habet puſyllabã
pro, & ſignificat quaſi extra ſputare.

¶ Exquiro penultima producta diligenter inquiro ſecerno
eligo. Vnde exquiſita opera dicuntur opera electa, quaſi dili
genter quæſita. Plau. in Am. Te certo heri aduenientem ilico
& ſalutaui & valuiſſes ne vſq; exquiſiui.

¶ Exquiliæ tantum pluraliter, Romæ mons erat ab excubijs
regis, vel q̃ excultæ fuerint a Tullo rege. Ouidius libro Faſt.
Adde q̃ excubias vbi Rex Romanus agebat. Qui nunc ex-
quilias nomina collis habet. Hic & exquilinus mons dicitur.
Var. Exquilinus moris ſepticeps apud ædem Iunonis lucinę
vbi æditimus habitare ſolet.

¶ Exta dicta ſunt ab extando quæ ex viſceribus ſacrifican-
tur dijs, & ex quibus haruſpices futura prænoſcunt dicta q̃
ad hunc vſum prę ceſentur quia maxime extant eminentque
propter quod cor non ſolebat olim iter exta numerari. Poſt
ea pinguedo illa quem ſummo corde eſt leta exta fecit, ſunt
autem propria cor, pulmo, iecur, & huiuſmodi. Ver. in Geor.
Pinguiaq; in verubus torrebimus exta columis. Omnia ſi-
mul complexus eſt. Romanorum religio ſemper extorum
caput putauit iecur. Scribit Plin. libro. xxx. præcordia vocari
vno nomine exta in homine.

¶ Extales, via purgandę alui. Hie. in lib. ℟. Et cõputreſcebãt
prominentes extales eorum.

¶ Etemplo aduerbium tota vna dictio, ſignificat ſtatim qua
ſi extra tempus, hoc eſt temporis commoditatem. Templũ
enim dicitur locus manu deſignatus in aere poſt quem ilico
captantur auguria, ſeu q̃ augures ſtatim viſis auſpicijs, vel
a templo cœli oculos auertebant, vel e templo terræ diſce-
debant.

¶ Extiſpices pe. cor. dicti ſunt haruſpices ab extis inſpiciẽdis.
Extiſpicium ipſa extorum inſpectio quæ alio nomine haru-
ſpicium dicitur.

¶ Ex tempore duæ partes ſunt, & ſignificat ex improuiſo &
impremeditate. Cice. Quos credimus expedire rem & conſi-
lium ex tempore capere poſſe. Inde vocatur extemporalis ſi-
ue extemporaria oratio. Vide in dictione Temporalis. Ali-
quando ſignificat ex tempore pro tempore pro temporis cõ
ditione. Cic. lib. iij. offi. Huius generis quæſtiões ſunt hæ om
nes in quibus ex tempore officium quæritur.

*Extemporaneum pro ſubitario accipimus. Cc.

¶ Extendo is, Vide in dictione Tendo.

¶ Extenuo as, valde tenuem facio, ſiue minuo. Cic. lib. ſecun
do ad Heren. Defenſor autem fuiſſe cauſam negabit ſi pote-
rit, aut eam vehementer extenuabit.

¶ Exterreo es, rui, ritum. Vide in dictione Terreo. Hinc ex-
territus quod modo pauefactum ſignificat. Verg. Plauſum
que exterrita pennis Dat tecto ingẽtẽ. Modo accenſum inflã
matum. Idem. Sæuit agris aſperq; ſitu atq; exterritus æſtu.

¶ Exterrebro as, pe. cor. extra vel valde terrebro. Per tranſla
tionem ſignificat aliquid extorqueo ſciutor & curioſius quæ
ro. var. Atq; omnes adeo perquirit atque exterebrat artes.

¶ Exter a, um pe. cor. idem quod externus. Vnde Sta. Exter
honos dixit.

¶ Externus a, um, idem quod Exter. Verg. libro. iiij. Et nos
fac extera quærere regna. Fitque ab Exter. quod ab extra de
duci certum eſt. Hinc Exterior Extimus ſicut ab Interus inte
rior intimus.

*Ab extra fit externus ſicut ab intra internus. Cc.

¶ Externus a, um, quod non eſt ex patria. Liui. lib. i. Timor
deinde pati es inc. ſſ ne ciuitatem ſine imperio, exercitum ſi
ne duce, multarum circa ciuitatum irritatis animis vis aliqua
externa adoriretur. Proprie autem quod foris & palam eſt.
At heſternus cum h. & s. fit ab heri. Cice. lib. i. Tuſ. Dici non
poteſt q̃ ſim heſterna tua diſputatione delectatus.

¶ Externo as, ab ex & ſterno dementem facio. Pa. Sed eccã
miſeram quam frequens luctus externauit.

¶ Exterraneus, aduena quaſi ex alia terra, ſicut Conterraneus
qui eſt ex eadem terra, quamuis id nomen parum ab eruditis
vſurpetur. Exterraneus etiam vocatur qui ante tempus na
tus vel potius ejectus eſt. Dictus q̃ eum mater exterrita eie-
cerit.

¶ Extero is, pe. cor. extra tero, aut terendo extraho. Col. lib.
ij. Cum rurſus amplior meſſis prouenerit quicquid extereſ
capiſterio expurgandum erit. Var. li. i. de re ruſ. Apud alios
exteritur grege iumentorum inacto, & ibi agitat e particis
q̃ vngulis e ſpica exteruntur grana. Exterere etiam dicimus
aciem ferri vt exacutã ſit.

¶ Extermino as, pe. cor. extra terminos mitto. Cice. lib. iij. of
fi. Atque hoc omne genus peſtiferum atq; iniurium ex ho-
minum communitate exterminandum eſt. Aliquando ex-
terminare ponitur pro demoliri. Hiero. in Matthæ. Exterми-
nantur exules qui mittuntur extra terminos. Cum ergo in
euange. dicitur. Exterminant facies ſuas, ſemper demoliun-
tur debemus accipere.

¶ Extillo as, ab ex & ſtillo. Vnde & diſtillo, extillare guttare
& guttatim finiri. Teren. in Phor. Hiſce ego illam dictis ita ſi-
bi incenſam dabo, vt ne reſtringuas lachrymas ſi extillaue-
rit, id eſt ſi lachrymę ex corpore guttarent, aut corpus gutta-
tim finiretur, vel totum in lachrymas conuerteretur.

¶ Extimeſco valde timeo actiuæ tantum ſignificationis rep
peri. Cice. in Cato. Quod igitur adoleſcentes & hi quidem
non ſolum indocti ſed etiam ruſtici contemnunt id eſt docti
ſenes extimiſcent.

*Extimus & extime ſuperlatiua ſunt ab exterior & exterius
comparatiuis quanquam & latine extremus & extreme dici-
tur de quo inferius. Cc.

¶ Extingo, ab ex & Tingo, minorem in ſe vim habet quam
opprimo. Cice. in Lę. Primum danda opera eſt nequa amico
rum diſſidia fiant sin tale aliquid euenerit vt extincte potius
amicitiæ q̃ oppreſſę videantur. Quaſi quod extinguitur poſ
ſit redamari quod opprimitur non queat. Aliquando extin-
guere eſt perfecte diſtinguere. Idem in Horten. Quam ſi ſub
traxeris, qui id eſt quomodo extingues artificem ab inſcio.
Aliquando ſignificat occidere deſtruere. Lactan. libro tertio
Cęleſtes alias vna cum corporibus extinguũt. Idem lib. quar-
to Iudæorum nomen & gentem Veſpaſianus extinxit, id eſt
deleuit. Teren. in Adel. Seni animam primum extinguerem
ipſi qui illud produxit ſcelus id eſt auferrem.

¶ Extiſpex idem quod haruſpex, hoc eſt qui extis inſpectis fu
tura predicit, a quo extiſpicium, & extiſpicina.

¶ Exto as, extiti, ſupinum non legi. Vide ſupra poſt Exiſto
exiſtis.

¶ Extollo is, Vide in dictione Tollo.

¶ Extorris qui eſt extra terram id eſt patriam ejectus, ſicut
Exul extra ſolum. Gel. Exul extorriſq; eſto, & proprie vaga-
bundus. Sapho ad Phaonem. At vos extorrẽ tellure remit-
tite noſtrum.

¶ Extorqueo es, ſi, ſum, vel tum, ſignificat tormento verita
tem elicio. Aliquando etiam per vim aufero, extirpo, euello.
Dona. Torquemus hominem, extorquemus veritatem. Ci.
in Cato. Nec mihi hunc errorem dum viuo extorqueri vo-
lo. Liui. libro. ij. Neq; ambigitur quin Brutus qui tantũ glo-
rię ſuperbo exacto rege meruit peſſimo publico id facturus
fuerit ſi libertatis immaturæ cupidine priorum regum alicui
regnum extorſiſſet.

¶ Extra præpoſitio ſeparata cui contraria eſt in ſignificatio-
ne Intra. Ab Extra deducuntur Exter. exterus, extraneus, ex
trarius. extrinſecus, extro as, extrorſum, & extremus.

*Extraordinarium dicimus quod præter ordinem fit. Cc.

¶ Extrarius, alienus qui extra focum ſacramentum iuſq; eſt.
Pom. Prę terea minabatur ſi extrario nupſiſſet, nihil ſe filijs e-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſus ex paternis eorum bonis teſtamento relicturum. Hic accipitur pro eo qui non ſit domeſticus & ex eadem familia.

¶ Extraneus, qui eſt ex altera terra, quaſi exterraneus.

¶ Extremus a, um, modo initium alicuius rei. Plaut. Ab extremo narrare incipiam id eſt principio. Modo finis. Vergi. Extremum hunc arethuſa mihi. Ponitur nonnunq; pro ſæuo peſſimo. Idem. Illam terra parens ira irritata deorum Extremam vt perhibent Coeo enceladoq; ſororem pgenuit. Hoc eſt peſſimam. Quod non ſine ratione eſſe videtur, quādoquidem medici affirmāt deteriores eſſe qui vltimi naſcuntur.

¶ Extrinſecus, pe. cor. Vide in dictione Intrinſecus.

¶ Extrico, as, pe. pro. ab ex & trico, quod a tricis fit. Tricę autem ſunt impedimenta & implicationes. Et eſt Extricare, explicare. Lactan. lib. vi. Deniq; muta quoq; animalia cum fraude capiuntur ſi aliquo ſe modo in fugā extricauerint fiūt poſt modum cautiora. Col. lib. iiij. Silueſtris ager pręcipue eſt eligēdus qui etſi fruteris aut arboribus obſeſſus eſt, facile extricat q; ſuapte natura quæcunq; gignuntur non penitus nec in p fundum radices agunt, ſed per ſumma terræ diſpergunt atq; deducunt.

¶ Extricabile, a quo exiri poteſt. Cuius contrarium eſt inextricabile. Plin. lib. xxxvi. Intus labyrinthum inextricabilem, quo ſi quis improperet ſine glomere lini exitum inuenire nequeat.

¶ Extro as, exeo. Nam ſicut intrare ingredi eſt, ita extrare egredi. Afra. Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.

¶ Extorſum, ſignificat extra vſus, ſicut intorſum intra verſus.

¶ Extruo is, ædifico. Hierony. ad Iulianum. Extruis monaſteria, multus a te numerus ſuſtentatur, & extruere ordinare. Cicero in Catone. Caret epulis, extructiſque menſis frequentibus poculis.

¶ Extrudo is, pe. pro. extra trudo, per vim expungo expello. Teren. in Hecy. Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit. Plaut. in Aul. Nam qua nunc me cauſa extruſiſti ex his ædibus.

⁎ Extubero verbum fit a tuber & ſignificat īflor excreſco & quaſi in tuberis formam efficior. Cc.

¶ Extundo is, extorqueo, vel inuenio. Verg. lib. i. Geor. Vt varios vſus meditando extunderet artes paulatim. ♁ Vergilius habet excluderet.

¶ Exturbo as, e loco deiicio. ♁ extra turbo expello. Plaut. in Cur. Si recte facias phedrome auſcultes mihi, atq; iſtam exturbes ex animo ægritudinem. Col. lib. ix. Et in tranquillo conſiſtens piſcis ſedibus ſuis non exturbatur.

♁ Ex tunc, ex illa hora & temporis momento, ſicut ex nunc ex hoc tempore.

¶ Exubero as, pe. cor. quaſi ſuperabundo. Tractum ab vberibus lactantibus. Col. in pręfa. in Aſia myſiaq; denſa & glutinoſa terra maxime exuberat.

¶ Exupero as, pe. cor. ab ex & ſupero, quaſi ſuper ſupero.

¶ Exudo as, pe. pro. Emitto. Pli. Eſt autem trium generum vnum arbor ipſa exudat humi, modo alterum manat in plaga. Verg. vero lib. i. Geo. Exudat inutilis humor, dixit pro exudatur. Non enim humor ſed terra deſudat.

¶ Exugo is, pe. cor. xi. ctum quod & exugeo es, dicitur pro extra fugo. Plau. Iam ego me conuertam in hirudinem, atq; eorum exugebo ſanguinem.

Exuccū, per duplex. cc, dicitur quod eſt ſine ſucco.

⁎ Ex vinculis cauſam dicere, ſignificat vinctum reſpondere criminibus.

¶ Exuernę purgatio quædam domus ex qua mortuus ad ſepulturam ferēdus eſt, quæ purgatio fit per euerriatorem certo genere ſcoparum adhibito ab extra verrendo dictæ.

♁ Exul dicitur ab extra prępoſitione & ſolum quaſi extra ſolum nō autem ab exilio aut exulto neq; præſul a pręſilio aut a præſulto ſed a præſum dicitur enim is qui præeſt. Exul autem dicebatur q; extra ſolum eiectus eſſet ſicut extorris qui extra terram hinc fit exilium ipſe actus exulandi ſiue exulatio Cic. pro A. Cecī. Exilium non eſt ſupplicium ſed perfugiū portuſq; ſupplicij & rę

♁ Apud iur. conſul. Exules hi proprie dicuntur quibus aqua & igni interdictum eſt cętera non exilia ſed relegationes ſunt.

¶ Exulo as, pe. cor. patria priuatus ſum. Et duobus modis dicitur. ſ. de loco in quo exul eſt, & de quo eiectus eſt. Terent. in Eu Nam domo exulo. Hiero. ad Paulinum. Eſchines cū rhodi exularet. Significat etiam aliquem aliqua certa cauſa in aliena terra eſſe ſic dicimus adoleſcentes ſtudij cauſa exulare.

⁎ Exulabundus abunde exulās & in exilio vitam agens.

¶ Exulto as, ab ex & ſalto a, in u, mutata ſignificat geſtu corporis lętitiam exhibeo. Dicimuſq; exulto rebus proſpere geſtis. Cic. lib. de repub. Eſt igitur quiddam turbulentum in hominibus ſingulis, quod vel exultat voluptate vel moleſtia frangitur. Hiero. in prouer. Lętantur cū malefecerint & exultant in rebus peſſimis. Item exultare eſt cum iactantia gloriari. Cicero in Cato. Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua mollichat. Item eſt geſtu vel dicto iniuriam facere. Verg. lib. v. Exultantiaq; haurit corda pauor. Item Sæuire. Cice. lib. iiij. de rep. Quæ ſanguine alitur, quæ omni crudelitate ſic exultat, vt vix hominum acerbis funeribus fatiet. Hæc tamen ſignificata ad idem redeunt, vt exultare ſit ſupra modum exilire atq; efferri, & quaſi geſtibus ſaltibuſq; affectum animi oſtendere ſiue ira id fiat ſiue ſæuitia ſiue voluptate aut alia animi affectione. Proprie vero exultare eſt extra ſaltare Verg. lib. tertio. Exultantq; vada atq; æſtu miſcentur arenę.

⁎ Exultabundus abunde exultans. Cc.

⁎ Exum extra ſum. Sic enim lictor in quibuſdam ſacris clamitare ſolebat. Hoſtis victus, Mulier virgo exeſto, hoc eſt non introito, quia ſcilicet ingredi ea ſacra prohibeantur. Cc.


¶ Exundo as, Vide in dictione Abundo.

¶ Exuo is, ab ex & ſuo, quaſi diſſuo & exoluo. Verg. Extulit exutas tendens ad ſydera palmas. Quandoque ſpolio. Cui contrarium eſt Amicio. Liui. li. i. Primo ſe agro paterno auitoque exuiſſe deinde fortunis alijs. Lact. lib. i. Exuūtur etiam veſtibus flagitante populo. Quandoque Detraho. Verg. li. ix. Sic ait illachrymans humero ſimul exuit enſem. Quandoque Denudo. Idem magna oſſa laceroſq; exuit. Quandoq; Depono. Cice. p Liga. Nōne humanitatē omnem exuiſſes?

⁎ Ex vtilitate pro vtilitate. Cc.

¶ Exuuiæ, ab exuendo, ſicut Induuiæ ab induendo. Et non ſolum hominum tegmina aut veſtes dicuntur, ſed etiam aſalium. Verg. lib. ij. Geo. Cum poſitis nouus exuuijs.

♁ Exurdo, as, actiuum, cuius paſſiuum poſuit Valerius maximus lib. ij. Græcis actionibus aures curiæ exurdantur, id eſt obtunduntur.



LITERA a Priſciano inter mutas numeratur: ab alijs inter ſemiuocales eo q; a vocali incipiat & i ſeipſam terminetur. Hæc alio nomine digamma dicta eſt, quia duplicis gammæ Figuram detineat. Ea in latinis tantū vtimur, in græcis vero ph.

F ante El

¶ Faba, gen. leguminis notius quam vt a me declaretur. Cuius diminutiuum eſt Fabula.

¶ Fabarius a, um, quod ad fabam pertinet, vt inſulæ fabariæ. De quibus Plin. Inſulis quas ob id fabarias appellāt quia ſcilicet ſponte fabas generent.

⁎ Faba græca, aliter lotos dicitur. Plin. Faba græca quam Ro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mæ aſuauitate ſructus ſyluestris quidem, ſed ceraſorum pe-
ne natura loton appellant. &c. Cc.

*Faba porcina a græcis ὑοσκύαμος dicitur. Cc.

¶ Fabalia. Plin. Sed maior pars malunt fabalia maturæ ſa-
tionis quam trimeſtrem fructum eius. Nam ſiliquę caulesq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Col. lib. ij. Veteres ruſticos plę-
runq; dicentes audio malle ſe matura fabalia quam fructum trimeſtrem.

*Fabariæ calendæ Iuniæ dicebantur quia hoc menſe adul-
tæ Fabæ diuinis rebus adhibebantur. Cc.

¶ Fabius a faba cognomen eius qui fabam optime ſerebat. Sic Cicerones Lentuli piſones & huiuſmodi. Fuerunt aũt Fa-
bij nobiles Romani ex quibus idibus februarijs vna die tre-
centi & ſex ad vnum occiſi ſunt per inſidias a Vientibus iu-
xta Cremerem fluuium. Quorum cædem, Ouid. lib. ij. faſ. ſic deplorat Vna dies Fabios ad bellũ miſerat omnes. Ad bel-
lum miſſos perdidit vna dies. Sed qui primus Fabius dict⁹ eſt Allobrox q̃ apud flumen Iſaram Allobrogum regem ceciderit.

¶ Fabius, nomen viri proprium. Fabianus a, um, a Fabius fit. Vnde dicitur Arcus Fabianus qui conſtructus eſt iuxta regiam in ſacra via.

¶ Fabacia, a veteribus dicebatur genus libi. Pli. Quin & pri-
ſco ritu fabacia ſuæ religionis dijs in ſacra eſt.

¶ Fabula diminutiuum a faba. Plau. in Sti. Pro operibus no-
ſtris ſatis commodule nucibus, fabulis, ficulis. Eſt & fabula res paſſim diuulgata etiam ſi vera ſit, a fando dicta. Iuue. Ir no-
ua nec triſtis per cunctas fabula cœnas. Et fabula quæ ad de-
lectationem & vtilitatem inuenta eſt rerum nec verarũ nec veriſimilium, vt q̃ Daphne verſa ſit in laurum. Apologus non differt a fabula, ſed tantum addit, vt præter id q̃ ſit res ficta & non veriſimilis vt fabula, allegorice tamen aliquid cõ-
tineat quod ad vitam & mores pertineat, vt ſunt æſopi fabu-
læ. Argumentum eſt res non vera, ſed tamen veriſimilis vt ſunt argumenta comœdiarum, Fabulæ ſecundum ritus & habitus hominum nominabantur. Romanæ enim togatę di-
cebantur, quia toga Romana eſt. Sic græcas fabulas ab habi-
tu æque palliatas Var. ſcribit nominari. Togatarum genera quatuor. Sunt enim togatæ quæ prætextatæ dicuntur i qui-
bus imperatoris negocia agebant & publica & reges Roma-
ni vel duces inducuntur perſonarum dignitate & ſublimita-
te tragœdijs ſimiles. Prætextate autem dicuntur quia fere re-
gum vel magiſtratuum in huiuſmodi fabulis acta cõprehen-
duntur. Secundum genus togatarum tabernariæ dicuntur humilitate perſonarum & argumentorum ſimilitudine co-
mœdijs pares, in quibus non magiſtratus, ſed humiles homi-
nes & priuatæ domus inducũtur, quæ q̃ olim tabulis tege-
rentur communiter Tabernariæ vocabantur. Tertium ge-
nus atellanæ. Quartum planipedes, de quibus alibi. Scien-
dum eſt q̃ fabulę nomen ab auctoribus fœm. genere profer-
ri ſolet. Terẽ. In Eunuchum ſuam. Iuue. vero maſculino pro-
tulit Nec dum finitus Horeſtes. ¶ Fabula græce Mythos di-
tur fabulator mythicus. Macro. mythicos vocat rerum fabu-
loſarum ſcriptores qui fictionibus hiſtorias obuoluunt.

¶ Fabella diminutiuum eſt a fabula.

*Fabitorem veteres dixerunt quem nunc fautorem dici-
mus. Cc.

¶ Fabuloſus, ſa, ſum, celeberrimum de quo omnes fantur Vel fabuloſum dicitur de quo multa finguntur. Horat. lib. i. car. Vel quæ loca fabuloſus lambit idaſpes.

¶ Fabolinus putabatur deus qui pueris primo, fari incipien-
tibus præeſt.

¶ Fabulor aris, loquor. Hie. Solæ cum ſolo ſponſo aut lectio
nibus ſacris, aut ſanctis meditationib⁹ ſecum fabulamini vt ipſe vobiſcum. Eius compoſitum eſt confabulor. Terent. Si quando ad eum acceſſerat confabulatum.

¶ Fabulator qui fabulas edit, vt Æſopus.

¶ Faber a faciendo nomen eſt, id ſignificans ſpeciale cui adhę-
ret adiectiuum. Nam ẽ omnis artifex qui labore corporis ali-
quod artificium facit, vt faber lignarius, faber ferrarius, fa-
ber murarius & huiuſmodi.

¶ Faber a, um, ad fabrum pertinens. Vnde fabre aduerbiũ.

¶ Fabre artificioſe. Plaut. Vt apologiam fecit quam fabre. Hieronymus in Exo. Quicquid fabre adinueniri poteſt dedit in corde eius. Et paulopoſt. Vt fierent fabre operari q̃ in vſus ſanctuarij neceſſaria erant. Veteres affabre pro eo quod ẽ pul-
chre dixerũt, ſicut Inſabre fœde turpiter. Pacuuius. Barbariẽ peſtem noſtris nauibus obtulit noua figura factam commiſ-
ſam inſabre.

¶ Fabrefacio ædifico, artificioſe compono. Plautus in caſi-
na. Nec fabulam aſtutiorem vllus fecit, atq; ad hæc fabrefacta a nobis. Vnde fabrefactum opus id eſt artificioſe factum ſi-
ue manu artificis.

¶ Fabrico as, & Fabricor deponens pe. cor. in eadem ſigni-
ficatione pro compono. Ouid. lib. xiij. me. Cratere eneę quem iam fabricauerat Alcon. Cice. lib. iij. de ora. Capitolij faſtigiũ illud & cęterarum ædium non venuſtas ſed neceſſitas ipſa fa-
bricata eſt. Transfertur etiam ad animam. Curtius Multa in-
terea fabricatus ingenio quomodo aduertere inde hoſtem poſſet.

¶ Fabrica proprie fabri ligna rij officina, quamuis & de alijs officinis dicatur. Ponitur etiam pro arte & fabricatione alicu-
ius rei. Vnde & ædificium fabricam dicimus & machinatio-
nem. Plaut. Nunc hoc conſilium capio & hanc fabricam ap-
paro vt filias dicas tuas.

¶ Fabrile pe. cor. quod eſt fabri, ſiue quod ad fabrum perti-
net, vt opus fabrile. Horat. Quod medicorum eſt promittũt, medici tractant fabrila fabri.

¶ Fabricius nomen Romani ciuis frugaliſſimi, qui in tenuiſſi-
mo cenſu Samnitum munera forti animo ſpreuit. Hic nor-
ma paupertatis & exemplum apud Romanos qui patellam & ſalinum ex argento tantum colendorum deorum cauſa domi habuit, ita tamen vt patella corneo pediculo ſuſtinere tur. Cuius filię ob paupertatem de publico dotibus donatę ad maritos ierunt portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam. Hunc Pyrrhus epirenſis nullo auro, nullis pollici-
tationibus expugnare potuit vt ſecum eſſe vellet ac proxi-
mum a rege principatum obtineret. Qui dixit Pyrrho, non hoc illi conducibile eſſe, nam ſi epirotæ inquit ambos nos hõ-
rint a me regi quam abs te mallent. Higi. in lib. de viris illu-
ſtri, ſcribit legatos Samnitum obtuliſſe dono Caio fabricio grandem pecuniam. Tum fabricium planas manus per om-
nia fere corporis membra diduxiſſe, & legatis ita reſpõdiſſe. Dum illis omnibus membris quæ attigiſſet imperare poſſet nunquam quicq̃ defuturũ, & ita pecuniam repudiauit.

¶ Fabrateria oppidum Campanię a quo fit Fabraternus.

¶ Facio facis feci factum. Cuius paſſiuum facior apud vete-
res in vſu erat, vnde etiam compoſitum cum ad, con, de, ex, in, ob, pro, præ, per, re, & ſub. Plerumque fit actiuum vt affi-
cio or. Deficio pro derelinquo deficior. Efficio or. Inficio or. Vnde res infecta dicitur id eſt non facta. Officio or. Perficio ficior. Proficio or, non ueni, ſed proficitur imperſonali vſus eſt Sta. lib. iij. the. Proficitur bello. Præficio or. Reficio or. Suf-
ficio or. Sciendum eſt q̃ facio in compoſitione cum rẽtinet a tam in ſecunda & tertia perſona quam in prima accentum ſuper ſa. ſyllabam ſeruat quãuis a breuis ſit, vt benefacio is. Malefacio is. Fabrefacio is. Madefacio is. Pinguefacio is. Aſ-
ſuefacio. Calefacio. Candefacio. Excandefacio. Cõdocefacio. Commonefacio. Frigefacio. Feruefacio. Conſuefacio. Tepe-
facio. Diſſuefacio. Manſuefacio. Orbefacio. Stupefacio. Satiſ-
facio. Vacuefacio. Patefacio. Ignefacio. Vmbrefacio. Con-
gelefacio. Putrefacio. Pudefacio. Labefacio. Expergefacio. Torrefacio. Rorefacio. Nigrefacio, & ſigna alia reperiantur. Quæ tamen habent e ante f, indifferentem, præſertim quan-
do verba cum quibus componitur facio, ſunt ſecundę con-
iugationis. Horat. in Ser. In noſtris iugulo ferrum tepe fecit acutum. Catul. Alta tepefaciet pmiſta fulmina cęde. Eſt au-
tem facere proprie in opere eſſe id eſt qui rei quam facit faciẽ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quandam imponit, vnde à faciendo facies dicitur qui enim facit vas, vasis faciem illi imponit. Qui vestimentum vestimenti faciem. Interdum sumitur pro Recipere. vt facio stipẽdia. Pro Exhibere. Cic. prò Muræ. Nolite a sacris patrijs Iunonis hospitę cui omnes cõsules facere necesse est domesticũ. Pro scribere id est componere. Vnde Do. in Teren. Facit qui materiam componit vt Menander. Pro Æstimare. Plin. libro xxix. Sed hoc ipsum mercede faciunt, vt fides ijs sit & facile disperdantur. Plaut. in Cur. Migrare certum iam nunc e fano foras quando ęscula apńi ita sentio sententiam, vt me nihili faciat, nec saluum velit. Sic dicimus. Magnifacio, paruifacio, tantifacio, quod est summe æstimo. nullius ęstimo, tanti ęstimo. Iungitur & genitiuus lucri, sed non in hoc significato, verum in suo, vt Lucrifacio. Plau. in persa. Non ædepol nauis trecentis cara est. Fecisti lucri, quod exponi potest. Fecisti multum lucri. Similiter sumpti facio, id est in aliqua re emenda sumptum facio. Idem. Si nunc me suspendam meam operam luserim & prętер operam restim sumpti fecerim. Passiuo etiam fio Cice. vsus est Tironi scribens. Quantam diligentiã in valitudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo. Nec composita sunt cũ multa ex his aperte diuisa sint. Plau. in Cur. Respicio vos nihili meam gratiam facere. Idem ĩ Ru. Minacias ego istas floci non facio tuas. Cice. Cecinæ Vtebar familiarissime Cæsare, Pompeium faciebam plurimi. Transfertur hoc verbum facio ad omnia. Nam & facere verba dicimus id est loqui. Facere iter. i. ire. Facere terrorem, id est terrere. Facere aliquem certiorem, reddere alicuius rei indubiũ. Facere gratum. Facere ludos. Facere solẽnitatem exhibere. Facere vrinam meiere. Facere sordes sordescere. Facere pediculos emittere. Facere copiam, potestatem prębere. Facere lucrum lucrari. Facere etiam pati est, vt feci iacturã damnum naufragium. Item Facere sacrificare. Verg. Cum faciam vitulam pro frugibus ipse venito id est cum sacrificabo. Plaut. Plenam faciam tibi fideliam. Item Conuenire. Mart. Non facit ad sęuos ceruix nisi prima leones. Item Prodesse. Pli. Hoc & tussi facit. Item rem obscœnam facere. Plaut. Mauult ancillæ facere quam libertæ. Item Tacere. Terent. in Adel. Ah minime gentium non faciam. Quod Do. exponit. Non tacebo quasi tacere aliquam actionem habeat. Sed moralis significatio est & communis omnibus. Sicut aduocatum dicimꝰ male fecisse cum tacuerit. Pertinet & ad pecuniam quę fieri dicitur. Sal. Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat. Facio iniuriam iniuste facio. Teren. in Hecy. Et facis iniuriam cum fingis fabulas causas ad discordiam. Denique facere vt Papinianus inquit omnẽ omnino faciendi causam complectitur, dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi, reddendi. Vnde qui otiosus sedet si rogetur quid facis ac recte respõdere poterit se nihil facere, quado quidem otiosus est. Recte etiam se sedere, quoniam & sedere ipsum aliquid facere est, vt iacere, nauigare, quiescere. Faciam vt te plurimũ amem, id est plurimum amabo. Faciam vt tibi pro sim, id est tibi prodero. Face te esse qui sum, id est finge te esse me vel pone te loco mei. Facto opus est, fieri opus est, id est factu. Dici opus est, dicto opus est pro dictu. Quomodo enim infinita rẽ verbis significant, sic hæc participia pro infinitis verbis ponuntur & significant passionem. Supina in u, magis significãter nominatiuo iunguntur, vt nec dictu facilis nec visu effabilis vlli. Factum iri audio illi iniuriam, significat ad cõtumeliam faciendam operam dari quo fiat iniuria. Itẽ factum itur mihi contumelia. Cato pro se contra Cassium atq; euenit ita quirites vt in hac contumelia quæ mihi propter huiusmodi petulantiam factum itur rei quoque publicæ medius fidius miserebar quirites. A facio item fiunt verba primę coniugationis in co, terminata quæ proprie infinita sunt, vt Sacrifico magnifico deifico darifico ædifico viuifico mortifico iustificо falsifico & huiusmodi.

ȣ Facere ludos signi. irridere. Plaut. in Aul. Quem tu senecta ætate ludos facias.

ȣ Facere vitula est sacrificare, & figurate dicitur vt faciã thu[illegible]iam agna Hora. libro primo car. Siue posca agna, siue malit hedo.

ȣ Facio lucri & facio lucrum, sicut facio damni & facio dãnũ.

ȣ Faciamus hunc ludum significat hunc illudamus

¶ Facesso is, facessi secundum Prisc. facessitum, secundum alios facessum, secundum alios non habet supinum, & sig. ad faciendum eo, vt Viso ad videndum eo. Verg. Haud mora continuo matris pręcepta facessit. Interdum facessere est discedere. Nec mirũ. Altera enim significatio alteram gignit. Nã & qui ad faciendum quicquam discedit, vt id faciat. Hic vulgo dicitur. Abeat facere sua Terent. in Phor. Dic quid velis dari tibi in manum vt herus his desistat litibus. Hæc hinc facessat id est sua curatum abeat. Dona. Facessat pro hinc se faciat id est abeat. Cic. in Horten. Facessant igitur qui docere nihil possunt quo melius sapientiusque viuamus. Interdũ sig. exhibere seu ĩferre. Nec tñ a significatione sua faciẽdi recedit Cice. Apio pul. cum est nobis allatum de temeritate eorum qui tibi negocium facesserent. Huius passiuũ ,ptulit pro Clu. Sed hoc polliceor omnibus sicut facessitur negocium.

¶ Factito as, pe. cor. sæpe facio. Cic. lib. ij. offi. Hæc apud maiores nostros factitata. Facto debet esse frequẽtatiuum a facio, sed pro eo vtimur factito.

¶ Facturio is, pe. cor. facere desydero. Quod nonnulli ad rem veneream transferunt. Plautus. Facturit, postquam ancillam aspexit hoc est coire cupit.

¶ Factor nomen verbale qui aliquid facit, vt cũ dicimus deũ factorem cœli & terrę. Interdum dicitur qui vinum, vel oleũ, vel quid simile facit. Similiter qui alterius manualia negocia gerit, vt qui fruges domum vehit. Cato. Lectum stratum vbi duo custodes libere cubent & tertius seruus vna cum factoribus vbi cubet. Idem. Leguli volunt vt ialea caduca quã plurima sit quo plus legatur, factores vt in tabulato diu sit vt fracida sit quo facilius efficiant. Inde factus.

¶ Factus us, & Factum dicebant quod vno tempore conficerẽt, quẽ alij centũ quadragita modiorũ, alij cẽtum viginti.

¶ Factum res gesta. Verg. Fortia facta patrum.

¶ Factura æ, compositio rei quam facimus.

¶ Factitius a, um, quod de aliqua re fit in aliam. Plin. lib. xij. Ergo in vtraq; gente bina laudaui genera terrenum & factitium. Factitium etiam dicitur ab alicuius similitudine factum Vnde factita verba quę ab alicuius vocis similitudine facta sunt, vt balantes a blando oues dicuntur.

¶ Facinus pe. cor. a facio deducitur, modo factum significat vt apud Salluſt. Qui aliquo negocio intenti prędari facinoris aut bonæ artis famam quærunt. Modo scelus. Cice. lib. iij. offi. Ad hoc nulla fraus, nullum facinus aberit. ȣ Et differt a flagitio, vt inquit Aug. quod indomita cupiditas ad corrũpendum animum & corpꝰ suum flagitium vocatur. Quod autem agit vt alteri noceat facinus dicitur. Et hæc sunt duo genera peccatorum sed flagitia peiora sunt. Et licet facinora per corpus fiant qualia sunt homicidia, rapinæ, furta, non tamen corpus corrumpunt, de quibus apostolus. Omne peccatum quod cunq; fecerit homo extra corpus est. Flagitia per corpus fiunt, & corpus afficiunt & inficiunt, de quibus Apostolus. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.

¶ Facinorosus sceleſtus & flagitiosus.

¶ Facilis pe. cor. dicitur sine labore: vt hæc res facilis est factu. Cuius contrarium est difficilis, quę non sine labore fieri potest. Et difficiles terræ dicuntur quæ non sine labore fructum producunt. Verg. Difficiles primum terrę collesq; magni Aliquando facilis dicitur exorabilis & ad ignoscendũ paratus, vt faciles venerare napęas.

¶ Facile aduerbium, sine labore, vt non facile dici potest. Est etiam confirmandi aduerbium & significat haud dubie, liquido, certo, nullis aduersantibus, vt Cæsar illius ciuitatis facile princeps. Cice. Quæ mea sententia in senatu facile valuisset. Et iunctum cum nomine exigit superlatiuum, vt facile doctiſſimus. Iungitur etiam nominibus quę diuersitatem significant, vt facile dissimilis. Et verbis cum præ compositis, vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

facile prestat. Quandoq; significat libenter, vt facile patior me a te laudari.

¶ Facilitas habitus est quo quis aliquid facile facit vel facilis est ad faciendum aliquid. Et facilitas exorabilitas seu indulgẽtia. Teren. in Hecy. Etsi ego meis me omnibus facio etiam apprime obsequentem, sed non adeo vt facilitas mea corrũpat illorum animos.

¶ Facultas proprie facilitas agendi, vt non est mihi facultas adeundi pontificem. Cuius contrarium est difficultas. Aliquando facultas sumitur pro opibus quoniam cum diues quis exstitit facile quod vult agit. Petronius. Quisquis habet nummos secura nauiget aura, Fortunamq; suo temperet arbitrio. Multa loquor, quoduis nummis præsentibus opta, Et veniet, clausum possidet arca louem. Aliquando pro potestate & vi. Plin. Si mihi facultas daretur vtrum mallem eligendi. Et facultas est vis quędam quę facit, vt id facilius fieri possit quod de vnaquaq; arte præcipitur. Et enim genus omnium artium, quia sic diffiniri potest. Dialectica est facultas disserẽdi. Rhetorica est facultas dicendi, & sic de alijs, quoniam per eas facile instruimur.

*Faculter veteres dixere similiter & facul pro facile siue faciliter. Cc.

¶ Factio ab initio honestum vocabulum. Vnde factiones histrionum & quadrigariorum dicebantur, nunc nomine factionis seditio & arma dicuntur. Nam est diuisio ciuium ĩ diuersa studia, cum aliqui se principes facere in ciuitate conantur, inter quos est æmulatio. Et qui eos sequuntur factiosi appellantur, quia. s. affecti sunt ad factionem, id est discordiam & seditionem. Tertullianus in Apologetico. Cum probi cũ boni congreganturnon est factio dicenda, sed curia. Interdũ factio capitur pro opulentia & auctoritate alicuius in ciuitate Plautus in Aul. Istas magnas factiones, dotes dapsiles, nihil moror. Quatuor apud antiquos fuerunt factiones. Veneta, prasina, alba, rosea, a coloribus nominatæ. Cassiodo. quatuor colores harum factionum cum partibus anni quaternis assimilat. Prasinus virenti veridicatus erat. Roseus flammeæ æstati. Venetus nubilę hyemi. Albus pruinoso autumno. Sue. scribit. His addidisse Domitianum duas, alteram aurati, alteram purpurei panni. Hæ pernicitate cursus inter se decertabant, fauoreq; populari siue imperatorio ex his prævalebat vna. ♁ Itẽ factio dicitur ea res quæ fit a quopiã. Cice. in topi. Quas is instituisset, cui testamenti factio vt nulla esset.

♁ Factiosus. Vide in dictione factio.

¶ Factionum principes siue capita dicuntur per fas & nefas factiosorum multitudinem sibi consiliantes. Cc.

¶ Facies & vultus differunt, q vultus voluntas sit quę promotu animi in facie ostenditur. Vnde Ser. Vultus est voluntatis indicium, qui pro voluntatis varietate mutatur. Ver. Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Inde etiã cœli & terræ vultum appellamus, quia mutari contingit. facies vero ipsa species. Sal. Prorsus in facie vultuque vecordia inerat. Sumitur tamẽ facies pro totius corporis forma, vt Do. in Eu. Teren. exponit. O faciem pulchram. faciem modo nõ partem corporis dicit, sed totam speciem quę apparet & cernitur. Vt enim ab aspectu species, a fingendo figura, ita a faciendo vel a factura corporis dicitur facies. Plaut. in penu. Sed earum nutrix qua sit facie mihi expedi. Statura non magna, corpore aquilino. Ipsa est. Neq; solum de hominibus dicitur, Sed & de literis, vt Egregia literarum facies, de montibus, de mari, & de ceteris quoque rebus cum sit ingenitus cuiusq; rei aspectus haud facile mutabilis. Inde superficies non discrepans a facie dicitur facies, vt facies maris. Sallustius libro secundo histo. Sardinia in aphrico facie vestigij humani in occidentem quam in orientem latior. Idem. Quibus rebus permota ciuitas atq; immutata vrbis facies erat. Dicimus tamẽ confuse facie fœdata & vultu fœdato. Quandoque etiam facies pro specie dicitur. Ver. Quę scelerum facies o virgo effare. Antiqui vt notauit Gellius declinabant. Hæc facies huius facies vel facij pro faciei.

¶ Facetus a fando deduci videtur, & is dicitur qui verbis facit quod vult. Est enim elegans in dicendo, non tantum circa ridicula, cum dicat Hora. facetum catoni genus natura cõcessum esse. Verg. dicens, sed exultę cuiusdam elegantię, hæc appellatio est, a quo facete aduerbium pro eleganter vrbane. Quidam a faciendo deriuant, vt is sit qui gestibus aut verbis ita alium imitatur vt se illum faciat.

¶ Facetię sunt quasi deliciæ quędam sermonis & dicta vt bona sine scurrilitate, quę etiam in factis intelligi possunt.

¶ Facundus dissertus a fando, qui ea quę mẽte conceperit ad audientes facile atq; ornate profert. Hinc facundia quæ est facultas differendi cum gratia.

¶ Facula pe. cor. parua, fax, incisus fustis. fit autem ex piceis arboribus præcipue, siue ex arundinibus aridis. Est autem diminutiuum a fax.

¶ Facularij dicuntur qui faculas gestant.

¶ Fæx per æ diph. vt Apul. docet, & tam masc. q; fœ. generis est. Et hoc vt differat in datiuo a præterito verbi facio. Et est excrementum cuiuscunq; rei. Cuius diminutiuũ est fæcula.

*Deducitur que a facio. Cc.

*Fæcẽ ciuitatis hoĩes viles & abiectos aliqñ vocamꝰ nõ q hoĩes sint sordes sed q vitam agant sordidã & abiectã. Cc.

¶ Fæculentus a, um, quod est fęcis plenum.

¶ Fæcatum vinũ quod e fæcibus expressum est inquit Cato. Hoc est quod iter vina operaria numeratur, cum sit aquatum. Vnde & defęco as, a fęce purgo.

¶ Fæcutinus a, um, pe. p. similiter a fęce fit. Gel. Non eas finitiones prærancidas, neq; fęcutinas grãmaticas spectaueris, sed aurem tuam interroga quo quid loco conueniat dicere.

¶ Fæciniæ vuę dictæ sunt, q plusq; cęterę fęcis afferunt. Et alio nomine a colore Rubellanæ vocantur.

¶ Fagus. Vide in dictione Phagus, φηγός.

¶ Fagutal fuit Romæ sacellũ Iouis in quo erat fagus arbor quę Ioui sacra habebatur. Cc.

¶ Falę, turres ligneæ ob altitudinem dictę, a fando quod thusci cœlum vocabant. Quidam tamen per ph. scribunt. Vnde & Phalarica de quo loco suo.

¶ Falax a farre, litera commutata. Falces in campania sęculæ dicuntur a sęcando. Et alię fœnarię, aliæ Adoreæ, aliæ dumariæ quę & Sirpulę a sirpando. i. alligando, quibus secant dumeta, alię Lumariæ.

¶ Falcicula diminutiuum parua falx.

¶ Falco as, vi & defalco, amputo siue tollo.

¶ Falcidia lex quę amputat legata, qñ saltem quarta pars bonorum non supersit hæredibus.

¶ Falcito as, pe. cor. falce cædo. Aug. ĩ Psal. Adduxisti me ad vincam vt falcitem illam & amputem.

¶ Falcarius a, um, quod ad falcem pertinet, vt cotes falcariæ quibus falces acuuntur.

¶ Falcarij qui falcibus vtunt. Ci. li. i. inuectiuarũ contra Catil. Dico te prima nocte venisse inter falcarios, quẽ locum exponens Pris. ait inter falcarios. i. in locũ vbi sunt falcarij.

¶ Falcatus a, um, quod formã falcis habet. Pli. lib. x. de Gallo loquens. Ipsum vero cantum plausu laterũ in sublime quoq; caudam falcatã erigens. Rursus falcatum dicitur falcibus instructũ. Vñ falcati currus dicti sunt. Macro. Inducebat etiam currus cum falcibus & elephantos cum turribus.

*Falcifer falcem ferens.

¶ Falco auis, cuius digiti pollices intus sunt curuati, a similitudine falcis. Itaq; dr falco nõ q falcatis vnguibus, sed q & rostro, & alis & tota falcata sit in rapinam, sicut accipiter, qui græce dicitur ἱέραξ ἱέρακος κοινῶς ἀλλὰ ποικτικῶς ἵρηξ, est enim auis sacra augurio, & ideo dr accipiter quasi auis accepta ter, affert enim & nunciat optimũ auguriũ rebus agẽdis volatu in sinistrã, idcirco græci auẽ sanctã & sacrã appellãt, vel accipiter, q acciperet Iuppiter ab illa tã bonũ auguriũ, omnes enim sunt fœminę, tamẽ masculinę declinantur, & qui vulgo dicuntur moscardini sunt mares. Ita errorẽ deprehendit posterior ætas vt affirmant principum aucupes.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Fallo is,fefelli,falsum,decipio,a fando deductum verbum vt inquit. Var. q̄ contra q̄ dicimus decipiamus. Ponitur & pro lateo. Liuius Speculator carthaginensis qui per biennii fefellerat Romæ deprehensus præcisis manibus dimittitur, Huius compositum est refello.

¶Fallax inquit Augu.lib.ij.soliloquiorum recte dicitur cui⁹ negocium est,vt quisq; fallatur,vel qui habet quandam fallendi appetentiam.

¶Fallaciter a duerbium significat causa decipiendi.

*Fallam pro fallacia dixere veteres. Cc.

¶Fallaciæ dicuntur verba ad fallendū cōpositā. Inde fallaciosus,a,um,quod est plenum fallacijs. Gel. Verorum testimonia quibus huiusmodi ambages fallaciosæ confutantur.

¶Falsarius qui decipiendi gratia scripta publica falsificat.

¶Falsidicus pe.cor.& falsiloquus qui falsa loqui consueuit,sicut Veridicus qui vera fari consueuit. Verg.lib.i. ge. Solem quis dicere falsum audeat? id est fallacem. Participium vero passiue sumitur. Terē.in an.falsus es.i.deceperis. Falsus tamē tutor dicitur qui non est tutor,sicut falsum est testamentum quod non est testamētū. Falsus liber improprie dicitur mēdosus. Recte autem falsum iudicium,falsa sententia, falsum nomen,pro non veris,non q̄ fallendi gratia dicta sint sed q̄ hominum opinionem fefellerint.

ŏFalsiras vt inquit Augusti.de vera reli.li.i. Dicitur qua id putatur esse quod nō est cui contrarium est veritas, q̄ ostēdit id quod est.

¶Falsum habere est fallere. Sal.in Iugu. Neque ea res me falsum habuit.

¶Falso aduerbium,non vere. Sallu.falso quęritur de natura sua genus humanum.

¶Falso as,falsum facio. Aug.li.v.con. Cum dicerent scripturas noui testamenti falsatas fuisse a nescio quibus.

*Falsifico verbum decipiēdi gratia scripta publica falso scribo inde falsificatio. Cc.

¶Falern⁹ regio Cāpaniæ vbi colles vitiferi sunt. Var. Quid in Italia vtilius nō mō nascit sed etiā qđ egregiū nō sit. Quod far cōparandum cāpono? Quod triticum Apulo? Quod vinum falerno? Quod oleū Velefrano? Pro vino vero & masc. & neut.generis est Mar. Rhæsinata bibis vina falerna. Tibul. Nunc mihi fumosos veteres proferte falernos.

¶Fallonia est culpa iniuria,propter quam vasallus amittit feudum,nomina barbara.

¶Falisci populi hetrusci fuerūt quorum oppidum falerij vocabatur. Ouidius. Addesenē iunonicolasque falisços. Ibi fuit vrbs mons falisçorum dicta,quam nunc corrupte Montem flasconem appellant. Est & falisçus venter non dissimilis lucania non graues falisci.

¶Fama a fando dictio media. Est enim quicquid de aliquo diuulgatur,siue in bonum,siue in malum. Ver.li.ij. Neq; ēm specie fama ve mouetur, id est infamia vt exponit Nonius Fama etiā dicitur de re inueterata firmataq; in hominū opinione quamuis incerta. Mar. Quicquid fama canit donat arena tibi. Q uin. Fama est olim iouem in imbrem aureū cōuersum puellæ in gremium descendisse. Interdū dī opinio. Plin. Huc eū liberalitatis tuæ fama pduxerat. Interdum laus ac celebritas,vt fama scipionum. fama Camillorum. Ver. Sū pius Æneas fama sup æthera notus. A fama Diffamo & infamo deducuntur,de quibus alibi. famella diminutiuum.

¶Famosus a um,tam in bonum q̄ in malum. In bonū. Iu. famosos equitū cum dictatore magistros. Hic.de Iudith. Hæc erat ī oībus famosissima quoniā timebat deū valde,nec erat q̄ diceret malū verbū. In malū. Ci.li.ij.de ora. Me ad famosas vetuit mater accedere. Sal. Largitionē famosā ipudentēq;.

ŏFamigerator qui fert famam. Plau.in tri. Ego de verbis eorum famigeratorum insçius prosilui.

ŏFamigerulus,idem quod famigerator.

¶Famiger pe.cor. qui fert famam,famigero as, diuulgo. Famigerabilis diuulgandus.

¶Famen locutio & sermo a fando dictum, vt illud, Ne leui saltem maculare vitam Famine posses

¶Fames edendi cupiditas a φάγω edo. Et differt ab inedia q̄ fames est semper cum appetitu edendi. Inedia etiam sine appetitu,vt in ægrotis. Vnde melius inedia dicitur abstinentia vel impotentia comedendi,non comestio.

¶Fameo es,ex quo famesco is.

¶Famelicus penul.cor.a fame & edendo dictus est qui fame laborat.

¶Famelicosus,qui frequenter famelicus est. Vnde famelicosam turrim palustrem veteres vocabant.

*Famelia primo a famel deinde mutatione vnius literæ familia dicta pro ipsis seruis. Cc.

¶Familia in res & in personas deducitur. In res,vt ī lege. xij. tabularum. Agnatus proximus familiam habeto. Teren. in heau. Decem dierum vix mihi est familia. In personas autem natura aut iure sub vnius potestate subiectas vt filiolos nepotesq; & deinceps seruitutes quoque appellatæ sunt familia. Varro. Si ab fundo longius absunt oppida, aut vici fabros procurent quos habeant in villa,sic cæteros necessarios artifices ne de fundo familia ab opere discedat ac pfestis diebus ambulet feriata potius quam opere faciundo agrum fructuosiorem reddat. Vnde & paterfamilias & materfamilias. Hoc autem nomen primo a famul deinde mutatione literæ u,in i,familia dicta pro ipsis seruis, deinde paulatim inualuit vsus vt etiam,liberi familiæ nomine & quicunq; in eadem domo viuerent comprehenderentur. Posthæc ad eos quoq; translatum est qui ex eadem sunt cognatione vt Cæsarum familia. Scipionum familia. Vnicus vero seruus familię nomie non continetur,nec duo faciunt familiam.

¶Familiaris,quando adiectiuum est significat quod ad familiam ptinet. Vnde familiaria negocia,res familiaris,res domestica. Ci. Et si negocijs familiaribus &c. Quando vero est substantiuum significat amicum nobiscum versantē & diuturna consuetudine nobis astrictum quasi eadem familia nobis coniunctum,quis etiam familiaris dicitur: & pprie de eo qui ex eadem familia est. Ci.ad Q.fratrem. Æsopi tragœdi familiaris seruus tibi notus aufugit.

¶Familiaria dñr sepulchra quę quis sibi ac familiæ suæ constituit,sicut scribit iurecō. de religiosis.

¶Familiaritas consuetudo ipsa.

¶Familiariter domestice ad similitudinem familiarium,Familiariter fero,id est grauiter & moleste. Nam quæ sunt nobis familiaria,ea animo nostro sunt chara. Teren.in an. Huius mortem tam fert familiariter.

*Faminor secunda persona multitudinis imperatiui futuri a verbo faris quod veteres p dicito vsurpabant. Cc.

¶Famulus qui & famul originem habet ab oscis populis apud quos seruus famul dicebatur. V ñ & famulor aris quod est seruio tanq̄ seruus. Ci.lib.ij.de repub. Est enim genus iniustæ seruitutis cum ij sunt alterius qui sui esse possunt.

¶Famulatus us,famulitas & famulitium pro seruitute. Cic. Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint. Var. Apud ignauum dominum duro famulitio astrictus. Dicitur etiam famulitium seruorum copia. Macro. Vnus e famulitio cui prouincia erat admittere volentes dominum conuenire.

¶Famulanter aduerbium a famulans significat suppliciter.

¶Famularius a,um,quod ad famulatum pertinet. V ñ verba famularia dicta sunt,quia infinitiuis famulari videantur. Quæ sint famularia verba, Vide in dictione incipio.

ŏFamulatio,famulorum famularumq; multitudo,sicut & famulitium. Apul.lib.ij. Et ecce mulierem quampiam frequenti stipatam famulatione.

¶Fanum templum a faunis dijs qui solent diuinare, vt ait Martianus capella, vel a fauno qui auctore Probo grammatico primus conditor fuit. Festus a fando q̄ pontifex in dedicatione templi certa verba præfari solet. Hinc profanus. Sunt tamen qui hoc nomen per ph,scribant ἀπὸ τοῦ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

φανερόν quod significat manifestum, & ephano responsa dabantur, Hinc prophanus, a, um.

¶ Fanum, Piceni amœnissima seu vmbriæ vrbs in littore Adriatico inter Hisaurum & Senogalliam non longe a Metauro amne sita, sic dicta q in ea pulcherrimum fortunæ templum fuerit.

¶ Fanaticus penultima correpta insanus dicitur, quoniam sacerdotes cum responsa dabant furore pleni insanire videbantur se concutientes. Nam apud Anianum quæritur si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret & aliqua profatus esset an nihilominus sanus videtur. Dicitur & fanaticus qui fano præest, aut fani custos. Iuue. Et crine senex fanaticus albo Sacrorum antistes.

¶ Fanaticus sin⁹ vulgo dictus. Vide in dictione Phanates.

*Fanenses & fanestres a Fano oppido Piceni dicuntur ipsius oppidi incolæ. Cc.

¶ Fanesij populi in oceano septentrionali, qui vt auctor est. Plinius libro quarto tam grandes habẽt aures, vt eorum nuda corpora tegantur.

*Fannia lex lata est anno post vrbem conditam quingentesimo octauo, quæ ludis romanis item ludis plębeis saturnalibus aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit, decemq; aliis diebus in singulis mensibus tricenos. Cæteris autem omnibus diebus denos. Vide Gellij libro secundo cap. xxiiii. Fanniana piri genus a fannio quodã sic dicta. Cc.

¶ Far farris apud veteres de oĩbus frugibus dicebaẽ, quia id ferret terra, vel a frangendo, seu a faciendo q in pistrino fiat Nam apud antiquos molarum non erat vsus sed frumentũ in pila missum frangebant, vocabantq; Adoreum ab adolendo id est sacrificando. Col. libro nono. Posthęc cauea cum matre claudendi sunt, & farre hordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino aspersо modice alendi.

¶ Farraca pe. pro. dicuntur cibaria e farre.

¶ Farreum gen⁹ libi ex farre factum. Plin. Nouæ nuptæ farreum præferebant. Farreum quoq; veteres horreum a farre sicut granarium a grano, & horreum ab hordeo

¶ Farreatio genus sacrificii quod fiebat a farreo libo quoties nuptiæ conficerentur. Hec etiam confarreatio dicebatur, At cum dissoluerentur matrimonia diffarreatio dicebatur

¶ Farrago pe. pro. a farre. Et id ẽ quod ex multis satis, vt hordeo vicio & leguminibus fit pabuli cã. Var. Inde q far ferro cęsum farrago dictũ, aut quod primũ i farracea segete seri cœptũ sit. Vel dr a farciẽdo, hoc ẽ saturando. Diuersarum quoq; rerũ cõmixtio farrago dici põt. Iuu. Quicquid agũt homines votũ, timor, ira voluptas, gaudia discursus, nostri ẽ farrago libelli. Pers. aũt farraginẽ q farre vel frumẽto posuit cũ inquit. Vappa lippus & in tenui farragine mendax.

¶ Farrina a farre, vt li. xviij. Pli. docet, denoĩa ta est. Ideo per duplex rr, scribi deberet. Verũ apud poetas prima corripitur. Mar. Pascitur & dulci facilis gallina farina. Oui. de medicamine faciei. Nam quę puluereæ fuerint confusa farinę.

¶ Farrinaceus a, um, quod factum est ex farina.

¶ Farrinarius a, um, quod ad farinã pertinet. Plin. lib. xviij. Farrinario cribro succernunt.

¶ Farinarium locus vbi seruatur farina.

¶ Farcio is, farsi fartũ, saturo, q fasi farre impleo, & per translationem fagino, pinguefacio. Col. lib. ix. Hec em fere cõmunis est cura farcientium. Nã illi qui volunt non solũ opimas, sed etiam teneras aues facere, mulsea recente aqua prædicti generis farinam conspergunt, & ita farciunt. Huius verbi cõposita Confercio, Effercio, Infercio, Offercio a quo offertissimum pinguissimum. Plau. Sine sacris hęreditatem sum adeptus offertissimam, & Refercio.

¶ Farcimen pe. cor. intestinum varie ac minutim concisa carne refertum.

¶ Fartores qui farcimina faciunt ex insecta carne & adipe & huiusmodi. Terentius. in eu. Cupedinarij omnes, certarij, lanij, coqui, fartores.

¶ Fartilia, quibus implentur ea q̃ decoquunt. Pli. Iecur anserinum fartilibus crescit mira magnitudine.

¶ Fartum esca qua quid farcit, vel fartũ ẽ. Col. lib. iij. Semp proderit simul ac folia agere cœperit ficus subrica amurca diluere & cum stercore hũano ad radicẽ infundere ea res efficit vberiorem fructũ & fartum fici speciosius & plenius.

¶ Fartura quod fartũ est siue actus modusve farciendi. Idẽ lib. ix. Sed si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit quot iam farturæ præcesserint.

ẟ Fartim significat farciendo congestim cumulatim. Apul. parabat viscum fartim concisum.

¶ Farsilis pe. cor. qui instar farciminis farcitur. Vnde Apitius Porcellum farsilẽ, leporem farsilem vocat, qui in edulijs farciuntur varijs condimentis. Dicitur & fartilis ex cognatione quæ est inter f, & t, vt pulso pulto. Merso merto.

¶ Faran oppidum trans Arabiam iunctum Sarracenis qui in solitudine vagi errant.

¶ Farfarus siue farfar syrię fluuius in radicibus libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens in syriaco miscet mari. Hic tantus fertur vt transiri vado non possit. Farfarus etiam dictus est fluuius qui per Sabinos trãsit. De quo Oui. Et amœnæ farfarus imbræ. Alio nomine dicitur fabaris pe. cor. Ver. lib. vij. Qui tybrim fabarimq; bibunt.

¶ Faris vel fare fatur fatus a fero deductum est. Nihil enim aliud est ferre quam fari. i. loqui. Quod eriã significationem passiuam habere inuenitur. Suet. Prętorũ fasti dies sunt quib⁹ ius fatur. i. dicitur, vt nefasti quibus non dicitur. Hui⁹ verbi pria pśona debet esse for, vt inquit Pris. Eius composita sunt Effaris, extra loqueris. Affaris ad aliquem faris Ci. in Cat. Licet mihi hisdẽ versibus affari te attice, quib⁹ affatur flaminũ ille vir. Prefaris ante loqueris. Col. in prefat. Quas ordine suo tunc demum persequar cũ prefatus fuero quæ reor ad vniuersam disciplinã maxime pertinere. Profaris vltra faris. Ver. Tum breuiter Dido vultum demissa profatur.

¶ Fas genitiuum non habet, & a fando deducitur. Nam si faris seu fatis fassisve dicamus aliud significare potest. Et fas q̃dem pium & religiosum & fari dignum dicitur. Et ad deos refertur, sicut iustum ad homines Verg. Fas & iura sinunt, id est diuina & humana iura permittunt. Cuius contrarium est nefas, quod est impium & execrabile.

¶ Fascia genus ligaturę qua pueri vel aliud quid ligari solet, Et proprie pro tegumento crurum pedumq; fasciæ poni consueuerunt. Ideoq; crurules pedulesq; dicuntur. Vlp. Fasciæ crurules pedulesque vestis loco sunt quia partem corporis vestiunt. Scribit Plinius libro octauo mures portendisse exitiũ Carboni imperatori arrosis fascijs quibus in calceatu vtebatur. Item fasciæ dicuntur zonæ siue plagæ. Vide in fasceæ. Columel. libro septimo. Recte genibus applicantur ac fascijs circundantur. Martianus, Orbis terræ in quinque zonas siue melius fascias discernitur. Aliquando ponitur pro nube in modum fasciæ cælum percurrente. Iuuena. Nil fascia nigra minantur.

¶ Fasciola diminutiuũ parua fascia.

¶ Fasciari est fascia ligari. Spartia. de Antonio pio. Sed cum esset longus & senex incuruatusq; tilliaticijs tabulis in pectore positis fasciabatur, vt rectius incederet.

¶ Fascis lignorum aut alterius cuiusq; rei congeries quę ligãdo fit. Per translationem quandoq; ponitur pro onere. Nam fasces lignorum seu aliarum rerum graues sunt portantibus Ver. Ego hoc te fasce leuabo. Sed qm̃ lictores cum fascibus virgarũ securibus alligatis ad terrorem prębere solebant consules & alios magistratus, factũ est vt fasces numero plurali sumantur pro magistratibus & honoribus qui a populo prębentur, quia aut, xij. aut sex fascibus vtebantur Vergil. lib. ij. Geor. Non illum populi fasces non purpura regũ flexit. Non nunq̃ etiam numero singulari pro cõsule. Idem. Iniusto se face viam dum carpit. ẟ Fiebant autẽ fasces consulares, vt inqt Plin. Ex gallica arbore quæ species est populi quam latini betulam vocant. Flexibilis enim est hæc valde.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Faſciculus diminutiuum, paruus faſcis, vt in ſacris literis. Faſciculus myrrhæ. Accipitur & pro olfactoriolo. Cicero libro tertio tuſ. Faſciculum ad nares admouebis.

¶Faſcinus & faſcinum pe. cor. a fando: quoddam incantationis genus quo homines ita ligantur, vt liberi nõ ſint, nec mentis compotes, ſæpeq; ad extremam maciem deueniant. Hora. in Epo. Minuſve languet faſcinum, Ponitur interdum faſcinus pro faſcinatione, vt apud Plinium. ȣFit enim morbus hic exſpiritu faſcinantis per oculos faſcinati ad cor ipſius ingreſſo in obſcœno tamen carmine ponitur faſcinum pro virili membro.

¶Faſcino as, pe. cor. maleficium infero. Ver. Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Huius compoſitum eſt Effaſcino eiuſdem ſignificationis. Solinus Quædam in terra Aphrica hoĩm familię ſunt voce atq; lingua effaſcinantes, q̃ ſi ipenſius forte laudauerit pulchras arbores, ſegetes lętiores infantes amœniores, egregios equos, pecudes paſtu atq; cultu opimas, emoriantur repẽte. Põt etiam ſignificare maleficium tollo, ſicut Excanto incantationem remoueo. Plinius. Effe eiuſdem generis in Triballis & illyriis adiecit Iſigonus qui quoſq; effaſcinent.

¶Faſcelis dicta eſt Diana a faſce lignorum in quo abſconditum dianę ſimulachrum Oreſtes Aritiam detulit.

¶Faſcell⁹ generis maſ. vel fœm. qui & phaſellus dicitur, genus nauigii campani. Verg. libro quarto geor. Et circum pictis vehitur ſua rura faſellis. Saluſt. libro tertio hiſto. Et forte in nauigando cohors vna grandi faſello vecta a cæteris deerrauit. In genere maſ. genus eſt leguminis exilis & teretis, qui & phaſeolus & phaſilus dicitur.

¶Faſti dies dicti ſunt quibus ſine piaculo prætoribus licebat tria verba fari. ſ. do, dico, addico. Et nefaſti quibus nõ licebat fari. Ouid. Ille nefaſtus erit per quem tria verba ſilentur. Faſtus erit per quem lege licebit agi. Faſtorum libri in quibus totius anni res populi Romani ſcriptæ continebantur & causæ feſtiuitatum explicantur, vt in faſtis Ouidii, de quib⁹ Idẽ, Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis. Et quo ſit merito quęq; notata dies. Inueniesillic & feſta domeſtica vobis. Sæpe tibi pater eſt, ſępe legendus auus. Scribit Liuius Flauiũ ſcribam faſtos circa forum ĩ albo propoſuiſſe, vt q̃ lege agi poſſet ſciretur. Et ẽ faſt⁹ ſecũde & quarte declinationis. Luca. Nec meus eudoxi vincetur faſtibus annus. Var. in Epheme ride. Cęſar faſtus correxit. Col. lib. x. Sequor nunc eudoxi & Metonis faſtus aſtrologorum. Et vt auctor eſt Priſ. Eadem forma dicitur faſtus vel faſti, qua ſenatus vel ſenati. Faſt⁹ vero pro ſuperbia ſemper eſt quarte. Et eſt proprie indigna ſui ipſius per ſuperbiam exiſtimatio.

¶Faſtidio is, pe. prod. iui, itum, a faſtu fit. Nam proprie faſtidire eſt cum faſtu quodam cõtẽnere. Ver. Inuenies alium ſi te hic faſtidit alexis. Vnde & pro ſtomachari dĩ. Conſtruitur q̃ mõ cũ actõ, modo cũ dtõ, modo cũ gtõ. Hora. in Ser. Nũ eſuriẽs faſtidis oĩa prẽter Pauonẽ rhõbũq;. Cic. pro Milo. Sed etiã recte factis ſępe faſtidiunt. i. faſtidiũ faciũt. Plaut. in Aul. Abĩ, neq; me certiorem fecit, faſtidit mei. Lucil. lib. vij. Difficiles ſumus faſtidimus bonorum.

¶Faſtidium meum, quo ego alios faſtidio. Faſtidium mei quo ego ab alijs faſtidior. Quintilianus. Ceu mulier omnibus expoſita mortalibus vanitatem faſtidio mei deſpectuque captauit.

¶Faſtidit us faſtidio habitus. Luc. Pars magna ſenatus Faſtidita iacet.

¶Faſti dioſus qui omnia faſtidit, vel qui alijs eſt faſtidio.

¶Faſtigium altitudo ac ſummitas operis. Verg. Et faſtigia ſuſpicit vrbis. Quandoq; dicitur ima pars. Idẽ lib. ij. geo. Forſitan & ſcrobibus quę ſint faſtigia quæras. Q̃q; finis. Cicer. libro tertio offi. Sed quo opere inchoato prope tamen abſoluto tibi faſtigium imponimus.

¶Faſtigio as, acumino & quaſi in faſtigium erigo. Plin. lib. xviij. Frumenta hyeme in herba ſunt, vero tempore faſtigiantur in ſtipulam [illegible] ſunt hiberni temporis.

¶Fatigo as, pe. pro. quaſi fatim ago. Hoc ẽ abũdanter agito & ad laſſitudinẽ deduco. Verg. lib. v. Veloces iaculo cęruos curſuq; fatigat. Aliq̃ pcutio. Idẽ. Verſaq; iuuencum terga fatigamus haſta. Aliq̃ Perturbo cõmoueo, vt Quæ mare nunc terraſq; metu cælumq; fatigat. Aliq̃ excito. Idem Socioſque fatigat, Pręcipites vigilate viri. Aliq̃ cohibeo. Cic. libro tertio of. Quinõ verbis ſunt & diſputatione philoſophorũ ſed vinculis & carcere fatigandi. Huius cõpoſitum eſt Defatigo quod ẽ deorſum ſeu valde fatigo. Te. ĩ Adel. Vtinam quidẽ quod cũ ſalute eĩ⁹ fiat ita ſe defatigari velĩ, vt triduo hoc perpetuo prorſus e lecto nequeat ſurgere.

¶Fateor, eris, faſſus, affirmo ſponte. Lact. Idem etiam poetæ fatentur. Huius compoſita ſunt Cõfiteor, Diffiteor, Infiteor quæ ſignificant non fateor, nego Profiteor, de quo infra.

¶Fator aris, multum loquor. Eſt enim frequentatiuum a fari. feſtus, fatantur. i. multa fantur.

¶Fatum a fatus ſecundum Priſci. in paſſiua ſignificatione id ẽ dictus. Vnde fatum iuſſum & dictum dei, ps, Semel locut⁹ ẽ deus duo, hæc audiui, quoniam poteſtas dei eſt & tibi domine miſericordia. Augu. libro quito de ciuitate dei. Quod ei dictũ eſt ſemel locutus ẽ, intelligit immobiliter, hoc ẽ incõmutabiliter ẽ locutus, ſicut nouit immutabiliter oĩa q̃ futura ſũt, & q̃ ipſe facturus ẽ. Hac ratione poſſemus a fando fatum appellare niſi hoc nomen iam in alia re ſoleret intelligi, quo corda hominum nolumus inclinari. Scribit Cic. fatum eſſe cõnexionem rerum per ętternitatem ſeinuicem tenentem quę ſuo ordine & lege variantur ita tñ vt ipſa varietas habeat ęternitatẽ. Sene. in quęſtio naturalibus. Quid intelligis fatũ? Exiſtimo neceſſitates rerũ oĩm actionũq; quas nulla vis rumpat Sed quid de fato ſentire debeant catholici, ſcribitur apud patrẽ meũ. Auguſtinum libro quinto ciui. dei capite. ix. Apud poetas fatum quandoq; capitur pro natura. Verg. Nã quia nec fato merita nec morte peribat. Quandoque pro voluntate. Id enim Plato dicit fatum eſſe uoluntatem & iuſſionem diuinam. Virg. Fatis Iunonis inique. Quandoq; pro oraculo quod dii fantur. Idẽm, Oblitus fatorũ. Quandoque pro morte, quia nihil tam neceſſarium impẽdet homini q̃ mors. Vnde fato concedit qui moritur.

¶Fatale quod pernitioſum eſt, vt dies fatales. Et fatale dicitur quicquid nobis ex fato debętur ſiue bonum ſit, ſiue malum, Aug. li. v. de ci. dei. Et fatalia dicũt q̃ pter dei & hominũ voluntatem cuiuſdam ordinis neceſſitate contingunt. ȣ Aliq̃ fatale dicitur ſalubre. Val. lib. i. Eo legatis id ẽ miſſis vnicam fatalis remedij opem impetraturam ſe credidit.

¶Fatidicus pe. cor. qui futura prędiuinãdo ſolet fari, qui nobis fata id ẽ decreta deorũ exponit. Vnde fatidici libri qui cõtinẽt fata populorũ, quales erãt decẽ ſibillarũ libri, qui & ab hiſtoricis fatales appellantur. fatidici vates, & fatidica Manto nominatur quoniam erat fatiloqua quæ vaticinabatur diuinitate prædita ἐ θεσπισί ἐνθουσιάζοντα καὶ μάντεις. *, id ẽ græce diuini dicuntur & vates.

¶Fatifer fatifera, um, pe. cor. quod eſt mortiferum.

¶Fatim aduerbium abundanter, a fando quia verborum q̃ rerum maior ſit copia, vel quod fari facile ſit. Hinc componit Affatim de quo ſupra.

¶Fatiſco is, deficio. Col. li. viij. Nõ debet octo capitum numerum excedere, non quia ignorem fœcunditatem ſcrophaarum maioris eſſe numeri, ſed quia celerrime fatiſcit quæ pluris educat. De hoc etiam in Defetiſcor

¶Fathiſcere cum h eſt abundanter aperiri, quaſi affatim hiſcere. Ver. Rimiſq; fathiſcunt. Am. lib. hexa. Plærumq; terra meridianę plagę torretur ardoribus atq; ęſtu ſoluta fathiſcit in puluerem miſerandi agricolæ labore conſumpto

*Fatuitas ſtultitia.

¶Fatuus inſipiens, tractum a ſapore ciborũ qui cum non ſapiunt fatui dicuntur. Mar. Vt ſapiant fatuæ fabrorũ prãdia betæ Oq̃ ſæpe petet vina piperque coquus. Teren. in eu. Fatuus eſt inſulſus tardus. Var. hoc nomen a fando deriuat. Fatuus qui fatur quod puer primo fat, hoc eſt qui ĩepta loquit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fauni quoq; dĳ sunt q & fauni dĭr quasi multĭ fantes.

¶ Fatua dea dicta est terra q infantes partu editi non prius vocem edunt q̃ terram attigerint. Eadem & bona dea vocata ē q omniũ rebus ad victũ bonorum causa est. Et fauna q oĩ vsui animatiũ fauet, & Ops q ipsius ope vita constat.

¶ Fauissæ cellę quędam & cistemæ in area capitolina vbi reponi solebant signa & alia quędam religiosa donarĳs consecrata. Auctor Gellius. ð Dictæ fauissæ quod in eis non rudæ es argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur. Vnde & a priscis latinis flauissas dictas fuisse cõperitur quas græci tauros appellant. Cellę igitur quibus æditui capitolini vtebantur ad custodiendas res veteres religiosas, fauissę dictæ l. littera dicebantur.

¶ Faueo es, faui fautũ. Fauere proprie est bona fari, seu fauorẽ facere. Hinc fauor vox bene prędicãs alicui, siue alicuius cõmodũ & laudẽ tuẽs. Fauere etiam tacere ẽ, vt ĩquit. Do. Ter. in an. Fauete adeste æquo animo. Similiter fauere linguis est tacere. ꝛc. de beata vita. Fauete linguis. In ludis vero ore fauere inquit. Ser. est dicere bona verba quia in illis necessarius est fauor. A faueo fiunt fautor & fautrix.

> Fauentia bona ominatio a faueo dicta. Cc.

⁜ Fauĭ populi sunt sic dicti q princeps eius gentis ex ea natus sit cum qua Hercules in fouea concubuit, quamuis alĭ putẽt a vocatum q primus ostenderit quemadmodum vrsi & lupi foueis caperentur.

¶ Fauoniana pira rubra. Cc.

¶ Fauorabilis dicitur qui gratiosus & impetrabilis ac fauoris plenus est apud omnes. Suet. in Cali. Sic vulgo fauorabilis vt plurimi tradant quoties aliquo adueniret, vel secunde discederet prę turbã occurrentium prosequentium ve nonnunquam eum discrimen vitę adisse.

¶ Faustus a, um, a fauore prosperũ ac proprium significat cui omnes fauent. Teren. O faustum & felicem. Hinc aduerbium fauste quorum contraria sunt infaustum & infauste.

¶ Fauni agrorum & syluarum putati sunt dĭ qui post prolixum tempus moriuntur q e terra geniti sint. Hinc fana dicta existimat Probus. Ser. Faunum & faunam tradit dictos esse a vaticinando id est fando. Vñ & fatuos dicimus incon syderate loquentes. Hos quidã incubos vocant. Fauni apud latinos ĭ sunt q apud græcos satyri filĭ Saturni. Scribit Hier. satyrũ a diuo Antonio inuctũ. Aug. docet faunos aut immortales aĩas nõ habere aut hũano semine natos. Et Faunus dictus fuit Pici filius & Latini pater qui regnauit ĩ latio, a fãdo dictus q oracula sua voce redderet.

⁜ Fauna dea, vide fatua.

¶ Faulla quasi cinis extinctus q ignem tectum foueat quasi foulla. Est enim deserta igne. Siue potius quasi flaulla a colore. Nam & Pacu. flauum dixit puluerem. Scintilla vero proprie est q̃ e scilice cũ is cædit exilire solet. Verg. Ac primũ silicis scintillam excudit achates. Ouid. li. ĭ. fast. Pars quoq; cũ saxis pastores saxa feribant. Scintillam subito prosiluisse ferunt. Hier. in eccle. Ab scintilla vna augetur ignis.

ð Fauorinus nomen phĭ de quo fit mentio apud Gellium.

¶ Fauonius ventus a fouendo dictus q cuncta foueat. Est enim genitalis spiritus viuendi, eo mantantur viuiscẽtia terræ, ζephirus a græcis dicitur. Spirat aduersus Eurum.

¶ Faustianum vinum dicitur quod in medĭs collibus Falerni montis gignitur. Cc.

⁜ Faustulus pastor qui Remi & Romuli nutritor fuit. Cc.

¶ Fauus apũ domus & cellulę a fouendo q in his sobolem foueant. Plin. Primũ itaq; fauos construunt, cæram fingunt Verg. Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces suspẽdunt ceras Pli. Iunior. Buccellam panis dedit & fauum melis, hoc est fructum operis apiarĭ melle plenum.

¶ Fauulus diminutiuum paruus fauus. Plau. Meus dulciculus fauulus.

¶ Faux superior pars gulę mento propĭqua, sed interior vbi os angustatur. Pli. lib. xi. Summum gulæ fauces vocantur, postremum stomachus. Verg. lib. vi. Vestibulum ante ipm primisque in faucibus orci. Per translationem fauces dicũtur stricti ingressus vallium, seu alterius loci. In fauc bus sunt foramina duarum fistularum cibalis. ſ. & spiritalis quę cõmuna humectatione indigẽt. Siccę enim exulcerantur. Ouid. lib vi. Caret os humore loquentis. Et fauces arent, vix est via vocis in illis. A faux fiunt. Offoco Præfoco & suffoco.

¶ Fax fustis incisus, a lumine faciẽdo, q lumen facile faciat. Cuius diminutiuum est facula. Primam facẽ noctis principium vocitabant, q tum primum vti face incipiunt.

⁜ Facem in nuptĭs præferre solebant, siue ad obseruandam antiquam consuetudinem q ante non nisi noctu duci nouas nuptas a sponsis mos erat. Siue in honorem. Cereris quę facẽ in quęrẽda Proserpina gestauerat. Siue vt noua nupta ignẽ & aquam quę duo sunt in vita maxime necessaria cum viro communicare videretur. Etenim aqua quoq; aspergi solebat vt casta puraq; ad sponsum duceretur. Cc.

¶ Faxo is, pro faciam. Vergil. lib. xĭ. Ego sydera faxo Firma manu. Faxim fecerim. Faxint faciant. Terent. in Heau. Vtinam dĳ ita faxint.

¶ Febris a feritate morbilis malis, vel ficuti Ser. docet a feruore.

¶ Febricula diminutiuum parua febris. Plautus. Ciceroni. Qui ex labore in febriculam incidit assiduam & satis molestã græce πυρεττὸς καὶ πυρέττων ἀπὸ τοῦ πυρόω παραγίνονται. ⁜ i. Græce πυρετὸς febris & πυρεττω febricito a πυρόω id ẽ æstuo deducunrur.

¶ Febriculosus qui habet multam febrem. Gel. Non morbo hic febriculosus aut nimium grauis.

¶ Febrile pe. pro. quasi ad febrem pertinens. Apul. Ardore æstuans febrili.

¶ Febrio, is, iui, ĭtũ febrẽ patior. Mater. Hæc nondum tremulo potanda dabis febrienti.

¶ Febricito as, pe. cor. & Febricitor deponens in eadem significatione. Col. lib. vĭ. Febricitanti boue conuenit abstinere cibo vno die.

¶ Februo, as, lustro purgo, a feruco, hoc enim adolendo & flammis feruentibus fieri solebat, vel a Sabinorum lingua qui febrũ purgamentũ dicunt. Hinc februarius mensis dictus est, q tum, id est extremo anni mense populus februaret. ĭ. purgaret per. xĭ. enim dies cõtinuos februarĭ, celebrabantur februa. His q diebus pro impetranda mortuorũ aĩabus quiete oĩs populus piaculis sacrificĭsq; circa sepulchra accensis facibus cęreisq; intentus erat. Et Iuno februata siue februalis, q ei hoc mense sacra fiebant, eiusq; feriæ erant Lupercalia. Et quæcunq; purgamenti causa in quibuscũq; sacrificĭs adhibebant februa appellabantur. Et id quod purgatũ erat februatũ dicebat. Pli. Vulgata priscis tpĭb⁹ opinio obtinuit februa esse oĩa quib⁹ malefactorũ cõscientia purgaret, delerẽturque pcta, aut manes aĩabus defunctorũ placidi redderentur.

¶ Februus Dis pater, q ei mense februario sacrificaretur.

¶ Februarius mensis. Vide pauloante in februo as.

¶ Februum sabinorum lingua purgamentum dicitur. Cc.

¶ Feciales dicti sunt a ferendo, q belli pacisq; ferendæ apud eos ius erat. Neq; enim licebat bellum alicui inferre nisi hi & iusta causa susceptum declarauissent & prius ĭdixissent Var. Itaq; bella tarde nec magna lumina suscipiebant. q bellum nullum nisi pium putabant geri oportere, & priusq; indicerẽtur belli ĭs a quibus iniurias factas ferebant, feciales legatos res petitum mittebãt quattuor, quos oratores vocabant. Sĭt etiam qui feciales a faciendo deriuari existimẽt q apud eos belli ac pacis faciendæ ius esset.

¶ Felis animal quadrupes quod nobiscum in domibus tenem⁹ ad murium venatum, vulgo Catus, quod nos cautũ astutũq; dicimus, a quo Catones primo voluntappellatos, a græcis σὰ λουρου dicitur. Et ipsi quorum vanitas rideẽ ægis ptĭ nullam belluam nisi ob aliquam vtilitatem conseruare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

runt, velut Ibim, q̃ vim serpentium conficiat. Crocodilum q̃ terrore arceat latrones. Felem q̃ pelle eius scuta contegãt. Ichneumones q̃ non sinant serpentes, maximam eius regionis pestem, augeri. Plin. lib. x. Feles quo silentio, quam leuib⁹ vestigijs, q̃ multo speculatu in mus culos exiliunt: excrementa sua obruunt terra intelligentes odorem illum indicem sui esse. Ait enim Var. lib. iij. Omnes parietes tectorio lęuigãtur ne felis aliave bestia introire ad nocendum possit. Hos Varro & Col. accipiunt pro eo genere animalis quod vulgus fouinum seu maturellum appellat. Sene. lib. epistolarum moralium. xx. Quid est quare tam pauonem quam anserem gallina non fugiat? Attanto minorem eis nec notum sibi accipitrem? quare felem pulli timeant, canem non timeant.

¶ Fel fellis est purgamentum sanguinis pessimum, cui tãtum inest virus & hominem totum decolorem reddat, & maxime oculos, vt in homine irato cernimus. Fel enim irę sedes est. Humor aũt qui in folliculo fellis bilis vocatur, quę pro sui cõditione hoiem cõuarrat. Bilis enim atra quam græci melancholiam vocant, facit insaniam. Plau. in Amp. Delirat vxor? atra bili percita est. Sed de bili suo loco dictum. Aliquãdo fel cum sit pessimus humor pro animi amaritudine ponitur.

¶ Fello as, lac exugo & suctu ebibo. Mart. Si fellas & aquam biberis nil Lesbia peccas. Qua tibi parte opus est Lesbia sumis aquam. Solinus in collectaneis. Nequaq̃ mater equa pullo prębet vbera fellicanda. Transfertur ad rem obscœnam. Nam fellare dicuntur illi illeve qui quęve virilia intra os recipiunt, & illa perinde ac papillas exugunt. Qui vero virilia huic libidini per voluptatẽ accõmodabãt, Irrumare dicebãt. Inde fellator & fellatrix & fellito as, frequentatiuum.

¶ Fellicones homines mali dicuntur & nullius vsus.

*Felicata patera q̃ ad filicis hęrbę similitudinẽ cęlata est. Cc.

¶ Femur quod & fęmor dicitur secundũ Phocã, a ferendo q̃ his pręcipue partibus sustinetur animal atque feratur. Hic femoralia pro verendorũ tegminibus. Suet. de Augu. Quare quassato corpore neq̃ frigora neq̃ ęstus facile tolerabat, hyeme quaternis cũ pinguiũ tota tunicis & subucula & thorace laneo & femoralibus & tibialibus muniebatur.

¶ Femen, inis, capitur sicut femur. Plautus. in Mili. Ecce aurem aduortit nixus læuo in femine. Proprie tamen femina sunt interiores partes, femora exteriores, femia posteriores, femora anteriores. Plinius libro. xi. sic de apibus scribit. Prioribus pedibus femina onerãt propter id natura scabra. Et li. xxviij. Femina inquit atteri indurique equitatu norum est. Femina enim interiora equitando atteruntur non exteriora. Hinc Apuleius finxit vocabulum Interfemineum pro locis muliebribus veluti positis inter femina. Col. lib. vij. Veteris quoque & subfemina manum subijcere ne ad huiusmodi tactũ postmodum paueſcant. Existimat Ser. femen in nominatiuo non reperiri. Prisc. docet esse in raro vsu. Festus femẽ declinat, femina etiam inferiores partes significant. Nam a flexu dicta videntur. Vbi em̃ iunctura cum flexu pedis est femina dicũtur. Plau. in asi. Sed tamen tu nempe eos asinos prędicas veterum claudos quibus obtritę ad femina erant vngulę. Col. lib. vij. Femina secari & interdum in urisolent.

¶ Femina tegumenta feminum & subligacula. Hierony. in Exo. Facies & feminalia linea vt operiant carnem turpitudinis suę a renibus vsque ad femora. Idẽ ad Fabiolam. Discamus primum cões sacerdotũ vestes atq̃ pontificũ, lineis feminalibus q̃ vsq̃ ad genua & poplites veniunt verecũda cęlãt & superior ps sub vmbilico vehemẽter astringitur vocatur q̃ lingua hebręa Machinasse, græce περισκελὴ, a nẽis feminalia vel brachę vsq̃ ad genua pertingentes. Et vt scribit Iosephus ob fortitudinem ex bisso retorta fieri consueuerunt.

¶ Fenestra ἀπὸ τοῦ φαίνειν quod ẽ lucere. Fit em̃ ad lucẽ reddẽdã. Ouid. Qua lumen thalamis parua fenestra dabat. Interdũ ponit pro aditu & via. Terẽ. Hui quãtã fenestram ad nequitiã patefeceris. Pli. Fenestrare verbũ vsurpat p fenestras apire. Sic enĩ ait. Media oculorũ cornua fenestrauit pupilla.

¶ Fenestrenula parua fenestra. Hierony. Sit autem vna vel plures fenestrenulæ iuxta dispositionem episcopi. Et per detractionem mediæ syllabę Festra quod est ostiũ paruum in sacrario, vt ait Macro.

¶ Fenestrella similiter & fenestricula diminutiua sunt.

¶ Fenestella sine r, nomen est propium historici qui nouissimo tempore Tyberij Cæsaris claruit.

¶ Fenestratus a, um quod est apertum perforatum. Plautus Nulla est fenestratior domus.

¶ Fero fers tuli latum & tetuli secundum Diom. Teren. Huc tetulissem pedem, proprie significat porto. Vergilius libro quinto. Vix illã famuli phegeus Sagarisque ferebant. ῥῆμα ἑλληνικὸν, φέρω γὰρ λέγουσι ☾ ἀνωμαλον μέλλον ὄισω ὄυστω τοῖς λατίνοις .*. id est ὄβιũ græcũ, φέρω enĩ dicunt & anomalum futurum ὄισω, id est feram sic & latinis. Aliquãdo tolero patior. Teren. in Heau. Nam quem ferre si parentem suum non feret. Aliquando duco dirigo. Liuius libiõ. i. Pergit ad proximam speluncam si forte eo vestigia ferrent. Verg. libro. vij. Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad vndas. Aliquando dico nomino. Idem. Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Posthabita coluisse sam.o. Aliquando Do, exhibeo. Idem. Sacra dionæ matri diuisque ferebam. Lactantius libro tertio. Non enim descẽdit aliquis e cœlo qui sententiam de singulorum opinionibus ferat. Aliquãdo Concupisco. Sal. Tunc Catilina polliceri tabulas nouas, proscriptiones locupletum, magistratus, sacerdotia, rapinas atque alia omnia quæ bellum & libido victorum fert. Aliquando Extollo. Idem. Consulares omnes itemque senatus magna pars sententiam eius laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt. Aliquando gigno produco. Vergil. Si duo præterea tales idæa tulisset Terra viros. Aliquãdo habeo Idem. Ferre sui dederat monumentum & pignus amoris. Aliquãdo Affero. Idem. Legati responsa ferunt. Aliquando Conserο. Idem. Quibus acer erix in prælia suetus ferre manum. Aliquando Disturbo. Idem. Quippe ferãt rapidi secum verrantque per auras. Aliquando Ostento. Idem libro. xi. Captiuo siue vt se ferret in auro venatrix. Aliquando Consulo, vt Pompeius tulit ad populum. Aliquãdo Aufero. Ver. Postquam te fata tulerunt. Et omnia fert ætas, id est aufert. Aliquando Refero seu recipio. Terentius in Adel. Pro labore ab his fero odium. Aliquando Assequor. Idem in Eunu. Hoc si effeceris quod vis donum a me præmium optato id optatum feres. Et in Adel. Ni faciant quod illos æquum est, haud si ferent, id est obtinebunt. Q̃ si cum hoc verbo, præme, præte, vel præse addantur, significat dicto vel facto vel gestu aliquid ostendo confiteor que & ipsa statim fronte de aliqua re aut homine, vt præte fers iram. Quinti. Fiduciam igitur præse ferat orator, semperque ita dicat tanquam de causa optime sentiat, id est ex ipso aspectu oratoris, ex ipsa voce, ex ipsa tota oratione eluceat fiducia, quemadmodum qui pugnaturi sunt in vultu & gestu indicant tacitam vel formidinem vel fiduciam, hoc est præse ferunt fiduciam formidinem ve. Cicero. Nam ille qui accipit iniuriam meminit & præse fert, id est se mentem persequendæ iniuriæ habere ostendit. In eundem sensum accipit solent. Præme duco, prę me gero. Composita sunt Affero. Aufero. Antefero. Confero. Circumfero. Defero. Differo. Effero. Infero. Introfero. Offero. Perfero. Prefero. Profero. Refero. Suffero. Superfero, & Transfero, quæ habent penultimam correptam.

¿ Ferre auras est assuescere aeris varietati quæ obest. Vergilius libro secundo Georg. Cum semel heserunt aruis aut aſque tulerunt.

¶ Feræ a ferendo dictę sunt q̃ toto corpore ferantur, siue q̃ cum impetu & sine ratione ferantur, aut q̃ naturali vi tuntur libertate & pro desyderio feruntur. Proprię autem feræ dicuntur quæ ferocitatem habent, vt Leones pardi lupi, quæ vbi mansuefactę sunt Cicures appellantur. Improprie omnes quadrupedes, pecudibus exceptis.

¶ Fere aduerbium significat festinanter & parum abest quasi continue ferendo, id est quod fertur in motu est,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vt fere hominem occidisti, id est parum abfuit qui hominē occideris, Prisc. docet fere significare iuxta, quia celeribus omnia iuxta sunt. Et profertur cum accentu in vltima παρεία. Interdum in oratione ita constituitur, vt intelligatur quædam vniuersitas. Quinti. Hæ fere sunt emendate loquendi scribendique partes, id est fere omnes. Cic. Memini in eum sermonē incidere qui tū fere erat in ore id est fere semper.

¶ Ferinus a, um, penul. produ. quod est ferarum. Apul. Ferino ac beluino ritu.

*Feritas naturæ quędā asperitas, & a ferus deducitur. Cc.

¶ Ferale adiectiuum significat dirum, exitiale a feralibus sacrificijs. Apul. Rogum demolirentur, cœnam feralem a tumulo ad mensam referrent. Verg. Solaque culminibus ferali carmine bubo Visa queri. Et feralis dies dicebatur quo feralia fiebant. ♁ Et generali vocabulo dicitur omnis res lugubris pertinens ad defunctos. Vnde feralis pompa exequialis quæ cadaueri efferendo exhibetur. Veteres quoque feralia dixerunt dijs manibus sacratam diem a ferendis epulis ad tumulum in cœnam quam & ipsam feralem nuncupant. Ouid. An quia iusta ferunt dixere piacula lucem, vltima placandis manibus illa dies.

¶ Feralia sacrificia parentalia quædam ab inferis & ferendo ꝙ ferrent epulas ad sepulchrum eius cui vellent parētare, vel feriendis pecudibus. Ouid. in fas. Hanc quia iusta ferunt dixere feralia lucem, Vltima placandis manibus ista dies.

♁ Feralia officia sunt quæ inferis a defunctis exhibentur.

♁ Feralia fœdera, te de ferales, & arma feralia, quasi mortifera.

♁ Feralia amicula sunt vestimenta quibus cadauera defunctorum vestita sepulchro conduntur.

♁ Feriales vittæ dicuntur quę sunt funeri accommodatæ.

♁ Feralis cultus pro funebri & lugubri.

♁ Feralis dies dicebatur quo feralia fiebant.

¶ Ferus dicitur atrox, seuerus, qui ferinum animum habet, vel qui durioris est vitæ & animi crudelioris. Verg. Ferus omnia Iuppiter Argos transtulit. Vnde Augustin⁹ in Dial. Ferum mansueto opposuit. Hinc ferítas naturę quędam asperitas, & diri semper est animi. A ferus componitur Semiferus penultima correpta. Semifera dicuntur animalia quæ ex fero placidoq; nascuntur, vt ex Apro & Sue. Semifera etiam dicūtur quæ nec placida nec fera sunt sed mediæ inter vtrumque naturæ, vt in volucribus hirundines, in campo lepores, cuniculi. In mari delphini. Perferus valde ferus. Var. libro. ij. de re rus. Boues perferi etiam nunc multi sunt in Dardania & Media & Thracia.

¶ Ferox fortis, inuictus Hora. lib. car. Vrbes gentesque & latium ferox. Sallust. Ille animo ferocí negat se fusam toties numidiam pertimescere. Item dicitur præanimosus ad certādum cum altero, & vim alteri inferendam atque nocēdum Vergilius. Stat sonipes & fræna ferox spumantia mandit. Augustinus, in dial. Mansueto opposuit. Plautus pro corda to & faceto in Mili. posuit. Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior. Hinc ferocia & ferocitas. Cicero lib. vi. de rep. Qui comperit eius vim & effrænatam illam ferociam. Ferociter. Plaut. in Mil. Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant.

♁ Ferocitas, vt inquit Speu, excessus audaciæ haud metuens quę metuenda sunt.

¶ Ferocio, is, iui, vel ferocij, ferocitum ferox fio, quod vernacula lingua dicitur ingagliardir. Gellius lib. i.. Nihil adeo in congrediendis hostibus atque in principijs pręliorum ad salutem virtutemq; aptius rati quam si permulcti mitioribus non immodice ferocirent.

¶ Ferax dicitur quod abundanter ex se producit Plinius. Vt tam ferax bonarum artium sęculum videremus. Vnde in ferax contrarium. Sic Hiero. ad Dama. Inferaces syluas dixit.

♁ Hinc feracitas.

¶ Fertile adiectiuum penul. correp. sicut ferax sumitur. Col. lib. iiij. Vt ex his partibus trunci sumantur, quæ & genitales sunt & maxime fertiles. Hinc fertilitas, sic a ferax feracitas. Idem. Id enim non accidit palmitis fertilitatē.

¶ Ferentarij, leuis armaturę milites auxiliatores a ferendo auxilio, vt quicquid opus esset auxilio ferrent excursu leues, armis grauibus non impediti, sed ense & telis tantum instructi. Vel dicti sunt Ferētarij, quia fundis lapid. busque pugnabant quæ tela feruntur non tenentur. Sal. Postquam eo ventum est, vnde a ferentarijs prælium committi posset. Cato eos ferentarios dixit qui tela ac potiones militibus pugnantibus ministrabant. Hi & velati vocabantur.

¶ Feretrius dictus est Iuppiter ꝙ pacem ferre putaretur quoniam ex templo eius quod Romæ primum a Romulo ædificatum est sumebant sceptrum per quod iurarent & lapidem silicem quo fœdus ferirent vel a feriendo vt inquit Plutar.

¶ Feretrum a fero pe. cor. Lectus vel aliquid aliud quo mortuus ferri solet. Et alio nomine Capulus dicitur a Capiendo, seu in quo aliquid cum pompa fertur. Liui. Spolia ducis suspensa fabricato ad id apte feretro gerens in Capitolium ascēdit. Ibique cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, templum designauit. Quidam græcum putant φέρετρον græci enim pheretra vocant argentum aurum gemmas imagines principū spolia hostiū & cætera quæ in pōpa feruntur.

¶ Ferentinum oppidum quod Pli. collocat in prima Italię regione in qua Roma est, a qua ferentinates dicti. Est & Ferentinum in Thuscia, vnde Ferentini.

¶ Feretrus mons, a qua familia Feretria dicta, a qua Vrbini dux originem habet.

¶ Ferentum oppidum Sabinorū, seu Samnitum, a quo Ferētani dicuntur. De quo Dionysius Halicarnaseus lib. xvij.

¶ Ferculum a ferendo. Vnde & fercula pulmentaria ab eo ꝙ mensæ inferantur. Iuue. Quis ferculasseptem secreto cœnauit auus? Aliquando sumitur pro gestamine quo pompa deferri solet. Sue. in Cæsa. Pontico triumpho inter pompę fercula trium verborum prætulit titulum. Veni vidi vici, hoc est inter pompę triumphalis gestamina. Quo nomine continentur simulacra oppidorum, simulacra deorum, spolia hostium, coronæ machinę, & id genus alia quę fieri solēt in pōpa triumphali, sicut fercula ludorum, fercula q̄ in ludis. Fercula sacrorum quę in sacris. Acron etiam docet fercula esse pulpita in quibus deorum simulacra sint, quia in pompa circensi, hoc est celebritate ludorum circensium huiusmodi simulacra deorum feruntur. Cice. lib. i. offici. Cauendum est tarditatib⁹ vtamur in ingressu molliorib⁹ vt similes pomparum fercu lis esse videamur. Amb. lib. i. offi. Sunt qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus & quasi quædam fercula pomparum.

¶ Ferio is, percussi præteritum mutuatur ā percutio idemq; significat. Verg. Cornu ferit ille caueto. Et ferire sancire firmare. Vnde ferre seu percutere fœdus dicimus. Idem Haud mora Tarchon Iungit opes, fœdusque ferit. Et apud Esaiam Feriam vobiscum pactum sempiternum. Item Ferire pulsare est. Plautus in Amph. Feriam fores aperire. Huius compositum est Referio, quod est repercutio. Idē in asi. Patitor tu idē cum ego te referiam.

*Ferire iugulum veteres dixerunt pro eo quod est petere mortē vel Inferre mortē & ꝙ iugulare siue interficere. Cc.

¶ Feriæ a feriendis victimis dicti sunt dies cessationum ab opere seu ab epulis ferendis. In his enim epulæ fiebant. Feriarum autem apud antiquos multa erant genera quę pollui dicebantur si in his aliquod opus fieret. Feriarum publicarum erant quatuor genera. Statiuę, vniuersi populi communes, quę certis & constitutis diebus fiebant, in quibus præcipue seruabantur Agonalia, carmentalia, lupercalia. Conceptiuę quæ quotannis a magistratibus vel sacerdotibus concipiebant certos siue incertos dies, vt sunt latine Sementinæ paganalia compitalia. Imperatiuæ, quas consules vel prætores pro arbitrio indicebant. Nundinæ pannorum ac rustícorum quibus ad negotia & merces conuenitebant. Erant præterea proprie familiæ feriæ quas quæque familia ex vsu domesticæ celebritatis obseruabat, vt Claudiæ ferię &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Æmyliæ. Item singulorum vt natalium dierum quę Natalitię dicuntur, & fulgurum & funerum expiationes. Et a feriis festi dies dicti sunt feriati. Hoc est in quibus ferię celebrabant.

¶ Ferio as, & Ferior deponēs significat vaco. Vnde feriatus ociosus. Plin. lib. xviij. Malū patrēfamilias quisquis interdiu faceret quod noctu posset nisi intempestate cœli. Peiorē qui profestis diebus ageret quod feriatis deberet, pessimum qui sereno die sub tecto potius operaretur q̄ in agro. Aug. li. cō. Interposito ocio ex necessitate domestica feriat⁹ ab oischola cum parentibus esse cœpi. Hiero. lib. ij. macha. Tunc feriatis Iudæis arma cāpere suis præcepit.

¶ Ferula penultima correp. baculus siue virga a qua puerorū manus feriuntur, a feriendo siue ferendo, id est portando. Iu. Et nos ergo manum ferulę subduximus. Græce νάρθηξ & per diminutionem narthetium dicitur. Inde apud Platonem in Phædrone narthecophori ministri Bacchi quasi feruligeri nominantur. Baccho enim ferulæ assignantur quæ asinis gratæ sunt in pabulo. Ideo asinus grata hostia Baccho cadit. Ferula est inter externos frutices a Plinio Lignum corticis loco habet, ligni autem loco fungosam intus medullam, vt sambuci calidis nascitur locis, cuius eadem natura est quæ aneto & fructu similis, nulli fruticum leuitas maior: ob id gestata facilius baculorum vsum senectuti præbet. Col. libro tertio. In quo scrobe destinaueris nuces serere terrā minutam in modum semipedis ponito. Ibique semen ferulæ faciro cum ferula fuerit enata eam findito & in medulla eius nucem græcā vel aueliānā abscondito. Hinc ferulaceus a, um, Pli. li. xviij. At militum & panicum inculmen geniculatum & concauū, sisania vero in ferulaceum scilicet fastigiatur.

¶ Ferabites pe. pro. dicitur Agrestis. Sisen. Partim ferabite partim lauro ac pinu abundant.

Ferme aduerbium idem quod fere. Terent. Iam ferme moriens me vocat id est cum parū abesset quin moreretur. Ponitur quandoque pro facile. Idem in An. Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.

⁎ Ferualis iuno siue februata siue februlis dicebatur q̄ ei mē se februario sacra fiebant. Vide Februo. Cc.

¶ Feruor calor qui cum sit ex igni, ex contrario & pro frigoribus ponitur.

¶ Ferbeo ferbes ferbui, bullio. Hora. li. primo. Car. velatūq̄ stola mea cū deferbuit ira. Vñ & Ferbesco ferbescis. Amb. Quomodo intelligimus q̄ sit torcular nisi forte quia psalmi de torcularibus inscribūtur eo q̄ in his mysteria domini passionis modo musti sancto feruente spiritu prophetarum ardentius ferbuerūt? Huius composita sunt deferbeo quod est a bulliendo cesso. Hiero. in lib. Hester. His itaque gestis postq̄ deferbuerat regis Assueri indignatio. Gel. proprie. Puer interea venerat & aula deferbuerat, tempusque esse cœperat edendi. Effervbeo extra vel valde bullio. Hie. in Iob. Interiora mea efferbuerunt absq̄ vlla requie.

¶ Ferueo, es, feruui per duplex uu, vno cōsonante altero vocali, quod & per syncopem dicimus ferui, in eadem significatione, quia non solum ex incendio calere significatur, sed etiā ex quibuscunque molestijs perturbari. Vnde & iactus marini & æstuatio animi sub hac significatione recte poni sentiuntur. Verg. libro tertio Geo. Omnia tunc pariter vento nimbisq̄ videbis Feruere. Feruere opus dicimus dum studio & diligentia elaboratur. Et hominem ira odio aut calore feruere, dum ira, aut odio, aut calore incensus est. Cuius contrariū est deferuere quod est mitescere, & placidum fieri, seu a calore deficere. Composita a ferueo sunt deferueo, efferueo valde seu extra ferueo. Referueo rursus ferueo. Plinius. Item therebintinam in sartagine referuenti. A quibus Deferuesco Efferuesco & Referuesco.

¶ Feruo uis, ui, eiusdem significationis est cum Ferueo. Proper. Incipit & sicco feruere terra cane. Gel. Dñs quos rogauerat opperitur, sol feruit & fit nihil, hinc feruesco.

¶ Feruefacio, is, bullire facio. Cato de re rust. Et potionem polentæ eodem addito & oleum postea feruefacio. Hinc cō ponitur Inferuefacio, quod est intus bullire facio. Idem Sumito brassicam conjicito in aquam feruentem coquito pauli sper vti suberuda sit, postea aquam defundito non omnem, eo addito oleum bene & salem & cumini paululum, inferuefacito paulisper.

¶ Feruidus pe. cor. calidus diligensq̄.

¶ Fermentum dictum est q̄ feruendo crescat. Est enim farina, quæ subigitur priusq̄ addatur sal ad pultis modum decocta & relicta donec acescat.

¶ Fermento as, misceo seu crescere facio. Plin. Cum fieret panis hordeaceus cicerulæ farinæ admistione fermentabatur. Col. lib. ij. posuit pro pinguefacio. Maxime inquit tamen colūbinum probam⁹ quod modice sparsum terrā fermentare cōperimus. Hiero. Necq̄ panes azymi poterant fermentari.

¶ Fermentescere est crescere. Plin. Cōteratur inter digitos fermentescens.

¶ Ferrum vel a ferendo q̄ in agros colendi gratia feratur, vel a feriendo, q̄ cetera eo feriantur, hoc est domentur.

ǂ Sua enim sæuitia feriendo domat reliqua metalla attenuat & extendit.

¶ Ferreus a, um, quod ex ferri materia est, vt massa ferrea, annullus ferreus.

¶ Ferrarius a, um, quod ad ferrum pertinet, vt faber ferrarius, fodina ferraria. Aliquando etiam significat quod ex ferro est quasi ferreum. Pli. li. xxxiij. Conium in Italia cum ferraria metalla in his locis non sint.

¶ Ferraria æ, locus in quo ferrum foditur, sicut Auraria, Argentaria, Æraria, in quibus aurū, argētū, & æs effoditur.

ǂ Est etiam Ferraria vrbis nomen in Italia.

¶ Ferramentarius ferramentorum confector. Iul. Firmicus scribit Mercurium in solis domo constitutum facere ferramētarios & pelliones.

¶ Ferramentum instrumentum ex ferro. Vnde ferramenta fabrilia & ferramenta tonsoria dicimus. Col. li. iij. Nonnunq̄ etiam cum frondere ceperint arbores cacumina sici acutissimo ferramēto summa amputare prodest.

¶ Ferro as, ferrum induco. Vnde ferrata spicula & ferratas lanceas dicimus. Verg. lib. iij. Geo. Vndiq̄ iam tergo ferratos sustinet orbes. Huius cōpositū est Præferro, quod ē ante vel in anteriori parte ferrum induco. Plin. lib. xviij. Quippe & hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato.

¶ Ferrugo pe. pro. rubigo ferri proprie dicitur sicut ærugo æris. Pli. Sudor virgæ cornu arboris lamina candente ferrea exceptus non contingente ligno illita, quod deinde ferrugo incipientes lichenas sanat. Per translationem ferrugo compsę, purpuræ color rufus nigrioris rubedinis quasi violacei, vulgo morellum dicunt similitudine coloris ferri dum est rubiginosum. Vnde Verg. lib. ix. Pictus acu chlamydem & ferrugine clarus hybera. Quidam ferruginem scribunt esse cæruleum colorem. Erat & oppidum & lacus Ferrugo in Volscis apud Valerium, sed a Liuio vocatur verrugo.

¶ Ferrugineus, a, um, quod est coloris ferruginis, vulgo viridis obscurus. Verg. Et ferrugineus hyacinthus. Plin. Et ferrugineas maculas habentes. Quidam ferrugineum colorem accipiunt pro cæruleo marinis fluctibus simili qui & Thalassicus id est marinus dicitur. Græci enim Thassalan mare appellant. Hunc colorem Vege. lib. iij. de re mili. vocat Venetum scribens nautas veste veneta esse induendos, & vela nauium exploratoriarum colore veneto esse tingenda. Est autem venetus color cæruleus sin. illis marinis fluctibus. Vñ. Plautus. in Mili. Tu illico facito, vt venias ornatu huc nauclericaco cau seam habeas ferrugineam, hoc est subnigram cæruleique coloris a similitudine ferri.

¶ Ferrumen pe. pro. quasi gluten, iunctura seu ligatura. Pli. lib. xxxvi. Eamaxime causa q̄ calce sine ferrumine suo cęmēta componuntur.

¶ Ferrumino penul. cor. iungo aut simul tempero, proprie de metallis dicitur q̄uis ad alia transferatur. Pompo. Iurisc̄ō. Si tuum scyphū alieno plumbo plūbaueris argento ferrumina

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ueris non dubitatur tuum ſcyphum eſſe Plin. pro glutino poſuit lib. xxxvi. Vitrū ſulphuri incoctum ferruminatur in lapides quaſi glutinatur in formam lapidis. Et li. xxxv. Calcis quoq; bithumen p̄buit ita ferruminatis babylonis muris.

¶ Feronia nemoris dea a ferendis arboribus, Verg. Et viridi gaudens feronia luco. fuit & feronia ciuitas ſub mōte Soracte, in quo eiuſdem nominis dea erat quā finitimi mira religione venerabantur.

¶ Fertum gen⁹ libi. a fero dictum, q̄ ſæpe ad ſacra ferebatur Perſius. Attamen hic extis & opimo vincere ferto intendit. Vel dicitur fertum q̄ pluribus variiſq; rebus fertū eſſet. Nā vt Cato de re ruſt. ſcribit ſtruē farris tritici hordei fabę ſeminis rapacij ture ac vino additis ante meſſem parabant in porcę præcidaneę immolatione, Ianoq; ac Ioui & Iunoni ſacrificabāt, quę diuerſarū rerū congeries fartum nominabatur.

¶ Feſtino as, pe. ,p̄du. ſignificat propero. Verg. Feſtinate viri nam quæ tam ſera moratur Segnities? Ambro. cum accuſatiuo iūxit. Anxia mater pro filio feſtinauit hieroſolymam Dicimus etiam feſtina me baptiſare, & feſtina ad baptizandum. Interdum feſtinare eſt trepidare & turbari. Sall. Feſtinātibus in ſumma inopia patribus. hinc componitur Præfeſtino. De quo alibi.

¶ Feſtinus celer. Feſtinantia & feſtinatio celeritas.

¶ Feſtinanter aduerbium feſtinans deductum celeriter.

¶ Feſtinato aduerbium a feſtinatus. Hiero. in Geñ. Itaq; feſtinato deponentes in terram ſaccos aperuerunt ſinguli.

¶ Feſceninū oppidum campaniæ iquit. Ser. vbi nuptialia inuēta ſunt carmina. Hi aūt populi ducunt originem ab Atheniēſibus. Verg. Hi feſceninas acies. q̄uoſq; faliſcos.

¶ Feſcenini verſus qui canebātur in nuptijs, ſic dicti q̄ ex vrbe feſcenino dicuntur allati, ſiue a faſcino, quia facinum putatur arcere velut malorum incongruentium amuleta.

*Feſijs pro feriis aliq̄ dixerunt antiqui. Cc.

¶ Feſſus generale eſt Dicimus enim Feſſus animo, feſſus corpore. quod magis proprium eſt. Et feſſis rerum a fortuna venientium. De quo in defetiſcor. Verg. Feſſi rerum.

¶ Feſtus a, um, ſolēniter lætum & feriatum. Vnde feſti dies in quibus vel ſacrificia dijs offerebantur, vel dies qui diuinis epulationib⁹ celebrabantur, vel ludi in honorem deorū agebant vel feriæ obſeruabantur. Verg. Feſioſq; dies de nomīe phœbi. Cuius compoſitum & cōtrariū eſt ,p̄feſius, vt ,p̄feſti dies qui hominibus ad rem vel priuatam vel publicā adminiſtrandā conceſſi erant. Plini⁹. Malum patrēfamilias & cæte. Vide in dictione Ferio. Hi feſti erant quib⁹ licebat prętori ius dicere. Quādoq; Feſtus dicitur ad feſtū diem pertinens, vt feſte frondes quę feſtis adhibentur. Eſt & in feſtus, a quo infeſto as, de quibus infra.

¶ Feſtiuus a, um, pe. cor. a feſtus, q̄ eſt iucundū, & lepidū, vt feſtiua oratio, dictum feſtiuū. Cice. li. i. offi. De græcis dulcem & facetum, feſtiuiq; ſermonis. Multi etiā feſtiuū pro feſto accipiunt, ſiue ad feſtum pertinente vt feſtiua gaudia.

¶ Feſtiuitas, quaſi iucunditas, & lætitia quędam in dictis. Ci. lib. i. ad. heren. Illud genus narrationis, quod in perſonis poſitum eſt, debet habere feſtiuitatem.

¶ Feſtino as, diem feſtum ago.

¶ Feſtuca pen. ,p̄du. dicitur & arboris nouellę oīno infantis cuiuſq; ſati pullulus, vt inquit Aug. Hoc nomen ſcribitur a quibuſdam per œ diph. q̄ feſtus a textu deducat.

Feſtra oſtium minuſculum in ſacrario, ab Feneſtra per detractionem medię ſyllabe.

F ante I

¶ Fiber aīal ī ponto ſic dictū ab extremis oris amniū quas colit, & vbi maxime ſolet videri. Effoſſis enim in ripa cuniculis caudam intra aquas tenet, reliquo corpore in ſicco habitat. Plau. Sic me ſubis quotidie quaſi fiber ſalicē. Hoc animal periculo vrgēte teſticulos ſibi amputat. Hoc medici caſtorem vocant, & ipm aīal caſtora. Paruum eſt infra magnitudinem porcelli. Pedes habet breuiſſimos, vñ fit vt currere nō poſſit ventricoſus eſt. Cum vocem dat iſans eſſe creditur dētes habet pacutos, nec minime mordet. Veſcitur pomis & arborū corticibus. Huius pilus pluma mollior habetur. ō Sed Alber. magnus dicit habere pedes anſerinos poſteriores q̄bus facili⁹ natet, ātēriores caninos negatq; ſe poſſe caſtrari ſine p̄icie q̄ teſtes ſpinæ alligati ſint. Si quēq̄ morſu deprehenderit, nō ante dimittit q̄ crepitātis oſſis ſtrepitum ſenſerit. ō. Eſt & Fiber genus veſpæ quadrupes incitatiſſimum.

¶ Fibrę oīm extremitates rerum. vnde & iecoris & cordis & cuiuſcūq; viſceris extremæ partes, i. in quas iecur ipm diuidi tur fibræ dicunt. Verg. lib. vi. Nec fibris requies dat vlla renatis. Et Pli. pulmonis fibras nominat cum inquit. A tergo ſpinę ipſi iunctus in duas fibras vngulæ bubulę modo diuiditur. Venarum quoq; ptenues meatus per quos ſudor it fibrę dicunt, Pli. Murium iecuſculis fibræ ad numerū lunę dierum in menſe congruere dicunt totidemq; inueniri. Quin & minutę radices arborū hęrbarūq;, Idē de arborū ſatiōib⁹ ait ſolum eligi oportere q̄ maxime rimoſum ne ſol exurat fibras Verg. Et a maris intuba fibris, Collumella de allio. Cum ternas inquit fibras emiſerint ſpicę farrianť. Idem libro vltimo de rapis. Mediam rapi. Sic etiam veſtimentorum extremitates fimbrias dicimus,

¶ Fibula pe. cor. circulus proprie ornamētum cinguli ad veſtem ſubligandam, Verg. Aurea purpureā ſubnectit fibula veſtē. Ponit q̄q; p circulo æneo. Collume. de bobus ſic habet. Ænea fibula pars auriculę latiſſima circūſcribitur ita vt manante ſanguine tanq̄ o litteræ ductus appareat. Hinc Suf fibulum veſtimentum album prætextum quadrangulū ob longum quod in capite veſtales ſacrificantes habebant idq; fibula comprehendebatur.

¶ Fibulare opponere coniungere. Collumella lib. i. Omneſq; parietum & ſoli iuncturę teſtacijs puluinis fibulantur quoniā fere cum his partibus ędificia rimas egerūt caua p̄bent ac latebras ſubterraneis aīalibus. Huius cōpoſita ſunt Diffibulo, Refibulo, & Infibulo. Eſt autem infibulare fibulā ponere. Infibulatio fiebat, vel vocis ſeruandę gratia quę a coitu mutat, vel valitudinis. Hoc modo perforabant vtrinq; a latere⁹ cutem quæ ſuper glandē extenditur atq; ſupaddebāt fibulam ideſt circulum ęneū. Refibulare vero eſt fibulā tollere ſiue ſoluere. Mar. Cui refibulauit turgidum faber penē. Idem ſignificat Diffibulare. Papinius. Emicat & torto chlamydem diffibulat auro.

¶ Ficus græcæ σῦκον & σύκοσις καὶ συκῶν τόπος ἐστί, συκῆ ὁ δένδρος. *. i. fructus & ficetum locus eſt συκῆ vero arbor a fœcūditate. Nam maſculino quidē genere, ac ſecunda declinatione pro fructu ,p̄tulit. Pli. lib. xvi. Fici mirabiles ſunt & abortiui qui nunq̄ matureſcunt. Galeotus Narnienſis vir non indoctus in eo quē de homine inſcripſit libro hęc intulit verba, Sed nuſq̄ in lingua latina, Ficus maſcu. ge. eſt, carpitq; Priſcianum vna cū Laurentio Vallenſi, cum ipſe pot⁹ carpendus ſit. Plini. Iunior ad Octauiū Ruffum. Quę nunc cum ficis & boletis certamen habent. Macro. Groſſi appellant fici qui non matureſcunt. Cice. in Catone. Ex tantulo grano fici. Hora. in Ser. Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi. Inuenitur etiā genere fœ. & quartæ declinatiōis. Iuuena. Si vis aliam decerpere ficum. Hiero. in hieremia Calathus intus fic⁹ bonas habebat nimis, vt ſolent ficus eſſe primi tēporis. Mar. Res mira eſt ficus non habet vnus ager. Item dicitur ficus genere fœminino & ſecūda declinatione. vt apud Varro. lib. i. de re ruſt. Ficiinquit ſemē naturale intus in ea fico quam edimus quę ſunt minuta grana e quibus paruis q̄ enaſci colliculi vix queunt. Et paulopoſt. Cū enī per reſticulam ficos quas edimus maturas perſerunt, & eas cum maturuerint compliſcant. Huius diminutiuum eſt Ficulus Plaut⁹. in Sci. Nucib⁹ fabulis ficulis. In ficorum gñe ſunt chalcidicę, chię, purpureę chelidoniæ, mariſcę, caliſtrutię, liuię, libyſſe, flaue, & reliquę. Ficus pro arbore generis fœ. eſt & ſecūde declinationis. Plin.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib.xvi. Quidam breuitate radicum senescere celerius arbores putant qd coarguūt fici quarum radices longissimæ sunt & senectus ocyssima. Iuue. Ad q̄ discutiēda valēt sterilis mala robora fici, Cice. lib. de ora. secundū quartā declinationē inflexit. Cui cum familiaris quidam quereretur q̄ diceret vxorem suam suspendisse se de ficu.

*Ficus ægyptia fructus est siliquæ arboris, & dicitur a græcis xilocreta. Cc.

¶ Ficus pro morbo masculini generis & quartæ declinationis. Mar. Dicem⁹ ficus cęciliane tuos. Nascitur hoc vitiū fere in capite, tū in capillo, tū in barba & locis obscœnis q̄ pilis integuntur. Cor. Cel. lib. vi. Est etiā hulcus qđ a fici similitudine ἀμυγδάλοις a græcis a latinis etiam marisca nominatur. Caro excrescit, sub quo duę species. Nā alterum hulcus durum & rotūdum, alterū humidum inequale. Ex duro exiguū qd dam & glutinosum exit. Ex hūido pus mali odoris. Fitq; in his partibus q̄ pilis cōregunt. Sed id quod callosum est & rotundum maxime est in barba. Id vero quod humidum p̄cipue est in capillo, atq; ano ex attritu quē cynedi patiuntur.

¶ Ficetū, locus vbi ficus consitę sunt. Var. Ficusq; densa materia non est, ideo sequitur calidiorē, a quo fit vt in locis frigidis ficeta fieri non possunt.

¶ Ficosus, fícis hoc est hulceribus & tuberculis plenus. vnde & ficositas ipsa hulcerum copia.

¶ Ficitas ficorum fructuū abundantia seu fertilitas.

¶ Ficari⁹ qui libenter comedit ficos. Plini. Ficarios culices caprificus generat.

¶ Ficaria ficus arbor. Palladius lib. iiij. aliqui inter ficarias caprifici arborem ferunt. Et hoc est contra Vallam, qui negat dici posse Arbor fici, sed arbor Ficus.

¶ Ficitor pe. cor. ficorū amator, seu ficorū collector. Nęusi⁹ Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

¶ Ficedula auis q̄ vulgo Galberi⁹ dī a ficū fructu. Mart. Cū me ficus alat, cū pascar dulcibus vuis. Cur potius nomē nō dedit vua michi? hanc auē greci quoq; sycelidā appellauere.

¶ Ficatum iecur suillum maxime quod græci sycotō appellant a sue fico pasta.

¶ Ficulnus a, um, quod est materiatū ex ficu arbore. Horat. Olim truncus eram ficulnus inutile lignum, ♁ Vbi porphi. Attende nomen a fico deriuatū ficulnus non vt vulgo ficulne⁹. Sed quis rectius ficulnus dici videatur q̄ ficulneus, tamē apud scriptores priscos iu vsu quoq; ficunle⁹ est & ligne⁹ & hmōi. Cato. Fibulę vnde fiant aridę ligneę vt meę nuceæ ficulneę face vti in stercus aut in aquam conjciātur. Populneā quoq; frondem dixit. Col.

¶ Ficulneus a, um, idē qđ ficulnus. Aug. de arbore ficulneā quæ trienniū habebat, & fructū non ferebat. Et iterum ibi in Lucā. Primus homo posīq̄ peccauit foliis ficulneis pudenda velauit. Eadem autem forma ficulnus & ficulneus, qua salignus & saligneus, ilignus & ligneus dicitur.

¶ Ficulnea æ, ipsa ficus arbor, vt est apud euangeliū. Videte ficulneā. Pli. lib. xvi. Quibus & ficulnea & ligna ex hedera tradentur. Ambro. Plæriq; secundū domesticā & fructiferā ficū agrestem ficulneam feruntur inserere. Hiero. in canticis. Et ficulnea germinauit. Idem super psal. In vineis ficulneisq; ac reliquis lignis omne humanum genus ostendit plagis cæ lestibus verberatum.

*Ficolea palus ficulnus. Cc.

¶ Fictor a fingendo dictus est qui fingit, i. qui componit & qui simulat.

¶ Fictum quod factum est vel simulatum.

¶ Fictius a, um, quod factum est hoc est simulatum, vt ratio fictitia que ficta est & ad tempus excogitata.

¶ Fictile pe. cor. quod est factū a figulo. Pli. lib. xxxv. Fictilibus dolijs ad vina excogitatis. Hiero. Calix & vrceolus fictilis probantur prius & sic emuntur, sola vxor non ostenditur ne ante displiceat quā ducatur.

¶ Fides fidei genitiuū facit non rōne sed differentię causa vt inquit Ser. Quod nomen videtur habere cum id qđ dicit fit, vt scribit Cic. lib. iij. de rep. Hinc dare fidē dicimus aliqd fan & te promittere. Verg. Accipe daq; fidem quod est promitte. Diffinitur aūt sic. Fides est dictorum & conuentorum constantia & veritas. Vel Fides est cōmendatorū fida executio vel obseruātia. Aliqñ fides capitur p credulitate. Vñ bonę fidei possessor dicitur q̄ ignorauit rē quā emit alienā esse, aut putauit eū qui vendidit ius vendendi habere. Item bonæ fidei homo vocatur cui res tuto creditur, vel qui rem sibi creditam fideliter seruat. Sue. Augustus populo p̄missum congiariū reposcenti, bonæ se fidei esse respondit. Hinc habere fidem credere est. Et accipere fidem est credi. Terē. in Eu. Si hęc fidem habeat se ire propositum tibi Mar. Accepit fabula prisca fidem. i. credita est. Sic a theologis accipitur, vt est illud fides tua te saluum fecit. Interdū pro dei dono seu gratia qua sancti miracula factitarunt, vt est illud apostoli ad Ro. Vnicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei. Et illud, Si habueritis fidem vt granū sinapis dicetis monti tranſi hinc. Cicero pro Lētulo. Fidem pro promissione & quasi spōsione posuit. Pōpeij fides quam de me Cęsari dederat. Et fides p̄batio dicitur vt facio fidem per testes. Itē fides ponitur pro auxilio. Iuue. Nos hominū diuūq; fidē clamore ciem⁹. Sic etiā sumit cum apud auctores dicitur. Proh deum atq; hominum fidē.

¶ Fidem astringere est promittere, quia vincula fidei dicunt Teren. in eu. Heus tu hac lege tibi meā astringo fidem.

¶ Fideiussor qui fideiubet. Est enim significationis actiuæ.

¶ Fideicōmissarius habet passiuā significationē. Nam is dicitur qui fidei commissionem accepit.

¶ Fido is fisus, fidem habeo, credo, spem pono, & tā cū ablatiuo q̄ cum datiuo construitur. Iuue. Fidimus eloquio, Ciceronis. Verg. Et fidere nocti. Huius cōposita sunt. Confido & Diffido, quæ sunt cōtraria. Nam diffidere est credulitatē deponere. Seneca. Nec secundis rebus nimis fidendum nec aduersis diffidendum est. & habent penul. prod.

¶ Fidus a fido is. dicitur cui fidendū est. Cuius compositum & cōtrarium est infidus. pe. pro. Nā perfidus pe. cor. a fides fit Liui. Infida regni societas. Similiter male fidus. i. min⁹ fidus. Male enim diminutionem significat non negationem. Verg. Stratio malefida carinis.

¶ Fidelis a fide & is dicitur cui fidere possumus. Teren. in hec. Q̄ paucos reperias meretricib⁹ fideles euenire amatores. Et proprie vt scribit Do. ad seruum pertinet, fid⁹ ad amicū. Fidele enim officium est seruare aliquid. Cicer. in Lel. Quod Tarquinium dixisse ferunt tum cū exulē se esse intellexisset. Quos fidos & quos infidos. Transfertur etiā ad inanimata. Pli. lib. xxxvi. de fideli exemplū posuit. Globosus fortis cōtra iniurias, sed ad structurā infidelis nisi multa suffrenatione deunctus, nec certior fluuiatilis semp veluti madēs. Hinc fidelitas & infidelitas. In sacris literis fidelis quandoq; accipitur pro veridico. Apostolus ad Corin. Fidelis deus per quem vocati estis in societatem filij eius.

¶ Fidelitas a fidelis sicut ab infidelis infidelitas. Cc.

¶ Fidentia a fidens participio, & ambo in laude ponunt. Cic. lib. ij. rhe. scribit fidentiam partem esse fortitudinis per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ dum certa spe collocauit.

¶ Fiducia similiter audacia, & fere semp in bonū q̄uis aliquā do in malum. Ver. Tāta ne vos generis tenuit fiducia vestri. Et Cernis quæ rutulos habeat fiducia rerum. Aliquando fiducia ponitur pro spe. vt apud Esaiam. Qui autem fiduciam habent mei hereditabunt terram.

¶ Fides fidis cithara dicta q̄ tātū inter se chordę eius q̄rum inter homines fides concordet. Cice. in horten. Ponendę sunt fides & tibię. Aliquādo chordę ipse dicuntur fides.

¶ Fidicula diminutiuū parua cythara vel chordula citharæ. Gel. lib. i. Sed enim achęos Homer⁹ pugnam indipiscī ait nō fidicularum tibiarūq; concentu conspiratam. Cicer. lib. iij. de natura deorū. Quid si platani fidiculas ferrent numerosę so-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hantes idem ſcilicet cenſeres in platanis ineſſe muſicam, Sue. in Thiber. pro chordulis accepit. Excogitauerat inter genera cruciatus, vt repente veretris deligatus fidicularij ſimul vrinæq; tormento diſtenderet &c. Eſt & fidicula inter aſtra cõſtituta, quæ fides a Collumella, ab Hygino lyra nominatur. Plí. lib. xxvíj. Fidicula occaſu ſuo autũnum inchoat. Præterea Fiduculę nnmero tantum plurali ſumitur pro inſtrumẽto torquendi ex duobus vt putatur lignis compacto, ab extorquenda veritate ac fide, vel a neruеis funibus vinculis quibus ad illum modum homines torquendi alligabantur. Sed verius putatur eſſe tormẽtum quo fontes a tortore chordis funibuſq; alligati vulgo torquentur.

¶ Fidicen, pe. cor. qui fidibus canit. Cice. Pæto. Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen.

¶ Fidius deus eſt q fidei p̃eſt, Plau. Per deum fidiũ credis iurato mihi. Vñ dicimus mediuſſidius, ſicut me hercules.

¶ Fidelia æ, genus vaſis ſamij ad vſus plurimos. Perſí. Diſce, nec iuideas q̃ multa fidelia putet, In locuplete penu. Curius Cice. Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Plaut. in au. Mulſis congialem plenam faciã tibi fideliam.

¶ Fidena æ, pe. pro. & fidene arum. vrbs latinorũ mediterranea. Verg. lib. vi. Hic nomẽq; tuũ gabios vrbemq; Fidenã. Iuue. Viuat fidenis & agello cede paterno. fiber

¶ Figo, is, xi, ctum, & xum, ſecundũ Diome. Scaurum referentem qui ait. Sagitta confictus, vſus tamen eſt per x. Eſt autem figere qđ vernacula lingua dicimus ficare. Hiero. ad Helio. Cerne manus iudę quas fixeras cernelat⁹ romane quod foderas. Interdum ponitur pro plantare. Verg. lib. iiij. Geor. Ipſe feraces figat humo plantas. Interdum pro percutere ferire. Iuuena. Cum tenet vxorem ducat ſpado, Meuia tuſcum Figat aprum, & nuda teneat venabula mãma. Huius cõpoſita ſunt Affigo iuxta figo appono. Lactan. lib. iiij. At illi cõprehenſum ac Põtio Pilato qui tum legatus ſynam regebat oblatum cruci affigi poſtulauerunt. Aliquando iuxta plãto. Verg. li. ij. geor. Nec ſemine iacto. Concretã patitur radicem affigere terrę. Aliquando digitis ficus facio quod in vituperium fieri ſolet. Lactã. lib. v. Si quis attigerit exiſtis inepte religioſis, vt ſunt nimia ſuperſtitione impatientes inſectent etiã maledictis, & vix lecto fortaſſe principio affigat, priciat execretur, ſeq; inexpiabili ſcelere contaminari atq; aſtringi putet ſi hæc aut legat patienter aut audiat. Configo ſimul figo. Defigo deorſum figo planto aut mitto. Collu. li. ij. Tum in terram bene paſtinatam & ſtercoratam rectum ſarmentum defigito. Verg. lib. ij. Geor. Altius & penitus terrę defigitur arbos æſculus ĩ primis. Lact. lib. ij. Oculos ſuos ab alto deijũt ſoloq; defigunt. Perſius poſuit pro ferio vel tranſfodio, Oreteris modico pallentes radere mores. Doctus & ingenuo culpam defigere ludo. Infigo intus figo. Collu. li. ij. Nam pecudes molli ſolo infigunt vngulas. Hiero. per tranſlationem in ꝓlogo Iob. pro aſcribo poſuit, Error iuquit mihi geminus infigitur. Prefigo, ante figo ſeu intus claudo. Verg. lib. iij. Geor. Multi iam excretos prohibẽt a matribus hœdos. Primaq; pręfigunt ferratis ora capiſtris. Suffigo ſubtus figo, ſiue ſup clauis figo. Lactan. li. iiij. Quid de huius crucis indignitate dicimus in qua deus a cultoribus dei ſuſpenſus eſt atq; ſuffixus Refigo ruſus ſiue valde figo. Col. lib. v. Nã ſiue prope truncum defigitur palus pedali tamen ſpatio refigendus eſt. Verg. lib. iiij. Geor. Aulas & cærea regna refigunt. Tranſſigo vlra ſeu ab vna parte ad aliam figo. Liui. lib. i. Stricto itaq; gladio ſimul verbis increpans tranſſigit puellam.

¶ Figmẽtum quod fictũ eſt a fingo fingis, vt eſt apud apoſtolum. Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quare me ſic finxiſti? Aliquando figmentum dicitur mendacium & ſimulatio, vt ſunt figmenta poetarum.

¶ Figulus penulti. corr. factor dicitur qui ex creta atq; argilla opera facit.

¶ Figulina, ſeu quod magis a doctis vſurpatur per ſyncopẽ Figlina. pe. prod. off. cina eſt in qua figulus opa facit. Et opa ipſa figlina & fictilia dicunt. Plinius. lib. xxxiiij. Vtuntur ea crudo fictili in formacibus donec figlina percoquat. Itẽ figlina dicitur ars figulorum. Idẽ li. xxxv. Figlinarum opera imbricib⁹ tabulis tegulisq; ad balneas mãnatis vel ad tecta coctilibus laterculis fundamentisq; aut quæ rota fiunt.

¶ Figlinam primus inuenit Cherebus Athenienſis. Cc.

¶ Figura a fingo dicitur forma aſpectus qualitas. Vnde figuræ apud grãmaticos, & figuræ ſententiarum. Cice. lib. iiij. ad hęren. Sunt igitur tria genera quę nos figuras appellamus in quibus omnibus ratio non vitioſe conſumitur. Vnã grauẽ alteram mediocrem tertiam attenuatam vocamus.

¶ Figura inquit Aſco. eſt circa geſtum ſitumq; mẽbrorũ. Status circa ornatum & habitũ veſtis. Aug. Figuræ in animalibus forme animalibus tribuuntur. Figuras enĩ tum deſignãmus cum vel trigonũ deſignamus vel tetragonũ vel conũ vel cylindrum vel ſpęram dicimus. Formas autem cum formoſos aſſeruimus aliquos vel deformes.

⁎Figura triquetra triangularis dicitur. Cc.

¶ Figuro as, pe. pro. formo & figuram impono. Lactan. li. ij. Hominẽ figurauit ex limo terrę. Et oratio figurata dicitur p figuras facta. Figurate aduerbiũ ſignificat q̃ per figurã compoſita ſunt Cõfiguro, quod eſt cõpono & ſimul formo. Idẽ lib. vij. Qm̃ homo ex rebus diuerſis ac repugnantibus conſiguratus eſt aĩa & corpore. Præfiguro de quo infra.

ỏFigurata oratio dr̃ p figuras facta. Figurate ſignificat p figuram.

⁎Filiaſter filij imitator, & a nõnullis pro priuigno capit, cui⁹ fœmininum eſt filiaſtra. Cc.

¶ Filicula hęrba eſt alias polipodiõ dicta, ſimilis ẽ filici radix piloſa coloris intus hęrbacei, craſſitudine digiti minimi, ac etabulis cauernoſa ſub dulcis in petris naſcens.

⁎Filijfamilias dr̃ in quo p̃eſt familias iuriſdictionẽ habent.

⁎Filí⁹ ἀπὸ τοῦ φιλεῖν dictum volunt hoc eſt amore, q̃ omnium conſtantiſſimus amor ſit parentum in filios. Appellatione filiorum (vt iuriſconſulti ſentiunt) etiam filiæ continentur, ſed non econtrario. Cc.

¶ Filum proprie quod ex lino lanave trahendo ducitur hoc eſt linamentum. Lucil. Surge mulier duce filum non malum. Aliquando ponitur pro linea. Var. Sumptoq; attrahẽto ſutorio filum duxit. ỏ Aliquando pro liniamentis faciei & venuſtate pulchritudinis. Gel. Forma ac filo virgilij dixit imaginem iuſtitię fieri ſolitam. idem tradit pythagoram explorare ſolitum diſcipulos ex totius corporis filo atq; habitu Trãſfertur & ad ſcriptionem. Gel. amauit in vtriuſq; epiſtola breuitatis elegantiſſime filum tenuiſſimũ. Tractum eſt a textoribus qui telam tenuiſſimo filo texentes probatiſſimam cõficiunt. Hinc filo as, cuius paſſiuum eſt filor, a quo Effilo. Effilatum enim dicimus quod extra veſtimentum filo contexitũ eſt, quod erectum quoq; a quibuſdam dicitur. Eſt autem filare filum ducere.

¶ Filiſtim regio quæ nunc dicitur Aſcalon, & contra regionem paleſtinorum. ro-b falgmiza

¶ Filix genus hærbę ſatis notæ. Col. lib. ij. Iunci & graminis pernicies repaſtinationem filicis frequens extirpatio. Nã conſtat filicem ſarionibus & ſtercoratione facilius interimi.

ỏHuius duo ſunt genera, vt inquit Plí. Alterum nec florem habet nec ſemen. Phterigiam vocant græci ex cuius radicæ multæ prodeant, folia habet vtriſq; lateribus pinnata phtereon vocant. Alterum genus philipteron dicũt vel pteran non fruticoſa breuior molliorq; ac denſior radices vtrinq; longę in obliquũ. Verg. Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris, naſcitur frigido ſolo. Huius radices pellunt in terram eorum animalia. Non ſunt dande fœminis quoniã grauidis abortum cæteris ſterilitatem faciunt. Folia cimices necant ſerpentem non recipiunt. Huius diminutiuum eſt Filicula.

¶ Fimbria omnis veſtium extremitas. Antiqui Fimbrũ dicebant extremum. Vnde in veſtimentis fimbriæ, & in lecore extremę partes fimbrię nuncupantur. Fimbriata vtriq; folia eſſe ſcribit. Plinius. Ex quo colligimus qualis ſit poſitura & flexura fimbriarum. Fimbria quoq; nomẽ fuit romani ciuis crudę

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

litate insignis.

¶ Fimus læramen dicitur. ȝ Et non tantū de stercore animalium quantum de hominum. Apul. Fimo fistula excusso, & est generis masculini quamuis Idem Apul. fœ. gen. vtatur, quum ait liquida fimo strictim egesta, quod & fimum neutro genere dicitur.

ȝ Fimetum sterquilinium Pli. fimeta sub dio. cōcauo loco in tecta stramento, ne in sole arescant palo e robore de pacto fieri iubet. Fimū asinini pulli quod primū edidit polean siue polien vocant, cuius medica vis lyenem sedat.

¶ Fimum quod nos fritillum & alueolum dicim⁹ in quo cōiecte tesserę agitatęq; miscentur. Hora. Mitteret in fimum.

¶ Fingo is, xi, ctum, cōpono formo. Vnde & figulī dicūtur, & vas fictile quod formāt vt sit & aliquā formā habeat. Sal. Quæ natura vētri ꝓna atq; obedientia finxit. Lactan. lib. i. Itaq; homines eoꝝ simulacra finxerūt vt haberent aliqđ ex imaginum contemplatione solatiū. Est enī generale vocabulum ad oīa q̄ ingenio manuq; artificiose formantur. Cic. lib. primo officio. Apiū examina non fingendorū fauorū causa cōgregantur, sed cū cōgregabilia natura sint, fingunt fauos. Et fingere simulare est quoniam ea quæ simulam⁹ ita formamus atq; componimus, vt vera esse videantur. Cic. de fi. bo. Talibus exemplis non fictę solum fabulæ sed etiam historię refertæ. Hinc fictio fictum & figmentum. ȝ Item fingere tergere. Cice. in sextiana. Spongijs sanguis effingebatur. Verg. lib. vii. Et corpora fingere lingua. Huius verbi cōposita sunt Affingo quod est supra fingo vel compono. Lactan. lib. iiij. Nihil nos affingimus, nihil nos addimus. Habebant hæc qui fecerunt, legebant in quos hęc dicta sunt. Confingo simul fingo simulo. Teren. in phor. Omnia hæc confingam quod erit mihi bonum atq; commodum cum tu horum nihil refelles vincam scilicet Diffingo quod fictum formatumq; fuerat remoueo. Hora. lib. ij. car. Neq; diffinget infectumq; reddet. Sene. Dissipatum instaurat atq; diffingit idest in diuersas formas fingit. Effingo de quo supra.

¶ Findo dis, fidi fissum, per duplex ss, significat scindo. Coll. li. iij. Curabis vt præacutissima falce ab ea parte qua bifurca est scindas eā. Huius cōposita sunt. Diffindo, quod est in diuersas partes findo. Verg. Et media liquefacto tempora plūbo. Diffidit, ac multa porrectum extendit arena. Infindo, instus findo. Idem, Quæ iubeant telluri infindere sulcos. Fissile Fissura & quadrifidus deriuatiua sunt.

¶ Finis generis tam masculi. q̄ fœ. Verg. Quē das finem rex magne laborum. Idē hęc finis priami. Et est finis terminus siue extremitas in vnaquaq; re, hoc est id in quo vnaquęq; terminatur res. Sic dicit finis terminationis. Sicut pratū dicitur finiri vbi terminatur, vt apud Esaiam. Cuius regni non erit finis. Est & finis consummationis. Vnde dicim⁹ dom⁹ finitur quando consummat. Et vestis finita est qñ cōsuta est, vt indui possit. ps. Oīs consummationis vidi finem. Rursus est finis cōsumptionis. Sic dicim⁹ cibū esse finitū & candelā finitā quādo consumpta est, vt in Geñ. Finis vniuersæ carnis venit coram me. Est & finis intentionis. sic dicit, talis est finis huius operarij, intentio vt apud Iob. Sicut mercenarius pręstolatur finē operis sui. Hinc artifices finem vocāt id ad q̄d oīa referuntur. Et cuius gratia cętera fiunt, vt finis medici est curare. Finis oratoris est bene dicere. Cōposita ab hoc noīe sunt Affinis & Confinis. pe. pro. Vnde cōfines agri dicunt q eodem loco finiūt. Hier. in prolo. lib. Reg. Syrorū quoq; lingua & chaldęorū quę hebręę magna ex parte confinis est.

¶ Finio is, iui, itum. perficio. Apuleius. Sine opus finiam, q̄d incœpi. Aliquando finire est terminū ponere metari Vnde finitores. Huius verbi composita sunt Definio Diffinio & ꝑfinio. ȝ Sciendum est cꝑ finire & definire idem significāt quandoq;. Quintil. lib. ij. Ante omnia quid sit rhetorice, quæ finit quidem varias. Sic finis, & definitio.

¶ Finitor. pe. prod. dicebatur qui nunc Agrimensor. Plaut in penu. Eius nunc regionis limites confinia determinabo ei⁹ rei ego factus sum finitor.

¶ Finale quod ad finem pertinet. Vnde finalis causa.

¶ Finitimus a, um, pe. cor. quod prope est. Liu. lib. i. Iam res romana a deo erat valida, vt cuilibet finitimarū ciuitatū bello par esset.

* Finitio quæ et diffinitio dicitur est rei ꝓpositæ ꝓpria & dilucida & breuiter comprehensa verbis enunciatio, quæ constat maxime genere specie & differentijs ꝓprijs, vt homo est animal rationis capax morti obnoxium. Cc.

¶ Fio is, factus significationem passiuam habet. Hiero. Equorum cursus clamore pernicior fit. i. efficitur. græce tñ est φυω φύσω ἀπὸ τοῦ μέλλοντος καὶ πέφυκα, ἐν τῷ πάσχω μοῦ φύω simul fio produco, futurū φυ ω fiam, ꝑterītū πέφυκα, factus sum. Et infinitiuo. Fire habet secundū rectam declinationem, quod patet per eius cōposita Confire & Suffire, licet & confieri dicatur. Verg. lib. iiij. Confieri possit paucis aduerte docebo. Quę duo etsi a verbo passiuā significationē habēte descendant, actionem tamen denotant. Verg. At suffire thymo cęrasq; recidere inanes. Quis dubiteret Confio tamen in passiua significatione reperitur pro conficior, vt apud Macro. oportet diem qui ex quadrantibus cōfit inter calare idest cōficitur. Collu. lib. ij. Tria stercoris genera sunt prępua, q̄d ex auibus, quod ex hominibus, q̄d ex pecudibus confit. Desfit, De quo alibi. Ex fio infit incipit. Habet enim significationem actiuam. Liui⁹ lib. i. Tū ita Tullus infit. Antiqui tamen fior dixerunt. Vnde Cato Censorinus de Lucio inquit. Gręco ritu fiebant saturnalia Cuius infinitinus est. Firi pro quo vt Priscia. docet interposita e dicimus de vsu fieri. Construit modo cum ablatiuo, vt hoc factum est a te, modo cum nominatiuo, vt ille fit doctus, Ponitur quandoq; pro æstimor. Cic. in Lel. Tertius vero ille finis tererrimus vt q̄ti q̄sq; seipe faciat, tanti fiat ab amicis. Quandoq; pro appareo & innotesco. Apostolus Ad Ro. Vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Et illud. Fiat deus verax idest appareat innotescat. In tertia persona quandoq; pro euenit, contingit Idem lib. i. offici. Fit autē interdum, vt nōnulli omissa imitatione maiorum suū quoddā instituti consequantur. Fieri potest, pro possibile est ab oratoribus vsurpatur. Habet fio ea composita quę facio, vt calefio Frigefio. &c.

¶ Firmus stabilis, constans, a ferendo dictus q cōstanter oīa ferat. Hic firmitas, quę & firmitudo dicitur pro stabilitate & cōstantia. Plau. Si istam firmitudinem animi obtines salui sumus. Item firmus dicitur munitus, fortificatus. Cice. Firm⁹ ab equitatu, quod est munitus ab equitibus, firmus per equites. Et est ornatus dicendi modus, vt Cice. fuit clarus ab eloquentia. Huius contrariū est infirmus idest debilis.

¶ Firmo as. stabilio fortifico. Liui. Firmarq; eū aphricis maxime p̄sidijs. Lactan. lib. iiij. Superest, vt verbis facta firmētur Huius cōposita sunt. Affirmo, confirmo pro approbo roboro. Lactan. lib. iiij. Debet ergo doctor ille perfectus & docere ista p̄cipiendo & confirmare faciendo. Et pro Certifico. Cic. Treba. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurū. Infirmo non firmo, siue deficere cadere vefacio. Lactā. lib. v. Vbi autem religionis eius contra quem perorabat infirmare voluit rationē. Refirmo rursus firmo. Offirmo de quo infra.

¶ Firmamentū soliditas & stabilimentū. Cice. lib. i. ad Herē. Nam in ea nec ratio quare fecerit quęritur nec firmamentū quęritur, cū non subest ratio. Vñ firmamentū dictū est cælum a firmitate. Aug. Hoc sane nouerint nec nomē firmamēti cogere, vt stare cœlum putemus. Firmamentum enim nō propter stationem, sed propter firmitatem, aut propter intransgressibilem terminū superiorum & inferiorum aquarū vocatum intelligere licet.

¶ Fisci fiscinæ & fiscellę sunt vasa ad maioris sūmę pecunias capiendas q̄ marsupia. Vnde quia maior summa est pecunię publicę q̄ priuate dicit. Fisc⁹ pecunia publica, ꝓprie tñ apud idoneos auctores fiscus principis dr. erariū vero publicū. Pli. ad Traia. ad fortasse non eadem seueritate fiscum qua erariū cohibes, immo tanto maiore q̄to plus tibi licere de tuo q̄ de publico credis iurisconsulti scribunt, res fiscales quasi proprię

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& priuatæ pricipis sunt. Inde confiscari solet dici in publicum ius ærarij redigere. Sue. in Augu. Deuictis his & confiscatis promissa veteranis præmia soluerentur.

¶ Fiscale quod ad fiscum pertinet, vt ius fiscale, fiscalis causa.

*Fiscales calumniæ dicebantur delatorum qui alios accusabant & nonnunq̃ ex fisco eius dabatur pars mulctæ qua accusati mulctabantur. Cc.

¶ Fiscina penu. cor. a fiscus præter regulam aliorum a primitiuis habentibus c, descendentium vt Mancus mācinus. Est autem fiscina genus vasis pro capienda maioris summæ pecunia. Vnde Asco. Sportę sportulę & sportellę nūmorum sunt receptacula. Et facci sacculi & sacelli, crumenę, mātice, & marsupia. Ita fisci fiscinę fiscellę. Fit autē plerūq; ex iunco, qđ alij canistrum, alij acalathū dicūt. Verg. Et facilis rubra texatur fiscina virga. Dicta est fiscina, vt inquit var. a ferendo. Ea nāq; feruntur paleę, fœnum frondes & id genus reliqua. Ouid. Vnde data est ægre fiscina frondis oui. Et pli. Frondarias fiscinas quatuor implere frōdatorū iustum esse antumat. Fiscina item olei factores vruntur. Idem lib. xv. ostendit. Huius diminutiua sunt. Fiscella & Fiscinula.

¶ Fiscella vas vimineum aut ex iuncis quo lac coagulatur dum caseus imprimitur, vel in quo casei feruntur. Hiero. ad Rust. Vel fiscellam texe iunco vel canistrum plecte viminibus. Tibul. Tunc fiscella, leui detexta est vimine iunci. Raraq; per nexus est via facta fero. Fiscella etiam e viminibus funiculis ve contexta dicitur qua boum ora fauceśq; iumentorum capistrantur. Pli. li. xviij. Fiscellis capistrari boues oportet ne germinum tenera decerpant.

¶ Fiscellus ab antiquis dicebat casei mollis appetitor. Quo nole etiam dictus est mons in Italia non longe a Tyberi.

¶ Fison fluuius quē nostri Gangen vocant de paradiso exiēs Vide phison.

¶ Fissibile quod fissum est vt fissibilis arbor. Pli. lib. xvi. Mille q; fissibile rimis hoc lignum. Quādoq; dicitur fissile pe. cor. quia finditur quasi fissibile. Idem paulo ante. Hæc maxime fissilia alia frangi celeriora q̃ findi. Verg. Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. ♁ Aliquādo quod fissum est ac scissum. Plau. in Aul. Non fissile haberes caput.

¶ Fistula ꝓprie dicitur per quam aqua educitur fusa a fundēdo siue ferendo, sicut Tubi a tumore & canales a cāna ꝙ ad earū similitudinē facti sunt ego tamen græcum puto φυσάω inflo, fitum dicunt vulgo. Hiero. lib. ij. Reg. Tetigisset domatum fistulas. A cuius similitudine instrumentū musicū quo flatu canitur. Cuius Pan dicitur inuentor fuisse Ver. Septem compacta cicutis fistula. & hulcus altū angustū & callosum in corpore fistulæ nomē fortitur siue ex vulnere sit, siue ex vitio ortū. quod ad supputationē venerit. Et fistula in homine per quā spiratur, seu cibus deiciť. Nam duas esse fistulas scribitur. Lactan. de opi. hominis, spiritalē scilicet & cibalem illa spiritum meare, hac cibū potūq; descendere & hæ a fauc̄ibꝰ incipiunt. Spiritalem Cor. asperā arteriam nominat. Sed alia alij est superposita, Nam interior gula vocať, quę a Celso stomachus nūcupatur, quia stomacho cōnectitur, & per quam cibus dimittitur. Exterior vero Epiglottis dicitur. Quæ operculum habet cartilaginosum, quod claudit foramē cū cibus voratur. hoc sub linguū, siue lingua minor appellatur. Rursꝰ fistula arbor aromatica, sed parua, q̃ & cassia dicitur, quę ꝓ sui breuitate a quibusdā inter hęrbas odoriferas numeratur, & ad curandas viscerum molestias valet.

¶ Fistulator accipitur ꝓ tibicine, vt est apud Gellium.

¶ Fistulo as. Fistulam ago & in modū spongiæ quicq̃ facio. Plinius. Et pumicis fistulans vice.

Fistulosus a, um, quod est spongiæ modo factum, hoc est foraminibus plenum. Col. lib. vij. de Caseo. Deinde quo tenerior permaneat, clauso neq; ventis obnoxio loco stipatur per complura tabulata. Sic neq; fistulosus, neq; salsus, neq; aridus prouenit. Quorum vitiorum primum solet accidere si parū pressus. Secūdū si nimio sale ībutus, tertium si sole exustꝰ est. ♁ Fitiges pen. cor. vt ait Pli. sunt animalia æthiopiæ fuci coloris māmillas geminas in pectore habentia sicut homo, nec fera multum quæ domari non possint, necita māsuera vt nocentibus non noceant.

*Fixulam a fingendo pro fabula veteres vsurparunt. Cc.

¶ Flabrū quasi flatio a flo as. Proper. Neq; hic boreę flabra, neq; arma timet. i. flātes vētos. Verg. Nec flabra nec imbres. Verum Ser. putat tantum flabra numero plurali dici.

¶ Flabellum diminutiuū a flabro, & accipitur pro instrumēto quo fit ventilatio per æstatem ad refrigerandū corpus. Teren. Heus tu Dore cape hoc flabellum & ventulum huic ita facito dū lauamur. Ouid. de arte. Profuit & tenui ventos mouisse flabello.

¶ Flaces oliuarum purgamenta Pli. In amurca & flacibus hę sunt carnes & illæ feces.

¶ Flaccum dicitur tritum. Et flacco habere, quasi ad terendū habere. Plautus. Perij flacco habebit iam illic hō lūbos meos. Hinc fit deflacco as.

¶ Flaccidus a, um, a flaccus dicitur quod est languidum. Vnde flaccidi siue flacci dicuntur quorum aures pendulę & non arrectæ sunt. Col. lib. vij. Caper flaccidis & pregrauantibus auribus exiguo capite habetur optimus. Hinc cognomen familię romanę ductum est, vt flacci appellentur, qui aures deorsum pendentes habent.

¶ Flacceo es, cui langueo. Hiero. in Esaia. Et erunt irrigua eiꝰ flaccentia. a quo flacceśco languidus fio. Collumel. libro. iij. Paucis deide horis dum flacceścat in solo habeto. Deinde in vmbra assicato & ita condito. Compositum est Conflacceo quo vsus est. Gelli. lib. i. pro detumeśco. Nam fluctus inquit qui flante aquilone maximi & crebrissimi excitantur simul ac vērus posuit sternuntur & conflacceścunt, & mox fluctꝰ esse desinunt.

¶ Flagella diminutiuum a flagris summæ arborū partes & virgę siue capita minorum sarmentorum, vbi nascitur vua, ꝙ caprinis percussa flagret, q̃is aliqui a flādo potius dici velint ꝙ ventorum crebros sustineant flatus. Col. lib. v. Ac certe in ordinariis vitibus vtiq; obtinendum est ne plurib⁹ flagellis emacientur nisi si ꝓpaginibus futuris prospiciem⁹. Varro lib. i. de re rust. Emucidum sarmentum propter infirmitatem sterile, neq; ex se potest eijcere vitē quā vocant minorē flagellum, maiorem etiam vnde vuę nascuntur palmā priore litera mutata in d dalma a venti flatu dicta.

¶ Fagello as, quasi flagello cędo. Sicut verbero a verbere, & fustigo a fuste. Et flagellare increpare est atq; ꝓsonare.

♁ Flagellare annonam est annonam duriorem facere.

¶ Flagro as, ardeo a flāma vel a flatu quo alitur incendium q̃ flatu excitať ignis. Verg. Flagrantisq; dei vultum Trāsferrur quandoq; ad desyderium amoris, odij, irę virtutis aut vitij. Lactan. lib. i. Quid apollo pater eius nonne ob amorem quo flagrabat turpissime gregem pauit alienum? Et lib. vij. Qui auaritia inopum inexplicabili quadam ītiflagrat. Liui. lib. ij. Ciuitas secū ipsa discors in testimo inter patres plæbēq; flagrabat odio. Huius composita sunt. Cōflagro qđ est totū simul flagro. Lactan. lib. iij. Capitoliū non semel, sed sępiꝰ fulmine ictum conflagrauit. Deflagro, de quo supra.

¶ Flagratores dicebantur illi, qui mercede flagris cędi se permittebant.

¶ Flagriones dicti sunt serui, ꝙ flagris subiecti sint vt verberones a verbere.

¶ Flagitiū est vitiū flagitatione idest reprehensione dignum. Nā flagitatio ad strepitū dicť. Flāma enim flagella & flagitare idest ꝓsonare dici intelligimus, q̃m sine sonitu non sunt. Et est flagitium generale ad omnia mala. Cice. in Cato. Stupra vero & adulteria & omne tale flagitium nullis alijs illecebris excitari nisi voluptatibus. Aliq̃n signficat errorem vtpotem vel flagris vel increpatione dignā. Cice. Tantam ne obliuionem inquit in scripto presertim vt ne legens quidē sentiret quantum flagitij admisisset.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Flagitioſus ſceleſatus.Sal.In tanta tãq; corrupta ciuitate id quod facto facillimũ erat omniũ flagitioſorum atq; facinoroſum circum ſe tanq; ſtipatorum cateruas habebat.

¶Flagito as,a flãma deductũ videtur, vt ſit quaſi flãmmas agito.Flagitare enim proprie eſt vehementer cum inſtantia clamore ac ſtrepitu poſcere,cum flagella & flamma ſine ſonitu crepituq; non ſint, vt docet Donatus in eu.Terent.Lactan.lib.iiij.Succlamare cœperunt & crucem eius violẽtis vocibus flagitare.Hiero.in prolog.para. Denicq; cũ a me nuper flagitaſſetis,vt vobis paralipomenon latino ſermone tranſferrẽ. Habet hoc verbum in ſe maiorem vim q̃ poſtulo.Et q̃ doq; accuſatiuo tantum iungitur, vt Cic.pro Quintio.Q̃ q̃ hoc cauſa poſtulat,& ſi poſtulat,non tamẽ flagitat, qñq; habet accuſatiuum cum ablatiuo mediãte prepoſitione.Cęſar.cõ.i.Interim quotidie Cæſar ab heduis frumentum quod eſſent polliciti flagitat.Quandoq; conſtruitur cum duobus accuſatiuis,vt apud Suet.o.in vitel. Tum fœneratorũ & ſtipulatorum publicanorũq; qui vnq̃ ſe aut romæ debitum,aut in via portorium flagitaſſent vix vlli pepercit. Huius compoſita ſunt Conflagito.Pli.lib.xxx.Tanta populi romani cõtumacia fuit, [illegible]nis theatri clamoribꝰ reponi apoximeque non conflagitaſſet. Efflagitto de quo ſupra.

¶Flãma a græco φλέγω φλέξω ardeo.Inde flammifer.Ponitur interdum metaphorice flãma pro periculo.Cice.li.ij.tuſ. Quid de cupiditate honorum loquar? Quæ flama eſt p quã non cucurrerint hi qui hęc olim pũctis ſingulis colligebant? Idem in Bruto dixit.Galbam eruiſſe ſeſe de flãma iudicij, cũ ſignificare vellet eum liberatum eſſe a periculo iudicialis dãnationis. Teren.in Eu. Ex flamma te petere cibum poſſe arbitror.De fumo tẽdere ad flammã ſignificat ire in periculũ.

¶Flammeus a,um,Collume.libro vi. Quędam paries eius regionis ſic infeſtanter euro quem incolæ vulturnum appellant,vt niſi vites tegminibus opacentur velut halitu flãmeo fructus vratur.

¶Flãmiuomus a,um, pe.cor.quod flãmas vomit.

¶Flameum genus veli rubri ſeu crocei quod geſtabatur a mulieribus nuper nuptis, ſic dictum q̃ eo aſſidue vtebatur flaminica id eſt flaminis,vxor cui non licebat facere diuortiũ Et eodem modo tegebatur nupta flameo, vt perpetuo cum viro maneret.Luc.de Martia,iterum nubẽte Catoni. Lutea demiſſos velarunt flamea vultus. Huius diminutiuũ eſt flameolum.Iuue.Sedet illa parato flameolo.

⁎Flãmigena flãma genitus.Cc.

¶Flaminiũ tegmen quo matronæ capita tegebant.

¶ Fornax a foruo calido. vel a furuo atro, Caminus vbi coquuntur lapides. Cuius diminutiuum est fornacula.

¶ Fornacalia, feriæ farris terendi gra inſtitutę q̄ ad fornacē q̄ in piſtrinis erat ſacrificiū fieri ſolebat. Ouid. lib. ij. faſt. Facta dea est fornax læti fornacę coloni. Et paulo poſt. Curio legitimus tūc fornacalia ꝓbis maximis idicit nec ſtata ſacra facit.

¶ Fornix. icis pe. cor. gen. maſcu. Arc⁹ in ædificijs & quodcūq; opus cōcameratū, a furuo atro. Loca autē in arcū ædificata ſub obſcura ſunt. Cic. Videt ad ipſum fornicē. Famanum. Q̄m vero meretrices in huiuſmodi locis. i. fornicibus habitare conſueuerūt, ponitur fornix ꝑ lupanari ſeu meretricia cella. Seneca lib. ij. controuerſiarum. Redoles adhuc fuligine fornicis. Et in priap. Nigri fornicis oblit⁹ faucilla. Hinc fornicor & fornicarius. Vnde fornicariæ mulieres. Iuuenalis. Leonum pueri quocūq; in fornice nati.

¶ Fornico as, pe. cor. fornices facio, vel ſpeciē fornicum aſſumo. Pli. lib. xi. Ruentes cæras fulciunt pilarum inſtar interius a ſolo fornicatis, vt ſit aditus ad ſarciendum.

¶ Fornicor idem est quod meretricor. Est autē meretricari cū meretricibus coire. Est etiam paſſiuum a fornico, ſignificās in curuari. Plini⁹. lib. xvi. Populus contra omnia inferiora panditur, palma e contrario fornicatur. Dictum fornicaria fornicibus in quibus meretrices eſſe conſueuerunt.

¶ Fornicarius a, um, quod fornicatur vt mulier fornicaria, q̄ vt Hiero. inquit ea dicitur quæ copulat cum plurib⁹. Adultera quæ vnum virum deſerens alteri iungitur.

¶ Fornucalis quaſi foruucalis forceps dicebatur. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Fortis a ferendo dicitur, ꝙ æquo animo fert aduersa. Vnde fortitudo quæ est consyderata periculorum susceptio & laborum perpessio. Vel vt alibi idem. Cice. diffinit. Est scientia rerum perferendarum, vel affectio animi in patiẽdo ac perferendo summę legis parẽs sine timore. Aug. lib. i. de libero arbi. Fortiudo est illa animæ affectio qua omnia incõmoda & dãna rerum non in nostra potestate constitutarum contẽnimus. Macro. Fortitudinis est animũ supra periculi metũ agere, nihilq; nisi turpia timere, tolerare fortiter vel aduersa vel prospera. Fortitudo prestat magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam, tolerantiam, firmitatem. Fortis igitur dicitur qui infractum habet animũ quandoq; qui validis viribus prẽditus est quandoq; celer. Verg. Si fœmina forti fidis æquo. Quandoq; formosus. Plautus. Ec quid fortis visa est. qñq; dines. Idem. Eam sororem spopõdisse suam in tam fortem familiam.

¶ Fortifico as, fortem facio. Plautus. Fortifica animum.

¶ Forteſco is, fortis fio. Nęui⁹. Crescit ãnis & forteſcũt vites.

¶ Forticul⁹ dimi. a fortis. Cic. Quis idẽ Epicur⁹ forticulũ se in torminibus & in stranguria sua prẽbeat.

¶ Fortuna ferendo dicta est, ꝙ temere & sine ratione feratur. Est enim fortuna accidẽtium rerum subitus atq; inopinatus euentus. Hæc dea credita est. Te facimus fortuna deam, collocq; locamus. Fortunæ vocabulum medium est. Sed cũ fortunam solam dicimus intelligimus felicitatem. Vnde fortunatos felices nominamus infortunatos infelices, & infortunium malam fortunam. Fortunæ numero plurali dicuntur diuitiæ.

¶ Fors est euentus bonus. Vergilius. Forte sua lybycis tempestas appulit oris. Terẽ. O Fortuna o fors fortuna. Do. Aliud forruna est. aliud fors fortuna est. Fortuna dicta est incerta res. Fors fortuna euentus fortunæ bonus. Nam fors fortuna est cuius diem festum colunt qui in arte aliqua viuunt. Aliquando fors pro forsitan.

¶ Forſſerat fors fuerit. Sido. Remigo.

¶ Fortuno as, est prospero, in bonis augeo. Cicero. Curioni. Tibi patrocinium dij fortunent.

¶ Fortunatus ta, tum, quod est prosperum. Qñq; propicium. Afra. Deos ego omnes vt fortunati sint prẽcor.

¶ Fortunatę insulę a fructuũ vbertate dictę sunt. De quib⁹ Strabo. lib. i. sic inquit. fortunatę insulę cõtra Mauritanię finẽ ad occidentem sunt. Quãquidẽ ad partẽ & Hispanię terminus concurrit. Ex ipso aũt noſe manifestũ est, cm & has ipas felices existimabãr, quia huiusmodi locis propinq; forẽt. Fuerunt aũt sex numero, quarũ prima Ombriõ. secũda Iunonia: tertia eodẽ nomine. quarta capraria. quinta Niuaria, a perpetua niue nebulosa. sexta Canaria plena canibus ingentibus.

¶ Fortunatim aduerbium significat prospere. Plau. Si dederit Iuppiter vt fortunatim omnia succedant.

¶ Forte & nomen est ablatiui casus a fors, quod capitur pro fortuna. Hora. libro prio ser. Qui fit mœcenas vt nemo quã sibi sortẽ seu ratio dederit seu fors obiecerit illa Content⁹ viuat. Nec habet alios casus nisi ablatiuũ singularẽ. Verg. Forte sua libycis tempestas appulit oris. Et aduerbium dubitãdi vt forte sub arguta cõsederat ilice Daphnis. In qua significatione accipiũtur Fortasſis. Fortasſe. Forsan forsitan, & forsit, quę aliquado accipiuntur ꝓ temere. Aliqñ sunt aduerbia dubitandi. Horat. lib. i. ser. Dissimile hoc illo est, quia nõ vt forsit honorẽ Iure mihi inuideat quis.

¶ Fortuitus a, um, pe. cor. quod casu accidit a forte & eundo vt quidã aiunt. Aug. lib. v. ciui. dei. Fortuita dicunt esse quæ vel nullas causas habent, vel non ex aliquo rõnabili ordine veniunt. Hinc fit aduerbium fortuito. Est & fortuitus nomẽ quarti ordinis, vt apud eundem lib. xi. Et sicut non est consequens vt fortuitu potius q̃ ratione diuina deus non alio sed isto in quo est loco mundũ constituerit.

¶ Fossa locus vñ terrã fodissent, ab effossa terra dicta. Col. lib. iij. Priusq̃ pomariũ cõstituas q̃ magnũ habere voles circũmunito macerie aut fossa ita vt non soli pecori, sed nec homini transitus sit nisi per aditũ dũ adolescãt semina. Vlpia. scribit fossam esse receptaculum aquę manu factum, vt ad castra seu vrbes oppidave aut alia huiusmodi munitẽda. Potest etiã fossa esse participiũ, vt fossa terra.

¶ Fossor qui fodit. Verg. lib. iij. geor. Et labefacta mouens robustus iugera fossor.

¶ Fossio ipsa fodiendi actio. Col. lib. v. Deinde malleolo iter ordines posito crebris fossionibus pastinatum resoluere

¶ Fossura, fossio. Idem in eodem. Hanc planã fossuram maxime nos probamus, numer⁹ autẽ fossionis aut idem debet esse qui primi anni aut vna minus.

¶ Fossula pe. cor. diminu. parua fossa. Cato. Deinde fossulas facito qua radices aspergi dimittas.

¶ Fossarius clericus mortuos sepeliens scribit Hiero. primum in clericis gradum fossariorum ordinem esse, qui in similitudine Tobię sancti sepelire mortuos admonentur vt exhibentes visibilium rerum curam ad inuisibiliũ festinent & resurrectionem carnis credentes in domino totum quod faciũt deo se prestare non mortuis cognoscant.

¶ Fossitius a, um, quod foditur. Pli. li, xxxvi. Arenæ tria genera. Fossitia, cui quarta pars calcis addi debet. Fluuiatili aut marinæ tertia.

¶ Fossile pe. cor. quod foditur seu quod fodi potest. Pli. libro xxxvi. Theophrastus author est, & ebur fossile cãdido & nigro colore inueniri & ossa e terra nasci. Et lib. xxxiij. Tum sa lem fossilem adijciunt. i. qui fodiatur.

¶ Fotus a, tum, participium a foueo, vt apud Esa. Vulnus & liuor & plaga tumens non est circũligata, nec curata medicamine neq; fota oleo ideſt aspersa. Fotus us subſtãtiuũ. Amb. libro primo offi. Radices arborum aut vrantur frigore, aut fotu solis virescant.

¶ Foueo es, ui, tum, significat nutrio sustineo proueho. Ver. libro, iij. geor. Progeniem nidosq; fouẽt. Interdum aspergo madefacio. Idem. lib. xij. Fouit ea vulnus lympha longeuus sapix. Interdum constituo. Idẽ lib. iij. geor. Sub terra fouere larem, Interdum tueri, vt apud eundẽ lib. ix. Non obuia ferre Arma viros sed castra fouere. Interdum amplecti seu in delicijs habere. Idem. Infelix o semper ouis pecus ipse neçram. Dum fouet ac ne me sibi prẽferat illa veretur. Huius cõpositа sunt Confouco simul nutrio. Circũfoueo. Amb. Mater cũ Maria sinu circũfouet. Refoueo rursus foueo. Col. in ꝑfa. li. ij. Sed si frequenti & tempestiua & modica fercoratione terra refoueatur. Et hęc habent fo. syllabam correptam.

*Foueę a fodiendo dicuntur scrobes siue sꝑeluncę. Ce.

¶ Frænum cum æ diph. a frangendo. Instrumentũ quo equ⁹ coercetur. dictũ ꝙ equorum ora frangat. Sunt etiam q̃ a ferẽ do deducant, ꝙ equos vertat feratq; quo velit. Seneca. Hyppolitus arctis continet frænis equos Fræna Peletronij inuenere qui & strata equorum primi monstrauerunt. Et in singulari quidẽ neu. gene. est in plurali tam mascu. q̃ neu. Augu. li. x. conf. Itaq; freni gutturis rẽperata relaxatione ne & cõstrictione tenendi sunt. Hinc cõponũtur, Effrænus na, num. Et effrenis & hoc effræne, quod est sine frẽno. Vergilius lib. iij. geor. Gens effræna virum ripheo tunditur euro. Ser. i. Sæua recto rem recusans Hierony. Nequaq̃ effreni lingua repenaris. Infrẽnus siue infrenis, ciusdẽ significationis, vt illud. Hic nimis de infreni cingunt.

¶ Frænum mordere, significat cõtinere. Translatio ab equo qui cum cessorem contemnit frænũ mordet. Cice. Cornifi. Si frenum momorderis peream.

¶ Frẽno as, contineo cohibeo. Vergil⁹ lib. iij. geor. Et glacie cursus frænaret aquarum. Huius composita Defræno quod est frænum depono, siue absq; frẽno rectoreve duco. Ouidi⁹ lib. i. metamor. Et de frenato voluuntur in æquora cursu. Effrẽno idem significat. Cice. lib. iij. Tuscu. Vt ęgritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus recessum quendam animi & fugam, lętitia profusam hilaritatem, libido effrenatã appetentiã. Nam effrenat⁹ dicitur qui cohiberi & ꝓ arbi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

trio nostro agi non potest. Refræno, quasi retraho. Lactātius lib. vi. Virtus est iram cohibere, cupiditatem cōpescere, libidinem refrenare. Suffræno. Pli. lib. xxxvi. Sed ad structuram infidelis nisi multa suffrenatione deuictus.

¶ Fretus a, um, idem quod sustentatus confisusq;. Et est incertę originis. Licet a fruor quidā participiū esse velit. Et scribitur cū diphth. vt differat a fretū qđ mare significat. Plaut. in Am. Magnanimi viri frēti virtute & viribus.

¶ Frango is. fregi. ctū rūpo. Plaut. in Asi. Quis nostras sic frāgit fores? Dicimus etiam, Fregit nauim, frēgit brachiū, quasi ipse fregerit & non potius passus sit. Teren. in An. Is fregit nauē apud Andrum. Ci. Gregalesq; eum in campū quū non venisset requirerent excusauit Vespa. Teren. q eum brachiū fregisse diceret. Hoc est q ei brachiū esset fractū. Frangi vero in fœminā est rē habere cū fœmina. Cypria, ad Euagriū. Doceat quēadmodum masculus frangat in fœminā, & sexus arte mutetur. Huius cōpositā sunt Confringo simul seu in totū frango. Lactan. lib. iii. Vt videatur iampridē suis armis esse confracta. Defringo de quo alibi. Diffringo diuersis modis, siue in varia frusta rūpo. Plau. in Asia. Cura hercle diffringētur. Effringo valde frango. Idem in cap. Neq; ieiunioſiorem, neq; magis effractum fame vidi. Teren. in Adel. Fores effregit. Et effringere dicitur vt author est Var. quū glæbe grandes prima aratione solent excitari. Infringo valde frāgo. Vide alibi. Offringo, Perfringo valde siue in totū frango. Cic. lib. iii. offic. Ego etiā cum Catone meo dissensi, nimis perfracte videbatur ærariū vectigaliaq; defendere. Prefringo. Vide alibi. Refringo. Suffringo aliquantulum seu per medium frango. Lactan. libro. iiii. Carnifices non putauerunt ossa ei⁹ suffringere, sicut mos eorum ferebat. Plaut⁹ in trucu. Vt ego hisce suffringam talos.

¶ Fragmen & fragmentū accipi solent ꝑ parte rei fractæ.

¶ Fragor sonitus q ex arbore, aut alia re fracta reddit. Verg. lib. i. geor. Et horridus altis Montibus audiri fragor. Ser. Horridus fragor, sonitus qualis fieri solet ex aridis cum franguntur arboribus. Liui. libro prīo. Iam fragor tectorum, quæ diruebantur vltimis vrbis partibus audiebatur.

¶ Fragosus a, um, a frango, asper atq; preruptus. Coll. lib. ii. Incultum igitur locum consideremus siccus an humidus nemorosus arboribus an lapidibus confragosus.

¶ Fraxo as, vigilias circūeo, q eo labore homo frangatur.

¶ Frageo es, a quo fragescois, quod est frangor. Pacu. Fragescit animus miseriis.

¶ Fragile. pe. cor. caducum, debile & quod facile frāgi potest. A quo fragilitas, debilitas, inconstantia.

¶ Fragiliter inconstanter.

¶ Fracidus a, um, pe, cor. a frāgo dicitur, quod est plus q̄ maturum & iam putrescens. Cato. Fractores volunt vt oliua in tabulato diu sit vt fracida sit, quo facilius efficiant. Quidam fracidum a fraceo deducunt.

¶ Fraceo es, a quo fracesco, quod est quasi frangor, resoluor, & quasi vetustate putrefio,. Col. lib. i. Oleum quod nimis ꝑ uenit si cōgelatur fracescet. i. putrescet. Var. Hęc de quasi fit oleum congeri solet aceruatim dies singulos in tabulata vti ibi mediocriter fracescat.

¶ Fragirides pe cor. authore Cęlso dicuntur venę grandes quę tumidę ab vtroq; latere colli apparent.

¶ ~~Fragra mora quæ in terra nascētur. Verg. Qui legitis flores & humi nascentia fragra.~~

¶ Fragrare odorē emittere, a frangendo, quia res fractę vehementius olent. Aug. lib. i ciui. dei. Nam pari motu exagitatū & exhalat horribiliter cœnū, & suauiter fragrat vnguētum. Hinc fragrantia. Hiero. in Ge. Vt sentit vestimētorum eius fragrantiam.

¶ Fragor aris, non est in vsu, quum tamē cōposita Refragor & Suffragor habeātur, quorum primū pro Repugno, secundum pro adiuuo, quasi suffragor accipitur.

¶ Framea æ, pe. cor. ab aliquibus exponitur pro lancea siue hasta Tacitus de germanis. Ne ferrum quidem superest sicut ex genere telorum colligitur rari gladijs aut maioribus lanceis vtuntur hastas vel ipsorum vocabulo frameas gerūt angusto & breui ferro, sed ita acri, & ad vsum habili vt eodem prout ratio poscit vel comin⁹ vel eminus pugnent, & eques quidem scuto frameaq; contentus. Augu. vero in octauum psal. pro gladio accipit sic scribens. Gladium dei bis acutum hoc est frameam. Iuue. Et Martis frameam & Thyrrhei spicula vatis.

¶ Franosus qui fraudem commisit.

¶ Frater dicit̄, q̄ sit fere alter, vel a græco, Græci enī φρᾶτερ cōiunctos appellant. & φρατρὰσ vocant conturbernium. Et quatuor modis in sacris dicitur. Natura. s. gente, cognatione, & affectu. Natura sicut. xij. patriarchę filij Iacob. Gente, qua omnes iudęi iter se fratres vocant̄, sicut habetur in Deutero. Non poteris constituere super te alienigenā, quia non est frater tuus Cognatione fratres vocantur, qui sunt de vna familia idest patria, quas latini paternitates interpretantur, quum ex vna radice multa generis turba diffunditur, vt in Gen. Dixit Abraham ad Loth. Non sit rixa inter te & me, & iter pastores meos & pastores tuos, quia fratres sumus. Affectu qui in duo diuidit̄, in speciale & cōmune. In speciale, quia omnes Christiani fratres dicuntur vt ecce q̄ bonū & q̄ iucundum habitare fratres in vnum. In cōmune, quia omnes homines ex vno patre nati pari germanitate cōiungimur, sicut Apostolus, ad Corinth. Si quis frater nominatur fornicator aut auarus.

¶ Fraterculus diminutiuum. i. paruus frater. Iuue. Vnde fit vt malim fraterculus esse gigantum.

¶ Fratria vxor fratris, Nam fratrię dicūtur quasi fratrum inter se vxores.

¶ Frater patruelis, filij⁹ patrui. Fratres patrueles, sororesq; patrueles dicuntur, qui quæve duobus ex fratribus progenerātur, vt apud iurisc on. traditum est. Sueto. in Cęsa. Qui fratri patrueli suo Marco in consulatu successerat.

¶ Fraternus substantiuū appellatur fratris filius, vt inqt Hiero. quo vocabulo vsus est in libro Canticorum.

¶ Fraternus a, um, possessiuū, vt fratern⁹ amor. A quo fraterne aduerbiū, quod est ad similitudinē fratris. Aug. Quū eum a teneris annis ardentissimo illo puerili amore mihi coniunctum. plus q̄ fraterne amarem.

¶ Frataræ puerorum māme, q̄ velut fratres pares oriantur quod etiam in frumento spica facere videtur.

¶ Fratili villi sordidi in tapetis, q̄ per terram ferantur.

¶ Fraus a ferendo, deceptio quę alicui infertur, sicut impostura, ab imponendo. Accipitur quandoq; pro periculo. Verg. lib. x. Quis deus in fraudē, quæ dura potentia nostra. Egit. Et in iure lectū est. Erat illa res fraudi periculo quādoq; ꝑ pœna. Cice. lib. de Orato. Idcirco narrabo & fraude capitali esse. Verg. lib. xi. Iam nosces ventosa ferat. cui gloria fraudē. Differunt tamen secundū Vlpia. Pœna & fraus, q̄ fraus sine pœna esse potest. Pœna sine fraude esse nō potest. Pœna est noxę vindicta, fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœne quædam p̄paratio. ἡ ὅτι φράζω τὸ λέγωμαι φράσω ὁ λόλος δὲ ἐκμικροῦ ἐρτῶ λόρω, λόλος δὲ ἐμπαρλασι. * .i. qm̄ φράζω dico & φράσις locutio ex re parua. Dolus autem in re.

¶ Fraudulosus, qui fraudem facit, quod magis a diminutiuo fraudula, q̄ a fraude videtur descendere.

¶ Fraudulentus fraudis plenus, a quo fraudulenter, hoc est cum fraude.

¶ Fraudulosus erit qui fraudem commiserit. Plautus in Asina. Non placet, me tuo incommune ne quam fraudem fraudulosus sit.

¶ Fraudo as, idest decipio, & dicimus fraudo te, & fraudo te hac re. Vergilius. Quem regno hesperię fraudo & fatalibus aruis. Fraudare genium est non satisfacere necessitati naturę & voluptati cuius contrarium est Curare genium idest laute viuere. Fraudare desyderium est non facere quod cupit & non esse voti compotem. Vnde legimus. Non sunt fraudati a desyderio suo. Hinc componitur Defraudo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Fraxin⁹ pe.cor.genus arboris ꝙ in fragosis locis naſcatur.
¶ Fregellæ olim ciuitas,nunc vicus non longe a Velitris.
¶ Fremo is.ui.itum.tumultum facio,vt fit ab vndis maris. Verg.Talibus Ilioneus cuncti ſimul ore fremebant.Ser.Fremebant hoc eſt conſentiebant.Et bene ore,quia etiam armis poſſumus fremere. Vnde Lactā.lib.vij.Frement. vbiq; bella,oēs gētes in armis erunt.Hui⁹ cōpoſitū Infremo pe.cor.qđ eſt valde fremo.Idē lib.ij.Si belli terror infremuit.
¶ Fremitus us.pe,cor. proprie ſonus fluctuum,& in populo murmur indignante,& pre iracundia in humanā vocē imitāte. Ver. Fluctibus & fremitu exurgens bęnace marino.Feſt. vult fremitum dictum quaſi frerimentum.
¶ Frendeo.es dui.freſum ſigni.frango,Vnde faba.freſa dicit mola leuiter fracta.Col.Cicera,bub⁹ erui loco freſa dat ī Hiſpania.Bethica.Et frendere eſt cum gemitu ſiue iracūdia vocē emittere,vt apud Eſa.Rugiet vt catuli leonū & frendet & tenebit predā.Hiero.in Pau Eremi. At ille barbarū neſcio quid frendēs & frangens potius verba q̄ ploquens inter horrētia ora ſatis blandū queſiuit alloquiū.Hinc cōponitur Infrendeo idęſt valde frendeo.Verg.lib.iij.Dentibus infrendens gemitu graditurq; per ęquor iam medium.
¶ Frequens,vide in dictioue Celebris.
¶ Frequento as,ſæpe vel cum multis adeo. Sal. Iuuet tutem, q̄ domū Catilinę frequētabat.Inde frequentatio & frequentia pro conuentione & cōcurſu,ſeu multitudine,Idē reliquos cīi cuſtodib⁹ in ędē Concordie venire iubet.Eo ſenatū aduocat,magna frequentia eius ordinis erat. Aliquādo frequētare eſt frequēter facere. Aug.lib.ij.ci.dei.Extruantur ampliſſimę atq; ornatiſſimę domus,vbi opipara conuiuia frequēt entur.
¶ Frequētarius a,um,veteres dixerunt pro frequente.
¶ Fretū ab vndarū fremitu dictū,vt Var.inquit,a ſimilitudine feruentis aquę,ꝙ in frętū ſępe concurrat ęſtus atq; feruescat.Et ſigni.mare naturaliter mobile. Anguſtias enim,quib⁹ atlāticū mare irrūpit terras. Greci πορθμὸν, Latini fretū appellant. Abuſiue pro ipſo mari.Hinc tranſfreto as,pe,cor,qđ eſt trans fretū nauigo.
¶ Frebolus pe.cor.quaſi fere obolo dignus.
¶ Frico as,fricui,frictū. Vñ frictus ſcđm Priſ. Iuue.Si prurit frictus ocelli angul⁹. Greg.tñ dixit.Confricat⁹.Macer. Vrticę foliis reuocat vulua fricata.Eſt aūt fricare,ſicut ſonat.Ver. lib.iij.Geor. Fricat arbore coſtas. Hui⁹ cōpoſita ſunt Affrico Iuxta frico. Col.lib.viij.Pecudes aut morſu ſcalpunt aut cornu aut vngula tundunt,aut arbori affricant parietibuſve detergent.Pli.Marathro hęrbę ſeſe affricat.Cōfrico ſimul frico. Plau.in Aſi. Atq Pol hodie non feres ni genua confricentur. Col.lib.ij.Boues quū ab opere dimiſerit ſubſtrictos confricet manibuſq; cōprimat,dorſum & pellē reuellat. Defrico deorſum frico.Cic.li.iiij.ad heren.Nā vt forte hic ī balneas venit, cœpit poſtq̄ defuſus eſt defricari,Col.lib.ij.Solida in ſole ſiccetur q; & radice ſilphi trita cū aceto aſpergatur defricetur. Infrico intus frico. Idē lib.vij. Maxime ꝓderit fuligo exaheno vlcere īfricata.Col.lib.vij.Deīde nares ꝓfricato,vt hoies diſcāt odorari.Pli.in prolo. Perfricui faciē nec tñ ꝓfeci.Mos eſt eorū qui cū pudore aliquid agunt vt faciē perfricent,natura ipſa ad id impellente,quaſi ad abigendū ſanguinē,q ex p̄cordijs ad faciei ſuperficiē cōfluit,propter qđ querit Ariſto.Cur pudore facies hoīs rubeſcat, metu palleſcat, quū pudor nihil aliud ſit,qua timor futurę reprehenſionis. Hic ergo ortū eſt ꝓuerbiū,vt quotiēs dicere volum⁹ nos pudorē deponere,dicam⁹,Perfricui faciē,hoc ē pudorē expuli. Refrico rurſus frico.Cice.Sex.publij filio.Sin aut ē omnia quę ſentio perſcripſerim, ne refricem meis literis deſiderium ac dolorem tuū. Et omnia habent penult.corre.
¶ Frigus oris.pe.cor.Frigor oris.pe.pro.p horrore q eſt contrari⁹ calori. Verg.lib.i.geor. Friguſq; calorēq; inter.Macer. Pellet frigorē,reuocabit,& ipſa colorē. Aliq̄ ſumit ꝓ metu ab eo qđ p̄cedit ad id quod ſequit. Verg. Extēplo æneę ſoluunt frigore mēbra.Ser. Frigore.i.timore Reciproca tranſlatio,& timor pro frigore,& frigus ꝓ timore ponitur,vt in Teren. Vxorem tuā pauitare aiunt non timere,ſed laborare frigoribus. Vtrūq; enim in vnū exitum cadit, ſicut & de calore & frigore vrere dicimus,vt eſt aut boreę penetrabile frigus adurat.Rurſus frigus dicitur ipſa aeris natura. Verg.libro.ij. geor. At ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt.
¶ Frigeo es,frigui & frixi ſcđm Diome,frigidus ſum. Priſc. Syllaba vero naturaliter lōga ante geo mutāt geo ī xi.vt lugeo luxi.frigeo frixi. Verg.lib.xi.Corpuſq; lauāt frigētis & vngūt. Fit aūt frigeo vt quibuſdā placet a frango, ꝙ tā calor,& horror nimius corpora frāgat. Alij a gręco dicūt ἀπὸ τοῦ φρύττω quod eſt horreo. Vñ φρικὴ horror ſiue frigus dī. Interdū frigere eſt ſegnem eſſe.Plau.Frigent omnes nemo ſe mouet.Huius compoſitum eſt refrigeo
¶ Frigeſco is,frigid⁹ fio.Lact.lib.vij. Quos aūtem morbus interimit ſpiritū diutius exhalant,vt paulatim frigeſcentib⁹ mēbris anima efflet,quę cū materia ſanguinis contineat ſicut lumē oleo,ea materia febriū calore cōſumpta neceſſe eſt mēbror⁹ ſumma q̄q; frigeſcere,qm̄ venę exiliores in extrema corporis porriguntur, & refrigeſco cōpoſitū. Col. lib. vij. Si bos aut ex langore aliquo ad maciē perductus eſt,aut ſudās in opere faciundo refrixit.
¶ Frigidus a,um,qđ habet frig⁹. Ouidi⁹,Frigidi⁹ glacie pectus amantis erat.Quandoq; frigidus dicitur ſegnis. Verg. Largus opū & lingua melior,ſed frigida bello Dextra.Quā doq; pernitioſus & nocens, eo ꝙ frigida naturæ mortalium pernitioſa ſunt.Idē.Frigidus o pueri fugite hinc latet anguis in hęrba.
¶ Figidulus diminutiuum eſt,quieſt parum frigidus.
¶ Frigorificus a,um,qđ frigus iducit,ſicut a calore calorifi⁹
¶ Frigefacio,a quo frigefio,notę ſignificationis.
¶ Frigero as.pe.cor.frigefacio,a quo refrigero,qđ eſt rē aliquā calidam frigidā facio.Perfrigero valde frigero. Plinius. Omniū earū vis eadem perfrigerare et aſtringere.
¶ Frigutio is,iui,frigutire ſurſum ſaltare vt eſt ex frigore tremere,vel calore frigere,& qđ nos vulgo dicimus ſgriſolos habere.Plau.in Caſ.Nā quid frigutis,quid iſiuctam cupide cupis.
¶ Frigilla auis dicta,ꝙ frigore cantet & vigeat.
¶ Frigo is,xi,xum,& gui,ctum,ſignificat torreo,quod vulgo dicitur frizere. ἀπὸ τοῦ φρύττειν ὅθεν λέγεται φρυκτὴ Feſt. frigere & Frictū a gręco.Inde frictoriū & frixoriū in quo qđ Frigitur.Hiero.in Eſa.Confrixa ſunt oſſa mea,tanq̄ in frixorio.Cor.Cęl.Tum res eadem magis alit iurulenta q̄ aſſa.magis aſſa q̄ frixa.Hiero.ad Furiam Pueri erant nec dum ad ſartaginem venerāt,in qua rex Babylonius ſenes iudices frixit Hinc fiunt cōpoſita Defrigo & perfrigo.Iuue. Et ſi perfrixit cantat bene.
¶ Frixorium a ſono frixationis dicit ſartago in qua quid frigitur,quę & frictorium appellatur.
¶ Fritila cibus ex pulte factus qui frigitur.
¶ Frit dicitur illud in ſumma ſpica iam matura,quod eſt minus q̄ granum.
¶ Fritillus dicitur apud nos tabula luſoria, qui apud gręcos Pyrgus,in quo teſſere coniectę agittarę q; mittūtur vt inqt Porphy.Ex quo demonſtratur teſſeres cōiect⁹ fritillo tanq̄ vaſculo,quo agitatę deinde mittuntur in alueolum. Iuue. Parsuoq; eadem mouet arma fritillo. Dictus fritillus,vt quidam putant,a crepitu ipſo teſſerarum. Vel ꝙ ſuper eo teſſerę ferātur,Hinc etiam alueolus dicitur & Pyrgus.Mar. Dum blanda vagus alea december incertis ſonat hinc & hinc fritillis. Var. Quales ſunt teſſere quibus in Alueolo luditur. Hora. Mitteret in Pyrgum.
¶ Frio as,ſignificat tero,Plinius in ipſa quidē Æthiopia friatur hęc tanta ſiccitas & farinę ſpiſſatur in panem huius compoſita ſunt Affrio,infrio,quod eſt terendo aliquid digitis leuiter inſpergo.Suffrio paululum contero.
¶ Friabile qđ facile friatur,& quaſi manibus minutim terit. Plin⁹.li.xxvij. Optimaq; eſt quę cādidiſſima & friabilis manimeq; ponderoſa cum teratur inter digitos.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Friuolus a,um,pe.cor.a frio as,dicitur quod est inane leue nulliusq; momenti sicut friuola dicuntur verba, que minus fide sunt subnixa. Vnde Friuola ꝓ nugatorijs q̃q; poni cõ sueuerunt. Et vasa friuola, quę vix attrectando aliquid confriguntur, & in puluerem vertuntur.

¶Frons frontis, ab oculorum foratu, vel a ferẽdo, ꝙ indicia animi prę se ferat. A dextra & sinistra temporibus a superiori capillorum radice, ab inferiori vero parte supercilijs terminata, corrugatur in tristitiã, & in lętitiã dilatatur. Est enim tristitię, hylaritatis, clementię, seueritatis indicium. Et pudorẽ significat. Perſ. Exclamet Melicerta perisse. Frontem de rebus Et ob hanc causam frontem. Genio prisci consecrarunt. Dicit frons etiã de rebꝰ inaĩatis. Verg. Fronte sub aduersa scopulis pendẽtibꝰ antrum. Et licet a Grãmaticis genere fœ. proferat tñ a Cęcilio genere mascu. ponit. Hi sunt (inquit) inimici pessimi fronte hilaro, tristi corde. Hinc componitur Bifrons.

¶Frontale. quod ad frontem ponitur. Pli. lib. xxxvij. Quondamq; tantæ magnitudinis fecere, vt equis regum in oriẽte frontalia atq; pro phaleris pensilia facerent.

¶Frontati, vt est apud Victru. id genus laterum dicuntur, quos greci Diatonos appellant, quia per latitudinem totam porrecti, vtramq; parietis frontem conficiant.

¶Frontosus pro impudente capitur.

¶Frons dis, ge, fœ, a fero, ꝙ frondes arborum huc atq; illuc a vento ferantur. Proprie autem frõdes arborum dicuntur, folia vero tam arborum q̃ herbarum & florum. Hic frondifer. Lucre. Frondiferaq; domos auium.

¶Frõdeus a,um, qđ totũ ex frondibꝰ est, vt torus frõdeus.

¶Frondosus a,um, qđ frõdibus abũdat, vt Lucus frõdosus

¶Frondarius a,um, qđ ad frõdes ptinet siue qđ ex frondibꝰ est. Pli. lib. xviij. Vnus frondator quatuor frõdarias fiscinas complere in diem iustum habet.

¶Frondeo des, dui frondes habeo. Verg. nunc frondẽt syluæ. hinc frondescere, Col. lib. v. nihilominus enim paucis frõdescet pãpinis.

¶Frodo as, frondes emitto. A quo frondator, frondatio, & Defrondo, quod est frondes deijcio.

¶Frondator, qui arbores amputat, & qui e frondibus manipulos facit hyemis tẽpore animalibus ad pastum efferendos. Et qui manibus vitium folia vellit, quo ardor solis vuã maturiorem reddat.

¶Frõdatio Col. lib. vi. Atq; in frõdatione cauendũ, ne aut ꝓ lixiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur.

¶Fruor eris, fructũ in supi. sẽm Priscia. sicut struo structũ. Cice. in hortẽ. Et amœnitate summa ꝓfructurꝰ est. Vlpia. tñ ad Sabinũ, frutũ fruturus non fructurus, quomodo ortũ oriturus, erutum eruiturus, mortuum moriturꝰ dicit ꝙ quum i in prẽterito non habeant, id in futuro habent. Hiero. vero ad principiam fruitum dixit. Sępe & multum flagitas virgo Christi Principia memoriã sanctę fœminę. Marcellę literis recolam, & bonũ quo fruiti sumus etiã cęteris noscendũ imitãdumq; describã. Cice. lib. iij. Tusc. zeno stoicorum acutissimꝰ contendere & magna voce dicere solebat, eum esse beatũ, q̃ ꝓsentibꝰ voluptatibꝰ frueret, cõfidereq; sese fruiturũ. Vtra autẽ sit verior sententia, ꝙ fruor fructũ, an ꝙ fruitũ faciat nõ satis dignosci põt ꝙ raro hmõi exempla reperiant & nõnũq; vitiata, puto tñ ꝙ fructꝰ & fruitus, a quo fruitio, non frętus faciat, cũ non sit eiusdem significationis. Neq; astipulor illis, qui dicunt Frui de diuinis. Vti de humanis dici, quum & in bonã & in malã partẽ accipiatur. Aug. lib. xv. ciui. dei. Boni ad hoc vtuntur mundo, vt fruant deo. Mali autẽ contra, vt fruant mundo vti volunt deo. Hiero. ad Iulia. Difficile imo impossibile est vt & presentibꝰ & futuris quis fruatur bonis & vẽtrẽ hic, & ibi mentẽ ipleat. Iuue. Exul ab octaua Marius bibit, & fruit dijs iratis. Est itaq; frui quasi delectationẽ & fructũ capere. Terẽ. in adel. Est hic paululũ qđ locitas foris huiusdemꝰ q fruat. Cõposita huiꝰ ✠ ubi sunt. Defruor & Perfruor q̃ signitiçant in totũ fruor, seu oẽm fructũ percipio.

¶Fruiscor a fruor deducit, sicut a faceor fatiscor. Metellꝰ ad Domitios. Illi vero oĩ iure atq; honestate interdicti, ego neq; aqua neq; igni careo, sed sũma gloria fruiscor. Cęliꝰ lib. ij. cũ actõ iũxit. Domos suas (inqt) q̃q; iubet ire, & sua oĩa fruisci

¶Frunisçor ꝓ fruor Cato posuit, & frunitũ dixit prudentẽ, hoc est quo pfrui liceret, sicut econtrario infrunitũ insipientẽ ac stolidũ qui nulli vsui esset, q̃is alij fronitũ per o a greco φρόνιμον enim greci prudentem dicunt, ἄφρονα vero demẽtem. Vnde & illud in sacris literis. Et animo irreuerenti & infrunito ne tradas me.

¶Fructꝰ tus. & fructi & fructuis. Terẽ. in Adel. Nũc exacta ętate hoc fructi ꝓ labore illis fero. Var. Quęro vtrũ fructuis an delectationis cãvẽdatis. Antiq etiã hęc fructa dicebãt cuius loco dr hęc fruges. Et a fruendo dr fructꝰ, vt inquit Var. qa his fruimur. Quidã etiã a ferẽdo fructꝰ deriuant, & dicũtur illę res quas fundus fert & quę in fundo feruntur.

¶Fructifer a,um, quod fert fructũ, hoc est pinguę & fertile. Et fructiferę arbores, quę ferunt fructum,

¶Fructuarius dr cuius est fructus. Fructuariꝰ a,um, qđ fert fructum, seu quod ad fructũ pertinet. Col. li. i. Pars autẽ fructuaria diuiditur in cellam olearią, torcularią, & cellã vinariã. Idem. lib. iij. Quum vitem inserere voles optimi gñis sarmẽta fructuaria quũ gẽmas agere incipient vento austro a mẽ pcidito. Palla. Decisis male natis omnibus & veteribꝰ, nouellos & fructuarios serues,

¶Fructificus a,um, idem quod fructuosus, qui fert fructum hoc est vtilitatem prestat.

¶Fruges is, vel hęc frux gis, sẽm Pris. & vt notat Var. de anali. Frux legumẽ triticũ, a quo frugi indeclinabile deriuatur. Sũt autem frugi hoies qui in oĩre motibus animi moderantur. Vnde est Pisonis illiꝰ cognomẽ. Auso. Ante equidem cãpis q̃ spicea supperetet frux. Festus. Pãticeps frux vẽteris. i. pinguitudo. Et a fructu seu fruendo dr. Nam id qđ segetes ferunt. Et gñaliter fruges dicunt, quicqd ex fructu terrę in alimoniã vertimꝰ. Vnde frugiferę arbores dictæ sunt, quęcũq; fructũ ferunt, qđ reditum dicimꝰ, sicut docet Vlpia. Non solum quod ex frumentis & leguminibꝰ, vetũetiã qđ ex vino, vel ex syluis cęduis, cretifodinis, lapicidinis capitur. Fest. Ser. & Dona. Frugis vocabulũ a frumine eminente submento gutturis seu gurgulionis pte qua cibus in aluum demittitur a ferendo cibo appellatũ dicunt. Et alio noĩe dicitur rumen. Errant igitur qui discernunt frumẽta a frugibus. Nã Cic. ait. Olei & frugũ minutarũ. quũ de leguminibus diceret, vt ostẽderet etiã frumenta fruges vocari. Liuiꝰ eã gentẽ traditur fama dulcedĩe, frugũ maxime vini noua tum voluptate captam. Hinc defrugo as, de quo supra.

¶Frugi nomen a fruge denominatũ omnis ge. Et indeclinabile est sicut nihili a nihilo, & sẽm Pris. lib. vi. cum omnibus casibus iungitur. Hinc Mar. lẽtacula frugi dixit. Et tam frugi Iuno vellet habere Iouem. Quinti. Taxat eos a quibus dicit frugalis, & nõ frugi, tãq; frugalis sit dictio paruũ ꝓbata. Quũ tamen qđ mirũ videri potest frugalior & frugalissimꝰ vsurpent. Dicit autẽ frugi hõ es. Teren. in Eu. Frugies, Vbi Dona. Frugi vtilis & nessarius, a frugibꝰ, q̃ ꝙ his fruamur dictę sunt. Inde fructus & frumenta. Greci frugi hoies χρησίμους dicunt idest vtiles. vñ antiqui seruũ laudare volẽtes frugi dicebant, tanq; sobriũ, vtilem, & necessarium. Plau. in Am. Ita seruum par videtur frugi sese instituere. Cice. lib. iij. Tusc. Sed quia nec qui propter metum prędiũ reliquit, quod est ignauię, nec qui propter auaritiam dã depositũ nõ reddit, quod est iniustitię, nec qui propter temeritatem male rem gessit, qđ est stultitiæ, frugi appellari solet, eas tres virtutes, fortitudinem, iustitiam, & prudẽtiam frugalitas cõplexa est. Ergo frugi hominem bonum & virtute prędituꝝ intelligimus. Cuius contrariũ est nequam, cuius significatio vna est, ꝙ sit libidinis intẽperans, altera ꝙ ad nihil bonꝰ sit, sed plane malus. vñ Piso frugi appellatꝰ est. Col. li. i. Eiusdẽ agilitatis hõ frugi melius q̃ neq; faciet. Accipitur etiam frugi ꝓ eo qui in victu vestitu similibusq; temperans est, sicut econtrario Luxuriosus apud Sene. Quintilianũq; de duobꝰ filijs frugi luxurioso pro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hor. Parcius hic viuit frugi dicatur. Vnde frugalitas author. Ci. ea virtus dici potest quam Greci sophrosynem, Latini tum temperantiam, tum moderationem appellare consueuerunt. Sene. Luxurioso frugalitas pœna est. Augu. lib. i. de Beata vita. Merito virtutū omnium matrem multi frugalitatem esse dixerunt. Quibus consentiens Tul. etiam in popolari oratione ait. Vt volet quisq; accipiat, ego tamen frugalitatem. i. modestiā & tēperātiā virtutem maximā esse iudico. Vt enī nequitia est mater vitiorū omniū, ita frugalitas mater cunctarum virtutū, & sicut illa a nihilo. i. sterilitate, sic hęc a fruge. i. fructu propter quandam animorū fœcunditatem est nominata. Sic frugalior pro temperatior. Teren. in Heau. Dedo me patri nunc iam, vt frugalior sim q̄ vult. Et frugalissimus, quasi expertus & prudens. Col. lib. i. Magistros pecoribus oportet pręponere sedulos ac frugalissimos. Vñ & frugalitas pro sufficientia. Idem. Minus in hoc officio, q̄ in cæteris agricolatio frugalitatem requirit.

¶ Frumē summa pars gulę iterior, per q̄ cibū lingua demittit in ventrem. Et a quia fruges dici a quibusdā putantur.

¶ Frumentum dictū est veluti ferimentū, vel a fruēdo. i. vescendo, vel quasi frugamentum a frugibus. Frumenti gña vt scribit Pli. hæc vulgatissima sunt, Far quod Adoreū dixerunt. Siligo. Triticum, Hordeum. Frumenta dici putant quę cunq; emittunt aristas, inquit Ser.

¶ Frumentaceus a, ū, quod ex frumento est. Hie. Maior turba hordaceis panibus, minor frumentaceis pascitur.

¶ Frumentarius a, ū, quod ad frumētū ptinet, vt frumētarius ager frumētarij negotiator, frumētaria lex, q̄ tractat de frumentis.

¶ Frumentor aris, frumentum colligo, & frumentatio frumenti colectio. Et frumētator, q frumētatū profectus est.

¶ Frusus genus ruborū tenue, spinis minoribus & non aduncis.

¶ Frutex dr, qui ad iustā magnitudinē arboris non assurgit, & statura similis ē multis herbis, sed nō demorit, neq; arescit vt herba. Nā tertiū ē, qđ nec arborē, nec fruticē, ꝓprie dixeris vt ē Vitis. Aliq̄ Frutex ponitur pro stirpe, Sue. de Vespasiano. Singulos repente ramos a frutice dedit.

¶ Frutetum seu fruticetum, vbi multi frutices sunt.

¶ Fruteto sus locus fruticibus abūdans. Pli. lib. xix. Siccis hęc sabulosis locis frutetosisq; nascuntur.

¶ Frutico as, pe. cor. pullulo, & quasi frutices emitto. Pli. lib. xvij. Quod supra terrā est e matre radi iubet ne fruticet. Est & fruticor deponens. Cice. ad Atti. Excisa est enim arbor nō euulsa, itaq; q̄ fruticetur vides.

¶ Fruticescere est fruticem fieri. Plin. Puniceæ oleæ, quia celeriter fruticescunt.

¶ Frustū, rei cuiuscūq; particula, sic ꝙ dictū facile ferat. Ver. ps i frusta secāt. Cat. Frusto panis cōduci pt vel vti taceat, vel vti loquat. Huius diminuti, ē frustulū, a quo frustillum.

¶ Frustatī aduerbiū significat ꝓ frusta. Frustillatī ꝓ frustilla. Plau. i Cur. Iā ego te faciā vt hic formicę te frustillatī differāt.

¶ Frustra aduerbium significat incassum.

¶ Frustro as, decipio. Cęsar. Nō frustrabo vos milites. Inuenitur & frustror verbū cōe secūdū Prisc. Plau. i Am. Nescio qs pstigiator hāc frustrat mulierē. Passiue. Feneſtella, frustratus igit ac spe deiect⁹ i castra se recepit. Et Frustrari est frustra agere. Col. ipsa. Sepe magnā dnis afferūt iacturā, quū imprudēter facta opera frustrant expēsas. i. ꝓsciūt siue frustra agūt. Idē ibi. Siderū ortus & occasus memoria repetat, ne ībribus ventisq; imminentibus opera inchoet, laborēq; frustretur.

¶ Frutinal dictum est templum Veneris frutæ.

F ante V

¶ Fucinus pe. cor. lac⁹ i quartā regiōe Italię ꝓpe Albēses Marsorū populos. Quo etiā nōie dictus ē lacus Volscorū. Mart. Fucinus & pigri taceātur stagna Neronis. Ver. li. vij. Tenem⁹ angitiæ, vitrea te fucinus vnda, Te liquidi flęuere lacus. Fucus genus apis sine aculeo, sed maior ape, q̄ nō mellificat neq; operā aliquā ꝓbet in faciundo ope, nisi ꝙ ad fouendos fœtus cōcalefaciēdo adiuuat, & cōsumit alimēta, q̄ apes congesserūt. Ver. Ignauū fucos pecus. Hęc alio nōie dr fur: vt inquit Var. Col. li. x. Fucⁱ genⁱ ā pulcriōris ꝑemēti simillimū apis & īmune sine doctrīa fauis assidēs. De hoc Pli. li. xi. Fuci sunt sine aculeo īperfectę apes nouissimęq; a fessis & iā emeritis in choatæ ferotinus fœtus, & q̄si seruitia veterū apū, quāobrē īpetrant his prīoscq; ī opera expellāt, tardantes sine clemētia punīūt. Dictus fucus, vt inquit Pli. quia furti mella deuorat. Hoc etiam nōie dicta ē hærba secūdū Ser. qua tinguntur vestes. Et fucus color ipse cęruleus, qui virore cōmēdat, & purpurissa, seu ceruſatus dr. Siue medicamētū. Plau. Vitia corporis fuco occulūt. Sen. Vnguētū quale Myrrhabolanū & myrrha, quibus odoramētis mulieres capillos punguebāt. Tib. Quid fuco splēdēte comas ornare quid vngues Artificis docta subsecuisse manu? Per trāslationē sumitur ꝓ fraude, astutia, siue insidijs, ī quibus veritas occultat. Ter. i Eu. Per ipluuium fucū factū mulieri. Quidā tū hoc nomē ꝓ ph. scribunt tam ꝓ aīali, ꝙ a φάγω deducant, eo ꝙ apū labores comedat q̄ pro herba, quæ græce φύκος dr. Sed alij nō a φαγω, sed a φυκιν deducunt.

¶ Fuco as, coloro. Vñ fucatę mulieres dicūtur q̄ vel medicamētis quibusdam colorantur, vel vitia corporis īductis coloribus tegūt. Ver. li. ij. Geo. Alba neq; assyrio fucatur lana veneno. Transfertur etiam ad alia. Lact. li. ij. Sic veritas fucata mendacio est. Am. in Lucā. Plebē dominus simplicem requisiuit, quæ phalerare audita & fucare nesciret.

¶ Fucilis pe. cor. falsus, vt res fucilis, hoc est falsa, & quasi fucata. ✳ Pro eodem fere futilis dicitur.

¶ Fugo as, expello, & in fugam conuerto. Lactan. li. i. Saturnus quum fugatus esset a filio.

¶ Fugio is, gi, itū, cōtrariū ē fugo. Fugere em ē cū cursu & celeritate discedere. Ver. Nos patriā fugimus. Dicitur etiam de nauigationibus. Vir. Tēdūt vela notifugimus spumantibus vndis. Plau. Remigio veloq; quantū potes festina & fuge. Aliqñ pro facere. Plau. ī cap. At fugam fugitis scio quā rē agatis. Aliqñ ꝓ decipere, vel frustra facere. Ter. ī Heau. Vide ne ī mea vita tu tibi laudę is q̄sitū scelus, vbi si paulū mō quid te fugerit ego perierim. Aliquāndo ꝓ nescire seu nō recordari. Lact. li. i. Quod illū ipm poetā minīe fugit. Ci. li. i. tus. Nili q̄ me forte fugiūt hæ sunt fere oim de aio sniæ. Aliquādo ꝓcedere. Pli. li. xxxvij. Fictiæ sacrificatōis caudicā fugiūt, hoc ē fictitias ad īpressionē sacrificātus cedere, quod gēmarij hodieq; appellant fugere. Hīc ortū vt vina q̄ annis cedūt, hoc ē ætatē ferre nō pnt, fugere dicantur, vt Cic. ī of. Huius cōposita sunt Aufugio alio fugio, quod ex ab & fugio cōponitur b, in u, mutata, vt fieret vox ꝓnūtiatu audītuq; lenior. Hier. ad Helio. Dns ne à turbis rex cōstitueretur aufugit. Confugio simul fugio, cōcurro, aut rotū simul reduco. Lact. li. ij. Cōstituit asylū, eo passim confugerunt ex finitimis locis pessimi. Liu. Inde Turnus Rutulię diffisi rebus suis ad florentes Hetruscorū opes, Mezentiūq; regem eorū cōfugiūt. Hie. Ad sanctarum grauitatē scripturarum cōfugim⁹. Hīc cōfugiū & cōfugela. Defugio. Diffugio. De quib⁹ alibi. Effugio extra fugio, discedo, deuito. La. li. iij. Neq; cultores deorū pœnā sempiternę mortis effugiēt. Interdum celeriter transeo. Ver. li. ij. Ffugimus scopulos ithacę Laertia regna. Interdū nō bene scio. Aug. ad Hier. Satis nequeo admirari, si aliquid adhuc ī hebraicis literis iueniatur, quod tot interptes illius linguę peritissimos effugerit. Interdū effugere ē ī totū fugere. Ter. in An. Nullon ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero. Hīc effugiū, & effugia æ, sicut laha & lanitū. Perfugio quod ē auxilij gratia ad aliquē fugio. Vñ pfugiū Et pfugere ē pfecte fugere. Vnde pfuga, qui ad hostes trāsit & pfugit. Refugio retro fugio. Pli. li. ix. Venātes refugere, si pisces ipsos venantes in suas cauernas. Gel. Postea cū prælio victus in vltima regione refugisset. Et refugere confugere. Vnde refugium. Per translationem ponitur pro deuitare, recusare & odio habere. Lact. li. vi. Illos qui aut voluptates aut diuitias non refugiunt, ab hac publica & celebri via modice

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

segregat. Aug. li. i. ci. dei. Sed aliud est quod carnis sensus infirmiter pauidus refugit, aliud quod mētis rō diligenter enucleata cōuicit. Col. lib. iiij. Idq; adeo plurimi dubitēt, vt multi refugiant, & reformidēt talem positionem ruris. Profugio longe fugio, a quo profugus. Subterfugio, secretō, aut astute fugio vel vito. Ci. p Cęlio. Qui volūt pœnā aliq; subterfugere aut calamitatē eo solū vertūt. Suffugio latēter fugio. Sue. vero p retro fugio ī Tibe. posuit. Adulatiōes adeo auersat⁹ ē, vt neminē senatorū ad lectica suā admiserit cōsulārē nō satisfaciētē sibi, ac p genua orare conātē ita suffugerit, vt caderet supin⁹. Trāsfugio trāseūdo fugio ab vno ad aliū locum. Vñ trāsfuga q ad hostes fugit. Li. li. i. Sext⁹ fili⁹ ei⁹ qui minimus ex tribus erat trās fugit ex cōposito gabios. Sal. Mō harum, modo illarū partium leuissime transfuga. Et omnia habent fu syllabam in præsenti correptam.

¶ Fugito tas, pe. cor. sępe fugio, siue fugiēdi consuetudinem habeo. Plau. ī Asi. Herū nosmet fugitare cēses? Teren. in Eu. Fugitando fugi, ne quis me cognosceret.

¶ Fuga ipe fugiēdi actus. Ver. p cursu posuit. Vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice, volucrēq; fuga p̄uertit Hebrū Et Qui. nauigationē dixit fugā, siue naues fugiētes quę velocē faciūt cursum. Aliqñ fuga dr ipet⁹. Ver. Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrit. Fuga vero mas. ge. cōponitur variis modis, vt perfuga. Trāsfuga. Lucifuga. Nocti fuga. Solifuga, Lucrifuga. Plautus. Cum hos adhuc adij lucrifugas damni cupidos.

¶ Fugax q facile fugit. Significat eī habitū & abūdantiā rei cuius ē habit⁹, vt Edax, Bibax. Aug. Terrena gaudia cōsectātes rebusq; fugacib⁹ inhiātes. Q̄ñq; tñ ponitur p celeri & veloci. Vñ fugacē equū dicimus velocem. Hinc fugacior fugacissimus, fugacitas, & diminutiuum fugaculus.

¶ Fugitiuus seru⁹ dicit, qui a dño ea mēte recedit ne ad eum redeat, ēt si mutato cōsilio ad eū reuerta t. Et fugitiuus ē qui extra dñi domū fugę cā, vt se a dño celaret māsit. Itē fugitiu⁹ ē q eo se cōfert, vt ñ eū dñs recuperare nō possit, aut abducē. Qui autem incendium ruinam, hostem, aut præceptorem cui in disciplinam traditus erat quia immoderate eo vtebatur, aufugit, non fugitiuus dicendus est.

¶ Fugitiuarius, a, ū, quod libēter seu facile fugit. Var. lib. vij. Idoneus sub dio sumēdus ē locus cochlearijs, quē totum circum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad ꝓtum non liberos earum, sed ipsas quæras aquam inquam fundendam, ne fugitiuarijs sit parandus locus.

¶ Fugitiuę aquę dicuntur, quibus ex publico riuo fluentib⁹ furtim quis ac non suo iure vtitur.

¶ Fugalia festa siue ludi. Augu. lib. ij. ciui. dei. Sed demōstrētur loca talibus aliquando conuenticulis consecrata, nō vbi ludi agerentur obscœnis vocibus & moribus histrionū nec vbi fugalia celebrarentur, effusa omnium licentia turpitudinum, & vere fugalia, sed pudoris & honestatis.

¶ Fulcio is, si, tū, munio, sustento, fortifico. Iu. Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam. Huius compositum est Suffultio. Var. Vt maioribus particis suffultę vites, auras non ꝓtimescant.

¶ Fultura sustentatio. Plin. Vt eximantur trabes sine fulturis ac reponantur.

¶ Fulcra a fulciendo, i. sustinendo dicta sunt. Sunt enim tabulę compactę, seu spondæ, in quibus lecti imponuntur, q toros fulciant. Ver. Fulgēt genialibus altis Aurea fulcra toris. Gel. Necq; apud eius lecti fulcrum capsam esse cum strue aut ferro opus. Suet. in Clau. Adhibebant omni cœnæ & libros suos cum pueris, puellisq; nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorū sedētes vescerētur. Siit qui lecti pedes fulcra interpretentur. Alij summas lectorū partes. Nec solū de lectis dr, sed ēt de alijs. Am. li. Hexa. Nō ergo fūdamētis suis nixa sub sistit nec fulcris suis stabilis pseuerat, sed dominus statuit eā, & firmamento voluntatis suę continet.

¶ Fulica pe. cor. auis q̄ & fulix dicitur marina vel stagnensis, vt inquit Aug. paulo supra magnitudinem columbę, a furuo. i. nigro dicta Ver. li. ij. ge. In sicco ludūt fulicę. Q. aūt qui dā liber īpressus dictionarius appellet φήνηρ male interpretatur, ex auctoritate Æliani in libris de aīalibus, & eustachij, & Homeri quasi in fine lib. iij. Odys. ipa φήνη auis ē ægypti magna. Homer⁹ ὡς ἄρα φωνήσας ἀπέβη γλαυκῶπις ἀθήνη φήνῃ ἐϊδομένη θάμβος δ' ἔλε πάντας ἰδόντας. Sed suidas, φήνη εἶδος ὀρνέου ἱστορεῖται. Inepta eī esset Homeri cōparatio p fulica. ✳. i. Sic vtiq; locura abiuit cæsia Minerua visa fulica, pauor oēs occupat. Suidas, fulica auis gen⁹ equalis aglę.

¶ Fuligo pe. pro. similiter a furuo, nigrum e fumo.

¶ Fulgur splendor.

¶ Fulgidus a, um, pe. cor. clarus, splendidus.

¶ Fulgeo es, si, sū, a φλόξ deducit, quod apud Gręcos flāma significat. Vñ & pro lucere & splēdorē emittere sumit. Luc. li. x. Fulget gemma toris & iaspide fulua supellex. Et fulgere vt īquit Fest, pro ferire prisci dicebāt. Vñ fulgur dictum est. Huius cōposita sunt Affulgeo ad aliquid fulgeo. Li. Et nauis ī speciē de cęlo affulsisse Cōfulgeo simul tot⁹ fulgeo. Plau. in Am. Ardere censui ædes, ita tum confulgebant. Effulgeo splendorem emitto. Præfulgeo. Vide loco suo. Refulgeo splēdorem reddo. Persius. Q. si dolosi spes refulserit nūmi Corsuos poetas &c.

¶ Fulgo, is, si, sum, tertiæ cōiuga, in eadē significatione. Ver. lib. vi. Ille autem paribus quas fulgere cernis in armis. Idem lib. ix. Auroq; effulgere fluctus.

¶ Fulgur, uris, & fulgus, uris, vel oris pe. cor. sicut terg⁹, oris, vel fulgus, eris. Et ē lux illa, & quasi vibratio luminis, q̄ ante cernitur: q̄ tonitrui audiat. Cōstat aūt fulmē & fulgur æque ignē esse. Sed fulguratio (vt ait Sen.) nihil aliud ē q̄ flāma futura fulmē, si plus virtū habuisset, siue fulmē nō platū vsq; ī terras. Fulmē ē fulguratio productaī tras, & ipm (vt ita dicā) telū Pli. Fulmē ē cū flatus ī nube aut vapor erūpit ardēs, cū lōgiore tractu nitit fulgetra. Hic aiūt naturaliū cāū scrutatores, q fulgura ex nubium collisiōe generēturin morē silicum duriorū, quos quū cōploseris sibi medius ex his ignis extrit⁹ elabit, atq; ita cū fulgore piter & tonitrua mugire, tonitrua, s. sonitu idicāte & fulgura excussi luminis claritate.

¶ Fulguritas splendor. Lu. Luporum aciem clarum & fulguritatem arborum.

¶ Fulgetrum idem quod fulgur & fulguratio.

¶ Fulguro as, pe. cor. fulgur emitto vel fulgure afflor, vndę fulguratum fulgure tactum vel exustum.

¶ Fulgurator fulgurum inspector.

¶ Fulgurio is, pe. cor. fulgur iacio. Nævius. Sane a suo sonitu claro fulguriuit Iuppiter. i. fulgure afflauit. Festus. Fulguratum. i. fulmine ictū. Qui locus statim fieri religiosus putabat, q eū deus sibi dicasse videretur.

¶ Fulmen vapor ignitus compactus & solidus impetuose cadens, qui e nubibus excitatur. Ver. lib. i Geor. Ipse pater media nymborū in nocte coruscā Fulmina molit dextra.

¶ Fulmīare ē fulmē iacere. Sene. Minore em ignē ad fulgurā dū, q̄ ad fulminādū opus ē. Et fulminatum fulmine ictum.

¶ Fullones qui curanda polīēdave vestimenta accipiūt a fouendis aqua calida vestibus. Inde ars fullonia dicitur.

¶ Fuluus color dr qui ex rufo & viridi videtur esse mistus, ī alijs plus viridis, in aliis plus rufi habēs, sicut poeta diligentissimus fuluam aquilam dicit & iaspidem, fuluos galeros, fuluū aurū, arenam fuluam, Iconem fuluū, & æs fuluum.

¶ Fumus a furuo, a quo fumosus, fumo abūdans. Fume⁹ ex fumo existens. In fumibulū per quod fumus erumpit.

¶ Fumariū locus vbi vina fumo condiebantur. Mar. Improba Massiliæ quicquid fumaria cogunt Accipit ætatem quisquis ab igne cadit. Nam vina fumo pręcocem trahunt maturitatem & celerius vetuscescūt, vt docet Colu.

¶ Fumo as, fumū educo. Ver. Et iā sūma ꝓcul villarū culmina fumāt, hui⁹ cōpositū ē ifumo. p. p. quod ē ad fumū sicco.

¶ Fumigo as, p. co ponit p Suffio, & fumigatio p suffitu.

¶ Fumifico as, idem quod fumigo. Plau. Eique vt Arabico fumificem odore.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fundi,orum,vrbs Latiorum mediterranea, dicit & fundanus ager.

¶ Fundus ager, ꝙ fundat quotannis multa. Vel ꝙ sit rei familiaris fundamētū. Nā pecuniarū rō labilis ē. Vel iō fundꝰ dī ꝙ planus sit ad similitudinē fundi vasorū. Et fundi appellatione inquit Florētinꝰ iuriscō. oīne ædificiū & oīs ager continetur. Sed ī vsu vrbana ædificia ædes rusticę ville dicūtur.

¶ Funda qua lapides torātur. Ver.li.i.geo. Stupea torquētē balearis verbera fundę. Est etiā funda rętis genus, quod ī orbē spargitur, quod & reticulū dici solet. Idē in eodē. Fūda iā verberat amnē. Accipitur qñq; pro sacculo seu marsupio in modū rętis facto, ī quo pecunię & alia gerūtur. Macro. Cūq; accessisset ad sellā demissa in fundā pauperē manu, paucos denarios protulit quos principi daret. Quod sacculi genus etiā ræticulū vocatur. Hor. Ræticulū panis vęnales iter honusto Forte vehas hūero. Aliqñ ꝓ circulo ex auro, siue alio metallo, quo gēmę ita nectūtur, vt aurū nō nisi margines amplectatur. Pli. Fundā ī cludūtur pspicuę, cæteris subiciť aurichalcū.

¶ Funditores q funda dimicant. Sal. Ipse cum expeditis cohortibus adhuc funditorū & sagittariorū delecta manu.

¶ Fundibularij similiter qui funda dimicant.

¶ Fundū ima pars cuiuscq; rei, q̄ aliquid liquoris ī se cōtineat vel ad cōtinēdū facta est, vt dolij, nauis, aluei, fluminis, lacus maris. Hinc fundamētū & profundū, quod ꝓprie imū significat, vt profundū mare dictū ꝙ procul habeat fundū.

¶ Fūditꝰ. p. co. aduerbiū significat a fūdo, sicut cœlitꝰ a cœlo.

¶ Fūdamē & fundamētū vtroq; modo dicitur pro eo super quo quid fundatur. Aug. li. xvij. ciui. dei. A quibus tantum prima cœpta fundamina & altare cōstructum est.

¶ Fundo as. firmo, & quasi fūdamētū facio, stabilio Pro quo etiā dicere solemus, feci fundamētū. Trāsfertur ad ī corpora lia. Qui. Fūdatā paternis auitisq; opibus domū exhaurit. Ci. Quātū ī me fuit ieci fundamēta pacis. Huius cōpōsita sunt effundo as, quod ex a fundo eucrto. Cęc. Respublica amisso & effundato pulcherrimo non paruā fecerat iacturā. Suffundo subijcio. Var. qui in domibus lateritijs paululū modo lapidibus suffundatis vt humorem fugerent habitabant.

¶ Fundo is. fudi fusum, liquefacio. Vñ metalla dicuntur fusa. i. liquefacta. Fuso aut supiniectio plūbo. Hinc fusile, fusor, & fusorius. Qm vero q̄ fusa ac liquida sunt spargi solent fundere pro spargere ponit. Clau. & pessima fudit vina cadis. Lactan. li. vi. Fūcēdus ad vltimū cruor, oīa denicq; amara & grauiora patiēter ferēda. Aliqñ pro prosternere. Ver. Nec prius absistit q̄ septē ingētia victor Corpora fundat humo. Aliqñ pro profligare quod vernacula lingua dicimus mettere ī rota. Li. li. i. Exercitū fundit, fusum persequitur. Aliquando pro abūdanter pbere. Ver. Ipsa tibi blandos fundēt cunabula flores. Aliqñ ꝓ large loqui. Idē li. iij. Talia fundebat lachrymās. Aliqñ ꝓ demittere, vt apud eundē. Tristiq; a vertice flammā Fundit. Huius cōpōsita sunt Affundo ad aliquid fundo. Pli. Exprimit foliis succꝰ mollissimis in pila tusis, affuso paulatim vino austero. Cōfundo, ꝓturbo, opprimo, siue oīa in vnū misceo cōiūgo. Li. li. i. Alterius vrbis duo populi ī vnū confusi sunt. Ver. li. iij. Qui nūc ore Arethusa tuo siculis confunditur vndis. i. cōiūgitur. Pli. Et si misceātur facile confundunt colorē. i. perturbant. Circunfundo circū circa spargo. Apul. Atq; eo liquore stabulū omne circunfundit. Ver. Vndiq; visendi studio Troiana iuuentus circunfusa ruit. Defundo deorsum fundo. Ci. lib. iij. ad hęrē. Nā vt forte hic ī balneas venit cœpit posti q̄ defusus ē defricari. Diffundo. Effundo de quibus supra. Infundo intus fundo. Col. li. ij. Merumq; faucibus si estuauerūt boues infundet. Hier. Cęlestis plane imber virgineum in vellus placido se infudit elapsu. Hinc infundibulū. Qñq; infundere est supra fundere. Ver. li. i. geor. Certatim largos humeris infundere rores. Quandoq; abūdāter fūdere. Hiero. li. Reg. Festina & veni, quoniā infunderunt Philistiim super terram. Interfundo in medio fundo. Amb. de filio prodigo. Et quasi interfuso luxurię æstu sęcularis diuortia habere sanctorū. Offundo, Perfundo, valde siue per omnes partes fundo, spargo. Ouidius. Perfuditq; genas lachrymis. Hiero. Vere plena per q̄ largo sancti spiritus ibre pfusa ē omnis cratura. Profundo Refundo rependo. Sene. Id erat nō tam accipere beneficiū q̄ reddere. Interdū restituo quod sparsum erat. Idē. Quierit deerit ex meo refundā. Interdum reijcio, vt Omnē culpā in te refundā. Interdū retrofundo, euomo. Plin. Quod hesterna crapula ingurgitauerat palā refudit. Suffundo ē supra fundo, aut deorsū injncio. Col. li. vij. Lasę & æstuā timulę ad os in fauces dimittitur, verūq; in os suffunditur. Plau. in Cur. Mane suffundā aquulā. Interdū forinsecus spargo: quum infundo potius de interiori parte dicatur. Ver. lib. i. ge. Atsi virgineū suffuderit ore rubore Ventus erit. Ser. suffuderit, forinsecus habuerit. Hinc suffusio qui morbus est oculorum, vulgo Cataractam vocant, hęc parascentesi curatur. Est aūt παρακεντησις quæ manu fit a chirugis dū curari aliter morbi non possunt. vngiť prius locus deinde vel acus vel hamulus infigitur, idq; perascentesis dicitur. Interdū suffundere ē subijcere, a quo suffundatū subiectū dicimus. Tractum a fundamento. Var. Quin in domibus lateritijs paululū modo lapidibus suffundatis, vt humorē fugerēt habitabāt. Interdū confundo, siue robore pfūdo. Hie. Hæc & hmōi Theophrastus differens, quē nō suffundat christianorū, quorū cōuersatio ē in cęlis. Ci. pro inspergo posuit ad Lētu. scribēs. Noui aīm cū mihi amicissimū, tū nulla ī cęteros maliuolētia suffusum. Superfundo. Lact. li. vi. Extīguitur protinꝰ tā q̄ igni aquā superfuderis. Trāsfundo de vino ad aliud fundo, spargo immitto ve. Cic. Dolobellę. Libērius oēs meas laudes, si modo sunt aliquę meę, laudes, ad te transfuderim q̄ aliquam partem exhauserim ex tuis. Cato de re rust. Vbi dies. xxx. prætierierint transfundito ita relinquito.

¶ Fundito as. pe. cor. sæpe fundo. Plau. in am. Dum cruciatu tuo isthæc hodie verna verba funditas.

¶ Funis tā masc. q̄ fœ. ge. ē, & a fundo is, deduci videtur, ꝙ dum trahitur atq; attenuatur lignum fundi videatur.

⁎ Funes anchorarij quibus ācho rę demittūť ac lanantur. Cc.

¶ Funus eris. pōpa q̄ fit exequijs mortuorū. Æn. Nemo me lachrymis deceret, nec funera fletu faxit. A funalibus dictū funus, ꝙ incensi funes mortuis pferebātur, quoniam noctu efferebantur cadauera, vel potius quoniā φόνος λέγεται ἀπὸ τοῦ φένω ἐστὶ τὸ σφάζω καὶ φονεύω ἐστὶ τὸ σφάζω. ⁎. i. φόνος dicitur, & φούνος ionice. i. cędes φένω & φονεύω est interficio. Interdum significat mortem. Verg. Nec moritura tenet crudeli funere dido. Interdum ponitur pro cadauere. Ter afferť funus. Quādoq; pro sepulchro. Verg Ergo instauramus Polydoro funus.

¶ Funereus a. ū, quod ad funus pertinet, vt funereę mulieres ad quas pertinet funus, vt puta soror & mater.

¶ Funerale dicitur quicquid ad exequias pertinet.

¶ Funebre. pe. cor. similiter quod ad funus ꝓtinet, vt funebris pompa. Quin. Quid sibi velit ille funebrium longus ordo pomparum. Et funebres tibiæ quibus in funere canebatur. Aliqñ dicitur cedibus plenum vel mortale. Hor in Ser. funebre bellum dixit.

¶ Funero as, pe. cor. sepelio. Pli. lib. xxxiij. Qui funerati se iussi sit sestertijs vndecim milibus.

¶ Funestus, a, um, quod ē funere inquinatum. Vñ funesto, stas. Et Funestum mortiferum, cruentum. Sene. Vox illa funesta Reip. Item Funestum quod funeribus adhibetur, vt funesta tibia, qua ad futura canebant.

⁎ Funesta arbor dicitur a poetis cupressus, cuius ramus poni ante domum funeream solitus sit, ne quis q̄ ignorantiam ingrediens polluerętur Funestata domꝰ dicitur, quæ aliquo funere hoc est morte affecta sit. Cc.

¶ Funesto as. funere inquino. Vnde domus funestata, quæ aliquo funere affecta est. Plau. Paternam domum funestaui. Aliquando funestare est cruentare.

¶ Funabulus pe. cor. qui gradit per funes Hūc græci Schœnobata dicunt. Funanbulus vero ꝓ fune posuit. Hie. de morte Paule. Lactēt alii pecunias, & in corbonam æra congesta,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance.

funanbulisq; aureis dona pendentia.

¶ Funepeus, idem quod funanbulus. Apul. Comœdus sermocinatur, tragœdus vociferatur, funepeus periclitatur.

*Funetur dicitur in arcus speciem formatum. Et dicitur de vineis quum breuiores palmites sunt sarmentis ipsis inter se iuncti funium modo. Cc.

¶ Funiculus, quum sit diminutiuum a fũnere, vt funicul⁹ duplex difficile rumpitur. Ponitur tamẽ qñq; pro mensura certi itineris, vt apud psal. Semitam meam & funiculũ meũ inuestigasti. Iuxta enim ægyptios in ripis fluminũ solẽt naues funibus trahere certa habentes spatia, q̃ appellant funiculos, vt labori defessorũ recentia trahentium colla succedãt. Nec mirum si vna quæq; gens certa viarũ spatia suis appellet nominibus, quum & latini mille passus vocẽt, & Galli Leucas, & rastas vniuersa Germania, atque ĩ singulis nominibus diuersa mensura sit.

¶ Fũgus a funere (vt quidam aiũt) descendit, q̃ vescẽtibus periculosissimus sit, quũ vel caligatis clauus vel chalybis rubigo, aut panni marcor affuerit, aut si serpens primo patentem adhalauerit. Fungorum diuersa sunt genera. Nam sunt boleti, patenses albi, qui in pratis nascuntur. Spõgioli a similitudine spongiæ. Digitelli a digitis. A porrigine porrigiosi. Nascũtur & in arboribus fũgi, & in spinarũ radicibus. Hĩc Fũgosus a, ũ, quod est rarũ & leue ad similitudinẽ fungi. Pli. Hĩc tortũ fungosa replet medulla.

*Et fũgositas a fũgoso dr. Pli. Tota fũgositas derasa Cc.

¶ ~~Fũgor eris, fũctus. Fungi significat vti seu offrenti aliquod aut dignitatem habere, agere eq; vt fungor officio delegato~~, fũgor prætura, fungor vita, quod est fungor officio vitę & munere administrandi corpus. Inde defunctos mortuos dicimus, qui munia vite peregerunt. Et cõstruitur cum ablatiuo Lactanti. Ita enim delegato sibi officio functi sunt. Aliquando cum accusatiuo, Teren. in Adel. Æschinus tuus neq; boni neq; liberalis fũctus est officium viri. Plau. in Mene. Nã para situs octo hominum munus facile fungitur. Fungi quoq; finire dicitur. Vnde vita functus dicitur qui vitam finiuit. Lactan. lib. iiij. Et quum magisterio functus fuisset traderetur ĩ manus impiorum. Huius composita sunt Defungor, quod ẽ expedio, finem facio perago cesso & liberor ab aliquo officio vel munere. Verg. O tandem magnis pelagi defuncte periclis id est qui finiuisti & euasisti pericula. Liui. Defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere id est quæ euaserunt morbos Terent. in Adel. Vtinam hoc sit modo defunctum, id ẽ vtinam hoc malum vltimum sit quo defungatur, in quo finiat officium suum. f. æschino talia perpetrandi. Perfungor perfecte fungor. Cice. Lentulo. Quum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus. Idẽ. Perfuncto hoc misero fataliq; bello.

¶ Fuo is, fui, futum, significat arguo Plau. in Amp. Nequis tam audax fuat homo qui obuiam obsistat mihi. Hinc Futo as, de quo infra. Est etiam idem quod sum, vñ & ptñ fui.

*Et in Plau. capitur fuat pro sit. ASCEN.

¶ Furnum obscurum, a quo furnus, fornax, fumus, furię, fuligo, fulica.

*Furuæ hostiæ dicebantur, quæ Ditis patris, & proserpinæ aris immolabantur. Cc.

¶ Fur generis communis, subtractor, a fero, q̃ ferat. i. auferat res alienas. Vel vt inquit Var. li. xiiij rerum diu. a furuo nigro q̃ furta clam fiant, &. plærumq; in nocte. Sabinus a fraude. Alij a græco φωϛ, a quo furtum deducitur. Differt autem fur a latrone secundum Hiero. q̃ fures insidient, & occulta fraude decipiant. Latrones audacter aliena diripiant. Qui enim furantur, nocte furantur, & in tenebris. Vnde significanter ait Osee q̃ fur clam ingressus sit, & latrunculus expoliet foris. Sed plærumq; indifferenter ponuntur. Per translationem quandoq; fur capitur pro seruo. Verg. Quid facient domini audent quum talia fures. Composita sunt Bifur & Trifur. Plautus. Verberissime, etiam rogitans nõ fur sed trifur. hoc est summe fur. Aurifur qui furatur aurum.

¶ Furculus secundum Prisc. Diminutiuum est a fur.

¶ Furunculus etiam dimi. a fur. Ci. in Piso. Olim furũculus, nunc etiam rapax. Accipitur etiam quandoq; pro mustella syluestri, qua in cauernis cuniculi capiuntur. Et furunculus dicitur tuberculum acutum cum inflammatione ac dolore ĩ carnosis maxime partibus vt scribit Gale. Prouenit ex humoribus crassis differtq; a phymate, hoc quod maius est furunculo, rotundius atq; planius. Fit etiam furunculus ex capillamẽto. Columel. lib. v. Plerumq; autem germen de cicatrice procedit, quod siue longum prosiluerit in flagellum submittit, siue breuius in pollicem, siue admodum exiguum in furunculum, is ex quolibet minimo capillamento fieri potest. Dictus furunculus, q̃ quasi furtim nascatur.

¶ ~~Furtum, vt Paul. iurecõ. diffinit, est contrectatio rei fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius~~ possessionis ve, quod lege naturali, ꝓhibitum est admittere. Veteres tamen dicebant furtum quicquid clam committeret. Verg. Vulcani Martisq; dolos, & dulcia furta. Hinc furta, ꝓ adulterijs leguntur. Tibul. Celari vult sua furta Venus. Pro insidijs. Verg. libro. xi. Furta paro belli connexæ in tramitæ syluæ. Armato vt binas obsidam milite fauces. Sal. lib. i. hist. Metu gentis ad furta belli peridoneæ. Furta domestica vocãtur, quæ serui dominis, vel liberti patronis, vel mercennarij apud quos degunt surripuerunt.

¶ Furtim aduerbium significat latenter. Vergilius libro tertio æne. Infœlix Priamus furtim mandarat alendum.

¶ ~~Furax acis, dicitur qui facile furatur.~~

¶ Furtificus a, um, quod furtum facere solet. Plaut. in Persa. Vbi illa altera est furtifica lęna.

¶ Furtiuus a, um, penul. prod. quod furto raptum est in significatione passiua. Plaut. in pe. Quę furto raptæ erant furtiua vendere ingenuas collibertus meus. Quandoq; furtiuũ dicitur clandestinum. Vnde & furtiuę litere, & furtiua scripta, q̃ artificio quodam fiunt ne legi possint ab alio, quam ab eo ad quem scribuntur, res quasdam occultas nuntiare regi furtiuo scripto volebat.

¶ Furor aris furtum facio, vt apud apostolum. Qui furabatur iam non furetur.

¶ Furfur nomen auis, & purgamentum farinę. Vnde furfureusta, um, quod est a furfure. Et furfures morbus capillorũ.

¶ Furca a fero instrumentum quo stramenta feruntur. Vnde Bifurcus & bifurcatus, & bifurcatim. Huius diminutiuũ est. Furcula a quo fit aliud diminutiuum Furcilla.

¶ Furcilla diminutiuum a diminutiuo furcula est, & significat instrumentum quo frumenta cillentur, hoc est mouẽtur. Nam Cillire mouere est, & quo fœnum, palea, & id genus reliqua iumentis ministrantur. Hoc rustici in fœno colligendo vtuntur. Var. libro primo de re rust. Herba quum crescere desijt, & ęstatibus arescit subsequari debet, & quo ad perarescat furcillis versari.

¶ Furcilis pe. cor. instrumentum bidentatum tridentatum ve, quo vtimur ad extrahendum fimum.

¶ Furciferi dicebantur serui, qui ob leue delictum cogebantur a dominis ignominiæ magis, quam supplicij causa circa vicinos furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus & prędicare peccatum suum, simulque monere cęteros, ne quid simile admitterent. Vñ Plutar. in vita. Coriolani. Furcifer huic nomen est, q̃ maxima pœna apud antiquos seruo peccãti erat vt is plaustri lignum, cui temo affigitur, spectante vicinia ferens circumageret. Quod vbi factum erat infidus a domesticis & vicinis existimatus furcifer appellabatur. Nã latini lignum illud furcam appellant. Hinc trifurcifer, summe furcifer dicitur, sicut Triuenefica, summe venefica.

¶ Furor furoris insania, quę multis inter se differant, sicut Cic. lib. iij. Tusc. declarat. Itaque non est scriptum si insanus, sed si furens esse incipit. Insaniam enim esse censuerunt inconstantiam sanitate vacantem, quæ tamen posset tueri officiorum & vitæ communem cultum atq; vsitatum. Furorem autem rati sunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod quum maius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

esse videatur, q̃ insania tamẽ eiusmodi est vt furor in sapientem cadere possit. Fit enim furor aliquando vitio valitudinis, vt ijs qui melancholici appellantur, quos tamen Aristoteles cẽsuit habere aliquid in animis psagiẽs atq; diuinũ. Ali quando accipitur pro mente ví quadam diuina cõcitata qualis est furor poetarum. Negat quippe Democritus quempiã poetam magnum esse posse sine furore. Cice. Inest igitur animis præsagitio extrinsecus iniecta atq; inclusa diuinitus. Ea si exarsit acrius furor appellatur cum a corpore animꝰ abstractus diuino instinctu concitatur. Interdum furor sumitur ꝓ nimia ira. Luc. Quis furor o ciues, quæ tanta licentia ferri? Sed inter iram & furorem. Hierony. hoc interesse scribit q̃ furor sit vindicta irrationabilis cum fellis amaritudine, ira vero commotio animæ. Dictus furor q̃ huc atque illuc temere feratur.

¶ Furiæ deæ furoris sunt dictę, & noctis Acherontisque filiæ fuisse memorantur. A lecto, Tisiphone, & megæra. Ver. Dicuntur geminę pestes cognomine diræ. Quas & tartareã nox intempesta Megęram Vno eodemq; tulit partu Fictũ ẽ a poetis inferna loca furias habitare, sed tormenta scelestę mẽtis esse veteres voluerunt Cicero pro Roscio. Nolite putare quemadmodum in fabulis sępenumero videtis eos qui aliquid impie sceleratecq; commiserunt agitari & pręterreri tædis ardentibus, sua quemq; fraus & suus terror maxime vexat, suum quęq; scelus exagitat, amentiaq; afficit, suę malæ cogitationes conscientięq; animi terrent. Hę sunt impijs assiduę domisticeq; furię quæ dies noctesq; parentum pœnas a sceleratissimis filijs repetant. Tres etiam furiæ significãt tres animi affectus qui homines ĩ omnia facinora p̃cipites agũt. Videlicet, ira, cupiditas, libido. Ira vltionem desyderat. Cupiditas opes. Libido voluptates. De istis Euripides in Oreste tragœdia, sed aliud est, parcę Clotho Lachesis Atropos, de quibus Cebetes Thebanus in pictura vitę, ὁδ᾽ ἡ γέσων ὁ ἄνω ἕσκωὡς ἔχομ χάσκρ τιναἐντῇ χερί © τῇ ἑρᾳῶὡς πέρ δ᾽εικνῦωντί ὄυτος Δαίμορ καλεῖται πλοσάγεδ᾽ ἐ τοῖς ἐις ποξενομενης τὶΔῇ ἄυτους ποῆνωὡς ἄρ ἐισελθοσιμ ἐιςτόμ βίορ καὶ Δεῖκνυεπ ποῖαμ ὁδ᾽ὁρ ἀντοις δ᾽ῇ βαδίζ ἐνειςώσες θεμελκονς ἰμ ἐντρῶβὶω. ⁎. Senex sursum stans chartam quadam in manu habens, & altera veluti aliquid demonstrans, is demon. i. sapiens vocatur, iubet autem ingredientibus quid facere eos oportet vt ingrediantur in vitam, & ostendit qua via incedẽdum est si seruari debeant in vita.

¶ Furiosus dicitur a quo furor nunq; recedit.

¶ Furo is, insanui, ira exagitor. Apul. Furit, ensem corripit, fertur in eum præceps, nil tale timentem aggreditur. Quandoque furere est insanire. Cic. lib. i offi. Versutum & callidũ factum solonis qui quo tutior vita eius esset & plus aliquanto reip. prodesset furere simulauit.

¶ Furio as, cum furore concito. Hora. lib. car. Quæ sole mactres furiare equarum.

¶ Furiatus qui ex causa furit. Verg. Non tulit hanc speciẽ furiata mente chorœbus.

¶ Furibundus qui vehementer furit. Salust. Tum ille furibũdus quandoquidem circunuentus inquit agor incendiũ meũ ruina extinguam.

¶ Furnus a furuo, id est nigro colore, propter fuliginem vel propter obscuritatem quam intus habet, vt iquit Porphyrio locus in quo panis coquitur. Differtque a clybano q̃ clybanus mobilis est, & quasi paruus furnus testaq; aliquando tegitur, sed fere e metallo fit. Interdum etiam ex lapide cõstat, non tam pani quam alijs dapibus coquendis seruiens. Furnꝰ vero ex cæmento & calce constat, magnusq; & immobilis ẽ. Plin. Cortices quoq; decussi ligni clybanis & furnis præbent vsum. Os furni prefurnium dicitur.

¶ Furnaceus a, um, quod ad furnum pertinet. Idem. Nã furnaceis panibus binas adijciunt libras.

¶ Furnaria absolute dicitur, sicut Cœnacularia & Sagaria. Dicitur autem quis furnariam exercere qui ex furno panis cotura quęstum facit, vel qui furnos locat conductoribꝰ. Suet. de. Vitel. Cuius filius sectionibus & futuris vberius compẽdium nactus ex muliere vulgari Antiochi cuiusdam furnariam exercentis filia equitem Roma genuerit.

¶ Furnariæ mulieres vulgo dicuntur furno operantes.

¶ Fuscina pen. cor. telum tridens siue trisulcum piscatorium, q̃ fundo natantia capiat, insigne Neptuni erat, vt apud Priapeiam Neptuni fuscina telum. Hoc etiam Retiarij in gladiatoriis ludis vtebantur. Iuue. Vicerat hoc monstrum manicati fuscina Gracchi.

⁎ Alij tunicati legunt.

¶ Fuscinula diminutiuum parua fuscina. Hieronymus lib. i. Reg. Habebat fuscinulam tridentem in manu & mittebat eã in lebetem, & quod leuabat fuscinula sibi tollebat.

¶ Fuscus a, um, color subniger, id est non plene niger, qualis est Indorum meridionalium & Æthiopum color.

¶ Fusile pe. cor. quod fundi potest, seu quod fusum est, vel quod pronum est ad fundendum. Gel. Qui sunt leues & fusiles & importuni locutores.

¶ Fusius pro furius antiqui dixerunt, vt Valesius pro Valerius. Cc.

¶ Fusorius a, um, quod ad fusionem hoc est liquefactionem pertinet seu quod funditur aut fundi potest, vt opus fusoriũ Hierony. in Exo. Fusorium vas in quo metalla liquefiunt. Et ars fusoria ars fundendi miscendi transmutandiq; metalla.

¶ Fusores qui fundunt, i. liquefaciunt.

¶ Fusus a, um, participium a fundo, is, fusus fusi, instrumentum quod mulieres nendo digitis volunt, vt est illud. Et digiti eius apprehenderunt fusum. Fusim aduerbium significat sparsim.

¶ Fustigo as, pe. cor. fuste stimulo.

¶ Futo as, redarguo, a quo Confuto & Refuto. Vide in dictione Refuto. Cato Futauit vsus est pro sæpius fuit. Futio futis effluo, a quo componitur Effutio. De quo alibi.

⁎ Futis vas aquarium quo aqua in triclinium infundebatur. Cornucopie.

¶ Futile pen. cor. quod facile fundit. Vnde vas futile quod erat latissimi oris ex altera parte arctum quod statim positũ effundebatur. Vtebantur eo in sacrificijs deæ Vestæ, quia aqua ad sacra hausta in terra non ponitur. Quod si fiat piaculum est. Vnde excogitatum vas est quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. A quo futiles dicti sunt qui continere tacenda non possunt, sed ea effundunt. Apul. Lesuis homo & futilis acrimarum plenus.

⁎ Futile est etiam aduerbium, similiter & futiliter. Cc.

¶ Futuo futuis futui fututum obscœnum verbum, quod a futio deduci videtur. Cum nihil aliud sit futuere quam semẽ effundere.



LITERA muta est, quæ in verborum pręteritis mutatur ĩ ct. vt legor lectus, agor actus. Aliquãdo in s. vt spargo sparsi, mergo mersi. Aliquãdo in x. vt rego rexi, pingo pinxi. Apud græcos qđ illi per ſ. scribunt quãdoq; nos per g. scribimus. vt κύγνος, nos cygnus. illi ſοβιος, nos gobius vel gobio.

¶ Gaba per simplex b. teste Iosepho libro. v. antiquitatũ Iudaicarum Galileæ oppidum est.

¶ Gabba per duplex bb. Syrię vrbs est.

¶ Gabaon olim metropolis & regalis ciuitas Euchorum & nunc vt refert Hieronymus ostenditur villa eodem nomine in quarto miliario Betellis contra occidentalem plagam, iuxta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

xta Rhama, vbi Salomon oblatis victimis diuinum meruit oraculum.

¶ Gabaonitę pe. pro. sunt populi in Gabaon habitantes.

¶ Gabatę pe cor. vasa concaua edulijs pulmentarijsq; aptissima. Mar. Transcurrunt Gabatæ, volantq; lances. Et alibi. Sic implet Gabatas paropsidesq;.

¶ Gabalus pe. pro. apud veteres crux siue patibulum dicebatur. Varro. Nos barbari q; innocentes in gabalum suffigimus homines, vos non barbari q; noxios absoluitis.

¶ Gabalum penulti. communi: oppidum Aruernorum in Gallia Aquitana Narbonensi terræ proximum Hinc Gabalici populi, apud quos olim fiebat optimus caseus.

¶ Gabij orum. Volscorum vrbs fuit. lxx. milibus passuum ab vrbe distans a Galacto & Bio fratribus siculis condita, sicut scribit Solin⁹, vbi latomiæ plusq; reliquæ lapides Romæ suppeditãtes. Hic Gabini dicti sunt homines Gabijs habitãtes.

¶ Gabinus penultima producta toga, quæ sicut docet Seruius sic in tergum reiecta est vt vna eius lacinia a tergo reuocata hominem cingat. Quo vestimenti genere vtebatur consul bella indicturus.

¶ Gabriel hebraice latine fortitudo dei dicitur.

¶ Gaderes ciuitas Syriæ non longe ab Ascalone. Ex qua Theodorus rhetoricæ præceptor, qui Stabonis ætate floruit gadareus dictus est.

¶ Gaddes duę insulę sunt, & vtramq; tam singulari numero gaddam, quam plurali gaddes appellamus. Et sunt in fine Bethicæ prouinciæ, & in extremo nostri orbis versus occidẽtem, vbi Europa ab Aphrica dirimitur. Vocabulum pœnũ est quod septum indicat, eo q; in morem sepis circumdetur gadis maior insula, quam alij Erythream, quoniam tyrij ab origine eorum orti ab Erythreo mari ferebantur. Alij aphrodisiam, quidam Iunonis insulam vocauere. Distat a Calpe septingentorum quinquaginta stad. interuallo, parua quidem insula sed virorum dignitate excellens, in qua equestris ordinis gaditanos quingentos in vno censu numeratos aliquando fuisse compertum est in vno atque perexiguo oppido quod gaddium vocabatur. In hac insula geryones habitauerunt. Gadis minor insula habet oppidum ciuium Romanorum quod Iulia appellatur. In gadeo erat templum Herculis honoratum, in quo quidam columnas illas esse existimant quæ Herculis columnæ nuncupantur. Sunt autem ex ære cubitorum octo. Inde gadditanus a, um, penulti. prod. vt mare gadditanum. Et gadditanæ puellæ dicũtur libidinosæ procaces. Mar. Tam tremulum crissat tam blãdum prurit vt ipm Masturbatorem fecerit Hyppolitum. Gadditani oriũdi sunt a Tyrijs. Vnde Luc. Tyrijsque a gaddibus hospes.

¶ Gaddir neutri generis vrbs opulenta in gaddibus de qua Priscianus libro quinto ait. Vt alij tradiderunt Tarteſſum Hispaniæ ciuitatem quam nunc Tyrij mutato nomine gaddir habent. Rufus Festus in descriptione orbis gaddir prima fretum solida superminet arce. Attollitque caput geminis in certa columnis. Hæc Cotinussa prius fuerat sub nomine prisco. Tarteſſumque dehinc tyrij dixere coloni. Barbara quietiã gaddes hanc lingua frequentat. Pœnus quippe locum gaddir vocat vndiq; septum. Suidas. γάδειρα τόπος μικρὸν τεῖχος ἐπιτηδείως μοῖραν μὲν χερσὸς τοῦ ἕλους ὑπερκλύζεσθαι καὶ μικρὸν ἀπολειφθῆναι ἑκάστου δὲ ἐγχωρίαν λαβὼν ἰδρύσατο. ✳. Gadir locus iuxta Hispaniam extremam, ad quẽ profectus Hercules, & pertransire non potens columnas ab iniquis sumptas infixit.

¶ Gærula pars Aphricæ quæ proximos habet garamantas. Inde gærulus penul. prod. Vergilius libro quarto Destruat vt captam ducat gerulas hiarbas. Iuue. Cum gærula ducem portaret bellua luscum. Ouidius. Quid dubitas vinctam gærulo tradere hiarbę. Gæruli Aphricæ populi sunt. Aphricam initio Libyes habuerũt, deinde Aphri, postea gęruli, postremo Numidæ.

¶ Gagates nomen fluuij in Sicilia, & nomen lapidis præciosi in eo primum reperti, quamuis etiam in Anglia abundet. Hic lapis quamuis rudis & rusticus videatur, diuini tamen nescio quid in se habet. Ignem enim alit in laticibus quem solo oleo licet extingui. Si quis autem aquam ex eius lapidis frustula biberit si carnis senserit maculas extemplo emingit, neque cohibere vrinam potest. At si virgo, non cogitur mingere.

✳ Gagites lapis est in aquilarum nidis repertus ad multa remedia vtilis, ni hil vero igne deperdens. Est autem lapis iste intus prẽgnans, quem si quatias alius quasi in vtero sonat. Fuluus est & tereti figura. Hunc zoroastres Magus omnibus lapidibus prętulit, maximamq; illi tribuit potestatem vocat que aliter Ætites, ab aquilarum nomine, ἀετὸς enim græce aquilam significat.

¶ Galaad mons est a quo ciuitas in eo condita sortita est vocabulum, quam & accepit de Amoreorum manu galaad filius Machir filij manassæ.

¶ Galactopote penul. prod, lac potentes. Col. libro. xiij. Quibusdam nationibus frumentis expertibus victum commodat ex quo Nomadum getarumque plurimi γαλακτοποτῶν tari dicuntur.

✳ Galactophagi populi Scythię dicuntur & Lactiphagi.

✳ Galathea nympha marina a lactis candore sic dicta, quasi lactis dea, γάλα enim significat lac. Cc.

✳ Galaxia & galaxites gemmæ sunt colore lacteo intercurrẽtibus candidis venis. Cc.

✳ Galaxera græce γαλαξάιρη nympha marina a lactis candore sic dicta. Cc.

¶ Galba vermiculus mirę exilitatis, qui nascitur in æsculis, a quo qui primus Sulpitiorum cognomen galbæ tulit ab exilitate ita vocitatus est, quem alij econtrario, q; prępinguis fuerit nominatum scribunt. Talem enim galli vocant galbam. Alij q; oppidum Hispaniæ frustra diu oppugnatum illatis demum e galbano facibus succẽderit. Nonnulli q; diuturna valitudine galbeo / hoc est remediis lana inuolutis vteretur.

✳ Galanthis (vt est in fabulis) Alcmenæ ancilla fuit, quę cum domina sua partus doloribus laborans a Iunone ne pareret impediretur, mira astutia dicitur deam elusisse, venisse quippe ad eam risu ac lætitia gestientem & soluta iam partu reginam mentiendo confixisse. Qua re intellecta admiratione simul ac dolore concitam deam resolutis manibus surrexisse. Tunc subito Alcmenam sine vllo cruciatu Herculem enixam Iunonem vero indignatam mox galanthidem in animal sui nominis mutasse, ac addita pœna vt ore quo pcipue peccauerat pareret. Cc.

¶ Galanthis, idis, musicla a qua piscis quidam dictus est. hęc & gale dicitur & galeus.

¶ Galbanus penul. correp. fœmin gene. & galbanum neutri, succus est siue lachryma cuiusdam hęrbæ similis ferulæ quæ in ipso fruticis æstate prorumpit, & multis est apta medicaminibus, greci χάλβανον dicunt per ch. nostri vero ch, in g. conuertunt. Hierony. in Ecclesiastico. Et quasi Styrax & galbanus & vngula & gutta. Luc. libro nono. Hic ebulum stridet peregrinaque galbana sudant. Galbanum in Syria gigni testis est. Plinius libro. xij. Quod syncerum si vratur fugat nidore serpentes. Est etiam hoc nomine genus vestimenti delicatorij a colore albo ac sublucido quod nullos habet pilos Iuuena. Cærulea indutus scrutulara & galbana rasa. Inde galbanatus nomen simile participio formauit. Mart. Quod est galbano indutus. Accipiturque pro homine molli & effœminato.

¶ Galbinus a, um, penul. prod, mollis & lasciuus. Mar. Galbinos habet mores. Tunica quoque galbina a colore dicta est Flauius Vopiscus in Aureliano. Inter hæc fuit tetricus chlamyde coccea, tunica galbina.

¶ Galbuli pilę cupressi. Varro libro primo de re rust. Quædam ad oriendum sunt vsque adeo parua, vt sint obscura vt cupressi. Non enim galbuli qui nascuntur, id est tanquam pilæ paruæ corticis id semen, sed his ĩtus primigenia semina de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dit natura.

¶Galbeum ornamenti muliebris genus. Galbaneus mali odoris.

¶Gale mustella. Aristoteles libro de animalibus. Gale quotiens dimicatura cum serpente est. Plinius. Mustellæ cum anguibus visę sunt pugnare quotiens victæ sunt rutæ folium morsu apprehendentes.

¶Galeus piscis qui a nostris etiam mustella dicitur. Pli. Pastinacam piscem venenatum persequitur Galeus.

¶Galea cassis a Galero quo multi veteres vsi sunt. A qua galeati dicuntur qui galeis armati sunt.

*Galena dicitur plumbi & argenti vena communis quæ & Molibdena vocatur, & latine dicitur plumbago. Cornucopie.

¶Galeola cum accentu in antepe. vas sinuosum a galeæ similitudine dictum.

¶Galeotæ non modo stelliones appellantur: sed & vates quidam in Sicilia & Attica a Galeote Apollinis filio qui frater Telmessi eius traditur qui Telmessum vrbem in Caria condiderit oracuło ex Dodone accepto. Vnde Ælianus scribit Dionysium tyrannum Galeotas solitum consulere in Sicilia.

¶Galerus & Galerum penult. prod. pileus rotundus q̄i modum galeæ esset factus vt inquit Var. Sta. Et temperat astra galero. Accipitur interdum pro coma aliena quam ad Galeri effigiem formatam capiti ita aptare solemus, vt interno sci non queat. Hoc apud Suet. in Cali. capillamentum nominatur. Huius diminutiuum est galericulus.

¶Galerita penul. prod. auis quæ nunc alauda dicitur a galeri similitudine. Var. Galericum appellat quia plumam elatā in capite habet.

¶Galesus penultima producta fluuius iuxta Tarentum. Vergilius libro quinto. Qui niger humectat flauentia culta galesus.

*Galgulus auis est quæ si spectetur a quopiam morbo regio laborante sanatur morbus ille & auis emoritur. Cornucopie.

¶Gallus Cybelis sacerdos a Gallo Phrygiæ fluuio cuius aquam qui gustassent reddebantur insani. Et gallus gallinaceus auis, nocturnus vigil, quem excitandis in opera mortalibus rumpendoque somno genuisse prouidentia diuina videtur. Est & nomen gentis, & nomen viri proprium, & fortunam corporis significat vt inquit Quin. id est castratum. Nam tales erant Galli sacerdotes Cybeles, de quibus Aug. lib. vij. de ciui. dei refert, q̄ ideo abscisi matri deum seruirēt vt significaretur eos qui semine indigeant terram sequi oportere quę mater deum nominatur.

¶Gallus a, um, quod ex gallia est. Vnde galli dicti sunt qui ex gallia originem habent.

¶Gallia regio Europę a candore populi dicta. Gala enim lac latine dicitur. Nam montes & rigor cœli ab ea parte solis ardorem excludunt, vt eorum corpora non colorentur, quę triplex est, tonsa, s. siue togata, Comata & bracata. Gallia togata dicitur Cisalpina. vt Plin. lib. iij. scribit. Mart. Gallia Romanæ nomine dicta togæ. Comata cognominatur omnis Trās alpina gallia. quam in tria populorum genera historici diuiserunt. Belgicam Celticam, & Aquitanicam, quæ Remorica ante dicta est. Nam a Scaldæ ad sequanam belgica. Abeo ad garumnam. Celtica eademque Lugdunensis. Inde ad Pyrenei montis excursum Aquitania. Augustus quadrifariā diuisit addita Lugdunensi prouincia. Ammianus in multiugas prouincias diuisit vtpote qui primam & secundam Lugdunensem & primam & secundam Aquitanicam faciat. Gallos celtas nomines regis dictos, & ab eius matris vocabulo Galatas sermo grę̄cus appellat. Narbonensis vero prouincia appellatur pars galliarum. Braccata autem dicta est genere vestium. A gallia fit gallus, a, um, de quo ante.

*Gallicum acer album & præcipui candoris dicitur. Cornucopie.

¶Gallicus a, um, pe. cor. quod ex gallia est, vt arma gallica.

¶Gallicanus a, um, idē quod gallicus, vt gallicanæ vestes.

¶Gallius a, um, sicut gallicus & gallicanus. Sal. lib. iij. histo. Duæ galliæ mulieres conuentum vitantes ad menstrua soluenda montem ascendunt.

¶Gallogręcia galatia dicta est, a qua gallogræci. Nam cum galli multitudine abundantes relicto natali solo Italiam inuasissent, Grę̄ciam impleuerunt, Macedoniam occuparunt, in Asiam transierunt duce Leonorio qui gallogrę̄cā misto ex gallis grę̄cisq; vocabulo cognominauerunt.

¶Gallicia regio Hispaniæ quę vt Iusti. refert a Teucro Thelamonis filio condita est.

¶Galatia grę̄ce γαλατία per simplex l. regio minoris Asię. Hęc ab oriente Cappadociam & Halym fluuium, ab occidē te Bithyniam & Asiam, a meridie Pamphiliam, a septentrione Pontum Euxinum habet, quam olym galli ex europa venientes habitarunt, & gallogrę̄cia dicta est.

¶Galatę penul. cor. populi qui galatiam habitant. Hi primo Gomoritę dicti sunt a gomor Iapheth filio, vt Iosephus lib. primo. refert, & fratre Aiacis qui ad ea loca veniens ibi sedes posuit nuncupata est.

¶Gallina auis nota, a quo nomine deducuntur hæc adiectiua.

¶Gallinaceus ā, um, quod ex gallinis est, vt pullus gallinaceus Varro. Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus sunt Pauoninis ter noueni.

¶Gallinaceus substantiuum ipse gallus. Poscenninus niger ob vnius gallinacei direptionem decem commanipulares qui raptum ab vno comederant, securi percuti iussit. Sic gallinacea galliña. Varro. Si oua gallinis pauonina subijcies cum iam decem dies fouere cœpit gallinacea tum denique subijce vt vna excludant.

¶Gallinarius & gallinaria qui & quæ gallinas curat. Plin. lib x. Traditur quædam auis gallinarij cuiusdam dicentis quod ex quaq; esset. Varro. Inter duas ostium sit qua gallinariꝰ custator earum ire possit.

*Gallipes pedes galli gallinacei habens. Suet. Tranquillus Ad extremum vota proitu & reditu suo suscipi passus est vt vulgo iam per iocum gallipes vocaretur. Cc.

¶Gallinaria insula est in mari Thusco secūdū Italiam contra montes Liguscos, viginti milium Albumingauum. Alijs ab his villaticis inuectis a nautis ibiferis factis inusitatis vt inquit Var. lib. iij. de re rust. a gallinis rusticis appellata. Est & sylua gallinaria Cumis vicina, de qua Ci. ad Pętum. Q. Cęsarius obuiam mihi fuit in sylua gallinaria. De hac Stra. itē scribit. Hoc quoq; in sinu fructicosis virgultis frequens & arboribus sylua est multis porrecta stadijs aquarum indiga.

¶Gallinarium locus in quo morantur gallinæ. Col. libro. ix. Gallinaria constitui debent parte villę quæ hybernum spectant orientem.

*Gallus gallinaceus notus vulgo ē nocturnus vigil, quem excitandis in opera mortalibus, rumpedoq; somno genuisse prouidentia diuina videtur. Cc.

¶Gallicinium pars noctis appellata est qua galli cantāt quæ est quarta castrensis vigilia.

¶Gallo as insanio. Varro. Et deam gallantes vario retinebant studio.

¶Galluo as. penul. cor. pubeo, a quo gallulascō, pubescō, q̄ pubescentes vocem grandiorem ad galli gallinacei similitudinem faciant. Næuius. Cuius vox gallulascit.

¶Galla fructus quęrcuum. Grę̄ci quoq; gallam lac nominā. Vnde & galli secundū aliquos dicti sunt quasi Lactei. Gallā bibere ac rugas conducere ventri ait Lucil. quasi d. parsimonia esse vtendū, neq; gulę indulgendū, ventrēq; coarctandū.

¶Gallaici siue gallæci Hispaniæ populi sunt gallis finitimi. Mar. Nec quę gallaico linuntur auro.

¶Galilæa pe. pro. nomen duarum regionum, ex quibꝰ vna galilęa gentium vocatur vicina Tyriorum finibus, vbi & Solomon viginti ciuitates donauit Hyram regi Tyri in for-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

te tribus neptalim. Altera galilea dicitur erga Tyberiadem & stagnum genesareth in tribu zabulon. Galilęa teste Plinio Syrię Arabię atque Ægypto coniungitur. Terra ferax

¶ Galenus penul. prod. nomen medici excellentissimi ex Pergamo Asiæ vrbe qui vulgo Galienus dici solet barbare & inepte nam ἐλληνικῶς γαληνὸς λέγεται ἀπὸ τοῦ γάλακτος ὡς ἐσωσώμαι τουτέστι λευκὸς τὸ τοῦτο. ♁ Floruit temporibus Marci, & commodi imperatorum. Multa composuit in medicina philosophia, grammatica, & rhetorica ♁. Quo nomine etiam dictus est imperator Romanus. ⁎. id est græce galenus dicitur a lacte vt ego arbitror. i. candore.

¶ Gallumbri populi qui nunc Romandioli vocantur.

¶ Gamma græce, latine litera γ quæ apud nos significat g.

¶ Gamale penul. cor. vrbs in Iudæa, Iosephus. Syriæ habitatio quædam fuit Gamale. Sueto. in Tito gamales appellat. Tarichiam inquit & gamalem vrbes validissimas Iudeæ in potestatem redegit.

¶ Gammarus penul. cor. aquaticum animal simile Cancro, vel vt quidam putant ipse Cancer, cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur, concoctus fit rubeus. Mar. Concolorin nostra gammare lance rubes.

¶ Gamos græce, latine nuptiæ. Hinc composita fiunt Agamus, Monogamus, Bigamus, Digamus, Trigamus, Quadrigamus, Octogamus. Hierony. contra. Ioui. Non damno digamos, immo nec trigamos, & si dici potest octogamos.

♁ Gammoides ferrum quo vtuntur chirurgici ad extrahendum pus.

¶ Gamphasantes populi in Libya sine vllis vestibus viuentes, qui sicuti scribit Pompo. a prælijs abstinent, cum nec tela iacere aut vitare noscant. Ideoq; obuios fugiunt.

¶ Ganea ę. & ganeum lupanar meretricum, guloforũ diuersorium, & popina, q. f. sit in terra non vt cœnacula superius Est enim locus abditus & velut subterraneus vinolentię & libidini aptus. Terent. in Adel. Vbi ego illum quæram? Credo abductum in Ganeum. Col. in prolo. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam Laconicis cruditatem excoquimus. Plinius tamen videtur innuere popinas esse in quibus victoria edula conficiebantur & pro ipsa ingluuie cibarijsq; Ait enim de porco libro octauo. Neq; alio ex animali numerosior materia ganeæ.

¶ Ganeones Heluones qui ganeas frequentant. Iuuena, Sed laudem filicas occultus ganeo pultes.

¶ Ganges is. & gangetis Indię fluuius maximus. Alio nomine Physon a græcis dictus, de paradiso exiens, quem alij incertis fontibus vt nilum, riganteмq; vicina eodem modo ferunt. Alij in Scythicis nasci ipsamque indiam secare dixerũt fluereque in eum triginta amnes. Minima gangis latitudo per octo milia passuum, maxima per vinginti patet. Altitudo vbi vadosissimus est, mensuram centum pedum implet. Dictus Ganges a Gange Æthiopum rege vt ait Suidas. Ouidius libro quarto Meta. Decolor extremo qua cingitur india gange. Hinc Gangeticus a, um. Col. libro nono. Iam nũc gangeticas & ægyptias aues temulenter eructant. Arrianus libro quinto de gestis Alexandri mag. ἐις τάξιλα ὁ ἀλέξανδρος ἀφίκετο πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα τὴν μεταξὺ ἵδρου τε ποταμοῦ καὶ ὑδάσπου καὶ ἐκεῖ ὁ πώρος βασιλεὺς ὀρῶν ἀλέξανδρον. id est In taxillam Alexander peruenit ciuitatem magnam & fœlicem, inter Indum & Hydaspim fluuios & illic Porrus rex qui vidit Alexandrum.

¶ Gangees, est vrbs Indiæ regia.

¶ Gangaridæ, vt inquit Curtius populi inter Assyrios & indos iuxta Gangem qui nouem ostijs effluit.

¶ Gangræna cum æ diph. Caro est emortua ex vlcere vel inflammatione ac rubore. Subalbescit autem primum demum atra fit sensu amisso in prominentibus membris, id est inter vngues & alas & inguina. Et in senibus fere atque his quorum corpus mali habitus est. Lucil. lib. i. Saty. Serpere vti gangręna malo.

¶ Gangilion siue ganglion genus morbi i capite cũ humor quidam includitur. De quo Col. lib. vij. Est & ganglion vt docet Paulus nerui alicuius vel exitu, vel ex lassitudine contortio. Multis quidem omnino partib⁹ corporis sed precipue mollibus, vt in extremitate manuũ atq; pedum.

¶ Gannio is, niui, vel gannij itum. Gannire proprie canes dicuntur cum murmure vel quasi plorando conqueri videnť. Inde gannitio & gannitus. Lucre. Longe alio pacto gannitu vocis adulant, Aut cum deserti baubãtur in ędibus Aut cũ plorantes fugiunt summisso corpore plagas. Inde ad homines translatum. Teren. in Adel. Quid ille gannit, quid vult? Huius compositum est Oggannio, ♁ quod est in aurem secreto loquor, & veluti immurmuro. Apul. libro secundo. In aurem mulieris oggannijt. Aliquando multum dico inculco. Plau. in Asi. Cui nũq; vnam rem me licet semel precipere fieri quin centies eandem imperem atq; ogganniam.

♁ Gannitus us. ipsa vox quæ & gannitio dicitur. Aliquando vox appellatur.

⁎ Ganimedes Trois filius fuit formosissimus puer ĩ quem cũ Iuppiter deperiret iussit in cœlum ab aquila portari, & situs a caliculis esse. Hebe nympha dejecta, in cœlum translatus Aquarius dicitur. Cc.

⁎ Ganze anseres sunt germanico vocabulo. Cc.

¶ Garamantes populi Libye psyllis finitimi a Garamante Apollinis filio cognominati qui ibi Garamam oppidum ex suo nomine condidit. A quo garamantius a, um. & garamãtis idis. Fuit & alius Garamantes rex, cuius filiam Garamantida Iuppiter apud Bragadam fluuium compressit, & ex ea genuit Hiarbam. & Gamaranticus adiectiuum.

¶ Garganus pe. pro mons in Apulia. Luc. li. iiii. Appulus adriacas exit garganus in undas.

¶ Gargara pe. cor. mutatione literę a κάρα κάρηος. i. caput capitis. i. altitudinis altitudo κάρηκρα capita. Vnus est ex collibus montis Idę. Est & oppidum huius nominis positum in imis radicibus Idæ mõtis. Et defluentibus inde humoribus gargara irrigantur, fiuntq; feracissima. Apud hãc ciuitatem tanta erat frugum copia, vt qui magnum cuiusuis rei numerum vellet exprimere pro multitudine immensa nominaret Vñ & Oui. Gargara quot segetes quot habet methymna racemos. Dicitur & gargarus numero singulari. Stra. lib. xij. Gargarus in superioribus Idę partibus loc⁹ ostenditur a quo Gargara dicuntur Æolica ciuitas, græci γάργαρον neutro genere dicunt. Sunt & gragara in Mysia. Sunt qui gargarus dici velint, ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν τὰς πύλας. i. ab emittẽdis fontibus. Ouid Creberrima fontibus ida.

¶ Gargarisso as, sicut sonat. Plinius lib. xx. Sedat anginas cũ melle ac hysopo ex aceto gargarisatum. Apud græcos γαργαρίζω. Fit autem gargarizatio in summo gutture. Et gargarizare sæpe ad gurgulionem. i. guttur reuocare. Et duplici modo construitur. Nam res qua sæpe guttur alluitur in nominatiuo plerumq; in ablatiuo ponitur. Pli. lib. xx. Vocis fucus sub certamine vtilis, & qui gargarizatur vua tumente adiecta menta. Cor. lib. iiij. In vetusto capitis dolore cõmunia sunt sternutamenta, excitare, inferiora vehementer refricare, gargarizare his quæ salituam mouent.

⁎ Gargus vnus ex collibus Tauri montis. Cc.

¶ Garrio is, garrii vel garrij, itum, inepte loquor. Cic. libro. ij. de ora. Nam & sęculis multis ante gymnasia inuenta sunt post in his philosophi garrire cœperunt.

¶ Garriophilum flos, garopholus nomen nec græce nec latine habetur.

¶ Garruli pe. cor. proprie dicuntur vt inquit Augu. qui vulgo verbosi appellantur accedente lætitia nec valẽtes nec volentes tacere. Et garrulæ dicuntur aues canorę & hilares. Verg. Garrula quum tignis nidum suspendit hirundo. Garrulus etiam dicitur cordatus. Var. In hac ciuitate tum regnabat Dionysius homo garrulus & acer.

¶ Garritido as, pe. cor. idem quod garrio. Var. Quidnã garritidatis dicentes o fortuna. ⁎ Perottus Garridito legit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Garrum apud Col. liquamen est ex pisce factum.

¶ Garūna fluui⁹ trib⁹ amplificat⁹ amnib⁹ ꝑ Bituriges & Santones Gallicā vtrāq; gentē effluit. Est enī in Gallia Narbonē terminans Aquitanos. Distat a Narbone stad. octingētis. Delabitur ex Pyreno, & in oceanum excurrit.

*Gastdanes gēma quā græci mittunt coloris olorini. Cc.

¶ Gasterochires dicebantur quasi ventri manus qui manuū artificio victum quæritabant. Cc.

¶ Gaster seu gasterium genus vasis, cuius formam alij aliter accipiunt.

¶ Gastrimargia pe. pro. nimia ingluuies, vt apud Aristotelē in æthicis. Gastrimargus gulosus.

¶ Gaudium est affectio animi alicuius presentis boni opinione concepta. ȣ & proprie cum exhilaratur animus aliquare, nec; tamen ita ad exteriora diffunditur vltra modum vt facile ꝑpareat. Lętitia vero cum ita mouetur animus vt etiam ad exteriora ęgrediatur & maxime in vultu. Hinc dicunt Stoici. Gaudium in sapientem cadere posse, lętitiā non posse. ȣ Cuius dimi. est Gaudiolum, & compositum Gaudiloquus pen. cor. qui cum gaudio loquitur vt apud Plau. Dictum gandiū quasi Gaurium. Græci enim γαῦρον lętum.

¶ Gaudeo es. gausus, gaudium habeo de bono proprio. qñ ꝙ etiam de bono alterius, sed intrinsecus. Lætari vero extrinsecus. Construi. turq; Gaudeo diuersis modis. Nam quādoq; sine apposito, vt Gaude & Lætare. Quandoq; cū datiuo. Ci. Mihi gaudeo, tibi gratulor. Quandoq; cum ablatiuo. Virg. Numero deus impare gaudet. Quādoq; cum ablatiuo mediante in. Cic. Lentulo. In molestia gaudeo. Quādoq; mediante de. Hie ad Helio. Gaudebo de ascensu, sed timebo de lapsu. Aliquando gaudere est valde seu cum delectatiōe quod vulgo dici solet Gaudere, & construitur cum accusatiuo. Hie. in ꝑ Io. Iob. Beatum Iob qui adhuc apud latinos iacebat in stercore & vermib⁹ fatebat errorum, integrum immaculatumq; gaudere. i. cum gaudio pergustare. Teren. in Adel. Hunc scio mea solide solum gausurum gaudia. i. pergustaturum. Ci. Pęto. In theatrum Curionis Hortensis introisse puto vt suū gaudium gauderemus. Augustinus lib. viij. cōf. impersonaliter vsus est tantus auctor. Quando (inquit) cum multis gaudetur & in singulis vberius gaudium est, quia feruefaciunt se, & flammantur in alterutro. Et alibi. Multum inter se hæc duo gaudia differunt, suntq; omnino contraria. Quandoq; gaudetur in sæculo non gaudetur in dñō. Huius verbi composita sunt Congaudeo qđ est simul gaudeo Am. Congaudete mecum & congratulamini Adgaudeo. Lac. li. iiij. Ego eram cui adgaudebat. hoc est quasi applaudebat.

¶ Gaudere in sinu, prouerbialis locutio quam & poetæ vsurpant. Quod significat secū & cū suis lętari. Ci. li. iij. tus. Quoniam plausibilia nō hæc sunt vt in sinu gaudeant, glorieſe loqui desinat. Tibul. Quisapit in tacito gaudeat ille sinu. Prop. In tacito cohibe gaudia clausa sinu.

ȣ Gaudimoniū pro gaudio vsurpatur. Hie. in prohemio prophetarum. Gaudimonium eius erit in luctum.

¶ Gauleon teste Solino ora Libyę obiacens, in qua serpens nec ꝙ nascitur nec ꝙ inuectus viuit, puluisq; eius quoduis gētium iactus angues & scorpiones perimit.

¶ Gaulus nauis genus paruę & rotundę.

¶ Gaurus mons Campanię.

ȣ Gauranū vinum dicitur quod in summis mōtium gignit a gauro Campanię monte. Cc.

¶ Gausape pen. cor. militare stramētum vtriq; villos habēs, vel vna tantum e parte, quod profecto in castris sternebatur Plin. libro octauo. Antiquis torus e stramēto erat, qualis nūc in castris gausape Nunc ponitur pro panno quo mensa sternitur. Declinatur autem hoc gausape. Antiquissimi hic gausapes & hæc gausapa, & hoc gausapum. Vnde in pluralig ausapa. Per. Iam chlamydes picti. iam lutea gausapa captas. Cassius ad Mœcenatem. Gausapo purpureo salutatur. Inde. Gausapina.

¶ Gausapina pe. cor. genus vestis. Mar. Mense vel augusto sumere gausapinas.

¶ Ga. a dictio Persica, & nūero singulari significat omne qđ possidemus. Pompo. mela. Gazan Persæ ærarium vocant Curtius. Igitur quasi parum munimentis oppidi fidens ante solis ortum pecuniam regiam gazan Persę vocant, cum pretiosissimis rerum afferri iubet simulans fugam. Inde nomen est gazę ciuitati eo ꝙ Camby ses illuc belli & opes & pecuniam intulerat. Hæc est Euchorū ciuitas in qua habitauere Capadoces pristinis cultoribus interfectis. Apud veteres terminus erat Cananeorū iuxta Aegyptū cecidit; q; in sortē tribus Iudæ, & est vsq; hodie insignis ciuitas Palestinæ vt scribit Hieronymus a qua gazeus a um. quod est ex gaza vrbe, & Gazeticus. tica. ticum ex gaza vrbe Persica, vbi nobilissima vina, vel vt Pompo. ait, mella. Sidonius ad Faustum. Vina mihi non sunt gazetica, chia falerna. Suidas γαζα γῆ θησαυρος δέξις μακεδονικὴ ἡ πόλις ἀλλη ἐστὶ φοινίκης ὁ πολίτης γαζαῖος *. i. Gaza enī thesaurus dictio medica & ciuitas alia Phœniciæ cuius ciuis Gazæus.

¶ Gazophilacium cum c. nomen compositum ex dictione persica & græca φύλαξ & φυλακὴ & φυλακωλέγειν. quod est custodio quasi locus dicatur esse in quo opes recunduntur. Augu. in ps. Gazophylacium arca vbi colligebantur ea quę ad indigentiam seruorum dei mittebantur. Ambro. ad Studium. Quid est Gazophilacium? Collatio fidelium sumptus pauperum, requies egenorum, iuxta quod sedens Christus vt habes secundū Lucam duo ęra mulieris viduæ diuitum muneribus censuit preferenda. Significat & capsam qua res prętiosiores & secretę in scrinijs scripturæ seruantur. Vnde scrinarij secretarij, quos etiā a secretis dicimus, vt scribas ab epistolis.

*Geographia dicitur terrę descriptio. γεῶ enim terra est, & γραφια scriptura. nam γραφω scribo significat.

¶ Gæomantia pe. pro. diuinatio ex terra γαῖα, & μαντεια.

*Inde Gæomantes.

¶ Gæometer & gæometra pe. cor. terræ mensurator. Græci γεωμετρικὸς, μετρον mensura Gęometria terrę mensuratio dicitur. Et geometria quidē scientia est mathematica sicut astrologia, musica, & arithmetica quæ in numeros & formas diuisa est, quam oratori nec essentiam esse autumant eruditi.

*Gæon fluuius. Vide Gion.

¶ Gæorgius nomen viri proprium, quo apud nos Colonus significatur. Gæorgica agricultura. Gæorgica quæ ad agrorum cultum pertinent. ἔργον opus, γαῖα terræ. Gęorgi populi Scythici agros incolentes.

¶ Gebalena regio in finibus Eleutheropolos.

*Gebbanite siue gelbanitæ populi sunt maris rubri accolæ in Arabia deserta quorum caput Thoma est. Cc.

¶ Gebuseus filius Canaan, a quo gebusei dicti sunt, qui Hierusalem habitauerunt.

¶ Gebenna mons qui hodie dicitur mons geneuerę. Luca. Caua pendentes rupe gebennas.

¶ Gedeon nomen proprium iudicis Israel qui occidit Oreb, zeb, zebee & Salmana.

¶ Gedrosia regio maioris Asiæ.

¶ Gehenna. hoc nomen proprium inquit Hiero. a Saluatore nostro ponitur. Quæramus quæ sit sermonis huius occasio. Erat idolum Baal iuxta Hierusalem ad radicem montis Mota, in quibus Siloa fluit. (Sed notandum est ꝙ idolum producit penultimam contra consuetudinem ignari vulgi, nā græce scribitur per ω & ι diphthongum in principio. Si quis autem corripiat vt ille, Idola dicta dei, barbare loquitur & fastue pronuntiat.) Hæc vallis & parua campi planicies irrigua erat & nemorosa plenaq; delitijs & lucus in ea idolo consecratus, in tantam autem populus Israel venerat dementiam, vt deserto templo, vicinia ibi hostias immolaret, vt rigorem religionis delitiæ vincerent, filiosq; suos incenderent demonibus vel initiarent. Et appellabatur locus ipse G. hen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non.i.vallis filiorum.Ennon.Hoc regum volumen,& paralipomenon, & Hieremias plenissime scribunt. Et cōminatur deus se locum ipsum impleturum cadaueribus mortuorum vt nequaq̄ Tophet & Bahal, sed vocetur Polyandrium id est tumulus mortuorum.Futura ergo supplicia & pœnę perpetuæ quibus peccatores cruciandi sunt huius loci vocabulo denotātur. Duplicē autem esse gehennā nimij ignis & frigoris in Iob plenissime legitur.

¶Gela fluuiꝰ in Sicilia a quo & gela vrbs nomen habet. Vergilius lib. iij. Immanisq; gela fluuij cognomine dicta Suidas γέλα, πόλισ ϕικελίαϛ καλεῖτη δὲ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ γέλα ἐμῶ πλακεῖ ἡ πόλισ ὁ δὲ ποταμὸσ ὄνομάζ ε πε ὁυτ ὅτι π ολλὴ μὴ χ ὑμ ενῶ ν, ταῦ τ ηρῳ τῆ ὀπ ῆ, φωῆ καὶ ϕικελῶν γέλαν λέγεσθαι ἢ ἀπὸ γέλοσ τοῦ ἔτυχσ καὶ ὑμαρου δ ἐθνικῆ γελαῖοσσοῦ τελῶσ. ✳ Gela ciuitas Siciliæ. vocatur autem ab amne gela cui adiacet ciuitas. Fluuius autem nominatur ita quoniam multam gignit pruinam quam Opicorum & Siculorum voce gelandici, vel a gelone gentili. inde gentile gelæus non gelous.

¶Gelasini pe.prod.dentes anteriores quos ridendo ostendimus.γελάω γελῶ est rideo.Et gelasini lineę quæ ridendo effi ciuntur.Mar.Nec grata est facies cui gelasinus abest.Et gelasini dicuntur mimi qui gesticulatione faceta populum oblectant. Vnde gelasinus ille Plautinus risionibus & falsis dictęrijs populum delectat.Et dum facit vt ab omnibus rideatur irridetur. Vnde est Plautinum illud, Caue ex Gelasino fias Catagelasinus.Hoc est de ridiculus.

δGelos gelotos risus.

✳Gelenites gēma quæ candido transluce mel leo fulgore lunæ imaginem continens.Cc.

¶Geloi Campi in Sicilia apud gelam fluuium. Vergi.Campiq; geloi.✳ Suidas gelæi non geloi legit.

¶Geloni vel gelones,populi Scytici interius habitātes & Agathyrcis ꝓximi.a Gelono Herculis filio. Hi solebant se pingere. Vergili.Pictosq; gelones.Luca.lib.iij. Massagetes quo fugit equo forte scq; geloni.Hi nunc Getę dicuntur siue Tartari qui Tartari corrupto vocabulo vocantur. Sanguinem equinum cum lacte mixtum bibunt. Vergi.Bisaltę quo more solent,acerq; gelonus.Cum fugit in Rhodopen atq; in deserta getarū. Et lac cōcretum cum sanguine potat equino.

¶Gelboe montes alienigenarum in sexto lapide a Sintopoli in quibus etiam est vicus grandis qui vocatur Gelbos.

✳Gellius viri proprium ἀπὸ τοῦ γελάω.ridere.Cc.

¶Gelum proprie glacies,dictum ἀπὸ τοῦ λύω hoc est soluendo terram.Nam glacie pro scissa terra resoluitur Aliquando tamen ponitur pro frigore, Vnde gelidum frigidum dicimus.Dicitur etiam hoc gelum hic gelus. Lucretius. libro.v Assiduosq; geli casus mortalibus aufert. Et lib. vi. Dimittit qua sæpe gelum.quod continet in se.

¶Gelicidium ipsum gelu.Col. Vt prius contualescanit radices frumentorū q̄ hibernis imbribus aut gelicidijs pruni ve infestentur.

¶Gelo as.Pli.lib.xvij. Si protinus editis fructibꝰ gelatio magna consecuta est etiam paucis diebus necat. Iuue. Pauidoq; gelantur pectore. Hinc cōponuntur Congelo & Regelo penultima correpta.Colu.lib.i.Oleum quod minus prouenit si congelatur fracescet.

¶Gelascere est in gelu astringi.Gellius, Vina rarenter congelascunt.

¶Gelabile qđ gelu durari potest.Gel. Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur mare omne ingelabile sit?

¶Gelidus gelida gelidum penultima correpta frigidus. Hic cōponuntur Prægelidus, & Egelidus quod significat id qđ non est calidum neq; frigidum.Nam e quandoq; priuationē denotat q̄uis Ser. ꝓ valde frigido exposuerit.Suet.de Aug. Vngebat sæpius sudabat ad flāmam,deinde pfundebat egelida a qua vel sole multo repefacta. Ouid.Sed gelidum boreā gelidumq; notum. Vbi gelido egelidum opp osuit.

¶Gelyma gelymæ.pe.cor. fasciculꝰ manibus genibus ligatis.Gelymarū vero multitudo meta dicitur. ¶Hic locus mēdosus ab impressore additus est,vt parenthesis illa superflua in vocabulo gehenna de idolo.

¶Gemma oculus vitis quem primo emittit.Vergilius.Turgent in palmite gemmæ.Ab huius gemmæ similitudine gēma lapillus vocatur,q̄uis generale nomē sit comprehendēs propriæ quæcūq; nec oblonga nec perforata. Augu.in dialec.Similiter ornamentorum diuersos lapides cōpendiose vocauit gemmas.

δGemmula diminutiuum a gemma,quo etiam flores significantur quibus tamq̄ gemmis verno tempore cuncta pinguntur,& prata vestiunt. Apuleius libro.x. Plane tenui spe cula solabar clades vltimas ꝙ vere in ipso ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret.Bigēmis Trigēmis, deriuatiua sunt. De quibus alibi.

¶Gemmare est gēmas in arboribus emittere.Col. Cum primum vites incipiunt gemmare.

¶Gemmascere in gemmas efferre.Pli. Atq; vt gemmascere incipient ligetur calamus.

¶Gēmatus a,um,quod est gemmis ornatum.

δGēmosus a,um.quod est quasi totum ex gēmis. Apuleius libro.v. Auro facto gemmosisq; monilibus onustas eas tradit reportandas.

¶Gemo,is,ui itum. Vnde gemitus qui est pectoris cum p̄angustia in sonum prorumpit. Vnde iumenta & inanimita cum nimis onusta sunt gemere dicūtur. Vergilius. Gemuit sub pōdere cymba. Gręcum tamen est στένω ideſt plenus sum forsan ab eo quod sequitur,vt videmus alternari ab scriptoribus,sed in alia etiam significatione γεμίζω significat enim impleo imples,Quandoq; tamen Gemere ponitur pro flere, & quandoq; pro canere,de ijs solum auibus quæ flebilem cātum habent.vt turtur & columba. Vergili⁹. Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo, Hinc fit ingemo. De quo infra. Sed talia profiscūtur ab metaphoris quibusdam,quibus græci pleni sunt.

¶Gemuria tuberculū sub minimo pedis digito, ꝙ gemere faciat eum qui id gerit inquit. Festus. Plinius obliteratum id & nomen & malum ait.

¶Gemini proprie dicuntur duo. Vetg.lib.vi.Sunt geminæ summi portæ.Nam si tres sunt trigemini dicuntur,si quatuor quatergemini.Colu.libro.iij. Albanas equitiæ familiæ trigeminorum matres. Quandoq; gemini dicūtur qui vno partu nascuntur etiam si tres vel quatuor vel plures nascerētur. Quandoq; geminus pro simili ponitur.Pacu.Par fortitudo,gemina confidentia.Et gemini cœleste signum quod Castor & pollux constituūt. Varro libro.ij.de re rusti.gemino intelligit Apollinem & Herculem. De quibus Seneca. In magna tempestate apparent quasi stellæ cœlo insidentes adiuuaricq; se tunc periclitantes existimant. Pollucis & Castoris numine A Columella dicitur Geminum astrum,quod.xiiij.Calendas Iunij sol ingreditur A geminus fit compositum.Cōgeminus qui cum aliquo natus est. Aug.in ps.Phares cōgemino suo prelatus est.

¶Sed postea q̄ de constellatione geminorum tetigimꝰ dicimus totum zodiacum.in. cclxx gradus diuidi rursusq; sub diuidi.i.xij.signa q̄ ab astronomis etiā domꝰ dicunt.Est aries/taurus/gemini/cācer/leo/virgo/libra scorpius/sagittarius/capricornus/aquarius/& pisces q̄ regiones celorum habēt de nominationē ab aliquo animali ꝓpter proportionē & quandam cōuenientiam.Aries est domus Martis, nati sub tali signo ascendente sunt inclinati ad malitiam & rixosi diuitesq; & de lanificio se intromittentes facit etiam capillos crispos,& in negocijs suis agiles,& expeditos. Loquor autem q̄tum de natura est ipsius signi, nā aliud esset scdm situm & aspectum planetarū. Taurus autē facit nato collū grossum,& quia est signū vel domꝰ Veneris,īo enī natꝰ mulierib⁹ dedit⁹ & agriculturæ,sed tardus i negociorū & rerū suarū expeditiōe. Geminorū signū est Mercurij natus sub tali ascēdēte erit dedit⁹ literis & viris illustribus vel prīcipibus,& tot⁹ affabilis, & sē

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

per cũ ſocietate alicuius eritq; pulcher. Cancer facit natũ lon gũ corp⁹ habẽtẽ, & breuib⁹ crurib⁹, linguã nõ ſatis expedi tam, & qui aliqñ in ſtatu ſuo augeatur aliqñ vero deprimat mõ añ proficiat, mõ retrocedat, & labrũ ei alterũ altero ma ius, erit tamen fortunæ cito mutabilis & agilis in rebus pera gendis. Leo facit hoĩem natum ſub tali ſigno crura retorta habentem vel ſignatum in crure, & qui tard⁹ ſit ad proſperita tem habendã, tñ inclinabitur eſſe curialis, & habebit amicitiã dominorũ, erit iuſtus/pius, & habebit nobilem animum, ſed inuidi tũ ſemp agitabunt. Virgo facit hominẽ ſterilẽ, qui naſcetur oriente tali ſigno erit tamen pulcher, & humanus, & doctus, & qui amicitiã habebit principum. Libra facit natum iuſtum /& humanum, & quia proditoribus patietur multa pericula. Scorpius ſignum Martis, qui habuerit tale aſcendẽs erit proditor niſi alicuius planetarum vel Iouis/vel Veneris benignitate minuatur talis malitia, vel faciet homines in iudi cio damnari, ſed ſi Mars fuerit in eo ſigno aſcendẽte dabit di uitias multas, vel hæreditatem, vel militiam, vel accuſator erit. Sagittarius facit natum pugnacem, humanum, tenuem & affabilem, & qui equis delectetur. Capricornus facit natũ ſub tali ſigno eſſe doctum. Quis non miraretur? Præſertim in mathematicis, facit etiam effœminatum. Aquarius vero facit natum benignum, & clementem. Piſcium ſignum facit natum mercatorem per maria, vel rerũ liquidarũ olei vel vi ni & talium rerum, & qui linguã expeditã nõ habeat, ſed bal bus ſit. Sed vnum admonemus vt quilibet habitet vrbes ẽdi ficatas ſub ſuo aſcedente vt diues ſit, & plurimũ gratus qui cunq; enim ſignum oppoſitum habitauerit. i. vrbem ædifica tam ſub ſigno oppoſito ſemper anxius erit, pauper, odio om nibus, & infortunatus, ideo prouerbium eſt vulgarium, qui mutat locum mutat fortunam, quoniam q̃ñq; vadit ad loca ſui aſcendentis, vbi bene agit & proſperatur.

¶ Abcen. Totũ hoc ab eo loco. ¶ Sed poſtea q̃ &c. & illud in Gemo. Sed talia proficiſcuntur, ridiculum eſt, et turpiter in ſertum ab eo qui non ſatis verborum habuerat ad complen das pagellas. quę oĩa ſuſtuliſſem, niſi tam ſtultos ſcirem, vt ſi ea ſublata norint, imperfectum opus calumnientur. Subdit author. Home autẽ in hymnis. κάσσα- ὴ πολυδεύκε ἀείσω μὐσα λίγεια τὼ δ' Διὸς ὀιξωόε ὀλυμπίᾳ ἐξεγένοιο τοὶς ὕπερ ταυγέτᾳ κορυφῆς τέκε πόντια λίκλαθεν ὑπὸ μᾶτερ σα κελαινεφεῖ κρονίωνι.

✳ Caſtora & polluccm cantabis muſa ſonora Tyndaridas q̃ Iouis olympij geniti ſunt, quos in Taygeti crepedine peperit veneranda Leda latenter commiſta nebulatio Saturnio, id eſt Ioui.

¶ Gemellus diminu. Vir. Modo namq; gemellos Spem gregis ah ſilice in nuda connixa reliquit. gemelle vites a Colu mella dictæ ſunt ab vuis ſemper geminis. Nã duplices vuas vt inquit Columella exigunt.

✳ Gemibundus abunde gemens. Cc.

¶ Gemino geminas pe. cor. duplico. Cuius compoſita ſunt Congemino. Plau. in amp. Nunc ſi patera paterã peperit om nes congeminauimus. Ingemino intus duplico. Virgil. libro primo geor. Tũ liquidas corui preſſo ter gutture voces. Aut quater ingeminant.

✳ Geminus deus Ianus dicitur quaſi vtriuſq; ianuæ cœleſtis potens q̃ ſol ſit & oriẽs aperiat diẽ & occidẽs claudat. Cc.

✳ Gemites gemma quæ velut candidas manus inter ſe com plexas habet. Cc.

¶ Gemoniæ ſcalæ dicebantur ad quas corpora damnatorũ tracta præcipitabantur. Cor. Tacitus Tunc cõfeſſum collace ratumq; & abſciſſo capite truncum corpus Sabini in gemoni as trahunt. Pli. lib. vij. ſcribit canem a corpore ſerui non receſ ſiſſe abiecto in gradibus gemonijs.

ʒ Gemonidæ prægnantes & plenæ appellantur.

ʒ Gemellaria, riæ. Inſtrumentum quo oleum defluit a torcula ri. Aug. in expoſitiõe ps. Quare tã cęcus es, vt amurcam fluẽ tem p plateas videas oleum in gemellaria non videas.

¶ Gena genę vulgo palpebra dicitur, hoc eſt membrana q̃ ſu perius inferiuſq; tegit oculum. Teren. Hodie non cõpreſſi gẽ nam genæ. Pli. Aquatilia dormire exiſtimãt nõ oculorũ ar gumẽta quia nõ hñt genas, ſed ipſa quiete placita ſeu ſopora ta. Extremus ambitus Ciliũ dicitur. Vñ ſupercilia in quibus eſt animi pars. Nam ex his negamus & annuimus. Hæ genę pilos habent in modũ valli, quos a palpitando palpebras ap pellarunt. Genæ etiam dicuntur partes ille a Cilio ad vniuer ſam partẽ illã oculis ſubiectã q̃ barba veſtitur, quas tadi in fo minis. xij. tabularum interdicto antiqui vetuerunt, pudoris ſedes eſſe arbitrati, q̃ibi maxime oſtendatur rubor. Dictę gę næ q̃ in his pili gignantur. Vir. Tum mihi prima genas ve ſtibat flore iuuentus. Apul. in magia. Purpuris ſfectas genas & oculos illiſos illices. Hę qñq; mali, ſpeciẽ factę ſunt rotũdę, dictæ ſunt etiam malę.

¶ Genatius, a, um, idem quod guloſus ſa. um. Varro. Hę nõ uiſſimę in triclinium genatium introierunt e culina propter faſtidium.

¶ Genus a græco γένος proprie principiũ vniuſcuiuſq; gene rationis, vel ab eo qui genuit, vel a loco in quo genitus eſt, vt Horeſtes a Tantalo ducit genus. Et plato gñe Atheniẽſis eſt. Patria enĩ generatiõis vniuſcuiuſq; principium eſt quem admodum parẽtes. Hinc tranſlationem genus etiam voca mus multitudinẽ aliquorũ ad vnum aliquid & ad ſe inuicẽ quodamõ ſe habetium, vt Romanorum gen⁹ dicim⁹ q̃d ad Romulum refertur, & cognationem inter ſe habet, p quam a cæteris diſtinguitur. Hinc rurſus appellatur gen⁹ cuiſuppo nitur ſpecies & prædicatur de pluribus differẽtibus ſpecie q̃ quaſi principium ſit oĩm q̃ ſub ipo ſunt ſpecierum. Itẽ gen⁹ dicitur quicquid eſt per q̃d alicuius rei qualitas iudicatur. Vt de genus mortis, genus vitę, genus pœnę, genus marmoris, genus coloris, & huiuſmodi. Seneca. Summum genus infœ licitatis miſero eſt fuiſſe aliqñ fœlicem. Virgil. Quod genus hoc hominum? quę ve hunc tam barbara morem permittit patria? Nonnunq̃ ſumitur pro accidente partium orationis, vt cum dicimus animal eſt generis neutri. Et eſt ſciendum q̃ licet genus ſit tertiæ declinationis, in compoſitione tñ q̃ñq; fit ſecundæ & adiectiuum, vt Alienigenus alienigena alieni num. Multigenus multigẽa multigenũ. pli. li. x. Multa hęc & multigena terreſtrium volucrumq; vita. Dicim⁹ quoq; id ge nus pro eius generis, vt multa ſunt id genus monſtra, q̃d eſt fere ſimilia & eiuſdem generis monſtra.

¶ Generoſus a, um, q̃d eſt nobile. & ex p̃claro genere. Virg. lib. i. Geor. Cõtinuo pecoris generoſi pullus in aruis. Audet & ignoto eſſe cõmittere ponto. Cic. in Lęl. Humilem ſane re linquit & minime generoſum, vt ita dicã, ortũ amicitię, quã ex inopia atq; indigentia natã volunt. Interdũ dicitur forte. Cice. lib. iij. offi. Cũq; de imperio certatũ eſſet cum rege gene roſo atq; potẽti. Et generoſum dr, q̃d generare facit, ſeu p̃du cit. Col. lib. iiij. Atq; vbi multa inuitabunt regionis cõmoda vt nobilẽ vitã cõſeramus generoſam requirerem⁹. Idẽ. li. iij. Vitẽ maxime populus alit, & poſtea vlmus, quam Atinam vocãt ruſtici generoſiſſima eſt. Hinc generoſitas nobilitas & quaſi producibilitas. Idẽ in eodẽ. Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet ſeminaria prius facere debet. ſic enim ſciet cuius generis vitẽ poſiturus ſit. Nam quæ pręcio parata di ſponitur certã generoſitatis fidẽ nõ habet, cum dubiũ eſt an is qui vendidit legendis ſeminibus adhibuerit diligentiam.

¶ Generale q̃d ad oẽs pertinet, a quo aduerbium Generaliter quod ſignificat ſimul quę ſub genere ſunt amplectendo, vt amo generaliter omnes homines.

¶ Generatim per ſingula genera, ſeu magis per ſingulas ſpe cies, ſiquidẽ ſpecies genera vocamus, vt q̃d ſunt genera vel borum. Verg. lib. ij. geor. Quare agite o ꝓprios generatim diſcite cult⁹ Agricolę. Varro. Nonin volucribus gñatur ſer uatur analogia, non ex aquilis aquilæ nęq; ex turdis ꝓcreã tur turdi, ſic ex reliquis ſui cuiuſq; generis. Aliquando gene ratim dicitur nõ per ſingula genera, ſed generaliter & in vni uerſum & vniuerſaliter. Cicero libro ſecundo de oratore. In finitum mihi videtur id dicere in quo aliquid generatim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quereretur hoc modo, expetenda ne esset eloquentia expetẽ di ve honores.

¶ Genero generas notę significatiõis. Huius composita sunt Gongenero pro adiungo associo. Ennius. Quem mihi cõgenerat affinitas, Degenero, de quo ī Degener Ingenero quod mõ significat genero, modo intus genero. Lactan libro. vi. Deus itaq; cum hominem primum fingeret mirabili prouidentia ingenerauit ei prius istas animi cõmotiones vt posset capere virtutem. Cice. lib. i. offici. Eademq; natura vi rationis hominem conciliat homini, & ad orationis & vite societatẽ ingeneratq; in primis precipuum quẽdam amorem in eos q procreati sunt. Progenero vltra generationem produco. Colu. Nam & humidæ res & siccę, quas terra progenerat, facile vitiãtur. Hinc progenies pro genere & familia Regenero cursus genero. Lactantius lib. iiij. Ex eorum semine regenerari eũ iussit.

⁂ Generiana pyra sic dicta ab insitore siue plantatore. Cc.

¶ Gener filię meę vir quia sit generis propagator, Adhibetur enim ad genus augẽdum, a quo progener. Hunc appellat auus neptis suę virum. ¶ Videor mihi videre qui solent virtutem ingredi nuptiarum, de qua volumen cõficeretur de numero facularum, earumq; superstitiõe, vnde etiam nomẽ vxor habuerit, de clauibus, de zona, de limine, de velamine a quo nubo nubis quasi nube regeretur. de inuentione matrimonij, an Cecrops inuentor & multa quæ a grecis memorantur. Hoc quoq; additum est.

¶ Genitor modo pater dicitur, modo ad honorem refertur Similiter genitrix & pro matre, & venerationis gratia.

¶ Genitus a gigno gignis idem quod natus. A quo vnigenitus primogenitus & progenitus.

¶ Genitura quandoq; generationem significat. Gellius. Ac multo etiam anteq; pater ipse ac mater nascerentur ex eorum genitura debuisse iam tunc prospici. Quandoq; semen hominis quod & semen genitale dicitur.

¶ Genitalis & hoc genitale. Idem est quod natalis. Vnde genitale solum dicitur patria in qua nati sumus, quod & natale solum appellatur. Ambrosius. Ranunculi circa genitales stre punt paludes. Et genitalẽ diem quo scilicet geniti. i. in lucem proditi sumus. Genitalia semina, quibus aliquid procreatur & gignitur. Vergi. lib. ij. geor. Vere tument terræ & genitalia semina poscunt. Collu. lib. iiij. Adhibenda ratio est subtilior vt ex his partibus trunci sumant quæ & genitales sunt & maxime fertiles. Idem lib. vij. Fœminis quoq; vulue ferto exulcerantur & cicatricibus clauduntur ne sint genitales id est ne possint generare. Genitalia mẽbra siue genitales partes dicuntur pudenda tã in viro q̃ in fœmina Aug. lib. xiij. ciui. dei. Seminaret igitur prolem vir, susciperet fœmina genitalibus membris q̃n id opus esset. Collu. lib. vij Elicitur cupiditas odore genitalium admoto naribus. Idem in eodem. Et ipsos neruos quos greci cremasteras appellãt, q̃ ex illis genitales partes dependent comprehensos.

¶ Genitiuus a, um quod habet vim generandi. Vnde genitiuus humor, & genitiuꝰ casus. Et genitiuus dr quasi genitalis a natura ingenitus & genuinus, & originalis, & cum nascente congenitus, vt genitiue notę, quę sunt maculæ a natura ingenitæ. Suero. de Augusto. Corpore traditur maculoso dispersis per pectus atq; aluum genitiuis notis in modum & ordinem & numerum stellarum cœlestis vrsę.

¶ Genethlius latine natalis dicitur qui & deus nuptijs præfectus putabatur ab antiquis, vt scribit Hierony. Scribit autẽ Suidas q̃ etiã Genethlius paleſtinus fuit expertus sophista discipulus Minutiam & Agapeti, qui tandem viridi euo moritur. Scripsit autem multa λαλιὰς ἤτοι Διαλεξο καὶ μέλέτας, & multa alia, vt mirabile sit dictu tam paucis annis vitæ tanta scripsisse.

¶ Genethliacus qui ex die natali fortunam hominis & successum pronũciat ἀπὸ τοῦ γενναομαι φω καὶ γενέλιακὸν ἀρχ ἢ γενεθλον. ⁂. Idest a γενάομαι nascor & γενεοτβη genus.

¶ Genius veterum sententia dicitur vniuscuiusq; anima rationalis. Ideoq; esse singulos singulorum. Fuere etiam qui dicerent genios deos aquam/terram/ignem/ & aerem, quę rerum semina sunt, elementaq; appellata. Duodecim quoq; signa lunamq; & solem inter hos deos putabant, & a gerẽdo q̃ multa gerere possent. Gerulos, deinde genios vocitarunt; Censorinus scribit Genios dictos quia vt gignamur curent, siue q̃ vna gignantur nobiscum, vel etiam quia nos genitos suscipiant ac tueantur. Certe a gignendo genius appellatur. Eundem esse genium & larem multi veteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus duplicem omnibus omnino nobis genium dicit appositum. Hoc est duos lares. Hi etiam penates dici solent. Ab aliquibus genius dicitur vis, & naturæ deus hospitalis, & ipla voluptas. Scintra & antiquitate verborum libro tertio. Scio genialem hominem ab antiquis appellatos qui ad inuitandum & largius apparandum cibum prõptiores essent. Iuxta quod etiam Seruius ĩterpretatur pro voluptuoso & conuiuali. Vergil. libro primo geor. Inuitat genialis hyems. Nam quotiens voluptati operam damus Genio operam dare dicimur, sicut econtrario apud Terentium. Suum defraudãs genium, cum parce viuimus & a voluptate cessamus. Cebetes thebanus in pictura mũdi τοῦτο μοὶ δοκαλῶσ μὴ δοκεῖσ ἐφκμ ἐξκ σθαι ἀλλὲκ νο δυδέπω κμῖμ δ ἐδήλωκας, τι πρόσ τβε δ δαιμόνιομ τοῖς εἰς πορδομενοις τὸμ βίον ποιφμ ⁂. i. Hæc autẽ pulche mihi videris exponere, sed illud nondum nobis declarasti quid iubet nomen ingredientibus in vitã facere. Proclus autẽ Platonicus in theurgicis diuinitus loquitur, eum legant qui curiosius talia quærunt & pro Horatij loco & de alijs auctoribus.

⁂ Genij etiam gulosi a veteribus vocabantur & ventri semp indulgentes Lucilli⁹. Genię illę vetulę ĩprobæ ineptæ. Cc.

¶ Genialis & hoc geniale quod ad genĩũ pertinet. Vnde genialis lectus qui in nuptijs sternitur in honorem genij. Genialis homo hospitalis atq; ad inuitandum & largius apparandum promptior. Verg. Lucent genialibus altis.

⁂ Geniana gemma quam inimicorum pœnas efficere aiunt. Cornucopię.

⁂ Genõ cępę genus cui acutus est sapor & lachrymosus. Cc.

¶ Genuini dentes posteriores, qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouissimi. Nam circiter vigesimum annum multis etiam octogesimum innascuntur. Dicti genuini q̃ a genis dependeant, vel a gignendo q̃ cum homine generentur, & cum ipso intereant. Cicero. Dentibus in ore constitutis manditur, atq; ab his extenuatur atq; molitur cibus, eorũ aduersi acuti diuidunt escas. intimi autẽ conficiunt qui genuini dicunt. Hos satyrorum instrumenta esse ad morsum ostẽdit, Persius. Secuit Lucillius vrbem te Lupe te Muti & genuinum fregit in illis. Hieronymꝰ ad Marcellam. In plęrisq; prouincijs familiare est vt genuino dente se lacerent. Iuuena. ad morsum esculenti referes ait. Quæ genuinũ agitent non admittentia morsum. Hos autem genuinos græci κυνόδοντας nostri caninos dentes appellant.

ȝ Genuinus sermo. i. natiuus ac peculiaris Apul. Genuino sermone nomen augusti Cęsaris inuocare tentaui.

ȝ Genocha bestia paulominor vulpecula colore inter nigrũ & croceis, maculis nigris interpositis mansueta, est si non lassescitur.

ȝ Gens & natio differunt, q̃ in se plus continet gens q̃ natio. Nã gens est tanq̃ genus, natio species. Ges enim habet ethruscos, vmbros, picenos, & hmõi. Cice. lib. i. offi. ,ppriorest eiusdem gentis nationis linguę qua maxime coniunguntur.

⁂ Gens a genus deducitur u litera detracta & modo nationẽ significat. Verg Gens inimica mihi thyrrenũ nauigat ęquor modo familiam. inde gentiles. Cc.

¶ Gentiles qui ex eadem familia sunt. Et qui eiusdem nominis sunt qui & cognomines dicuntur. Vñ Cincius. Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur. Vnde Cice. lib. i. Tusculanarũ. Pherecydes syrus primũ dixit aĩos hoim esse sempiternos. Antiquus sane. Fuit enim meo regnãte gentili Hoc est Seruio Tullio, quia eiusdem nominis erat. Et hoc est quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ait Pli. Seruos dominorum fuisse gentiles i deſt eodem nomine appellatos quo domini appellabantur, vt Marcipor & publicor. Cice. in Topicis. Gentiles sunt qui inter se eodem sunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit & qui capite diminuti non sunt. Idem libro. i. ad Heren. Si paterfamilias intestatus moritur familia pecuniaq; eius agnatorũ gentiliũq; esto. His gentilias peculiariter esse dicitur cum neq; seruorũ neq; libertinorum gentilias vlla sit. Item Gentile dicitur quod est gentis proprium i deſt familiare. vt apud Iuuenalem qui gẽtilia tympana dixit i deſt gẽtis propria. Sueronius de Tyberio. Capillo pone occipitiũ summissiore vt ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in illo videbatur. Et gentes dicuntur nationes. Verg. Quas gentes italum, quas non oraueris vrbes. Rursus gẽtiles dicti sunt idolorum cultores qui aliter q̃ christiani de deo sentiunt. Diuersæ enim gẽtes innumerabilia numina habuerunt, quia in gentilium i deſt maiorum suorum fide perstiterunt nec religionis cultum mutauere.

¶ Gentilia nomina dicuntur, quę originem gentis vel familiæ declarant, vt Portius Corneli⁹. Gellius. vulgus autẽ quos gentilitio vocabulo chaldęos dicere oportet mathematicos dicit. Sic Gentilitia nota a Liuio, Gentilitia funera a Plinio. nuncupantur. Aliquando tamen Gentilitium a gente i deſt natione non a familia vsurpatur. Inde gentilitia sacra dicuntur a Liuio quæ statuta sunt eidem genti. Gentilitium sacerdotium quod ad ius familię pertinet. Et nuc vulgo ius patronatus dicitur.

¶ Gentilitas proprie multitudo ipsa vel familiæ vel gentis seu nationis alicuius & ipsi gentiles.

¶ Genselia quæ ex multis f. milijs conficitur.

¶ Genesis pe. co. latine generatio, natiuitas. Geneth gen⁹. Inde genethliaci, i. natalitij qui contemplantes hominũ natiuitates de vita prę dicunt. Immo græcum est γένεσις

¶ Genearcha generis princeps.

¶ Genealogia pe. pro. fermo de origine generationis. γενεᾶς generationis & λογ῀ fermo. Hiero. Notandum in genealogia saluatoris nullam sanctarum assumi mulierum, sed eas quas scriptura reprehendit.

¶ Gentiana hęrba amarissima & medicinalis, sic dicta q̃ eam rex gentius inuenerit, vt inquit Pli. libro. xxv. Paul⁹ autem ægineta medicus excellentissimus, ita scribit de simplicib⁹ loquens. γεντιανη πόα ἐσὶ ταυτης ῥίζα ἀφεψήσ῀ ἐσιν ἀσματικὴ λίαν, ✱. i. gẽtiana hærba est cuius radix anhelosis auxiliatur.

¶ Genu genum & Genus gen⁹ testę prisciano declinari potest pro femorum ac crurum cõmissione. dicta genua, q̃ hęc dum infans est in vtero matris genis opposita sint. Siue a generando, q̃ in genibus est vitalitas. Hinc cõgenu dare q̃d est genu replicato cadere vel genib⁹ flecti. Ingeniculatum quod est cœleste signum. Victruuius libro. ix. Pes ingeniculati. Et genunixum eiusdem significationis. Ouidius libro. vij. metamor. Cõsistunt; loco specie remanente cordyne Qui medius nixicq; genu anguemq; tenentis. Dicitur genu de hębis. Vide in dictione stipula.

ȝ Genetæũ promõtorium, a Genere fluuio vocatum in quo templum fuit hospitalis Iouis, quẽ xenion appellant.

¶ Genesareth a græco vocabulo dictum est quasi generans auram. Hoc tamen ego puto falsissimũ esse, nã nomina græca non ita cõponuntur, vt exeant in sonum barbarum, & ideo non est sic dicendum, neq; possibile sẽm rectam deductionẽ licet enim γενναάω dicetur græcum verbum αγεθ nihil significat, Nec inde stagnum Genesareth dictũ est, eo q̃ flantibus ventis crispantibus vndis aurã ex se generare videatur. Idẽ dicitur mare Tyberiadis a Tyberiade ciuitate. Et mare galileę ab adiacẽte Galilęa prouicia. Tenet hoc mare siue stagnũ centum quadraginta stadia in longitudine, quadraginta vero in latitudine. Non propter hoc mare vocatur q̃ eius aquę sint amaræ, sed hebreę linguę cõsuetudo est omes cõgregationes aquarũ siue salsę sint siue dulces vocare mare, sicut i Genẽ. scriptum est. Congregationes aquarum vocauit maria.

¶ Geniculum diminutiuum. Pli. lib. xiij. Genicula autem tritico sunt quaterna, farri sena, hordeo octona. Quandoq; geniculũ accipitur pro germine.

¶ Geniculatim aduerbium significat per genicula.

✱ Genicularis hęrba est quę alias heliotropiũ dicitur. Cc.

¶ Geniculatum dicitur q̃ frequentibus geniculis cõstat, vt heliotropium. Ob id genicularis hęrba vocatur.

¶ Genimen pe. pro. a gigno generatio dicitur, vt in euangelio. Genimina viperarum.

¶ Geneste arbusculę quędam.

¶ Genua Ligusticũ emporiũ. Hinc incipit Apenninus mõs distatq; a Sabatijs stadijs ducentis & sexaginta. Est autem extremum Allobrogũ oppidũ ꝓximum heluetiorũ finibus. Ex eo oppido pons ad heluetios pertinet. Inter Varrũ & Genuam habitant Ligures. Dicta Genua a genu, quia habet tã q̃ vnum genu recuruum a latere maris, vel a Genuo Saturni filio qui fertur eam condidisse. vel, vt quidam aiunt, a Genuino Phaetontis socio. Alij etiam a Iano Italorũ rege. Hãc Annibal penitus deleuit, sed Cornelius Seruilius consul instaurauit, sicut Liuius refert. Hinc fiunt adiectiua Genuensis & Genuanus. Quidam ex imperitioribus Ianuam hanc vrbem appellant, q̃ a Iano conditam dicant. Cur autem dicatur Ligustica regio apparet non obscurum a lyge gigante, qui Herculem profligauit Marsiliam vsq; post aduẽtum ab geryone defraudatis illis armentis. de quo etiam Eustathius in commentarijs Dionysij libyci multa discutit, & multa alij greci scriptores, & quid actũ sit vbi Iuppiter venit in auxiliũ herculi, aliter enim actum erat de Hercule vt greci scribunt. Habitauit Lygis ꝓpe chrysopolim. i. Parmã, & Rhegiũ Lõgobardię, & Mutinam & Mantuam.

ȝ Geodesia est scientia earum quę in sensibilibus sunt corporibus magnitudinum & figurarum subdiuisionem & compositionem tradens.

ȝ Geodetes, qui geodesiam nouit.

¶ Gerræ crates vimineæ. Athenienses enim cum syracusas obsiderent & crebro gerras poscerent, irridentes siculi gerras clamitare cœperunt. Vnde factum est vt gerræ pro nugis cõtemptuq; accipiantur.

¶ Gerrones nugatores a gerendis nugis. Festus. Gerrones leues & inepti a cratibus dicti q̃ siculi aduersus Atheniẽses cratibus prostratis vsi sunt, quas greci gerras appellant. Auso. ad Symmachum. Misi itaq; ad te friuola gerris siculis vaniora. Hinc fit congerro pro connugone Plau. in Persa, Iam pol ille hic aderit credo congerro meus.

¶ Gerra gerræ nomen trium vrbium, quarũ vna est in Syria, alia prope Traconitas, alia in felici Arabia.

¶ Gerres genus locustarum vt habet Plini⁹. Mar. Teq; iuuãt gerres.

¶ Gerrus fluui⁹ Scythię septimus ab istro memoria dignus.

¶ Geron gerontis latine senex. Geronticus Senilis. Gerontia diminutiuum vetulus quẽ latini Senecionẽ Seniculumq; dixere. Gerontico aduerbium senilitet.

¶ Gero geris gessi gestum proprie significat porto. Vergili⁹ Bella manu ꝛcumq; gero. Interdum gerere est habere Idem. lib. ij. Et nos aliquod nomenq; decusq; gessimus. Interdum facere. Idem. libro. ix. Nec tecum talia gessi. Nagnanimum æneam & phama extrema secutus. Interdum administrare. Cicero in Catone. Qui amplissimum magistratum gerunt. Hinc dicũtur gesta & gestæ res. Cum acculatiuo reciproco significat viuere. Ambrosius in Lucam Si quis secundũ Christi p̃cepta se gesserit, iam non lectus doloris est, sed quietis Huius composita sunt Aggero, Congero, Digero, De quibus locis suis. Egero extra porro. Lactantius libro prio. Qui simum stabulo q̃ qui vitia de corde egerit. Col. lib. ij. Auium primum habetur stercus quod ex columbarijs egeritur. Vnde quandoq; pro euomo vel ventrem exonero ponitur. Ingero. Vide alibi. Oggero intendo seu injicio, & quod verna cula lingua dicitur tener adosso. Plautus in Trucu. Quando

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

intro aduenium vnus eorum aliquis oculum amicę vsq; ogerit dum illi agant. Progero vltra seu foras gero. Collu. lib. primo. Id coq; periti rustici quicquid cuilibus stabulisq; cõuersum progesserunt superpositis virgis tegunt, ne arescere solis incursu patiuntur. Regero retro porto, reduco. Plinius. Et q̃uis assidua conuersione immensæ celeritatis attollantur, quoniam hausturn omnẽ lucis aduersa illo regerat vnde acceperit. Hinc regestum. Collu. libro quinto. Vt sit inferior tenera subiacens terra quę nõ arceat nec duritia sua repellat nouas irrepentis radiculas. Istud quidem contingere potest. etiam si ager bipalio moueatur, & deprimetur, scrobis in regesto quod est fermentatum plus dipondio semisse. Regerere est emouere. Apuleius. Nam & regesta crapula vestem inquinauerat. Suggero submínistro, in cor pono seu supporrigo. Aug. lib. i. ciui. dei. Nam cum ei scriba suggessisset quid de signis deorum quę multa capta fuerant fieri iuberet continentiam suam iocando condiuit. Hiero. Ad paulinum. Quicquid alijs exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere solet illis spiritus sanctus hoc suggerebat. Hinc suggestus. Sunt & alia cõposita, vt belliger armiger, & multa huiusmodi quę omnia habent penultimam correptam.

¶ Gerulus penultima correpta portator, qui fert aliq̃d onus & pro baiulo accipitur. Baiulum enim dicimus qui mercedis gratia onera ferre consueuit. Sueto. in Caligula. Ex gerulorũ diurnis quæstibus pars octaua exigebatur. Hinc nugigerulꝰ nugarum apportator.

¶ Gerundium nomen participiale appellatur. Caret numeris & personis & sub vna voce actiuam & passiuam significationem gerit. Vnde a gerendo duplici significatione quidã gerundia dicta esse existimant. A parte post seruat constructionem sui verbi & habet quatuor casus, genitiuum, datiuum, accusatiuum & ablatiuũ. Genitiuus iũgitur nominibus substantiuis in vtraq; significatione vt habeo voluntatem discendi te bonos mores. Vergilius. Et quę tanta fuit Romam tibi causa videndi. In passiua vt habeo voluntatem discendi rhetoricam a præceptore. Datiuus iungitur adiectiuis nominibus in vtraq; significatione, vt sum aptus discendo rhetoricam. Et sum aptus discendo, rhetoricam a præceptore. Inuenitur soluendo non sum, quod nunq̃ patitur secum substantiuum, & regit post se datiuum, licet non semper apponatur. Cicero Lentulo. Ciuitatum principes ad me detulerunt sumptus decem legatis nimis magnos cum soluendo ciuitates non essent. Interdum alium casum. Quintilianus. Maximi tum virorum & quibus artis suæ soluendo non sit humanitas. Accusatiuus iungitur verbis significantibꝰ motum ad locum, vt vado ad legendum Vergilium. Et in significatione passiua. Sallustius. Cum ipse ad imperandum assidue vocaretur ideſt vt ei imperaretur. Item cum verbis significatibus permanentiam, vt maneo hic ad legendum. Sum paratus ad audiendum, & sum idoneus ad intelligendum. Ablatiuus tribus modis accipitur. Primo sine regimine, vt legẽdo disco, & currendo cecidi. Et ponitur actiue & passiue. Vergilius. Actiue cantando tu illum. Passiue. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Idem. Alitur vitium crescitq; tegendo ideſt dum incantantur & dum tegitur. Secundo cum præpositione de, ex, a, ab, cum, vel in. Cice. ex quo ardescit siue amor siue amicitia. Vtriusq; enim dictum ab amando. Idẽ. In deferendo maior labor est q̃ in accusando. Quintilianus. Cum præcipere, de apte loquendo cœperimus. Tertio cũ verbis significantibus motum de loco, vt venio ab arãdo redeo a spectando. Licet magis vsurpemus ab aratione, & a spectaculo. Quo autem gerundium a participio differat, vide in dictione Participium.

ὁ Gerontocomion vbi alimonie subministrantur senibus destitutis.

⁂ Geryon, nomen regis hyspani qui ob triplex regnum corpore triplicato fertur constitisse quẽ Hercules interfecit eiusq; boues abstulit, præfuit enim tribus insulis, quæ adiacent hyspanie baleariceq; maiori & minori, & Ebusæ, fingitur etiã bicipitem habuisse canem, quia & terrestri & natuali certamine plurimum potuit. Quod nomen etiam Geriones, onæ, & Geryones, is, & geryoneus, secundum Priscianum declinari potest. Hinc gerionaceus cea, um, Plautus. Qui mihi intromisisti in edibus quingentos coquos, cum senis manibus, genere geryonaceo Aristophanes. Βόλῃ δῆτα μάκεσθαι γηρυόνῃ τε τριπτόλεμῳ λωσονίδᾳ, ἄντι τοῦ τε τριπτολέμου γηρυόνεω τρικέφαλον ἰοντοπολίῳ ἀγώνα, πρὸς ἡρακλῆα. ⁂ideſt vis pugnare geryoni tetraptilo, vt Suidas interpretatur tricipiti, quia geryones triceps fuit certamen iniuit cum Hercule.

¶ Germen dicitur quod ex arborum oculis nascitur surculꝰ pregnans a generando dicit & generationis principium.

¶ Germino as, pe. corr. pullulo, & germen emitto. Cuius cõposita sunt. Congermino, quod est coalesco socio cõiungo. Varro. lib. iij. rerum hu. Postea cum his ynam rempub. consuncti ac congerminati tenuere. Egermino extra germino. Collumel. libro. v. Nam plurimum interest non esse longum sarmentũ quod inseratur & rursus pluris oculos quibus egerminet inesse. Progermino vltra germinando eo. Idem in eodem. Vt & radices deorsum agat, nec ex propinquo negligẽter in summa terra resecta progerminet.

¶ Germinasco germinascis & eius compositum congerminasco, significant coalesco, coniungor. Quadrigarius. Facite exempla eorum, vt cum illis congerminascere sciatur.

¶ Germani quasi ex eadem stirpe geniti. Differtq; germanꝰ a fratre q̃ ille de eadem genitrice sit natus non vt multi dicunt de eodem germine natus, quos Varro tantum fratres vocat. Hoc tamen confundit vsus. Inuenitur enim Germanus esse a parte patris, & frater qui ex solo patre, vel ex sola matre natus sit. Fœmininum huius nominis est. Germana. Verg. Inueni germana viam gratare sorori.

¶ Germania regio quę a Gallis, Rhetijs, ac Pãnonijs Rheno & Danubio fluminibus a, Sarmatis Dacisq; tuetu mutuo ac montibus separatur. Hinc germanici & germanicani, quæ inter se differunt, sicut Hispanienses ab Hyspanis separãtur Siciliẽses a siculis. Nã germanicani dñr milites Romani in Germania militãtes. Germanici q̃ ex germania sunt. Sueton. in Tyberio. Flagitabãt ambo exercitus multa extra ordinem ante omnia vt q̃rentur stipendio prætoriani germanicanis. Idem infra. Neq; enim deteriores esse, aut Hispaniẽsi exercitu, qui Galbam, aut Germanico qui Vitellium fecisset. Germanici etiam dicti sunt quidam imperatores a deuictis germanis. Dicuntur & Germani ipsi indigene, vt Strabo lib. septimo. testatur, perinde ac fratres. quoniam & proceritate corporum & colore flauo, & forma, & moribus, & viuendi ritibus pares existimantur. Hi antea Teutones appellabantur a Teutone eorum deo, quem terra ortum existimabant. Post ea Alemanni dicti ab huiusmodi dei filio Manno. Alij Alemanos ad Lemanum lacum natos volunt. Enonne

¶ Gergonia oppidum in altissimo monte in regione Aruernorum. Cuius meminit Suetonius in Cęsare.

¶ Gerusia in grecis vrbibus vocabant conuentum senum, apud nos senatum & senaculum ab ætatis vocabulo. Plinius libro. xxxv. Sic extruxere domum regiam Attali Tralibus. Item sardibus Croesi, quã gerusiam fecere. Victruuius. Croesi domus quam Sardiani quibus ad requiescendum ætatis otio seniorum collegio Gerusiam dedicarunt. Varro. Senaculum vocatũ vbi Senatus aut vbi seniores consistercnt, dictum Gerusia.

¶ Gesto as, sæpe vel quasi cõtinue gero. Hiero. ad Helio. Hic est ille operarij & quęstuariæ filiꝰ, hic qui matris gestatus sinu hominem deus fugit in ægyptum.

¶ Gestito as, pe. cor. frequentatiuum. Plautus in Cur. Rogita vñ istunc habeat annulũ, pater istum meus gestitauit.

Gesta acta. vide in dictione Acta.

¶ Gestus gestus est id quo indicatur quid geratur.

¶ Gestus a, um, participium a gero.

¶ Gestuosus a, um, quod est plenum actibus letitiæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Gestamen quicquid geritur, vt vestes, arma, sceptrū, Vergilius libro tertio. Aere cauo clypeum magni gestamē Abantis positibus aduersis figo id est quod geri solebat a magno Abante.

¶ Gestatorium appellatur lectica, sella, siue carruca & omne id in quo gestamur, Hiero. libro secdo mac. In gestatorio portabatur Antiochus vt de corpore impij vermes scaturrēt. Sue. de Claudio. Solitus etiam in gestatorio ludere. Dicim⁹ etiā gestatorius a, um, vt sella gestatoria. Suet. in Nerone. Interdiu quoq; clam gestatoria sella delatus in theatrum.

¶ Gestio gestis gestiui vel gestij proprie significat gestus indicantes animi affectus corpore facio. Ex motu enim corporis gestus fiunt. Quod Cicero libro. iij. ad Hærennium docet cum ait. Motus corporis est & vultus moderatio quædā quæ probabiliora reddit ea quæ pronunciantur. Cum ergo gestus sunt quidam motus corporis dextra pede ve designati aut capitis ictu & huiusmodi, profecto gestire est gestus facere Gestimus autem quandoq; letitię seu voluptatis nimię causa, vt in hymno. Enixa est puerpera quem Gabriel predixerat, quem matris aluo gestiens clausus iohannes senserat. Cice. ij lib. officio. Aut voluptate nimia gestiunt quorū omnium vultus, voces, motus, statusq; mutantur. Aliquando etiam mœstitiæ causa vt apud eundem libro. ij. ad Heren. Sin vt emuramplificatione per conquęstionem fœminino plāgore & capitis ictu nonnūq; fedato & inconstanti gestu mœsto & cōturbato vti oportebit. Interdum etiam qs gestit nō præ lætitia, neq; præ mœrore, sed præ concupiscentia. Plaut. in Am. Gestiunt pugni, ideſt gestus faciunt, siue mouentur. Quod autem. Do. in Terent. dicit non esse. Gestire quod lætum esse, verum dicit, quia cum prius dixisset quid est q̄ lætus sis? sequitur. Quid est q̄ sic gestis Cherea enim gest⁹ turpis amores quosdam significabat. Sic Plinius libro octauo. lætitiam a gestu disiunxit cum de panthera loqueretur his verbis. Vt causam doloris intellexit, simulq; salutis suæ mercedem, exemit catulos, eosq; cum his prosequente vsq; extra solitudines deductus, læta atq; gestiente vt facile appareret gratiam referre. Similiter Cicero lib. secundo. de fi. bonorum. Quorum alter lætitia gestit, alter dolore cruciatur. Significat etiam quandoq; gestire desiderare, siue vehementer cupere, sed semper cum gestu aliquo vt apud Terē. in phor. Ego illi succēseam? ipm gestio mihi dari in conspectum nūc sua vt sciat culpa lenem patrem illum factum esse acerrimū. Quandoq; etiam lætari siue delectari, sed tamen cum gestu Persius. Nō hic qui in crepidas graiorum ludere gestit. Augustinus libro secundo confe. Vbi me pater in balneis vidit pubescentem quasi iam ex hoc in nepotes gestirer gaudens matri indicauit. Per translationem. Cice. locutus est pro Marcello. Parietes mediusfidius vt mihi videtur huius curię gratias agere gestiunt ideſt quasi gestu videntur mihi parietes gratias agere. Et hoc vt Cæsari gratularetur. Huius compositum est Prægestio quod est valde gestio, vt exponit Priscianus Horatius libro primo carmi. Ludere cum virtulis salicto, prægestientis.

¶ Gesticulor aris, gestum facio. Col. in prefa. Nec minus corporum gesticulatorem scrupulosissime requirant saltationis musice studiosi.

¶ Gesticulari⁹ a, um, quod ad facientem actus lętitie ptinet. Gesa hasta, vide in dictione Cęsa.

✳ Geseorta genus nauigij, a nonnullis prosimia dicta. Cc.

✳ Gesos viros fortes galli vocant. Cc.

¶ Gessus fluuius apud Iones.

¶ Gessuri pe. prod. regio in Asia.

¶ Gessemani pe. cor. villa pinguissima interpretatur.

¶ Gessen locus ægypti in quo habitauit Iacob.

¶ Geth allophilorum ciuitas fuit. Hæc nūc appellatur Zaph.

¶ Gethę populi in Scytia Europea. Quidā Gethas dacos appellāt, vt Appianus. Strabo arbitratur eos esse Gethas q ad pontum in orientem spectant Helius Spartianus Gethas dicit gothos. De his Ouid. lib. de ponto. Nulla gethis toto gēs est truculentior orbe. Huius nominis nominatiuus singularis est getha vel gethes.

ȝ Geuma, atis, gustatus. Geuo gusto cui⁹ futurū Geuso. Vnde geusis gustus.

✳ Getuli Aphricę populi garamantibus finitimi, & eorum regio Getulia dicta. Cc.

¶ Giarus pe. cor. Insula parua ex cicladib⁹ circuitu. xŋ. milliū passuum, ad quam noxij dānabantur. Iuuenalis pluraliter dixit. Aude aliquid breuibus giaris & carcere dignū, Vt alias etiam notaret.

¶ Gibber & gibberosus & Gibbosus, qui gibbum ideſt tumorem in dorso habet, q̄uis & pro alio quocunq; tumore solido ponatur Iuuenalis. Attritus galea mediisq; in naribus ingens Gibbus & acre malum semper stillātis ocelli. Gibbus & Gibba ipse tumor. Plinius gallinarum genus gibbatū vocat. ipse quoq; Gibbus nominat gibber. Iuuenalis. Attritus gibbere nasus. Iulius firmicus tradit nasci gibberosos, qui in septima parte arietis habuerint horoscopum. Cor. Cælsus tamen docet strumam extantiam quandam in tergo. Gibbū vero in pectore.

¶ Gigas gigantis vir altissimæ stature & terrę filius a poetis fingitur, cum nihil aliud gigantes fuisse credendum sit, q̄ hominū quandam impiam gentem deos negantem. ideo credi tam deos e celęsti sede pellere voluisse. Hinc gigāteus a, um, nomen possessiuum. Iosephus vero lib. i. Andicit gigantes fuisse ex dęmonib⁹ incubis progenitos. Idem Aug. lib. xvi. de ciui. dei. & Eusebius de pępara. lib. vij.

¶ Gigantomachia, gigantum pugna.

¶ Gigeria. Vide in dictione Gingeria.

¶ Gigno nis, genui vel gignui. Secundū, Diome, genitum significat genero, Lactan. lib. iiij. Hac cōditiōe gignimur Huius compositum est Ingigno, quod est intus gigno. Collu. lib. iij. Tanq̄ naturali & ingenita sterilitate laborātibus. Hinc ignis dictus est q̄ in eo, nihil gignatur & prēgnans quæ iam occupata est in generando quod conceperit. & benignus nomen compositum ex bono & gignendo

¶ Gilo nomē ciuitatis, a qua Gilonitæ pe. pro. homines in ea habitantes dicuntur. Est & nomen viri. Iuuena. Vnciolā proculeius habet, sed Gilo deuncem.

¶ Gilu⁹ color medius inter album & rufum, q̄ vt Sentit Gel. Scribit. n. esse tria genera nigrum album medium, quod vocant κιτρεον. giluum. Alij colorem buxeum vulgo gialdum, quidam flauum intelligunt qui ex uiridi & rufo & albo concretus est. Ser. Mellinum intelligit alij cinericium.

¶ Gindes fluuius qui per Dardanos fluēs ingreditur Tygrī.

¶ Gingiuæ pe. pro. in quibus dentes sunt a gignendis dentibus. Lactan. lib. de opi. Dentes autem ipsos ne magis horrori q̄ ornamēto essent gingiuis mollibus que a gignēdis dentibus nominantur. ac deinde labiorum tegminibus honestauit. Iuuenalis Frangendus misero gingiua panis inermi. Huius diminutiuum est gingiuula. Apul. Complanatorem tumidæ gingiuulę.

✳ Gingiuerim siue gingiberim piperis radicem esse perhibēt quidam, sed falso. Nascitur id in arabia & troglodytica Cc.

¶ Gingrio is, gingrij gingritū. Est aurē Gingrire anserum vocis propriū. Vñ genus quoddā tibiarū exiguarū a voce anserum. Gingriuę dicuntur. A quibus Gingritor tibicen.

¶ Gigeria ex multis obsoniis decerpta appellant. Quidā Gigeria sine n. scribūt. Essęq; gallinarū intestina & quę cū his cōbant. Lucilli⁹ gigeria sunt sine allio his vescamur alacriter.

¶ Gion fluuius q apud ægyptios Nilus vocatur. In paradiso oriens vniuersam circuit ęthiopiam. Iosephus Gion quoq; per ægyptū fluens ostendit eum qui nobis ab oriente redditur. quem greci appellant Nilum. Significat hoc nomē terrę hyatum. Quo nomine etiam vocatus est mons in Iudæa apud quem Salomon in regem vnctus fuit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Girgillus instrumentum quo filij reuoluuntur.
¶ Girtum mons apud garamantes, in quo nasci gẽmas vetustas testata est.
♁ Gith. genus seminis Col. lib. vij. Interdũ fastidio ciborum angue scit pecus. eius remedium genus seminis qđ Git appellatur. Plinius scribit aliquos id melanthion, alios melaspermion appellare, optimumq; excitatissimi odoris, & quã niger rimũ. Colligitur succus eius vt hyosciami similiterq; largius venenum est quod miremur quum semen gratissime etiam panes condiat. Pla. Git, excalfactat.

G ante L

¶ Glaber a, um, quod est læne & sine pilis. Plau. in Aulu. Tu istum gallum si sapis glabriorem reddes mihi q; volsus ludi⁹ Nonius de doctorũ indagine. Legitur q; ludis persulis pueri essent glabri ac debiles propter ætatẽ quos antiqui ludios appellabant. Aug. lib. vi. de ciui. dei. A quibus autem spernẽtur glabros aut male barbatos videremus. Huius diminutiuum est glabellus. Glabra etiã siue gabella vocatur interstitiũ supercilia supra nasum determinans, quia sine pilis esse cõsueuit. Martianus capel. lib. i. Quarum vna deosculata philogiæ frontem illic vbi pubem ciliorum discriminat glabelle medietas.
¶ Glabriones idem quod glabri. Et apud Romanos erat glabrionũ familia. Ex qua Acilius Glabrio vir Romanus fuit.
¶ Glaretæ a Columella dicuntur loca quæ nihil ferunt. Hęc greci phalacras quasi calueta appellant, quę satis fructibus q; nuda sunt.
¶ Glabresco glaber fio, proprie glabrescere est sine pilis aut capillis aut plumis fieri, quod euenit nonnũq; morbo aliquo Transfertur etiã quandoq; ad hærbas. Columella libro secũdo. Nam dum a pecudibus legumina proculcantur, hærbę etiam vngulis atterunt. Atq; ita glabrescit, & fit idonea seminibus area. i. fit glabra mundaq;.
¶ Glacies aqua congelata gelu, quasi galacies.
¶ Glaciari est in glaciem conuerti. Plinius. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit.
¶ Glacitare proprium est vocis anserum Ouid. Cacabat hic perdix, hinc glacitat improbus anser.
⁎ Glacialis a glacie deducitur & est quod in glaciem astringi solet. Iuuenalis. Vltra Sauromatas fugere hinc libet & glacialem. Cornucopię.
¶ Gladius ensis, a clade dici videtur, quia ad cladem sit inuẽtus. Dicitur & gladium neutro genere, vt docet Varro. Hinc digladior aris. de quo alibi. Est & gladius genus piscis marini.
¶ Gladiolus paruus gladius. Quo nomine etiã dicta est herba, quædã q; sit foliis gladij similis. Flores habet purpureos.
¶ Gladiatores, dimicatores dicuntur. Cicero libro tertio ad Heren. Tanq; gladiator habuerit. Inter gladiatores specialiter sunt retiarij, qui aduersus mirmillonem pugnabant. Dicti a rete quod sub scuto gerebant vt mirmillonem inuoluerent. Mirmillones dicebaũt gladiatores qui genere quodam galli cę armature vtebantur, quod mirmillonium dicebatur. Vnde Galli ante non mirmilones vocabantur, in quorum galeis piscis effigies erat. Solebant autem retiarij aduersus mirmillonem pugnantes hęc verba cantare. Non te peto piscẽ peto, quid me fugis gallę.
¶ Gladiatura ę. ars ipsa gladiatorum.
¶ Gladiatorius a, um, quod ad gladios pertinet. Vnde spectacula gladiatoria. Cyprianus ad Donatum. Paratur gladiatorius ludus, vt libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. Sallustius. Item ex senatus cõsilio decreuere, vt gladiatorie familiæ Capuam & inter cętera municipia distribuerentur. De gladiatorum origine ac causa Iulius Capitolinus habet hoc pacto. Multi dicunt apud veteres hanc deuotionẽ cõtra hostes factam, vt ciuium sanguine lirato specie pugnarum fortunam satiarent. Alij hoc literis tradunt, quod verisimilius credo. Ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas videre & vulnera & ferrum, & nudos, inter se coeuntes ne in bello armatos hostes timerent, aut vulnera & sanguinem perhorrescerent. Hinc mos tractus videretur. Vt imperatores ad bellum proficiscentes munus darent gladiatorum.
¶ Glaneus nomen proprium viri Chij, qui primus omnium ferri compactionem fertur excogitasse.
¶ Glaphyrus pe. pro. festiuus, iucundus, ornatus, politus, concauus, sculptus, famosus, astutus,
¶ Glans glãdis & Glãdis glãdis dici potest ꝑ fructu arboris quercus, & aliarum arborum glandiferarum. Plini⁹. lib. xvi. Dulcissima est omnium glans phagi. Ver. Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Sed quia ex his homines quondã viuebant, glandis appellatione, vt Vlpianus sentit, omnes fructus continentur. Hinc glans plumbum quod est in modum glandis formatum. Sallust. in Iug. Pars eminus glande aut lapidib⁹ pugnare. Item glans pars summa caulis dicitur quę ꝑpetuo tegitur oculo similis. Præputium enim pellis est qua glans tegitur. Coles ipse penis a quo Coles pendent. Rursus Glandes seu Glandulæ est morbus faucium ob quandã Glandis similitudinem. Ibi enim est caro glandulosa, quę ab antiquis boni saporis putabatur. Martia. Partitur apri glandulas palęstritis Apitius. Interpones pulpas pulli glandulas edonas. Hinc illa pars suis laudatissima Glãdium dictum est. Solent autem hę glandulę intumescere adeo vt hominẽ graui morbo infestent. Hunc morbum etiam Tonsillas dicunt. Plinius libro. xxxvij. de Electro. Pado vero annexa fabula euidẽte causa. Hodieq; transpadanorũ a grestib⁹ maxime decoris causa, sed & medicinæ qm̃ tonsillis creditur resistere & faucium vitijs. Idem lib. xi. Tonsillæ in homine, insuæ glandulę quæ inter eas vuę nomine vltimo dependet palato. A Glans fiunt glande⁹ a, um, Glandulosus a, um, Glãdifer Glãdula diminutiuum. Iulians. & Dꝛuglans. glandatio.
¶ Glandatio glandiũ collectio & pastio suum ex glandib⁹. Glandium pars quędam intestinorum est. vt inquit Priscia. Alij volunt esse partem Apri, iuxta ceruicem vel ipsam ceruicem. In hac enim glandulę positæ sunt. Plautus in Cap. Pertruncauit tribus tergoribus glandia, Inde Caro glandionica. Idem in Mene. glandionicam suillam lardum pernam. Esse autem suis hanc peculiarem laudem ostendit. Collu. qui porcum laudat qui est amplę & glandulosæ ceruicis. Dicuntur etiam glandulę de homine. Cęlius lib. iij. Itęq; arteriæ quas parotidas vocant sursum ꝑcedentes vltra aures feruntur & in ipsis ceruicibus glandulę positę sunt.
⁎ Glanicus amnis qui & Iyris appellatur, in cui⁹ ripa templũ fuit Maricę nymphę Minturnensis. Cc.
¶ Clarea pe. cor. terra fabulosa quę in fluuiorũ ripis vel maris littorib⁹ reperitur. Hiero. in terra auri ũ quęrit & de fluuiorum alueis splendens profertur glarea. Luc. Aut impulsa lenti turbatur glarea vena. Huius diminutiuũ est. Glareola cũ accentu in antepenultima. Plau. Glareolam manu effundens.
¶ Glareosus a, um, quod est plenũ glarea. Plinius. lib. xxvi. Silaris nascitur glareosis & perẽnibus riuis cubitalis apij simili tudine.
¶ Glastum hęrba similis plantagini, qua Britanni se inficiunt vt author est Cæsar, quo horridiores sint aspectu in pugna. Efficit enim cæruleum colorem.
¶ Glaux greçe κλαῦξ auis nocturna a qua glaucus color.
¶ Glaucus color vti placidus grammaticus docet iterdum ponitur pro virili. Est enim qui admissum habet virorialborem. Vnde Vergilius. Glaucas salices & olyuas dixit. Itẽ in hominibus & equis glauci oculi pro splendidis dicuntur. Hunc colorem quidam Cæsium vocant Legimus nonnunq; & maris colorem glaucum sed tunc quando canescit fluctibus. Vnde glaucus deus marinus senior fingitur ex piscatore conuersus in deum gramine gustato. Fuit & alius Glaucus qui primus ferri consolidaturam inuenit. Alius Hippolyti filius a quo Iones nati sunt reges. Multiq; hoc nomine sunt vocati. ♁ Inter quos fuit Minois filius in mel-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lis dolio necatus & esculapij ope reuixit. Item Glauc⁹ carissi⁹ pugil ex Euboia qui ex aratro in olympia productus sępe vi cit. Glaucus item porthmæus ex boetia memoratur quem li bidine furentes equæ lacerauerunt Hic maris ē numē Apud Strabonem Libyæ sinus est, & amnis ibidem vt inquit Plini us ȝ. Et Glaucus nomen piscis est.

¶ Glauciolus dicitur equus qui fellineis oculis est. Cc.

¶ Glaucium hęrbę genus sylvestris & erraticæ rumagrum vocatur. Alij paralaion dicunt. Nascitur in afflatu maris, aut nitroso loco, inde nomen assumpsit. Nam Glaucus cæruleū significat quicolor est maris.

Glaucinum grece dicitur oleum mustū hoc est expressum an teq̄ oliuæ p̄mantur, Nam γλαῦκ☉ grece, latine mustum.

¶ Glaucoma atis. Glaucomatum, ati, & glaucoma mæ. vitiū humoris eius qui crystallinus appellatur in colorem glaucī mutantis in oculo. Plau. in Mili. Glaucomam ad oculos obij ciemus. Serenus. Si vero horrendum ducent glaucomata plū bum. Spiritus alterius prodest qui grana cymini Pallētis mā dens visus exhalat ī ipos. Hypochysis vero siue quod idem est Hypochymata quę nos suffiones vocamus oculorum fit ex humore inter corneam & chrystallynam partem cōcreto. Interdumq; hæc oculi potentie qua cernitur se opponit.

¶ Glaucopis pe. cor. idis, habens oculos cæsios. Quo nomine dicta est Pallas quæ a latinis dicitur Cęsia. Diodo. scribit ae rem nominatum esse pallada, & ideo dici glaucopin quoniā aer glauci, hoc est viridis sit aspectus.

⁎ Glessum electri spēs, quo Glessaria insula abundat. Cc.

¶ Glessaria insula in oceano germanico quę Solino teste cry stallum dat & succinum.

¶ Gleba cæspes terrę dicta q̄ sit quasi globus. Huius diminu tiuum est Glebula. Col. lib. i. Eadem euentilata mūdiora sunt lapillisque carent & glebulis quas per trituram fere terrena emittit area.

¶ Glis gliris generis fœ. terra argyllosa. Glis glitis etiam ge neris fœ. Cardu⁹ dicitur. Glis gliris generis masculini, animal muri simile, nutritur in arboribus. Mar. Somniculosos ille por rigit glires. Idem. Tota mihi dormitur hyems & pinguior il lo Tempore sum quo me nil nisi somnus alit. Hinc Glirariū pro loco in quo nutriuntur glires. Var. Glirarium dissimili ratione habetur q̄ non aqua sed macella locus sepitur.

¶ Glisco cresco. Lui. lib. vi. Gliscente in dies seditione. Item pingue sco. Col. lib. ij. Prius tamen q̄ exilem terram iteremus stercorare conuenit. Nam eo quasi pabulo gliscit. Idē li. viij. Paleis quæ pene omnibus regionibus abundant etiam gli scit, scilicet asinus. Item ardeo cupio, vt in hymno. Nam gliscit ani mus promere cantibus victorum genus optimum. Huius cō positum est Pergliscо. Col. lib. viij. Quæ prima luna saginari cœpta vigesima pergliscit.

¶ Globus & globum vtroq; modo dicitur pro corpore soli do vndiq; rotundo, quem græci Sphęram appellant. Verg. Lucentemq; globum. Ponitur quādoq; pro multitudine ho minum, siue aliorum animalium, aut alterius cuiusque rei si milis collecta & quasi conglobata. Sal. Alij fiducia gnaritatis locorum in occultam fugam sparsi, alij globis eruptionem tentauerunt. Sciendum q̄ si globus ex filio autem alia simili re factus sit glomus dicitur. A Globus fit globosus a, um, p rotundo spissatoq;.

¶ Globo as, aceruo aduno, a quo conglobo, de quo supra.

Glocido as, pe. cor. propriū est vocis gallinarum cū ouis ic ubitureę sūt. Quod fit crebris singultibus ī teriecta voce acuta.

¶ Glocio is, idem quod glocido. Col. lib. ix. Obseruare debet custos dum edant oua, vt ea quæ nata sunt recolligantur no tenturque quo quæque die sint edita. & q̄ recentissima suppo nantur glocientibus.

¶ G omus mi, & glomus eris, est globus ex filo factus.

¶ Glomero as, pe. cor. Implico & globi speciem formo siue fi lum induco. Per translationem glomerare sumitur pro con gregare accumulare. Verg. Et fœdam glomerant tempesta tem imbribus atris collectę ex alto nubes. Hinc fit compos tum Agglomero, quod est applico adiungo. Vergilius. Et lateri agglomerant nostro.

⁎ Glinon aceris genus quod aliter crassiuenīū dicunt campe stre candidum nec crispum. Cc.

¶ Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Quin. Con sentiens laus bonorum gloria appellatur. Hanc Aug. dixit es se iudicium hominum bene de hominibus opinātium. Est ta men inanis gloria vitiorum plærumq; laudatrix quæ diffini tur q̄ sit popularis fama ex honestatis simulatiōe proueniēs. Ci. lib. offi. Vix inuenitur qui laboribus susceptis, periculisq; aditis non quasi mercedem rerum gestarum desyderet glo riam. Inter gloriam & claritatem hoc interest, vt inquit Sene ca lib. xviij. epistolarum moralium, q̄ gloria multorum iu dicijs constat claritas bonorum.

¶ Gloriola diminutiuum est. Cic. Luceio. Illa nos cupiditas incēdit q̄ alacres animo sumus vt cæteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant & nosmetipsi viui gloriola no stra perfruamur.

¶ Gloriosus gloria plen⁹, vt gloriosus homo, gloriosus dies, gloriosus triumphus. Cuius contrarium est Inglorius, q̄ nul la laude aut gloria dignus est, & veluti ignobilis. Verg. lib. iiij. geor. Ille horridus alter Desidia latamq; trahens inglorius aluum. Interdum tamen gloriosus affectionem significat & in malum, vt gloriosus dicatur qui se inaniter iactat, vel alte rius inani laudatione effertur & laudari quærit, vt miles glo riosus apud Terentium.

¶ Glorior aris, construitur modo cum prępositione de. Lact. de ira. Appollodorus quidem, vt de ciui & populari sua glo riatur. Modo sine prępositione.

¶ Gloriabundus qui abunde gloriatur.

¶ Glos appellatur mariti soror, atq; item fratris vxor.

¶ Glossæ, per duplex ss. latine lingua dicitur. Vnde glossæ & glossaria pro interpretationibus ponuntur, q̄ vice linguę hoc est vice doctoris fungantur. Quint. Glossæ sunt secretio ris linguæ expositiones.

¶ Glossemata significat vocem minus vsitatam.

¶ Glossematici, qui glossas conficiunt.

ȝ Glottis idis, latine lingua. Hinc Plin. auē quæ rex cothurni cum appellatur, glottidam vocauit, q̄ p̄longam linguam habeat.

⁎ Glossopetra gemme species grecorum lingua, humanæ si milis, magi eam credunt non nasci in terra, sed deficiente lu na de cœlo decidere. Cc.

¶ Glubo is, corticem detraho. Vnde & pecus glubi dicitur cum pellis detrahitur. Cato de re rus. Salictum suo tempore cędito, glubito, arteq; alligato, librum conseruato. Sueto. de Tyber. Boni pastoris esse tondere pecus non deglubere.

¶ Gluma folliculus grani frumentarij, a glubendo, q̄ eo folli culo deglubatur granum, hoc est decorticetur. Auctor Var ro lib. i. de re rust.

⁎ Gluuire separare est & distinguere. Var. Quæ non modo distringit buccam sed etiam ramis gluuit. Cc.

¶ Glucidatum suaue & iucundum a greco γλυκύ quod dul ce significat.

¶ Glutio is, iui, itum, deuoro. Iu. Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus Induperatorem. Hinc fit deglutio.

¶ Gluto gulosus. Am. Sic amat diabolus filios suos vt per dat sicut amat gluto porcellum vt comedat.

¶ Gluten & glutinum pe. cor. colla dicitur grece. August. li. iiij. con. Laudet te ex illis anima mea deus creator omnium, sed non infigatur in eis glutino amoris per sensus corporis. Hinc glutinosus a, um, Plin. Prioris laus vt recens sit & lenis linguaq; glutinosa. Col. In Asia Mysiaq; densa etiam glutis nosa terra maxime exuberat.

¶ Glutino as, pe. cor. contingo ferrumino. Plin. Vis bitumi nis q̄ sulphuris, sistit discutit attrahit glutinat. Idē. Quo ge nere sistitur sanguis, & vulnus glutinatur. Huius composi ta Agglutino. August. lib. iiij. con. Quia non est vera amici tia nisi cum eam tu agglutinas inter hærentes tibi charitate

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diffusa in cordibus nostris. Conglutino. Plin. li. xxiij. Cortex vitium & folia arida vulnerum sanguinem sistunt, ipsumq; vulnus conglutinant. Deglutino, a glutine libero. Idem lib. xxv. Purgant ulcera oculorum expleteq; & ad cicatricē perducūt, palpebras deglutinant.

¶ Glutinamentū, compactio coniunctio. Plinius lib. xiii. Deprehendit & lentigo, scilicet chartæ oculis, sed medijs inserta glutinamentis.

¶ Gluo is. glui, diffringo valde stringo. Var. de re ruſ. Duricia est enim ea quæ non solum stringit baccā, sed etiam ramis gluit ac relinquit ad gelicidium.

ð Glyciamerides genus ciborum. Vñ & Macro. glycia meridas vocauit madijciali cæna lenticuli flammis appositas

G ante N

ð Gnafalon, genus tomenti, Nam quorum natura mollis & cedida & omnino lanea est, γναφαλωλη græce appellantur.

¶ Gnarus, & Narus dicitur scius & peritus. Gnaritas scientia. Sal. Namq; alij fiducia gnaritatis locorum occulta fuga sparsi, alij globis eruptionem tentauere. Horum contraria sunt ignarus & ignaritas. Gnare aduerbium perite, & quādoque aperte. Apul. Qui ignare id nostris oculis cōtemplati sumus. Vide in dictione ignoro. Antiqui Gnariter pro gnare dixere, a quo prognariter, quod significat audacter strenue. Plau. Age iudica prognariter.

¶ Gnarauit Liuius posuit, pro eo quod est narrauit & gnarauisse pro narrauisse.

¶ Gnoro as, scio, licet non sit in usu, sed eius composita habētur Ignoro & dignoro, de quibus alibi.

ð Gnauus & nauus, celer strenuus a nauium celeritate. Grammatici prothesin figuram appellant quando apponitur litera principio dictionis, vt gnatus pro natus, gnotꝰ pro notus. Cice. Noti erant & naui, & nan quibus cum in prepositio debet abiungi dulcius visum est, ignoti ignaui & ignari dicere q̄ vt veritas postulabat.

* Gnaphos frutex est spinosus quo vestes raduntur. Cc.

* Gnaphalon lana illa breuis atq; concisa quæ ex vestibus a fullone poliendo detrahitur. Cc.

* Gnaphalium hærba quā quidā Chameꝛelon nomināt cuius folia ita alba ac mollia sunt vt plane videaē tomētū. Cc.

¶ Gnatos latine Gena maxilla ve dicitur aut bucca. Inde apud Terent. Gnato parasitus. ð Hinc componitur retrognathius a numero maxillarum genus arancorum siue scorpionum, vt apud Plin. lib. xxix.

¶ Gneus corporis insigne est & prenomen.

* Gnefosum nostri obscurum dixere quasi nebulosum. Cc.

* Gnesion a quilæ genus a latinis sincerum interpretatur, velut verum solumq; incorruptæ originis, media magnitudine, colore subrutilo, raro visum. Cc.

* Gnif pro gignit veteres dixerūt & Gnixus p genitꝰ. Cc.

¶ Gnidus ciuitas lyciæ quæ duos portus habuit & in fronte insulam quæ stadia septem ambitus complectebatur, theatralis & alta aggeribus iuncta continēti. E Gnido viri memorabiles fuerunt Eudoxus mathematicus Platonis sodalis, & Agatharchides peripateticus historiæ conditor, & Theopō pus Iulio cæsari familiaris, & Arthemidorus eiꝰ filius. Et his antiquior Ctesias qui Xerxem medicatus est, & res syriacas persicasq; conscripsit.

¶ Gnosis latine cognitio scientia notitia.

¶ Gnosos vrbs Cretæ in plano sita, quæ alio nomine. Cerathus vt scribit Strab. appellata fuit a fluuio. Ea fuit Minois regia. Hinc gnosius a, um, & gnosidus a, um. Suidas κνοσι῾ος ὄνομα κύριον ὁ πολίτης ἀπο κνωσσοῦ, κνωσὸς γαρ πόλις ἐν τῇ κρήτῃ. *. i. Gnosius nomen proprium & ciuis a gnosso. Gnossos enim vrbs est in Creta.

ð Gnostici hæretici quidam, qui se sic appellatos propter excellentiam scientiæ vel appellari debuisse gloriabantur quī esset omnibus vanjores, atq; turpiores. Vide Augustinum ib. De hæresibus.

¶ Gnomones dicuntur quatuor dentes, quibus equorum ætas dignoscitur. Alij Gnomonem aliter accipiunt. Augu. in dialec. Si detracti loco addas Gnomonem qui hemicyclij speciē ponitur, plus tetragono maiori quā detraxeras reddidisti. Herodotus vero sic. Nam poluere & gnomonem, id est normam &. xij. diei partes a babyloniis Græci didicerunt.

* Gnosco pro nosco veteres dixerunt sicut gnotum pro notum.

G ante O

¶ Gobius piscis, qui & Gobio dicitur. Iuuenalis. Cum sit tibi Gobio tantum in loculis. Martia. Principium cœne gobius esse solet.

ð Goetia pe. cum accentu. Nam græci γουτεια dicūt genus magiq; quę alio nomine theurgia dicitur a legibus prohibita. vide in magia.

¶ Gomor proprie mensura vini est, vt interpretatur Amb. in epistola ad Iustum.

¶ Gomorra & gomorrum vtroq; modo dicitur, sicut Sodoma & sodomum. Solinus de situ Iudeæ. Ibi duo oppida Vnum Sodomum, alterum Gomorrum appellatum.

¶ Gonos, græce γονος latine semē γονυ vero geniculum, vt polygonatum hærba a geniculorum frequentia dicta.

ð Gonothei dicuntur semine fluentes. Nam γονη genitura, γεω fluo. Iosephus lib. vi. de bel. iudaico. Templum Salomonis aramq; cingebat ex saxo lorica vsq; ad cubitum surgens quæ populum a sacerdotibus segregabat & gonotheos arcebat, γονος latine filius dicitur quod patet per eius composita. Antigonus. Chrysogonus.

¶ Gorgias nomen proprium Rhetoris celeberrimi qui pulcherrimum librum de concordia græcis tunc inter se dissidētibus recitauit olympiæ. Fuit & alius gorgias philosophus Leontinus, qui ausus est in conuentu poscere qua de re quisque vellet audire, qui de omni re quæcunq; in disceptationē quæstionemq; vocaret se copiosissime dicturū esse ꝓfitebat.

¶ Gorgones pe. cor. dicte sunt Phorci filiæ. s. Scilla Meduſa Stenio & Euryale, quæ Dorcades insulas in oceano æthiopico sitas habitasse dicuntur contra hesperidum hortos, quę ab agilitate nomē habent, γόργον enim agile dicūt Scribit Dio. Fœminas fuisse in Aphrica bellicosas, aduersus quas Perseus bellum gesserit, & earum reginā Meduſam debellauerit, ac interfecerit, ex cuius cruore vt est in fabulis mox natus ē pegasus alatus equus, ide ad heliconem bœtię montem euolās & pede saxum feriens πηγὴν hoc ē fontem aperuit a quo pegasus est nominatus & ab eo fons ipse hippocrene siue pegaseus siue caballinus dictus. Gorgoneus a, um. Oui. Gorgoneas tetigisse domos. Suidas. τρεῖς γυναῖκες αἱ τοσοῦτον ἐξεχαμφοβερὰ τὰ πρόσωπα ὡς τοὺς ὁσῶντας θνήσκειν καὶ τίθεσθαι σῶ ποταμόν ἐν τόποις λιβύης ἔνθα αἱ γοργόνες διέτριβον. *. i. Tres mulieres vsq; adeo terribiles habuerūt facies vt videntes morerentur, & Tithrasus fluuiꝰ vel locus Libyę vbi gorgones conuersabantur.

ð Gog & magog multi putant esse gentes scythicas immanes & innumerabiles quę trans montem caucasum & meotidē paludem, & prope caspium mare ad indiam, vsq; tenduntur Sed Hierony. teste in Ezechi. non sunt gentes, sed latino sermone gog tectum dicitur. Magog vero dejectum quæ non literaliter, sed spiritualiter intelliguntur & breuitatis causa omittimus.

* Gortyna siue cortyna (vtrumque enim scriptum comperimus) insignis vrbs Cretæ insulæ fuit per quam fluit Lænes us amnis. Cc.

* Gossipion siue gossampinus frutex est ex superiori parte ægypti quæ in Arabiam vergit allatus nūc etiam in quibusdam Italiæ locis nascens ex quo lina fiunt quæ gossipina siue gossapina dicuntur. Cc.

* Gotthia regio Europæ contermina Daciæ & Norvvegiæ, ex qua Gotthi immanes populi, qui olim Italiam armis subegerunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Grabatus pe.pro.lectus exiguus in quo meridiari solēt, dictus quasi garabatus, q̄ in eo capite recumbamus κεφάλαιον enī caput, βάτον paruum græci dicunt. Vnde & prolecticis pauperum & mēdicantium grabati accipi solent, vt est illud in euange Tolle grabatum tuum & ambula. Cic.lib.ij.de diui. diuersa facit lectos & grabatos, ait enim. Concursare omniū mortalium qui vbiq; sunt non modo lectos verum etiam grabatos.

¶ Gracus nomen auis cornici similis nisi q̄ minor est, a voce quam facit vel a gerendo dicta q̄ iacta segetum semina gerat, vel quia ex oliuetis cubitum se recipiēs duas pedibus baccas, tertiam ore ferat ꝺ̄ seu etiā q̄ gregatim volitet, siue a gracilitate propter paruitatem. Est huic furandi natura, ex quo nonnulli Monedulam eam appellauere a furandis monetis. Exprimit sermonem humanum, & cauea emissus reuertitur. Harum auium tria sunt genera. Maiusculæ similiores sunt cornicibus nisi q̄ nigriores. Minimæ & inter eas mediq; quib⁹ rostra & pedes rubent.

ꝺ Graculus diminutiuum accipitur pro monedula aue, & ꝑ pisce qui a Plinio dicitur q̄ sit similis dracunculo.

¶ Gracchus per duplex cc, & cum aspiratione cognomē fuit familiæ Romanę. Duo autem fuerunt gracchi fratres Tiberius & Caius ambo eloquentes, quorum eloquentiæ mater Cornelia multum contulit, verum & doctior & eloquētior fuit Cai⁹ qui erat minor natu, quo nemo plenior, nemo vberior fuisse fertur, grandis erat verbis, sapiens sententijs, genere toto grauis.

¶ Gracile adiectiuum pe.cor. significat quod est tenue ac corpore macilentum. Turpil Nosti q̄ sit gracili corpore. Quod & gracilens, tis, dicitur & gracilentum Nęuius. Vide gracilentis colorē. Interdū gracile ponitur ꝑ molli. Hor. Quis multa gracilis te puer ī rosa. A gracilis fit gracilitas & gracilitudo. ✳ Gracchuris vrbs Iberiæ q̄ antea Iurcis nominabatur. Cc.

¶ Gradus sunt ex quibus scalæ constant, & quibus ad ædificiorum altiora conscenditur, a gradiendo dicti q̄ per eos eatur. Verg. Ærea cui gradibus surgebant limina. Gradus etiā gradientium pedum vicissitudo est, vt apud eundem. Gradibusq; sonare compositis. Interdum gradus sumitur ꝑ stabilitate firmitate. Cic.lib.i.offi. Nec tumultuantes de gradu deijciuntur. Hinc gradum facere & gradum iacere dicimus, vt si in arborem tectumve scandere velim ex saxo aut scāno, aliqua ve alia re, gradum facio. Cic.contra Rul. Hunc quasi gradum quendam atq; aditum ad cætera iactum intelligetis. Gradus quoq; cognationis dicti sunt ad similitudinem scalarum locorumue decliuium, quos ita īgredimur vt a proximo in proximum, id est in illum qui quasi ex illa nascī ve niamus. Quapropter graduum huiusmodi alios superioris ordinis esse Caius scribit, vt sunt pater & mater qui sunt in primo gradu. In secundo Auus & Auia. In tertio Proauus & Proauia. Alios inferioris, vt liberi. Alios ex transuerso siue latere vt fratres & sorores liberiq; eorum. A gradus fiunt Tardigradus a,um, pe.cor. qui tarde graditur. Vnde testudinem tardigradam dicimus. Spissi gradus pro frequēti gradum motu incedente. Plau. Spissi gradissimos tardiores q̄ corbitæ sint in tranquillo mari.

¶ Grador aris, quasi ꝑ gradus eo, a quo regrador, de q̄ alibi.

¶ Gradator a magno gradu. Plau. in pe. Vincere tis cursu ceruas, & gradatorem gradu.

¶ Gradarij equi qui sine succussatione molliter incedunt. Lucilius libro.xiij. Ipse equus non formosus gradari⁹ optim⁹.

¶ Gradatio apud rhetores dicitur cum ex prima sententia oritur secunda, & ex secūda tertia, atq; ita deinceps.

¶ Gradatim aduerbium significat per gradus & ordinate lēteque. Varro libro primo de re rust. Cito quidem inquit gradatim alium præponens alio agrum meliorem dicit esse ī nouem discriminibus.

¶ Gradiuus pe.pro.a gradiendo, vel quia gradatim & per ordines in bellum itur. Vnde Mars gradiuus dictus est. Sunt tamē qui gradiuum a gramine dictum putent, quia gramine sit ortus. Vnde & graminea corona in re militari maxime ē honorationis. Alij a vibratione propter hastas crebro in bello vibratas, quoniam græci κραδαίνειν vibrare dicunt. Alij gradiuum non latinum nec græcum, sed thrax vocabulum esse, & significare bellicosum & fortem dicunt.

¶ Gradior eris, gressus significat vado. Lact.lib.iiij. Claudis vero ac pedum vitio afflictis non modo gradiendi, sed etiā currendi dabat facultatem. Huius composita sunt Aggredior. Antegredior. Congredior. Digredior. Egredior. de quibus alibi. Ingredior. Introgredior. Dicimusq; ingredior fori & in forum. Aliquando ponitur pro simplici gradior incedo. Verg.lib.iij.Geor. Continuo pecoris generosi pullus ī aruis Altius ingreditur. Cic.ad Atticum. Si dormis expergiscere, si stas ingredere, si ingrederis curre, si curris aduola. Interdum ingredi est prouenire & se ostendere. Plau. Nihil te pudet scelere in conspectu ingredi. Ingredi in mulierem ē mulieris personam assumere. Hiero.in psal. interpretatione. Solet in theatris vnus homo frequenter diuersas habere personas, nunc ingreditur in mulierem, nunc in virum, nunc in regem, Et q̄ in regem processerat, rursum in seruum procedit. Interdum est quasi incipere. Lact.lib.vi. Iustus ergo quoniam durum asperumq; iter ingressus est. Introgredior. Verg.libro.i. Æne. Postq̄ introgressi & coram data copia fandi. Progredior vltra procedo. Cic.in Lęlio. Id primum videamus si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Hinc progressus & progressio. Idem lib.i. Tus. Qui errantium stellarum motus progressiones institutionesq; notauit. Hinc progressus & progressio pro processu. Aliquando antegradior. Plaut. Extremum intra carcerem ipsum progreditur parthenopeum. Prętergradior vltra transeo. Cic. Appio pul. Currens Lepta venit, mihiq; nuntiauit te iam castra prætergressum esse. Apul. Cunq; stabulum prætergressus fuissem recognita cœpi retro cedere. Hier. Ponam & aliam expositionem ne quid videar prætergressus. Regredior retrogradior reuertor. Plau.ī Aul. Illuc regredere ab hostio Lactan.lib.vi. Cum ventum fuerit ad extremum vnde iam regredi non licet. Supergredior superambulo supero vt est illud. Sed tu supergressa es vniuersas. Subtergradior transgredior vltra gradior. D. Brutus Ci. Vt alpes transgederet. Lact.lib.ij. Nemo tunc millesimum annum transgressus est. Transgressio apud rhetores dicitur cum ab ea sententia quam proposuimus conuertimus sermonem ad aliquam personam aut rem aut fortunam & tanquā præsentem appellamus. Vt hęc mulier nuper fuit locuples & potens in amore delitijs necessariorum ornatus eius opib⁹ abundabat, magnus ancillarum quæ sequebantur comitat⁹ appellabatur. Nunc contra subito & graui casu afflicta vix mediocris ancillulę dignitatem retinet. O fortuna q̄ vehemēter te rerum varietas oblectat, & quam magno odio est tibi beatę vitæ perpetuus & constans fructus.

¶ Grassor aris, quasi a gradior frequentatiuum est. Fest⁹ grassari proprie dicuntur latrones vias obsidentes. Gradi siquidē ambulare est. Vnde tractum grassari ab impetu gradiendi. Sed cum quis grassatur. i. cum impetu siue frequenti gradu vadit ī aliquem & bono & malo animo grassari potest. Ideo & in bonam & in malam partem accipi potest. In bonam. Sallust. in Iugu. Sed dux atq; imperator vitæ mortalium animus est qui vbiq; ad gloriam vi grassatur id est cum frequēti gradu, vadit, abunde potens pollensq; & clarus est. Silius. Grassandum ad clara periclis. In malam. Lact.lib.ii. Suis enim vitijs perditi sæuiunt & grassantur, vt perdāt. i. cum frequēti gradu vadunt. Ab hoc malo animo ī hoc verbo Grassor sæuio significatio nascitur eo q̄ cum quis grassatur id est frequēti gradu siue cum impetu properat in aliquem vt ipsum telo seu quouis alio modo feriat, vel malo animo rapiat, hoc sæuire dicitur. Lact.lib.iij. Archipirata quispiam vel latronū ductor si suos ad grassandum cohortetur. Cæsar. Grassari in hostes vetat. Aliquando in hac significationem redigatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Liui.lib.ij. Trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanę vt in te hac via grassaremur. Huius compositum Oggrassor quod est obuiam seu contra cum impetu aut frequẽter gradior. Plaut. in Pe. Nisi cum pedicis condidicistis oggrassari gradu.

¶ Grassator qui per vim & insidias latrocinatur. Iu. Interdũ & ferro subitus grassator agit rem. Callistratus. Grassatores, qui prędæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur.

¶ Græcus cum æ, diph. nomen viri proprium, a quo Gręcia regio Europæ dicta est, a quo græcus a, um, quod ex græcia est. Hæc ab Isthmi angustijs incipit & a septentrione in meridiem vecta, qua sol oritur ægeis, qua occidit Ioniis fluctib⁹ obiacet. In ea Athenę & Marathonij campi. Citheron & parnasus montes.

¶ Gręcostasis pen. cor. quasi gręcorum statio. Locus de quo Varro sic habet. Ante curiam hostiliam rostra sub dextra a comitio locus subструctus vbi nationũ subsisterẽt legati, gręcostasis appellatus a parte vt multa senatum supra græcostasim vbi ædis concordiæ basilica opima.

¶ Graiugenæ pe. cor. græci dicti sunt.

¶ Gręcari pe. cor. est conuiuijs & libidinibus operam dare ab eo ꝙ græci liberius se haberent in conuiuijs. Nam quandoq; verba trahuntur a moribus nationum.

*Gręca salix dicitur salix rubra. Cc.

*Gręcisso græcos imitor. Cc.

*Gręcula mala a patria sic dicta. Cc.

¶ Gręcula rosa quę non nisi in humidis prouenit nec vnquã excedens quinq; folia violæ magnitudine colore nullo. Cc.

¶ Gralłę fustes furculas habentes sunt quibus nituntur. Hic grallatores dicuntur qui in perticis abiegnis passus ingẽtes faciunt. Grallatorium gradum Plau. vocat maximum sicut econtrario minutulum formicinum & testudineum. Plau. vi ceretis ceruas cursu & grallatorem gradu.

¶ Gramma atis, & grammatum ati, latine litera dicitur. Vnde epigrãma & epigrãmatum cũ aljs a gramma compositis.

¶ Grammatica literaria dicitur. Est enim vt literę suas custodiant voces, & quasi depositum reddant. Est enim grammatica rectę loquelę, rectęq; scripturę scientia, quæ vsu ratione auctoritateq; constat.

¶ Grammaticus, literatorius seu literator qui grammaticã docet qui & grammatista dici potest & triuialis. Sed & poetarum interpretes grammatici dicuntur versanturq; non solũ circa sermonem, sed etiam circa historias & carmina euagantur. Mar. de Epigrammatis suis. Grammaticis placent & sine grammaticis. Grãmatici prius critici dicti sunt authore Dione Chrysostomo. Cor. nepos ait literatos proprie appellãdos esse poetarum interpretes qui a græcis grammatici nominãtur, eosdem literatores vocitatos Messala Coruinus author est. Sunt qui grammaticum a grammatista distinguunt vt literatum a literatore, tanq̃ grammaticus absolute & perfecte doctus sit, sicut literatus. Grammatista sicut literator mediocriter eruditus, in malam enim partem accipitur.

*Grammanæ gemmę quę per transuersum alba linea prędi gantur. Cc.

¶ Grammaticus a, um, quod ad grammaticam pertinet.

¶ Grammatei dicuntur scribę qui rationes publicas in tabulis scribunt. Apul. lib. xi. Tum ex his vnus quem cuncti grãmatea dicebant. Hi etiam ab epistolis & cancellarij dicuntur ϑ In libris regum Auricularius a secreto dicitur, quem lĩgua vernacula secretarium appellãt & ab epistolis. Suidas ait grãmatea esse notarium & ἀπωμοσχέτορ. i. arcanorũ participẽ ϑ. Hinc Archigrammateus princeps scribarum.

¶ Grammatophilacium locus vbi scripta publica seruãtur.

*Grammatocyphon qui capite summissimo, & in genibus papyrum tenens scribit. Cc.

¶ Gramme longitudo sine latitudine mẽsuræ subiecta. Au. Si omissa latitudine solam quis longitudinem voluerit emetiri, longitudo sine latitudine mensuræ subiecta gramme dr, non ꝙ sit longitudo aliqua quæ careat latitudine, sed ꝙ solã quis metiens longitudinem grammen metiri dicitur. Et hæc Linea a nostris dicitur. Eam ita diffinit Euclides. Linea est lõgitudo illatabilis. Emensa vero cum longitudine latitudo dicitur epiphania.

¶ Gramiæ sunt oculorum pituitæ. Vnde gramiosi oculi, a quo qui tristes sunt in hodiernum quoq; diem gramiosi vulgo nominantur.

¶ Gramen hærba vulgatissima sic dicta ꝙ geniculatis internodijs mirifice serpat, a gradiendo, vel a gignendi fœcunditate. Crebro enim nouas spargit radices. Refert Plin. eam hęrbam nasci vbi humanus sanguis ceciderit, Gramen capiti circundatum sanguis fluxiones e naribus sistit. Quandoq; tamen gramen ponitur generaliter pro omni hęrba. Vñ graminea corona dicta est quę ab vniuerso exercitu seruato seruatori dabatur vbi obsessor aliquis seruasset quodcunque id genus hęrbæ foret decerpto viridi gramine. Graminosus plenus gramine. Col. lib. i. Quid syluester ager, quid humid⁹ & graminosus, quid siccus & spurcus recusaret.

¶ Grando gutta aquę in aere cõgelata, sic dicta ꝙ solito grãdior, sit. Vel quia granis contineatur. Hinc grandinosus a, ũ, vt Grandinosa loca in quibus frequentes sunt grãdines. Grãdo etiam quã græci χάλαξαν & χαλάζιον vocãt collectio est sub cute buboni & ægyprię fabę similis vt inquit Pollux dolorem si tangatur afferens. Dicuntur & in oculo Grandines cum segnis humor circa palpebras coit sed ita vt id tuberculum digito huc & illuc impelli possit.

¶ Grandinosus a, um, quod abundat grandine. Col. lib. iiij. Post hæc non ignorabit dominus loci plus esse posse qualitatem cœli frigidam vel calidam siccam vel rosidam grandinosam ventosamq; vel placidam serenam vel nebulosam, id ẽ quæ sępe grandinem infert. Rosida quæ siccitatibus laborãt.

¶ Grandinatus a, um, participium quod est grandine saucĩ Aug. in psal. Grandinata est vinea. ϑ Idem de conuenientia. x. præceptorum. Qui suo malo desyderio forinsecus furant iusto dei iudicio intrinsecus grandinantur. Et infra. Quid tibi prodest si vbi homo non videtur furaris, vt vbi deus videtur grandinaris?

¶ Grandebale pe. cor. pili subalares, quos, Vosellis tolli sępe molliores iubebant.

¶ Grandis & hoc grande, apud veteres, non ad corpus, sed ad ętatem tm̃ referebatur iam adultam. Ter. An sedere oportuit domi virginem tam grandem. Q. si natu addatur, puectiorem ætatem significat, & iam pene senilem. Plin. Iunior. Mulier natu grandior & tot liberorum partus. Nunc vero grandis sumitur pro magno & nonnunquam ad inanimata refertur. Hic. Grandes materias ingenia parua non sufferũt.

¶ Grandiusculus a, um, dimi. Terent. in An. Iam fere grandiuscula profecta est.

¶ Granditer aduerbium. Cypria, ad cornelitĩ. Docuistis grãditer deum timere. Christo firmiter adhærere.

¶ Granditas dicta est maior ætas. Sisen. lib. iiij. histo. Neq; ętatis granditatem neq; ea merita, neq; ordinis honestatem aut dignitatem sibi esse excusationi.

¶ Grandæuus a, um, quod est prouectioris ætatis hoc ẽ grãdis ęui. i. senex.

¶ Grandiloquus pe. cor. eloquens & qui cũ quadam verborum magnificentia loquitur. Cicero. Nam & grãdiloqui vt ita dicam fuerunt cum amplasententia tum grauitate & maiestate verborum. Hinc grandiloquentia.

¶ Grandio is, iui, itũ, grandem facio. Plautus in aul. Si hodie herde fustem cœpero aut simulũ in manu testudineum istũ tibi ego grandibo gradum.

¶ Grandesco cresco grandis fio. Plin. lib. xviij. Crescente luna frumenta grandescunt. Hinc ingrandesco quod est valde vel intus grandis fio. Col. Quæ lens vt celeriter prodeat & ingrandescat antequam seritur fimo arido permisceri debet. Idem lib. ij. Omne autem frumentum spicam a tertio ad quartum modum emittit & cum totam edidit. viij. diebus defloreſcit ac deinde grandescit diebus. xl. quibus post florem ad

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

maturitatem peruenit.

¶ Granum fere frugum dicitur vt tritici hordei farris & huiusmodi quod est intimum solidum, a quo granarium. Acini sunt ceterorum fructuum, vt vuæ baccarum & huiusmodi. Granum etiam generaliter dicitur pro omni eo quod greci vocant coccum. Vnde coccum ilicis granum vocamus. ȣEt coccum granum emerita lusitaniç, ac bethica fere tota copiosum fert. Vnde puto consecutum vt regio ea modo grana nominetur pro bæthica.

¶ Granarium locus in horreis seruandis seminum granis paratus, vel in quo grana frugum reponuntur. Var. Tritticum condi oportet in granaria sublimia que perflentur ventis ab ex ortu & septentrionum regione ad quæ nulla aura humida e propinquis locis aspiret. Granaria quidam habent sub terris speluncas quas vocant siros. Alij puteos. Per. Iam nũc astringas iam nunc granaria laxes. Nonnulli horreum ab hordeo, Festus a farre farreum vocat.

¶ Granosus a, um, dicitur omne quod intus habet grana.

¶ Graphis idis, ars pingendi quæ maxime lineis constat, & linearis vocatur, quam Plin. lib. xxxv. scribit esse inuentam a Sophocle. Dicta graphis a stilo quem greci graphion & graphida quoq; nominant. Plin. lib. v. Graphidis vestigia extãt in tabulis ac membranis ex quibus proficere dicuntur artifices. In quo sciendum per graphidis vestigia picturæ genus accipiẽdum esse quod greci vocant Ichnographiam. Ea est circini regulæq; modicę continens vsus, ex qua capiuntur formarum in solis arearum descriptiones vt inquit Victru. lib. i. Qui & orthographiam & scirographiam nominant.

¶ Graphium stilus ferreus seu penna argentea qua signantur in tabellis literæ vt olim in cera, seu figuræ. Amb lib. Hexa. Neq; vero si ipse non comprehendas idcirco non cœpit aut nequaq̃ desinet si ipse circuitum vel atramento vel graphio ducas. Ouid. Quid digitos opus est graphium lassare, tenendo. Stilus autem sicut docet. Hie. in expositione psalmorũ scribit in cæra. Calamus in charta membrana aut in quacunq; materia quæ apta sit ad scribẽdum. Graphus scriptus vel pictus. Agraphus non scriptus vel non pictus Graphia scriptura vel pictura. Vnde scribo pro pingo etiam apud nos, & picturas legere dicimus.

ȣGraphicus homo dicitur ad vnguem factus absolutusque & quasi pictoris manu expolitus. Plaut. Nę tu habes seruum graphicum & quantiuis præcij Graphice, eleganter polite.

ȣGraphicotera quoque per comparatiuum dicta absolutiora elegantioraq;.

ȣGraphe apud græcos dicitur accusatio. Et vt inquit Suidas genus est cuiusdam publice accusationis.

¶ Graphiarium theca in qua stili reponuntur quibus & scribere simul & pingere solebant antequam penicilli & colores inuenirentur. Dicitur & theca graphiaria. ȣMartia. Hęc tibi erunt armata suo graphiaria ferro.

¶ Gratia inquit Aug. dicta est quia gratis datur. Quare gratis datur? quia merita non præcesserunt sed beneficia dei te pręuenerunt. Vnde recte gratia sumitur pro beneficio. Cice. Cum præsertim considerem nullam esse gratiam quam vel non capere animus meus vel in accipiendo vel remunerando cumulandoq; illustrare posset. Omne enim quod habent homines a deo gratia est. Nihil enim ex debito habẽt. Quis enim prior dedit, & retribuetur illi. Tres autem scribunt fuisse gratias Aglaiam id est lætitiam. Thaliam id est virentem quia beneficium semper viret, Euphrosynem quam delectationem nominant. Hæc a græcis χάριτες vocantur ἀπὸ τῆς χάρας quod lætitiam significat. Merito enim lętati videtur & qui dant & qui accipiunt beneficium Treis autem ideo esse prodiderunt quia & benefici esse in alios debemus, & aliorum beneficia suscipere & ijs qui in nos liberales fuerunt retribuere. Dare autem & accipere & referre tres actus sunt inter se distincti. Hinc gratiosus. Aliquando capitur pro pœna siue damno. Idem. Vt pro iniuria parem ei gratiam referret. Aliquando pro mercede. Idem in Lęl. Vt enim benefici liberales que sumus non vt exigamus gratiam, id est mercedẽ vel vtilitatem, neq; beneficium fœneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus. Aliquando pro pace seu amore. Terent. in Hecy. Neq; alio pacto componi potest inter eas gratia. Et in Eu. Adibo atq; ab eo gratiam quam video velle in ibo. Aliquando pro benignitate. Tibul. Gratia magna Ioui vetuit pater ipse valere. Aliquando pro causa seu respectu. Sal. Rem omnem aperit cuius gratia mittebantur. Aliquãdo pro virtute seu efficacia vt frequenter apud Ambro. Habere autem gratias vel agere vel referre. Videĩ dictione Ago

¶ Gratus qui gratiam pro beneficio refert, vel saltem memor est accepti beneficij. Cuius contrarium est ingratus a quibus gratitudo & ingratitudo. Grate & ingrate aduerbia, & gratis & ingratis. Accipitur etiam Gratus pro lęto & ingratus pro tristi. Verg. lib. vij. Et cineri ingrato suprema ferebãt Et gratus pro spõtaneo. Et ingratus p̃ iuito & coacto legit.

¶ Gratiosus valde gratus. Nam plenum gratia significat & is est qui habet gratiam id est qui in populo acceptus est. Cic. lib. iij. offici. Tum pithius vt argentarius qui esset apud omnes ordines gratiosus, id est habens multam gratiam. Idem. Lentulo. Vehementer confidit his nostris literis apud te gratiosum fore id est valde gratum. Gellius accipit gratiosum tam pro eo qui gratias adhibet q̃ qui admittit.

⁂ Gratidia proprium nomen mulieris Neapolitanę vnguẽtariæ ac maleficæ quam Horatius in epodo. Canidiam nominauit. Cc.

¶ Gratis aduerbium significat sine prẽmio, sine merito, quod vulgo dicitur per gratiam. Hiero. in geñ. Quia frater meus es, non seruies mihi gratis. Am. In diuinis scripturis reus scribitur qui non studuerit dare gratis quod ipse gratis acceperit. Alias significat sponte. Aug. lib. iiij. con. Quorum exemplo gratia quędam gratis posui, vel in ipso substantiæ genere innumerabilia reperiuntur. Sic ingratis inuite non vltro, quia vltronea grata sunt. Ingrata quæ ab inuitis & recusantibus fiunt. Plau. i Amph. Hæc heri immodestia coegit me q̃ hoc noctis ingratis excitarit. Terentius in Eu. Opus faciam vt defatiger vsq; ingratis vt dormiam.

¶ Gratuitus a, um, pe. pro. quod datur gratis i. sine præmio quod non est mercenarium. Cice. lib. i. de legibus. Quid liberalitas gratuita ne est, an mercenaria? si sine præmio benigna est & gratuita, si cum mercede conducta. Aug. Gratuitam nobis impendit deus dilectionem quibus gratis vnigeniti sui misit redemptionem. Hinc fit aduerbiũ gratuito. Sue. in Cæsare. Omnibus vero circa eum atq; etiam parte magna senatus gratuito aut leui fœnore obstrictis.

¶ Grates numero tantum plurali & in hac tantum terminatiõe pro gratijs quę referri debẽt pro accepto beneficio. Ver. Grates per soluere dignas Non opis est nostrę Dido.

¶ Gratificor rem gratam facio consentio complaceo. Cice. Lentulo, Q. Pompeio se gratificari putant. Differunt tamẽ Gratificari & gratum facere q̃ gratificari in se cõtineat quiddam maius. Est enim beneficum esse. Vnde dicimus Deum gratificari hominibus quasi sit beneficia cõferre. Gratum vero facere sit obsequi & inseruire. Cic. Si hunc iuueris gratissimum mihi feceris. Hinc gratificus.

¶ Grator aris dijs gratias ago & quasi supplico. Ouid. lib. iij. fast. Quisquis ades, castæq; colis penetralia Vestæ, Gratare iliacis thuraq; pone focis ĩterdum Gratari est gaudere de bono proprio, vt apud eundem. lib. viij. meta. Osuperi totoq; libens mihi pectore grator. Quandoq; etiam est lętari de bono alterius. Ver. Inueni germana viam gratare sorori. Liu. li. vij. tuum sequentes currum Iouis optimi maximi templum gratantes ouanteq; adire.

¶ Gratulari cum datiuo proprie est dijs siue hominibus qui nobis benefici fuerunt in successu aut nostro aut aliorum cũ laudibus festiuitatem ostendere. Oritur enim ex lætitia gratulatio vt ex dolore querimonia. Lactan. lib. vi. Nihil est q̃ sibi aliquis gratuletur si has inanes virtutes adeptus est. Ænnius in hecuba. Iuppiter tibi summe tãdem male re gesta gra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ulator. Interdū prętermittitur datiuus cū fuerit pronomē. Ouid. Prisca iuuent alios ego me nunc denique natum gratulor. vbi intelligitur mihi. Quint. Gratulemur iam ꝙ nulla ciuitas laborat, subintelligitur nobis. Gratulari etiam est gratias agere siue supplicare. Liuius. Triumphantes in capitolium ascendebant Ioui optimo maximo cęterisq; dijs gratulaturi. Nec mirum si gratulari diis dicimus quasi offendere nos illis aggaudere, cum salutare etiam eos dicamus quasi salutē illis optare, quod non dijs sed hominibus conuenit. Vnde dicimus salute sancta parens. Gratulari cum accusatiuo est gratum habere. Teren. in Eu. Salutant, ad cœnam vocant aduentum gratulantur. Plaut. in Cap. Vbi quisquam videt eunt obuiam gratulanturq; eam rem, id est gratam habent. Huius compositum est congratulor.

⁂ Graucasum Caucasum nominarunt, quod Scytharum lingua significat niue candidum. Cc.

¶ Graue suapte natura significat ponderosum, vt graue saxum quod nos cum molestia grauat in ferendo. Verg. Vomis & inflexi primum graue robur aratri. Et per translationem dicitur morbus grauis, senectus grauis, id est molesta, quoniam qui molestiam ex senectute morbo cæterisque huiusmodi sentiunt quasi onere intolerabili pręmuntur, quod cupide ve ut graue onus a se vellent deponere. Cic. in Catone. Q; nunq; senectutem tibi grauem esse senserim. Itaq; vnus modus est quę corpori aut animo molesta sunt ea grauia appellare eo ꝙ molestia a mole, id est a re magna vocata est. Alter modus est, ꝙ quemadmodum grauia & grandia saxa nō facile loco mouentur, sed ad omnem temporū mutabilitatē hęrent, ita homines constantes ac sapientia p̄diti merito graues dicuntur, qui nec p̄cibus, nec minis ab ęquo dimouentur, vt hi faciunt quos leues vocamus, qui in similitudinem paleę ad omnem auram ventilantur. Hinc grauitas pro firmitate ac constantia animi, ac in vultu moribus verbis rebus agendis quædam seueritas. Aliquando pro molestia & magnitudine vt grauitas odoris, grauitas doloris, grauitas sōni. Variis aliis modis dicitur graue sed ad hos reduci possūt Nam ponitur pro pernicioso acerbo nocente. Cic. lib. iij. offi. Magnum illud bellum & grauem aduersarium imperij sustulissent. Idem. Facilius & in morbos incidunt adolescentes & grauius ægrotant. Pro forti & robusto Ver. lib. v. Prima pares ineunt grauibus certamina remis. Pro grandęuo. Idē. Hinc grauis entellus dictis castigat acestem. Pro vtili solido firmo constante. Cic. lib. i. offi. Vt iam sint alia grauiora atq; meliora tamē nos studia nostra naturę regula metiamur. Pro tristi. Verg. lib. viij. Grauior ne nūtius aures Vulneret. Pro sapienti cum auctoritate. Ci. in Horten. Quid enim aut Herodoto dulcius aut Thucydide grauius? Pro ponderoso. Vñ graue ęs dicitur, quia deni asses singula pondo efficiebāt. Pro necessario. Lucil. lib. xxix. Habeasq; animo mihi admodum causam grauem fore quæ me ab vllo cōmodo abducat tuo. Pro pleno. Verg. Tum pietate grauem ac meritis si forte virum quem Conspexere silent, pro fœcundo & frugifero. Idē Quid labor aut bene facta iuuāt, quid vomere terras Inuersisse grauis? Pro multo. Var. Vbi graues pascantur arcq; alātur pauonum greges. Sal. libro. iij. histo. Cœpit per omnem prouinciam graue prætium fructibus esse. Pro amaro. Varro in quinquatribus. Absynthium vt bibam graue & castorium. A grauis fit aduerbium grauiter & graue.

Grauiter significat multum. Cæcil. Placere hoc cœpit grauiter. Cic. Nec vero audiendi grauiter qui inimicis irascendum putant. Verg. Grauiter spirantis copia thymbræ. Aliquando significat aspere male. Idem. Graue olētis auerni. Aliquā do molestē. Cic. Grauiter & iniquo animo tuli. Aliquando sapienter. Idem. Si quid prudenter si quid grauiter factum ē. hoc est non leuiter ac insipienter, sed mature sapienterq;.

¶ Grauedo ponderositas, quandoq; sumitur pro morbo seu humore qui ex capite distillat, nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam mouet, sicuti docet Cælsus. li. iiij. Carul. Sēsire sesso ꝙ grauedinē & tussim. Plau. in Asi. Quod illa haud simulet quasi grauedo profluat. Hoc ne sic faciat tu labellū absi ergas. Græci coryzas vocant. Hippocrates distillationes omnes & grauedinem nominat coryzas.

¶ Grauedinosus non solum qui grauedine ifestatur, sed etiā qui ad eum morbum est procliuior. Cic. lib. iiij. tus. Itaq; dicim⁹ quosdam grauedinosos, quosdam terminosos non quia iam sint sed quia sæpe sint. Plinius appellat Aruum grauedinosum, ꝙ bobus in pabulo grauedinem facit.

¶ Graueolentia malus dolor. Pli. Et oris graueolētiā tollit.

¶ Grauicors grauis cordis. Cc.

⁂ Grauiloquus grauia loquens, inde grauiloquētia. Cc.

¶ Grauo as, p̄mo onero molesto. Ver. Nec me labor iste grauabit. Hui⁹ composita, Aggrauo quod est super seu pl⁹ grauo. Col. lib. ij. Tū etiam ratio rustici aggrauatur exiguo profecti operis. Degrauo deorsum grauo. Idem libro. i. Et quod prius extructum imminebit cedenti paulatim degrauatum pondere suo præceps attrahetur. Verg. lib. iij. Degrauat ętna caput. Cypri. Quomodo cœlum petunt & ad sublimia & alta conscendunt qui terrenis cupiditatibus degrauantur. Ingrauo intus seu valde grauo. Hiero. in Exo. Ingrauatum est cor pharaonis. Prægrauo valde grauo. Idem ad Marcellam. Quapropter moneo vt dum mundi huius viam currimus non duabus tunicis, non calciamentorum pellibus prægrauemur. Et hęc omnia habent penultimam correptam.

♁ Grauor depo. Plaut. in mili. Quid grauaris? id est graviter fers. Et modo absolutum, modo transitiuum est, vt cum dicimus Grauor aduentum tuum. Passiuum est cū dicimus Grauor ingentione.

¶ Grauate aduerbium significat cum labore siue cū molestia

¶ Grauesco is, grauis & oneratus fio, Ver. lib. ij. ge. Nec min⁹ interea fœtu nemus omne grauescit. i. oneratur Hinc aggrauesco magis grauis fio. Terent. in Hecy. Male metuo ne philomenæ magis morbus aggrauescat. Ingrauesco eiusdem significationis est. Aug. li. ij. de ciui. dei. Nam ingrauescente pestilentia ludi scænici Romę primitus instituti sunt.

¶ Grauida mulier, quæ iam concepto fœtu grauat. Pręgnās quæ iam occupata est in generando quod conceperit. Aug. Quomodo fieri istud vt vtero grauida sim pudico, & immunis sim a marito? Aliquando ponitur pro plena. Inde grauido as, pro impleo veteres posuerunt. Cęcil. Tite per mysteria hic honeste grauidauit probo. Leo papa. Virgo regia Dauidicæ stirpis eligitur, quę sacro grauidanda fœtu diuinam humanāq; prolem conciperet tā mēte q̄ corpore. Et insciēs pro pinqua partui, ꝙ incertus sit fœtus eius.

¶ Grauastellus senior. Plaut. Quis est grauastell⁹ iste qui aduenit? Vt puto a grauitate dictus. ♁ Plau. in epi. Sed quæ est hæc muliercula & ille grauastellus qui venit. Quidā tamen legunt. Rauastellus a rauo colore.

¶ Grex differt ab armento ꝙ grex minorum animalium sit congregatio, vt ouium, porcorum, caprarum. Armentū maiorum, vt Camelorum, boum, equorum. Hiero. in deutro. Habuerisq; armenta boum & ouium greges. Ouid. Mille greges illi totidemq; armenta per herbas pascebant. Verg. Hęc satis armentis, superat pars altera curæ Lagineros agitare greges hirtasq; capellas. Inuenitur tñ quandoq; grex de maioribus dici. i. bobus. Verg. Aut aliquam in magno sequit grege. Tñ ad distinctionem addidit magno, sicut Hora. gregis mugientium. Aut in reducta valle mugientū prospectat errantes greges. Quasi Grex generalius nomen sit armentū specialius. Et illud sine apposito de pecoribus minutis intelligatur, cum appositio possit etiam ad maiora trāsferri. Ci. Fudit apothecas, cecidit greges armentorum. Col. lib. i. Nec absint greges armentorum cęterorumq; quadrupedū culta & dumeta pascentium. Dicitur & grex de auib⁹. Aug. lib. xii. ciui. dei. Alias vero greges instituerit quę congregatæ atq; i gregibus malint viuere, vt sunt columbę, sturni, cerui, damulæ, & cętera huiusmodi. Etiam bonorum vel malorum hominum dicitur Grex. Cic. in his bonis gregibus omnes aleatores os impuri ipudiciq; versant. Et est tam fœ. q̄ masc. gnis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Gregarius ex grege, vulgaris. Vnde Gregarius miles dicitur non electus sed tumultuarie vndecunque collectus. Sallust. Deinde multi memores Syllanæ victoriæ ꝙ ex gregariis militibus alios senatores videbant alios ita diuites vt regio victu atq; cultu vitam agerent. Colu. lib. vij. Gregariorumq; pastorum velut mirtutam professionis suæ disciplinā constantissime repudiasse.

¶Greco. grecas de quo Priscia. Sunt & alię deriuationes diuersas terminationes habentes tam a nominibus q̄ a verbis nascentium verborum, vt a Græco grecisso & grecor. a græge Gręgo. a Philosopho philosophor. Huius tamen compositā magis in vsu sunt, vt abgrego quod est deduco, aggrego, associo, adiungo. Lactan. libro quarto. Si nobis credendū esse non putant, credant. Homero qui summum illum Iouē dęmonibus aggregauit. Congrego. Idem in eodem. Alium que sibi populum fideliorem ex alienigenis congregaret. Segrego seorsum pono, diuido. Festus Segregare est ex pluribus gregibus partes seducere. Et hæc habēt omnia penulti mam correptam.

¶Gregalis & hoc gregale quod in grege viuit. Var. lib. ij de re rust. Equi boni futuri signa sunt si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo alia ve quare quo potior sit.

¶Gregatim per diuersos greges. Var. Merula ꝙ mera i. sola voluerit. contra ab eo graculi ꝙ gregatim.

¶Gressus a, um, participium a gradior. Gressus us, incessus, ambulatio, vt gressus meos dirige.

¶Gressibile quod est aptum ad gradiendum, vt homo est gressibilis.

¶Gressutus a, um, penultima producta idem quod gressibile, non est quod magnos habet pedes, vt quidam autumant. Nam August. in dialec. sic scribit. Socrates est homo ergo gressutum est.

dGrossus a, um, n omen est quantitatem significans. Cuius ¶iminutiuum est grossulus.

¶Grossi tantum pluraliter dicuntur ficus antequam mature scant. Alij dicunt grossos esse ficus qui non matureſcunt. Primitiuæ ficus quæ pręcoces seu pręcoques & a neotericis. Flores appellantur, apud grecos prodromos vocant. Col. li. iij. Si voles ficum quamuis natura seram facere cū grossuli maturi erunt fructum decutito.

¶Grossipion siue xylon seu grossapinus frutex est ex superiori parte ægypti q̄ in Arabiam vergit allatus, nunc etiam in quibusdam locis Italiæ nascens, ex quo lina fiunt quę gossipina siue xylina seu grossapina dicūtur paruulus est, similemq; barbatę nuci defert fructum plenum lanugine, ne vllum genus lini in candore mollitia ve prefertur huic. Iurisconsulti inter lanas potius cōnumerant, dicuntq; lanam lineam a grecis appellari. Ex his fiūt vestes candidissimæ ac subtilissimæ q̄ vulgo bombycinæ dicuntur, cū xylinę seu grossipinæ grossampinæ ve appellari debeāt. Quidā huiusmodi linum cotonum vocant. Frutices id ferentes quibusdam ī locis folia habent vitiū similia nisi ꝙ minora sunt, ferūtq; cotonei mali similitudinem & cucurbitas quæ maturitate ruptæ lanuginis pilos emittunt.

¶Grues aues minime soliuagę, quæ se non segregant siue cū volant, siue cum pascuntur. Et a sono vocis dictæ. Excubias nocte diuidunt, capite subter alam condito dormiunt alternis pedibus insistentes. Volantes autem ordine quodam y literam faciunt, id quod Palā edem deprehendisse legimus. Hieronymus. ad Rusticum. Grues vnam sequuntur ordine literato. Mar. Turbabis versus nec litera tota manebit Vnam perdideris si Palamedis auem. De natura huius auis Amb. lib. Hexa. sic habet, grues in iussi & voluntario vsu in nocte sollicitam exercent custodiam, dispositos vigiles seruant, & cæteris consortibus generis quiescentibus aliæ circumeunt & explorant ne qua ex parte insidiæ tententur, atq; deferunt impigram suo vigore tutelam, post vbi vigiliarū fuerit tēpus impletum perfuncta munere in somnum se pręmisso clā gore componit vt excitet dormictem cui vicem muneris tradictura est. At illa volans suscipit sortem, nec vsu nostro intacta & pigrior somno renunciat sed ipigre suis excutiture stratis, vicem exequitur, & quam accepit gratiam pari custodia atq; officio repræsentat. Ideo nulla discretio quia deuotio naturalis ideo tuta custodia quia voluntas libera. Hunc etiam volantes ordinem seruant, & hac moderatione omnem laborem alleuiant vt per vices fungātur ductus sui munere. Prędecedit enim vna & prędecurrit cęteris, deinde conuertitur & sequenti sortem ducendi agminis cedit.

¶Gruo is, grui. Festus gruere dicuntur grues vt Sues grūnire. Hinc congruo pro conuenio concordo. Teren in heau. Cō cede hinc domum ne nos congruere sentiant, id est concordare. Hinc congruum, & Ingruo is, de quo alibi.

¶Grumus terrę collectio, minor tumulo. Apud Col. dicitur diuulus. Vnde lib. ij. ait, grumos quos ad versuram plærīq; tractæ crates faciunt, despiciemus ita necubi ferramētum fœnisecis possit offendere. Cuius dimi. est grumulus. Pli. libro. xix. Quidam & alium vlpicum in plano seri vetant, castella timq; grumulis imponi distantibus inter se pedes ternos.

¶Grumua, mensura quædam qua fixa vię ad liniam diriguntur, vt est agrimensorum & similium. Hinc degrumoraris pro dirigo. Lucil. Viamq; degrumaris vt in castris mensor facit olim. Et Exgrumor. Vnde exgrumantes apud Varronem legitur lib. ij. de re rust. quod est de mensura & recta via excedentes vel grumos eruentes.

¶Grumiæ dicuntur loca media inter quæ directe quatuor conueniunt viæ.

¶Grunnio is, grunniui & grūnij itū, propriū est vocis porcorum. Cic. lib. v. Tus. Aut grunnit cū mactatur sus. Iu. Et cū remigibus grunnisse elpenora porcis. Hinc grunnitus tus.

¶Grundire veteres dicebant quod nos grunnire dicimus: Clau. lib. annalium. xv. Grundibat grauiter pecus suillum. Hinc grundules lares dictos accepimus quos Romulus constituisse dicit in honorem scrophę. quæ. xxx. peperat porcos. Cassius hemina. Sus parit porcos triginta cuius rei fanum fecerunt Laribus grundulibus.

ðGrynus siue gryni oppidulum est Myrineorum vbi gryneus appollo colebatur.

¶Gryllus animal est magnitudine cicadę corpore longiore, genus est locustę, vndiq; per orbem terrarum pernicies agris prę rer q̄ in parthia. Parthi gryllos comedūt vt testatur. Hie. contra Ioui. Dictus gryllus a sono vocis. Suidas, γρύλλος ξενοφῶντος δὲ σοκρατικοῦ υἱὸς γρύλλος ἢ διόδωρος καὶ γρύλλος ὁ χοῖρος. ✳. Id est gryllus Xenophontis Socratici filius & gryllus Diodorus & gryllus porcus. Huic magnam authoritatem perhibent Nigidius magiq;, ꝙ retro ambulet terram terebret. noctibus stridat.

✳ Gryneus nomen vnius ex centauris. Cc.

✳Grynea vrbs ętholiæ in confinibus Ioniæ inde gryneus a, um, vt gryneus Apollo & grynæum nemus. Cc.

¶Grypes qui & gryphones animalia pennata & quadrupedia, omni ex parte leones sunt, alis & facie aquilis similes, eqs vehementer infestæ. Nascuntur in hyperboreis mōtibus. Et potest declinari grypes is. Et gryps & grypus. Hiero. in Leuiti. aquilam & grypum. gryphi vero vt Gellius inquit enigmata sunt gryphon enim græci insolubile dicunt.

¶Gryphi a grecis dicuntur nare curui. Quo nomine dictus est filius Demetrij vt auctor est Iustinus.

¶Gryppos dicitur sermo implicitus. gellius. Aliosq; id genus gryppos neminem posse dicens nisi se dissoluere.

¶Grypus per simplex p. nasus aduncus gibbus seu aquilin⁹ a gryphis similitudine deductum nomen, græci γρυπεę nos gryphes dicimus.

ðGuesselle, vel Reserulæ vulgariter vocantur mures quorū stercus habet odorem musci, habitat in pratis, & super riuos, aliquando in domibus.

¶Gula anterior pars colli qua cibus atq; potus deuoratur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nam cōllum rara ceruicem posteriorem, q̄ gulam anteriorē habet. Et gula cum ossibus intelligitur. Sal. Laqueo gulam fregere. Aliquando accipitur gula pro gulæ vitio. Iuue. Dū gula sęuit. Hinc fit gulosus ā, ū, quod est deditus gulę vitio.

¶ Degulo as, de quo alibi. Et ingluuies.

¶ Gulioçe nucū iuglandiū summa & viridantia putamina.

¶ Gummi & gummis genere fœ. Col. nostrorū temporum agricolæ existimarunt noua dolia liquida gummi perluere. Idem. Multi cum semel noua dolia vel seriæ crassa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti sunt. Vnde gummitio. Col. lib. vltimo. Quam græci κομμῶσιν. Est autem gummi lachryma arborū q̄ est quasi gutta. Hinc gūmatę arbores dñr quæ gummi producunt. Palladius. In cerasis hoc seruandum est & in omnibus gummatis, vt tunc inserantur q̄n his vel non est vel non desinit gūmen effluere

*Gumminum oleum ex gummi factum. Cc.

¶ Gurges gitis, locus in flumine profundus ī quo aqua vertitur. Et omnis aquarum congeries dicitur gurges, licet quā doq; per typtosim ponatur pro mari. Vergilius. Nantes in gurgite vasto.

¶ Gurgito as, pe. cor. deuoro impleo. Hinc fiunt composita Egurgito as. Ingurgito as.

¶ Gurgulio proprie pars gutturis a naribus ad pulmonem constans cartilagine & carne p quā spūs meat ac remeat. Et hęc spiritalis fistula dicitur. Rursus gurgulio vermis quidā qui in horreis nascens frumentum absumit, sic dictus q̄ tot⁹ sit guttur. Ver. Populat ingentem farris aceruum gurgulio.

¶ Gurgustium & diminu. gurgustiolum genus habitatiōis angustum a gurgulione verme sic dictū. Seruius docet Gurgustium esse obscuram & latentem tabernam. Cic. in Pisonē Nescio quo e gurgustio te prodis. Ambro. lib. Hexa. Nonne quo splendidior foris species loci eius effulgeat, hoc horrentis desuper cœnæ gurgustium eius intus obscurius fit. A pul. Ergo breuitatem gurgustioli nostri ne spernas peto, sis contentus lare paruulo.

¶ Gustus us. Vnus ex quinq; sensibus corporis.

¶ Gusto as, quid significet declaratur ex psalmo cum dicit, gustate & videte q̄m suauis est dominus. Lactan. lib. ij. Id autem præceptum fuit vt ex arbore vna q̄ fuerat in medio paradisi non gustaret. Hūc gustatus tus. Ci. in Cato. Aqua oriens vna se ostendit q̄ & succo terræ & calore solis augescens primo est peracerba gustatu. Huius composita sunt, Degusto quod est multum bene gusto. Sal. Inde cum post execrationem omnes degustassent, sicut in sacris solēnibus fieri consueuit, aperuisse consilium suum. Prægusto ante gusto. Hier. in Exo. Carnem quę a bestijs fuerit p̄gustata nō comedetis.

¶ Guttus poculi genus quo in sacrificijs vtebantur. Plinius. li. xvi. Curius iurauit se ex præda nihil attigisse, præter guttū phaginum quo sacrificaret. Vel in quod oleum mittitur, dictus q̄ guttatim mittat. Nam eo vsi sunt Romani in balneis ad vngenda eorum corpora post lauationem. Gelli. Puerum iubet Taurus oleum in ollam indere. Erat is puer genere aticus festiuissimus ætatis & gentis argutijs scatens, guttum samium ore tenus imprudens inanem tamq̄ inesset oleū affert, conuertitq; eum & vt solutū est circūegit per omnē partē ollæ manu, nullum inde ibat oleum. Potest etiā dici vas in quo odorifera vnguenta seruantur, q̄ inde guttatim fumantur. Serenus pro vase vinario sumpsit cum ait Siue meri guttus seu frigoris efficit aura. Var. de origi. Vt vinum minutatim funderet a guttis guttum appellarunt. Huius diminuti. est guttulus. Plau. Vt guttulā hauriret ex guttulo.

¶ Gutta minima pars aquæ vel alteri⁹ materiæ liquidę hoc est stilla. Cuius diminu. est guttula.

¶ Guttatim per singulas guttas. Plautus. Ædepol cor miserum meū q̄dē guttati cōrabescit quasi in aquā idideris salē.

¶ Gutturnium vas ex quo aqua guttatim in manus datur ab eo q̄ propter angustias guttatim fluat.

¶ Guttur accipitur pro ea parte q̄ est a faucibus ad iugulū siue exterior siue interior sit. Vnde Pli. guttur homini tātū & suibus intumescit a quarum quæ potantur plęrumq; vitio. Verg. in geor. Et lęte pecudes & ouātes gutture corui. Plau. in Aul. masc. genere posuit, p ano cum inquit. Etiam ne obturat inferiorem gutturem, ne quid aię emittat dormiēs.

¶ Gutturosi dicuntur quorum guttur tanq̄ spongia quedā intumescit, ita vt hoc malum non morbus sed vitium sit. Vlpia. de ædilitio edicto. Si quis natura gutturosus sit aut oculos eminentes habeat.

G ante y

*Gygemorus monticulus est non longe a Thessalia. Cc.

¶ Gyges nomen viri propriū qui cœli & terrę filius fingit. Alius fuit Lydiæ rex. Quo etiā nomine dict⁹ ē Lydię fluui⁹.

¶ Gygęus cum æ diph. lacus lydiæ. Proper. Lydia gygæo tincta puella lacu.

¶ Gymnos latine nudus dicitur. Inde fiunt gymnesia & Aphrosiades insulæ in mari Illyrico, quas baleares vocant.

¶ Gymnastes præceptor exercitiorum pueros exercens.

¶ Gymnasium exercitium. Vñ & ponit⁹ pro loco in quo palęstritę exercebātur nudi & oleo vncti. Nam γυμνός latine nudū signi. vel dī gymnasiū ἀγυμνάζω exerceo. Vñ gymnastica appellatur disciplina exercitationis. Arist. libro. viij. politi. monet adolescentes gymnasticæ tradendos esse vt ita fiant exercitatiores firmioresq;. Verum postea gymnasium pro ludo literario, & omni loco in quo fiat aliquod genus exercitationis sumi cœpit, cum philosophi gymnasia tenuerint & in illis disputauerint, quę & scholæ & diatribæ vocitate sunt. Vnde apud rhetores prægymnasmata præexercitamenta dicuntur. i. exercitationes quædam in dicendo ante quam ad veras actiones descendant. Aphthonius in rhetoricis, σὺν θεῷ ἄρχῃ τῶν ἀφθονίου προγυμνάσματα. *i. cū deo principiū. Aphthonij rhetoris p̄exercitamenta.

¶ Gymnastica ars seu doctrina qua pueri exercentur. Vnde Aristo. præcipit libro. viij. poli. adolescentes gymnasticæ & pędotriuicæ esse tradendos. Pla. lib. vij. de legi. Gymnasticæ nomine exercitationes omnes bellicas cōtineri docet, eamq; diuidit in saltationem & luctationem. palestram

¶ Gymnasiarches gymnasij siue exercitationis princeps & ludi magister.

¶ Gymnosophistæ nudi sapientes philosophi indorum sic dicti q̄ nudi incederent. Nam σοφιστὴς sapiēs dicitur. Aug. lib. xiij. ciui. dei. Cum quidam nudi philosophētur vñ gymnosophistæ nominantur. Et lib. xv. Indorum gymnosophistę qui nudi perhibentur philosophari in solitudinibus Indię a generando se cohibent. Hiero cōtra Ioui. Apud gymnosophistas indiæ quasi per manus huius opinionis auctoritas traditur q̄ Buddam principem dogmatis eorum e latere suo virgo generarit. Hi ab exortu ad occasum perstare dicūtur solē cōtuētes immobilibus oculis feruentibus harenis toto die alternis pedibus insistētes. Hi frigora niuiū & æstus flammę citra dolorē pferunt. Fertur Alexādrū macedonē ad eos accessisse dixisseq; petite quodcunq; vultis. Qui rñderūt dā nobis immortalitatem quā prę cæteris optamus. Quibus ille ait. Cum ego sim mortalis immortalitatem nemini pstare possum. Si ergo inquiūt mortalē te esse cognoscis cur non contentus patrijs sedibus omnibus infestus totum orbem subij cere conaris? Suidas συμνοσοφισαὶ παρὰ βαβυλωνίοις οἱ φιλόσοφοι παρὰ ἀθηναίοις. *. Id est Gymnosophistæ apud Babylonios & Assyrios philosophi.

¶ Gymnici ludi dicti sunt quia in his se nudi atq; vncti exercebant in athleticis & palæstricis certaminibus. Nero edidit certamen gymnicum.

¶ Gyne γυνὴ apud græcos & mulieres & vxores significat.

¶ Gynœcium, locus secretior in ędibus vbi solæ mulieres habitant, q̄ & græce γυναικωνῖτις a mulierib⁹ quas græci γυναῖκας vocant. Plau. in Mus. Dare vult vxorem filio quantum potest ad eā rē facere vult nouū gynœciū. Dī & hæc gynæconitis ni syllaba, p mulierū vt ita dicā senatulis & ī domo ps vt apud Vict. Prob⁹ Æmylius. Nec sedet nisi i iteriore parte

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ditū q̄ gyneconitis dicitur ἀπὸ τοῦ οἴκου habito. Vnde οἰκος dicitur domus a quo œconomus administrator rei familiaris, & œconomica quæ ad rem domesticam pertinent. Oeconomia administratio. Oeconomo villicor. Andronitis vero locus vbi viri frequenter in domo sunt.

*Gynechātis nigra vitis quam quidā apronia vocant. Ce.

¶Gypsus genus cretæ quę facile conglutinatur & īdurescit, quo tectoria parietibus inducuntur, & facile formātur signa. Vñ & pro ipso signo quandoque ponitur. Iuue. Quāq̄ plena omnia gypso Chrisippi inuenias. Multis in locis ex lapide coquitur alibi e terra foditur vt in Cypro. Hinc formātur gypseus, a, um, quod ex gypso est. Gypsatus a, um, quod est gypso infectum vel gypso tectum.

¶Gypso as, gypso inficio seu tego. Tybul. Nota loquor rem gnū ipse tenet quē sæpe coegit Barbara gypsatos fenestra pedes. Et gypsare ē gypso obturare. Colu. Cū deinde modice aruerint in vasa noua sine pice operculata & gypsata sicco loco reponito. Rursus gypsare ē medicaminib⁹ pfundere. Vñ Cic. Trebatio scribit Medeā gypsatis manib⁹ fuisse.

¶Gyrus latine circulus vel ambitus dici potest.

¶Gyro as, circundo. Vnde regyro pen. prod. quod est retro gyro. Var Quidam quę non solum a lateribus per fenestras sed etiam subtus a solo ventus regyrare possit.

¶Gyrtheum oppidum quod Hercules & Apollo depositis eo loci simultatibus communi opere condiderunt. De hoc liuius in Mace. Bello. Gyrtheum inquit omnium maritimarū rerū Lacedæmonijs receptaculum. Hinc Gyrtheates dicti sunt in eo habitantes.



H NON potest esse finalis ī syllaba p̄ter ah & vah ītersiectiones, sed per a pocopē dicta sūt, cū cōplęta sint aha & vaha, vel quia abscōdita voce solēt proferri ītersiectiōes. Iūgit autē vocalib⁹ oīb⁹ & quatuor cōsonātib⁹ scilicet, C. vt Chremes. P. vt philipp⁹. R. vt pyrrhus. T. vt Thraso, & hoc, vt valentius sonet dictio.

¶Habeo es, ui, itum, ī visitationi significationē. Plau. in Aul. Virginē habeo grādē, dote cassā atq̄ illocabilē. Et hęc ei⁹ p̄pria significatio quod Gręci dicūt ἔχειν p trālationē ponit habere p̄ tenere. Sal. Tale periculū reip. haud occultū habuit Pro facere. Idē. Igit comitijs habitis cōsules declarāt. M. Tul. & C. Antonius. Pro Tolerare. Idē. Neq̄ cuiq̄ mortaliū iniurię suę puę vident, multi eas grauius ęquo habuere. Pro possidere tenere occupare. Terē. ī An. At mihi vnus scrupulus etiā restat q̄ me habet male. Sal. ī Iugur. Aius īcorrupt⁹ æternus rector hūani gn̄is agit atq̄ habet cūcta nec ipse habet. Verg. Hostis habet muros Pro Credere Existimare. Terē. ī An. Sēper eius dicta atq̄ habita ē soror. Pro dicere. Sal. Laresum hispanię ciuitatē q̄ nūc tyrij mutato noīe Gaditī habēt. Pro habitare. Plau. ī Tri. Hæ sūt ædes, hic habet Sal. Credo falsa existimās ea q̄ de iferis memorātur diuerso itinere malos a bonis loca tetra occulta fœda atq̄ formidolosa habere. Pro ītelligere. Quod em tenemus corpore, habemus quoq̄ itē aio. Terē. ī Heau. Habet oēm rē, pgā quoq̄ cœpi hoc iter Solet in hac significatiōe ī extremo materię elegāter poni. Cic. Hęc habui de amicitia q̄ dicerē. Pro accipere. Terē. ī Eu. Hic pro illo tibi munere honos est habitus abeo. Pro scire. Sal. Prorsus neq̄ dicere neq̄ facere quicq̄ pēsi habebat. Pro Deludere decipere. Plau. in Am. Is aduentientis seruum ac dominum frustra habet. Pro Tractare. Teren. in Hecyra. Nūq̄ secus habui illam, ac si ex me nata esset Pro valere & incolumē esse ī tertia persona quandoq̄ sine suppositō, vt bene seu male habet id est bene vel male se res habet, hoc est bene seu male res se sustentant, male se habet hoc est ægrotat, aut bene vel male procedit res. Lact. lib. vij Bene habet, iacta sunt fundamenta vt ait eximius orator. Liui. lib. viij Bene habet inquit quirites vicit disciplina militaris. Res male habet me. i. male sollicitat afficit. Si res ita se se haberent quomodo se & rēpubli. habuerint, id est gubernauerint & gesserint. Male vel bene te habitus sum id est acceptus siue tractat⁹ sum. Ci. Tullia nostra valet. Terentia minus belle habuit, id est minus bene valuit. Itē habet per se positum significat percussus est vt Donatus inquit. Et proprie de gladiatoribus dicitur q̄ prius alij videant q̄ illi sentiant se percussos esse. Terē. in An. Certe captus est, habet. Idem ī diuersis locis idem verbum varie accepit. Vnde Orationē habuit huiusmodi, id est sic eloc⁹tus est. Sat habeo id est sufficit. Nunquid habes quod contemnas? id est nūquid inuenisti. Quandoq̄ habere est seruare detinere, vt est illud Sallustij. In custodijs haberentur. Quandoq̄ præbere exhibere, vt apud eundem in Ciceronem. Ita largitionibus corruptus est, vt sese ac fortunas suas vænales habeat. Quandoq̄ Debere, vt cum dicimus habeo tibi gratiam. Habere iter est proficisci. Habere verba est loqui. Habere fidem verbis ē credere. Terentius in Andria. Nam propemodum habeo tibi iam fidem. Et in Heauton. Seni nostro fidei nihil habeo. Habere rationem salutis, honoris, rei familiaris, est habere respectum. Sed si cum ablatiuo construatur mediante cum vt habet rationem cum terra idem est ac si diceretur habere negocium & commertium. Cice. in Cato. Rem habet cum terra quæ nunquam recusat imperium. Idem in Tus. Quis est hominum qui modo cum missis id est cum hūanitate & doctrina habet aliquod commercium qui se non hunc matheamaticum malit quam illum tyrannum? Et ad Atticum. Cū omnibus musis rationem habere cogito. Habere rem est cōrre. Habere rem cum aduersario est litigare: Habeo conuenire habeo polliceri, habeo audire Pro conueniendum est mihi, pollicendum, audiendum. Cicero Lentu. Tātum habeo polliceri. Idem in Cato. Neq̄ eos solum conuenire habeo quos vidi, sed etiam quos audiui & legi. Et libro de ora. Audire habeo quid hic sentiat. Quidam tamen non contemnendæ auctoritatis interpretatur. Habeo polliceri, id est debeo siue possum polliceri. Habeo conuenire audire. i. decreui siue credo cōuenire audire. Aspiratur hoc verbū vt differat ab Abeo abis, cū suis cōpositis ī quibus a versa ē in i nisi in dehabeo, & posthabeo. Hui⁹ ꝟbi cōposita sūt Adhibeo Cohibeo Dehabeo Exhibeo Inhibeo Prębeo Prohibeo Perhibeo Post habeo & Redhibeo, de quibus locis suis.

ðHabere frustra si gn̄at frustrari. Plau. in amp. Hēt frustra.

¶Habitus qualitas & forma corporis & cuiuscūq̄ rei. Plaut. Qualis habitus horis? Col. lib. i. Vineę non sic altos & lacertosos exigunt. Nā his habitus fossuris magis aptus Verg. li. i. Geor. Cultusq̄ habitusq̄ locorū? Accipit etiā pro cultu corporis & vestimento. Vñ habitus scęnicus, habitus militaris, habitus religiosus dicitur. Plau. Quis habitus iste tā plixus? Pli. Qui ad nos lugubri habitu venerat & capillatior solito? Et habitus est qui fit ex frequentatis actibus, & a philosophis diffinitur q̄ sit alicuius rei siue in aio siue in corpore natura concepta sed vsu corroborata & plena perfectio.

¶Habitior apud veteres sumitur pro pinguiori.

¶Habitudo ipse corporis habitus. Ci. lib. iij ad Heren. Nam vt corporis bona habitudinē tumor imitatur sępe ita grauis oratio sępe imperitis videatur ea quæ turget & inflata est.

¶Habentia ab habeo sicut a sapio sapientia significat ipsum habere & diuitem esse. Ænni. Verebar enim ne animos eorū inflaret habentia.

¶Habilis pro viribus apto. Verg. Namq̄ humeris de more habilem suspenderat arcum Venatrix, huius contrarium ē inhabilis ineptus debilis infirmus quasi parum habilis hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est malæ habitudinis, habilitas aptitudo.

δHabitus, a, um, participium, q. od aliqñ ponitur p pingui, & q toto corpe meli⁹ hẽt. Plau. ĩ epi. Corpulẽtior hercle atq; habitior. i. pinguior, & habitissimus pinguissimus. Gel. libro. iiij. Equum nimis strigosum & male habitum sed equitẽ eius vberrimum & habitissimum viderunt.

¶ Habena penul. prod. retinaculum equi, q ea equus habeat id est retineatur.

¶ Habito as, pe. cor. De quo Ser. Habitare actõ iungitur. At q; humiles habitare casas, quia habeo domum dicimus, vnde est habito frequentatiuum quod est etiam frequenter habeo. Var. hoc modo antiquos secũdis rebus comas habitasse. Cuius passiuum in tertia persona protulit Verg. lib. iij. Effuge cuncta malis habitantur mœnia Graijs. Hinc habitaculum, habitatio. Cohabito. Adhabito. Inhabito.

¶ Habraam nomen viri proprium apud hebræos.

¶ Habronicus nomen viri proprium, & est græcum.

¶ Hactenus pe. cor. ex hac aduerbio, & tenus compositũ hac fine, siue hucusq;, quasi vsq; ad finem, sicut Quatenus. Aliqñ significat Intantum siue adeo. Suet. in Nero. Cœnę quoq; tẽpore interpellatus tumultuosioribus literis hactenus excanduit, vt malum ijs qui defuissent minaretur. Cice. Domũ suã cũ absoluram dedicaret hactenus comprobauit.

*Hadrobalũ gũmi genus in sacris vino profunditur, vt sit odorati⁹. Nascit ĩ Media, hoc quidã Peracticum vocant. Cc.

¶ Hadrys græce, latine carẽs arborib⁹ dr̃. Hadros vero huber

¶ Hadrianus nomen proprium imperatoris Romani.

δQui in omni doctrinæ genere prestantissimus fuit.

¶ Hadria mascu. generis pro sinu maris, seu pro ipso mari hadriatico. Luca. lib. v. Sonat ionio vagus hadria ponto. Genere fœ. pro oppido prope Ferrariam nunc demerso ad. xxxv. lapidem. Ari dicitur vulgo, q̃ hadriatico mari nomen ĩdidit. A quo fiunt hadrianus, a, um, hadriacus a, um, hadriaticus, a, um, & hadriensis. Fuit hadria Romanorum colonia arduo in colle sita. Ex qua Hadrianus imperator originem duxit q in omni doctrine genere præstantissimus fuit. Sunt tamen qui hoc nomen non aspirent.

δHadrosphẽrũ dicitur quicquid amplum adultiusq; est.

H ante A E

¶ Hębudes pe. pro. insulę sunt. Solinus. A Calidoniæ promõtorio Thylen petentibus bidui nauigatio, inde excipiunt Hębudes quinq; numero. Et paulo post. Secundam a continenti stationem Orcades præbent q̃ ab hæbudibus porro sunt septem dierum noctiumq; totidem cursu.

¶ Hæc plurali numero in genere neutro, & fœ. dicitur. Veteribus em̃ mos fuit vt neutra fœmininis iungerentur. Ter. in Eu. Hæc adornant vt lauent, cum de ancillis tardis loqueretur. Et si componatur cum ad significat præterea. Sal. Cognoueram paruis copijs bella gesta cum opulentis regibus, adhęc scientia belli gallos ante Romanos fuisse.

¶ Hædui populi Aruernis finitimi trans ararim habitantes inter Burgundos nominati.

¶ Hædus cum diph. vt ab edo differat, dictus quasi fœdus lingua sabina vbi f. in aspiratione vertit, animal ex capra genitum. Verg. Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos Noram, vel ἀφ' ἅδοίωρ. i. a testiculis. Theocri. ideo cum ę, ĩ prin. Alij cum e. Manil. lib. iiij. Incipient ęduli tremulum producere mentum. Hinc fiunt diminutiua. Hędulus hędillus & hędiculus. Plau. in Asi. Hagnellum me tuum dic esse hædillum. Iuue. De tyburtino veniet pinguissimus agro hędulus. Hędinus a, um, nomen possessiuum, vt caro hædina, sicut ab agno, agninus.

¶ Hędilia sunt hædorum stabula, qua ratione etiam dicuntur Caprilia ouilia porcilia equilia & his similia, q in Lis ea animalia contineantur.

¶ Hedera pe. cor. semper virens per se stare non potest hæret ergo arboribus hęret & muris quos sæpiuscule rumpit, quã Theophrastus omnium maxime viuacem scribit. Huius tres sunt species nigra, candida, & quæ helix vocatur. Dicta hedera q hæreat semper & sequatur quicquid proximum ẽ, q̃us per diphthongum non scribatur. Verg. Atq; hanc sine tempora circum. Inter victrices hederam tibi serpere lauros. Quidam ab Edo deducunt q parietes ędat atque consumat, vel q edita id est alta petat, & sic sine aspiratione scribitur. Huius racemus corymbus dicitur. Hinc hederaceus hederacea um. vt corona hederacea.

*Hederacius quod ex hedera est. Cc.

¶ Hæluolæ vue insignes sunt colore inter purpureas nigrasque medio sæpius variante, & ob id Varianæ appellatæ seu variæ.

¶ Hęmatites pe. pro. genus lapidis ruboris sanguinei.

*Hęmachates lapis sanguinei coloris. Cc.

¶ Hęmus mons Thraciæ, sic dictus ab hæmo Boreæ & oritbyię filio. Callimachus ὁ μὲν ἐς Βορέαν ἠπείροιο ἀνέμοις ὑψηλὸς κορυφῆς ἐπὶ θρῄκιον ἅιμον. *. Id est Solum quidem cõtinentis ventus alti verticis in thracio hęmo.

¶ Hęmonia regio quę postea dicta est Thessalia.

δHemathopodes, aues dictę, a colore pedũ sanguineo quos rubere tradit. Ply.

¶ Hæmorrhois latine sanguinaria dicitur αἷμα sanguis ῥόος fluor, serpentis genus pestiferum, a fluxu sanguinis. Hui⁹ enim morsu sanguis omnis e corpore fluit, nec sisti potest. Luca. Impressit dentes hęmorrhois aspera Tullo. Dicitur etiam hæmorrhoia. Plinius. Mustum serpentibus aduersatur: maxime hæmorrhoiæ & salamandrę. Hæmorrhois etiam genus morbi quod intra sedem nascitur immaturi mori specie, interi sine tuberculo fissuras habet vnde sanguis effluit, interim leuis rubensq; tumor est, nec sanguinẽ remittens, proper quod hæmorrhois cæca dicitur.

¶ Hęreo es, si sum. Vnde hęsito as. Scribitur cum h ad differentiam huius nominis ęs ęris, quod in ablatiuo facit ęre sine h, & huius nominis herus, quod in vocatiuo facit here sine diphthongo. Est autem hærere proprie arcte rei incidere. Vergilius. Hærent parietibus scalę. Et vox faucibus hæsit. Quoniam vero qui in aliqua re dubitant non mouent, ideoq; hærere ac suspensi esse videntur ponitur quandoque pro dubitare & ancipitem esse. Terentius ĩ Eu. Hęreo quid faciam. Quãdoque significat Figere. Vnde dicimus hærere radices alti⁹. Teren. in Adel. Caue nunc oculos a meis oculis quoquam dimoueas tuos ne mora sit si innuero iam quin pugnus ĩ malam continuo hæreat, id est figatur vel imprimatur. Quandoque simpliciter sedere vel stare vel esse, vt apud eundem in Hecy. In te hęret omnis culpa. Vergili⁹ libro quarto. Multa viri virtus animo, multusq; recusat Gentis honos, hęrent infixi pectore vultus. Huius verbi composita sunt Adhęreo adhęrens sto approximo. Lactan. libro quinto. Quibus posteaquam electis omnes qui resanati fuerint adhærent religioni cui⁹ potentiam senserunt. Cohæreo simul hęreo coniungor & conuenio. Lactan. lib. ij. Ea enim quæ est solis colore flagrantior proxima est & cohęret orienti. Hinc cohæresco. Boe. super librum. ij. top. Hęc talia sunt, vt sępius quidem adiunctis sibi cohęrescant. Inhęreo a quo inhæresco, de quibus alibi. Superhæreo. Vñ de diuo Anastasio scribitur. Demũ bullã accipientes q̃ vinculis suspęserat imperatori secum deuexerunt.

¶ Hæresco hęrens fio, infigor. Liuius libro secundo. Vndiq; in vnum hostem tela coniciunt, quę cum ĩ obiecto scuto hęsissent neq; ille minus obstinatus ĩgenti pontem obtingeret gradu, id est infixa fuissent.

¶ Hęsito as, pe. cor. frequentatiuum. Terent. in Phor. In eodẽ luto hęsitas, versuram solues. Hierony. Aut pariter in luto hęsitabimus, aut pariter expediemur. Pro dubitare accipitur illud apostolicum. Postulet in fide nihil hęsitans.

¶ Hęres generis communis ab hæreo q qui hæres est hæret hoc est proximus est illi cuius est hęres. Quidam tamen hoc nomen ab herus deriuant, q dominus fiat bonorum q̃ ad eũ perueniunt. Sunt autem hæredes primi & hęredes secundi. Secũdus hæres dicitur qui hæredi ĩstituto substituitur. cum

quit Boetius in cõmẽ. top. puta si ille hęres non erit ille hęres esto. Hinc bihæres qui bis factus est hęres Cohęres qui simul hæres institutus est. Exhæres qui extra hęreditatẽ est. i. qui hę reditate priuatus est. Est & heres nomẽ deæ, cui veteres post acceptam hęreditatẽ rem diuinam faciebant.

¶ Hęreditas successio est in vniuersum ius quod defunctus habebat tempore mortis, vel quod supereſt deducto ære alieno. Et apud antiquos quidem diuidebatur. in. xii. vncias quæ assis nomine continetur.

¶ Hęreditarius a, um, quod ad hæreditatem pertinet. Hieronymus in deutero. Vt habet populum hæreditarium Hinc bona hæreditaria & successio hęreditaria apud Am. legitur. Et morbos hæreditarios vocamus qui parentum vitio nobis obtingunt.

¶ Hæredipeta penul. correp. qui blanditijs muneribus & alijs huiusmodi artibus subornant morituros vt ab illis hęredes instituantur.

¶ Hęredium paruum prædium quod nobis ex hæreditate prouenit quod Var. scribit. Duo iugera ꝙ a Romulo primũ diuisa viritim hęredem sequerentur hæreditẽ appellarunt.

¶ Hærediolũ cum accentu in aũpe. significat paruũ prædiũ quod nobis ex hęreditate prouenit. Colu. in prefa. Ex qua ci cinatus obsessi consulis, & exercitus liberator ab aratro vocatus ad dictaturam venerit ac rursus fascibus depositis, quos festinantibus victor reddiderat quam sumpserat imperator ad eosdem iuuencos & quatuor iugerum auitum hęrediolũ redierit.

✻ Hærennius propriũ nomen viri ab hærendo dictum. Cc.

¶ Hęresis pe. cor. gręca dictio est qua apud nos optio vel electio & secta significatur, ab αἱρέω vel ἀπὸ τοῦ αἱρέομαι quod significat eligo, capio, vel volo. Vnde sumitur pro opinione tenaci & sententia in qua persistamus electa. Cicero in paradoxis. Cato in ea est hæresi quæ nullum sequitur florem orationis. Hinc componuntur Diehęresis diuisio. Aphęresis ablatio. Synhæresis coniunctio. Hæresiotes, hæreticus, hæresiarches hæreticorum princeps. Theologi hęreticum vocãt qui sectam aliquam vel instituit, vel sequitur aduersus fundamenta religionis.

¶ Hærba ab hærendo dicta est, ꝙ terrę fixa hęreat. Est autẽ proprie viride pecudum pabulum. Verg. lib. i. geo. Et sulcis frumenti quæreret hærbam. Apud veteres etiam hęrba ponitur pro victoria. Vñ hęrbam dare significat victum fateri quod est antiquę & pastoralis vitæ indicium. Nam qui per prata cursu aut viribus cõtendebant, cum superati erant ex eo solo in quo certamen erat decerptam hærbam aduersario tradebant. Ab hærba fit diminutiuum hęrbula. Cicero libro tertio de natura. Ceruæ pauloante partum perpurgãt se quadam hęrbula quæ sæselis dicitur.

¶ Hærbilis ander a veteribus dictus est hærba pastus, quasi grauior q̃ pastus frumento.

¶ Hærbosus a, um, quod hærbis abundat.

¶ Hęrbaceus a, um, quod est ex hęrbis, vt Betaceus Maluaceus, & huiusmodi.

¶ Hęrbidus a, um, idem quod hęrbosus. Colu. libro secundo. Montem sublimem & asperum sed nemorosum & hęrbidũ maxime probauerunt.

¶ Hærbarius qui vim hærbarum nouit & discutit & medicamenta ex his componit. Plin. lib. xxi. Scelus herbariorũ aperietur in hac mentione partẽ eius seruantium & quarundam aliarum hærbarum sicuti plantaginis substituentium.

¶ Hærbarius a, um, quod ad hęrbas ptinet, vt ars hærbaria qua hęrbarũ natura cognoscitur. Pli. Hærbariam & medicamẽtariã artẽ & a Chirone Saturni & Phyllirę filio ęs cõflare

¶ Hęrbo as. hęrbas producere significat. Cuius compositũ ẽ exhęrbo, quod ẽ hęrbas extraho. Col. lib. v. Et cum germinauit perticalis salix ad vnam perticã summittitur, crebro fodi tur atq; exhęrbatur, nec minus q̃ vinea pampinatur.

¶ Hærbescere est hęrbam effici. Cic. in Cato. Et elicit hęrbescẽtem ex eo viriditatem quę nixa fibris stirpium sensim adolescit. Huius composita sunt adhęrbesco, & obhęrbesco. Plin. Quin & ouillo simo vti quoniam adhęrbesceret. Festus. Obhęrbescere, hærbam increscere.

¶ Hagnos latine purus & castus, ꝙ sit hostia pura & immolationi apta. Hinc deducitur hagnes nomẽ mulieris propriũ Diminutiuum hagnellus. Plau. in Asi. Dicigitur me tuum passerculum gallinam cothurnicem hagnellum hœdillum dic esse vel vitellum. Hagninus a, um, quod est hagni vt caro hagnina.

¶ Hagios græce latine sanctus. Vnde hagiographa sancta scriptura. Hagiographus sancta scribens.

✻ Halcyones vide Alcedines. Cc.

¶ Halec tam fœ. q̃ neu. generis, caretq; numero plurali genus piscis qui sola aqua nutritur. Mar. Cui portat gaudens ancilla paropside rubra halecẽ, sed quam protinus illa vorat. Plau. in Aul. Qui mihi holera cruda ponunt, halec aiunt. Sumitur etiam pro quodam liquamine ex intestinis piscium Plini. halec imperfecta. Alecus fluuius tenuatur.

ὃ Halazonia grẽce, latine iactantia.

ὃ Halientica, dicuntur volumina in quibus tractatur de piscibus. Vñ Vopiscꝰ scribit olipiũ nemesianum scripsisse cynegetica & halientica. Et Opianus qui opꝰ de piscatu antonino dicauit, & Apicius sed halieusim appellauit.

¶ Halesus fluuius & mons non longe ab æthna. Colu. Et q̃ sicanij flores legistis halesi.

✻ Halia marina nympha ἅλς enim mare dicitur. Cc.

✻ Haliasmon fluuius est Macedonię ad quem ducebant quæ volebant candida nasci. Cc.

¶ Halo as, spiro vel odorem emitto. Verg. Inuitent croceis halantes floribus horti. Et aspiratur vt differat ab alo is, vel potius a natura, quippe cui conueniat densitas illa quam significat. Est enim exhalatio vaporum crassiorumq; (vt sic loquar) spirituum densitudo. Cicero. terrę halitum aspirationẽ vocat. Huius composita sunt Adhalo, Exhalo, de quibus supra. Inhalo. Lactantius de ira dei. Num etiam ĩ aqua ignem esse credendum est? Atqui de sole ignis ne ęstate quidem accendi potest si cęrę inhalaueris.

ὃ Halo, ab aristotele ĩ Meteo. lib. dr quẽ nostri mõ circulũ mõ coronã circa lunam dicunt. Seneca li. i. qõnũ. Hũc grẽci halo vocant, quem nos dicere coronam aptissime possumus.

¶ Hallium genus holeris ab halendo dictum.

¶ Halius genus scaphę.

✻ Halicacabũ hærbã vocant quã alij solanã, alij Strychnium, alij vesicariam, ꝙ vesicæ & calculis medeatur. Cc.

✻ Halicallios hærba alias Dorion alias Strychnis & Erythros & Neuris, quam Xenocrates scribit omnibus morbis corporeis salutarem esse. Cc.

¶ Halicarnasus penul. pro. vrbs carię principum regia circa initium tauri sita maritima in minori asia, argiuorum colonia, in qua Mausoleum quondam nobilissimum opus extabat & Salmacis fons, hęc prius zephyra dicebatur. Ex halicarnaso fuit herodotus historicus. Item heraclitus pœta, & Dionysius scriptor antiquitatum, a qua halicarnaseus deducitur ab ἅλς marinus.

¶ Halieuticon est commentatio de piscatu, qualis est Oppiano qui opus illud Antonino Cęsari dicauit. Scripsit & Apicius, sed halieusim appellauit.

¶ Halosis latine captiuitas dicitur. Sueto. in Nero. Hoc incendium e turre mecœnatica prospectans lętusque flammę pulchritudine halosin Ilij decantauit.

¶ Haliactes nomen persicum.

¶ Halitò as. pe cor. sępe spiritũ emitto. Æn. Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes

¶ Halitus us, penul. correp. nomen participiale ab halo, sicut spiritus a spiro.

¶ Hala vide in dictione Ala.

¶ Halacomene & halalcomenę tam singulari quam plurali numero siue halalcomenium ciuitas in Boeotia. Vnde Minerua halalcomeneida cognoĩata est, ꝙ in eo loco coli solita sit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Hals pro mari. Vnde & nos salem dicimus & salum, ī quibus placuit maioribus s. ponere magis quam acceptam a grę cis aspirationem retinere.

*Halipheos gręcis arbor quæ a nostris salsi cortex appellatur cui glans amara quā pter sues nullum animal attingit. Cc.

¶Halophanta hominum genus nequā, quod ob suenda mē dacia miserrima mercede conducitur. Festus. Halophanta, omnia, mentiens.

ὁ Halipleumon marinus plumo, genus piscis apud Pli.

¶Halys fluuius ex tauri montis radicibus profluens p cappadociam, & a meridiæ syros ac paphlagones interfluens cō tra ventum aquilonem in euxinum mare euoluitur.

¶Haloneſos insula ægei maris.

¶Haliartus nomen vrbis.

¶Halica nomen mulieris.

¶Halizones populi paphlagonum. Sic dicti q̄ mari vndiq; circundantur.

¶Halizon fluuius.

¶Halyetus penultima producta a quibusdam dicitur falco, siue accipiter siue Nisus.

¶Hallux pollex digitus scandens proximum ex eo dictus q̄ super proximum digitū saliat. Nā constricta manu solus proximum digitum scandit, in qua voce maiores nostri loco. s. aspirationem posuerūt. Quidā a græco ἅλλω siue ἅλλωμαι tra hunt, quod latine scandere seu salire significat.

*Halmas herba quam alij polygonon, alii calligonon, nonnulli carminothum vocant folia rutę habet parū a terra attollitur similis gramini. Cc.

¶Hallucinor. Col. lib. viij. Custodis officium sublimē celsissimamq; oculorum veluti speculam desyderat, vt neq; tardiores grauidas dum cunctantur neq; agiles & fœtas dum p̄curunt separari a cæteris sinant ne fur aut bestia hallucinantem pastorem decipiat. Aspiratur vt inquit Gel Quoniam ex ipsa aspiratione intenditur exprobratio.

*Hallum Galli vocant herbam quā Veneti coroneam dicunt, similem culmæ bubulæ cacuminibus thymo, dulcem & sitim sedantem. Cc.

¶Hamadryades pen. cor. nymphæ syluarum, siue syluarum numina, ἅμα enim aduerbium significat vna & simul δρύς quercus, hoc ē nympha q̄ cū arboribus nascitur & perit.

¶Hamus catenā significat. Verg. hamis auroq; trilicē, hoc ē hamis aureis. Vī etiā ponitur p curuo vnco ad capiendos pisces Cui prima producitur. Corripitur aūt cū instrumētū ferreum significat quo diuitū arcę nūmarię obsepiunt ne res facili aperta surripiatur. Iuue. Dispositis p̄ diues hamis. Vigilare cohortē. Hami etiā dicūtur instrumēta ęrea siue lignea ī cubiculis quibus capitis tegmina & aliæ res melius appensæ q̄ iacentes seruantur, verbo a piscatorio hamo translato Hoc nomen quidam a græco deducunt. Nam græci ἅμματα dicunt ligamenta. Vnde hamentum.

¶Hamo as. curuo, a quo hamatus curuatus, siue hamis ornatus. Hier. lib. ij. Lorica hamata induebatur. Hīc adhamo as, pe. pro. quod est obligo Cice. lib. ij. acad. Qui enim seruis honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos.

¶Hamiotæ alias hamotę piscatores ab hamis qui hamo ad piscandum vtuntur. Plaut. in ru Saluete fures maritimi conchitæ atq; hamotæ famelica hominum natio. Var. Cohortis coquorum atq; hamotarum auctumq;.

¶Hamotrahones dicti sunt q̄ vel pisces vel cadauera trahe rent hamo. Nam vt est apud Sueto. eorum qui supplicio afficiebantur cadauera iussu principum vnco sæpe trahebātur in locum quem tum gemonias dicebant.

¶Hamatilis & hoc hamatile pe. cor. quod ad hamum pertinet. Plau. ī ru. Piscatū hamatilē saxatilēq; aggredimur.

¶Hammonum apud Colu. lib. iij coloris genus tendentis in subrufum.

¶Haphe insperſio pulueris q̄ inspergebāt obluctātes vbi cæromatæ illiti fuissent. Martia. Et flauescit haphe. Nam puluere perfusa obluctātiū corpora quodāmodo flauescebant lespras parientibus similia. Haphe enim græce & tactum significat & notas quibus lepra corpus maculat. Iul. Pollux aphen accipit primam infecturam quoties vestes ibuūtur coloribus.

¶Hapalon tenerum & molle græci aspirant.

¶Hara vide in dictione Ara.

¶Harena vide in dictione Arena.

¶Hāmon per duplex mm. a nostris arena dicitur. Nā gręce ἄμμος scribitur, i. arena. Vnde Iuppiter hāmō hoc ē arenarius dictus est. Pli. Ergo æthiopiæ subiecta Aphrica hāmoniaci lachrimam stillat ī arenis suis. Iñ etiā noīe Hāmoīs oraculū. Nā cū liber pī p extrema Libyę cū exercitu gradiēs siti laboraret, & Ioui supplicasset vt in hoc casu se patrem ostenderet. Cui cū subuenisset. Fertur em̄ ei ex tēplo arietē apparuisse quē dū fugiētē sequeretur pueniſſe illo duce ad fontem amœnissimum. Quapropter dei yderio pot⁹ existimasse arietem illum fuisse Iouē, eiq; tēplū ibi sumptuosissimum in arena construxit. quod Ioui Hāmonis cognominauit in quo. s. simulachrum arietis formā p̄stabat, & deum vocauit hāmonem, hoc est Iouē arenariū, Herodotus. Amō Iuppiter lingua Ægyptia dicebatur. Vnde corrupto noīe Hāmonē dixerunt Aphri, qui apud Nasamōes Libyæ populos tēplū ei dicauere. Pausanias aūt Hāmonē dictū īnuit ab Ammone pastore qui primus ei illic templū erexit. Suidas. ἄμμον ὄνομα θεοῦ ἑλληνικὸν ἀφισοφάνης ὁρμισμ. ἐς μὲν δ' ὑμῖν ἄμμωνα λοιδῶν μὴ δ' ἑλφοὶ φοῖβόν θ' ἁπόλλωνα ταῦτα μαντῆι α ἐλθόντες χρᾶτονες ὁρνις οὕτω πρὸς ἔργα τράπωσθε.

*.i. Ammon nomen dei græci Aristophanes in auibus. Sumus vobis Ammon dodona delphi phœbus Apollo.

*Hammonis cornu inter sacratissimas æthiopiæ gemmas habetur auri colore. Cc.

*Hammpniacum resinæ species ex arbore quam methopiū vocant stillans in arenis iuxta Hammonis templum. vnde illud nomen sortitum est. Cc.

*Hamnites gemma, quę ouis piscium similis est. Cc.

*Hamnum veteres pro fano vsurparunt & hanulum pro p uo fano. Cc.

*Hanus barbatus, vas paruum sed in latitudinem porrectū & veluti Pręgnans, quo etiam aqua & vinum ferri ad mensam solet. Inuenitur & hanum neutro genere. Cc.

¶Haringa apud priscos significat hostiā, quæ īde dicta erat, q̄ eius adhęrentia inspicerentur.

¶Hariolus cum accentu in antepe. qui diuina mente fatur, quæ ventura sunt. Dictus hariolus quasi fariolus, sicut hanula quasi fanula, hoc est parua fana, aspiratione vt plærunq; fieri solet pro f litera posita.

ὁ Harmatus, harmatontis ciuitas, seu promontorum e regione vrbis mei hymnę a qua harmathopolitæ dicti sunt.

¶Harmonia pe. cor. latine compositio, concordia, conuenientia cōcētus. Aug. armonia concentus est ex dissimilium vocum moderatione, sicut ex summis & medijs & infimis interiectis ordinibus, vt soni ciuitas concinit moderata cōsensu plurimorū, huius noīs pen. cor. est. Lucre. hormoniā graij quā dicunt, hæc alio noīe dī sīphonia. Quo noīe etiā Gelonis filia Themistij vxor appellata est. ab ἁρμόζω coapto.

¶Harpe nomen gręcum ensis falcatus quo vsum fuisse Perseum poęte tradiderunt. Luc. herpen alterius monstri iam cędentem. ἅρπη ὃ ἁρπάζει.

¶Harpago as, pe. pro. rapio. Plau. in Aulu. hei misero mihi, aurum mihi intus harpagatum est.

¶Harpago telum in summitate adūcū, quo naufragia capiuntur, hūc ferunt Anacharsim īuenisse, vel instrumētū cū pluribus vncinis quo vasa & alia cōplura q̄ ī flumine vel in pute is ceciderint extrahimus. Dici potest & harpax iter nauium vtēsilia nūerat⁹, & ab Anacharse scytha philosopho vt dicitur iuētus. a grecis deductæ dictiōes Nā apud illos ἁρπαξάμ rapere. Triuiales a lupo q̄ rapax sit lupum appellant. Est & harpago ferramenti genus, quod nonnulli canem vocant, quo ferramento circi vasis vinarijs aptantur.

¶Harpocrates penul. correpta, simulachrum in sacris Isidis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& Serapidis erat, quod digito labris impressō admonere videbatur vt silentiū fieret, quod signi, vt Aug. inquit vt homines eos fuisse taceretur, hic dicebatur silentij deus. Vñ Cicero Tullianum est illud. Factum me esse putat Harpocratē.

¶ Harpalus pe.cor. nomen viri proprium.

¶ Harpalice pe.cor. nomē mulieris harpali Thracum regis filiæ quæ patrem a Getis captum liberauit.

¶ Harpasa pe.cor. oppidum Asiæ oppositum fluuio harpaso vt scribit. Plin. lib. v. vbi cautes horrenda digito mouetur, sed non toto corpore.

¶ Harpyiæ mōstra fuerūt qualia describit Ver. Tristi⁹ haud illis mōstrū nec sæuior vlla Pestis & ira deū stygijs sese extulit vndis, Virgineī volucrum vultus fœdissima ventris Inguluies vncæq; manus & pallida sp. Ora fame. Dictę harpyę ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν hoc est diripiendo. Suid. ἅρπυιαι ἁρπακτικὴ δαίμονές εἰσιν. i. harpyiæ rapaces dæmones sunt.

¶ Haruspex vt inquit Ser. ex hara & specio cōponitur. hara vero auis ē cui vaticinātes haruspices ītē debāt. Do. ab haru go deriuat q̄ est hostia ab hara in qua cōcludit & seruatur. Et sic cū aspiratione scribitur. Pōt etiā dici ab ara hoc est a victimis ī ara aspiciēdis. Vnde quidā non aspirādū censent, qm̄ auspices, vt inquit Aug extra īspiciāt vt ex eis futura prędicant. Idē dicitur extispex. Solēt etiā aurispices dici horarū inspectores. Nam dies & horas in agēdis operibus custodiūt, & quod per singula tempora obseruare debeat homo intendunt. Ab haruspex fit haruspicina æ. pe. p. p arte ipsa, haruspicium pro actu, hoc est pro extorū inspectione.

¶ Hastis idis, curuatura e circulis & cameræ & rotę, licet ἄστις sine aspiratione dicitur scutum.

¶ Hasta q̄uis ab asto dī secūdū Var. ep astās ferri solet, aspiratur tamē ad differentiā secūdæ personæ īperatiui verbi asto hæc apud veteres subijci solebat rebus quas publice vēnum dabant. Quidā hastā ab hauriendo deriuari existimāt. Cuius diminu. est hastula. hinc subhasto, a quo subhastatio.

¶ Hastati dicti sunt q primi in acie cū hastis cōstitui solebāt.

¶ Hastile pe.pro. dicitur quod ad hastilis formam factum ē. & de quacūq; re dici pōt. Vñ p stipite cādelabri posuit. hic. in Exo. hoc erit inquit opus sex calamorum qui ducēdi sunt de hastili. Idē lib. re. Hastile hastæ eius erat quasi liciatorium rexentium. Et ibi pro stipitæ posuit.

¶ Hastarium rī. venditio auctionaria. Vnde Tertu. in apologe. In hastario vectigales sumus.

¶ Haud aduerbium negādi, haud quaq̄ a nulla parte seu nullomodo. Gel. Haud quaq̄ mihi displicebant.

¶ Haue verbū defectiuū qua salutare solemus aspirationem recipit vt differat a sexto casu huius nominis auis.

¶ Haurio is. hausi haustum. Inuenitur hauriui & haurij. scribit cū h. solo vsu ratione. Nam si naturalis esset aspiratio verbo haurio deriuata ab eo aspirationē retinerēt, vt sunt auris, auritus. auster. Non enim in his dicit vsus vt in haurio. Iccirco autem aspirandum quidam existimant, vt differat prima persona perfecti a nominatiuo plurali nōis ausus, & secunda persona p̄sentis indicatiui hauris ab auris nomine. Et significat accipio extraho. Et vocem his auribus hausi. Tractum ab aura quæ humorem omnem extrahit atq; exiccat. Et haurire est audire. Ver. lib. iij. Vocemq; his auribus hausi. Item aspicere vt apud eūdem. Hausit cœlum, mentemq; recepit. Item auide sumere, Cicero. Cum inexplebili cupiditate quo fluentius voluptates vndiq; exhauriret eo grauius ardentiusq; sitientem texit. Item vulnerare, vt latus haurit apertum. Item tenere. Verg. lib. iij. Geo. Et medium sol igneus orbem hauserat. Itē defatigare. Idē Exultātiaq; haurit corda pauor pulsans. Itē vacuare. Lucil. Q̄ haurire ais musarū & fortia gesfit. Item luere. Verg. Spero equidem mediis si quid pia numina possunt. Supplicia hausurum scopulis. Item consumere. Liui. lib. v. Tam longi temporis opus incendium hausit. Huius compositum est Exhaurio.

¶ Hausto as, frequentatiuum ab haurio. Festus. Exhaustant efferunt.

¶ Haustus us. forbitio. Col. lib. i. Si deerit fluens vnda, puteas is quęratur in vicino aqua quę non sit hausti⁹ profundi. Haustus a, um, participium. Inuenitur apud veteres haustum facere, pro eo quod est potare.

¶ Hazome apud latinos significat veneror & colo.

¶ Heautōtimorumēnos octo syllabarū significat seipsum cruciantem. Cōponit em ex ἑαυτὸν quę apud græcos aspiratur, & significat seipsum, & τιμωροκμένον crucians. Quo nōie dicta est Comœdia Terentij in qua inducitur Menedemus seipm crucians dum in fundo fodit arat aut aliquid facit sine laxamento ob filium qui fugerat in militiam.

¶ Hebdoas adis, septenarius ab ἑπτὰ septem, p. in b, conuersa. Hiero. ad Paulin. Hoc mysterio hebdoadis & ogdoadis futurus gentium p̄dicator erat instruendus.

¶ Hebdomas adis, & hebdomada de. latine septimana spatiū septē dierū & nūerus septenarius. Non em solū de diebus dicitur, sed etiam de annis, & quibuscunq; rebus qui septenario numero comprehenduntur Gel. Tum ibi addit se quoq; iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse, & ad eum diem septuaginta librorum hebdomadas scripsisse Et in Gen. Imple hebdomadam dierū huius copulæ. Et hanc quoq; dabo tibi pro opere quo seruaturus es mihi septem annis alijs. Et in Leui. Numerabas quoq; tibi septem hebdomadas annios. i. septies septem quæ simul faciunt quadragita nouem. hinc hebdomadarius.

¶ Hebdomecontapente ἑβδομηκοντάπεντε. id est septuagintaquinq;.

¶ Hebes obtusus, piger, tardus, & acumine carens. Cic. li. ij. academ. Alias hebetiora, alias acutiora videantur cornua. Vñ p translationem Ingenium hebes dicitur, sicut etiam obtusum.

¶ Hebe nomē vxoris Herculis & Iouis filiæ, quę pocillatrix & ministra poculorum Iouialium ee tradit & dea iuuentutis putabat. Suidas. Ἥβη νεότης ἀκμήσκω μαίνομαι δὲ ἡ θεὰ ἐν Βοιωτίᾳ ἱερὸν δὲ τῆς Ἥβης πρώτη ἐκφυσις τοῦ τρίχωμα. id est Hebe iuuentus flos ætatis & nomen deæ & primus pilorum exortus.

¶ Hebeo es, hebes sum. Hinc exhebeo, quod protulit Amb. in significatione actiua. Vigorem inquit mētis exhebuit. hoc est debilem fecit. Hebesco hebes fio. Cic. lib. i. tus. Sic mentis acies seipsam intueris nonnunq̄ hebescit. i. obtusa fit. Sal. Post quam diuitię honori esse cœpere, & eas gloria, imperium potentia sequebatur, hebescere virtus cœpit.

¶ Hebeto as. pe.cor. obtundo, obscuro. Plin. lib. xi. Namque & speculi nitorem ex aduerso nudati hebetant. Am. Qui recedit a sapientia hebetatur.

*Hebetesco siue Hebetasco, p. prie de visu dicitur cum oculorum acies minuitur tolliturque. Cc.

¶ Hebetudo rei alicuius carentis acumine, velmentis ingenij visus si. miliumq; obtusitas.

¶ Hebiones a veteribus pauperes dicuntur quę vox indicat contemptum quendam.

¶ Hebrus fluuius in Thracia qui ab Œagro flumine ortū habet. Vñ Oeagrius dictus. Verg. Tu quoq; marmor. a caput a ceruice reuulsum Gurgite cum medio portans Œagrius hebrus. Habet arenas ex quibus aurum colligitur.

¶ Hebręi dicti sunt Iudæi, ab Heber qui fuit abnepos Sem filij Noe. Prius Heberę cognominati ac deīn vna detracta līa hebręi sicut docet Aug. lib. xvi. ci. dei. Et quia ī ei⁹ familia remāsit lingua q̄ prius hūano ġeneri credit fuisse cōis cū gētes linguarum diuersitate sunt diuisæ. deinceps hebręa est nuncupata. Ab hebræus fit hebraicus a, um. vt lingua hebraica. ¶ Hebręi

¶ Hecaton pe.cor. latine centū dicitur. Inde per compositionem deducuntur.

¶ Hecatonpylos oppidum centum portarum πύλαι enim portarum designat.

¶ Hecatonpolis pe.cor. habens centum ciuitates.

¶ Hecatōbe sacrificij genus in quo rit⁹ hic seruabatur vt cen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tenę ſui generis mactarentur victię, centum ſues, cētū hœdi. Iul. ca. Tm̄ ſane lętitię in Balbino qui plus timebat vt hecatō bē faceret, quod tale ſacrificium eſt. Centū aræ vno loco conſtruntur ex ceſpite, ad eas centū ſues, centū oues mactantur. Iam ſi imperatoris ſacrificium fit, centū leones, centū aquilæ, & cætera huiuſmodi aīalia feriuntur, quod qdē græci quōdā feciſſe dicuntur eum peſtilentia laborarent, vel a numero victimarum, vel quia centum Peloponnenſi vrbes id faciebāt & a numero ſacrificantium compoſita eſt dictio.

¶ Hecatonchiros pe. cor. centimanus latine dicitur.

¶ Hecatontarchus Centurio.

¶ Hecatompus qui centum pedes habet.

¶ Hecate pe. cor. trium poteſtatum nomen. Ipſa eſt enim Luna Diana Proſerpina, quod ſignificatum vt eius mirabilis potentia oſtendatur, vel ꝙ centum hoſtiis placetur, ſiue ꝙ centum annos errare facit inſepultos. Hecate etiam fuit nomen filiæ Perſes de qua in dictione Oeta.

¶ Hecamada Aſſinoi filia, quæ dono Neſtori data eſt, dū ab Achille diriperetur.

¶ Hæcta res minimi prętii, quaſi hieta, id eſt hiatus hominis, atq; oſcitatio. Alii puſtulam dicunt quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere, a qua accipitur res nullius pretii. Pompo. Hic homo hectæ me facit.

¶ Hectica febris, non a conſtitutione, ſed ab habitu nomen habet. Hæc non in humore tantum atque ſpiritu, ſed in ipſis plane coit oſſibus & inoleſcit. Ideo non Ethica appellari debet ſed habitualis ἕξις.

¶ Hæmorrhoides genus morbi. Hæma enim ſanguis dicitur recipitq; diph. inde hæmorrhoeo quod ſignificat fluxu ſanguinis laboro, & profluuium patior.

¶ Hedone apud nos voluptatem ſignificat.

¶ Hedra ſedes latine dicitur. vnde fit cathedra.

¶ Hecyros latine ſocer, hecyra ſocrus pe. cor habet. Sunt & q ſine h. ſcribant.

¶ Hedui populi gallię poſt Heluetios & Sequanos in occaſum vergentes, iuxta quos ex alpibus fluit Araris.

¶ Hedyſmos apud græcos ſuauitatem odoris ſignificat. Hedyſmata græce cōdimēta, ſed ꝓprie q̄ corpore cōſtāt. Cc.

¶ Hegeſias cyrenaicus philoſophus fuit, qui tanta fuit eloquentia ſicut Val. max. ſcribit vt ſic mala vitę repreſentaret, vt eorum miſeranda imagine audientiū pectoribus inſerta multis voluntariæ mortis oppetēdę cupiditatē ingeneraret. Ideoq; a rege Ptolemæo vlteri⁹ hac de re dicere prohibitus.

¶ Hegeſippus nomen hiſtorici proprium.

¶ Hei interiectio ingemiſcētis drō iungitur prōnominis, vt Hei mihi qualis erat. Cic. Hei mihi nō poſſum hoc ſine lachrymis commemorare. Aſpiraē natura ꝙ is animi affectus aſpiratione melius declaretur.

¶ Heiulo as penul. cor. ab hei. fit & ſignifi. ſublata voce fleo. Hiero in iob. Propter multitudinem calumniatorum clamabunt & heiulabunt propter vim tyrannorum. Plaut. in aul. Quinam hic homo ante ædes noſtras heiulās conqueritur mœrens? Inuenitur & heiulor deponens.

¶ Helei pe. pro. populi in Peloponneſo clariſſimi propter delubrū Iouis olympij, ludoſq; olympicos. Quorū ꝑfecturam Helei habuerunt. Vñ Helei equi & heleus carcer ſæpe legūtur. Luc. Quantum clamore iuuatur Heleus ſonipes.

¶ Helios græce ἥλιος latine ſol, inde heliacus ſolaris.

¶ Heliocaminus pe. pro. vaporarium quoddam ſolare nō ad ignis vſum, ſed ad ſolis, velut id quod vulgo lumina dicitur & in Padana gallia Lucerio. Vulp. in ſeruitutibus vrbanis. Si arbor inquit in heliocamino vel ſolario ſolem adimat dicēdum erit quia vmbram facit in loco cui ſol fuit neceſſarius cōtra ſeruitutem impoſitam fieri.

¶ Heliochryſos herba eſt aureum florem producens.

¶ Heliopolis pe. cor. ciuitas Ægypti inter Alexandriam & Coptum a græcis Thebe dicta, quaſi ciuitas ſolis. Altera eſt in Cilicia Chryſippi ſtoici patria.

¶ Heliotropium hærba ſolaris dicta ꝙ ſe cum ſole circūagat etiam nubilo die & nocte. Varro. Nec minus admirandum quod ſit in floribus quos vocant heliotropia, ab eo ꝙ ſolis ortum mane ſpectant & eius iter ita ſequuntur ad occaſum vt ad eum ſemper ſpectent.

¶ Heliogabalus pe. pro. Antonini Caracalle filius qui ad imperium aſſumptus fuit matris ingenio apud Antiochiam.

¶ Heliodorus nomen viri proprium.

¶ Heliocopis nomen Nymphæ.

¶ Heliades patronymicum fœmininum ab helios qui eſt ſol. Nam ſorores dicuntur Phaetontis.

✳ Helioſelinum genus apij quod ſponte in humidis naſcitur vno folio nec hirſuto. Cc.

¶ Helle es, nomen Athamantis Thebarum regis filiæ a qua Helleſpontus.

¶ Helleſpontus fretum anguſtum ab ęgeo in propontida, & vbi ſunt illę anguſtiæ ſeptem tm̄ ſtadijs Aſiam ab Europa diuidentes. ibi enim helle in pontum decidit. Vnde qui pri⁹ pontus dicebatur, Helleſpontus vocatus eſt.

¶ Hellas nomen fluminis & regionis Achaię. vt inquit Proſe. a noſtris Græcia appellata a Græco qui primus in ea regnauit. A cuius filia vocata eſt Attis. Deiñ ab Hellene Deucalionis filio dicta fuit Hellas, incipit ab iſthmo Corinthio ſiue ſtructura Peloponneſi & ad littora Ægęi maris porrecta vſq; in Macedoniam & Theſſaliam, quam cum omni Boetia intra ſuum nomen includit, extenditur.

✳ Helimus vnus ex centauris. Cc.

✳ Helioſcopium Dioſcorides arboroſum fruticem vocat ſimilem ficui, ſed minorem, folia ſimilia platano, ſed maiora lenia & nigriora, ex quo exprimitur oleum cicynum, nam Cicy ille frutex alio nomine dicitur. Cc.

¶ Helleborus & helleborum pe. cor. dicitur hærba purgatoria optimum, quod in anticyra circa helleborum fluuium gignit, atq; inde a grœcis helleborus appellatur. Hora. Expulit helleboro morbum bilemq; meraco. Hāc hęrbā Romani alio nomine Veratrum dicūt, pro eo ꝙ ſumptū motā mentē in ſanitatē reducit. Duo ſunt eius genera. Albū. ſ. & nigrū. Album quod vomitione cauſas morborum extrahit Nigrum quod purgat ꝓ inferiora. Scribitur ſecūdum Apul. per h. Sed apud grœcos non aſpiratur. Melampus medicus Amythaonis filius helleborū inuenit quod Melāpodum vocant. Alij dicunt paſtorem eiuſdem nominis inueniſſe cum capras paſceret. Collu. Sed negat helleboros & noxia galbana ſucco.

¶ Helice vrbs Arcadię quam mare abſorbuit, de cuius nomine vrſę ſydus fortaſſe vocatum eſt a poetis, ꝙ Caliſto Lycaonis regis filia quæ ex vrſa cum filio in ſtellas verſa eſt Arcas fuerit.

¶ Helicon pe. cor. mons Bœotiæ iuxta thebas, atq; vt Strab. lib. ix. ſcribit Phocidi vicinus eſt non procul a Parnaſo eique æmulus & altitudine & circuitu qui & ipſe Appollini quoq; ſacer & muſis eſt. Vñ Heliconiades muſę ſunt appellatæ. Dictus helicon ab helicone qui ibi cum citherone fratre ſingulari certamine pugnauit, vt quidam tradunt.

¶ Helcium dicitur quod eſt ante pectus equorum, & id genꝰ animalium ab armis. i. humeris pendens, inſtrumentum quo & molę illi per machinulam innexę verſantur & curricula ꝓ temonem trahuntur. Vnde & nomen accepit. Helco enī græce, traho latine dicitur. Hinc helciarius.

¶ Helciarius qui funa canabino nauē trahit aduerſus vndas, vt eſt apud Mar. De helcio meminit Apule. lib. ix. meta. Defectum alioqui me helcio ſparteo dimoto nexu machinę liberatum applicant præſepio. Et paulopoſt. Helcio tandem abſolutus refectuiq; ſecure redditus.

¶ Helena ę, ſiue helene es. penul. cor. Caſtoris & Pollucis ſoror & Menelai Lacedęmoniorum regis vxor, a qua helene inſula vocata eſt ꝙ in ea primum Paris cum Helena dicitur concubuiſſe. Multi fuerunt qui ſcripſerunt de laudibus Helenæ, ſed in primis mihi videtur Demetrius Moſchus excellere, qui de ipſa ita ſcribit, ꝙ pulchritudo Helenæ non fuit caduca, ſed ſemper florens, & ꝙ Venus fecit nutriri Hele-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

na gratijs ſuis. Vñ ait καὶ μὲν τὴν Δε θεοί πᾶς ἐθάμβεον ἐισορέοντες τικτομένην μεγάλοιο κούρην Διὸς ἀθανάτοιο ἐν δὲ χαρίτεσσιν μετὰ δαῖτα τοῖσι ἀφροδίτη δεῦ πειλαι τλῶ μοὶ ἀτιτάλλειμ ὡς ἐπέοικεν δῖον ἐμὸν πολύχαρτον ἐθέλοντα βροτῶν υἱόν. id eſt Hanc autem dij inſpicientes tremuerunt parientem magni iouis filiam & amauerunt, ſtatim vero gratijs talia locuta eſt Verius, venite charę nutrite vt decet multum fructum, nutrite immortalem filiam.

¶ Hellenes Deucalionis filius, a quo græcos Hellenes non nulli credunt fuiſſe nominatos.

¶ Helenium frutex ſeu hærba qui ex Helenæ lachrymis fingitur natus in Helenę inſula. Fauere creditur forme & cutem nutrire incorruptam, venerem conciliare, & hilaritatem inducere in vino pota.

⁂ Helis Arcadię oppidum iuxta quod fiebant certamina olympica. Cc.

¶ Helius propriũ nomẽ viri a ſole, qui græce ἥλιος dr. Cc.

⁂ Helix genus eſt ſalicis breuiſſimę, capitur etiam pro hederę ſpecie. Cc.

¶ Helicteres inaures ſunt ſicut docet iuli. Pol. q̃ & helicæ dr a clauiculis quas helicas vocant. Quod aũt græci vocat helicem nos clauiculam & pampinũ & cãpolũ vtĩ vite dicim⁹.

¶ Hellanodices latine iudex certaminis dicitur.

¶ Heluo vorax, inſatiabilis & immoderate ſua bona ingurgitans quaſi omnia luens. Terent. in heau. Gerro fraus heluo ineptus ganeo dãnoſus. Cic. per tranſlationem heluo librorum dixit quaſi guloſus, id eſt nimis auid⁹ librorum. Et aſpiratur vt ab eluo ſuo primitiuo differat, ſiue vt auiditas illa magis exprobretur, vt inquit Feſtus. Fit enim vox incitatior.

ὃ Heloi vocant hebrei deum, ſignificatq; robur, & potẽ etiam, vt ſit nomen dei quaſi omnipotens. Plaut. vero deos, id eſt græce theos athein q̃ eſt currere deriuat ſtellas enim q̃ ſem per mouentur deos appellabant.

¶ Helorus pe. pro. Siciliæ fluuius. Fuit etiam eo nomine iſtri fluminis filius qui ab Aiace occiſus eſt in ea pugna quam greci cum Thelipho rege Myſorum habuerunt.

¶ Heluacia genus ornamenti lydij dictum a colore boũ qui eſt inter rufum & album, appellaturq; heluus q̃q̃ hæc eadẽ vox apud veteres ſaburram ſignificaret.

¶ Heluela ſunt holera minuta vt inquit Feſtus, quoniam helus & heluſa veteres dicebant, pro holus & holera.

⁂ Helxine hærba ſic dicta ἀπὸ τοῦ ἕλκω. i. traho, qm̃ caulículos leuiter rubentes habet & ſemina in capitibus lapaceis q̃ veſtibus adhæreſcunt. Cc.

¶ Heluetij populi germanię iuxta lacum Erciniæ ſyluæ.

¶ Heluolum apud Cato. eſt color inter rufum & album, vnde heluole. Colu. lib. iij. Sunt & heluolæ quas nonnulli varias appellant, neq; purpureę, neq; nigrę, ab heluo (niſi fallor) colore vocitatę.

¶ Hem interiectio corripientis ſeipſum vel indignantis vel admirantis, vt hem nos homũculi. Apul. Hem hominis audaciam. Q̃ñq; demõſtrãtis eſt. Teren. in An. Hẽ puer herde puer eſt. Et aſpiratur propter maiorem ſonum.

ὃ Hemerodromos dr̃ curſores, qui die vno ingens ſpatium curſu emetiebãtur, inter quos clariſſimus fuit Philonidas Alexandri magni curſor, inter mancipia erant curſores, vt ex iuriſconſultis patere põt. Pau. lib. iij. de legatis. Quod ſi alij vernæ Alij curſores legati ſint ſiquidẽ curſores & vernę ſint curſoribus cedent.

⁂ Hemeris genus eſt arboris glandem ferens. Cc.

¶ Hemis apud nos traducit ſemis. Græce ἥμισυ dimidi⁹.

⁂ Hemiolus numerus dicitur cum ex duobus numeris maior habet totum minorem & præterea eius medietatem vt ſunt tria ad duo. Cc.

⁂ Hemicadia vaſa dimidij cadi. Cc.

⁂ Hemicyclus ſemicirculus. Cc.

¶ Hemicyclum ſedes ſeu cathedra ſemirotunda græ. ἡμικύκλον. Hemicyclus medius circulus. Nam cyclus circulus. Eſt enim facta in medij circuli formam. Cice. in Lęlio Tum memini domi in hemicyclo ſedentem.

⁂ Hemeridion latine diurnale vel q̃ paruum diem durat.

ὃ Hemiomum herba quę alio nomine Aſplemon dicitur. Cuius vis eſt contra ſingultus omnes.

ὃ Hemus mons in thracia excelſitate conſpicuus ex cuius vertice vulgata opĩo eſt ponticum ſimul & Adriaticum mare & hiſtrum amnem & alpes conſpici poſſe. Nam eius excelſitas ſex milia paſ. continet. Dictus hemus a nomine regis hemi. A cuius ſorore alter quoq; mons Rhodope nominatur ĩ quos transfiguratos eſſe rhodopẽ & hemũ fabulæ canunt. Oui. lib. vi. me. Threiciam rhodopem. Habet angulus vnus & hemum, nunc gelidos montes mortalia corpora quondã poſſet etiam hoc nomen deduci ἀπὸ τοῦ αἵματος. i. a ſanguine. Eſt & hemus nomen græculi hiſtrionis, cuius meminit iuue. Et nomen famoſi latronis.

¶ Hemina pe. pro. menſurę genus qua vinum vel frumentum metiebatur, & dimidiũ ſextarij continet, quaſi ſemiſextaria. Gel. lib. iij. Si ex ſextario hemĩa fuſa eſt, ſed dimidium tertio. Inde heminaria quaſi mediocris.

¶ Hemodes inſulæ ſeptem in oceano Germanico.

¶ Hemiplexia pe. pro. paralyſis, hoc eſt ſemia poplexia, cum in alteram tantum partem corporis malum id incubuit. Nã cum totum afficitur Apoplexia nominatur, nunc vtrumq; inquit Celſus paralyſin appellari video.

¶ Hemicranici ſunt qui dimidia parte capitis laborant, quẽ admodum cephalea quo totum caput infeſtatur. Dicti hecranici ab hemicrania quæ & hemicræa dicitur.

¶ Hemiolus quędam arithmetica proportio continens aliquem totum numerum atq; ei⁹ dimidium, vt ſe habẽt tres ad duo & quindecim ad decem.

ὃ Hemiola vſura, quę continet totum & dimidium ab ἡμι dimidium & ὅλον totum, vtſi de quattuor ſolidis in fine anni accipiantur ſex.

¶ Hemorobios ſignificat diarij victũ, quo nomine dictus ẽ Diogenes Cynicus phũs. Eſt & hemorobius vermiculus q̃ vitã diei habeat. ἡμέρα. n. græ. diẽ dicunt, βίος vitam.

¶ Hemiſtichion dimidius verſus. Nam ſ῾ιχος verſus dicitur

¶ Hemitogium dimidia toga.

¶ Hemitritęus ſemitertiana febris, ſic dicta q̃ parte aliqua tertianam p̃ſentet tertio die vt illa repetens, non tamen vt illa die vnã p̃ſtat integrũ ſed inter horas. xxxvi. plus vel minus porrigitur. Hiero. in diuo. Hilarione. Ibi ſiue ob corruptũ aerem ſiue propter gloriam Hilarionis ſerui dei hemitritæo pariter arrepti omnes a medicis deſperati ſunt.

¶ Hemiſpherium dimidia ſphęra hoc eſt cæli dimidium.

ὃ Hemiſpheria duo ſunt latera ab oriẽte diuiſa ad occaſum.

ὃ Hepta apud nos ſeptem, & aſpiratur, cũ ſuis deriuatis.

¶ Heptapylos pe. cor. latine dicitur ſeptem portas habens.

⁂ Hepatites gemma eſt. Cc.

¶ Heptapachys pe. cor. menſura ſeptem cubitorum. Vnde Achilles heptapachus eſt appellatus.

ὃ Hepiolus papillio qui lucernarũ luminibus aduolat.

¶ Hendecaſyllabus verſus vndecim ſyllabarum qualis ille Catullianus. Paſſer deliciæ meæ puellæ.

¶ Heptemimeris cęſura eſt cum ſyllaba naturaliter correpta producitur quod ſolet fieri in principio quarti pedis vel ſeptimę ſyllabæ ſi tres ſpondei præcedant quaſi ſeptima dicatur diuiſa pars, ab ἑπτὰ ſeptem & μερίζω diuido. Vide in dictione cęſura.

ὃ Heptophonon quod habet ſeptem voces.

¶ Heptaphorus nomen viri proprium.

¶ Heptaporus Troię fluuius.

ὃ Heptaporus fluuius dictus quia ſeptẽ locis vadari põt eadẽ via, ppter qđ, & polyporos, vt Stra. inquit appellatus ẽ.

ὃ Heptaporus, id eſt ſeptem fluus, ſiue ſeptemuadus, quo nomine dictus eſt Rheſus fluuius troianus.

¶ Hepheſtos proprium viri & nomen Vulcani.

ὃ Hepheſtides genus lapidis dictus q̃ in ſole additus aridam materiam dicatur accendere ignis modo quem poe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tę a Vulcano Epheſton vocant.
¶ Heraclea dicebatur q̄ nūc Calpe in finibus Europæ, & oli perintus vocabatur, ciuitas Boſphoriana, a qua Dionyſius phūs zenonis diſcipulus Heracleotes a Cicerone in Tuſculanis appellatus eſt vbi fuit amphitheatrum vnum e ſeptem ſpectaculis. Fuit & alia heraclea in radicibus Oetę montis q̄ Aſaris fluuius alluit. Alia in ponto. Alia iuxta oſtia Rhodani. Alia in Campania, quæ & herculanum dicta eſt.
¶ Heraclee oppidum proximum Neapoli incumbens mari.
¶ Heracleopolis nōmē trium ciuitatum. Vna eſt ī ęgypto ex qua theophanes phyſicus. Altera non longe a Peluſio. Tertia ſecundum Nili hoſtium quod Canopicum eſt.
¶ Heracleon hęrba ab Hercule inuenta, quam alij Origanum heracleoticum ſyluęſtre dicunt, qm̄ ē origano ſimile. Alij Timalum dicūt. Naſcitur in aquoſis foliis magnis & ī ſumma aqua flore lilio ſimili, & cum defluxerit capiti papaueris. Eſt & alia herba heraclion ſiderion caule tenui digitorum, iij. altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, iuxta amnes & lacus naſcens & omnia vulnera ferro illata efficaciſſime ſanās.
¶ Heracleotica nux. Quærę in dictione Iuglans.
¶ Heraclitus pe. p. nomē propriū phī epheſij græce ἡράκλειτος ei diph. Lucre. Heraclitini quorū dux agmina primus
Hic eſt ille qui quoties domo egrediebatur flebat ſicut Democritus ridebat, alteri omnia quæ agimus miſeriæ, alteri inepti videbantur. Cognominatus eſt Scotinos, quaſi tenebricoſus. De induſtria enim obſcurabat ſtilum. Ideo q̄ eius volumina phī ſudantes vix intelligunt. Fuerūt alij quatuor Heraclidi. Primus poeta Lyricus. Secundus Halicarnaſeus ſīmę elegantiæ. Tertius Leſbius, qui Macedonum ſcripſit hiſtoriam. Quartus vir ridiculus.
*Hera Iunonis nomen apud græcos. i. aeris, nam ἀήρ apud græcōs ſepius repetitum heram facit.
*Heraclius Imperatoris proprium ab Hercule deductū formatione græca. Cc.
¶ Heradides pe. cor. nomen philoſophi, qui heracleotes fuit ex Ponto. Hic opulentus Athenas venit deditque ſe in diſciplinam Speuſippo. Pythagoreorum auditor fuit Platonis ſtudioſus. Fuerunt ingenij illius monumenta pręclara. Nam dialogos & tragœdias ſcripſit. Fuerunt & alij multi heraclidæ ingenio & doctrina inſignes.
¶ Herceus dictus Iuppiter quem etiam penetralem vocabant qui intra conceptum domus cuiuſque colebatur. Græce enim hercos ſeptum clauſtrumq; nominatur. Ouid⁹. Cui nil Hercei profuit ara Iouis.
*Hercinia ſylua eſt Germanię, cuius latitudo eſt itinere nouem dierum. Cc.
*Hercinij populi ſunt vetus Pelaſgorum colonia. Cc.
¶ Hercules cognomen vel fortaſſe potius agnomen Iouis & Alcmenæ filij qui ob fortitudinem & gloriam creditus fuit q̄ inter deos ſit relatus. Fuiſſe autem tres Hercules ſcribit Diodo. Alij ſex autumant. Primus qui certauit cum Apolline de tripode. Alter Nilo natus ægyptius, quem aiunt Phrygias literas conſcripſiſſe. Tertius ex Idæis dactylis cui in ferias afferunt. Quartus Iouis filius ex Aſterie Latonæ ſorore qui Tyri colitur, filiāq; habuit Carthaginem. Quintus in India qui & Belus dicitur. Sextus Thebanus ex Alcmena & Ioue tertio genitus cui aliorum geſta aſſignant. Herodotus ſcribit Herculem vnum eſſe ex. xij. diis ęgyptiorum, greco ſq; ab Ægyptijs hoc nomen mutuatos indidiſſe filio amphytrionis. Var. xlij. Hercules nominat. Veruntamen omnes q̄ robore p̄ſtiterunt hoc nomine ab hercule Alcmenæ filio appellatos fuiſſe affirmat. Macro. aſſerit herculem eſſe ſolē quaſi heraclem, idq; ex noīe clareſcere. Hercules em̄ nihil aliud eſt q̄ heras id eſt iunonis. i. aeris, clcos. i. gloria vel laus. Quę porro alia eſt aeris gloria q̄ ſolis illuminatio? Idem dictus eſt. xij. labores confeciſſe, quia ſol annuo curſu. xij. ſigna zodiaci luſtrat & conficit. Ab hercules hercle & hercle Mehercules & mehercule aduerbia iurandi.
¶ Herculanus a, um, nomen poſſeſſiuū. Eſt & herculanus nomen proprium ab hercule deriuatum. Gel. lib. i. adiectiuum poſuit. Cōprehenſa inquit mēſura herculani pedis ſecūdū debitam membrorū omniū inter ſe cōperentiā modificatus ē.
¶ Herculanum fuit Campaniæ oppidum.
¶ Herculeus a, um, apud poetas dicitur, qm̄ breuē iter duas longas heroicus verſus non admittit, vt, Atſinus herculai ſi vera eſt fama Tarenti. Et modo poſſeſſiuum eſt, modo accipitur pro forti, vt herculea vis. Herculeus homo. Mō p̄ imměſo, vt herculeum opus. Herculeus etiam morbus dicitur comitialis, quoniam hunc morbū paſſus ſit hercules. Vñ & ſacer eſt appellatus, & maior morbus propter grauitatem.
♂ Herculeum promontorium locrenſe, de quo Stra. lib. i.
♂ Herculeius, fuit vir romanus, qui marianas partes fouit cum ſertorio.
¶ Herebus pe. cor. profunditas inferorum dicitur. Vide in dictione Erebus.
*Herix hericius & Herinaceus animal eſt hyeme ſe condēs prępārēs huic tēpeſtati cibos, ſic dict⁹ q̄ horreat ſpinis.
¶ Hermes, is, & hermetis dicitur latine quaſi interpres. Mercurius dictus eſt ab ἑρμηνεία. i. ſermone. Pręſtabat enim eloquentia, quem effigiabant alas in capite & pedibus habentem, q̄ ſermo hominum per aera volitet.
¶ Herma æ, etiam Mercurius dicitur, q̄uis etiam quandoq; ſumatur pro ſtatuis & ſigillis pręcipuęq; truncis & quorum permutari poſſunt. Ci. ad Atticum lib. vi. Hermæ illi tui pētelici cum capitibus æneis de quibus ad me ſcripſiſti iam nūc admodum me delectant. Probus Æmi. in Alcibiade. Id cum appareret, priuſq̄ claſſis exiret, accidit vt vna nocte omnes hermæ qui in oppido erant athenis deijcerentur pręter vnā quę ante ianuam erat. Suidas dicit hermes ſtatuas dictas q̄ plurimum Mercurii ſtatuę deliniarentur. Hæ enim hermę viriles ſtatuę ad propagādam defuncti memoriam ſepulchris erigebātur. Solebāt aūt Romani Mercurij ac Mineruę ſtatuas cōiūgere gymnaſijs dicareq;, quas hermathenas Cicero nominat. Quod ad me de hermathena (inq̄t) ſcribis, p̄mihi gratum eſt ornamētū academię propriū meæ q̄ & hermes communē oīm & Minerua ſingulare inſigne eius gymnaſij. Quidam hermas accipiūt p̄ lapidibus quadratis quos Athenięſes ſolebāt ponere tū in priuatarū tū in ſacrarū ædiū veſtibulis, vt ſignificaretur rationem & veritatem perīde vt formā quadratam rectam ſemper ſtare. Dicti hermę a Mercurio qui eſſet deus rationis & veritatis.
*Hermenii populi Moſchorum ſunt prope Colchos. Cc.
*Herlinus vnus ex centauris. Cc.
¶ Hermoglyphus marmorarius & ſtatuarius.
¶ Hermopolium officina vbi officiatores ſtatuarū habitāt.
¶ Hermopolis pe. cor. nomen vrbis quā Hermes condidit.
¶ Hermaphroditus pe. pro. Mercurii & Veneris filius compoſitum nomē ab hermete, & aphrodite quod venerē ſignificat, a quo hermophroditi dicti ſunt vtrūq; ſexū habentes Ii etiam Androgyni dicuntur, qui vtrunq; ſexum habent.
¶ Hermodorus pe. pro. fuit philoſophus Epheſius quem in Italia exulantem Pōponius iureconſultus tradit auctorē fuiſſe. xii. tabularum ferendarū decēuiris. Pli. dicit hunc fuiſſe interpretē legū decēuiralium, eiq; ob id ſtatuam publice dicatām. De hoc Strab. lib. xiiii. In epheſo fuere viri memoratu digni ex antiquis Heraclitus. Item Hermodor⁹. De quo hic idē inquit. Dignos eſſe omnes Epheſios ſtrangulari qui hermodorum virum inter eos frugi eiecerunt dicentes. Nemo noſtrum frugi eſto, alioqui cum aliis eiiciatur.
♂ Hermon, mons longe diſiunctus ab Hieruſalem tranſiordanem, nomē hebręum, quod interpretatur lignū exaltatū.
♂ Hermon ſtatio piſcatorum in peloponneſo.
¶ Hermenia latine interpretatio. Vnde peri hermenias Ariſtotelis, liber de interpretatione.
¶ Herici⁹ aīal ſic dictū, q̄ ſetis horreat. Hic & herix dicitur, in ſepibus dumoſis & vineis p̄ autūnū præcipue diuerſat. Conditur ī arb orib⁹ hyeme, & cibis p̄ æſtatē paratis veſcit. Vbi⁹ ſenſerit venatores cōtractis ore & pedib⁹ cōuoluit ī formā pi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

le, nequid cõprehendi possit ꝑter aculeos. Sunt e genere eorũ maiores histrices, quibus longiores aculei. De quibus infra.

¶ Heri ab hęrendo quidam dici putant, ꝙ hesternus dies hodierno diei cohæreat, sine diei alterius interpellatione. Dicitur etiã here ꝓpter cognationem literarũ i & e vt vespere & vesperi. Ab heri fit hesternꝰ a, um, sicut a cras crastinꝰ. Et accipit hesternus ꝓ pridiano. Teren. Iure hesterno panẽ atrũ vorẽt.

ð Herillus calcedoniꝰ philꝰ zenonis discipulus fuit. Qui cum audisset sciẽtiam laudatam esse ab aristotele & Theophrasto summum bonum in ea posuit.

¶ Hermias eunuchus trapezitę cuiusdã famulꝰ Athenas ꝓfectus Platonem Aristotelemq; audiuit & domum reuersus cum domino suo Acarnenses, & assenses aggressus eos subegit, & illis simul cum domino imperauit.

* Hermias etiã puer fuit quẽ delphin in mare portabat. Cc.

¶ Hermogenes pe. cor. nomẽ ꝓprium latine dr̃ Mercurio genitus. Cõtra quẽ cauillatꝰ Cratillus eum hermogenem non recte dici, quia doctrinę, s. atq; eloquentiæ nihil sapiat.

* Hermupoa hærba quam mercurialem hęrbã vocant qua sis mercurij pabulum. Cc.

ð Hermus fluuius qui simirne cãpos ĩtersecat delapsus a mõte Dorylo phrygiam scindit a Caria. Hic supfusus cãpis gignit fertilitatem. Vnde harenas aureas fingitur trahere.

¶ Hernia cõe est nomen tribus morbis. s. Enterocelę, Epiplocelæ, & hygrocelæ. Enterocela enim dicitur cum intestina dilabuntur in Scrotum. Epiplocela cum omentum. Hygrocela cum in alterum e testibus humor cõfluit. Has species nostri vocant hernias vt inquit Cælsus a duritię pellis quę fit post intestinorum descensum. Hernium enim durũ & asperũ dr̃. Tractum a Sabinorũ lingua qui hernia saxum vocant. Mart. Derisor Fabianus herniarũ oẽs q̃ modo colei timebant dicẽtem tumidas in hygrocelas. Ramices vero has species sub se continet. Paroçlã q̃ est cũ ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit. Sarcocelã cum in ipso scroto concreuit caro. Cirsocelam cũ venæ intumuerunt. tunicis testiũ integris vel in ipso scroto, vel cũ bubonocela dr̃ in inguine Est tamen vbi Pli. enterocelã dixerit ramicem, vt ĩ medicinis cupressi. Differt ab his bronchocela quippe quę in ceruice sit, quasi tumor magnus & rotundus inter cutem & asperã arteriã, qua modo caro hebes, mõ humor aliqs ĩcluditur. Interdũ etiam minutis ossibus pili immissi, vt in Celso. lib. vij. ꝓperã scribatur brõcocolæ. Sunt etiã qui herniã interpretentur pro testiũ theca vt illud Mart. Ingens iratis apparuit hernia sacris.

¶ Hernioſus pro eo qui herniã patit. Hiero. in Leui. Si cæcus fuerit vel hernioſus nõ accedet offerre hostias domino.

¶ Hernici populi in Cãpania saxa incolentes. Hos tamen hernicos appellatos voluit Macro. qui Hernum deducit a nomine hernici pelasgi qui eorum fuit dux.

¶ Herodius & Herodion auis, falco vulgo dicta, ĩmo est ardea la garça.

¶ Herodes Antipatris Idumei filius anno. x. Augusti rex iudeorũ a romanis declaratꝰ est. regnauitq; annis. xxxvij. Hic vir strenuus Samariã olim in cinetes redactã a fundamentis erexit, eamq; in honorem Augusti angustam. i. Sebastã appellauit. Crudelissimus tamen fuit, quippe qui multos iniuste occiderit. Nam omnes legis ĩterpretes ꝓter alias multas neces, & paruulos bethlemitas gladijs interemit. Quo facto mox intercutis morbo percussus scaturientibus toto corpore vermibus extinctus est. Fuit alius Herodes antipas filiꝰ huius prefectꝰ Galileę post archelaum impiissimus fuit. Nã in ciues siccarius, in nobiles latro, ĩ socios populator habitus est. Vxorem philippi fratris duxit, Ioannẽ baptistã occidit, & dominum nostrum illusum Pilato remisit. Tandem Lugdunum a Caio Cæsare relegatus ibi vitam finiuit. Tertiꝰ Herodes dictus Agrippa Aristoboli filiꝰ qui Iacobum occidit. Alius Herodes fuit Atticus, qui greca oratione, inquit Gellius fere vniuersos grauitate, atq; copia, eleganciaq; vocum longe prestitit.

¶ Herus dominus aspiratur vt differat a verbo futuri tẽporis ero.

¶ Heros a iunone dicitur inquit Aug. lib. x. ciui. dei. Nã grẽce Iuno hera appellatur. Et ideo nescio quis filius eiꝰ secundũ græcorum fabulas heros fuerit appellatus. Hoc videlicet velut mysticum significante fabula ꝙ aer Iunoni deputet vbi volunt cum dęmonibus heroas habitare. Quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Et lib. vij. Inter Lunæ gyrum & nymborũ ac ventorũ cacumina aerias esse animas, sed eas animo non oculis videri & vocari heroas & lares & genios. Mar. Capella ĩ nuptijs philologię dicit heroas ab hera quę terra dicitur nuncupatos. Hinc heroicus ca, cũ. & Heroĩs idis. Mychalus autẽ ethymo ἥμισυ ἀνὴρ θεῖον ἐστὶ ἡμίθεος γενικῶς λέγεται δὲ ἀπὸ τοῦ ἐρῶτος ἡ ἀρετῆς ἢ σοφίας ἀνυσμὸν καὶ πόνους ἀνωτέρω ἀνθρώπων ἀρίστου ἀγαθοῦ ἀρετῆ. * Heros vir diuinus est semideus generosus, dicitur ab amore virtutis cuius causa pericula & labores supra mortales eleuatus eligit. Geros hero

¶ Herpes animal sic dictum ꝙ eo præcipue sanentur ea quæ serpunt.

* Herpetę dicuntur hulcera quæ serpunt. Cc.

ð Herpeta pe. cor. morbus qui serpit sicut scabies. Macer.
Hanc fugit apposita sacer ignis, & herpeta mordax.

¶ Heroidas veteres fœminas clariores dixerunt, quales sunt heroum vxores & filiæ. Papi. lib. iij. Siluarum. Qua veteres latias graiasq; heroidas æquas.

¶ Herfilia nomen vxoris Romuli, quę in horam versa templa cum Quirino tenuit. Est autem herse apud grecos quod apud nos est ros.

¶ Hanula parua delubra, ĩ qua loco f ponitur aspiratio qua sit fanula.

¶ Hesperus pe. cor. Athlantis frater, a quo hesperia. Scribit Diod. hunc hesperum cõscendisse cacumen montis athlantis ad cursus astrorum obseruandos & nunq; deinceps comparuisse. cui vulgus honores diuinos exhibuit, astrumq; lucidissimum eius nomine appellauit. De quo Vergi. Ite domũ saturę venit hesperus ite capellę. Hæc etiam serotina stella vesper dr̃ vt apud eundẽ lib. i. geor. Quid vesper serus vehat. Similiter vesperugo noĩat. Plau. Nec vesperugo nec vergiliæ occidũt. Rursus & illa eadẽ excogitata stella a Pythagora primum fuit quę ante solẽ oriri conspicitur, tunc quoq; Lucifer noĩatur, quæ grẽce φόσφορος dicitur. Ver. in Damone Nascere pręq; diem veniẽs age lucifer almũ. Q̃nq; etiã a nonpis iubar trãsfertur, eo ꝙ eius splendor in modũ iubę leonis diffundat. Similiter & Venꝰ appellat, siue in die siue ĩ nocte.

* Hesperion ceras promontorium est ad Fortunatas insulas in mari athlantico. Cc.

¶ Hesperiæ duæ sunt. Vna quę Hispania dicitur, altera Italia, quæ sic discernuntur. Aut enĩ hesperiã solam dicimus & significat Italiam. Vergi. Est locus hesperiã graij cognoĩe dicunt. Aut addis vltimã & significat hispaniã, quę in occidẽtis est fine. Hora. Qui nũc hesperia victor ab vltima. Et hæc ab hespero occidentali stella dicta est. Italia vero ab hespero Athlãtis fratre qui a germano pulsus Italiam tenuit & ei nomen vel propriũ vel suę pristi næ regionis imposuit. Macro. tñ voluit hesperiã dictã esse Italiã ꝙ occasui subiecta sit.

¶ Hesione nomen Laomedontis filię.

ð Hesaias nomen ꝓphetę proprium q nobili genere ortus in Hierusalẽ prophetauit, nihil rusticitatis in sermone habens. Qui non tam propheta q̃ euangelista fuit. Vniuersa enĩ christi ecclesiæq; misteria ad liquidum ꝓsecutus est, vt non putes eum de futuro, sed de ꝓterito historiam texere. Tandẽ sub manasse rege fectus in duas partes occubuit.

¶ Hesperides pe. cor. appellatę sunt Hesperi fratris Athlantis filię Aegle Arethusa & hesptusa. De his est fabula ꝙ habuerint hortos nemore aurifero ꝓtiosos, vbi erat draco custos perui gil, mala aurea vigilanter obseruans, quam interfecit hercules pomaq; aurea retulit ad eurỹsthea. Pli. & Solinus interpretantur fuisse ęstuarium maris meatu flexoso instar draconis quod hortos hesperidum amplectebatur vbi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Preter oleaſtrum aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderũt. Var. per mala aurea oues ſignificari dicit quas hercules ex Aphrica in græciam exportauerit. Ea enim ſua voce græci appellant mala apud quos μῆλον. i. malum ſignificat ouem & pomum. Hinc melotæ dictæ veſtes ex pellibus ouium confectæ. Aliter tradit Diod. lib. v. biblyotheces quem videre potes.

¶ Heſperum promontorium in Aphrica eſt nauigatione decem dierum ab Oenothema monte.

¶ Heſternus a, um, vide in dictione heri.

ὃ Heſtiæa, theſſalie pars apud Stra. & Ptol. ſed apud Homerũ oppidum eſt in euboea. Stephũs vrbẽ dicit in Acarnania.

¶ Hetam alias hectã priſci dixerũt quaſi hietã rem minimi p̃ cĩ vt eſt oſcitatio & hoĩs halitus. Alij volũt eſſe puſtulã illã quæ in coquendo aſſurgit, vt videmus in aheniſ dum feruẽt

¶ Heteron grece. latine alterum ſeu reliquum dicitur.

¶ Heterocliton quaſi alterne declinatum, Nam componitur ab ἕτερος & κλίτον.

✻ Hetruria. Hetruſcus, quære Aetruſci.

¶ Heterogenus. a. um. pen. cor. quod eſt alterius generis. Dicitur & herogeneus. a. um.

¶ Heteromaſchalia, quæ ex altera tantum parte villoſa ſunt & ſeruitijs dedicata. ſicut Amphimaſchala & amphimalla, quæ ab vtraq; parte villoſa & ingenuis dedicata ſunt.

¶ Heu interiectio dolentis iungitur accuſatiuo pronominis Teren. Heu me miſerum. Nam per exprobationẽ iũgitur cũ nomine. Virgi. Heu ſtirpem inuſam. Et cũ nominatiuo. Idẽ. Heu pietas heu priſca fides. Interdum geminatur, & nulli ca ſui ſeruit. Virgi. Heu heu quid volui, Aliquando etiam dicitur. Eheu Aſpiratur ſicut & hei eadem ratione. ὃ Interdũ heu eſt duarum ſyllabarum propter metrum, vt He heu q̃ pingui macer eſt mihi taurus in aruo, ſicut prendit, & prehendit.

¶ Heteronyma. Vide in dictione homonyma.

¶ Heus aduerbium vocantis. Virgil. At prior heus inquit iuuenes monſtrate mearum. Vidiſtis ſiquam hic errantem forte ſororum. Aliquando duplicatur heus heus. Nonnunq̃ interiectio dolentis eſt, vt heus etiam mẽſas conſumimus inquit Iulus. Aſpiraturq; magis vſu cum & Feſ. a greco αι trahere videatur quę vox doloris eſt, vnde & ægritudinem deductam eſſe tradit. Eu vero græca dictio que multorum nominum compoſitionem init aſpirationem non habet, vt Euſebius, Euſtathius, Eugenius.

¶ Heuoe interiectio metuentis. Oui. Heuoe bacche ſonat.

¶ Heterocraneas vocant morbũ capitis cum caput inęqualiter dolet tumetq;, & inter pilos rotunda & humida hucuſcula ſurgunt & pus malí odoris.

¶ Exadinũ vocat ſtibadiũ hoc eſt cœnatio ſex conuiuas capiẽs, Mar. Et teſtudineũ mẽſus quater hexadinõ Ingemuit.

¶ Hexameron pen. cor. apud nos ſex dierũ. Cõponit em̃ ab ἕξ ſex & ἡμέρα dierum, vbi interponit a cauſa euphoniæ.

¶ Hexametrum pe. cor. ſex pedum μέτρον em̃ menſura.

¶ Hexagonũ pe. prod. ſex angulorum. Amb. lib. hexa. Quis architectus eas docuit hexagona illa cellarũ indiſcreta laterũ ęqualitate componere ἀπὸ τοῦ ἕξ & γωνίας σωτήριος

✻ Hexaphorus lectica quæ a ſex ſeruis ferri ſolet. Cc.

✻ Hexaſtichon carmen ſex verſuum. Cc.

¶ Hexeconta lithos gemma quæ licet vireat in parua tamen multicolor eſt, ſic dicta quaſi ſexagĩta colotes habeat. ἑξήκοντα enim ſexaginta. λίθος lapis. Cc.

¶ Hexaplum vel hexapla, orũ. exẽplaria ab ἕξ ſex & πλοῦς plica. Hiero. in prologo libri Ioſue. Vt pro græcorũ hexaplis editionem noſtram habeant.

ὃ Hexaſticum hordeum, cuius ſpicę ſex ordines habent ſicut diſtichum quod duos.

H ante I

¶ Hiarbas Iouis filius ex Garamãte nympha fuit Geturorũ rex, quem Verg. ſcribit in connubium petiſſe Didonẽ.

¶ Hiato as, frequẽtatiuũ verbi hio, as, ſignificat ſępe aperior ſcindor ve. Plau. Sí qua forte concio eſt vbi eum hiatare nõdum in mentem venit. Laberius paſſiuo vſus eſt Hiatantur fores inquit. pro eo quod eſt hiarant. i. patent.

¶ Hiatꝰ us. apertio. Claud de rap. Quod conata nephas, aut cuius conſcia culpę Exul ad immanes erebi detrudor hiatus? Eſt autem trium ſyllabarũ ab hio factum.

¶ Hibiſcus herba non diſſimilis maluę vt inquit Theophraſtus ſolio maiori q̃ maluę piloſioreq; caule. Vſus eiꝰ ad rupta & tuſſes. Plinius ſcribit. hibiſcum a paſtinacha diſtare damnatum in cibis ſed medicinę vtilem. Vergilius accipit pro iunci ſiue viminis genere.

¶ Hic & iſte ſic differunt, q̃ hic circa perſonã loquentẽ, iſte circa perſonam audientem, acſi a prima perſona ad ſecundã haberetur oratio, vt huic amico meo cũ tuo iſto familiari magna eſt contentio. Eodẽ modo cũ tu in preſentia ſis Florentię, ego vero Bononie, q̃ rectiſſime dicẽ ſi ad te ita ſcripſero Maturiorem ſane futurũ ſuſpicor tuũ in hãc vrbem aduentum q̃ in iſtam meum. Eadem quoq; ratio eſt eorũ aduerbiorum quę localia nominata ab hiſdem nominibus, pronominibꝰ formantur vt hic nouí habemus nihil. Q̃z ſi quid iſtic noui acciderit ſcire cupio. Et regis hiſpanorum oratores qui diebus ſuperioribus hac iter habuerunt ad quod tẽpus iſtuc peruenerint facito me certiorem. Cice. Curioni. Putares ne vnq̃ accidere poſſe vt mihi verba deeſſent neq; ſolum iſta veſtra oratoria, ſed hęc etiã leuia noſtratia. Idem Valerio. Ibi malis eſſe vbi aliquo numero ſis q̃ iſtic vbi ſolus ſapere videare. Iſtec vero & iſtanc non oratorũ ſed comicorũ ſunt. Ille vero cũ ad uerbijs ab eo formatis ſignificat rẽ ſeu locũ ab vtroq; remotũ. Plau. Quis eſt quẽ videm? venientem pãnoſum ac ſqualidum? Ille ne eſt noſter Syrus? Plin. Hęc omnia ad nos ex illa prouincia cõportãtur. Illinc ſucci, illĩc odores, illinc extremo orbe quæſitæ luxuriæ opes. Duobus autem modis conſtruũtur, demõſtratiue & relatiue. Terẽtius. Viden tu illũ Thaiſe? Sene. Et qui hoc facit ſane prudens appellãdus eſt. Et tunc hic eãdem ſignificationem habet quam is. Et in nominatiuo pluralis numeri acmaſcu. & fœ. gñis ſola ſcriptura diſtinguitur. Hi enim & hæ cum aſpiratione & vna vocali ab eo quod eſt hic & hæc deſcendunt. Ii vero & eę cũ duabus vocalibus ſine aſpiratione fiunt ab is ea id. Sciendũ quoq; eſt hic cũ pronomen eſt corripitur. vt Solus hic inflexit ſenſus. Et quandoq; ſumitur pro talis. vt Hic pietatis honos. Et Hunc ego te Euryale aſpicio? Quando vero aduerbium, producitur. vt hic illius arma. Et modo pro tunc. Vergiliꝰ. Hic regina grauem gemmis auroq; popoſcit. Cicero Appio. Hic ego multa ſimul cogitaui. Modo pro tali loco. Plau. Hic ne eſſe oportuit qui frugi eſſent? hoc eſt in tali loco & tam ſordido. Accipitur quandoq; iſte pro hic. Cice. Cum iſto tempore ſtent cum gladijs armati. Et ille pro is. vt apud Apoſtolũ. Non em̃ qui ſeipſum cõmẽdat, ille probatus eſt. Hic & is alio modo vſurpari ſolent ab auctoribus. Vt Alexãder paruis copijs frætus ſuperauit. Darium cum infinito exercitu, & id vel hocin adoleſcentia Ab hic tã pronomine q̃ aduerbio fiunt Hicce & hic cine Illud eiuſdẽ ſignificationis cum hic. Hoc ſemper interrogatiue ponit quaſi hic ne? Dicit & hęcce. hocce. Vnde apud Teren. Hiſce plurali numero dicitur pro eo quod eſt hi, cum ait Hiſce arbitrãtur nũc hoc munere ſuã eſſe thaidem. Plau. in Cap Hiſce autem inter ſe confixerunt dolum.

¶ Hicce ab hic fit & idem ſignificat. Hiccine ponitur interrogatiue, quaſi hic ne?

¶ Hiera inſula inter Siciliã & Liparim Vulcano ſacra vna ex Aeolijs. Fuit & via ſic dicta, q̃ ea irẽt ſacerdotes ad Eleuſinã Cererem. Hoc nomine etiã appellata eſt vxor Telephi regis Myſorum quæ a Nereo interfecta dicitur cum marito ferret opẽ qui ab Achille vulneratus fuerat. Ea vt fabulæ tradunt tante fuit pulchritudinis vt etiã Helenã ſuperare? Et Hiera apud nos dicit Sacra. Cum qua dictione fiũt multa cõpoſita de quibus infra.

¶ Hierarchia. pe. pro. latine ſacer principatus. Græci ἱερὸν ſacrum dicunt ἀρχὴ principatus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Hieracites gēma a colore accipitris, sic vocata ἱέραξ enim accipitrē dicunt. Cc.

*Hieranthemis flos est chamemeli hærbę vulgatissimæ ἱερὸν enim sacer & ἄνθεμον flos. Cc.

¶Hiera picra, dicitur sacra amara. Nam πικρὸν amarum dicitur. Medicinæ genus quoddam ad soluendum aluum, Vide in dictione Picra.

*Hierapolis penultima correpta, latine sacra ciuitas dicitur. Quo nomine dicta est ciuitas Asiæ contra Laodiceam vbi aquæ calidæ scaturiebant, quæ in tophum admodum facile durabantur. Et os Plutonium in paruo quodam montis superciliō, ita commensurarum vt hominem suscipere posset, mira profunditate, cui vallum propositum erat quadratum ambitu semijugero, nebulosa & crassa caligine plenum vt vix solum discerni posset. Exterius tranquillo cælo aer innoxius, animal si quod ingrederetur statim moriebatur, & tauri introducti mox cadebant educebanturq; mortui. Strabo se passeres immisisse ait qui subito expirauerint. Apud Hierapolim aqua quędam adeo tingendis lanis idonea fuit vt ex radicibus tincta cum his decertarent quæ ex purpureo tingebantur, a qua Hierapolitæ dicuntur. Cc.

*Hieratica appellatur papyrus subtilior religiosis tantū voluminibus dicata. Cc.

ὃ Hieroglyphice literæ sacrę. Quo nomine dictæ sunt ægyptiæ literę quę notis volucrum ferarū, aliarūq; rerum præno tatæ erant. De quibus Cor. tacitus sic scribit. Primi per figuras animalium ęgyptij sensus mentis effingebāt, & antiquissima monumenta memorię humane impressa saxis cernunt, & litterarum inuentores perhibent.

¶Hieronymus proprium nomē ecclesiastici disertissimiq; viri cuius opera in pretio habētur & latinæ dicitur sacra lex seu sacrum nomē. Cōponitur em ex ἱερὸς & ὄνομαι, sed o mutatur in y. Fuit & hoc nomine philosophus ex Rhodo insula qui finē summi boni posuit ī indolētia, quę græce dicit ἀναλγησία.

¶Hieronicas vocamus victores sacrorū certaminū, quę sint sacra certamina. Vide in dictiōe sacra certamina. Quę autē fierent in sacris certaminibus docet Quinti. lib. ij. cum ait. Quū palestricus ille cursorem faciat aut pugilem aut luctatorem aliud ve quid ex his quę sunt sacrorum certaminum.

¶Hierosolyma. æ. & hierosolyma. orū. & hierosolymæ. arū. tm pluraliter vrbs Iudęæ seu palestinæ quę & Hierusalē vocabatur. Vt legimus apud Ioānē. Facta sunt Encęnia Hierosolymis. Dicunt autē hierosolyma, vt scribit Egesippus que primo Solyma dicebātur. Sed cum rex Cananeus cognomēto iustus qui fuit cōditor solymorū, templum addidisset, in de hierosolyma nūcupauit. Græci em ἱερὸν templū vocant Eusseb. lib. ix. Euange. preparationis ait Hierosolyma appellari quasi hiero solomonis hoc est ędē Solomonis, a tēplo quod Solomō hierosolymis pulcherrimū magnificentissimūq; construxit. Hinc hierosolymita pen. pro. hierosolymitanus & hierosolymus. Hiero. lib. ij. Mac. Et qui promiserat Romanis tributum restituere de captiuitate hierosolymorum predicabat nūc protectorem deum habere iudæos. Sueto. in Nero. Spopondērūt tm quædam destituto ei gubernationem orientis, nōnulli nominatim regnū hierosolymorum. Hæc etiā hierusalem appellabat, quæ vrbs per tria noīa a Hier. vocatur. Iebus Salem Hierusalē, quę ab helio postea Hadriano de ruinis & cineribus ciuitatis in Heliam suscitata est.

¶Hierotheus nomē viri proprium, & interpretat sacer deus

*Hierobotane sacra hærba. Cc.

¶Hieroceps insula in Cypro prope Paphum, qua voce significatur sacer ortus.

¶Hieroduli pe. pro. sacrorum ministri. Iul. Firmicus. lib. viij. Matheseos scribit futuros ædituos aut herodulos, qui habuerint horoscopum in. xxvi. parte geminorum. græci νεωκόρους vocant ædituum.

¶Hierophanta latine sacrorum demonstrator. Hiero. contra Iouinia. Hierophantas quoq; Athenienſium vsq; hodie circa sorbitiōe castrari, & postq; in pōtificatum fuerint electi vi ros esse desinere.

¶Hiero Syracusanorū tyrannus in quo pulchritudo corpo & vires fuerūt admirabiles, de q̄ multa apud Iustinū legunt.

ὃ Hierocomitæ populi ab hieracomæ ciuitate cariæ. Auctor polybius.

¶Hierocomon locus est in quo leprosi aluntur. hiera em græce, lepra latine & κώμη villa.

*Hieri populi sunt vltra Sauromatas calui & simia natiuitate omnes & promiscue barbā habentes, qui ideo ἱεροὶ. i. sacri dicūtur, quia nihil iniuste agunt nec bella norūt. Cc.

¶Hierico seu hiericus ontis. & Hiericꝰ hierici ciuitas magna fuit muralibus septa parietibus, que non ferro peruia nec arieti possit eē penetrabilis. Hiero. ad Alga. Et in parabo. de Hierusalem descendentis hiericū Samaritanus loquitur.

¶Hila intestinum tenue ab hira, siue ab hilum vt inquit Varro quod est minimū. Vnde qñq; hilæ pro salsis intestinis, vel fartis saltitijs, aut lucanicis accipi solēt. Plau. Atq; hilas est furmaras & sumen. Hora. Perna magis ac magis hilis flagitat imorsus refici. Quadoq; ponitur pro eo intestino quod in annum resoluitur. Laber. Neue aliter hunc prædicabis quo modo video adolescenti nostro cædis hilas. Ab hila veteres diminutiuum protulerunt hilla.

¶Hilum paruum illud nigrum quod in summitate fabæ adheret: Vnde & pro breui exiguoq; quandoq; sumitur. Cice. lib. i. tuſ. Tum illud quod Sisyphus versat saxum sudans nitendo nec proficit hilum. i. quicq̄ tantillum minimumq;. Ab hoc nomine fit nihilum pro non aliquid, quasi ne hilum quidem & per apocopen nihil, & per syncopen nil. Per. Ex nihilo nihil in nihilum nil posse reuerti. Var. li. vlti. de anal. Itaq; vt eū quē putamus esse non hili dicimus nihili. Sic in quo putamus esse nequicq̄ dicimus neq̄. Prisci. lib. vi. Nihil & nihilū a non & hilū est compositum quod sine dubio est nomē. Hilum enim pro vllum vetustissimi proferebant.

¶Hilaris & Hilarus pe. cor. iucūdus lætusq;. Plau. in Asi Credamistuc si esse te hilarum videro. hinc hilaritas & hilaritudo Cice. Dolob. Sed tamē hilaritas illa nostra & suauitas quæ te præter cæteros delectabat erepta mihi omnis est.

*Hilaria dies dicitur quo primum tempore sol diem longiorem reddens terras illustrat. Cc.

¶Hilaro. as. lætitiā iucunditatēq; do, lætifico. Cice. li. ij. de fi. Omnē iucūdū motum quo sensus hilaretur ἡδονὴν latine voluptatem vocant. Palla. Quæ mansiones hyemi parātur ita sint constitutę vt possit eas hyberni solis, totus propemodum cursus hilarare. Huius compositum est Exhilaro. Colu. lib. vij. Satietate verni pabuli pecudes exhilaratę lasciuiunt.

¶Hilarescо hilaris fio. Augu. lib. v. cō Et delectabat suauitate sermonis q̄q̄ eruditionis minus, tamē hilarescētis atq; mulcentis q̄ fausti erat.

¶Hilarius nomē viri proprium ab ἵλαρος latine Hilaris. Sic Hilarion.

¶Hilarodus pe produ. lasciui & delicati carminis cantor ab ἵλαρος & ᾠδὴ quod cantum significat.

¶Hilaria tātum pluraliter & ge. neu. sicut saturnalia antiqui diem æquinoctij verni colentes appellarūt vt inquit Macro. quo exordiū lætitiæ celebratur, quo primū tēpore sol diē longiorem nocte protendit. Erat autem ad octauū Calen. Aprilis. De hilaribus meminit Flauius Vopiscus in Aureliano.

ὃ Himera fluuius Sicilię qui in duas partes diuiditur, & in altera dulcem saporem, in altera salsum retinet.

*Himus & hima & himulus & himula vocant qui ex equo & asina nascuntur, quos quida vocant burdones. Subuereor tū ne hini & hinuli legendum sit vt in dictione hinul. Cc.

¶Hinnio. is. iui. itum. pe. pro. proprium est vocis equorum. Vnde Hinnitus. tus.

¶Hinuli pe. cor. sunt ceruorum caprearū capreolorū dāmarum & similium filij. Hinuli etiam vocantur muli ex equo & asina geniti cum legitimus mulus ex equa & asino nascat vt inquit Varro. Hos Col. libro. vij. etiam hinos appellat, quod est primitiuum. Nam hinus diminutiuum facit hinulus, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

adiectiuum possessiuum hinuleus.

¶ Hio as, duarũ syllabarum, proprie os aperio, vnde hyatus & hyatio. Scribitur cũ h. quia hiãdo maior fit spiritus. Nam ab oris sono cũ aperitur os tractũ videtur. Vnde & pro sponte, vel aliqua vi externa aperiri siue scindi ponitur hiare, vt ligna hiant ariditate, & tellus æstu. Sallu. lib. iiij. Atq; hiauit humus multa vasta & profunda. Et hiare flores dicuntur cum aperiuntur. Proper. lib. iiij. Nec flos vllus hiat pratis, quin ille decenter Impositus fronti langueat ante meę. Per translationem hiare significat mirari. Verg. lib. vi. Incertus damor fruſtratur hiantis, Inde formãtur hisco is. inchoatiuũ, sed hiasco facere debuit, & hiasco iteratiuũ & cõpositum Inhio. de quo alibi. Est & Hio cum y græco ὕω pluo, a quo quidam hymber deducunt.

¶ Hin genus mensuræ duos choros atticos continentis inqt. Hieronymus duos. s. sextarios Italicos, vt Hin mẽsura sit iudaici sextarij, nostriq; castrensis, cuius sexta pars facit tertiã partem sextarij Italici.

*Hippè canes sunt species, tantę velocitatis vt cõsequi eos impossibile sit. Cc.

*Hippasos vnus ex centauris. Cc.

*Hippei cometę qui iubas equinas habent celerrimi motus ab equis dicti. Cc.

*Hippe Chironis centauri filia fuit, quę cum in monte Pelio sese venando exerceret grauida facta est & ob id patris indignationem timens deorum miseratione in equam cõuersa est & in cęlum translata. Nonnulli eam vatem fuisse dixerunt, sed quia deorum cõsilia hominibus parefecisset in equã esse conuersam. Cc.

*Hippo oppidum Locrorum in Brutijs. Cc.

¶ Hippos per duplex pp, latine dicitur equus, a quo multa deducuntur.

¶ Hippago inis, genus nauigij conuehendis equis aptũ. Qđ a Iul. polluce hippagon dicitur. hippagogeus legitur pro instrumento quo lapides expoliuntur.

¶ Hippagium equorum vectio.

¶ Hippago as. pe. pro. significat animã celeriter duco, vt inquit Fest. ab equi halitu qui est supra modum acutus.

¶ Hippopodes populi in oceano scythico qui teste Solino humanam vsq; ad vestigium formam tenẽt sed in equinos pedes desinunt.

¶ Hippobatos equorum pastor.

¶ Hipponomos. pe. cor. equorum pastor, quia lex equorum Ita hippophorbos equorum pastor.

¶ Hippocomj mangones ab equis componendis. colore fusco, robur inani sagina, vt ait Quintil. mentientes.

¶ Hippocentaurus equi stimulator, quidam volunt hippocẽtauros filios esse centaurorum. Quod & Diodo. ait. Fabula ex eo nata q̃ primi equitare ausi sunt, veluti hippos. i equus & homo copulati essent. Clau. Cæsar scribit hippocentaurũ in thessalia natum eodem die interisse. Plinius refert se vidisse hippocentaurum in melle allatum Claudio principi ex ægypto. De hoc etiam in dictione Centauri.

¶ Hiparchus magister equitum. Quo noie dictus est quidã celebris astrologus, qui vt Col. auctor est, ꝓdidisse ferẽ tẽpus fore quo cardines mundi loco mouerentur.

¶ Hippacen vocant caseum equinum. ὃ Hippocrates scribit inuẽtum scytharum Hipacen, ex equino lacte. In ligna inqt caua infundunt id deinde obturbant in natantem spumam butyrum vocant, id quod scidit hippacen, id quod in medio subsistit serum.

¶ Hippiades statuæ mulierum equestres appellabantur, cuiusmodi fuisse videtur Amazonũ, quas mortalium primas equum scandere ausas Lysiæ orator creditur.

ὃ Hippice, herba est de qua Pli. li. xxv. Scythicam herbam in ore habentes famem sitimq; non sentiunt. Idẽ præstat & hippice dicta q̃ in equis eundem effectum habeat.

¶ Hippocrates pe. cor. nomen medici excellentissimi. Hic vir diuina sciẽtia dicebat coitum morbũ esse comitialẽ leuiorẽ.

¶ Hippocampę equi marini effigie in piscium caudas desinẽtes a flexu caudarũ quæ piscosæ sunt. Plin. Hippocãpinus canis alopecias tollit ἵππος enim flexus dicitur.

¶ Hippocrene pe. pro. fons in Bœotia iuxta quem est. Aganippe. dũ Cadmus eq̃stri exploratione inqrit q̃nã loca ĩsedisset, causam dedit poetis vt diuulgarent hippocrenẽ vngula volãtis equi natũ fuisse. Nã hippocrene. Crene fons dr. Et inde equus pegasus a fonte, qui græce πηγὴ dicitur vocatur.

*Hippocrenides musæ dictæ ab hippo crene, fonte. Cc.

¶ Hippodamus. pe. cor. bellicosus, equorum domitor.

¶ Hippodame es, pe. cor. & hippodamia æ. pe. prod. nomen mulieris, de qua Ouid. lib. heroi. Venit vt in phrygios hippodamia sinus. Verg. lib. iij. geor. Hyppodameq; humeroq; pelos insignis eburno.

¶ Hippodromus pe. corre. via lata per quã etiam multi equi possunt vna currere δρόμον græci cursum dicunt.

¶ Hippogloios herba quam alij Daphnem alij Carpophylon & alexandrinam vocant. Cc.

*Hippolapatum herba lapato satiuo maior candidiorq; ac spissior. Cc.

*Hippomarathron herba est foliis marathro maioribꝰ & gustu acriore. Succus auribus instillatur vermiculosq; in ijs necat. alij Myrseneum vocant. Cc.

¶ Hippomanes pe. cor. gene. neu. secũdũ Prisciã. cõponitur abὍ ἵππος equus & μανία furia vel insania. Et a diuersis diuerse exponitur, quidam enim dicunt esse fruticem seu herbã quã si equi comedunt insaniunt & in furorem vertuntur Ser. scribit esse virus ex equarum inguinibus defluens quo tempore feruntur in amoris furorem, quod in humana viscera descendens furorem facit. Verg. lib. iij. Geor. Hinc demũ hippomanes vero qđ noie dicũt Pastores lentũ distillat ab inguine virus. Sic Colu. lib. vij. qui scribit. Maxime itaq; curandum est, vt tam fœminis q̃ admissarijs desiderantibus coeũdi fiat potestas, quoniam id præcipue armentum si prohibeas libidinis extimulatur furijs. Vnde etiam veneno inditum esi nomen ἱππομανὲς ꝙ equinæ cupidini simile mortalibus amorẽ accẽdat. Pli. vero asserit esse caruncula in fronte pulli equi caricę magnitudine, colore nigro, quam statim edito partu matere fronte dentibus conuellit. Qđ si quis priꝰ abstulerit ipm pullum mater ampliꝰ nõ est amatura, nec adv ber eum admittit. Verg. Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus & matri præreptus amor. Hac caruncula mulieres medicamẽta cõponentes vertere homines feruntur in furorem.

¶ Hippomachia. pe. pro. pugna equestris.

¶ Hippolytus pe. cor. nomen viri ἀπὸ τοῦ ἵππος equus & λύω dissoluo. Hic Thesei & hippolytę Amazonis filius Virbius dictus fuit, qui dum cælibẽ ducens vitã sese venatu exercere & cõstanti animo sperneret mulieres, a Phędra nouerca absente patre amatus est Cuius turpi desyderio cũ obtẽperare noluisset redeũte patre adulterij ei crimẽ nouerca obiecit. Quãobrem Theseus in furorẽ versus de filij nece cogitauit, qđ metuẽs Hyppolytus cõsenso curru fugã arripuit. Sed dũ pr. ocę q̃ tũ forte in litꝰ exierãt equoris equorũ & rostrorũ strepitu perterritæ sese in mare præcipitarunt. Eũ exterriti equi per scopulos a saxa traxere tanto impetu, vt compagibus dissolutis infelicem iuuenẽ loris implicitũ discerpserit. Hunc postea Aesculapius reuocauit ab inferis & pristinæ incolumitati restituit, Hippolytus vero relicta terra Attica in Italiam venit, ne patris iram rursus experiretur & se virbiũ appellari iussit ꝙ bis vir fuisset, a non longe a Roma oppidũ ædificauit ꝙ a nomine accepit ę cõtugis Aricã appellauit. Sed hanc fabulam esse constat. vt inquit Plato in libro qui Crastillus ĩscribitur. Suidas. Ἱππόλυτος· οὗτος ἐξαφῆκε τὰς ὄρασεις τῶν, δ' ἀνιηλ ὑποκυμα καὶ εἰσ τας πασοι μίασσο λομῶντοσ *. i. Hypolytus. hic scripsit in visiones Danielis cõmentũ & in prouerbia Salomonis.

¶ Hippopotamus, pe. cor. quasi equus fluuialis seu aquaticus animal in Nilo præcipue nascens binis vngulis quales sunt bobus, dorso equi & iuba, & hinnitu, cauda obtorta, dentib⁹

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aprorum aduncis. Ambro. Equi fluuiales quos hippopotamos vocant eo ꝙ generentur in Nilo flumine.

*Hippoſelinū appꝫ herbę ſpecies in ſiccis naſcens qua equi libenter veſcuntur. Cc.

¶Hippotelę pulli aſinorum. Vide in dictione equuleus.

¶Hippotoxotę, dicti ſunt equeſtres ſagittarij, vt eſt apud Cęſa. com. lib. iij.

¶Hippo ge. maſcu. nomē duarum vrbium, Vnus aquis circundatus & madens paluſtri ſolo. Alter baſilicus. ideſt regis de quo Sil. Et vaga & antiquis dilectus regibus hippo. Ab equo nomen vrbi datum videtur. Nā & ſtabuli deā Apul. Hipponen vocari tradit lib. iij. metamor.

¶Hippona dea erat quā ſtabularij maxime colebant, cuiuſq; effigies in ſtabulis locabatur. Apul. lib. ij. meta. Reſpicio pilæ medio qtæ ſtabuli trabes ſuſtinebat, In ipſo vero meditullio hipponæ deę ſimulachrum reſidens ędiculę quod accurate corollis roſeis equidem recentibus fuerat ornatum.

¶Hippiō. argos qđ Achaicum dicebatur, peloponeſſi vrbs. & ab equis deduci videtur.

¶Hippias philoſophus Græcus qui audiente pene tota Grę cia gloriatus eſt nihil eſſe vlla in arte rerum omnium qđ ipſe neſciret. ō. De quo Apul. At hippias de numero ſophiſtarū eſt artium multitudine prior omnibus, eloquētia nulli ſecundus Ætas illi cum Socrate, patria vel genus ignoratur.

*Hippuris herba a latinis equiſetum dicta, & cauda equina interpretatur. vide Equiſetum. Cc.

*Hippus fluuius eſt Moſcorum in Phaſim defluens. Cc.

¶Hippodion latini ſuppedaneum & ſcabellū appellant.

ōHippeas genus cancrorum dicūt hoc eſt equites, quoniam tantę velocitatis ſunt vt vix apprehendi poſſint.

¶Hir hiris ſecundū Chariſiū, ſed indeclinabile ſecundū Probum, ſignificat volam manus, i. palmā, ab hęreo quoniā palmis aliquid capientes maxime illi rei inhæreamus.

¶Hira inteſtinum quod Ieiunum vocant.

¶Hircus per c. caper caprarum admiſſarius. Et non dicitur hirc⁹ niſi poſtq̄ coire fœtereq; ceperit. Hinc hircinus a, um, pe. ꝓd. nomē poſſeſſiuū. Apul. Homo ſordidus & hircina libidine fœtens. Hircoſus a, um, quod hircinum odorem olet. Perſius. Hic aliquis de gente hircoſa centurionum. Hirci cyniphij dicuntur a flumine Aphricæ quod cyniphis ſiue cyniphos vocatur.

¶Hircus per c. & q. eſt angulus oculi. Verg. Nouim⁹ & qui te tranſuerſa tuētibus hircuis, Interdum ponitur pro eo q in obliquū reſpicit, ab hircuis oculorū angulis, ꝓpterea ꝙ libidinis appetitu ſępe aciem ad hircuos capri retorqueant. Interdum hircuus ponitur pro fœtore qui ſub alis fit.

*Hirculus nardi ſpecies ob odoris grauitatem ſic dicta. Cc.

¶Hirquitali pe. cor. pueri ad libidinem accedentes a libidine hircorum dicti, Nam auctore Cenſorino hoc fit ſecunda annorum hebdomade vel incipiēte tertia, vox craſſior fit & inęquabilis quod antiqui latini dicunt hirqtallire, & inde ipſos putant hirquitallos appellari ꝙ tunc corpus hircū olere incipiat. Hic fœtor etiā caper & tragos dicitur. Catul. Valle ſub alarum trux habitare caper. Martia. Inde tragos celere ſęq; pili mirandaq; matri barba. Fœtorem alarum hircum vocam⁹ quę oīm partiū noſtri corporis maxime male olent, ꝓpterea ꝙ immobiles habent. Vñ Hor. Cubat hircus in alis. Hoc Ariſto. lib. vij. de animalibus appellat τραγίζειν qđ in latinū verſum Caprire dicitur.

¶Hircipili pe. cor. dicuntur homines qui pilos duros habēt.

¶Hirrire, proprium eſt vocis canis rabioſæ.

¶Hirſutus penultima producta ab horreo & ſeta dicit quaſi horrens ſetis.

¶Hirtus idem quod hirſutus. Vergilius lib. iij. Georg. Hirtaſq; capellas.

¶Hirudo penultima producta ſanguiſuga ab hęrendo carni dicta. Hora. Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. Plinius. Hirudinum quas ſanguiſugas vocant ad extrahendum ſanguinem vſus eſt.

¶Hirundo auis notiſſima gręce χελιδών dicitur. Dicta hirundo ꝙ vere ad nos tranſeat.

¶Hiſco is, inchoatiuū ab hio as. Et eſt hiſcere proprie oris humani cum videlicet prę ſomno aut tędio os aperiunt homines. quod & oſcito dicitur. Sed inter hiare & hiſcere hoc intereſſe puto, ꝙ hiare ſit patētem eſſe, hiſcere pateſcere, hoc eſt patefieri. Ouid. Hiſcere namq; tibi terra neganda foret. Quandoq; etiam hiſcere eſt ſummiſſe loqui ſiue os ad loquendum aperire. Plaut. Ne hiſcere quidem audet. i os aperire. Vergi. lib. iij. Vix pauca furenti Subjicio, & raris turbatus vocibus hiſco. i. loquor. Quādoq; mirari & dubitare Nęuius. Hiſcit dubius eſt quid agat. Verg. lib. ij. geor. Hunc plauſus hiantē, Percuneos geminat⁹ enim plebiſq; patrūq;. Huius cōpoſita ſunt dehiſco & fatiſco.

¶Hiſciacus qui nimiū oſcitatur. Cato de re ruſt. Vinum ad hiſciacos ſic facito, de Iunipero materiā ſemipede craſſam cōcidito minutim tū feruefacito cū cōgio vini veteris.

ōHiſmaelite penultima prod. populi autem qui nunc ſaraceni dicuntur ab hiſmaele ſic nominati, hi per totā habitant ſolitudinem de quibus puto, & poeram dicere latecq; vagātes barchei.

¶Hiſpalis pe. cor, ciuitas Hiſpaniæ quę nunc Sibilia vocatur Ex hac ferunt Auicennam medicū originem traxiſſe.

¶Hiſpania regio Europæ, quæ a mōtibus Pyreneis incipiēs incipiens per colūnas Herculis circuiens vſq; in borealē ocea num protenditur. Ita vt omnia in eo circuitu ad Hiſpaniam ſpectent. Decem milibus ſtadijs, vt Apianus ſcribit eius latitudo commenſuratur. Longitudo prorſus eodem eſſe videtur. Terra frumēti vini olei aurei gēmarū metallorum ferax Ex qua etiam bellicoſiſſimi viri ac velociſſimi equi procreantur. Refert Var. in Hiſpanijs equas ex vento cōcipere, ꝙ curſu tam veloces exiſtant, vt merito ex ventis cōcepti equi ferantur. Sunt qui Hiſpaniam diuidant in vlteriorem. ſ. & citeriorem. Citerior eadem Tarraconēſis ad Pyrena vſq; iuga ꝓtenditur. Vlterior in duas per longitudinem ꝓuincias diuidi tur, hoc eſt Bethicā & Luſitaniā. Alij dicunt Hiſpaniā ſex habere prouīcias, Taraconenſem, Carthaginienſem, Luſitaniā Galatiam, Bethicam, & Tingitanā, In ea quatuor magna flumina ſunt. Bethis. Mineus. Iberus. & Tagus qui aurum trahit Hęc regio prīo Iberia ab Ibero fluuio. Poſtea ab heſpo Athlantis fratre heſperia. Vltimo ab hiſpali quę hodie Sibilia dicitur Hiſpania dicta eſt, ab Hiſpania hiſpanus & hiſpanienſis fiunt, ſicut a Sicilia ſiculus & ſiculienſis. A Roma romanus & romanēſis, a Sardis ſardus & Sardēſis, a Corinthus corinthi⁹ & corinthiēſis. Sed hiſpanus dicitur qui in Hiſpania natus eſt, hiſpaniēſis qui alibi ortus, in Hiſpania verſatur, hoc eſt q licet in Hiſpania ſit, non tamen ex Hiſpania eſt. Vnde hiſpaniēſes vocamus negociatores quī in Hiſpania negociātur, Liui. Exercitus hiſpanienſes appellat Romanos qui erāt in hiſpania cū prætoribus. Plin. lib. xiiij. Cæſar Hiſpanienſi triūpho chiū & falernum dedit, cum ī Hiſpania bellū aduerſus Romanos non Hiſpanos geſſerit.

¶Hiſpidus pe. cor. ſetoſus horridus. Verg. Cui laterum tens⁹ hiſpida nanus Frons hominem præfert.

¶Hiſter hetruſco vocabulo ludio vocabatur. Vnde hiſtriones artifices ludiones qui perſonati in ſcęna comœdias tragœdiaſq; voce & corporis geſtu agūt. Euſtathi⁹ ī Dionyſio Libyco. ἄρχειν δὲ ἐκ κελτῶν, σέθ ὃ διὰ πάσης εὐρώπης ἡ ὀνομαζομένη τόπον ἴσχει. & Stephan⁹ Byzāti⁹ multa.

¶Hiſtriones ab hiſtria regione, ex qua primum veniſſe, indeq; nomen ſortitos eſſe aſſerit Feſtus. Cui refragant Liui⁹ Valeriuſq;, ſcribentes, nomen hiſtrionibus fuiſſe inditū, quia hiſter tuſco verbo Ludio vocabatur.

¶Hiſtricus a, um, pe. cor. quod ex hiſtria eſt, ſicut & hiſtrio. Plau. in pe. Pro imperio hiſtricō. Idem imperator hiſtricus hiſtrio. Hinc formauit diminutiuum Hierony. contra Rufi. Si hiſtriculę & liuidæ mentis hominem a me ſubmoueo, & ad vnum ſtipitem cuncta iacula dirigo qui vulnera ſua partitur in multos.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Hiſtrionicus a,um, quod eſt hiſtrionis, ſeu quod ad hiſtrionem pertinet, vt ars hiſtrionica.
¶ Hiſtrix icis. pe. cor. animal ex erinaceorum genere, ſicut docet Pli. lib. ix. Calphur. Venit ad hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba. Habet tergus ſpinis hiſpidum quas tenſa cutę plærumq; laxatas voluntaria iaculatione iacit.
ỏ Vulgo dicitur porcus ſpinoſus. Latet æſtate & de cauernis prodit hyeme.
¶ Hiſtoria latine narratio ab ἱστορέω quod ſpectare vel cognoſcere ſignificat. vide in dictione annales.
ỏ Aliquando hiſtoria dicitur expoſitio. Vnde Pli. de natura li hiſtoria. i. de expoſitione rerum naturaliũ. Et ariſtoteles de hiſtoria animalium ſcripſit. Quintil. Hiſtoricum, ideſt expoſitiuum dixit. Seneca in naturalibus dixit hiſtoricam liguam ideſt expoſitiuam.
* Hiulcus fiſſus fathiſcens. Verg. Hoc vbi hiulca ſitu findit canis æſtifer arua. Cc.
ỏ Hiſeus, rhetor gręcus. Demoſtheniſq; pręceptor.
ỏ Hiulco as. aperio. Catul. Æſius hiulcat agros.

lb ante D

¶ Hoc quãdoq; pro hic ponitur. Cicero. in Ver. Et ſi hoc ne ſcio quid eſt nugatorem ſciebam. i. hũc. Teren. in Phor. Hoc nihil eſt phedria licet. i. hic. Quandoq; pro huc. Verg. lib. iiij. Hoc tunc omniporens cœlo demitur alto.
* Hodie quaſi hoc die, a quo hodiernus. Cc.
¶ Hodœdocus, latro & viarum obſeſſor, ab ὁδὸς quando viam ſignificat. ὁδοιλόκος δέχομαι το λαμβάνω.
¶ Hodœporſus viator. Hodœporicum, liber aliquod iter deſcribens. Hier. in vita Paulæ. Hoc & itinerariũ latine dicitur.
¶ Holos græce, latine totus dicitur. Hinc deducũtur multa.
¶ Holographum pe. cor. totum ſcriptum. Teſtamentum qđ totum teſtatoris manu ſcriptum eſt. Hiero. cõtra Rufi. Quæ epiſtola holographa tenetur ab iis ad quos perlata eſt.
¶ Holocauſtum, propria oſtia quę detractis extis integra arę imponebatur, quaſi ὁλοκαῦτωμα. id eſt totum combuſtũ aut totum igne abſumptum. Cauſis enim incenſio, holon totum Dicit & holocauſtoma atis. Gręce, ὁλοκαύτωμα, & holocauſtomatum pro ſacrificio. Scribit Ioſephus. lib. iij. anti. Quando tota victima quę immolatur incẽditur, id ſacrificium nomen holocauſtomatis habet.
¶ Hololampus, totus flammeus.
¶ Holopachion, integer cubitus. Græce, ὁλοπάχιον.
ỏ Holophuria apud græcos ſunt iumenta.
ỏ Holocarpona. i. holocauſtum quod ignis conſumpſerit.
ỏ Holocauſtoſis idem ſignificat.
ỏ Holoſatiron, vndiq; quaſſatum.
¶ Holoſtheon hærba quæ dicitur tota oſſea, cum tamen careat omni duritia.
¶ Holoſerica pe. cor. tota ſerica vt veſtis holoſerica apud Lãpridium quæ a ſerica & ſubſerica diſtinguitur.
¶ Holor, quod quidam a græco deducũt, quaſi ὅλος ὠσεῖος hoc eſt totus candidus, auis eſt alba, anſere maior vocem argutam habens. Hanc cygnum dicunt græci. Hinc olorinus a,um, pe. pro. Vnde vox holorina. De holoribus. Vergilius Sed argutos inter ſtrepit anſer holores. Ouidius Ad vada Męandri concinit albus holor. Scribitur etiam ſine h.
¶ Homerus pe. prod. nomen poetę grẽcę excellentiſſimi, qui fuit ante Romam conditam annis circiter centũ. lx. vt Cor. nepos in libris chronicorum tradit. Hic fuit Cæcus, & obid Homeri nomen fortitus eſt cum prius Melesigenes diceretur Cumæi nãq; & ſones captos oculis homeros appellãt, q; homeris. i. itineris ducibus egeant. Hinc cęcutiens Męonius nuncupatur a Martiano libro. i. de nup. philologiæ. Cæcutientis maronis ſtrauiloqua ſeneca Petrarcha in Buc. Cæcũq; ſenem ſed multa vidẽtem. Ab hoc homeridæ familia apud Chios illuſtris fuit, vt inquit Hellanicus.
* Homo Bulla comparatio eſt ad naturæ humanę fragilitatem oſtendendam accommodatiſſima. Cc.
¶ Homeromaſtix, dicitur Homeri flagellum cognomentũ quo zoilus quidam Homeri obloquutor cognominatus eſt q ſcripta ſua contra Iliadem & Odiſſeam Homeri comparata in Alexandriam veniens Ptolomæo regi obtulit. Sic Vergilio maſtix Vergilij æmulus. Maſtix enim latine flagellum dicitur. Vnde Comici Verberones maſtigias idẽtidem appellant. Quod plane nomen omnibus detractoribus accõmodatum eſt. Plinius. Vt obiter caueam iſtos homeromaſticas. Ita enim carptores ſuos nominat. Et oñes obtrectatores Maſtices dicuntur addito nomine eius cui obloquuntur, vt Cicero maſtyx.
¶ Homilia græce ὁμιλία, dici poteſt colloquiũ, vel ſermo ad populum ὁμιλέω ſermocinor colloquor cõuerſor. Et habet penul. corrept. Hiero. ad Heraclium. Dum ſupplere cupimus ea quę ab Origene operata ſunt, ſicut in homiliis vel oratiũculis in Geneſim, in Exodum fecimus.
¶ Homiliaticus a,um, Idem ibi. Quem laborem idcirco ſuſcepimus ne pulſatæ quæſtiones & relictæ, quod homiliatico dicendi genere ab illo ſæpe fieri aſſolet, latine lectori faſtidiũ generarent.
¶ Homo trium literarum appellatur qui eſt fur.
¶ Homicida penultima ꝓducta, qui hominem necat. ỏ Qđ interdum cum laude dicitur pro viro forti qui multos in bello occiderit. Vnde Hora. dixit homicidam Hectorem laudabiliter, & aliter quam vulgo dicatur. ỏ Homicidiũ hominis necatio.
¶ Homos græce ὁμός latine ſimul vel ſimiliter dicitur.
¶ Homopathes ſimul patiens.
¶ Homogenes penu. cor. conſanguineus eiuſdẽ generis. Vnde & homogenium.
¶ Homogalactos collactaneus.
¶ Homogaſtrios, vterinus eadem matre natus. Homo patrios eodem patre natus.
¶ Homographia, ęqualis vel ſimilis ſcriptura vel pictura.
¶ Homogloſſus eiuſdem linguæ.
¶ Homotechnos eiuſdem artis.
¶ Homotopus eiuſdem moris.
¶ Homophylꝰ pe. cor. eiuſdem generis vel tribus.
¶ Homophonos penul. pro. græce ὁμόφωνος cõcors. eiuſdẽ linguæ.
¶ Homologia, confeſſio, pactum, aſſenſus.
¶ Homonymon penul. corrept. eiuſdem nominis, vt inquit Aug. Quod fit cum res quidem plures commune nomẽ accipiunt, interpretatione vero eiuſdem rei ſeparantur. vt homo pictus & verus. In hoc nãq; idem nomen eſt. Sed ſi ad diffinitionem vel ad interpretationem hominis redeas inueniũtur iſta diſparia. Cum enim dixeris verũ hominẽ animal eſſe quod riſum capiat, & vim rationis admittat, cũ de picto idẽ non poſſis dicere neceſſario inueniuntur diſparia. Regulariter autem accipere debemus omne nomen licet proprium quod poſſit eſſe cõmune cum cęteris homonymon vocari. vt Cicero non vnus ſed plures. ỏ Alij ononyma dicunt ęquiuoca q̃ vna voce multa ſignificant, vt Taurus. ỏ Synonyma ſunt res quæ & nomine & ſui interpretatione iungũtur vt animal. Id enim de homine & de equo & de fera & de auibus dici poteſt. Animal eſt quod cibum capiat, quod mortale ſit, quod ſenſu moueatur. Polyonyma ſunt cum multa nomia vnam rem ſignificant, neq; vlla differentiæ nominũ redditur ratio, vt enſis mucro gladius. hec enim cur vnã rem tot ſignificent nec diſcerni nec diffiniri poteſt. Hetheronyma a multis æq̃ nominibus res ſingulas tenent, Verum in his habet rationẽ diuerſitas nominum, vt homo terrenus mortalis, homo ab humanitate, terrenus a terra in qua cuncta gignuntur. Mortalis a neceſſitate mortis. Diuiduntur autẽ homonyma in duas partes. Aut enim fiunt fortuitu, aut hominum voluntate. Fortuitu fiunt cum quodam caſu ſimile quis alteri nomẽ accepit. Voluntate cum ſimilitudo nominis ex induſtria ponentis effingitur.
¶ Homonea proprium mulieris, quo ſignificatur concordia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

De qua extat epigramma. Tu qui ſecura procedis mente parumper. Siſte gradum quæſo, verbaq; pauca lege. Illaego q̄ claris fueram p̄lata puellis. Hoc Homonea breui cōdita ſum tumulo. Cui formam Paphię charites tribuere decorā. Quā Pallas cunctis artibus erudiit. Nondum biſdenos ætas mea viderat annos. Iniecere manus iuidia fata mihi. Nec pro me queror, hoc morte eſt mihi triſtior ipſa Mœror Athimeti cōiugis ille mei. Sit tibi terra leuis mulier dignissima vita. Quæq; tuis olim perfruerere bonis. Si penſare animas ſinerent crudelia fata, Et poſſet redimi morte aliena ſalus, Quantula cūq; meæ debentur tempora vitæ Penſarem pro te chara Homonea libens. At nunc quod poſſum fugiam lucēq; deoſq;. Vt te matura per ſtyga morte ſequar. Parce tuam coniunx fletu quaſſare iuuentam. Faſaq; mœrendo ſollicitare mea. Nil poſſunt lachrymę nec poſſunt fata moueri. Viximus hic omnes exitus vnius habet. Parce, ita non vnq̄ ſimilē experiare dolorē. Et faueant votis numina cūcta tuis. Quodq; mihi eripuit mors immatura iuuentę, Id tibi victuro proroget vlterius.

*Homo (vt Varro ait) ab humo deductus eſt q̄ humo natus ſit, vel ab ὁμονέω concordo & cōſentio. Eſt enim homo omniū animaliū maxime ſociabilis. diffinituriq; ſic, Animal rationis capax morti obnoxium. Ab eo fiunt diminutiua homulus homululus homunculus & homuncio. Cc.

¶ Homœoſis tropus qui ſimilitudo interpretat cum ex ſimilitudine alicuius cogniti deuenimus in ſimilitudinē incogniti. Huius tres ſunt ſpecies. Icon Parabola & Paradigma.

¶ Homœoptoton, ſimilium caſuū, vel vt inquit Cice, ſimiliter cadens. ὁμοίως ſimiliter πτῶσις caſus. Quod fit cum diuerſe dictiones in ſimiles caſus exeunt. Dicitur & homoptoton quaſi ſimilium caſuum vel ſimiliter cadēs Eſt enim oratio vno ſimiliq; caſu compacta, vt apud Sal. Maximis ducibus fortibus ſtrenuiſq; miniſtris. Aennius. Mœrentes flentes lachrymantes & miſerantes.

¶ Homœoteleuton & homoteleuton, ſimiliter deſinens. τελεύτη finitū, τελέω finio. Figura cum plura verba in eandem vocem finiunt, vt abiit, diſceſſit, euaſit, erupit.

¶ Homouſios, cōſubſtantialis, ab ὁμοῦ & οὐσία. q̄ ſignificat eſſentiam. Vnde latini doctores theologi homouſion dicunt Chriſtum q̄ ſit vnius cum patre ſubſtantiæ.

¶ Homomeria ſimilitudo partiū. Lucre. Hinc & anaxagoræ ſcrutemur homomeriam. Fit ab homios, i. ſimilis.

¶ Homopſychus pe. cor. ab vnanimis.

ὁ Homopſyni dici poſſunt latine, qui ſimul ſub eodem tecto dormiunt quod familiarium proprium eſt.

ὁ Homocapni, qui ad eundē fumū, hoc eſt ignē vitā ducūt.

¶ Homoleum pilei genus quo veteres vtebantur.

¶ Holus alias Homelus pe. cor. mons Theſſaliæ.

¶ Honor & honos in ntō, & aſpirātur ſecundū Apul. vt differat ab Onos aſinus. Dictus honos ab honeſto onere vt inquit Varro. Et honeſtius q̄ onus ſuſtineat reip. Ex quib⁹ verbis conſtat onus & honuſtus aſpirationem exigere, cū tñ eruditorū vſus hodie nō aſpiret. Eſt autē honor reuerentia quā alicui exhibemus in virtutis teſtimoniū. Aliq̄n etiā dicit dignitas. Cice. lib. i. ad Cæſ. iuni. Tu cū ea quæ es eſenatu ſummo cum honore tuo cōſecutus. Et honor adminiſtratio magiſtratus. Vnde conſolatus & p̄tura honores dicuntur, & ius honorariū ius p̄toris. Ouid. lib. i. faſt. Verbaq; honoratus libera p̄tor habet. Reliqui tamen magiſtratus largo modo honores dicuntur, & rurſus honorū gradus dī cū honor honori ſuccedit, vt ædilitati prætura, conſulatui cenſura Aliq̄n accipitur honor pro pulchritudine. Vergil. lib. i. Et lætos oculis afflarat honores. Et alibi Frigid⁹ & ſyluis aquilo decuſſit honorem. Aliquādo pro cultura obſeruātia q̄. Idē lib. vi. Semper honore meo ſemper celebrabere donis. Aliquando p̄ pudicitia. Idē. Et rapti Ganymedis honores Aliquādo pro hoſtia. vt Mentos aris imponet honores. Aliquando p̄ premio vt apud eundē. Ipſis p̄cipue ductoribus addit honores. Aliquādo p̄ ſepultura, vt Cernit ibi mœſtos & mortis honore carentes. Aliquādo p̄ amore. Idem. Per. Si quis Amatæ tā-

git honos animum.

¶ Honor præfandus eſt, & honorem præfari cum dicim⁹ eſt loqui cum reuerentia eius qui audit. Quod fieri ſolet cum eſt locutio de aliqua re turpi.

¶ Honorarius a, um, quod ad honorem p̄tinet, vt ius honorariū. i. pretoriū, ab honore p̄torū. Honorarius arbiter dī quē honoris cauſa vtraq; pars ſummū facit ſuę cauſę & cōtroverſię iudicē. Cice. lib. v. tuſc. Quorū cōtroueſiā ſolebat tanq̄ honorarius arbiter iudicare Carneades. Et ludi honorarij quos antiqui liberalia dicebāt, vt inquit Feſt. dicti honorarij ab honore videlicet eorū qui munera ea populo edebant. Honorarium quoq; idem fere eſt quod munus præmiū cuiuſdam loco datum, vt eſt apud Vlpianum & iuriſperitos.

¶ Honoraria, ludi qui a Romanis fiebant in honorem liberi patris, qui & liberalia dicebantur.

¶ Honorus a, um, quod cum honore eſt. Vnde inhonorus ſine honore. Amb. lib. i. offic. Loculos pecuniarum quas pauperibus erogabat cōmiſſos habebat, ne videatur quaſi inhonorus aut quaſi egenus dominū p̄didiſſe.

¶ Honoro as pe. p. honore afficio. Vnde honorat⁹ qui in honore habet. Cice. lib. i. offi. Dicendū eſt etiā qualē hoīs honorati & principis domū placeat eſſe. Hui⁹ cōpoſita ſunt. Exhonoro & inhonoro que ſunt ſignificationis contrarię ſuo ſimplici. Leo pa. Hic eſt qui in Abel occiſus eſt, in Dauid p̄ſecut⁹ & in p̄phetis exhonorat⁹. i. ſine honore habitus vituperatuſq;. Et in euang. Vos autem inhonoraſtis me.

¶ Honorificus a, um, quod honorem cōfert. Cicē. Cęlio. Honorificus in me conſul fuit & ſuauis amicus. Hiero. Schedulę quas miſiſti honorifica me affecere contumelia, ſic ingenium prædicantes, vt fidei tollerent veritatem.

¶ Honorifico as, honorem facio. Lactan. lib. vij. Vt adorent & honorificent regem magnum.

¶ Honorificentia æ. ab honorificens fit. Vnde & honorificētiſſimus. Cice. Aulo Ceci. In quo admirari ſoleo grauitatē & iuſtitiam & ſapientiam Cæſaris, nunq̄ niſi honorificentiſſime Pompeium appellat.

¶ Honorabile, quod eſt honore dignum.

¶ Honeſtum eſt quod virtutem p̄bitatemq; ſignificat quo cauetur ne quid indecore effœminate libidinoſe turpiter fiat cogiteturve. Iuue. Participē qui te ſecreti fecit honeſti. Sal. Calūnia paucorū quibus omnia honeſta atq; inhoneſta vēnidere mos erat. Et honeſtus dicitur honoratus qui hon⁹ reip. ſuſtinet. Item pulcher. Teren. in Eu. Ducit ſecum vnā virginem dono huic papæ facie honeſta. Sic inhoneſtus turpis. Idē in eadē. Illum ne obſecro inhoneſtum, ſenem & mulierem?

¶ Honeſtiſſim⁹ valde honorabilis. Cicero Lētulo. Poſt tuū deceſſum is dies nobis honeſtiſſimus fuit in ſenatu, id eſt habebatur in magno honore.

¶ Honeſtas & honeſtitudo accipiuntur pro ipſa virtute.

ὁ Eſt autem honeſtas honor perpetuus ad aliquem populi rumore delatus.

¶ Honeſto as, ſepe vel quaſi continue honoro honorifico vel ſal. Sed q̄ indignos hoīes honore honeſtatos videbam. Huius cōpoſita ſunt Cohoneſto, quod eſt ſimul velomnes honeſto. Cice. Bruto. Quos cohoneſtatis in primiſq; me ſi reſp. municipū tuo ſtudio & diligentia bene adminiſtrata erit. Dehoneſto quod eſt cōrariū ſuo ſimplici. Aug. lib. v. cōfeſſ. Quid nocuerunt tibi, aut in quo imperium tuum dehoneſtauerūt.

¶ Hopiſthographi, pe. cor. ſed vertēdo o. tenuē in aſpiratam. Nam ſine h. ſcribi debet, nō ſpecie libellari, ſed voluminis habiles torq̄ri a tergo videtur appellari, q̄m vtraq; pagina ſcripti eſſent aduerſa & auerſa minutis literis & lituris pleni. A quo fortaſſe liturarios. Auſoni⁹ poeta eos dixerit, Plinius Iunior. Electorūq; cōmentarios. dix. mihi reliquit opiſthographos. Aliq̄ accipiunt opiſthographū pro eo quod ita ſcriptū eſt, vt legi poſtea non poſſit niſi librarijs deſcribendū mandetur. Aliq̄ pro charta deleta ſiue palimpſeſto poſſe capi exiſtimant, quia Vlpia. de bonorum ſecundū tabulas poſſeſſione diſſerens, Chartę inquit appellatio etiā ad nouam chartā re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fertur,& ad deletitiã.Proinde ſi in hopiſthographo quis teſtatus ſit hinc peti poteſt bonorum poſſeſſio.

¶Hopiſthocomę.pe,cor.dicebãtur Euboici qui comam per terga fuſam alerẽt,ſicut Acrocomę thraces qui antias in frõtem muliebriter dimitterent.

¶Hopiſthophylaces vocabantur qui in prælijs terga cuſtodiebant.

¶Hopiſthocrepides penultima correpta,calciamentũ quoddam fœmineum.

¶Hopiſthotenus dicitur cum caput ſcapulis annectitur.

¶Hora tempus ſignificat.i.quãcunq; æternitatis partem ſiue annuum ſiue diurnum ſiue nocturnum ſpaciũ ſignificet. Hinc quatuor anni tempora,hoc eſt hyems,ver, æſtas,& autumnus,ſiue deæ quę quatuor anni tẽporibus p̃ſunt vt Homero placet aulę horæ dicuntur plurali numero.Item partes ipſæ in quas diſtinctus eſt dies horæ vocantur.Hę principio duodecim fuere.Dicta hora ab ὥρος quo verbo vrina ſignificatur.Fertur enim q̃ quodã tẽpore Hermes Trimegiſtus cũ eſſet in Ægypto ſacrum quoddã animal ſerapi dicatum q̃ in toto die duodecies vrinã feciſſet pari ſemper ĩterpoſito tẽpore per.xij.horas diẽ diuidi debere coniecit.Poſtea in.xxiiij.ho. dies diuiſus eſt.Vel dicta eſt hora.ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν. qđ eſt terminare.Nam extremitas cuiuſcunq; rei terminus eſt.& horę terminant tempora.Quidam ab horo hoc eſt appolline qui ægyptiaca lingua ſol dicitur quia ſolem Iouis oculum dicũt Hora etiã iuuẽturis dea dicta eſt.Ænnius.Te quirine paterve neror horamq; quirini.Et hora grẽce ſignificat pulchritudinem,Vnde horæos adoleſcens formoſus.

*Horatius poeta Venuſinus Lyricorũ ſcriptor qui anno imperij Auguſti Cæſaris.xxxiij. ætatis vero ſue.lxiij. moriens Auguſtum reliquit hæredem maxima pompa apud Mecœnatem in exequijs ſepultus dictus ab orando ſed conſuetudo inualuit vt aſpirationem admitteret.Cc.

¶Horula pe.corrept.diminutiuum,hora parua.Hiero. poſt aliquam horulam iuxta exigentiam temporis ad eccleſiam ſonores campanula vocet.

¶Horũcula aliud diminutiuum.Idẽ ad Euſto.Poſt aliquam horũculam in qua legendum eſt poſt cibũ vel orandũ liceat volentib⁹ pauliſp̃ quiete potius q̃ ſomno corpus refocillare.

¶Horariũ,horę ſpatiũ.Sueto.in Domi.Inter initia principatus quotidie ſecretum ſibi horariũ ſumere ſolebat,nec quicq̃ amplius q̃ muſcas caprare ac ſtilo prẽacuto configere.Eſt & orarium ſine h.de quo alibi.

*Horctum pro bono vereres vſurpauerunt. Cc.

*Hormeſion gẽma eſt ex igneo colore radians auro portãte ſecum in extremitate candidam lucem.Cc.

*Horminodes gẽma quæ ex argumento viriditatis appellata eſt ambiente circulo aurei coloris.Cc.

¶Horologiũ,inſtrumentũ quo horæ deſignantur, quod olĩ ſolarium dicebatur, qm̃ in ſole tantum horarũ ratio cõſpiceretur.Sed excogitatũ eſt,vt etiã ſine ſole vel ipſo ſonitu denũtiẽtur horę. Apud antiquos em̃ erat cõcha hemicyclea lineis debita proportione diſtincta,cui prælongus ex ære aut ligno baculus ſoli oppoſitus ſupemĩebat,& ei⁹ vmbra in lineas incidens horas oſtendebat.Quãq̃ & alia habuerunt priſci horologia vaſa ænea aquis plena,quãtumcq; in aliud vas cecidiſſet aquarum eum ad inſtincta inſpexiſſent ſigna, quid temporis elapſum fuiſſet, intelligebant, eaſq; a perforati vaſis ſimilitudine clepſydras appellarunt, vt Plini.oratorem & Cor.Tacitum ſæpe videam⁹ ſcribere tribus aut quatuor clepſydris dicẽdi tempus præfixũ oratoribus fuiſſe.Et hæc duo horologiorũ genera.Cice.lib.ij.de na.deo.ſic ĩdicat.Aut cũ ſolarium vel deſcriptũ aut ex aqua contẽplari Intelligere declarant horas arte non caſu aquæ ſalientes quandoq; exviuo fonte,quandoq; ex vaſis ſupernæ pendentibus fiſtulis deductiq; quo magis coartanť,eo feruentius ꝓuolant in ſublime.

ὅρος a grẽcis dicitur finis & termin⁹ cuiuſuis inde a latinis ora dici quidã putant cuiuſcũq; corporis extremum.

¶Horoſcopus,penul.corre,ab hora ſeu horos & σκοπέω ſpecto ſignificat eam cœli partem quæ hora qualibet ab inferiori hemiſpęrio ſurgit ab oriente.Aſtrologi Aſcẽdens appellant.Significat etiam inſtrumẽtum quoddã ad horas oſtendas.Aug.lib.v.de ciui.dei.Ac per hoc ſi tam celeriter alter poſt alterũ naſcitur vt eadem pars horoſcopi maneat, paria cĩcta quæro quę in nullis poſſunt geminis inueniri.Si aũt ſequentis tarditas horoſcopum mutat parẽtes diuerſos quęro quos gemini habere non poſſunt.Quãdo vero adiectiuũ eſt ſignificat omnæ id in quo horæ notantur.Pli.Vaſa horoſcopa non vbiq; eidem ſunt vſui trecentis ſtadijs aut longiſſime etiam quintis mutantibus ſemet vmbris.

¶Horizon pe prod.finitio vel terminatio dicitur.Nam circulus eſt vel cœli terminus quodã circo deſignatus qui ſuper terram videtur,quem ſibi vniuſcuiuſq; circũſcribit aſpectus. Centum& octoginta ſtadia non excedit acies contra videntis.Vbicũq; terrarum ſteteris, videris tibi quandam cœli cõcluſionem videre,Horizontem vocauerunt.Fit autẽ ab Horos,qui eſt terminus & finis.Contra tamen iſtas vulgi parabolas eſt Proclus Lycius.Platonicus, qui ita ſcribit, ὁρίζων ἔστι κύκλος ὁριζων ἡμῖν τὸ φαινόμενον ἡμῖν ἀφανὲς μέρος τοῦ κόσμου καὶ διχοτομῶν τὴν ὅλην σφαῖραν τοῦ κόσμου ἄνω καὶ κάτω.*.i.finitor,circulus eſt definiens nobis ſpectam cœli partem ab occulta quæ ſphæram mundi ſurſum & deorſum in duas partes ſecat. Dicitur ergo Horizon circul⁹ diuidens hemiſphærium ſuperius ab hemiſphærio inferiori in contactu cœli & terræ noſtri viſus,non autẽ horizon terminans quia græce neſciunt qui ſic loquuntur.

¶Horia,nauis piſcatoria.Plau.in ru.Saluete, horia mari fluctuoſo,Idem.Mea opera laboratur & rhete & horia huius diminutiuum eſt horiola.

¶Horda dicitur vacca prẽgnans.Nam quæ ſterilis eſt Taura appellatur.Ab horda hordicalia dicta ſunt dies in feſtis q̃ tunc hordæ boues immolarentur.Recentiores fordus a.um. dixerunt. Ouidius.Forda ferens bos eſt fœcundaq; dicta ferendo.

*Hormus genus quoddam eſt armatæ ſaltationis adinuentum ab Lycurgo apud Lacedęmonios.Cc.

¶Horror tremor proprie cum totum corpus vel frigore vel pauore intremiſcit.Col.lib iij. Febres aliæ protinus incipiunt a calore aliæ a frigore.Frigus voco vbi extremę partes mẽbrorum inalgeſcunt, horrorem vbi totum corpus intremit. Verg.Mihi frigid⁹ horror mẽbra quatit.Plau.Quis hic horror eſt?quid pauitas? Refertur etiã quandoq; ad torpitatem aſpectus.Apul.Quem cum aſpexiſſet horrore hominis detẽtus ſtatĩ retroceſſit. Q̃ſq; ad abominationem.Var.Ira odiũ horror cos ab incœpto retrahit. Quandoq; ad venerationẽ. Verg.Arboribus ſuus horror ineſt.

¶Horriditas ipſe horror.Nęuius.Oĩa mihi horriditati erant maxime.

¶Horridus a,um.Hiſpid⁹ aſper. Vergili⁹.libro.iij. Et glacie riget horrida barba.Et horridus timendus. Idem.Horridus in iaculis.

¶Horridulus diminutiuũ quo tremens ſignificatur. Perſius Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

¶Horriſonus a um.pe.cor.quod cum horrore ſonat,ſiue qđ horridum ſonum habet.

¶Horribilis formidabilis.Cice.Et quod dictu quoq; horribile videtur viuentis ſanguine hauſto. Item tæter deformis. Varro.Fœdaq; atq; horribili.

¶Horrificus a,um,quod horrorem facit.

ὁ Horifico as,horrorem ĩcutio.Vergi.Multaq; prætereavatũ predicta priorum,terribili monitu horrificant.

¶Horreo horres horrui, horrorem habeo proprie cum pilis ſetæ ve in animante eriguntur, Verum quando hoc ex frigore fit dicimus horrere frigere.Iuue.Et horrẽti tunicam nõ reddere ſeruo.Et quia frigus in corpore perſæpe a timore eſt, dicimus horrere timere.Vergilius libro.iij.Geor.Nec varios horret ſtrepitus.Et horrere eſt aſperum eſſe quoniam corpora quæ horrent aſpera redduntur.Idem. Tum late ferreus ha

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtis horret ager. Col. lib. i. Sunt quædam loca quæ ſolſtitijs minus concaleſcunt, ſed hyeme intolerabiliter horrent, ſicut Thebas ferunt Bœotias. Similiter horrere eſt ſtupere mirari. Ver. libro tertio. Horrendum ac dictu video mirabile monſtrum Conſtruitur hoc verbum modo abſolute. Terentius in Eu. Totus horreo. Modo cum datiuo. Lactantius libro quinto. Cui enim talia ſacrificia non horreant. Modo cū ablatiuo mediante prepoſitione, vt apud eundem libro ſexto. Nam de mortis generibus horret animus recordari cum immanium beſtiarum vltra ipſam mortem carnificina ſæuerit. Modo cū ablatiuo ſine prepoſitione. Hierony. Horrebant ſacco mẽbra deformia. Mõ. cum accuſatiuo. Verg. libro tertio Georg. Nũ quam cuſtodibus illis Nocturnum ſtabulis furem incurſuſq; luporum Aut impacatos a tergo horrebis Iberos, hui⁹ verbi compoſita ſunt abhorreo, coherreo, ĩhorreo, & perhorreo.

¶ Horreſco horridus fio, vt cum quis intrinſecus algorem ſeu tremorem in ſe etiam & creſcere ſentit pauore, ſtupore, aut febri inualeſcente & huiuſmodi. Vergilius libro ſexto. horreſcit viſu ſubito cauſaſque requirit. Paſſiue ſumitur ſimiliter. Plautus in Aſi. Horreſcet faxo lena leges cum audiet. id eſt expaueſcet. Et horreſcere contremiſcere. Verg. lib. iij. Georg. Tum ſegetes altæ campique natantes Lenibus horreſcunt flabris. Aliquando actiue capitur. Idem lib. iij. Æn. Nec tu menſarum morſus horreſce futuros. i expaueſce. Sic eius compoſita. Ob horreſco, Exhorreſco, Inhorreſco, & Perhorreſco, actiue & paſſiue ſumuntur.

ŏ Horripilo as, penul. correp. ſignificat horridiore, aſperioreq; pilo fructificare. Apul. libro. iij. Aures immodicis horripilant auctibus.

¶ Horreum ab horrore quaſi horridum propter aſperitatẽ ariſtarum, quoniam Priſci fruges in ſuis ſpicis cum ariſtis in granarijs conderent. Vel quoniam in eminentiori parte villę ſiue domus eſſe debet, & oppoſitum ſeptentrioni. Septentrio vero qui eſt frigidus facit horrorem. Hic horrea quia frigida eſſe debent & ſicca ne fruges putrefcant. Var. ab hordeum tractum exiſtimat, quod antiqui farreum a farre dicebãt q̃ in eo hordeũ ſeruaretur, ſicut a grano granarium. Non ſolum autem horreum accipitur pro loco ad cuſtodiam frugũ ſed etiam rerum aliarum præcioſarum ſepoſitarum a quotidiano vſu, vt apud Apul. in meta. Demõſtrat horreum vbi veſpera ſagaciter argentum copioſum recondi viderat. Et iuriſconſulti horrea frequenter vſurpant pro repoſitorijs mercium & rerum præcioſarum. Horeum per ſimplex i, & cum dipht. dicitur mel æſtiuum ab hora. ŏ Eſt & ſalſamentum ex piſce. Atheneus. Salſamẽtum aut horeum eſt aut ĩhummũ. In horæum macra, pinguibus In hummo macris pinguia preferimus. Quæ cybia dicuntur inter macra ſunt. Inter pinguia cordylæ.

*Horæum mel vocatur æſtiuum, nam greci omnes fructus æſtiuos nominant horæos, quoniam id tempus per excellentiam horam vocant. Cc.

¶ Horrearius dicitur qui eſt cuſtos vel exercitor horrei.

*Horonaſdes apud Chaldæos bonus demon erat, qui Iuppiter putabatur. Cc.

¶ Hordeum ab horrore, quoniam licet calamus altior frumẽto q̃ hordeo ſit, ariſta tamẽ eſt mordacior hordeo. vel dr̃ hordeũ ab oriẽdi celeritate q̃ ante omnia frumẽta ſit aridũ. Vel dr̃ a noſe fordus a, um, vt loco f. fuerit aſpiratio poſita. Priſci tamen illi dixerunt hordeus a, um, cum h, cuius loco poſterio res f. poſuerunt, atq; inde aſpiratio mãſit, vt ſit hordeũ quaſi fordeum, id eſt grauidum & prægnans. Hinc hordeaceus a, um, quod ex materia hordei eſt, vt panis hordeaceus.

¶ Hordearius a, um, quod ad hordeũ ſpectat. Vñ ęs hordearium veteres dicebãt quod p̃ hordeo equiti dabatur.

¶ Hordeacea dicta ſunt ab antiquis ſacra i quibus hoſtię hordeæ. i. prægnantes immolabantur.

¶ Hordeta, genus piſcis.

*Horreſtes Agamennonis & Clytemneſtræ filius fuit qui matrem (q̃n necis paternæ conſcia fuerat) Ægyſto patruele eiuſdem Clytẽneſtræ matris concubitore cruci affixo trucidauit. Is poſtea in furorem verſus a Pilade ſocio in tauricam regionem perductus ad aram Dianæ ab Iphigenia ſorore cognitus liberatus eſt. Cc.

¶ Hormũ, genus ſaltationis armatæ apud Lacedæmonios quod Licurgum inueniſſe ſcribit Lucianus.

¶ Hornus a, um, aſpiratur, vt differat ab arbore orno, vel q̃ fiat ab eo quod eſt hoc & annus. Vnde hornam frugem dixerunt quæ hoc anno prouenit. Acron vero hornum quod eſt vnius anni dixit, vt res horna, id eſt annua vel noua. Et Hora. hornam frugẽ appellat. Proper. lib. iiij. Illa dies hagnis cædem denũciat hornis. i. anniculis. At Porphyrio hornum huius anni expoſuit. Vnde ſuper illud horatij in Epo. Et horna dulci vina promens dolio, ait horna vina dicuntur huius anni. Nonius vero illius anni interpretatus eſt. Et inducit Lucilium lib. xxviij. ita ſcribentem. Vtrum anno an horno te abſtuleris, hinc hornotinus pe. cor ſicut a diu diutinus. Cato hornotinæ nuces virides. Colu. lib. iii. Plãtas hornotinas ſcrobibus pedalibus factas ante kalendas Mar. diſpoſitas habeas Idem libro ſexto. Præcipites palmites dicuntur, qui de hornotinis virgis enati in duro alligantur, id ẽ vnius anni.

¶ Horno aduerbium ſignificat hoc anno.

¶ Horſum ſurſum ſignificat infra ſurſum. Ter. in hecy. Tace trepidari ſentio & curſari horſum ſurſum.

¶ Hortor quaſi ore perſuadeo, & aſpiratur ne frequentatiuum ab orior putetur. Et differt a moneo, quod monemus authoritate & cõſilio, hortamur rationibus & præcibus etiã plęrunq; blandiendo. Teren. Ego propterea te ſedulo & moneo & hortor ne cuiuſq; te miſerat. huius compoſita ſunt Ad hortor Teren. in heau. Sirus eſt apprehendendus atq; adhortandus mihi. Cohortor. Lact. lib. v. Et antiſtites religionum conuocent nos, ad cõtentionem cohortentur, ad ſuſcipiẽdos cultus deorum perſuadeant. Dehortor diſſuadeo. Terentius in Phor. Hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem. Exhortor valde hortor. Lactã. lib. vij. Supereſt vt exhortemur ad ſuſcipiendam cum vera religione ſapientiam.

¶ Hortus us. Vide infra in dictione Ortus.

¶ Hortenſius Romanus rhetor qui in foro Romano cauſarũ rex ob eloquentiam dictus eſt, licet eius ſcripta intra famam fuerint. De quo Cicero in Bruto ſic refert. Primum memoria tanta, quantam in viro cognouiſſe me arbitror, vt quę ſecũ commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdẽ redoleret quibus cogitauiſſet. De quo etiam fertur q̃ ſedens olim totum diem in auctione omnes res vænales & prætia & emptores ordine ſuo recenſuit argentarijs recognoſcentibus, ita vt in nullo falleretur.

ŏ Hortenſia hortenſij filia fuit eloquẽtiſſima, quæ quum matronarum ordo graui tributo a triumuiris ŏ ſtauio. M. Anto. Lepido præmeretur, nec virorũ quiſq; ipſi adeſſe auderet cauſam conſtanter egit reſq; et ataq; patris facundia impetrauit, vt maior pecuniæ pars eis remitteretur. Eius orationis elegantes ſenſus ab Apiano alexandrino referuntur.

*Horus Iſidis filius fuit, quem cum Iſis amiſiſſet verita ne illi eueniret quod Oſiri patri acciderat, multum fleuit, ſed eo inuento mœrorem in lętitiam conuertit. Cc.

¶ Hoſſimi pe. cor. dicti ſunt qui ſine naribus naſcuntur habẽtes tantum foramina pro naribus. Hi etiam ſimones appellãtur, vt inquit Plin. lib. xi.

¶ Hoſpes quaſi oſtium noſtrum petens gene. com. ſecũdum Priſ. hoſpes tñ dict⁹ eſt q̃ oſtiũ noſtrũ petat, vel q̃ ore. i. oſculo aduenientes nos petat, ac mutuo petatur. Luc. Hoſpes in externis audiuit curia tectis. Alij volunt eſſe gñis oĩs nam neutrum plurale habet hoſpita, cum tamen hoſpitia dici deberet, ſicut dives diuitia. Oui. lib. xv. me. Nec in hoſpita tecta Crotonis. Dicuntur aũt hoſpites amici diuerſarum patriarum qui ſe mutuo recipiunt cum alter in alterius patria peregrin⁹ eſt. Ouidi⁹. Non hoſpes ab hoſpite tutus. Cice. Per dexteram iſtã quam hoſpes hoſpiti porrexiſti. Taliſq; amicitia hoſpitalitas dr̃, ſiue hoſpitiũ. Cic. Fuit mihi cũ illo vetus hoſpitiũ. Et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eorum domus, quæ gratis liberaliterq; veniẽti hospiti patẽt hospitia dicuntur. Idem. Ex hac vita discedo tanq̃ ex hospitio non tanq̃ e domo. Quapropter & ędes q̃ publice parãtur ad egenos recipiendos hospitia & hospitalia appellãtur. Nã illa quę viatoribus peregrinisq; mercede patent Caupons diuersoriaq; vocantur. Hinc appellamus locum in hospitalem quo sine periculo non venimus aut moramur. Sunt tamen qui nec hospes nec hostium aspirent.

¶ Hospita ę, & hospita neutro genere & numero plurali quę facile suscipiunt. Hiero. in Exo. Postulabat mulier a vicia sua & ab hospita vasa argentea. Terent. in An. Num illi molestę quippiam hę sunt nuptię propter huiusce hospitę consuetudinem? Sic hospita terra dicitur in qua facile suscipimur. Et hospita æquora, seu hospita flumina per quæ nauigari aut transiri põt. Statius. lib. iij. The. Accipies fecisq; libens iterum hospita panda's flumina. Ver. lib. iij. Pauca tibi e multis quo tutior hospita lustres ęquora. Seruius. Hospita ęquora vicina Nihil enim vobis hospitio vicinius esse constat.

¶ Hospitale seu hospitium domus hospitum. Liuius li. ij. Ibi benigne excepti diuisiq; in hospitia curatis vulneribus. Significat etiam hospitium amicitiam & familiaritatem, quam hospes erga hospitem habet.

¶ Hospitalis pro liberali & facili ad suscipiendum hospites hospitio, aptoque ad seruiendum hospiti. Hospitale adiectiuum quod est hospitis siue quod ad hospitem pertinet. Liui. lib. i. Exceptus benigne ab ignaris consilij cũ post cœnam in hospitale cubiculum deductus esset. Et libro secundo. Alij p fecti domos nuncij hospitalium beneficiorum multos Romę hospitum vrbisq; charitas tenuit.

¶ Hospitalitas ipsa facilitas & in recipiendo benignitas.

¶ Hospitor aris, amice in hospicium recipio, vel recipior.

¶ Hostium inquit Var. vocant quod ex vno facto olei reficitur. Factum dicunt quod vno tempore conficiunt, quẽ alij centum quadraginta aiunt esse modiorum.

¶ Hostio stis, æqualiter eo, procedo æquo, & vicem reddo Plau. in Asi. Quin promitto inquã hostire contra, vt merueris. i. æqua reddere. Quandoq; comprimo coerceo. dictum ab hostia Pacu. Nisi coercuero ꝓteruitatem atq; hostiero ferociam. Quandoq; offendo, cædo. Idem. Nunc id mihi molestum est, q̃ hostit voluntatem tuam, huius compositum est rehostio quod est vicem refero, vt inquit Festus.

¶ Hostimentum æquamentum, vt cum quis pro beneficio compensationem accipit. Plau. in Asi. Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia.

¶ Hostis cõmunis gñis ab ostio is, quod ẽ æquo, cum hostiũ conflictu soleat fieri quędam æquatio ordinũ, seu q̃ ex ęqua causa pugnam adeant. Vñ apud antiquos hostis peregrinus dicebatur q̃ suis legibus viuens nobis ęquus videret. Nũc dicunt eum quem tunc dicebant perduelem qui nobis aut cui nos bellum publice decreuimus. Inimicus cum quo priuatas exercemus inimicitias.

¶ Hostile pe. pro. quod ẽ hostis. Ver. Indutosq; iubet trũcos hostilib⁹ armis. Hic hostiliter aduerbiũ ad modum hostium.

¶ Hosticus a, um, pe. cor. idẽ quod hostile. Hor. in Ser. Hĩc ne q̃ dira venena nec hosticus auferet ensis. Col. in præfa. Quãq̃ inter ferrũ & ignes hosticis incursionibus vastatas fruges largius tamen condidere q̃ nos quibus diuturna permittẽte pace prolatare licuit rem rusticam.

¶ Hosticus substantiuum, nomen poetę fuit.

¶ Hosticopax pe. cor. qui hostes capit.

¶ Hostia ab hostis deducitur, significatq; sacrificiũ quod ab ijs fit qui in hostẽ pergunt ob victoriã. i. pro victis hostibus Vñ etiã lares hostiolos dixerunt q̃ hostes ab eis pellerẽtur. hęc & victima dĩ Hiero. Hostia dicitur q̃ p partes diuiditur & sanguis circa altare effunditur, & ipsa hostia foris cõburit. Sacrificiũ dicitur vinũ & oleũ & mediũ aĩal, holocaustum totũ cõbustũ. Et victima anteq̃ occidatur. Festus hostia sacrificium quod laribus immolabant, q̃ ab illis hostes arceriputabant. Ouid. Hostibus a domitis hostia nomen habet. In qua significatione etiã dicitur victia a deuictis hostibus, vt apud eundem. Victima quę dextra cecidit victrice vocatur. Alij hostiam ab hostio ferio deriuant. Placidus grammaticus ab ab hostimento. i. ęquamẽto. Gel. scribit hostiam a quolibet sacerdote, Victimam eius qui vicerit manibus debere ĩmolari hostia ęt ciuitas, de qua in dictiõe Ostia. Et hostia nomẽ puellæ quam a se amatam Propertius cynthiam vocauit.

¶ Hostium hostiarius. Vide infra in dictione Ostium.

¶ Hostorium lignũ ęquatoriũ, baculus cum quo modius & ęteræ mensuræ ęquantur, & alio nõie radius dicitur.

H ante V

¶ Huber secundũ Apu. cum h. ab ὑω pluo. Alij magis ab humeo. Loca enim arida infœcũda sunt, contra q̃ humecta fiũt feracia, & mulierũ vbera si humore careant, carebunt & lacte. Gñis cõmunis vel oĩs pro abundãti & fœcũdo. Cato. lib ij. Orig. Ita res huber fuit. Am. lib. hexa. Quacunq; ex causa soli huberis sterilitate mulctatur. Palladius. Pratis recentia ster cora proficient ad huber hærbarũ. Huius contrarium est Inhuber Gel. Inhuberes & multę quidẽ macræq; essent, huber vero neutro genere mamma est. Ver. Binos alit hubere fœtę. Ab huber pro fœcũdo fit hubertas, hubertim, & huberrime aduerbia pro fœcunde copiose.

¶ Hubero as, huberem & fœcundum facio. Palla. lib. iiij. Hoc velut coitu steriles arbores huberantur.

¶ Hubertus a, um, abundans. Gel. Sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus Magnificum in Vlysse & hubertum. Subtile in Menelao & cohibitum. Mistum moderatumq; in Nestore.

*Huc aduerbium ad locum. Cc.

*Hudum vide Vdum.

*Huiusmodi & huiuscemodi nomina adiectiua ex pronomine & nomine composita oĩs gñis, vel secũdũ aliquos obliqui casus omnibus generibus figuratæ adiunctl. Cc.

¶ Hui interiectio est dolentis ironiam significans.

¶ Huic datiuus ꝓnoĩs monosyllabum est, vt huic coniunx Sichęus erat. Q̃nq; per dihæresim bisyllabum efficitur. Sta. lib. i. the. Lętus huic dño videas dare iura nepotes.

¶ Hululo as. pe. cor. proprium est vocis tum luporum, tum canum. Hinc hululatus.

¶ Hulula pe. cor. auis buboni similis quæ a cantu suo nomẽ accepit.

¶ Humus terra humefacta, a quo humerus a, um, quod ex humo est. Dicta humus q̃ humorem cõtineat, licet non conueniat tempore. ♁ Prima enim syllaba huius dictionis hum⁹ est bre. prima huius dictionis humor est longa.

¶ Humor ab humus fit, quia aquæ terris inclusæ sunt.

¶ Humidus a, um. penul. correp. quod extrinsecus humorem habet.

¶ Humeo es, humui humectũ, madidus sum. Col. lib. iiij Verum est in opere difficilior q̃ nec̃q; humentẽ fodere possis q̃ sit glutinosa, nec nimium siccã, quia vltra modũ prę duratur Aug. lib. xiij. de ciui. dei. Erat em puluis humectus.

¶ Humesco humidus fio. Verg. lib iij. Georg. Humescunt spumis flatuq; sequentum. Amb. Per trãslationem. Pulchrũ est vt diuinarum scripturarũ humescamus eloquio, & quasi ros sic in nos dei verba descendant.

¶ Humecto as, frequentatiuum sæpe humidũ facio. Verg. libro. iiij. Geor. Qui niger humectat flauentia culta galesus. Col. lib. vij. Agnus cum est editus erigi debet atq; huberib⁹ admoueri, tum eius deductum os prelis humectare papillis vt condiscat maternum trahere alimentum.

♁ Humigatus humor profusus. Apul. lib. i. Flo. Vel em colliculus sepimẽ cõsecratus vel trũcus dolamẽ effigiatus, vel ę spes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus.

¶ Humarium, sacrificij genus.

¶ Humo as, humo contego sepelio. Cic. lib. tus. Magorũ est mos non humare corpora suorum nisi a feris sint ante laniata. Idẽ in eodẽ. In terrã enim cadentibus corporibus hisq; hu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mo tectis, a quo dictum est humari. Humat⁹ ergo humo cō tectus, sepultus quoquo modo conditus. Quandoq; tamen humat⁹ pro sepultus ponitur. Gel. In sui pueri sepulchro humatus est. Huius composita sunt Exhumo quod est e terra extraho. Inhumo terrę injicio. Plin. lib. xvij. Non inhumare tales aut siccare prius q̄ serantur utilius compertum, quāuis inhumatus quandoq; insepultus dicatur.

¶ Humanus a, um, ab homo, sicut a fera ferinus, mutata o in u. Veteres enim homanus dixere, & proprie dr̄ quod est hōminis vel quod ad hominē spectat. Plau. in Amp. Non minus q̄ vestrū q̄uis formidat malū hūana matre natus humano patre. Ter. Hō sum humani nihil a me alienum puto.

¶ Humanæ res dicuntur res hominum, vt argentum, nūmi fundus, postremo etiam ipsa cogitatio.

*Ichnographia eſt circini regulę modicę continens vſus ex qua capiuntur formarum in ſolis arearum deſcriptiones. Auctor Victru.libro primo.

*Ichthicuſa inſula alias Icaros dicta ſita ab exortu ſolſtitiali Delo ad quinquaginta milia paſſuum propinqua. Cc.

I ante D

¶Id variꝫ modis vſurpatur ab auctoribus. Cũ enim dicitur id quod res eſt,idem acſi diceremus quod verum eſt. Teren. in Adel. Verũ cogito id quod res eſt. id ętatis ſum.i. i ea ętate ſum. Aliquando ornatus tãtum cauſa dicitur. vt id quod ideſt quod. idipſum.i.hoc Cice. Lentulo. Multi rogabantur atq; idipſum conſulibus inuitis. Ab id fit idcirco cõiunctio & ideo.

¶Ida idę mõs altiſſimus qui ad troadẽ ſpectat, habetq; multos pedes. Lat⁹ eius ſeptẽtrionale ex anguſtijs aby di vſq; ad

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Eſapum & Cizycenum agrum ad Propontidem pertinet occidentale ad Helleſpontum reſpicit, auſtrale promotorium facit, quod lectum appellatur, orientalia idę ad Myſos declinãt abũdatq; mons aquis, & multa flumina ex eo deſcendunt, in cuius ſummitate locus fuit Gargarus appellat⁹, a quo Gargara æolica ciuitas dicta eſt. Ouidi. libro. iiij. faſto. Dindymõ & Cybelen & amenam fontibus Idam, Ida etiam appellata fuit Dardani Scytharum regis filia.

¶ Idæus. a. um. nomen ab ida deductum. Propertius. Cedite iam diuę quas paſtor viderat olim Ideis tunicã ponere vertici bus. Eſt & nomen proprium viri quem Troianorum prætorem dixit Homerus.

ŏ Idicus. a. um. ſimiliter poſſeſſiuum ab ida monte. Pli. libro. xvi. Idicarum cedrorum. Veteres tamen Idicas pro montanis omnibus ſumunt, vt inquit Nicander.

⁎ Idæi dactyli filij fuerunt ſecundum quoſdã Mineruę & Solis. vel (vt alij volunt) Saturni & Alciopes, & dicuntur alias corybantes. Sunt etiam gẽmæ quæ ferreo colore humanum pollicem exprimunt. Cc.

¶ Idalus mons eſt & nemus in Cypro quondã Veneri ſacer vbi & breue oppidum fuiſſe traditur. Vnde & Venus idalia appellata.

ŏ Idalium cypri oppidum quod ab euentu nomẽ accepit, nã quando ditio Chalcenori data eſſet illic vrbem cõderet, vbi primũ orientem ſolẽ cõſpicaretur, vnus e comitibus qui forte aſtabat ad eum conuerſus admonuit regem vt ſolẽ cerneret. Arrepto Chalcenor omie ciuitatem ſtatuit, & ab ea voce Idalium nominauit. Auctor Stepha.

¶ Idaſpes fluuius inſignis magnitudine in quo aureę harenę & gẽmę deprehendũtur. Fluit per Parthos & Indiam & amplo ꝓfundoq; alueo crebras facit inſulas. Poſtremo quatuor ſuſceptis fluminib⁹ Indo flumini admiſcetur. Dictus idaſpes ab Idaſpo Medorum rege.

¶ Idea pe. pro. ἀπὸ τοῦ εἴδους. Ideas inquit Auguſtinus libro lxxx quæſtionũ latine poſſumus vel formas vel ſpecies dicere vt verbũ e verbo tranſferre videamur. Ideas primus Plato appellaſſe perhibetur. Sunt autem ideæ exemplaria æterna eorum quæ naturaliter fiunt immortales, immutabiles, inuiolabiles. Et vt res apertior fiat, opus eſt preter omnes homines intelligere quẽdã hominẽ. Et præter omnes equos equũ Et præter animalia, animal ingenitum. Et quemadmodum ex vno ſigillo complures fiunt impreſſiões, ſic ex vno homine ſexcenta milia hominum. Et hæc eſt Platonis idea. A quo Ariſtoteles diſſentiens nullas putat eſſe ideas. Euſe. lib. præparationis, ideam ſic diffinit Idea eſt perpetua ſubſtantia cauſa & principiũ vt ſingularia talia ſint qualis eſt ipſa, & quemadmodum ſenſibilibũ exemplaria ad hæc corpora præcedũt, ſic quæ omnia in ſeipſa cõtinet pulcherrima atq; pefectiſſima huius mũdi exẽplar eſt, ad quam a creatore Deo abvniuerſa ſubſtantia mundus ſimillime formatus eſt.

¶ Ideo cõiunctio eſt, & ſignificat ob eam cauſam.

¶ Idcirco propter hoc, ſimiliter coniũctio eſt.

¶ Idem cõponitur ex is & demum. i. iterũ is. Et tã in gñe maſcu. q̃ neu. nomiñatiuus necnõ accuſatiuus maſcu. & foe. gñis mutant m in n. ante d. euphonię cauſa vt eundem eandẽ. Cæteri vero caſus ex integro & corrupto compoſiti inueniũtur, vt eadẽ, eiuſdem, eidẽ, eodem. Idem, eædem eiſdẽ, ęoſdem. Itaq; per duo ij. vel per e. & i. regula exigit ſcribi tam nominatiuũ pluralem maſculinũ, q̃ datiuũ & ablatiuum plurales. Solent tñ auctores & perſynæreſim vnã pro duabus ponere Et in neutro quidẽm geminatur compoſitio, & dicimus idẽti dẽ. Sed cũ idem eſt gñis maſculini producitur. i. in neutro vero corripitur. Virgi. lib. iiij. ænei. Idem ambas ferro dolor atq; eadẽ hora tuliſſet. Iu. Si feciſſet idem caderet ſub iudice morum. ponitur interdum idem pro etiã. Ci. Et huic cõiũcta beneficentia, quam eandẽ vel benignitatẽ vel liberalitatẽ appellare licet. i. quam etiã. Quin. Si cauſam veneficij dicat adultera, non. M. Catonis dãnata iudicio videtur qui nullã adulteram non eandem eſſe maleficam dixit. Ab idem fit itidem quod eſt quaſi itẽ idẽ, quod ſignificat ſimiliter eodẽ modo.

¶ Identidẽ pe. cor. componitur ex idem & idem, ſed m in n mutatur, & t. interponitur euphoniæ cauſa. Cuius obliqui deficiunt, ſignificatq; frequenter & eodẽ modo ſiue illud idem per eundem modum. Li lib. i. Vnã longe ante alios inſignem ſpecie & pulchritudine a globo thalaſſi cuiuſdã raptã ferũt, multiſq; ſciſcitantibus cuinã eam ferrent, idẽtidẽ ne quis vio laret thalaſſo ferri clamitatum. Pli. Centũ milia nũmorũ pro domo eius identidẽ promittẽs. Suet. in Cæſa. Cum. M. Cato identidẽ nec ſine iureiurando denũtiaret delaturũ ſe nomen eius ſimul ac primum exercitũ dimiſiſſet, i. frequenter.

¶ Idios græce ꝓprius. vnde Idiota. Idos vero latine forma, a quo Idolum.

¶ Idiographum pe. cor. latine priuata ſcriptura.

¶ Idioma atis. proprietas ſermonis, vt ſunt quinq; idiomata ideſt dialecti græcorum.

¶ Idiotes ſiue idiota indoctus & illitterat⁹, quo vocabulo Cice. in Piſonẽ & alij frequenter vtũtur. Dicitur etiam inutilis, quaſi ſibi tantũmodo & non plurib⁹ vtilis, priuatus, plæbei⁹. Luci. Quid ni & tu idẽ illiteratũ me atq; idiotam diceres?

¶ Idolũ pe. pro. dicitur ſimulacrum. Nã apud græcos ſcribit̃ εἴδωλον. Mam ἴδιος forma dicitur.

¶ Idolium diminutiuum eſt.

¶ Idolatra vel idolatres ſeu idolatra vel idololatres idolorũ cultor. Idolatria ſeu idololatria ſimulacrorum cultura. Nam λατρεύω a quo latria deducitur apud nos colo interpretatur. Eſt emẽ cõpoſita dictio ex idolo & latria cultura. Hiero. cõtra Io. Nec mirũ ſi omne quod in macello vẽdit̃ apoſtolus emi iubeat & comedi cum idolatris & adhuc ĩ templis idolorum quaſi idolothyta veſcentibus pro ſumma abſtinentia fuerit cibis tantum abſtinere gentilium.

¶ Idolothytũ. pen. pro. dici poteſt immolatum idolo, vt eſt apud apoſtolũ. Nõne cõſcientia eius cũ ſit infirma ædificabit̃ ad comedendum idolothyta.

¶ Idolothyſia cũ accentu in pe. immolatio quę fit idolis.

¶ Idothea nomẽ ꝓpriũ filię. Proti Argiuorũ regis.

¶ Idomeneus Deucalionis filius Cretenſium rex, qui contra Troianos ſtrenue dimicauit. ⁎ Et petiliam vrbem ſuper Salẽtinum montem Calabrię cõdidit.

¶ Idoneus a. um. quod eſt ad omnia aptum tam mala q̃ bona Terẽ. in An. Adeon videmur vobis eſſe idonei in quibus ſic illudatis. ŏ Interdũ idoneus opponit̃ latroni. Augu. Qui fuit latro fit idoneus, qui fuit ſuperbus, fit humilis.

¶ Idas idæ nomen proprium mariti Marpiſſæ, qui omnium formoſiſſimus fuit.

⁎ Idula ouis que omnibus idibus Ioui immolabatur. Cc.

⁎ Iduare lingua Hetruſcorum diuidere eſt. Cc.

¶ Idumęa cũ diph. regio Syrię quæ (teſte Plin. libro. v.) a meridie Arabiam habet, a ſeptẽtrione Phœniciam. In qua eſt vrbs Idumę pe. pro. finitima phœnice palmis abundans Lucanus lib. iij. Gazaq; & arbuſto palmarum diues Idume. Inde fit Idumeus a. um. Virgi. lib. iij. Georgi. Primus idumæas referã tibi mantua palmas. Hierony. ad Darda. Idumeos quoq; a meridiana plaga vix vigintiquinq; ab Hieroſolyma milibus ſeparatos.

¶ Idus fœmini. generis & tantum pluraliter, dici poteſt diuiſio. Vnde proprie exiſtimantur dies qui diuidunt menſem. Diuidunt enim menſes præcipue nonas a calendis. Iduare ſi quidem Hetruſca lingua diuidere eſt. Sunt etiam qui dicunt Idus quaſi vidus v. litera detracta, ꝙ tunc plena luna videat Alij ἀπὸ τοῦ ἴδους, hoc eſt a ſpecie deducunt, ꝙ ea die luna pleniſſimã ſpeciem oſtẽdat. Alij ab Ioue, quaſi Iduli, quoniã apud Truſcos omnibus idibus Ioui immolabatur a flamine.

I ante E

¶ Iebus ciuitas metropolis, quę poſtea Salem, tertio Hieroſolyma & nunc Helia dicitur. A Iebus dicti ſunt Iebuſei de quibus Hieronym⁹ ad Darda. ſcribit ꝙ a iudeis expelli nequiuerint, ſed remanſerint cũ eis in ſcandalũ exemplũq; vicinorũ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in tantũ vt vbi templũ conditũ eſt areæ fuerunt Iebuſei.

¶Iecur oris.& iecinoris.qui genitiuus vt in inquit. Priſcia.videtur a nominatiuo iecinus,quod non eſt in vſu.Pli.Sex viz ẽtimarũ iecinora replicata intriſecus reperta ſunt. Dicitur & iecinus eris,ſicut munus eris.Et ſignificat hepar.Vñ & fibras iecinerum dicimus.In hoc irę & inſanię cauſam eſſe volunt, ſicut pauoris in corde,in ſplene lętitię.Iecur connectitur cordi per venas,que ſanguinis alimenta iecinori preſtant.Et hęc eadem ab ipſo iecore diſtribuuntur in venas vñ colorẽ accipit. Habet em̃ iecur ſanguinis concreti colorẽ.& in eo amoris eſt ſedes,vt tradunt ſapientes,diuiditurq; in quatuor fibras.

¶Iecuſculũ dimi.paruum iecur.Pli.Murium iecuſculis fibrę ad numerum lunę dierum in menſe congruere dicuntur.

¶Ientaculum cibus qui ante prandiũ ſumitur, q prandiolũ ſeu prandiculũ & vulgo collatio dicitur.Sueto.in Vitel. Epulas trifariam ſemp, interdum quadrifariam diſpartiebat in ientacula & prandia,& cœnas,comeſſationeſq; Martia.Surgite iam vendit pueri ientacula piſtor.Criſtateq; ſonant vndiq; lucis aues.

¶Iento as,aliquid ante prandium guſto. Varro in Mart. Vt eant ac rẽpu.adminiſtrent q populi ientent. Afra .Dũ exeo domum ientare nulla inuitat.

ὁ Ierax.i.ſacer Ieraus ſacerdos.

¶Ieſſem oppidũ heroũ vocãt,quo ioſeph ĩ occurſu patris Iacob in Aegyptum proceſſit.

¶Ieiunium tempus quo a cibis abſtinemus.

¶Ieiuno a cibis abſtineo.Ieiunus qui a cibis abſtinet.

¶Ieiunum pe.pro.inteſtinum ſic dictum quia nunq̃ quod accipit continet,ſed protinus ad inferiora tranſmittit.Hoc maiores noſtri hiram & per diminutionem illam dixerũt vt inquit Feſtus,& hilum neutro genere.

*Iæra nympha ſic ab impetu.ἰέμαι enim impetum facio ſignificat.Cc.

*Ierax auis eſt ex accipitrũ genere quã ſacram vocant.Cc.

¶Igitur collectiua vel rationalis coniunctio eſt. Colligit em̃ ſupradicta illatione,hoc eſt ratiõe cõfirmat.Cice.,p Liga. Habes igitur Tubero quod accuſatori maxime optandum conſitentem reum. Dicitur & illatiua q prępoſitis aliis informatur.Ponitur interdum pro deinde ſiue poſtea.Terẽ.in Eunu. Quid igitur faciã? Plaut.in Amph.Si aliter erũt animati neq; dent quę petant,ſeſe igitur ſumma vi,armiſq; oppidũ eorum oppugnaturos.

*Igilium inſula contra Coſſanum littus.Cc.

¶Ignis a gignendo,ideſt naſcẽdo dicitur q in eo nihil naſcatur & omne quod naſcitur eũ amittit & frigeſcit, vel quod ſeipſum pariat & paruis ſcintillis creſcat in immenſum. Sumitur quandoq; pro meretrice vel quia amator vritur. Vergi. At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas. Vel quia meretrix auida eſt,vt ignis alimẽtorum.Hinc igneus a.um. vt calor igneus.

¶Ignis ſacer morbus eſt a Plinio dictus quia Dioſcoride vocatur Eryſipelas.Sunt & morbi quidam Eryſipelatodes vocati quotiens accenſio interna cum dolore vehementi circum viſcera percipitur.Sed cum in cerebrum ſubit id malum,refrigerantur & impaleſcũt ora.Eryſipelas & in vulneribꝰ quo q dicitur cum ſuper inflãmationem rubor vlcus ambit,iſq; cum dolore procedit vt ait Celſus.Idem auctor ignem ſacrũ ab Eryſipelate diuerſum facit libro.v.genera ignis ſacri.duo reddens. Alterum in altitudine puſtulis continuis. Alterum in ſummę cutis exhulceratione latum inexęquabile Eryſipelas Galeno ,pprie is tumor eſt qui ex tenui ſanguine interim & cum bilis parte incenſo ac feruente conſiſtit.

¶Ignio is.iui.itum inflammo.Hiero.Eloquiũ domini igniuit eum. Vnde ignitus pro candente.Idem. Vox hominis mulieri ſagitta ignita diaboli.Et Apuleius ignitam eſſe maris ſtellam dixit.

¶Igneo es.A quo igneſco is.Et eſt igneſcere ignẽ fieri, quo Plinius vtitur non ignire.

¶Ignefacio ignem accendo,ſiue ignitum reddo,a quo ignificus ſator diſcordie.

*Ignigena,igne genitus.Cc

¶Ignitipotens dictus eſt Vulcanus q ignis poteſtatem habeat,habetq; accentũ in antepenul.

¶Igniuomus pen.cor.ignem vomens.Lactã.Altius igniuomũ ſolem cœli orbita ducit.

¶Ignitabilum ignis receptaculum.

¶Ignarius lapis dicitur ex quo ignis excutitur.

¶Ignia quædã vaſorũ fictiliũ vitia quę coquẽdo cõtrahunt

¶Ignauia ab ignauus,& eſt contraria fortitudini cum quod ratio aggredi fortiter ſuadet,id nos formido aggredi diſſuadet,& ab audendo retinet.Cice.in Læl.vt bonitas malitiam, temparantia,libidinem,ignauiam fortitudo. Idem Ignauiã puſillum & abiectum animum eſſe oſtendit ad Cælium ſcribens.Etenim etiam hoc genere gloriari ſolitum eſſe familiarẽ noſtrum Hortenſium,q nunq̃ bello ciuili interfuiſſet,hęc noſtra laus erit illuſtrior,q illi tribuebatur ignauiæ de nobis id exiſtimari non poſſe arbitror.Nec me iſta terrerent quæ mihi a te ad timorẽ fidiſſime atq; amantiſſime proponũtur.Quid autem ſit fortitudo.Idem libro.iiij.ad Herennium oſtendit. Iſta non eſt fortitudo inquit ſed temeritas,propterea q fortitudo contemptio eſt laboris & periculi cum ratione vtilitatis & compenſatione commodorum. Temeritas eſt cum in conſyderata dolorum perpeſſione gladiatoria periculorum ſuſceptio.Salluſt. de ignauo & ignauia ſic ſcribit. Compertũ ego habeo milites verba virtutem nõ reddere,neq; ex ignauo ſtrenuum,nec fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri Et paulopoſt.Scitis equidem milites ſocordia atq; ignauia Lentuli quantã ſibi nobiſq; cladem attulerit.Ex his colligi poteſt,q gnauus ſit is qui induſtrius eſt& ſtrenuus ſiue fortis.Cuius contrariũ eſt ignauus,qui non eſt induſtrius ideſt qui negligit aut formidat ſe exercere in aliqua arte propter laborem. Virg.Ignauum fucos Pecus a præſepibus arcent Aut qui formidat periculum aggredi quod fortis & ſapiens formidare non debet,vt Cicero Hortenſio dicit tribuſtum eſſe ignauię q nunq̃ bello ciuili interfuiſſet.Differt tamẽ q̃tum intelligo inter gnauũ & induſtriũ, & q gnauus ,pprie is ſit qui ad ſubeunda pericula ac labores tolerandos ſapiens & fortis eſt.Induſtrius qui ĩgenio cum multum valeat vt artifex bonus aliquid ſtruere & negociari non ociari ſtudet. Cicero pro Pompeio inter gnauos & induſtrios diſtare oſtẽdit dicens. Cęteri ordinis homines gnaui & induſtrij partim in Aſia negociantur,quibus abſentibus vos conſulere debetis, partim eorũ in ea prouincia pecunias magnas collatas habẽt Cõponiturq; ignauus ex in & gnauus, ſiue ex in & nauis,n in g.mutata. A nauis enim & gnauus dicit̃,ſed ,pprie nauus, gnauus vero per aſſumptionem g.Dictus nauus celer & ſtrenuus a,naium celeritate.

¶Ignauit ignarũ fecit. Afra.In parte inferiori hic implicabit caput fateor,ſed ſępe ignauit fortem in ſpe expectatio.

¶Ignoro as,pe.prod.neſcio & ab ignarus fit quod ab in & narus cõponitur.hoc eſt neſciꝰ. Gnarus vero idem eſt quod ſcius ac peritus.Collu.in ꝑfa. Armorum ac militiæ gnaros, De ignarus.Terent.in Eunu. Imprudens harum rerum ignaruſq; omnium.Cice. Neq; enim tantę difficultatis erã ignarꝰ. Vergiliꝰ pro ĩmemor poſuit.O ſocij,Neq; enim ignari ſumꝰ ante malorum.Et alibi pro eo quod eſt aliter diſponens,Aut quiſnam ignarũ noſtris deꝰ appulit oris? Ab ignoro fit ignoratio & ignorantia. Sed ignoratio ad actũ & rem pertinet q̃ penitus neſcitur,nec ſciri poteſt niſi prodatur, vt Cicero.lib. iij.officio.Quotus enĩ quiſq; reperitur qui ĩpunitate & ignoratione omnium propoſita abſtinere poſſit iniuria.Ignorãtia vero ad ingenij humani vitium pertinere poteſt quando qs per ignorãtiam non ſatis intelligit quid faciat vel dicat. Aliquando etiam ſine humani ingenij vitio eſſe poteſt ignorantia,vt ſi qs neſciat ea quæ ad ſe non attinent,hic tum harũ rerum ignorans erit & ignorantiam harum rerum habere di-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cetur,& per ignorantiam earum dicet aut faciet interdum ea q̃ si sciret non diceret neq; faceret. Quo quidem modo acces sisse puto.Cicero. in Lęli.cum dixit. Vt in fabulis qui aliquã diu per ignorantiã stirpis generis in famulatu fuerunt.Ignorantiã non ignorationẽ dixisse reor magis propter homines qui ignorantes erant stirpis illorum q̃ propter ipsum genus stirpis quod ignorabatur,quasi si homines id resciuissent nõ illos in famulatu esse permisissent. Hec autẽ differẽtia fit,quoniam ignoro varie sumitur,vt si dicam hoc ignoro, & causa sit,quia id non proditur mihi,tũc quia huiusmodi causa nõ ex me prouenit sed ex re quę non proditur michi recte ignoratio dicitur. Alio modo hoc ignoro,& causa sit qa nolo aut nequeo id apprehendere etiã si prodatur mihi,aut ideo ignoro q̃ ad me id non attinet propterea non id quęro scire,tunc hęc ignorantia dicenda est,non ignoratio, quoniam ad hominis personam,quæ id ignorauit, hoc magis ꝓtinet, q̃ ad rem quæ sciri penitus non posset. Vnde Donat.Imprudens per se Ignarus per alios.Ita & nos dicimus.Ignorans per se. Ignar⁹ per alios.Et ignorantia per se,ignoratio per alios.

¶Ignorabilis qui non cognoscitur.Plau.Quis est hic q ocu lis obuiam ignorabilis obiicitur?

¶Ignobilis dicitur ignotus. Verg. lib.vij. Solus ibi & syluis Italis ignobilis æuum Exiget. Aliquando dicitur stultus, vt ignobile vulgus.

¶Ignomines qui laude & gloria carent quasi inglorij, illaudati.

¶Ignominia nominis nota. Cicero lib.iiij. de repub. Itaq; cũ omnis ea iudicatio versetur tantũmodo in nomine animaduersio illa ignominia dicta est. Componitur enim ex in & nomen g.interposita quasi contra nomen. Nam nomẽ & ignominia contraria sunt,q̃uis sit & bonum nomen & malum nomen tñ nomen ĩpliciter ꝓ honore etiã sumitur, vt Cicero indicare videtur sic scribens Thermo.Ostendi graues te susceperũ inimicitias si adolescens potẽs & nobilis ignominia affectus esset.Et hercle sine dubio erit ignominia, Habes enim neminem gradu superiorem.

¶Ignosco ignoscis ignoui ignotũ.valde nosco & disco. Augeteni hic in Var. Vos qui in theatrũ voluptatẽ auribꝰ aucupatũ concurristis, domo adeste, & a me quæ ferã ignoscitę, domũ vt feratis a theatro literas. Aliquãdo ignoscere est veniam dare & excusatũ habere. Vbi in priuatiua est quasi non agnosco errorem.Cicero ad Cæsa.Iuni.Nã & prętentis ignoscis,& concedis futura.Lactan.lib.v.posuit pro nõ cognosco & non intelligo. Tum quid legerint ignouerunt. Gelli⁹.lib.i. Contra patriam inquit,Cicero,arma pro amico sumenda nõ sunt hoc ꝓfecto nemo ignouit,idest nesciuit.Habet hoc verbum participia ignotus & ignoturus. Cicero in Cato. Ignoturum alteri q̃ patrem,alteri q̃ tutorẽ secutus esset.Cato libro.v.Origi.Quod eorũ nemo mihi ignoturus est. Quidã tamen contra regulam a prętenti tempore hoc deriuatũ protulerunt ignoscituruũ.Piso Frugi.lib.ij.annal. Quocunq; deliquisset ignoscituruꝫ affirmabat.

¶Ignotus incognitus.i.qui ignoratur. Interdum ponitur ꝓ insito,hoc est pro eo qui ignorat. Quintilianus.Ne quis tamẽ erret ignot⁹,nõ est filij mei nouerca sed mꝫ.hoc est ignorãs.

¶I fallo ante H.

¶Ihesus pe.pro.est.Sunt autẽ tres syllabę grẽce ιησοῦς Hebręũ nomen est,quod apud nos saluator noster dicitur quod conuenit regibus & ducibus,qui salutem ducentibus ꝑ populis darent. Vnde legimus in libris Moysi q̃ Auses nauefilius qui electus esset dux populi cõmutato nomine de Ause Iheſus cognominatus est, qui abductum de terra Ægypti populũ,& de erroribus eremi liberatum in terram repromissionis induxit.⁂ Verius Iesus scribetur.

J ante L

¶Ilba vel ilua insula in mari Thusco distans a continenti decem milibus passuum. De qua Pli.refert,hoc esse mirum q̃ in alijs regionibus, effossis metallis terę sunt vacuę, Apud Ilbã sublatã renascuntur,& rursum de eisdẽ lotis effodiũtur. De qua Verg.lib.x.Insula inexhaustis chalybem gnosa metallis

¶Ille cũ emphasi dicitur per eminentiã. Teren.in And.Hic ille est.Sic dicimus, Archytas ille Tarentinus. Aliquando ponitur ad maiorem expressionem. Verg.Ille ego qui quondã gracili modulatus auena Carmen. Aliquãdo ponitur pro is, vt apud apostolũ.Non qui seipsum cõmendat ille probatus est. Aliquando pro aduerbio loci. Vergi.Illi mea tristia fata Degeneremq; neoptolemũ narrare memento,i.illic. Aliquãdo pro ibi. Terent.in Phormio. Dum sedemus ille interuenit Vide etiam in dictione Is.

¶Ile per simplex l.significat id quod in summa parte collocatum est in homine,& cõlon grẽce dicitur. Vnde colici dolores in crassioribus intestinis.

¶Ilia orum,sumunt pro ea parte, quam' græci ab inanitate κενεῶνα,& ꝙ flaccida sit etiã λαγῶνα vocant.Celsus.lib.iiij. Ipsa ilia inter coxas & pubem in imo ventre posita sunt. Lactes sunt graciliora intestina, quæ tria sunt. Tenue,Ieiunum Piluros.id quod ieiunum dicitur Varro hillã,siue hiram vocauit.Sed hoc de ilibus interioribus intelligitur, quæ sunt arteriæ quædam.Plini.in.xi. Inter eas & aluum arteriæ ad pubem tendentes, quę ilia appellantur.Sed exteriora ilia lati⁹ patent.Nam ea pars quæ maxime respiratione in lateribus cutitur,hoc nomine comprehenditur. Persi,Ilia subter Cæcũ vulnus habes,sed latho balthe⁹ auro protegit. Et est hoc nomen tam scdę q̃ tertiæ declinationis.Celsus.lib iiij.Deide super tectũ intestinũ ꝓgressa iliꝭ fœminę latera sua cõuertit. Iuue. Vis frater ab ipsis ilibus. A Iliis ilios dicitur,qui ilios dolore laborat,qui a græcis Lagonopolon, qui est alius q̃ laterum,hoc est pleuritus.

¶Ilia æ,dicta est Romuli & Remi mater.

⁂Ilys græce lymus latine dicitur.Cc.

⁂Ilitus pueri proprium.Cc.

¶Illa ab ina fit,quo nomine, vt est apud Festum tenuissima pars rei,siue pellicula significatur. Var. scribit hilã esse farcimi nis genus ab hilo dictam.i.re minima.

¶Ileos grẽce εἰλεός morb⁹ gradlioris intestini. Vnde ileosi,qui laborant eo morbo.

¶Ilium regia Priami fuit quæ & Troia a noĩe regionis minoris Asię cognomiata ab Ilo Trois regis filio.dicta est etiã Ilios.Ouid.lib.xiii.meta, Postq̃ alta cremata est Ilios & Danaas pauerunt pergama flammas.

⁂Ilus Trois Troianorũ regis filius qui Ilium ædificauit.

¶Ilias adis.Homeri opus clarissimum.Iliadę Troiani.

¶Iliacus a,um.pe.cor.quod est ex Ilio & proprie Iliacus qui ĩ Ilio natus est Ilienſis, qui alibi ortus in Ilio negociatur. Et iliacus,qui ex iliis laborat,qui & ilios vocatur.

¶Ilione nomen proprium filiæ Priami.

¶Ilioneus nomen proprium viri Troiani apud Vergilium.

¶Ilex gñis cõis qui sine lege,vel extra legem viuit. Plautus in Persa.Impure inhoneste viuit ilex.

¶Ilex icis.per simplex l.& gñis fœ.arboris genus.Verg. Talis erat species auri frõdẽtis opaca Ilice, sicleni crepitabat bractea vẽto. ǒ Et ilex oppidum quod pisanorum agri fines terminat.

¶Iliceus a,um,quod est materiatũ ex ilice.Sta.lib.vi.the. Ornicq; iliceęq; trabes metuendaq; succo.

¶Iligneus siue ilignus a,um,idẽ quod iliceus. Terent.ĩ Adel. Lectulos iligneis pedibus faciundos.

¶Iliberis ciuitas ꝓuincię Narbonensis,vt Pli.& Pomp.scribunt.Hanc quida esse aiunt, quę nũc granata dicitur, longe clarissima vrbium occidẽtis erepta nouiter Mauritanis regibus auspiciis regum Hyspanię.

¶Immo Eliberi.ǒ dicta eliberis vt Stra.placet a flumine.

¶Illatebro as,pe.cor,quasi intus absc̃do.Cęcil. Arma plærique abiiciunt atq; inermes illatebrant sese.

¶Illętabile quod non est lætum. Vergi,lib.iii.Æneid.Et illætabilis ora.

¶Illaudatus dicit qui ne noĩari quidẽ dign⁹ est, hoc est illau

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dabilis nec vnq̃ nominandus, quum sit omnium pessimus. Sicut quondã a cõi consilio Asiæ decretũ fuit vt nomẽ eius templum Dianæ Ephesi incenderat ne quis vllo tempore nominaret, ita hoc verbum illaudati idoneum est ad exprimendam sceleratissimi hominis detestationẽ. Verg. Quis aut Euristhea durum aut illaudati nescit Busiridis aras? Et est participium pro nomine vt sit illaudabilis non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruit. vt est lib. vij. Ænei. Diues in accessos vbi solis filia lucos. pro inaccessibiles, non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere debeat.

¶Illicio cis. pe cor. attraho, & quasi inesco ex in & lacio. Terẽtius in An Tune hic homines adolescentulos imperitos rerũ eductos libere in fraudem illicis. Vnde illectus attractus inuitatus. Cice. lib. iiij Tusc. Libido ad id quod videtur bonũ illecta & inflammata rapiatur. Alias illectum dicitur non lectũ Ouid. Illectumq; remittat.

¶Illecto as. frequenter illicio. Augusti. Quos ad peccata illectant.

¶Illicium ab illicendo dictum, pro incitamento. Varro libr. iij. Sed si transituræ sunt apes apiastro perfricandum, q̃ illicium hoc illis.

¶Illex cis. gene. omnis ab illicio idem quod illicium, ut illex animi venus, & illices oculi apud Apuleium q̃ incitent & attrahant.

¶Illecebrę penulti. correpta dictæ sunt blandiciæ ab illiciendo vt sunt diuitiæ, voluptates, quæ animũ attrahunt ad ea cõplectenda. Amb. Vitę dulcis illecebra cõstantẽ quoq; mulcet animũ. Aug. lib. ij. con. Vita hæc qua viuimus habet illecebram propter quendam modum decoris sui, & cõueniẽtiam cum his omnibus infimis pulchris. Hinc illecebrosus a, um. quod blandimentis hominem allicit. Idem ibidem. Arbor erat pirus in vicinia vineę nostræ pomis onusta, nec forma nec sapore illecebrosis.

¶Illicet pe. cor. per syncopam dictum est, quasi ire licet, veluti iã finis rei sit, sicut actũ est. Plaut. Illicet hoc curato samio Quãdoq; etiam ponitur pro statim. Verg. Illicet ignis edax summa ad fastigia tecti voluitur.

¶Illico pe. cor. aduerbium est, & proprie significat in eo loco Ænnius. Et quia quo iret nesciebant illico manserunt. Teren. in Adel. Ociose nunc iam illico cõsiste. Donatus. Illico modo locum, modo tempus significat. Plerũq; ponitur pro statim. Plau. Illico hic ante ostium eramus.

¶Illiberaliter apud veteres dicebatur factũ, si quis excessisset omne genus maleficij. Terent. in Adel. Factum a vobis duriter & immisericorditer, ac etiam (si dicẽdum est magis aperte) illiberaliter.

¶Illibatus participium significat non tactus, q̃uis illibo non legatur.

¶Illido dis, si, sum, pe. prod. ĩpello. Vale. Maxi. lib. i. Coactis Locrensibus ex thesauro eius magnam illi pecuniã dare, quũ onustus nefaria præda nauigaret vi subite tẽpestatis tota cũ classe vicinis ídem littoribus illisus est, ideſt intus vel valde fractus.

¶Illudo is, pe. pro. derideo. Et dicimus illudo tibi, illudo te, & illudo in te. i. insulto. Verg. Aut q̃ sopitos ludunt, in somnia sensus. Idem. Certãtq; illudere capto. Terent. in an. Adeõ videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis. Significat interdum per lutum noceo. Vergil. Neu. Varię illudant pestes. Interdum vitupero & grauem contumeliam infero. Lactant. lib. vi. Quibus non sufficit sexus a deo datus, nisi etiã suum sexum profane ac petulanter illaudant.

ὃIluuies. vide in dictione alluo.

*Ilurcis Iberiæ vrbs, quæ postea a Sempronio Gracco Graccuris dicta est. Cc.

¶Illinio is. valde superlinio, inũgo. Colu. lib. vij. Prædictoq; medicamento defricatur & illinitur, sed si ex toto, ppter cerũicis tumorem iugum recuset paucis diebus requies ab opere danda est, tum ceruix aqua frigida defricanda, & spuma argentea illinienda est. i. inungenda.

¶Illino is, pe. cor. illeui illitum, tertię cõiugationis, significat intus, siue vehementer vngo, inspergo, maculo. Inde fit illita, um, pe. cor. Vergi. Illita tela dolis nec martẽ cõminus vsq̃ Ausa pati virtus. Liui. lib. ij. Ita in vadis hęsitantes frumenti aceruos cedisse illitos limo ferunt.

¶Illuceo es. pen. producta. & illucesco. Vide ĩfra in dictione Luceo. ces.

ὃIlluminus a, um, quod est sine lumine. Apul. lib. vi. Et illuminarum proserpine nuptiarum. Et lib ij. seruato noctis illumino tempore. i. obscuro, & sine lumine.

ὃIllunis nox dicta est a Pli. i epistolis p̃ obscura, quasi sine luna, & lunari splendore viduata. Apule. lib. ix. Illune caliginis impeditus dixit. sicut exanimis & exanimus.

¶Illustris clarus nobilis, nouitiæ enim nõ meriti nomen est. Vnde illustres viri, & illustres meretrices. Col. li. i. Balnearia occidenti æstiuo aduertantur, vt sint postea & vsq; in vesperum illustria. i. clara.

¶Illustro as, illumino, cognitum reddo, seu famatum reddo Cice. in prolo. libri Tusculanarum. Hoc mihi latinis literis illustrãdum putaui. Idem Lentulo. Illstrabit mihi crede tuam amplitudinem hominum iniuria. Col. lib. i. vĩctis q̃ salubertimum subterraneum ergastulum plurimis & ĩs angustis illustratum fenestris.

¶Illissus nomen amnis in Attica regione Musis dicati, quas Illissidas vocant. Papi. Diris & furijs cõsecrauit. An fractu riparum incuruus illissos Sęuus honos fluuio stygias lustrare sueris Eumenides perhibetur aquis.

¶Illyrium siue illyris illyria ve regio Epiri cõtermina, propiqua Italiæ ab illyrio vt Appianus ĩquit Polyphemi filio, siue vt Eustathio placet Cadmi filio, denominata. Huius fines sunt latissimi, hinc Italiam, illinc Germaniam, inde Macedoniam, Thraciam & Epirum habens. Hinc Adriaticũ sinum, q̃ Colphus sinus venetiæ appellatur. Inde Danubium flumẽ. Propertius. An tibi sum gelida vilior illyria. In ea sunt ciuitates Iadera Epidaurus, nunc Ragustium, Salonia, & aliæ multę, Hinc illyricus a, um, Horatius libro carminũ. Illyricis cõmes obruit vndis.

¶Imago proprie dicitur cuius generatio est per ímitationẽ Vnde filius dicitur imago, patris, quia est illi per omnia ęqualis, similis, & ab illo quę tria requirũtur ad perfectã imaginis rationem. Ponitur tamen quandoq; pro quacũq; similitudine. Verg. O mihi sola mei sup Astia nactis imago. Etenim similitudo dicitur quasi imitatio. Nã vt inquit Varro ab imitatione deducitur, & per allusionem ad aliud dicitur. Echo imago vocis. Hora. li. i. carmi. Iocosa nomen imago. Aliquãdo ponitur pro vagina, q̃ veluti imago sit eius rei, quã claudit. Verg. lib. viij. Curuam seruans sub imagine falcem. Rhetores imaginem vocant quandam orationis figuram, cum res non solum gesta indicatur, sed vt gesta sit ostenditur, vt est illud. Ipse inflammatus scelere ac furore ĩ forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat.

¶Imaguncula diminutiuum parua imago.

¶Imaginosus osa, osum. ĩ quo sunt plures imagines. Vnde speculum imaginosum a Catul. dicitur ab imaginibus, quæ in speculo numerosæ videntur.

¶Imaginarius a, um, quod distĩguitur a vero, & solũ in imaginatione fit, non in re. Hiero. de diuersis leprarum generib⁹. Alius imaginariũ legis opus quasi sub veritatis colore depixit, alius corpus ipsius veritatis declarauit.

¶Imaginarij dicti sunt, qui ferebant signa militaria, in quib⁹ imperatorum imagines erant.

*Imagino as, imagines facio, seu repręsento. Gellius. lib. xv. Vt speculum in loco certo positum nihil imaginet, aliorsum translatum facit imagines.

¶Imaginor ſignificat rei alicuius quę facta sit vel fieri possit etiam quę fieri nõ possit similitudinem mẽte concipio. Aug. lib. iiij. confes. Et imaginabar formas corporeas. Hinc imagi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

natio pro huiusmodi conceptu. Imaginabile quod mente cõcipi potest.

¶ Imaginatus a,um, quod est ad alicuius imaginem factum Lactãtius lib.xv. Sed terram digitis suis imaginatã metuãt, & adorent.

ō Imãtapodes, pe.corre. populi in Æthiopia loripedes, quibus serpendo ingredi natura est. Hoc est quod Solinus interpretatur flexis crurum nexibus ingrediuntur, ἱμαντα enim græci lorum dicunt. Hoc nomine etiam dicũtur aues quædã ex argumento pedum quasi loripedes, vt ait Pli. quoniã his crura plata, & ternis eas digitis insistere dicit.

ō Imaus mons indie, qui extenditur vsq; ad fontes Gangis vltra quem sunt scytharũ gentes. Et est pars caucasi vt Plin; Ptolo. q; tradunt.

* Imaus mõs est Tauri pars, vt Ptolemæus vult lib. vi. cap. xiij Cc.

¶ Imbellis & hoc imbelle, quod nihil bellicum sonat. Horat. lib. car. Imbelli carmine diuides. Proprie tamen imbelle capit pro timido, ignauo, infirmo, quasi bello minime apto. Ouid. lib. heroidũ. Fres sumus imbelles numero sine viribus, vxor, Laertesq; senex, telemachusq; puer.

¶ Imbellia imbellitę, quasi inertia, non habens belli scientiam. Macro. lib. iij. Saturna. Tunc pœnus eludens ignauiam ibelliamq; militum eius precioſe armatorum. Plane (inquit) satis esse credo Romanis hęc etsi auariſſimi sint.

¶ Imbecillis & hoc imbecille, & imbecillus a,um, ex in & baculum, quasi baculo indigens, ponitur pro debili. Vnde imbecillitas.

¶ Imber generis masc. in ablatiuo imbre, vel imbri. Vergi. Et ventis pulsatus & imbri. Est autem imber. vt Apuleius lib. de mundo inquit, agmen aquarũ largius ex cõcretis effusum nubibus. Mimbus vero repentinior & vehementior pluuia. Et quanto est improuisior, tanto est precipitatior & breuiore astringitur casu. Et non solum cœlestium agmen aquarum, sed etiam omnem humorẽ aquęũ significat. Verg. Concipiũt inimicum imbrem. Lucre. Ex igni terraq; animæ nascuntur & imbri. Sunt tamen qui hoc nomẽ cum h & y pſilon scribãt Alij cum h, & i latino, vt supra in dictione hyẽs. Sed eius cõposita p i scribi debere facile demõstrant, vt september, october, & cętera. Sed vt puto græce nesciunt ἔμβρυον enim ab illis dicitur. Nomina vero greca in ρυσ latine in rus, vel ner, conuertuntur, vt Alexander & Alexandrus. Leander & Leandrus. Non ergo est metathelis quum vmbra dicitur.

¶ Imbrifer pe.cor. qui imbres id est aquas fert. Vnde Nilus à pœtis imbrifer dicitur.

¶ Imbrex bricis pe.correpta canale curuũ atq; obtortũ quod in tecto ponitur, vt per id defluat aqua. Dictus q; imbrẽ recipiat. Ponitur tamen quandoq; pro toto tecto. Plau. Fregisti imbrices meas, dum te dignam sectaris simiam. Quidam dicunt imbrices esse quadras fornaces coctiles ex acerato creataceoq; confectas ad tectum scandulare seriatim tegendũ munimentoq; accommodo imbribus arcendis, a quibus amolidis imbrices dici videntur.

* Imbræus vnus ex centauris. Cc.

¶ Imbricium idem quod imbrex. Martialis. Quum sint crura tibi, similent quæ cornua luue. Imbricio poteras Sexte leuare pedes.

¶ Imbricosus a,um, scaber ad modum imbricis.

¶ Imbrico penul.cor. in modũ imbricis facio, & quasi imbricibus tego. Pli. Superne tantum imbricatis flexibilium verte bris. Sido. Tegulis imbricarentur. Imbricatum. Victru. lib. ij. videtur intelligere mortarium. vinculis dẽticulatis pectinatim deuinctum. Incerta vero cæmenta alia super alia sedentia inter se imbricata, non speciosam, sed firmiorem q; reticulata prestant structuram.

¶ Imberbis & hoc imberbe, & imberbus a,um, quod nõ est barbatum. Vnde iberbes iuuenes dixit. Cice. pro domo sua. Quæ maior calumnia est, q; inuenire imberbem iuuenem.

¶ Imbibo is, pe.cor. insumo, intus concipio. Cice. in Verrem Nisi de vobis malam opinionem imbibisset.

* Imbubinare est menstrui sanguine fœdare, Lucil. Hæc inq; imbubinat. Cc.

* Imbulbitare est pueri stercore fœdare, tractũ a fimo, quod Græci βιβλίτορ nominant.

¶ Imbuo is, bui, butum, inficio seu immergo. Columella libro. x. Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, vt insistentes apes quasi per syphonem succum euocent. Per translationẽ imbuere sumitur pro initiare, instituere, erudire. Et plerũq; abitõ post actũ construitur, siue quid intinguitur aut inficiatur, siue quocunq; modo inspergat. Vnde imbutum literis, imbutum bonis moribus dicimus prædictum & ornatum ac perfusum. Imbutum vitijs, hoc est inquinatũ. Sallu. Auaritia pecunię studium habet quam nemo sapiens concupiuit ea, quasi malis venenis imbuta corpus animũq; virilem effœminat. Cice. lib. i. offi. Plerũq; autem parentum preceptis imbuti ad eorum consuetudinem moresq; deducimur. Aug. lib. i. confessi. Quid autem erat causę cur græcas literas oderam, quibus puerulus imbuebar, nec nunc quidẽ mihi satis exploratum est. Gel. Farinam fermento imbutam ideſt conditam. Aliquando sine abitõ. Cato de re ruſt. Dolia olearia noua sic imbuito, amurca impleto. i. inficito, vel illinito. Verg. Sępe tener nĩis ab ouilibus imbuet agnus. i. inſperget.

¶ Immanis & hoc imane, pe.prod. significat crudele ac minime bonum. Et immania saxa aspera siue horrenda dicuntur. A quo immanitas sæuitia. Cice. lib. i. offi. Quo detestabilior illorum immanitas qui lacerauerunt omni scelere patriã. Aliquãdo immanis ponitur pingenti. Vergi. lib. vi. Posuitq; immania templa. Amb lib. i. offi. Aduersus Goliam imanem moles corporis virum singulari certamine dimicaturus arma quibus oneraretur respuit.

¶ Immineo es, pe.cor. significat instо. Ouidius. Imminet exitio vir coniugis illa marti.

¶ Imitor. pe, cor. per simplex m. significat aliorum exempla sequor. sed ad mores tantum dicta factaq; pertinet. Sequor & ad corpus & ad mores spectat. Neq; eni recte dixeris. Tu prędecedis, ego te imitor. Dicimus tamen. Tu sequeris præcepta patris.

¶ Immitto tis. intromitto, vt immisit in os meum canticum nouum. Aliquãdo immittere est ad prolixitatem dimittere. Vergi. Respicio, dira illuuies immissaq; barba. Aliquado cõ tramittere. Lactan. lib. iiij. Hoc futurũ esse dixerunt, vt post breue tempus imitteret deus regem, qui expugnaret Iudęos Sal. Alij Tarquinium a Cicerone immissum aiebãt ne Crassus susceptо malorum patrocinio Rẽpublicam turbaret.

ō Immissum, differt a piecto, vt Labienus de verborũ signi. inquit, q; piectũ esset id quod ita pueheretur vt nunq; regesceret, qualia mẽsana suggridia essent. Immissum autẽ quod ita fuerit, vt aliquo loco requiesceret, veluti tigna trabes q; immitterentur.

ō Immortalitas est essentia viuens & sempiterna pseueratio.

¶ Immolo as. penul. correp. sacrifico, & quasi mola inspergo. ex in & mola. Festus. Immolare est mola. i. farre molito, & sale hostiam fusam sacrificare. Vergi. lib. xij. Pallas te hoc vulnere Pallas Immolat, & pœnam scelerato ex sanguie sumit.

¶ Immola. penul. cor. vrbs in Æmilia, quæ olim Forum Cornelium dicebatur.

¶ Imus á,um, per simplex m, significat ĩfimum. Sed quoniã in multis vt in pectore quæ infima sunt etiam intima dicuntur. Imum plerũq; pro intimo poni consuetuit.

¶ Immo per duplex mm apud veteres significabat, quasi ex intimo, nunc vero significat quin potius. Varro. Nõ humanitas, imo sæuitia est lędere innocentem. Iungitur interdum quin cum imo. vt est apud Euange Quinimo beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud.

¶ Immunis pe.prod. qui est liber ab onere publico, qui nullo fungitur officio, qui vel ętate vel alio priuilegio prestare munia non tenetur. Vnde immunitas exemptio & vacatio munerũ & onerũ. Verg. lib. iiij, Geor. Immunisq; sedens aliena.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad pabula fucus. i. piger vitiosus & sine officio.

¶ Immunitus non munitus, quis imunio nõ legatur Hiero. in Gene. Immunita terræ huius considerare vetustis.

¶ Impago impagis, & impagines significat id genus margi-nis, ac regulæ, quo tympanũ ideſt quadratum vel alterius fi gure spatiũ in valuis aliove opere intestino per ambitum in cludit, vt fere sint quæ vulgo quoq; suppages appellãtur. Sunt etiam qui dicãt impages vocari, quæ a fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant, a pagendo hoc est figendo. Vnde agricolæ pagere plantas dicuntur.

¶ Impancro impancras iuado, a græco quasi πάνκρεας hoc est omnem carnem consumo.

¶ Impeccabilis qui non peccat. Gelli. Is erit plærũq; impecca bilis, vitamq; viuet tranquillissimam.

¶ Impeditus pe. pro. proprie dicitur qui ita pedes ligatos ha bet, vt pgredi nequeat. Impedire enim implicare est & inuo luere. Verg. lib. v. Haud aliter retrorũ nati vestigia cursu Im pediunt. Transfertur tamen ad negocia. Terenti⁹. Viden me tuis consilijs impeditum esse. Quandoq; impedire est peda mentis firmare. Col. lib. v. Posita vinea quum mensem trige simũ excessit, vehementioribus statuminibus statim impe dienda est. Est & impedire sordidare & ad probrum ducere. Plautus in Amphi. Immo age hunc Thebani ciues, qui do mi vxorem meã in pudicitia impediunt.

¶ Impedimentum dicitur quo quis impeditur, vt non per ficiat quod cupit. Cicero. Quum primũ impedimenta natu ræ diligentia industriaq; superarit. Et in exercitu impedimen ta dicuntur res, quæ conducuntur in expeditione necessarię. Et non solum sarcinæ, sed etiam iumenta impedimenta dicũ tur. vt docet Frontinus in lib. strategematon scribens fuisse interfecta a Petreio impedimenta in magna aquarum & pa buli inopia. Curtius. Magno consilio iacturam sarcinarum im pedimentorũq; contempsit.

¶ Impedo as, pe, cor, intus. seu probe pede aliquo firmo. Co lu. lib. vij. Postea vinea. i. tertio autũno vehementioribus sta tuminibus statim impedanda est.

¶ Impendo dis, di, sum actiuũ, significat in rem aliquam ex pẽdo. Vnde impensa & impendiũ. Et per translationem Im pendere operam. Impendere laborem dicimus quasi expone re & in totum expendere. Dicimusq; impendo huic rei & in hanc rem. Item impẽdere est cõmittere iponereq; ad aliquid faciendũ. Sallu. Post vbi eorũ famã atq; pudorem attriuerat maiora alia ipendebat, hoc est imponebat. Lactã. lib. vi. De dignandum est de ijs, qui populari leuitate ducti vel magnis vibibus suffecturas opes exhibẽdis muneribus impendunt.

¶ Impensa dicuntur beneficia. Martia. Impensis vitam prin cipis annumeres. Impensa æ, ponitur pro expensa.

¶ Impendium dicitur impensa ab impendendo ere. Hiero. ad ocea. Multis medicaminũ impendijs vnum vulnus sana re cupiebat. Et impendium, vt inquit Varro, dicitur pecunia quæ in fœnore sorti accedit, hoc est vsura ipsa, q̃ inter se iun gat vnumq; fiat quasi compendium Cicero ad Atticũ. Fœ nus (inquit) & impendium.

¶ Impendio aduerbium significat valde vel magis. Terẽ. in Eunuc. Quare quum similẽ luserat iam ille ludum impendio animus gaudebat mihi. Donat⁹. Impendio. i. magis. Hiero. Tranquillino. Sanctus frater Tatianus impẽdio te resalutat. *Impennatus a penna sine pennis. Cc.

¶ Impense valde vel nimis. Plaut⁹ in Epi. ~~Est impense iprobus.~~ Terent. in Adel. Sed si id vultis quæ vos propter ado lescentiam minus videtis, magis impense cupitis, cõsulitis pa rum Inde impensius pro multo magis. Colu. Sed cuiusq; di sciplinæ prudentem delectant impensius ea quæ propriis ge neribus distinguntur, q̃ quę passim velut abiecta & quodam aceruo confusa sunt. ō Aliquãdo impensius significat grauẽ molestius, quia quod impenditur, graue est. Plaut. in Bac. Ni hil impensius.

¶ Impensibilis idẽ quod inconsiderabilis. Gel. Omniũq; rerũ fidem veritatemq; mistis confusisq; signis veri atq; falsi ita impensibilem videri aiunt, vt quisquis homo est.

Impendeo es, di. sum. neutrum est, & significat impẽdere su pra caput aliquid veluti casurum pendere, quod vulgo dicũ spenzolare vt gladius supra Dionysij conuiuę caput immi nens impẽdebat. Lact. lib. vi. Sęuiet ferrũ, ignis, fames, mor bus, & super oĩa metus supimpendens. Dicimus quoq; Im pendent te mala. Terẽt. in Phor. Subito tanta te impendent mala. i. pendent in te, hoc est extant cõtra te. Cicero Plancio. Agituſq; præclare si nosmetipsos regere possumus vt ea q̃ partim iam adsunt partim impẽdent moderate feram⁹. hoc est prope vel parata sunt.

¶ Impero as, pe. cor. ex in & paro, significat iubeo. Nam intẽ tiuum est, quasi statim vel prorsus paro. Quintil. Nã q̃is iufestũ latronib⁹ mare iussus traui neq; dissimulauerim ma gnas fuisse causas patri cur hoc mihi imperaret. Vnde impe ratum iussum. Idem. Mihi q̃ semel imperata non fed.

¶ Imperito as, pe. cor. frequentatiuum est.

¶ Imperitabundus idem quod imperitans.

¶ Imperator a senatu appellari solitus est, vt Cice. in philippi cis indicat, qui mille aut duo milia externorum hostium occi disse. Sed zonaras historicus Græcus admirandus impera torem appellat. αὐτοκράτορα. ἄυτος καὶ κρατέω δύναμαι. νῦν δὲ ὁ γραϊανὸς σὺν κράτει ἠθέλησε ☞ ἐγκρατὴς τινὸς ἔτυχεν. *. id est αὐτὸς ipse & κρατέω vinco. Apianus ve ro scribit nomen imperatoris vendicare solere ab his præto ribus, qui in maximis belli operibus versari sunt cum lau dẽ, nunc autem (inquit) sub quo decem milia in bello cecidis sent hac appellatiõe dignos haberi audio. Præterea ductores exercituum & Præfecti copiarum militarium iperatores vo cantur apud historicos. Item qui prouincias administrabant imperatores dicebantur, quis postea in tyrannidem versus sit hic magistratus, & imperatoris mitissimũ nomen in eum transfatum sit, qui Romani imperij gubernacula tenet.

¶ Imperiũ significat iussum. Verg. Imperio lęti parent. Ali quando dicitur dominium aut regnum, vt apud eundẽ. Im perium oceano, famam qui terminet astris. Aliquado est po testas. Vlpi. Merum est imperium habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur.

¶ Imperiosus qui imperium habet. Itẽ qui nimis seuere im perat, quasi ostẽtator imperij qualis Torquatus apud Liuiũ qui filium licet victorem quia contra imperium suum pugna uerat securi percussit. Hinc aduerbium imperiose, quod est se uere, & cum ostentatione imperij.

¶ Impello lis, instanter persuadeo, induco, commoueo. Sall. Aliter aut facile eos ad tantum negocium impelli posse. Te ren. In Eunu. Me impulsore hoc non facit. Idem. Dum in du bio est animus paulo momento huc vel illuc impellitur. Item impellere est vrgere. Vergi. Ferte citi flãmas, date tela ĩpelli te remos. Hic impulsor, quod fere in mala re vsurpatur, sicut adiutor in bona. Impulso impulsas frequentatiuum, & ĩpul sus impulsus pro impetu.

¶ Impeto is, penultima correpta, iuado. Apul. Iurgijs me op pido impetens.

¶ Impes tis. & impetus us. idem significant. Lucretius. lib. i. Quamlibet in partem traduntres ante ruuntq; imperibus crebris. Sta. lib. vij. Theb. Transiliunt campos, aurigamq; in pere vasto.

¶ Impetigo pe. prod. fœdatio cutis serpens cum pruritu, quã alij scabiem siccam asperam & prominentẽ intelligunt. Alij morbum similẽ scabiei squamosum corpusq; dehonestantẽ, ab impetu nomẽ deductum. Serenus. Si vero vitium est qđ ducitur ab impete nomen. Hoc matutina poteris cohibere sa liua. Et apud Colu. lib. v. scribitur q̃ ĩpetigines & scabies ace to & a lumine defricantur in equis. Alij putant esse volaticã. Verũ huiusmodi fœdationis cutis & impetiginis Celsus scri bit esse quatuor genera. Plini⁹. Vitis albæ viridis tusæ succo & thure impetigines tolluntur. Dicebatur & impetix, vt ait Fest. Et petigo, q̃ vicina petat sese late sũma cute diffundẽs.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Impetritus a,um,quod est stabile,quasi in petra fixū. Plau. in Am. impetritum inauguratum.

Impetrabilis pro ue,vt res impetrabilis,quę impetrari potest. Aliquando actiue Plau. īmus. Magis ad me impetrabilis,id est qui magis potuerit impetrare.

Impetro tras.penul.correp.ex in & patro,significat obtineo & quasi id quod cupio facio. Vnde & perpetro,perficio. Terent. in Hecy. Videndum est ne nimis propter iram hanc impetrem quod possim,aut ne faciam plus quod post mihi me fecisse satius sit.

Impetrasso pro impetro veteres dixere. Plautus. Et istuc confido a fratre me impetrasse. Cę.

Impiger pe.cor.non piger,sed sternuus & diligens Tibul. Impiger Æneas volitantis frater amoris. Cicero. Quis est tā impiger in scribendo q̄ ego?

Impersonale verbum dicitur quod nō habet personas, cuius duę sunt species. Nam quædam sunt impersonalia vocis actiuę,quædam passiuę. Impersonalium actiuæ vocis quinq; genera esse dicuntur,quę in.t.finiunt,& a tertia persona quorundam neutrorum formantur,vt a placeo fit placet impersonale. Primæ speciei sunt Benefit,malefit,sanissit,quæ semper sunt impersonalia,& ante se exigunt ablatiuum cum præpositione,& post datiuum,vt A deo beneficit bonis. Secundæ speciei sunt Interest & Refert,quę ante genitiuum & post infinitum habent,exceptis mei, tui, sui, nostri, & vestri, loco quorum dicimus mea,tua,sua,nostra,& vestra & cuius a,um, in quo tā ablatio q̄ genitiuo vti possumus,vt cuius vel cuia interest orare. Tertiæ speciei sunt libet,placet liquet,patet,accidit,euenit,contingit,suppetit,constat,restat,& vacat, quæ habent ante datiuum,& post infinitum,vt mihi libet mori. Et licet quædam ex his personalia sint,tamen raro sunt in vsu, nisi in tertijs personis. Non enim dicimus accido tibi, & tu accidis mihi,sed hoc accidit,contingit, euenit tibi. Quartę speciei sunt Decet,decedet,iuuat,delectat,oportet, quę habent ante accusatiuum,& post infinitum,vt Religiosum decet caste viuere. Quintę speciei sunt. Pœnitet tedet,miseret,piget, pudet,& semper sunt impersonalia nisi apud iuniores,& ante volunt accusatiuum & post genitiuum vel infinitum, vt me tedet peccatorū,vel peccasse. Præter miseret, quod vult post se genitiuum tantum. Impersonale passiuę vocis formatur a tertia persona,iuncta.ur.vt legit legitur. Et tam ab actiuis omnibus,q̄ a neutris,acquisitiuis,transitiuis, & absolutis formatur,nec aliquem casum exigit ante,vt itur, statur. Nā proprium impersonalis est nullam certam personam significare. Nec vllum casum habet post,nisi qui a neutris acquisitiuis & absolutis descendit,vt itur in antiquam syluam.

Impingo is,egi,impactum,ex in & pango significat impello & illudo. Cice.lib.iij. Tus. Quid huic calix mulsi impingendus est,vt plorare desinat. Impingendus dixit, quasi illidendus & nolenti ingerendus. Denotat enim vim aliquam, vt apud Hieronymū. Impegi nouissime in Danielem, vt apud Vergilium. Examinata sequens impingeret agmina muris. Et in Esaia. Impegimus meridie quasi in tenebris. Aliquando componitur ex in & pingo. Plautus in Cap. pro impono vsurpauit. Iubete huic crassas compedes impingier. Aliquando ponitur pro designo. Hier. ad Eusto. Ad omnem actum, ad omnem incessum manus impingat crucem. Aliquando pro inscribo. Terent. in Phor. Si tu illam attigeris secus quā dignum est libram, dicam tibi impingam iam grandem,dixi dempho. Lactantius libro.vi. pro transfiguro posuit. His vero qui sapientiam quęrunt philosophiam in oculos impingit vti specie lucis exerceat ne quis comprehendat ac teneat veritatem.

Impinguo,pinguas.pinguē facio. Vnde impinguat? legit Impio contamino ex in & pio. Impius crudelis. A quo Impietas,& impie aduerbium. Cę.

Impleo,ples,construitur cum ablatiuo vel genitiuo. Ver. Impleuit que mero pateram. Idem. Implentur veteris bacchi pinguisq; farinæ. Quandoq; additur præpositio cum dicim? Impleui nauem de omni genere frumenti. Lact.lib.iiij. Et insuper duodecim cophini de residuis fragminib? impleti. Huius compositum est Adimpleo es.

Implexus,inuolutus,innexus. Amb. Requiratur id verū si non fabulam pro veris dicere,non obscuris veram inuoluere, non superfluis vel implexis atque ambiguis occupare aīm.

Imploro as,pe prod.auxilium posco. Et proprie dicitur, quum quis in malis positus est, & cum miseratione auxiliari postulat.

~~Implano as~~,pe.cor.decipio. Cyprianus. Si quis (inquit) putat se aliquid esse,quum non sit,seipsum implanat. Hinc implanator pro seductore,qui græce planos.

Impluo. Vide in dictione Pluo.

Impluuium inquit Varro locus in medio domus relictus vt recipiat lucem deorsum,quo impluere solet. Asco.

Impluuium locus sub cœlo in mediis ędibus, vbi pluuia accipitur. Festus impluuiū quo aqua īpluit collecta de tecto. Teren. in Phormio. Monstra euenerunt mihi,introijt in ędes alter alienus canis,anguis per impluuium decidit de regulis.

Impluuia vestis erat,qua sacerdotes per imbrē vrebātur. Pluuiale nunc vulgo appellatur. Var. balīū quoq; sereno tēpore impluuia amictum fuisse criminabantur. Vel forte dicta est a colore,Nam īpluuiatus color a Nonio dict? est quasi fumato stillicidio implutus.

Impluuiatus,color pullus,quasi fumato stillicidio īplutus.

Implutus vero pluuia madefactus dicitur.

Implico as,pe.cor. Vide in dictione plico.

Impolitia ę.quasi incuria. Gel.lib.quarto. Si quis equestriū equum habere gracilentum aut parum nitidum visus.impolitię notabatur.

Impos. Vide in dictione Compos.

Impono pe pro.supra pono. Vergil. Molemq; & montes insuper altos imposuit. Et lib.iiij. Vidit turicremis quum dona imponeret ans. Interdum imponere est dare. Idem libro. vij. Finemq; imponere curis. Interdum iniungere, vt Impono tibi hoc onus. Et his modis construitur cum accusatiuo. Cum datiuo vero significat decipere Quintilia. Fefellit me ingenitus honestis causis glorię amor,spes tibi perpetuæ laudis imposuit Hier. in Gen. Quare (inquit) imposuisti mihi? Quum autem dicimus impono manum significat perficio. Donatus. Imponitur manus rebus,quum perficitur id quod cœperit. Relinquitur res,cum imperfecta dimittitur. Verg. Imponit regina manum. Et alibi. Atque opere in medio defessa reliquit.

Impostores dicuntur qui alios verbis pollicentibus decipiunt,vel qui supponēdo malas merces homines fallunt. Et q ita decipiunt,impostoram facere dicuntur. Aug. in Psalm. interpretatione. Non potest ars sine impostura esse non pōt negocium sine fraude. Vlp. ff. de crimine stellionatus. Si quis impostoram fecerit aut collusionem in necem alterius,stellionatus potest appeliari.

Imporco,cas,porcas in agro facio. Col.libro.ii. Et similiter quum semen crudo solo ingesserimus marabimus,imporcatumq; occabimus. Imporcator qui porcas facit. Est autē porca quantum ad hoc terra eminens inter duos sulcos.

~~Importunus~~ a,um,pe.pro.quod caret portu, hoc est quiete,vbi nullus portus est. Verg.lib.xi. Bellum importunum ciues cum gente deorum Inuictisq; viris gerimus. Hic importunitas,quę vt Donatus īquit,neq; loci neq; temporis habet commoditatem.

Impotens pe.cor.qui ab appetitibus vincitur. Cicero Lepido Sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dñatus restituturа est. i. superbissimi & īcōtinentissimi

Impotentia plærumq; imbecillitatem significat. Interdū validam immoderatamq; potentiam. Cic.lib.v. Tus. Quini hil metuant,nihil agant,nihil concupiscant, nulla impotētia efferantur. Nam in quandoq; auget. Vnde tyrannus impotentissimus dicitur a Quintilia. Decemuiri quorum principatus erat immoderatus,a Liuio impotentes dominatus nuncu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pãtur. Et a Sene. impotentia fortunæ ãscribitur. Sueto. scribit. Cæsarem edere solitum voces impotentiæ. Sisen. Lætitia nimia atq; impotentia animi commotus.

¶ Imprecor pe. cor. & in bonum & in malum accipi solet, de quo in dictione precor.

* Impręsentia & ipręsentiarũ aduerbia significant tẽpore pręsenti, hoc est qđ pñs est, vel pñs fuit, vel pñs erit, vt impręsentia disputandum non est. ¶ Additio. Ego saluo meliori iudicio, in Pręsentia duo verba esse autumo, nec in pręsentiarũ fastis latinũ, q̃q̃. Lauren. Val. vsurpauit, quũ non legisse meminerim apud ꝓbatũ sałtẽ antiquũ authorem.

¶ Imprimo is. pe. cor. premendo immitto, intus calco, obsigno. Vnde impressæ literæ, obsignatæ dicuntur. Cic. li. i. tus. An imprimi quasi ęram putamus animum.

¶ Improbus pe. cor. indignus. Vnde improbitas. Cicero. ad Cæsa. libro. i. Debes odisse improbitatẽm eius, qui impudẽtissimũ nomen delegerit. Interdum dicit petulans, pertinax. Verg. Et plena cornix pluuias vocat improba voce. Interdũ turpis. Plau. Improbiorem nõ vidi facem mulieris. Interdũ lasciuus proteruus, asturus. Pacuuius. Nemo hoc puero ꝑprobior, quęcũq; vult suader.

¶ Improlus & improlis penulti. produ. qui nondum in eiuitatem ascriptus est.

¶ Impropero as pe. cor. Vide in dictione Propero.

¶ Improperium criminis exprobratio.

¶ Imprudens non prudens. Aliqñ etiã valde prudens. Ver. Nocuit nunq̃ imprudentibus imber. *. Aliter exponam.

¶ Impudicus pe. pro. qui nõ est pudicus. i. castus, a quo impudicitia. Ponitur quãdoq; etiã ꝑ temerario, & pro eo qui nullo pudore educitur.

¶ ~~Impudens pe. cor. qui nullo pudore ducitur.~~

¶ ~~Impudenter temere, petulanter, inuerecunde.~~

¶ Impudoratus qui est sine pudore. Hierony. ad Eusto. Facies meretricis facta est tibi, impudorata es tu.

¶ Impune. pe. pro. aduerbium est, & significat sine pœna vel sine damno. Augu. lib. v. confes. Impune se facere arbitrantur quũ ipsa faciendi cæcitate puniãtur. Verg. lib. iij. Georgico. Et sæpe alterius ramos impune videmus Vertere in alterius mutataq; insita mala. Ferre pirum. Aliquando refertur ad omnem effectum, & significat sine vi & effectu, hoc est frustra. Apule. Impune Capitolii ascendi, quum nemo esset. Terent. in Hecy. Impune istud optare tibi licet. Horatius. Obturem patulas impune legentibus aures.

*Impugno a veteribus impudens dicebatur. Lucillius. Homo impuratus & impugno & rapax Cc.

¶ Impunitas quasi non punitio. Salu. Si quis indicasset de cõiuratione, quæ contra remp. facta erat, præmium decreuere, seruo libertatem, & libero impunitatem eius rei, & sestertiorum ducenta milia.

¶ Imputo as. pe. cor. Vide in dictione Puto.

¶ Imputatus a, um, quod non est putatum, hoc est amputatum, q̃uis imputo in hac significatione nõ legatur. Pli. li. xiiij. Eadẽ lege ex impurata vite libari vina dijs nefas statuit, ratione excogitata vt putare cogeretur.

¶ Impurus pe. pro. generaliter pro improbo poni solet. Terẽ. in Adel. O hominẽ impurũ. Et impurus qui aliquo vitio notatus est. Cice. lib. iiij. de repub. Sed iuuenturi nostræ minime audiendus, quippe sitra sensit. vt loquitur, est homo impurus Item dicitur sordidus contaminatus. Idem. Q̃ multis illum ĩgenuis, q̃ multis matribus familias in illa tetra atq; impura legatione vim attulisse existimatis?

¶ In prepositio est, quæ & separari & componi solet. Separata tam accusatiuo q̃ ablatiuo deseruit. Sed quũ accusatiuo iũgitur significat ꝓ vel erga, vt bene sentio in remp. Cic. Lentulo. Nam hoc senatus cõsulto in meã sententiam facto. Ver. Accipit in Teucros aĩm mẽtẽq; benignã. Q̃nq; aduersus vel cõtra, vt in patricidã dico, & in Tyrãnũ pugno. Pli. Quũ mihi sermo in adulterũ esset. Verg. Quid me⁹ Aeneas in te cõmittere tantum, Quid Troes potuere. Q̃nq; intra, vt in nauem ingressus es, & in domum ꝓficiscor. Q̃nq; ad Verg. Impulit in latus. Q̃nq; sicut sicuti Augusti. docet, vt Sedet ĩ animi cum. i. sicut amicus. Q̃nq; vsq; ad. Liui. Bellum in triginta ẽsimũ diem indixerant. i. vsq; ad. xxx. dies. Denotat quandoq; qualitatem ordinatiuã, vt opus in dies crescit. Verg. Inq; dies auidum caput altius effert. Quãdoq; ĩdicat spatium tẽporale vt a mane in noctem. Idem. In lucemq; tulisset. Iungitur accusatiuo, ꝓ ablatiuo, vt Vereor te in os laudare. ꝓ in ore. Terẽ. in Adel. In quem exempla fient. i. in quo. Iungitur etiam accusatiuo causa ornatus, & verbum cum quo cõponi deberet remanet sine prepositione vt indudo hostem, & tu ingratitudinis crimen incurristi. Cice. vero dixit. In odia hominũ incurrunt. Hiero. Et immisit in os meum cãticum nouum. Quum autẽ iungitur ablõ tunc habet eandem vim, quã apud Græcos ἐν vt in vrbe, in tempore. Et aliquãdo significat ĩter. Verg. Penthesilæa furens medijs in milibus ardet. Aliquando significat pro vel ad, vt hoc est in re tua. i. pro vtilitate tua, vel ad vtilitatem tuã. Verg. In magno munere Cysseus Esse sui dederat monumentum, & pignus amoris. i. pro magno munere. Aliqñ signifi. per, vt apud apostolũ. In quo gratificauit nos in dilecto filio suo. i. ꝑ dilectum. Et illud locutus est nobis in filio. Composita quoq; variꝫ capitur modis. Nam modo ponitur ꝓ intra vel intro, vt ingredior, induco. Modo cõtra vt inclamo, insulto, ĩpugno. Modo intẽtiua est, vt increpuit insonuit. Verg. Turnus vt infractos aduerso marte Latinos. Modo negatiua, seu priuatiua, vt ignãrus, inutilis. Mõ significat supra, vt immineo, ĩpendeo. oMdo sine, vt inuisu meo. Modo solennitatem quandam importat, vt indico eis, quod significat ritu solenni q̃licq̃ promulgo aut iubeo. Modo simplicis sui significationem seruat, & significat in loco, vt insũ impono. Modo ad locum, vt infero, importo. Aliquando ponitur pro particula superuacua, vt nosco crines incanaq; menta. Habet nonnunquam qualitatem ad peius deteriusque pẽdentem. vt Quã semel informes vidisse Cyclopas. Non enĩ nullius formæ, sed male formæ significat. Componiturq; in cum. omnibus literis tam vocalibus q̃ cõsonãtibus. Sed quãdo vocalibus iungitur, vel c. d. f. g. h, n. q. s. t. semper remanet n. vt inauris, ineo, inijcio, inops, inuoco, icedo, induco, infero ingero, inhibeo, innuo, inquiro, insisto, intueor. Quando vero cum b, m, & p, mutatur n, in. m. vt imbibo, immunis, impono. Cum l. & r. mutatur in l. vel in r. vt illudo irruo.

*Innaccessa insula Aegypti a græcis Abatos dicta, ad quã nulli est accessus. Cc.

¶ Inachus penulti. cor. Iouis seu Ius pater fuit, & primus qui apud Argiuos regnauit. A quo inachius a. um. Vergilius. libro secundo Georgicorum. Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencę Est & Inach⁹ nomẽ fluuij Achaiæ. Inachis ipsa Io Inachi filia, patronimicum fœminini. Inathia regio quæ Io vocabatur.

¶ Inanis penul. pro. vacuus. Augus. libro iiij. confes. Hęc omnia nõ recedebant de ore eorũ, sed, sonotenus & strepitu linguæ, cæterum cor inane veri. Ponitur quandoque inane pro aere. Lucre. Longum perinane resoluit. Quandoque pro ocioso. Hora. in Ser. In medio qui scripta foro recitent sunt multi quique lauantes Suaue locus voci resonat conclusus inanes. Sic & vacuus pro ocioso dicitur a Verg. Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes.

¶ Inanitas & inanitio pro vacuitate. Plaut. Cist. Mihi inanitate iamdudum intestina murmurant. Itẽ pro vanitate. Siquidẽ & inane pro leui quandoq; sumitur. Verg. Instabiles animos ludo prohibetis inani.

*Inaniloquus qui in ania loquitur. Plautus. Profecto inaniloquus es. Cc.

¶ Inanio is iui itum. Vnde inanitus pe. pro. quod est vacuo. Pli. lib. xxv. Cortex remanet, hoc inanito medulla cadit. Huius cõpositũ est Exinanio. Vnde Exinanite, Exĩanite vsq; ad fundamentum in ea inquit Psal.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Inaneſco is.inanis fio,quod ab inaneo.es.fieri certum eſt. Auguſt,libro.x.confeſ.Eſt aliud tentationis malum,quo inaneſcunt qui placent ſibi de ſe.

¶Inanimus a,um.quod non habet animam.Cicero lib.ij.of. Quæ ergo ad vitā hominum tuendā pertinent,partim ſunt inanima,vt aurum argentum.

¶Inareſco Vide in dictione areſco.

¶Inauris ornamentum quod ab aure pendet.Nam in oriente dec⁹ exiſtimatur geſtare aurum in auribus.

¶Inaudio is.Vide ſupra in dictione.Audio.

¶Inauro as.ex in & auro.Aurovero ab aurum f.t & ſignificat auro impleo,vel dito.

¶Inauſpicato aduerbium vſurpatum a veteribus,quum aliquid euenirſet aliter q̄ quis vellet.Et inauſpicato dicitur non captatis auſpicijs. Terentius in And.Haud inauſpicato huc me appuli.

¶Inarime pe.cor.inſula eſt in mari Thuſco,ab arimis ſiue populis ſiue bĕlluis.Scribit Plinius Inarimē montem fuiſſe, qui terrę motū paſſus alteram fudit inſula,quę prochyta ab effuſione dicta eſt.Ouidius.Inarimem Prochytamq; legit.Silius. Non Prochyte, nō ardentem ſortita Thyphoea Inarime. Et a ſtatione nauium Aeneę etiam Aenaria dicta eſt,

ŏ Incapiſtrare,illigare a capiſtro formatum verbum.

¶Incæro as.aliqd cæra tego.Perſius,Genua incærare deorū.

¶Incandeſco is dui. Vide ſupra in dictione Candeo.

¶Incanto as.ſignificat verbis ſolis,vel etiam rebus quibuſdam adiunctis aliquid ſupra naturam molior. Plinius. Qui mala carmina incantaſſet.Hinc incantatio & incantamentū. Idem lib.xvij. Valeant ne aliquid verba & in incantamenta carminum.Poteſt etiam incanto frequentatiuum eſſe ab incino.Sed quod ad primam ſignificationem, huic verbo incanto contraria ſunt excanto & recanto.

¶Incallidus per duplex.ll.non aſtutus. Cicero in arte veteri. Sed quū a ſummis viris maximæ res adminiſtrarentur, arbitror alios fuiſſe nō incallidos hoīes,q̄d paruas cōtrouerſias priuatorū acce ſerent.Et lib.iij.offi.In his tribus gĕnibus quo quo modo poſſunt,nō incallide tergiuerſantur.

¶Incaleſco is,incalui,valde calidus fio. Hiero.in lib. Heſter. Itaq; die ſeptimo,quum rex hilarior,& poſt nimiam potationem incaluiſſet mero.

ŏ Incaſſum per duplex ſſ,ſignificat fruſtra.vide in Caſſes.

¶Incaſum per ſimplex ſ.ſupinum eſt verbi incido quum a cado componitur.De quo paulo poſt.

¶Incautus. Vide ſupra in dictio cautus.

✳ Incendo inflmāmo a quo incendiū inflāmatio,& incendiaria auis inauſpicata ,ppter quā luſtratā ſæpenumero vrbē legimus,& Spinturnix a quibuſdā vocatur.Cc.

¶Incido is.pe,pro.incidi ſum.ex in& cædo,quod eſt ferio ſeu ſeco. Vergilius. Atq; mala vites incidere falce nouellas. Vnde inciſus a,um.quod modo ſignificat per inciſionem ſcriptum.Et dicimus inciſæ ſunt leges in ære vel in æs, quod eſt contra Vallam,& eius ſequaces.Cicero in oratione de ſignis Id non modo conſcripſerunt,verum etiam in ære inciſum nobis tradiderunt.Plī.in Panægyri. Quę vos patres conſcripti nequa interciperet obliuio,& in publica acta mittenda & incidenda in ære cenſuiſtis. Sueto. in Cæſ. cum accuſatiuo. Ac mox lege in æs inciſa,Modo inciſum ſignificat amiſſum.Liui. libro.iij.Itaq; ſæpe inciſa priuſq̄ p̄dicta dies adeſſet. Appius mortem ſibi conſciuit.

¶Inciſio qđ inciſum eſt. Col.li.iij.Infra inciſionē & alligatu ram falce acuta leuiter vitē vulnerato ex vtraq; parte vt his potius plagis humor defluat,q̄ ex inciſione abundet.

¶Inciſura Ipſa inciſio.Inciſuræ etiam dicuntur ī manibus, q̄ vulgo lineæ vocantur. Plinius in vndecimo.Contra longæ eſſe vitæ incuruos humeris & in manu vna duas inciſuras lōgas habentes.

¶Inciſum oratores vocant ſenſum non expleto numero concluſum quod pleriſq; pars mēbri eſſe videtur,vt Domus tibi deerat,at habebas,pecunia ſuperabat, at egebas.

Fiunt autem ſingulis verbis inciſa.

¶Inciſim aduerbiū ſignificatq; inciſiones.Ci.Hęc q̄dē duo binis pedib⁹ inciſim,deinde mēbratī dicere ſolebas.

¶Inciles pe.pro.foſſę ad deducendā aquā de cōmunitiuo facta.Sunt enī loca depreſſa ad littus fluminis q̄ & incilia dicūtur,eo q; incidantur.Scinditur enim lapis vel terra,vnde primum aqua ex flumine agi poſſit,quemadmodum in piſtrinis frumentarijs fieri videmus.Quod autem ad incile opponitur aquæ deriuandæ compellendæve ex flumine cauſa vulgo.clauſa dicitur,ſiue id ligneū ſit,ſiue lapideum,ſiue ex quaſlibet alia materia ad continendam tranſmittendamq; aquam excogitatum deducatur.Et latine Vlpi.teſte ſeptum dicitur. Item incile dicitur locus,per quem primum deducitur ex quo cūq; riuo aqua irrigandi cauſa.

¶Incilo as.pe.pro.increpo vel improbo. Plau. Melius tamē eſt ita viuere,ne quis noſtra incilet fata.

¶Incæduus a,um.cum diphtongo quod non cæditur, ex in & cæduus.Cato de re ruſti.Secundo loco hortus irriguus,tertio ſalictum,quarto oliuetum,quinto pratum ,ſexto campus frumentarius,ſeptimo ſylua cædua.Seruius.Inconſi montes inconſi ſyluoſi in cędui.

¶Incido is,incidi,caſum.penul.correpta ex in & cado. Omnia enim a Cado compoſita proferunt ſupinum cum a.ſicut Cado.Que vero a Cædo pro ferio mutant æ in i, vt inciſū reciſum. Vnde ab incido incaſum incaſurus.Plī.li.i.Sed ea accidiſſe non quia hęc facta ſunt arbitror,verūtiam hęc ideo facta,quia incaſura erant illa.Eſt autem incidere quaſi caſu venire aut de improuiſo labi,præſertim quando cōſtruitur cum accuſatiuo mediante in, vt incidi in latrones . Incidi in errorem.Cicero Curioni.Q; in id Reipublicę temporis non inciderís,ſed veneris.Incidere ergo a caſu venire eſt. Venire vero certo iudicio & ſentētia & conſulto.Quod ipſe Cicero ſub ſequens immediate declarat.Iudicio enim tuo,non caſu in ipſum diſcrimen rerum contuliſti tribunatum tuum. Iungitur quandoque cum datiuo,vt mihi incidit ſuſpitio.Quandoq; abſolute ponitur,vt incidunt ſæpe multæ cauſæ,obiurgationes etiam nonnunquam incidūt neceſſariæ.Et incidit de vxoribus mentio. Inde incidit quæſtio, Aliud ex alio incidit.In quibus tamen intelligitur datiuus, ſimiliterque exponuntur ſicut ſi datiuum haberent, vt ſit Incidit mentio caſu venit vel orta eſt.Ponitur interdum hoc verbum Incidere pro inſidere. Columella rei ruſticæ ſcriptor libro ſecundo. Iugumq; melius aptum ceruicibus incidat. Liuius de ſecundo bello punico. Sagunti ruinæ, vtinam falſus vates ſim,veſtris capitibus incident.

¶Incedo,cedis,ceſſi,ceſſum.penultima produ.ingredior,ſubeo,vt ſcribendi libido inceſſit me. Interdum Incedere eſt mature more grauis viri, ſiue magnifice more regum ire. Vergilius.i,Aeneidos. Aſt ego quę diuū incedo regina Iouiſq; Et ſoror & coniunx Liuius libro ſecundo. Ipſe en ille noſtris decoratus inſignib⁹ magnifice incedit.Seneca. Tenero ac molli paſſu ſuſpendimus gradum,nec ambulamus,ſed incedimus Aliquādo ſignificat ſimpliciter ire.Columel.lib.vi. Tranſuerſus rurſus laxiora ſpatia faciant,per q̄ vel foſſor,vel arator incedat.Liuius de ſecundo bello Punico.Quum ignis prima luce motis ſegniter agmen incederet.Hinc inceſſus us. quo ad poſteriora ſignificata.

¶Inceſſo is, ſſi. vel iui. a ſupino verbi Incedo formatum ſignificat accuſo,moleſto,ad iram concito,quaſi laceſſo.& conſtruitur cum accuſatiuo.Lactantius libro tertio . Quid ergo te magiſtra illa vitæ docuit,an vt potentiſſimum conſulem maledictis inceſſeres,eumq; hoſtem patriæ venenatis orationibus faceres? Hiero. Aliquo modo vel aliquando expugnatur quod vndique inceſſitur.i.impetitur. Verum diſtinguēdum de inceſſit quando ab incedo, & quando ab inceſſo fit, Nam ab incedo.inceſſit me cupiditas,ſicut & mihi inceſſit cupiditas dicere licet,& tunc ſignificat ingredior ſiue inuado.Liuius libro.i. Timor deinde patres inceſſit,ne ciuitatem ſine imperio vis aliqua extrema adoriretur. Et iterum. Perfectis pa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tris mādaris cupido inceſſit animos iuuenum ſciſcitandi ad quē eōrū regnū Romanū eſſet venturū. Valer. Maxi. datiuo iunxit. Nec mihi cuncta complectendi cupido inceſſit. Teren. in Adel. cum acuſatiuo mediante in. Noua (inquit) nunc religio in te iſtæc inceſſit. Aliquando ponitur ſine datiuo, vel acuſatiuo expreſſo, & ſignificat ingruo. Col. lib. ij. Si vero procellæ ventorum aut turbines inceſſerint, maior pars ad terrā defluit. Idem cum datiuo poſuit, quum inquit. Famem ſi ſterilitas annorum inceſſit hominibus cōmode propulſat. Interdum ſignificat ingredior. Idem libro. iij. Et quum autumnus inceſſerit antequā frigus cacumina adurat omnia folia decerpere expediet.

¶ Incertus dubius. Plautus in Pſeu. Certa āmittimus, dum incerta petimus.

¶ Incerto. tas. incertum ſeu dubium reddo. Plautus in Epid. Longa dies meum incertat animum. Componitur enim ex in & certo, quod eſt in animo certo, nam quum quis dubitat ſecum animo certat.

¶ Incerno is. ſicut & cerno ſignifi. cribro. Vñ Incerniculum.

¶ Incernicula cribra, quibus frumenta purgātur anteq̄ molā tur. Pli. lib. viij. Decretū fecere quo caueretur ne frumentarij negociatores ab incerniculis eū arcerent. Cato. Cribrū vnum incerniculū vnū, ſecurim vnā, ſcannū vnum.

¶ Inceſtus us. & inceſtum. ſti dicitur flagitiū in affines admiſſum, ex in & ceſtus, quaſi ſine ceſto, id eſt vinculo, vt Lactan. Grammaticus ſuper li. ij. The. teſtatur. Ceſtus autē eſt cingulum veneris, quo vtebatur ad honeſtas nuptias, quaſi cui ceſtos non fuerit adhibita. Ideo inceſtum dicitur quod a ſacrato illo Veneris cingulo non fertur. Hac enim cinctura coniuges deuinciri putarunt vt concordes in vita viuerēt. Marti. Sume cytheriaco medicatum nectare ceſton. Vinxit amatorem baltheus iſte Iouem. Seruius docet inceſtum eſſe quancunq; polutionem.

¶ Inceſtus a, um, idem eſt quod pollutus. Proper. Scilicet inceſti meretrix regina Canopi.

¶ Inceſtuoſus qui inceſtum cōmiſit.

¶ Inceſto as. polluo. Suet. in Tibe. Triplici ſerie connexi inuicem inceſtarent. Verg. Totāq; inceſtat funere claſſem.

¶ Incino is. pe. cor. ſignificat ſuper ſiue inter cano. Proper. Seu varios incinit ore modos. Gel. Creditum hoc eſt aplæriſque, Iſchiadici quum maxime dolcant, tum ſi modulis leuibus tibicen incinat minui dolores. Hinc fit frequentatiuum. Incantoras De quo ſupra.

¶ Incentio onis. cantio ſeu cantilena. Gel docet plurimis hominū morbis medicinā fuiſſe incentiones tibiarū.

¶ Incentiuus a, um. vt tibia incētiua apud Var. quæ a dextra canit, ſicut ſuccentiua, quæ a ſiniſtra ſuccinit.

¶ Incito as. pe. cor. frequentatiuū eſt verbi incio is. Cio vero commoueo ſignificat. Incitare ergo eſt frequenter ſeu valde intuſve citare. Vnde & pro irritare, & ꝓuocare ſumitur.

¶ Incitabulum incitamen & incitamentum idem ſignificant Gel. Fomes atq; incitabulum virtutis.

¶ Inciens dicitur propinqua partui, ꝙ fœtus eius ſit incitatus

¶ Incitas penulti. correpta quaſi pauperras & indigitas. Plautus Profecto ad incitatem lenonem rediget, ſi eas adduxerit

¶ Incitega pe. pro. ꝓ machinula in qua amphora vini conſtituebatur, vnde vina ſubinde in conuiua ſubminiſtrarentur.

ð Indiuilia verba appellat. Gel. petulantiora nihil prorſus habentia ciuilis modeſtiæ.

¶ Indudo dis. penult. pro. intus claudo. Vergilius. Induſos vtero Danaos.

¶ Incipio is. pe. cor. ex in & capio. ſignificat inchoo. Vnde inceptum, quod & cœptum dicitur vocaturque verbum famularium, quia infinitis cum quibus iungitur famulari videatur. Seruat enim eorum conſtructionem, vt incipio timere deum. Tu incipis eſſe probus. Ille incipit doceri a preceptore. Illum incipit tædere laboris. Poteſt tamen eſſe ſine infinito. Plautus in Cap. Q̄diu id factum eſt? hic annus incipit vigeſimus. Aliquādo cum abltō ponit. Pli. li. xiiij. Vnde autē potius incipiemus q̄ a vitibus. Sūt & alia famularia ſcilicet deſino, volo, poſſum, debeo, queo, ſoleo, conſueſco, audeo, q̄ etiā ſine infinito eſſe p̄nt vt audeo magnum facinus. poſſum multa, & hmōi. Iuue. Aude aliquid breuibus giaris, & carcere dignum. Si vis eſſe aliquid.

¶ Inceptō as. frequentatiuū ab incipio.

¶ Inclamo as. pen. pro. contra clamo. Plautus in Aſina. Nimis ægre riſum continui vbi hoſpitem inclamauit, qui ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet. Aliquando inclamare eſt maledictis & conuitijs inſectari, reprehendere. Idem in Sti. Tuos inclama, tui delinquunt. Ouidi⁹. libro. ij. Faſti. Fit ſonus inclamat comites & lumina poſcit. Aliquando intro vocare. Vale. Maxi. libro primo. Perterritus deinde tam tetro viſo & nomine horrendo ſeruos inclamauit, ſciſcitatuſque eſt ſi quem talis habitus aut intrantem cubiculum aut exeuntē vidiſſent.

¶ Inclementia duritas. Verg. Verum inclementia diuum. Has euertit opes. Huius contrariū eſt clementia.

¶ Inclementer dure aſpere. Plautus in Amphi. Iterum hic iſ in me inclementer dicit, atq; id ſine malo. Liuius. libro tertio. Quæſo (inquit) Appi primum ignoſce patrio dolori ſi quid inclementius in te ſum inuectus.

¶ Inclino as. penul. produ. inflecto. Iuue. Atque ipſos etiam inclinare maritos. Vnde inclinatus pro profundo ponitur. Ambroſi. Dum inclinatiſſimos aquarum gurgites ſcrutor, aerios non reſpexi volatus.

¶ Inclytus. penul. cor. cum y pſilo, idem eſt quod glorioſus. Cōponitur enim ex ἐν & κλυτὸς, quod clarum ſignificat & glorioſum.

¶ Incoctile pe. cor. æneū vas, in quo ſtānum liquefactum dellutū eſt, vt edulijs ſaporē gratiorē reddat. Pli. Albū plōbum incoquitur æris operibus. Galliarū inuentio, ita vt vix diſcerni queat ab argento, eaq; incoctilia vocant.

¶ Incœnatus nō cœnatus, q̄uis in cœno as. nō legat. Cato de re ruſt. Bibat aquā multam, cubet incœnatus, poſtea bibat ſuecum. Plau. in Pſeu. It incœnatus cubitū.

✳ Incœnis ſine cœna. Plau. Cupiūt extrudere in cœnē ex ędibus, vt ipſę ſolæ diſtendant ventres ſuos. Cc.

¶ Incogitās temerarius improbus nō cogitās. Terē. in Phor. Quod niſi fuiſſem incogitās ita expectarē vt par fuit. Et iterū Adeon te eſſe incogitantē atq; imprudētē Phædria, vt phaleratis dictis ſeducas me?

¶ Incogitabilis q̄ non ſolet cogitare quū quid rerum gerit. Plautus in mil. Te obſecro p deos atq; hoſes. Et infra nunc demum ſcio me fuiſſe excordem, cæcum, incogitabilem. Lact. libro primo. Qui deos colunt interdum videri ſolent tam ęci, tam incogitabiles, tam excordes.

ð Dicitur etiam paſſiue de re, quæ non cogitatur, ſicut actiue de homine qui non cogitat.

¶ Incognitus non cognitus. Salluſt. in Iugur. Ne quid de abſente incognita cauſa ſtatuatis.

¶ Incolo is. penul. corre. intus habito. Cicero libro primo. Tu ſcula. Vbi ſunt ergo ij, quos miſeros dicis, aut quem locum incolunt? Hinc incola læ, ſicut ab accolo accola, quæ ſic abinuicem ſeparantur, ꝙ accola ſit, qui aliquem locum id eſt iuxta aliquem locum habitat. Liuius libro primo Paſtor accola eius loci nomine Cacus ferox viribus & Apule. Et multi coloni, quique circunſecus venantur & accolæ plurimi. Nec refert in ſuo an in alieno, vt accola vulturni, accola Padi. Vergilius libro ſeptimo. Amniſque vadoſi Accola vulturni. Incola vero qui in aliena, vel vrbe, vel republica habitat, quaſi ciuis aut municeps. Plinius. Quod eorum montiū incolæ facere conſueuerunt. Cicero libro primo officiorum. Peregrini & incolæ officium eſt nihil præter negocium ſuum agere, nec eſſe in aliena republica curioſum. Auguſtinus in pſalte. expoſitione. Incolere peregrinari eſt. Incolæ dicuntur qui habitant in patria non ſua. Pomponius iure cōſultus ſcribit incolam eſſe qui in aliquā regione domicilium conduxit, quē greci paroecō appellant. Nec tantum qui in oppido mo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rantur incolæ sunt, sed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt intra eum se quasi in aliquam sedem recipiant. Inquilinus quasi aduena est & peregrinus, qui in alienas ædes, alienaq; ꝑdia & conducto habitat, siue in vrbe siue ruri. Cic. in phil. At vero te inquilino non domino personabant omnia vocibus ebriorum. Vnde inquilinus probri vel odij causa quis appellatur quasi domum propriam nõ habeat Sallustius. M. Tullius inquilinus ciuis vrbis Romę. Qui autẽ inquilinis cœnacula locant a iurisconsul. dicuntur facere cœnaculariam. Ponitur tamen quandoque pro cohabitatore. Augustinus libro quinto con. Cõgregatis inquilinis fori tanquã furem manifestum se cõprehendisse gloriantur. Mar. Vicin⁹ Nouio vel inquilinus Sit si quis. nouum videre non vult.

ǒ Incolatus, us, ipsa habitatio in aliena patria, seu temp⁹, quo quis in aliquo loco habitat, vt inde discessurus sit, vt hęc mihi quia incolatus meus prolongatus est.

¶ Incolo as. a cohum quod mundum significat. Vnde subtractum est incohare pro incipere. Verg. Te sine nil altũ mẽs inchoat. Quandoq; perficere. Idem libro sexto, Tunc stygio regi nocturnas incohat aras, ǒ Mar. capel. Neutrum protulit cum ait. India ab altis montibus incohat. ǒ Abinchoo fit inchoatiuus inchoatiua inchatiuum. Vnde inchoatiua verba. Vel a chaos, quod rerum aiunt principium. Vnde per ch scribatur.

¶ Inchoatiua verba vulgo dicta sunt quæ in sco desinũt. Sed hæc, vt a Prisc. differentiam, augmentatiua magis appellare libet, quoniam augmentum non inchoationem significent, vt calesco frigesco, quorum alterum significat calidus fio, alterum frigidus. Aliquando tamen comparatiue. id est maiori cum augmentatione sumũtur, Vt qui sordet sordescat adhuc, id est sordidior fiat. Verg. Sin in processu cœpit crudescere morbus. Vbi Seruius exponit crudescere validior fieri. Idem. Aegrescitq; medendo. Exponitur inter medendum fit ægrior. Et illud Lactãtij. Ne si nostra inualuerint. id est validiora fiant. Aliquando comparatio apponitur. Terentius. in Heautõtimorumeno. Nam mihi quotidie augescit magis de filio ægritudo. Vergilius libro septimo. Qꝫ magis effuso crudescunt sanguine pugnæ, Qꝫ autem significent incrementum, interpretum auctorumq; idoneorum auctoritate simul & ratione probandum duxi. Nonius in priscis dictionibus. Albicatur, cãdidatur, exalbescit. Purpurascit purpureum fit Cicero libro secundo Acad. Quid mare nonne cæruleum? aut eius vnda cum est pulsa remis purpurascit. Nigidius. Dicemus quæ venustate deteriora fiunt vetustescere, inuetarascere quæ meliora. Donat⁹, in Hecy. prologo. Nouas qui exactas feci, vt inueterascerẽt. ait Inueterascerent in consuetudinem venirent, spectarentur amarentur. Et in Andria. Vah perijt, hoc malũ integrascit exponit. Integratur, quod est instauratur. Similiter apud Vergilium libro secundo Georgicorum. Aeraque dissiliunt vulgo vestesque rigescunt. Seruius. Rigescunt durantur. Festus. Remorbescat in morbum recidat. Et obherbescere, herbam increscere. Cicero libro quarto tusculanarum deferuescere pro decrescere exponit. Aut rogandi inquit orandique sunt, vt siquam habẽt vlciscendi vim differant in tempus dum deferuescat ira. deferuescere autem decrescere significat ardorem animi inuita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Archytæ, qui cum villico factus esset iratior, Quo te modo inquit accepissem ni iratus essem? Idem ꝫ pro Marcello. Nihil opere & manu factum quod non aliquando conficiat & consumat vetustas. At vero hæc tua iustitia & lenitas florescet quotidie magis. Quis interpretetur vt florescit incipiat florida fieri cum quotidie Cæsaris lenitas magis florida fieret? Si quotidie magis id fiebat profecto ista continuatio dierum dũ hoc fieret iam ab initio rem inchoatam semel fuisse non quotidie incipi aperte demonstrat. Similiter. Terentius in Heautontimorumeno. Nam mihi quotidie augescit magis de filio ægritudo. Cicero etiam in Cato. Ita sensim sine sensu ætas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Si ætas sensim senescit, an sensim incipit semper senescere? si ita est, ergo plus milies ista inchoatio fiet. Et sic toties desinet fieri senex, quoties sensim senescet. Sed quoniam ab initio quo cœpit senex fieri nunquam omnino desiit fieri senex, patet q; senesco significat senex fio, non incipio fieri senex. Simile est illud Lactantij libro septimo. Quos autem morbus interimit spiritũ diutius exhalant vt paulatim frigescentibus mẽbris anima effletur. Ambrosius libro Hexa. de phœnice aue sic inquit. De cuius carnis humore vermis exurgit paulatim que adolescit ac processu statuti temporis induit alarum remigia. Plinius quoque libro vigesimoprimo de ortu rosæ, paulatim inquit rubescens dehiscit. Quo pacto rubescens significare potest incipiens fieri vel esse rubra, si paulatim rubescit? nunquid toties incipit esse vel fieri rubra, quoties paulatim rubescit? Si ita est quod tamen non est, toties quoque necesse erit eam desinere fieri vel esse rubram vt possit incipere fieri vel esse rubra. Sed non recte dicere possumus incipit esse vel fieri rubra, cum iam medio citer, vel parum rubra facta sit. Quapropter in Bucolicis, Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet hagnus, Dicit Seruius, Memo unam & eandem rem sæpe inchoat, hoc est non dicitur inchoare, quando id prosequendo sæpe facit. Quod idem Plinius libro trigesimoprimo ostẽdit. In Sicilia quidem circa Mesianam & Milas hyeme in totũ arescunt fontes, æstate exundant. Si in totum hyeme arescũt certe non partim siccantur, ut inchoatio arescendi ex parte intelligi possit. Præterea si ista uerba inchoationem significarent quid opus esset poetas, oratores historicosq; illis vel cœpi vel incipio addere? Non enim putandum est tam excellentes viros temere, sed consulto id effecisse, nulla eos præsertim urgente causa. Iungimus autem hæc duo verba istis verbis in sco. terminatis, sicut & alijs cum aliquid inchoari significare volumus, quæ ex hoc potissimum inuenta esse intelligimus, vt prædictis verbis & omnibus alijs iungi possent, cum in eis inchoationem designari necesse foret quod fieret si esse inchoationem significarent. Quare Vergilius dixit, Sin in processu cœpit crudescere morbus. Columella libro septimo. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt & supercilia nonnunquam canescere, & dentes prominere. Et libro sexto. Cytisum cum aridum facere voles circa mensem Septembrem, vbi semen eius grandescere incipiet, cædito, pauciſque horis dum fracescat in sole habeto. Et libro duodecimo. Oleum fit optimum ex varia oliua cum incipit nigrescere. Iterum ibi. Atque vbi conualescere cœperunt adiecta humo incrementa eorum prosequenda sunt. Et rursus. Non ante legendum est quam cum matures cere cœperit. Cato de re rustica. Et vbi primum incipiunt hiscere tum legi oportet. Plinius libro vndecimo. Et cum mella cœperint matures cere abigunt eos. Idem libro septimo. Samara colligenda est circa Martias calendas cum flaue scere incipit. Cæsar in com. Cum matures cere frumenta inciperent. Lactantius libro quarto. Cum primum adolescere cœpit. Et libro septimo de Roma loquens. Cumque esset adolescentia eius fine punici belli terminata, tum denique confirmatis viribus cœpisse iuuenescere. Hieronymus libro primo Regum. Et cum de nocte surrexeritis, & cœperit illuscescere, pergite. Gellius. Iam enim fama virtusque felicitatis Romanæ apud extereas gentes enitescere incœptabat. Cicero. de natura deorum. In his animantibus quæ lacte aluntur oĩs fere cibus matrum lactescere incipit. Et alibi dixit orationem suam canescere cœpisse. Salustius in Iurgutha. Sed vbi dies clarescere cœpit. Idem in Catil. Postquam diuitiæ honori esse cœpere, & eas gloria imperium potentia sequebatur, hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro maliuolentia duci cœpit. Hæc extrema a me posita sunt propter nonnullos qui inter doctissimos habiti sunt asserentes verba in sco finita raro & in licentia latini sermonis iungi cum verbo incipio, cum & alia permulta reperiantur quæ prętermittenda duxi ne in maius quam par sit volumen excresceret. Quiescant igitur oĩs qui ea verba in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

choatiua appellari volunt quando tot tantorumq; interpretum atq; auctorum sententijs refragari non licet. Formantur hæc verba vt plurimum a verbis neutris secundæ coniugationis a secunda persona iuncta cō syllaba, vt albeo albes albesco, caleo cales calesco. Quædam tamen ab actiuis vel neutris transitiuis deducuntur quæ passiuam nihilominus significationem innatam habent sicut illa quæ a neutris secundæ coniugationis sunt, vt augesco ab augeo. Integrasco ab integro. Sanesco, sano a in e mutata. Sicceseo curuesco macesco manesco, matureseo, hilaresco, grauesco, grandesco. Quæ tametsi a nominibus venire posse videantur tamen à verbis eorum vel actiuis vel neutris transitiuis ferme omnia venire magis credo. Quædam vero a nominibus formari conuenit vt miteseo, dulceseo, crudesco, & sterilesco, lapidesco, rarescо, crebresco. Sunt etiam quædam ambigua & varia. quæ significationem passiuam habent innatā & a neutris veniunt & nihilominus etiam actiuam habere reperiuntur, vt horresco perhorresco. Vergilius. Nec tu men sarum morsus horresce futuros. Alia sunt quæ primitiuorū significationem habent. vt labesco, extimesco, pertimesco, ab horresco. Dormisco, præsentisco, contimesco, præcisco, recisco, assisco, & consciscо. Et siqua sunt alia. Alia terminantur in sco, licet non sint deriuatiua, vt posco, disco, glisco, offusco inesco. Sciendum etiam q; hæc verba de quibus agimus habent præteritum perfectum, quamuis multi negent, sed falluntur, quoniam cum primitiuis eorum, aut ea communia habent, aut certe mutuo ab illis accipiunt, quod Priscianus in verbis assisco & desciscо non dissimulauit. Assisco inquit assiciui assitum. Desciscо iuitum. Vbi Liuij exemplum ponit. Descitum ab Romanis. Postea vero subdit. Et notandum q; ab inchoatiuo Sciscо, asciscо, & desciscо composita primitiui. scilicet scio habuerunt præteritum. Secundum vero rectam proportionem debent eorum quoque præterita assciо & desciо esse. Ecce Priscianus dedit præteritum primitiui assciscо & desciscо, Inchoatiuum Sciscо appellans, cum tamen inchoatiuum non sit, neque habeat significationem verborum in sco desinentium. Diomedes quoque præteritum ostendit adolesco. Adolesco inquit adoleuit facit. Vergilius. Mox cum matura adoleuerit ætas. Columella libro secundo. Sed hoc idem semen ciliciæ syriæque regionibus ipse vidi mense Iunio Iulioque conseri, & per autumnum cum permaturuit colligi. A permaturesco est. Significat enim permaturum factum est. Et libro decimo At circa calēdas Martias locis apricis licet portum si iam ingranduit transferre. Ab ingrandesco est non ab ingradeo, quod nescio si inueniatur, nec si inueniretur ab eo esset quia ingranduit grande factum est significat, non autem grande fuit, quod significaret si ab ingrādeo esset. sed sensui non conueniret. Salustius. Hi, postquam conuenerunt in vna mœnia dispari genere dissimili lingua alij alio more viuentes incredibile memoratu est quam facile coaluerunt. Hic coaluerunt non est præteritum a coalo neque coaleo, quod nō puto reperiri. A coalo esse nō potest q; significatio actiua repugnaret sensui orationis, ergo in ea est, qua coalesco, quod concresco significat. Lactantius libro quinto. Quinimmo siqua illis fiducia est vel ī philosophia, vel in eloquentia, armentse ac refellant hæc nostra si possunt, congrediantur cominus & singula quæque discutiant. Decet eos suscipere defensionem deorum suorum, ne si nostra inualuerint vti quotidie inualescunt cum delubris suis ac ludibrijs deserantur. Inualuerint validiora fiant ab inualesco, quoniam subditur, vt quotidie inualescunt. Quintilianus libro quinto Insti. ora. Iam illa flamma quæ magna cōgerie conualuerat diductis quibus alebatur concidet. Significat conreuerat siue valida facta erat non valida fuerat a cōualesco est, non a conualeo. Peccauit interpres nostri temporis cum inquit. Surdaster qui parum audit. Hinc obsurdeo Cicero libro vi. de repu. Hoc sonitu omnis fere complete aures hominum obsurduerunt. Hic obsurduerūt significat surdæ factæ sunt ab obsurdesco. Non autem surdæ fuerunt ab obsurdeo quasi non amplius surdæ tunc forent. Hoc modo omnia præterita perfecta eiusmodi interpretanda sunt. Et si ambigua videbuntur disquirendum erit an a primitiuis an deriuatiuis veniant, quod significatio & res de qua tractabitur commonebunt. Possunt nihilominus sic discerni, Vt si dicam Canui pro canus factus sum, tunc a canesco erit. Si vero dixero hæc vestis canuit, pro cana fuit, quæ amplius cana non sit, vt si eam pullam feceris, tūc a caneo erit. Similiter hæc arbor floruit, si de tempore quo florida fuit loquar, tunc a floreo erit. Sin eam floridam factam esse intelligi voluero, a floresco sumetur. Hoc enim florida facta est significabit. Illud vero florida fuit. Nam q; ipsa primitiua quasi rem perfectam in se habent, vt floreo, quod floridus sum siue in flore sum significat, ideo in præterito eius florui illa eiusmodi perfectione caret, quoniam præterita est, eoque tunc florui in flore fui significat. & non est amplius floridus. Deriuatiua vero, vt floresco rem imperfectam demonstrant, quamuis augmentatiuam vim habeant id est floridus fio. Ideo illam in præterito perfecto perficiunt, vt florui id est floridus factus sum & eam tum perfectam in se habere declarant.

¶ ASCEN. Satis persuasum mihi est per Laurentium Vallē (cuius auctoritatibus præsens author plerunq; innititur, licet eius nomen fere supprimit, nisi vbi perperam præcepisse putat) Verba in sco aut pro primitiuis suis poni aut intrinsecam significare passionem, neque præteritorum significatione carere, sed voce propria, quam a perfectis mutuantur. Verum argumentum illud quo vterque conuincere nititur, non cōnotare inceptionem eo q; verbo inceptiuam vim habenti iungantur, non videtur mihi satis validum cum etiam verbum incipio possit geminari. Vt si quis ab hostibus aut alio qui interpellatus sæpe opus aliquod inceperit, Vt verbi gratia vrbis ædificationem semel inceperit anno Millesimo, atq; iterum millesimo quinto, & rursum millesimo sexto & cætera. neque perfecerit, dicam eum inceptisse incipere vrbis ædificationem anno millesimo &c. Vnde etiam fieri potest, vt qui sordescit id est incipit esse sordidus, sordescat adhuc id est incipiat esse sordidior, non sordidus. Verum tamen in Vallæ sententiam non pedibus modo, sed vel verbis eam. Si quis autem mihi auscultare volet omnia a verbis deducenda putabit. Sed quia primitiua sæpe in vsu non sunt, a nominibus deducta videntur, vt ingnesco, nam igneo in vsu non est, ab igne nomine deductum putes, sicut sanesco ab inusitato verbo saneo, quod esset sanus sum, factum censeam, cum sano sit sanum facio &c.

¶ Incolumis penul. corre. Vide in dictione Columis. Vnde incolumitas quæ est (vt Cicero inquit) salutis tuta atque integra conseruatio.

¶ Incomitatus participium compositum ex in & comitatus, licet ī comitor nō legat. Amb. Est itaq; fortitudo velut excelcior cęteris, sed nunq; incomitata virtus.

¶ Incommodo as pe. cor. noceo seu damnum infero. Vide in dictione Commodo.

ȣ Aliquando ponitur pro simplici commodo. Apul. Furatrinæ coniugalis commodaret rudimentum, id est commodaret præberetq;

¶ Incommune æqualiter. Teren. in And. Id te oro incommune vt consulas.

¶ Incongelabile, quod non potest congelari. Cel. Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne inconge labile sit.

¶ Incomprehensus non comprehensus. Lactan. libro. iij. Intellexit nullo humano studio posse ad sapiētiam peruenīri, & ideo non oportere incomprehensæ atque imperfectæ rei perfectum nomen imponi.

¶ Inconciliari, accusari, inconcilium vocari, Plautina dictio, quēadmodū informarii. in forum vocari.

¶ Incontussus qui non concutitur. Lactan. lib. de ira dei Pronus est lapsus & facilis ad ruinam, nisi pedes inconcussa stabilitate figantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Inconcinnus per duplex. nn, incongruus. Cinnus enim plurimorum commistio est.

¶ Inconditus pe.cor.ex in & conditus quod a condo fit. Idē est qđ inordinatus incōpositus. Liui.lib.iiij. Cossus spolia opima regis interfecti gerens, in eum milites carmina incondita æquantes eum Romulo canere, spolia in æde Iouis Feretrij prope Romuli spolia quæ prima opima appellata sola ea tempestate erant cum solenni dedicatione dono fixit. Cice.li.iij. offi. Dicam vt potero incōdite fortasse, sed tamen vt res possit intelligi. Eius simplex protulit Plau.in Am. Magis iam faxo dices postq̄ in cunis conditus est. Interdum inconditū etiam ponitur pro inconscripto. Salust.in Iug. At illi quibus vires aderant ruere cuncti ad portas, incondita tenere.

¶ Inconditus pe.pro.non conditus, quod a condio fit, idem est quod insipidus.

* Incompactum disiunctum male compositū. Cc.

¶ Inconsultus nomen sumitur pro imprudenti & quasi nullius cōsilij. Cice.pro Deiotaro. Homo inconsultus & temerarie hæc non videbat. Quin. O inconsultam & muliebrē semper amentiam. i. imprudentē & inconsyderatam. Sal. Incōsulte ac veluti per dementiam cuncta simul agebant. Quādoq; vero participium est, & accipitur pro eo a quo consilium nō est petitum. Var. Etenim inscio atq; inconsulto dño serui sæpe ex agro discedūt. Sic dicimus incōsultus medicus ad ęgrotum venit. i. a quo consilium nemo petijt. Interdū accipitur pro eo qui cum quęreret cōsilium non accepit, quasi pro indigno habitus. Verg. Incōsulti abeunt, sedemq; odere Sibyllę Dicitur & inconsultus us. Plau. in Trin. Quia rure dum sum ego vno sex dies me absente atq; insciente inconsultu meo ædes vænales hasce inscribit literis.

¶ Inconsutus pe.pro.nō cōsutus. Hierony.ad Eust. Consuāt tunicas qui inconsutam desursum tunicam perdiderūt, quos vagitus delectat infantium.

¶ Inconsutilis pe.cor.nō cōsutilis, vt vestis inconsutilis quę simul sui nō potest. Euā. erat autē tunica inconsutilis. &c.

¶ Incōsyderatus qui nō cōsyderat. Lactā. li.i. Nemo est tā inconsyderatus qui nō intelligat fuisse mortales.

¶ Incoxo as. in coxam sedeo. Pacu. Adeo incoxanti mihi pes obstupuerat.

¶ Incredibile nō credibile. Terē. in Phor. Incredile est quantū herum ante eo sapiētia. Et incredibile dicitur maximū, quod vix credi possit. Idem in eadem. Quia præter spem atq; incredibile hoc mihi obtigit.

¶ Increpo as, pui, itum. pe.cor. significo. Verg. libro. viij. At tuba terribilem sonitum procul ære canoro increpuit. Hiero. in lib. numerorum sine accusatiuo dixit. Cumq; increpuerit tubis cōgregabitur ad te omnis turba. Idem sine aliquo casu a parte post. Si aut prolixior atq; concisus clangor increpuerit mouebunt castra primi. Dicimus ergo Tuba increpuit sonum. Tuba siue sonus increpuit. & Ego increpui tuba. Per translationem increpare ponitur pro reprehēdere, sed cū crepitu vel verborū pedumve strepitu. Hoc est contra aliquē crepando & strependo insurgere, sed tunc increpui & increpaui preteritum facit. Hiero. in ge. Et increpauit eum pater eius Idem. Increpuerunt me renes mei. Item pro incitare. Turpil. Age tu hyemęneum increpa.

¶ Increpito as. pe, cor. frequentatiuum. Verg. libro. x. Hostis amare quid increpitas?

¶ Increatus non creatus. Lactan. li.i. Vnus deus qui solus prīcipatur, isq; amplissimus increatus.

¶ Incresco is. valde siue magis cresco. Liui. lib.i. Carcer ad terrorem increscentis audacię media vrbe imminens foro ædificatur. Quin. li. viij. Hoc genus increscit ac fit manifestiꝰ si ampliora verba cū ipsis noibus pro quibus ea posituri sumus cōserantur. vt Ci. in Verrē. non enī furē sed raptorē, nō adulterū, sed expugnatorē pudicitiæ, non sacrilegū sed hostem sacrorū religionūq;, non sicarium sed crudelissimum carnificem ciuium sociorūq; in vestrū iudicium adduximus. Illo enim modo vt sit multū hoc etiam plus vt sit efficitur.

¶ Incrementum ab increscō. Quintilianus. Quatuor tamen maxime generibus video cōstare amplificatione. incremento comparatione ratiocinatione congerie, incrementum est potentissimum cum magna etiam videntur quæ inferiora sunt.

¶ Incubo as. penult. cor. & incumbo is. ambo a cubo componuntur. Primū seruat analogiā sui simplicis, vt sit semper prīmæ coniugationis. Alterum recipit m, & transit ad tertiam, ambo tamē incubui & supinum incubitū faciunt, & significatione conueniunt. Est autem incubare instare, inniti, insidere, inhærere, & datiuo semper iungitur. Verg. Ponto nox incubat atra. Quint. libro. x. Qui autē sciuerit quo quæq; sint modo dicenda nisi tāquam in procinctu paratam quidē ad omnes casus habuerit eloquentiam velut thesauris clausis incubabitur. Cice. in Timæum Platonis. Qui omnis animantes complectitur, id nō potest esse cū altero. Rursus enim alius animans qui eum contineat fit necesse est. Incubamus ensi terræ mari pellibus spongiæ cardini & similibus quæ subiectæ aut obiectę rei proportionem habent. Papinius. Et festinantia sistens. Fata salutifero miti deus incubat angui. Incubare etiā quenquam Ioui dicimus pro eo quod est apud Iouem. Plautus in Cur. Namque te incubare satius fuerit Ioui qui tibi auxilio in iureiurando fuit. Simile huic fere verbum videtur incumbere īnitique. Plini. Cœlum inquit cardini suo. id est terræ incumbit. Aliubi terræ ait oīa inniti. Quandoque incubare ex vi præpositionis in significat intus siue super cubare. Cubare enim dormire siue quiescere, stare consistereque significat. Vnde Plaut. in Cas. Est ei quidam seruus qui in morbo suo immo vero in lecto nequid mentiar incubat. & iterum. Quando ego eam mecum rus vxorem adduxero ruri incubabo vsque in præfectura mea. Cato de re rusti. Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat Col. libro viij. Vt semper quam aridissimis filicibus vel culmis stabula constrata, quo purius & mollius incubent id est supercubent dormiant aut quiescant. Lactan. libro de opi. Nidos aut luto ædificant aut virgultis & frondibus construunt & ciborum expertes incubant ouis. Plinius libro x. Oua incubari infra decem dies edita vtilissimum, vetera aut recentiora infœcunda. Var. Quę velis incubet negant plus vigintiquinque oua incubare. Hic cum accusatiuo iunxit. Plinius libro secūdo. Aut si vna omnes incubarent. Vel Aut si vna omnes incubaret. Hoc est si natura vna tantum esset quæ mundos illos omnes incubaret id est occuparet, possideret, amplecteretur, foueret, vt gallinæ oua. Macrobius quoq; de Dionysio, Siculæ inquit incubator aulæ. Ab incubo fit incubitus us & incubatio. Plinius. Quædam autem citra incubitum sponte natura gignit. Idē Rara incubatio ouis noxia. ♁ Interdum significat curam habere. Translatio ab auibus quæ incubatu fouent oua & excludūt fœtus. Apul. libro. iij. Aureos folles incubabat. Aug. libro. ij. de ordine datiuoo iunxit. De fesse pecuniæ incubat macer & scabiosus fœnerator.

¶ Incubones dicuntur qui thesauris inuigilant. cum tamen mediocritas in rebus humanis sit optima. Vnde Theognis, Megareus. μηδ' ἐμ ἀγαμ σωεύ λιμ πάντωμ μές, ἄρισα καὶ οὕτως ἐξεις ἀχετὴμ ἣμ τελεβεῖμ χαλεπόμ.

* Id est non supra modum stude alicui rei, media enim optima, sic habebis virtutem quam capere difficile est.

¶ Incumbo is. datiuo similiter iungitur, & duo significat. scilicet obnixe operam do alicui rei, vt Incumbo studijs. Et inhereo. Vergilius. Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ Pli. lib.i. Namq; in illo caua in se cōuexitas vergit, & cardini suo, hoc est vndiq; terrę incumbit. Frequenter etiā accusatiuo mediante ad velin, vt a Cicerone fere semper vsurpatur. Pergite inquit adolescentes & in hęc studia in quibus estis incumbite. Et alibi. Quare incumbamus ad illa præclara studia. Nam cum operi alicui faciundo incumbimus toto pectore, significatur diligentia & conatus. Similiter cum accuratius quid mente agimus incumbere dicimus Plus tamen inesse videtur acusatiuo cum in quam datiuo, quasi sit inniti, vel in-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fiſtere contra, ſiue ſuper, in quo deſignatur quid arduum vel mirabile vel oneroſum. Et hoc ex vi præpoſitionis in accuſatiuo iunctæ. vt Cicero pro Cornel. balbo mirabile a ſe factū fuiſſe declarat cum ait. Hoc ſiue meum ſiue reipubl. fatum vt etiam in me vnum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. Oneroſum ſeu arduum, vt idem Cornificio. Te tamen hortor vt omni cura in rempu. incumbas hoc eſt ſuſtentādam ſiue tuendam, quod difficillimum erat. Quare ſi dixero. Incumbo in remos maior nixus in illos deſignatur, quam incumbo remis, vt ſit incumbo in remos quaſi totis viribus brachijs innitor contra ſiue ſuper remos. Vnde Hyeronimus, vſus eſt præpoſitione ſuper, ad Dama. Papam Incubuit ſuper collū. Aliquando vero in huiuſmodi forma ſignificat irruo. Cice. pro Plancio. Potius quam ab ipſis qui in ipſum incubuerunt te depulſum putas. Quintilianus libro quinto. Et fluctus eſſe cum magna vis venti in mare incubuit. Vergilius. tamen datiuo iunxit, Incubuere mari, cum tamen irruo accuſatiuum poſcat cum præpoſitione in. Terē. in adel. Fores effregit, atque in ædes irruit alienas. Incumbo autem ad ſtudia ſignificat animo & opera intendo ſiue innitor ad ſtudia, vt Cicero pro Pompeio. Quare videte ne dubitandum vobis ſit omni ſtudio ad bellum incumbere. Aliquando poſt accuſatiuum adhibet adiectiuum vt effectus rei quæ deſignatur demonſtretur, vt idem pro L. Sylla. Neminem eſſe ex illo honoris gradu qui non omni ſtudio virtute auctoritate incubuerit ad rempu. conſeruandam. Si vero non ponitur adiectiuum tunc ſubintelligitur, vt ſit incumbere ad bellum. ſ. ſuſpiciendum incumbere. Et ad eius perniciē incumbenti, hoc eſt exequendam. Simile erit ſi dixero. Remiges incumbūt ad remos. ſubintelligitur emēdos ſi emere velint, vel habendos ſi prohibeantur, aut detineantur, vel obnixe tenendos ne ſibi rapiantur. aut e manibus elabātur. & huiuſmodi licet Valla in remos vel ad remos incumbere dici poſſe neget, ſed remis tantum. Eſt præterea quando incumbere ſignificat ſubire, ſiue ſuperuenire. Lactan. libro ſecundo. Si morborum peſtifera vis incubuit. Amb. Veſper incubuit populi ſequebātur, ſtagnum occurrit, turbæ vrgebant. Item ſuperiacere. Vergilius libro quarto. Incubuitq; toro, dixitq; nouiſſima verba. Et libro ſeptimo. Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petiuit.

¶ Incubi penul. cor, dicti ſunt ſyluani & Fauni, quos improbos quandoq; fuiſſe mulieribus compertum eſt, ac earū appetiſſe peregiſſeq; concubitum.

¶ Incuko as. eadem ſæpius iterando ingero, inſpiſſo. ex in & calco.

¶ Incultus, a cultus participio compoſitum eſt, & in negatiue ſumitur, Liui. libro ſecundo. Caritas primum annonæ ex incultis per ſeceſſionem plæbis agris. Hyeronimus ad Helio. Squalida capitis horret inculta cæſaries. Et in hac tantum ſignificatione reperiri puto, hoc eſt non cultus, non exercitatus vel non ornatus, vel non habitatus adiectiuum. Et non a in colo eſt, vt ſit eius participium, ſed eius foret ſi pro inhabitatus caperetur quod nuſquam legi. Hyeronimus ad Damaſ. papam. Non ambigo quin inculta noſtræ paruitatis oratio videatur,

¶ Incunabula, Vide ſupra in dictione cunæ.

¶ Incurro ris. contra aliquem curro, quod vernacula lingua dicitur correr adoſſo. Liui. lib. i. Eo prælio præcipua equitum gloria fuit, vtrinq; a cornibus poſitos cum iam pelleret media peditum ſuorum acies ita incurriſſe a lateribus ferunt. Aliquando incurrere eſt intro currere, ſeu vltro ſe inijcere. Salu. Poſtq; Catilina fuſas copias ſeq; cum paucis relictum videt memor generis atque priſtinæ dignitatis inter cōfertiſſimos hoſtes incurrit, ibique pugnando confoditur. Lactan. p tranſlationem dixit. Aut oblitus eſſe propoſiti videar, aut loquacitatis crimen incurram. Aliquando incurſiones (quas curarias vulgo dicunt) facere, quæ fiunt prædando loca. D Brutus Ciceroni. Aut apennio alpibuſq; ſe teneat, & decurſionibus per equites quos habet multos vaſtet ea loca quæ incurret. Hinc incurſus us. pro incurſione. Columella. Hoſticis incurſionibus vaſtatas fruges.

¶ Incuria & incurioſus vide ſupra in dictione curioſus.

¶ Incuruus valde curuus. Teren. in Eu. Continuo ac currit ad me quam longe quidem incuruus, tremulus labrijs demiſſis.

¶ Incuruo as. incuruum facio.

¶ Incurueſco is. incuruus fio. Cice. lib. i. tuſ. Hic aūt vbi habitamus non intermittit cœlū nitreſcere, arbores frondeſcere, ramos baccarum vbertate incurueſcere.

¶ Incus, udis pe. p. gnis fœmi. inſtrumentū in quo aliqd cudimus. Horat. Et male tornatos incudi reddere verſus.

¶ Incudo onis. qui in incude ſiue ſuper incudem quicquam fabrefacit. Hyeronimus contra Iouinia. Et in nauibus piſcatorum caput eius. ſtat ſicut incudo infatigabilis reputat ferrū vt palleas.

¶ Incuſo as. pe. pro. vide in dictione accuſo.

¶ Incutio is, penul. cor. ſſi, ſſum. ex in & quatio, q in c & a in u mutatis. vt cætera compoſita, Concutio, diſcutio, excutio, percutio. Eſt autem incutere inijcere. Vergilius. Incutē vim ventis, ſubmerſaſque obrue puppes. Auguſt. libro. vij. Con. Quanto propius admouebatur, tanto ampliorem incutiebat horrorē. * A quo incuſſor & incuſſio. & lapis incuſſus a Vergilio mola manualis. Cc.

¶ Indago as, pe. p. in quiro. Ci li. i. offi. Ineſt indagatio atque inueſtiga. Et de opti. genere dicē. Aut repreliendet q; inuſitatas vias indagemus, tritas relinquamus.

¶ Indago ginis. & indages inis. pro inquiſitione. Verg. Saltuſq; indagine cingunt.

¶ Inde aduerbium, i. ex eo loco. Liui. li. i. Primo in Macedoniā veniſſe inde in Siciliam querentem ſedes delatum. Aliquando dicitur non de loco ſed de rebus. Idem in eodem. Omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intuerī, inde tibi tuēq; reipu. qđ imiteris capias. Aliquādo ponit pro deinde, vt apd eundē. Crimini maxime dabāt in Numitoris agros ab his impetū fieri, inde eos collecta iuuentū manu hoſtilē in modū prædas agere. Hinc fiunt cōpoſita deinde, exinde, perinde, & proinde, quæ habent accentum in ante penul.

¶ Indecor oris, pe. p. ab in, & decor. Quāq. Verg. li. vij. Indē cores pecor. dixerit. Non erimus regno indecores. Vbi Ser. ait. Aut Siſtole eſt, aut certe dicimus nominatiuum nō inueniri, vt in multis nominibus fit.

* Indecorum pe. pro. turpe. Cc.

¶ Indefinitum dicimus qđ nullis rationibus circūſcriptū eſt. Vnde grāmatici īdefinite poſitū eſſe nomē affirmāt, qñ nec relatiue nec interrogatiue poſitū eſt. Cc.

¶ Indidē pe. cor. aduerbium cōpoſitū ab inde & idē quod eſt ex eodē loco. Plaut. Indidē vnde oritur facito vti facias ſtultitiam ſepelibilem. Apud Catonem ponitur pro idem mox.

* In diem & in dies hāc habēt differētiam, q; illud plerūq; cū verbo viuit coniungitur. Quinti. Non vt fere volucres præſentis modo cibi memores in diem viuīt. Aliquādo etiā cū alio verbo. Salu. Panem in diem mercari. quaſi dicat præſentis diei rationē habere. In dies vero quotidie ſed proprie cū quodam incremento, ideoq; plærumq; comparatiuo iungit. Cic. Cum id malum ſerperet in dies magis. Interdum ſine cōparatiuo ſed cum verbo incrementum ſignificante. Liui. Creſcēs in dies multitudine. Cc.

¶ India regio orientalis aſiæ terminus quæ tam vaſta perhibetur, vt eam tradant eſſe tertiam partem omnium terrarū. Pompo. ſcribit tātum ſpatium littoris occupare, q; tum per. lx dies noctesque velificantibus curſus eſt. Tradunt in ea fuiſſe quinq; milia opidorum, ab indo flumine ſic appellata, in quē ab occidentali plaga deſinit, qui ſolus poſt nilum crocodillos creat. Hæc a meridie mari incipiens aduſque ſolis occaſum porrigitur, & a ſeptentrionibus vſque ad Carnuſium montem prouenit. Gemmis abundat. Capricanes & elephantos pcreat. Arbores habet ſemper frondētes. Tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum aromaticum, & cynnama ad nos mittit indi prope gentium ſoli nunq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

emigrauere fiuibus suis. Illic binę æstates, leues aurę, temperies cœli, hubertas soli, aquarum abundantia, quæ oĩa faciunt vt maiora in india q̃ in cæteris regionibus nascantur aĩalia, Ab india fiunt adiectiua indus & indicus. Lib. v. de gestis Alexandri Arrianus. ὁ δὲ Ἴνδος ποτάμων ἐστὶ τῶν κατὰ τὴν ἀσίαν τε καὶ ἐνεῶπκρ πλὴν γάγ γουν τοῦ τοῦ ἐνδοῦ ποταμοῦ καὶ ὅτι μὴ πλωταί εἰσιν αὐτῶν ἐπὶ τάλε τὸ ὄρους παραμίξθου ἢ καυκάσου. ✳Id est indus fluuius est iuxta asiã & europam cuius fontes sunt in iugo caucasi montis.

¶ Indus fluuius, a quo india nominata est, quem in iugo caucasi montis quod vocatur Paropanysus aduersus solis ortũ effusum aiunt, in sęcx. xix. amnes recipere.

¶ Index generis com. pro eo vel ea qui vel quæ aliquid indicat & accusat. Asconi. scribit indicem esse qui facinoris cuius ipse est conscius latebras indicit impunitate proposita. Sallustius. Plericx Crasso ex negotijs priuatis obnoxij conclamabant indicem falsum esse. Mar. Indice nõ opus est nostris aut indice libris. Inde indicium dictum quod alio nomine indicina vocatur pro detectione & accusatione. Apu. Ob indicine præmium occupasse domino tamen suo. Salusti. Itaque consulem te Cicerone frequens senatus decreuit Tarquinij indicĩ falsum videri. Index vero masculini generis accipitur pro digito prope pollicem, vel pro lapide quo auri vel argenti gradus cognoscitur.

¶ Indico as. penul. corre. significat manifesto, & palam facio. Plau. in asi. Ego ne hæc patiar aut taceam? Emori me malim quam hæc eius vxori non indicem. Aliquando demonstro. Lactantius libro. vij. Ipsa ergo virtutis perpetuitas indicat humanum animum si virtute cœperit permanere, quia & virtus perpetua est, & solus humanus animus virtutem capit. Aliquando accuso. Vlpianus scribit indicasse reum est detulisse, arguisse, accusasse, conuicisse. Sed hæ significationes in idem recidunt. ♁ Aliquando appretio æstimo negociationis verbum & rebus venalibus accõmodatum quod in mercibus distrahendis vsurpatur, quando ille cuius est merx prętium facit rei quam venundat. Plaut. in Milu. Venio ad macellum. prerogito pisces, indicant caros. Apul. lib. i. Et per cũ tanto prædio cp centum nummis indicaret, aspernatus. xx. denarios præstinaui. i. estimaret & prædium faceret. Hinc indicatio & indicatura. ♁ Aliquando indicare ponitur pro addicere. hoc est rem emptam liberare. Cice. lib. iij. offiti. Scæuola Publij filius cum postulauisset vt fundus cuius emptor esset semel indicaretur.

¶ Indicium vide ĩ dictione index.

♁ Indicatio, estimatio Pla. ĩ persa. Tua merx est, tua indicatio

♁ Indiculum, quasi indicium. Augu. in quodã sermone. Ego vobis fratres hæc suggerendo quasi indicula quedam directa & obscura insinuare curaui.

¶ Indicatura æstimatio. Plini. in pref. Hæc fiducia operis, hęc indicatura.

♁ Indicatus, us, idem quod indicatura. Idem lib. xviij. Eadem ex causa emi lyenem vituli, quanti indicatus sit iubent.

¶ Indicatiuus ua um dicitur id quo aliquid indicatur. Vnde indicatiuus modus dictus est quia eo indicamus. id est ostendimus quid agatur.

¶ Indico is, penultima producta. xi. ctum. multa significat. Nam indicere est denunciare, quamuis inter se differant cp maiorem vim habeat indicere quã denunciare. Nam denunciare proprie est significare, & simpliciter sumi potest, vt ventus denunciat pluuiam. Et denuntio me tibi propediem affuturum. Cice. pro plaut. Denuntiasti homo adolescens quid de repub. sentires. Indicare vero licet significet denuntiare non tamen proprie, quoniam dico aliud significat quam nuntio, & in aliud quam de. In enim iuncta verbo dico maius incrementum demonstrat & significat maxime quamuis & significationem contra non omittat. Indico ergo maxime dico, hoc est solenniter dicendo denuntio. vt si dicam. Bellum tibi indico non est sicut bellum tibi denũtio id est bellum me tibi illaturum significo, sed bellum me tibi iure illaturum dico, aut bellum tibi a me inferendum esse indico. Quod Cic. libr. i. officio. aperte docuit, qui vtrunq; verbum sic posuit. Ac belli quidem æquitas fœciali populi Roma. iure perscripta est, ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustum nisi quod aut rebus petitis geratur, aut denuntiatum ante sit & indictum. In his verbis duo genera belli gerendi fuisse significat. Primum rebus petitis, quæ si negabantur reddi, & bellum cum illis gestum fuisset, iustum habebatur. Alterum honestius iustiusque erat, eo cp petitis rebus nisi redditæ fuissent bellum gerendum esse maturo decernebatur consilio, tũ ad fines hostium denuntiatis belli suscipiendi causis bellum indicabatur. Sed quo pacto indiceretur Liuius libro primo declarat his verbis. Quando que pars maior eorum qui aderant in eandem sententiam ibat, bellum erat, consensu fieri solitum, vt fœcialis hastam ferratam aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret & non minus tribus puberibus præsentibus diceret, Q̃ populi priscorum latinorum hominesve prisci latini populo Romano. Quiritium fecerunt deliquerunt. Q̃ popul. Roma. quiritum bellum cum priscis latinis iussit esse senatusve popul. Roma, quiritium censuit consensit consciuit vt bellum cum priscis latinis fieret, ob eam rem ego populusque Roma, populo priscorum latinorum, hominibusque priscis latinis bellum indico facioque. Id vbi dixisset hastam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab latinis repetitæ res, ac bellum indictum, moremque eum posteri acceperunt. Potest tamen in significare contra, vt si dicam bellum indico voluptatibus, tunc contra voluptates bellũ me gesturũ dico. hoc est solenniter profiteor. Nec solum indicere pertinet ad bellum gerendum, sed etiam ad funus. Vnde Fest. ait. Indictiuum funus ad quod per præconem euocabantur. Suetoni. in Cæsa. Funere indicto rogus extructus est. Præterea ad concilium tributum spectaculum, & huiusmodi quæ non nisi ritu solenni fieri consueuerunt. Similiter sacerdotes festa ieiuniaque populo indicere solent. Aliquando etiam indicere est quasi precipere, vt apud Liui. lib. i. Longe a domo patribus excitis ipsum qui cõcilium indixerat nõ adesse. Aliquando imponere. Idem lib. iij. Vnde enim eam pecuniam confici posse nisi tributo populo indicto. Cicer. in Ver. acti. v. Legem sibi indicunt innocentię, continentiæ, virtutum omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt. Ali quando significare. Liui. libro. ij. Indici deinde finitimis spectaculum iubet.

¶ Indictum dicitur quod est solenniter promulgatum, vt indictum bellũ denuntiatũ dicitur. Indictum funus denũtiatę exequiæ. Et indictum non dictum. Terẽ. in Phor. Quod dictũ indictũ est, quod modo erat ratũ, id itritum est. Et hoc modo nõ ab indico, sed a participio dictus cõpositũ esse censeo. Liui. libro. v. Itaq; quæ tũ cecinerit diuino spiritu instructus ea se nec vt dicta sint reuocare posse. Sic etiam dicitur indicta causa id est non dicta & non defensa. Cice. Q. Rabi. Sed indicta causa ciuem Romanũ capitis cõdẽnari coegit.

¶ Indictiuus, a, um quod indictum est, vt funus indictiuum, de quo paulo ante. Et indictiuæ feriæ quas consules vel prætores indicunt.

¶ Indictio spatiũ. xv. annorũ quod indicebatur vt tribus lustris tributa toto orbe Romanę rei soluta essent.

¶ Indepcabilis apud quem non valent præces. Geli. Et pœna indepcabilis subeunda esset.

¶ Indefensus sine defensione. Liui. lib. iiij. Suos increpans clara voce, hic præbituri inquit vos telis hostiũ estis indefensi multi. i. sine defensione, sine vindicta.

¶ Indemnis indẽnatus. Vide in dictione damno.

¶ Indies significat quotidie sed proprie cũ incremento. ideo plerumq; iungitur comparatiuo. Ci. Cum id malũ serperet in dies magis. Reperitur etiam sine comparatiuo sed tamẽ cum verbo significante incrementum. Liui. Crescente in dies multitudine. In diem vero iungitur plærumque cum verbo viuo. Quinti. Nõ vt feræ volucres pẽsentis modo cibi memores in diem viuunt. Aliquando cũ alio verbo. Sal. panem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in diem mercari, quasi præsentis diei rationem habere. Indiē addicere est rem vænalem ita vændere vt nisi alius ad certū præstitutumq; diē maius pretium obtulerit illius sit qui primo obtulit. In dies singulos. i. per quoslibet dies. Cic. Metello Meæ rationis atq; eius mei consilij maiorem indies singulos fructum voluptatēq; capio.

¶Indigeo es, pe. cor. Vide in dictione careo. Huius impersonale Plin. lib. x. posuit. Nunq̄ conspectis nisi cum præsidio earum indigetur. Ab indigens fit Indigentia, æ, pro inopia.

¶Indigus. a, um, pen. corr. quod indiget. August. Sed sicut eum vidimus infirmum iacentem indigum opis alienæ.

¶Indigena pe. cor. dicitur inde genitus nec. aliunde proueniens. Opponitur enim aduene cum non sit aduētitius, sed vernaculus proprius & quasi peculiaris. Omnes habitatores aut indigene sunt, aut aduene, aut conuene. Aduenæ de vno loco venientes. Conuenæ de diuersis. Græci auctichthonas indigenas vocant.

¶Indipiscor is, vsurpo assequor adipiscor. Quod & indipiscor eris, indeptus dicitur. Plau. in Aul. Neq; partem tibi ab eo cui sit indipisces neq; furem excipies. Gel. lib. i. Si enim Acheos Homerus pugnam indipisci ait non fidicularum tibiarumq; concentu conspiratam. Hinc indepto as, frequentatiuū. Var. Nec partem aliquam indeptauit hæreditatis.

¶Indigito as, pe. cor. quasi indicito ab indico, vel a digitis deducitur. Et significat voco nomino & quasi per nomen ostendo. Macro. Namque virgines vestales ita Apollinem indigitant. Apollo medice. Apollo pęan. Idem. Nam ita ab incolis indigitantur.

¶Indigitamenta, libri pontificales qui & nomina deorum & rationes ipsorum nominum continent.

¶Indigetes pe. cor. dii ex hominibus facti. Quo nomine dictus est Æneas cum pugnans cum Mezentio nusquam apparuisset. Alii indigetes dicunt esse deos tutelares. quorum nomina vulgari non licet.

¶Indigestio. cum cibus nō digeritur. Hier. ad Eusto. Ad orationē tibi surgēti nō indigestio ructū faciat, sed inanitas.

¶Indigeste aduerbium, significat inordinate.

¶Indignus, non dignus. Teren. in Eu. Nam si egō digna cōtumelia hac sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. Interdum pro miserabili. Idem. Indignis cū egomet sim acceptus modis, ♁ Interdum pro magno. Vnde Enn. Indignas turres dixit, id est magnas.

¶Indignor & indignitas. Vide suprain dictione Dignor.

¶Indiscriminatim indifferenter

¶Indisertus, non eloquens. Gel. Non indisserti viri.

*Indiuiduum quod nō potest separari vel quod nō separat. A philosophis diffinitur sic. Indiuiduum quod de vno solo predicatur vt Socrates de seipso. Indiuidue aduerbium. Cc.

¶Indocilis, qui penitus non potest discere. Indoctus qui non dum didicit.

¶Indo is, indidi, itum, impono. Plau. in cap. Decimum vocitatus est, post vos indidistis Tindaro. Quandoque significat intus do, immito. Idē in Cas. Dē me & te in felicem si ego in os meum vini guttam indidi. Interdum imprimo. Idē i Ast. Qui sępe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt.

¶Indoles pe. cor. ab inolesco fit per interpositionem d. Et in pueris quidem atq; adolescentibus ē significatio quędam futurę probitatis Cice. Vt enim adolescentibus bona indole prędictis sapientes senes delectātur. In viris vero signum est p̄sentis virtutis. Idem. Homines in quibus est virtutis indoles commouentur. Vñ & pro prestantia seu generositate quadā virtutis atq; animi ponitur. Liui. de Lauinia iā matre inquit Tanta in ea virtutis indoles fuit. Luca. Indole si dignum latia si sanguine prisco Robur inest animis. Aliquando etiā in malum dicitur, vt apud Liuium de Annibale. Cum hac indole virtutum ac vitiorum sub Asdrubale meruit. Transfertur quoq; ad muta atque inanimata. Idem. Sicut in frugibus pecudibusque non tantum semina ad seruandam indolem valent quātū terrę proprietas cœlique sub quo alūtur

¶Idolentia quasi non dolor, cum nihil dolet. Lāctā. libro. iij. Nam corporis bona. i. incolumitas indolētia & valitudo nō minus sunt mutis q̄ homini necessaria, ac nescio an etiam magis, quia homo & medelis & ministerijs subleuari potest, muta non possunt. Hæc etiam indolaria dicitur, vt Sidonius a Cicerone dictum perscribit.

¶Indomitus pe. cor. qui domari non potest. Vnde dicimus equum indomitum. Aliquando ponitur pro feroci. Vnde dicimus gentes indomitas. Aliquando pro magno. Verg. Nate quis indomitas tantus dolor excitat iras.

*Indomabilis, indomitus qui domari non potest. Cc.

*In domo & domi eiusdem plane significationis sunt. Quī, in domo furtum factum ab eo qui domi non fuit. Cc.

¶Indubitatus non dubitatus. Lactan. lib. ij. Pro confesso & indubitato habitum est.

¶Induco is, pe. prod. proprie introduco. Plautus. Induc eam in domum. Quandoq; inducere est persuadere illicere decipere inclinare. Lucillius. Huius ego animum si induco vt ab amore meretricis desistat. Idem. Miserum senem sirenum cantu inductum. Quandoq; abolere cancellare. Sueto. in Cæsa. Amplissimis verbis collaudatum integrum restituit inducto priori decreto. Et alibi. Multa inquit & deleta & inducta & suprascripta inerant. Verbum iuris est. Origo ea q̄ inducto chartis atramento velut tectorio deleriq; scripta prius erāt contingit. Quandoq; Fingere. Cic. li. iij. offi. Hinc ille Gyges inducitur a Platone. Quandoq; ingredi facere, vt Vide quo me inducas. Quandoque Offirmare, vt sic animum induco meum. Quandoque imponere, vt Soleę ligneæ pedibus inductę sunt. Quandoq; infigere, vt ita induxit in animum.

¶Inductio genus argumenti. Est enim oratio per quam fit a particularibus ad vniuersalia progressus. Vel inductio est oratio quæ rebus non dubijs captat assentionem eius rei quę instituta est.

¶Induciæ, pax in paucos dies, sic dictæ, q̄ in diem dētur, vel q̄ in dies ocium prębeant. ♁ L. libro. officio. Vt ille qui cum centum. xxx. dierum essent cum hostę pactę īducię, noctu populabatur agros q̄ dierum essent pactæ non noctium induciæ. ♁ Aurelius Opilius inducias dici existimat ab intus & introitu, q̄m tempore inducarum hostes inter sese vtrinq; vltro citroq; alteri ad alteros impune inire solent & introire.

♁ Aliter Gel. Græci ἐκεχειρίαν, ab abstinendis manibus appellarunt. Nam per cessationem istam pugnę pactitiam non pugnatur & manus cohibentur. ♁ Has Lycaon primus inuenit, fœdera Theseus.

¶Indulgeo es, si, sum, & tū. secundum Priscia. significat obsequor, consensio, inseruio & facile concedo. Cic. in Lel. Sed obsequium multo molestius, q̄ peccatis indulgens, id est consentiens præcipitem amicū fieri sinit. Idem Tyroni. indulge valitudini tuæ. i. molliter vaca, & quod lingua vernacula dicimus facareciæ. Terent. in Heau. Nimium illi indulges. Vñ indulgentia mollis est permissio quæ seueritati opponitur. Qui. Mollis illa educatio q̄ indulgētiā vocamus neruos oīs & mentis & corporis frangit. Et indulgere est facilem & clæmentē esse. Cic. lib. iij. of. Magnus vir in primis & qui per indulgens in patrē, idē seuerus in filium, id est clęmens ac facilis, & indulgētia clæmētia. Sta. Vultus & egregiæ tanta īdulgentia formę. Indulgentissimi imperatores dicti q̄ sint benefici propensiq; ad gratificādū. Item. Indulgere ē delicate intendere & spatiū maius dare. Ver. Idulge hospitio, causasq; inecte morādi. idē. Sin tumulis accliue solū colleseq; supini indulge ordinibus. itē indulgere parcere. Amb. Vide q̄ bonus de & facilis indulgere peccatis, idē. Nā dñs iesus xp̄s crucifigentibus se nō maledixit, sed potius vt eis indulgeretur orauit. Hiero. cum accusatiuo iunxit. Misericordia inquit est quia indulget nostra peccata, item indulgere tribuere. Amb. Laudabunt etiam deum qui tanta nobis remedia indulserit vitandę mortis, itē augere. Lucilius libro. iij Tu qui iram indulges nimis manus abstinere a muliere melius est.

¶Indulgitas pro indulgentia. Sisenna. Bassus assidua indulgi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tute victus.

¶ Induo is, indui, indutum ex ĩ & duo is, Cuius origo à græco δύω quod ingredior significat trahitur. Vnde ἐνδύω induo Veteres dixerunt pro dare Duo duis, & Dio is. Plautus in Caſ. Mea prẽda eſt illa, proinde tute in laqueum ne duas. De verbo autem Dio. Terent. in Phor. Dij tibi omnes quod dignum eſt diunt. Conſtruitur autem induo variis modis. Nã quandoque habet duos accuſatiuos ſed in paſſiua tantum ſignificatione, & hoc apud poetas & hiſtoricos non apud oratores quos imitandos in primis cenſeo. Plaut. in Epiſt. Quid erat indutã an rigillam inducilam? an mendiculam impluviatam? Vergilius libro ſecundo, deĩde comarem Androgei galeam clypeiq; inſigne decorum induitur Curtius Iamque nox apparebat cum thoracem indutus procedit ad milites. Aliquando vno tantum accuſatiuo conſtruitur, & tunc idẽ eſt quod aſſumo. Quinti. libro ſexto. Orbum agimus & naufragum & periculitantem, quorum induere perſonas quid attinet niſi affectus aſſumimus? Vbi verbum difficile facile declarauit. Sic Curtius. Loricam tamen quam raro induebat amicis orantibus ſumpſit. Cicero libro tertio officiorum. Deponit enim perſonam amici cum induit iudicis. Hic ex cõtrario deponit induit ſignificare oſtendit. Suetonius in Nero. Nullam bis induit. Aliquando poſtulat, vt id quo quis iduitur in accuſatiuo ponatur, & is qui induitur in datiuo, ſignificatq; impono immitto aſſumo. Plautus in Caſ. Oyſſimus ſũ omnium qui viuunt. Loricam induam mihi optimum eſſe arbitror. Cicero, libro ſecundo de fi. Ex eius ſpoliis ſibi & torquẽ & cognomen induit. Plinius lib. xxxiij. Peſſimum vitæ ſcelus fecit qui anulum primus induit digitis. Suet. in Aug. Si mane ſibi calceus perperam aciſniſter pro dextro indueretur. Per tranſlationem ad animum dixit. Liuius libro tertio. Adeoque nouum ſibi ingenium induerat vt plẽbicola repẽte omniſque auræ popularis captator euaderet. Aliquando vltra naturalem accuſatiuum habet alium accuſatiuum cũ in. Et nunc pro conuerto ſiue tranſformo ſumitur. Vergilius libro primo Geor. Contemplator item cum ſe nux plurima ſyluis induet in florem. Cice. de diui. loquens de anhelitibus terræ. Cum autem ſe in nubem induerint. Similiter cum huiuſmodi accuſatiuo ſignificat iniicio ſeu immitto. Cicero in horten. Et vt docuit Antiochus in idipſum ſe induit quod timebat. Gel. Æſopus ille e phrygia fabulator haud immerito ſapiens exiſtimatus eſt cum quæ vtilia monitu ſuaſuque erãt non ſeuere non imperioſe præcepit & cenſuit vt philoſophis moris eſt, ſed feſtiuos, delectabileſq; apologos cõmẽtus, res ſalubriter ac ſpiciẽter aĩaduerſas ĩ mẽtes aĩaſq; hoĩm cũ audiẽdi quadã illecebra induit. Denique cum pro veſtio capitur vltra accuſatiuum conſtruitur cum ablatiuo ſine præpoſitione eius rei qua quis induitur. Curtius. Depoſita veſte quam habebat arabica induitur. Cicero libro quarto ad Heren. Palla inaurata indutus. Quandoque etiam in hac conſtructione ꝑ illino ſumitur. Plaut. in Muſ. Id eis vitium nocet atque etiam nunc ſatis boni ſunt ſi ſunt induti pice. Columel. ad vites trãſtulit pro onero cum dixit. Nam ita ſe induunt vuis vt nequeant capere maturitatem. Sumitur etiam pro ferio cũ ablatiuo inſtrumentali. Cæſar libro ſeptimo. Quin ordines contuncti inter ſe atque impliciti, quo qui intrauerant ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant, hos cippos appellant. Et iterum. Aut ſe ſtimulis inopinantes induebant, aut in ſcrobes delati tranſfodiebantur.

*Induperatorem pro imperatorẽ poetę vſurparũt. Iunc. Quales tunc e pulas ipſum gluriſſe putamus induperatorẽ Cc.

*Indumenta hoc eſt veſtimenta ab induo. Cc.

¶ Induuiæ ab induendo, indumenta quibus quis induitur, ſicut exuuiæ ab exuendo.

¶ Induſium genus veſtis quaſi intuſium quod mox ſupra ſubuculam ſumebatur, ſicut pallium & palla vocata ſunt q̃ foris ſupra induſium. A quo induſiatus dr̃ qui huiuſmodi veſte eſt indutus. Plaut. Induſiata patagiata. ð Varro. Intuſium dicit cum ait. Vnum quod foris, ac palam pala alterũ quod intus, a quo intuſium.

ð Induſiarij dicuntur qui conficiunt induſia.

¶ Induſtria eſt ingenium ſeu ars qua aliquid ſtruere ſumus idonei, q̃uis pro ingenij ſiue artis exercitatione quandoque ſumatur. Vtrumq; complexus eſt Ci. cum inquit. Vt induſtria noſtra tuæ morem geramus voluntati.

¶ Induſtrius non induſtrioſus dicitur quod antiqui indoſtrios dicebant, pro ingenioſo & pro eo qui multæ induſtriæ eſt & aliquid ſtruere ſemper nititur Cice. ad Hæren. Nimirum hęc cauſa eſt huiuſmodi, quam nec induſtrius, nec miſericors nec officioſus deſerere poteſt. Hæc autem duo nomina compoſita cenſeo, deriuata tamen ab inſtruo. Vnde Feſt. Induſtrium antiqui dicebant indoſtrium, quaſi quicqd ageret intro ſtrueret domi. Ab induſtrius fit aduerbium induſtrie. Columel. Hyginus veterum auctorum placita ſecretis diſperſa monumentis induſtrie collegit.

¶ Inebrior aris, vide in dictione Ebrius.

¶ Ineffigiatus a, um, informe, quod non eſt factum ad aliquã effigiem. Gel. Namque vt illa beſtia fœtum ederet ineffigiatum informemq; lambendoq; id poſtea quod ita ediditſet cõformaret & fingeret.

¶ Ineo is, iui, vel inij, in' tum. penul. correp. ex in & eo' ſignificat incipio. Sall. Quapropter vos moneo vt forti atq; parato animo ſitis & prẽlium cum inibitis memineritis vos diuitias decus, gloriam, prẽterea libertatem atq; patriam ĩ dextris veſtris portare. Et inire eſt ingredi. Plau. in Caſ. Tu modo proſpicito quid intus agant, ſi tu iubes inibitur tecum, id eſt intrabitur. Idem. Iniit te vnã febris? Item mereri aſſequi, lucrari, obtinere, comparare. Teren. Vt gratiam ineam ſine diſpẽdio. Hoc autem fit cum nouis & ignotis fauorem & amicitiã alicuius adipiſcimur. Et dicimus, ineo gratiam tecum, ineo gratiam tuam, & ineo gratiam a te. Terẽt. in Eu. Ab eo gratiam inibo. Quandoq; tractare conciliare, vt ineo pacem tecum, in eo bellum, ineo fœdus, ineo rationem, ineo viam. i. iuenio. Cuius participium abſolute poſitum maioribus rebus adhibeẽ, vt ineunte adoleſcentia, ineunte vere, anno menſe, ſęculo, luſtro, bello, i. ingrediente. Rurſus inire eſt concumbere. Plinius. Sed aſini qui equas ineant optimi legendi ſunt. Hinc initor penul. cor. pro concubitore, & initum pro coitu poni cõſueuit. Item capere, vt ineo fugam. Verg. Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro. Item. Facere. Plaut. in cap. Qui conſilium inire quo nos victu & vita prohibeant. Item Conſyderare intelligere. Terẽ. ĩ Phor. Hęc cũ ratione ineas quam ſint ſuauia & q̃ chara ſint ea qui prẽbeat. Do. Ineas, intelligas, æſtimes. Ab ineo fit initium, initio as, & initiarius.

¶ Inito as, frequentatiuum ab ineo. Dicimus. Ineo is, inito dicimus, vt Pacu. Loca arida initas.

¶ Ineptus, ex in & aptus. Cic. li. ij. de Ora. Ineptus nomen habere videtur q̃ non ſit aptus. Idq; ſermonis noſtri conſuetudine perlate patet. Nam qui aut tempus quid poſtulet nõ videt, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum quibuſcũ eſt vel dignitatis vel commodi rationẽ non habet, aut denique in aliquo genere, aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur. A quo ineptia ineptitudo, ineptulus.

¶ Ineptio is, iui, itum, ineptias facio. Lact. de Opi. Vereor ne huiuſmodi porrenta & ridicula refutare non minus ineptum eſſe videatur. Sed libet ineptire, quoniam cum inepto agimus ne ſe ille nimis argutum putet.

*Inermis modo qui armatus nõ eſt, modo qui ſupplex erat, quod ex hiſtoria tractum eſt, quia qui ſe dedunt inermes ſupplicant. Cc.

¶ Iners, ex in & ars ſignificat eum qui ſine arte eſt Cicero lib. iij de fin. Sed luſtremus animo has maximas artes, quibus q carebant, inertes a maioribus nominabantur. Quandoque etiam iners capitur pro ocioſo & ignauo qui nihil artis operatur, vel quaſi neſciat operari. Verg. lib. iiij. Geor. In medium ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor. Don. in Adel. Intelligamus aliter dici non inertem. Socratem, aliter non inertem ſeruum. Ab iners fit diminutiuum Inertulus, Inertia inertis v.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tium quę ſic ſumi poteſt in ſua ſignificatione, vt de ierte dictū eſt, licet proprie ſit artis ignoratio. Col. in præfa. lib. ij. Nō ergo fatigatione quemadmodum plurimi crediderunt, nec ſenio, ſed noſtra, ſcilicet inertia animis benigne. Cic. libro primo ad. Q. Fratrem. Duo illa relinquamus inertiæ noſtræ.

¶ Inerticula genus vitis apud Colu. boni vini, & innnoxiæ etiam, nomen habet ꝙ iners habetur in tentādis neruis, quāuis in guſtu non ſit habilis. Sola etiam temulentiam non facit vnde rectius Sobria dici deberet.

¶ Ineſco as, Vide in dictione Obeſco.

¶ Inexplorato aduerbium, ſignificat ſine exploratiōe & inq ſitione. Liuius libro ſexto. Inexplorato pabulatum cohortes miſere.

¶ Inexputabile, quod numerari non poteſt. Colu. lib. x. Nā inexputabilis erat numerus.

ȣ Inexercitus, inexercitatus & torpens. Tertul. Epicurei deū ocioſum eſſe, & in exercitum aſſeuerant.

ȣ Inexhauſtus a, um, nun q̄ deſinens, vnde diuus anaſthaſius pro Chriſti equidem amore a vobis membratim concidi optaueram, verum ſi huius quem, & minamini obitus me cōmanet gratias deo meo inexhauſtas replico, qui me ſuorum martyrum participem gloriq dignatus eſt facere tam paruo ſupplicio.

ȣ Inerrantes non errantes. Lact. li. ij. Stellarū, vel ierrātiū, vel vagarum diſpares curſus orbis ille dum vertitur exhiberet.

⁎ Inextricabilis inſolubilis. Verg. Hic labor ille domus & inextricabilis error. Cc.

¶ Infabre penul. producta aduerbium ſignificat fœde, ſicut Affabre pulchre.

¶ Infamia, mala fama. Hieronymus. Q2 illū teſtimonio martyris ab infamia vindicaret.

¶ Infamis & hoc infame pe. prod quod habet malā famam Hiero. ad Pamma. Quis par infame opus ſeipſum voluit infamari? Infamis dictus eſt ab antiquis digitus medi⁹ propter ignauiam quoniam indigere videatur aliorum defenſione. Perſ. Infami digito luſtralibus ante ſaliuis Expiat, Iuue. Mediumq; oſtenderet vnguem. Nam olim qui medio tāquam per indicem monſtrabatur, arguebatur infamiæ.

¶ Infamo as, pe. pro. infamia afficio. Hiero. Si Originem nun quam ſecutus ſum fruſtra infamare me cupitis. Quint. Dein de cum ſe iactaret eodē mō dicere Senecam infamauit.

¶ Infans ſubſtantiuum dicitur puer qui nondum fari cœpit. Quod ēt de brutis & auibus dicitur. Pli. Quadrupedes ifantes ſuos cognoſcunt. Idē. Veſpertilio volucrū ſola lactē nutrit, hubera admouēs geminos volitat amplexa infantes. Adiectiuū vero capitur quaſi pro paruo. Idē de boleto. Nec tunicę minor gratia in cibo infantis boleti, i. parui & nondum adulti. Interdum dicitur infans non facundus. Cice. in Bru. Ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe. Per trāſlationem ſumitur pro ſtulto & quaſi loqui neſciente. Ex quo infantior & infantiſſimus. i. ſtultior ſtultiſſimus.

¶ Infantia æ, ætas infantilis, & quandoq; ſtultitia dicitur.

¶ Infantile adiectiuum, quod eſt infantis. Augu. lib. primo Conf. Imbecillitas membrorum infantilium innocens eſt nō animus infantium.

¶ Infandū a fādo ſumit, qd vix fari qs poſſit. Ver. Infādū regina iubes renouare dolorē. Ponit nōnūq; pro interiectione. Verg. lib. i. Geo. Infandū ſiſtunt amnes terræq; dehiſcunt.

¶ Infarcio is, impleo. Plin. lib. xxxiij. Quid non in Africa Hiſpaniaque ex terra parietes quos appellant fornaceos quoniā fornacum modo circūdati vtrimque duabus tabulis vernis infarciuntur q̄ inſtruuntur.

¶ Infatuo as, fatuum, ſine ſale. i. ſapientia facio. Fit enim a fatuus, vbi in vel auget vel ſuperflua eſt. Hiero. ad Ruſt. Quid Salomone ſapientius? attamen a moribus fœminarum infatuatur. Infatuęq; mulieres dictæ ſunt quæ faunorum ludibrijs attigitur. Et ſimiliter infatuati viri quos nunc vulgus ſpiritu plenos nominat, quidam etiam dæmoniacos.

¶ Infenſus qui ira in alium elatus eſt & odium gerit.

¶ Infero pe. cor. intro pono ſeu intro porto. Plau. in Am. Nec ꝙ meum pedem huc ituli Lact. lib. ij. Non placebat Perſio ꝙ aurea vaſa templis inferantur. Interdū inferre ponitur pro inijcere. Idē lib iij. Nefandas manus deo ſuo intulerunt. Liui. li. ij. Adeo cōcitato impetu ſe intulerant hetruſci vt funderent ipſo incurſu Aricinos. Interdum pro facere, vt intuli damnū Lactan. lib. v. Patientia eſt malorum quę inferuntur, aut accidunt cum æquanimitate perlatio. Interdū ſubijcere ſeu apponere. Idē lib. i. Quod clarum fiet exemplo quod iferemus. Interdū pro introducere. Liui. lib. i. Lucus erat quem medium ex opaco ſpecu fons perēni rigabat aqua, quō quia ſe per ſępe Numa ſine arbitris velut ad congreſſum deę iferebat camœnis eum lucum ſacrauit. Interdū pro ingerere. Cice. lib. i. offi. Turpe eſt & valde vitioſum in re ſeuera conuiuio dignū aut delicatum aliquē inferre ſermonem. Interdū pro concludere. Sene. Cū his argumentis quod propoſuerat ituliſſet. Interdū pro contra ferre. Cæſar libro primo. Romani conuerſa ſigna bipertito intulerunt. Inferre arma eſt bellum gerere. Cicero. Octa. Quibus cogitans arma inferre? Inferre crimen eſt imputare ſeu obijcere. Idem in Læl. Addēdū eodem eſt vt neī criminibus aut inferēdis delectetur amicus, aut credat oblatis. Stuprum inferre eſt immittere ſeu infigere.

¶ Inferiæ, ſacrificia quę inferis ſoluuntur. Verg. Viuentes rapit inferias quos immolet vmbris.

¶ Infernus pro infernorum loco in ſingulari gene. maſ. in plurali neutri. Hier. in para. Deglutiamus eum ſicut infernus viuentem. Et in Iob. Ducunt in bonis dies ſuos & in puncto ad inferna deſcendunt. Eſt & infernus na, um, quod eſt infra, ſicut ſupernus na, num, quod eſt ſupra. A quo inferne aduerbium. Et infernas, atis, ſicut Supernas, atis, Plini⁹. Et ideo Romę infernas abies ſupernati præfertur.

¶ Infernalis & hoc infernale ab infernus fit cum eſt ſubſtantiuum. Vnde infernales furiæ.

¶ Inferus ra, rum, penultima correpta ab infra dictū eſt. Vnde iferi quibus nihil eſt iferi⁹. Inferū mare Tyrrhenū, ſicut ſuperum Hadriaticum, ꝙ ex vrbe Roma verſus Hadriaticum euntes fere ſemper aſcendunt. Contra ad vrbē ad mare Thuſcum venientes deſcendunt.

¶ Infeſtus qui alicui malum infert, & eſt pluſq̄ inimicus iam ꝙ aduerſus eum fertur. Et infeſtus dicitur cui aliunde malum impendet. Cicero. Dolebam iudices & acerbe ferebam ſi huius ſalus ob eam ipſam cauſam eſſet infeſtior ꝙ is meam ſalutem atq; vitam ſua beniuolentia præſidio cuſtodiaq; texiſſet. Nigidius infeſtum a feſtinando dici putat. Qui enim inſtat alicui, eumq; properans vrget & opprimere eum ſtudet atq; feſtinat, vel cōtra de alicuius piculo & exitio feſtinatur, is vter ꝙ infeſtus dicitur ab inſtantia fraudis quam vel facturus alicui, vel paſſurus eſt.

¶ Infeſta ſigna dicuntur quæ aduerſum tendunt hoc eſt vexilla in hoſtem euntia vt moleſtiam inferant.

¶ Infeſtum mare habere, ſignificat latrocinādo mare infeſtare. Cice. lib. iij. de rep. Nam cum quæreretur ex eo quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno myroparone, eodem inquit quo tu orbem terrę.

⁎ Infeſtuminare veteres dixerunt mare latrocinando infeſtare. Cornucopie.

¶ Infeſto as, crebris curſibus moleſtiam infero. Vnde infeſtatio moleſtatio.

¶ Infeſtiuus, qui neſcit vel non eſt idoneus ad dicēdas vrbanitates. Gellius. Homo ſubagreſti ingenio & infeſtiuo.

¶ Infibulo as, pe. cor. Vide in dictione Fibula.

¶ Inficio is, pe. cor. ex in & facio ſignificat intingo. Hieron. Quaſi ipſa ea denique lana cum inficitur ſanguine conchylij vel muricis vertitur in purpuram. Per tranſlationem ſumit pro vitio ſeu maculo. Liui. Hoc luxu & peregrinis infecti moribus. Et inficere venerare. Verg. lib. ij. Geor. Quo non præſentius vllum Pocula ſiquando ſæue infecere nouercæ. Plin. libro. xi. Nimio fumo inficiuntur apes. Hoc verbum Diomedes a fuco componi exiſtimat, dicit enim facio confficio. Fu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cō inficio Sed aſpera nimis videtur compoſitio, licet a ſignificatione non abhorreat. Sed cur non a facio quandoquidem inficio quaſi intus facio ſignificare poteſt?

¶ Infectus ab inficio, idem eſt quod intinctus maculatus venenatus. Suetonius in Cali. Inuenta eſt arca ingens variorū venenorum plena, quibus mox a Claudio demerſis infecta maria traduntur non ſine piſcium exitio. Sene. Diu in iſtis vitijs iacuimus, eluí difficile eſt. Non enim inquinati ſumus: ſed infecti. Cicero libro quſto Tuſcu. Sed nos imbris, delitijs, otio, languore, deſidia, animum infecimus id eſt polluimus corrupimus Cum autem ſignificat non factus, componitur ex in & factus, vt īfecta pace, īfecto negotio. Plaut. ī Cap. Quod male feci crucior modo ſi infectum fieri poſſet.

¶ Infectus us, accipitur pro tinctura. Plin. lib. viij. De lanarū infectu ſuo loco dicemus.

¶ Infectores, qui alienum colorem in lanam conijciunt. Plau. Incedūt infectores crocotarij offectores. Offectores ſunt qui proprio colori nouum efficiunt.

¶ Inficior aris, deponens, ſignificat nego. Vnde ificiationes quæ ſunt debitæ rei negationes cum per creditorem a debitore depoſcit. Oui. lib. xi. meta. Stabat opus pretium rex inficiatur. Et proprie inficiari eſt verbo quicq̄ negare factū, quaſi infectum. Vnde ad facta non ad dicta pertinet. Nam ſi quis aliquid ſe dixiſſe fateatur non ſic cōuenire videtur, vt id aduerſario inficior, vel inficias eo ita vt inquis eſſe, ſed nego.

¶ Inficias tantum accuſatiui caſus & pluralis numeri, ſolum cum eo is iungitur, & ſine prepoſitione, vt hic inficias iturus eſt, ſeu ibit. Componitur enim ex in & non & facio.

¶ Inficiator qui negat ſe vel debere quod actor petit vel commiſſe quod accuſator obicit. Cicero libro primo de orato. Nonne intelligebat vt ſi inficiator probaſſet iudici ante petitam eſſe pecuniam q̄ eſſet deberi cœpta. Vnde ſtatus coniecturalis dicitur inficialis in quo ſemper reus inficiatur.

¶ Infidus a, um, penultima producta. Vide ſupra in dictione Fidelis.

¶ Infimus a, um, penultima correpta ab infra ſeu ab inferus ſuperlatiuum eſt.

¶ Infimates, penultima producta dicti ſunt ſicut ſummates quæ ſunt oppoſita. Plautus in Sti. Summates viri atque infimates.

ō Infimo, as, pe. cor. Infimum facio. Eſt. n. contrarium Sublimo. Apul. lib. de demonio ſocratis. Ingenia illa ad beatitudinem ſublimata ſint. Hæc ad miſerias infimata.

¶ Infinitiuus modus ſine alterius verbi adminiculo poni ſolet vbi ſubintelligitur, Vere ne ita eſt? vt Mene incepto deſiſtere victam? Plus enim poteſt infinitum tempus ad ſignificandum quam finitum. Terentius in Eunucho. Inuidere omnes mihi pro inuidebant. Ideo autem dicitur infinitus, quia alij modi definiunt perſonas primam ſecundam & tertiam. Hic autem ſine perſonis eſt, & habet ſolum præfinitum tempus præſens præteritum & futurum, vt Amare preſens. Amaſſe preteritum. Amatum ire futurum. Ecce vides deſignare tantum tempora non perſonas. Amare enim neſcitur perſona niſi velis iungere. Te amare debet ille. Tunc quaſi fit finitum. Si aūt non ſubiungas ille veliſte vel ipe fit infinitus modus. Nam & numero ſingulari vel plurali infinitus eſt. Cum enim dico amare, nec finitum eſt vtrum de vno an de pluribus dicam.

¶ Infirmus non firmus. Vnde infirmitas inualiditas nō ęgrotatio ſicut plærīq̄ male vſurpant, cū quis nondū firmus vel ætate vel ægrotatiōe eſt. Cice. Vt enim infirmitas puerorū & ferocitas iuuenū. ō Aliqñ tñ infirmus pro ęgrotāte, & infirmitas pro egrotatione. Vñ aug. Infirmi, aliqñ dicuntur ęgrotantes. Et ī euāgelio Infirmitas hęc nō eſt ad mortem.

ō Infirmo as, nō firmū facio, hoc ē inualidum, vt apud Eſayā Dñs exercituū decreuit & quis poterit, aliquando Infirmare eſt ægrotum eſſe. Et in euāg. cuius frater lazarus infirmabat.

* Inflammo. Vide flammo.

¶ Infligo is, pe. pro, infero incutio. Augu. lib. xj. de ciui. dei. Itane tandē Scipio laudas hanc poetis Romanis negaram eſſe licentiam vt cuiq̄ opprobrium infligerent Romanorum, cum videas eos nulli deorum peperciſſe noſtrorum?

¶ Inforo inforas pe. cor. a forum cōpoſitum, ſignificat. Dico ſeu in forum diuulgo ſeu in forum voco. Plaut. in Cur. Licet ne inforare ſi incomittare non licet? Non inforabis me quidē nec mihi placens tuum profecto nec forum nec comitiū. Aliquando componitur ex in & foro foras quod eſt intus foro. Pli. li. vij. Timebāt priſci truncū findere, mox iforare auſi medio ipſiq̄ medullę calamū imprimebant vnum inſerentes.

* Infortunium malam fortunam dicimus. Cc.

¶ Infra ab ī naſci videtur, cuius ſignificatio nota ē. Et ſine caſualibus quidē aduerbiū ē, adiūcta vero ꝓpoſitio, vt Ego te eſſe infra oēs infirmos puto. Facitq̄ ex ſe Inferus a, um, iſterior infimus infernus. Nam aduerbia huiuſmodi localia ꝓpoſitionum loco ponuntur, & econtrario, vt Intra viſcera ꝓ in viſcera Abſq̄ læſione pro extra læſionem, & in adulterium dixit, ꝓ contra adulteriū. Docet Laurentius Valla, Infra ad dignitatem & locum referri, vt infra dignitatem meā eſt, & infra tectum. Intra ad numerū & ſpatiū, vt intra viginti dies, & intra muros non aūt infra. Sed hanc differentiā minus ſeruatā video, q̄ infra etiam ad numerum pertineat. Pli. li. xi. Ouа in cubari infra decem dies edita vtiliſſimum, vetera aut recentiora infœcunda. Aug. de Petri cathedra. Tamen cum infra quadrageſime dies hæc ſolennitas venerit facere eam nobis debet ſanctorum dierum reuerentia gratiorem. Habet aūt infra relatiuum ſupra ſicut intra extra, ſupra ſuper et ſubter.

¶ Infringo is, valde frango. Vnde infractus. Interdum īfringere eſt illidere & infligere. Teren. in Adel. Plus quingentos colaphos infregit mihi.

¶ Infractus valde fractus. Verg. Turnus vt infractos aduerſo marte latinos. Et infractus non fractus, vt vir infracti animi ſ. qui nullis rebus aduerſis frangitur.

¶ Infractio non modo pro non fractione, ſed etiam pro torpore ponitur. Cicero. In quem cadit ægritudo, cadere ī eum timorem infractionemq̄ animi.

ō Infrendere proprie ſignificat dentes iraſcendo quatere.

ō Infrendes dicuntur pueri, ſine dētibus qui frēdere nō pñt.

ō Informare, eſt informam cōponere. Verg. li. viij. His informatum manibus per tranſlationem dixit Am. Quos bonus paſtor informat. Et lib. of. ſicut Tullius ad erudiendum filiū, ita ego quoq̄ ad vos informandos filios meos.

¶ Infrio as, Vide in dictione Frio.

* Infrunitus. Vide fruniſcor.

¶ Infumo as, pe. pro. ad fumum ſicco, ſicut in ſolo ad ſolem ſicco. Plautus. Atq̄ hilas infumata & fumen.

¶ Infumibulum ſpiraculum per quod fumus exit.

¶ Infulæ penul. correp faſciæ ſunt in modum diadematum, vt inquit Ser. ſuper lib. x. Æneī. a quibus dependent vittæ ab vtraq̄ parte. Feſtus. Infulas ſacerdotum filamentum vocabant. Alīſcribunt Infulas filamenta alba eſſe quibus tēpla ornabantur, & moris fuiſſe vt nubētes priuſquam mariti domum ingrederentur infulis poſtes ornarent Iuxta primum ſenſum. Amb. lib. i. offici. ſumpſiſſe videtur cum inquit. Ego raptus de tribunalibus atq̄ adminiſtrationis infulis ſacerdotum docere vos cœpi, quod ipſe non didici. Hinc infulatus a, um, quod eſt infula ornatum.

¶ Infundo is. Vide in dictione fundo.

¶ Infundibulum inſtrumentum quo in vaſa liquores infundimus. Cato. In cella olearia hęc opus ſunt, dolia olearia & operacula, ſeſtarium olearium vnum, labellum vnum, infundibula duo. Ruſtici noſtrates luram vocitāt. Antiquiores autem os vtris luram dicebant, vnde lurcones capacis gulæ homines, vt Lemargi nomen acceperunt.

¶ Infurnibulum pala qua panes in furno diſponunt.

ō Inguinium, vrbs ī liguria opibus ac vetuſtate nobilis nūc Albinga Proculo Imperatore Ro. alūno & diue ornata. De quo Eutropius ſic ſcribit, Proculus patria, albingatū in alpibus maritimis. Idē fuit nobilis, ſed maioribus latrocinatibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Ingenium a gignendo proprie natura dicitur cuiq; ingenita Salluſt. libro tertio hiſt. Caſtriſq; collatis pugna tamen ingenio loci prohibebatur. Terent. Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi, id eſt cum hominibus eiuſdem naturę. Eſt etiam ingenium vis quædam naturalis nobis inſita ſuis viribus prędalens ad inueniendum quod ratione indicari poſſit. Cicero libro quinto de fin. Vna ingenij appellatur docilitas & memoria, eaſq; virtutes qui habent ingenioſi vocantur. Vnde præclara ingenia & obtuſa ingenia dicimus, id eſt acuta & rudia. Hinc ingenioſus qui naturalē vim ad aliquid agēdum accommodatam habet.

ð Ingeniculari, ſignificat genu flectere.

ð Ingeniculus, ſignum in cœlo quod græco vocabulo engonaſin nominant. Firmicus lib. vi. Ingeniculis qui engonaſin i extremis pribus piſciū orit hoc ſydere nati erūt mēdaces fugaces callidi. Hic ē hercules, vt Higinus docet, qui dextro genu nixus ſiniſtro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur.

¶ Ingenuus qui i libertate natus eſt, & ab ingenuorum antiquitate vt Boetius in Topi. inquit, gentilitas ducitur. Et eſt relatiuum libertini. Eſt enim libertinus qui iuſta ſeruitute manumiſſus eſt. Vnde i terrogare hoc modo ſolemus Ingenuus ne an libertinus eſt? id eſt liber natus an ſeruitute liberatus, ſiue ex libertinorum genere ortus. Hinc Ingenuitas, quę contraria eſt libertinitati. Hinc de Agatha martyre ſcribitur. Sīma ingenuitas iſta eſt, in qua ſeruitus Chriſti comprobatur. Ingenue aduerbium libere & ſimpliciter. Sic ingenue loqui dicimus cum quis ita loquitur vt liberum hominem decet, nihil timidum, nihil habens ſeruile.

ð Ingenuatus, ingenue procreatus, ingenue vitam ducens. Plau. in Mil. Ingenuatus eſſet.

¶ Ingemo is, pe. cor. valde gemo. Verg. Daphni tuum pœnos etiam ingemuiſſe leones Interitum.

* Ingens ſecundum quoſdam a gente deducitur, eſt em̄ magnus & immenſus & quaſi ſupra gentem. Plus enim eſt ingens quā magnus. Terent. Magnas vero agere gratias Thais mihi? Ingentes, Cc.

¶ Ingero is, pe cor. immiſceo immitto in tro gero. Leo Papa Nouit cur adhibeat æſtus cupiditatis, cui illecebras guleę ingerat, cui apponat incitamēta luxurię. Aug. Quid facio ego modo cum loquor? ſtrepitū verborum ingero auribus veſtris.

* Ingitas quaſi indigitas paupertas. Plautus. Profecto ad ingitatem lenonem rediget ſi eas adduxerit, Cc.

¶ Inglorius ria, riū Quod eſt ſine gloria. Cui cōtrarium eſt inclytum & glorioſum. Hiero. ad Mar. Sed anima habitante in corpore fiat inclytum quod ante inglorium fuit.

¶ Ingluuies ventris rapacitas. Et pro gula ſumitur. Colu. lib. ix. pro cibo poſuit. Nam niſi vacua eſt ingluuies cruditatem ſignificat. ð Interdum accipitur pro Gulonum helluatione & voratrina. Gel. nomina generaq; edulium, & domitalia ciborum profunda ingluuies iuſtigauit. Apul. Acipit pro gurgulione cum ait. Reſtis ad Ingluuiem adſtricta. Sumitur, & p ſinu gutturis, & capacitate i aubus potiſſimū quo mergūtur recentia cibaria, vt gallinę palumbes pdices cętera fere carēt eo ſinu, ſed gula patentiore vtuntur vt corui cornices.

¶ Ingrandeſco is, dui, grandis fio. Colu. libro nono. At circa Calendas Martias locis apricis licet porrum (ſi iam ingrandiuit) tranſferre.

¶ Ingraueſco is, valde grauis i. moleſtus fio & quaſi opprimo. Hiero in libro Gene. Non eſt herba gregibus ſeruorum tuorum ingraueſcente fame in terra Chanaam. Augu. lib. v. Con. Et ingraueſcētibus febribus iā ibam & peribam.

ð Ingratis ſignificat me nolente, & nobis nolentibus. Plau. in Am. Ingratis excitauit.

¶ Ingredior eris, ſſus. Vide in dictione gradior.

¶ Ingruo is, non proprie ſed per tranſlationem ſignificat inuado inuenio & impetum facio, a gruum proprietate duplici Prima q̄ more agminis conuolant. Altera q̄ clamore ſimili vtuntur, vt milites in prelio ineundo. Plautus in Amph. Noſtri contra ingruunt, vicimus viferoces. Lactan. lib. ij. Si ſæua tempeſtas, ſi grando ingruat ad deum confugitur. Col. lib. ij. Etiam ingruente hyeme frumenta iacimus. Dicitur enim de bello de pluuia de tēpeſtate de ruina & huiuſmodi.

¶ Ingurgito as, pe. cor. cum vehementia glutio, gulam redipleo. Plau. In Cur. Vide vt ingurgitat ipura in ſe merum auariter plenis faucibus. Ci. in Anto. Idem cum ſe cibis ingurgitaſſet. Lact. li. iij. aliter. Sicut ſus, quæ ſe ingurgitat cœno.

¶ Inguina pe. cor. ſunt genitalia tam fœminarum q̄ virorū. Martia. Acceſſi quoties ad opus miſtiſq; mouemur Inguinibus. Suet. in Nero. Virorum ac feminarum ad ſtipem deligatorum inguina inuaderet. ſore.

ð Inguinaria herba, quæ ſedat dolores inguinis, hanc Argemonem vocant.

¶ Inhalo as, pe. pro. Vide in dictione Halo.

¶ Inhæreo es, inhærens vel fixus ſio. Colu. lib. iij. Cacumina deinde pliuę ſicut matri inhærent vtraque parte adradito, & ita fiſſuræ fici aptato, cuneumq; eximito.

¶ Inhæreſco inhęrens fio. Idem lib. ij. Per exigua cōſpergitur aqua gleba manuq; ſubigitur ac ſi glutioſa eſt, quamuis leuiſſimo tractu inhæreſcit, & picis in morem ad digitos lenteſcit habendo. Cic. lib. iij. de natu. deorum. Prouiſum eſt vt ſi qua minima beſtiola conaretur irrūpere in ſordibus aurium tanquam in viſco inhęreſceret.

¶ Inhibeo es, pe. cor. ex in & habeo. Vide i dictiōe Prohibeo.

¶ Inhio as, proprie ſignificat valde os aperio. Per tranſlationem vero ponitur pro vehementer cupio. Plau. in Aul. Credo illum iam audiſſe mihi eſſe theſaurum domi, id ihiat. Gel. lib. i. Dū eius mortē inhio egomet viuo mortuus iter viuos. Aug. lib iij. de ciui. dei. datiuo iunxit, vt ſit inhiare quaſi deſyderium aut cor apponere. Hic inquit aliquid agerent dij hęluones atq; nebulones ſacrificiorū adipibus inhiantes.

¶ Inhonores qui ignobiles ſunt & ſine honore. Amb. lib. i. offi. Contra autem iuſtos inopes degere inhonores ſine libęris. Et Plin. lib. v. Inhonores ciuitates dixit.

* In horam & in horas eandem hñt differentiā quā in diē & indies. Illud plærunq; cū verbo viuo coniungitur. Cic. Neq; q̄ horā viuūt nō mō de fortunis & bonis ciuium ſed ne de vtilitate q̄dē ſua cogitauerūt. In horas vero cū verbo incrementum ſignificāte ſicut i dies. Verg. Gallo cuius amor tm mihi creſcit in horas. Quātū vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus. Cornucopię.

¶ Inhorreo valde horridus ſum a quo inhorreſco valde horridus fio. Pli. li. x. Inhorreſcunt edito ouo, excutiuntq; ſeſe & circūfacte purificant. Aliquando inhorreſcere eſt intus horreſcere. Verg. lib. i. Geor. Spicea iam campis cum meſſis inhorruit, & cum Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent, id eſt horrida facta eſt & intus formata. Hier. i Dial. Attici Vel frigore inhorreſcimus, vel febri exardeſcimus.

ð Inhumanus non humanus ſed diuinus. Apul. lib. v. Lauacro pulcherrimo, & inhumanæ menſę lauticiis eas opipare reficit. Alias inhumanus dicitur crudelis.

¶ Inibi pen. cor. ex in & ibi. quaſi intus ibi, vel in hoc ſiue in eodem loco. Apul. Multa inibi dicta ſunt quæ commemorare non eſt opus. Plautus. Nos domum properamus vos inibi adeſte. Aliquando ſignificat mox. Cęcil. Liber ne es? nō ſum Verum inibi eſt. ð Aliqñ ſignificat inter iſtos. Plau i cap. Pater captiuos commercatur alios tātū ſtudēs, vt natū recuperet, & inibi emit oli amiſſum filiū. Alias ponitur pro ſic.

¶ Ininde ſignificat ex eo loco. Liuius. Ita exercitus ininde domos abducti.

¶ Injcio is, pe. cor. proprie intro iacio immitto innecto. Plau. Antequam hæc in domū injcias. Teren. in An. Quę ſeſe in ignem injcere voluit prohibui. Aliqñ in aliquid iacio vt apd eundē. Injcia in eū manū. Vnde manus iniectio dī vendicatio rei nobis debitæ nulla iudicū authoritate expectata. Quī t. Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio. Paul. Si Titius ſeruum vendidit ea lege vt ſi Romæ moratus eſſet manus iniicere liceret. Emptor alii eadem lege vendidit, & ſer-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uus fugit a secundo emptore, & Romæ moratur. Quæro an fit manus iniectio & cui Verg. Iniecere manum parce, hoc ē traxerunt debitum sibi. Aliquando injicere est cum impetu facere seu impetum facere. Ouid. Qua cētum quisq; parabat injicere anguipedum captiuo brachia cœlo. Aliquando simpliciter facere. Plau. in epi Tragulam ī te injicere adornat. Idē in Cap. Injicite huic mimicas mastigiū. i. innectite. Et in Cas. Iā pol ego huic aliquē in pectus injiciam metū. i. īmittā. Liui. li. i. Injicite Turno caternę. i. impositę. Huius cōpositū est Super injicio, Verg. iij. Geor. Et raras superjice frondes.

¶ Inicium cœptum, ab inicio is. Et inicia Cereris sacra dicuntur. Var. lib. ii. de re ruſ. A stillo pectore immolandi initium primum sumptū videt Cuius vestigia q̄ initiis Cereris porci immolantur, & q̄ initiis pacis fœdus cum feritur porc⁹ occiditur. Alio noīe initiationes nuncupantur. Quæ vt ait Tertul. Semper arcent profanos & arbitris carent.

¶ Initio as. sacris imbuo. Vnde initiatus sacris imbutus. Hic, in Exo. Postq̄ initiaueris manus eorum. i consecraueris, & sacris addicaueris. ♁ Cic ait Misteria appellari inicia quibus ex agresti vita exculti ad humanitatem sumus tanq̄ ea sint vitæ principia. Dies initiorum dīr a Liuio quibus solennia sacrificia celebrabantur quibus nefās erat ineſſe non iniciatos. Alias Iniciari est inchoare & auspicari. Firmicus. Vel Iniciatur cum primam arietis partem sol fuerit ingressus. ♁ Et initiari dicunt pueri cum a lacte & a cunis transeunt vt cibo firmiori alantur. Nam apud Var. legitur initiari pueros eduliæ & poticæ & cubæ deabus edendi & potandi & cubādi. Reperitur etiā initior deponens, vt in ps Et initiati sunt Beelphegor. Est & initiare incipere.

¶ Initiatus a, um, quod ad initium pertinet. Qui. lib. i. Neq; enim est sanctius sacris ijsdem studiis initiariis.

¶ Iniquus ab in & æquus, æ, in i. productam cōuersa, & idē est quod non planus. Vñ loci iniquitatem dicimus. Per translationem vero de hominibus impiis seu improbis dicitur, & iniquitas p iniustitia sumit. Aliqñ capitur pro malo. Ver. iniquo põdere rasti. Aliqñ pro angusto. Idem. Verum hæc ipse quidem spatiis exclusus iniquis Prętereo

¶ Inimicus qui non est amicus & priuatus est, hostis publicus. Sueto. ī Tibe. Scribit etiam ad ipsum hoc familiariter nec dum plane inimicus aut hostis.

¶ Inimicor, caris, deponēs inimicitias exerceo, datiuo iūgit.

¶ Inimico as, cum accusatiuo significat inimicum facio. Horatius. Et miseras inimicat vibes.

¶ Inimicitia singulari numero dixit. Cic. lib. iij tuſ. Inimicitia ira vlciscendi tempus obseruans. Cæſ. lib. de ana. plurali semper numero dicendas putat inimicitias.

¶ Iniūgo gis, īpono, demādo, vt iniungo tibi hoc onus. Proprie tamen iniungere est intus vel supra iungere. Col. lib. vij. Iugū p quarto die accipiunt cui ramus illigatus temonis vice trajicitur. Interdum & pondus aliquod iniungitur vt maiore nisi laboris exploretur patientia Idē lib. v. Itaq; pīguiter ra singulis brachijs licebit bina iniungere flagella.

¶ Iniuges hostiæ vocabantur quæ nunq̄ domitæ, aut iugo subditę fuerant.

¶ Iniuria ex eo dicta est q̄ non iure fiat. Ome em quod non iure fit iniuria dicitur siue verbis siue re. Re cū manus inferūtur. Verbis cum fit conuitium. Specialiter vero iniuria dicit cōtumelia, q̄uis (vt quidam volūt) ab iuicem differant q̄ iniuria fit in verbis, & ideo leuior, contumelia ī factis. Pacu. Patior facile iniuriam si est vacua a contumelia. Quando iniuriam dicimus damnum culpa datum. Quandoque iniquitatem vt cum quis inique sententiā dixit, q̄ iure & iustitia careat, quasi nō iurā. Nonūq̄ aduerbialiter sumit, p immerito. Iniuriosus qui iniuriā facit, Iniuriosus, a, um, iniuria plenum.

¶ Iniurius a, um, quod est iniquum. Plautus in Aul. Si mihi dat operam me illi irasci iniurium est. Aliquādo iniurium aduerbium ponitur. Terent in Hecy. Iniurium autem est vlcisci aduersarios. Vbi Do. Iniurium iniquum, Indignantis modo significatio est, & vim aduerbij habet.

♁ Iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris.

¶ In manu vel in manibus est, dicitur pro eo quod est in potestate vel in promptu & in facili, vt Victoria in manibus ē, i. quasi iam tenetur. Et in manibus pro inter manus. Cicer. in Catone. Septimus mihi liber originum est in manibus, id est operi nondum summa est impositā manus. In manu aquas poscimus. Veteres autem aquas manibus pedibusq; dixerunt. In manum datur ei qui separatim accipit sine arbitris, aut interprete, vt pręuaricator aut iudex corruptus. Terent. in Phor. Soli sumus nunc inquam hic, eho dic quid velis tibi dari in manum?

♁ In medium, id est in vsum communem. Cic. li. i. offi. In hoc naturam debemus ducem sequi, & communes vtilitates in medium afferre mutatione officiorum.

¶ In mentem venire non tantum est reminisci, sed etiam recogitare & consyderare. Cic. In mentem tibi non venit causā publicam sustinere. i. non cogitas.

¶ Innitor pe. pro. Vide in dictione Nitor.

¶ Ino nomen Cadmi & hermiones filiæ vxorisq;. Athamantis Thebarum regis, & liberi patris nutricis eadem Cicerone teste est quę Leucothea. i. alba dea a nobis vero Matuta quæ & aurora dicitur. Vñ Ou. d. in Fas. Leucothoe grajis matuta vocabere nostris. Fabulā inonis. Ouid. lib. iiij. meta. refert quē admodum Ino cum Melicerta filio propter timorem de scopulose prępcipitem misit in mare, amboq; facti sunt dij marini Illa Leucothea. Melicertes Palęmon qui & portunnus, vocati sunt. De quibus Cyprianus. Melicertes & Leucothea prępcipitantur in maria, & fiunt postmodum maris numina.

¶ Inno as, per duplex nn, ex in & no, quasi intus no, a quo Innato as, frequentatiuum.

¶ Innocuus actiue accipitur pro eo qui non nocet. Pli. li. viij. Eosdem pestiferos ferunt in græcia, innocuos esse in Sicil. a Las sue vero pro eo cui non nocetur. Verg. Et sedere carinæ, omnes innocuę. i. sine detrimento.

♁ Innoxius dicitur qui non nouit nocere.

¶ Inocco as, significat cooperio, q̄d fit, cum semen in agro seminatum est, & glebas sarculis, aut cratibus dissoluimus, vt semen humo cōtegat. Col. li. ij. Nā semen, quod sicco solo ingestum, & iam inoccatū est, perinde, ac si repositum ī horreo non corrumpitur. Componitur autē ex in, & occo, as, quod est comminuo. Sed de occo alibi.

¶ Inoculo as, pen. cor. significat oculum vnius arboris alteri adhibeo, seu oculum in arbore aperio. Col. lib. xij His quidē diebus arbores ficorum inoculantur. Quod genus insitionis emplastratio vocatur. Plin. lib. xvij ī ficis autem & malis hęc fuit inoculatio antiqua.

♁ Inofficiosum testamētum, vt inquit Paul. dicitur quod nō ex officio pietatis patremq; confectū est filijs sine legitima causa exheredatis.

♁ Inodorus ra, rum, quod est sine odore.

¶ Inolesco is, leui, lui, etum, & itum, significat cresco, grandisco. Aug. Miror apud quosdam infideles, vnde tam pernicio sus error inoleuerit vt super tumulos defunctorum cibos & vina conferant?

¶ Innotesco is, not⁹ sio. Lact. lib. i. Deniq; a doctis huius sæculi quibus forte scripta eius innotuerunt derideri solent.

¶ In numerū significat in ordinem. In numerum ludere ē saltare. Ver. Tum vero in numerum Faunosq; ferasq; videres Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.

¶ Innuo is, signo aliquo capitis voluntatem ostendo, siue affirmem siue negem.

¶ In ordinē redact⁹, & in ordinē coact⁹. i. inter viles & abiectos numeratus. Liui. lib. xij. Tribuniplebis in ordinem redacti. i. cōteptui habiti. Suet. in Claud. In ordinē se coactum cōscribere. Hinc ēt extra ordinem pro egregie dicitur.

¶ Inops paup. Vñ iopia paupras. Aliqñ dī sine ope sine auxilio. Vñ iopē animi, inopē prudētiæ dicimus. i. sine ope animi, sine ope prudentię. Aug. lib. iiij. con. Ardor inops prudentię. Iungitur em cū gtis oim rerum. Aliquando iops dī inse

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pultus. Ver.li.vi. Hęc oĩs quã cernis ĩops ihũataq; turba. Ex iure enim pontificio terra iniiciebatur & circa cadauera & circa absentium corpora quibusdam solennibus sacris additis. Inops igitur sine terra quæ ops dicitur, qui nullius possessor est. Pauper cui suæ res non sufficiunt.

ȣ Inora dicuntur animalia sine ore, quales sunt Astomi indię populi halitu tantũ viuentes & odore.

¶ Inopiosus a,ũ, sine ope. Plau. Sępe ego res multas tibi mandaui dubias egenas inopiosas consilij.

¶ Inphrunit⁹ pe. ꝓ. dr̃ insolens & iprudẽs græci αφρωνα imprudentem dicunt. ȣ Vide supra ĩ dictione Fruniscor.

¶ In primis pe. ꝓ. duæ ptes sunt & ẽ aduerbiũ significatq; ante oẽs vel ante oĩa vel vnum ex primis. Sal. Quę quidẽ res in primis mihi videt fuisse causa facinoris maturandi. Imprimiscũ m. ante p. ab imprimo verbo est habetq; pe. cor.

¶ In posterũ pe. cor. Vide in dictione Postremo.

¶ Inquies etis, pro inquietus a,um, gñis oĩs, vel figurate iungitur neutro gñi. Sal. lib. i. histo Humanum genus inquies atq; indomitũ. Hinc inquieto as, pe. pro. Hie. lib. i. Reg. Quis tu qui clamas & inquietas regẽ. Colu lib. ix. Ne incubantes matrices ab alijs auibus inquietentur. ȣ Liu. Iam sibi satis glorię quæsitum, & potuisse se desinere ni animus ĩquies pasceretur opere. Apul lib. i. Qua contentione & inquieti procacitate p̃ ditus asinus. Pli. Substantiuum posuit li. xiiii. pro inquietudine cũ ait. Furiales somni & ĩquies nocturna. Gel. similiter. Vt interea labor hic vigiliarum & inquies suauitate paulisq; vocum atq; modulorum, acquiesceret.

¶ Inquilin⁹ pe. pro. ex in & colo ꝓ habito, vide in Colo

¶ Inquilino as, habito, a quo ĩquilinatus, us, pro ĩcolatu. Augustinus in expositione p̃s. Quo migrandum est ex hoc inquilinatu.

¶ Inquio is,, defectiuum est, & significat dico. Cic. tñ li. ij. de orato. Arrẽdere & aucupari verba oportebit inquio, vt ea q̃ sunt frigida ora vitemus. Idẽ in eodem. Tu inquisti molest⁹ nõ eris. Et li. iiii. ad Herẽ. Quid tibi vis aliquis inquiat:

¶ Inquino as, pe. cor. maculo deturpo. Lactan. lib. vi. Pecudũ sanguis effusus quo aras inquinant. Cic. li. i. Tus. Quibus cæcati velut domesticis vitijs atq; flagitijs sese inquinassent. Fit autem a Cunio is, vt inquit festus. Cunire vero est stercus facere. Huius compositum est coinquino. Col lib. viij. Totam progeniem coinquinat, siquidem celeriter cum alia pecora, tũ pręcipue oues contagione vexentur.

ȣ Inquiro ris, pe. pro. quasi intus quero. Vnde fit inquisitius aduerbium comparandi quod significat piu dentro cercando apud Gelli.

⁂ In re tua pro vtilitate tua, sicut ab re contra vtilitatem. Cc.

⁂ In rẽ p̃sentẽ non tẽpus sed locum significat, quasi in locum differentię. Cic. Vt si constitueris te cuipiam in rẽ p̃sentẽ esse venturũ. i. ad locũ de quo controuersia est. Cc.

ȣ In rẽ p̃sentem dicitur ire iudex quũ accedit ad locũ de quo est controuersia. Ci. pro Cecina. Placuit cecinæ de amicorum sententia cõstituere quo die in rem p̃sentem veniretur. Liui. lib xxxiij. Scribit missuros se in aphricam, qui inter populum carthaginẽsem, & regem massinissam in rep̃senti disceptaret.

¶ Insanus pe. pro. non sanus, qui non ẽ sani cõsilij & qui non habet mẽtẽ integrã. Vñ isania stultitia q̃ & isanitas dicit. Cic. Inspiętia aũt quasi insanitas eadẽq; demẽtia. Itẽ insanus magnus dicitur. Ver. Insani feriãt sine littora fluct⁹. Pers. Insani dicta Catonis. Inde insane aduerbiũ vehemẽter, propterea q; insani oĩa vehemẽter faciũt inquit Var. Itẽ valde sanus, id ẽ doct⁹. Pers. Et insano multũ laudãda magistro. ȣ Habet enim in vim intẽsiuã. Sic inclytus ĩfractus, & multa alia. In hoc tñ loco accipi congrue p̃t, ꝓ nimis cõcitato ad curã discipuli, a quo subueretur reportare notã indiligentiæ. Nam pręter notam significationem paruicaces & intractabiles appellabant insanos. Contentiosi quoq; qui nunq̃ succumbebant, aliosq; improbabant, insani vocati sunt. Plato ĩ sympostio, vnde vero insani cognomen tibi exortum sit nescio, semper enim in loquendo te, & alios improbat.

¶ Insanio is, iui, itum, a sanus compositum & deriuatum putatur pro insanias facio siue insanus sum. Quandoq; & insani re est carmẽ componere. Verg. Insanire libet. Nam insani enthei dicuntur. i. deo pleni.

¶ Insequor pe. cor. sequor vel insequendo sequor. Ver. Insequitur clamorq; virũ stridorq; rudentũ. Et insequi persequi. Quint. Cum eum maledictis insequeretur.

¶ Inseruio is, Vide in dictione Seruio. ȣ Dicimus autem inseruio tibi & inseruio te. Plaut. Non meretricum est vnum inseruire amantem.

¶ Insecta animalia sunt partĩ terrestria, vt scolopendrie stelliones, partim volucria vt apes vespę, partim cum vtroq; participantia vt formicæ, partim pẽnis & pedibus carẽtia, vt tineæ q̃ in hoie nascuntur. Dicta insecta ab incisuris q̃ nunc cer uicũ loco, nunc pectorum sunt atq; alui. ȣ Hęc Albertus magnus appellat annullata. Aristo. & grẽci εγτομα.

¶ Insero is, pe. cor. iserui insertũ significat immitto siue vnio. Qñ facit iseui ĩsitũ de arbore dr̃, qñ. f. scisso truco surculus foc cũ dæ arboris iserit ĩ sterili, siue cũ oculus vni⁹ arboris alteri adhibet qđ quidã ioculationẽ vocãt, vel qñ semĩat aut plantatur. Verg. Insere nũc Melibœe pyros, pone ordine vites. Col. lib. iij. Vitẽ quã insiturus es, resecato & plagam leuato, atq; ita findito & paratos surculos in fissuram dimittito eatenus qua adrasi sunt. Idem. Insita est fructuosior q̃ quę ĩsita nõ est. i. q̃ q̃ cum ramis aut plantis ponitur. Per translationẽ. Lactan. lib. v. Odiũ & inuidiã & dolũ hoĩb⁹ iseuit vt tam essent q̃ serpẽtes venenati tã rapaces q̃ lupi Leo papa ꝓ vnire exẽplũ posuit. Qm̃ inquit filius dei venit soluere opera diaboli, & ita se in nobis nosq; iseruit sibi, vt dei ad humanam naturã descensio fieret, homini ad diuinam prouectio. Hier. ad Pamma. Quid necesse fuit me latentem inserere quęstioni, opponere inuidiæ plurimorũ i. ĩmittere. Colu. Nausea discutitur si integrum gallinaceũ crudũ ouũ ieiuni faucibus inseras. Diome. Inseror insertus & insitus facit. Et tradũt quidam insitus arborum esse, insertus hoĩs vel alicuius rei. Ser. Insitas arbores dicimus, insertas vero causas aut fabulas. Plin. libro. x. Pãna. per transuersas inserta nares.

¶ Inserto as, frequentatiuum ab insertum formatum. Verg. Hic ferro accingor rursus clypeoq; sinistram. Insertabã aptãs meq; extra templa ferebam.

¶ Insitio ipse inserendi actus. Col. lib. iij. Tria autem genera insitionum antiqui tradiderunt.

¶ Insitium lignũ quod insitũ est. Col. lib. iii. Terram circa arborem aggerato vsq; ad ipsum ĩsitiũ. Et itẽ. Paleato luto bene subacto oblinito totam plagam & spatium quod est inter surculos vsq; eo vt duobus digitis insitia extent.

ȣ Insitiuũ dicitur illud in quo aliquid insertum est.

¶ Insitiuus a,um, quod iseritur. Gel. Corpusq; & animam bene initiatis primordijs insitiuo degenericq; alimento lactis alieni corrumpere.

ȣ Insitium ab infectione dictum pulmenti genus, ex insectis & minutatim tritis carnibus confectum. Apud Apitiũ sæpe fit mentio de insitijs.

¶ Insideo es, pe, cor, sedeo seu supermaneo sto. Lact. lib. v. Et iust⁹ ille nactus fuerit aliquẽ fauciũ equo insidentẽ. Aliqñ ĩt⁹ sedeo seu sto. Cic. lib. iiii. tus. Cũ aũt hic feruor cõcitatioq; animi inueterauerit & tanq̃ ĩ venis medullisq; insederit. Aliqñ dolose quẽpiam expecto. Vnde insidiæ & insidior. Aliquando obsidere, & mõ cũ actõ construitur. Liui. lib. ij. de bel. puni. Mago locum monstrabit quẽ insedeatis. Mõ dtõ. Verg. li. xi. Arripuitque locum & syluis insedit iniquis. Liuius libro nono. Insessis omnibus vijs per quas commeatus ex Samnio subuehebatur

¶ Insido is, pe. cor. significat ad intus habitandũ ĩgrediendũ ve vado. Lact. libro sexto. Vitanda ergo spectacula oĩa non solũ nequid vitiorũ pectoribus insidat id ẽ ĩgrediatur ad stadũ Sta. lib. the. passiuum protulit. Summis ĩsiditur astris. Cõstruitur & cũ accusatiuo. Ver. lib. v. Viam insidere

¶ Insidię fallaciæ. Cic. lib. iii. offi. Sunt ne igitur insidię ten-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dere plagas. Proprie dolosa expectatio ad aliquem aggrediendum insidiae dicuntur quae clam insidet vt hostes fallat.

¶ Insidior aris, insidias tendo. Sal. in Iug. Atherbalem vitae suae dolis insidiatum esse.

¶ Insidiosus qui saepe insidiatur, a quo insidiose quod est cū insidijs. Cic. li. iij. offi. Ratio ergo postulat ne quid insidiose, ne quid simulate, ne quid fallaciter.

¶ Inscitia ignorantia ab inscitus a, um, participio.

¶ Inscius & conscius cōtraria sunt, & a scius composita. Inscius, vñ insciēter & inscientia q̄ contraria sunt scientię. Cice. lib. acad. Sed inter scientiam & inscientiam comprehensionē illam collocabat. Aliquando inscius capitur pro stulto & aliquando pro ignaro.

¶ Inscribo pe. pro. intus siue suprascribo. Cic. lib. i. tus. Quid nostri philosophi, nonne in his ipsis libris quos scribunt de cōtēnēda gloria sua noīa inscribūt? Idē Cassio. In statua quā posuit in rostris inscripsit Parenti optime merito. Interdum inscribere significat nominare siue titulare. Lact. lib. i. Minutus foelix in eo libro q̄ octauius inscribit, sic argumentatus est. Interdum dilacerare. Ver. Et versa puluis inscribit hasta. Plautus. Corpus tuum virgis vlmeis inscribā. i. insignibo.

¶ Inscriptus q̄ñq̄ pro non scripto sumitur, vt apud Var. li. ij. Itaq̄ greges ouiū lōge abigūtur ex Apulia in Samniū ęstiuatū atq̄ ad publicanū profitētur ne si inscriptū pecus pauerit lege censoria committant mulieres.

¶ Insignis & hoc īsigne ex in & signum siue signis cōponitur ἐξ Ἡσυχίδι λέγουσι περίσημον ἀπὸ τοῦ περὶ καὶ σημαίνω. *. i. gręce dicunt περίσημον ex verbo σημαίνω & περὶ. Et proprie dicitur excellens qui in aliquibus cernitur esse signis quibus nosci vel nosci pōt, vt in coloris & vestium rerumq̄ varietate noscitur siue nosci pōt, esse eum probum vel improbū. Seu quia signa cum sint indicia rerū semper eminent manifestaq̄ sunt. Sic viri virtute excellentes oībus sunt noti. Ci. lib. iij. ad Here. Idē fit in imaginibus vt q̄ nobis diligēter notę sunt hae parū videantur insignes aliis. Hic Cic. eo q̄ prius dixit notae aperuit insignes significare notae siue notabiles. Verg. lib. iij Geo. Nec mihi displiceat maculis insignis & albo. Liui. lib. i. Flaminem Iouī assiduum sacerdotem creauit insignitq̄ eū veste & curuli regia sella adornauit. Ver. li. iiii. Ostroq̄ insignis & auro Stat sonipes. Hoc loco insignis instratus quasi insignitus. Ad facinus transtulit. Terent. in Eu. Iamdiu aliquam causam quęrebat senex quāobrē aliquid insigne faceret. Do. insigne aliquid magnū & nobile facinus. Ad virtutem. Ver. Insignē pietate virū. i. illustrē magnum siue nobilē. p̄clarūq̄ ac p̄stantē. Aliq̄n ad vitium. Et latrones īsignes vocamus qui maiore manu maioreq̄ audacia grassantur, vt in Euā. Habebant aūt vinctum quendam īsignē, cū de seditioso & homicida dicatur. Et insignia scelera a Tacito dicuntur. Oīne em̄ quod excellit siue illud sit virtū seu virt⁹ insigne dī. Vñ etiam quandoq̄ simpliciter pro magno sumitur. Lucil. Cocus non curat caudā insignem esse modo pīguis sit. Ab insignis fit insignitas pro claritate. Insigniter dare summe. Apul. Homo insigniter malus.

¶ Insignia dicuntur ea quae in vestibus vexillis & huiusmodi insignita sunt, aut ipsę vestes vexilla & alia q̄ fiunt aut ferūtur ita ab aliis discreta vt nosci possint cui⁹ sint & ad quos p̄tineāt, vt vestes militares, & īsignia militaria regalia consularia ve quibus acies ab acie eques ab equite rex & consula viro priuato cognosci debet. Ver. li. iij. Danaūq̄ in insignia nobis aptemus clypeos. Li. li. ij. Ipse en ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit. Sal. Cum fascibus atq̄ alijs imperij insignibus ad Manlium in castra tendit. Mos em̄ fuit antiquorum vt benemeritis insignia tribuerēt magistratuū. Vñ scribit Tacitus decreta fuisse Narcisso q̄storia insignia a Claudio Cæsare. Ab eodem insignia p̄turę Crispino decreta fuerunt. Et non solum sunt signa & ornamenta ob virtutem adepta. Vñ insignia laudis & īsignia gloriae dicimus. vt Cice. Appio. Insignia enim virtutis multi ēt sine virtute assecuti sunt. Aug. li. viij. cō. Qui etiā ob īsigne p̄clari magisterij statuam in foro Romano meruerat. Verum etiam quicquid aliquid ostendit insigne dicitur. Ambrosius. Desponsata ne temeratae virginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelę videretur insigne praeferre.

ὁ Insipiens. i. non sapiens qui non cogitat quę agenda sunt, vide infra in dictione Stultus.

¶ Insignio is, iui, itū, signis noto seu distingo, vt apud Claudianum li. i. Hic elementorū seriē, sedesq̄ paternas Insignibat acu. Cic. lib. iii. ad Herē. Si quam rem deformabimus turpem aut cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutā iudicemus quo magis insignita sit forma.

¶ Insignite pe. pro. aduerbium significat cum notę indicio. Ci. Ne improbum notari aut vituperari insignite posset. Insigniter etiam aduerbium significat summe clare aperte. Apul. Ieius Homo insigniter malus.

¶ Insimulo as, pe. cor. accuso, crimen ingero. Cic. Treba. Hic tu me etiam insimulas nec satisfactionem accipis. Iungitur etiam q̄ñq̄ grō. Ter. in Phor. Si herū īsimulabis auariciae male audies. Vñ insimulatio, q̄ vt īquit Do. est falsi vel veri criminis incusatio. Est & insimulare fingere. Cic. lib. iij. of. Solus neglexit fidem, furere insimulauit, ne coiret instituit.

*Insimul ex in & simul significat vna. Cc.

¶ Insinuo as, Vide in dictione Sinuo.

ὁ Insinuatus inflexus, cōplicatus compressus. Apul. li. ix. Sicci ne vacuus, & ociosus insinuatis manibus ābulabis mihi. Tali em̄ habitu manus ociosorum cōplicantur. Liui. Dixit cōpressis manibus. Cuius hęc sunt verba ex lib. vij. Quid aliud causę esse credamus cur ueteranus dux fortissimus bello compressis, quod aiunt manibus sedeas.

¶ Insisto is, quasi firmo. Verg. lib. xi. Vtq̄ pedū primis īfans vestigia plantis Institerat iaculo palmas armauit acuto. Et in sistere est operam dare. Hiero. in prolo. Tob. Sed melius esse iudicans phariseorum displicere iudicio, & episcoporum iussionibus deseruire, institi vt potui Itē sollicitare vrgere Plin. Frequensq̄ vt id ageret insistebat. Cic. ad Heren. aliter. Nūc idētidem nosmetipsi nobis insistemus, res enim cōmunis agitur, id est vim faciemus.

¶ Insilio is, pe. cor. insilui insiliui vel insilij insultū, vnde insulto, significat q̄ intro aut sursum salto. Stra. lib. ix. theb. Insilire vadis magnoq̄ fragore solutus Agger. Luc. lib. iij. Insiluitq̄ solo nociturus pondere puppi.

*Insipidus & insipide vide sapidus.

¶ Insolens pe. cor. ex in & solens siue ab insoleo licet nusq̄ legatur, & significat insuetū & insolitū, vñ insolentia. Cice. pro Deiota. Moueor & insolentia loci. Sal. Insolens vera audiendi. Gel. lib. i. Atq̄ id quod a C. Cæsare excellentis ingenij ac prudentiae viro in primo de analo. scriptum est, habe semper in memoria atq̄ in pectore, vt tanq̄ scopulū fugias inauditū atq̄ insolens verbū. Per translationem ponitur pro superbo & arrogante qui p̄ter legem agit humanam atq̄ naturalē. Et quē audacē vel p̄sumptuosum dicere solemus. Quod est cū quis audet facere vel dicere quod ipse non solet, vel quod ab aliis modestis viris fieri aut dici non solet. Cic. pro Marcel. Et victoria quę sui natura insolens est. Inde insolentia arrogantia, insolenter arroganter.

Insolum veteres pro insolitū dixerunt. Afra. Orbitatem sentiuti tuae malum metui, quod insolum non venit cæco ac dementi.

¶ Insolitus non suetus. Aliq̄n praeter solitū. Gel. Intempestiue ac insolite differebat.

¶ Insolo as, pe. pro. ad solem sicco. Vñ insolatus insole seu ad solem siccatus, vel penitus tactus aut calefactus. Colu. lib. v. Super hoc materię q̄ fructū habēt mel us cōualescūt, vt vuę cōmodius insolatę p̄coquūtur. Insolare quoq̄ puellae crines dicūtur dū faciem tectę passos ad solem tenent cādicādi gratia. Et ipsi cines insolati dicuntur Pli. Cærā vinacco crete sub dio siccant sole lunaq̄. Hoc em̄ candorē facit, si sic siccatur. Et ne liquefaciant protegunt tenui linteo. Cādidissima vero sit post insolationem humi recocta.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Insomnia æ. vigilia. Insomniũ phantasma. Vide in dictione Somnus.

ŏ Insomniosus, qui multũ somniat. Cato. Omnẽ qui insomniosus est hac eadem curatione sanũ facies.

ŏ Insonus a ũ. pe. cor. qđ est sine sono, & strepitu. Apul. insono vestigio me perducit. Sic absonum sine sono.

¶ Inspem venio sperare incipio. Cice. li. iĵ. de ora. Nõnullã inspem venerã posse me aliquid ex istis discere.

¶ Inspicio cis. pe. cor. intus specio seu valde intueor. Teren. in Adel. Denicp inspicere tãq̃ in speculũ vitas hoĩm iubeo, atcp ab alĵs exemplũ sumere sibi.

¶ Inspecto as. cõtinue seu attente intueor. Gel. lib. i. Ibidem in stadio inspectante populo in oculis atcp manibus filiorũ animam effiauit. Vnde & inspectare pro custodire ponitur. Sue. in Cæsa. Sunt qui putẽt confisum eũ nouissimo illo fanatusco sulto ac iureiurando etiã custodias Hispanorum cũ gladĵs inspectantiũ se remouisse.

¶ Inspectius aduerbiũ significat minus incõsiderate.

¶ Inspico as. pe cor. in modũ spicæ vel spici acuo. Verg. lib. i. Geo Ferrocp faces inspicat acuto. Ser. Acuto ferro incidit ad speciẽ & imaginem aristarum.

¶ Inspiro as. pe. pro. significat diuino quodam spiritu in mentem iniicio. Vñ dicimus sanctos dei hoĩes inspiratos fuisse locutos. Et inspirare intus spirare, hoc est spiritum seu ventũ infundere. Col. lib. i. Sed granaria scalis adeantur, & modicis fenestellis aquilonibus ĩspirentur.

¶ Instar indeclinabile licet Probus instaris genitiuũ dixerit. Quod & sine prepositione & cũ ppositione inuenitur. Et modo significat ad æquiparationem. Col. li. iĵ. Vineam nouellã gemmas agere finito, simulcp atque pampinus instar quatuor digitorum erit, tum demum pampinato. Modo ad mẽsuram, vt apud eundem li. i. In cãpo rarius, incole spiffi⁹ acerui stercoris instar quincp modiorum disponentur. Modo adsimilitudinem, vt illud Cicer. accipi potest. Amaui autẽ quæ fiunt nõ vici, sed vrbis instar. Et in Pisonẽ. Vnus ille dies mihi quidẽ ĩmortalitatis instar fuit cum senatum ingressum vidi populum Romanũ vniuersum. Suetonius in Cæsare. Cuius etiã (scilicet equi) instar ꝓ æde Veneris genitricis postea dedicauit i. effigiem cõsimilẽ. Solinus cũ ppositione. Mesopotamiam opimat annuę inundationis excessibus ad instar amnis. Ægyptii terris superfusus inuenta soli foecunditate. Similiter Hieronymus in Iob. Et gaudium hypocritæ ad instar pũcti. Idem in Iosue Steteruntcp aquæ descendentes in vno loco & ad instar mõtis intumescentes apparebant procul ab vrbe. Augu. Et ideo hodie vt vitale lauacrũ resurgẽs dei populꝰ ad ĩstar resurrectiõis ecclĩam nr̃am splẽdore niueo illuiat.

¶ Instauro as. nõ ab ĩstar descendit, vt quidam putauere, sed cõpositũ est ab in & stauro. Vñ & restauro. Nam integro qđ instauro simile est in significatione cõpositũ quidem est quia A tegro habetur. Et vñ cõpositum est A tegro, inde & integro, Vnde cõtamino inde & attamino, & multa huiusmodi Sic vñ instauro inde & restauro, quorũ simplicia cum nõ sint in vsu composita habent. qđ ppositiones cũ quibus iunguntur, aperte declarant. Prẽterea cũ integrare idẽ sit qđ inaurare, nimirũ instaurare integrare est. In quo quantũ ab instar distet, animaduertere licet. Teren. in An. Amantium ire amoris integratio est. Vbi Don. Integratio ĩstauratio. Integrare vero vt inquit Festus est in statum redigere, non ad similitudinem prioris status dixit, sed simpliciter in statum redigere, vtcũcp sit status. Similiter instaurare dicimus in statum redigere, nõ ad similitudinem prioris status facere. Vñ Vergi. per trãslationẽ dixit. Instaurati aĩ regis succurrere tectis. i. quasi recreati, siue validi facti. Sup quod Ser. ait. Hinc ostenditur eos superius defecisse. & non dicit ad similitudinem antiquam cõualuisse. Et raro euenit vt euersa ædificia ad similitudinem pristinam instaurentur. Liui. lib. iĵ. Nam phalisci perpelli ad instaurandum bellũ necp clade Romanorum necp sociorum precibus potuere. Instaurandum nõ ad similitudinẽ pristini gerendum sed integrandum & denuo inferendũ Sic. Cice. de prouĩcĵs cõsularibus in Pisonem & Gabiniũ. Bellum affectum videmus & fere vt ita dicam cõfectum periculũ sic ne instauratas maxime belli reliquias ac renouatas audiamus Verg. li. iĵ. Ergo instauram⁹ Polydoro funus. i. integram⁹ supplemus & facimus funus, quod fieri pro loco & tẽpore cõdecebat. Idem lib. vĵ. Certatim instaurant epulas. i. denuo imponunt. Cum ergo instauro nihil in significato conueniat cũ instar, nullo pacto ab instar formari dicendum est. presertim cũ nec ad analogiam pertineat, cp instauro non instauro facere deberet. Restauro autẽ quis pene obsoleuerit & ꝓ eo instauro sẽpe positum sit, Lactã. lib. vĵ. vsus est pro reduco seu reformo renouo reficio ve. Verum ille cum deleuerit iniustitiam iudiciumcp maximum fecerit, ac iustos qui a principio fuerunt ad viram restauraverit, mille annis inter hoĩes versabitur. Non enĩ ad antiquam similitudinem reformauerit intelligendũ est cum longe elegantiori forma iustorum corpora reflorescenda q̃ ea quæ prius habuerant.

¶ Insterno is. super sterno operio extendo. Vnde instrata eq̃rum ornamenta dicuntur. Et infratus lectus dr̃ veste stragula excultus. Vlp. Instratum significat oẽm vestem stragulam insternendi causa paratam.

¶ Instigo as. pe. pro. ex in & stigo componi videtur. vt sit stigo stimulo, & instigo instimulo, & tam in bonũ q̃ in malũ sumitur. Hiero. de diuo. Luca. Obĵt plenus spũsancto quo instigante in Achaiæ partibus grẽcis fidelibus dñi incarnationẽ fideli narratione ostẽdit. Hoc modo cõponũtur Castigo quasi ad id qđ casiũ est stimulo. Fustigo fuste stimulo vel ferio.

¶ Instigo is, xi, ctũ. intus cõmoueo. Lact. lib. vi. Ego vero eos qui veram ĩprudẽtes loquũtur sic habendos puto tãq̃ diuinẽ spiritu aliquo instincti. Vale. Maximus libro. i. Samĵ Prienensibus auxiliũ aduersus Caras implorantibus arrogantia instincti pro classe & exercitu lembulam eis derisus gratia miserunt. Hic instinctus. us. ipsa cõmotio. Vñ dicimus aliquid spiritus sancti instinctu factum esse.

ŏ Instatio dicit, quasi imminentia ab insto as. Ambr. li. de resurrectione. Quomodo laudabis hominem priusquam instatio mortis successerit.

¶ Instita pe. cor. tenuis falciola ĩqt Acron, quæ stolæ imã partem ambit, Hora. Nil mediũ est, sunt q nolunt tetigisse nisi illas. Quarum subsuta talos tegit instita veste. Cõtra alius nullam nisi olenti in fornice stantem. Oui. in arte. Este procul vitę tenues insigne pudoris Queę tegis medios instita longa pedes. vnde & in Euangelio legimus de Lazaro, cp erat ligatꝰ institis. i. fascĵs.

¶ Institor penul. cor. negociator ex eo dictus est, vt Vlp. inquit, cp negocio gerẽdo insteter, nec multum refert tabernæ sit præpositus an cuilibet alĵ negociationi cum interdum etiam ad homines honestos afferant merces & ibi vendant. Hiero. ny. sup lib. ꝓuer. Institor negociator qui ab eo sit dr̃ cp ꝓ acq rẽdis multiplicandisco mercibus sedulus insistat. Idem contra Ioui. Anus & aurifices & hariolos & institores gemmarum sericarumcp vestium si intromiseris periculũ pudicitę est. Poetę fere semper accipiunt institorem pro eo qvẽditor est mercium delicatarum, cuicp vestiarĵ & liteariĵ dant vestẽ circunferendam & distrahendam, quem vulgo Circitorem appellamus. Oui. Institor ad dominam venit discinctus emacem. Plautus ancillam pro domina negociantem instratricẽ vocat Vergiliarum quoq; sydus institor vestis dicit cp mense nouẽbri cum earũ occasus est ex hoc sydere coniecturam faciũt hyemis. Nam si nubilus fuerit earũ occasus pluuiosam hyemẽ denunciat. Ideocp negociatores statim augent lacernarũ ptia quibus pluuio tempore vtimur, Si vero sereno tempore occiderit asperitas hyemis denuntiatur. Idcirco reliquarum vestium prętia accedunt.

* Institrix a Plauto dicitur ancilla pro domina negocium exercens Cc.

¶ Institorius a, um. quod ad institorem pertinet, vt ars institoria. Hiero. contra Heluidium. Quæ institorias exercet artes nescio an corpore, quod scio spiritu virgo nõ permanet. Insti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

toria actio dr qua dns institorem conuenit vel per institorẽ conuenitur. Nã si libitinarius pollinctorẽ habuerit, isq; mortuũ spoliauerit, dãdã i eũ institoriã actionẽ q̃uis furti & iniuriarũ actio cõpeteret, inquit Iureconsultus.

¶ Instituo ex in & statuo significat decerno. Apul. Solon aut Lycurgus instituit. Hinc instituta & institutiones. Aliquã do incipio. Pli. Priusq̃ id opus instituerem. Aliqñ doceo instruo. Sene. Sũt enĩ nõ modo literis, sed etiam bonis moribus instituendi adolescentes. Quod & de malis dr. Iuue. Instituiq; rudes melior locusta propinquas. i. docet eas veneficia. Aliquando ordino. Et proprie de ludis, de orationibus, de moribus hominum dicitur. Teren. Optime vitam instituit. Salu. Ea familia ortum, ita se ab adolescentia vitam instituisse vt omnia bona in spe haberet.

¶ Institutum bonum morem consilio & ratione sumptũ significat & domesticam disciplinã, quæ literis nõ mandantur sed obseruantur cõi opinione bonorũ virorũ per quãdam cõsuetudinem. Quin. Nam is q̃q̃ nutricibus trienniũ dederit tamẽ iam tũ formari optimis institutis mentẽ infantiũ iudicat. Vñ de institutis apud Val. Max. i. de moribus. Aliqñ dicitur ꝓpositum, incœptũ, vt faciam ꝓ meo instituto. Pli. Hęc sunt rerum principia & instituta naturæ. Aliqñ dicitur decretum & sanctio. Vñ Iustinianus opus suũ instituta inscripsit sed barbare quia dicuntur institutiones, & ita indocilis fuit, vt analphabetus diceretur teste Suida.

¶ Institutiones sunt p̃cepta quibus instituũtur hoĩes atq; docentur, vt libri a Quint. de institutione ora. editi. Quandoq; institutio vocatur ipsa instructio.

¶ Instо as. qñ dativo iungit̃ significat instantiam & vim quãdam facio sollicito. Ci. ꝓ Quintio. Verũ qm̃ tibi instat Hortensius, & eas in consiliũ a me postulat, ne dicendo temp⁹ absumã. Interdũ incũbo. Verg. Talis erat Dido talem se lęta ferebat Per medios instans operi, regnisq; futuris. Idem in Buccolicis. sñ casu posuit. Desine plura puer, & qđ nũc instat agamus. Interdũ insectationem facio, qđ vernacula lingua dicimus dat la caza. Liui. li. i. Ita incurrisse a lateribus ferũt vt nõ insisterent modo sabinas legiones ferociter instantes cedẽtibus sed subito in fugã auerterẽt. Qñ vero accusatiuũ habet significat vrgeo & quasi cõtra sto. Plaut in Cur. Si magis me istabunt ad p̃torem sufferam. Item fupsto. Idem in Asi. Rectam instas viam, ea res est. i. ingressus es siue obtines, stasve super rectam viam. Et in hymno. Sed prẽmium mortis sacræ perẽnis instet gloria. Inuenit etiã sine aliquo p̃dictorum casuũ li. cet possit intelligi. Sal. Veterani virtutis pristinæ memores cominus acriter instare illi haud timidi resistunt. Instare ꝓ instabant, quasi contra stabant. i. pugnabãt. Terẽ. i An. Ego illud sedulo negare factum, ille instat factũ. i. cõtendit factum Aliqñ insequor aduento. Sal. Optimũ factu ratus noctẽ q̃ instabat antecapere ne qd eo spacio nouaretur. i. ꝓxia erat vel sequebat. Cęsar li. i. Cæsar vbi se diutius duci intellexit & diẽ instare quo die frumẽtum militibus metiri oporteret. Huius verbi frequentatiuum est instituto as.

¶ Instito as. pe. cor. sæpe contra sto pugno. Cæsar lib. i. Id cõspicati heluetij qui in mõtem sese receperant rursus institare & prælium redintegrare cœperunt.

¶ Instans nomẽ substantiuũ dr minimũ temporis momentũ qđ imminet & p̃sens est. Vñ etiã apud Dialecticos tempus instans dicitur qđ est p̃sens. Cic. li. iiij. tus. Quæ enim venientia metuuntur eadem efficiunt ægritudinem instantia. id est p̃sentia vrgentiaq;.

¶ Instantia, insedulitas. Hiero. Mirari nõ desino exactiõis ue stræ instantiam. Exigitis enĩ vt librũ Chaldæo. sermone conscriptum ad lat inũ traham.

* Instrátum ab insternendo equorũ operimentũ. Cc.

¶ Instanter aduerbiũ significat sedulo,

¶ Instruo is. xi, ctũ. ordino. & tã de malis q̃ de bonis intelligi potest. Ver. Dolis instruct⁹ & arte pelasga. Similiter dicitur de acie, de classe, de causa ac etiam de mente alicuius. Plautus in Am. Nos nostras more nostro & modo instruxim⁹ legiones. Lactan. li. i. Qđ malũ a græcis ortum est, quorũ leuitas instructa dicendi facultate & copia incredibile est quãtas mẽdaciorũ nebulas excitauerit. Idẽ li. iij. Apparet falsam & inanem esse omnẽ philosphiam, quia nec instruit ad iustitiæ munera nec officiũ hoĩs rationemq; cõsũmat. Col. lib. v. Nonnulli strẽnue fabricant nauigia, nec cõsummata perinde instruunt armamentis ministrisq;. i. armant vel muniũt. Gel. li. i. Verba Lælij hæc sunt quibus hœdũ qui ad epulas fuit allegatus dimissum, coenãq; ita vt lex sanxisset pomis holeribusq; instructam. i. paratam. Hiero. ad Rus. quasi doctus nauta rudẽ conor instituere vectorem. i. docere.

¶ Instrumẽtum ab instruo fit cuius nõie significatur omne illud quo quis ad operandum vtitur Sic dicimus arma instrumenta belli esse. Ligones, marras, sarcula instrumenta agricolationis. Et instrumentum dr id quo quis docetur. Vñ dicimus instrumentum vetus, & instrumẽtũ nouũ, pro lege veteri. & lege noua. Ex his enĩ hõ instruiturquid agere aut vitare debeat. Aliquãdo sumit̃, pro apparatu quo fundus tabernas & id genus alia instruũtur. Suet. de Aug. Et Alexandria capta nihil sibi p̃ter calicem ex instrumento regio retinuerit. Sic apud iureconsultos titulus est de fundo instructo & instrumento legato. Aliqñ instrumenti nõie intelligitur monumẽtũ scriptur arũ ad res gestas pertinentiũ, quale ferme est repertoriũ qđ vulgo inuentariũ appellatur. Sue. in Vespa. Vndiq; inuestigatis exemplaribus instrumentorum imperij pulcherrimũ ac vetustissimum confecit.

¶ Insucco as. imbuo seu inficio, quasi in succo balneo. Colu. libro vij. Fracta pecudum non aliter q̃ hominum crura sanãtur inuoluta lanis oleo atq; vino insuccatis atq; mox circundatis ferulis colligata.

ð Insuesco & cõsuesco ꝓ eodẽ accipiũtur Plau. in cap. Impare insuesco. Insuetus tamẽ nõ suetus. Verg. Insuetũ per iter.

ð Vide in dictione Suesco.

ð Insuetus a um. qđ nõ est suetum, vt apud Verg.

¶ Insula. pe cor. dr terra q̃ vndiq; aquis claudit̃, proprie autẽ in mari. Vnde quidã a salo appellatas insulas volunt q; in salo. i. mari sitę sint. Hinc peninsula q̃ quasi insula est, & vndique fere aquis clausa tantum angustia q̃ dicitur Isthmos cõtinẽti annectit̃. Mediamnis vocat̃ quam amnis circuit. Insulæ etiam dñr domus in vrbe ab alijs separatæ & vicos vndiq; habentes, q; sicut insulæ sunt in mari loca vndiq; ambita, vndis discreta a continenti ita domus nullis cõnexæ ædificijs cohærẽtibus insulæ noiantur. Vñ Spartianus scribit trecẽtas. xxxv. insulas olim Romę incendio absumptas fuisse. Vlp. titu. de verbo obli. Plane si insulam fulciri quis stipulatus sit, non est expectandum vt insula ruat.

¶ Insulatus a um, qđ factũ insula. Aug. libr. iiij. de ci. dei. Illas etiam quę prius fuerãt continentes hospitibus atq; aduenis fluctibus insulatas, aliasq; desidia maris peruias factas ac procellis euersas esse ciuitates.

¶ Insularis & hoc insulare qđ est insulæ Pli. Qui primus insularem morbũ in vrbẽ inuexit

ð Marcellinus. Nec strepẽte vllo, nec obsistente insulari pœna mulcati sunt.

¶ Insularius a, um, ponitur ꝓ vili. Vñ iurisconsulti viles seruos insularios appellãt, qui sine ciuitate sunt in opus publicũ perpetuo dati & in insulam deportati, siue in insulas ad effodienda metalla demandantur.

¶ Insulto as. frequentatiuũ ab Insilio, ex in & salto cõpositũ est a in u. mutata. Et construitur cum dativo aliqñ cũ accusatiuo. Et modo ꝓ insilio ponit̃. Verg. Insultare solo & gressus glomerare superbos. Modo ꝓ irrideo & cõtumelioſius i alium aliqd vel dico vel facio. Sal. Multos tamen ab adolescẽtia bonos insultauit. Teren. in Eu. Ne tu istas faxo calcibus insultabis frustra. Sue. scribit Cęsarem dixisse se insultaturũ capitibus aduersariorum.

¶ Insultura pro insultatione. Plau. Nam ego istam insulturam & desulturam nihil hic moror.

¶ Insum in aliqua re sum. Lact. lib. ij. In est ergo syderibus ra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Insummo as,finio Aug.Omnis opera insummatā est, dolor remansit.

ȣ Insumo is.per simplex m.pe.pro.significat Impendo. Gel. li,ij.lex fannia in singulos dies centenos æris insumi concessit. Sumere.n impendere & cōsumere. Vnde & sumptum dicimus authore Donato.pecuniam,quæ insumenda est, Hieronymus ad pamma. Delitiarum quandam suppellectilem virtus insumit.

* In summa cum summatim eandem fere habet significationem.Quint.In summa non recedo,fas est mihi inuitis etiā parentibus pie facere.Perinde enim est ac si diceremus quod vt summatim cōprehendam.Cc.

¶Insuper pe.cor.significat præterea,a quo fit deinsuper.

¶Insusurro as.Macro.lib.ij.satu.Vale dicēti hoc tm insusurrauit.Nō putabā me tibi tm familiarem.

¶Insubres populi Cisalpinæ Galliæ,cuius ciuitates sunt. Mediolanū Papia Lauda Nouaria Vercellæ & comum.

* Intaliari. Vide Taliari.

¶Integer,a,um.pe.cor.si de ętate dr,intelligit ea quę in flore cōsistit,scilicet iuuentute,in qua robur viuidū & sanguis adhuc integer est,qui ætate in senīū vergente minuitur. Teren. in An.Egregia forma ætate integra.Integra res q̄ est pfecta de qua nihil est imminutum.vt integrū corpus cui nihil deest Integer vir qui est castus,& qui omni virtute præditus est. Hinc fit aduerbium Ab integro quod significat rursus,quasi res perfecta rursus ī choetur.

ȣ Integer æui dicitur adolescens cui adhuc ætas integra supereſt. Vnde Enn. deos integros ęui dicit, quibus multum æui supereſt.

¶Integrū mihi est,significat vtile est.Nam illa res dr integra quæ intacta & nōdū tacta est. Rursus integrū est,significat in arbitrio est & potestate.Cice.lib.iij.de ora,sed quoniā hæc iā neq; in integro esse possunt.

¶Integro as.pe.cor.pficio,proprie tāmē significat rursus inchoo instauro siue innouo. Vergili.Romæq; sedens miserabile carmen integrat.Liui.lib.v.Simul vt ab religione animos remiserunt ītegrant seditionem tribuniplębis. Ab hoc fit De integro & Reintegro.

¶Integrasco is,idē q̄d integror. Terē.Hoc malū integrascit. Vbi Dona,Integrascit,i integratur.

¶Intelligo is,pe.cor.ex iter & lego quasi in interiorib⁹ lego. Vñ intelligentia.Ci.li.ij.offi.Explica atq; excute intelligētiā tuam vt videas q̄ sit in eis species & notio boni viri. Huius cōpositum est Subintelligo quod est mediocriter intelligo. Hiero.ad Exuperā.Hoc autē dico nō vt te auarum didicerim sed subintelligam idcirco adhuc militiæ operā dare vt imples sacculū quē euacuare dominus præcepit.

* Intelligibile q̄d mēte percipi potest.Cc.

* Intelligētia ipsa mentis perceptio.Cc.

* Intellectus pars animi rationalis qua cūcta percipimus a q̄ intellectuale & intellectiuū.Cc.

* Intemerata sacra dñr quę rite pfecta sunt &vt ratio sacrificij exigebat Cc.

¶In tpe signifi.oportune.Sal.Maxime ferocia regis Mithridatis in tpe bellaturi.Terē in An.Veni in tempore.

¶Intempesta nox dr obscurissima tacita ac silens vt est fere media nox,q; careat tempestatibus & tumultu cum tempus agendi est nullum,quod alij cōcubi dicunt q; fere tunc omnes cubent.Ciceroin Ver.Affertur nocte intempesta grauis huiusce mali nuncius.

¶Intempestiuus a um.quod præter tempus fit.Boe. Intempestiui funduntur vertice cani. Gel.Intempestiue atque insolite differebat.

ȣ Intēperies,intēperantia,vt cœli intemperies.

ȣ Intēperiæ erant quędā deæ habentes vim nocēdi & intemperantiā sęuiēdi,quas Cato in re rus.facto sacrificio iubet propulsari Plau.Laruę hūc,atq; intēperie agitant senem.

¶Intendo is.significat extēdo.Tractū a venatoribus q retia intendūt ad captādas feras. Vel a sagitarijs.Cice.de supplici Tabernacula carbaseis intenta velis collocabant.Idem.ī Catone.Intentū animū tanq̄ arcū habebat,nec languens succūbebat senectuti.Et intendere est animaduertere diligēterque inuestigare.Verg.Intenti expectant signū.Itē dirigere. Salust.in Iugurth.In regnū Atherbalis animū intendit.Item. innectere illigare.Verg.Et stupea vincula collo intendunt. Cicer.in Hortē.per translationē dixit. Quæro nō quibus intendā rebus animū,sed quib⁹ relaxē.Item contra conari, cōtēdere oī conatu.Cicer.lib.ij.tus.Quid qui volūt exclamare maius nū satis habent latera fauces linguam intēdere e quibus elici vocem & fundi videmus?

¶Intentus a,um.& parcipium & nomen esse potest. Vnde intentior,intentissimus.

¶Intentio non accipitur pro voluntate aut proposito sed p actu qui dirigitur & exercetur,seu sit a voluntate hoīs vt sit intentio voluntatis,seu propositi operatio quæ more arcus aut chordarū cū tendūtur aliquādo recte aliquādo magis ali quando minus q̄ oportet se exercet.

¶Intento as.ab intendo significat minor. Verg.Pręsentēque viris intentant omnia mortem.

¶Intentatus inexpertus,ab intentor aris.Cicero.in Læl.Nemo est īquit q non q̄cum consueuit libētius vtatur quam intentato & nouo.

¶Inter præpositio est ab in deducta quæ separatur & componitur.Separata significat μέταξυ. Gel.Inter os & offam multa interuenire possunt. Aliquando in medio quorūdam vt inter reges,inter vicinos. Aliq̄n in eū locum vbi Ci.Dico te priore nocte venisse,inter falcarios,i.illuc vbi sunt falcarij. Aliq̄n ꝓpter seu post. Verg.Hūc inter fluuio tyberin⁹ amœno.Cōposita vero modo significat de medio, aut e medio. vt intercipio.Modo totū vt interbibo. Modo facti priuationem siue destructionem,vt interficio interimo.Et in hac significatione multitudinē totam simul peremptā,siue in totū simul cōplectitur,vt interneco.Modo significat maxīe vt interdico interminor.Cōponitur autē fere cū oībus literis & integra manet. A vt interaresco.B vt īterbibo.C vt intercedo. D vt interdico.E vt intereo.F vt interficio.I vt interiacio.L vt interlino.Notetur intelligo vbi r.mutatur in l.M vt interminor.N vt interneco.P vt interpello.R vt interregnum.S vt intersum.T vt interturbo.V vt interuenio.Ab inter fiūt interea & interim.

¶Interaneus a,um.ab intra fit,sicut extraneus ab extra & significat intestinum. Plinius,Medelæ sunt innumeræ ad interanea.Col.libro.x. Quidam exemptis interraneis occisas vel intus includunt quę tempore hyberno pluuijs delitescentib⁹ apibus præbent teporem.

¶Interarescere est penitus arescere,hoc est aridum fieri & languens sicut interbibere.

¶Interrasile pe.cor.quod est interpolatum cælatura seu sculptura & plano. Planum enim inter cælaturas quasi rasum videtur.Hiero.in Exo.Et ipsi labio coronam interrasilem altam quatuor digitis.

¶Interamna vrbs Vmbriq; ꝓ ītер duos amnes sit cōstituta.

¶Interbibo pe.cor.totū bibo.Plau.in Aul. Præterea tibicinam,quę mihi interbibere sola si vino scateat corithiensem fontem & pyreneum potest.

¶Intercalo as.pe.cor.interseró seu interuoco.Liui.libro.ix. Vt intercalatę poenę vsuram habeant. Vñ intercalaris mensis dictus est quo inserebantur dies qui deerant ad cōplendū annū.Diuersis quidem rationibus,diuerso tēpore.Is autē mēsis erat Februarius q̄n erat vltimus anni. Nō tñ intercalabātur in fine mensis,sed post vigesimū & tertiū terminabilibus iam peractis,deinde reliquos Februarij dies qui erant quinq; post intercalationem subiūgebāt vetere religionis suę more,vt Februarium omnino Martius sequeretur. Intercalares Calēdę dñr calendę mēsis intercalaris,i.Februarij. Alij intelligunt Calendas Martias nō ꝓ eo mēse intercalarētur dies sed ꝓ essent proxime diebus ītercalatis,i.ꝓ statī seq̄rent ītercalationē quīq; tm diebus īterpositis.Intercalares dies gręci

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

emboliſmos ſiue hyperbolicos nominãt. Intercalaris verſ⁹ qui frequenter inter aliquos verſus interponitur, vt eſt apud Verg. Incipe mænalios mecum mea tibia verſus.

¶ Intercalaris & hoc intercalare ſeu intercalarius a, um. qđ. interſeritur. Vide in dictione intercalo de qua modo.

¶ Intercapedo pe. pro. interſtitium temporis, mora in medio alicuius rei poſita, ſiue tempus de medio eius captum & diuiſio. Feſt. Intercapedo tẽpus interceptũ cum. ſ. mora eſt ad capiendum. Cice. Itaq; iam me non pœnitebit intercapedinem ſcribendi feciſſe.

¶ Intercedo is. pe. pro. ſſi. ſſum. interuenio conciliandi gratia, vt interceſſi apud regem pro tua ſalute. Apul. Dum pro ino pe ac calamitoſo intercederem. Aliqñ intercedere ſignificat medium eſſe, ſiue de loco, ſiue de tempore dicatur. Cæſar li. i. Non ſe hoſtem vereri, ſed anguſtias itineris & magnitudinẽ ſyluarum quæ inter eos atq; Arioui ſtum intercederent. Cic. lib. ij. de ora. Vix annus interceſſerat. De verbis quoq; dicitur quaſi in medium opponere, vt Tribuni interceſſerũt, hoc eſt oppoſuerunt ſe & rem impediuerunt, contradixerunt Cæſar lib. viij. Qđ ſi ad Aricianos ſpectat nihil intercedi quominus Samnitũ populo pacis belliq; arbitrium ſit. Teren. in Ar. Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. Dicimus etiam intercedit mihi tecum amicitia. Intercedit tibi cum illo affinitas. Hoc eſt media eſt, q̃ me tibi, & te illi conciliat. Gel. pro inhibere ac coercere poſſit. Ne ſibi inquit intercedamus, quo minus ſuapte poteſtate vti liceat. Similiter Suet. in Cæſa. Cæterum Cæcilio Metello Tribunoplæbis turbulentiſſimas leges aduerſus collegarum interceſſionem ferẽti auctorem propugnatoremq; ſe pertinaciſſime præſtit. Et proprie interceſſio tribunorum erat qbus ius fuit intercedendi hoc eſt vetandi prohibẽdiq; Nam vt Gel. docet Tribuni plæbis antiquitus creati vidẽt nõ iuri dicẽdo, ſed interceſſionibus faciendis, vt iniuria q̃ coram fieret arceretur, & vt vim fieri vetarent.

¶ Intercido is. pe. pro. intercidi interciſum ex inter & cædo ç. diph. in i. productã mutata, ſignificat in medio ſeco. Cęſar lib. ij. Vt ſi poſſent caſtellũ cui præerat Titurius Quintus legat⁹ expugnarẽt pontẽq; intercederẽt. Hinc interceſa hoſtia dĩ & porrecta. Macro. lib. i. ſatur. Interciſorũ dierum qbuſdã horis fas eſt quibuſdam fas nõ eſt. Interceſa & porrecta fari licet. Quib⁹ verbis ſignificat poſt ĩmolatã hoſtiã & ipſius exta in aram focũq; porrecta & data in die interciſo fas eſſe pretori ius dicere & fari verba illa, do, dico, & addico. Et ita dies interciſi ex parte feſti & ex parte profeſti ſunt. Cice. ad Atticũ. Ne qdin terciſa & porrecta vt aiunt oneris mihi addatur aut temporis. Ex quo datur intelligi, vt tẽpore finito ſtatim redire poſſit ſine vlla progatione ſicut interceſa & porrecta victima eueſtigio pretor poterat ius dicere & fari.

¶ Interciſi dies erant deorũ hoĩmq; cõmunes. Hi inter ſe non in alia diuidebantur. Illorũ enĩ dierũ quibuſdã horis fas erat, quibuſdã fas nõ erat ius dicere. Nã cũ hoſtia cædebatur fari nefas erat, intercæſa & porrecta fari licebat.

¶ Intercido is. pe. cor. a cado cõponitur, & preteritũ intercidi ſupinũ intercaſum facit, ſignificatq; inter hæc ſiue ĩter illa aut iſta ſiue inter ea deficio ac pereo Liui. lib. ij Credo qa nulla geſta res inſignẽ fecerit cõſulatũ memoriã intercidiſſe. Gel. Certe quidẽ maiore nũc copia populi oppreſſa intercidiſſem. Pli. lib. xxxv. Siue extant ſiue intercidere.

¶ Intercino is. pe. cor. in medio cano. Hora, in epiſtolis pertrãſlationem dixit. Ne quid medios intercinat actus. Quod nõ propoſito conducat.

¶ Intercipio is. penul. cor. de medio vel inter hęc capio, vel aliquem inter aliquid agendũ occupo. Plau. in Aſi. Tũc protinus redimes me ſi me hoſtes interceperĩt. i. de medio aliorũ vel inter ea quę gerebantur, vel interim in medio, ſiue dum irem & ſimilia. quandoq; tamen ſignificare poteſt totum capio ſicut exponit. Do. illud Terent. in Eu. Quod nos capere oportet hæc intercipit.

¶ Intercludo is. pe. pro. iter claudo in quo n. euphoniæ cauſa interiectum eſt cum ſit idẽ qđ interſępio. Var. Sub terra quæ habent frumentũ ij quos vocant ſyros q̃ cum periculo itroitur recenti apertione ita vt in quibuſdam ſit intercluſa anima. Pro impedio tamen ſumitur. Verg. Sępe illos aſpera ponti. Intercluſit hyems, & terruit hauſter euntes. Cicer. ad Hæren. Vt ille qui ad diem cõmeatus non venit q̃ eũ aquæ interclu ſiſſent. Introcludo vero eſt in interioribus claudo. Seneca. Qui domi introcluſus ociabatur.

¶ Intercolũniũ. Vide in dictione Colũmna.

¶ Intercus cutis pe. cor. morb⁹ intra cutẽ exiſtens. Qñ adiectiuũ ponitur p inteſtinis. Cato. Intercutibus ſtupris obſtinatis. Gel. Intercutibus vitijs madentes.

¶ Intercutaneus a, um. quod intra cutem eſt.

¶ Interdico pe. p. maxime phibeo. Interdicit autẽ locus homo res. Et cõſtruit cũ ablatiuo. Cic. in Cato. Malem gerentibus patrijs bonis interdici ſolet. Aliqñ tñ res q̃ phibetur & is cui ſit phibitio in nto paſſiue poni ſolent. Liui. li. viij. Interdictũq; mare Antiati pplõ eſt. Metellus. Illi vero omi iure atq; honeſtate interdicti ſunt, ego neq; aqua neq; igni careo. Cic. pro domo ſua. Vt M. Tullio aqua & ignis interdicatur. Lact. vero li. vi. cũ ablatiuo dixit Nec tñ quiſq̃ interdictum ſibi putet aut cõmunione cũ amicis aut charitate cũ proximis Sunt etiã qui p accuſatiuũ proferant. Suet. de Nero. Et cũ interdixiſſet vſũ amethiſtini ac tyrij coloris pcluſit cunctos negociatores. Sen. li. iij. de ira. Si iubes Cæſar ſtatim illi domum meã interdicã. Quod eſt cõtra Sipontinũ qui negat poſſe cõſtrui cũ accuſatiuo. Sed frequentior vſus eſt vt poſt datiuum iungatur ablatiuus. Significat tñ qñq; obſtare & tunc dũtaxat dicõ conſtruitur. Cic. in Ver. acti. iij. Nemo noſtrũ poſſet ædes ſuas, nemõ fundũ nemo bona patria obtĩere, ſi cũ hęc a quopiã veſtrũ petita ſunt, pater improbus cui nemo interdicere poſſit, det ęrem velit iudicem.

¶ Interdictũ participiũ & nomẽ eſt. Nã interdicta vt eſt nomẽ ſũt formę & cõceptiones verborũ qb⁹ pretor aut iubebat aliqd fieri aut phibebat. qđ tũc maxĩe faciebat cũ de poſſeſſione inter aliquos cõtendebatur.

¶ Interdĩ ex inter & dĩ, quod antiqui interduatim dicebant Verg. lib. ij. Georgico. Interdum aut hædere pandunt veſtigia nigræ.

¶ Interdiu aduerbiũ tpis ſignificat per diem, cui contrariũ eſt noctu. Cato. de re ruſ. Canes interdiu clauſos eſſe oportet, vt noctu acriores & vigilãtiores ſint. Pli. lib. xviij. Malũ patrem familias qſquis interdiu faceret qđ noctu poſſit niſi in tempeſtate cœli. Dĩ & interdius. Plau. in Muſ. Sed qd hoc occluſa ianua eſt interdius. Et in Aul. Neſcio pol quæ illũc homi nẽ in tẽperiæ tenẽt, vel pugilat noctes totas, tũ autẽ interdi⁹ qua ſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.

¶ Interea põt eſſe aduerbiũ tpis & loci compoſitũ ex integris duob⁹ Inter & ea. Qđ cũ ſit neutrũ plurale debuit corripi. Sed quia factũ eſt aduerbium producit a ſicut pterea antea poſtea. Poteſt tñ & ablatiuus ſigularis intelligi qui in cõpoſitione ſolet hmõdi inueniri, vt quapropter, q̃circa. Significatq; ĩterĩ Teren. in Hecy. Quid interea. Do. Exultantis & geſtientis audire. Interdum ſignificat tamen. Verg. Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.

¶ Interea loci duę partes ſunt, quæ cũ coniunctæ vnam fecerint, mutant acentum. Interea loci inquit Terent. in Eu. ad macellũ vbi aduentamus.

¶ Intereo is. interĩ in totũ morior deſtruor. i. anima & corpore. Lact. lib. vij. Sed & genus omẽ impiorũ radicitus interibit Teren. Perij, interij. Hinc interitus us. p morte cum ſit ſeparatio quædam, ex eo dictus q̃ eat medius inter animã & corp⁹ Cic. lib. i. tuſc. Eſt enĩ interitus quaſi diſceſſus & ſecretio ac direptio earum partiũ quæ ante interitũ iunctione aliqua tenebantur. Interitus vero participiũ reperit in paſſiua ſignificatione, vt exemplum Claudij demonſtrat. Pugna acriter cõmiſſa & multis vtrinq; interitis.

¶ Intereſt componitur ex in, re & eſt, vt ſit quaſi in re eſt. Vñ mea intereſt, in re mea eſt. Hoc eſt ĩ mea vtilitate. Ideoq; conſtruitur cũ his ablatiuis mea tua ſua noſtra veſtra & cuia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

siue sit personale siue impersonale cum in alijs noibus gtō iūgatur. vt Socratis interest. i. in re socratis est. Interdū seperati iūguntur. Liui. Quid enī in re est aliud si plæbeiam patricius duxerit? quid iuris tandem mutarē? Plau. Si tuam est quippiā in rem. i. si tua interest. Idem. Vtrū veniat necne, nihil in re est mea. Ponitur qūq; sine aliquo casu. Pli. lib. ix. Seri etiam rādices illita fimo interest. Sic dicimus. Interest, vnde quis gaudeat. i. multum facit vel differentia est. . Vale. Maxi. Nihil interest an humi an sublime putrescam. Ci. genitiuū iūxit cum ait. Permagni interest quo tēpore hæc epistola tibi reddita sit. Similiter Liui. Si nihil interest regis, peto vt dum dico vinculis liberer. Nam hæc noīa magni parui tanti quanti, & aduerbia facile multum plus plurimī parū paulū paululū pauxillum nihil nunquid aliquid magis minus maxime minime iūguntur cum his verbis interest & refert, vt minime interest minime refert. Componitur etiā ex inter & est. Significatque interdum p̄sentē esse, & sic construitur cū dativo. Vale. maxi. Quo facilius laboribus & periculis interesset. Interdum in medio esse. Liui. de. ij. bello pu. Id morari victoriā rati q̄ interesset amnis. Col. Arbores q̄ intererunt ablaqueabūtur. Interdū differentiā importat & cōstruit cū duobus accusatiuis mediante inter. Ci. Inter hominē & beluā hoc maxime interest.

Diximus quoq; interest a stulto & stulto. Terent. Homini hō qd præstat? stulto intelligēs quid interest? Idem alio modo, p tulit in Adel. Hoc pater hoc dominus interest. Interdum importat distantiam, & cōstruitur cum ablatiuo loci vbi incipit distantia vel aduerbia localia, vt Ex foro ad prætorium interfunt viginti passus, & decem milia intersunt hinc illuc. Fit tamen melius per disto.

¶ Interequito as, in medio equito. Cæsa. liber. vi. Ordines interequitans.

¶ Interfœmineum Apule. appellat genitalia muliebra eo q̄ inter fœmina sint collocata. Fœmina vero sunt partes femorū interiores.

¶ Interficio is. pe, cor. significat facti priuationem. Cicer. Dolo bellæ ablatiuo iunxit. Eadem mulier virum & filium eodem tempore venenis clam datis vita interfecerat. Quod etiam de inanimatis dicitur. Verg. Fer stabulis inimicum ignē atq; interfice messes. i. perde & crema.

¶ Interfluo per medium fluo. Plini. Flumine medium oppidum interfluente.

¶ Interfundo per medium fundo. Pli. lib. i. Idem oceanus interfusus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam Asiam dispertit.

ō Intergerini parietes appellātur, qui intergerūt hoc est ferūt & sustinent onera, quos e creta iubet Victu. cōstituere. Dicti intergerini q̄ inter nouos parietes, aut fundamenta p̄ fultura intergerunt Victru. Et carbenis colligatæ in eo loco quo fuerit situs erit constituantur, & Intergerinis e creta berobusque ex vlua factis calcetur

* Interhęc aduerbiū eiusdē significationis cū Interea. Cc.

Interiaceo es. pe. cor. Vide in dictione Iaceo.

¶ Interiacio is. pe. cor. inter aliquid iacio, interpono, intermitto, intermisceo. Aug. lib. vij. cōfes. Tunc interiecto aut digito aut nescio quo alio signo codicē clausi. Col. lib. i. Vt siqua interiecta sint stramentis aut paleis spinarum vel germinum semina intereant. Liui. libro. i. Aliasq; interiectas collibus valles. Idē ibi. Paucis interiectis diebus. Cæsar libro. vij. Galli inter equites raros sagitarios expeditosq; leuis armaturæ interiecerant qui suis cedentibus auxilio succurrerent. Hinc interiectio pars orationis quæ in oratione interponitur. De qua Aug. sic loquitur. Interiectio nō pars orationis est, sed signū affectionis erūpentis animi vocē. Et significat aut lætitiam Vt euax aut amaritudinē vt heu. Ergo quot sunt perturbati animi motus tot voces reddūtur & vocantur interiectiones q̄ interrūpant orationem vt illud Hic inter densas corylos vbi in medium orationis interiecta est a litera.

* Interi ab antiquis dicebantur ab intra sicut nūc ab extra exteros dicimus Cc.

¶ Interiicio is pe. cor. idē qd interiacio. Var. Et inter singulas prę̄sepibus interiicere longurios qui eas discernant.

* Interiectū tēpus hoc est interpositū & interiectio pars orationis quæ in oratione interponitur. Cc.

¶ Interibi pe. cor. in medio eius loci. Gel. libr. ij. Cōsul. interibi dū ea pugnasse in locos subducit.

¶ Interim pe. cor. aduerbiū tpis significā. intra hoc tēpus. Ponitur & p aliqñ. Quin. Prima barbariemi ac solœcismi fœditas absit. Sed quia interim excusantur hæc vitia, aut cōsuetudine aut auctoritate, aut vetustate, aut denicq; vicinitate virtutū acriter sed in illud tenue discrimen grāmaticus intendat. Alicñ p repente. Terē. in Hecy. Primū dies cōplusculos bene cōueniebat sane inter eas, interim miris modis odisse cœpit Sostratā. Do. Interim discretio est rei q̄ ad narrationē pertinet, vt apd Terē. in An. Interim nōnūq̄ collachrymabat.

¶ Interimo is. pe, cor. interficio. Plau. in Cis. Accurrite ne se interimat. Interdū ponitur pro priuo. Idē ibi. Nam dudū vt cōcurrimus alchesimarchus ne se vita interimeret.

¶ Interimentū. Vide in dictione Detrimentū.

¶ Interiungo subsisto. Tractū a curru cui⁹ rota interiecto sustinetur vt quiescat. Mar. Et cū currere debeas bouillas interiungere quęris ad camœnas.

* Interior & interius ab interus antiquo positiuo. Cc.

¶ Interlino is. pe cor. in medio siue per mediū maculo. Hiero. Quibus lamētis, quo dolore, quo gemitu se abeuntē p̄secutus sim istæ quoq; testes sunt quas cernis interlitas. Cice. pro Cluentio. Qui tabulas publicas municipijs vi corripuisse iudicatus sit, qui testamentū interleuerit.

¶ Interloquor pe, cor. in medio loquor, siue loquendo ipedio Terē. i Heau. Siccine me interloquere. Qñq; significat inter aliquid agendū definio. Vnde interlocutoria sentētia vocatur quæ non definit controuersiam, sed aliquid obiter ad causā pertinens decernit.

¶ Interluceo es. pe. pro. in medio luceo.

¶ Interluco as. pe, pro. a lucus fit vbi cū cæditur lux ingredit Plinius libro xvij. Interlucatio arboribus prodest, sed omniū annorum trucidatio inutilissima. Eadem dicit collucatio apd Catonem.

¶ Interluo is. interfluo. Claud. lib. i. Trinacria quondam Italiæ pars vna fuit, sed pontus & æstus Mutauere situm, rapuit confinia. Nereus Victor. & abscissos interluit æquore mōtes Aliquando interluere lauare est. Cato de re rustica. Manus interluito, postea vinū sumito.

¶ Interluniū dicitur id spatiū tēporis in quo nec amplius luna vetus apparet, nec adhuc noua videtur, quia radijs solaribus operta sit supra non autē e regione.

¶ Intermestris luna dī interluniū & coitus lunæ. Pli. lib. xvi. Idēq; mox intermestri luna atq; dimidiata. Intermestriū. Var. lib. i. de re rusti. Q̄d a noua luna crescit ad plenā & inde rursus ad nouā lunā decrescit quo ad veniat ad i termestriū, a q̄ die dī luna esse extrema & prima a quo Athenis eā diem appellantē νεμηνίαν καὶ νέαν τετράκαδα.

¶ Interminus a, um, qd non habet terminum. Sidonius ad Fontelium. Dominis simplicio & apollinari interminia interessione vos cōperi.

¶ Intero is. pe. cor. int⁹tero. Teren. in Phor. Tute tibi hoc interesti, tibi omne est exedendum. Hoc autem inter rusticos de aliato mortario dici solet, proprie enī huiusmodi cibus intrita dicitur, q̄uis etiam de alijs rebus dicatur quæ teruntur. Pli. li. xxxvi. Ruinarū vrbis ea maxime causa q̄ furto calcis sine fermine suo cæmenta componuntur. Intrita quoque quo vetustior eo mollior. Intrita ergo videtur esse calx sed illa maxime quæ none gleba statim ad opus confertur. sed tempore maceratur atque fermentescit. Vtūcur hoc vocabulo. Var. Col. Victr. vt intrita proprie tectorijs nobilibus, calx e gleba vulgaribus & vilibus albarijs fere dicata sit. legitur & intritum apud Pli. libro xxxv. pro terra ipsa vnde lateres fingunt. Intritum inquit ipsum eorum priusquā fingantur macerari oportet. ō Intritum etiam pro emplastro apud Cato

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nem ad insitiones. Hinc Pli. de Catonis emplastratione loq̃ns ait. Iussit ita cognominari & illa sua intrita oblini.

¶ Intermico as. pe. cor. in medio splendeo. Claud. libro primo Rutilum squammis intermicat aurũ. Potest etiam intelligi in squammis vehementer micat.

¶ Intermitto ad tẽp⁹ omitto cesso. Ci. Et si ego id tẽpus inter miseram potius q̃ omisera. Liui. Cũ iter nõ intermitteret.

¶ Interminor pe. cor. maxime minor. Plautus in Asina. Mihi tibiq; interminatus est nos futuros vlmeos ni hodie Argyrippo essent viginti minæ. Teren. in. andri. Interminatus sum ne faceres.

¶ Intermorior penitus morior, seu intra hæc morior. Bithynicus. Peto a te vt absentem me quibuscuũq; in rebus opus fuerit tuearis si nullum officium tuum apud me intermorituru existimas. Intermortuum vero latini dicunt eum qui inter mortem vitamq; ex dolore procumbit similis expiranti. Pli. li. xxxij. Vituli marini adeps instillatur naribus intermortuarum vuluæ vitio. Suet. de Nero. Post q̃ deinde, Galbam & Hispanias defecisse cognouit, collapsus animoq; malefracto diu & sine voce & prope intermortuus iacuit.

¶ Interna scor in medio nascor.

¶ Interneco pe. cor. simul interficio & multitudinem totã ferme complectitur. Plau. in Am. Legiones reueniunt domum duello extincto maximo atq; internectis hostibus. Hinc internesio vitæ priuatio. Liui. libro ix. Lucrini ac Samnites ad internectionem cæsi.

¶ Internectiuus a, um. qđ ad internectionem pertinet. Vñ internectiuũ testamentũ dicitur, ꝓpter qđ dñs eius necatus est. Internectiuũ bellũ, qđ ad destructionẽ fit. Liu. li. ix. Null⁹ modus fuit cædibus, delataq; ausonũ gens vix certo defectionis crimine perinde ac si internectiuo bello certasset. Pli. Habet deinde internectiuũ bellũ cũ Ichneumone scilicet aspis.

¶ Internodiũ, spaciũ inter nodum & nodũ. Col. li. b. iij. Virgã mallearem non amplius q̃ sex gemmarum esse cõuenit, ita tamen si breuia internodia habet.

¶ Internosco inter alios siue alia nosco.

¶ Internũcius, qui inter alios medius est ad aliquid tractandũ, & modo huic, modo illi ꝑ vices nunciat. Plaut. in Am. Seu perscriptas literas siue qui ipse ambisset sibi, seu ꝑ internũtium. Huius fœminini est internuncia.

⁎ Internus Interaneus & interne ab intra. Cc.

¶ Inter opus significat dũ operatur. Tibul. Crura sonant ferro, sed canit inter opus.

¶ Interordo spatiũ qđ est inter ordines. Col. lib. vi. Vt iacens nõ excedat interordinis spatiũ. Idẽ. Macro solo quinis pedib⁹ interordines omissis mediocri sensi.

¶ Interordiniũ idem significat. Idem. Minimum est quinq; pedum interordiniũ septem maximum. Hinc interordinarius a, um. Idem. Consitis plurib⁹ interordinaria semina malleolis quos posteaq̃ conualuerit crudo solo quod emissum est transuersis scrobibus propagent.

¶ Interpellare est loquentem vel aliquid agentẽ interrumpere. Cice. li. i. tus. Sed nihil te interpellabo, cõtinentẽ orationem audire malo. Plini. in epistolis. Interdum lasso mihi oportuna interpellatione subueniunt. Hinc interpellatores dicti. Cice. In literis sine interpellatore versor. Aliquando interpellare est dicere. Lucil. lib. xxx. Verũ tu quid agis interpella me vt sciam. Aliquando Rogare. Val. maxi. li. iij. Cato rogatus vt socios apud auunculũ adiuuaret cõstanti vultu nõ facturũ sere spõdit. Iterũ deinde ac sępius interpellat⁹ in ꝓposito perstitit. ♁ Sciendũ tñ Aug. teste, q̃ aliud est iterpellare. Aliud postulare. Nõ enĩ solemus dicere postulant interpellaturi, sed interpellant postulaturi. Ex vicinitate tñ vsurpatur interpellare pro postulare, vt est ipse interpellat pro nobis. Nunquid non interpellat, & non etiam postulat? Immo vero, quia postulat pro eo positum est interpellat interpellare de negocio aliquẽ est illi proponere, an velit negocium agere. Sene. libro decla. vij. Dives pauperem de nuptijs filiæ interpellauit.

♁ Interpensiua apud Vlpianu, pticarũ, tigillorũ asserum ve genera sunt quæ ab angulis parietũ ad angulos tignorũ, ad imbres in colliquias deriuandos, vel aliũ quemuis vsum interlocant̃ quasi ea q̃ a pendẽdo græci appellant κρεμαστήρια. Interpẽsiui vero parietes sũt q̃ supra cõtignationẽ struũtur, nec in solo fundamentũ habent, sed impendenti surgunt.

¶ Interpollare immittere interponere. Am. Illi naturalia captant secreta & vltra orbis terrarũ terminos mare norunt qđ nullæ interpollãt insulæ, nec terra aliqua interiacet. Aliquãdo significat nouare mãgonizare & quasi nouã formam a veteri fingere, quasi interpolire, tractũ ab arte fullonia qui poliendo vellera queq; nouã speciẽ mutant. Vnde vestes interpollatę & mãcipia interpollata ĩ iure ciuili que cũ sint veterana le nocinio & arte faciem mutant ꝓ recentibusq; ac nouitijs licẽtur. Pli. At herde Alexandrię vbi tura interpollantur. i. rudia cum sunt poliuntur. Cõuchebatur enĩ illuc tus rude aspectu simile cortici. Plautus in Amp. Illic me homo interpollabit, meumq; os finget denuo.

¶ Interpolla noua inuenta & renouationes artium & aliarũ rerum. Pli. Mutatur ars quotidie quoties interpollis & ingeniorum græciæ astu impellimur.

♁ Interpollis, & hoc interpolle. Pli. li. xix. Est quidem eius natura interpollis.

♁ Interpoll⁹ a, um, idẽ quod interpollis, hoc est renouatus. Labeo. li. posteriorum. Si vestimẽta interpolla quis pro nouis emerit. Trebatio placere ita emptori præstãdũ quod interest si ignorans interpolla emerit.

⁎ Interpollatorem vocamus qui antiquas vestes resarcit ac renouat, vt facilius vendat. Cc.

¶ Interpollatrix mulier quæ antiquas vestes renouat vt eas facilius vendat. Põpo. Interpollatricem accersire oportet quæ huic vestẽ abducat. Et mulieres vitia deformitatis arte occultantes interpollæ dicuntur, veluti reformate.

¶ Interpres ex inter & pres, qđ nõ est in vsu, licet præs pro fideiussore inueniatur. Et est q̃ in aliqua re agenda medi⁹ est & veluti conciliator & auctor. Ver. li. iij. Ae. Tuq; harum interpres curarũ & cõscia Iuno. Interptes ab Asconio dĩr ꝑ quos indicĩ pactio qm̃ vero huiusmodi hoies animos eorũ quib⁹ dati sũt interptes scisciãtur & inuicẽ illis exponũt, factum est vt interpres ꝓ eo accipiatur qui obscura exponit. Ver. Troiugena interpres diuum. Vbi Ser. Interpres vaticinator q̃ mentem deorũ mortalibus publicat.

¶ Interpretor pe. cor. expono. Hyerony⁹ ad Helio. Interpretare vocabulum monachi hoc est nomẽ tuũ, quid facis in turba qui solus?

¶ Interpretamẽtũ, interpretatio. Gel. Ex quibus diuersa latinę linguæ interpretamenta colligemus.

¶ Interpremo pe. cor. intercludo Plau. in Rud. Aedepol iste fortunio hoiem prædicat donabilem qui sacerdotis scelestus fauces interpresserit.

¶ Interputo as. pe. cor. inter aliqd & aliqd decido. Col. lib. iij Rosã fruticib⁹ ac surculis disponi ꝑ surculos pedales cõuenit ꝑ idẽ tẽp⁹ quo & viola, sed oĩb⁹ annis fodi añ kalẽdas Martias & interputari oportet hoc modo multis annis perennat.

¶ Interrumpo, per medium seu in medio rũpo Plancus Cic. Pontes quos fecerant interrupi.

¶ Interreges proprie dicti sunt centũ patres qui mortuo Romulo donec alius rex crearetur rempu. gubernabant. Ex his enim auctore Fenestella decernebatur cuius potestas quinq; dierum spatio finiretur, & ita per totum annum omnes finiebant imperium. Sic interregnum regni interuallum & spatiũ temporis quousque in loco mortui alius ordinatur. Vide in dictione Reges.

⁎ Interrogo ex inter & rogo peto, a quo interrogatio interrogatorũ & interrogatiuum deducuntur Cc.

¶ Interscapilium vallicula quædam a fine colli incipiens iter scapulas iacet. Hygi. in descriptione vrse. In humero claram vnam in pede de posterioribus nouissimo duas in summo interscapilio vnam.

¶ Interscindo in medio siue per medium scindo Liuius. Pon

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

temq; interscinderent. Lactā. de opi. Labra ipsa, quæ quasi antea cohærebant q̄ decenter interscindit.

¶ Interscpio is. pe. p. intercludo. vel in medio. Lact. li. de opi. Atid velut pariete per medium ducto interseplit. ō Intercepta pars nasi quæ cartilagine nares discriminat.

¶ Interscro pe. cor. interscrui interscritū in medio planto semino inserove. Gel. lib. i. Eadem ratione q̄ secundi quatuor interscti sunt. Colu. lib. iiij. Deinceps pastinatur malleolus ordinarijs viribus. Interserendus. Interscro vero pro interpono interscrui interscrtum facit. Hiero. in prolog. Salo. Ea q̄ minus habebantur interserens.

¶ Interscono as, p. cor. significat in medio sono.

¶ Interspiro as, pe. pro. de medio seu per medium spiro. Cato. Manu cōprimito acina vt cōbibāt aquam marinā, vbi impleueris doliū operculo operito, reliquito qua interspiret.

¶ Interstcrno is, in medio sterno. Iusti. lib. i. Hæc Babyloniam condidit, murumq; vrbi cocto latere circundedit, arena pice bitumine interstrato.

¶ Interstingo is. per interualla aliqua extinguo. Festus. Ignis. Vestę si quādo interstinctus esset virgines verberibus afficiebantur a Pontifice. ō Apu. Iamq; protinus oblisis faucibus interstinguere eam debuisset.

¶ Interstо as, inter aliquid sto, intercedo. Vnde interstantia & interstitium.

¶ Interstitiū, spatium & distantia inter aliqua. Macro. Cum quatuor sint elementa ex quib⁹ constant corpora. terra aqua aer & ignis, tribus sine dubio interstitijs separantur quorum vnum est a terra vsq; ad aquam. Ab aqua vsq; ad aerem sequens. Tertiū ab aere vsq; ad ignem. Hygi. Quod ab eo sydere paruo interstitio differt.

* Interstitium lunæ dicitur interluniū. Apule. Difficultas itineris ac globosi sideris interstitium. Cc.

* Interstum p̄sens sum & quasi in re sum. significat. etiā differe discrepare. Terē. Stulto intelligēs quid interest. Cc.

¶ Intertextū q̄d medio textū aliqd habet, vt chlamys inter texta auro, que vulgo brocata ex auro dicitur. Picturata vel acu picta vel phrygiata dicitur recamata.

¶ Intertraho de medio traho. Plaut⁹. Ni ego illi puteo si occæpso animam omnē intertraxero.

¶ Intertrigo pe. p. nomē ab interterēdo deductum. Et est id malū cū simul mēbra interterūtur, & cōfricantur accedente sudore. Vulgo dicitur Trafregatio. Tunc enī fœmina atterūtur adurūturq;. Paratrima a græcis appellatur. Col. lib. vij. Intertrigo bis die soluitur aqua calida, mox decocto agrico sale cum adipe defricatur.

¶ Interturbo valde turbo. Dauus interturbat omnia inquit Teren. in And. Vbi Do. Hic inter auctiua particula est adeo vt nō pro media significatione sit, sed qua maiorem habere nō potest, vt interfectus.

* Interuallum spatium quod inter palos est, vallum castrense constituentes a quo omne spatium interuallum est nuncupatum. Cc.

¶ Interuello is. de medio vello, quod fit cum malas herbas a bonis extirpamus. Palla. Si spissa sunt interuelles aliqua vt cętera roborentur. Plaut. in Am. Vt ergo infelix homo fui qui non alias interuelli.

¶ Interula pe. cor. camisia. Hincillud, quem vestire debuit interula vestiuit interitu.

¶ Interuaco as. pe. cor. in medio vacuus maneo. Col. libro. v. Bulbus tripedaneis interuacātibus spatijs obrutus anno celerius maturam perticam præbet.

¶ Interuenio is. pe. cor. in medio negocio quasi ex insidijs superuenio & opprimo in ipso actu qui rem celatam vellent. Teren. in adel. Interuenit homo de improuiso. Et interuenire est interesse. Cice. Q̄d non esset factum si ipse interuenissem. & intercedere q̄d ab ecclesiasticis sæpissime vsurpatur.

¶ Interuenīū, q̄d est inter venas, Vict. lib. viij. Sed non per interuenia dilabantur & decrescant.

¶ Interuerto callide surripio, q̄d plærūq; fit cū rem commodatam aut creditam dolo ne domino restituatur effic imus. Cic. in Ver Candelabrū quod rex egypti Ioui capitolino donо tulerat a Verre qui illud cōmodato a rege acceperat interuersum esse conqueritur. Plautus in Asi. Herī istuc ago quo modo argentū interuertam. Inuerto vero est quasi in contrarium verto, vt vestem aut pellem, seu etiam verba præposterе pronuncio, vt lauo vola.

¶ Interuiso is. pe. p. quasi interim viso. Ci. Mario. Teq; & istā rationem ocij tui & laudo & vehementer probo, qpq; minus interuisis hoc fero animo æquiore.

¶ Intestatus dicitur non solū qui mortuus est nullo confecto testamento, sed etiam cuius ex testamento adita nō est hæreditas, vt inquit Paulus. Item Intestatus est cuius verbis non adhibetur fides, quive testis esse non potest. Pōpo. Ipse cum vno seruo senex intestatus profisciscitur.

¶ Intestabilis qui iure testamentū facere non potest, & cuius testimoniū non accipitur. Caj⁹ de testamentis. Intestabilis cū lege quis esse iubet eo pertinet ne eius testimoniū recipiatur, & eo amplius vt quidā putant neve ipsi dicatur testimoniū. Gel. pro detestabili posuit. Eos tū qui ad Annibalem nō redi issent vsq; adeo intestabiles inuisosq; fuisse, vt rediū vitā caperint, necemq; sibi conscciuerint.

¶ Intestinus a, um, pe. pro. q̄d est intimū. Vnde illa intestina dicuntur, quæ in interiori corporis parte clauduntur. Intestinum odiū dicitur vel occultum, vel magnum, hoc est cor & animū premēs. Intestinū opus quod factū est ex ligno fabrorū. Var. lib. iij. de re rust. Cum villam haberes opere tectorio & intestino ac pauimentis nobilibus lithostrotis spectandam parū putasses esse ni tuis quoq; literis exornati parietes essent Sciendum q̄ intestina corporis sex esse perhibentur. Duodenum scilicet quod a longitudine. xij. digitorum nomen accepit sicut Auicenna testatur. Ieiunū sic dictū quia nunq̄ quod accipit continet, sed protinus in inferiores partes transmittit. Vocatur & Hilla. Inde farcimina hillæ dicuntur. Hora. Pernа magis ac magis hilla. Longū & alio nomine tenuius quod est in sinus vehementer implicitū. Hoc Var. Longanonē appellat quia longius est intestinū hoc q̄ duo tenuia. Monoculū quod & cæcū noīatur, quia ī dexteriorem partē peruiū nō est Colon a nostris aluus dicitur. vbi magna dolorum causa est. Nouissimū est rectum ita nominatum quia in ima parte dirigitur. qua excernitur. Hęc autē intestina ab omento cōtegūtur. Et dicitur neutro gne, & intestinus masculino. Pli. lib. xi. Intestinus quibusdam ab ore incipiens quadā via eodē inflectitur, vt sepiæ & polypo. In homine annexus infimo stomacho similis canino. Differunt trī intestina a visceribus. Illa ei inferiora sunt hæc superiora. Cælsus li. iiij. A visceribus ad intestina veniendū est. Alio noīe dicuntur interanea. Plini. Melę sunt innumeræ ad interanea.

¶ Intingo is ex in & tingo. Tingere vero inficere & madefacere. Vñ intinctū q̄d nos saporē in cibis dicimus. Græci embēmata. Col. Hoc sinapi ad embēmata nō solum idoneo, sed etiam speciosо veteris μβάπτειν enī tingere est. Plin. laudat intinctū ex myrto. Ouid. lib. ij. Fas. Nutriat intinctos missa pa tella cibos. i. aliquo sapore respersos.

¶ Intorqueo es. cōtra seu intus torqueo laciō. Ver. Sacrū qui cuspide robur Læserit & tergo scelerata introrserit hastā. Itē ītorqueo circūtorqueo. Colu. li. iij. Cum iam matura mala fuerint anteq̄ rumpantur peciolos quibus pendent intorqueo, eo modo seruabunt.

¶ Intra p̄positio ab in deriuat. Luca. Intra castrorū timuit tētoria ductor. Intra cubiculū, intra oppidum significat in tētoriis, in cubiculo, in oppido. Aliqñ significat citra. Cice. Sed tamen qm̄ effugi eius occasionem qui fortasse arbitraretur mē hanc rēpu. non putare si perpetuo tacerem, modice hoc facia aut etiam intra modum. vt & illius voluntati & meis studijs seruiam. Modice. i. cum modo. Intra modum id est citra modum. Hoc est minus q̄ modice. Cuius contrarū est vltra modum. Sic dicimus.

¶ Intra famam. i. citra opinionē, vltra famā quod est per qua

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

multũ. Quin, Hortenſij ſcripta tñ intra famã ſunt: Quomodo autẽ ad ſpatiũ & numerũ referatur. Vide in dictione infra Ab intra fit interius a quo interior intimus internus iterane⁹ ĩtrinſecus introrſum intrarius inteſtinus intro as.

¶ Intrarius, qui intimus eſt. Plautus. Charos mihi atq; intrarios amicos.

¶ Intro aduerbiũ proximũ eſt voce & ſignificatione inter. Et ſicut inter & intra ab in deſcendũt, ſic intus & intro. Sed int⁹ in loco & de loco, intro ad locũ ſignificat. Et cõponitur cum D. vt introduco. E. vt introeo. G. vt introgredior. M. vt ĩtromitto. R. vt ĩtrorũpo. V. vt introuoco. S. vt introſpicio.

¶ Intro as, ingredior intro vado.

¶ Intrico as. pe. ꝑ implico. Vnde extrico eius cõtrariũ. Trico vero a tricis q̃ ſunt implicationes. Plau. Quod argentum tu mihi, quas mihi tricas narras.

¶ intrinſecus & extrinſecus pe. cor aduerbia ſunt compoſita ab intra & extra & ſecus cum ſignificat iuxta. Hyeronimus ad iulianum ea complexus eſt. Callidiſſimus (inquit) aduerſarius & inueteratus dierum malorum nouit alia quæ intrinſecus ſunt & a philoſophis quoq; mundi adiaphora hoc eſt differentia vocantur, eorum amiſſione atque contemptu perfectam non eſſe virtutem, alia quæ intrinſecus & de ſe data cogant dolere perdentem, inueniuntur tamen hæc nomina apd recentiores.

¶ intritum pe. pro. nomẽ ab intero deductũ, de quo pauloante. Cibus in morterio tritus. Man. Cirũ data diu mẽſis iutrita ſecundis. Eſt & participium intritus a, um.

¶ introduco is. pe. pro. ſignificat intra aliquem locum duco. Sal. Vulturium cum legatis introducit. Per tranſlationẽ eſt inſtruo doceo. Vnde introductio eruditionis principium quã græci. εἰσαγωγήν, vocant.

¶ introeo is. notum. Cicero in Læl. Fuerat æquius vt prius introieram, ſic prius de vita exirem, inde fit introitus us. pro ingreſſu.

¶ introgredior eris. ſicut ſonat Verg. Poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi.

¶ intromitto is. Terent. Vercor, ne illud grauius Phædria tu lerit, neue aliorſum atq; ego feci acceperit, ꝙ heri intromiſſ? non eſt. ỏ Et dicimus. Iutromitto in ædibus & in ædes. Plau. in Aul. Intromiſiſti in ędibus. Licet enim ad locum ſit figurate, tamẽ dicitur ad locũ, cũ ablatiuo. Non enĩ grammatica verbis, ſed ſenſibus alligatur.

¶ Introrũpo is. quaſi cũ impetu introeo. Gel. Cerua emiſſa in cubiculũ Sertorij introrupit Hellanicus.

¶ Introſpicio is. pe. cor. Amb. lib. i. offi. Introſpice hulcera & vibices animæ eius & cordis mœſtitudinem.

¶ Introuoco pe. cor. Liui. lib. x. Fabius nihil præcatus populumq̃ vt priuſq̃ introuocarentur ad ſuffragium tribus Apij Claudij prætoris allatas ex Hetruria literas audirent.

¶ Introrſus aduerbiũ quid ſignificet declarat Cęſar libro. iij. Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebat aduerſus huic & cõtrari⁹ paſſib⁹ circiter ducẽtis inferi⁹ aptus a ſupiore parte ſilueſtris, vt nõ facile ĩtrorſ⁹ pſpici poſſet. Quidã volũt intelligi introrſus a leua parte, & interiorẽ a ſiniſtra.

¶ Intybus pe. cor. gñus fœ. In plurali intyba neutri, & intybi maſc. Verg. Et amaris intyba fibris. Pli. lib. xx. Intybi quoq; nõ extera remedia ſunt, ſuccus eorũ cũ roſacco & aceto capitis dolores lenit. Herba eſt capilloſa & amara, cui⁹ tenues capilliſegetes ambiunt & enecãt. Intybũ erraticũ antiqui cicoream vocãt. ỏ Quidã endiuiã intelligũt.

¶ Intueor eris. Vide in dictione tueor.

¶ Intutus a um. pe. ꝑ nõ ſecurus. Liui. li. v. Caſtra gallorum intuta neglectaq; ab omni parte nacti inuadunt.

ỏ Intuſiũ, veſtimẽtũ qđ corpori intra plurias veſtes adhęret quaſi intuſtiũ. Var. Vnũ qđ ſoris, ac palã pala. Alterũ qđ intus, a q̃ intuſiũ qđ & induſiũ, ab aliquib⁹ dicit de q̃ ſupra.

*Intus ab in fit & ſignificat ĩ loco. Plau. Quis intus eſt. Cc.

¶ Inuado is. pe. ꝑ inceſſo, & tam datiuo q̃ accuſatiuo iũgitur Var. de vi. pa. Tanta porro inuaſit cupiditas bonorum plærisq; Et inuadere eſt repẽte & cum impetu aliquem ingredi. Verg. Inuadũt vrbẽ ſomno vinoq; ſepultã. Salu. Priuſq̃ hoſtes inuaderet. Itẽ ingredi ſiue incipere. Ci. Non potui magis in arcem illius cauſæ inuadere. Vergi. libro. vi. Nunc inuade viam, vaginaq; eripe ferrum.

¶ Inualeſco is. robur ac firmitatem acquiro. Vñ inualuiſſe cõſuetudinem, innaluiſſe mores dicim⁹. ỏ Lact. lib. v. Si noſtra inualuerint, vt cotidie inualeſcũt. i. fiũt valde valida. Ex his oſtẽditur verba in ſco terminata habere ꝓteritũ.

¶ Inualitudo ĩbecillitas. Ci. in Lęl. Q. aũt in his nonis in collegio noſtro nõ affuiſſes inualitudinem reſpõdeo cauſam nõ mœſtitiam fuiſſe.

¶ Inueho is ſumit mõ ꝑ ſimplici. Ver. Cẽtauro inuehit magna. Q̃q; intro veho. Liui. li. vi. Quãtũq; Romana ſe inuexit acies, tm̃ hoſtes gradu demoti. Inuehor deponẽs ſignific. maledictis aggredior, & veluti quodã ipetu ſermonis in aliquẽ feror. Cice. In eã itaq; Pãſa vehemẽter inuectus.

¶ Inuectiue orationes ſunt aduerſus aliquem ſcriptæ ꝙ in illius mores inuchamur.

¶ Inuenio is. pe. cor. cõperio quaſi in aliqd venio. ỏ Vñ Au. lib. de Tri. ca. x. Si verbi originẽ retractem⁹. qd aliud reſonat niſi qa inuenire eſt in id venire qđ q̃ritur, ꝓpterea q̃ quaſi vltro in mentẽ veniũt, nõ vſitate dñr inuenta, quãuis cognita dici poſſint, quia nõ in ea querẽdo tenebamus, vt in ea veniremus, hoc eſt ea inueniremus. ỏ Ver. Inueni germana viam. Hinc inuentiones & inuẽta. Differũtq; ſcdm aliquos inuenio & reperio, ꝙ inuenire ſit rem q̃ſitam offendere. Reperire a caſu. Ouid. Tu nõ inuenta reperta es.

¶ Inuerto quaſi in cõtrariũ verto. Vide ĩ dictiõe interuerto.

¶ In verſum in numerum. Vergl. Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vlmos.

¶ Inueſtigo as. pe. ꝑ ſigni. q̃rendo ĩuenio. Tractũ a venatoribus q per veſtigia feras q̃rẽdo inueniũt. Terẽ. Nihil tã difficile eſt quin q̃rẽdo inueſtigari poſſit. Ci. ꝑ Liga. Sed qm̃ diligẽtia amici inueſtigatũ eſt qđ latebat, cõfitẽdũ eſt vt opinor. Interdũ tñ ſignificat veſtigo. i. q̃ro. Terẽ. in Eu. Vbi q̃ram? vbi inueſtigẽ? quẽ percũcter? qua inſiſtam via incertus ſum. Ci. li. i. offi. In primiſq; eſt hoĩs propria veri inquiſitio atq; inueſtigatio. Sed qm̃ in qñq; negationem innuit, ſumitur etiã ꝑ nõ inuenio, vt eſt illud apoſtolicũ. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei q̃ incompreheſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius.

¶ Inueſtire eſt quaſi ornare. Pli. lib. xxxv. Publicas porticus inueſtiuit pictura.

*Inueſtes inermes dicimus, ſiue vt quidam volunt impuberes. Cc.

¶ Inuetereſco ex ĩ & vetereſco. Vetereſco aũt a vetero as fit Vetero a vetus. Vetero nõ repperi ſed tm̃ vetereſco, q̃rũ pręteritum q̃ legi, ſed veteraui ambo facere oportet ſi inueniant. Nam vetero & vetereſco eodẽ mõ in ſignificatione ſua procedere puto quo integro & integraſco. In formatione vero etiã ſimiliter niſi ꝙ inuetereſco mutat a in e. ſicut cõſano conſaneſco. Reſano reſaneſco. Hilaro hilareſco. Incuruo incurueſco, & alia hmõi. Sic inuetero inuetereſco inueteraui. Lact. lib. ij. in actiua ſignificatione poſuit. Hac verſutia & his artibus notitiã dei veri ac ſingularis apud oẽs gentes inueterauerũt. id eſt in deſuetudinem poſuerũt. Inuetereſco paſſiue. Terẽ. in hecy. prolo. Dixit nouas qui exactas feci, vt inuetereſcerent, ne cũ poeta ſcriptura euaneſceret. Dona Inuetereſcerẽt in deſuetudinem venirẽt ſpectarentur amarentur. Colu. ꝓterito vſus lib. vij. in paſſiua ſignificatione, & proprie de morbo dicens. Sed ſi iam inueterauit, vehementioribus eſt opus remediis. Ci. quoq; in Cato. Iam omnis conglutinatio recens ęgre inueterata facillime diuellitur.

¶ Inueterati etiã dñr qui in malis inſenuerũt, vt in ſacris literis. Inueterate dierum malorum.

¶ Inuicem pe, cor. Ex in & vicem proprie ſignificat mutuo. Quint. Qui ſe ardentiſſimo amore inuicem dilexerunt. Aliquando ſumitur pro ſecundo loco. Plin. Iunior. Habes res vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

banas, inuicem ruſticas ſcribe.

¶Inuideo es,pe.cor.ex in & video ſignificat inuidiam habeo hoc eſt ex alicuius rebus ſecundis dolore afficior Tractum a nimis videndo,q̃ oculos & animum in eos quibus īuidem⁹ continue intentos teneamus. Vñ etiam cum accuſatiuo conſtructum inuenitur. Ouid. Troades inuideo. Ver. inuidet imperium. idem poſt accuſatiuum poſuit datiuum. Liber pampineas inuidit collibus uuas. Sic enim decenter dicimus inuideo tibi doctrinas. Fortuna mihi īuidet diuitias. Plinius. Ne q̃ ego vt multi inuideo alijs bonum quo ipſe careo. Apule⁹ Mihi fortuna diuitias īuidit. Cic. lib. iij. tuſ. Vt nobis optimã naturam inuidiſſe videantur. Priſcia. tamen in negatiue expo nit dicens inuideo tibi quaſi non videns tibi fio, hoc eſt non ferens te bene agentem videre. Aliquando inuidere ſignificat interius vel penitus videre. Cic. li. de ora. itaq; ne hoc poſſum dicere me omnino ignorare quid poſſideat, neq; plane noſſe atq; inuidiſſe. Hier. de vera circunciſione. Quis inuidet domini verbum de corde patris eructatum? Sciendum q̃ licet īuideo actiuum ſit tamen conſuetudine datiuo iungitur, immo vt Diomedes docet vltra datiuum poteſt regere genitiuum accuſatiuum & ablatiuum, vt inuideo tibi gloriæ, gloriam, & gloria. Eius paſſiuum eſt inuideor, vt Ego inuideo tibi, & tu inuideris a me. Horatius. Ego cur acquirere pauca Si poſſũ inuideor. Plautus in Tru. Mauelim mihi inimicos inuidere, q̃ me inimicis meis. Nã inuidere alij bene eſſe, tibi male eſſe miſerum eſt. Qui īuident egent, illi quibus īuidetur rem habẽt. Eſt quando inuidere ponitur pro odiſſe q̃ contra votum nimium videmus. Ouid⁹. Troia facet certe Danais īuiſa puellis. Cic. Dijs hominibuſq; inuiſus.

¶Inuidia ab inuideo fit, & ſignificat actum ipſum inuidendi qui eſt dolor alienę fœlicitatis. Aliquando pro odio & maleuolentia ſumitur. Eſt enim vel dicto vel facto in alterum maleuolentiæ conciliatio: vt ſi quis calamitates ſuas referat, oſtẽdat ve vt auctori calamitatum concitet odium cęterorũ, qđ dicitur īuidiam facere, vel vocare vel adducere ad inuidiam Quĩtilianus. Nec ei tot ſcelerum commemoratione concitarem inuidiam. Terẽt. ita vt ſine īuidia laudẽ iuuenias, & amicos pares. inde inuidioſa res dicitur quæ facti atrocitatem augens inuiſum illud vel illius auctorem facit. Huius diminutiuum eſt inuidiola. idem. Cum neſcio quid inter eos inuidiolæ exortum fuiſſet.

¶Inuidentia eſt ęgritudo animi quæ propter res ſecundas alterius ſuſcipitur, quę nullam iacturam afferant inuidẽti. Cic. in tertia tuſcu. Ab inuidendo inuidentia recte dici poteſt, vt effugiamus ābiguũ nomẽ īuidiæ. Cadit em̃ ī vtrũq;, & in cũ q̃ īuidet & ī eũ cui inuidetur. Vnde potẽtia & opes īuidioſæ dicuntur, quod verbum ductum eſt a nimis videndo fortunam alterius, vbi inuidentiam q̃ inuidiam dicere maluit, tã q̃ inuidentia inuidi fit, inuidia eius cui inuidetur. Sed in frequẽtiuſu eſt inuidia magis q̃ inuidentia apud doctos, indoctoſq; indiſcriminatim. inuidia diſtat ab odio q̃ inuidemus fortunato, odimus vitioſum, q̃ īuidiam profiteri erubeſcimus, odiſſe palam decorum eſt, q̃ inuidia hominum tantum eſt, odiũ reliquarum etiam animantium, vt inquit Plutar. in lib. de inuidia & odio.

¶Inuidus qui actu alicui inuider. Hor. inuidus alterius rebus macreſcit opimis.

¶Inuidioſus qui morbo inuidentiæ laborat. Ouid. Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa vetuſtas. Omnia deſtruitis. Interdum ſumitur pro eo cui habetur inuidia. idem. Pactolumq; petit q̃q̃ non aureus illo Tempore, nec charis erat inuidioſus harenis. Sic potentia & opes inuidioſæ dicuntur. Cice. Dolobellę Cõtingit enim tibi quod haud ſcio an nemini, vt ſumma ſeueritas animaduerſionis non modo non inuidioſa, ſed etiam popularis. Et inuidioſus odioſus atq; inuiſus dr. Vnde inuidioſa res dicitur quæ facti atrocitatem augens inuiſum illud vel illius auctorem facit.

¶Inuide facere dicitur qui per inuidiam aliquid agit.

¶Inuidioſe vel qui per inuidiam, vel qui in aliquem excitat odium, eumq; inuiſum facit.

¶Inuigilo as, pe. cor. ſupra ſue intus vigilo, ſollicitus ſum. Lact. lib. iij. Vel cuſtodiendis domibus inuigilat.

ð Inuinius, abſtemius quaſi ſine vino, ſicut īuius ſine via. Qui enim vinum non bibit inuinius. Apul. lib. vlt. Neq; vllũ animal eſſem, & inuiuius eſſem.

ð Inuiſus non viſus. Cice. de haruſpicum reſponſis. Occulta & maioribus non inuiſa ſolum, ſed etiam inaudita ſacra inexpiabili ſcelere peruertit. Alias inuiſus ponitur pro odioſo.

¶Inuito as, pe. pro. manifeſtam habet ſignificationem, quam ponit Ci. Ad quem fruendum non modo non retrahit, verumetiam inuitat atq; allectat fenectus. i. prouocat. Et inuitare eſt delectari. Ver. lib. i. Geo. inuitat genialis hyems, curaſq; reſoluit. item replere. Plautus in Ampli. Mira ſunt niſi inuitant ſeſe pluſculum.

¶Inuitatus us, inuitamentum & inuitatio pro eodem ſumũtur. Cic. Cæſari. Mitto ad te Trebatium atq; ita mitto vt inuitio mea ſponte poſt autem inuitatu tuo mittẽdũ duxerĩ idẽ. in Horten. Voluntates autem nulla ad neceſſarias inuitamẽta afferunt ſenibus.

¶Inuitus a, um, quod non libenter fit. Teren. in An. Feci hodie vt fierent inſperante atq; īuito Pamphilo. Cic. lib. ij. ad hæren. Sĩ eſt probus cur talem īuitam īuitũ cogis relinquere. idẽ. comparatiuum poſuit, cum ait. Quem ergo paulo ſciebam vel impudentius vel inuitius, nolo enim dicere de tam ſuaui homine faſtidioſius.

⁎Inumbrare eſt regẽdo vmbram facere, & quod dicitur opacare. Per metaphoram tamen ponitur pro tueri atq; defendere quę tralatio ſumpta eſt ab arboribus. Cc.

¶Inuncо as, quaſi vncо īuado & arripio. Lucil. Aut qui nũmos triſtis inuncat. Col. lib. vij. Tum etiam quotidie minuit lana q̃ quanto prolixior in pectore concreſcit, tãto magis obnoxium eſt rubis quibus velut hamis īuncata a paſcentium tergoribus auellitur.

ð Apul. libro. flo. Vnde roſtro transfodiat, vnde vnguibus inuncet.

¶Inundo as, quandoq; abſolute ponitur & ſigni. creſco & extra alueum verſor. Pli. Antequam nilus īundaret. Quandoque actiue & pro ambulo ponitur. idẽ. Agros & ſata omnia īundauit. Hic fit īundatio pro diluuio. ð Licet quandoq; ponatur pro copioſa multitudine vt eſt illud. inundatio camelorum operiet te.

¶Inunguem & ad vnguem ſignificat ad perfectionem. Ver. Gilius lib. ij. Geo. Necſecius omnis ī vnguẽ arboribus poſitis ſecto via limite quadret. Tranſlatio a lapicidis qui vngue marmoris lęuitatem experiuntur.

¶Inuius a, um, quod eſt ſine via & per quod iri non poteſt. ð Inuolare a vola fit quæ eſt manus & pedis media pars, & ſignificat furari, cum aliquid furtĩ vola manus ſubſtrahitur quaſi īuolam dare. Aug. ī expoſitiõe pſal. Deus vltionũ. Appende ī ſtatera æquitatis furẽ, & blaſphemũ. iam dicis, quia fur non es, ſed murmurando aduerſus deum blaſphemus es, ille captat ſomnũ hoĩs, vt aliquid īuolet, & tu dicis quia dormit deus, & hominem non videt. īuolare ẽt dicitur, cum violentæ manus ī aliquẽ dirigũtur. Terent. Vix me cõtineo quĩ īuolẽ ī capillum. īuolare etiam eſt euolare a volo as. Apul. lib. x. Diceres tu cupidies ỹos de celo, vel mari cõmodũ īuolaſſe ð Inuoco as, pe cor. ſigni. ītro voco. Aliqñ non voco. Plaut. ī cap. vtramq; ſignificationem complexus eſt cum inquit. Nã ſcorta īuocantur, & nos paraſiti īuocamur. Aliquando īuocare eſt ſimpliciter vocare, vt ī pſal. Abiſſus abiſſum īuocat. i. vocat, vt Aug. exponit Aliquando ſignificat in auxilium vocare, vt eſt illud, inuocabit me & ego exaudiam eum. Sed quod de quodam dictum eſt mortem īuocat. Sic exponitur. i. ſic viuit vt mortem ad ſe vocet, nemo em̃ eſt qui orationẽ faciat vt inuocet mortem, ſed male viuendo homines mortem inuocant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Inuolucris pen. cor. dī auis quæ adhuc volare non potest. Gel. pulli tunc inuolucres erant.
¶Innolucrum pe. pro, dicitur omne quod inuoluitur. Plaut. posuit inuolucre aduerbium quum in iniicere voluit vestem inuolucre. i. inuoluit inglobum ab inuoluo, uis, cuius supinū est inuolutum & mutata tum, in crum fit inuolucrum. Sic fiunt multa alia, vt lauacrum, simulacrum, ambulacrum, aratrum. Sepulcrum, quæ habent pnultimam productam.
¶Inuoluolus. Vide in dictione Conuoluolus, & in Iulus.
*In vniuersum vniuersaliter. Quint. In vniuersum autem præcipue, id est generaliter. Cc.

I ante D

¶Io dolendi particula est. Tibul. Vror io remoue sęua puella, faces. Quandoque exprimit gestientis lætitia affectum. Ouid. Dicite io pæan, & io bis dicite pæan. Io quoq; nomen Inachi filiæ quę postea Isis appellata fuit.
¶Iochabella nomen matris Mosis, vt ex Iosepho tradit Hieronymus.
*Io vide Isis.
*Iobachus bacchi cognomē ἀπὸ τοῦ ἰὴ καὶ βάκχω, id ē a voce & clamo. Cc.
*Iocus in verbis est, vnde iocor, quod modo ludo significat modo non serio loquor, sed nugas ago. Aliquando facete & cum venustate quadam loquor. Iocus in plurali Ioci & ioca facit quæ significant dicteria. Inde iocosus & ioculare quod modo lusorium significat modo inane non serium modo amœnum & venustum. Cc.
*Iolaus iphidi filius fuit a quo Sardinij Iolenses dicti sunt quia illam insulam ad pacem reduxit. Cc.
*Iole Euritj Ætoliæ regis filia fuit quā amauit Hercules. Cc.
*Ion violaceę gemmæ species sed raro saturo colore lucet. apud Indos inuenitur. Cc.
*Ion Xuti filius fuit a quo Ionia dicta est Athenienſium ciuitas sicut a Cecrope conditore cecropia & a mopso mopsopia. *Ioppe vrbs quam ferunt ante diluuium conditam. Cc.
*Iouinianos diuus Maximianus voluit vocari qui se fortiter in illyrio gessissent. Cc.
*Iouis gemma quæ vltrā candorē & leuis est & tenera. Cc.
*Iouistæ compositum ex Ioue & iustē. Cc.
¶Ionia regiō minoris Asiæ media inter Cariam & Æoliam ab Ionio Athenienſium duce cognominata qui eam regionem subegit. Vela Iano Iapheti filio, vt Iosephꝰ inquit. In ea Miletum ciuitas Priennis Ephesus & Clazomenæ.
¶Ionicus a, um, pe. cor. quod est ex Ionica, vt Ionica lingua inter quinq; græcorum linguas notissima.
¶Ionius a, um, similiter possessiuum, vt Ionium mare quod est pars Adriatici; vt inquit Stra. a Ionio Dictum Dyrachij filio quem imprudenter a se occisum in mare proiecit hercules vt defuncti memoriam propageret. Alij ab Ius errore, vt Licophro. ait. Vel a Ionio illyrico. Vel q̄ in eo perierunt Iones. Alij scribunt Iaon italus adriæ pater fuit, a quo sinus Ionius, qui mox ab Adria dictus est adriaticus.
¶Ionthos græci dicunt, quos latini naros appellant.
¶Ioppe cum duplici pp. vrbs est maritima palestinæ, quę vt quidam volunt regia fuit Cephei Andromadæ patris. Hæc referente Solino in collectaneis, & plin. lib. v. naturalis hiſto. fuit antiquissima omnium vrbium in vniuerso orbe, vt pote ante diluuium vniuersale condita. Qui & ostendit saxum quod iunculorum Andromadæ vestigia adhuc retinet, quā expositam beluæ, ait Solinus. Non irritus amor circumtulit. Nonnulli vero alij non ioppem palęstinæ, sed aliam indie vrbem fuisse dicunt vbi andromada marinæ beluæ fuit expositā quum dicat. Ouid. lib. i. de arte amandi. Perseus Andromadem nigris portauit ab indis. Et Sappho ad Phaonem. Candida non sum placui Cepheia perseo. Andromadæ patriæ fusca colore suæ Sunt tamen qui credant, etsi ethiopię indice partibus illam fuisse confitear. ad Ioppem tamē palestinę duci am, quum beluę exponenda fuit.
¶Iordanis fluuius in iudea eximiæ suauitatis. Oritur ad radices Libani duobus fontibus surgit, alteri nomen Ior, alteri Dan, qui simul iuncti Iordanis nomen efficiunt.
¶Ios insula in qua sepultus est homerus oraculo iubente qm̄. mater eius ex Io foret ipse certa matre incerta esset patria.
¶Iotapata vrbs in syria a conditore sic vocata.

I ante P

¶Ipse a, um, pronomen demonstratiuum quando scilicet cū alijs pronominibus iunctum eorum accipit significationem vt ego ipse, tuipse, illeipse, Inuenitur tamen sæpe absq; alijs p eclipsim prolatum & tamen eorum habens significationem quæ cum eo subaudiuntur. Ver. Quęq; ipse miserrima vidi. Aliquando relatiuum est. Idem. Ipse arduus altaq; pulsat sydera. Aliquando Emphasim, id est expressionem alicuius rei latentis habet, vt si dicam. Ipse pater de quo minus crędendū esset qui hoc fecit. Q2 siei addatur particula met, vt ipsemet, discretio signatur Hoc est ipse solus, & non cum alijs, vel ipse per se, & non per alios. Aliquādo significat similem, vnde & compararium habet ipsior, & superlatiuum ipsissimus. id est similior simillimus. Apud veteres ipsus pro ipse dicebatur. Terent. Ipsus est.
¶Ipsippe. i. ipsi nec alij.
¶Ips vermiculus est, qui cornua viteſq; perrodit, vt cis frumēta, tirps ligna, sis vestes, is, vitra, midas fabam. Declinatio autem huius nominis non facilis est. Vnde docet sic Suidas ἴψ ὁ σκώληξ ἡ κλίνεται ἴπος ἡ ἴπα ἡ δὲ πληθυντικὸν ἴπες. *id est Ips vermiculus & declinatur ipsipis, & pluraliter ipes.
¶Ipsulces bracteę dicebantur in muliebrem virilem ve speciem expresse.
*Ipsiclus Amphitrionis & Alcmenæ filius vno partu cum Hercule editus. Cc.
*Iphigenia Agamennonis & Clytēnestrę filia fuit. Cc.
*Iphinous vnus ex centauris. Cc.
*Iphitus filius Praxonidis siue Hemonis qui primus olympiada instituit. Cc.
*Iphianassa Melampodis vxor fuit & Proti filia, ob pulchritudinem a Iunone in furorē versa, sed a Melāpo sanata. Cc.

I ante R

¶Ir neutri generis & indeclinabile proprie manus concauitas licet quandoque pro ipsa manu ponatur.
¶Ira dicta est ab eo quod ē ire. Nam a se it qui irascitur & furit. Vnde & qui iam deponit ad se redire dicitur. Teren. i Adel. Tandem reprime iracundiam, & ad te redi. Est autem ira libido puniendi eius a quo iniuria offensi sumus.
¶Iratus dicitur qui aliqua re lacessitus excanduit, etiam si natura non sit iracundus.
¶Irateaduerbium per iram significat.
¶Iracundus qui ex parua vel nulla causa, quicq; natura ad irā procliuis est, etiam si tunc nulla moueatur ira. Hinc iracundia dicta (auctore Festo) q̄ iram incendat. Dona. Ira de causa est, iracundia de vitio multum irascentis. Se. li. de ira. Ira quo differet ab iracundia apparet, quo ebrius ab ebrioso, & timens a timido. Iratus potest esse non iracundus. Iracundus potest ali quando non iratus esse. Vsurpatiue tamen iracūdia ponitur pro ira. Ci. li. iij. Tus. Iracundia est vlciscendi libido.
¶Irascor irasceris iratus construitur cum datiuo. Plau. Noli amabo Amphitrio irasci Sosię causa mea. Huius composita sunt. Subirascor quod est paulum irascor. Obirascor cōtra irascor. Li. lib. i. Fortunę vt fit obirati cultum reliquerant deum.
¶Ire pedibus in sententiā quid significet. Vide supra ī eo is.
¶Irrenarches siue irrenarcha dicitur, qui ad tollendas discordias & pacandos ciuium animos in ciuitate præficitur. Apud iurisconsultos tamen dicitur, qui disciplinę publicę & corrigēdis moribus præficitur. Græci em̄ εἰρήνιλω pacem vocāt ἄρχον præfectum aut principem.
¶Irremunerabile quod ob magnitudinem remunerari non potest nec par pari reparandi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Iris is, vel idis, arcus cœlestis ab εἴρω, quod est nunciare. Nam poetę deorum nuntiam fingunt. Verg. Irim de cœlo misit saturnia Iuno. Huius arcus causa est, radius solis cauę nubi immissus, qui repulsa acie in solem refringitur. Nubes enim formam arcus discoloris efficiunt, quia alię partes earū tumidiores sunt aliæ summissiores, & quædam crassiores, q̃ vt solem transmittant aliæ imbecilliores q̃ vt excludāt. Hęc inæqualitas alternis lucem vmbrāq; commiscet & exprimit illam mirabilem arcus varietatem. Est & iris herba suauissimi odoris. Vt Plin. lib. xxi. testis est, cuius radicem dixit in vnguentis & medicinis commendari. Caulem habet cubitalem & rectum, radicem raphano similem, quæ sternutamēta mouet. Floret diuersorum colorum specie quasi arcus cœlestis, a quo nomen habet, vulgo dicitur lilium cęruleum.

*Irceus vero genus est farciminis. Cc.

*Irinum oleum est quod ex iride fit. Cc.

¶Ironia cum accentu in pe. dici potest simulatio vel illusio εἰρωνεία, ab εἴρω dico, & inde εἰρωνεύομαι in voce passiua qđ est cauillor. Figura cum aliquid per contrarium dicitur & illusionem. ȝEt definitur q̃ fit oratio pronunciationis grauitate negligens sensum verborum, vt me duce dardanię spartam expugnauit adulter. Nisi enim grauitas pronunciationis ad iuuent confiteri videbitur quod negare contendit.

ȝIrructo as, Vide in dictione Eructo.

¶Irrætio is, a rętę fit & sign. retineo rętę, quasi capio. Vnde irrętitus dicitur qui aliqua fraude vel blanditijs aut dolo quasi rętę captus. Lac. lib. iij. Eos autem qui deum sciunt dolis & astu aggreditur, vt cupiditate aut libidine irrętiat aut peccatis blandientibus deprauatos impellat ad mortem.

¶Irraucio is, irrausi, sum, ex in & raucio quod a raucus descēdit. Et signi. raucus fio. Dicitur & irrauceo es, irraucui. Cic. li. de ora. At Æsopum si paulum irraucuerit explodi.

¶Irpices pe cor. genus rastrorum ferreorum seu regulæ cum plurib⁹ dentibus quos item vt plaustra boues trahunt vt proruant glebas & extirpent herbas in agris.

¶Irrepo is, pe. pro. psi, ptum, significat passim & latenter more reptilium intro eo, cuius frequentatiuum est irrepto. Hor. Verum opere in longo fas est irrepere somnum.

¶Irripio is, pe, cor. intus rapio. Cic. irripiunt in ædes subito.

¶Irrigo as. pe. cor. ex in & rigo, significat quasi riuos in agrū deduco. Rigo autem a riguus.

¶Irriguus a, um, quod irrigat, vel facile irrigari potest. Cato. Vinea est prima vel si vino multo est. Secundo loco hort⁹ irriguus. Accipitur & quandoque in significatione actiua, vt aqua irrigua quæ irrigat. Verg. lib. iiij. Geor. Irriguumq; bibant violaria fontem. Tibul. Tunc bibit irriguas fertilis ortus aquas. Am. substantiuo vsus est. Magna est eleemosyna quę ardentium criminum globos benuolentiæ suæ fonte refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incędia delictorum Et lib. hexa. Q; si irriguis aquarum plerumque & segetes lætiores sunt.

¶Irrito as pe cor. componitur ex in & rato as, quo veteres vtebantur pro ratum facio, approbo, & significat non ratum esse volo vel ostendo vel facio. Et irritum improbatum non ratum, & per translationem in nihilum redactum. Verg. Irrita perpetua soluent formidine terras. Teren. in Phor. Quod dictum indictum est, quod erat ratum id irritum est.

¶Irritò as, pe. pro. significat prouoco, iramq; incędo. Frequentatiuum ab irruo per mutationē u, in i, euphonię causa Trastium a canibus, qui cum prouocantur irruunt, vel vt Donat. Q uirestrictis dentibus hanc literam r. imitantur. Verg. lib. x. irritatq; virum telis & voce lacessit. Ouid lib. ij fast. Tū ficco primas irritat cortice flammas, id est suscitat. Plautus in Amp. irritabis crabrones. Est & prorito as, pe, p. Nam sicut irrito pro lacesso ab irruo est ita prorito a proruo. Nec multum in significatione differunt. Nam prorito idem est quod prouoco. Col. libro secundo. Lini semen nisi magnus est eius in ea regione quam colis prouentus & prętium proritat, serēdum non est. Agris enim pcipue noxium est. Hinc in bonā partem sumitur. Irrito vero magis frequentatiuum est, quo prorito. Et ferme semper acris maleq; vehementiæ. Prorito non sic, sed in bonam & in malam partem vti prouoco capi potest. Irrito semper in malam.

¶Irrogo as, pe. cor. infero, infligo. Plau. in Ca. Qui consilium iniere quo nos victu & vita prohibeant, ijs diem dicam irrogabo multam, vt mihi cœnas decem meo arbitratu dēt cū cara annona sit. Aug. lib. iiij. de ciui. dei. Nam iustis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur nō est pœna criminis sed virtutis examen.

¶Irruo cum impetu feror. Sal. Cum forte in eum irruerent fatile repulsi. Do. Irruere proprie dicuntur qui cum furore prælium ineunt. Quandoque ratione præpositionis in significat intro ruo, intromitto, ingero. Aug. Vidistis mulierem in ciuitate famosam non inuitatam irruisse conuiuio.

¶Irrugio is, valde rugio. Hie. in Gen. Audistis. Esau sermonibus patris irrugijt clamore.

¶Irrumpo violenter & cum impetu ingredior. Plini⁹ libro xxxv. L. Hostilius Mancinus qui primus carthaginem irruperat. Lact. li. ij Nam cum ab Alexādro capta ciuitas esset ac milites ad eam spoliandam irrupissent. Et ferme semper hac significatione hoc verbo vtuntur auctores. Lactantius ꝓprie sumpsit lib. vi. pro penitus frango. Summum inter se hominum vinculum est humanitas, quod qui irruperit nefarius & patricida existimandus est.

¶Irrumo as, penul. correp. a ruma mamma. Vide in dictione fello fellas.

*Iruola vasis genus in sacris.

¶Is, ea, id eandem significationem habet quam hic & eundem locum retinet, vt q diuitias cupit, is vel hic, vel ille, vel idem auarus est. Ab is fit isce, sicut ab hic hicce.

¶Is vrbs a Babylone itinere dierum octo distans, apud quā est Is fluuius e quo bitumē totius babylonis subministrabat.

¶Isęus cum æ, diph. nomen rhetoris pariter & phī quē Philostratus in vitis sophistarum assyrium tradit. Cuius hoc fuit inuentum, omnem materiam in breue conijcere. Est & nomen fluminis.

¶Isagoge pe. pro. latine introductio dicitur, ex ἄγω quod indicat & ἀγω duco. Vnde ἀγωγή duct.o.

¶Isagogicon introductorium. Grammatoisagogus literarū introductor vel inductor q̃ eas inducat. i. introducat quodā modo in corda discentium.

¶Isapis penul. prod. fluuius propinquus Cęsennæ, vt Strab. lib. v. scribit.

¶Isara pen. corr. fluuius Rhodano se iungens, vbi Cemenus mons rhodano applicatur vsq; huc ad Druentiam effertur ī Hadriaticum sinum.

*Isatia insula est e regione Veliæ alio nomine Oenotris dicta. Cornucopię.

¶Isaurum ciuitas Pamphiliæ a qua Isauricus Seruilius Romanus dictus est, qui Isaurum cępit. Ouid. Aphrica victorē de se vocat alter Isaurī. Hic adeo pauper fuit vt publico funere Romæ elatus fuerit. Ammianus Isaura plurali numero dixit. Claudiopolis, quam deduxit coloniam Claudius Cæsar Isaura ante. Alij Isauriem foemi. genere protulerunt. Sunt qui dicant Isauriam regionem minoris Asię, dictam q̃ vndq; aurarum flatibus pateat, eiusq; Metropolim esse Seleuciam

*Ischada hærbę genus radice cyperi aliter Leucacātha nomīnata. Cc.

¶Ischia scribit Iulius polluxcarnosas post lombos vtrinque eminentias appellari, quæ vero postilię increscunt πλοῦται hoc est latine nates. Duo illa ossa circa quę versura fit ita distīguntur, vt dicatur concauū illud superius κοτύλη latine acceptabulum. Inferius vero ἰσχία quod nostri coxendicem dicūt. Quo etiam nomine & neruus ille nominatur qui coxendicē femori committit. Erit ergo coxendix vertebra cotylę infixa quam pixidem appellant neruis quibusdam ita illigata vt fa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ctius cōtrarium motus atq; flexus fiat, vnde qui cōxendice labo rant ischiadici vel ischiaci dicuntur. Plinius aquam bibere catillo mire ad prodesse ischiadicis. Recentiores medici sciatica dicunt.

¶ Ischyros cum accentu in prima, latine fortis dicitur ἰσχυρός enim fortitudo est.

ὃ Ischnos ἰσχνός, gracilis macer, vnde Ischnotis gracilitas

¶ Ischomache pe. cor. nomē compositum ex ἰσχω̃ habeo μάχη pugna. Quo nomine dicta est hippodamia quę habuit in nuptijs suis pugnam Centaurum. Hæc fuit Atracij filia quę nupsit pyrrithoo

¶ Isis sis, & idis accusatiuum facit Isim. Inachi filia, Io prius dicta. Quæ olim pererrans cum ad Nili fines peruenisset Iouis amatoris ope, formam vaccæ immutauit. Estq; ab Ægyptijs pro dea celebrata. De qua Luc. lib. vi Nos templa tuam Romana recepimus Isim. Hoc etiam nomine dicta est insula in sinu Arabico. Suidas· Ἴσις ἄυτη λίθος ἐστὶ τίμιος. ἣν ἔφασαν ὀξυφερεῖς ξάργους καὶ τοὺς ἄγαν φοβουμένους αὐτοὺς μεταβαλλεσθαι ποτὲ μὲν εἰς λευκὸν βοῦν ποτὲ δὲ εἰς μέλαινα ποτὲ δὲ εἰς ἀίξου σαν μεθ' ἧς πλανώμενον ἤλπιζεν εἰς ἄϊσυατον. * Id est Isis dicitur Io, quam Iuppiter ex Argo rapuit, & Iunonem timēs mutauit nunc in bouem candidam, nunc in nigram, nunc in violaceam, cum qua oberrans in Ægyptum venit.

ὃ Isiaci dicti sunt, Isidis sacerdotes.

ὃ Ismenias nomen Thebani viri optimi tibicinis. Apul. Nestio inquit vt ismenias tibijs canere, vt appelles pingere, vt Lisippus fingere. De hoc Plutar. In pericle. Cum audisset Anthisthenes ismeniam optimum esse tibicinem respondit. Malus igitur. Nam si probus esset tibicen non esset.

¶ Ismarus pe. cor. gene. mas. in plurali neutri. Mons Thraciæ asper & incultus ex vna parte, ex alia fert lis vinetis & oliuetis quem Orpheus incoluit vbi Ismara vrbs Ciconus fuit. Verg. Nec tm̄ rhodope miratur & Ismarus orphea.

¶ Ismenus pe. pro. fluuius Bœotiæ ab Ismeno Pelagi filio cognominatus. Statius. Horruit ingēti veniente Ismeō acerub.

* Isocolon latine dicitur compar, & id esse dicunt rhetores qđ duabus aut pluribus sententijs brevibus & inter se paribus exigitur. Cc.

¶ Isocrates pe. cor. nomen maximi oratoris Græci, qui perfectus magister & scripsit multa præclare, & docuit alios cuius domus cunctæ græciæ quasi ludus quidam patuit atq; officina dicendi.

ὃ Hic fuit auditor Platonis suauissimus orator fuit, & in diuerso dicendi genere nitidus & comptus oēs dicendi veneres sectatus est, inuentione facilis, honesti studiosus, ī compositione diligens. Cui inuidens Aristo, adolescentes & ipse docere cœpit vt sapientiam cum eloquentia iungeret dicens. Turpe est tacere cum Isocrates loquatur. Et nonagesimo quarto anno ætatis eum librum composuit qui panathenaicus inscribitur. Centum & sex annos vixit.

* Isodomum vocabant genus structuræ in ædificijs quasi equaliter directum. Cc.

* Isoetes Ambrosiæ genus aliter Chrysoteles q̄ aurēū florem producat. Cc.

* Isopleurus triangulus æquilaterus. Cc.

¶ Isonymia cum accentu in pe. latine Iuris æqualitas dicit.

¶ Ispellum ciuitas in Vmbria ex altera montium parte qua Camertes.

¶ Israel interpretatur vir videns deum, quod nomen impositum fuit Iacob patriarchæ a quo Israelitę pe. pro. q̄ de Israelis stirpe sunt, qui prius Hebræi dicebantur. Sed postq̄ ī duo regna populus Hebræorum diuisus est, tunc duę tribus quæ de stirpe Iuda reges habebant Iudæorum nomē sortitę sunt reliquæ decem tribus Israelis nomen tenuerunt, & ab Israele filio Isaachi regio maioris Asię Samarię contermina dicta est Israel. Dicuntur & Israelitides a nō singulari Israelitis, idis & Israelitis. Hiero. in lib. Numeri Arrepto pugione ingressus ē post virum Israelitidam. Sic Madiam madianitis & madianitidis. Moab moabitis & moabitidis.

¶ Issa insula in mari Hadriatico adiacens Dalmatię vt Ptolo. lib. ij. scribit. in qua fuit Issa non ignobilis ciuitas a qua Issæus, a, um.

¶ Issus vrbs Ciliciæ, & Syrię fluuius.

¶ Ister isti fluuius Europæ permagnus, quod & istrum dicitur quando. s. flumen sequitur, vt inquit Probus. Hoc & Abdubanum & Danubium vocatur. Vid. ī dictiōe Danubi⁹.

¶ Istria Italiæ regio illyrio contermina quę in latitudine. lx. pas. milia, in circuitu. cxxv. milia complectitur, a Formione nunc Tisano fluuio ad Fanaticum sinū ī quo Arsia amnis decurrens Istriam ab Illyrio dirimit. Istrorum gentem fama ē originē a Colchis duxisse missis ab Oeta rege ad Argonautas persequendos qui vt a Ponto intrauerunt Istrum nec ratpores inuenissent, siue metu regis, siue tędio longæ nauigationis iuxta Aquilegiam consederunt, Istriq; ex amnis nōe quo a mari cōcludebātur appellati. In eā est Iustinopolis vrbs quam Iustinus imperator extruxit, a qua Paulus Vergerius vir eloquentissimus originem duxit,

ὃ Ibi nunc Bartholomeus Songa Municeps meus vir excellētis ingenij & acutissimus iuris pontificij interpres nūc episcopali dignitate præfulget.

¶ Isthmus ea terræ structurā est quæ in duo maria inter porrigit. Ouidius. Qua duo porrectus longe freta detinet, Isthmos. Sunt autem duo Isthmi Achaius seu Corinthiacus, & Thracius. Isthmus Corinthiacus angusta est & breuis terra. De quo Pompo. scribit hoc ideo Isthmo cognomē esse, quia iij. milium spatio ægeum mare ab Ionio submouens angusto tramite Helladi Peloponnensum anectit. Super hoc Isthmo fuit vrbs Corinthus. ὃ Hic isthmus ludis quinquennalibus & delubro neptuni inclytus perhibetur. Qui ludi instituti ferūtur, q̄ quinq; maria allactant orampeloponnensem. Plu. scribit isthmia a Theseo primitus instituta fuisse in honorem Neptuni Herculis æmulatione qui ioui olympia primus instituit Alij isthmia in honorem palæmonis instituta fuisse dicunt. ὃ Thracius Isthmi⁹ inquit Solinus in Thracia est similibus angustijs & pari latitudine arcti maris, cuius littora vrbes vtrinq; secus ostentant. Propōtidis oram īsignit Pactyę Melana Sinum Card. a. Plin. lib. iij. super hoc Isthmo scribit fuisse Cardiam ciuitatem.

I ante E

¶ Ita aduerbium similitudinis geminum superlatiuum expōscit siue nominis siue aduerbij Cice. lib. de ora. Vt quisq; græce optime sciret ita esse nequissimum. Vel habet verbum vī superlatiui habens. Idem in Catone. Vt quisq; ætate antecedit, ita sententię principatum obtinet. Interdum cum comparatiuo, significatq; sic. Quandoq; valde. Terentius in And. Non ita dissimili sunt oratione ac stilo. Quandoq; optantis. Pacu. Ita te dijament, ita tibi pro voto secundēt omnia. Q. ñ q; illatiua coniunctio est pro igitur. Cic. Ita nobilissima ciuitas Græcię & olim potentissima sepulchrum ciuis sui ignorasset nisi ab homine Arpinate didicisset. Similiter quādo cōponitur cuiq; semper est coniunctio causalis & habet accentum in prima & dicimus itaq;. Si autem duæ partes sunt, habet accentum in pen. & dicimus itaq;. Terent. in And. Immo ita volo, itaq; postulo vt fiat. Plau. in Amphi. Verū ita ætatus fui, itaq; sum nunc vt ea te patera donem.

¶ Ithaca insula ante Epirum in qua regnauit Vlysses. Inea ēt vrbs eiusdem nominis, vt inquit Prolo. libro tertio. Ibi etiā mons Neritos a quo tota insula quandoque dicta Neritos fuit Verg. Neritos ardua saxis.

¶ Italia Europę regio prius Hesperia ab Hespero Athlantis fratre, qui a fratre pulsus & Hispaniæ & Italiæ dedit nomen, siue vt Macrob inquit ab hespero stella q̄ occasui subiecta sit. Inde Oenotria vel a bonitate vini quod in Italia nascit. Nam græci οἶνος vinum dicunt vel ab œnotrio Sabinorum rege, postea Italia ab Italo Siculorum rege qui agriculturam Italos docuit & leges posuit. Nam ad eam partem venit, in qua postea Turnus regnauit, & suo nomine appellauit. Ve-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gil. Est locus Hesperiam Graij cognomine dicunt. Terra antiqua, potens armis atq; vbere glebę Oenotrii coluere viri, nūc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Timæus & Varro a bobus vocatam dixerunt, quoniam tauri græca veteri lingua Itali vocati sunt a quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Latium vero pars Italiæ est. Est etiam dicta Ausonia vt Aristoteles inquit ps ad Tyrrhenum versa. Estq; in forma cruris inter Adriaticū & Thuscum mare, & a iugis Alpium dorsoq; Apennini porrecta se paulatim attollens vsq; ad rhegynū verticem & littora Brutiorum extenditur, in vltimo sui sciditur in duo cornua quorum alterum Ionium spectat mare, alterum Siculum in extremitate Rhegyum oppidum habens. Eius longitudo ab Augusta prætoria quæ in Alpineo fine sita est & per Romā Capuamq; porrigitur vsq; ad oppidum Rhegyum Solino testę decies centena & viginti milia passuum colligitur, latitudo vero quadringenta decem vbi maior latitudo, vbi vero minor centum tringinta sex, habetq; vmbilicum in agro Reatino, quæ dudum ex latere maris superi Rubiconem fluuiū pro finibus habuit. Diuiditur autem in .xvi. regiones. s. Liguriam, Hetruriam, Latium, Campaniam, Lucaniā, Calabriā, Apuliam, Samnium siue Aprutium, Picenum, flaminiam, & Æmyliam, seu Romandiolam, Vmbriam nunc ducatū Spoletanum, Galliam Cisalpinam, Venetiam nunc Marcham Tarusianam, Iapidiam, & Carniam nunc Forum iulium & Istriā. Ab italia fiunt italus a, um, & italicus a, um,

¶ Italica vrbs in italia: quæ alio nomine Confinium dicitur vt ait Stra. Alia in Hispania patria Silliii italici.

ð Et vnde Adrianus imperator ortum habuit.

¶ Italicum philosophię genus quoddam nuncupatum ex ea parte italię quæ quondam magna gręcia dicta. Quod vt docet Aug. lib. viii. de ciui. dei authorem habuit Pythagorā Samiū a quo etiā ferunt ipsum philosophiæ nomen exortum.

ð Ita sane affirmatiua ꝓticula quemadmodum & sane. Cc.

¶ Item aduerbium significat similiter quasi iterum idem.

¶ Iter iteris secundum Prisc. Itiner vero, neris pro actu eundi licet itiner non sit in vsu cum obliqui nominis iter ab vsu discesserint. Plau. in mer. Ergo itiner exequi meū me fines. Var. expectant itiner longo sermone leuare. Lucre. lib. v. Concussos itere & labefactos itere multo. Dictū iter ꝙ vehendo atteritur, vel ab eundo, cuius supinum est itum, siue ab ito frequentatiuo. Significat quandoq; viam. Hier. in lib. numero. Auertit se de itinere & ibat per agrum. De mari etiā dicitur. Ter. A in tu tibi hoc incommodum euenisse iter? Nō hercle Parmeno verbis dici potest quantum reipsa nauigare incōmodum est. Iter facere est ire quod & iter tenere dicim⁹. Ver. Quo ve tenetis iter. Habere iter, idem quod iturum esse. Vt iter habeo ad Cæsarem, id est oportet me ire, vel iturus sum ad Cęsarem. At viam facere non est iter facere, sed locū vbi non erat via aperire.

¶ Itineror, aris, iter facio.

¶ Itinerarium viatorium. Vnde itineraria dicuntur commētarij earum rerum quæ in itinere acciderunt.

¶ Iterum aduerbium, i rursus, vt Atq; iterum ad Troiā magnus mittetur Achilles. Interdum significat secundo Cice. in arte veteri. Primo quidem decipi incommodum est, iterū stultum, tertio turpe.

¶ Itero as, pe. cor. rursus aliquid ago & quasi per iter factum reuertor. Gel. lib. i. posuit pro eo. Sed eos Senatores qui magistratum curulem nondum ceperant pedibus iterauisse in curiam. Sed hoc ab iter fit. In alia significatione ab iterum Liui lib. i. Resistere atq; iterare pugnam iubet.

¶ Itidem pe. cor. significat similiter eodem modo, quasi iterū idem. Teren. Ibo ad eum, atq; hæc eadem quæ tibi dixi dicā itidem illi. Suet. de Aug. Centuriones statione deserta itidē vt manipulares capitali animaduersione puniuit.

⁂ Itys Terei & Prognes filius fuit, qui vt est in fabulis ī Phasianum mutatus est. Cc.

¶ Ithyra pe. cor. vbs in Tauro monte Parthiā versus Aquilonem.

ithyreus a, um. Est autem ithyreus epitheton arcus. Vnde dicimus ithyreos arcus & ithyreas sagittas. i. Parthicos arcus & Parthicas sagittas eo ꝙ Parthi præcipue arcubus & sagittis vtebantur in prælio. Verg. Ithyreos taxi torquentur in arcus. Luca. Ithyreis cursus fuit inde sagittis.

¶ Ithome oppidum in Peloponnenso, itēq; in Thessalia. Vnde ithomeus Iuppiter.

¶ Ithonia ciuitas in Bœotia ab ithonio Amphictyonis filio, quam alij ithonem vocant. A qua & Pallas ithonia est appellata. ð Siue vt Stra. inquit ciuitas, thessalię ad amphrisium fluuium sit vt est in fabulis.

¶ Ito as, frequentatiuum est verbi eo is, vnde iter dicitur.

¶ Ithyphallus proprie membrum virile erectum. Dicuntur & ithyphalli curatores Bacchi, qui in Orchestra saltabāt Hoc nomine dictus est priapus ἰθύφαλλος

¶ Ituria regio est, a qua iturei populi. ð Iturei vt ait Probus natio schytarum, Stra. libro decimoseptimo scribit montanā regionem iturei & arabes habent malefici omnes. Plin. libro quinto. In parte Syrię quæ Cœle dicitur scribit esse itureorum gentem.

⁂ Itus & itio ab eo verbo. Cic. Quid noster itus & redit⁹. Cc.

⁂ Iua pars est chartæ tenuissima, ex qua ilia nonnulli deducta putant. Cc.

¶ Iubæ crines animalium a collo pendentes, Vnde iubati leones dicuntur qui iubas habent ad differentiam eorum qui iubas non habent.

¶ Iubar proprie stella quæ ante solis ortum lucifer post solis occasum vesper appellatur ꝙ iubata appareat, vel ꝙ splendor eius diffundat in modum iubę leonis, ra dios. Verg. lib. iiij. It portis iubar exorto. Sæpe tamen pro ipso splēdore ponitur. Ouid. Et tremulum summa spargit in æde iubar. Et non tantum de solis seu stellæ, sed etiam de cuiuscūq; rei splēdore, vt auri argenti gemmarum, a lucifero, dici volūt. Vnde & ad maiestatem hominis transfertur. Clau. Per fratris regale iubar. Et aliquando ponitur pro aurora.

¶ Iubeo bes, iussi, iussum, impero. Quinti. Nam quamuis in festum latronibus mare iussus intraui, neq; dissimulauerī magnas fuisse causas patri cur hoc mihi imperaret. Interdum iubere ponitur pro rogare. Ver. Infandum regina iubes renouare dolorem. Interdum pro aperte dicere, & quasi exhortari optareq;, vt iubeo te saluere. Iubes me bene sperare. Teren. Iubeo Chremetem saluere. Interdum pro decernere, vt populus iussit. i. decreuit. Inuenitur hoc verbum cum accusatiuo. Quintil. Pater me iussit. A iubeo fit iussio. Similiter iussus, & iussa, q̄q̄ & iussum legatur. Sisen. lib. iij. Tamen Tudertibus senatusconsulto & iussō dat ciuitatem. A iussus componitur iniussus. Terent. in hecy. Quamobrem in cendor ira te esse ausam facere iniussu meo.

ð Iussus a, um, vsurpatiue participium. Nam Iubeor non dicimus q̄q̄ sic dicatur interdum, vt Luca. Cuius seruaueris vmbram si quicquid iubeare velis.

ð Iussum, nomen licet raro dicatur, cum magis in vsu sit plurale iussa, significat iussionem. Sisen. lib. iij. Tamen Tudertib⁹ senatusconsulto & populi iussō dat ciuitatem.

¶ Iubilum dicitur id quod ex gaudio voce nec tamen verbis explicatur. Sillius lib. xiiij. Et lætus scopulis audiuit iubila Cyclops.

¶ Iubilo as, pe. cor. De quo Aug. Iubilare proprie est gaudiū verbis non posse explicare, & tamen voce testari quod corde conceptum est & verbis explicari non potest. Non enim verbis iubilatur, sed solus gaudentium sonitus redditur quasi parturientis & parientis cordis lætitiam in vocem rei conceptæ quę verbis explicari non possit.

¶ Iucundus a iuuo as. ꝙ mentem & sensum iuuet. Et is dicitur qui causa extitit alteri vt ille gaudeat. Vnde iucundę literæ, iucunda oratio, iucūdus aspectus. Cicero ad Atticum. Fuit mihi sępe & laudis nostræ gratulatio tua iucunda & ti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

moris consolatio grata. Quandoq; iucundum dicitur quod est latinæ plenum, vt apud eundem libro. iii. inuect. Est mihi iucunda in malis & grata in dolore vestra erga me voluntas id est lętitię plena & voluptuosa qualis est in prosperis. Grata quasi plena effectus & fructus. In iucundo enim quædam gratia est delectationis in grato etiam commodi. Quippe aspectus rosarum iucundus, aspectus plenę messis gratus. Hinc iucunditas quasi amœnitas quædam ex qua nascitur voluptas. ☞ Potest etiam dici iocundus cum o, & u, affinitate iungantur.

¶ Iucundor aris, voluptatem, gaudium, & delectationem affero. Lact. lib. iiii. Quotidie autem iucundabar ante faciem eius cum lętaretur orbe perfecto. Sed hic sumitur pro gaudio afici. sicut & Hiero. Nulli dubium est omnem illam cœlestem. Hierusalem, tunc exultasse ineffabili lætitia, tunc iucundatã esse inestimabili charitate, tunc q; cum omni gratulatione iubilasse, quoniam festiuitas hęc quæ nobis hodie reuoluitur annua illis omnibus facta est continua. Inuenitur etiam iucũdo as, Aug. lib. xvii. ciui. dei. Exaltasti dexteram, iucundasti omnes inimicos eius.

¶ Iudęi a Iuda filio Iacob dicti sunt qui fuit vnus ex. xii. patriarchis. Nam licet fuerint. xii. tribus quę a. xii. filiis Iacob descenderunt, a Iuda tamen iudæi sunt appellati, quia vt Aug. inquit de stirpe eius regnum veniebat iudęis. Prophetauerat enim Iacob dicens Non deficiet princeps de iuda, nec dux de fœmoribus eius, donec veniat cui repromissum est. De tribu aũt iuda venit dominus noster Iesus Christus.

¶ Iudæa ę, iudeorum regio dicta est, siue iuda indeclinabile a qua iudaicus a, um, pro iudæus, a, um, sicut Hebraicus, Achaicus, Euboicus, pro Hebræo Achæo, Eubœo. Iuuena. Iudaicũ edi scunt. Diuiditur aũt iudæa in duas partes, ĩteriorem & vlteriorem. Hęc perea vocatur, quia vt inquit Plinius a cæteris iudæis iordane sit amne dissecta. Nam & regio quę trãs Euphratem est perea nominatur, vt docet Strabo. Sicut trãspadani qui transpadum habitant. Sic plinius libro. vi. Citerio rem Galliam vocat quasi Peræa, hoc est vlterior sit aliqua. Et in sacris literis. Secutæ sunt eum turbę de Galilæa Decapoli Hierosolymis iudęa & transiordane. Iudæa tamen tota Palęstina dicta est, quæ prius Canaã a filio Cam. Terra diues opũ frugibus fertilis opima balsamis. Vnde ob singularem aeris temperiem & elementorum gratiam existimauerunt iudæi eam promissam patribus terram lacte & mellę manantem.

¶ Iudex dicitur quasi ius dicens populo, siue q; iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Et iudex est qui ex iurisdictione propria aut sibi delegata & commissa ius habet super causas litigiorum cognoscendi. Et qui ex propria iurisdictione illud habet dicitur iudex ordinarius. Qui vero ex delegata dicitur delegatus extra ordinarius.

¶ Iudicium vt Gel. inquit diuinatio dicitur, quoniam diuina re quodammodo iudicem oportet, quam sententiam sese ferre par sit. Iudiciorum duo genera ponit Aug. Damnationis, scilicet & discretionis. Vnde scriptum est. Iudica me deus & discerne causam meam. Apud iurisconsultos variis modis dicitur iudicium. Sed illud in primis accipitur quod pro ordinatione causæ discutiendæ in iure fit coram iudice. Et est actus legitimus triũ personarum, s iudicis, actoris, & rei.

¶ Iudico as, quasi ius dico, discerno: vt Recte iudicate filij hominum. Aliquãdo existimo, vt illud. Recte iudicasti. Aliq̃ alicuius causam audio & pro illo sententiam fero. Et sic cũ dativo construitur. Aliquando condẽno, & tunc cum accusatiuo. Aug. Iudicare alicui est ferre sententiam pro illo, siue audire eius causam, Vt iudica pupillo, & viduę. Iudicare aliquem est ipsum condemnare. Vt linguis suis dolose agebant iudica illos deus. Construitur etiam quandoq; cum genitiuo vel ablatiuo. Gel. Quantæcq; pecunię iudicate essent prædicabat. Huius composita sunt, Abiudico, Adiudico, Dijudico, & Præiudico.

¶ Iudicialis & hoc iudiciale significat quod est iudicis, vt iudicialis sententia.

¶ Iudiciarius a, um, quod ad iudicem pertinet, siue vt iudicetur. Gel. A poetarum & a rhetorum epilogis ad iudicandas lites vocatus rem iudiciariam, quoniam vocis vt dicitur vigę penuria erat ex mutis quod aiunt magistris cognoscerem.

¶ Iugerum pe. cor. in plurali iugera & iugeris. Varro libro primo de re ruſ. In Hispania vlteriore metiuntur iugeris, in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac latino iugeris. Priscia. tamen iugus iugeris ab hoc iugere, iugera, horum iugerum his iugeribus. Pomp. mel. Sed vltra q̃ canalem habet euehat plus iugeris spatio sublimis. Tibul. Vt multo in numera iugere pascat ouem. Iuuc. Iugeribus paucis lũbos donare clientis. Est autem mensura quam Hiero. Mathematicus ducentis pedibus contineri scribit. Quint. Ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidij in latitudine, q; tantum spatij arari vno die ab vno pari boũ consueuit. Plin. lib. viij. Iugerum vocatur quod vno iugo boum in die arari possit. Var. li. i. Iugerum q; & quadratos duos actus habeat: quadratus qui & latus est pedes centum viginti & lõgus totidem. Is modius ac mina latine appellatur. Iugeri pars minima dicitur scrupulum, id est decem pedes & longitudine & latitudine quadratum. Dictũ iugerum ab eo q; erat iunctũ Vnde Col. lib. vi. Hoc duplicatum facit iugerum & ab eo q; erat iunctum nomen iugeri vsurpauit.

☞ Iugere dicuntur milui cum vocem emittunt.

¶ Iugeratim per singula iugera. Col. lib. iiii. Vt primæ vineę centenas amphoras iugeratim præberent.

¶ Iugum dictum est q; iungatur & in acutum' arctetur. Est enim montis cacumen. Ver. Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit. Est & iugum ligneum instrumẽtum quo iungantur boues & adinuicem arctãtur, q̃uis & ad homines transferatur q; ęo collo iungantur. Itẽ iugum dicitur lignũ quo textores telam conuoluunt. Ouid. lib. vi. met. Tela iugo est iuncta. Et iugum dicebatur sub quo ignominię gratia victi hostes mittebantur. Nam fixis in terra duabus hastis sup eas ligabatur tertia tunc victi hostes discingebantur, & sub illa transire cogebantur inermes. Hinc subiugare pro debellare ac subijcere. Item iugum i. vinea dicitur cum duabus aut pluribus partibus fixis aliæ super eas alligantur in quibus vites coniunguntur, & quasi iugum id est summitatem quandam faciunt. A quo vites ipse seu vineę iugate dicuntur. Q; si hastilibus in terra defixis singulæ transuersẽ perticę in vnã tantum partem ordinis annectantur vnijugę vineæ dicunt. Et genus ipsum iugi canterium rustici vocant. Pli. Salices quędam in proceritatem magnam emittunt iugis vineas perticas. Item. Simplici iugo constat vniiuga porrecto ordine canterium appellant. Hinc iugari vineæ dicuntur q̃ in iugũ constituuntur. Col. Sequi iam adminiculandę iugandæq; vineæ cura. Item iugũ (vt Varro ĩquit libro primo) vocatur quod iuncti boues vno die exarare possunt. Item iugũ dicitur vñ lances dependent. Rursus iuga sunt tabulæ nauiũ in quibus sedent, quæ transtra vocantur. Verg. Inde alias quæ per iuga longa sedebant Deturbat, laxatq; foros.

¶ Iugata vitis a iugo q; ad similitudinem militaris iugi fiebat vt paulo ante dictum est.

¶ Iugo as, coniungo, a iugo quasi ad vnum iugum alligo. Cic. lib. ii. ruſ. Hoc quidem est commune virtutum, omnes ei inter se nexę & iugatæ sunt. Huius composita sunt, Abiugo Adiugo, Coniugo, Deiugo, Deorsum iugo. diuido, Pacu. Percq; nostram vnanimitatem quam memoria deiugat. Sub iugo, quæ habent pe. cor.

¶ Iugosus a, um, quod in iugum acuitur, & est procliue.

¶ Iugantinus deus dictus est qui iugis præesse putabatur.

¶ Iugulus diminutiuum a iugum.

¶ Iugulus pe. cor. a iugo anterior colli pars vnde vox hãlituſ q; procedit q; per eam pectori caput iungatur. Et duplicem esse constat. Plin. libro. xi. Vni homini sunt duo iuguli, dextrum & sinistrum. Apul. Per iugulum sinistrum capulotenꝰ gladium totũ ei demergit. Cor. Cel. libro. viii. A dextro iugulo sic fractum ẽ, ad alam sinistram, a sinistro ad dexterã.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Et quia locus ille maxime letalis est, & penetrabilis, inde iugulatio & iugulare, deducuntur. Et iugulum ferire dixerunt pro eo quod est interficere. In agendis causis iugulum petere tunc dicitur orator quando quod est potentissimum id inuadit, ac premit validissime aduersarium, videturq; illū iugulare argumentis perinde ac vibratis telis.

¶ Iugula stella orion, vel signi cœlestis pars, de qua Varro Iugula signum est quod Actius appellat Oriona cum ait. Citius orion patefit. Huius signi caput ducitur ex tribus stellis quas infra duę claræ quas appellant hiulos inter quas quod videtur iugulū, vñ iugula dicta. Plau. in Amph. Neq; iugulę neq; vesperugo neq; vergiliæ occidunt.

¶ Iugulo as, iugulum cędo seu iugulū soluo. Lact. li. iii. Qui cum timeant ne ab hoste iugulentur ipsi se iugulant, mortē morte deuitent. Et nō solum de gladio sed etiam de morbo dicitur. Cælsus libro tertio. Quartana neminē iugulat. Trāsfertur interdum ad ānimata. Mar. Scelus est iugulare falernū

¶ Iugalis qui iugum habet. Hiero. in lib. ℞ Et subneruauit iugales curruum. Iugale vinculum copula matrimonij. Verg. Cui vincla iugalia curæ.

¶ Iugarius vicus Romæ, dict⁹ quia ibi Iunoni iugę ara erat, quam putabant matrimonia coniungere. Liui. Iugarium æq melio & fortunæ templo vicinum statuit.

¶ Iuges dicuntur eiusdem iugi pares. A quo ĭniuges boues qui nunq; iugo adhibiti sunt. Coniuges vir & vxor. Biiuges siue bijugi, quadrijuges quadrijugi equi bigas vel quadrigas trahentes.

¶ Iugis assiduus continuus, quasi semper iugo affixus a quo iugiter aduerbium continue.

*Iuglam veteres dixerunt stellam quę alio nomine appellatur orion q̄ amplior sit cæteris, quasi nux iuglans. Cc.

¶ Iuglans est quæ commnni nomine nux appellatur, & ĭter nuces primum locum obtinet a iuuando & glande dicta, vel quasi iouis glans quasi ioui dicata ob egregium fructum. Hæc enim arbor nuces habet suauiori sapore q̄ glandes. Vñ Cloatius diu glādem primo vocatam scribit quasi διὸς βάλανος. postea derractione primę literæ iuglandem. Constat sane apud antiquissimos maximo in honore fuisse glandem anteq̄ mortales ad delitias se conuerterent, vt quæ sola simplici vitæ atq; innocuæ alimenta præbebat, quapropter cum hunc fructum, s. nucem veteres illi egregium existimarēt decorare, eum digna appellatione volentes iuglādem quasi Iouis cibum nuncupauere. Hanc nucem ob excellentiam græci Basilicam appellant, quasi inter nuces regalem. Plinius. Et iuglandes e Perside a regibus translatas indicio sunt græca nomina. Optima earum genera sunt, quæ Persica atq; Basilica vocant. Persica quidem intantum augentur vt putamen rūpant. Ideoq; molluscæ nuces a putaminis molliciæ vocitātur Est & aliud nucis iuglandis genus quæ Tarentina dicitur fragili putamine & ita mollis vt vix attrectata frangatur, vnde quidam Tarentum appellatum putant, q̄ nuces iuglandes & pineas molles habeat ac similiter oues. Tarentum aūt Sabini vocant molle. Hora. Et molle Tarentum. A iuglāde iuglam veteres dixerunt stellam quæ alio nomine appellat Orion q̄ amplior sit cęteris quasi nux iuglans. Secundum ĭter nuces locum obtinet pinea exiles nucleos habens quamuis totius corporis magnitudine alias superet. Est genus earum quod Tarentinum vocatur putamen habens fragile digitis & auium furto semper expositum. Hæc sylueſtris pinus dicitur ad differentiam alterius quæ vrbana vocatur. Est & tertium genus, quę pinus Picea appellatur q̄ Pice potius quam pino similis sit. Id circo etiam Apinam vocant quasi minime pinum. Nucleum cutem verius quam putamen adeo mollē habet, vt simul mandantur, nuces quoq; eius apinæ a veteribus nominabantur Quartum genus apinastrum vocant. Tertio loco numerantur auellanæ, quas antea. Abellinas patrio nomine constat vocitatas ab Abellino Campanie oppido vbi abundant, cæteris minores. Vnde a Satyrico poeta Numæ nuces vocantur. Proprium arboris nomen est Corylus. Eædem & prēnestinę dicuntur q̄ his Prenestini abundē Et ponticę q̄ in Asiam Greciamq; primo e ponto venere inquit Pli. Hinc illud Papinij ex Hendecasyllabo. Quicquid nobile Ponticis nucetis. Quidam per diminutionē nuculas Prę nestinas dictas existimant vel q̄ exiguæ sint, vel q̄ inclusi olim a penis Prenestini famem nucibus tolerauerunt. Dehīc sequitur amygdala nucleum habens dissimilem latitudine. Hæc & nux greca vocatur & Thasia a Thaso insula Thracię olim Etria. Cuius populi Thassi vocantur. Postea nux castanea armata echinato calice, quæ & Heracleotica. Sunt & castaneæ triangulari forma quæ in aqua nascuntur & coctiuæ vocantur.

*Iulia oppidum in Gadibus ciuium Romanorum. Cc.

¶ Iulius dictus est Cęsar q̄ hoc mense ad quartum idus quintiles creatus sit dictator, seu q̄ eo mense natus dicatur. Hinc Iulianus a, um, Vnde iuliani milites apud Suet. dicti sunt Cęsariani. Et iuliani anni quos idem ordinauit. Similiter iuliana vectigalia apud Cice. lib. xiij. Antoninarum. Est & Iulianus nomen proprium

♂ Iulus cognomen Ascanij filij Æneæ. & iulus, a Plau. dicitur muoluolus, a Cato. Conuoluulus a Col. Voluola. De quo in Conuoluolus, vermiculus multipes, qui in vitibus & ī quercubus gignitur. Item lanugo pomorum & arborum. Plin. li. xvi. Ferunt & auellanæ iulos suos compactili callo ad nihil vtiles. Sunt autem iuli, non flores proprie, sed antecedūt: vt in fico grossuli Theophra. Ferunt arbores non nullę iulos suos. i. lanugines. Iuli. n. sunt lanugines genarum. Nam primæ lanuginis adolescentes dicuntur iuli, a quo nomīe iulus Ascanius dictus est. Item iulus piscis, qui balęnis ocetisq; dux est itineris, qui ab Oppiano ob id vocatur Hegeter. Est & gen⁹ cantus dianę grati.

♂ Iulia gens dicta est ab iulo Ascanio, siue ab iulo iuli Ascanij filio, vt inquit Festus.

♂ Iulea, vox suauis dicitur. Nam iulis oppidum fuit insulæ Ceę Simonidis patria qui melicus a suauitate cantus dictus ē vt in Suida legitur. Idē primus ceciniſſe neniam fertur.

¶ Iumentum a iuuando, i. præbendo, cuius appellatione cō tinentur animalia quæ vel farcinas gerūt, vel currus trahūt, vel terram excolunt, vt equi, muli, asini, cameli, boues. Col. lib. vij. Nec tamen vlla regio est in qua modo frumenta gignantur quæ non vt ouium ita armentorum adiumento iuuetur, vnde etiam iumenta nomen a re traxere q̄ nostrum laborem velonera subuectando vel arando iuuarent. Est & iumentum vehiculi genus, quoniā adiunctis pecoribus trahebatur, quod a iungendo quidam dictum existimant.

♂ Iunis & hociune quod est etate viride. Vnde iunior Comparatiuum, fit inquit Cornutus.

¶ Iungo is, xi, ctum, cumulo & quasi in vnum ago. Cuius cō posita sunt Abiungo, Adiungo, Coniungo, Disiungo, Dejungo, quod est separo. Plau. in Asi. Ne nos deiunge amantes. Iniungo, Interiungo, Subiungo, & Seiungo.

¶ Iunctim aduerbium. i. sine interuallo. Suet. Magistratus & maturius inchoauit & pene iunctim percurrit.

¶ Iuncus a iungendo, quoniam vsus eius ad iuncturas vtilis est, cuius multe sunt species. A quo iunceus a, um, quod est ex iunco.

♂ Iunculi cibus ex opere dulciario qui ad similitudinem iuncorum figuratus erat quales hodie in opere pistorio venales conspiciuntur. Vel dicitur Opus lactarium siue lac coagulatū instar metæ foratum iuncis inclusum, quę meta lactis a Martiale dicitur vulgus iuncatam a iuncis nominat.

*Iuniculus genus vitis a iungendo ex quo fiunt quæ masculeta vocantur. Cc.

*Iunonia maior & minor insulę sunt ex fortunatis. Cc.

¶ Iuniperus pe. cor. arbuscula q̄ in arenosis frequens nascitur coma virens perpetua, vnde & topiario operi idonea, & carioſam senectam non sentit, producit ex se vernicem quo vtūtur scriptores pennarij ad papirum exasperandam. Medici Sādaracam vocant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Iuno vt inquit Cice. de natu. deo. aer vt Stoici disputant interiectus inter mare & cœlum iunonis nomine consecratus q̄ est soror & coniunx iouis, cp̄ similitudo est ætheris & cum eo summa coniunctio, effeminauerunt eum iunonicq; tribuerūt cp̄ nihil est mollius. Sed iunonem a iuuādo credo esse noīatā. *Iunonis multa sunt nomina, est enim Curetis quę vritur curru & hasta. Verg. Hic illius arma Hic currus fuit. Est & lucina quę partub⁹ prę̄est. Teren. Iuno Lucina fer opem. Est regina. Ver. Ast ego quę diuum incedo regina, & quia prę̄est nubentibus pronuba dicitur. Idē & pronuba iuno. Cc.

¶Iunius mensis a iunone putatus dictus quem iunonialē & iunonium dicebant. Sed postea detritis quibusdam literis ex iunonio iunius est dictus. Sunt qui putant a iunio Bruto dictum iunium qui primus Romæ factus est consul cp̄ hoc mē se. f. Calendis iunijs pulso Tarquinio sacrum Carnæ deę in Cęlio monte voti reus fecerit. Alij a iunioribus deriuant, sicut maium a maioribus. Ouid. lib. vi. fast. Sic statuit, mensesq; nota secreuit eadem. Iunius est iuuenum qui fuit ante senum.

¶Iunices pe. cor. tenerę ętatis boues fœminę, quæ iam cessarunt vitulę esse, necdum tamen ad summam magnitudinē peruenerunt dictę quasi iuuenicę a iuniore ętate Persius. Tot tibi cum in flammis iunicum omenta liquescāt. Nam masculini iuuenci dicuntur. ð Huius nominatiuus singularis est iunix. Plau. in mi. Quam mox ad stabulum iunix recipiat de pabulo.

¶Iungauni ligures incolæ. Alpigi oppidi, distant a Monoeci portu stadijs. cccIxxx.

¶Iupiter tris, vel teris, secundum Prisc. non iouis qui genitiuus non a iuppiter sed a nominatiuo iouis. Nam a principio iouis appellatus est a iuuando, postea adiuncto altero vocabulo dictus est Iuppiter quasi iouis pater, sicut neptunus pater, Saturnus pater dicere solemus. Econtrario veteres veiouem appellarunt deum cui dempta esset iuuādi facultas. Celebrabant enī quosdam deos vt prodessent, quosdam ne obesset placabant. Plau. in Cas. Repente vt emoriantur huamni ioues. Et a iuuando similiter dicitur. Nam cum pro igne ponatur nullares sic fouet omnia quemadmodum calor. A poetis dicitur diuum atq; hominum rex. A maioribus autē optimus maximus. Et quidem optimus. i. beneficentissimus q̄ maximus, quia maius certeq; gratius prodesse omnibus q̄ opes magnas habere. Cic. contra Clodium. Quocirca te capitoline quem propter beneficia populus Ro. optimum, propter vim maximum appellauit. Ponitur quandoq; pro aere. Hora. Manet sub ioue frigido venator teneræ coniugis immemor. Iuue. Fremeret sæua cū grandine vernus Iuppiter. Vñ & sub dio dicimus, cum Ζὰ, Iouem vocent græci quem omnia esse voluerunt. vt Val. Soranus Iuppiter omnipotens regum rerumq; deumq; Progenitor genitrixq; deū deus vnus & omnes. Alibi pro anima mundi. ð Alibi pro pluuia. Ver. lib. ij. Ge. Et iam maturis metuendus iuppiter vuis. Est & iuppiter nomen stellæ illius salutaris q̄ in ordine secunda est. Alij quando per iouem intelligimus ipsam vim duorum superiorum elementorum quæ actiua est dum agit in hæc duo inferiora ad generationem & corruptionem

¶Iurgo as, quasi iure contra aliquem ago, verba cōtentiosa facio. Teren. in An. Cum Dauo egomet vidi iurgantem anicillam. Vnde & iurgatio (vt Festus) aitiurisactio. Et differt iurgare a litigare & iurgiū a lite, qm̄ iurgiū leuior res est, siquidem iter benuolos aut ꝓpinquos dissensio vel cōcertatio iurgiū dr̄, inter inimicos dissensio lis appellatur. Cic. lib. iiij. de re pub. Si iurgant inquit beniuolorū concertatio est, lis inimicorū nō iurgiū dr̄. Idē Ergo lex putat inter se vicinos non litigare. Esi & iurgor deponens. Hora. in ser. Iurgatur verbis Ab his fiunt composita, Obiurgo, & obiurgor. de quibus alibi.

¶Iurgium dissensio, vide in dictione iurgo.

¶Iurgiosus a um, quod est contentiosum seu contumeliosū Gel. Mulier morosa ad modum & iurgiosa.

¶Iuro as, a iure fit. Nam iurare proprie est quempiam promittere adhibitis etiam testibus ita seruaturum ac si ius esset. Huiꝰ cōposita sunt Abiuro, Adiuro, Cōiuro, Deiuro, & Exiuro, quod est multum vel valde iuro. Nonius de priscis dictionibus. Exiurare & Deiurare. i. valde iurare. Plau. i Am. Exiurasti mihi te dicere per iocū. Deiero & Peierō, de quibus alibi. Obiuro, Præiuro añ alios iuro. Eiuro quod significat id quod desiderat non posse p̄stari. Plaut. Eiurauit militiam. Et hæc per u, habent pe. prod.

¶Iuratus participium tam actiue q̄ passiue accipitur. Cicero ad Heren. Ex eo cp̄ ait se non potuisse adesse ita vt iuratus fuerat. i, vt iurauit. Sic iniuratus qui non iurauit idem in Verrē. Malo ei iurato suam q̄ iniurato aliorum tabellas committere Passiue protulit Luc. lib. viij. Mihi per Latium iurata tonantem. Idem lib. v. posuit verbum in passiua significatione. Et lætæ iurantur aues bubone sinistro

¶Iuramentum est affirmatio vel negatio sacræ rei attestatione firmata.

¶Ius iuris quidam a iustitia deductū, quidam a iussum per apocopē. Nihil em̄ aliud est ius q̄ quod vel natura, vel ciuitas aut populus vel gēs, vel cōsuetudo iubet. Et differt a lege cp̄ ius gn̄ale ē, lex iuris species. Et ius ad non scripta ēt pertinet, lex ad ius scriptū. Diuidit ius in naturale, gentiū, & ciuile. Naturale quod est cōmune omni nationi eōcp̄ vbique instinctu naturæ habet nō aliqua cōstitutiōe facta ab homine sed ab ipso naturæ cōditore, vt maris & fœminæ cōiūctio liberorū successio in bonis parentum puerorum educatio, cōmunis omnium possessio, qua iure naturali omnia sunt communia. i. communicanda tempore necessitatis. Rei depositæ vel commodatę restitutio. Violentiæ per vim repulsio. Quę tibi vis fieri alteri facias & econtrario. Ius gentium, quo gentes humanę vtuntur, quod a naturali procedere facile intelligere licuit, quia illud omnibus animalibus hoc solis hoīibus inter se cōuenit vt deo religioni patriæ & parentibus pareamus. vt viam atq; iniuriam propulsemus. Ius ciuile, cum aliquid cōmuni iuri vel add. ē vel detrahit, hoc ē cū populus sibi cōstituit quasi proprium ius ciuitatis. Hoc autem scripto constat vt sunt leges, plæbiscita, senatusconsulta, principum decreta. Aut sine scripto, vt ea q̄ auctoritate prudentium fiunt. Et hæc proprie est interpretatio iuris & eorum omnium quæ supradiximus. Vnde qui hoc profitentur, interpretes iuris, & iurisc̄onsulti & iuris prudentes dicuntur. Et qui iter eos excellunt iuris antistites nominantur. In ciuili iure prætoriū ius continetur quod p̄tores supplendi vel corrigendi iuris ciuilis gratia introduxerunt ob publicam vtilitatem. Hoc a p̄toris honore honorarium appellatur. Est etiā ius singulare quod contra tenorem rationis ob aliquam vtilitatem auctoritate constituentium introductum est. Ius consuetudinis qđ in morem vetustas vulgi approbatione produxit. Ius militare quo soli milites sunt astricti, vt belli inferendi solennitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostes & pugnæ commissio. Signo dato receptio. Stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor, prædæ diuisio pro personarum qualitatibus. Iuris p̄cepta tria sunt, honeste vivere, alterum non lædere, ius suum cuiq; tribuere. In nostra etiam religione est ius diuinum in quo diuina oracula cōprehenduntur, & ius pontificium quod Romani pontifices sanxerunt. Aliqñ ius ponitur pro auctoritate siue libertate quadam atq; licentia. Cic. Quare suo iure noster ille Ænnius sanctos appellat poetas. i. sua licentia quia summus erat poeta. Idē. Pro meo iure dico, quasi cōfidēter. Aliqñ ꝓ merito. Quī til. Quis eum non id meruisse, quis nō iure passum affirmet? Aliquando pro necessitudine, vt est mihi cum illo ius cognationis vel amicitiæ. Aliqñ pro loco in quo ius redditur appellatione collata ab eo quod fit in id in quo fit, quem locum definiunt. Vb. cunq; prętor salua maiestate imperij sui saluoq; more maiorum diceremus constituit. Et ius est liquor corū q̄ coquuntur. Teren. in Eu. Harum vidēre inguluiē sordes, inopiam, q̄ inhoneste q̄ sint domi atq; auidæ cibi, quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent.

¶Iurisdictio, facultas atque potestas iurisdicendi. Nam ius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicere est præesse iuri dicendo & legibus gubernare, ac iustitiam ministrare. Seruius. Sulpi. Postero die cum ab eo digressus essem eo consilio vt ab Athenis in Boeotiam irem reliquam que iurisdictionem absoluerem.

¶ Iuridicus a, um, pe. cor. quod secundum ius est. Vnde iuridicꝰ dies quo rite ius dici põt. Et iuridica actio q̃ secũdũ ius ẽ.

¶ Iustitium quasi iuris statio dicitur iuris dicendi intermissio quod fieri solet publico luctu reipub. calamitatibus. Liuius. Dictator cũ iustitium edixisset omnes iuniores sacramento adegit Idẽ. Iustitium edicit. claudi tabernas tota vrbe iubet, vetat quẽq̃ priuatæ quicq̃ rei agere.

¶ Iusiurandum est affirmatio religiosa vt inquit Cicero lib. iij. offi. Quod aũt affirmatiue quasi deo teste promiseris id tenendum est.

*Iussa senatus sunt senatus decreta. Cc.

¶ Iustus a iure dicitur & est is qui iura seruat. Interdum ponitur pro mediocri cum & ius ipsum mediocritas quedã sit, Vnde iustam magnitudinem alicuius rei dicimus cum nec debita minor est nec modum excedit. Hinc iusti dies dicebãtur. xxx. dies cum exercitus esset imperatus & vexillum in arce positum Interdum pro magno. Vnde dicimus iustam rem, hoc est magnam, quemadmodum vt bonam partem & iustam partem, magnã partẽ. Et bene doctus valde doctꝰ Plin. Opere iusto tẽporũ nostrorũ historiã orsi. Sic iustũ plũ iustũ exercitũ historici dicunt magnũ. Asco. Iustas ĩimicitias pro magnas apud Ciceronẽ exposuit. Interdũ ꝑ vero, vnde apd iuriscõsultos, qui filiũ adoptat ĩterrogat an velit eũ quẽ adoptat iustũ sibi filiũ esse id est verũ filiũ. A iustus fit cõpositũ iniustus, qui cõtrariũ facit, & qui iustã magnitudinẽ excedit. Verg. Iniusto sub fasce viam dum carpit.

¶ Iustitia inquit Cic. est habitus animi cõmuni vtilitate seruata suã cuiq̃ tribuẽs dignitatem. Differt aũt iustitia a iudicio & ab æquitate, quia vt docet Hier Iustitia actio recta. Iudicũ discretio boni & mali. Æquitas rectitudo mẽtis intelligit. Iustitia est in his qui secũdũ regulã veritatis bene operãtur iudicium in illis quæ recta descriptione cũ proximis agimus æquitas in eo cum syncera intentione deo soli in his q̃ recte gerimus vel iudicamus placere contendimus.

¶ Iusta, sacrificia quæ mortuis impenduntur, ꝙ iure fierent his qui de nobis viuentes benemeriti fuerant. Sal. in Iugur. More regio iusta magnifice fecerant. Ouid. Hanc quia iusta ferunt dixere feralia lucem Col. lib. vi. Hoc condimento illectæ pecudes fortius iusta cibariorũ conficient.

ỽ Iuscũ pulpamẽtũ minutatĩ cõcisũ, qđ vulgꝰ ius noĩat. Deriuatũ nomẽ a ius. Apul. Offendo photidem quæ suis dominis parabat iuscũ furtim concisum.

¶ Iuscũ siue iusculũ ẽ etiã cibariũ liquidius qđ cõstat vitellis ouorum omphatio iure pingui croco & Cynnamo.

¶ Iurulẽtꝰ a, ũ, qđ ẽ iuris plenũ. Cor. Cælsus. Tũ res eadẽ magis alit iurulẽta q̃ assa, magis assa q̃ frixa. Var. Vbi pultem aut iurulẽti quid ponebãt a capiẽdo carinũ nomĩarũt. Apu. vero ĩ magię apol. Iusculentum non iurulẽtum formauit sic de Ænnio dicẽs. Ostẽdit qualiter quisque piscium assus aut iusculentus optime sapiat.

*Iuturna nimpha fuit Tyberis amnis & Turni sorõr. Cc.

¶ Iuuo as, iuui, iutũ, opẽ fero. Lact. li. v. Si eloquẽtiã, si virtutẽ ingenij, diuinarũq̃ rerũ doctrina iuuisset. Hĩc iuuẽtus & iumẽtũ, ĩterdũ iuuare ẽ delectare. Ver. Iuuat arua videre. Hius cõpositũ ẽ Adiuuo quod ẽ iuxta vel valde iuuo. Hie. Orationũ itaq̃ vestrarũ adiutus auxilio. Hĩc fit aliud cõpositum Coadiuuo. Frequẽtatiuũ est iuto as, a quo adiuto. Terent. in An. At te adiutare oportet adolescentuli causam.

¶ Iuuamẽ, iuuatio, & iuuamẽtũ, idẽ significãt. s. auxilium.

¶ Iuuẽcus & Iuuẽca non tm̃ de boue, sed de hoĩe quoq̃ iuuene ĩtelliguntur. Vñ fit per diminutionẽ Iuuẽculus & iuuẽcula. Hora. Te suis matres metuũt iuuẽcis. Te senes ꝑci misere q̃ nuper virgines nuptæ. Ouid. Graia iuuẽca venit.

¶ Iuuenis a iuuando ꝙ ea ætas maxime fit apta ad laborẽ tolerandum. Et a iurisconsultis iuuenes dicũtur qui adolescẽtium excesserunt ætatẽm quoad incipiant inter seniores numerari Hinc formatur comparatiuum Iunior. Colu. tamen dixit iuueniori examini solet accidere.

¶ Iuuenile adiectiuũ significat quod ẽ iuuenis, vt ætas iuuenilis. a quo iuueniliter aduerbiũ qđ est more iuuenũ. Cic. ĩ Cato. Et annibalẽ iuueniliter exultãtẽ pãtiẽtia sua mollichat.

¶ Iuuenalis etiam adiectiuum a iuuene. Plin. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem popinarũ penis aucuparetur. Iuuenalem appellauit diem quasi iuuenali ætate peculiariter celebrandum. Sueto. de Cali. Adiecit diem Saturnalibus appellauitq̃ iuuenalem. Est & Iuuenalis nomẽ propriũ satirici poetæ.

¶ Iuuenalia erant ludi q̃ ꝑ salute iuuenũ celebrabãt. Sidoniꝰ. Iam vero iuuenalibus peractis quem te prębueris sequẽti in æuo chartis posterioribus loquemur. Erant & solẽne iuuenalia cum Dianę simulachra & imagunculæ dicabantur.

¶ Iuuentus ætas iuuenilis, quæ & iuuenilitas & iuuenta dicitur. Sal. Ibiq̃ iuuentutem suam exercuit. Aliquando significat multitudinem iuuenũ. Ser. Sulpitius. Licitum est tibi credo pro tua dignitate ex hac iuuentute generũ eligere. Aliqñ ponitur pro dea q̃ pręesse putabatur huic ætati. Hęc est Hebẽ Iunonis filia & Herculis vxor, q̃ etiam Iuuentas a nõnullis dicitur, quemadmodum libertas.

¶ Iuuenesco iuuenis fio. Lact. lib. vij. Denicq̃ confirmatis viribus cœpisset iuuenescere.

¶ Iuxta quando põpositio ẽ, semp̃ separat & significat apud ꝑpe. Ver. li. iij. Humilis volat æquora iuxta. Plau. Iuxta te tũ tu pie tuearis oportet. Aliqñ significat simul cõiũcti. Var. de vi. pa. Cũ ĩterea lucubrãdo faceret iuxta ancillas lanã. i. simul eum ancillis. Qñ vero aduerbiũ significat æque similiter eodẽmodo. Plau. Dixi tibi mater, iuxta mecum rem tenes id est æque mecum. Sal. in Iug. Hyemen atq̃ æstatem iuxta patiẽ

¶ Iuxtĩ aduerbiũ significat prope. Sue. in Tibe. Magistratibus pro tribunali cognoscentibus plærumq̃ se offerebat cõsiliariũ, assidebatq̃ iuxtĩ vel ex aduerso in parte primori.

*Ixia siue ixium genus visci albi Cc.

¶ Ixíun nomẽ ꝑpriũ fris Phlegię. Ixõ auis de vulturis gñe alba, & minor vulture. Sui. ἐξόσ. ὦ χρῶνη ἐισ ἀγθυσιμ ωτν νῶμ. *i. Ixos est viscus quo vtũtur ad venationẽ auicularũ.

ỽ Iynx iyngis, auis quę verticilla a colli versura vocat Hæc paulo maior est quam fringilla colore vario, linguam serpẽtibus similem habet, q̃ longitudinem mensura quatuor digitorum porrigit, rursumq̃ contrahit intra rostrum. Collum circumagit in auersum reliquo quiescẽte corpore. Dehac Aristo. In iynge vna vtrinq̃ bini cum ea ꝙ corpus habet minꝰ q̃ cætere aues propensum inauersum. Hanc nostri turbinẽ vocant in famẽ veneficijs ad amorem apud nos quoq̃ Torquilla vocatur.



Yrie eleyson. id ẽ domine miserere sunt duę dictiones. Nã κύριε ω κύριε in vocatiuo. id est o domine, sed per K, sonus græcꝰ est pronunciandus, qđ ꝑpter ẽ latini nõ potuerunt, iõ in abecedario K, in seruerũt necessitate. Altera pars ẽ verbũ ἐλεέω ἐλεήσω κανονίζετη ὅτως μᾶλλον ἐλεήσω ὁρισ δὲ ἐλέησα καὶ προσακτικῶσ ἐλέησον ἐλεησατω. *ἐλεέω regulatur sic, futurum ελεήσω, ide finitum vero ἐλέησα imperatiue vero ἐλεήσον.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Sed ne tot vocalium fiat collisio excluditur ε & per apostrophon dicitur κύρι' & ἐλέησον & ideo sacerdotes ad missam debent pronunciare per. κ. grecum & non per c latinū ne maiestati diuinæ derogent, quod si ante principem seculi facerēt quanto infinitius ante deum, quem tangentes deberent vsq; ad vngues pedum contremiscere?

Karolilocus Cistercien. ord nis in Siluanectēsi diocesi cenobium cuius septimus pastor extitit diuus Guillermus, qui cū sanctimonię ac virtutum splēdore sum mopere claresceret nō principum fauore aut improba ambitione sed nil tale suspicatus, ad Bituricen. archipresulatus fastigium diuino nutu sublimatus est. Functus vita sanctorum albo adscribi meruit Potest hæc dictio karolilocus scribi per c sicut hęc dictio Carol⁹.

L ante L



ABOR opera de fatigatio. Vergilius. Nec me labor iste grauabit. Dicitur etiam Labos, sicut lepos arbos honos.

¶Laboro as, pe. pro. fatigor & cū labore ago. Sene. Iugiter fodiendo laborat. Vnde & per trāslationem laborare pro male habere sumitur, propter quod laborare febre, laborare podagra dicimus. Plin. succus eius podagra laborantibus prodest. Aliquando pro angi & sollicitum esse. Cicero. D. Bruto. Senatum populumque Ro. de te laborare non solum in salutis suę causa, sed etiā dignitatis tuę. Aliquando pro conari, sicut eius compositū Elaboro. Aliquando pro componere colere. Vergilius. Arte laboratæ vestes, id est compositæ. Et laboratus ager dicitur cultus. Huius verbi composita sunt, Elaboro, quod significat conor. Cicero. Nihil mihi ita elaborandum est quā vt consilia nemo intelligat. Illaboro labore vaco. Vnde illaboratum, quod ita secernitur ab inelaboratum, q̄ Inelaboratum dicitur quod non satis artificio excultum est. Illaboratū vero quod sine labore factum videtur. Illud vitio dari solet, hoc laudi. Quint. de Cice. Cum iterim hæc omnia quæ vix singula quisquam intentissima cura consequi posset fluunt illaborata, & illa qua nihil pulchrius auditu oratio est prę se fert tam fœlicissimam facilitatem.

¶Laborioſus homo dicitur laboris multum sustinens. Cice. pro Cælio. Vos laborioſos existimet quibus ociosis nec in cōmuni quidem ocio liceat esse Laborioſus ager in quo laboratur, q̄ in eo laborem capiamus necesse est. Cęcil. Durum rus fugite laborioſum. Laborioſum opus difficile, & quod non sine labore perficitur. Hic laborioſior, ſſimus. Et aduerbium laborioſiſſime, quod est cum maximo labore. Hiero. Sic Plato Ægyptum laborioſiſſime peragrauit.

¶Laborię arū. Italiæ pars illa quę vulgo terra laboris dicitur Et laborinus campus nobilis in Campania, in quo adeo pinguis terra est vt stipulam tantæ crassitudinis faciat q̄ ea incolæ pro ligno vtantur, sic dictus q̄ ingens labor sit in eo colendo, quippe solum habet arduum opere difficile cultu bonis suis. Plin. lib. xviij. Quantum autē vniuersas terras campꝰ campanus antecedit, tantum ipsum pars eius quæ laboriæ vocantur. Finiuntur Laboriæ via ab vtroque latere consulari, quæ a Puteolis & quę a Cumis Capuam ducunt.

¶Labo as, ruo, & repente cado. Translatio ab arbore succisa quæ multis ferri ictibus succisa tandem incipit casum ruinaque minari. Ouidius libro. xi. Me. Iamque labant cunei spoliataque tegmina cæræ. Vergilius. Labat ariete crebro iauua.

¶Labasco is, labens fio. Teren. in Eu. Labascit victus vno verbo quam cito. Reperitur & labascor deponens pro primitiuo. Var. libro rerum di. Postquam vidi minima labascī mētem infirmam populi.

¶Labor eris, lapsus significat leniter sensimq; deorsum eo, ruo, deficio, morior, fallor Cice. Non quasi vnum ex hac vrbe missum, sed quasi de cœlo delapsum in hanc vrbem intuētur. Lactan. lib. vi Aut hostili aliquo impetu diruuntur, aut certe vetustate ipsa dissoluta labuntur. Hiero. Multi propter ignorantiam historię labuntur errore. Liui. li. i. Labente deinde paulatim disciplina. i. deficiente Labi ēt. dicuntur ij qui in lubrico figentes vestigia in terram ruunt. Vñ lapsus. Huius cōpositā sunt, Allabor, Collabor, Delabor deorsum labor Dilabor, Elabor, illabor, Introlabor. Colu. li. ij. Ne pręcludat humoris illapsus atque exitus, interlabor in medio labor. Prelabor ante labor. Colu. li. xij. Pręlabentis vero temporis fuga q̄ sit irreparabilis quis dubitet? Prolabor, vltra labor. Lactan. li. vij. Hinc iam prolapsi sunt ad deliramenta. Perlabor per mediū labor. Relabor, rursus labor. Aug. li. viij. con. Nec relabebar tamē in pristina. Sublabor latenter, aut quasi labor Verg. li. i. Georg. Sic oīa fatis In peius ruere ac retro sub lapsa referri. Et hæc habent penultimam productam.

¶Lapsus us, ruina. Transfertur quoq; ad eos qui nimia infirmitate vel imprudētia deliquerunt. Item lapsus serpētiū progressus dicitur, Ver. At gemini lapsu delubra ad summa dracones effugiunt. Et lapsus currus vocatur. Idē Pedibusq; rotarum subiiciunt lapsus. Lapsus a, um, participium est.

¶Lapſo idem quod lapsus pro ruina. Amb. Hierico figura istius mundi in quam de paradiso hoc est Hierusalem illa cœlesti eiectus Adam pro lapsione præuaricationis descendit.

¶Lapso as, frequentatiuum. Augu. libro quarto con. Vidisti de longinquo lapsantem in lubrico & in multo fumo scintillantem fidem meam.

¶Labile, quod facile labitur.

¶Labes ruina seu dedecus a lapsu. Vergilius. Hinc mihi prima mali labes. Quandoq; dicit macula quæ casu subito lenia inficit. Tractum ab oleo aliove liquore, q̄ in vestem lapsa eā fœdet. Transfertur in homines vituperatione dignos. Ouidius. Lataq; sit vitę labe nouerca tuæ. Cic. lib. iij. offi. Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? Huius diminutiuum est labecula.

¶Labefacio, rumpo, destruo. Teren. in adel. Oēs dentes labefecit mihi, præterea colaphis tuber est totum caput.

¶Labefacio as, frequentatiuum. Col. lib. ij. Igitur in opere boues arcte iunctos habere conuenit quo speciosius īgrediātur sublimes & elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur. Cic. in Cato. Quod si legere vel audire velitis, externas maximas resp. ab adolescentibus labefactatas a senibus sustentatas & restitutas reperietis.

¶Labicanum dicitur villa labicana. Sic ager labicanus dicit qui est ī Italia. Hinc populi labici dicti sunt de quibus Ver. li. vij. Et pictis scuta labici. Liu. li. ij. Labicos pedū vi cępit. Glaucus minois filius labicus dictus est a scuto militari quod ostēdit in Italia ἀπὸ τῆς λαβῆς quam latine ansam vocamus & manubrium. A Suetonio in Cæsare dictum est absolute in Labicano, sicuti in Formiano in Tusculano.

¶Labia & labra pro eodem accipiuntur. Perſ Nec fonte labra prolui caballino. Teren. in Eunu. Labijs demissis. Hinc labeones & labrones qui labra maiora habent. Accipiuntur interdum pro marginibus & extremis oris fluminis lacus fontis & hmōi, quæ leni aquæ motu perluuntur. Hinc labra oris vuarum & aliarum rerum extremitates vocamus. Hie. in exo. Faciesque illi labrum aureum per circuitum. Est & labrū seu labiū genus vasis qđ vulgo Tinaciolū dicimus ad lauandū aptum quasi lauabrum. Cic. Terentiæ. Labrū si in balneo non est, fac vt sit. Verg. Sicut aquę tremulum labris vbi lumen ahenis Sole repercussum aut radiantis imagine lunæ. Hiero. in Exo. Facies & labium æneum cum basi sua ad lauandum. Hinc labra seu labia vinaria lupinaria & olearia dicuntur in quibus lupini conduntur, & in quæ vina e lacu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

oleum e cortina transferūtur. Cato. Oleum in labrum primū indito. Præterea labra plagarum vulnerum fistularumq; extremitates appellantur. A labrum in primo significato fit, sublabro de quo infra, ὃ Græce aut τὸ χεῖλος, labrum dicimus, & labiæ, sicut balnea & balneas. Gel. Labias sensim primores emouemus.

¶ Labellum diminuti. a labrum. Plin. Cinerēq; in labellis aq̄ addita confricant manu, & considere patiuntur.

¶ Labiolum cum accentu in antepe. dimi. est a labium.

¶ Labeo nomen iurisconsulti a labiorum magnitudine fic dicti. Quicunq; enim magna labia habent Labeones & labrones cognominantur. ὃ Hic labeo vt Gelli. ait l. xiij iuris ciuilis disciplinam principali studio exercuit & consulentib⁹ de iure publi. respondit. Sed cæterarum quoque bonarū artium non expers fuit, & in grammaticam atque dialecticā litteras q; antiquiores altioresque penetrauit, latinorumque verborum origines rationesq; percalluit, eaq; præcipue scia ad enodandos iuris laqueos vtebatur.

¶ Labrusca genus vitis agrestis quę erratica dicitur q⁹ in terræ marginibus & sepibus nascatur.

¶ Labina pe. pro lubricū dicit Hier. ad amicū ęgrotū. Sicuti aliquem securis incessibus gradiētē repentino casu, aut marmoris leuitas aut labina pauimenti subuersa pedum tutela contorsit. Est ēt hoc noīe vic⁹ iter Cremonā & veronā duabus cladib⁹ Romanorū noc⁹, qui antea Bebriacus dicebatur.

¶ Labyrinthus pe y & per h. Nā græce λαβύρινθος dicitur locus viarum ambagibus inflexus. Fuerūt aūt quatuor labyrinthi. in. iiij. mūdi partibus. In Ægypto primus in Helyopoli. Vnde exemplar sumpsit eius quē in Creta fecit Dædalus. Tertius in Lēno. Quartus in Italia quē sibi extruxit Porsenna Rex Hetruriæ sepulchri causa. Formosior Creticus perplexis parietibus, vbi Minotaurus inclusus fuit. Fuit structura pro magna sui pte subterranea ambagibus adeo implexa vt nemo qui intrasset posse inde exire diceretur.

¶ Lac succus maternus quo animal. a nutriuntur, dictum alendo, q⁹ adm. otis mammis infantes alliciuntur. Vergil. Et lac subducitur agnis, vel quia γάλακτα græce.

*Laccipalus est in Marmarica Libye teste Prole. Cc.

¶ Lactes plurali tantum nūero ge. fœ. secūdū Probū. Prisc. vero hæc lactis declinat. Tibi. In ferentina craticula cerebellum lactis agmina. Sunt aūt lactes graciliora intestina q̄ tria sunt, tenue. eiunum piluros, quæ inuoluūtur mesenterio, vt a spinæ contactu duro munitiores magisq; leptos reddat. Dictæ lactes aut propter mollitiam, aut propter candorem pinguedinis. Nam a lacte denominātur. Probus. Lactes sunt loca in lateribus sub vmbilico puberenus adeo delicata vt plagam ferre non possint. Plin. videtur sentire lactes tm̄ in ouibus & hominibus esse. Sicem̄ lib. xv. scribit. Ab hoc ventriculo lactes in oue & hoīe per quas labitur cibus. Sunt etiam qui dicant esse mēbranas quæ & omenta quibus cohærent inter se intestina. Et hi mori sunt propter pinguedinem cum omentū non sine pinguedine sit. Pli. lib. xi. Ventriculi atq; intestina pingui atq; tenui omēto integuntur. Quidā p̄ intestinis pinguibus accipiunt. Vñ Persius. Emeris auriculas pulmone & lactibus vnctis. Plaut. in cur. accepisse videtur pro intestinis glandulosis per quæ labitur cibus, q⁹ cibum alliciant. Ita ubi (inquit) vacuitate venio laxis lactibus.

¶ Lactidiaci sunt qui circa vmbilicū calce percussi sunt quia ea pars delicata & mollis est. aut quia intestina circa vmbilicum esse nescuntur.

¶ Lactarius a, um, quod ex lacte est confectum, vulgo lactis similium dicitur, vt opus lactarium. Quādoque lactarium dicitur quod ex se lac producit. Plin. Tithymallum nostri hærbam lactariam vocant, alij lactucā caprinā. Var. Dandū bubus lupinum & lactarijs medica & cytisum.

¶ Lactarius rij, qui cibos ex lacte cōficit. Spartia. in heliogabalo: Dulciarios & lactarios tales habuit vt quæcunque coqui de diuersis edulijs exhibuissent, vel structores vel poma rij, illi modo de dulcibus modo de lactarijs exhiberent.

*Lactaria herba est quę & Tithymallus dicitur. Item Lactaria columna erat in foro boario dicta q⁹ ad eam infantes lacte alendos deferebant. Cc.

¶ Lacte⁹ a, ū, qd ex lacte ē, qñq; cādidū suauesucculentūque significat, vt colla lactea. Et lacteus qui lacte alitur.

¶ Lacticinia cibi ex lacte facti.

¶ Lactiphagi quidā scythię populi q & Galactophagi dīti.

¶ Lacteo es, lac fugo, quod proprie filiorum est. Hieron. in Deutero. Iuuenem simul ac virginem lactentem cum homine sene. Hinc lacteſco is

¶ Lacteſcere est in lac conuerti, seu lactæ impleri. Cice. lib. iij. de natura. Omnis fere cibus matrum lacteſcere incipit Plin. lib. xi. Asinæ prægnantes continuo lacteſcunt. Verg. lib. i. Geor. frumenta lactentia dixit. i. lacte plena.

¶ Lacto as, lac p̄beo, quod proprie matrum est, per translationem significat aliquē per blanditias allicio atq; decipio Teren. in An. Nisi me lactasses amantem falsa spe producens. Hinc ablacto quod est a lacte remoueo.

¶ Lactuca a lactis copia dicta est q⁹ abūdātia lactis exuberet. Plin. l. b. x x. Quæ myconis vocatur a copia lactis soporiferi q̄q̄ oēs somnū patere credant, apud antiquos Italiæ hoc solū gen⁹ clarū fuit, & ī lactucæ nomē adeptæ. Lactucarū plura sunt gña. Sūt em̄ lactucæ Cæciliæ. Cappadoces, Thartesiacę, Paphia siue Cypria & Sessilis. lactucarū crispas Cappadocas vocant. Sessiles quæ late per terram diffunditur.

¶ Lacticula q̄uis videatur diminutiuum a lactuca, tamen a lita est hærba habens lac.

¶ Lactucinij, sunt cognomina Romanorum procerum a lactucis deducta.

¶ Lacio is, lacui & lexi secundū Pr. scia lacitum & lectum significat in fraudem duco a lax quę fraus dicit. Hui⁹ composita sunt, Allicio, Delicio, Elicio, Illicio, Oblicio, Pellicio, ex quibus fiunt frequentatiua, Allecto, delecto, electo, illecto, oblecto, pellecto. Et primitiua quidē habent duo prēterita & duo supina quēadmodū lacuo, q̄uis nōnulli ab elicio elicui solum velint formatum esse. Nam electo as, supino electum quod ab elexi formaſ, ut̄ alias a p̄terito elicui fiat supinum elicitum, a quo Elicito as. Plaut. in Asi. Ibo aduersum atque electabo quicquid illud sit. Terent. in Phor. Is senem per epistolas pellexit modo non montem auri pollicens. Liui. in laudania. Te illo asiatico ornatu fluens pellicuit.

¶ Lacer & lacerus a, ū, pe. cor. dilaniatus. lacera veteribus dicebaſ qui surib⁹ curtat⁹ erat. Illacerū qd ī q̄ corpe īminutū.

¶ Lacero as, dilanio, sępius vulnero & quasi per mēbra discindo. Tractum a lanijs qui. discindendo corpora dilaniāt. Ver. Quid miserum Æneam laceras. Huius verbi compositasunt Delacero, quod esi deorsum lacero. Plau. in cap. Qui me me amęq; rem quod in te vno fuit tuis scelestis fallacijs delacerauisti. Dilacero varie lacero. Lactantius lib. i. In quibus ipse postea dilaceratus & carptus est.

¶ Lacerna virilis vestis fimbriata & fere militaris quę græce chlamis noīaſ, dicta q⁹ capitio minor sit, a lacerando. Lacerū em̄ dicimus quicquid corpe īminutū est. Hæc vtrinq; indui poterat & ex vtra parte reijci. Iuue. Crispinus Tyrias humero reuocante lacernas. Erant apud veteres lacernæ albæ quibus vtebantur in spectaculis, erant cocciniæ, erant militares. Et a lacerna fit lacernatus, sicut a tunica tunicatus.

¶ Lacæna etiam genus vestimenti.

¶ Lacerta serpentis genus cuius duo sunt genera. Altera est maior & lacerta viridis dicitur. Altera minor. Hanc zignida quidam, alij calcidem vocant. In vtroq; genere masculo, lacertus dicit, dictus q⁹ pedes habeat ad similitudinem nostrorū lacertorum. Verg. Nunc virides etiam occultant spineta lacertos. Plin. lib. viii. lacerti Arabiæ cubitales.

¶ Lacertus serpentis genus de quo mō. Item gen⁹ piscis idoneus ad salsamenta, de quo Mart. Cū saxe tanifertur tibi cauda lacerti. Et ī hoīe brachium dicit a cubito ad manus vertebrā. Ouid. lib. i. met. laudat digitosq; manusq; Brachiaque & nudos media plus parte lacertos. Et q̄n lacerti musculosiſūs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& cõpacti pulpaſq; habent duras exſe lacertus formauit ad iectiuum. Lacertoſus a,um, ꝓ toroſo robuſto ac valido. Co. lu. lib. vij. Fœminibus lacertoſis, cruribus compactis, i. dura carne & toroſa neruorumq; collecta catenis.

¶ Lacedęmon cum dipht. in pe. Iouis filius, a quo hæc lacedæmon vel lacedæmonia ſecundum latinos peloponnenſi vrbs Menelai regia, cuius ciues lacedęmones & lacedæmonij dicuntur. Vege. libro. iij. Athenienſes & lacedæmones ac Macedonas rerum potitos, Verg. lib. vij. At non ſic phrygius penetret lacedęmona paſtor. Hęc alio noīe ſparta dicta ē

¶ Laconia prouincia in pelopōneſo, quę & Oebalia, & lacedęmonia ab aliquibus dicitur. Hinc lacon maſcu. generis & lacæna fœmi. Nec inuenitur lacenus pro laconico habetq; lacęnadiph. in pe. Verg. Nec tibi tyndaridis facies inuiſa lacęnę. Sta. libro. vi. The Tandem inſpiratus. Mida de plebe laconū. Hinc & laconicus a,um, vt ager laconicus. Similiter laconus a,um, Vergilius libro quarto. Virginibus bacchata lacænis. Pauſanias autem libro ſecundo. ωνάστκ δὲ θιγάτηϱ τοῦ ἐυϱώτα ἔνθεν, ὄνομα πόλεως πελοπωνήσου ἀμύκλαι ὃ δὲ υἱὸς τοῦ λακεδαίμονος, γενομένων δὲ ἀμύκλαι παῖδων ἀκίνθου μὲν νεώτατος τοῦ ἐῖδ καὶ ἴσομ. i. Sparta filia eurotę inde nomen ciuitatis peloponneſi, Amiclas vero fuit filius lacedæmonis.

ǒ Laconiſmꝰ. Ibreuiloquiū. Cic. i Epi. lacōiſmo tuo non vtar

¶ Laconicū ſubſtantiuū ponitur pro loco orbiculari ambitu in ſe recuruo in balneis, in quibus ſudor elicitur ſicco colore, vt docet Cælſus lib. ij. Ec Vict. lib. v. precipit laconicum ſudatiōeſq; coniungi debere tepidario, Eſt enim fornacula ex terra & tegulis mammatis addito tomento concinnata, quæ incluſo igne per ſpiracula parua calefit per p̄furnium. Hanc ſub noīe hypocauſti multi ſignauere. Nā hypocauſtū vaporarium interpretamur. Frequentabatur laconicum a crudis vti per deſudationem extruderetur quicquid excremētitij & ſudorifici humoris. Vnde Col. in prologo. Mox deīde vt apti veniamus ad ganeas quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exuto ſudore ſitim quęrimus. Dictum laconicum ꝙ eo lacones peculiariter vtantur.

¶ Lacon, onis. pe. pro. qui ex laconia eſt. Gręce. λάκων Quo nomine etiam ſignificatur celer. Et lacæna fœ. gen.

¶ laydes pe. communi philoſophus cyreneus, qui athenas ꝓfectus nouæ academiæ princeps extitit, Archeſilaq; ſucceſſor appellatus eſt Oeconomicus: quia rei familiaris curam magnam habebat. ǒ Vir. eximiæ ſeueritatis pauper, tamen ſed gratus admodū Habuit ſcolam in horto quem Attalus rex fieri. curauit. Mortuus eſt paralyſi, quam ex immodica potatione contraxerat.

¶ lacesſo is, laceſſiui, & laceſſi per ſyncopen, & laceſſiſſe pro laceſſiuiſſe, & laceſſerunt pro laceſſiuerunt Cice. Hos ego ſermones qui & multi ſunt, & tuam exiſtimationem (vt ſentio) non offendunt, laceſſiui nunquam. lact. libro quīto. Omitto eos qui prioribus eam temporibus nequicq̄ laceſſerunt. Significat aūt laceſſere lacerare, ſiue ad lacerandum ire. Sal. Pridie legiones in monte poſitas laceſſiuit generatim tamen prouocare ad quicq̄ faciendum, vel ad iram, vel ad certamen ſignificat, vt fit quum quis laceratur, pulſatur, vel tangitur, ſiue impeliturſcripto, voce, verbo, facto. Cice. Cornifi. Sic igitur faciens, mecq; amabis & ſcripto aliquo laceſſes. Ego em̄ reſpōdere facilius poſſem, q̄ prouocare. Verg. Efficiam poſthac ne quę q̄ voce laceſſas Sal. Poſtremo diſſimulandi cauſa, & ſiue expurgandi ſicut iurgio laceſſitus foret in ſenatum venit. Colu. lib. ij. Nonnunquam ſtimulo laceſſat iuuēcum quem reſte tactum, calcitroſum etiam reddit.

¶ Lachanum penul. cor. dictio græca λάχανον qua omne genus holeris comprehenditur. Hora. Ad porri & ciceris refero lachanique catinum.

¶ Lachanopoles pen. pro. holerum venditor. Lachano polion locus vbi venduntur holera.

¶ Laganum vero per g. aliud ſignificat. Sunt enim Lagana (vt inquit Acron) quædam quaſi membranulę ex farina & aqua, quæ iure pingui coctæ & caſeo pipere, croco cynnamomoq; conditæ in cibis dantur.

¶ Lacheſis pen. cor. vna ex parcis eſt, quæ de nobis ſortitur. Nam ſortiens latine interpretari poteſt. De hac in dictione Atropos dictum eſt. Michalus autem grāmaticus λάχεσις δὲ λέξιν ἀπὸ τοῦ λάχειν, φύσιν γὰρ ἀνθϱώπων ἑκάστῳ πϱοξομένων, id eſt Lacheſis dicitur ab eo quod eſt ſortiri. &c.

¶ Laciniæ ſunt in veſtimento partes extremæ & cæſurę particulatim conciſæ decoris cauſa vulgo frappæ dicuntur. Vn de laciniata veſtis, & aduerbium Laciniatim, quod ſignificat particulatim & per flexuras. Apu. Non laciniatim diſperſo, ſed cuneatim ſtipato commeatu difficultates illas tranſā biremus Collumel. lib. viij. iubet pecus ægrotum diſtribui in lacinias. i. in particulas ſeparari, vt facilius cōualeſcant. Nā diſcreta animalia & in partes diu. ſa, in lacinias ſegregata dicuntur. Item lacinia genus fungorum qui ſubrufi circa caſtanearum radices erumpunt.

¶ Lacinioſus a,um, accipitur pro flexuoſo ſinuoſoq;. Hiero. ad Theophilum. Laciniоſus contra nos ſermo protractus eſt. Ab eodem diſputatio laciniоſa dicitur, pro tortuoſa & implicata. Ab apuleio. Conuallis laciniоſa Et Alexandria fuit laciniоſa anguloſo procurſu.

¶ Lacinium promontorium Italiæ inter adriaticum & Ioniū a quodam latrone ibi ab Hercule interempto, qui lacinius vocabatur, quia boues fuerat prędatus.

¶ Lachryma a græco quod illi λάκρυον vocant, d, in, l, mutata, ſicut & l, in d, mutatur, vt Medius Fidius id eſt per Iouis filium & meditor pro melitor. Sunt tamen qui negent hoc nomen græcum eſſe, ſed latinum tantum, vt ſint lacrimę dictæ quaſi lacerimę, quoniam ex animi laceratione lacrimæ citantur. Vſus tamen obtinuit, vt cum h. ſcribatur. Cuius diminutiuū eſt lachrymula. Terē. i Eu. Vna me Hercule falſa lachrymula. ¶ Lachrymabile dignum lachrymis, Cuius contrarium eſt Illachrymabile.

¶ Lachrymo lachrymas effundo, quod ad vites ēt trāſferē. Lact. Caudice deſecto lachrymat ſua gaudia palmes. Huius cōpoſita ſunt Collachrymo. Terē. in An. Triſtis interim nō nōq̄ collachrymabat. Delachrymo deorſum lachrymo. Colu. lib. v. Vt in terram potius deuexa q̄ in germine delachrymet Illachrymo, valde lachrymo. Verg. lib. i. Geor. Et mœſtū illachrymat templis ebur. Superlachrymo. Col. lib. v. Optimū eſt igit medio fere internodio ſubſidiarium tōdere palmitem deuexamq; refectionē facere poſt gemmā ne ſuperlachrymet, & germinantem cęcet oculum. Eſt & lachrymor deponens ſignificationis actiuę. Hiero. Mihi narrare ante prędpium vbi plurimum lachrymata es non debueras.

¶ Lacus ſecundæ & quartæ declinationis, locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, qui efficit riuos & flumina. Stagnum temporalem ibi aquam ſtagnantem habet, quę plęrunq; hyeme colligi ſolet, eſtate ſiccari. Item lacus dicitur locus qui continet muſtum prælo ex vinaceis expreſſum & tranſmittit vt in dolia condantur. Nā prælum propriē trabs eſt qua calcantur vuæ. Colu. Antequam prælo vinacea ſubiiciantur de lacu quam recentiſſimum addito muſtum i amphoram nouam eamq; oblinito & impicato diligēter Ouid. in Faſtis. Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Plyn. Ipſe vindemias colligo, ſi tamen colligere eſt nonnunq̄ decerpere vuam, torculum inuiſere guſtare de lacu muſtum. Græce λάκκος, latine lacus. Vnde lenęus bacchus, & lenobates vuę calcator. Item lacus in edificijs plana trabs vel tabulatum, quo tectorum ac camerarum ſuperiora ornantur. Lucillius. Reſultantq; ædeſq; lacuſq;. Similiter lacus carcer. Hierony. in Geñ. Innocens in lacum miſſus ſum. A lacus fit diminuti. lacuſculus. Collu. Oportet habere lacuſculos tam multos, quā poſſulabit modus.

¶ Lacuna pen. prod. a lacu fit & eſt aquæ collectio, quam alij lamam alij luſtram nominant. Verg. lib. i. Georg. Pręſertim incertis ſi menſibus amnis abundans Exit, & obducto late

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tenet omnia limo, vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ. Vbi ser. lacunæ sunt fossæ in quibus collecta aqua stare consueuit. Lacuna etiam dicitur fossa ad siccandos agros parata. Idem & totæ solidam in glaciem vertere lacunæ. Item valle cula superioris labri per similitudinem lacuna vocatur a lactantio. Huius diminutiuum est lacunula.

¶ Lacunar pe. prod. diminutiuum a lacus, & accipitur p tra be. Sueto. in Nero. Lacunaria quæ noctu super dormientem laxata machina decuerent, parauit. Hoc etiam laque. r & laquearium per antistichon. Verg. Dependent lichni laquearibus aureis. * Dicitur & lacunarium. Cc. *

¶ Ladon fluuius arcadiæ, de quo Ouidius libro. i. Meta. Donec arenosi placidum ladonis ad amnem Venerat. Apthonius in rhetoricis. Λάφνην δὲ θυγάτερα, φυσὶ τὸν λάδωνος ποταμοῦ καὶ καλλίστην. id est Daphnem filiam ait ladonis pulcherrimam.

¶ Ladanum est quoddam pingue ladæ hærbæ insidẽs. Hęc autem hærba nascitur in Cypro.

L ante AE

¶ Lædo is, si, sum, cum æ diph. significat contumelia afficio sumptum a grẽcis, qui lœdoriam contumeliam vocant vocant, sed per. œ. Transfertur tamen ad omne genus offensionis. Et constituitur modo cum accusatiuo. Verg. Ah ne te frigora lędant. Modo cum datiuo. Terent. Ille clemens placidus nulli lædere, arridere os omnibus. Huius composita sunt Allido. Collido. Elido. Illido. Oblido, quæ habent penultimam productam. De quibus suis locis.

¶ Laertes nomen patris Vlyssis. Sed tamen laertius, non autem laertes. & possem multos auctores citare. Sed sufficiat Sophocles in tragœdia illa, quæ mastigaphoros inscribitur. ἀεὶ μεμῶ πατὴρ λαερτίου λιδερκὰ, στυγεῖται τιμὴ χθὼν ἀρπάσας θηρώμενον. *. i. Semper o fili laerti vidi te pertiam quandam inimicorum rapere venantem.

¶ Lacrte. es nomen vrbis Ciliciæ.

¶ Laerti⁹ nomẽ Historici, qui de philosophorũ vitis scripsit.

¶ Lęmargia cum accentu in penultima, a nostris Ingluuies dicitur. Lęmargus gulosus.

ὃ Læmuscaron, præmium quod reportabãt qui ex gladiatura victores extitissent. Grẽci λαιμουχατον, dñt λαιμα, sanguis guttur χαζω, cesso, scindo, quasi p̃miũ illud gladiatorib⁹ daretur ob iugulationem. Præmium autem græcis erat ex Demosthene & suida centum minę.

¶ Lęna vestis lanea, vt Var. ait, habitus duplicis & auguralis amictus, quę super cętera vestimenta imponebatur. Nonius docet esse vestẽ militarem. Verg. Tyrioq; ardebat murice lęna Grẽci Chlęnam dicunt, vbi ch. abiicitur.

¶ Lętus homo, qui hilaritatem quam intus habet etiam vultu ostendit a laritudine mentis vt quidam putant. Nam qui gaudium aspectu promunt dilatare quodammodo faciem videntur. Verg. Imperio lęti parent. Lætas oues dicimus q̃ bona sunt corporis habitudine atque pinguedine. Inanimata vero lęta dicuntur quæ aspectu homines lętificant, vel quę pinguia sunt. Verg. Quid faciat lętas segetes? Et lętum legumen, hoc est fertile. Idem. Vnde prius lætum siliqua quassante legumen. Læta vero prata, lęta domus, quæ lætos nos faciunt. ὃ Dicimus etiam lętum celerem, quoniam in his in quibus animus lætatur celeritate vtimur. Item bene volentem Vir vobis lætus ego hunc candentem in littore taurum. Nã qui rem libenter facit, cum lætitia facit. Sic contra tristem pro inuito dicimus.

ὃ Letum sine diph. significat mortem.

¶ Lætor gaudeo delectationem capio, sed extrinsecus quum Gaudere sit intrinsecus, quamuis sępe confundantur. Terent. in Heaut. Ego non tam meapte causa lętor quam illius quam ego scio honore quouis dignam. Constituitur modo cũ ablatiuo, modo cum genitiuo. Verg. lib. xi. Nec veterum memini, lætor ve malorum Modo cum datiuo, vt mihi gaudeo, tibi lætor. Modo absolute. Ambro. Fides dominica lætabatur. Hinc fit compositum Collętor simul lętor.

¶ Læto as, lætum facio. Actius. Et re vt triplici lætarem bono. Est & leto as, sine æ in alio significato.

¶ Lætifico as, lętum facio. Plaut. Ita meum cor hæc anus lętificauit modo.

¶ Lętisco is, lætus fio. Sisen. lib. iiij. Vtrum ne dij cultu. erga se mortalium lætificant, an supernę gentes humana negligant.

¶ Lętitia ex exultatio animi gaudio efferuentiore propter euentum rerum expetitarum. Cic. Lætitia opinio recens boni presentis, in quo efferri rectum videatur. ὃ Et proprie lætitia est cum ita mouetur animus, vt etiam ad exteriora egrediatur, & maxime in vultu. Gaudium cum animus exhilaratur aliqua re, nec; tamen ad exteriora diffunditur vltra modum vt facile appareat. Hinc dicunt stoici, gaudium in sapientem cadere posse letitiam non posse.

¶ Lætitudo idem quod lętitia. Actius. Quanta in venando affectus est lætitudine.

¶ Lætabilis idẽ quod lætus, a quo Illætabilis nõ lętus tristis

¶ Læramen fimus qui per agros iacitur, q̃ læras, i. oc est pingues segetes faciat.

¶ Læus & hoc læue cum diph. significat quod tactu asperũ non est, idq; auctores dicunt in offensum, lubricum, & tenerum, vt sunt oua volucrum. Persius. Trosulus exultat tibi p subsellia lęuis, Hiero. in Geñ. Nosti q̃ Esau homo pilosus sit & ego læuis. Leuis sine diph. aliud significat.

¶ Lęuitas est asperitati contraria. Martianus. Lunarem circulum ingressa virgo conspicatur globosum quidem rerum que corpus e superni erroris læuitate compactum instar speculi prenitentis. Apul. de socratis demonio læuorem siue læuitatem quum dixisset adiecit lubricam.

¶ Læuor idem quod læuitas, hoc est complanatio & tersitudo. Plinius. Spectantur in chartis tenuitas, densitas candor læuor.

¶ Læuigo as, penultima cor. complano polio, quasi læuc ago. Plin. Sunt quidam in eo genere molliores, qui & core læuigantur. Idem lib. xiij. Scabricia charta læuigatur dente.

¶ Leuo as, idem quod lęuigo. Sta. lib. i. Theba. Pars tercetes læuare manu ac disponere mensas.

¶ Lagari versus dicunt qui medio claud. cãt pede sicut myuri qui postremo, & Acephali qui a breui syllaba incipiunt.

ὃ Lagos latine lepus, Inde lageos lagois, & lagotrophia.

¶ Lagæos vua q̃ & leporaria dicitur. Verg. lib. i. Georg. Et passo pstyria vtilior tenuisq; lagæos.

¶ Lagois penultima producta, genus auis, quæ leporinas habet carnes. Nam λαγώς apud Græcos, lepus est. Est & genus piscis. Horatius in Sermo. Nec scarius aut poterit peregrina iuuare lagois.

¶ Lagotrophia leporaria loca in quibus lepores aluntur, vt est apud Colu.

¶ Lagœna cum œ diphthongo genus vasis testacei, non tã ad aquam quam ad vinum & alios vsus accommodatum. Hieronymus in lib. Reg. Alius portans lagœnam vini. Col. Omnis spurcitia cum ipumis eximatur q̃ decocta cum iam crassa fuerit quam defrutum refrigeretur, & bene picatis lagœnis condatur. Et li. Iudicum. Cœperunt buccinis clangere & complodere inter se lagœnas. Fiebant lagœnę opere figuli no, vt ostendit Esaias cum ait. Et comminuuntur sicut conteritur lagœna figuli contritione perualida, & inuenięt de fragmentis. Vt ista in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquę de fouea.

¶ Laguncula diminutiuum parua lagœna. Hierony. in Esaia. Decem iugera vinearum facient lagunculam vnam. quia triginta modij sementis facient modios tres. ὃ Ply. in Episto. Proinde cum venerabere licebit auctore me, vt panarium & lagunculam sic etiam pugillares feras.

¶ Lagophthalmos dicitur in oculis quum superior palpebra non descędit. Cui vitio cõtrarium est. Ectropium quum inferior palpebra parũ sursum attollit, nec cũ superiore cõmittit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dictum a leporibus qui apertis oculis dormire cõsueuerunt.
¶ Laganonponos iliorum dolor, qui sane alius est qnã laterum, hoc est Pleuresis. Ilia enim græci vocant λαγῶνας & πλευρώνας.
*Lagia vnum ex nominibus Dęli insulę. Cc.
*Lagyges populi sunt Sarmatię. Cc.
*Lagyra auctore Ptolemęo vrbs est Tauricæ Cheronesi. Cornucopie.
¶ Lais idis, nomen proprium famosissimę meretricis, quæ a scriptoribus Corinthia dicta est, quia Corinthi habitauit. Ad quam propter pulchritudinem ditiores homines ex omni Græcia conueniebant, nec quispiam admittebatur nisi qui dabat quod popposcerat. Ouid. Multis lais amata viris.
¶ Laicus a, um, pen. cor. quod commune est & non sanctum Hier. lib. i. Reg. Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum.
¶ Lallare quidam dicunt esse more infantium blandiusculis vocibus loqui. Alij lallare proprie dicuntur infantes, qui irati matrum mammas fugere renuunt.
*Laletania Hispanię regio. Inde laletanum vinum magis copia q̃ bonitate laudatum. Cc.
*Lalisiones pulli sunt onagrorum. Mart. Dum tener ẽ onager solaq; lalisio mẽ Pascit hoc infans sed breue nomẽ habet
¶ Lamę rupium fracturæ.
¶ Latmius mons Ioniæ notus fama. Endymionis, a quo & ipse Endymion latmius est dictus. Ouid. li. iij. de arte. latmius Endymion non est tibi luna rubori.
¶ Lamię mulieres quę strigum instar infantium sanguinem fugunt siue ipsæ striges. Hora. Neu pransæ lamiæ puerum vium extrahat aluo. Apul. lib. i. de Asi. At ille colore spurcissimi humoris percussus, quo me lamię illę infecerant asperna tur Idem lamiæ dicebantur nobili familia ortæ. Erat em̃ Romę quædam familia nobilis Æliorum a lamo Auriphatis patre & Ięstrigonum rege, qui formijs regnauit ortũ habens. A quo lamiacus a, um, vt bellum lamiacum, vt apud Hieron. lib. contra Ioui. Vnde & lamiæ cognomen nobilius inditum est quod vulgo lamiũ genus vocabat. Hora. Æli veruſto nobilis ab lamo. Iuue. Hoc nocuit lamiarum cæde madenti Lamia etiam insignis meretricis nomen fuit. Et lamio animal ẽ faciem prętendens mulibrem, ab inferiori parte pedes equinos Vnde apud Hiere. prophetam. Sed & lamiæ nudauerũt mammas lactauerunt catulos suos. Et in Esaia. Ibi cubauit lamia & inuenit sibi requiem.
¶ Lamina pe. cor. Vide in dictione Bractea.
¶ Labrus fluuius ĩ cisalpina Gallia, quẽ Padus defert in mare Adriaticũ: vt ait Pli. A quo lãbrani dicti sunt eius accolæ. Suet. in Cęsa. Per lambranos & transpadanos duxit.
¶ Lambo bis, bi, bitum, secundum Priscia. Lucil. lib. xiiii. Iocundaq; puer qui lamberat ore placentas. Hieronymus præteritum lambui posuit lib. Iudicum. In trecentis viris qui lãbuerunt aquas liberabo vos. Est autem lambere lingere hoc est lingua aliquid suauiter tangere, sicut canes bibentes. Hiero ny. ad Iulia. Diuitem purpuratum gehennę flamma suscepit, Lazarus pauper & plenus vlceribus, cuius carnes putridas lambebant canes, id est lingebant. Idem libro. Iudicum. Qui manu & lingua lambuerint aquas sicut solent canes lãbere separabis eos seorsum, id est bibere. Vergilius pro tangere posuit libro. iij Ænei. Attollicq; globos flammarum & tydera lambit. Interdum sumitur pro leuiter fluere. Hora. li. i. Vel q̃ loca fabulosus lambet Idaspes.
¶ Lamẽtor voce querula tristicq; oratione dãnũ ac dolorem testor. Terent. in An. Quę tũ mihi lamentari pręter cæteras visa ẽ. Idem in Phor. Modo vidi quandam virginem huic vicinę miseram suam matrem lamentari mortuam. Cice. libro Tusc. pro lamentatione dignũ aliquid mõstrare posuit, quũ inquit Nã hęc quidem vita mors est, quam lamẽtari possem si liberet. Est & lamento as. Hier. in Esdra. Et qui presidebant cum vxoribus lamentabant eum. Hinc lamentatio, q̃ est vt Cice. lib. iiii. Tusc. docet, ægritudo cum eiulatu.
¶ Lamentarius a, um, quod ingerit lamentationem. Plaut. in Cap. Quæ ædes lamentariæ mihi sunt.
¶ Lamentabile quod est dignũ multa lamentatione. Verg. Troianas vtopes & lamentabile regnum.
*Lamirus Herculis filius fuit ex Iole Eurytiregis filia. Cc.
¶ Lampas greca dictio ẽ cuius actm̃ protulit. Verg. Priceps ardentem coniecit lampada Turnus. Ab hoc accusatiuo formatur nominatiuus lampada. dę. Hiero. in Ezechie Quasi aspectus lampadarum. Est autem lampas ignis aut solis splendor a λάμπω splendeo. Frequenter tamen sumitur pro instrumento, in quo ignis in oleo lucet.
*Lampetra piscis genus a lambendis petris nomen sortiẽs. Hos pisces nonnulli Murenas vocant. Cc.
*Lampetia Neęræ filia quæ transeunte Vlysse per Siciliam Solis armenta cum sorore Phætusa custodiebat. Cc.
*Lampheus mõs est Arcadiæ. Cc.
*Lampyris vermiculus noctu lucens Nonnulli Noctilucã, alij Nitedulam vocant. Cc.
¶ Lampsacus pen. cor. nomen vrbis in littore Hellespontiin ora asiatica. Hinc lampsacenus a, um, Vnde Caron Historicus, & Adimanthus, & Anaximenes, & Metrodorus Epicurisodalis, lampsaceni fuere. Ipsum etiam Epicurum lampsacenum dicunt diu lampsaci versatum.
¶ Lana q̃ de ouibus decidit, dicitur & lanitium, vt inquit Ser, sicut fuga & effugium. Verg. lib. iij. Georg Si tibi lanitiũ curę, primum asperа syлua. Hinc laneus a, ũ, quod ex lana est, vt pannus laneus.
¶ Lanarius qui lanam curat. Plau. Aulu. Strat fullo, phrygio aurifex, lanarius.
¶ Lanificus, qui lanæ artem exercet, & lanificiũ, lanę officiũ.
¶ Lanaris & hoc lanare, quod habet lanam. Var. lib. ij. de re rust. Nos qui pecus pascimus lanare.
¶ Lano as, intus lanam pono, seu lanam habeo. Vnde lanatus a, ũ, Col. lib. vij. Canabinisq; funibus cornua iuuencorũ l gato, sed laquei quibus copulantur lanatis pellibus inuoluti sint, ne tenera fronte sub cornua lædantur. Idem libro. viij. Ideo nisi lanatas oues emi non oportet Et lanatus dictus fuit Capitolinus magister equitum. Similiter lanatæ vuæ Amineq; dictæ sunt q̃ canescunt lanugine.
¶ Lanatus a, um, q̃ habet lanam. Et lanatus fuit cognomen Agrippe, qui de Sabinis triumphauit. De hoc in agrippa.
*Lanatus lupus siue laneus, piscis sic dictus a candore ac mollicie carnis. Mart. Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui Æquoreo dulces cum sale pastus aquas. Cc.
¶ Langa genus bestiæ, quam alij languriam vocant, quam dicunt circa padum inueniri. Cc.
*Languriũ electri spẽs ex langis siue lãguris factum. Cc.
*Langia fons est, qui ab Archemoro illica serpente vulnerato Archemorus dictus traditur. Cc.
¶ Lanetum vestimenti genus ex lana succida confectum.
¶ Lanugo pe. pro. tenera pilatio, a lanę similitudine qualis in adolescentium genis, & in pomis quibusdam cernit. Col. lib. iiij. Lanatam quoq; amineam quidam maxime probãt, quæ hoc vocabulũ non ideo vsurpat q̃ sola ex oĩbus amineis verum q̃ pręcipue canescit lanugine.
¶ Lanoculus, qui lana tegitur oculi vitium.
¶ Lanius seu lanio, qui carnes in carnario vendit, populo, a laniandis pecoribus, q̃ eas concidat laniet q; Plau. in Cap. Dij ĩmortales vt ego collos ptrũcabo tergorib⁹, quãta pnis pestis veniet, quanta labes larido, quãta fumini absumedo, q̃ta collo calamitas, quãta a laniis lassitudo, quanta porcionarijs?
¶ Lanium carnarium, est locus vbi carnes venduntur.
¶ Laniena officina in qua fiunt ac venduntur carnes, & vulgo macellum dicitur. Plau. Per myropolia & lanienas circunq; argentarias rogitando sum raucus factus. Accipitur etiam laniena pro ipsa laceratione, a laniando.
¶ Lanionius a, ũ, quod ad laniũ spectat. Vñ lanionię mensę in quibus scidit caro. Sueto. in Clau. Carnificem statim accitum machera mensaq; lanionia flagitauit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Lanio as, ſcindo. Ver. lib. iii Georg. Ipſiq; ſuos iam morte ſub ęgra Diſciſſos nudis laniabant dentibus artꝰ. Per tranſla tionem ſumitur pro infamo. Hier. in ꝓlo. Eſdræ. Quid interꝑ tem laniant. Huius compoſitum eſt Dilanio pro diſcindo.

¶ Laniſtę dicti ſunt qui laniandis præſunt gladiatoribus Hi familias domi ad gladiaturam exercendam habebant inſti tuere & mox parare. Vendere ſolebant Munerarijs, Iuuena. Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi cultos iuue nes iuuenęq; laniſtę. Hinc laniſtę auium dicti ſunt a Col. qui aues certaminibus prępara bant.

¶ Lancea a latitudine ferri dicta eſt, vel quia græce dicitur ἠλόγχη λόγχης teli genus longiſſimum. Hiſpanica dictio, non latina, vt Gel. teſtatur. Hanc olim luculli iuculleam ap pellarunt. Huius diminutiuum eſt lanceola cũ accentu in an te pe. Hie. lib. iij. Reg. Prophetæ lucorum incidebant ſe lãceo lis, donec ſanguine perfunderentur.

¶ Lanceatus a, um, quod eſt lancea armatum. Hiero. libro. ij. Reg. Si quis tangere eas voluerit, armabitur ferro & ligno lã ceato. lanceari etiam dicuntur qui ictu lanceę necãtur. Iul. Fir micus. Quicunq; habuerint horoſcopum. ĩ. xxi. parte Tauri, lã ceati morientur.

¶ Lancearius qui lanceam gerit, græce loncophorus.

¶ Lancino as, pe. cor. ferio lacero. Plin. Eſt & volucre canibus peculiare malum aures maxĩe lancinans, q̃ defendi morſu nõ queunt. ♁ Sene. Alium inter leges celebriſque ſpectaculum fo ri lancinauit.

¶ Lances vaſa lata & rotunda minus excauata q̃ patinę, & rebus diuinis apta, vt docet Auſo. illo verſu Turibula & pa teręq; tertia vaſa deũ lanx. Iuue. ſumpſit pro vaſe eſcario, in quo caro tã toſta q̃ elixa cõditur mẽſęq; inferꝫ. Aſpice q̃ ma gno diſtendat pectore lancẽ. Hora. in Ser. Iligua nutritus glã de rotundas curuat aper lances. Et lances frateras dici nemo ignorat. Vñ Bilances dictę ſunt qui duas lances habent.

¶ Languor proprie eſt defectio virium & ſucci naturalis. Hĩc lãguere dicuntur hærbe q̃ incipiunt areſcere Sed ad animum qñq; tranſfertur, & ꝓ debilitate, defectu, torpore, inertiaque vſurpari ſolet. Cic. lib. i. offi. Nihil aũt magis cauendum ẽ ſe nectuti, q̃ ne lãgori ſe deſidięq; dedat. Plaut. in Aſi. ꝓ laſſitu dine poſuit quũ ait. Vbi ſępe ad langor ẽ tua duritia dederis octo validos lictores vlneis affectos lentis virgis.

¶ Lãgueo es, gui, i. deficio, infirmus ſum, diſſoluor. Hieron. Animaduertimus ꝑiter omnia verba illius animæ languen tis eſſe medicinã. Verg. li. ix. Purpureis veluti quum flos ſuc ciſus aratro langueſcit moriens. Interdum languere eſt timi dum eſſe. Sal. Quanto vos attẽtius ea ageris, tãto illis in firmior erit animus. Si paulũ mõ vos lãguere viderint, iã oẽs feroces aderũt. Interdum ocioſum eſſe. Idem. Secꝫ ſi pauci ad iuuarent, languentibus aliꝫ in curiam impetum facturum. Huius verbi compoſita ſunt Elangueo, a quo Elãgueſco: qđ eſt valde infirmus fio. Gel. lib. ij. Negotijs ſe plærumq; vm braticis & varijs quæſtibus intentos habent ĩ quibus oĩs eo rum vigor animi corporiſq; elangueſcit, & quod Salluſtius ait effœminatur. Relangueo, a quo Relangueſco rurſus ad valitudinem redeo. Ouidius lib. vi. Meta. Impoſito fratri mo ribunda relanguit ore. Claud. lib. i. relanguere pro remiſſum eſſe poſuit. Vix ille pepercit. Erubuitque preces animuſque relanguit atrox.

¶ Langueſco inualidus, tepidus, ſeu ocioſus fio. Cic. in Cato. Orator mentio ne langueſcat ſenectute.

¶ Languidus a, um, quod languet. Ouid. lib. v. Faſt. Violas arere videres, filaq; purpurei languida facta croci.

¶ Laodicea vrbs celeberrima in Aſia lyco flumini impoſita. Primo Dioſpolis appellata, deĩ Rhos, poſtea laodicea a ly co flumine. Hanc vrbem loci virtus & ciues quidam fortu nati valde magnificarunt. Primum Hiero, qui hęreditatem populo diuiſit ſupra duo milia talentorum & multis donis ciuitatem exornauit, poſtea zeno orator & Polemo eius fili us, qui ob res fortiter geſtas priꝰ ab Antonio, poſtea ab Au guſto ad regię dignitatis faſtigium euectus eſt.

¶ Laodomia cũ accẽtu in pen. nomẽ proprĩũ Acaſti filiæ, & vxoris Protheſilai De qua Hie Laodomia quoq; poetarum ore cãtatur occiſo apud Troiã Proteſilao noluiſſe ſupuiuere Fuit & alia laodomia bellorophontis filia, mr̃ ſarpedonis.

¶ Laomedõ pe. cor. nomen proprium patris Priami Troiæ regis, a quo patronimicum formatur laomedõtiades vbi ad ditura, vt in multis alijs, ſicut Anchiſiades Telamoniades. Aliqñ ſubtrahit ſyllaba, vt Athemides pro Athemonides. Deucalides pro Deucalionides. A laomedon fit poſſeſſiuũ laomedontæus a, um, ♁ & laomedontiacus a, um.

¶ Lapathos pen. corre. ſeu lapathium hærba eſt. Col. Lubri ca iam lapathos, iã rãni ſponte vireſcit. Ply. li. xx. Nec lapa pathiũ diſſimiles effectus habet. Suidas λάπαθον ὄρυγμα, ἐις θηρίον ἐυσκεμμενον καὶ λάχανον κενωτικὸν πρασῥῶν. i. Lapathũ foſſio ẽ in ferarũ inſidias, & huius vẽtris vacuatorum.

¶ Lapathes pen. cor. genus holeris a lapathio dictum, forte idem quod lapathos. Serenus. Sæpe Chelidoniam cum ſucco lapathos addes. Hæc & lapa dicitur. Cuius tria ſunt genera. Nã quędã dicitur Canaria q̃ ẽ exigua canibus adhęrens. Al tera maior aliquanto eſt, & Philantropos appellatur, ꝙ veſti bus hominum adhęrens eos amare videatur. Eadem vocat. Apatine. Tertia appellatur Perſonata & maxima ẽ, naſcitur que iuxta riuos & flumina Græci eam ἄγριον vocant folia ha bet ampliora cucurbitis, & propter foliorum amplitudinem ea vtebantur veteres ad perſonatus faciendos.

¶ Lapa æ. Vide in dictione lapathes.

¶ Lapithę pe. cor. populi fuerunt, quorũ rex fuit Perithous. Hi pindum & Orhrin Theſſalię montes habitarunt. Verg. Frena Pelethronij laphitæ gyroſq; dedere. A Græcis ſcribit λαπιθαι. Ideo lapithæ non lapitæ dici debent. Verg. libro. ij. Geo. Et magno ſleum lapithis cratere. &c.

¶ Lapithos vrbs in Cypro inſula.

¶ Lapis proprie eſt quem Græci λιθον vocant, & mitior mi norq; ac tenacior ẽ. Saxum maius aſperius duriuſq;. Vñ gem mæ lapides non ſaxa dicuntur. Ply. Nuſq; hic vtilior quam in Italia gignitur, lapiſq; nõ ſaxum ẽ. Idẽ. Eſt & viridis lapis ve hementer igni reſiſtens, ſed nuſq̃ copioſus, & vbi inuenitur lapis non ſaxum eſt. Et quoniam apud veteres lapidibus mi liaria ſignabantur, ponitur quandoque lapis ꝓ miliario. Vñ legimus Ad tertium, ad quartum lapidem.

♁ De lapide emptos quoq; dicimus. Nam priſco more preco nes ex lapide facere p̃conium ſolebant. vbi mancipia quoque venalia p̃conis voce vęnalia proclamabantur. Col. libro. iiii. Non tamen excedunt ſeptem iugera vnius operam vinito ris quem vulgus quidem parui ęris vel de lapide noxiũ poſ ſe comparari putat. i. venalis de lapide emptus. Cice. in Piſo. Tribunus de lapide emptus eſſe ait, quia mercede id faciebãt ♁ A lapis fit lapideus a, um, quod ex lapidis materia conſtat. Lapidoſus a, um, quod lapidibus abundat.

¶ Lapidarius a, ũ, quod ad lapides ꝑtinet. Plau. ĩ cap. Tinda rus in latomias lapidarias ab Egione dãnatur.

¶ Lapillus diminutiuum paruus lapis. Et lapilli lapides prę cioſi, vt ſunt Gẽmæ, Margaritę Curtius. Lapilli auribus pen dent. Hora. Nec magis huic intra niueos viridesq; lapillos.

¶ Lapicida pe. pro. dicitur is qui lapides cędit.

¶ Lapidicina pe. prod. locus vbi lapides excinduntur, lato mie a Græcis dictę. Vnde & carcerem latomias vocamus, ſi ue ꝙ dãnati ad lapides excindendos mittebantur, ſiue ꝙ Si nueſſam Campaniæ populi latomias habebant inſtar carce ris excauatas, ex quibus exciſi lapides fuerant ad vrbem ex truendam, hiſq; pro carcere vtebantur.

¶ Lapido as, pen. cor. lapidibus cedo. Vnde ſcribit Macrob lapidatum a populo romano fuiſſe Vatiñium, ſignificare volens lapidibus iactis fuiſſe impetitum. Tranſfertur etiam ad inanimata & ſignificat percutio pulſoq;, ẽt ſine lapidibus Macrob. Notãtes eiꝰ impotẽtia ac dicacitate lapidatam. Hu ius compoſita ſunt Delapido, quod ẽ lapidibꝰ ſterno. Vnde delapidata loca q̃ lapidibus ſtrata ſunt. Dilapido diſperdo conſumo. Cic. Octauio, Publicã dilapidabat pecuniã grariũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

exhauriebat.

¶ Lapio is iui, itum, durum efficio & quasi in lapidē cōuerto Pacu. Lapit cor cura, ærūna corpus conficit.

¶ Lapidescere apud Ply. legitur pro in lapidē cōuerti. quod vel a lapido vel lapis fit.

¶ Lapsana pen. cor. holus syluestre triū foliorū. Vnde apud Plyn. lib. xix. scribitur milites Cęsari exprobrasse ꝙ lapsana vixissent apud Dyrrachium. Quidā accipiūt lapsariā ꝑ brassica syluestri Est em̄ Brassica alio nomine Caulis.

¶ Laqueus vinculū. Vnde dicimus, Laqueo vitam finiuit.

¶ Laqueatus a, ū, quod ē laqueis irretitū. Col. li. vij. Cęterū corpus laqueatū & distētū temonib⁹ obligat, immotumq; medentis arbitrio est expositū. Et laqueatū dicit connexum. Vnde laqueata tecta. Cic. h. i. legum. Magnificas villas & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno.

¶ Laqueare & per apocopen laquear, & laquearium dicitur camera: hoc est pars superior cubiculi & cœnationis parum connexa, q̄ varijs adornari solet coloribus. Quidam etiam laquearia accipiunt pro trabibus planis, quæ & lac⁹ & lacunar dicuntur. ȝ Hora. Nec mea renidet in domo lacunar.

¶ Lara nympha fuit, quę Iunoni furta Iouis cum Iuturna patefecit, quā Mercurius cōpressit, & inde geminos sustulit, qui a matre lares appellati sunt. Sunt qui credant Lares Geniosq; eosdem esse, existimantes vnicuiq; duos deos esse, alterum bonū, alterū malū, vt Christiani etiam duos angelos, bonū malūq; a deo in custodiam datos, dicunt, sed non natos nobiscum, vt illi de Genio siue lare dicunt. Colebātur domi, foscusq; illis sacer erat. Vñ vulgus focū Foculare appellat, quasi laris focum. Hi putati sunt dij domestici, qui ad vrbis cōmoda vigilare dicuntur inter compita. Oui. i Fast. Lucifero subeunte lares delubra tulerunt. Ab aliquibus dij agrorum vocati sunt. Tibul. Vos quoque fœlices quondam, nūc pauperis agri Custodes fertis munera vestra lares. Quoniā aūt lares siue Penates etiam priuatorum domibus pręesse credebantur, factū est vt vtrūq; vocabulū pro ipsis domib⁹ vsurpetur. Marti. O mihi curarum prętiū non vile mearum Flacce Antenoreis spes & alumne laris. Hora. Qui patriū numæ donat fundum q̄ laremq;. ȝ Quandoq; pro igne. Col. libro xij. de Villico. Cōsuescat rusticos circa larem domini focum familiarem semper epulari.

¶ Lararium sacrariū domesticū, in quo lares & dij peculiares adorabantur. Scribit Lampridius Alexandrū Seuerum in larario rem diuinā matutinis horis factitasse ad effigies deorū in quibus habebat Habraamū & Christū. In secundo lararío simulachrum habuit Virgilij & Ciceronis.

¶ Laranda ciuitas Lycaonię. Vnde Ptolemæus. Municipiū Larandam in Lycaonię parte Antiochiana dicta collocat.

¶ Lardum dictum quasi late aridum: Vnde & laridum lectū est. Ouid. lib. vi. Fast. Pinguia cum illis gustantur larda kalendis. Est autem Lardum caro suilla quoquomodo salita. Vnde Ply. dixit. Lardum pingue hoc vnctum, quasi & macrum dici possit.

*Larentia nobilissima meretrix fuit, quæ populū romanum (vtpote qua ditissima esset) hęredē fecit, & postea ꝑ dea habita Flora appellatur, cuius sacra Floralia dicuntur. Cc.

*Larine fons est Atticæ, sicut Calirhoe. Cc.

ȝ Latra leptes, medicus vnguētarius, qui huiusmodi vnguēta facit. Col. Sanus homo qui & benevalet & sue sponte est nullis obligare se legibus debet, ac neq; medico, neq; alepta egere. Latra leptice medicinæ genus quæ vnguentis & perfrictionibus curat, quasi medicina vnguentaria. λατρικη. n. medicina dicit, ασεπτικος, vnctor ἀπὸ τοῦ ἀλειφειν quod est vngere.

ȝ Latona pe. pro, Apolli. & diane mater. Vnde & latonia dicta est diana. Verg. Astrorum decus & nemorum latonia custos. Similiter Delos insula est dicta latonia, ꝙ in ea latona enixa sit appollinem & dianam, vt inquit. Ser.

ȝ Latria, cum accentu in pe. latine cultus obsequium, seruit⁹. Aug. lib. x, ciui. dei, Latriam nostri vbicumque scientiarum scripturarum positum est interpretati sunt seruitutem, sed ea seruitus quæ debetur hominibus, secundum quam pręcepit apostolus seruos dominis suis subditos esse debere. Alio nomine gręce nuncupari solet. Latria vero secundum consuetudinem quia locuti sunt qui nobis diuina eloquia condiderūt aut semper aut tam frequenter vt pene semper ea dicatur seruitus q̄ pertinet ad colendum deum.

*Latres, latine seruus dicitur.

¶ Larius lacus Comensis ab Abdua fluuio qui in illum cadit augetur, qui fluuius postea in padū non longe a Cremona influit. Dictus larius a fulicarum multitudine. Græci enim λάρον fulicam vocant, auis est nigra aquatica. Hinc fit larius a, um, Catul. Veronam veniat nomen relinquens Comi mœnia larium que littus, quod tamen negat Suidas, ait enim λάρον κεχηνώς ἐπὶ τοῦ ἁρπακτικῶμὴ κλέπτον ἐπεὶ ὁ λάρος ὄρνεον ἐσὶν ἁρπακτικὸν καὶ ἀδηφάγον. *i. Larus hians, prouerbiū i rapacib⁹ & furib⁹, qm̄ larus rapax auis ē & edax.

*Larrius filius fuit Iydi Herculis filij. Cc.

¶ Larodij populi fuerunt in Scythia Asie, vt libro. iiii. scribit Herodotus.

¶ Larix arboris genus. Luc. lib. ix. Et larices fumoq; grauem serpentibus vrunt.

¶ Largus a, um, quod non est strictū. Et largus dicitur q̄ largitur. Cic. li. ij. offi. Omnino sunt duo genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Hinc large aduerbium liberaliter abundanter. Hora. lib. Car. Ligna super foco large reponens. Dicitur & largiter q̄uis non ita in vsu sit.

¶ Largior profuse dono. Cuius composita sunt Dilargior varie largior. Sallu. lib. i. hist. Igitur venditis proscriptorum bonis aut dilargitis. Elargior valde largior.

¶ Largitas & largitio inter se differunt, ꝙ largitas, vt Agretius auctor est, humanitatis sit, largitio ambitionis. Est enim largitas rationabilis & definitus liberalitatis effectus. Largitio expensa quę fit ad aucupandum fauorem in petitione magistratuum. Ponitur tñ quandoque largitas pro largitione, Teren. in Adel. Quę istec subita est largitas.

¶ Larissa nomen est multarum ciuitatum. Vna est in plaga Thessalica, a qua Achilles larissęus dictus est. Alia pensilis in Creta, Alia in Peloponneso arx. Argiuorū. Alia in agro attico. Ad Tralles etiam Asię est larissa, vt Strabo scribit, a qua larissęus Iuppiter ē dictus. Larissa quoque in Italia, quam vt Diodo. lib. i. scribit Pelasgi condidere.

¶ Larus auis parua & nigra habitans iuxta aquas, & tamen aqua q̄ in terra degit. Vide in larius.

¶ Laruæ dici putantur a lare, hoc est a malo genio, quę sunt noxiæ inferorū vmbrę. Vñ laruati dicuntur furiosi & mēte moti, quasi a laruis exterriti, quales sunt quos vulgo demoniacos appellant. Plau. Laruatus ædepol hominem miserum. mendicū queritat. Hi ēt Ceriti dicti a Cerere, quasi Cereris ira animo vexati. Plau. Certe laruatus aut ceritus. Larua etiam persona dī, & laruatum personatum. Hor. in sermonib⁹. Nil illi larua aut tragicis opus esse cothurnis.

*Larunda nympha fuit, quam alij laram vocant, ex qua lares dicti. Cc.

¶ Lasanum pen. cor. vasculum ad euacuandum ventrē Horatius. Te pueris lasanum portantes œnophorumq;.

¶ Lasciuus a, um, pe. prod. est tum in vita, tū in sermone molliculus ac plus teneri q̄ robusti ac virilis habens. Verg. in carmine Bucolico. Malo me Galathea petit lasciua puella. Lasciuia mollicies petulantia, nequitia. ȝ Voluptas.

¶ Lasciuio, is, significat quod vernacula lingua dicimus sinor bezare. Columel. lib. vij. Satietate verni pabuli pecudes exhilaritatæ lasciuiunt.

¶ Laserpitium virgultū hærbidū, quod græci Silpion appellant, ex cuius culmo exudat succus rodilus, quē vocāt laser, magificū in medicamentis, & in Cyrenaica prouincia laudatissimū. Hinc a Catullo dictū, laserpiciferis iacet Cyrenis. Caulē laserpitij maguderim vocāt quod tenerius est & minus vehemens. A laserpitio Cato formauit laserpitiatus a, um.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

* lasibus pro laribus protulerunt veteres. Cc.

δ Lasser, succus laserpitij magnificus in vsu ciborum medica mentisq;. Lasseris in condituris meminit. Aptius. Palla. lib. iij. lasser appellat opon cyrenaicum quasi laserpitij. Pli. libro. xxij. Dicit lasser esse inter eximia naturæ dona, quod pluribus cõpositionibus inseritur concoctionicq; plurimum conferte senibus & fœminis traditur.

¶ Lassus per dulex ſſ, dicitur tam animo q̃ corpore fatigat⁹. i. labore affectus, nomẽ est, nõ participiũ. Hinc lassitudo ꝓ molestia quã ex labore suscipimus. Salust. Non famen aut sitim neq; frigus neq; lassitudinem operiri.

¶ Lasso as. fatigo. A quo lassatus. Iuue. Et lassata viris nondũ saciata recessit. Huius cõpositum est Delasso vehementer lasso. Plau. in Asi. Eum etiã hominẽ in senatu dare operã aut clientibus ibi labore delassatũ noctem totam sternere.

¶ Lasseo es. lassus sum. A quo lassesco is. lassus fio.

* lassia insula, quæ & Andros in mari Ægeo. Cc.

δ Lassis seu, lacis a phesis, id est populis missio, vebarunt dicuntur post expleta mysteria, & subintelligitur, est vel omnibus abire fas sit, sicut apud nos. Ite missa est.

δ Lastauros a græcis dicitur vir egregie mutoniatus quasi lasios sit. Hoc est hirsutus circa tauros, id est virilia. Nam teste Aristote. homines hirsuti iuxta femora & crura prærabidi sunt ad venerem.

¶ Lateo es. latui, in occulto sum. Et construitur cum accusatiuo. Verg. Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ. Quãdoq; cum datiuo. Luca. Tu mihi causa lates. Sed quum de loco dicitur construitur cum ablatiuo mediante præpositione vt later anguis in herba. Interdũ latere significat late patere. Ver. Et scuta latentia condunt. Huius verbi composita sunt Delateo, de quo supra, Obliteo, quod est aio vel circunquaq; lateo Sene. Qui velut timidum atq; iners animal metu oblituit, ille sibi non viuit, sed quod est turpissimum ventri, somno libidini. Hinc oblitesco. Varro. Ne æstu per rimosa in rimis ei⁹ grana oblitescant & recipiant aquam.

¶ Latito as. pe cor. sæpe aut fere semper lateo. Lac. lib. iij. Latitantẽ atq; ignotã sibi veritatẽ differendo eruere voluerunt. Cato tñ latitauerunt dixit pro frequenter tulerũt. Hinc compositũ Illatito, quod est intus latito.

¶ Latebra brę pe. cor. & latebræ, arum. loca vbi homines se occultant. Luc. li. i. Cedendum est bellis quorũ tibi tuta latebra. Quint. Et q̃is odio euersoris nostri euocatus ex latebris suis pplũs subsellia nõ ipler. Dicit & de feris. Lui. lib. xlvi. Inter vepres & latebras ferarũ noctẽ vnã delituit. Ponit interdũ latebra pro excusatione. Cice. Videant ne quęratur latebra periurio. i. excusatio qua lateat. i. nõ videatur periurij.

¶ Latebrosus locus, in quo frequentes latebrę sunt. Plautus. Nam huic ætati nõ cõducit mulier latebrosus locus.

¶ Latebro bras, abscondo q̃is non sit in vsu. A quo fit cõpositũ Illatebro de quo supra.

¶ Latibulũ proprie ferarũ, q̃is etiã de hoĩbus dicatur.

¶ Latibulo as. neutrum, & latibulor deponens significat lateo. Var. Vide ne seruus domini latibulet. Actius. Progredere & ne quis latibuletur prospice.

¶ Laterna a lateo, licet lateo habeat primã cor. laterna verõ pro. Mar. Dux laterna viæ clausis ferox aurea flãmis. Et tuta est gremio parua lucerna meo. dicta laterna, ꝙ lumẽ habeat ĩ clusum. Fit ex laminis corneis in qua candela includitur, ne a vẽto extinguatur. Plaut. in Amp. Quo ambulas tu qui vulcanum cõclusum ĩ cornu geris?

¶ Latex oĩs humor dicitur, ab eo ꝙ intra aliquid lateat. Vñ de aqua, vino, & cæteris dicitur. Hie. ad Terentiam Ratione digessit, vt terra hæc esset super quam reliqua mouerẽtur immobilis, vt aquarũ venæ altioribus montibus conderentur, a quibus orta flumina dũ per multa spatia decurrunt, late potandi vsum per oĩm tractũ cursus sui animantibus exhiberẽt vt ipsũ mare aquis influẽtibus nõ excrescat, sed vt velut vẽter q̃dã laticũ aquas sitire videatur, ne vel fontibus inæternũ animantibus, vel fluminib⁹ sine fine currẽtibus, vel pluuijs assidue ruentibus perpetuo terra diluuio regeretur. Ver. Regales inter mensas laticẽq; lyeũ. Ouid. Palladios latices quũ oleũ dicere vellet. Et Luer. Absinthĩ laticem.

¶ Latus spatiosus, vt lata est via, q̃ ducit ad perditionẽ. Hic aduerbiũ late qđ significat in multis locis, vt late patet detractionis vitiũ. Hinc latitudo pro spatiositate.

¶ Latesco is. latus fio. & in latũ extẽdor. Col. li. ij. Iugerũ agri nõ amplius quatuor sextarijs raporũ seminis obserendũ est, quarta parte amplius napis spargendũ, qui non in ventrẽ latescũt, sed tenuẽ radicẽ deorsum agunt.

¶ Lato as. latum facio, q̃is nõ sit in vsu, pro quo cõpositum Dilato vsurpamus, de quo supra.

¶ Latifoliũ quod lata folia habet. Vnde quęrcus genus ex argumento latifolia dicitur.

¶ Latifundiũ quod habet latũ fundũ & magnũ. Pli. li. xvij. Latifundijs nõ legitima naturæ festinatio. i. nõ põt vna certa ratio pscribi putãdę vineæ ĩ magnis predijs, ꝙ aliæ serius id aliæ maturius desiderãt. Idem li. xviij. Latifundia prodidere Italiam. δ Latifundiũ etiã dicta sunt, quinti a prata, vbi dein de naualia facta sunt. Liui. Quintius transtyberim vbi nũc naualia sunt. quatuor iugerũ colebat agrum, quæ prata quintia vocant.

¶ Latus eris, quod est infra alam. Verg. Latericq; argutũ accõmodat ensem. Hinc lateris dolor, quẽ græci Pleurestim vocãt Et latero as. vt inquit Priscia. sicut ab holus eris. Holero as. Interdũ latus ponitur quasi ꝓ parte, vt est illud. Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons. Syon latera aquilonis ciuitas regis magni.

¶ Laterani dicũtur satellites q̃ principis alicuius latus tuẽtur, q̃ etiã latrones quasi laterones vocant. Hi etiã a stipe quã mercedis noĩe accipiũt stipatores appellant. Græci vocãt Somatophylacas, quasi corporis custodes.

¶ Lateranus nomẽ propriũ cõsulis Romę, a quo lateranẽ sẽ palatiũ. Iuue. Egregias lateranorũ obsidet ędes. Tota cohors Vnde etiã lateranensis basilica sancti Ioannis vocata est, quia in lateranensiũ nobilissimę gentis ædibus extructa fuit. Hiero. ad Marcel. Quis credat mulierẽ nobilẽ & potentẽ ĩ domo Laterani consulis designati.

¶ Latusclauus vestis senatoria dictus a textura de qua Mart. in Hendecasyllabo. Et lato variata mappa clauo. Horat. lib. i. Ser. describens senatorem dixit. Et latum demisit pectore clauum. Ab Ouidio. Clauus simpliciter dicit professoria dignitate illo versu. Curia restabat claui mensura coacta est. Latiore clauo. Tullus Hostilius primus e regibus romanis vsus est, quem purpura contextum fuisse docet Plinius.

δ Hac veste sacerdotes vtebantur. Sil. Sacrificam lato vestẽ distinguere clauo.

¶ Laticlauii senatores appellati sunt a lato clauo. Sue. in Augu. Ac ne expers castrorum esset binos plærumq; laticlauios præposuit singulis alis.

¶ Later, laterem, latere, & lateres tatũ inuenitur pro terra cocta & in lapidem durata. Victr. Siue silex siue cœmentũ, aut coctus later siue crudus, his erit vtendũ. Plau. Latere firmior. Laterũ tria genera sunt. Lydoron longũ sesquipede, latũ pede. Tetradoron e palmis quatuor. Pentadoron e quinq;. Doron enĩ Græci palmã dicunt.

¶ Laterẽ lauas, magis est augere malũ rei, cui dare remedium velles.

¶ Lateritius a, um. qđ materiatũ ex latere. Plin. Lapide duro ac sylice equo cõstruũt veluti lateritios parietes.

¶ Laterculus diminutiuum paruus later. Pli. Crudis latercu lis ad fomã camini. Curtius scribit laterculo coctili, structos fuisse muros Babylonis.

¶ Latium ea pars Italiæ est, vbi ostia tyberina, a latitudine vt putat Prisc. dictum. vel vt alii sentiunt a latendo, ꝙ inter alpes lateret, seu ꝙ illic latuerit Saturnus dũ Iouẽ fugerit. Ouid. lib. i. Fast. Dicta quoq; est latium terra latente deo. Verg. lib. viii. Latiumq; vocari Maluit his qm̃ latuit Saturnus in oris. Varro. Latium a Latino rege dici asserit. Est autem duplex

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

latiũ, v docet Seruius. Vnum a Tyberi vſq; ad fũdos. Aliũ inde vſque ad Vulturnũ.

¶ Latius a, um. quod ex latio eſt.

Latialis & hoc latiale, quod ex latio eſt, vt Iuppiter latialis dicitur, non tamen ſermo latialis. Verg. Et reſidens cælſa latialis Iuppiter alba. Cice. in Miloniana. Sicut vtiq; ferias non latiales latiareſve, ſed latinas dixerit aut latias.

Latiaris & hoc latiare idem quod latialis.

¶ Latinus a, um. nomen deriuatiuum a latio. Vergi. Genus vnde latinum. Sal. Primo Italiam tenuiſſe quoſdam, qui appellabantur Aborigenes, hos poſtea aduentu Aeneæ phrygijs iunctos latinos vno nomine nuncupatos. Et latina porta, quæ in latinum ducit. Heſiodus in theogonia ſcribit. latinum fuiſſe filium Circes, & Vlyſſis, qui tenuerit loca Italiæ. Vnde ait. κυρκη δε ηελίου θυγάτηρ ὑψιμέδοντος ἀλαο γέλατ, ὀλυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι μιγεῖσα τέκε τετόρω τε, i. Cyrce ſolis filia ex audaci Vlyſſe filiũ genuit latinũ irreprehenſibilem potentemq;.

*Latine aduerbium. Vnde latine loqui dicimus, & latinitas locutio ipſa latina. Cc.

¶ Latin⁹ nomẽ ꝓpri. ſoceri Æne. Aq; latiũ qdã deduci volũt

*Latinus Syluius Æneę Syluij Albanorum regis filiꝰ fuit, q & ipſe in alba regnauit. Cc.

¶ Latinæ arum. ſacrificia quædam Ioui conſtituta ab latinis populis dicta, quibus ex Albano monte ex ſacris carnem petere fuit ius cum Romanis, vt inquit Var. Ci. ꝓ Plãcio. Quibus municipijs vix iam q carnem latinis petant inueniũtur.

¶ Lathomus penul. cor. lapicida qui lapides cędit, & quaſi fundamenta ædificiorum præparat. Hierony. libro. Reg. Et erant lathomorum, lxx. milia.

¶ Lathomiæ lapicidinæ locus vbi cæduntur lapides. Liuius. libro vi. de bello punico. Comprẽhenſa poſtea priuata ædificia compræhenſæ lathomiæ, forũq; piſcarium. Ad lathomias damnari ſolebant ij qui in opus metalli dãnabantur. Plau. in Cap. Tindarus in lathomias lapidarias ab Egione damnãtur. Erat & lathomia locus Romæ in carcere prope Tullianũ Liui. libro. xxx. Triumuri carceris lathomiarum intentiorẽ cuſtodiam habere iuſſi. lathomiæ etiam carcer eſt Syracuſis lingua ſiculorum, in quas ſicuti ſcribit Cicer. de ſuppli. Si qui publice cuſtodiendi erant ex omnibus oppidis Siciliæ deduci imperabantur. In lathomias Verres multos ciues Romanos coniecerat.

¶ Latona pe. pro. Apollinis & Dianæ mater. Vnde & latonia dicta eſt Diana. Verg. Aſtrorum decus & nemorum latonia cuſtos. Similiter Delos inſula eſt dicta latonia q̃ in ea latonia enixa ſit apollinem & dianam, vt ſcribit Ser.

¶ Latria penul. produ. latine cultus, obſequium, ſeruitus. Auguſ. lib. x. de ciui. dei. Latriam noſtri vbiq; ſanctarum ſcripturarum poſitum eſt, interpretati ſunt ſeruitutẽ, ſed ea ſeruitus quæ debetur hoibus, ſecundũ quã præcepit. Apoſtolus ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere, alio nomine græce nuncupari ſolet. Latria vero ſecundum conſuetudinem qua locuti ſunt qui nobis diuina eloquia condiderunt aut ſemper aut frequenter, vt pene ſemper ea dicatur ſeruitus, quæ pertinet ad colendum deum.

¶ Latres latine ſeruus.

¶ Latrina locus priuatarum ſordium, & ad exonerãdum vẽtrem accommodatus, a latendo. Apul. de Aſi. libro. ix. Omnia prorſus, vt in quãdam cœnoſam latrinam in eius animũ confluxerant vitia. Foricæ vero loca publica, in quibus licet omnibus ventrem exonerare. Cloaca locus cauus nuncupatur, quo publice ſordes eluuntur. Antiqui balneum domeſticum adpellare conſueuerunt, ſicuti docet Var libro ſecundo de analogia. Deinde quum breuitatis cauſa nomina contraherent quo eſſent aptiora, pro lauatrina latrinam noãrunt, ſicut ex maxillis, axillis & vexillis, malæ, alæ, & vela diminuta ſunt. Plaut. in Curg. latrinam pro balneo accepiſſe videtur quum ait. Iſtas tuas magnas minas nõ pluris facioq; ancillam meã, quę latrinã lauat. Hinc latrinas quoq; vulgo Colluuiaria, hoc eſt receptacula colluuionis ſtercoris & ſordidiũ. Videq; turq; latinę differre a cloacis, tanq; priuatæ a publicis. Collu. Immũdis quacũq; vomit latrina cloacis.

* Latreus vnus ex centauris. Cc.

¶ Latro as proprium eſt canis quum vocem edit. Ver. Multum latrante licyſca. Hinc latratus, us. Ipſa vox canum. Hoc verbum inuenitur conſtructũ cum accuſatiuo. Hiero. Canũ ꝓprium eſt vt dominũ ſuũ cõgaudeant, latronem latrẽt. Canes Iudęi intelliguntur, qui latrauerunt Chriſtum, & latroni congauiſi ſunt. Huius verbi compoſita ſunt. Adlatro quod eſt valde, vel ad aliquid latro. Col. per translationẽ dixit. Sed ne caninũ quidem ſicut dixere veteres ſtudium præſtãtius locupletiſſimum quẽq; adlatrandi. Oblatro circum aut contra latro. Lact. lib. v. Qua Demetrianũ ſicut ipſe ait oblatrantem atq; obſtrepentem veritati redarguere conatur.

¶ Latrones græca dictio eſt, qua ſignificãtur viarum obſeſſores, qui publicę vel per vim furãtur ꝓ a latere adoriãtur, vel a latendo, ꝙ latenter inſidientur. Verg. lib. xij. Fixũq; latronis impauidus frangit telum. Quum ſuperius dixiſſet, Saucius ille graui venarum vulnere pectus. De hoc vide in dictione. Fur. Apud antiquos etiam latrones dicebantur conducti militeſa λατρεύω in ſeruio. Nam ſeruiebãt mercede. Moris aũ tẽ erat, vt hos Imperator & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen. Dicti quaſi laterones inquit Var. qm̃ circa latera eſſe ſoleant quos nunc ſatellites vocant, qui principis alicuius latus tuentur, qui & ſtipatores ſomatophylaces, vocantur. Plau. in milite. Nam ego hodie ad Seleucũ regem miſi paraſitum meũ, vt latrones q̃s conduxi hinc ad Seleucũ ducerer, qui eius regem tutarentur. * Inde latrunculus diminutiuum paruus latro. Eſt etiã latrũculus ſiue latrocalculus q̃ ludimus ſedecim ſcrupis gemina acie vtrinq; directis, in quibus duo reges ſunt inuicem cõtendẽtes, duę reginę, quatuor equites, ſexdecim pedites, quatuor ſatellites, totidẽ cẽturiões Mart. Inſidioſorũ ſiludis bella latronũ. Cc.

¶ Latrocinor pe. cor. latronũ more prędor, & mercede milito Plau. in Carni. Latrocinatus annos in Tiberino qui ap̃d regẽ in latrocinio fuiſti ſtipendium accepiſti.

¶ Latrocinij ipſe latrocinãdi act⁹. Col. Et ĩ ipſo foro latrocinij

¶ Latrũculator qui rerũ capitaliũ iudex ſiue quæſtor appellatur, & vulgo Iudex maleficiorũ. Vlpia. latrunculator de re pecuniaria iudicare non poteſt.

ō Latturanus, qui aliquid defert a ſupino tuli latũ formatum extimo. Aug. in quodã Ser. Quid ſunt pauperes niſi latura rij noſtri per quos in cœlum de terra migramus. De tuo latu rario, das ad celũ portat quod das.

¶ Laudo as. verbis extolio. Vergi Laudato ingentia rura. Probare eſt re. Cice. Et laudo & probo. Aliquãdo laudare eſt noãre. Plaut. in Cap. Id ſcias louẽ ſupremum teſtem laudo. Huius cõpoſita ſunt elaudo, quod veteres vſurparunt ꝓ eo q̃d eſt plus q̃ noĩo. Var. Elaudat nomen eius miles repetit. Collaudo ſimul laudo. Ci. Lentulo. Si remiſtam ex ſententia geſſeris fore, vt abſẽs a multis, quũ redieris ab oĩb⁹ collaudere. Perlaudo valde laudo. Lact. lib. vi. Eas res, quas etiã homo ſi contemſerit iure perlaudatur.

¶ Laus proprie virtus eſt nõ aliunde prouenięns, ſed ſuis nixa radicibus. Vergilius. Primam merui qui laude coronam. Dicta laus ἀπὸ τῶν λάων, hoc eſt a populõ, ꝙ ꝓprie laus ſit populi de aliquo recta loquentis.

¶ Laudatio, eſt ipſa laudantis oratio, qua muſ quãdoq; laus pro laudatione ponatur.

¶ Laudabile quod merito laudari poteſt.

¶ Laudatiuus a, um q̃d laudat. Vnde laudatium genus dicitur demonſtratiuum. * Vñ laudatiuus caſus dict⁹ eſt ac ſus qa p hũc videmur vel accuſare, vel laudare. Cc.

¶ Lauerna dea fuit, quã Romani coluere. A qua lauerniones dicti ſunt fures, ꝙ ſub tutela deę lauernę eſſent in cui⁹ loco obſcuro ſoliti erãt inter ſe furta diuidere. Hinc lauernalis porta Romæ dicta eſt ab æde lauernæ propinqua.

¶ Lauo as lauaui atum. Terentius in Eu. Abeunt lauatum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

perſtrepunt. Horat. in Ser. Aſt vbi me feſſum ſol acrior ire lauatum admonuit. Ouid. libro. iij. Faſt. Sacra lauaturus mane petebat aquas. Inde lauatio & lauator. Cicę. Varroni. Si minus perſequar in Cumanum, & ante te certiorem faciam, vt lauatio parata ſit, boc eſt balneum. Declinatur etiam & magis in vſu eſt. Lauo is, laui lotum, vel lautum. Vergilius lib. x. Viſceribus ſupinfundens lauit improba teter. Ora cruor. Hor. i Ser. Ora manuſq; tuas lauimus feronia nympha. Quorum prima quum ſit breuis poteſt eſſe preſentis temporis.

Eſt autem lauare abluere, & aqua quæque ſordida purgare. Plaut. Sedimus, manus lauimus, Vergilius. Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem. Interdum ſignificat madefacere, humectare. Plaut. in Pſeu. Geſtat tabellas, eas lachrymis lauit. Vnde lautum ablutum mundatum. Interdum auferre. Col. libro quarto. Ea res ſeminio lauit acorem malorum. Huius compoſita ſunt Abluo, quod eſt lauo mundo. Col. libro tertio. Tum etiam cluoſis locis terra quæ in eum congeſta eſt pluuijs non abluitur. Lactan. libro. iij. vnde apparet iudæos nullam aliam ſpem habere, niſi ſe abluerint ſanguine. Alluo. Colluo ſimul lauo purgoq;. Pli. Prodeſt etiam gingiuis ſi eo ſæpius colluantur. Circunluo circunfluo. Pomp. Eũ vndiq; ſtagnum circunluit, & militi macceſſum facit. Deluo. Diluo. Eluo. Illuo intus lauo. Interluo. Perluo. Proluo. Pręluo. Reluo rurſus lauo, & quandoq; ſoluo impignero. Plaut. Repignerat reluit vendit. Subluo ſubtus lauo. Colu. libro. vij. In tergo bis in die ſubluitur aqua calida, mox decocto agrico & ſale cum adipe defricatur dum ſanies vis emanat.

¶ Lautus a, um, modo ſignificat lotum. Terẽ. Tene ad ſymbolũ venire vnctũ atq; lautũ e balneis? Modo ſignificat mũdũ. Apul. Vir probus purus lautus ſimplex. Vñ lauta cœna & laut⁹ hõ ab elegãtia & nitore dicũtur. Mõ elegãs. Cic. Comites iſtius atq; amici hoĩes lauti atq; vrbani. Mõ diuitẽ nitidũ i veſte & victu delicato. Mar. Iſta qdẽ lauta eſt, dapibuſq; inſtructa ſuppbis. Qđ tractũ eſt a lauatione. Huius diminuti. eſt lautulus a quo aduerbiũ lautule.

¶ Lautulę a lauãdo dictę ſunt, quas græci thermas noĩant.

¶ Lautitia epularũ magnificentia a lauatione dicta, qa apud antiquos elegãtiæ q̃ nũc ſunt nõ erãt, & raro qs lauabat.

¶ Lauria munera dicebantur, q̃ Romani per q̃ſtores legatis externarũ nationũ mittebãt, vt inqt Plut. in Proble. Vñ ſcribit. Pli. Lautia, Attalo fuiſſe decreta.

¶ Lautitia mũdicia, q̃ in veſtitu pariter & cibo fit. Et antiquitus dicebatur farina ex tritico aqua cõſperſo.

¶ Lauacrũ pe. pro. a lauo as. balneũ, in quo qs lauari cõmode poteſt. Gel. Lucorũ vmbra ingentiũ lõgis ambulacris. & mollibus ędiũ poſticũ refrigerantibus lauacris.

¶ Lauatrinę dicũtur in quas locura proĵcit, q̃ & aquaria & aquariola vocãtur. Nec in culina tantũ, ſed in triclinijs quoq; & cubiculis & cœnationibus cũ dignitate & elegãtia fiunt.

¶ Lauatrices dicuntur duorũ fratrum vxores.

¶ Laurus ſecundæ & quartę declinationis, ſed rectius ſecundum ſecundam inflectitur, quia melius ſonat. Eſt autem genus arboris quæ græce δάφνη daphne dicitur. Petronius in ſatyris. Et baccis redimita daphne. Hæc arbor. Apollinis eſt, propter Daphnẽ, quam amauit in eam deformatam, ſiue q; ſpectatiſſima naſcatur in Parnaſo. Euſebius ſcribit eam Soli dicatam, quoniam ignea eſt, vnde odio maxime a dæmonibus habetur, ſiue q; plurimum ſonat ſi vtatur, q; prædicendi artẽ deſignat. Diuinationis autem deus Apollo exiſtimatur. Ianitrix quoque Cæſarum & Pontificum, triumphiſq; dicata Sola arborum fulmine non tangitur. Duo eius genera tradit Cato. Delphicam & Cypriam. Delphica laurus dicta q; victores Delphis ea coronarentur, & eſt viridior laurus. Cypriam folio breui nigro ſubcriſpam. Quidam Muſtacem addiderunt, quoniam muſtaceis ſubjiceretur. Hanc eſſe folio maximo conſtat flaccidoq; & albicante. Alij Cinum quam ſyluſtrem laurum intelligunt nonnulli ſui generis arborem, differt colore. Eſt enim cærulea bacca. Alia etiam numerantur genera, quæ apud Sipontinum habentur.

∗ Laurus & laura etiam propria ſunt. Cc.

¶ Laurea proprie vt ſentit Pli. lauri folium appellatur perpetuo virens & topiario operi accedens. Aliquãdo ponitur p lauro. Hora. Tum ſpiſſa ramis laurea feruidis. Aliqñ pro corona ex lauro facta, quę in triumphis adhibebat. Cato vero li. de re ruſti Lauream & laurum & mutata diphthogo laureã pro eadẽ accipit. Ab hac arbore nomen impoſitum eſt hominibus. Nã Laurea Tullius Ciceronis libertus dictus fuit Laura etiam proprium mulieris.

¶ Laureola cũ accentu in antepe. dimi. a laurea, & pro corona triũphali capitur. Et Laureolus propiũ nomen.

¶ Laureus, ã, um. quod eſt ex materia lauri, quomodo, roſeus, myrteus.

¶ Laurentum locus, in quo laurorum copia eſt, veluti roſetũ myretum, ſpinetum.

¶ Laureo as. a laurea fit, & ſignificat lauream in capite pono. Hinc laureati qui laureis coronati ſunt. Vnde Cicero laureatos faſces dixit.

¶ Laurentũ nomẽ ciuitatis, q; ibi ſepultus ſit Tatius Rex qui a laurentibus occiſus fuit. Vel aſylua laurea qua exciſa ædificatus eſt vicus. Vel vt inquit Priſcia. a lauro ibi inuenta dum Picus eam cõderet. Hinc laurentes populi dicti ſunt.

¶ Laurens laurentis, & hic hęc laurentis, qui ex laurẽto ciuitate eſt. Verg. Laurentis regia Pici.

∗ Lauriferi & laurigeri a poetis Imperatores dicuntur. Cc.

∗ Laurinũ oleum eſt ex lauro factum. Cc.

¶ Lauro lauinium vrbs latĩ proxima Laurento.

¶ Laurentius, laureolus, laura & laurentia Fauſtuli, Romuli & Remi nutrix, nomina virorum ac mulierũ propria a lauro deducta.

¶ Laurentalia feſta quæ a Laurentiæ nomine fiebant.

δ Lauinium, vrbs q̃ & laurẽtũ, a Lauinio latini fratre vt ſentit Ser. Poſtea laurentũ a lauro inuẽta a latino dũ adepto imperio poſt fratris mortẽ ciuitatẽ augeret. Poſtea. Lauinium a lauinia ęneæ vxore. Stra dirimit lauiniũ a laurento. Dio. hali car. facit tres pplos ĩ latio lauiniẽſes laurẽtes & lauiniates.

¶ Lauce inſula in ponto Boriſtenis oſtio obiecta, dicta Achillea, quoniã Achilles ibi ſitus ſit.

δ Laurion, locus in attica regione vbi argentũ fodiebatur.

¶ Laxus a um, largus & ſpatĩ maioris. Verg. Et primum laxos tenui de vimine cyclos Cerui ci ſubiectę. Colu. libro. i. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus quam auguſtus eximie. Aliquando ponitur pro molli, remiſſo, languido. Vergi. Et premere & laxas ſciret dare iuſſus habenas. Vnde laxi funes dicuntur languidi ſemiconſumpti. Et vela laxa, quando venti nõ flant. Hinc prolixum quaſi porro laxum inuenitur laxum aduerbium pro late. Mar. Et adhuc ſuperet centies tibi laxum.

¶ Laxo as. laxum. facio aperio, & quaſi libero. Vergil. Laxat clauſtra Sinon. Cice. in Cato. Qui ſi ex libidinum vinculis laxatos eſſe nõ moleſte ferunt. Hinc cõponitur Relaxo qđ ẽ rurſus laxo, recreo, remitto. Cice. li. i. offi. Atq; etiam cũ relaxare animos voluerint, caueant intẽperantiam.

¶ Laxitas & laxamentum idem quod remiſſio. Liui. libro ſecundo. Nihil laxamenti nec veniæ habere ſi modum exceſſeris. Cice. Et admittenda hominum cuiuſq; modi multitudo adhibenda eſt cura laxitatis.

¶ Lea quæ & Leæna dicitur. Lucil. Irritata leæ iaciebant corpora ſaltu. Vergi. Torua leæna lupum, ſequitur lupus ipſe capellam. Leæ inſula eſt iuxta Cyrenaicam Aphricæ regionẽ. Scribit Ariſt. libro. de animalibus. Leænã primo fętu quinq; parere, ſecũdo quatuor ac per ſingulos vno minus, poſtq̃ vero vnũ tantum peperit ſterileſcere ac fœtus ipſos initio informes ac niſi bimeſtres mouere ſemeſtres vix ingredi poſſe.

δ Lebaida, vrbs Bœtię eſt. Vbi Orchomenus, & Cephyſus amnes, arundinis tibialis fertilitate nobiles

∗ Leander viri proprium Herus puellæ Amaſſius ex Aby

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

do vrbe.Cc.

¶ Learchus Athamanthis & Inus filius quem pater furore arreptus occidit quod Ino accepto Melicerta altero ex filijs in mare se præcipitauit.Cc.

Lebes etis.penul.prod.vas æneum in quo res bulliunt,vt docet Porph.super lib ix.Iliados.Et est generis masculini & fœminini.Ouid.vinginti fuluos operosa exarte lebetes.In Ezechiele,Hæc est lebes, vos autem carnes. Inuenitur etiam lebeta,tæ,aut lebetus ti.Hierony.in libro Paralip.Pacif.cas hostias coxerunt in lebetis & cacabis & ollis.

¶ Lebedus penultima producta,ciuitas quæ a Colophone centum & viginti stad.distat. Hic Scenicorum Histrionũ collegium fuit qui ludos ac certamina Libero patri quotãnis celebrabant.

¶ Lebesum pro liberum veteres dixerunt.

ὁ Lecanõ pe.cor,λεκανον,græci pelum dicunt.

ὁ Lecanomãtia cũ accẽ.in pe.diuinatio q̃ fit p pelues.vñ Strab. Lecanomãtas.& Hydromantas in perlia frequentes tradit.

¶ Lechæum alterius maris portum a pellari tradit Liui⁹ in bello.Macedo.Græci λέχη portus ipsos vocant. Papi. Curua palæmonio secluditur vnda lechæo.

¶ Lectus dictus est.vt Var inquit q̃ lectis herbis & frondibus straminenta facerent,vel vt alij putant ab Alliciendo q̃ fatigatos ad quiescendum alliciat, nisi sit q̃ antiqui græci λίκτρον lectum dicunt. Aliquando sumitur p mensa cõuiuiarũ qui & discubitorius & triclinarius dicitur. Huius dimi. est Lectulus.Legitur & lecticulus.

¶ Lectum promontorium est in Asia.

¶ Lectisternium,cũ sacrorum gratia lecti in templis sternebãtur ad discumbendũ siue pnoctandum.ὁ Proprie Iouis epulũ dicebat̃ In capitolio.n.stratis tribus lectis conuiuiũ apponebatur tribus dijs.Ioui,Iunioni,& Mineruæ. Iuppiter .i. Iouis simulacrũ stratuebatur in lectulo recubans.Iuno & Minerua in sellis considebãt,sed appositis epulis non ipsi dij, sed septem epulones celebrabant. De inuentione lectisterniorum lege Liuium li v.

¶ Lectisterniator qui lectũ sternit.Plaut.in Pseu. Tu esto lectisterniator,tu argentum eluito.

¶ Lectica.pe.pro cathedra & sedes qua ferebantur diuites & potentes,in qua puluinar & lectulus stratus erat.Græce hexãphorũ q̃ a sex seruis portaretur.Iuue. Namq; facit somnum clausa lectica fenestra.Hui⁹ dimi.est lecticula.Suet. A cœna in lecticulã se lucubratoriã recipiebat.Cicer.Mario. Vt nostras villas obire & mecũ simul lecticulã cõcursare possis,

¶ Lecticarius qui lecticã deferebat.Ser. Sul .Coactus sum in eadem illa lectica qua ipse delatus eram meisq; lecticarijs in vrbem eum referre.

¶ Lictipes,penultima correpta hærba.Serpillo similis surculosa,palmi altitudine.

¶ Lecythus,pe.cor.græce λέκυθος ampulla olearia.Hiero.lib. iij.Reg Hydria farinæ non deficiet & Lecythus olei nõ est imminutus. Pro lecytho Cyprianus Capsacen vsurpauit.

ὁ Iuue.guttum.

¶ Lego as.in legationẽ mitto.Plau in Am,Eos legat Telebois.Hinc Legati.Legatio legatorum missio . Quandoq; legare est legatum facere,vt Cæsar Casium sibi legauit.Quandoq; cõmittere.Plaut.in Casi. Quin ruri es in præfectura tua quin potius quod legatum est tibi negotium id curas?Quandoq; decernere deliberare & testamento relinquere, vt testator liberto suo argenti pondo decem legauit hoc est decreuit ex hereditate sua decem argenti pondo liberto suo conferri. Liui.li.i.Numitori q̃ stirpis maximus erat regnum vetustũ syluiæ gentis.Hui⁹ verbi cõposita sunt, Allego Ablego,Delego,a quo Subdelego,Relego,Sublego,quę habent pe.pro. Deriuata sunt Colliga & Collegium.

¶ Legatus qui legatione fungitur.Verg.Legati responsa ferunt . Et legatus qui imperatoris vicem tenet.

¶ Legatum deliberatio q̃dã hæreditatis qua testator ex eo quod vniuersum hæredis foret alicui q̃d collocatũ velit,Modesti.Legatũ est donatio q̃dã testamento relicta. Et legatari appellatione fidei cõmissũ & mortis causa donatio cõtinentur.

¶ Legatarius vel legataria dicitur cui ex testamento aliquid legatum est.

¶ Legator qui aliquid legat Suet.in Tibe.Iterum eo censente trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad minutionẽ viæ transferre cõcederetur,obtinere non potuit quin rara voluntas legationis esset.

¶ Legatitius a,um.q̃d ad legatum pertinet.Vnde legatitiũ viaticũ dicitur quod interdũ accipere legati solent qui ad sacrariũ principis mittuntur.

* Legęa vna ex nymphis a cantus suauitate dicta.Cc.

* Legerda vrbs est Armeniæ maioris in Antetena regione nõ lõge ab Euphrate fluuio auctor Ptolem.li.v.

¶ Lego is,lectũ,proprie colligo.Col.lib.ij.Optimã quãq; spicã legere oportet seperatimq; ex ea semen reponere.Hinc tractũ est vt legere etiã sit oculis scripta percurrere,qm̃ literę oculis legi.i.colligi videãtur.Verg.At simul heroũ laudes & facta parentis Iã legere.Propter q̃d ea quoq; quæ dicta sunt legere dicimur.Idem li. vi. Quin protinus omnia perlegerent oculis.Tractũ a græcis qui γραφίδι scribere & pingere dicũt. Item quia ad quod accedimus melius oculis cernimus factũ est vt legere pro adire & accedere ponatur . Liuius . Ipse compositis Siciliæ rebus oram Italiæ legens Ariminũ peruenit.Item quoniã naues dum aspera loca p̃tereunt legere.i.colligere vela consuerunt quãdoq; p̃terire significat. Ver.litto raq; Epiri legimus.Est quãdo pro eligere ponatur,vt ipse ego cana legam tenera lanugine mala. Aliquando pro surripere q̃ ea quę furamur colligimus.Idem.vel quæ subegi tacitus tibi carmina nuper.Hinc sacrilegiũ.Quandoq; pro percutere. Plau.Quo te legam hoc sapiones?Huius verbi cõposita sunt Alligo,Colligo,Deligo,Diligo,Eligo,Intelligo,a quo Subintelligo,Negligo,Perlego,Relego,Sublego,Selego,& Trãslego quæ habent pe.cor.

¶ Legus a,um,non nisi in compositione inuenitur pro eo q̃d colligit vt Apes mellilegę dicuntur quoniam mel legant id est colligant.

¶ Legulus pe.cor.qui vuas aut oleas colligit.Cato.Legulos quot opus erit præbeto.i.collectores.

¶ Legumen pe.pro.dictum est quod manu legatur. Var.li. i.de re ru.Cice.Hoc enim quoq; legumen vt cætera quę euelluntur e terra non subsequantur,vt fruges quę q̃ ita legunt̃ legumina dicta.Ver.lib.i.Georg. Vnde prius lætum siliqua quassante legumen.In qua significatiõe etiam accipitur legumentum & legarium.

¶ Legumentum idem quod legumen.Similiter & legarium vt Var.lib.primo.

ὁ Lectio ipsa verba quę colligimus,quod etiam tacite fieri solet cũ quis legit literas. Aliqñ sumitur pro ipso pronũciandi modo quo legitur.Aliqñ pro artificiali interp̃tatione. Vnde Diome.Lectio est artificialis interpretatio,vel varia cuiusque scripti pronũciatio seruiens dignitati personarum exprimẽsq; animi cuiusq; habitum.

¶ Legem dictã putant q̃ publice legatur,vt omnibus nota sit,& ab omnibus obseruetur.Hãc quidam diffiniunt esse generale iussum populi aut plæbis rogante magistratu & hoc dum taxat in libera ciuitate. Alioquin etiam regum & principũ iussa leges dic̃ p̃sertimq; imperatoris postquam in eũ populi Romani maiestas translata fuit. Rogabat magistratus populum quod constituendum esset,populus videbat.Id iussum si generale est,& ad oẽs pertinẽs lex dic̃.Si ad singulos ciues spectat priuilegiũ est.Cice.ficlegem diffinit q̃ sit certa ratioe mentis diuina manans quę recta suadeat,prohibeatq; contraria Legum appellatione leges.xij.tabularum senatusconsulta,plæbescita,legitimæ actiones,interpretationes prudentium & alia id genus continentur.Legis virtus est imperare, vetare,permittere,punire.

¶ Legislator qui legem tulit,qui & legifer dicit̃ qualis apud Athenienses Solon.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Legirupio onis qui rumpit leges. Plaut. in Ru. Iube modo accedat prope hunc legirupionem.

¶ Leguleius qui legum studia sectatur seu versatur in legib⁹ Cicero. Ita & tibi iurisconsultus per se nil nisi leguleius quidã cautus & acutus præco actionum, cautor formularũ auceps syllabarum.

¶ Legulę sũt vittę paruę, siue ligulæ fimbriatę reticulatis cãcellatis plagulis orbicularibus a legendo dictę.

¶ Lectito pe. cor. frequenter lego. Cice. Peto. Pyrrhi te video libros lectitasse.

¶ Lecturio is, desydero legere.

¶ Legio a delectu militum dicta est, q̃ leguntur milites in delectu. Diuiditurq; legio in decem cohortes. Cohors in quinquagita manipulos. Manipulus in. xxv. milites pro vno q̃q; Legiones Romanæ a numero atque ordine dicuntur, vt primani, secũdani, decumani milites vocantur primę, fecundæ, & decimę legionis.

¶ Legiuncula diminutium parua legio. Liuius libro xxxvi. Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum instat in castris regis.

¶ Legionarius a, um. q̃d est legionis vel q̃d ad legionẽ perti net. Asinius Pollio Ciceroni. Militem non modo legionariũ, sed ne auxiliariũ quidẽ vllum quoq; misi.

* Legirupa qui legẽ frangit. Plaut. Impudice sceleste, verbero, bustirape, furcifer, socio, fraude, parricida, sacrilege, periure, legirupa, pernicies adolescentum. Cc.

* Leg timũ scẽm legẽ factũ, a quo legitime aduerbiũ cuius cõrariũ est illegitimũ. Vnde legitimi filij qui secundum legẽ natisunt. Cc.

¶ Leleges siue lelegę pe. cor. populi errabundi qui quondam Thessaliam & diuersa alia loca tenuerunt. Hiero. lib. i. scribit maritimos fuisse qui postea Cares dicti fuerunt. Alij tradunt Cares & Leleges esse conterminos. Ouid. lib. ix. me. Caras & armiferos lelegas Lyciamq; pererrat. Scribit Pli. lib. v Miletũ Ioniæ caput lelegeidam fuisse nominatam. Eustachius docet leleges dictos quasi λελεγμένους .i. collectos eo q̃ prius errarent & gens collectitia esset. Alij leleges a lelege duce appellatos asserunt.

¶ Lema æ. apud græcos lachryma dr. Vñ lemosi.

¶ Lemanus penul. prod. lacus Gebennæ vicinus qui in Rhodanum fluit.

¶ Lembus nauicula breuis & velocissima. Plaut. Dum hæc aguntur lembo aduehitur tuus pater pauxillulo. Hic & leonũculus dicitur. Græce tamen dicitur. τόλεμβος Suidas πλοῖον μικρὸν καὶ τῶ λέμβει ἐμ Δοτικῇ ὁυδ' ἕτερος κλίνεται.

* .i. Lembos nauigiũ paruũ & neutro genere declinatur.

¶ Lemnos insula quę & Hypsiphilea dicitur ab hypsiphila. Thoantis filia quæ in ea regnauit. Hæc est in ægeo mari ab oriente Troiam ab occasu Athon spectans, a borea Thraciã, abhaustro, sed longo tractu Cretę opposita est. Vrbes habet Myrinam maritimã & Ephestiam mediterraneam. In ea colebatur Vulcanus deus ignis. Vnde & Lẽnius ardor dicitur a poetis. Nam vt in fabulis fertur cum Iuno eum peperisset eumq; turpem conspexisset e cœlo in eam insulam deiecit. Alemno teterrima quæque facinora apud græcos Lemnia appellantur. Et Lemnia terra exsiccandi vim habens in eaque caprinus sanguis miscetur, & idcirco Rubrica appellatur.

¶ Lemures penul. correp. laruæ nocturnæ & terrificationes imaginum.

¶ Lemuscatum præmium quod reportabant, qui ex gladiatura victores extitissent.

¶ Lemnisci fasciolæ coloriscæ dependentes ex coronis. Inde Lemniscatæ coronæ dictæ quæ Lemniscis erant ornatę. Plinius libro vigesimoprimo scripsit Lemniscos adiici solitos coronis aureis.

¶ Lenæus scribitur cum diph. Quo nomine dictus est. Bacchus ἀπὸ τοῦ ληνοῦ quod locum significat, hoc est vas in quo vuæ exprimuntur. Verg. libro secũdo. Ge. Hic patero lenęque tuis hic omnia plena mũneribus.

¶ Lenobates vuę calcator.

¶ Lenis & hoc lene idem fere significat quod læue hoc est q̃d tactu nullã asperitatem habet. Transfertur tamen ad animũ & pro miti moduſtoque accipitur. Terentius. in Eu. Ego sũ animo leni natus, non possum aduersari meis. Hinc lenitas lenitudo & lenimentum, suauitatem, placationemque Cice. Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Leniter aduerbium moderate suauiter quod & lenẽ dicitur. Martia. Tepida nata bis lene congedi vada.

* Lenia multitudinis numero sunt ornamenta tunicarum aurea. Cc.

¶ Lenio is, iui, vellenĩ, itum. mulceo plano imminuo polio ve. Sal. In tali tempore tanta vis hominis magis leniunda q̃ exagitanda videbatur. Idem Nonnulli ficta & hæc & multa præterea existimabant ab ijs qui Ciceronis inuidiam quæ postea orta est leniri credebant atrocitate sceleris qui pœnas dederant id est imminui. Colu. libro tertio Cum deinde truncũ reddideris acuto ferramẽto plagam lenito, id est polito. Interdum lenire est consolari. Cicero Treba. Tuam profectionem amore prosequar, reditum spe expectabo, absentem memoria colam, omne desiderium litteris mittendis accipiendisque leniam. Hoc verbum etiam lenibo in futuro facit. Properti⁹. Lenibunt tacito vulnera nostra sono. Huius compositum est delenio.

* Lenici sunt fasciolę ex coronis dependentes dictæ quasi lanici. Cc. Ab alijs Lẽnisci dicuntur.

¶ Leno generis cõmunis q̃uis habet fœminẽũ lena, vt inquit Prisci. Quo nomine significatur is qui scortorũ ꝓductor est etiã inuitarũ personarũ, qui legibus vindicat. ab alliciendo q̃ adolescẽdos alliciat vel a leniendo dictus.

¶ Lenas appellat Vlpia. quę mulieres quęstuarias professitusũt Item eas, quę alterius nomine hoc vitæ genus exercent, vt si qua cauponam exercens in ea corpora quęstuaria habent pro fututas mulieres habere dicendum est. hanc quoq; lenæ appellatione contineri.

¶ Lenulus diminu. Plaut. in Penu. Ita vt occœpi dicere Lenule de illa pugna.

¶ Lenunculus aliud dimi. Idem in eadem. Si de deo militari tetigero lenunculum. Est etiam lenunculus nauigium piscatorium, Sal. libro primo histo. Indicit forte per noctem lenunculo piscandum.

¶ Lenonius a, um. quod ad lenonem pertinet. Plaut. ĩ Mene. ab his locis lenonijs.

¶ Lenocinĩũ lenocinandi actus. Vlp. Lenocinĩũ facere nõ minus est q̃ corpore q̃stum exercere. Q̃ñq; lenocinĩũ sumitur ꝓ exquisitiore elegantia. Suet. de Augu. Forma fuit eximia & p oẽs ętatis gradus venustissima q̃q̃ & oĩs lenocinij negligens & in capite comendo incuriosus.

¶ Lenocinor pe. cor. lenocinium facio. Per translationem lenocinari pro blandiri ponitur siue allicere, quod lenones facere solent. Cice. Tibi seruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquando contender q̃ potest. Ambro. lib. de Caim quasi pro adulterari posuit. Etẽ quia verum decorẽ naturæ habere nõ potest adulterinis fucis affectatæ pulchritudinis lenocinat̃ speciem non veritatem.

¶ Lens dis. a lædo capitis animal, ex quo formatur pedicul⁹ & est fœ. gñis. Sere. Vnda maris capitis lẽdes deducit ĩiquas Hinc Lendinosi dicti sunt lendibus sufferti. Lens tis. genus leguminis a lenis nomen deductum q̃ qui ea vescuntur lenes, ac moderati fiunt. Pli. Inuenio apud veteres actores æquanimitatem fieri vescentibus lente. 7

* Lendiginosus lendibus plenus. Cc.

¶ Lenticula genus leguminis lenti simile, sed diuersũ. Quin & cocta quoque lens a Plinio cęterisque lenticula vocatur. Lenticula etiam genus vasis est a figura dictum vt ait Plini⁹ & meminit Cælsus. Videturque id esse quod discus appellatur apud Dioscor. Vnde & Lenticularis figura Quidam hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nomen a liniendo deducunt, aiuntq; esse vas olerium ex quo eges & sacerdotes liniebantur. de quo i libris Regum fit mētio, Rursus Lenticulæ maculæ in corpore sunt quæ Lentigines dici solent.

ō Lēticularis & hoc lenticulare adiectiuum a lenticula vt lenticularis forma. Apul. lib. ij. Flo.

¶ Lentigo pe. pro. macula subrufa. & interdū in facie ad lentis similitudinem. Vnde lentiginosus. Plinius libro. xix. de Atriplice. Acerrimi tata sepe aqua coquendum stomacho contrarium esse lentigines & papulas gignere. Et lib. xx. Cum seuo vitulino vel melle suffusis illinitur cum melle & vua passa & acetolentigini nigræ.

¶ Lentus proprie tener flexuosusq;. Verg. Lenta salix q̄m palleuti cedit oliuæ. Sed translatum ad animum pro leni ac placido capitur. Cice. in Horten. Qui cum publicas iniurias lēre tulisset, suam nō tulit, interdum pro facili. Lucilius Cotta senex Crassi pater magnus tritico fuit nūmarius soluere nulli lentus. Interdum pro tardo, a quo lentitia & lentitudo tarditas. Interdum pro securo & ocioso. Vergi. Nos patriam fugimus tu Tityre lentus in vmbra. Interdū pro tenaci. Plaut. in Mene. Q̄ lentulum est & viscosimile. Interdum pro remisso & frigido. Vergi. lib. i. Georgi. Noctis lentus non deficit humor. Cicero. Neq; enim est facile perficere, vt iracatur ei, cui tu vel iudex sis tu ipse id lente ferre videare. In compositione vero significat plenum. vt somnolentus, temulētus, opulentus & huiusmodi.

¶ Lento as. Verg. lib. iij. Ante & trinacria lentandus remus in vnda. Vbi Ser. Lentandus aut lente tibi nauigandum est, nā totam Siciliam circuit aut flectendus. Vnde Lentum vimen dicimus. i. flexibile.

¶ Lenteo es. a quo Lenteſco is. quod significat lentum seu tenerum ac mole fieri. Vergi. lib. secundo. Geor. Sed picis i morem ad digitos lentescit habendo id est cohæret, vt exponit. Ser. Lucil. Lentet opus dixit. A lentesco fit compositum inlētesco, Col. libo. ij. Paulum a qua maceratur dum inlentescat. id intus tener fiat.

¶ Lentini seu lentuli Romani quidam cognominati sunt a lēte, vt Cicerones a Cicere.

¶ Lentiscus arbor quæ Mastichē gummi modo sudat, & est trifera. Plinius libro xxiiij. Vsum lacte caprarum quas lentisco pascebat.

¶ Leo, les, leui, non est in vsu, & significat imprimo & formo sed eius composita vsurpantur quæ sunt Deleo & Releo. Delere autem contrarium est suo simplici. Nam est q̄d formatum iam & impressum est remouere.

¶ Leo animal ferox, & omnium animalium generosissim⁹ tum precipue cum colla armosq; vestiunt iubæ quod ætate accidit. Leones tantum ex feris clæmentia vtuntur in supplices, prostratis parcunt. Eorum animi index est cauda, sicut eq̄rum aures. Vim summā in pectore habent, sociati inoxiq; sunt Timent rotarum orbes circumactos & currus inanes, & crista, cātusq; gallinaceorum, sed maxime ignes. A Leo fit leoninus a, um. Est & leo marinus ex cācrorum genere. Item leo cœleste signum. Ferunt hunc Leonem Theumesiū ab Hercule occisum, in cœlum ab Ioue translatum. Dictus est Theumesius a Theumeso Bœotiq; monte.

* Leones auersi coeunt quēadmodū & lynces Cameli Elephanti, Rinocerotes, & Tigrides. Cc.

¶ Leopardus animal qui ex leone & pāthera nat⁹ est, vel ex pardo & leæna nigris maculis leoninam pellem distinguentibus, & iubis caret. Nascitur in Africa vbi propter pœnuriā aquarum ad paucos amnes multitudo ferarū conuenit, ideo multiformes ibi animaliū partus mutuo sese miscentibus diuersorum generum animalibus. Vnde ortum est prouerbiū Semp aliquid noui Africam afferre.

¶ Leonina herba est quę nascitur in mōtibus, Cui⁹ flores cū emittuntur similes sunt ori leonino aperto

¶ Leontopheton herba folio brassicæ, caulæ semipedali leni, cuius semen in cacumine in siliquis citeris modo radix rapæ similis grandis nigra, nascitur in aruis radix aduersatur omnium serpentium generibus ex vino pota. nec alia res celerius proficit.

¶ Leontophon exiguus vermis esse dicitur, nec alibi nascit quam vbi leo nascitur.

* Quo gusto statim expirat leo.

¶ Leosthenes pe. cor. nomen viri qui cum sponsus esset & Lamiacum bellum concitasset interfectus est, ob cuius amorē sponsa Demotionis Areopagitarum principis filia se interfecit, sicut Hiero. con. Iouī tesiat. Suidas. Λεωσθένης στρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων πρὸς τοὺς μακεδόνας λέθῳ πληγεὶς πρὸς τὴν περικεφαλὴν ἀφυλάκτως ἐπὶ τῆς παρατάξεως πίπτει. *. i. Leosthenes dux Athenienſiū contra Macedones lapide percussus in caput improuise in prælio cecidit.

¶ Leonides nobilis Sparta, deinde Lacedæmoniorum rex q̄ aduersus Xerxem pene incredibilia egit

ō Hic commilitonibus dicebat. Pergite animo forti tanquā hodie apud inferos cœnaturi, Cecidit ad Thermopylas cū illas angustias custodiret.

ō Fuit & alius Leonides Alexandri pædagogus.

¶ Leocrates nomen sculptoris insignis.

¶ Leoncopodion herba quam & Lithoron, & Doripetron, & Toropetron vocant caulibus veluti rosæ capita sustinens, nascitur in campestri, cuius semen lymphatica somnia facere dicitur.

¶ Leochares, Leocrates, leocritus, leosthatus, leodamus, leontius, leogorus oia nomina ꝓpria a leo deducta.

¶ Lepadusa siue lopadusa insula Siciliæ a Patellis ostreorum gñe dicta quasi patellaria.

¶ Lepus animal a celeritate dictum ꝙ leuipes sit quoniā ambulans non sentitur. Ponitur quandoq; pro infamia, ꝙ magis posteriori parte, hoc est armis pulpamentum de se præbet cum in conuiuio carpatur appositus. Horat Fœcundi lepoporis sapiēs sectabit armos, Aut ꝙ venāturillū, & prosectantur canes, quos pro amatoribus puerorum intelligimus, vt apud Terent. Ceruam videre fugere sectari canes. Aut ꝙ a phisicis dicatur incerti sexus. Tradunt enim vtramq; vim singulis inesse, ac sine maris coitu gignere sicut & hyena. Teren. in Eu. Lepus tute es, & pulpamētum quęris id est quod tu habes hoc quæris in altero.

¶ Lepusculus dimi. quo etiam nomine dictus est piscis quidā marinus. Ambro. Lepusculus timidium animal in terris, in mari formidabile.

¶ Leporinus a, um. penul. produ. quod est ex lepore, vt pes leporinus.

¶ Leporarium, non tantū pro loco vbi lepores sunt, sed etiā pro omnibus septis, & quæ sunt villæ effixa accipitur, & habent inclusa animalia quę pascūtur. Gel. Viuaria veteresquā doq; leporaria dixere, in quibus omnia clauderentur animalia. Var. Leporaria te accipere volo, non ea q̄ tritaui nostri dicebant vbi soli lepores sint, sed omnia ędificia septa & villas q̄ inclusa habent aīalia q̄ pascuntur. Hęc antiquiores roborea etiā appellari voluerunt a tabulis roboreis, quibus septa erant anteq̄ mœnibus cingerentur.

¶ Lepor & lepos vtroque modo dicitur pro sermone nitido & absterso, & quasi lautitia quadam sermonis, ꝙ sicut lepus a leuitate pedum, ita lepor orationis a pedum suorum leuitate dici putatur. Est & lepos gratia voluptatis cuiusq; cūq; amœnitas.

¶ Lepidus a, um pe. cor. in quo leporis est plurimum & tam de homine q̄ de oratione dicitur, vt lepidus homo & lepida oratio. Teren. in An. O lepidum caput. Hinc lepiditas, & cōpositum illepidus. * Dona, dicit lepidum di. i politū ἀλειπτὸν id est lamina siue squāma. Pli. lib. xxxiiij. Excutiuntur velut mili squāmę, quas vocant lepidas.

* Lepidotes gēma q̄ squāmas piscīū imitatur. Cc.

* Lepista vas ampullæ simile. Var. Aliqui venditant oleū Sabinorum, lepistæ pauperibus plærisque aut fictiles sunt aut æneæ. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Lepidum herba quæ vlcera acuta tollit. Col. libro. xiij. Sūt qui satiui, vel etiam syluestris lepidij herbam cum collegerūt in vmbra siccent. Deinde folia eius abiecto caule die ac nocte muria macerata expressaq; lacti misceant sine condimentis, & salis quantum arbitrantur adiiciant. Nonnulli recenti a folia lepidij cum dulci lacte in olla miscent &c. Scribit Dioscō. Idem esse lepidum quod Gingidium. Fit autem a græco verbo λεπιζω. Hoc est decortico.

¶ Lepra morbus qui alio nomine dicitur Elephantia. Et duplex est. Vna qui incurabilis est, quam malam scabiem Horatius nominat. Aut mala quam scabies aut morbus regius vrget. Alia quę potest curari. Plinius libro. xxiiij. Lachryma vitium veluti gemma lepras & lichenas & psoras nitro ante præparatas sanat.

¶ Leprium ciuitas in Achaia a leprio heroe quē occidit Hercules, siue a lepra qua curabātur ibi quodam se flumine mergentes. Hinc lepriatæ populi. Est & alterum in Archadia læprium, vt testis est Cic. ad Atticum.

¶ Leptis nomen vrbis de qua Hiero. In lepti vrbe semibarbara & posita in solitudine moris est, vt nurus altera die socrui ollam mutuo postulet.

¶ Leptnea cra promontorium gracile. Solinus. A promontorio Indiæ, quod alij leptenacram, alij Drepanum vocitarunt.

* Leptophyllon herba est a foliorum tenuitate sic dicta.

* Leptoludiæ ficus sunt quemadmodum numidicæ pullæ &c. Cc.

* Leptorox vuę genus habens acinos exiguos & subtiles alioqui mira suauitate prædulcis. Cc.

¶ Lerne argiui & Mycenęi agri locus est supra quem fuit Argos oppidum. Vnde lerneus a, um. vt palus lernæa vbi fuit hydra quinquaginta capitum ab Hercule interfecta. Sūt qui scribant lernam regiunculam esse archadiæ a lerno rege cognominatam.

¶ Leros quæ & leria, insula est in Icario mari, vt inquit Strabo.

Lesbos insula in Aegæo æolicarum vrbium metropolis & vniuersæ Troadis imperium obtinuit. Ambitus eius stadi. centum supra mille a borea in haustrum protensa, quingenta & sexaginta stad. longitudinis habens, feraci agro & multa materia ad classes conficiendas idonea. Vrbes in ea fuere memoratu dignæ Mitylenæ. & ab ea nunc insula vocatur & Pyrrha in occidentali littore sita. Fuit & Cressus & antista cum portu & Methimna. Dicta lesbos ab vrbis nomine q̄ in ea potentissima fuit, siue a lesbo Iapithi filio, qui in eam insulam nauigauit. Ex hac Pittacus vnus ex septem sapientibus, Alcæus, Sappho, Theophrastus philosophus & alij viri scientia clarissimi orti fuere. Hinc lesbius lesbia lesbium. & lesbous a, um. penul. pro. Hora. Lesboum refugit tendere barbiton.

¶ Lestrygones penul. cor. populi i exremo Italiæ quos Vlysses apud Alcinoum narrat humana carne vesci, vt Cyclopas. & Homerus scribit Lestrygones socios Vlyssis verubus transfixos atq; igni assos comedisse. Acrō Lestrigona Formiana seu Sicula in quibus Cyclopes fuerunt qui lestrygones vocabantur. Pli. Caieta portus oppidum Formiæ dictū vt existimarunt Lestrygonum sedes. Verū ita appellati fuere, quia latrones erant in eo sinu ἀπὸ τῆς λῃστείας, q̄d est latrocinij. Horū rex Antiphates fuisse scribitur.

¶ Lestorum regio Indiæ extra Gāgē, cuius incolæ syluestres esse dicuntur, & in specubus habitare. Ferunt in ea esse corvos & psittacos albos.

¶ Lessus us. lugubris heiulatio. Cicero in legibus. Mulieres genas ne radunto, neue lessum fueris ergo habento. His enī verbis significatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi.

¶ Letania seu litania cum accentu in pe. latine supplicatio dicitur. λιτανεύω supplico rogo.

¶ Lethes fluuius quem apud inferos esse poetæ tradiderunt, cuius latices, si quis gustauerit omnium præsentiarum rerū obliuiscitur. Idcirco ἀπὸ τῆς λήθης. i. ab obliuione nomē habet. Datus est hinc fabulæ locus quia morientibus ōnium rerum obliuio surrepit. Constat autem hunc amnem in Africa circa extremū syrtium cornu Berenicem vrbem alluere, sed eum apud omnes fama est ad ea loca inferna inundatiōe prorumpere. De quo Luca. libro. vj. Quam iuxta lethes tacitus perlabitur amnis, Infernis vt fama trahens obliuia ventis. Inde letheus a, um. Idem. Non me lethæe coniunx obuia ripæ Immemorem fecere tui.

¶ Lethargus est marcor & inexpugnabilis pene somni necessitas cum alienatione mentis. Boe. lib. i. de consola. Lethargū patitur cōmunem illusarum mentiū morbum, sui paulisper oblitus est. Pli. lib. xxiiij. Grauedinem enim morbūq; lethargicū patitur. Est & species phrenetidis, vt Celsus ait. Vñ lethargicus ab Horatio sumitur pro furioso, vt lethargice hic cum sit pugil & medicum vrget. Dictus lethargus quidā putant ἀπὸ τῆς λήθης, hoc est ab obliuione. Nam in eo morbo accidit obliuio omnium rerum.

¶ Letum pro morte secundum Priscianum a leo fit, quo vetere vsi sunt pro deleo, quoniam mors omnia delet. Apule. a luo deducit, ideoq; per œ scribi præcepit. Varro. & Festus ab λήθης fieri putant. Vnde & Th aspiratum sine diphthongo scribunt lethum. Quidam etiam lætum per antiphrasim dici volunt, quasi minime lętum. Nam epitheton mortis est tristis quod est contrarium læto.

¶ Letalis & hoc letale mortiferū. Pli. Letalis inedia homini, durasse & vltra vndecimū. s. diē plęroscq; certū est.

¶ Letificus a, um. pe. cor. q̄d mortē inducit.

¶ Leto as. morte afficio. Vñ letata corpora apud Ouid. pro morte mulctata & interempta.

¶ Leuana vocabatur dea quę pueris præerat de terra leuandis, vt inquit Augustinus.

* Leucachanta herba est in cacumine aculeum habens.

* Leucas est insula cōtra sinū ambraticū sita iuxta Epyrū, habens montē altissimū. Cc.

¶ Leucon latine albū dicitur. Et leucon auis est q̄ ardea vocatur. Leucasmos latine candor græce λευκασμός.

* Leuce græce candor dicitur. Cc.

¶ Leucagyllon, genus argillæ albę.

¶ Leucosia insula cōtra Pestanum sinum in mari tyrreno Lucaniæ adiacens. vt Strabo lib. vi. refert, paruū ad cōtinentē habens cursum. Dicta leucosia ab vna Sirenū quę in loco periit cū in profundū sese abiecisset.

¶ Leucates pe. prod. mons seu promontorium in Epyro mare intrans. Vergilius. Mox & leucatæ nimbosa cacumina montis. Dictus leucates a petra eiusdem nominis coloris albi in pelagus porrecta, in qua est apollinis fanum. Vnde & leucadius Apollo quia illic habet templum. Ouidius. An quia leucadio semper amata deo. Est etiam leucas insula quę superioribus annis, vt Strabo auctor est, lictus extitit quæ insula effecta est. De qua Laertem dixisse aiunt. Munitam solo vi cepi, Neriton littus rat terræ, hoc quidem in loco manu facte excisiones fuerunt. Et libro decimo legimus Corinthij Cheronesi terra iuxta effossa leucadem in insulę formam redegerunt, & in eum locum trāsportata Nerito qui fuerat Isthmus nunc fretum & Euripus est ponte iugabilis, mutato nomine dixere Leucadem sumpto vt reor a leucate vocabulo. Plinius. Deinde leucadia ipsa peninsula quondam neritus appellata opere accolarum abscissa a continenti. Oppidū in ea leucas quondam Neritum dictum.

* Leucanthemis seu leucanthemū est herba quam medici recentiores Chamomillā vocāt Cc.

* Leucochrysoa gemma q̄ fit Chrysolitho interalbicante.

* Leucoxthiopes æthiopū natio. Cc.

* Leucogabi colles sunt in agro Campano, Cc.

* Leucogra & Leucographia gemma quæ aliter Galaxia siue Galatites dicitur. Cc

¶ Leucothea matuta dicta est, hoc est aurora quasi alba d:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

λευκὸν enim album.

¶ Leucophæus cum diphthongo. Nam græce λευκόφαιον dicunt color natiuus ex albo & nigro nomen trahens λευκὸν album, φάιον medium inter album & nigrum. id est fuscum & pene nigrum. Plinius. Iecur rubetæ vel cor adalligatur in panno leucophæo & quartanis prodest. Victru. de his coloribus scribens ait. Fontes & flumina sunt quorum potu pecora quamuis alba sint alijs locis procreant vellera leucophæa alijs locis pulla, alijs locis coracino colore. Idem In cãpis Troianis proxime flumen armenta rufa & pecora leucophæa nascuntur. Quidam scribunt leucopum pro colore albo natiuo, a quo Leucopeatus qui rudiori ac vili alba veste indutus est quamuis & leucophæatus legatur. Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine quasi suffusca siue subcandida.

¶ Leucoma pe. pro. albũ dr̃, hoc est tabula illa in qua iudicũ descripta erant noïa, & in qua singulorũ annorũ acta literis mandabantur a Pontifice maximo.

* Leuconiũ, tomẽtũ siue xilinũ q̃d & leuconicũ dicitur. Martialis. Accipe leuconicis vellera missa sagis. Idẽ. Culcitra leuconio q̃ viduata suo. Cc.

* Leucopus dicit̃ natiuus color albus, vilis & vulgaris. Hinc leucopeati dñr qui rudiori alba veste ac vili & natiui coloris induti sunt. Mart. Amator ille tristium lacernarũ, & leucatus simul atq; leucopeatus. Cc.

* Leucopetalos gemma quæ candorem niuis ex auro distinguit. Cc.

* Leucophorum glutinum auri. Cc.

* Lecophlegmantia species aquę intercutis. Cc.

* Leucophtholmos gẽma q̃ candidã nigramq; oculi speciẽ continet, alias rutila. Cc.

* Leucosyria prius dicebatur, quæ nunc Cappadocia dicitur. Cc.

* Leucostícos lapis in Aegypto ruber, candidis interuenientibus punctis. Cc.

* Leucina pro leui vsus est Laberius. Cc.

¶ Leuce paruum oppidũ non longe a Smyrna.

¶ Leuctra per c. ante t. plurali numero. Singulari leuctrum & genere foe. Leuctra Solinus etiam leuctras videtur vsurpasse oppidum est Bœotiæ. De quo Hiero. contra Iouí. Quo ore laudandæ sunt Scedasij filiæ in leuctris Bœotiæ quas traditũ est absente patre duos iuuenes prætereuntes iure hospitij̃ suscepisse qui multum indulgentes vino vim pernoctem intulere virginibus quæ amissę pudicitiæ nolentes superuiuere mutuis conciderũt vlneribus. ὃ Apd leuctra Epaminũdas thebanus lacedæmonios vicit adeoq; attriuit vt postea imperium nequiuerint habere.

¶ Leuiathan, vt inquit Hierony. Iudæi dicunt draconem magnum quem fecit deus qui dicitur leuiathan, & est in mari, & aiunt vt quando recedit oceanus draco vertitur. De hoc apud Esaiam. In die illa visitabit dñs in gladio suo super leuiathan serpentem vectem, & super leuiathan serpentem tortuosum occidet cetum qui in mari est.

¶ Leuir leuiri pe. cor. dr̃ mariti frater, quasi leuis vir. ʒ

¶ Leue significat id quod est sine pondere. Vnde leuis stipula. Vergi. Libro xij̃. Cor vtique leues humeris & letifer arcus Transfertur ad animum. Vnde leues homines vocantur inconstantes viles & nullo honore digni̇̃, quemadmodum ecõtrario graues dicimus constantes seueros prudentes. Hinc leuitas quæ modo dicitur de re non ponderosa, modo de inconstanti vilique. Cicero cum in Antonio genus quoddam sordidissimum vitæ demonstrare vellet q̃ in caupona delitesceret, q̃ ad vesperum potaret, q̃ ore inuoluto iter faceret ne cognosceretur. Videte inquit hominis leuitatem tanquam prorsus ista dedecora hoc vitio notarẽtur. Leuia vina quæ sint. Vide in dictione Lora. Læue cum diphthongo aliud significat.

¶ Leuiculus diminutiuum a leuis. Cic. lib. v. Tus. Leuiculus sane noster Demosthenes q̃ illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ, vt mos in græcia est.

¶ Leuo as. pe. cor. in altum tollo veluti leue quiddam. Liuius. Mox aqua leuata vento cum super gelida mõtium cacumina concreta esset. Interdum leuare est aufere. Vergilius. Atq; arcta leuari Vincla iubet priamus. Interdum exonerare & quasi releuare. Idem. Ego hoc te fasce leuabo. Interdum extenuare & leue facere. Idem. Nostrumq; leues quæcumq; laborem id est leuem facias, vt exponit Ser. Composita huius verbi sunt Alleuo, Colleuo simul leuo. Colu. lib. vij̃. Pastinacæq; agrestis semina & succus amoraceæ cum melle colleuant, oculorum cedant dolorem. Deleuo deorsum leuo. Idẽ. li. iij̃ Et si fieri potest iuxta aliquẽ nodũ serula defecato & plagam acutissimo ferro deleuato. Eleuo, Releuo rursus leuo & quasi idẽ quod alleuo. Teren. in Adel. Nam & illi animum iam releuabis qui dolore ac miseria tabescit. Subleuo, adiuuo. Et omnia habent pe. cor.

¶ Leua manus sinistra, quã græci σκαιὰν dicunt. Vñ tractũ est cognomẽ scęuola. Alij̃ lęuam cum diphthongo scribunt q̃ græci λαιὰν lęuam dicũt, a quo fit lęuus.

¶ Lęuus a, um. cũ de humanis loquimur significat, contrariũ Vergilio. Si mens non læua fuisset. Cum vero de cœlestibus prosperum denotat, quia sinistra numinũ dextera sũt intuẽtibus. Idem lib. iij̃. Ge. Numina lęua sinunt, auditq; vocatus Apollo. Hetrusci cęlum in xvi. partes diuiserũt e quib⁹ octo abexortu sinistras totidem e contrario appellauere dexteras Hinc omnia fulmina lęua existimantur esse prospera, quoniam a leua parte mundi ortus est sicut scribit Pli. Et vt auctor est Cicero lib. ij̃. de diui. Optimũ auspiciũ habebatur apd Romanos quod sinistrum fuerat. Vnde Vergilius antiquitatis consultissimus dixit. Intonuit leuum quod felicitatẽ protendere credebatur.

¶ Leui nomen patriarchæ, a quo leuita seu leuites penul. producta. pro eo qui est de tribu leui. Hiero. in libro Exod. Aaron frater tuus leuites scio q̃ eloquẽs sit. Hinc leuiticus, a, um possessiuum.

¶ Leui præteritum a leo significat aperui protuli. Horatius. libro primo carmi. Græca quod ego ipsa testa conditum leui. Cuius compositum releui protuit Terentius. Releui omnia dolia.

ὃ Leuifidus a, um. pe. cor. qui habet leuem fidem, cui secretũ non possis tuto cõmittere.

¶ Leuidęsa auctore Seruio genus vestis sic dictũ, qm̃ filo admodũ raro & leuiter densato ac texto sit pertenuiq;. Cic. Dolobellę. Sed ego hospiti veteri & amico munusculũ mittere volui leuidense Crassi filio.

¶ Leucotrota bestia in India, quę velocitate cæteras feras superat Hæc asini fere magnitudine, voce loquentium hominum sonos æmulatur.

* Lex tabellaria suffragia scribere non permittebat, sed puncto notare faciebat. Horati. Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci. hoc est solus suffragia iudicũ tulit qui & vtile & dulce scripsit. Cc.

* Lex satyra dicebatur quæ vno rogãtu multa simul comprobabat. Cc.

* Lex plagiaria quæ & Fannia qua quis plagis damnatus esset. Cc.

* Lex municipalis quam vnaquęque vrbs sibi priuatim cõstituit. Cc.

* Lex lepidiana quam lepidus tulit, quæ & Sumptuaria dicta est. Cc.

* Lex cornelia quam Cornelius Sylla dictator tulit. Cc.

L ante Z

¶ Liæ sunt foramina quæ in summo mali recipiunt funes.

¶ Libum genus dulciarij̃ cibi ex farre, & melle, & oleo sic dictum q̃ libandi causa fiat. Ver. libro. vij̃. Et adorea liba per hærbã. Subijciunt epulis, vel a liboverbo græco quod apd illos λείβω scribitur, vel a libero patre. Ouidius in Ibin. Liba deo fiunt succis quia dulcibus ille Gaudet & a baccho mella reperta ferunt. Et post. Melle pater fruitur liboque infusa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

calenti lure repertori candida mella damus. Huius diminutiuum est libellum, Nam libellus a liber est. At in epulis libū fic fieri consueuisse a Catone libro de agricultura scribitur his verbis. Libum sic facito. Caseum bene distere ī mortario vbi bene triueris farinę siliginee libram aut si voles teneri⁹ esse selibram similaginis solum eodem indito permisceto que cum caseo bene, ouum vnū addito & permisceto vna bene. Inde panem facito, folia subdito, in foco calido sub testa ea coquito leniter.

¶ Liba æ. insula in mari indico.

¶ Libo as, leuiter degusto, & quasi primis labris attingo. Di cū libare, quasi labiare. Verg. Purpureosque metūt flores & flumina libant. Sed latini mirabilia dicunt. Est enim græcum λείβω λείβω. Hierony. de Paulo. Denicq; paululum aquæ prono in fonte ore libarunt. Per translationem quandoque libare ponitur pro leuiter tangere. Verg. Oscula libauit nate Quandoq; pro sacrificare. Lactan lib. v. Nihil enim sancta & singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat quam sollam innocentiam, quam si quis obtulerit deo, satis pie, satis religiose libabit. Tibul. Et quodcumque mihi pomum nouus educat annus Libatum agricolę ponitur ante deum. Quādo que recipere sumere haurire. Cicero libro quarto ad Herennium. Vide ne facias imprudenter qui tuo nomine velis ex aliorum laboribus libare laudem. Huius verbi composita sunt Delibo, Prelibo. Prolibo. Plinius libro. xxxv. In sacris quidem etiam inter has opes non myrrhinis cristalinisve, sed fictilibus prolibatur sympulis innocentius. Et habent penultimam productam, Illibatus etiam dicitur pro non libatus non tactus.

¶ Libamen libamentum & libatio, pro eodem sumuntur significantq; quicquid in sacris libatur, a libero patre qui primus Ioui libauit. Ouidius libro tertio fasto. Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen. Liber enim qui bacchus dictus est cum victor de Scythis extitisset, aliisq; nationibus rerum primitias magno Ioui obtulit. Hier. in Leui. Qui offert victimam pacificorum domino offerat simul & sacrificium, id est libamenta eius.

¶ Libanus pen. cor. mons inter Arabes & Phœnices excelsas arbores habens, & interpretatur Candidatio. Et ex eo Orontes fluuius oritur. Libanus etiam arbor est quę thus producit tam masc. quam fœminini generis. Hierony. in Ecclē. Et quasi libanus non incisus vaporauit habitationem meam Vnde & pro thure accipitur quod & libanum dicitur. Libanicus thureus.

¶ Libanotis penultima producta latine thurea dici potest, Est ei herba odorē thuris habēs, & ros marinus appellatur. Plinius. Libanotis radicem habet olisatri nihil a thure differentem.

* Libanotus ventus flans inter liba hoc est africum & notum.

* Libanodines gemma quæ thuris similitudinem ostendit. Cornuto pie.

§ Libanius nomen auctoris sophistæ Antiochenī qui floruit Iuliani transgressoris temporibus, vsque ad Theodosium Seniorem. Hic multa scripsit, interque est opus de modo distandi epistolas. Vixit Constantinopoli.

¶ Liber liberi Dionysius siue Bacchus vini repertor. Multos autem fuisse Liberos siue Bacchos Dionysiosve ostendit Diodorus. Celebratior vero qui ex Semele & Ioue genitus fertur, quem tertium fuisse autumnant, & Thebis Boetijs natum, qui liber appellatus est a liberando, nam liber ratis deus est, siue q; Bœotiæ vrbes liberas fecerit. Ipse enim vt in quit Plutar. pro Bœotiæ libertate pugnauit, vel quia vinum curas soluat, & mentē ab illis liberet. Seu q; vino usi libere ora loquantur. Fiunt autem plerique ebrietate petulātiores. Sene. libro de tranquillitate vitæ. Liberum dicit non ob licentiam linguæ, sed quia liberat seruitio curarum animum & tristitiæ medetur. Varro a labendo deducit q; lubrica mens quolibet prolabitur. Augustin. docet liberum vocari quod mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. Interdum liber ponitur pro ipso vino, sicut ceres p frumento. Terentius. Sine cerere & baccho friget Venus. Liber dicitur sol quia libere per aerem vaget. Vergilius. Vos o clarissima mundi lumina Labentem cœlo quæ ducitis annum Liber & alma ceres.

¶ Liber adiectiuum dicit qui nullius habito respectu quod sentit, dicit & facit. Et liber vocatur qui nulli subiectus est, cuius relatiuum est seruus. Item qui curis ac negocijs omnibus solutus est. Martia. vno disticho duo eius comprehendit significata. Liber homo est nimium dicis mihi cheryle. Hoc est nimium libere loqueris. In te qui dicit cheryle liber homo est. Hoc est vacuus negocijs, & quid agat non habens. Liber etiam ponitur pro eminenti, & extanti. Varro in Eume. Iterum tragici prodeant cur capite libero, cum antiqua fronte. Item pro magno seu valido. Ouidius. Perfruor infelix liberiore malo. Vnde campus liberior dicitur maior ad dicendum ratio. Et in his significationibus prima producitur.

¶ Liber bri. substantiuum proprie pars corticis interior, quæ ligno adhæret. Vnde & delibrare quod est corticem detrahere, habetque primam correptam. Vergilius. Hæc si tum moriens alta liberaret in vlmo. Vnde & liber dictus est in quo scribimus, quia ante vsum chartæ de libris, id est corticibus arborum volumina compaginabantur. Vnde & codex ab arborum trunco appellatus est. Ponitur quādoque liber pro ipso opere integro quamlibet sit magnus etiam si contineat æneida bucolica & gæorgica. Quandoque pro certa parte operis, vt Vergilij æneis in duodecim libros distincta est.

¶ Libellus diminutiuum paruus liber. Aliquando etiam ponitur pro epistola siue tabella. Vnde Libelliones dicti sunt libelli etiam dicuntur quos vulgus supplicationes appellat, quos Martia, supplices libellos nominauit illo hendecasyllabo. Idem supplicibus vacat libellis. Tales enim principibus dari solent ad negocia explicanda a subditis, in quibus petitiones continentur. Suet. in Cæsa. tantum libellos dixit Libellumque iudicem insidiarum ab obuio quodam porrectū libellis cęteris, quos sinistra tenebat quasi mox lecturus cōmiscuit. Apud Leguleios libellus dueisis modis dicitur Nā libellus accusationis, conuentionis, repudij, & huiusmodi. Libellum vero genere neutro diminutiuum est a libum, vt C. de episcopis audien. l. Iudices. Incarceratis debet victualis substantia ministrari vel tradi libellis duobus aut tribus diurnis.

¶ Libellulus diminu. a libellus. Hieron. In præsenti libellulo edoceat.

¶ Libelliones a veteribus tabelliones dicebantur. Var. Tū ad me fuerunt qui libellionem esse scribebant.

¶ Librari⁹ rij, qui libros transcribit. Hierony. ad Niciam. Nā & rudes illi Italiæ homines quos Cascos Ennius appellat, qui sibi ritu ferino victum requirebant ante chartæ & membranarum vsum, aut in dedolatis e ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epistolarum alloquia mittebāt Vnde & potitores earum tabellarios & scriptores a libris arborum librarios vocauere. Bibliopola vero qui libros vendit. Librarius etiam dici potest qui libros concinnat, aut vēnales in taberna tenet. Item librari⁹ a libra fit, & is est qui pariendis pensis præficitur.

¶ Librarius a, um, quod ad libros pertinet. Plinius li. xxxv. Omne autem atramentum sole perficitur, librariū & rectorium glutino admixto, id est quo libri exscribuntur & materia aliqua tegitur. Et librarius a, um, a libra fit. Colu. lib. vlti. Caro in libraria frustra conciditur.

¶ Libraria, æ, vbi reponuntur libri, græce bibliotheca. Gel. In libraria ego & L. Paulus consederamus.

¶ Liberi dicuntur filij quia vt ait Do. Liberalitate a parentibus regendi sunt. Et liberorum appellatione etiam vnus filius & vna filia intelligitur. Terent. Cui tu liberos cōmittas tuos. Item liberorū appellatione continentur nepotes, & pro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

repotes,cæteriq; ex his descendentes.

¶ Liberalia orum, liberi festa quæ apud Græcos dicuntur Dionysia. Neuius. Libera lingua loquuntur ludis liberalib⁹

¶ Liberalis,benignus,munificus. Vnde liberalitas munificentia,liberaliter/large/munifice. Cuius contrarium est illiberaliter, quod veteres de eo dicebant qui omne maleficij genus excessisset. Terentius in Adel. Factum a nobis duriter & inmisericorditer atque si æquum est dicere magis aperte illiberaliter. Dona. Illiberaliter, iniuste, inclementer non bene quia liberalis bonus dicitur. Differt tamen liberalis a munifico quia liberalis dicitur qui rogatus,munificus qui sponte beneficium contulit. Cicero libro de Ora. Quid tam porro regium tam liberale,tam munificum,quam opem ferre supplicibus? Sunt etiam qui sic distinguant, vt liberalis sit qui paruis & priuatis hominibus beneficia præstat. Munificus qui magnus & in magnis reb⁹,vt qui magna pro dignitate muneret sit munificus vel magnidecens,qui vero in paruis muneribus liberalem sese prestat liberalis. Sic liberalitas naturæ benignitas quæ maxime in præstanda opera amicis perspicitur & versatur inter priuatos & paruos homines. Munificentia inter magnos. Quod nomen a libero patre,vt Valerius maximus docet,deductum est,habetque liberalitas duo extrema. Nam si deficias, nec tantum quantum oportet tribuas,auaricia oritur, si autem excedas in dando desque plus quam oportet & cui non oportet, & quando & qua causa non oporteret,in vitium laberis quod prodigalitas appellatur. Accipitur quandoque liberalis pro pulchro & ingenuæ formæ homine.

ŏ Liberalitas vt inquit Speusippus est habitus qui in quærendis,erogandisque pecunijs decorem seruat decēs acquisitio, accumulatioq; pecuniæ.

¶ Liberales artes dicuntur quæ ingenio coluntur,& propterea dignæ sunt liberis hominibus. Illiberales vero mechanicæ quæ in manuum opera consistunt. Habent enim seruile ministerium.

¶ Libertas a liber fit,quæ seruituti opposita est. Item libertas dicitur de eo qui libere & sine respectu loquitur facitque quælibet. Capiturque in bonum cum sit potentia ingenua q̄ sic a iureconsultis diffinitur q̄ sit naturalis facultas eius quod cuiq; facere libet nisi quod vi aut iure prohibetur. Licentia autem in malum cum quis libertate abutitur. vsque ad temeritatem & procacitatem. Est licentia impunita quędam facultas agendi quicquid velis. Quintilia. Quę in alijs libertas est, in alijs licentia vocatur. Terentius. Deteriores omnes sumus licentia. Ponitur tamen quandoque licentia pro libertate,vt apud Sal. Romam legatos ire iubet, agendarum rerum ac quoquo modo componendi belli licentiam ipsis permittit Libertas etiam libertatis dea dicebatur,cuius templū in Auentino constitutum fuisse narrant historiæ.

¶ Libertus a libertate dicitur,& is est qui cum esset seruus factus est liber. Vlp. eum esse libertum diffinit,quem quis a seruitute ad ciuitatem Romanam perduxit.

¶ Libertinus relatiuum est ingenui, sicut libertus patroni licet vnum & idem sit libertinus & libertus, per libertinum significamus conditionem hominis sicut per ingenuum,per libertum priuatum quendam respectum sicut per patronum. Sunt autem libertini qui iusta seruitute manumissi sunt, quē admodum e contrario ingenui sunt qui libera matre nati,nec postea serui facti sunt. Aliquando etiam libertini vt Sueto. in Claud. scribit. Dicuntur qui ex libertis creati sunt. Ait em Ignarus temporibus Apij,& deiceps aliquamdiu libertinos dictos non ipsos qui manu mitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.

¶ Libero,as,modo particulare est,& significat manumitto, id est libertatem do. Modo vniuersale & significat absoluo Cicero. Nihil antiquⁱ⁹ fuit quam vt te a sceleratorum hominum calumnijs ī libertatem do. Terentius. in And. Obsecro te quam primum hoc me miserum libera metu. Hinc deliberatio quæ dicitur cum patefacta securitas est. Huius verbi cō posita sunt Delibero. Sublibero,quod est quasi de subleuo. Columella libro quarto Cum sola ea res omnem impensam terreni pretio sub liberet & si modo non prouincialis, sed italicus agerem.

¶ Libra quæ & as,& Mina seu M na & pondo dicitur.xij. cō stat vncijs. Libra tamen vnciarum varietatem accepit pondo semper idem fuit. Proprie autem libra instrumentum est quo res ponderantur cum lancibus, alio nomine Bilancem vocant Cicero. Critolaus libram constituebat in cuius altera lancem animi bona ponebat in alteram corporis externa, tantumq; pendere illam animi bonorum lancem putabat,vt terram & maria deprimeret. Ambrosius libro primo offi. Sermones proferat libra examinatos, vt sit grauitas in sensu,in sermone pondus,atque ī verbis modus. Statera vero instrumentum quo res sine lancibus ponderantur. Est & libra cœleste signum quod octauo Calendas octobris,seu vt quidam existimant.xiij.sol p illud transiēs æquinoctiū facit.

¶ Libella diminutiuum a libra.

¶ Librarius a,um,quod est librę. Cato, Caro in libraria frusta conciditur. Librarius & libraria qui & quæ præficitur pariendis pensis. Vlpi. Si librarium rus mittat, & qualum & calcem portare cogat,vel histrionem balneatorē faciat vel de symphoniaco atriensem, vel de palæstra stercorandis latrinis præponat,abuti videbitur proprietatis. Librarius etiam a libris exscribendis vel concinnandis dicitur,de quo supra.

¶ Libralis & hoc librale quod est vnius libræ.

¶ Librile penul.prod. scapus librę. Librilia diuersum est, vt paulo infra.

¶ Libripens dis, a pendendo secundum Priscianum libram æneam tenet. Boetius in top. Mancipi res veteres appellabāt quæ ita ab alienabantur,vt ea abalienatio per quandam nexus fieret solennitatem. Nexus vero est iuris solennitas quę fiebat eo modo quo institutionibus Caius exponit,adhibitis non minus quinque testibus Romanis ciuibus puberibus. Est præterea alius eiusdem conditionis qui libram æneam teneat qui appelletur Libripens is, qui mancipium accipit æs tenens ita dicit,hunc ego hominem qui mihi emptus est hoc ære æneaque libra ex iure Quiritum meum esse aio. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei a quo mancipium accipit quasi loco pretij. Potest etiam dici Libripens istis ponderandæ pensator.

¶ Libro,as,pondero trutino,æstimo,examino. Apul. Omnia priusquam aliquid statuas libranda sunt. Ambrosius super Luc. Vide quam signanter scriptura singulorum libret momēta verborū. Aliquando librare graue facere. Plinius. Apes si oriatur procella apprehensis pedusculo lapillis se librant id est grauiores faciunt. Aliquando suspendere & leuiter sua vi sustinere. Ouidius. Et iā finitima corpus librabat in herba. Aliquando Æquare. Colu. li. iiij. Sic permensum & libratum opus in similitudinem veruacti semper procedit. Inde libramentum & æquilibrium. Huius verbi cōposita sunt Delibro quod est optime pondero. Gel. Quid relinquitur ni si delibrari sibi cœnas iubeant ne edendo defatigentur. Perlibro valde libro Col lib. iiij. Pariter imæ fossæ solum metitur atq; perlibrat. Et habent pe. prod.

¶ Libramentum æquamentum. Col. li. i. Nam eiusmodi positio medium libramentum temperamentumq; verborum hyemalium & æstiuorum tenet.

¶ Librilla,alias Libella instrumenta bellica saxa. s. ad brachij grossitudinem in modum flagellorum loris deuincta q̄ librari manu. i. ponderari videantur.

¶ Libethrus apud Lycophrontē poetā videtur esse mons Macedoniæ habens ad radices Pimpleam fontem, vnde musę dīr Libethrides. Strabo scribit Libethrū esse locum Thracię,ex quo nonnulli in Bœotiæ partem migrassent vbi Parnassus eodem nomine Libethrum dicarunt.

* Libethra spelunca in eodem loco vbi Libethros fons est a quo musæ Libethrides dicuntur. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Libet placet à labendo, vt Var. inquit, ꝙ quæ placent in mente prolabantur. Hinc fit Collibet pe cor. Sal. Matres familiarum pati quæ victoribus collibuissent.

¶ Libens volens facilis a quo libentia voluptas gratia. Macro. Cui libentię gratiæq; omnes conuiuiorū incognitæ. Libenter aduerbium quod est grato animo.

¶ Libido pe. pro. si Nonio Credimus & turpium & honestarum rerum esse dicitur vt omne quod libuerit libido dici possit. Sed Augu. libro contra Pelagianos de malis tantum dici ostendit, cum ait Sine dubio a libendo, hoc est a libitu per derivationem libido est nuncupata. Sed non omne quod libet libido est. In bono enim libitum, libido dici non potest sed voluntas de ratione. s. mentis naturalis exoriens. In malo vero libitum non voluntas sed voluptas quam fecit trāsgrediens protoplasti voluntas. Et libro. xiiij. de ciuitate dei. scrip. libidinem esse generale vocabulum omnis cupiditatis, cum & ipsam iram nihil esse quam vlciscendi libidinem veteres diffinierint. Et auaritia est libido habendi pecuniam. Peruicatia est libido quomodocunque vincendi, iactantia libido gloriandi nuncupatur. Et cum multarum rerum libidines sint, tamen cum libido dicitur, neq; cuius rei libido sit addi tur non fere solet animo occurrere nisi illa qua obscœnę partes corporis excitantur.

¶ Libidinosus qui in libidinem propensus est. Cicero. in Cato. Libidinosa enim & intemperans adolescentia effoetū corpus tradit senectuti. Sal. Pro nimis appetenter posuit. Post vbi paulatim licentia creuit iuxta bonos & malos libidinose interficere.

ȣ libidinarius qui libidini deseruit. Aug. in Sermone de natali, vtroſq; libidinarios hac Moyses sententia ferire voluit simulq; adulteros perire mandauit.

¶ libentia dea Venus seu proserpina. Augu. lib. iiij. ciuitate dei. Neque enim audent aliquas partes sub nomine deorum vel dearum deæ doacinæ tribuere aut volupię quæ a voluptate appellata ē, aut libentię cui nomen est a libidine.

¶ libitina pen. pro. dea quam alij Proserpinā, alij Venerem dicunt, in cuius templo vendebantur & locabantur ea quæ ad sepulturam pertinent, sicut docet Plutar. in proble. a libē do libitina dicta, vt inquit Varro. Vnde quandoque ponit proipsa exequiarum expensa. Suet. in Nero. Qua. xxxv funerum milia in rationem libitinæ venerunt. Liuius lib. xl. In vrbe tanta fuit pestilētia, vt vix tunc libitina sufficeret ad supeditādā. s. funerib⁹ necessaria. Aliqñ ꝓ ipa sepeliēdi arte seu vēdendi ea quę ad sepulturam pertinēt. Val. max. Qui tunc libitinā exercebant tum rerum suarum vsum, tum ministeriū suū gratuitū pollicitisunt. Sed qm̄ in ędę libitinę pararēt necessaria ad funebrē apparatū, hinc factum est, vt libitina aliqñ ꝓ morte seu ꝓ lecto quo mortui ferebantur caperetur Hora. lib. car. Multaq; pars mei vitabit libitinam.

¶ Libitinarius qui libitinę pēst, & actionem libitinariam exercet quæsui inseruiens, & qui necessaria funeribus vendit at, seu qui conducit funera aut qui curam sepeliendorum cadauerum habet. Vlp. de instito. acti. Si libitinarius seruum pro linctorem habuerit, isq; mortuū spoliauerit dandam in eum quasi institoriam actionem. Ex quibus verbis patet libitinariū esse curatorem funeris. Prolinctorem qui cadauera tractat ac sepelit. Hic & designator dicitur. Senec. de bene. An tu Aruncium & Ateium, & ceteros qui captandorum testamentorum artem professi sunt non putas eadem habere quę designatores & libitinarios vota.

¶ Libs ventus Aphricus qui flat aduersus vulturnum.

¶ Lybia, æ, & libye es. Aphrita, ꝙ inde libe ventus flare soleat, seu ꝙ pluuia indigeat propter nimiam siccitatem ἀπὸ τῆς λειψυδρίας λιβὸς ἐπάφθη. ✳ i. a deficiendo vel a Libya Epaphi filia. Sal. Cœlo terraque pœnuria aquarum, vel etiam a Lybia filia Epaphi Iouis filij. Aug. li. de pastoribus docet Libyam duobus modis dici, vel istam quæ proprie Aphrica est, vel illam orientalem partem quæ contigua est Aphricæ & omnino collimitanea. Est etiam hoc nomine fluuius in Mauritania. Libys homo & libysa mulier, ex libya orti. Vnde Libyssinus & libyssis, idis. Verg. Lus. Et pelle libyssidis vt sæ Marrianus. Graui ac libyssino calore extusus. Libyx autem libycis facit, a quo genitiuo fit libycus a, um, Vnde libycum mare Libycus campus dictus ꝙ in eo primum fruges ex libya allatæ sunt. Vnde & Ceres ab Argis Byssa vocata est, vt inquit Festus.

✳ Libycontes carbunculi siue gemmæ quæ languidius lucent. Cē.

¶ Libycis idis, vrbs Iudęæ ab orientali parte. Iordanis quā Herodes extruxit.

¶ Liburnia regio inter Illyriam & Dalmatiam, seu vt quidam aiunt pars Dalmatiæ, in qua sunt Salonæ vrbs insignis cuius populi Liburni vocitati sunt, de quibus Luc. Pugnasque mari graiorum, classe liburnos.

¶ Liburni populi ex Liburnia regione, & liburni viatores dicti sunt quod ex agris iussu magistratuum sæpe vocitarentur ciues frequentesque eorum via esset ab agris ad vrbem. Iuuenalis. Primus clamante liburno. Currite iam sedit, rapta properabat abolla.

¶ Liburnum & liburna æ, & liburnica æ, genus nauis belliçæ velocissimæ a Liburnis populis in Illyrico qui olim nauisbus velocibus vsi ionium mare insulasque prędabātur. Qua ex causa Romani naues leuitate celeritateque pręstantes appellauere Liburnicas sicut refert Appianus. Ad cuius similitudinem vehiculum quoque constructum fuit quo Romani principes vehi solebant. Iuue. Diues & ingenti curret superba liburno. Pro nau. Hora. in Epo. Ibis liburnis super alta nauium amice propugnacula. Sueto. in Augu. Vtrobiq; parte liburnicarum demersa simulq; eius qua vehebantur fusis aramentis & gubernaculo diffracto Luc. Ordine contentæ gemino creuisse liburno. Firmicus liburnicum imperiū vsurpat pro nauali.

ȣ Lichas, mensuræ genus, quæ digitos quatuor non excedit.

ȣ Lichen, quęre quid sit in Asino & equo. Lichenes sunt impetigines, & apud Celsum quatuor sunt genera.

¶ Liceo es, cui, licitum secundum analogiam facere deberet sed non est in vsu. Ab impersonali vero licet, habemus licitum est. Vergilius. Et licito tandem sermone fruuntur. Significatque liceo passiue id quod liceor actiue. Et sicut veneo capitur pro vendo, ita liceo pro appretior in auctione. Plautus in Mene. Die septimi auctio fiet mene de mane sane septimi vænibunt serui supellex fundi ædes omnia quisqui licebunt præsenti pecunia, id est numerata siue soluta in pśens.

¶ Liceor eris, licitus secundum analogiam facere debet, sed nusquam legi, vt eius compositum pollicitus deponens transitiuum est quod vltra accusatiuum si pretium exprimatur illud in genitiuo vel ablatiuo ponitur significatq; pretiū defero. Quod fit cum vestis vel domus vel huiusmodi venditur plus pollicenti. Persius. Et centum græcos curto centusse licetur, semperque huic verbo pretium subintelligitur si non apponitur. Plautus in Stri. Locos ridiculo vendo age licemini. Cicero libro tertio offi. Tollendum igitur ex rebus contrahendis omne mendacium non licitatorem, venditor, nec contra sequi liceatur emptor apponet vterque si ad loquendum venerit non plusquam semel eloquatur.

¶ Licitor frequentatiuum est, nam significat sępe appretio siue sępe emo vendove per auctionem sicut dictum est in Liceor tametsi secreto id fieri possit, vt apud Curtium. Cum hastis arma licitamini hostium capita. Plinius libro septimo Aristidis Thebani pictoris vnam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus est. Et licitari congredi & pugnare significat. Cæcil. in Hymnide. Quin machæra licitari aduersum eū cœpisti ens. Ennius pars ludicre saxa iactant & inter se licitantur. Festus docet eum licitari qui decipiendo inducit.

¶ Licitator qui crebro licetur, qui pro re emenda conducenda ve pretium alio maius policetur, vel qui pugnando sæpe contendit. Qui etiam pro proxeneta ponitur a Ciceronē cum inquit, Tollendum &c. Vide in dictione Liceo;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quid enim est aliud proxenetarum hoc est licitatorum officium quantum emptorem tum venditorem & contendendo & decipiendo inducere, vt & vendat ille & hic emat idq; non minus minuendi q̃ augendi pretij ratione. Siue igitur in rebus priuatis, siue in publicis vendendo, emendo, locando conducendo, contrahendoque licitator interfit, aut suo dolo se, aut alterius nomine hunc esse eundem qui ꝓxeneta a grę cis dicitur manifestum est. Recte ergo præcepit Cicero. nec a venditore licitatorem, nec item ab emptore apponi debere, sed ipsos potius si ad loquendum venerint non plus quam se mel loqui oportere, vt nulli licitatoris mẽdacio nulli dolo re linquatur locus.

¶ Licet impersonale modo significat fas est. Cicero. Neque enim licebat locum numini consecratum turpi flagitio contaminare. Vergilius. Quandoquidem ausonias coniungi fœ dere teucris Haud licitum, nec vestra capit discordia finem. Dicimus autem Mihi licet esse bonum virum & bono viro, Cicero lib. i. Tuscu. Licuit enim esse otioso themistocli. Licuit epaminondę. Modo significat possibile est siue cõceditur, vt potestas datur. Martia. Piscinam peto non licet natare. Cicero libro primo Tuscu. Idq; cum multis alijs rebus tum e pontifi cio iure & cerimonijs sepulchrorum intelligi licet. Et est ornatus dicendi modus, non licet mihi, per te hinc abire id est tu non vis seu pateris me hinc abire. Lucanus vero libro septimo. Omnia maiorum vertamus busta licebit. pro eo quod est, si licentia erit. Modo significat facile est. Lactan. lib. iij. Ipse ille Romanæ linguæ summus auctor quãtũ fallatur licet ex illa sententia peruidere. Ci. li. i. offi. Licet enim ora ipsa cernere iratorũ aut eorũ qui aut libidine aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiũt. i. facile est. Modo aduerbium concedentis est sicut Esto. Verg Licet ingens ianitor antro Æternum latrans exangues terreat vmbras. Modo est coniunctio aduersatiua pro q̃uis.

¶ Licẽtia a licet deducitur, q̃uis in malam partem plerumq; capiatur cum. s. id nobis arrogamus quod non licet. Libertas vero cum non deterremur quin ea quæ honesta aperte agamus. Vide in dictione Libertas. Licentior epistola ĩ qua nimis libere scribimus. Plinius. Licentiore epistola narrare constitui Licentiora mancipia dicũtur nequiora quasi multa per licentiam facientia

¶ Licenter aduerbium significat per licentiam, a quo Gel. formauit compositum Prælicenter, quod est quasi nimis licenter. Quæ verba inquit finxit prælicenter. Et est licenter a licens participio.

*Licianus poeta Martiali coętaneus & cõterraneus. Cc.

*Licinia lex lata est a P. Licinio Crasso diuite, cuius ferendę tantum studium ab optimatibus impẽsum est vt senatusco sulto iuberetur, & tãtum modo ꝓmulgata anteq̃ trinũdino confirmaretur ita obseruaretur ab omnibus quasi iã populi sententia cõprobata esset. huiꝰ legis summa erat vt kalẽdis nonis nũdinis liceret cuiq; in dies singulos dũtaxat triginta asses edendi causa cõsumere. Cæteris vero diebus ne amplꝰ apponerẽtur q̃ carnis aridę pondo tria, & salsamentorũ libra & quod ex terra vitæ arboreve natum esset. Cc.

¶ Licite aduerbiũ a licitus formatũ significat iuste.

¶ Licentiosus qui nimia vtitur licentia.

¶ Lictus tus. Vide in dictione Lingo.

¶ Licia sunt fila quibus in telis textrices implicant stamina Vñ Trilicẽ dicimus vestẽ quæ ex tribus licijs constat. Et testiuiliciũ fila de tela decidentia. Plau. in Cas. Non ego hoc verbum expressi testiuilicio, id est re admodum vilissima. lycia æ, cum y, regio est.

¶ Liciatorũ lignũ circa quod licia inuoluuntur. Hiero. lib. ꝛ. Hastile hastæ eius erat quasi liciatorium texentium.

¶ Lichenis generis masc. morbi genꝰ quẽ latini Mentagrã appellant qm a mento incipit. Mar. Non hulcus aere pusiulę ue lucentes nec triste mentum sordidive lichenes.

*Licinia genus oliuę. Cc.

¶ Lictor qui carnificis officio fungebatur minister consulis proconsulis & similium Sed duodeni lictores consulis erant, aliorum seni tantum, portantes virgarum fasciculos cũ securibus ligatos, magistratusque prębant, ac quoties iussi erant fasciculos soluentes primo virgis cędebant reum, mox securi feribant. Liuius. Missique lictores ad sumendum supplicium nudatos virgis cædunt securique feriunt. Hos primus instituit Romulus. Dicti a ligando lictores, ꝙ virgarũ fasces ligatos gerebant Gellius. Lictor nomen verbale quasi ligator a ligando, Tiro Ciceronis libertus a licio quo cincti erant dictos existimat. Lico enim transuerso qui magistratibus præministrabant cincti erant. At Plutar. quasi λειτὸς litos, id est publicus quasi publicus minister. Et sic absque c. scribendum est.

¶ Lictorius a, ũ, quod ad lictorẽ pertinet. Pli. Fasces lictorios ianuæ summisit cui se oriens occidensq; summiserat.

¶ Lido is, verbũ antiquum significat confringo deleo. Cuiꝰ composita sunt Collido Illido.

¶ Lidoron later longitudine sesquipedali latitudine pedis. Cornucopie.

¶ Lien gñis masc. gręce splen. Dicitur & Lienis in ntõ. Cæl. lib. iij. Si iecur aut lienis est affectus. Huius magnitudine item perantiam risus fieri affirmant physici. Persius. Sed sum petulantis splene cachinno. Intumescit quandoque lien, vt cingere hominem videatur. Plaut. in cur. Nam quasi zona liene cinctus ambulo, geminos in ventre habere videor filios, nihil metuo nisi medius disrumpar miser Hinc lienosi qui liene laborant. Qui fiunt, vt inquit Ar. libro. iij. de partibus animalium, quoties excremẽti plus in lienem diuerrit quam calor eius viscęris possit conficere. Plinius libro. vij. de pyrrho cuius pedis pollex lienosis medebatur.

¶ Liger, eri, nomen viri proprium, de quo Verg. lib. x. Dicta vocant ligeri necnon & troius heros. Liger eris. Gallię fluuius qui & ligeris in ntõ dicitur. Vnde & ligerim in accusatiuo lectũ est. Hic delatus in occeanũ influit maximi cursus & pari cum Garunna interuallo a Pyrene distat, & duobus stadiorum milibus vtriusq; nauigatio est.

¶ Ligies populi asiatici q cũ Xerxe cõtra græcos militarũt.

¶ Ligo as, quidã a lino deducunt quasi lino ago ꝙ lino omnia ligẽtur, ꝓpter qd græci λίνον vocatum putant ἀπὸ τοῦ λίνειν antiquo verbo quod est teneo, quia lino omnia tenẽtur. Huius composita sunt Alligo, quod est ad aliquid vel iuxta ligo. Colligo Circumligo. Plin. Id sicut in pilo quadratũ stupa circumligabant. ~~Deligo valde vel perfecte ligo~~ Colu. lib. vij. Melius bimus quam anniculus castratur. Idque facere vel autumno luna decrescente præcipit, vitulumque ad machinam deligare. Illigo intus ligo. Obligo circumligo Præligo ante ligo. Liuius. Fasces q; virgarum atq; arida sarmenta pręligantur cornibus boum. Religo quod aliquando est soluo quod est ligatum sicut resero. Aliquando habet significationem simplicis. Ouidius. Nox erat & quærno religant in stipite funem. Col. lib. iij Diutiusq; perennat quæ firmis truncorum & idoneis locis religata est. Aliquando retro ligo. Cicero libro primo Tus. Trahit hectorem ad currum religatum Achilles. Aliquando iterum ligo. Lactantius lib. iii. Hoc vinculo pietatis obstricti deo ac religati sumus. Subligo, a quo subligaculum, & habent pe, cor.

¶ ~~Ligamen ligaculum ligamentum Ligatura significant id quo aliquid ligatur.~~

¶ Ligones, rustica instrumenta sic dicta ꝙ radicibus quę sub terra sunt ligentur. Vel dicti sunt quasi Legiones, quia per latitudinem sub terra facilius leguntur. Luca. Vomereq; anticos, curionum passa ligones.

¶ Ligellum breue domicilium & tuguriolum. Plautus. Tu in ligello fuisti.

¶ Lignum a legendo inquit Var. ꝙ ligna caduca in agris legebantur quibus ad focum vterentur. Hinc ligneus a, um quod ex ligno est, vt ligneum simulachrum.

¶ Ligneolus a, um, dimi. a ligno. Augu. libro. xi. confes. Sed nec ego dixerim circuitum illius ligneolæ rotæ diem esse nec

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tamen ideo tempus non esse ille dixerit.

¶ Ligharius a,um, quod ad lignum pertinet, vt faber ligna rius qui ligna dolat.

¶ Lignosus a,um, quod instar ligni durum est.

¶ Lignile pe.pro.dictum est vbi lignain domo ad cõburendum parata sunt, sicut fœnile vbi est vel esse solet fœnum, Sic Bouile, Equile, Capr.le, & huiusmodi.

¶ Lignari est ad capienda ligna ire. Liuius lib.x. Redeuntibus qui ligna tum se ire hinc.

¶ Lignatores dicti sunt milites, qui lignatum vadunt. Idem in eodem. Paucis citra milibus lignatores ei cum præsidio occurrunt.

¶ Ligustrum similiter a lego, quasi leguſtrũ, arbor ex cuius ligno tesseræ fiunt aptissimæ. ♁ Oleo folio, semine coriandri flore candido & odorato. Coquitur hoc in oleo præmiturq; quod postea cyprinum vocatur a planta q̃ dicitur cypros, alio nomine. A cuius vbertate cyprocarpathij maris insule nomen inditum est. Ligustra inquit Plin. non nisi in aquosis proueniunt sicut salices alni populi, siler. Est & genus hẽrbę q̃ maior dicitur a medicis per sepes & macerias serpens. Col. in hortis. Et nigro permixta lyguſtro. Ergo & hærba & arbor est, vt de loto & nonnullis alijs.

¶ Liguria italiæ regio pro maiore parte montosa inter amnes Varum & Macram ab altero latere habens Apenninum ab altero padũ, Thusciam attingens, cuius caput est Genua, a qua Ligustica ora, & mare ligusticum. Dicta liguria a ligysto phaetontis filio conuersione y, in u.

¶ Ligusticum mare, vt refert Solinus, corallium procreat quod fulmin bus resistit.

¶ Ligus liguris secũdũ Priscian. potest esse proprium nomẽ & tunc est gẽris masc. Et nomen gentile, & sic est communis. Probus declinat hic & hæc Ligur, & hic & hæc & hoc ligus ꝓ ĩcola ligurię. Luca. lib.i. Et nunc tonse ligur quondam per colla decora. Verg. lib.xi. Vane ligus frustraq; animis elate superbis Idem. Assuetumq; malis liguram.

¶ Ligusticus a,um, pe.cor. nomen possessiuum. Iuue. Nam si procubuit qui saxa ligustica portat.

¶ Ligurio is, pe.cor.iui, vel liguriji tum, significat multa auide consumo & suauioria edulia carpo & per heluationem patrimonium voro, licet produ. Hor. Tractauit calicem manibus dum furta liguriit. Vnde liguritores dicuntur guloſi & voratores eduliorum dulciorum qui consumptis dapibus catillos etiam lingunt & qui bona deuorant. Est etiã ligurire paulatim & cũ quadã mora atq; elegãtia comedere quasi sinendo vt per se cibus in stomacho liquefiat. Teren. in eunu. Quæ cum amatore suo cœnant liguriunt. Dictum ligurire ἀπὸ τοῦ λείχειν quod græci suaue dicunt vt inquit Do. Per translationem Cice. D. Bruto scribens ad suppilationem rerum vsus est. Cũ quidam inquit de collegis nostris agrariã ligurirent curationem disturbaui, rem totamq; nobis ĩtegrã reseruaui. Et ab Ausonio dictũ est Inguinũ liguritor.

¶ Lingula pe cor. dimi. a lingua. Vide in dictione lingua.

♁ Ligiliũ, genus hærbæ, de qua apud rei rusticę scriptores fit mentio, quomodo seratur.

¶ Lilium genus hærbæ de qua apud rei rusticę scriptores fit mentio quomodo seratur.

✻ Lilinum oleum ex lilio. Cc.

¶ Lilietum locus in quo liliorum copia est. Palladius. Lilieta canneta ponenda sunt.

¶ Lilybęum ꝓmontorium siciliæ, & vrbs eiusdem nominis Scribitur cum diph. Nam græci λιλυβαῖον dicunt.

¶ Lima instrumentum fabrile quo ferrum aut aliquid aliud teritur.

¶ Limo as, polio & superflua detraho. Hier. ad Dama. Sępe causatus sum excoli non posse sermonẽ nisi quẽ propria manus limauerit. Aliqñ. limare est coniungere. Plau. Non pater tuus vnquam cũ illa lima limabit caput. Huius cõposita sunt Delimo & Elimo, quæ habent pe. prod.

♁ Ligilla nomen est vetulæ apud Mar.

¶ Limatulus dimi. a limatus. Ci. Volũnio. Opus est hoc delimatulo & polito tuo iudicio.

¶ Limatura scobs, hoc est puluisculus limando detractus.

¶ Limax dicitur qui exquirit vtaliquid auferat. P. au. in hac. Limaces viri quod atterant & cõsumãt. Et limax testudo cochlea terrestris q̃ & limaca a limo dicitur in quo per hyemẽ delitescit & viuit vere prodiens. Col. lib. xi. Implicitus conchæ limax hirsutaq; campe.

¶ Limus genus vestis ab vmbilico ad pedes. Vergilius lib. xij. Velati limo & verbena tempora vincti. Et limus lætamẽ est seu cœnum illud mollius quod ab aquis deferri solet. Vnde limosus, a,um. Vergilius. Limosoque lacu per noctem obscurus in vlua delitui. Hinc illimis & hoc illime. penul. producta quod est sine limo defæcatum syncerum. Sidonius ad Heroniũ. Nusquam aquę ductum liquor integer vel cisterna defęcabilis vel fons irriguus vel puteus illimis, hinc & Oblimo de quo alibi.

¶ Limus a,um, obliquus id est transuersus obtortus, quod & limis tertiæ declinationis dicitur. Vnde qui oblique aspicit limis oculis spectare dicitur Terentius in Eunu. Ego limis specto sic per flabellum danculum. Potest esse nominatiui casus, vt sit limis specto vel ablatiui pluralis, & deest oculis. Cum igitur dissimulant se homines videre quod vident & non recta facie, sed transuersa intuentur, limi dicuntur aspicere.

¶ Limen dicitur quod ex transuerso in ianua est a limo obliquo quo ingredientibus exeuntibusq; transuersum sit, vt est apud Donatum Festumque. Necsolum inferiorem partem significat quæ sub pedibus calcari solet in ingressu, sed etiam superiorem. Iuuenalis. Pendentia liquit Vela domus & adhuc virides in limine lauros. Næuius vero limen superum & inferum dixit. Exime limen superum quod mihi misero sæpe confregit caput. Inferum quoque vbi ego omnis defregi digitos. Limen superum super liminare etiam vocatur a Græcis Hyperthyron. Ponitur interdum pro ingressu Vergilius. Limen erat cæcæque fores & peruius vsus. Interdum pro interiore parte domus. Idem. Penetrant aulas & limine regum. Interdum pro loco standi. Idem. Corripiunt spatio auditolimenque relinquunt. Interdum pro amicitia, vt testatur Ser. enarrans illud de Turno. Se limine pelli. Iuue. Limine submoueor, id est repellor ab amicitia. Alimen fit Elimino as. Liminare. Pos liminium. Liminaris & hoc liminare quod ad limen pertinet, vt lapis liminaris qui est in domus ingressu, Augustin. ad Hierony. posuit pro principio Non hoc codex ipse vt assolet in liminari pagina prætendebat, id est in principio seu ingressu libri, hinc Superliminares ♁ Liminarchæ sunt custodes liminis & famuli ad limina qui sunt prefecti liminis cubiculique custodes. Apud iurisconsultos.

♁ Liminarchę ponuntur pro militibus qui imperij limitibus, atque confinio preficiunt, quos liminarchas dicere possis quasi liminum præfectos qui & limitanei ab historicis appellantur.

♁ Limitanei milites. Et limitanei agri qui sunt in limitibus, id est in collicinio & confinio.

¶ Limes itis, modo transuersam viam significat, modo terminum. Columella libro primo. Semitas nouosque limites in agro fieri non patiatur. In agris limites duo maximi sunt. Cardo & decumanus. Limes decumanus est qui ab oriente in occidentem spectat. Cardo a meridie ad septentrionem. Reliqui limites angustiores, distantque inter sese paribus interuallis.

¶ Limito as, penultima correpta & Limitor significat terminо seu restringo, sicut a semitis Semito as, & semitor. Vnde Limitatus ager dicitur in centurias diuisus. Plini. libro. xvij. Aut si maior modus sit totidem pedum cardinem quo decumano limitari semper vero quintanis semitari, hoc est in quito quoque palo singulę iugo paginę includunt. Cicero. Appio pul. De tua prolixa beneficaque natura limitabat aliquid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

posterior annus propter quandam tristitiam.

¶ Limentinus putabatur deus qui liminibus præesset.

¶ Limbus muliebre vestimentum erat purpuram in imo cõsutã habẽs, seu quodlibet aliud ornamentum vestium extremitatẽ ambiẽs. Verg. Sidoniã picto chlamydẽ circundata limbo. Huius dimi. est Limbulus a quo limbellus.

¶ Limborarius qui limbo vestem consuit. Plautus. Textores limborarij.

*Limnoria nympha a cura lacus dicta, λίμνη enim Lacus & ὤρα cura. Cc.

¶ Linus nomen viri proprium, ex Mercurio seu vt quidam putant ex Apolline & vrania geniti. Alter Philosophus thebanus Iunior Est etiam linus species hymni. Suidas autem λίνῳ χαλκιδεὺς ἀπόλλωνος καὶ τερψιχόρης, οἱ δὲ ἀμφιμάρου καὶ οὐρανίας, οἱ δὲ ἑρμοῦ καὶ οὐρανίας. λέγεται δὲ πρῶτος, οὗτος ἀπὸ φοινίκης γράμματα ἐλθὼν εἰς ἑλλάδα ἀσαι ἔμ. γενέσθαι δὲ καὶ ἡρακλέους διδάσκαλος γραμμάτων καὶ τῆς λυρικῆς μούσης πρῶτος γενέσθαι λέγεται. *Linus chalcidensis apollinis & terpsichores filius aut amphimari & vraniæ vel mercurij & vraniæ, dicitur is primus a phœnicia ad græcos literas duxisse, fuisseq; Herculis præceptor literarum ac lyricæ musæ primus fuisse dux.

¶ Linum ἀπὸ τοῦ λινέω antiquo verbo quod est teneo, quia lino omnia tenentur. Hinc Lineus a, um, quod ex lino est, vt vestis linea.

¶ Linarius qui lini artem exercet, a græcis λινοπλόκος linoplocis.

¶ Linamentum filum quod ex lino voluendo trahitur. Plinius. Delphini linamenta accensa excitant vuluæ strangulatu oppressas.

¶ lintheum pannus lineus & sudariũ quo in balneis vtimur. Mart. Non tam sæpe teret linthea fullo tibi. Item lintea sunt vela quibus vtuntur nautæ. Vergilius. Certum est dare linteа retro. Item lintea quæ sunt idonea ad spectantium vmbracula. Vnde legimus Cæsarem totum forum linteis adũbrasse. Item lintea linei amictus. Inde lintеatus linteis indutus, id est lineis vestibus, quali habitu fertur fuisse Apollonius philosophus, quoniam huiusmodi habit⁹ videbatur mũdior quam qui ab animalibus deglubebatur. Sidonius ad leonem. Cupidum scientiæ contemnentem pecuniæ, inter epulas abstemium inter purpuratos linteatum.

¶ linteolum diminutiuum. Plin. Propetia panni linei. Vulneribus in linteolis imponitur. Camuruca.

¶ lintearius qui lintea vendit.

¶ linteones qui texunt linteamina pro conficiendis vestibus vt docet Ser. lib. vij. æneid. Firmicus libro secundo math. scribit venerem in quadrupedibus occurrentem facere linteones aut plumarios atq; colorum tinctores.

*lintres sunt nauiculæ cauatis arboribus factæ quibus vtũtur germani circa Danubium habitantes. Cc

¶ linea æ, proprie significat filium illud quo fabri materiarij vtuntur ad signandam materiam q̃ ex lino fiat. Et quoniam ab hac ſſ rubrica vel alio colore intincta fuerit figura designatur longa sine latitudine atque altitudine, ea quoque figura linea vocatur. Item ea quæ non colore sed animo imaginantur geometræ lineæ vocantur. Et linea dicitur filum omne ex lino, & quicunq; tenuis funiculus. Col. pede ligato longa linea gallina custoditur. Plinius Murenæ deuorant hamum, admouentq; dentibus lineas, atq; ita erodunt. Idem Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas. Et linea dicitur quæ est in superficie, nam superficies ex lineis est vt punctum, quod est principium in geometria. Dicitur autem punctum quod diuidi non potest. Linea q̃ ab vno puncto ad aliud deducitur.

¶ Linearis & hoc lineare, quod ad lineam pertinet. Vnde linearis pictura vocata est lineis circum vmbram hominis deductis. Primi hãc picturam exercuerunt Ardices corinthius & thelephanes sicyonius sine vllo colore, spargentes tamen lineas intus, vnde & latini linearum picturam graphidem appellauerunt.

¶ Lineamentum a linea, & ipsa extremitas & quasi linea quædam corporis per quam hominis forma dignoscitur a lineari pictura tracta in qua per solas lineas effigies hominis cognoscebatur Iusti libro primo Lineamentorum æqualitas matri & filio persimilis. Plin. Nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inuentus.

¶ Lino is, & linio is, & lenio is, diuersa sunt. Nam linio & lenio quartæ coniugationis sunt. Lino tertiæ. Et hoc linioque habent pri. cor. lenio pro. Vergilius. Seruataque mella thesauris relines. Sedulius. Illiniens hominem veteri de semine supplet. Est autem linire erasse aliquid aliquo instrumento superinducere. Columella libro septimo, Sed illius sanatur noxia fibula ahena si locum læsum compungas cretaque cyanea & aceto linas. Aliquando etiam non crasse, sed leuiter aliquid inducere & quasi lineam ducere. Vnde interlinire dicimus superinducto atramento aut alio liquore scripturam aliquam picturam ve destruere. Sic litteræ dicuntur interlitæ & talis inductio Litura dicitur. Aliquando obturare. Vergilius libro quarto Georgicorum. Neque illæ ne quicquam intectis certatim tenuia cæra spiramenta linunt, vt etiam a contraria significatione eius compositum simul Relino indicat vt apud eundem. Seruataque mella thesauris relines, habet hoc verbum lino tria p̃terita lini liui & leui. De primo. Quintil. in declamatione Cæci. Et nequid sceleri impio deesset mariti tui cruore parietem liniſti. De secundo Columella libro vltimo. Multi cum semel noua dolia vel seria crassa gummi liuerunt, vna imperpetuum gummitione esse contenti sunt. De tertio Cato de re rustica. Postea dolium calefacito minus quam si picare velis, tepeat, satis est lignis lenibus facito calescat. Vbi temperate tepebit, cuminum indito, postea linito. Si recte leueris in dolium quinquagenatum pedum quatuor satis erit. Supinum vnum tantum habet litum. Vnde litus a, um, pro obturato maculato inspersо. Vergilius libro. iiij. Georgicorum. Elucent aliæ & fulgore coruscant Ardentes auro & paribus lita corpora guttis, id est inspersa seu distincta. Quale est illud Hieronymi ad saluinam. Tu vero quæ in tumulo mariti sepeliſti omnes pariter voluptates quæ litram purpuriſſo & ceruſa faciem super feretrum eius lachrymis diluiſti. Eius composita sunt Adlino ad aliquid lino. Plinius. Sunt qui leporino coagulo mel addant & hoc sæpe adlinant dentem. Palladius. Si fiercus primogeniti vituli adlinamus oribus vasculorum. Collino. Gellius. Postea tabulas cæra colleuisse. Circumlino. Cice. libro primo Tusculanarum. Cõdunt ægyptij mortuos & eos seruant domi. perſæ etiam cæra circumlitos condiunt vt quam maxime permaneant diuturna corpora. Dellino. Illino, Interlino, oblino. Vide alibi. Elino extra lino, fœdo. Lucil. libro sexto. Si hæc vestimenta eleuit, luto. Perlino valde lino. Collumella libro octauo. Mox vlcera lauantur aceto & tunc pice liquida cum adipe suilla perlinuntur. Relino quod obturatũ erat aperio. Terẽ. i Heau. Releui omnia dolia oẽs feras. Sublino mediocriter fœdo illudo, & pro ridiculo habeo. Plautus in epi. Senex tibi os sublitum est plane & probe, id est denſus es. Et in cap. Quanto in pectore hanc meam magis rem voluto tanto mihi ægritudo auctior est, anima ad illum modum sublitum esse os mihi, id est sustercoratum vel maculatum.

¶ Linio is, iui, itum, proprie significat vngo vel frico aut q̃ simile quod digito aut aliquo instrumento alicui rei superinducitur fricatur vel imprimitur, sed tenuiter non crasse. Col. libro octauo. Fere autem per æstatem sic muscis aures canũ exulcerantur sæpe vt totas amittant. Quod ne fiat amaris nucibus contritis liniendæ sunt. Hieronymus in tob. Statim q̃ linies super oculos eius ex felle isto piscis. Fateor tamẽ adeo interdum hæc duo verba lino & linio in significatione propiqua esse, vt vix discerni possint. A linio componitur Circunlinio. Lactantius libro quinto. Circunliniatur modo poculũ cœleste, melle sapientiæ, vt possint ab imprudentibus amara remedia sine offensione potari.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Ligones sunt populi Galliæ supra heluetios & sequanos in occasum vergentes.

¶ Linternus Campaniæ fluuius haud longe a vulturno fluuio & oppido.

¶ Lingo is, xi, ctum. Lingere ẽ aliquid lingua molliter tangere. Plautus in Casi. Mel mihi videor lingere. Hinc linguã quidam deduci voluerunt. Rursus lingere dicimur dum aliquid in ore tenentes guttatim id defluere in stomachum sinimus. Quę res lactus dicitur. Quæ vero in hunc vsum fiunt eclegmata græce dicuntur. Plinius. Telicos gemma est quæ oleę nucleo similis videtur & lingentium calculos frãgit. Idẽ Et femine lini fiunt Eclegmata. Hinc fit compositum Elingo quod est extra lingo. Plautus in Cur. Hic hodie apud me nũ quam elinges salem.

¶ Lingua a lingendo vel a ligando dicta est q̃ liget cibum! Nam cibos vi sua conglobat ac deprimit in ventrem q̃ trãsmittit, seu quod ipsa dentiũ septis quasi muro vallata ac ligata sit. Est & lingua minor, quę & sub linguium a quibusdam dicitur operculũ cartilaginosum, quod phystulam spiritalẽ i gutture claudit cũ phystula cibali cibus defertur. Hæc cum ridemus attollitur, quia risus oĩa concutit. Quapropter periculosum ẽ ne nos risus inuadat cũ deglutimus. Hoc em̃ opculũ natura instituit ne quid esculenti potulentive ad pulmonem feratur. Quod si accideret nisi reiceretur hominem strangularet. Accipitur quandoq; lingua pro differentia sermonum Vnde dicimus linguam latinam, liguam græcam, vt ẽ apud actus apostolicos. Audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Quinetiam in vna lingua sermonis diuersitas lingua dicitur, vt in græca lingua est Attica, Dorica, Ionica lingua. Scribit Strabo trecentas nationes quæ dissimilib⁹ linguis vterentur descendisse in Dioscoriadem vrbem Colchorum clarissimam.

¶ Linguarum diuersitas inquit Aug libro. xix. ciuitatis dei, hominem alienat ab homine. Nam si duo sibimet inuicem fiant obuiam, neq; præterire, sed simul esse aliqua necessitate cogantur, quorum neuter nouit linguam alterius, facilius sibi animalia muta etiam diuersi generis q̃ homines sociantur. Rursus lingua appellatur genus promontorij non excellentis, sed molliter in planum deuexi. Similiter instrumentum planum & oblongum in speciem linguæ factum lingua dr̃, quale ẽ illud quo vtuntur Aromatarij ad extrahenda e vasis vnguenta Cuius diminutiuũ secũdum Priscianum est lingula eiusdem significationis, & per cõscisionem Ligula. Festus. Ligula per diminutionẽ dicta, alias a similitudine exertæ linguæ, vt in calceis, alias iserte, i. intra dẽtes coercitæ, vt i tibijs. Pro ea q̃ calceorũ est. Mar. Non extrema sedet ligula. Iuue. abiecit n, & li corripuit. Et ligulam dimittere sollicitus ne Tota salutatrix iam turba peregerit orbem. Mar. Quis me ligulam dicant equitesque patresque Dicor ab indoctis lingula grammaticis. Pro ea quæ instar linguæ facta est. Plinius. Cæra punica fit hoc modo. Ventilatur sub dio sepi⁹ cæra fulua deinde feruet in aqua marina ex alto petita addito nitro. Inde ligulis eligunt florem. Columel. Ligulam vocat instrumentum ad purgandum e vase spumam. Deinde inquit vbi liquatum mel in subiectum alutum defluxit transferin vasa fictilia quæ paucis ante diebus aperta sunt dum musteus fructus efferuescat, isque sepius ligula purgandus. Plinius. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant luna quarta sexta septima linguæ mensura, id est cochlearis. Veteres etiam gladiolum oblongum in speciem linguæ factum ligulam vocitauere. Lingua item vt Plinius testatur, herba est quæ circa fontes nascitur cuius radix combusta & trita alopecias emendat. Similiter lingua bubula genus herbe q̃ græci buglosson dicunt boum linguæ similis. Lingua canina alia herba quæ cynoglossos vocatur a græcis. Ligua petrea genus lapilli quod inter gemmas connumeratur. A lingua fiunt Elinguis sine lingua, & qui loqui non potest, etiam si linguam habeat. Elinguo as. Bilinguis Trilinguis & hmõi.

¶ Linguax siue lingulax lingulacave verbosus, multum loquens qui nimium & stulte loquitur. Gellius libro primo. Hoc genus hominis in verba prouectos locutuleios & blateirones & linguaces dixerunt.

¶ Lingulaca mulier multiloqua. Plaut. in Cas. Lingulaca est nam nunquam tacet. Accipitur quandoq; pro muliere arguatrice. Quandoque pro pisce qui solea aut ei similis a nonnullis creditur. De quo apud Varronem & Plautum.

*Linozostis dicitur herba quam latini mercurialem vocãt. Cornucopie.

*Linostrophion herba est quam nonnulli prasion alij marrubium vocant. Cc.

¶ Linquo linquis liqui lictum secundum Pris. signi. relinquo dimitto, habetq; li. syllabã indifferentem i ꝑterito. Ver. Nec tamen indecorem tua te regina reliqui. Idẽ. Nãq; sua patriã liquit tellure sepultã. Huius compositum est Delinquo.

¶ Ascen. Errat cum Nestore Cæsariensi male citante Virgilium eneid. iiij. Vbi legitur. Namq; suam patria antiqua' cinis ater habebat.

¶ Lipara penultima correpta. Insula vna ex æolijs a Liparo rege Ausonis regis filio cui successit Æolus. Hieronymus. Quæ e Lipara siciliam nauigant sinistra est. Hinc Liparęus Liparea lipareum.

¶ Liparus Ausonis regis filius, a quo Lipara denominata est insula.

¶ Liparis Ciliciæ fluuius ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ, quoniam scribit Victr. natantes in hoc flumine, aut se lauantes non aliter vigi ab ipsa aqua q̃ si oleo aut adipe lauarentur.

¶ Lipsana pe. cor. tantum pluraliter declinatum nomen est quo apud nos reliquiæ significantur.

¶ Lippus qui oculos habet lachrymantes cum putredo ab his defluat. Lippitudo ipsum vitium. Cor. Cælius. Si frons prurit lippitudinis metus est.

*Lippioís, iui, itum, lippus fio, hoc est marcorem in oculis cõtraho. Plinius libro. xxviij. Oculorum vitia fieri negant nec lippire eos qui cũ pedes lauant aqua inde ter oculos tangant Plaut. in Cur. ad fauces transtulit. Prospicio parum, os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame, ita cibi vacuitate venio lassis lactibus. Cc.

ꝺLipothymia, latine defectus animi siue animæ. Quę & Lisis thesis dicitur.

ꝺLipopsychia similiter λειποψυχουę q̃ anima & spiritu deficiunt quos Pli. vocat defectos, & synthectichos.

¶ Liquentia fluuius Galliæ Cisalpinę seu Venetię, post Tarusinum agrum. Orituruque in opiterginis & in mare Hadriaticum cadit.

¶ Liquidus da, dũ, penultima correpta molle fluxum. Vergilius. Aut cum liquentia mella stipant. Aliquando ponitur pro puro. Idem libro quarto. Dulcia mella premes nec tantum dulcia quantum & liquida, id est defæcata & sine sordibus. Aliquando pro prospero. Plautus in Pseu. Ab sinistra auspicio liquido atque ex sententia confidentia est inimicos meos me posse perdere. Hinc fit aduerbium Liquido quod significat pure & manifeste. Terentius in Andria. Vt liquido possum iurare. Dicimus etiam ad liquidum, quod est manifeste.

¶ Liquido as, aperio manifesto.

¶ Liquo liquas li, syllaba correpta, significat liquidum facio, cum scilicet aurum vel plumbum dissoluitur. Lucanus libro septimo. Ereptaque tela liquauit. Huius passiuum Liquor. Composita sunt Eliquo, quod est extra seu valde liquo Lactantius libro secundo. Vnde autem vel quomodo deus hæc duo principalia ignem & aquam vel accenderit vel eliquauerit solus potest scire qui fecit. Augustinus libro nono Confes. per translationem dixit. Voces igitur interluebant auribus meis & eliquebatur tua in cor meum. Reliquo idem quod liquo. Vnde legimus de sanctis. Primo & Feliciano quod iusserit Præses reliquari plumbum & bulliens in ora fundi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Liquatum siue liquamen, pinguitudo animalis ad ignem liquefacta, & in vsum coquinarium seruata ad condiendos cibos. Licet & de alijs dici possit, quæ non comeduntur, vt est apud Col. libro. viij. Succus excolati lupini veteris vinifex & amurca pari mensura miscentur, eoque liquamine tonsa ouis imbuitur.

¶Liquesco is, liquidus fio.

¶Liqueo es, liqui. li. syllaba correpta. Est autem liquere liquidū, seu molle esse quod instar olei discurrit. Hier. i. leui. Omne liquens quod bibit, de vniuerso vase immundū erit. Hinc liquesco, liquidus fio. Persius. Tot tibi cum in flammas iuncum omenta liquescant. Verg. Limus vt hæc durescit, & hic vt cera liquescit. Huius cōposita sunt Colliqueo a quo Colliquesco. Deliqueo a quo Deliquesco quod ē in totum resoluor. Ouid. lib. vij. me. Protinus imbutum cælesti nectare corpus. Deliquit stagnūq; suo de nomine fecit.

¶Liquet impersonale, significat constans manifestum, & certum est, qm̄ q̄ resoluuntur certa constantia, & manifesta fiūt Terent. in Eu. Illum liquet mihi deierare his mensibus sex nō vidisse proximis.

¶Liquefacio, a quo liquefio eiusdem, cum liquesco significationis, a liquefacio compositum, illiquefacio quod est valde, seu intus liquefacio. Cic. lib. iiij. Tus. Quę sunt omnes vnius generis ad perfundēdum animum tanquam illiquefactę voluptates.

¶Liquo is, liqui resoluor defluo stillo. Cuius passiuum est liquor liqueris quorum li/syllaba producitur. Verg. Vere nouo gelidas canis, cum montibus humor Liquitur. i. paulatim dissoluitur. Idem lib. iiij. Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbos Vellitur huic atro liquuntur sanguine guttę. id ē. defluunt. Luc. lib. nono. Liquitur & nigra distillabāt inguina tabe. Hinc etiam fit liquesco, liquescis prima produ. Ouid. li. i. de pon. Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis. A liquo fit compositum Colliquo. Varro. Quod aurum cum colliquisset in forma fuit infusum.

¶Lira prima syllaba produ. sulcum significat. Colu. libro. ij. Liras rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, vt inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. Hinc Lirare, a quo delirare & delirus, & deliramentum. Lirare dicuntur agricolæ, cum crate dentata, vel tabula aratro annexa opperiunt semina. Primo enim aratur terra, quod dicitur proscindere, deinde secunda aratione excitate grandiores glebæ franguntur, quod vocant effingere. Tertia aratione facto semine/boues lirare dicuntur, qui tabellis, & vomere simul, & satum frumentum opperiunt in porcis, & sulcant in fossas quo pluuia aqua dilabatur. Hinc delirare aliquem dicimus, cum non recto sulco tegendo semen incedit. Deinde per metaphoram ad insaniam, hoc vocabulum translatum est. Vnde & deliri insani dicuntur, & delirare insanire. Horatius in epistolis. Quicquid delirant reges plectuntur achiui. Deliramentum ipsa deliratio Quidam tamen delirare a gręco trahunt, Nam λῆρεω ineptire est. Nostri etiam liras gerras, & nugas vocitauere. Plautus. Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet gerræ germanæ ædepol liræ. Lyra per y. aliud significat.

¶Liro, as, liras facio. Columel. Lirantur iugera duo opera vna.

¶Liratim aduerbium per liras. Colu. Eæque cum sint liratim fieri debent.

¶Liris, fluuius campaniæ ortus in Apœnino & Minturnas præter labens. Mart. Cæruleus mons Liris amat quem silua maricæ protegit. Vergilius. Et vmbrose liris per regna maricæ.

¶Lis cōtrouersia a limite, id est termino dicta, q̄ primæ inter homines lites de limitibus fuerunt.

¶Litigo as, penultima correpta, quasi litem ago discepto cōtendo. Mart. Ah miser, & demens vigintilitigat annos. Quis quam, cui vinci Gargiliane licet? Plautus. in ru. Qua de nunc litigatis inter vos? Litigium litis actio. Idem in Cas. Nā ego quid contrahere cupio litigij inter eos? Litigiosum dicitur de quo lis est. Litigiosus qui frequens in litibus versatur. Litigator & litigatrix qui & quæ litigat.

¶Lithos gręce, lapis latine dicitur.

¶Lithargirium, spuma argenti quasi q̄ fit in lapidem compacta argenteum.

*Lithargyrus lapis argenteus. Cc.

¶Lithoron hærba quam doripetron, & torpetrum vocant Cornucopię.

¶Lithocolla, glutinum quo lapides coniunguntur. Fit ēm ex lapide pario, aut marmore cūm taurino glutino.

¶Lithoglyphus pe. cor. sculptor lapidum.

¶Lithotomia. penultima producta lapidicina, lithotomus architectus.

¶Lithologema penultima producta lithologematis strues lapidum.

¶Lithostrotos penul. prod. mascu. gen. & hoc lithostrotum dictio composita ex. λίθος lapis, & στρωτος stratus, appellatur locus lapidibus stratus, si verbum gręcum proprie interpretari volumus. Verum lithostrota ex paruulis crustis constabant quibus solum pauimenti incrustabatur. Vnde legimus in euange. Ioannis. Et sedit pro tribunali in loco quæ dicitur lithostratos. Var. li. iij. de re rust. Cum villa haberes operi tectorio atq; intestino, ac pauimentis nobilibus lithostratis spectandam. Hoc a nostris dicitur Sectile.

¶Lithiasis morbus calcularis.

¶Litera q̄uis secundum suam analogiam per simplex t, scribi debeat, tamen quia prima syllaba eius producitur per duplex tt, scribi solet. Dicta litera quasi legitera eo q̄ legenti p̄beat iter, vel q̄ in legendo iteretur, vt inquit Ser. Vela litu ris, q̄ scripta deleri possit, quia plęrumq; in cæratis tabulis antiqui scribere solebant, & inde delebant. Vel a lino is, q̄ ī scribendo illinitur, id est leniter inducitur atramentum. Vel a linea quoniam græce γραμμη linea dicitur, & iñ gramma litera & grammatica literatura. Et literę, q̄ notę quoq; appellantur ex lineis constant. Et significat principaliter literas indiui duas, vt a/b/c. Sicq; diffinitur, q̄ sit minima pars vocis compositæ, ex literis, quæ scribi potest indiuidua. Huic accidit nomen, s. quo appellatur. figura qua pingitur, potestas qua valet. Aliquando litera capitur pro scribentis manu. Cicero. ad Atticum. Nam alexidis manum amabam q̄ tam prope accedebat ad similitudinem tuæ literæ. Plurali numero litere epistolam designant, nisi apud poetas, apud quos legitur litera pro epistola. Ouidius. Quam legis a rapta Brisei de litera venit. Vocantur præterea literæ disciplinæ quæ literarum monumentis continentur. Vnde dare literis operam dicimus, hoc est incumbere artibus quæ scripte sunt. A litera fit diminutiuum literula, quod Hierony. posuit pro breui epistolā cū inquit. Munuscula omnia, & suspectas literulas vobis interdico sub anathemate. Literatus qui literis præditus est. Cuius contrarium est Illiteratus pro rudi & indocto. Literatulus, diminutiuum est. Hierony. contra Rufi. Videris tibi literatulus & rabi.

¶Literosus idem quod literatus. Cesius. Homo literosus mære.

¶Literarius literaria um, quod ad literam, vel ad literas pertinet. Vñ dicitur ludus literarius.

¶Literator qui literas nosci, vel docet.

¶Literatura ars/quę de literis tractat, vt est grammatica. Augusti. libro octauo con. Imperatoris Iuliani temporibus/lege data prohibiti/sunt christiani docere literaturam, & oratoriam.

¶Litus a, um, participium a lino Vide in dictione Lino.

¶Littus per duplex tt, terra quæ ab aqua tangitur, vel q̄ alluitur, vel q̄ aqua ad id allidat, vel q̄ ibi aqua elidatur seu q̄ fluctibus oblimatur. Et proprie de mari dicitur, ripa de fluminibus. Ouidius. Campoque recepti liberioris aquæ p ripis littora pulsant. Suetoni. in Nero. Dispositæ per littora. & ripas diuersorię tabernæ. Quandoque etiam littus dicitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Jde fluminbus. Verg. in diris. Littora quæ dulcis auras diffũdit is agris. cum de Mincio loqueretur. Sumitur interdũ pro terra mari vicina. Idem Cui littus arandum &c. Interdũ pro ſpatio circa aram a litando, quia ibi litabantur hoſtiæ. Nam ſicut docet Dona. Nauigantes eundo, & redeundo in littore ſacrificabant. propter quod & vſus obtinuit, vt duplici tt, ſcribatur cum lito primum corripiat. Cice. tamen in top. a læ do deducere videtur. Quod cũ primam producat vnico, t, ſcribendũ erit, a, littus fiunt littoreus littorea littoreum, & lit toralis adiectiuũ, vt arena littorea, & plaga littoralis.

¶ Lito as. facrificio facto deos placo votũq; impetro. Sueto. in Cęſa. Deinde pluribus hoſtijs cæſis cum liteare non poſſet, introijt curiam. Huius compoſitum eſt perlito quod eſt perfe fecte lito. Gel. Si gæres diuinæ factæ ritecq; perlitate eſſent aru ſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum eſſe.

¶ Litura lituræ ſuperinductio, & complanatio, a lino linis, vt fit cũ ſuperinducto atramento aliorſe liquore ſcripturam, vel picturam deſtruimus.

¶ Lituro lituras pe. produ. cancello expungo. Sidonius apol. tunc vel certius te probaſſe reliqua gaudebo, ſi lituraſſe aliqua cognouero.

¶ Lituus baculus incuruus, quo ſedentes auguresauibus tẽpla deſignabant. Gellius. Lituus eſt virga breuis in parte qua robuſtior eſt incurua, dicitur interdum regale ſceptrum. hoc eſt ille Romuli baculus qui poſt romulum, a litibus dirimendis in medio incendio integer manſit. vt apud Val. Maximũ Nil in eo præter lituum romuli integrum repertũ eſt. Et Plutar. in Romulo. Lituus conſertus eſt, in palatino colle vſque ad Celtarum tempora a quibus capta vrbs incenſa fuit. Sed poſtea expulſis a Camillo hoſtibus inter altiſſimas fauillas ille ſus cum omnia ignis conſumpſiſſet inuentus eſt. Feſtus ſcribit lituum eſſe genus buccinæ curuæ vnde vox gracilior exiret, qua qui cecinerit liticen dicitur. Verg. lib. vi. Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta.

¶ Liticen pe cor. qui lituo canit.

¶ Liuius nomẽ hiſtorici Patauini qui res Romanas miro artificio luculentoque ſermone perſcripſit. De hoc Hierony. ad Paulinum. At Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manãtem de vltimis Hiſpaniæ Galliarumq; finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus. Et quos ad contemplationem ſui roma non traxerat vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſæculis celebrandumq; miraculũ, vt tantam vrbem ingreſſu, aliud extra vrbem quærerent. Fuit & alius Liuius poeta comicus cognominatus Andronicus. De quo diome. Conſtat inquit apud Romanos, primũ latino ſermone comœdiam Liuium Andronicũ ſcripſiſſe. Gellius libro. xvi. Primus omniũ. L. Liui. poeta Fabulas docere Romæ cœpit poſt Sophoclis, & Euripidismortem annis plus fere. c. & lx.

¶ Liuor, veſtigium & nota quæ fit ex flagello. Vnde in eccleſiaſtico legimus, q̃ flagelli plaga liuorem facit. Aliquando ſignificat colorem nigriorem. Varro. Paulatim liuor, ĩ cãdorẽ vertitur, & omnis macies e corpore abſcedit. Et quoniã talis eſt color inuidorum, ideo liuor accipitur pro inuidia. Luca. Liuor ædax tibi cuncta negat. Clau. libro tertio. Rabiẽ liuoris acerbi, nulla põt placare ges.

¶ Liuidus proprie dicitur qui ex percuſſu carnem nigram habet fluxione cruoris ad eum locum qui percuſſus eſt. Plinius. Tapliæ ſuccus ſigillatis, ac liuidis prodeſt. Hinc liuidus pro nigro. Vergili. Quid ve petunt animæ, vel quo diſcrimine ripas. Hæ liquunt, ille remis vada liuida verrunt. Quoniã vero, qui inuidia laborant exedẽtes ſe dolore, hunc colorem cõtrahunt. Liuidus ſæpe pro inuido ponitur. Martia. Omnibus inuideas liuide nemo tibi. Huius diminutiunm eſt Liuidulus Iuue. Quibus inuideas ſi Liuidulus ſis.

¶ Liueo es, ater, ſum. Plini. libro xxij. Cortex vero ſcilicet hoſtrophi Liuentibus colorem reddit. Et aliquando inuideo. Pompeius. Malignus hõ, & fortunis aliorum ſemper liuens.

¶ Liueſco, liuidus fio. Claud. libro tertio. Haud equidem inuideo, nec enim liueſcere fas eſt, vel nocuiſſe deos. Huius compoſitum eſt Aliueſco.

¶ Lix dicitur cinis in quem materiæ rediguntur, cum fuerit exuſtæ. Pli. lib. xxxvi. allegat. Varronem dicẽtem lix cinis eſt foci. Et lix vocatur aqua cineri immiſta. Vnde lixinium. Et lix aqua. a lica qui ſecutus eſt Herculẽ deflecti quidã aiunt.

¶ Lixiniũ aqua in qua lauandi gratia decoctus eſt cinis per n ante i. Col. lib. xij. Sunt qui culmos fabæ exurant, & eo quod cremauerint cinere lixiniũ faciunt. Idem lib. vltimo lixiniam vſurpat vt in olla inquit fictili ampla p̃paratam lixiniã cineris ſarmenti calefieri conuenit.

* Lixã aquã viteres dixerunt vnde lixæ de quibus nũc. Cc.

¶ Lixæ dicti ſunt, qui vilioris quæſtus gratia exercitum ſequuntur, vtputa lauandi, aut coquendi gratia. Sil. libro. v. punicorum. Inutile marti lixarum vulgus. Scipio apud liuium. Actium Vmbrum appellat ſemilixam quaſi ſemi mancipiũ nomine ignominioſo. Varro. lixulas & ſemilixulas vocabulo ſabino ſcribit dici tirculos ex farina, caſeo, & aqua commiſtos, & inter cibaria numerantur. Appellatiq; ſunt cinere q̃ lix cinis foci ſit. Vnde elixus a, um. quod coctum eſt cinere olle ſuppoſito. & Aulicocium. q̃ olla coctum eſt. Nam veteres pro olla aulam dicebant.

¶ Lixo as. lixum facio. & vernacula lingua dicimus liſſare. A quo fiunt compoſita Elixo, & ꝓlixo. quod eſt lixum facio, ſeu in longum acuo. Col. li. v. Quare magnopere mohendus putator eſt, vt prolixet aciem ferramenti & quantum poſſit nouaculæ ſimilem reddat.

* lixabundus dicitur qui exiguę mercedis gratia viliſſimis ſeſe obſequijs immiſcet. Plau. Qui famam tuam lixabundus, & nomen fœdas. Cc.

* Lixos colonia in Aphrica a Claudio Cæſare deducta. Cc.

L ante D

¶ Loba æ. milij, velanici racemus, vt apud Var.

¶ Locus proprie dicitur quicquid aliquid continet. Vergili⁹ Hic locus vrbis erit, Ponituրq; a dialecticis inter accidentia ſubſtatię, & eſt vna de ſeptem circunſtantijs, quæ ita numerãtur, perſona, quibus negodium, facultas cauſa, modus temporis. quæ hoc verſu continentur. Quis quid quibus auxilijs, cur quomodo quando. Quandoq; locus dicitur genus. Saluſtius. Natus aut obſcuro loco. Quandoq; diſtributio temporum, quæ cui in ſpectaculum venturo tribuũtur ab ædilibus Vnde motus loco dicitur, qui ſuas horas non obtinuerit, inter præcedẽtes, & ſecutores Et Cicero loco motus eſt, cum ex vrbe pulſus. Terentius, Noſter grex per tumultum commotus eſt loco. Cum autẽ dicimus, Loco patris te habeo, ſignificamus ea eſſe charitate qua pater eſt vel eſſe debet. Terentius. Si teĩ germani fratris loco dilexi, loco ꝰo ſolarij, loco voluptatis, loco honoris pro iucundum voluptuoſum & honorificũ dicitur. In locũ ſubſtitutus. i. in alterius vicem. Quint. Et ĩ loco iuuenis amici ſubſtituit de vanitate ſolatium. In plurali loci & loca. Loci ſedes argumentorum ſunt quę intra ſe continent argumenta & ex quibus ipſa argumenta petenda ſũt. Ab Ariſtotele topica vocati ſunt. Loca ſunt in quibus aliqd locatur. q̃q̃ etiam locos in eodem ſignificato dicamus. Ver. Deuenere locos vbi nũc ingentia cernis. Similiter locos pluraliter dum taxat. mulieris vuluam ſeu vterum & vulgo matricem appellamus. Var. in orig. Sic loci muliebres in quibus naſcendi initia conſiſtunt. Pli. li. xi. Fœminis eadem omnia preter veſicam & intus vtriculus vnde dictus vter⁹, quod alio nomine locos appellant hoc in reliquis animalibus vuluam tantum dicimus.

¶ Loculus diminutiuũ a locus. ſignificat enim parũ locum Var. lib. iij. de re ruſti. Hortenſi⁹ familiaris noſter cũ piſcinas haberet magna pecunia ędificatas ac loculos ita ſæpe cum eo ad villam fui ponitur etiã interdum, ꝓ ſacculo in quo pecunia ſeruatur, q̃ alio noĩe dr̃ vulua & bulga & marſupiũ & capſula ſiue ſit lignea ſiue eborea, Mar. hos niſi de flauia loculos implere moneta nõ decet. Interdũ ꝓ feretro quo mortui efferunt, q̃d alias capulũ & libitinã vocant. Et loculi pro vulua.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Lo ellus dimi. a loculus. Mart. Si qd adhuc ſuper eſt i noſtri
ſcce lo.elli. Eſt munus, nihil eſt, ipſe locellus erit.

¶ Loculatus a, um. qđ habet diuerſos locos. Var. Nāvt Pau
ſanias & cæteri pictores eiuſdē gñis loculatas magnas habēt
areolas vbi diſcolares ſint certas ſic hi loculatas habent piſci
nas vbi diſpares diſcluſos habēt Piſces.

¶ Loculamenta loca diſtincta ſiue capſulæ in quibus aues &
ſimilia nidificare ſeu habitare ſolent. & a loculis deduci videt
Col. Vel ſi non ita cōpetit paxillis adactis tabulæ ſupponan
tur q̄ vel locula mēta quibus nidificent aues vel fictilia colū
baria recipiāt. Et lib. x. de apib⁹ dicit. Crepitaculis ęreis aut te
ſtarū plerūq; vulgo iacentiū terrea tur fugiēs iuuētus eaq; q̄
vel pauida cū repetierit alueū maternū, & in eius aditu glo
merata pepēderit, vel ſtatim, ſe ad ꝓxīmā frondē contulerit
ꝓtin⁹ cuſtos nouū loculamentū in hoc ꝓparatū pliniat, intrin
ſecus p̄dictis herbis deinde guttis mellis reſperſū admouear,
tū manib⁹ aut etiā trulla cōgregatas apes recondat.

ō Locarū a loco vbi locare hoc eſt collocare te poſſis, ſignifi
cat p̄tiū quod dat in ſtabulo & taberna.

¶ Locuples pen. cor. gñis oīs ſcđm Priſ & tam in i. q̄ e. ablati
uum facit. Cic. in frumentaria. In prouincia lōcupleti & refer
ta. Hor. In loplete domo. Dictus locuples a lata humo hoc ē
locorum plenus. qui pleraq; loca. i. qui multas poſſeſſiones ha
bet. quēad modū pecunioſus a pecorū copia. Aſſidu⁹ ab aſſe
dando cognominatur. Pli. lib. xviij. Cognomina etiā prima
inde pilūni qui priſtinas inuenerunt. Piſones a pinſendo. Hinc
& locupletes dicebant loci hoc eſt agri plenos. Et non modo
pro diuite, & loca multa poſſidenti, verūtiam pro firmo cer
toq; ad quālibet rem ponitur. Cic. lib. iij. offi. Accedit eo te
ſtis locuples Poſſidonius. Poſſet tamen pro bono & magnæ
auctoritatis capi & forte rectius. quemadmodum & illud in
eodem lib. cōparatiue poſitū. Quem enī locupletiorē quæri
mus q̄ principem Po. Romani qui retinendi officij cauſa cru
ciatum ſubierit vltro?

¶ Locupleto as. pe. cor. locis & poſſeſſionibus quempiā diui
tem facio. q̄uis etiam ad oīa ſicut dicto capi poſſit, vt cū quis
opibus rebuſq; etiam incorporeis ditatur. Col. lib iij. Vt ante
perpenſum & exploratum habeamus, vt locupletet patrē
familiæ vinearū cultus. Plau. Viſus eſt paterna hęreditate lo
cupletarier. Huius cōpoſitū eſt Collocupleto. quod ſignificat
valde dito. Terent. in heau. Vbi nam eſt fides dum ego pro
pter te errans patria careo demens tu interea loci collocupleta
ſti Antiphila te.

¶ Loco as. pono conſtituo. Liuius lib. i. Caſtra ab vrbe haud
plus quīq; milia paſſuum locant. Vergilius. Hic alta theatri
fundamenta locant. Interdum locare eſt reponere. Plautus.
Dum aulam domi locatam perquirit, ablatam reperit. Inter
dum nuptui tradere. Terentius in Phor. Quæſo q̄ ſi filiā ſuā
vnicam locaret. Hinc illocabilis quæ tradi viro non poteſt.
Plautus. Virginem habeo grandem dote caſſam atq; illoca
bilem. Interdum afflictare ad appenſionem dare vel ad vec
turam ſeu ad operam faciendam. Et tunc cui quid locatur in
datiuo ponitur & pretium in ablatiuo, vt ſex nummis aureis
operam vel domum tibi meam locaui, vel equum annum
totum. Aliquando etiam in accuſatiuo. cum præpoſitione ad
ſi rei non homini locatio fiat. Plautus ſi trinum. Ego huic dici
nomen trinummo faciam, nam operam meam tribus num
mis ego locaui ad artes nugatorias. Sine pretio autem expreſ
ſo ſed cū datiuo homini. Cicero in ver. Senonis Menni nobiliſ
ſimi hominis vxoris fundus erat colono locatus. Sulpicius.
Cicer. Poſteaque curauimus vt idem Athenienſes in eodem
loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. id
eſt concederēt pro loco. Huius verbi compoſita ſunt. Ablo
co, quod alijs loco afflicto. Suetonius in vitel. Satis conſtat ex
ituro viaticum defuiſſe tanta ægeſtate rei familiaris vt vxo
re ac liberis quos Romæ relinquebat meritorio cœnaculo ab
ditis domum in reliquam partem anni ablocaret. Colloco ſi
mul loco. Eloco extra loco, vt cum iumentum vel boues ex
tra locare ſolent agricolæ, & agrum frumentarium inde male
curant. Quod Colu. lib. i. tangit cum inquit. Et maxime ve
xant ſecundum q̄ui boues elocant, eoſq; vt cætera male paſ
ſcunt, nec in duſtria terram vertunt. Et habent penul. corre.

¶ Loctro as. pe. cor. frequentatiuum formatum a ſupino a in
i. mutata. Teren. in Adel. Agelli eſt hic ſub vrbe paululū qđ
locitas, huic demus qui fruatur.

¶ Locatarius, qui domum aut fundum aliud veſtimile in lo
cationem conducit.

¶ Locuſtæ ſunt animalia parua infirmas habentia alas, vt in
quit Hieronymus, quæ quidem de terra cōſurgēta alius nō
valent auolare, vt plus ſint quam reptilia, & tamē auibus nō
æquentur. Dictæ locuſtæ a locis vrendis obiacturam quam
meſſibus afferunt tactu multa vrentes, morſu vero omnia
erodentes. vel a loco & ſto ſtas. vel a longis haſtis tibiarum
& crurum quas græci ἀκρίδα vocant. Has parthi in cibo ſu
munt. Et diuus domini præcurſor Ioānes locuſtis vixiſſe ſcri
bitur, ſed contra obſtinatos (licet ſciam magnos viros aliter
ſcribere) hoc nō me fallit q̄ locuſtis pratorum veſceretur. au
diant etiam grammaticos. Nicolaus Perottus grandi vir au
ctoritate longam facit diſputationem, ſed carpum d cir in In
dia naſci longitudine trium pedum, quarum cruribus cū a. u
erint vtūtur pro ferris. In Cyrenaica lex eſt, Vt ter in anno de
bellentur. In Syria quoq; eas necari militari imperio mos eſt.
Nefas eſt credere diuum Ioannem quem regis noſtri dei præ
curſorem merito vocant, huius cibi impuritate vſum in ere
mo fuiſſe, crudeli cibo, & venenoſo. ſed de Græcis ſunt iſti au
ctores celeberrimi Eudemus rhetor, Helladius, Eugenius, Zo
ſimus, Cæcilius, Longinus, Lupercus, Iuſtinus, Pacatus, Pam
philus, Zopyrion, tandem & Suidas omnium congregator
ita ſcribit græce ἀκρὶς ἐϊδοξῶς φίλου. ἤδη δὲ ἀκρίδα ὸ πρὸ ὁ
δρομος καὶ μέλι ἄγριον. ὅπως ἀπο τῶν Δέυδρον ἐπισιτιζο
γομένου μάννα τοῖς πολλοῖς προσαγορεύεται. ✳ Id eſt Lo
cuſta animalis parui gen⁹ veſcebat aūt p̄curſor locuſtis & ſyl
ueſtri melle quod ab arboribus coactum manna a multis ap
pellatur. Iſaacius etiam interpres profuſus, Nicandri dicit ani
mal eſſe venenoſum. Pli. libro ix. dicit locuſtas eſſe piſces, atq;
beatus Aug. libro x. confeſſionū ait Ioannem animalibus
hoc eſt locuſtis in eſcam cedentibus non fuiſſe pollutum ſed
quid reſpondebunt ſanctæ matri eccleſiæ inſurgent ne tanq̄
corybantes, quæ cantat, & publice ſolennizat. Præbuit hirtū
tegimen camelus artubus ſacris ſtrophium bidentes, cui la
tex hauſtum ſociata paſtum mella locuſtis. vbi illud locuſtis
intelligendum eſt, vt ait ibi Suidas, ideo concludendum eſt
non ſolummodo manna intelligi oportere, verūetiam ſum
mitates omnium germinantium, vt ſunt etiam corallia roſa
rum ſylueſtrium, & ſpinarum. Sed cauſa iſti⁹ erroris fuit. quo
niam iſta dictio ἀκρὶς ἀκρίδος duo ſignificet, & locuſtam ver
men venenoſum, quoniam ſummitates corrodat, quem de⁹
aliquando iratus mittit contra populos & nationes. ſignifi
cet etiam corculum germinantium. i. ipſa germina. An igit
fas dicere virum tam ſanctum, tam gratum deo comedere
vermes miſſos contra inimicos dei? & quare nō comedit etiā
muſcas, & rabanos miſſos contra pharaonem, ſed tempore
hyemis vbi erant locuſtæ ne? ſaliuerant ne? Immo aliqui me
dici interpretantur eſſe rapunculos, & alij doctiſſimi poma ſyl
ueſtria, ſed tam ſancto homini pium eſt credere manna proli
bito cœlum fluere, vt tam pretioſum, & tam diuinum corp⁹
ſuſtentaret, quamuis Pli. libro xi. cap. xxix. ait, parthis & hæ
in cibo gratæ. Sed talia monſtroſa ſunt. q̄ etiā indi comedāt
non eſt mirum ſiquidem comedunt etiam homines quos ex
finitimis regionibus venantur, Locuſta quoq; venefica Ne
roni grata ex Gallis euocata, de qua apd Iuue. Dion græcus
hiſtoricus. λοκούσαν τινά φαρμακίδα περιβόητον ἀγριπποι
ναι μετεπέμψατο καὶ φάρμακόντι ἀφυκτον τροκατασκευά
σασα ἔς τινα τῶν καλουμένων μυκήτων ἐνέβαλε καὶ μέρ αὐ
τὴ ἔκτῶν ἀλλων ἤδιεμ. ✳. i. Locuſtā quandā inſignē venefica
agrippina acceſſiuit & venenum aliquod ineuitabile in nomi
natos fungos iniecit ipſa autem ex alijs rebus comedebat.
Locuſta etiam piſcis eſt ex genere cruſtaceorum corpore lon

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

go,cornua ante oculos bina longa & aſpera habet dictus aſſimilitudine terreſtris.

¶ Locutulei ſunt homines inverba prouecti & blacterones & linguaces quorum lingua tam prodiga infrenisq; eſt vt teterrima quadam colluuione verborū fluat ſemper & æſtuet.

¶ Locrus vrbs ab Aiace Oileo & Naritijs q eū ſecuti ſūt cōdita apud locrinū montē q eſt in Brutijs ad extremū italię oppoſitus Peloro. Verg. Illic naritij poſuerunt mœnia locri. Inde locrenſes quorū rex fuit ipe Aiax oileus. hi Epizephirij cognoiati ſunt a zephirio,pmōtorio cui iminēt. Auctor eſt. Pli. a Locris incipere italiæ frontē q magna græcia appellata eſt. Alij ſunt Locri in grecia cognoiati ozole a malo odore. Alij Opontij Boœtijs finitimi qui & Epicūdij dicti ſunt.

¶ Lodex icis.pe.pro.lecti veſtis & operimentū ſiue linteolus quo in lecto vtimur & frequenter lauatur, Vnde a polluēdo lodices appellatas nōnulli putant,Iuue. Modo ſub lodice relictis veteris in turba,huius diminutiuum eſt Lodicula. Sueto. in Augu. Ita vt in extremis ſpatijs ſubſultim decurreret ſeſtertio vel lodicula inuolutus.

* Lodix dicūt per i.non per e.doctiſſimi quiq;.

* Lœmiū apollinis cognomen quod ei lydij impoſuerunt ob malorū expulſionē finita peſtilentia.Cc.

¶ Logos apud græcos modo ſermonē ſignificat modo verbū mōrationē. Hie.ad Paulinū. Logos græce multa ſignificat. Nā & verbū eſt & ratio & ſuppuratio & cauſa vniuſcuiuſq; rei per quā ſunt ſingula q ſubſiſtūt. Aug.li. cōtra hæreſes. Hermes qui latine dicit Mercurius ſcripſit librū q logos τελεῖον appeletur.i. verbū pfectū,apud nos qñq; pro dicto ridiculo ac cōtennendo ſumitur. Cic.pro Gallo. Ego te certo ſcio omnes logos qu. ludi dicti ſūt animaduertiſſe. A logos fiunt Catalogus.Epilogus. Dialogus.Elogium Analogia & prope infinita alia & logica.

¶ Logica latine rationalis. Nam græci λογικὸν rationale dicunt.Hæc rationalis philoſophia dī q ,pprietates verborum exigit & ſtructurā & argumentationes ne pro vero falſū ſurrepat.Boeti.in cōmen.top.Hæc eſt inquit diſciplina quaſi diſſerendi q̄dā magiſtra quā logicē veteres peripatetici appellauerunt,cōtinens in ſe inueniendi iudicandiq; peritiam.

¶ Logiſtoricus contexens rationes computos & modos hiſtoriarū,ſiue hiſtorice ſermocinās deliberalibus ſcientijs. Quo nomine dictus eſt quidam liber Var. Vnde Sidonius ad Namatium. Varronem logiſtoricum ſicut popoſceras & Euſebium chronographum miſi.

ŏ Logion dicaſterium vocatur hoc eſt iudicum locus. Logia quoq; vocantur quæ de deo dñr logion Chryſoſtomus in omilia ad Corinthios vocat collectionem quum ait. περὶ λειτῶν λογίων τῶν εἰς τοὺς ἁγίους.

* logodędalos vocant qui dolū colūt ſermonis ornatu.Cc.

¶ Loligo pen.pro. genus piſcis quaſi voligo ſecundū Var. Volitat enim hic piſcis extra aquam ſe efferens,hic caput inter pedes & ventres habet,quem nunc vulgo Calamarium vocant a thecæ calamarie ſimilitudine. Habet enim oſſicula duo quaſi cultrum & calamum & cruorem nigrum atramenti modo.cum extreme albus & cum a volo as.habēte penulcor.deſcendat loligo autem productam habeat,in metro perduplex ll.ſcribendum puto.Hor.in ſer.Hic nigræ ſuccus lolliginis. Huius diminutiuum eſt. Lolliguncula.Plaut.Emitto ſepiolas lolliguncula.

ŏ Lolius genus piſcis admodum parui,& facie a loligine diſſidens.

¶ Loliū hęrbæ gen⁹.alio noīe zizania.Hor.Eſſet ador loliūq; meliora relinquēs.Hic loliarius a,um.Col.ix.Cribro viciario vel loliario qui iā fuerit in vſu pulli ſuperponantur.

ŏ Infelix loliū & ſteriles dñantur auenæ.

ŏ Lomentū farina fabacea qua ad eruganda corpora vſa eſt antiqtas.Mar Lomēto rugas vteri q̄d cōdere tentas.

¶ Lomentū,græci λέπωμα vocant.quod tritū ,pprie ſignificat.Pli.lib.xxxiij.Subtiliſſimū genus lomenti quidā tritū vocant quinis aſſibus ęſtimatum.

¶ Lombardia,regio italiæ a longobardis dicta, quæ ciſalpina gallia vocabatur. Eius fines ſunt Apœninus & alhes & quicqd intra alpes Benacunq; atq; Mintiū amnē continetur, cuius metropolis eſt Mediolanū a populis qui Lingones germaniæ & bardi galliarum ſunt ſimul miſti,non autē a longis barbis,vt ſolent viri docti ridere.

ŏ Lombricus pe.p.piſcis qui vulgo lampetra vocatur.

* Longa alba vrbs eſt in Latio quam Aſcanius Aeneæ filiꝰ ædificauit.Cc.

¶ Longus proprie porrectus. Vergilius. Stant longis innixi haſtis & ſcuta tenentes. Per translationem quādoq; ponitur pro diuturno. Idē. Et longum Andromache teſtantur amorem. Quandoque pro magno. Vnde longiores dies maiores dicimus. Quādoq; pro pernicioſo. Idem. Infœlix Dido lōgumq; bibebat amorem. Et longum aduerbialiter quod ſignificat longo tempore. Mar. Vtque tuis longū dominuſq; puerq; fruantur muneribus. A longus fiunt cōpoſita Oblōgus & Prælongus.

¶ Longe aduerbiū pro longitudine tam temporis q̄ loci. vt cum dicimus longe lateq; diſcurrit. Interdū ſignificat valde Sal. longe mihi aliena mens eſt. Interdū precipue. Cicer. Illud homini longe optimū eſſe. Huius compoſita ſunt a longe & delonge quę habent accentū in prima. Longe gentiū,ſignificat nuſq; gentium nuſq; locorum,

¶ Logæuus a,um.cū diph.q̄d eſt longi æui' Verg. Quē tibi longęuo ſerum lauinia coniunx educet ſiluis. Cice.in Cato. O miſerū ſenem q mortem contemnendā in tam longęua ętate nō viderit. Hinc lōgęuitas ἐλλνισί Διαιωνόβιος λέγεται.

¶ Loganimis pen. cor.qui eſt perſeuerantis animi,æquanimiter tolerans. A q̄ longanimitas ,ptolerantia. Hie. Longanimitas quę alibi ſubſtentatio dicitur, videtur a patientia differre quia qui infirmitate magis quam propoſito delinquunt ſuſtentari per longanimitatem dicuntur. Qui vero pertinaci mēte exultāt in delictis ſuis ferri patiēter dicendi ſūt. Patientia ergo eſt qua per ſuperbiam & procaci mente peccantē non ſtatim punit deus Longanimitas eſt qua per infirmitatem & non deliberati animi maliciam peccantes diu portat

¶ Longitudo ,plixitas,vt longitudo dierū in dextera illius.

¶ Longinquus a,um.quod eſt remotū diſtans. Cic.M. Cato. Non dubito quid pręſentes cenſeant, nos quidē longinqui & a teipſo miſſi in vltimas gentes.

ŏ Aliquando ſignificat quod in longum tenditur. Clau. Sic qui vectur⁹ longinqua per equora merces molitur tellure ratem. Aliquando ponitur pro externo & peregrino, vt illud. Si mea longinquis viſcera piſcis edet.

¶ Longo as quamuis non ſit in vſu,habet tamen compoſita in frequenti vſurpatione habita,quæ ſunt elongo & prolongo quod eſt protraho. Plautus. Quæ mihi anus pronlongat promiſſa.

¶ Longiſco longus fio. Aennius. neque corpora firma longiſcunt quicq̄.

¶ Longurio idem quod longus. Varro. Hic qui ante me eſt neſcio quis longurio.

¶ Longurius apud Var. pertica longior. Qui.libro primo. de re rufti.ait. Secunda ſepes eſt ex agreſti ligno ſed non viuit Fit autem palis ſtatutis crebris ac virgultis implicitis aut latit perforatis & per ea foramina traiectis longurijs ferreis binis aut ternis,aut ex arboribus truncis demiſſis in terram deinceps conſtitutis. Idem libro ſecundo. Itaq; in ſtabulis oportet claſa habere hoſtia ac feneſtras & inter ſingulas a preſepibus iterijcere lōgurios q ea diſcernāt ne iter ſe pugnare poſſint.

¶ Longanō, rectum inteſtinum dicitur quo aluum purgamus.ſic dictum quia in longum protenditur, & non eſt ita orbibus implicitum,ſicut inteſtinum tenue. Apicius. longanones porcinos ex ture tarentino farſos tunctos conciſos in cinere pullorum.

Longobardi populi Germaniæ quos a longis barbis cognominatos ferunt, & ab oceano germaniæq; vltimis oris venisſe nouas ſedes quærentes. Hi. Albuino duce Italiam intrę

uere breuiq; omnes pene citerioris galliæ vrbes cæpere. Ibi cum ducentis annis regnassent a Carolo magno superati fuerunt, sed ta mẽ vt diximus vt celtiberi ex celtis & iberis fuit vna natio, ita lingones populi germaniæ & bardi galliarum populi facta vnione gentem vnam & vnum nomen admiscuerunt, & ideo Ponticus vir doctus nostri temporis lingobardos appellat, non autẽ longobardos. quantis autẽ probationibus prodeat ille vir scrupulosus alij viderint.

¶ Lopades genus conchæ marinæ. Plau. in para. Medico addite lopades echinos ostreas.

ǒ Dictæ ab ollæ similitudine quæ a græcis lopas dicitur. Est & lopas vestis genus, quę & lope dicitur.

¶ Loquor eris, locutus p c. secundum Priscianum proprie significat verba profero. Differunt autem ab inuicem loqui & dicere, q̃ loqui sit a natura. dicere eleganter & facunde. Cõposita verbi loquor sunt. Alloquor ad aliquẽ loquor. Cicer. Cum pridie eius diei eum allocutus fuissem. Alloquimur etiã ea, quæ aut summo affectu, aut extremo periculo narramus. Verg. Extremũ quod te alloquor. Ouid. Nec quia te nostra sperem prece posse moueri alloquor. Hinc Alloquium. Ambro. libro. hexa. Dixit deus nõ vt per vocis organa quidã sonus sermonis exiret, nec vt linguæ motus cæleste formaret alloquium. Colloquor simul loquor, a quo Colloquiũ pro confabulatione, cum veniunt in vnum locum loquendi causa, & collocutores qui simul loquuntur. Circũloquor per circuitũ quendam declaro. A quo circũlocutio quam græci periodõ vocant, vt si elephãti dentẽ pro ebore dicamus. Eloquor a q̃ eloquium. Deloquor quod est de aliquo loco deputato loq̃r. Var. Hinc in fanis sabinis dei deloquuntur. Interloquor. Obloquor. Præloquor, ante loquor. Lactan. lib. iij. Daniel quoq; similia prælocutus est. Perloquor perfecte loquor & fermonẽ perficio. Et habent pe. cor.

¶ Locutor seu loquutor qui nimiũ loquitur. Gel. Qui sunt leues & futiles & importuni loquutores.

¶ Loquela, verbum quod in loquendo ꝓferimus.

¶ Loquentia, & loquium q̃ is a loquor deducãtur, nõ tamen eis vtimur nisi in compositione, vt breuiloquentia breuiloquium, multiloquentia multiloquium, magniloquentia, magniloquium. Similiter magniloquus multiloquus stultiloquus, blandiloquus & huiusmodi quæ habent pe. correp. Antelocquium, primus loquendi locus, seu principatus loquendi. Solilloquium quod significat illius qui contemplando solus ipse secum loquitur.

¶ Loquax verbosus garrulus. Vnde corui & aliæ aues quę humanã vocẽ imitantur, loquaces dicuntur. Hinc comparatiuum loquacior & superlatiuũ loquacissim⁹ Loquacitas naturalis loquẽdi abundãta. Cic. Torquato. Facit autẽ non loquacitas mea, sed beniuolentia lõgiores epistolas. Accipitur etiã pro stulta & inani loquendi copia.

¶ Loquacito as. multũ loquor Hier. Si q̃n mulierculę de diuitijs propriis, de filijs, & vestibus, de mundi vanitatibus gratulando loquacitent, vt moris est eis, frangantur.

ǒ Loquere pe. pro. apud Plautum in mili. Pro lorqueris legitur. Loquere lepide.

¶ Lora sluc lorea genus potionis est quam græci Deuterlam appellant quasi secũdariam, veluti apud nos tertiaria per vini caritatem. Nam δεύτερον apud græcos secũdum dicitur. Fit ex maceratis aqua vinaceis post mustum acinis expressũ. Non potest iure vocari vinum quamuis inter vina operaria numeretur. Tria eorum genera. Primum decima parte aquæ quasi musti expressa sit, & ita nocte & die madefactis vinaceis rursusq; prelo subiectis. Secundum tertia parte eius quod expressum sit addita aquę expressoq; decocto ad tertias partes. Tertium fæcibus vini expressum quod fæcatum Cato. appellat. Var. de vi. pa. Antiquę mulieres maiores natu bibebant loram. Dicta lora quasi lota acina. Hæc etiam lenia tenuia vina dicuntur. Pli. lib. xxxiij. ait leniss̃imum vinum celerrime inueterari. Idem scribit tenue vinum minus alere magis stomachum nutrire. Cato fęcatum appellat quod fæcibus vini expressum, sit. Vinum aqua misceri Staphilus primus inuenit. Dilutum quoq; vinum dicitur aquatum.

Lorum prima prod. Nam lora habet o cor. proprie significat corrigiam vt corio, ex græce λῶρος Vnde ponitur pro cingulo. Poetę baltheum Veneris qui Cestus dicitur lorum appellant. Lora etiam habenas vocamus & retinacula iumentorũ, zonas q̃q; ac volumina ex corio bubalo quibus pugiles vtebãtur. Præterea quæcũq; ligamina lora dici pñt, & loramẽta ligamẽta etiã q̃ ex tabulis fiunt. Gel. Postea videbamus Androdum & leonem loro tenui reuinctum vrbe tota circum tabernas ire Hiero. Loramento ligneo circundatum ædificij fundamentum non dissoluetur. Ab hoc lorum etiam pro corrigia accipitur qua homines verberantur. Do. Lora apud veteres laura dicebantur, a laura triumphorum sub qua mos erat captiuos vinciri ducíq; per pompam. Ideo autem vt condition⁹ reminiscantur loris cęduntur. Vnde lorarij dicebantur qui in scęnicis fabulis parebant ijs qui ludis erant præfecti, & vel vinciebant vel cædebant quos iussi erant vincire vel cędere. Tortores quoq; lorarios vocatos inuenimus. Gellius. Itaq; hi sequebantur magistratus tanquam in scęnicis fabulis qui dicebantur lorarij. Item lora dicuntur corrigiæ quibus lecti & sellę instruuntur super quibus tormenta vel culcitræ imponũtur. Mar. Nouis liteis loris q;. Hic etiam funiculus aureus argenteusve qui collo gestari solet lorum appellatur.

ǒ Inuenitur etiam lorus masc. generis sicut corius & collus. Apul. lorũ quempiã sinu suo detinuit.

¶ Lorarij. Vide in dictione lorum.

ǒ Lorarij serui qui in scęnicis fabulis loro vinciebant, aut vere quos erãt iussi. Ca. Id genus homines etiam Brutianos appellat, quoniam Brutij ignominie causa iussi sunt a Romanis vt magistratibus in prouicias euntibus parere & prę ministra reseruorum vice cogebantur q̃ primi Italię ad Annibalẽ desciuerint. Vide in lorum.

¶ Lorica pe. pro. a loro fit & est munimentum corporis, quale in imperatorum antiquis statuis videmus, quia loris alligata sit. Quod si sit in numine Aegis idis dicitur. Habetq; ĩ medio caput meduſæ. Nam vt interpretatur. Var. e loris de corio crudo pectoralia antiqui faciebant. Proprie vulgariter dicuntur bardę vt sunt equorum & scuta græcorum, non autẽ sunt quas vulgo paꝛerias vocant, quoniam postea Galli fuderunt e ferro sub id vocabulum ex anulis ferream tunicã Lorica in ędificijs est quod dã quasi sepimentũ & veluti perisbolus quę nos tuetur a lapsu.

ǒ Loricula diminu. a lorica quod etiã in re militari significat munimentum, quod obsessores vrbium construunt. Nã vltra iactum teli fossam faciunt, eamq; vallo sudibus & turriculis instruunt, vt erumpentibus e ciuitate possint obsistere. Auctor. Vege. lib. iiij. Hircius in cõ. viij. sic scribit. Hęc imperat vallo xij. pedum muniri loricamq; pro hac ratione eius rationis in ędificari. Item pontium frontes viminea loricula munirentur. Accipitur & pro muro tecti. Vnde in Deutero. legimus. Cum fácies domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua & sis reus labẽ te alio & in preceps ruente. Hiero. cõtra Pelag. recitat hęc verba. Sed pro illo facies murum tecti tanquam elegantius repo suit. Facies loriculam tecti. Periolus etiam septum dicitur & circuitus. Vnde & Hiero. capitur pro lorica seu circuitu apud Ezechielem & quasi quadam corona quę fit in domo ne facilis in preceps lapsus sit. Iosephus quoq; libro vi. belli iudaici scribit q̃ templum Salomonis aramq; cingebat ex pulcherrimo saxo lorica gratissima vsq; ad cubitũ surgens.

ǒ Lorico as, loricã induo. Vnde loricatus, lorica indutus. Pli. Mox vbi pluribus eodẽ modo se coriis loricauit, indimicationem pergit. Loricatio apud iurisconsultos accipitur ꝓ ornatu domus spectoso, ac veluti tectorio, q̃ impensę sunt voluptariæ. Hui⁹ verbi cõpositũ est dilorico de quo alibi.

¶ Loripes edis pe. cor. qui pedem in modũ lori tortũ habet. Iuue. Loripedẽ rect⁹ derideat æthiopẽ albus. i. q̃ quasi loro pedẽ ligatũ habet claud⁹ natura vel casu factus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Lotium, vrina a diluendis corporibus appellatum. Est enī totius corporis lotio, sicut vrina ab vrinor verbo descendit. Sue. Reprehendenti filio Tito q̄ & vrinæ vectigal commentus esset pecuniam ex prima pensione admouit ad nares scisciatans num odore offenderetur. A tillo negante. Atqui inquit e lotio est.

¶ Lotos & lotis id is. proprium nomen nymphæ neptuni filiæ, quę Priapum fugiens in arborem sui nominis cōuersa est est Ouid. lib. xi metra. Amnicolæq; simul salices & aquatica lotos. Hęc arbor vt scribit Pli. insignis est in Africa quam vocant celtim tam dulci cibo, nam myrti modo baccas fert, vt nomen etiam genti terręq; dederit nimis hospitali aduenarū obliuione pfię. ¶ Ligno color niger, ad tibiarum cantus expetitur. Quare & a poetis pro tibia ponitur. Quidam arbitrantur esse eam arborem quam Romani Viscium dicunt Est etiam eodem nomine herba in ægypto quam Homerus inter herbas subnascentes deorum voluptati primam nominauit. Hęc recedentibus aquis nili prouenit similis fabę in cuius capite fructus est papaueri similis, intus grana ceu milii ex quo incolę faciunt panem. Vnde Pli. lib. xxij. Qui arborē tantum lotum putant Homero auctore argui possunt. Ab hac fata fit lotometra ex cuius semīe simillimo porri fiunt panes in ęgypto a pastoribus, maxime aqua vel lacte subacto. Est & alia loros quam multi trifolium dicunt. Item alia loros agrestis in libya hasta duobus cubitis longa ramos plurimos proferens Quidā etiā loton militū vocant.

¶ Lotophapi populi in Aphrica, apud Syrtes, a loto nomen sortiti, qui ex loto arbore victitant, cuius fructus sunt magni tudine fabę colore croci, quorum cibus tam dulcis est vt aduenis incutiat patrię obliuionem. Vnde cum Vlyssis socij delati fuissent in Aphricam & gustassent vix inde abducti sunt Home. lib. vij. Odys. ὁι λ᾽ ἄσα λωτοφάγοι μιν δορ᾽ ἔτάσσοισιμ ὄλετρον. ἡ μεθέσοιεν ἀπώσφιν ὅσαμ λωτοῖο πάσασθαι. τῶμ δ᾽ ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸμ οὐκ ἔτ᾽ ἀπαγγεῖ λαι πάλιν ἠδὲ μενέδαι, ἀλλ᾽ αὐτοῦ βούλοντο μετ᾽ ἀνδράσι λωτοφάγοισι λωτὸμ ἐρεπτόμενοι μενέμεν νόστου τε λαθέσθαι. * Id est neq; lotophagi pernicicm voluerunt sed ipsis dederūt lotum comedere. horum vero quicunq; loti comedissent dulcem fructum non amplius renunciare curabāt neq; redire, sed cum ipsis volebant viris lotophagis lotū comedentes manere reditusque immemores esse.

* Loxias Apollo dictus est q̄ per obliquū circulum ab oriē te pergit ad occasum. Cc.

* Lubidinē veteres dixere a lubeo pro libine. Cc.

ō Lubentia & libentia a lubeo & libeo pro hilaritate & voluptate sermonum & locorum. Plaut in Asi. Lubentiorem te faciam quam lubentia est.

¶ Lubricus a, um. pe. cor. quasi labricus proprie lubricus locꝰ dicitur in q̄ qs nequit cōsistere qualis est terra glaciata. Vergi. Lubrica conuoluit sublato pectore terga. Et sese opposuit saltio per lubrica surgens. Inde figurate adolescentia lubrica dicitur quę facile labitur. Lubricos oculos dixit. Cice. i. mobiles sicut dī pes lubricus qui est ī lubrico. Pisus lubricus dicitur q̄ labitur dum tenetur.

¶ Lubrico as. lubricū facio. Iuue. Qui lacedęmonio pitismate lubricat orbem.

¶ Lucę boues siue lucanę boues dicti sunt Elephāti. Vide in dictione Elephas.

¶ Lucani populi dicti sunt q̄ ea regio sita est ad partem stellę luciferę, vel q̄ loca etherea sint. multę lucis. Vel a lucilio duce. vel q̄ primitus in luco cōsederint Hi inter Calabros & appulos siti sunt & a sabinis orti. Eorum regio lucania, quę nūc Principatus dicitur. In ea est pestum oppidum & Flea vrbs, lucania & petilia metropolis. Hora. Lucanus an appulus anceps. Est & lucanus a, um. quod ad lucem pertinet. a quo anteluc anus a, um. Anteluco & antelucor.

¶ Lucanus nomen proprium poetæ, ō Senece viri vndecūq; doctissimi & grauissimi tragediarum scriptoris nepotis.

¶ Lucanica genus farciminis ex porcinis carnibus a lucanis populis primū inuenta. Mar. Filia picenę venio lucanica portæ Pultibus hinc niueis grata corona datur.

¶ Lucem claritatem esse nemo est qui dubitet. Quoniam autem dies clara est, quēadmodum nox obscura ponitur quandoq; lux pro die & nox pro tenebris, quamuis prima luce & primis tenebris non primam partem diei ac noctis significat. Prima vero die pro tota non pro diei parte. Gel. Alia luce orta auis in pastum profecta est. Inuenitur etiam luci aduerbialiter positum sicut Vesperi. Cice. in Anto. Quis enī audeat luci & in militari via græcū est. λιξ λυκος ἐστι καὶ λύκος λέγεται ὅτι ἐρτὴ νυκτὶ λύκος οὐκ εἰδεῖται. * Id est lux lucis & lycos lupus dicitur quoniam noctu luce non egeat. A luce fit lucanus a um. & antelucanus ā, um. quod est ante lucis tempus, & sublucanus sub lucis tempore. Pli. xi. Nec omnino prius Vergiliarum exortu sub lucanis temporibus. Lux autem ἀπὸ τῆς λύκης dicta est. λύκην enim veteres græci appellāt lucē quę precedit solis exortum.

Luceo es, xi. splēdeo. Cuiꝰ cōposita sūt Alluceo, ad aliq̄d seu iuxta aliquid luceo. Colluceo simul seu totus luceo. Plini. li. x. Inusitata genera alitum accepimus quarum plumæ ignium mō colluceant noctibus. Diluceo distincte luceo. Gel. libro. ij. Contra vero qui sex horis posterioribus nascitur eo die videri natum, qui post eam noctē diluxerit. Eluceo extra siue multum luceo. Lactan lib. vij. Quis tam cæcus vt existimet sine causa esse facta in quibus mira dispositio prouidentissimę rationis elucet. Aug. lib. i. con. Hinc satis elucet maiorem habere vim ad visendum liberam curiositatem quam meticulosā necessitatem. i. clarum est. Illuceo lucidus sum. Sed ad diem pertinet. Liui. Vbi illuxit recepere classem. Sed hic magis est ab illucesco. Plaut. ī Cap. At pol te si hic sapiat senex atra pix agiter apud carnificem tuo quæ capiti illuceat. Idem in Amph. Nunc te inquit quę mansisti mitto vt tedas diei vt mortalibus illucescas clara & candida. Interdum illucescere est illuminare & splendentem facere. Lactantius libro vij. Qui solem cum cæteris syderibus illuxit. Interluceo in medio luceo Cicero libro iij. ad Heren. Præterea dissimiles forma atq; natura loci comparādi sunt vt distincti interlucere possint: Sed hic interlucere quasi internosci est. Pelluceo per medium trāsluceo. Quinti. Sed vt inter se vincti atq; ita coeuntes, ne commissura pelluceat. Huius significationis est Perluceo, & transluceo. Seneca de tranquillitate. Quid perlucentes ad vnum a quas & circumfluentes conuiuia? Cice. lib. ij. offi. Quasi perlucet ex his quas cōmemoraui virtutibus. Col. lib. v Vt nullo loco transluceat. Polluceo, de quo alibi. Præluceo ante luceo. Cicero. Ego meis maioribus virtute præluxi. Reluceo. Verg. lib. ij. Sigæa igni freta lata relucēt. Subluceo aliquantū luceo. Ouid. de meridie. Qualia sublucent fugiente crepusculo phœbo. Aut vbi nox abiit, nec tū orta dies.

¶ Lucescere est clarū fieri. Plaut. in Am. Tempus est exire ex vrbe priusq̄ lucescat volo.

¶ Lucidus da, dum. quod est clarum, perspicuum. a quo Perlucidus & Translucidus. Quintilia. libro octauo. Similiter illa translucida & versicolor quorumdam elocutio res ipsas offœnerinat.

¶ Lucido lucidas lucidum facio, illustro, a quo Dilucido q̄d est declaro, seu diuersis modis clarum facio. Cicero libro tertio ad Heren. Nam quod in dicendo rei dilucidandæ & magnificandæ causa dolum appellauimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus. Elucido, extra seu multum lucido.

¶ Lucifico as, penul. correp. idem quod lucido. a quo Elucifico. Nonius. Elucificare luci dare, dictum a luce. Labenus. Si cito fulgentis splendore pecuniæ volo elucificare exitum ætatis meæ.

¶ Lucifuga pe. cor. qui fugit lucem.

* Lucigena luce genitus. Cc.

¶ Lucifer pe. cor. stella, Veneris cum antegreditur solē cum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſubſequitur Heſperus.

¶ Lucerna a luceo. Græce Lychn⁹ vocatur, cuius prima corripitur, cum tamen a luceo producatur. Iuuena. Diſpoſitę pī guem nebulam vomuere lucernæ. Lucernarum vſum primi ægyptij monſtrauere, vt auctorē Euſeb. libro decimo præparationis.

¶ Lucernarius qui lucernā fert. Lucernula diminu.

¶ Lucens quod aliunde lucē habet. Vergi. Lucentēcę globū lunæ. Lucibile q̄d per ſe lucet.

¶ Lucerius dictus eſt Iuppiter, a luce quā præſtare hominib⁹ putabatur.

¶ Lucina penu. prod. quæ partui præeſt, ꝙ partū ferat in lucē Plin. putat lucinam dici ꝙ oculis pręſit & luci. Sunt qui a luco deducant qui Romę lunoni ſacer eſt in exquilijs. Ouid. li. ij. Faſt. Gratia lucinæ dedit hæc tibi nomīa lucus. Aut quia prīcipiū tu des lucis habes.

⁎ Lucinos dicimus quibus ſunt parui vtrinę ocelli & breuis viſus. Cc.

⁎ Lucioſus dicit⁹ qui interdiu parū aut nihil videt veſperi autem ſatis. & hmōi morb⁹ Lucio nūcupatur. Cc.

¶ Lucius prēnomen ei⁹ qui prim⁹ ita vocatus, quia oriente luce natus eſt. Sic lucia nomē mulieris pe. cor. proferri debet, contra communem vſum.

¶ Lucilius & lucullus noīa ꝓpria a luce deducta.

¶ Luculent⁹ ta, tum. q̄d eſt luce plenum, ſplendens. Plaut. in Cur. Pulchrum & luculentū hoc nobis hodie euenit prędium Sal. Tum. M. Tullius orationem habuit luculentam & vtilē reip. Hinc aduerbium luculenter clare & ſplendide. Hiero. De quorū vitijs moribuſq; mirificis quę luculenter ipſe cōſpexi libellum ipſe compegi.

¶ Lucubro as. pe. cor. vigilo, & ad lucernam aliquid compono. Vnde lucubratio vigilia & opus q̄d lucubrādo fit. Var. de orig. Nō ſolum ad Ariſtophanis lucernam, ſed etiam ad Cleantis lucubraui. Liuius libro primo. Sed nocte ſera deditā lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentē inueniunt. Hiero. in prologo Iudith. Huicvnam lucubratiunculam dedi. Sunt & lucubratiōes ruſticanæ veſpertina & antelucana quando a veſpere & ante lucē conficiunt intra villā opera rei villaticæ cōducibilia. Colu. lib. xij. Item ad lucubrationem veſpertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidemq; per antelucanam lucubrationem.

¶ Lucus nemus arboribus denſum deo ſacrum a luceo per antiphraſim dictum, eo ꝙ non luceat, quoniam cum nullæ illic arbores propter religionem cederētur, opacus & ſine luce erat. Sunt alij qui non per contrarium deducant, ſed propter lumina crebra ſacrificiorum quæ ibi nocturno tempore fiebāt Dicitur etiam lucus us, pro luce. Terent. Cum primo lucu. i. prima luce, & cum primum ſol illuceſcit. Lucus martis dict⁹ eſt in quo Mars Iliam veſtalem virginem compreſſit, vt eſt apud Iuſtinū & Plu. Luculus & lucellus diminutiua ſunt.

¶ Luco as. licet nō ſit in vſu a luco ſiue a luce fieri puto. Cui⁹ cōpoſita ſūt Colluco, q̄d ē ramos ſyluæ decido. Interluco idē ſignificat. Subluco ſuccidendo illumino.

¶ Lucar pretium quod ex lucis captatur, vel erogatio quæ in lucis fiebat.

¶ Lucani feſta q̄ī luco Romani faciebant qui permagn⁹ erat inter viā ſalariā & Tyberim, pro eo ꝙ victi a Gallis fugientes e pręlio ibi ſeſe occultauerant.

¶ Luceria vrbs Apulię, quę & Auſonū Colonia fuit.

¶ Luceres ſiue lucerēſes, tertia pars populi Romani diſtributa a Tatio & Romulo, ſic appellati a lucumone, ſiue a lucerio ſiue a luco quē Aſylum Romulus vocauerat.

¶ Lucerius Ardeæ rex, qui auxilio fuit Romulo aduerſus Tatium.

¶ Lucumo proprium viri nomen, a quo lucumones appellati, qui poſtea lucerenſes ſunt dicti. Hi fuerunt Tuſci. Varro. Dimicantē Romulū cōtra T. Tatiū a lucumonibus id eſt tuſcis auxilia petiſſe.

¶ Lucrū a luendo ſi amplius exolueret q̄ quanti eſſet, emptū. A quo Lucroſus ſa, ſum, plenū lucro. Plin. li. xviij. Et actionibus eā adhiberi lucroſum putant.

¶ Lucellū diminutiuū paruū lucrū. Hor. i ſer. Deſine guſtaritecū parcita lucellū.

¶ Lucrifuga, qui lucrū fugit. Plaut. Cum hos huc alij lucrifugas damni cupidos. Cc.

¶ Lucriones dicti ſunt qui vndiq; lucrari cupiunt.

¶ Lucrinus pe. pro. lacus. Campaniæ in ſinu Baiano, cōtra puteolos propinquus Auerno lacui, adeo vt in maximis q̄nq; tempeſtatibus cōiungi ſoleat. Dictus a lucro propter multitudinem piſcium qui ibi capiebantur. De vtroq; Mar. Dūmodo lucrino modo ſe permittit Auerno.

¶ Lucretilis, mons in Sabinis.

¶ Lucta conflictus.

¶ Lucto as. apud antiquos & luctor deponens ſignificat cōtra aduerſarium omni adhibita vi nitor confligo, quia in huiuſmodi conatu membra ſoluuntur. Vergi. Luctantes ventos. Ser. Hoc eſt egredi laborantes. Aliquando luctari eſt lucta ludere. Lactan. Ne quando in laqueos & fraudes illius aduerſarij noſtri cum quo nos deus luctari voluit, inciderem⁹. Teren. in Hecy. Dicitq; illi anulum ſeſe dum luctat detraxiſſe Hinc luctatio ludus quo alius alium nititur in terram proſternere. Compoſita ſunt Colluctor. Lactan. de opi. Nam & ille colluctator & aduerſarius noſter ſcis quam ſit aſtutus, & idem ipſe violentus. Obluctor acrius contra aliquem nitor. Colu. lib. vij. Sæpe etiam vel grauitate lōgioris, vel cum in proſcindendo, aut duriori ſolo, aut obuiæ radici obluctatus conuellit armos. Reluctor pro repugno. Idē libr. i. Nam cū veterē aſtruiturrecens ædificium quaſi aſſurgenti, reluctans oneri cēdit. Quintilia. Cum a me quidam familiariter poſtularent vt aliquid de ratione dicendi componerem diu ſum equidem reluctatus.

¶ Luctitor frequētatiuū. Vnde Priſcia. poſuit apud vetuſtiſſimos luctito pro luctitor inueniri.

⁎ Lucunter genus eſt panis piſtorij. Cc.

¶ Lugeo luges luxi luctum, quaſi luce egeo propter continuum luctum. Vel dicitur a Luo, ꝙ luctus vitam hominis ſoluat. Eſt enim lugere valde flere. Lactan. lib. iij. Quis tam facundus & tanta rerum verborumq; copia inſtruct⁹ exiſteret que oratio tanta affluentiæ hubertate decurrens vt illā crucem merito deploret, quam mundus ipſe & tota mundi elementa luxerunt? Et eſt lugere in luctu hoc in luguloru habitu eſſe ex obitu charæ neceſſariæq; perſonæ. Vnde Luctus, vt Cice. lib. iij. Tuſc. inquit eſt ægritudo ex eius quī charus fuerat interitu acerbo. Scribit Dionyſius hali. li. v. Romanas matronas Valerium publicolam Brutumq; luxiſſe annuum tēpus depoſitione auri & purpuræ, vt eſt illis luctus conſuetudo in neceſſariorum cognatorumq; funeribus. Huius verbi compoſita Prolugeo de quo alibi. Elugeo quod eſt luctū depono. Vnde Agretius. Eluxit qui luctū depoſuit. Illuxit cū lumen apparuit. Liui. Quid aliud in luctu quam purpuram aut aurum deponūt fœminę? Quid aliud cum eluxerunt, ſumunt. Aliquando elugere eſt lugendo deflere. Cice. Patriam eluxi iam & grauius & diutius q̄ vlla mater vnicū filiū.

¶ Luctus us. non ſolum ploratio dicitur, ſed etiam inſigne iudiciumq; mœrentis, ſicut eſt veſtitus niger & pullus. Sæpe enim ipſe habitus vultuſq; & veſtis luctus dicitur. Nam i luctu atrati ſunt purpura auroq; depoſitis, cum eluxerunt nigrā veſtem exuunt, purpuramq; reſumunt. Antiqui etiam deliabant luctus lucti. Actius. Ceſſo lincire & rapere lucti veſtem in lecto coniugis.

⁎ Luctiferum dicimus ferens luctū. Cc.

¶ Luctuoſus, ſa, ſum. luctu plenū. Sal. Virorum more pugnātes cruentam atq; luctuoſam victoriam hoſtibus reliquatis. Et luctuoſus dicitur qui eſt in luctu.

¶ Luctificus ca cum. pe. cor. quod luctū inducit.

¶ Lugubris & hoc lugubre. pe. eor. q̄d ad luctū pertinet, vt veſtis lugubris q̄ defertur ꝓ morte alicui⁹ chari.

¶ Ludus dicitur in factis, iocus in verbis. Et ludus in ſingula

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ri de priuatis & de exercitatione gymnastica cum multorum conuentus ab vno eruditur præceptore. Vnde & pro schola & loco sumitur in quo exercentur docenturve. Sic dicimus ludum palestræ, ludum pilę, ludum gladiatorium, ludum musicum, ludum literarium. Suet. in Cęsa. Formam qua ludum gladiatorium erat ędificaturus considerauit Asco. omnem, scholam ludum dixere Romani. Quint. Quia diuitem illum promiseram, patrem in ludum vendiderunt tanquam decepti hoc est gladiatorum. Cice. de ora. Tum hoc in ludo non præcipitur. Faciles enim causę ad pueros deferunt. Et statim post. Hęc est in ludo causarum fere formula. Vbi de grammatices ludo locutus est. Sene. Dionysius tyrannus de regno electus ludi magister factus est. De ludo musices intellexit. Lusus vero & lusio ad voluptatem magis pertinent sine vlla arte, & puerorum proprie dicuntur. Quin. Nihil me lusus offendet. Et paulo post. Sunt etiam nonnulli acuendis ingeniis non tamen inutiles lusus. Cicero. Ex multis lusionibus nobis senibus talos relinquant & tesseras. Vbi de voluptate senili locutus est. Ponitur tamen quandoq; lusus pro ludo, & ludus pro lusu. Similiter lusu pro ioco, opponiturq; serio, quemadmodum & iocus. Plin. iunior. Aristoni. Quos quantosq; auctores sequar facili impetrari posse confido vt errare me sed cum illis sinant quorum non seria modo, verum lusus etiam exprimere laudabile est. Eodem modo ludus. Hora. Sed tamen amoto quæramus seria ludo. Ludi vero tãtum plurali numero, spectacula publica significant. Cice. in Ver. Inter binos ludos. Fueruntq; apud græcos quatuor ludorum genera precipua s. olympici, pythij, isthmici, & nemeęi. de quibus dictũ est in dictione certamen. Ludi apud Romanos etiam quatuor erant Megalenses, funebres, plębei & apollinares.

¶ Ludius & ludio pro ioculatore histrione, & ludia pro ioculatrice. Mar. Hermes cura laborque ludiarum. Liuius. Acciti ex Hetruria Romam ludiones quia ad tibicinis modum saltabant. Oui. Ludius ęquatã ter pede pulsat humũ.

¶ Ludias legim' fœminas appellatas. Mart. Ludiã quandam gaditanã saltantẽ vidimus semicictã. Cc.

¶ Ludo is, si, sum. Ludum exerceo, & construitur cum ablatiuo. Interdum etiam cum accusatiuo. Suet. de Augu. Aliquando vt vincat ludit assidue aleam. Terent. in Ad. Ita vita est hominum quasi cum ludas tesseris. Interdum ludere est deridere. Plaut. in Asi. Nec me cur ludatis scire possum. Interdum decipere. Terent. in Adel. Cur non ludo hic aliquantisper, melius est quandoq; hoc nunq; mihi voluit crederetur. Interdum iocari vulgo scrizare solazare. Pli. ad fabium. Ludere me putas, serio peto. Intellexit enim se nõ ioco agere sed serio. Terent. in Adelp. Congrum istum maximum in aqua siniro ludere paulisper. Interdũ canere pulsare. Gel. Is optime ludere a magistro eius didicerat. Interdum versibus scribere Verg. Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Interdũ amittere. Terent. in Phor. In illis fructus est, in illis opera ludit ur. Vbi notandum ludo modo actiuum, modo neutrum esse, vt his quæ scripta sunt intelligi licet. Composita sunt. Alludo. Colludo. Vnde Collusor socius in ludo. Cice. Lenticulam de alea condemnatum collusorem suum restituit. Verg. libro primo Georg. posuit pro simul mouere. Sæpe leuem paleam & frondes volitare caducas. Aut summa nantes in aqua colludere plumas. Iureconsulti Colludere dicunt aliquos cum diuersam partem adiuuant, prodita causa sua. Sic enim clientem suum simul cum aduersario ludunt id est fallunt ac decipiunt. Deludo derideo decipio. Plaut. in Asi. Furcifer etiam me delusisti. Idem. Quid me deluditis foras? Eludo, Illudo, Prędudo, ante ludo. Amb. lib. i. offi. Qui disciplinam belli cam vult assequi quotidie exercetur armis, & tanquam in procinctu positus prædit prelium. Hinc prædium quod propie significat prędentionem, hoc est quod ante inchoationẽ tantus prædmitti solet fauoris emerendi gratia & hæc habẽt penul. productã.

* Ludibundus dicitur ludens. Cc.

¶ Ludifico as, derideo seu per iocum & ludum fallo. Plaut. in Cas. Iam hic est lepide ludificatus. Inuenitur etiam ludificor deponens. Teren. in Phor. Ergo sic me ludificamini.

¶ Ludibrium proprie vbi ludimus deridemu q, & quod ludendi causa expetimus. Verg. Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Vnde haberi aliquid ludibrio dicimus. i. derisui & contemptui. Teren in Hecy. Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. Ambr. de Agnete pro coitus peccato posuit cum ait. Cum quibus libidinis suę se posse credebat ludibriũ exercere.

¶ Ludicrum substãtiuum dici potest quod cũq; lusorium ac ioculare. Liuius libro primo. Et cum his crescente indies gregе iuuenũ seria ac iocos celebrare, iam tamen in palatino mõte lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt, & a palanteo vrbe arcadica palatium, deinde Palatinum montem appellatum. ibi Euandrum ex eo genere arcadum, qui multis ante tempestatibus ea tenuerunt loca, solenne allatũ ex Arcadia institusse vt nudi iuuenes licyum Pana venerantes per luxum atq; lasciuiam currerent, quę Romani deinde vocauerunt Innium. Hinc deditus ludicro &c.

¶ Ludicrus a, um. lusorius iocularis leuis. Vergilius, Neque leuia aut ludicra petunt premia. Vnde ars ludicra, ars histrionica & scænica dicitur. Prisc. ja. hic hęc ludicris & hoc ludicre declinatum, cum tamen sic in declnando ludicria non ludicra faceret.

¶ Lues dicitur cum In vrbe aut in agro febris aliudve morbi genus homines, vel pecora siue vtrumq; corripit. interdũ arbores & sata. Pestis quæ aut sita occidit, aut cito abit ab eo quem iuasit.

¶ Lugdunum ciuitas Galliæ apud aquitaniam, quam Plancus cum Galliam comatam regeret tradit condidisse. In ea fluuij liger & Garũna.

ð Hæc vna cum tota regione, Senecæ tẽporibus fatali igne exusta est. Hinc Plotinus, qui primus Romæ latine theoricã docuit, originem duxit.

¶ Luma genus spumæ quæ in pratis nascitur & locis vliginosis, sic dicta q; agricolæ eam e terra luunt id est soluunt. Hic lumeta loca lumis plena & lumaria falx qua lumeta secant.

¶ Lumbrici vermes terreni a lubricitate dicti.

¶ Lumbus pars corporis qua libido designatur. Sunt enim lũbi a clictura ad nates, a quibus venereus liquor defluit. Vnde & apud poetas sumitur quandoq; pro mẽbro pudẽdo. Plautus. Exporgite lumbos & extollite. Et in Pria. Crissabit tibi fluctuante lumbo. Dicitur etiam lumbus de brutis. Hora. li. i. Ser. Curto ire licet mulo vel si libet vsq; tarentum. Mantica cui lumbos onere hulceret ac eques armos. Hinc fiunt elumbis vel elumbis & delumbe.

¶ Lumbare tegmẽ quo pudenda reguntur, vt apud. Hiere. Sicut tu posuisti lumbare istud ad lumbos tuos.

¶ Lumbago, vitiũ & debilitas lumborũ.

¶ Lumen quasi lucimen, a quo luminosus sa, sum, quod est clarum. Cicero. Cum sint maxime luminosæ partes duæ & quasi tactuosæ. Hinc etiam lumino, a quo illumino as. & relumino quod est lumen reddo.

¶ Luminare quod lumen habet. Hieronymus in Gen. Fecit deus duo luminaria magna, vnum vt præesset diei, alterum vt præesset nocti.

¶ Luna a lucendo dicta q; noctu sola luceat. Alij lunam, qua si lucem alienam dicunt q; lumen a sole recipiat. Cicero. Tum illa quę luce lucet aliena. Vel luna dicitur q; sit luminum vna vtcunq; est per grecorum imitationem est. ξλκνες γὰρ φασὶ λέγεσθαι ὅτι σέλας τὸ φως καὶ ἄνω ὅτι ὑπὸ ἡλιου λυναλαμβάνῃ σελήνη. * Id est gręci autẽ aiunt dici σέλας lumẽ a sursum quoniam lumen a sole sumat luna. Hinc pleniluniũ s̃d est cũ luna quintadecima & rotũda est. Vel pleniluniũ dr̃ lunę oppositio. Pli. li. xviij. Cum vero occidente sole oriretur scilicet luna ex aduerso, ita vt pariter aspiciantur tunc erit pleniluniũ. Interluniũ cũ apparere desierit, & noua fit, & coeunte vel silenti luna, vnde lunę coniunctio dicitur dies silentis lunę Diminutiuum a luna est lunula. es

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Lunaris & hoc lunare, quod ad lunam pertinet, vt lunaris rátio lunaris annus qui mense vno suum efficit cursum.

§ Lunaticus morbus dictus est q̃ eum qui interlunio natus est hunc morbum fere pati compertũ est. Qui & Comitialis a quibusdam etiam appellatur. Sed diuersum esse ostendit. Firmicus lib. iiij. math. cum inquit. Et si luna male fuerit collocata, aut spáticos aut lunaticos, aut caducos facit. Est autem proprie lunáticus qui aut ab insania vexatur certis lunæ temporibus aut grauatur morbo.

¶ Lunatus a, um. quod est ad lunæ similitudinẽ factũ, vel q̃d hábet speciẽ lunę. Tres enĩ sunt figurę crescentis lunę. Nã modo curuatur in cornua, modo in orbem circũacta, vt cũ est plena & sóli aduersa. Modo dimidiõ orbe cæsa, hoc est cũ q̃qua p̃ portione diuiditur. Et ob id a nostris diuidua vocatur.

* Lunensis caseus dicebatur qui magnitudine cõspicuus habebatur, cum ad singula millia pondo præmereur. Martialis. Caseus, Hetruscæ signatus imagine lunæ Præstabat pueris prãdia mille tuis. Cc.

¶ Luo is. lui. significat persoluo. Liui. Vt tandem debito supplicio scelus lueret, i. solueret seu purgaret. Tractum a pecunia, quia apud antiquos pœne pecuniariæ fuerunt, sed græcũ λύω λύσω λύσ. Id est soluo vis. vit. Interdũ luere est sustinere pati. Iusti. lib. i. Quicũq; capi potuerunt supplicia crucib⁹ luerunt. Dicimus etiam luo capite sicut mulcto & punio. Liu. libro. ix. Obsides etiã sexcenti imperati capite luerunt. Hinc cõponitur Reluo prosoluo seu repignero. Nã in alia significatione cõponitur a lauo sicut diluo & proluo.

¶ Lupus græce λύκος aĩal rapax cuius fœ. est lupa. Et lupus genus piscis p̃cios̃ qui varolus a quibusdã Sturio dicitur. Et sub ostia fluuiorũ captus etiam lancus lanatusve appellatur. Mar. Lane⁹ euganei lupus excipit ora. Timaui Aequoreo dulces cũ sale pastus aquas. Sunt illi cũ mugili naturales inimicitiæ. Itẽ lupus genus est freni asperrimi a lupinis dentibus dicti quia inęquales sunt, siue quia duritiã habent lupini dentis & ꝓpterea morsus eorũ asperrimus. His frẽnis vtebãtur Galli. Oui. de trist. Et placido duros accipit ore lupos. Itẽ lupus est instrumentũ adũcũ quo vasa quę in puteum forte ceciderũt extrahuntur, harpax græco vocabulo & harpago nominatur. Item lupus Aranei genus. quo nomine etiã dicta est hærba q̃ asparagi vice mãdi solet, q̃ & lupus salictarius q̃ salices ad similitudinẽ vitis ascendat. Itẽ lupus, vt Palladius auctor est serrula manubriata vocatur.

¶ Lupus est in fabula ꝓuerbiũ natum est phisici affirmãt eũ à voce deseri quem prior lupus viderit. Quod esse fertur cũ ille supernenit de quo loquimur & nobis sua præsentia amputat facultatẽ loquendi. Verg. Vox quoq; Mœrim. Iam fugit ipsa, lupi mœrim videre priores. Lupũ auribus tenere ꝓuerbiũ est q̃d in re ancipiti periculosaq; dici solet. Nã qui auribus lupũ tenet, nec eũ dimittere audet nec retinere potest sine periculo. Hier. contra Io. origenistã. Nunc vero quasi auríb⁹ lupũ apprehenderis, nec tenere potes, nec audes dimittere. Sueto. in Tibe. Cunctandi causa erat metus vndiq; iminentium discriminũ vt sæpe lupũ se auribus tenere diceret.

¶ Lupa cũ sit fœmi, ponit̃ tñ q̃q; ꝓ meretrice, q̃ vt ílla cibi, ita hęc vel libidinis vel quæstus appetens sit.

¶ Lupanar pe. pro. sumitur ꝓ turpi meretricũ loco. Augu. li. xviij. de ci. dei. Meretrices aũt lupas vocãbat. Vnde etiã nũc turpia loca earũ lupanaria nuncupantur. Amb. adiectiuũ posuit cũ ait. Cũ meretricibus scortaberis in cõtubernio lupanari. Dicitur & lupanarium. Vlpi. de petitione hæreditatis. Licet a lupanario perceptæ sunt, nam & in multorũ honestorũ virorũ prædijs lupanaria exercentur.

ð Lupanaris & hoc lupanare vt ifamia lupanaris, apũd Apul. pro spurca & fœda meretricia. Amb. Cũ meretricibus scortaberis in contubernio lupanari.

ð Lupanarius qui venatur lupos. Ser. in cõmen. Geor. Constat enĩ lupanarios carnibus tinctis veneno lupos necare.

¶ Lupanari scortari, meretricari. Accius. Qui cũ meretrice ꝓ vias habitu nostro lupanatur.

¶ Lupatũ idẽ q̃d lupus pro frẽno asperrimo. Virgil. Prælisq; negabũt Verbera dura pati & duris parere lupatis. Dicta lupata vt Ser. inquit a lupinis dentibus qui inęquales sunt. Vñ & eorũ morsus vehementer obest.

¶ Lupinus na, nũ, q̃d est lupi. Pli. Massurius palmã lupino adipi dedisse antiquos tradit. Lupinus sustantiuũ genus legúminis q̃ nõ minus terrã appetat voraxq; illius q̃ lupus, & tellurẽ adeo amat vt q̃uis frutetoso solo cõiectũ iter folia vep̃sq; ad terrã tamẽ radice perueniat.

¶ Lupercala a lupa dict̃ locus sub palatino mõte sacrat⁹ ab Euãdro Pani deo archadię qui lyceus vocatur q̃uisquidã ita appellatũ velint, q̃ lupa ibi Remũ & Romulum nutriuerit. Ouid. in fast. Illa loco nomẽ fecit, locus ille lupercal. Magna dati nutrix p̃mia lactis habet. Vel dicitur a luendo, q̃ ibi p caprũ luebatur, hoc est sacrificabatur, vt sit dictio ex tribus orationis partibus cõposita quasi luere per caprũ.

¶ Lupercalia etiã sacra quę in eo loco fiebant mense februario, græci lycea vocant.

¶ Luperci dicti sunt quasi ex illorum misteriorum semine exorti, siue vt Var. putat q̃ lupercalibus in lupercali sacra facerent nudi in honorem Panos. Ci. insectat. M. Anto. q̃ in lupercalibus in quibus sedebat Cęsar amictus toga purpurea in sella aurea coronatus se lupercũ exhibuerit. Nã nudi sacerdotes luperci currendo lustrabant ciuitatẽ & verberabant prægnãtiũ manus mulierũ vt facilior.s esset partus zona ex corio capri. De his Ouidius. Quis verat arcadico dictos a monte lupo? Faunus in arcadia tẽpla lyceus habet.

¶ Lura os culei siue vtris ab antiquis dicta est.

¶ Lurcones dicti sunt gulosi & bonorũ suorũ cõsumptores. Plau. in Persa. Perẽnis hęrbę lurco, edax furax, fugax. Lucili. Editę lurcones comedones viuite ventres,

¶ Lurco as. cibum cum auiditate nimia sumo. Pompo. Lardum lurcabat lubens.

¶ Luridus a, um. pe. cor. q̃dest supr̃amodũ pallidum, quasi loridum, quasi loro p̃cussum, & liuidũ factum. Hora. li. car. Doleręq; partus fulmine luridũ missos ad orcũ. Hier. ad Oceanũ. Lurida ora, sparsum crinem, squallidas manus, sordida colla summittere.

¶ Lucinia auis dicta q̃ lugens canat. Hanc philomenam græci vocant, quæ perui gil custos cum oua quodam sinu corporis & gremio fouet in somnem longe noctis laborem cantilenæ suauitate solatur. Hæc auis a poetis quandoque dicitur atthis, quasi attica. Martia. Sic vbi multisona feruet sacer atthide lucus.

¶ Luscꝰ ꝓprie qui altero captus est oculo, qual s'fuit Hannibal, de q̃ luue. Portaret bęllua luscũ. Quãdoq; tñ dicit qui est hebetioris visus. A luscus fit eluscо as. q̃d est luscum facio, & oculũ eruo. Scribit Iulianꝰ iurecõsultꝰ Aquilia lege teneri eũ qui eluscauerit discipulũ in disciplina.

¶ Luscitus pe. produ. qui hebeti visu est, & qui melius noctu quam die videt

¶ Luscioſus siue luscitioſus & nuscroſus dicit̃ q ꝓpter vitiũ oculorũ parũ videt, q̃ s. luscos imitetur q clariꝰ vesperi q̃ meridie cernũt. vt inquit Fes. Plau. in mili. Aedepol tu quidẽ ęcus nõ luscioſus es. Pli. Sanguine hirci sanari luscioſos putat. hos græci myopes & nictolapas vocãt, morbꝰ ipse luscio vocatur. Sũt qui ita discernãt, vt luscioſi dicãtur, qui ad lucernã nõ vident, myopes qui minutius cernunt.

¶ Lusitania pars vlterioris hiſpaniæ quã nũc portugaliã, appellant. Scribit Pli. Lusum liberi patris aclysam cũ eo bacchãtẽ nomẽ dediſſe Lusitaniæ. Hæc oceano occidentali alluit, in qua est ciuitas Emerita, & portugalię regiũ.

¶ Lusitanum littus poller gẽma ceraunio q̃d indicis p̃ferũt aduersus vim fulgurũ creditur opitulari.

¶ Lusito as. pe, cor. frequẽ. est verbi ludo. Plaut. in cap. Nam vbi illo aduenì quasi patricius pueris, aut monedulæ, aut anates, aut cothurnices dantur quibus cũ lusitent.

¶ Lusorius a, um. quod ad lusum spectat, vt tabula lusoria qua tesseris luditur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Lustrum ferarum habitaculum in syluis a luto q̄ sit lutosa lacuna. Verg. Non absunt illis saltus ac lustra ferarū. A qua similitudine ñ qui in locis abditis ac sordidis desidiæ & ventri indulgent in lustris vitam agere dicūtur, propter quod & lustra dicuntur popinæ & lupanaria vbi habitant lupæ, i. meretrices. Cice. lib. ij. phil. Cum omnes impuritates impudica in domo quotidie susceperis vino lustriscq; cōfectus. Idem Cassio. Quæ autem in lustris & in vino cōmentario potuit esse? Et lustrū dicitur spatium quinq; annorū, a luendo, hoc est soluendo, q̄ quinto quoq; anno vectigalia & tributa soluebantur & vrbs lustrabat̄. i. sacris purgabat̄. quę purgatio vrbis etiam lustrū dicebatur. Liui. li. ij. Omnes centuriæ & equites in campū martiū cōuocati suæ oue tauro cæsis immolarunt, quod lustrū est dictū, sicq; a sacrificio illo cēsus obtinuit nomen lustri. Quia vero census ipse siue lustrū singulis quīq; annis habebat̄ censorū magistrat⁹, inualuit cōsuetudo vt lustri appellatione spatia quinq; annorū appellentur.

¶Lustro as. circundo. Lactā. li. ij. Sed luna quę orbē illū signifert, xxx dierū spatio lustrat. Interdū lustrare significat expiare. Liui. lib. iij. Ibi instructum exercitum oue, sue, tauris trib⁹ lustrauit. Interdū aspicere agnoscere. Cice. lib. ij. offi. Sed cum omnia ratione atq; animo lustraueris. Interdum sequi. Ver. At me cum raucis tua dum vestigia lustro. Interdū patefacere clarificare. vt idem. Postera phœbæa lustrabat lāpade terras. Interdum inumbrare. Vnde lustra ferarum cubilia & lupanaria per contrarium dicimus, quia parum illustrantur. Interdum circunspicere. Vergi. libro tertio. Omnia collustrans hanc primum ab littore classem Conspexi venientem. Et lustrare quod vulgo dicitur monstrum facere. Cuius sententiæ duo sunt verba, recognosco scilicet & recenseo. Huius verbi composita sunt collustro, quod est circunspicio. Cice. lib. x. tus. Ego autem cum omnia collustrarem oculis animaduerti columnellam. Illustro, perlustro quod est perfecte circum reuideo. Liui. lib. i. Hercules ad primam auroram excitus cū gregem perlustrasset oculis.

¶Lustror aris. deponēs significi scortor, a lustris abditis locis. Plau. in pseu. Lustrantur comedūt quod habent.

¶Lustralis & hoc lustrale, q̄d ad lustrū pertinet. Liui li. i. Sacrificiū lustrale in diē posterū parat. Lustralia exta veteres dixerunt prępinguia eo q̄ lustralis id est quinquennalis bos dicit̄ esse perfectæ ætatis.

¶Lustricus a, ū, V̄n lustrici dies infantiū appellant̄ viij, puerorū non⁹, qa his infantes lustrātur, & noīa eis imponunt̄. Et q̄ eos lustrant lustratores vocantur, & fœminę lustratrices, & qui lustrantur lustrati noīantur.

¶Luter vas quo vinū diluitur. i. aqua misceť. Nam & luto & loto pro diluo a veteribus vsurpatum est.

Lutum cœnum siue sordes habet primā correptam. Iuuena. Compositiq; luto nullos habuere parentes. Hinc luteus lutea luteū, q̄d est ex luto. Tibul. Sed nimius luteo corpora tingit amor. Fit autē lutū a luo luis. ἀλλὰ ἅπαντα ταῦτα ἀπὸ τοῦ λύειν ὧδε ἄνω λελέχαμεν. * Id est Sed oīa hæc a verbo græco λύειν quod est soluere vt supra diximus.

¶Luto as. luto inficio. Vnde lutatus luto infectus. A luo fiunt composita deluo, & eluo, de quib⁹ supra in dictione deluo dictum est.

¶Lutescere significat lutū fieri.

¶Luteus color rubeus sanguinolentus, nam est sanguini consimilis, a λύθρον, qui est cruor. Gellius latinum putat, & a luce deduci. Ait enim luteus q̄ ruffus color est dilucidior. Vnde nomen quoq; factū videť. Alij a luo q̄ sit quasi dilut⁹, hoc est solutus & decoloratus ruffus. Est enim luteus color dilutior rutilus qualis est color auri. Vnde violæ eius coloris luteolæ dicūtur. Et lutea herba qua chrysocolla tīgiť, q̄ naturā limi seu lanæ habet ad succū bibēdum. Et vitellū in ouo oui luteū vocamus. Idem color cærinus appellatur a cęræ colore. Idem & flammeus dicit. Pli. Lutei video honorē antiquissimū in nuptialib⁹ flameis totū fœminis cōcessum. Hinc flamea appellabant vestimenta lutei coloris, qb⁹ flaminica vtebat̄. Luc. Lutea demissos velarūt flamea vultus. Hui⁹ noīs prima prod. Pers. Iā clamydes regū iā lutea gausapa captis. Iuue. vero prima corripuit. Incude & luteo vulcano ad rhetora misit.

¶Luteol⁹ dimi. Verg. Mollia luteola pingit vacinia calta.

¶Luxo as. soluo. Pli. lib. xvij. Aut circunfossor, vel etiā subarator imprudēs luxauit radices. Vnde luxa siue luxata mēbra dicuntur locis suis mota & soluta. Et luxati dicūtur quorum membra suis locis mota sunt. Idem. Altheæ radix decocta luxatis prodest. Hic luxuriosi dicti sunt, qui in re familiari profusi atq; soluti sunt.

¶Luxus us. luxuria & luxuries non solum pro re venerea, sed etiam & fere semp̄ ppriæq; pro omni superfluitate & nimia profusione & sumptuosiore cibi vestitus & aliarum rerum cura dici solet. Cice. li. i. officio. Intelligimus quam sit turpe defluere luxuria delicate ac molliter viuere. Idem in Verrem act. i. Quas res luxuries in flagitijs, crudelitas i suppliciis auaritia in rapinis &c. Verg. lib. i. Georgico. Luxuriem segetum tenera depascit in hærba. Idem. At domus interior regali splendida luxu Instruitur. Luxus etiam pro splēdore ponitur. Claud. libro. ij. Sub tua purpurei venient vestigia reges Deposito luxu.

¶Luxuriosus a, um. ponitur pro nimiū abundāti. Ci. de ora. Gēmare sitire agros lętas segetes luxuriosa frumenta. Tūc ei in segetes solēt immiti oues vt eas pascant.

¶Luxurio as. & Luxurior aris (si Diomedi credimus) hanc habent distantiam, q̄ luxurio sit in laude, luxurior in crimine. Significat luxurio non lasciuiā mentis, sed habitudinem corporis. Verg. lib. iij. Georgi. Luxuriatq; thoris animosum pectus. Corn. Seuerus. Luxuriantur opes atq; odia longa gruantur. Vtrūq; tamē pro super abundare, profundere, & lasciuire, smorbizare ponitur. Pli. li. xviij. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autūni, in calidis serius ne ante hyemen luxuriēt Tibul. Luxuriant animi rebus plęrumq; secundis. Liui. lib. i. Positis externorum periculorum curis ne luxuriarentur ocio animi quos metus hostium disciplinaq; militaris cōtinuerat. Colu. lib. iij. Cacumina virgarum ne luxurientur dimutilato. A luxurior fit cōpositū Eluxurior quod est extra luxurior. Idem in eodem. Qui si pingui agro validis vites deposueris pampinis magis eluxuriabuntur.

¶Lyæus cum diph. dictus est Bacchus λύω soluo eo q̄ mentem & mēbra vinū dissoluat, vnde sequitur paralysis. Verg. Regales inter mensas latic ęq; lyęum.

¶Lycus nomen propriū viri quo nomine multi vocati sunt Vnus Troianus, de quo Virgilius. Fata lyci. Alter thebanus ignobilis, qui regnū Thebanū occupauit. Item alius Thebanus rex. Alius Pandionis filius qui a se lyciam nominauit. Alius lycaon. Callisti oni pater, Arcadiæ rex, qui cum solitus esset hospites necare, in lupum a Iouecōuersus est. Fuit & alius lycus Priami filius. Item lycus fluuius assyriorum qui Tigri immiscetur. Ouidi. libro. iij. de pon. Huc lycus huc sagaris peneusq; hispaniscq; cratiscq. Et lycus gręce, lupus latine dicitur, ab λύκος, id est a prima luce, q̄ id tempus maxime aptum sit rapiendo pecori.

¶Lycaonia regio Asiæ, quæ totius asiæ medium quodammodo locū & arcem occupat. Sunt qui scribant lycaoniā esse partē Arcadiæ quę in peloponneso sita est, a lycaone rege arcadiæ cognominatam. A lycaonia fit lycaonius a, um. Ouid. de tri. Quęq; lycaonio terra sub axe iacet.

¶Lycaones populi sunt in Asia minore prope lyciā, vt Ptol. libro quinto scribit.

* Lycoctonos aconti genus quod lupos occidit. Cc.

¶Lycius apollo dictus est a lyco lupo, q̄ sicut lupi pecora rapiunt, ita ipse humorem haurit radijs Prisci Græcorum priamam lucem quæ præcedit solis ortum λύκιον appellarunt, ἀπὸ τῆς λύκης. id est a luce. Idq; temporis hodie quoque lycophos cognominant, & lycij apollinis oraculum, quia i ly

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cla maximæ claritatis fuit ob luporum interfectionem.

¶ Lyceus cum dipht. mons Archadiæ qui pani deo sacer est & vbi templum bicornis Fauni, a quo lycæa ludicra illi sacrata, a nobis lupercalia sunt dicta a lupis, quę ad expiandos manes fiebant. Ouid lib. ij. fast. Faunus in arcadia templa lycæus habet. Dictus lyceus ἀπὸ τῶν λύκων id est a lupis quib⁹ propter frequentiã pecudũ abũdabat.

* Lyceus vnus ex centauris. Cc.

¶ Lyceum fuit Athenis scola Aristotelis, sicut Academia Platonis, in qua περιπατῶν, id est deambulans philosophia batur. Vnde peripateticorum nomen effulsit. Fuit & lyceum Gymnasium Ciceronis in Tusculano a nomine scholę Aristoteliçe. de quo libro primo de diui. sic refert. Nuper cũ omnem cum Q. fratrem. Tusculano disputatum est. Nam cum ambulandi causa in lyceũ venissemus, Id enĩ superiori Gymnasio nomẽ est Huius nominis penultima producitur a Cicerone in illo versu. Inq; academia vmbrifera nitidoq; lyceo. Fuderũt claras fœcundi pectoris artes.

¶ Lycia prouincia seu regio in minori Asia, finis Pã philię ex parte orientali, sic cognominata a lyco Pandionis filio. Hęc Termile primũ dicebatur sicut Herod. lib. i. scribit. In ea Patera vrbs Xantus fluuius & chimęra mõs. Ibi regnauit. Rhadamantus Iouis ex Europa filius. Hinc lycius lycia lycium. Verg. Vnã quę lycios fidũq; vehebat Orontem.

Lycon nomen philosophi Pythagorici. Fuit & alius lycõ Socraticus, siue peripateticus, eloquens & in dicẽdo suauis adeo vt γλυκὺν glycon nominaretur, q̃d significat dulcedinem Hic fuit cultu & vestiũ mollicie nitidissimus. Lact. an. & pilari lusione exercebat. perijt podagrę morbo annos natus. lxxiij. Tertius lycon fuit poeta. Quartus epigrãmatum scriptor.

Lycastus vrbs Crętę a luporum multitudine quæ ibi esse perhibetur.

* Lychen grauissimũ morbi gen⁹ & a mẽto fere incipit oriri ideoq; a veteribus ioculari quadã lasciuia mẽtagra appellat⁹ occupat plęrũq; toros vultus oculis dũtaxat exceptis, & ĩ colla pectusq; ac manus fœdę vitis furfure descendit. Cc.

* Lycidas est nomen centauri, est & pastoris proprium apd Vergilium. Cc.

* Lycos latine lupus, vnde hæc deducuntur. Lyciola pastoris nomen lycimnius & lycinius propria. Cc.

* Lycops vrbs Aetoliæ. Lycon Pytagoricus philosophus alter Socraticus. Tertius poeta. Quartus epigrammatum scriptor. Cc.

¶ Lychnus latine lucerna. Var. Lucerna a luce dicta est aut ab eo q̃d vocant græci λύχνον Plau. Lychnũ emunge parũper vt videat anus vbi pedes ponat. Hinc Ellychnũ q̃d lucernis adhibetur ad lumẽ pstandũ. Est enĩ fnnicul⁹ ille q incẽsus flammã nutrit. Lychnus pensilis est quã vulgo lãpadem vocant. Vnde scribit Plini. lib. xxxiiij. Lychnos pensiles ĩ delubris placuisse, q̃uis & de candelabris orichalceis dici possit lacunaribus appensis, sicut veteres lychnũ pensilẽ dixerunt. Dicitur etiam hęc lychnia. Ser. vero ostendit lychinius dici, & nõ lychnus cum primã corripi dicat, q̃d fieri nõ posset, nisi post ch, scq̃retur i, & trisyllabũ fieret. Vergi. Dependent lychnij laquearibus aureis.

¶ Lychnites pe. pro. marmor albũ, q̃d in Paro insula effodiebatur, sic cognominatũ, q̃ ad lucernã in cuniculis cędere. sicut Pli. lib. xxxvi. testat. Est etiã hoc noie gẽma ardens a lucernarũ accensarũ p̃cipua gratia.

¶ Lychnuchi græce nominatur quicquid lucernas sustinet, quasi lucernifer. * Differunt lychnuchi & lychna ab elychnijs Lychnuchi, lychnosi, i. lucernas amplectũtur. Lychni, siue q̃d idẽ & lychnia cõtinẽs elychnia, i. funiculos q̃ fiant in oleo & perarunt q̃s græci tryallidas & phlomones appellant.

¶ Lychnobij dicti sunt qui loco dierum noctibus vtuntur, & ad lucernas viuũt quasi lucernarij. vt Seneca in vltima epistola. Nihil consumebat nisi noctem. Itaque credo dicentibus illum quibusdam auarum & fordidum. Vos inquit & lychnobium dicetis.

¶ Lycisca canis natus ex lupo & cane. hunc Plinius. Crocuta vocat.

¶ Lycissa canis est nomen a lyco lupo. Vel quasi lacessa. i. ex laconia, quia inde veniunt optimi canes.

¶ Lycophos quod nos primũ tẽpus lucis nominamus.

¶ Lycophron Periandri corinthiorũ tyranni filius. Est & nomen poetę græci. Suidas. λυκόφρων χαλκιδεὺς ἀπὸ Εὐβοίας υἱὸς σοφοκλέους θέσει δὲ λύκου τοῦ γνησίου γραμματικοῦ καὶ ποιητὴς τραγῳδιῶν. * .i. licophron chalcidensis ex euboea filius Sophoclis grãmatici tragœdiarũ poetę.

¶ Lycopolis vrbs ægypti, a lupis dicta, q̃ ęthiopes ægyptũ incursantes lupi facta acie vsq; ad vrbem elephantinã repulerunt. Ibi egyptij lycopolim condiderunt a bestijs illis eĩ nomen imponentes.

¶ Lycomedes Creontis filius.

¶ Lyctos oppidũ Cretę sub Idomenei imperio. a quo Idomeneus lyctius est appellatus.

* Lyctonia vrbs cretæ, Cc.

¶ Lycurgus nomẽ propriũ lacedęmonũ regis qui fuit philosophus, & lacedęmonijs leges sctissimas cõdidit. Astrictusq; ci uibus iuramẽto, q̃ tã diu eas intemerate obseruarent, donec ipse rediret, e patria nũq̃ reditur⁹ emigrauit. Vide Plut. Fuit & alius Nemeę regionis rex, & alius rex Trachum.

¶ Lycaon Callistonis pater & titani ac terræ filius Arcadiæ rex qui in fabulis fertur a Ioue in lupũ cõuersus fuit q̃ Iouẽ, hospitẽ necare moliretur.

* Lycus vnus ex centauris. Cc.

¶ Lydus herculis filius ex Iole. Alter filius Athys & frater Tyrrheni. A quo lydia regio est appellata. Nã cũ ꝓpter terrę sterilitatẽ fratres simul ferre nõ posset Tyrrhen⁹ sorte iacta discedẽs cũ ingenti multitudine ad Italiã veniẽs eã tenuit partẽ, q̃ ad mare inferũ versa est, & a se Tyrrheniã noiauit. Lyd⁹ vero remanẽs Mæoniã de suo noie vocitauit.

¶ Lydia regio in maiori Asia a lydo Athis mæoniæ regis filio & Thyrrheni fratre cognominata, q̃ flexuosis Mędri amnis recursibus perfusa sup Ioniã procedit, phrygiæ ab exortu solis vicina, ad septẽtrionẽ Mysiæ, meridiana parte Cariã amplectẽs. Hæc ãtea mæonia vocabat, in hac sunt vrbes Ephesus Colophõ Clazomene, & Phara.

ŏ Lydo is, verbũ antiquũ, signifi. cõfringo deleo Cuius cõposita sũt Allido, Collido, & illido, quę habent pe. prod.

ŏ Lydus a, ũ. possessiuũ, q̃d ẽ ex lydia. Lydia auctore Herod. li. ij. primi aurũ argentũq; percusserũt primiq; cauponas ĩstitoresq; fuerũt. Dicit lydus a, um, & lydius a, um.

ŏ Lyge⁹ latine tenebricos⁹. vñ Home Lygęã noctẽ vocat.

ŏ Lymphatici, furiosi insanientes, qui vinũ ex aqua contraxerunt, quod est huc atq; illuc discurrere. Plin. lib. xxv. scribit: Helleborũ mederi melancholicis insanientibus limphaticis, elephantię & tetano. Nam creditum est ab antiquis q̃ in fõte imaginẽ nymphę vidisset furore percipi, quos græce νυμφόληπτους latini lymphatos vocant. Tales sunt fere ij, qui cerriti & laruati dicuntur, quasi Cereris ira aut laruarũ occursatione vexati. Plaut. Laruatus certe es, aut ceritus. Et alibi. Iube hanc procerita circunferri. Hor. lib. i. Car. Mentemq; lymphatam Marcotico redigit in veros timores, a Vergi. dicit lymphata regina, pro mente cõmota & furiata A lympha etiam vt Prisci. inquit, fit lymphor, aris.

¶ Lyenteria intestinorũ dissolutio. λύω enĩ dissoluo ἔντερον intestinũ hanc nostri leuitatẽ intestinorũ vocant, cũ cibus nõ perficitur, sed incoctus ingeritur,

* Lygdamus nomen est viri propriũ. Cc.

* Lygos vrbs quę nũc cõstantinopolis. Cc.

¶ Lympha a nostris aqua, per mutationem n in l quasi nympha. Nã proprie dicitur nympha.

* Lymphatius, vinũ dicitur quod plus satis habet aquę sicut meracius quod est sine aqua. Cc.

¶ Lympidus da, dum. penultima correpta planus politus clarus. Hieron. in libro. ij. Elegit sibi quinq; lympidissimos lapides de torrente.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Lynx proprium nomen regis scythiæ, qui cum cogitasset occidere Triptolemū a Cererem lyncem animal conuersus fuit. Est autem lynx seu lynca ex luporum ceruariorum genere vario colore & maculoso tergore & acutissimo usu. ver. Maculosæ teginine lyncis. Huius urina in calculi duritiem uertit, & ea fit gemma. ♁ Linx etiam auicula paulo maior quā fringilla, colore uario, linguā serpentib⁹ simile habens quippe quā in longitudinē mensura quattuor digitorum porrigat, collū circūagit in aduersum. vnde Torquilla a uulgo nominatur, q̄q̄ turbo ab antiquis.

¶Lyncuriū gemma quę e lyncis urina coacta est. Ouidi. Eq bus vt memorant quicquid vesica remisit Vertitur in lapides & congelat aere tacta.

¶Lynceus ea, eum, adiectiuum a lynce. Vñ qui acute vident lynceos oculos habere dicuntur. Hora. in sermo. Ne corporis optima lynceis Cōtēplere oculis.

¶Lynceus nomen proprium eius qui fuit vnus ex argonautis acutissima oculorum aciæ prēditus, qui dicebatur videre vltra parietem. Et vt historici tradunt conspexit nouissimā lunam primamque eodē die in signo arietis, quod paucis mortalium contigit vidisse. Vnde Horatius. Solus nubila linceus ♁ Hunc Var. cxxx. milia passuum prospexisse scribit. Solitumque exeuntem a carthagine classem punicam, numerumq; nauium ex lylibicana specula manifestissime notare. Solinus refert fuisse Strabonem.

¶Lyndus ciuitas rhodi vbi sacra Herculis maledictis & exe crationibus solebant celebrari. A qua lyndij dicti sunt. Fuit & altera lyndus in dorica regione.

*Lynostrophon herba quę exulcerate vesicam existimatur quam & marubium vocant. Cc.

¶Lynter generis fœminini genus paruæ nauiculæ e cauata arbore factæ, ab λουτρον, teste Prisciano prima diphth. abiecta o, & n. interposita. Constāt autem lyntres ex singulis arboribus quæ vulgo cauę dicuntur ad trajiciendas flumine trabes. Vergilius libro. i. Georgicorum Cauat arbore lyntres, Hæ. enī non in pelago, sed in fluuijs stagnisq; palo aut conto aguntur. Ponitur etiam quandoque pro quodam dolij genere, vt ostendit Cato. Tibul. pronauia q̄d est lignum cauatum vt nauis, posuit, quo in vindemijs rustici vti solent. Aut mihi seruabit plenis in lyntribus vuas, Pressaq; veloci candida musta pede.

*Lyparis gemma cuius suffitu omnes bestiæ dicuntur euocari. Cc.

¶Lyptote dici potest apud nos defectiua. Nam ab λειπτω quod deficio est deducitur. Figura est cum minus dicitur, & plus intellitur, vt apud Verg. Quid prodest q̄ me ipse animo non spernis. Amyntha. i. libentissime amas.

¶Lyra instrumentum musicum, vbi quot sunt fides tot resonant voces. ἀειδω τω λυρᾳ quod est canere. Hinc poetæ lyrici dicti q̄ ad lyram sua carmina cātabant, statuebaturque eis chorus quinquaginta virorum, ac tauro donabantur. Et carmen ipsum lyricum. Hanc eandem poetæ chelym vocāt. Et lyra signum cœleste est. Varro secundo. De re rusti. Hoc secūdum astri exortum facito, quod græci vocant lyram fidē nostri. Lyra cedit quarto nonas februarij, vel secundū aliquos Calendis februarijs, & noctu quando occidunt terga leonis, vt Hyginus ait. Ouidius. Illa nocte aliquis tollens ad sydera vultum Dicet vbi est hodie quæ lyra fulsit heri. Hanc lyram effecit Mercurius in Mityleno monte Arcadiæ inde Orpheo traditam dicunt. Alij autumant cōcessam Orpheo ab Apolline post repertam citharam. Interfecto Orpheo musæ in cælo lyram collocauere. Alij dicunt esse lyram Arionis citharœdi q̄ fuit tempore Cipselli tyranni Corinthiaci, qui prim⁹ fuit omnium citharistarum. A lyra etiā cui⁹ prima producitur fit delyrus a, um. pe. cor.

¶Lyricen pe. cor. qui lyra canit, cuius significationis est etiam lyristes. Sydo. Alceo potior lyristes ipso. Sic enim dicitur lyristes, vt psaltes.

¶Lysander lacedæmon homo factiosus qui odium toti⁹ græciæ in lacędemonios concitauit, & a Thebanis occisus fuit.

¶Lysanias orator græcus, alter fuit Arcas qui Lycaonem regno expulit.

¶Lysias orator iucundissimus. De quo Quinti.

¶Lysius Archadiæ fluuius, ad cuius radices est Aesculapij tumulus.

¶Lysimachus macedo clarus Calisthenis discipulus. Alter fuit vnus ex Alexandri principibus.


*Addi. Est & Lysimachus gemma quæ Rhodio marmori similis est aureis venis. Cc.

¶Lysimachia vrbs. Hellesponti quę terremotu corruit.

¶Lysippus clarissimus statuarius qui ad sexcenta decē opera fecisse traditur, quę singula arti claritatem dare potuissent. Hic teste Quintiliano ad veritatem optime accessit. Propert. Gloria Lysippo est animose fingere signa.

*Lysippe vna est ex filiabus Prœti Argiuorum regis. Cc.

¶Lytta genius vermiculi, qui nascitur in lingua canum. Hic si infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt.



TRANSIT per deriuationes in n, d. vel t, vel c. vel q. sequentibus, vt tantum tātundem. Idem. Identidē. Eorum eorundem. Num nuncubi, nunquis nunq̄, circunquaque, tanq̄ nanque quenque quanque quicunq; Similiter am præpositio sequentibus f. vel c. vel q. mutat m. in n. vt an fractus &. cætera. Vide in dictione anfractus.

¶Macarius nomen viri propriū & latine dici potest beat⁹ macarius mos beatitudo.

¶Macaros, etiā est nomē Cretæ insulæ a tēperie cœli. Cc.

¶Macedonia regio a macedone Osyridis Iouis filio dicta est. Habet macedonia ab Oriente Thracium limitem ab occasu Ionium pelagus, a meridie Epiro terminatur a Septentrione habet dalmatiæ partem. Hæc (teste Plinio libro. iij.) olim cētum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus Philippo. f. & Alexandro, quondamq; terrarum imperio.

¶Macedo pe. cor. q macedoniam habitat. Luca. lib. vi. Cū tibi sacrato macedo seruetur in antro.

¶Macedonicus macedonica macedonicum possessiuum a macedonia. Vnde mare macedonicum, quod est Ægæi pars & incipit a Pallene monte, qui Thraciæ finem facit. Extenditur vsque megaram, quo Isthmos interpositus misceri Ægeum Ionio non permittit. Cuius littora a ciuitatibus nomen accipiunt.

¶Macellum locus quo vænalia omnia quæ ad victum humanum pertinebant contrahebantur. Plautus in Aulu. Venio ad macellum, rogito pisces, indicant caros, hagninam caram, caram bubulam, vitulinam, cetum, porcinā cara omnia. Cice. Si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarē annonam in macello cariorem fore. Dictum macellum a macello quodam viro, qui in vrbe latrocinium exercebat, quod damnato censores Æmylius & Fuluius statuerunt vt in domo eius opsonia vænderentur redactis in fiscum eius bonis. Alij macellum dicunt q̄ ibi fuerit hortus, quem macellum a Lacedæmonijs appellatum ferunt. Et Ionesho stia horrorū macellotas vocabant. Donatus a mactandis pecoribus deriuat. Sunt & qui, a macerando dici existiment, q̄ pecora dū eo ducūtur, ibi q̄ tenentur, macerantur. Vnde macellum diminutiuū pro macilento ponitur. Lucil. lib. vi. Si nosti non magnus homo est nasutus macellus.

¶Macellarius qui macellum exercet non solum carnium, sed omnium opsoniorum, quinetiam panis & frumenti vēditor, quippe hæc omnia in macello vęnundabantur. Varro. Duo sunt ornithonis genera. Vnum delectationis causa quo genere macellari & in vrbe quidam habēt loca clausa, & rure ma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

xime conducta.

*Macer est etiam poetæ proprium qui de hærbarum viribus scripsit. Cc.

¶Macer cra. crū. a mœrore fit, & exilē extenuatūq; significat. Verg. Heu heu q̄ pingui macer est mihi taurus in aruo. Col. li. ij. Nā vel pinguissima vel macerrima humo iacitur.

¶Macies macritudo & macor extenuationē significāt Apul. Vnde ista tam subita macies & tātus pallor? Plaut. Ossa atq; pellis, vt miser macritudine. Pacu. Corpusq; meum tali mœrore errore macore sonet.

¶Macilentus plenus macie. Festus. macilenti macie attenuati.

¶Macreo es. macer sum, a quo macresco, macer fio. Colu. li. vi. Dabimusque operam ne penuria cibi macrescat pecus. Var. Qui earum aspectus ad desyderium macrescere facit volucres inclusas.

¶Maceo ces. macui, idem quod macreo, a quo macesco macesco macer fio. Colu. libro secundo. Constat arua segetibus eius. (hordei macescere. Varro. Tum propter laborem asperantur, & macescunt.

¶Macio as. macrum facio. Cuius compositum est emacio, qđ est valde macio. Colu. libro. v. At certe in ordinarijs vitibus vtiq; obtinendum est ne pluribus flagellis emacientur nisi si futuris propaginibus prospiciemus.

¶Macero as. cū ad corpus refertur significat attenuo cōtero, ab eo quod est macer. Hora. libro car. Quoniā penitus lentis macerer ignibus. Plaut. in cap. Multos iste morb? homines macerat. Cū aūt ad animum significat affligo. Lactan. libro. vij. Nec ad oculos somnus accedet sed aias hominum sollicitudo ac vigilia macerabit. Proprie tñ macerare est mollificare vt fit cum quippiā tam diu ī aqua tenetur donec tenerescat. Teren. in Adel. Salsamenta hęc o Stephanio face vt macerentur pulchre. Col. li. i. Piscinas duas. alterā quę anseribus pecoribusq; seruiat, alterā in qua lupinum, vlmi, vimina, & virgas atq; alia quæ sunt vsibus nostris apta maceremus.

¶Maceresco macer atus fio. Ca. de re. ru. Frumento curculio ne noceat neu mures tangant lutū de amurca facito, palearū paulum addito, finito macerescant.

¶Macro cras. cuius compositum est emacro, quod est valde macer fio. Plinius. lib. xvij. Terram emacrari hoc satu scilicet milij existimantes.

¶Macería & maceries paries siue murus vel congeries lapidū in vnum cōpactorū sine cęmento aut alio genere ferruginis, quo vineę claudi solent. Teren. in Adel. Iube hanc maceriem dirui. Var. tamen aliter. lib. ij. Quis ignorat septa e macerijs ita esse oportere in leporario, vt tectorio tecta sint & sit alta. Cato de re. ruſ. Macerias ex calce cæmentis silice vti dominus omnia ad opus præbeat. Quandoq; macería dicitur mēbrana secundinarum quā alio noīe steram appellant. Hiero. ī Ge. Quare diuisa est ppter te macería? Et maceres dicitur macilēti a. Afra. Si ille hoc nunc sentit facere illi satis vis quanta illius mors sit maceries tibi.

¶Macto as. interficio. Lactantius. libro secundo. Mactantur greges hostiarum. Plaut. in Amphit. At ego certe cruce excruciatum mactabo. Tractum est a sacris, vbi mactari oues dicuntur quæ immolantur. Vergilius. Et nigram mactabis ouem, lucumq; reuises. Dictum est autē macto, quasi magna auctoritas, hoc est augeo. Nam priusq; victimam immolarēt us, aut vinum super eam fundebant. Vnde mactum eē tarum dicebant ture vel vino cumulatam hostiam & magis auctam. Hinc mactare magna augere veteres vsurparunt. Cicero. Ferunt laudibus, mactant honoribus. Per translationem quandoque mactare ponitur pro malo afficere seu male tractare. Plaut. in Aulu. Dotatæ mactant malo & dāno viros. Quandoque pro precipitare. Accius. Aut illorum copias fundam in campo, aut naues vestras mactabo in mare. Quandoq; pro honorare Plaut. Tamen honeste mactatū reducam domum. Quandoque pro verberare. Vnde legimus de martyribus Primo & Feliciano. Extenderunt eos milites & virgis fortiter mactauerunt.

¶Mactus cta. ctum. tam genitiuo q̄ ablatiuo construitur & vocatiuo semper, vt macte virtutis & virtute, id est magis aucte cumulateq;. Est autem dictio quę laudet simul & adhortetur puerum quem probitate crescere videat. Sanguinolentis etiam ex acie redeuntibus dicitur. Mar. Macte animi quem rarus habet morumq; tuorum. Sil. lib. v. Lęli? affatur macte o venerande pudici Ductor macte animi Cice. macte virtute esto. Hierony. macte virtute, macte zelo fidei. Pli. in laudē astrologorum. macti ait ingenio & cęli interpretes rerūq; naturę capaces. Sta. lib. vij. th. macte animo iuuenis, id est perfectæ indolis vt exponit Laertius interpres.

*Machara cyprus antea dicta est. Cc.

¶Machaon Æsculapij filius frater Podalyrij medicus clarissimus.

¶Mache latine pugna.

¶Machęra cū diph. Nā grece μάχαιρα, latine sica, gladi? cultet. qđ nomē impositum est a grecis quia multo sanguine cō maculetur. Iuue. Ames nomē victūq; machęre. Instrumentū est ad scindendū simul & vulnerādum. Apu. li. ix. de Asi. Cōminabitur sese concisurum eū machęra frustatim. Quo sermone eius cōmonefactus hortulanus eripit ei spatham.

¶Machęropios faber gladiorū quo noīe dict? est. Demosthenis pater ex officina gladiorū, quā Athenis egregiam multisq; artificibus seruis instructā habebat.

¶Machærophorus sicarius gladium ferens. Cicero ad Q. fratrem. macherophoris centum sequentibus miros risus nobis edidere.

¶Macteæ dicuntur ptiosa edulia. Sueto. de Cali. multis venenatas macteas misit. Mar. Mactea neu genere protulit. Sed te mactea sola iuuant.

¶Machalaum nomen grecum compositum ex mache quod pugnam significat & ἄλσος cæcum & errantem. Oppidum in Brixiano agro, insubrium clade nobile.

¶Maccabę? cū duplici cc. & dip. nomen barbarum, quo vocati sunt illi viri fortissimi apud sacras lras celebratissimi.

¶Machina pe. cor. græce μηχανὴ molitio inuentio. Vnde mechanicus faber seu opifex eorū opērum quę ingenio simul & manibus fiunt. & mechanica ars fabrilis. Vnde artes diuidūtur in liberales & mechanicas. Asco. machina dicitur vbi nō tā materię ratio q̄ manus atq; ingenij ducitur. machina etiā dicitur instrumentū quo moles aliqua facile quocūq; volueris impelli pōt. Et machinas bellicas vocamus opa fabrilia quibus in bello vtimur. Item ipsa consilia quibus decipere hostē conamur machinæ vocantur.

¶Machinor imaginor, cogito, ad reperiendum & fabricandū tam bonum q̄ malum. Lactantius libro secundo. Nimirum deus vniuersi artifex sic illa disposuit, sic machinatus est, vt per spatia cœli diuina & admirabili ratione decurrerent ad efficiendas succedentium sibi temporum varietates. An Archimedes siculus concauo ęre similitudinem mundi ac figuram potuit machinari, in quo ita solem lunamque composuit, vt inequales motus & cælestibus similes conuersionibus singulis quasi diebus efficerent. Liuius libro. i. Confestim tumo nem machinatur. Salu. Iam tum non consulibus sed plærisq; senatoribus perniciem machinabantur. Dicitur autē machinari ab μηχανάομαι, quod est inuenio. Vñ μηχάνημα inuentum & molimē dicitur.

¶Macra fluuius in Apēnino inter Ligurum montes per Lunam ciuitatem in Tyrrhenum mare influit.

¶Macri campi inter Bononiam & Rauennam, per quos Romam itur.

¶Macros græce latine longus, a quo multa fiūt composita.

¶Macrocola pe. p. a longitudine dicuntur. Sunt em eo noīe maiores & longiores chartę quas modo regias vocamus. Nā & Catullus regiā chartam vocat. Ex eadem origine sunt prototocola quę formularij conficiunt.

¶Macrocosmus lōgus mūdus. Microcosmus paru? mūdus.

¶Macrochir longa manus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Mãcrochera tunica manicata, Lampridi⁹. macrocheras ex purpura ad vſum ſuum reuocauit.

¶ Macroceni montes ab Iſtro flumine non longinqui.

¶ Macrobius nomen viri proprium. latine Longæuus dicit. Nam μακρὸς longus & βίος vita dicitur.

¶ Macrobij etiam populi Aethiopię ſunt vltra meroẽ, vt inquit Solinus quibus dimidio ꝓtenſior eſt vita q̃ noſtra iuſtitiam colunt, amant ę quitatẽ, plurimũ valent robore, & forma pulcherrimi. vltra hos populos deſertę inhumanęq; ſolitudines ſunt. Apud eos lacus eſt quo ꝓfuſa corpora quaſi vncta niteſcunt, adeoq; liquidus vt ne folia quidẽ ſuſtineat.

¶ Macrologia longus ſermo.

¶ Macrologeo multa loquor.

¶ Macrocatalectos dictio in longum deſinens.

¶ Macrothymia longanimitas.

¶ Macrothymos longanimis.

¶ Macrochronius diuturnus.

¶ Macula turpido ac ſordes. Plinius. Fullones eas maculas e veſtibus tollunt. Quandoq; ponitur pro nota ſeu ſigno vñ genitiuæ notæ in corpore maculę dicunt Plautus in cap. Viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis. Quãdoq; pro infamia. Ci. Cuius vt adoleſcẽtiæ maculas ignominiaſq; pręteream. Quandoq; pro rętis foramine ſeu plaga, quã vernaculo ſermone dicimus lamagia. Idem in Ver. act. ſeptima. Ræticulum ad nares ſibi admouebat tenuiſſimo lino minutis maculis plenũ roſę. Varro libro tertio pro ræti poſuit. Septum totum grandibus maculis integitur ne eo inuolare aquila poſſit, neue ex ea euolare aues. Quandoq; maculæ dicuntur ſigna in marmore. Seneca epiſtola. cxvi. Delectãt nos ingenitũ maculę colũnarum.

¶ Maculoſus ſordidus, immundus. Plau. Sordida ac maculoſa facie. Idẽ dicitur varius ac notis plenus. Verg. Succincta pharetra ac maculoſæ tegmine lyncis.

¶ Maculo as. fœdo turpo. Lactan. lib. v. Innocentium cruore maculantur. Hinc cõmaculo as. & immaculatus, qui eſt ſine macula.

¶ Macticus penul. cor. qui habet magnas malas & os patens quaſi malucticus.

✳ Mados vitis albę genus quã græci ampeloleucẽ vocãt. huius ſarmenta lõgis & exilibus internodijs geniculata ſcãdũt, folia habet pãpinoſa ad ſimilitudinẽ hederę. Cc.

ð Mactra, arca panaria q̃ & cardopos a græcis dicitur.

ð Macidatus, liquoris infuſione madens. Apul. li. viij. Ille ſpõgijs macidatis tumores comprimere.

¶ Madeo des. madidus ſum. Pli. lib. viij. Tergoris galeęq; impenetrabilis ꝑterq̃ ſi humore madeat.

¶ Madeſco is. habet ſignificationem paſſiuam in natam calore intrinſecus ſumpto, vt proprie madeſcere ſit cum quis febri vel labore ſeu potione præpotentis vim æſtuat aut aliter ſudorem emittit, licet etiam extrinſecus dici poſſit. Clau. libro iij. Largis tunc imbribus ora madeſcunt. Colu. lib. vij. Stabulentur ſic eo loco ne humore madeſcant, vngulę. Hinc componitur permadeſco, quod eſt valde madidus fio. idem lib. ij. Id in tempus cõuenit interperitos rei ruſ. non eſſe arandum niſi ſi magnis vt fit nonnunq̃ ſubitaneis imbribus quaſi hybernis pluuijs terra permaduerit.

¶ Madefacios is, balneo. Lactan. lib. vi. Si focos ornati ac veteris vini perfuſione madefecerint.

¶ Madefio habet ſignificationẽ paſſiuam extrinſecus, vt cum quis aq̃ alio ve liquore balneatur. Suet. Cũ decidiſſet in mare per ducentos paſſus euaſit ad proximã nauẽ elata læua ne libelli quos tenebat madefierent.

¶ Madidus a, um, q̃d eſt aliquo liquore reſperſum. Hinc ſemimadidus. Colu. libro. ij. Sed quandocumq; arabitur obſeruabimus ne lutoſus ager tractetur, neue exiguis nimbis ſemimadidus.

¶ Madido as. madidum ſeu balneatum facio. Columel. li. ij. Ille nouo madidantes nectare pennas Concutit & glebas foecundo rore maritat

¶ Madefico idẽ q̃d madefacio. Pli. lib. xxviij. Et ſi contra epiphoras feruentes oculorũ anguli ſubinde madificentur, efficacius ſi cibo vinoq; ſi pridie ea abſtinuerit.

¶ Mador infuſio ipſa. Sal. libro. iij. hiſt. Quaſi parin oppido feſtinatio & ingens terror erat ne ex latere noua munimẽta mador infirmarentur. Nã oĩa oppida ſtagnabant redundãtib⁹ cloacis aduerſo æſtu maris.

✳ Madon fructus eſt ſecundũ Bœotios heracleonis herbæ ſiue nymphææ, cuius radix ſole deſiccata genituram ꝓ quietẽ ex euntẽ & alui fluxum reprimit. Cc.

¶ Madaura ciuitas in collimitio ſita Getulię & Numidię. A qua Apuleius madaurenſis eſt appellatus. Ad hanc vrbẽ ſcribit Aug li. cõ. ſe cõtuliſſe cũ adoleſcens eſſet diſcendarũ ingenuarũ literarũ gratia florente ibi Gymnaſio.

¶ Madulſa ebrius, quia madidus ſatis vino ſit.

¶ Madian vrbs quædam ab vno filiorũ Habraam ex Cethura ſic vocata, quę teſte. Hiero. eſt trans Arabiã ad meridiem in deſerto ſaracenorũ contra orientẽ maris rubri. Vnde vocantur madianei & madianea regio. Legimus & filias Ioab ſoceri moyſi filias madian. ſed hæc alia ciuitas homonyma eiꝰ iuxta Armonem & Ariopolin, cuius ruinæ nunc tantũmodo demonſtrantur.

ð Mædia ciuitas thraciæ ſcribitur cum æ, diph. a qua medi populi vt differant a medis populis aſię. Hinc præfectura medica thraciæ vicina pæoniæ.

¶ Meander cum dipht. qui & mæandrus, fluuius Phrigiæ ſiue mæoniæ ita ſinuoſus flexibus vt ſæpe credatur ad fontẽ reuerti, Per Phrigiam currit Lydiamque diſterminat a Caria Vnde Ouidius libro vndecimo meta. eum Phrygium appellat. Nõ ſecus ac liquidis Phrygius mæander ĩ vndis. Strabo. ſcribit quoniam multum accipiat limi, & vario impetu nũquam eodem, modo ad hanc, modo ad aliam adijciat ripam. Vnde obliquitates omnes mæandros veteres appellarunt. Cicero. in Piſo. Scio quos tu mæandros quęſiuiſti. Eſt etiam picturæ genus quod Feſtus neutrum genus mæandrum declinat a ſimilitudine amnis mæandri. Vergil. Quam plurima circum purpura mæandro duplici meliboea cucurrit. Hoc etiam nomine dictus eſt mons indię.

¶ Mænas cum diphthongo genus piſcis. Vide in dictione Mæna.

ð Mæuoles dictus eſt Dionyſius, quod latine totum furentẽ ſignificat, cui bacchæ orgia celebrant. Et crudas carnes comedentes ſacro furore initiantur, Euan, Euan, conclamãtes, quę vox aſpirata, ſecundum exquiſitã hebręorũ linguã fœminei ſexus ſerpentem ſignificat.

ð Memacterion, menſis, qui a latinis dicitur ſeptember.

ð Meę genus Cancrorum maximum.

¶ Mænas nadis furioſa ſiue inſana dicitur ab μαίνομαι quod eſt furere. Fuerunt autem mænades mulieres, quæ Liberum patrẽ ſemper ſecutæ Bacchi ſacra celebrabãt paſſis capillis furentiũ more huc atq; illuc curſitãtes. Iuue. Crinẽq; rotãt vlulante priapo mænades.

¶ Mænala. pe. cor. intellectu ſingulare, voce autem plurale inquit Priſcia. At Diome. docet in ſingulari eſſe gene. maſcu. in plurali neu. mons Archadiæ celſus. Verg. Piniferillũ etiã ſola ſub rupe iacentẽ mænalus. Luc. li. iij. Sicanias alpheus aquas tunc mænala liquit. Eſt & nomẽ vrbis, mænalius a, um, quod eſt ex mænalo. Vnde bacchus dictus eſt mænalius ἀπὸ τοῦ μαίνομαι quod eſt furere inſanire, ſiue a mænalo Lycaonis filio Et Aper mænalius quem Hercules Euriſteo detulit. Stephanus Byzantius. μαίναλος πόλις ἀρκαδίας ἀπὸ μαινάλου τοῦ λυκάονος. καὶ ὄρος ἐσί καὶ ἐν τῇ γαλατίᾳ κτίσμα. ✳. i. mænalus ciuitas Archadiæ a mænalo Lycaonis filio, & mõs eſt in Galatia ædificium.

¶ Męotis pe. pro. græce ματῶτις palus Scytica in regione ſeptentrionali iuxta Phaſidis oſtium frigore congelaſcens. Oui. lib. iij. de triſ. Longior antiquis vna męotis hyems. Hic piſces męotides ſeu męotici dicti qui in męoti capiuntur.

¶ Mæonia Lydia eſt regio minoris Aſiæ. Vnde męones

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

populi,hæc vocatur regio exusta. Nam sicut scribit Strabo, Cinerulēta est superficie, & tota arboribus caret, preter vitem. Dionysius scribit hanc regionem esse sub altissima Timoli montis rupe sitā ex qua Pactolus amnis effluit. Hinc mœonia, um Vnde Homerus dictus est mœonius. Mar Perlege mæonio cantatas carmine ranas. Dictus & mæonides a patre qui mæon appellabatur.

¶ Mæror inquit Cice.lib.iiij.tus.est ægritudo flebilis.

¶ Mæreo es.mæstus. Vide in dictione mereo es. Caper.Mæstus animo sed tristis vultu.

¶ Mæstitia & mestitudo idem quod mæror. Quintilianus. Dolore atq; animi mæstitia languens.Plautus.Cur tāta mœstitudo obtigit?

¶ Mæsto as & mæstifico.mæstum facio. Ambro libr. ij.offi. Cur non ego etiam dicam in quibus eum mæstificare possū? Ab μοῖρα.ideo per œ.

¶ Mæro as.mærentem & tristem facio.Nam mæraret, id est mærentem faceret.vetus verbum.

¶ Magar Pœnorum lingua villā significat. Vnde & magalia villæ dicuntur, q̄uis magaria secundum Seruium dici debeat,cuius prima producitur. Verg.Miratur molē Aeneas magalia quondam.

¶ Magidę mensæ seu coquinarij instrumenti genus habet, & panis seu offæ genus quod magida quoq; appellant.

¶ Magia fons Sicilię in agro Syracusano,quo etiam nomine incantatio dici latine potest.

* Magicus qui magicam vel exercet vel callet,& magicas artes & magicas hærbas dicunt quibus magorum vanitas gloriatur.Cc.

¶ Maginor aris.quasi tarde cognor nugor inquit Festus.

¶ Magirus pe.pro.latine coquus dicitur. Vnde Archimagirus princeps coquorum.

¶ Magis aduerbium significat plus deducitq; a magnus & p̄ter naturam aliorū habet neutrū,nā cōparatiua neutra vim aduerbij habent,vt validius,sanctius.maius vero,non, loco cuius dicimus magis a quo fit cōpositū demagis q̄d significat valde magis,& p̄ nimis a veteribus ponebatur.

¶ Magistri a magis,& p̄prie artiū p̄ceptores sunt q̄uis etiam ad oēs transferri possint quibus p̄cipua cura rerū incūbit. Dicti magistri q̄ magis cæteris possint,vel q̄ magis q̄ cęteri diligentiā rerū quib⁹ p̄sūt habere dñt.Hinc magistri pagorū,societatū, vicorū,collegiorū dicuntur,q pagis societatib⁹ vicis collegijs præsunt.Magister equitū dicitur cui sūma potestas erat in equites,addebaturq; semp dictatori cui summa potestas in populū,a quo & magister populi dicebat. Pōnit q̄nq; etiā magister p̄ cuiuscunq; de. Teren. Me filiis relinquunt,quasi magistrū.Et magister pecoris custos vocatur,Huius diminutiuum est magistellus.i.paruus magister.

¶ Magisterij magistri dignitas seu officium. Nā magisteria sic a magistro videtur deduci,quo modo a ministro ministeria.Suet.o.de augu. Auus municipalibus magisterijs contentꝰ abundante patrimonio tranquillissime senuit,i.officijs municipijsui.

¶ Magistro as,moderor,guberno.

¶ Magistratus us,p̄ deriuationē a magistris cognominatur qui p̄ iperia potētiores sunt q̄ priuati.Et modo significat eos qui in potestate aliqua sunt cōstituti vt sunt consules, p̄consules, p̄tores, p̄prętores,& alij qui ciuitates & prouincias regunt.modo ipsam potestatē seu officiū.Ci.Nam ifiū in vrbe magistratū gerebat.Et magistratuū alij maiores,vt consules censores prætores. Alij p̄ter hos dicebantur minores.

¶ Magmata penul.cor. pastilli vt massæ factę ex vnguentorum fecibus odoris grati ἀπὸ τοῦ ματτειν quod est terere & misceri,vt inquit Pli.

¶ Magmentum veteres dixerunt quasi maius augmentum & auxilium,quoniā augebant numerū hi qui accedebāt alienigenæ vt adiumento essent.

¶ Magus dictio Persica,qua apud eos significatur sapiens. Dicit.Persæ magos vocant vt græci philosophos,latini sapiētes,Galli druydas,Aegyptij prophetas siue sacerdotes.Indi gymnosophistas,& Assyrij Chaldęos a Chaldæa Asiæ regione. Apud nos vero magus incantator ex officio vocari potest.Nam cum magia apud Persas potissimum deorū cultui vacare solerent,in tantum postea aucta est eorū vanitas vt non solum obseruatione syderum futura predicere, sed artibus quibusdam & maleficiis,& scire se omnia,& facere posse profiterentur.Hinc magicus ca,cum quod ad magum pertinet,vt ars magica.Suidas μαγεία καὶ ἀσχολογία ἀπὸ μαγουσαίων ἤρξατο.οἱ γάρτοι πέρσαι μαγῶ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὠνόμαζονται καὶ μαγουσαῖοι οἱ αὐτοί. *.i.magia & astrologia a magusæis incepit.Persæ enim magi a loco nominātur & ipsi magusæi.

¶ Magnus grandis cuius cōparatiuū est maior, superlatiuū maximus. A quo multa cōponuntur.

ō Magno,absolute, p̄ magno p̄cio. Apule.Me denicq; pauperculus quidā hortulanus cōparat.l.nūmis, sed magno aiebat. Var.li.iij.de re ru. Piscinę ædificantur magno.

¶ Magna græcia dicta est ea pars Italiæ q̄ a Tarento vsq; ad Cumas est,vel vt Pli.li.iij.refert a Locris Italiæ fronte ad Tarentū vsq; protendit,sic dicta q̄ multę magna q̄ ciuitates in ea fuerint a græcis cōditæ.Auctor Iusti.li.xx. Ver. Effugecū cta malis habitantur mœnia Graijs In ea habitauerunt Arcitas,Pythagoras.Parmenides & zeno. Pythagorici philosophi,& Ennius poeta. A quibusdam tota Italia dicta est maior Gręcia,Ouid.in Fast. Itala nam tellus Gręcia maior erat.

¶ Magnū socerū & magnā socrū appellabat vir vxoris suæ auū,auiāq;,maior socer & maior socrus vxoris proauus proauiaq; appellatur.& sic per singulos gradus.

¶ Magnalia sūt ingētia facta & admiratione digna. Hie.in lib. Exo.State & videte magnalia dñi quę facturus est hodie.

ō Magnarius,apud Apul.pro magno negociatore ponitur ex negociorum magnitudine tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis.

¶ Magnificus qui magna facit.Scribit Arist.lib.iiij.Ethic.magnificum dici,illū qui in magnis pro dignitate sumptū facit, qui circa publicā magnificentiā impēsas facit honorificas, veluti in ludis,in rebus diis sacrificatis,in ædificijs,in epulo publico,non qui in seipsum sumptuosus est.Est & magnificens a quo magnificentia,quæ est vt Cice. inquit rerum magnarū & excelsarū cū animi ampla quadam& splendida propositione cogitatio atq; administratio.

¶ Magnifico as extollo.Pli.Magnificat & vituli qui nondū hærbam gustauerit fimum.

ō Magnanimitas, vt ait Speusippus,est moderatus cōtingētium vsus vrbana cum hominibus conuersatio. magnificentia animi cum ratione.

¶ Magnas magnatis.& magnatus ati.qui in populo magnꝰ habetur.

¶ Magnata vrbs hybernię a qua magnatę populi vocati sūt.

¶ Magnes etis.gnis ma.gnis lapidis ad se ferū attrahētis. Dictus magnes ab inuentore,in Ida primū reptus, de quo Pli. lib.xxxvi.Orpheus.αὐτὰρ ἐγὼ σιδηρίτιδα λέγειν κέλομαι σέλας ἡμέναι ἐξ ἔβενου ἀγνὴν ἀξόσ᾽ ἀπὸ κλωτοῖο λέχος καὶ δῶμα φυλάσσοι. *.i. Sed ego a tua vxore iubeo te scire si ob sui integritatē viri ab alieno lectum & domum seruauerit.

¶ Magnesia macedoniæ regio Thessaliæ annexa. Abest ad Ephesō,sicut Plinii libro.v.scribit.xv.mil.pas.A qua magnetes qui & magnesij populi vocati sunt,Luc.libro.vi. Et magnetis equis minyæ gens cognita remis. Est & magnesia vrbs in Asia,apud quam Scipio Asiaticus Antiochum regem Magna clade affecit.

¶ Magog nomē viri filii Iapher proprij,a quo vt Iosephus ait li.magogę dicti sunt qui a grecis Scythę dicuntur.

ō Magia,cum accentu in pe.Nam apud græcos μαγεία scribitur.Et est, vt Plato. Interpretat deorum cultura. Ait.n. in Alcibiade μαγεία ἐστὶν θεῶν θεραπεία. Est autē duplex magia vna platonica & philosophica, hoc est naturalis philosophię absoluta cōsūmatio a qua magus dict⁹ est qui eā colit

Nam per se magum dicunt quem latini sacerdotem appellant. Altera dæmonum potentia constat, quam nomine detestabili γοητείαν goetian vel Theurgian vocant a legibus prohibita est. quam Plinius artem instabilem irritam & inanem appellat, Ecclesia. magicas prestigias vocant, quia rerum veritatem mentiantur hominum mentes fallacia perstringentes. Huius magię sunt plures species hydromantia quæ fit ex aqua. Axinomantia, quæ ex securibus & alijs dolabris. Lecanomātia quæ fit ex peluib⁹ quas græci λεκανας lecanas vocant. Et apud Persas erant magi. Leconomantici dicti, vt libro decimoseptimo docet Strabo. quasi ex peluibus diuinantes. Nam vaticinantes peluim accipiebant aqua plenam dæmonibus congruentem in profunda repentibus. Vbi autem dæmon illapsus est, aqua edit sonum quendam fatidicum. Catapręomantia quæ fit per specula. De qua Sparti. in Iuliano intellexit cum ait. Carmina profana incantauerunt. Et ea quæ ad speculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantando ventura respicere dicuntur. Pyromantia, quæ fit per ignem. Hanc Amphiaraus primus inuenit Geomantiā quæ fit per terram. Chiromantia quę fit per mensuras manuum. Necromantia siue Necyomantia quę fit per euocationes vmbrarum & per inferorum colloquia, aqua Necromantici quorum incantamentis mortui resuscitari, diuinare ad interrogata respondere videntur. Nec fit talis diuinatio sine sanguine. Quidam necyomantiam scyomantiamque distinguunt ꝙ in necyomantia ad erigendum cadauer fit sanguis necessarius. In scyomantia sola sufficiat vmbrę euocatio. Capnomantia quæ fit ex fumo aræ, ex cuius motu futura cognoscebant a qua Capnomantæ dicuntur. Ex hoc magiæ fonte deriuatilium apud romanos ethrusci haruspices. Apud Indos brachmanes & gymnosophistæ. Apud gallos Dryudæ & bardi. Apud siculos Galeantæ, apud cunctas nationes planetarij, qui mathematici sunt & vulgo astrologi dicuntur.

¶ Magudaris vt Prisc. libro. vij. inquit, frugis id est caulis genus qui nascitur ex ea parte cuius radix stirpis auellit. hāc caulē laserpitij quidā existimant. Plau. in Ru. Seu tibi confidis fore multā maguderim. Laserpitiū autē hęrbā esse nonnulli arbitrantur, vt plini. lib. xix. testatur. Legit & magydaris. Col. lib. vij. Facit & radix quā græci vocant μαγουδαριν vulgus autē nostra consuetudine laserpitiū appellat.

* Maia Atlantis filia fuit ex qua Iuppiter Mercuriū suscepit. significat & obstetricem vt author est Suidas in Socratis vita Est & dea Fauni filia cui in mellario vase non mel, sed vinū sacrificabant. Cc.

¶ Maiestas a magnitudine dicta est. Est enī decus āplitudo & dignitas vel populi vel senatus vel principis ipeatorisve, aut etiā priuati magni viri. Vnde maiestatis crimen iurisconsulti diffiniunt quod aduersus populū Roma. vel aduersus securitatē eius cōmittitur. Et rei maiestatis dicuntur qui eiusmodi crimen cōmittunt. Maiestas quoq; dea creditaest honoris & reuerentiæ filia de qua Ouid. Donec honor placidoque decens reuerentia vultu Corpora legitimis iposuere toris. Hinc sacra maiestas quę mūdū tēperat omnē. Quaq; die partu est edita magna fuit. Nec mora consedit medio sublimis olympo Aurea purpureo cōspicienda sinu.

¶ Maiales porci castrati. Var. Verres cōmodissime anniculi vtiq; nec minores q̄ semestres. Quo facto nomē mutant, atq; e verribus dicuntur maiales.

¶ Maiores intelligi possūt quicūq; aui abaui proaui attaui tritaui & añ hos in infinitū, sicut minores q̄ etiā post trinepotes futuri sūt. Cice. Ego meis maioribus virtute pluxi, vt si prius noti nō fuerint a me incipiant habere initiū memoriæ suæ Vergi. Hunc lętū tyrijsq; diē troiaque profectis. Esse velis nostrosq; huius meminisse minores, non solū minores hi dicimur sed etiā posteriores & posteri nepotes, sicut ij qui ante nos fuerunt maiores & superiores & patres & aui appellantur. Et tam maiores quā minores hac significatione tantū pluraliter declinantur. Maiores magistratus sunt consules penes quos fasces sunt, vel qui priores facti sunt maior prętor dicitur Varro. minores cęteri maiores flamines dicebantur patricij generis minores plebei, maior auunculus, aui & auiæ auūculus. Sic maior patruus. maior amita.

¶ Maius mensis a maioribꝰ dictus est, quia vt inquit Macro. Maioribus cōsecratus erat quorū cōsilio resp gerebatur, sicut Iunius a iunioribus qui rem armis gerebant. Postquā enī Romulus populū Romanū in maiores minoresq; diuisit, vt altera pars consilio altera armis rēp. tueret in honorē vtriusq; partis hunc maiū, sequētē Iuniū vocauit. Ouidius. Hinc sua maiores tribuere vocabula maio. Iunius a iuuenū noīe dictus adest. Sūt & q maiū a maiestate dea denoīatū velint, ꝙ flamen vulcanalis Kalēdis maijs huic deæ rē diuinā facit. Alij a maia mercurij matre. Propterea hoc mense mercatores oēs maiæ pariter & mercurio sacrificare soliti erant. mag.

¶ Malus fœ. genere arbor cuius fructus est malū id est pomū tractū nomen a gręcis q malū μῆλον dicunt. Vñ melimela & habēt pe. pro. Hinc malinus a, um. q̄d est materiatū ex malo. Col. lib. vij. Est etiā nō ingrati saporis muria p̄duratus, atq; ita malinis. vel culmi fumo coloratus. mals

¶ Malus maſ. ge. arbor nauis, quia instar mali sit in sūmitate, vel quia cingitur quasi quibusdā malis quorū volubilitate facilius leuātur vela. & similiter primā ꝓducit. Luc. lib. ij. Antē nas prorā malos tonsasq; natantes.

¶ Malus a, um, pri. cor. dicitur quod opponitur bono. Est enī generale nomen turpia simul & detrimentosa complectens. Vnde dicimus malū culpæ quod male agendo cōmittitur, quale est homicidiū furtū & huiusmodi. Malum pœnæ quod deus ob mala cōmissa īmittit, vt est illud propheticū. Ego dominus creans malū. Dicimus etiā malū militē qui est imbellis malū īperatorē qui est īprudens, malū grāmaticū qui est rudis, malū iudicē qui est iniquus, malā faciem quæ est deformis. Præterea malū sumitur pro labore afflictione & angustia. Verg. Assuetū q̄ malo Ligurē. Et in psalmis, Lętati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Vbi Hieron. Quanto magis in hoc sæculo pauperta te, inimicorū persecutionibus, vel morborū cruciatibus fuerimus afflicti, tanto post resurrectionē in futuro maiora præmia consequemur. Item sumitur pro malignitate. Seneca. Imbecillum īsontēq; dānare summum est malum. Item pro interiectione, perinde ac si diceremus proh nefas. Qui loquendi mos per interrogationē & honestus & vsitatꝰ est. Gel. Quæ malum ratio ista est? Plinius libro vij. Quæ malum ista demētia est iterari vitam morte? Teren. in Adel. Quod hoc malum infœlicitatis? In eundem sensum. Cic. in atticum dixit. Qui malē? Aliquando capitur malum pro paruo, sicut bonū pro magno.

¶ Male aduerbiū modo ponit̄ pro valdē, sed semper in malā partē. Ci. Addebat etiā id q̄d ad rē pertinere credebat scriptores illos male multatos. i. magna pœna affectos modo ꝓ parū. Verg. Heu male tū mites defendit pāpinus vuas mō ꝓ in cōmode, sicut bñ ꝓ cōmode, vt male habito, bū habito. In cōpositione habet vim negationis, vt male sanus malefortis. Oui. li. ij. fas. Nōdū tradiderat victas victoribus artes. Gręcia facundū sed male forte genus.

¶ Male audio significat alicuiꝰ maledicta su sineo seu infamor vituperor culpor. sicut bene audio, laudor, vt si qs deme male dixerit, tunc recte dixero male de me audio. Ci. li. ij. In quo ego causā nō libēter relinquo male audiā, sed quia ego causā nō libēter relinquo. Idē ad Atti Hanc nōnulli amici Apij ridicule interpretantur, qui me idcireo putent me audire velle vt ille male audiat.

¶ Male cogito de te. i. male affectus sū erga te, & malā habeo de te opinionē. Oui. Nō tū ęneā q̄uis male cogitet odi Cęli⁹. Et ipse facile animaduerterē male cū deme cogitare huic contrarium est bene cogito.

¶ Maledico tibi & maledico te. A q̄ maledicus maledicentior & maledicentissimus q maledicit quātū potest & scit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Malefacio tibi. Inde maleficus ca, cum. pro pernicioso. Sic maleficæ mulieres incantatrices dicuntur & veneficæ hęrbę, malefici serpentes pro venenosis.

¶ Maleficentia & maleficium damnum iniuria facinus. Cæsar. Finitimis imperauit vt ab iniuria & maleficio se suosque prohiberent.

¶ Male iudico, male censeo, male opinor, declaratur error meus.

¶ Male mereor de te, male tracto te. Cuius contrarium est bene mereor.

¶ Male opto tibi, male precor, intelligitur vitiũ eius de quo agit male volo tibi, odi te. Hinc maliuolus & maliuolentia, quę est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo.

¶ Male vertere est in perniciem vertere.

¶ Malitia, peruersitas quæ virtuti seu bonitati contraria est. Senec. In hoc summa bonitas, in illo extrema malitia. Frequẽter autem sumitur pro versutia. Cicero. Virtuti contraria est vitiositas, sic enĩ malo q̃ malitiã appellare quã græci κακίαν appellant. nam malitia certi cuiusdam vitij nomen est, vitiositas omniũ. Apud veteres etiã in bonã accipiebatur. Plaut. Te ciuem summa omni malitia. Est & alia malitia ex natura prouenięns. Plinius. Quod modo cęli modo terræ malitia facit, Var. Id sæpe accidit malitia soli. Interdum malitia dicitur labor afflictio & angustia sæculi, vt est in Euangelio. Sufficit diei malitia sua.

¶ Malignus a malus fit & is est qui difficultatẽ sui ostendit. hoc est qui asper difficilis inuidus auarus est. Plinius. Nõ malignus & inuidꝰ, hinc maligna via quæ angusta & ardua est. Vergli. Aditusq; maligni, maligna lux quæ subobscura est Idem. Quale sub incerta lunã sub luce maligna. malignus ager, agricolis illiberalis ac minime ferax. Idem. Difficiles primum terræ collesq; maligni. Et malignus consuetudine dicitur maliuolus & malus, a quo malignitas.

¶ Maligno as. & malignor depones. Hierony. in Psal. Super populum tuũ malignauerunt consilium. Et iterum. Qui malignantur exterminabuntur.

¶ Mala æ. faciei pars quæ & gena, dicta q̃ rotundã speciem mali prę se ferat. Nam est quę pręeminet inter nasum oculos & buccam. Plini. Infra oculos malæ homini tãtum quas prisci genas vocabant. Ibi ostẽditur pudor. Et primã, pducit Verg. tamẽ lib. iij. Georg. equino generi malas tribuit cũ ait Quo tempore glauci Porthmiadæ malis mẽbra absumpsere quadrigę. Et mala latine dicitur ouis. Vnde & malonomos id est pastor ouium.

¶ Malicoriũ, putamen mali granati. Plini. li. xxiiij. Huius aridis foliis vt malicorio coria perficiũtur.

¶ Malobatra vnguẽta quæ ex Assyria afferebantur. Vnde Horat inquit. Tinctos malobatro assyrio capillos. Hinc Malobatratus, hoc est malobatro capillos delibutus, vt est apud Sido. Apollinarem ad Leonem.

* Malache maluæ genus ab emolliendo ventre dicta. μαλακόσ enim mollis dicitur. maiorem vero maluam græci vocant Malopen. Cc.

* Malachites gemma spissius virens a colore maluæ q̃ græce μαλάχη dicitur. Cc.

¶ Malachus latine mollis ἕλλνισι μαλακόσ.

¶ Malacia æ. mollicia cum maris fluctꝰ omnino quiescunt & languent, nec vlla aura cõmouentur, quod vulgus virandi mali omnis gratia bonacią vocat. Lucre. pellaciam a pellicię do appellat. Subdola cum ridet placidi pellacia ponti. Similiter malacia est in grauidis ille languor & mollicies dissoluti & cũcta fastidientis Stomachi. Plini. libro xxiij. Malicorium expetitur in grauidarum malacia, & qm̃ gustatu moueat infantem. Id græci κιασᾶμ appellant κιττᾶμ, quod est vt Theodorus Gaza vertit picare, a pica dictum quoniam eiusmodi aues varia solent appetere cum sunt prægnantes.

¶ Malacisso as. mollio subigo. Plaut, Ah nimiũ ferus es, malacissandus es.

¶ Malasso as. a qua commalasso quod est exerceo maturefacio. Var. In dolore adiaphorõ esse quod est philosophia cum malassaret eã partẽ quę cõcuti cupiditatibus solet.

* Malachæ penul corre. hęrba quæ a latinis dicitur malua, q̃ habeat folia mollia, quæ greci malcha dicũt. Nã Dioscoꝛ quũ vult folia mollia alicuius hęrbæ dicere appellat malcha, vel malchæ, dicitur quoniam est mollificatiua, græci μαλαχεῖν enim molle vocant.

¶ Malagma atis. fomentũ cũ res dura per alterius admistionem mollescit sicut emplastrum. Nam malagmata cõtusa & super cutẽ iniecta abunde mollificant a. μαλάττω mollio. his molliuntur apostemata & matura fiunt. Col. li. vi. Cuminũ cõteritur. eiq; adiicitur exiguũ picis liquidæ & axungiæ vt lẽtorem malagmatis habeat. Amb. lib. i. offi. Alliga sensum tuum, non sit remissus ac defluus, ne dicatur de te. nõ est malagma apponere neq; oleĩ neq; alligaturã. Differunt autẽ em plastra a malagmatis & pastillis. Emplastra imponuntur vulneribus, malagmata ad integram cutẽ iniiciuntur. Pastilli autẽ illinuntur aut alicui molliori curationi miscentur.

* Malachram siue maldaton arborem vocant magnitudine oleę, folio roboris fructu caprifici, huius fructum Bolelliũ q̃d est gummi genus dicunt. Cc.

¶ Malua, hærba quã græci μαλάχην vocant ab emoliendo ventre. Marti. Vtere lactucis & mollibus vtere maluis. duo eius genera posuit. Pli. quæ foliorũ amplitudine discernuntur in satiuis maiorem greci malopẽ, alteram ab emoliendo aluo malachen dixere, sylvestrem, cuius foliũ grandiusculũ est & albæ radices Althæã & ab excellentia effectus Aristalthæam ἀριστον græci optimũ dicũt καὶ ἀλθαίαν malua. Dicitur etiam malua maluaciũ, a malua fit maluaceus a, um.

¶ Malaca ciuitas in Hispania Mar. Siga oppidũ e regione malacam vrbem Hispaniæ contemplatur.

¶ Malea pe. indifferente promontorium Laconiæ quod per quinquaginta milia passuum in mare protenditur vbi periculosa est nauigatio propter aduersos vẽtorum flatus. Hinc est illud prouerbium. Cum ad maleam deflexeris domesticos obliuiscere. Verg. lib. v. Ioniocq; mari, maleæq; sequaces vndis Proper. Præbeat hospitio sæua malea suo. Dicta malea a maleo Argiuorum rege qui in ea templum pulchrũ construxit, quod maleoticũ appellauit. A malea fit maleacus a, um. vt sinus maleacus.

¶ Malimnꝰ Siciliæ mõs est malis hoc est pomis refertus.

* Maleuentum erat Campaniæ vrbs quam nunc boni omnis causa Beneuẽtum dicimus. Cc.

¶ Malicea vrbs Thessaliæ, a qua populi malices & mare vicinum maliacũ dicitur.

¶ Maltha calx cum arena & aqua, vel pix cum cæra mista & huiusmodi. ἕλλνισι μάλθη λέγεται καὶ μαλθακίζω τό μαλακὸν ποιέω. *. i. græce μαλθη. id est malta dicitur & maltacizo mollefacio.

¶ Malleus fabrile instrumentum q̃ res duras molliat quasi molleus. Ea enim quæ dura molliuntur ad ignem vt malleis flagellentur.

¶ Malleolus diminutiuũ a malleus. i. paruus malleus. Et malleolus, reste Col. li. iiij. dicitur nouus palmes vitis innatus prioris anni flagello sic dictus ab ipsius mallei similitudine, vel q̃ in ea parte q̃ deciditur ex vetere sarmento ꝓminens vtrinq; malleoli speciẽ prębet & plantationi aptus est. Vel vt ait Pli. solebat capitulatus vtrinq; & furculatus seri. Et malleoli sunt sarmenta illa q̃ in aggeribus ponũtur. Sed & manipuli parte pice cõrecti q̃ incensi aut in muros aut in testitudines ad incendiũ iaciunt malleoli vocantur.

¶ Malleolaris & hoc malleolare a malleolus fit. Col. li. iij. Virgã malleolarẽ nõ amplioꝰ q̃ sex gẽmarũ esse cõuenit.

¶ Malleo as. quasi malleo operor. Vnde malleator. Aug. lib. xv. de ci. dei. Tubalcain erat ærarius & malleator ęramẽti & ferri. malleatus a, um. quod malleo factum est. Vnde malleati libri dicuntur. vulgo stãpati. Vlpi. xxxij. ff. inquit. Sed perscripti scripti nondũ malleati vel ornati vel quia paginę malleãtur repaginandę.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Malluuiũ vas in quo lanantur manus, & fœmineo genere malluuiæ, ſicut pelluuium & pelluuiæ, quo lauantur pedes. Nonius etiam Trulleum appellat, cuius vrceolus aquæ manalis vocatur ꝙ eo aqua manans in trulleum effundat. At Ser. Lebetem vaſculum interpretatus eſt in quod aqua cadit cum manus lauantur, ab alijs polubrum etiam nominatur.

¶Mambre mons iuxta Hebron.

¶Mamers lingua oſcorum dictus eſt mars detractione ſyllabæ, qui & mauors etiam appellatur, mamertus prænomen oſcum ab eo ꝙ hi martem mamertem appellant. Apud Li. mamertus Æmylius dictator ex gente mamerta. Quidã dicunt Æmyliam gentem a mamerto appellatam cui propter humanitatem ciuicam cognomen fuerit Æmylio. Græci eã Æmyliam vocant ſermonis lepiditatem atq; facundiam.

¶Mamertini, populi Campani. Hi cum meſſanam Colonos miſiſſent, ipſi quoq; mamertini potius q̃ meſſanẽſes ſunt vocati. Et cum ager eorum vini feraciſſimus ſit, mamertinum vinum non meſſanenſe appellatum eſt Mar. Amphora neſtorea tibi mamertina ſenecta. Si detur quod vis nomen habere poteſt. Dicti mamertini a ciuitate mamertia quę a lacedæmonijs ſubuerſa fuit, ꝙ meſſenij quinquaginta virgines Lacedæmones violare tentaſſent, & non cõſentientibus eas occidiſſent. Auctor Hiero. contra Ioui.

¶Mamma papilla quæ & vber dicitur. Iuue. Et nuda teneat venabula mamma, mãma quoq; græca dictio eſt, qua ſignificatur nutrix, ſeu vt quidam aiũt auia. i. patris ſeu matris mater, ſicut tata pater. Marti. Mãmas atq; tatas habet.

¶Mamilla diminutiuum licet per ſimplex m ſcribatur. Iuue. Illa loqui recta facie ſtrictiſq; mamillis.

¶Mãmula, ſimiliter diminutiuũ a mãma.

¶Mãmoſus a, um, quod habet magnas mãmas. Mar. Mãmoſas metuo, tenerę me trade puellæ.

¶Mãmeatus a, ũ, idem quod mãmoſus. Plaut. Cuius amicã mãmeatam vidimus.

¶Mãmare eſt mãmas ad ſugendum prębere. Aug. in pſal. interpretatione. Ve prægnantibus & mãmãtibus illis diebus. Hinc mammatus a, um. Vnde mammatæ tegulę a laxitate dictę ſunt quę balneis adhibentur.

¶Mammillare, amiculi genus quo mulieres mammas tegere conſueuerunt.

¶Mammotreptus quid ſignificet Augu. in interpretatione pſal. declarat. Si eum inquit quæris imitari & ex illo pendere adhuc lacte vis nutriri & fies mammotreptus quales dicuntur pueri qui diu ſugunt quod non decet. Et paulopoſt. Faciunt hoc nutrices mammotreptis vt aliqua amara ponant in papillis ſuis quib⁹ offenſi puuli ab vbere reſiliant & ad mẽſam inhient.

¶Mammilia proprium nomen mulieris Telegoni filię a qua Mamiliorum familia eſt vocata.

¶Mammona non hebræorum ſed Syrorum lingua, vt Hiero. ait, diuitiæ nuncupantur quæ de iniquitate collectę ſunt. Idem in pſalmorum expoſitione. Videtis ꝙ iniquus mãmona in iſto ſæculo deficit. Aug. vero ſic. Mammona verbum latinum non eſt ſed hebręum cognatum linguæ punicæ. Iſtę enim linguæ ſibi ſignificationis quadam vicinitate ſociantur Quod punici dicunt mammon, latini lucrum vocant, quod hebręi dicunt mammona latine diuitiæ vocantur. Suidas tamẽ μαμωνᾶς χρυσὸς γένος πλοῦτος ὁ ἕκτος αθανᾶ ἀλλ. ὀπεριπὸς ἡ ὕλη τὴν χρείαν *. id eſt. Mammonas aurum & terrenæ diuitiæ non ex Sathana, ſed ſuperuacue & præter neceſſitatem. Quare penultima longa eſt quia eſt ω mega.

¶Mamurius faber ærarius laudatiſſimus.

¶Mamurrę ſenatoria familia Romæ erat, ſed formijs oriũda

¶Manceps qui aliquid a populo emit conducitve, quia ſublata manu ſignificat ſe auctorem emptionis eſſe, quitidẽ prędicitur, quia tam debet præſtare populo quod promiſit, quã is qui pro eo prędes factus eſt. Et emptio mancupi quę ſolennitate quadam fiebat adhibitis non minus quinq; teſtibus Romanis ciuibus puberibus & alio eiuſmodi conditionis quilibram æneã teneret. Emptor ita dicebat. Hoc ego ex iure quiritum meum eſſe aio hoc quod emptum eſt hoc ære æneaq; libra. Deinde libram ære percutiebat, idq; æs dabat a quo rẽ emptam accipiebat. Et hæc mancipatio vocabatur. Hinc ſeruus equus ouis aliaq; huiuſmodi mancipia dicuntur ꝙ manu capiantur, ſiue mancipij emptione acquirantur. Mãcupes Cice. appellat Romanos publicanorum prĩcipes qui quęſtas ſui cauſa decimas redimunt a populo Romano. Vnde a Suetonio dictum eſt. Non negauerim iactatum a quibuſdã Petronium patrem e regione Tranſpadana fuiſſe mancupẽ operarum, quę ex vmbria in Sabinos ad culturam agrorũ quotannis cõmeare ſolent. i. redẽptorẽ conductorẽq; ſeruorũ & operariorum. Sciendum eſt ꝙ mancipi ſiue mancupi indeclinabile eſt per omnes caſus & genera, q̃q̃ alij figurate dici voluerint in caſu dandi. Et mancipi dicitur ad nos pertinere quod ex ſubhaſtatione emimus eſtq; ius. Cic. pro muręna. Qui ſi in his repetundis quæ mancipi ſunt, his periculũ indicit, præſtare debet qui ſe nexu obligat.

*Manalis fons dictus ꝙ aqua ex eo perpetua manat. Et manalis lapis ex quo aquę manare videntur. Cc.

*Manalis vrceolus ſiue ſuturniũ vas dicebatur ex quo aqua in pollubrum dimittitur Cc.

¶Mancipo as, pe. cor quaſi manu capio (vt modo dictum eſt) quod eſt obligo ſummito & ſeruum facio, quamuis ſine libra & verbis ſupra poſitis. Lact. lib. ij. Spiritibus immundis puris animas ſuas mancipant. Plaut. in Cur. Alienos mancipatis, alienos manumittis, alienis ſperatis, nec vobis author vllus eſt, nec voſmet eſtis vlli. Hiero. in prolo. Tobię. Librũ vtiq; Tobię quoniam Hebręi de Catalogo diuinarum ſcripturarum ſecantes his quę Agiographa memorant mancipauerunt. i. ſubdiderunt. Huius compoſitum eſt Emancipo.

¶Manſiſterna aquę vrna id eſt vrceus. Plau. ĩ Bach Effer mã ſiſternam cum aqua foras.

¶Mancus proprie manu eneruatus quaſi manu carens licet quandoque pro debili ponatur & ad res etiã inanimatas trãſferatur. Cice. de fi. bo Sed etiam alterius tribus, qui mancam fore putauerunt, ſine aliqua acceſſione virtutem

¶Mancinus nomen viri, a quo Mancinatus prodamnato, ꝙ mancinus inſignem domum habuit quæ eo interfecto publicata eſt.

¶Mandra ſpeluncæ cubile & receptaculũ ouiũ, bouum aliorumq; huiuſmodi. Iune Et ſtantis conuitia mandræ Eripiunt ſomnum druſo. Probus ſcribit mãdrã eſſe vici oſtium vel flexum vel arrectũ, aut breue & vile ędificiũ, quod anguſtet latitudinem vici, vel ingens vehiculũ quo trabes portantur μάνδρα λέγεται ἕλκηνεσ. *. id eſt mandram dicũt græci.

¶Mandragorę duo ſunt genera, candidum quod mas, & nigrum quod fœmina exiſtimatur. Ferunt mala auellanarum nucum magnitudine. Mãdragoram foſſuri ab auerſante vẽto cauent, & occaſum ſpectãt. Vis eius in, populo ſomnifera eſt, ac etiam olfactu. Col. Mandragorę pariat flores.

¶Mandõ as, cõmitto, vt cum quid memoriæ mandatur, ſiue imponitur committitur ve vt memoriter teneatur, ſiue ex propria memoria id fiat cum quid repetitur aut auditur ſiue ex ſcripto Ex memoria propria Cice. lib. iij. ad Hæren. Qm̃ nuperrime dictum facile memorię mandatur vtile eſt cum dicere deſignamus recentem aliquam reliquere ianimis auditorum firmam argumentationem. Ex ſcripto Gel. Memorię mandatum Platonem philoſophum tenui ad modũ pecunia familiari fuiſſe. Et hoc modo mãdo ſignificat manu ſcribendo memorię do. vt Cice. ꝓ Sex. Hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, poſteritati propagãtur. Aliquando & literis & memoriæ ſimul quid mandatur Idem lib. ij. Philip. Quid huic facias qui hoc literis memorię ꝙ mandauit. Lactan. lib. vi. O ingenia hominibus indigna quę has ineptias protulerunt, miſeros atq; miſerabiles q ſtultiam ſuam literis memorięq; mandauerunt. Literis & memorię capere licet non ſolum ſcripto id mandatum eſſe, vt rem ordine geſtam ipſi ſcriptores haberent, ſed etiam vt memo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

riæ posteritati darent. Nam non intelligi par esse censeo acci piliteris & memoriæ dictum ex abundantia, sed ex diuersi tate rei. Aliter etiam quid mandari potest, vt Colu. lib. iij. Se mina q̃ recentissima terræ mandare conuenit interdum mã dare committere, vt cum quid faciendum datur, quod in iungere seu imponere seu commendare dicitur. Plautus in Cur. mandatum est mihi vt has tabellas ad eum ferrem. Te ren. in Adel. Huic mandes si quid recte curatum velis. Com posita huius verbi sunt. Amando. Admando. Commãdo. Demando. Præmando, & Remando.

¶ Mandatum & participium & nomen esse potest. Participi um, vt mãdatum est mihi apud Plau. Nomẽ, vt apud Quis tilianum, mandata tamen tua fili perago. Et est proprie man datum commissio, hoc est quod commit titur. Sal. C. mãlius ex suo numero legatos ad martium regem mittit cum man datis huiusmodi.

¶ mandatarius cui dantur mandata peragenda.

¶ mando is, mãdi secũdũ alios mãdaui, & secũdũ alios man didi, mansum, significat dẽtibus cõficio. Hiero. in Gen. Tol les tecũ ex oĩbus quæ mãdi possunt. Verg. lib. iiij. nõ ad effe ctũ sed ad actũ retulit. Stat sonipes & frena ferox spumantia mandit. Serenus vero ad effectũ. Purgatur cerebri ũ mansa ra dice piretri. Dictũ mãdo a manu dãdo q̃ manu cibus ori ad mouetur, quẽadmodũ a manu ducẽda dicimus manduco. Huius cõpositũ est Remãdo quod ẽ rursus mando rumino. Plin. lib. x. Pontici quoq; mures simili modo remandunt.

¶ Mando onis edax, qui assidue mandit. Lucil. Atq; omnes, mandonum gulæ.

¶ Manduco as, idẽ quod mando. Cuius cõpositũ est com manduco. Pli. lib. xx. Huius cucurbitę commanducatę succ⁹ stomacho admodum prodest.

¶ Mãduco, onis, edacẽ significat. Hæc enim omnia fere idem denotãt. Mãdones, mãducones, mãduci, mansurij, Comedo nes, Comedi, Edones, Edaces, Epulones, Lurcones, Curgu liones, Ganeones, Heluones, Scurræ, Parasiti, Gulones, Pha gones, Ligurioncs, Nepotes, Catillones, Deglubitores.

¶ Mãducus idẽ quod mãduco. Plau. Quid si ad lupos me p mãduco locẽ? Mãduci effigies ĩ põpa antiquorũ inter cæte ras ridiculas & formidolosas imagines ire solebat magnis malis ac late dehiscens & ingẽtẽ dentibus sonitũ faciens.

ð Manducatus cibus, & cõmanducatus, non tã significat co mestus q̃ mansus, & dentibus cõminut⁹, masticatusq; qui deinde pro medicamento imponi solet.

ð Mãs⁹, sa, sũ, qd̃ edẽtib⁹ cõtusũ cõminutũq; & pprie dr̃ de ci bo mãducato. Serẽ. Purgat cerebrũ mansa radice piretri.

ð Mansum substantiuũ, quod a nutricibus dari solet infanti bus. Cic. li. ij. de ora. Atq; omnia tenuissima mansa, vt aiunt nutrices infantibus pueris in os inferant.

ð Mansum substantiuũ, q̃ntas terræ quæ sufficit duobus bo bus in anno ad laborandum, vt scribitur li. iij. decretalium, de censibus & exactionibus.

¶ Mansurius a mãdendo edacem significat vt inquit Fes.

¶ Mandibula in qua dentes sunt siti, quæ & maxilla dicitur. Sunt aũt duæ mandibulæ superior. i. & inferior, a manden do. Quo etiã nomine vocatur gens in Gallia Aquitana Ar uernis finitima sicut Strabo scribit.

¶ Manna ros melleus matutinus.

✻ Mannus filius fuit Teutonis dei a quo Alemanni dici glo riantur. Cc.

¶ Mane diei principiũ cũ dies clar⁹ ẽ, ab obtẽtu boni ominis Manũ ei veteres bonũ dicebãt. Vñ dij manes, i. boni quẽad modũ e contrario ĩmanes crudeles dicimus, ac minime bo nos. Vel sicut ait macro. q̃ ab ĩferioribus loci. i. a manibus ex ordiũ lucis emergat. Var. a manando deriuat q̃ cum sole manat dies ab oriente. Vñ Manij & Lucij qui nati sunt ma ne & luce. Vel q̃ dij manes per oĩa manare existimabantur

ð Manes sunt pũsules corpi hũano attributi qui parẽtũ semini bus manauerũt. Inde Sũmanes. i. sũmus ĩter manes dict⁹ Plu to. Verũ manes, qm̃ corporibus illo tpe tribuuntur quo fit prima cõceptio post vitã hisdẽ corpibus, delectãt, atq; cũ his manẽtes appellãt lemures. Qui si virę prioris aduersi fuerit ho nestiate ĩlares domorũ vim q; vertũt. Si aĩ deprauãt ex cor pore latuę phibẽt ac manię. Mães igit tã boni q̃ truces sũt cõ stituti, quos agathos & cacodęmonas memorat græca de

¶ Manes dij boni dñr. Acro. Dij manes dij boni, a (ser ptio. manũ quod est bonũ Antiqui animũ à corpore separatũ ma nẽ deũ nuncupabant. Apulcius de Socratis dæmonio dicit. Manes aiæ dñr melioris meriti, q̃ i corpore nostro genij dñr; corpori renũciãtes lemures, cũ domos ĩcursionibus infestarẽt laruæ appellabãtur. Cõtra si bonæ fuerint lares familiares. Ser. per antiphrasim ait manes esse deos inferos quia nõ sunt boni. Idẽ dicit alibi esse animas corporibus exutas quæ non dum in alia corpora migrauerint. Quandoq; manes dicunt pœne. Verg. Quisq; suos patimur manes.

¶ Maniæ deformes psone. Et manias laruas quas nutrices pueris imprecari solent appellãt. Medici maniacos vocant fu roris morbo laborantes qm̃ mania dicit insania & furia. La tini melius qui insaniã a furore distinguũt qm̃ aliud est furere aliud insanire. Itẽ mania dea larũ mater cui olim sacrificabãt. Et manię dicebãtur facta q̃dã ex farina in hoĩm figuras, q̃ de formes sint quas etiã Maniolas appellabant.

‡ Manichei heretici quidã dicti a quodã psa, qui vocabatur Manichẽ, q̃uis & ipsum cũ eius insana doctrina cæpisset no mẽ pdicari, nã ante hoc vrbicus vocabat. Sed ĩ græcia disci puli eius vitantes nomen ĩsanię quasi doctores, & eo ipso mẽ datiores geminata. n. Mãnicheũ, quasi mãna fundentem pro manicheo, id est insano appellauerunt.

ð Mãlius proprũ, nomẽ viri. o. q̃ manu prõpt⁹ esset. Nemi nẽ aũt pricię familiæ hoc noĩe vocari licuit post eũ Manlium q̃ gallos a capitolio depulit, q̃ is regnũ occupare conatus ne catusq; sit. Fuit & cognomẽ eius qui carthaginẽ vicit. Hunc Pli. Maxilis vtilẽ doctrinis nullo doctore fuisse pdidit.

¶ Maniolæ insulę ex aduerso Indiæ extra Gangẽ in quibus tradunt nauigia q̃ clauos ferreos habẽt detineri nec vlterius progredi sinunt, ne qm̃ lapis Herculeus qui circa ipsas gignit illa ad se trahat. Eas tenent Anthropophagi manioli dicti si cuti scribit Ptolemęus lib. vij.

✻ Manicon genus herbę quam & furialem vocant quamsi quis drachmæ folio sumpserit, varię species ac lętitia plenę animo obuersantur. Cc.

¶ Man⁹, p nomẽ ẽ eius qui mane nat⁹ ẽ, sicut Luci⁹ qui luce.

✻ Manliana imperia crudelia vocitata sunt. Sunt & manliana malorum genera ab insitore sic dicta. Cc.

¶ Manare proprie dicitur cũ aliquid ex ĩtegro, sed nõ satis so lido per minutissimas partes stillat. Tractũ a grẽcis qui μανον rariũ & sine dẽsitate appellãt. Hinc manalẽ fõtẽ dici existimãt q̃ aqua ex eo perpetuo manet, & manalẽ lapidẽ q̃ ex eo ma nare aq̃ videãtur. Alij manare a mare deducũt, & de sole p prie dici volũt cũ oriẽtis radij splẽdorẽ iactare ĩcipiũt. Sed fre quẽtius ad aquã & ad hũores refert. Per trãflationẽ ponitur p desẽdere, fluere, p cedere, & hmõi & res q̃ manat q̃nq; in trõ ponit. Ver. Tũ gelid⁹ toto manabat corpore sudor. Lac. li. i. Quid mirũ si ab hac gẽte vniuersa flagitia manauerunt. id ẽ pcesserũt. Q̃nq; ĩ actõ. Pli. lib. xiiij. Arborũ succo manã tiũ picẽ resinãq; aliæ ortæ ĩ Oriẽte, aliæ ĩ Europa ferũt. Q̃nq; in abla. Li. li. i Cultrũ ex vulnere lucretię extractũ manantẽ cruore p se tenẽs. i. fluẽtẽ. Hie. ĩ li nũeri. Tradet humũ lacte & melle manãtẽ, huius com. sunt. Emão & p manno.

¶ Manus a manando dicta est q̃ ex brachijs manet vel q̃ ex eo manent digiti. Et manus instrumentum & telum nauale dicitur quo naues harpagonibus raptę tenẽtur, a manus hu mane similitudine, quam pericles Athenicnsis (vt fertur) ĩ uenit. Hie. Ferre. s manus & vncos prẽparant. Luc. li. i. In ma nibus vestris quantus sit Cæsar habetis. Item manus multi tudo vocatur. Verg. Hic manus ob patriam pugnãdo vul nera passi. Item potestas vt cum dicimus. Res in manu ẽ, qd̃ non modo significat in proptu est, sed etiam in potestate. In de Vlp. teste, manumissio dicta est datio libertatis. Nam quã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diu quis in seruitute est manui hoc est potestati subditus ē, & manumissus a potestate liberatur. Itē manus capit ꝓ proboscide elephanti. Nā hāc manū vocant latini ꝙ ea in decerpē do pabulo pro manu vtat elephantus. Cur. lib. iiii. de elephanto loquitur. Præcipue terribilis illa facies erat cum manu arma viroscꝫ corriperent & super se regentibus traderent. Idē in eodem. Copidas vocabant gladios leuiter curuatos falcibus similes quibus appetebant beluarū manus. Nōnnūq̄ ꝓ scriptura manuū. Quintilianus libro primo. Causas Cassius Cicero & Vergilius scripserunt, sic manus eorum docent.

ȸManus iniectio dicitur qtiotiēs nulla iudicis auctoritate exspectata rem nobis debitam vindicamus.

¶Manicula diminutiuum. i. parua manus. Plau. in Rū. Duæ connixæ maniculæ & suculæ.

¶Manū cōserere. est prælū incipere & contendere. Sed apud iureconsultos cum de aliqua re disceptatur in iure p̄sente p̄tore, siue ager, seu quid aliud fit manū cōserere dicit cū manu apprehēdit rē de qua agit. Quod manus correptio & vindicatio & vindicia appellat. Ad manus venire similiter ē plīū seu cōtentionē incipere. Plau. Itur ad manus, arma sumuntur.

¶Manica pe. cor. pars vestis qua manus tegitur. Verg. Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ. Hinc manicata vestis quæ manicas habet quas velut ꝓbrosas & fœmincas crimnari dicunt a poeta, ꝙ prisci Romani breues & citra humerum desinentes primo portauerunt. Manicæ etiam dicuntur manuum vincula, vt apud eundem. Manicas atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. Sic compedes vocantur quibus pedes colligantur. Hinc per translationem dicuntur vincula nauium. Luca. Aſt alias manicæcꝫ ligant teretesque catenæ. Item manicæ thecę sunt ex ferro, quibus brachia & manus contra hostiū iniurias muniuntur. Iuuena. Quale decus rerū si coniugis auctio fiat Baltheus & manicæ crisię cusriscꝫ sinistri Dimidiū tegmen. Et manicæ dicuntur quibus ad uersus vī frigoris manus muniūtur. Plin. iunior ad Macrū. Ad latus notarius cū libro & pugillaribus cuius manus hyeme manicis muniebantur, vt ne ęsti quidem asperitas vllum studij tempus eriperet.

ȸManciolæ diminutiuū a manu quasi parue manus. Neuius Manciolis teńe illis.

¶Manuarius a, um, quod ad manū pertinet. Gelli⁹. Hoc ęre quasi manuario collecto cœnula parabatur.

¶Manuariæ tunicæ quæ manicas habent.

¶Manibus pedibuscꝫ prouerbium est, hoc est omnibus viribus. Terentius in And. Quem scio manibus pedibusque oīa facturum.

¶Manuleatus, a, um, idem quod manicatus. Plaut. in Pseu. Manulcatā tunicā, hominem habere addecet. Et manulcatā tunicam dicimus manicas prolixiores habentē, manicatum hominem indutum tunicis manicatis.

¶Manubriū a manu capulus appellat ꝙ manu teneatur.

*Manobarbulus teli genus similis plūbeę pilæ quo vtentes milites ipsi manobarbuli dicti sunt. Cc.

¶Manipulus a manu fit & proprie significat manualē hærbarū fasciculū quā manu quis apprehendit metendo, vt in ps. Venientes aūt venient cum exultatione portantes manipulos. Interdum ponitur pro exigua militū manu quæ vnū sequitur signū. Erat enim pars Centurię ita dicta ꝙ sub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus manipulos fœni hastis alligatos pro signis gerebat, & in legione quidem erant. xxx. manipli. Dictus manipulus vt inquit Var. ab eo ꝙ plures militum manus iunguntur. Seruius docet manipulos esse signiferos, ꝙ imperante Romulo cum Romani & latini sub vno Centurione bellum aggressuri essent manipulo hęrbæ hastę alligato pro signo vterentur. Vnde manipłaris dicitur qui fert vexillum. Ouid. lib. Fas. Pertica fuspensos portabat longa manipulos. Vnde maniplaris nomina miles habet. At Vege. libro secundo scribit manipulum vocari contubernium decem tantūmodo militū sub vno papilione degētiū ab eo ꝙ coniūctis manibus dimicabāt. Inde Cōmanipulones qui in eodem manipulo sunt, & Commanipulatio, quibus nominibus vtitur Spartianus.

¶Manipulatim aduerbium significat per manipulos.

¶Manifestum dicitur quod est clarum & apertum quasi ad manus foris stans. Manifesto as, palam facio.

¶Manifestarius a, um, quod est notorium. i. quod manifestatur Plau. Capio fustē obtrūco gallum furem manifestarium

¶Mansuetus mitis quasi manu assuetus, ꝙ omnia quę sunt natura fera, manuum pręmulsione mitescant. Verg. Ille manu patiens mensęcꝫ assuetus herili. Festus. Mansuetus neque mīa mœstus neq̄ crudelitate sæuus, sed modestia tēperat⁹. Bestię mansuetæ etiam placidæ & cicures dicuntur. Pli. trifariam diuidit animantes in placida, fera, & intermedia. Nam hirundines apes delphini nec placida sunt nec fera, sed medię inter vtrūcꝫ naturæ.

ȸMansuetudo, vt inquit Speusip. est cōstantia animę aduersus ire impetum Immobilis moderata temperies animæ.

*Mansues veteres pro mansueto vsurpabant. Cc.

¶Mansuetarij qui feras māsuefaciunt. Lampridius in helio. Habuit Leones & Leopardos quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam mēsam iubebat accumbere. Iuli. Firmicus lib. viij. matheseos. Septētrione oriente nati erunt māsuetarij ferarum.

¶Mansuesco is, mansuetus fio, mitesco. Col. lib. vij Nā per hæc blandimenta triduo fere mansuescunt. Var. li. ij. de re rusti. pro mansuefacio posuit cum inquit. Sic ex animalibus cū propter eandē vtilitatem quę possunt syluestria deprehenderent ac concluderent & mansuescerent.

¶Mangones dicti sunt quasi manu agones, erant enim magistri formę puerorum & mentiendi coloris probe callentes qui homines vēdebāt. Solebāt ei pueris puellisq̄ quo facilius vendi possent artificio quodā cōponere colorē vt Quit. inquit, fuco ac verū robur inani sagina mētientes. Ita mācipia vēdibiliora & p̄tiosiora efficiuntur. Mar. Milia pro puero centum me māgo poposcit. Sue. in Domi. Castrari mares vetuit spadonū qui residui apud māgones erant prętia moderat⁹ ē. Pli. Thynni sanguine oblitos pueros pubescere negāt māgones. Aliarū quoq̄ rerū māgones dīr qui merces poliunt, at ꝙ interpollant, vt pluris vendant. Vñ Pli. Decussi fragmēti paululū qd in lamia ferrea terat efficacissimū experimentū excusant māgones gemarū Nec mares tm sed etiam femine mangones vocantur. Pli. Mango obstetrix erat.

¶Mangonizo as, orno, cōpono rē ad alliciendos emptores. Pli. li. xxiij. Succus radicis viris nigrę cū eruo lętiore quodam colore & cutis teneritate mangonizata corpora. Transfertur etiam ad alia. Sic cm oratio mangonizata & forma & domus & reliqua dici possunt, vt lenociniis & fuco potius q̄ veritate allectēt, hodie etiā mangonizantur pāni siue lineī siue lanei. Quin & equos mangonizatos vęnire videmus hos græci ab equis componendis hippoconios vocant.

¶Mangonicus a, um, quod ad mangonem pertinet, Pli. Radix iacynthi bulbacea est & in māgonicis vęnalitijs pulchre nota quę in vino dulci illita pubertatē cohercet, nec sinit erūpere. Sue. Necessarioq̄ ad mangonicos questus sustinendæ dignitatis causa descendit.

¶Mangoniū artificiū quod ad res facilius vēdendas adhibetur. Pli. Nec tamen in hoc mangonio quicq̄ totū placet, hic clune alibi pectore tantum gallinarum laudans.

¶Manubię dictæ sunt ꝙ manu capiantur ab hostibus. Est ei p̄da ab hostib⁹ capta. Asco. scribit manubias p̄das īperatorū ꝓportione de hostibus captas. Spolia quoq̄ quęsita de hoste nobili per deditionem manubias veteres dicebant, de quib⁹ quod vellent facerent. Nam præda dicitur corpora ipsa rerū quę capta sunt, manubiæ appellatæ sunt pecunię quæ a quæstore ex venditione prædæ redactę sunt. Dicit tamē quosdā non ignobiles scriptores aut temere aut incuriose prędam ꝓ manubijs & manubias pro preda posuisse, sed qui proprie locuti sunt, sicut Ci. in oratione de lege agraria, manubias pecuniam dixisse. Est quando que vt iactus fulminum manubię di

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

antur. Vnde ait Seneca.li.ij.quęſtionum.Ioui tres manubias dari,quarum prima monet. Secūda prodeſt. Tertia adhibitis conſilio dijs emittitur.

¶Manumitto de ſeruo liberū facio. Manumiſſus liberatus a poteſtate. Nam quamdiu quis in ſeruitute eſt,manui hoc eſt poteſtati ſubditus eſt. Erat autem mos i manumiſſione vt dñs caput aut aliud membrū ſcrui tenens diceret. Hunc hominem liberum eſſe volo,& mittebat eum e manu.

*Mantare veteres pro manere vſurpabant.Cc.

¶Mantęlum & Mantęlium,& mantęle is, compoſita dictio ex manus & tæla quaſi mappa,a manibus tergendis. Eſt em̄ linteolum quo manus tergere ſolemus. Ouid.lib.iij. faſ. Dixerat ad dextram villis mantęle ſolutis.Plau. Nec his ſycophantrijs nec fucis vllum mantælum obuiam eſt. Dicitur & Mantile & in plurali mantilia,æ,dipg.in i.productam mutata ſicut quæro inquiro. Verg. Tonſiſq; ferunt mantilia villis. Nam vt Ser.inquit.Conſtat maiores mappas habuiſſe villoſas.Mātilia vero a manibus ante lotis dicta,quo modo Thorale a thoro. Sunt etiam mantilia quibus menſæ teguntur. Mar.Nobilius villoſa tegunt tibi lintea citrum. Orbibus in noſtris circulus eſſe poteſt Rurſus Mantęlia ſeu Mantęla accipiuntur pro penulę genere quo,ſe vt lorica,muniūt. ♁Græci hanc μανδύλιαν vocant. Vnde Suidas μάνδυλιας εἰδος ματίου ὠμοχειρικλείστου λαρικίου.

¶Mantica pe.cor.nūmorum receptaculum q̄ manu geratur.ponitur quandoq; properula viatoria: vt Porphiriº ait, cuius diminutiuum eſt manticula, cuius pars ante pectus, pars poſt tergum dum geritur pendet.

¶manticularius qui manticulas attractat vt furetur. ♁Tertul. in Apol.Quis illic Sicarius? Quis manticularius? Quis ſacrilegus? aut corruptor, aut lauantium prędo.

♁manticularius dicit fur,qui inferens ſe conferte multitudini,marſupia,aut ſecat,aut artificio ſuis,dolo aperit,& euacuat,ablata pecunia d.ctum a manticulis. Nam vt inquit Feſtº. manticulorum vſus pauperibus in nummis recundēdis fuit.

♁Manni,& Aſiurcones equi gradarij ſunt.

♁Manum bonum,clarum.Ideo poſt noctis tenebras prima diei pars mane,& deos manes dicimº bonos & proſperos.

¶Manticularia dñr ea quæ in frequenti vſu habentur & q̄ſi manu tractantur.Frequens enim ad manus tergendas vſus fuit mantęlorum,vnde hęc trahitur ſimilitudo.

¶manticulor doloſe ago.Pacu Ad manticulādum aſtu aggreditur manticulatio aſius & fraus.

¶menticora beſtia in India quę triplicem dentium ordinem & hominis faciem vna cū corpore leonino habet humanas carnes maxime affectans.

*Manto vide mantua.

¶Mātua vrbs clariſſima ab Ocno filio Tyberis,& Mantus Tireſiæ Thebani vatis filiæ, quæ poſt patris interitum ad Italiam venit,condita fuit,& a matris nomine mantuam appellauit.Vñ Ver.lib.x.Ille ēt patrijs agmen ciet ocnus ab oris Fatidicæ mantus & tuſci filius amnis. Qui muros matriſq; dedit tibi mantua nomen,ſed an verum ſit q̄; vnquā in Italiam venerit nolo nunc citare Pauſaniam.Hellani,cum & græcorum multitudinem magnam. ♁Poetarum clariſſimo illuſtriſſimoq; principe Vergilio Marone gloriatur mantua cuius felix ingenij tā oēs efferre debēt q̄ imitari nulli pñt.

*Mantuanus a,um,a mantua deducit. Vnde mantuanus Vergilius dictus eſt.Cc.

¶Mantiſſa additamentum quod manu ſit rei quę vendit, id eſt pauxillum illud quod adijcitur ponderi. Lucil.Mantiſſa obſonium vincit.

¶Manteum locus oraculis dicatus. Ci.lib.ij.de fi. Vt quaſi de manteo promant medicamenta illa epicurea,dolor ſi grauis breuis,ſi longus leuis.

♁Mantis diuinus vel vates,a manto Tireſię vatis Thebani quę poſt Thebanorum cladem & ſeruitutē,primo ſub Creo Lebedon & clarij apollinis templum in Aſia ſtruxit. Inde in Italia mantuā quę ex Tyberino rege thuſciæ Ocnum peperit qui & bianor,qui oppidum muris circundedit.

♁Mantis agatos.i,vaticinator bonus.

♁Manticinatus, vaticinatus.Nam mantis latine vates.

¶Mantinea,vrbs quæ poſtea Antigonia dicta fuit in adulationem Antigoni eius qui Philippo Perſe patri curator regi fuit,ſed poſtea Hadriani imperatoris iuſſu rurſus mantinea fuit appellata.

¶Maneo es,ſi,ſum,ſignificat me cōtineo loco inſiſto. Ci.lib. offi.Cyrillū quendā ſuadentē,vt in vrbe maneret. Quādo q; manere ſignificat perſtare. Ver. Manet imperterritus ipſe Hoſtem magnanimū opperiēs. Q ñq; expectare. Plau.Ego hic te manebo. Verg.lib.xi. Te Turne nefas te triſte manebit ſupplicium. Quandoq; futurū eſſe. Ci. Cuius te factū ſicut Curionē manet,hoc eſt cuius factū tibi futurū eſt ſicut fuit Curioni. Q ñq; inhęrere fixū eſſe. Ver. Manet alta mente repoſtum Iudiciū Paridis. Q ñq; durare perſiſtere. Terentius in Hecy. Manere affinitatē hanc inter nos volo ſi vllo modo poſſit,quod ſpero fore. Huius compoſita ſunt Commaneo ſimul habito. Hier.ad Dama. Monachorū circa cōmanētium antiqua in me ſurgit auctoritas Emaneo extra maneo,a quo Emanſor.Emineo,a quo Promineo & Præneo Immineo. Remaneo retro maneo perſiſto.Iuſti.lib.ij.Interea rex velut ſpectator pugnę cū parte nauium in littore remanet.Cic.lib. i.Tuſ.Sed fac vt iſti volūt animos non remanere poſt mortem.Et in Caro. Tantū te manet quod virtute & recte factis ſis conſecutus.Sed hoc per tranſlationem magis. Permaneo perſeueranter maneo.Obmaneo diu maneo.

♁Manſio a maneo ſcribit Plin.lib.vi.Manſiones eſſe diſpoſitº aquationū ratione qua chamelis itur in Arabiam.

¶Mantiſcinor ſignificat furor. Teren.in Eu.In re perdita cū de alio mantiſcinor atq; impendo.

¶Manphur lignū rotundū loro circumuolutum quod circumagunt fabri in operibus tornandis.

¶Mappa quę ſuper menſam ſternitur, q̄ manibus pendeat dum ſumus in menſa.Plin.lib.xix. Ardentes in focis conuiuiorū vidimus mappas ſordibus exuſtis ſplendeſcētes igni magis q̄ poſſent aquis. Villoſæ aūt apud veteres fuerunt in pretio. Vnde Mart.Nobilius villoſa tegunt tibi lintea citrū. Legitur etiam mappum neutro genere. A mappa, vero fit diminutiuum Mappula.

¶Mapalia punica lingua,agreſtes caſæ & furnorum ſimiles, vt inquit Hiero.In quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet id vocabulum ſolute viuentibus obijci.Sunt enim quaſi rotundę cortes,vt inquit Feſtus.

♁Manſurius nomen legum interpretis et æques Romanus, fuit tempore Tiberij,iuriſconſultus non incelebris qui Pub. ſcripſit.

¶Marathon campus Atticæ,ſeu ciuitas diſtans ab Athenis circiter decē milia.Et morte Icari regis interfecti inſignis nec non & victoria Theſei ex tauro ſuperato,ſimiliter & milcias dis gloria qui centum milia ex Darij Perſarū regis exercitu ꝓfligauit.Hinc marathonius a, um, Vñ Taurus marathonius dictus eſt qui apud marathonem a Theſeo interfectus eſt.Hic eſt taurus amatº a paſiphaæ quē Hercules ex creta eo abegit.Eſt & oppidū hoc nomine iuxta Tricorithū & rhānē vrbem in quo clarū Nemeſis tēplū fuiſſe memoratur.

¶Marathron,σῦμφ.ὅτι δὲ μάραθρον λέγομεν τὸ ποαρ λατίνοι φοινίκυλον.* i.cum th.qm marathron dicimus herbam latini fœniculū,a noſtris fœniculus appellatur.

¶Marathuſa inſula quædam a copia fœniculi ſic dicta quę & Clazomenia dicitur.

¶Marceo es,marcui,putreo,a quo marceſco putreſco a macie,qm̄ q̄ macie attenuata ſunt facile putreſcunt.Huius compoſitum eſt Emarceo. q̄ eſt valde marceo,a quo Emarceſco. Hier.in Genē. Tetigit neruū eius & ſtatim emarcuit.

¶Marcor putredo.Plin.Si ferri vel chalybis aliqua rubigo vel panni marcor affuerit.

¶Marcellus nomen viri clariſſimi Romani ꝓpriū. Cuiº geſta & a Plutarcho & ab alijs ſcripta ſunt.♁Hic gallorum du-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cem ſingulari certamine fudit ſpolia legit. Annibalem prim⁹ vinci docuit Syracuſas, p tris annos expugnauit, quinquies conſul. Inſidijs Annibalis deceptus magnifice ſepultus fuit.

¶ Marcella nomen mulieris Romanę, quæ cum a matre rogata eſſet gauderet ne ſe nupſiſſe, Ita valde reſpondit vt amplius nolim.

¶ Marcipor marci puer, hoc eſt famulus. Sic Publipor Lucipor & huiuſmodi.

¶ Marcomanni populi germaniæ quos Cæſar cum Arioviſto Germanorum rege ſuperauit.

¶ Mareotis idis. lacus in Ægipto, vt author eſt Strabo. Plinius etiã aſſerit mareotida partẽ lybiæ ęgipto cõterminã appellari & mareotas populos in ea habitantes. Et mareotis pars Epiri in qua vinum optimũ naſcit. vnde moreotides vuæ dictę ſũt. Verg. Sunt & mareotides albæ.

¶ Margea nomen fontis apud Plinĩ. Quo nomine dicta eſt vrbs in Helide.

¶ Margarita æ. & margarites & margaritum in ntõ declinari poteſt. Hie. in parabolis. In auris aurea & margaritĩ fulgẽs Ser. declinat margaris idis & idos. a cui⁹ gtõ græco latine formatur margarida. Pli. lib. ix. ſcribit margaritas naſciin Britannia paruas & decolores. Tacitus de vita Iulij agricolę Fere Britannia aurum & argentum & alia metalla gignit, & oceanus margarita, ſed ſuffuſca & liuentia. Romani margaritas appellauerunt vniones ab eo q nulli duo indiſcreti reperiãtur. Margaritam & lapillum gñali noīe vocamus. Nam lapillus gemmarum & margaritarũ cõe eſt nomẽ, ſubintelligiturq; ptioſ⁹ Q; ſi maſculi fuerint ptioſi lapides dicũtur.

¶ Margaritarij negociatores mãgonesq; margaritarum.

*Margaridæ palmæ ſunt a margaritis nomen trahentes quoniam & breues & candidę & rotundę, ſunt acinis q balanis ſimiliores. Cc.

¶ Margaritifera quę fert margaritas. Pli. Concharum gña & quę margaritiferę cochleæ.

¶ Mare aquarum congregatio generaliter dī. Et multæ collectiones aquarum vocant maria ſicut Am. li. hex. inquit. Sicut enī multæ terrę, vt Africa, hiſpania, thracia macedonia, ſyria ægiptus. gallia, atq; italia pro regionum appellantur vocabulis & vna eſt terra. Ita multa dr̃ pro locorunm appellationibus maria, & vnum eſt mare ſicut ait propheta dicẽs. Tui ſũt cęli & tua eſt terra, orbem terrarũ & plenitudinem eius tu fundaſti, aquilonem & mare tu creaſti. Nam & oceanũ mare dicimus & Thyrrenũ & adriaticũ & indicum & ægyptiũ & ponticum & propontidem & helleſpontum & euxinũ ægæum iõnicum atlanticũ. vide in dictione Oceanus. Vnã igitur gñalis collectio dī mare eo q iugis vnda atq; cõtinua ab indico mari vſq; ad Gaditani oram littoris, & in mare rubrũ extrema circũfuſo orbe terrarum includit oceano. Et multę collectiones maria nuncupantur, qm̃ in diuerſis locis diuerſa ſunt nomina quia vocabula aquis ex regionum vocabulis adhęſerũt Phacellus autem in epigrammate. φεῦ γεθαλας σα ἐργα βοωνδ ἐωι βάλευ ἐχέτλη ἐιτιτοι ἰδ ὐ μακρῆς πέιρατ ἰδ ἐῦ βιοτῆς. ἀπείρω γὰς ἐνὲσι μακρόσβιος ἐιν ἁλί δ ὲ ὀυπως ἐυμαρὲς ἐις πολιὴν ἀνδρωῳ ἰδ ἐῖν κεφαλήν. *. i. fuge marina opera. Boum vero extende ſtiuam, ſiqd tibi dulce longæ fines videre vitæ, cõtinenti. i. terrę enī eſt longa vita mari vero non facile ad canũ viri videndũ caput.

¶ Marinus a, um. q̃d mare incolit, vel quod eſt in mari, vt piſcis marinus. Tranſmarinũ autẽ dicimus q̃d trans mare eſt, vt tranſmarinæ merces, & transmarinus triumphus.

¶ Maritimus a, um. pen. cor. q̃d ad mare incolit. vel quod ad mare eſt, vel ad mare fit, vt ora maritima, gens maritima bel lum maritimũ. Etiã dī q̃d ex mari, ſiue q̃d maris eſt. Plau. ī ru. Fluctus maritimos. Et Ambr. piſces maritimos dixit.

¶ Maris fluuius Agathyrſorum in Iſtrum fluens. Mar⁹ mõs Thraciæ.

¶ Maritus vxoris vir, ab eo q̃ fit mas. Marito as. viro trado ſeu aſſocio. Nã nõ ſolum de hoĩbus ſed etiã de aliꝭ dicit. Col. lib. iij. Sexto anno ſi iam videbitur firma maritabit hoc modo ſcilicet ipſa arbor, Et lib. v. Et ideo maritãdis arboribus nemo minorem pedanea ſcrobẽ vitibus cõparat.

¶ Maritæ dicuntur mulieres nuptæ Oui. libr. ij. faſt. Dura cũ ſorte maritæ reddebant vteri pignora rara ſui. Hierony. Tunica eius varia atq; diſtincta in virginibus viduis continentibus ac maritis. Similiter & de arboribus dicit Plini. lib. xiij. Iã in campano agro populis nubunt vites, maritaſq; complexæ atq; per ramos earũ procacibus brachijs geniculato curſu ſcãdentes cacumina æquant.

¶ Mariſcus genus lunci, quẽ holoſchœnõ græci, vocãt hoc eſt totũ iuncũ. Ex eo fiunt tegetes & marinæ naſſę.

¶ Mariſcę ficus inſipidę. Mar. Infanti melimela dato fatuaſq; mariſcas. Nam mihi q̃ nouit pungere chia ſapit. Pli. lib. xvii. Cato de ficis ſerendis ita meminit. Ficos mariſcas in loco creroſo & aperto ſerito. Quidam dicunt mariſcas eſſe ficus quæ præ pinguedine aperiantur, ſe mẽq; oñdant. Colu. Purpureęq; celidonię pingueſq; mariſcę. Mar. Donaſti luperus ſubinde nobis legitur nec boletus hiare, nec mariſca rídere. Vñ p obſ. cœnæ libidinis morbo quandoq; ponitur. mariſcæ enī tubercula dr̃ quæ cum hulcere ex turpi confricatione circa ſedem naſcuntur q̃ ſunt morbo ſimilia quem Cęlſus ſycoſen, Iulius ſycon græce vocant, & latine ficus dicitur. Iuue. Cęduntur tumidę medico ridente mariſcæ.

¶ Margo foliiextremitas, q̃is etiã pro cuiuslibet rei extremitate dicatur, vt prorípa agri non culti, & eſt generis maſculini apud Ouid. lib. i. me. Longo marginæ dicentem. fœmini apd Iuue. Plena iam margine libri. Hinc margineus a, um. quod eſt in margine.

¶ Mariandinorum regio in Aſia ſita eſt bithyniæ contermina vbi Hercules cerberũ canẽ tricipitẽ deuicit, quẽ ferunt virus euomuiſſe eamq; regionem infeciſſe.

¶ Margiana regio Aſiæ maioris, in clytę aprieitatis, vt inq̃t Solinus. ambitu ſtadiorũ, mille quingẽtorũ, difficilis aditu p pter arenoſas ſolitudines, in qua Anthiochus Anthiochiã extruxit. vt lib. xi. ſcribit Strabo.

♂ Margus fluuius Aſiæ quẽ Ptol. Duobus fontibus ex montibus ſeraphiis deſcendere tradit. Et p maſſagetas q margianis vicini ſunt, ac Derbitas in oxum amnem deferri.

♂ Mariaba metropolis ſabeorũ eſt.

¶ Marius qui ſepties apud Romanos conſul fuit. Hunc Arpinatem fuiſſe aiunt humili loco natum nouum hominem aratorem, qui in villa Ciuernate, vt inquit Plu. vitam diu vixit ruſticam plane & agreſtem, pcul ab vrbanis mundiciis. Hic p ordinem primis honoribus functus legatus metello in Numidia criminando conſulatum adeptus. Iugurtham captũ ante currum egit, in pximũ annum cõſulv ltro factus Cimbros in Gallia apud aquas ſextias, Teutõas in Italia vicit, decq; his triũphauit. Victus, a Sylla myntumis in palude latuit, inuentus & in carcerem coniectus immiſſum percuſſorem gallum vultus auctoritate deterruit. Acceptaq; nauicula in Africam trafecit vbi diu exulauit, Mox Cinnana dominatione reuocatus cæſis inimicis ſeptimo conſulatu, vt quidam ferunt voluntaria morte deceſſit. Hic cum in crurib⁹ varices haberet prębuit varicoſum crus medico ſecandum. Et dum ſecaret neq; ſuſpirans neq; ſupercilia contrahens pertulit ſectionem fixiſq; oculis ſpectauit cruciabilem curationem. Cumq; medicus alterum crus ſecare vellet minime aſſenſum præbuit dicens curationem tãto dolore dignam eſſe non arbitror. Habuit filium marium nomine qui cum eſſet. xxvii. annorũ conſulatum inuaſit, quẽ honorem mater tam immaturum fleuit, Hic patri ſæuitia ſimilis curiam armatus obſedit, & inimicos trucidauit, tandem ſe iugulandum præbuit.

*Maria fœmininum eſt a nomine marius, & accentum in antepenul. habet. nam penult. habet correptam quẽadmodũ & marius. Claudianus. Præparat & pulchros maria, ſed luce minores Eligit ornatus.

*Pro deipara virgine vult Valla Mariã nominatiuo caſu legi. Quemadmodũ Abrahã indeclinabile & accentu in vltima. Inuenitur nihilo ſe eius & mariæ in genitiuo, ſed tũc latia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dictio a nominatiuo Maria pro eadem deipara.

¶ Marmor genus lapidis cuius diuersa sunt gña. Quoddam enī albū pariū dicitur a Paro insula. Simile ex liguria vehitur quod a loco Cararieſe vocitatur. Tale liguſticum olim lunenſium lapicidinæ dederunt. Aliud laconicum quod eſt viride & cunctis hilarius. Aliud lutulcum quod fere atrum erat quo delectatus Lucullus illi nomen indidit. Aliud Ophites a maculis ſerpentium quibus diſtinguitur nomen accepit. Aliud Porphyrites quod eſt rubeum, candidis interuenientibus pūctis leucoſtictos vocatur. Baſſaltem ferrei coloris & duriciei vnde nomen mutuatur. Onychites ex Arabię montibus eſt ex q̄ vaſa potoria in germania ꝓducuntur. Alabaſtritem q̄q̄ candidum cauare ſolent ad myrothecia, quoniā vnguēta icorrupta ſeruare credit. Sunt & alia marmoris genera q̄ breuitatis cauſa omitto. μάρμαρον λέγομεν.

¶ Marmoreus a, um. quod ex marmore eſt, vt ſepulchrū marmoreum.

¶ Marmoratus a, um. quod ſuperficiē tantū ex marmore habet. Aug. p̄s. interpretatione. Nam plęrumq; audis diuitem dicentem habeo marmoratam domum quam relicturus ſum Var. lib. iij. de re. ruſt. ſubſtantiuū vſurpauit. Intrinſecus quaſi lęuiſſimo marmorato tori parietes ac cameræ oblinūtur vt extrinſecus circum feneſtras nemus aut làcerta adrepere ad columbaria poſſit.

ŏ Marmoratio a marmoro as, quod eſt ex marmore conſtruo. Apul. lib. iij. Flo. Quid igitur ſuper eſt ad ſtatuæ meæ honorē paulmenti marmoratio, nec proſcænę contabulatio, nec ſcænæ columnatio, ſed nec culminis æris preciū & artificis miniſterium quæ mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus inique defuere.

¶ Marra ferreum inſtrumentum q̄d vulgo marracius dicitur Col. lib. xi. Contundūt marrę uel fractę dentes ligonis. Iuu. Ne Marrę & ſarcula deſint.

¶ Marpeſus penul. prod. mons in Paro inſula. A quo Marpeſius ſia ſium.

* Marplacidæ nauigiorū gña quibus medi vtebantur. Cc.

¶ Mars apud gentiles deus creditus dictus q̄ maribus in bello p̄ſit ſiue q̄ a Sabinis acceptus eſt apud quos mamers vocatur, a poetis maiors dicitur per epētheſim q̄ magna ueritas. Vel a græco quod eſt ἄρης. ares. Ponitur interdum pro bello Liui. Aliquandiu ibi marte incerto varia victoria pugnatum fuit. Eſt & mars nomen ſtellæ deū dicūt antiqui, quod autē eſſet deus ita ſcribit. Iulius pollux. θεὸν δ' ἐ εἶναι· ὁ ξάξουσι μὲν λαμπρὸς ζῶον ἀθάνατον λογικὸν τέλειον νόερον ἐν ἐνδαίμονία κακοῦ παντὸς ἀνεπιδεκτον προνοητικὸν κὸς μουτε καὶ τῶν ἐνόεμων καὶ τἀλοιπά. * .i. deū eſſe arbritrant græci aīal immortale, rationale, pfectum, intelligēs infelicitate mali vniuerſi in capacē ꝓuiſorē mūdi & eorū quę in mūdo ſunt.

ŏ Marte noſtro dicitur quicquam fieri. i. proprio īgenio & ſine alicuius auxilio.

¶ Martius a, um. quod ad martem pertinet, vt Martia auis. interdum bellicum. vt Martia arma. Aug. lib. iij. de ciuita. dei. Nullo martio impetu territi ſederent inimici. Interdū bellicoſum, vt Martius populus. Eſt & martius nomen ꝓpriū, vt in Q. Martio qui iuſſus a ſenatu aquarum ductus Anienis reficere nouam a nomine ſuo aquam martiam appellatam cuniculis per montem actis adduxit.

¶ Martius menſis dictus eſt primus anni menſis, quoniam Romulus primum anni menſem genitori ſuo dicauit. Ouidius. A te principium Romano dicimus anno, Primus de patrio nomine menſis erit.

¶ Martius campus Romę dictus eſt, q̄ marti cōſecratus eſſet. Liui. Ager. Taquiniorū qui inter vrbē & Tyberim erat conſecratus marti. Martius deinde campus fuit.

¶ Martia. Catonis filia minor fuit. Quæ cum quęreret ab eo cur poſt amiſſum maritum denuo non nuberet. Rādit non ſe inuenire virum qui ſe magis vellet q̄ ſua. Quo dicto oſtendit diuitias magis in vxoribus elegi ſolere q̄ pudicitiam.

¶ Martius qui Ancus cognominatus eſt quartus Ro. rex æqtate & religione auo ſimilis. Latinos bello domuit. Auentinum & martium mōtes vrbi addidit, noua mœnia oppido circumdedit. ſyluas ad vſum nauium publicauit. Salinarum vectigal inſtituit. Carcerem primus ædificauit. Oſtiam coloniam maritimis commeatibus opportunam in oſtio Tyberis deduxit.

¶ Martiacus a, um. q̄d ad matrē pertinet hoc eſt ad bellū. Vnde ſtipendia militum martiaca dicuntur.

¶ Martialis & hoc martiale, q̄d eſt natum ſub marte ſtella Martialis vero ſubſtantiuū eſt nomē viri ꝓpriū. ŏ Qui epigrāmatū feſtiuitate epigrammatici nomen ꝓmeruit.

¶ Marſpiter pe. cor. quaſi martis pater, ſicut Dieſpiter dicipat.

¶ Martia regiuncula Italiæ vltra picenum ſamnites verſus a Marſo Cirees filio a quo originem duxerunt dicta, cui⁹ populi marſi ſunt vocati nō longe ab vrbe. Vñ marſica vina. Nā maſſica ſunt e maſſicis montib⁹. Sunt & marſi alij populi ī Scythia, vt ait Herodo.

¶ Marſupium, ſaccul⁹ nūmorū. Grȩce μαρσύπιον. Cato de liberis. Et quod perſpicuum eſt maiorem curam habere marſupij noſtri q̄ virę noſtrę.

¶ Martyr latine teſtis dī. Martyriū teſtimoniū.

ŏ Marmarica regio aphricæ, q̄ vt Ptol. lib. iiij. ſcribit ab occaſu terminatur cyrenaico, a ſeptētrione ægyptiaco pelago ab oriente ægypto, a meridie parte lybies. In ea ſunt Naſamones & libiarchæ populi.

¶ Marubij marſorum populi circa Fuſcinū lacū dicti quaſi circa mare habitantes.

¶ Marrubium hęrba ſatis nota q̄ ex hulcerare veſicam putatur Græci praſon, Alij Lynoſtrophon. Quidā philopeda Nonnulli philocharen appellant.

¶ Marrucini populi in regione marſorū. Sil. li. viij. Marrucina ſimul Feretanis æmula pube.

¶ Mas dī q nō eſt fœmina, q̄uis ꝓ forti & magnanimo. Cui⁹ dimi. eſt maſculus. Var. Si nō plus teſticulorū offēdis q̄ ī caſtrato pecore in Apulia vincor nō eſſe maſculū ad rem. A maſculus fit maſculinus a, um. vt maſculinū genus.

¶ Maſculeſcere eſt maſculū fieri. Pli. lib. xviij. Denſiore enim ſatu maſculeſcere, hoc eſt de lapis napos fieri.

ŏ Maſculo as. idem q̄d roboro firmo. a q̄ Cōmaſculo Apul. li. ij. de Aſi. His cognitis animū meum cōmaſculaui. Emaſculo, vide alibi.

¶ Maſſagetes æ. pen. cor. Maſſagetæ populi Scythici in Aſia vltra mare caſpium. Luc. li. iij. Meſſagetes quo fugit equo vocreſcę geloni. Qui cū per deſerta diſcurrunt equoum ſuorum ſanguinem cum lacte bibunt. Apud hos ſenio confecti in fruſta cæduntur, qui vero morbo intereunt feris deuorandi obijciuntur.

¶ Maſſaniſſa & maſſiniſſa vtroq; modo dī. Numidarum regis nomē, q̄ prīo Romanis hoſtis fuit, deinde amiciſſim⁹. De quo Ouid. lib. xi. Faſ. Poſtea lux melior, ſuperat maſſiniſſa Siphacē Et cecidit telis Haſdrubal ipſe ſuis.

* Maſpetus ſolīū eſt Laſerpitij apio maxime ſimile. Cc.

¶ Maſſicus pe. cor. mons cāpaniæ optimi viniferax, quod etiā maſſicum dī. Sil. li. vij. Maſſicus vuiferis addebat nomina glebis. Hora. libr. i. car. Eſt qui nec veteris pocula maſſici. Docet Ser. maſſicus in plurali facere maſſica. Vergil. li. vij. Vertunt felicia baccho maſſica.

ŏ Maſſica regio bætbicæ tarthęſijs oppoſita. Hanc Vict. Maximam appellat.

¶ Maſſilia vrbs in Narbonenſi ꝓuincia. Cōſtat imperāte macedonibus Aſiyage, hebreis vero Sedechia circa ſecūdam & quadrageſimam olympiadem hanc fuiſſe conditam annis antequam virgo pareret. DCxii. poſt obitū Dauid regis annis cccdxxxiiij. Diruta deinceps a phocenſibus inſtaurata eſt qui Cyri tyrannidem fugientes deſtituta grȩcia in hunc ſinū nauigarunt. Olim maſſiliæ ſtudia ingenuarum doctrinarum adeo floruerunt, vt Romani pro Attica peregrinatione maſſilioris cū peterent, gymnaſium ad diſciplinas capeſſendas. Plau. i caſ. Maſſilienſes mores tanq̄ optimos & probatiſſimos. dixit. Vbi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tuos qui colore mores massilienses postulas. Hæc vini optimi ferax fuit. Vnde Martia. Tu me massilię ponere vina putes. A massilia fiunt Massilienses, massilitanus, massilioticus. Vũ massiliẽses viri massilitana vina, & massilioticum ostiũ.

¶ Massylia cum y, græco, apud græcos per simplex s. scribit. Sed quia a latinis prima producitur non absurdè per duplex ss. exarari potest. In hac syllaba sy. producitur in superiori corripitur. Luc. lib. iiij. Et gens quę nudo residens massylia dorso. Verg. lib. iij. Hinc mihi massylæ gentis mõstrata sacerdos, prouincia est quam quidam getuliæ & numidiæ mauris vicinam dicunt, nec longe abesse ab hortis hesperidum. Huius gens neq; ephippijs vtitur nec frẽnis sed sola virga contenta est qua agitet equos & moderetur. Ab hac massyli & massylei populi dicti sunt qui à poetis modo pro mauris, modo pro getulis ponuntur. Mar. Auditur q̃tum massyla per auia murmur. Idem Et massylæum virga gubernat equum. Sũt etiam qui eos masiulos vocitent.

¶ Mastiche es, pe. cor. teste Pli. li. xij. Lachryma est quam Lẽtiscus arbor gummi modo sudat. Sere. Rugarum sulcos lentisci mastiche tendẽs. Idem. Pulleium abrotanum nitide cum mastiche coctum.

¶ Mastix icis. pe. cor. gen. mas. flagellum scutica μαστίγω flagello. Vnde Homeromastix, & Virgiliomastix δ' ἰαμαστίγωσις, difflagellatio.

¶ Mendax qui frequenter dicit mendaciū, quod nomen Augustinus lib. ii. soli. a mentiendo deriuat. Illud autē quod mēdax voco a mentientibus fit qui hoc differunt a fallacibus q̄ omnis fallax appetit fallere, non autem omnis vult fallere q̄ mentitur. Nam & mimi & comœdię & multa poemata mēdaciorum plena sunt delectandi potius quam fallendi volūtate. Et omnes fere qui iocantur mentiuntur, sed fallax fallens is recte dicitur, cuius negocium est vt quisq; fallatur. Illi autem qui non id agunt vt decipiant, sed tamen aliquid fingunt, vel mendaces tantum, vel sine hoc quidem mentientes tamen vocari nemo ambigit, & vt dicam quod sentio mendax est mala dictio pessima vero fallacis quod ijs verbis amplectitur Phalaris in epistolis. Ὅυτως ὁ μὲν ἀκὰλλιπος πόθνον μὲν ἐμ ωαισὶ δ' ἄγνον δὲ ἐννέοις, μοι χὸρ δ' ἐ ἐμ γυναι ξίμ. ἀκολασον δὲ ἐμ νόμιος ἄσελγη δὲ ἐρ ἡδ' ουαῖς. ἀφσὸν δὲ ἐν ἔ ινήν. λει πὸ τακτκμ δ' ἐν πολεμοισ. * Id est. Sic noui & lupum pędiconem inter pueros, lasciuum inter iuuenes, adulterū inter fœminas, effrenē inter rēperatos, petulātē inter voluptates. subdolū i pace, deserētē socios inter hostes. A mendax fit cōparatiuū mēdatior mendaciſſimus & mendaciter.

¶ Mens dicta est quasi eminēs. Est enī mens altior animi pars qua etiam diuina percipimus. Ouidius. Mente deos adijt, & q̄d natura negabat Visibus hūanis, oculis ea pectoris hausit Vel potius ἀπὸ τῆς μὴνης τὸ σελήνης quoniam mens etiam si dormimus nunquam quiescit. Quid sit mens Lactan li. vii. docet hoc modo. Primum nō idem est mens & anima. Aliud est enim quo viuimus, aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens non anima sopitur & in furiosis mens extinguitur, anima manet. Et ideo non excordes, sed dementes appellantur mens ergo id est intelligentia vel augetur vel minuitur pro ætate, anima in statu suo semper est. Et ex quo tempore spirandi accepit facultatem, eodem vsq; ad vltimū durat donec emissa corporis claustro ad suam sedem reuolet. Tales milesius velocissimus inquit omniū quæ sunt est mens Nam tantæ celeritatis est vt vno temporis puncto cœlū omne colluſtret, maria peruolet, terras & vrbes peragret qui igitur mentem & animum idem esse dicunt falluntur, cum mēs sit cogitationis & consilij subtilitas quędam certę rationi cōsentanea. Ideo amentes & dementes dicuntur qui nullo, consilio vtuntur. Animus vero est vitæ & voluntatis fundamētum, hinc exanimes & exanimati. Plaut. in Cis. Exanimor, feror, distrahor, diripior, ita nullam mentem animi habeo. Et vbi sum ibi non sum, vbi non sum ibi animus est. Idem in Epist. Pauor territat mentem animi, neq; est vbi meas collocem spes. Vergil. Accipit in teucros animum mentemq; benignam. Cicer. lib. iiij. tus. Humanus autem animus decerpt⁹ est ex mente diuina, cum alio nullo nisi cum ipso deo (si hoc est fas dictu) comparari potest. Hic igitur si est excultus & si eius acies ita curata vt nec necetur erroribꝰ fit perfecta mēs id est absoluta ratio quod est idem quod virtus. Terent. Mala mens malus animus. Ex quibus declaratur animū ac mentem differre. ponitur tamē quādoq; mens pro consilio. Ver. Nostram nunc accipe mentem. Huius composita sunt amens demens, vehemens.

¶ Mente captus pro a mente accipitur, quēadmodum oculis captus pro cæco. Fest. Mente captus dicitur cum mens ex hominum potestate abijt. Demens, q̄ a sua mente decesserit. Amens q̄ a mente abierit.

¶ Mentior contra id quod in mente est loquor. Qui enim mētitur non ipse fallitur, sed alterum fallere conatur in eius detrimentum. Qui vero mendacium dicit, tum etiam fallitur cū credat se verum dicere. Vnde Nigidius, Vir bonus prestare debet ne mentiatur prudēs ne mendacium dicat. Priscian⁹ vult hoc verbum esse commune. Vnde Cicero in Ant. in passiua significatione dixit. Quem ipse ementitis auspicijs vitiosum fecerat. Stra. libro primo the. Mentitis ignesco thoris. Interdum mentiri est fingere & monstrare id quod non est. Lactantius libro secuñdo. Nec potest vnquam veri nomen assumere, quod veritatem fuco & imitatione mentitur. Et libro septimo. Hic est qui appellat Antichristus, sedse ipse Christum mentietur, & verum dimicabit. Huius compositum est Ementior, quod est aperte seu publice ostendo, quod non est. Hierony. ad Damasum. Quia & nos facile potuimus aliqua ementiri, quod ex vna voce solueret quæstionem sicut & cæteros fecisse monstrauimus, sed magis condecet ob veritatem laborem paulisper & peregrino aurem accommodare sermoni quam de aliena lingua factam alibi falsam referre sententiam.

¶ Mendicus pe. pro. a mente, q̄ mentē eius fefellerit fortuna Vel a medendo, quia precetur omnes vt vitæ suæ medeant cibo. Vel q̄ manu indicet. Hinc.

¶ Mendicitas & mendicimoniū Laberius pro inopia, & mendiciter per inopiam.

¶ Mendico as. pe. pro. vitæ alimenta posito, Iuue. Arcanam iudęa tremens mendicat in aurem.

¶ Mendicabulum mendicatio. Plaut. Memorare nolo hominum mendicabula.

¶ Menecis pe. pro. vrbs Phocensium vltima quæ ad occasū vergit. Menecina vrbs in Oenotria a qua menecinei & menecinij populi.

¶ Menæchinus apud Plautum comœdia in qua Menęchinꝰ introducitur.

ὁ Menedemus philosophus ex Eretria ciuitate a quo philosophi Eretriaci dicti sunt, Eretria vero in euboea est. vt inquit Strab libro nono. Hic militiam primo exercuit postea ad platonem concessit. Fuit honestate, & grauitate insignis. Status corporis in eo sene, vt in iuuentute fuit firmus, & validus. Et quum primum ab omnibus ludibrio haberetur, postea in tanta admiratione habitus est, vt ciuitatis gubernacula ei traderentur. Obijt vitæ suæ anno .lxxiij. Fuit & alius Menedemus lampasacenus.

ὁ Menander Poeta comicus Theophrasti discipulus de quo Quintilianus lib. vij. Meo quidem iudicio diligenter ad cuncta quę præcipimus efficienda sufficiat. Ita omnem vitæ imaginem exp̄sit tanta in eo inueniendi copia eloquendi facultas ita est omnibus rebus personis affectibus accōmodatus. Oui. de fine titulo. Dum fallax seruus, durus pater improbalena vixerit, & meretrix blanda menādius erit. Fuit & alter Menander hereticus discipulus Simonis magi, a quo menandriani heretici, qui asserebant mundum non a deo, sed ab angelis factum.

ὁ Menechinus philosophus Eudoxi auditor qui Platonis tēporibus vixit, Menęchinus legitur.

* Meneleus vnus de centauris. Cc.

* Menelętus auis ex aquilarum gñe minima magnitudine viribus precipua, colore nigricans, quæ sola fœtus suos alit frequenſq; versatur in mōtibus. Cc.

* Menestio nomen nymphæ a memorando dictæ. vñ Menestheus propiū nomē aurigę, Diomedis. Cc.

* Meno vide in dictione Memini.

* Mennonia gēma de qua nisi q̄ candida est nihil aliud commemoratur. Cc.

¶ Menomenon genus est mellis, quod ab insania quā gignit sic vocatur. Cc

¶ Meneæ nomen insulæ ex aduerso minoris Aphricæ (vt libro. v. docet Pli.) quæ in longitudinē patet. xxxv. M. pas. in latitudinem. xxv.

¶ Mendesium vnguentum dictum a Mandesco Aegypti vrbe.

¶ Mensa est sup̄ quam edere solemus, siue ligneum siue lapideum. Verg. Pars epulis onerant mensas & plena reponunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Poculá. Duo autem fuerũt apud Romanos prętioſiſſima mẽ ſarũ gña. citrea ſ. & acerna, qñq; menſa ponitur prõ prandio vel cœna. Iuue. Cum tot preclaris orbibus & tam Antiqs vna comedunt patrimonia menſa. Vnde & primæ & ſecundæ menſæ, i. primi & ſecundi cibi. Ver. Nõ ego te dijs & mẽſis accepta ſecundis. Tranſierim Rhodia. Menſa etiã Trapeza dicitur. i. tabula qua argẽtarij vtunt. Antiqui mẽſam vaſorum quadratam habuerunt. vocaruntq; vrnariũ Fuit & mẽſa vinaria rotunda noĩe Cilibantũ a cilice poculo præce calice. Altera erat vinaria menſa quadrata vna columnella ſubnixa, Cartibulũ vocabatur.

¶ Mẽſarius campſor pecuniarũ argentarius á latinis dicitur a grẽcis trapezita, ſed nũmularij & menſarij ſunt minutiores non tenentes libros in quibus data acceptaq; ſcribuntur, ąs græci collyuiſtas dicunt.

¶ Menſis a metior deducitur quaſi res numero dierum menſa. Cice. lib. ij. de na. deorũ. Qui quia menſa ſpatia conficiunt menſes nominantur Macro. a græco μην. i. a luna trahit. Nã lunæ curriculo menſis conficitur. Hinc Trimeſtris trium mẽſium. Augu. lib. xv. ci. dei. Arcades, q̃rũ anni trimeſtres fuerunt. Bimeſtris duorũ menſium.

¶ Menſtruus a, um, q̃d fit ſingulo menſe, vñ mẽſtruus fluor qui mulieribus ſingulis menſibus accidere ſolet. Hiero. ĩ Leui. Quę poſt menſtruũ ſanguine fluere non ceſſat. Luc. libro. v. Menſtruus in faſtos diſtinguit fæcula conſul.

¶ Menſtruũ ſubſtantiuũ mulierum ,pfluiũ eſt, q̃d non multi ſed vitioſi humoris indiciũ eſt. Indigeſtũ eſt enĩ & crudũ q̃d egeritur, & quaſi infirmũ effluit. nec habet ſedem, ſed natura quaſi noxiũ & magis frigidũ pellit, q̃d maxime ,pbatur, quia mulieribus cũ purgat algere cõtingit, vñ intelligit frigidum eſſe q̃d effluit. Et ideo in viuo corpore nõ manere quaſi copia caloris extinctũ. Mẽſtrui virus deſcribit. Pli. lib. vij. his verbis Sed nihil facile reperit mulierũ profluuio magis mõſtriferum Acceſcũt ſuperuẽtu muſta, orta ſterileſcũt, fruges moriũtur, ortorũ germina & fructꝰ arborũ qbꝰ inſedere decidũt ſpeculorũ fulgor ipſo aſpectu hebetat, acies ferri p̃ſtringit eboriſq; nitor, aluei apũ moriunt, æs etiã atq; ferrũ rubigo ,ptinꝰ corrũpit, odorq; dirus aera, & in rabiẽ aguntur guſtato eo canes atq; inſanabilis veneno morſus infigitur.

¶ Menſtrualis idẽ q̃d menſtruus. Plau. in ca. Quibꝰ ſolebã mẽſtrualis epulas ante adipiſcere.

¶ Menſtruatus a, um, q̃d menſtruũ patitur. Vnde dicimꝰ mẽſtruatam mulierẽ.

¶ Menſurnus a, ũ, a mẽſe, ſicut diurnus a die. Cice. ad Heren. Pars quędã ęternitatis cũ alicuius animi menſurni, diurni, nocturni, veſpertini, certa ſignificatio habet.

¶ Menſura inſtrumẽtũ quo metitur, quã quidã a mẽbris humanis dictã putant. Hinc menſuro as.

ō Menſura, vt Ariſto. lib. x. Metha. Eſt illud per q̃d certificamur de quantitate rei.

¶ Meniana ædificia ſunt porrecta exterius. ſic dicta q̃ primo a Menio, qui primus in foro vltra colũnas ,pecit ſigna quo ampliarentur ſuperiora ſpectacula, vulgo, nunc podioli & lobiæ dicuntur. Scribit Porphyrio Meniũ ſcurrilitate notiſſimũ poſt abraſum patrimoniũ vendiſſe domũ quã habuerat ad forum ſpectantem vna ſibi excepta colũna vnde gladiatores ſpectaret. Quæ ex eo Menij colũna nominabatur. Hiero. vero in pſalmorũ interpretatiõe ſic habet. In Paleſtino & Ægypto non habent in tectis culmina, ſed domata, quæ Romę vel Solaria vel Meniana vocant, plana tecta, quæ tranſuerſis trabibus ſuſtentantur. Fortaſſis ab hoc Menio dicta ſunt. Solaria illa quæ græci domata nuncupant. Nam Menius ſuper columna, cuius ius ſibi exceperat tectum proiecit & tabulata, vnde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gradiatorũ poſſent. Suetonius. Pauci e proximis Menianis ſpectabant.

ō Menſio a menſum fit & ſignificat menſuram. Cice. de Ora. Aures vel animus aurũ nuncio naturalem quandã in ſe contineat vnã omniũ menſionem.

¶ Metha cum h. hęrba vulgo nota dicta q̃ grato odore mẽſas precurrat apud græcos Mintha dicebatur a nomine Mihthes, quam ferunt pellicem Plutonis a proſerpina deprehenſam in Menthã deformatã fuiſſe.

¶ Menthaſtrum ſyluęſtre holus dictum quod Mentham imitetur.

¶ Menta genitale membrum, cuius diminutium eſt mentula a quo mentulatus, vt in Priapo. Deus priapo metulatior non eſt. Dicitur & membrum per excellentiã, quoniã ipſum ſolum generat. Vocatur p̃terea muto. Hora. lib. i. Ser. Huic ſi mutonis verbis mala tanta videntis. Diceret hæc animus. Hinc mutoniatus vt illud Dormis cum pueris mutoniatis. Et apud veteres Mutunus quoq; & Tutunus dicitur priapus qui mẽbri deus mẽbrũ quoq; ſignificat. Lactã. li. i. Et tutunꝰ in cuius ſinu pudendo nubentes præſident vt illarum pudici tiam prior deus delibaſſe videatur. Appellatur & Verpa ab inuerſa pellicula.

¶ Mentum ab eminendo. A gula enĩ eminet. Et q̃is Pli. dicat Mentum nulli præter hominẽ eſſe tñ Hiero. li. Reg. ſcribit Dauid apprehendiſſe mentũ leonis & vrſi, & eos ſuffocaſſe. Et Plau. i Merie. Glãdionicã ſuillã, lardũ pernã, Itidẽ autẽ ſyri ciput, aut menta porcina.

¶ Mentagra morbus dictus á mento. a quo incipit & faciem quidẽ collũ pectꝰ manuſq; fœdo quodam furfure occupat. alio nomine dicitur Lichena.

¶ Mentor oris. pe. cor. Artifex in vaſis cælandis mirus. Iuuenalis. Raræ ſine mentore menſæ. De hoc Plinius libro xxxiij. Hinc Mentoreus rea, reum. Proper. Leſbia mentoreo vina bibas opere.

¶ Mentigo pe. pro. genus morbi. Col. libro. viij Eſt autẽ mentigo quam paſtores Oſtigenem vocant mortifera lactentibꝰ ea plærũq; fit ſi per ĩprudentiã paſtoris ĩmmiſſi agni vel etiã hœdi roſcidas hærbas depauerunt. Sed cũ infectũ eſt os atq; labra fœdis hulceribus obſidet.

¶ Menus Germaniæ fluuius vbi Siluras equum trãnantem demergit.

¶ Meo as. vado, Lactan. libro. iij. Videbant ſyderũ curſus in occaſum meantiũ. Et meare fluere, manare. Vñ meatus quos græci poros vocant. Plin. Succus maluæ decoctę poros, hoc eſt meatus ſuaues facit. Huius cõpoſita ſunt Commeo, Permeo, Remeo, & tranſmeo.

¶ Meoniavide ſupra mæonia.

¶ Mephitis pe. pro. terræ putor ex aquis maxime ſulphuratis atq; corruptis proueniens. Verg. lib. vij. Sæuãq; exhalat opaca mephitim. Alij mephitim deum eſſe volunt. Leucotheæ cõnexũ, ſicut eſt Veneri Adonis, Dianę Virbius. Alii Iunonem intelligunt, quãnon niſi ex corruptione aeris naſci, ſicut bonum odorem de aere incorrupto, vt ſit Mephitis dea odoris grauiſſimi. Hinc Mephiticus phitica, phiticum. apud Sidonium pro fœtulento.

¶ Meracus ca, cum. pe. pro. ſed vt puto falluntur nõnulli Nã Vergi. Conſtitui meracas edidicq; notas, vbi penul. breuis eſt, nec rationẽ video quæ producere penulti. debeat. Vide in dictione Merus. ¶ ASCEN. Vbi Vergi. id dicit Viderit author. Alii certe producunt.

¶ Merces cis. quicquid emitur venditurve lucri cauſa. Aug. Inuenit viles merces terrenas, & terreſtribus attulit peregrinas & cœleſtes. Et mercis nõie continẽtur res tantũ mobiles non tñ hoies, cũ ob eam rem mãgones & mercatores, ſed vę nalitiarios appellarit vt mella. Hinc commerciũ. Merces vers mercedis, a merendo ære inqt Var. Iuue. Noſce volunt omnes mercedem ſoluere nemo. Eſt enĩ merces p̃miũ quod dat pro labore ſeu ſtipendio.

¶ Mercenarius q̃ mercedis gratia operã p̃ſtat. Col. Siue mediarũ facultatũ dñs ex mercenarijs aliquẽ recuſantẽ iã quotidianũ illiud tributũ q̃ veſtigalis eſſe nõ poſſit ignarũ rei cui p̃futurus eſt magiſtrum fieri iubet.

¶ Mercenarius cenaria, cenarium. quod ad mercedem pertiet Lactantius. li. vi. Ipſe pluribus locis clamas mecenariam nõ eſſe virtutem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Mercimoniū & cōmerciū est cōtrectatio quædam merciū sicut a patre patrimoniū. Plaut. Vt vos in vostris mercimoniis emundis vēdūdisq; voltis me lętū luc ris afficere. Idēm Cur. Sed quid agit meū mercimoniū apud te?

¶ Mercor aris. lucri causa mercaturam exerceo, vel etiā simpliciter emo. Et quādoq; accusatiuo solo contentū est. Terē. in heau. Agrū in ꝓximo hic mercatus est, quandoq; cū ablatiuo prętium denotante iungitur, sicut fit in Emo. Gelli. Libros tris reliquos mercatur nihilo minori prętio qñq; ablō a vel ab mediante sine p̄tio expresso. Cic. li. offi. Sordidi etiā putandi qui mercantur a mercatoribus quod statim vendāt quādoq; datiuo. Teren. Quidā eunuchus quē mercatus fuerat frater Thaidi. Quandoq; cū datiuo & ablatiuo construit Augu. lib. ix. con. Et placuit mihi in conspectu nō tumultuo se abripere me, sed leniter subtrahere ministerium līguæ meæ nundinis loquacitatis ne vlterius pueri meditantes insanias mendaces & bella forensia mercarētur ex ore meo arma suo furori. Ex his colligitur non solum mercor, sed alia verba emtionem vel acquisitionē significātia vti posse huiusmodi cōstructione si eum a quo vel vnde & cuiid emimus exprimere voluerimus. Composita sunt. Commercor. Plaut. in cap. Pater ergo captiuos commercatur alios. Præmercorante alios mercor.

¶ Mercator qui emit siue vt teneat, seu alteri vēndat, & qui mercaturam exercet.

¶ Mercatura ars seu actus mercandi. Cice. lib. i. offi. Mercatura autē si tenuis est sordida putanda est, sin magna & copiosa multa vndiq; apportans, multisq; sine vanitate impertiens non est admodum vituperanda.

¶ Mercatus us. idē quod mercandi actus. Liui. li. i. Tullus ad Feroniæ fanū mercatu frequenti negociatores Romanos cōprehensos querebatur.

¶ Mercatus ti. locus in quo res venduntur, qui & emporium dicitur. Cicero libro officio. Quo cum tanquam ad mercatum bonarum artium profectus sis inanē redire turpissimum est. Terentius in Adelph. Emptæ mulieres complures, & item hinc alia quæ porto in Cyprum, nisi eo ad mercatum venio damnum maximum est. Don. Mercatus locus tempusq; signat.

¶ Mercatus a, um. participum. vt Terentius. Agrum in proximo mercatus est.

¶ Mercalis quasi vēdibilis. Col. lib. viij. Ex his singula capita quæ videntur esse robustiora in supplementū gregis reseruātur, cætera mercalibus traduntur. i. vendibilibus. Hinc cōponitur Promercalis. de quo infra.

¶ Mercurius quasi medius inter homines currens, ꝙ sermo currat inter homīes medius. Ideo Hermes grēce ꝙ sermo vel interpretatio quæ vtique ad sermonem pertinet. Hermenia dicitur. vnde & mercibus præest, quia inter vendētes & emētes sermo sit medius. Ideo et alas in capite & pedibus ponūt volentes signare volucrem ferri per aera sermonem. Ideo nūcium dictum, quoniam per sermonem omnia cogitata enūciantur. Dictus est deus facundiæ. nam hominibus loqui præstare dicebatur. Dictus est deus mercatorum, palæstræ, furūnunciusque & interpres deorū. Lyram inuenit. Hermaphroditum ex sorore Venere genuit. Martem e duris carceribus liberauit Argum interemit, Prometheum in caucaso religauit. Iouis filius fuit ex maia Atlantis filia. Hic dictus est Hermes trismegistus hoc est ter maximus

☿ Est eius corpus cunctorum syderum minimum Fere semper sub radijs solaribus a quibus non recedit. longitusquam. ccxxx. gradus. Ideo ab Astronomis Stilbon dicitur q̄d est radians, vnde solanus & perustus fingitur quia nimis est vicinus soli præter cæteras stellas.

¶ Mercurialis hęrba quā græci Linozostin vocāt, cuius duo sunt genera, masculus & fœmina.

¶ Merda a meros quod est pars & edo comedo. Est enim cibi excrementum, hoc est pars eorum quæ comedimus. Horatius libro primo Sermo. Mentior at si quis merdis caput inquinet albis Coruorum & in me veniant mictum atque cacatum. Hinc fit Merdo as. a quo permerdo quod est fœdo & conspurco. Albius. Vt faciunt pueri qui omnia permingunt atq; permerdant.

¶ Merenda cibus qui datur post meridiem. Vnde & merendo as. Calphur. in buc. Sereq; videbitur hora merendæ. Plautus in mus. Visis ne forte ad merendā copiā diuorteris atq; ibi melius q̄ satis fuerit biberis.

¶ Mereo meres, & mereor mereris. deponens a mercede fiūt & ambo merui meritum faciunt. Et tria significant. Primo, aliquid mercedis pro labore paro vel sumo, seu dignus sum, Vernaculo sermone dicimus meritare. Ouidius libro quarto metamorph. Quam meruit pœnam solus digessit in omnes. In bonum, vt Meruit qui laude coronam. Et cum dicimus, nihil meretur, significat nihil mercedis dignus est accipere. Terentius. Ego Carine neutiquam officium liberi hominis esse puto cum is nihil ꝓmereatur postulare id gratiæ apponi sibi. Plautus. in cap. Vale atq; salue & similiter vt dicā meres. Qñq; etiā de turpi lucro dicit, vt sit merere sordidū quæstū facere. Terē. in Eu. Primū iste qui meret sestertio vicinos. Vnde & meretrix & meretricia taberna & meritorij pueri dicūtur. Sēdo significat confero, inseruio, seu tracto. Et tunc cōstruit cū ablatiuo mediante de, vt mereor de te. i. aliquid in te cōfero. Et in ābiguū. Si de beneficio intelligimus bene mereor de te dicim⁹. Verg. li. iij. Si bene quid de te merui. id est si in allquo tibi beneficiū contuli. Si autē de offensione, male mereor de te. Cic. Nāq; q̄ in hoīem petulātē & male de nobis meritū esse debuimus? In bonū tamen sine bene vsus est. Verg. li. vi. Quicq; sui memores alios fecere merēdo. Nō nunq̄ ꝓprię ambiguū sensum sine vtroq; dicimus, vt qd te sum meritus? Et aliquādo per negationē vt hoīes nihil de me meriti sunt. hoc est nec bene mihi nec male fecerunt. Tertio significat stipēdia facio ī militia hoc est stipēdij gratia milito & dimico. Et tunc datiuum aut ablatiuum requirit, vel absolute ponitur. Luc. Aere merent paruo. Sta. libro quarto the. Non hi tibi solū Amphiarae merent Luca. lib. vi. Sęua viro nomē castrorum in plębe merebat Ouidius. in fas. Totidem pilanus habebat Corpora legitimo quicq; merebat ęquo. Aliquando etiā actō iungitur vt apud Sueto. Prima stipendia meruit. Et in hac significatione fit meret impersonale vt auctor est. Ser. li. iiij. ęnei. Hinc etiā emeriti milites & emeriti stipēdia dicuntur, qui militia perfuncti sūt. i. qui perfecte meriti & exempti senio a labore efficiuntur. Plinius libro. xi. Nouissi meq; fessis & iam emeritis inchoate. Nōnunquā etiā passiue sumitur, vt apud Quin. Emeritis huic bello stipendijs. Et per translationem emeriti boues dicuntur, & quędam alia. Emeriti vero senes solent habere eos qui pro se laborent, qui dicuntur pro alio opus agere. Composita sunt commereor, demereor, emereor, promereor, siue commereo, demereo, emereo & promereo.

¶ Mæreo es, męstus. cum æ. diph. secundū Var. a marceo fit vnde & primam vocalem accipit, ꝙ corpus etiā marcescere facit męror. Alij cum œ. diph. scribūt. Est autē męrere tristari & dolore affici. vnde & cū actō quādoq; cōstruit Cice. Te rentię. A te quidem omnia fieri fortissime & amātissime video, nec miror sed męreo casum eiusmodi, vt tantis tuis meritis meę miserię subleuentur id est doleo. Item deplorare, vt apud eundem libro primo Tusculanum. Atilla sicut acerbissimam rem męret. Et iterum. Cum grauiter filij mortem męreret. Inuenitur etiam męret impersonale cum significato sui verbi. A męreo fit męror, męstitia, męstitudo, męsto męstas. & męstifico cas. & męro as. męrentem facio. Pacu. Qui multis mærauit modis.

¶ Meritum prestitum dicitur. Et quoniā tam de malo quam de bono dici potest, pro loco intelligendum est. De bono Plācus Quid enim tibi pro maximis tuis ac pene īmortalibus in me meritis prestare amplus possim. De malo Vatinius. Scis meam fortunam nescio quō facile obtrectatores inuenire nō meo hercle merito. i. culpa. Vnde Augu. lib. de gra & lib-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

arbitrio, bonum meritum & malũ meritũ appellat. Ista vtiq; inquit iam merita sua bona cõmemorat, vt post pauca merita consequatur coronam, qui post mala merita consequut⁹ est gratiam.

¶Meritus a,um, quod est congruum & cõueniens. Vergil. meritos aris imponit honores. Huius contrarium est immeritus, a quibus meritissimus & immeritissimus. Terẽ. in Phor. Iam dudum te omnes nos accusare audio immerito, & me omnium horum immeritissimum.

¶merito aduerbium. i. digne, vt in Geñ. merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum.

¶mer.tus substantiuum mons est in tertio europę sinu.

¶merito as, a supino verbi mereo, significat dignus sum & milito.

¶meritorius a,um, quod q̃stũ facit corpore suo. Vñ equi meritorij, & meritoriæ rhedę q̃ quęstus gratia locantur aut conducuntur. Et scorta mascula pueri meritorij qui lucri causa ꝓstituuntur. Nam puellæ non vocantur meritoriæ, sed meretrices meritorij nãque vt meretrices precio merent. Cice. in Anto. Iugenui pueri cum meritorijs, scorta cum matribus familias versabantur. Taberna meritoria diuersorium atq; hospitium mercenarium vbi cuiq; introire licet danti mercedẽ Ratio vero meritoria quasi vilis & male concepta. Aliquando meritoria absolute dicitur pro tabernis mercede conductis. Iuue. Nam quæ meritoria somnum admittunt.

¶Meretrix a merendo, nam mercede suam exercet militiam quę copiam sui tantũmodo facit. Ideoq; honestioris loci est & quęstus. Prostibulũ ꝙ pro stabulo id est ante stabulũ stet. Vnde & Plaut. in Cis. Intro ad bonam meretricem, in via sola prostibula sane est.

¶Meretricium ipsa meretricã dis ars meretricius a,um, quod est meretricis, vel quod ad meretricẽ pertinet, vt ars meretricia. Teren. in Heaut. Ignaram artis meretriciæ.

¶meretricor pe.pro. scorror. Gel. Thais meretricando magnam pecuniam demerebat.

¶meridies medius dies quasi medidies. Nã vt inquit Var. d. antiqui non r. in hoc loco dicebant. Et semper masculinum est, quia certum diei tẽpus significat. Hinc meridianus a,ũ, quod ad meridiẽ spectat, & pomeridianus, de quo infra.

¶meridio as, & meridior depon. significat cibũ meridianũ capio. Plau. Iẽtando, meridiando, comessando, pergręcando vitã ducere. Hinc merenda dicta est. Aliquando significat cõnũ meridianũ capio. Cor. Cælsus. longis diebus meridiari debet, potius ante cibũ vtile est, sin minus post eũ, per hyemem potius totis noctibus conquiescere. Sueto. de Nero. missos a messalina vxore Claudij qui eũ meridiãtẽ quasi Britannici æmulum strangularent. Hinc meridiatio quies meridiana. Ci. lib. ij. de diui. Tunc & lucubrationes detraxi & meridiationes addidi quibus antea vti non consueueram.

¶mergo is, si, sum, sub aqua pono. Cuius cõposita sunt De mergo, quod est deorsum mergo, quod fit cum aliquid sub aqua vel sub terra & huiusmodi figitur. Lact. lib. iij. Non vt poetæ Arionem mentiuntur in pelago incedẽtẽ, qui demersa corporis parte hũeris superemínet vndas. Colu. lib. ij. Nec pecori maiora nisi cũ siccissimũ est, qm̃ demergunt vngulas & atterunt. scinduntq; radices hærbarũ. Demergo diuersemergo. Lact. lib. vi. Quæ aũt abillo altero id habent officiũ vt cœlestibus auocatũ, terrenisque demersum, ad pœnã interficiant sempiternã, quod est summũ malũ. Emergo extra mergo, & quasi ex loco vbi submersus fueram exeo, & in lucẽ prodeo. Liuius lib. i. Primũ ex profunda emersus palude. Teren. per trãslationẽ in And. dixit facile ex illis sese emersurũ malis. Immergo intus mergo. Verg. lib. iij. Æneid. Vastoq; ĩmergite ponto. Submergo subtus mergo.

¶mersо as, sępe mergo. Col. lib. viij. Quarto die si est vicinia maris ad littus deducta mersatur ouis. Augu. lib. ij. con. per translationẽ. Æstuabat ibecillam ætatẽ abrupta cupiditatũ, atq; mersabat gurgite flagitiorũ.

¶merto tas, idẽ quod mersо. Accius. Vel hic qui in ea parte effrenata ĩpud ẽtiã prẽsẽs dictis mertare instituit

¶mergę faculæ quibus acerui frugũ fiunt, dictæ a mergis volucribus quia vt illi se in aquam mergunt dũ pisces persequuntur, sic messores eas in fruges mergunt vt eleuare possint manipulos.

¶mergus, gi, auis dicta ꝙ se in aquam cibũ captans assidue ĩmergat, quẽ alĩ mergõnẽ appellant. Verg. li. i. ge. Cũ medio celeres reuolant ex æquore mergi. Huius auis natura est vt sẽpe mergens aurarũ signa colligat, & prẽuidens tẽpestatem futurã propere medio reuolat ex equore, & ad littorũ tuta cum clamore contendit. Est & mergus in vite vt docet Col. lib. v. qui ait mergi genus est vbi supra terrã iuxta suũ adminiculum viris curuatur, atq; ex alto scrobæ submersus ꝓducitur ad vacantẽ palũ. Palladius. mergũ dicimus quotiens velut arcus supra terram relinquitur alia parte viris infossa.

¶mergus oris, genus vasis, quam nonnulli Situlã appellant.

¶mergulus instrumentũ quo lãpadis Ellycnus continetur, alio nomine emunctoriũ, vt apud Hiero. in Leui.

¶mergites pe.cor. spicarũ manipuli a mergendo dicti. Ver. l. b. ij. Georg. Aut fœtu pecorũ, aut cerealis mergite culmi ꝓuentuq; oneret.

*mermeros vnus ex Centauris. Cc.

*mero dictus est Nero, ꝙ impendio vinosior esset. Cc

*meroctes lapillus porracei coloris qui lacte sudat. Cc.

¶meroe es, dictio trisyllaba insulę Nili metropolis, a qua & tota insula meroe dicitur. Hanc Cãbyses condidit a nomine sororis meroe. Cum em̃ Ægyptũ omnẽ occupasset, meroem secum vsq; ad Ægyptios ducẽs processit, quę cũ ibi mortem obijsset, vrbi nomen indidit. Forma insulæ scuto persimilis. De qua. Luca. lib. x. Gurgite rupto Ambitur nigris meroe fœcunda colonis. Patet longitudine stadiorũ tribus milibus, latitudine mille. Effodiunt in ea aurum, argentũ, æs, ferrum, ebenum Prętereа fert & lapidũ multiplex genus, distatque a Syene quinq; milibus stad. vltra quã est ad torridã ẓonam. Exuperat omnes alias Nili insulas, quas circiter septingẽtas esse scribit Diodorus.

¶merops apiastra auis quæ apes comedit. Verg. li. iiij. Geor. meropes alięq; volucres. Et meropes diuersarũ linguarũ homines dicuntur ab μερίζω quod est diuido & ὀψ per o breue quod significat vocem.

¶meropus pe.cor. mons Gręcię iuxta Thessaliam variis prę ruptus anfractibus.

¶meropẽ pe.pro. insula dicta vt quidam existimant a merope terrigena Triopę filio.

¶merops mons Indiæ, sub cuius radicibus est Nisa ciuitas constituta.

¶merus a,um, quod est solum. Teren. in Phor. Nihil habet nisi spem meram. Vñ merula auis. Per translationem ponitur pro puro. Cice. lib. ij. de ora. Ecce tibi exortus est Isocrates magister istorum omniũ cuius e ludo tanquã ex equo Troiano meri principes exierunt.

¶merũ substantiuũ ponitur pro vino solo sine a qua.

¶merax & meracus a,ũ, pe.pro. eo ꝙ est solĩ & purũ. Prop. Aphereat quicunq; meracas Reppert vuas. Vñ vinũ meracũ dicimus quod merũ est nulla aqua admista. Hinc fit comparatiuũ meracior, & superlatiuum meracissimus. Vñ meracius bibere dicuntur qui minus aquæ vino miscent. Sicut e contrario lymphatius dilutiusve qui plus aquæ adhibẽt. Cęlsus præcipit hyeme meracius bibẽdum esse, æstate dilutius. Hiero. in Deutero. Et sanguinẽ vuę biberent meracissimũ.

¶meribibulus qui vinum sine aqua bibit. Aug. Cum temeriti auidior esse quadam die abirata ancilla per cõuitium appellata est meribibula, quę res tantum ei pudorem iniecit, vt postmodum sobria prorsus fuerit.

¶merula auis sic dicta ꝙ sola volet, & solitaria pascatur qua si mera volans. Quo nomine etiam dictus est fluuius in Albouintimilio oppido.

¶merysmos a grẽcis dicitur figura apud Rhetores, quam latini distributionem vocant. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Merx mercatura, differunt tamen inter se ꝙ merx est species ipsa quæ emitur, venditurve. De mercatura vide supra. Cc.

¶ Mosa fluuius notus per Leodium fluens, & per Brabantiã ac Geldriam, vulgo tamen Mosa dicitur, & coniungit secũ Rheno. Est & Mosa pars in domo apium. Victr. latie dici mediana auctor est.

*Mesauli ædium itinera dñr ꝙ inter duas aulas. i. duo atria sint interposita, nostri Andronas. Cc.

*Mesen ventum dicunt inter Boream & cęciam. Cc.

¶ Mesos græce medius latine, meson moderatum, mesonyction media nox.

¶ Mesopotamia regio inter Euphratem & Tygrim in maiori Asia. Nam μέσος medius ποταμός fluuius. Amb. li de parad. Mesopotamia dicitur ꝙ Tygris & Euphrates incluserint eam, eo ꝙ inter duo flumina constituta sit. Quod etiam longe positis nomen ipsum & opinio communis expressit Habet enim Tygrim ab oriente & Euphratem ab occidente A meridie Babyloniam, mesopotamiam impinguat Euphrates, vt inquit Solinus, annuæ inundationis excessibus terris superfusus. Hęc regio etiam dicta est Seleucia, vt libro. vi. refert Pliny.

*Mesoleucos gẽma quam nigram linea alba diſtinguit. Cc.

*Mesopherum vocant nardum minoribus foliis. Cc.

¶ Mesapia Apuleia a mesapo rege sic appellata.

¶ Messana pe. pro. ciuitas Siciliæ, a qua messanenses dicti sunt Sil. lib xv. Incumbens messana freto niuibusque reuulsa. Hãc vrbem condidere messenij in Pelori sinu, vbi ad orientẽ maxime flectitur. Postea cum mamertini natio campana eo colonos misissent, ipsi quoq; mamertini potius quã messanenses sunt vocati.

¶ Messene ciuitas Græciæ messeniæ in Pelopõneso a qua messenij. De qua Hierony. contra Ioui. Spartiatæ & messenij diu inter se habuere amicitias intantum vt ob quędam sacra ẽt virgines ad se mutuo mitterent.

*Mespanense vnum ex ostijs Rhodani flu. Cc.

¶ Mesochorus pe. cor. fistulator cythariſta in medio saltationum. Sido. Nullus ibi Lyristes choraules mesochorus tympanystria psaltria canit.

¶ Messala dictus est Valer. Coruinus quia messanam in Sicilia vicit, & vrbis captæ in se translato nomine messana primo appellatus est, paulatimq; vulgo ꝓmutante literas messala dictus est. Vnde & messalarum familia romæ, florentissima, ex qua messala Coruinus orator nobilis ortum habuit

¶ Messalina nomen filiæ Barbati messalæ consobrini Claudij imperatoris, quæ cum adolescentula esset ipsi Claudio seni nupta fuit, summæ libidinis mulier, ita vt innumeris adulterijs se summiserit, & mutata veste lupanaria celebrauerit. Quinetiam cum scorto famoso aliquando certauit, & superatam a se meretricem gloriata est, & se inter diem & noctem xxv. passam concubitus affirmauit. Prętera se se labore potiꝰ fessam quam concubitu satiatam destitisse. Tandem ab ipso Claudio supplicio affecta est cum. C. Silio nupsisset.

¶ Mespilus pe. cor. genꝰ arboris, cuius fructus mespilum. Palladius. Mespilus admisto germine tuta subit. Idem, mespilaque exarmat pugnacibus horrida membris.

¶ Messias hebraice, gręce Christus, latine vnctus dicitur.

¶ Messis duo significat, tempus. s. metendi & rem pro tempore. s. quando fruges metuntur. Verg. Ante focum si frigꝰ erit, si messis in vmbra. Pro re. hoc est pro segete ipsa iam matura. Idem in Georg. Atq; interfice messes. Nec solũ de frugibus, sed etiam de vua dicitur. Dicta messis a metendo, vel a medio, vt inquit Var. lib. i. de re rust. Metitur enim vt stramentum medium subsecetur. Nam qui metunt manu sinistra summum prehendunt infra manum stramentum quod terræ hæret postea subsecatur.

¶ Messorius a, um, quod ad messorem pertinet. Ci. messoria se corbe contexit, messor qui metit, messio ipsa metendi, id ẽ secandi actio. & operam messoriam dicimus qua quis metit.

¶ Messia prouincia quæ Pannonię iungitur ad pontum vsq; cum Danubio decurrens. Sue. de Tibe. Armeniam a Parthis occupari, messiam a Dacis, Sarmatisq;. Gallias a Germanis vastari neglexit. Sunt qui hoc nomen cum œ scribant mœsia.

¶ Met syllaba, piam, pte, ornatus causa ponuntur, & aduerbia sunt. Vt egomet quispiam, tute. Sed me iũgitur casibus omnibus pronominum primę personæ, tam pluralis quam singularis numeri absq; genitiuo plurali, vt egomet, memet, nosmet, & reliqua. Secundę vero personæ obliquis tantum casibus, vt tuimet, tibimet. Nominatiuo non addũt, ne verbum putetur, tumet a tumeo, sed tute, tutemet profertur. Et quidem sic iuncta discretionem significat, vt ipsemet. i. ipse solus, & non cum alijs, vel ipse per se & non per alios. Pte cũ quinq; ablatiuis iungitur, vt meapte, tuapte, suapte, nostrapte, vestrapte. Te similiter cum pronomine secundę personæ idem efficit, vt tute id fecisti id est tuipse per te, & non p aliũ Tete vtraq; producta, vt meme, sese, composita ostendunt accetu acuto. Ce vero additur fere is quæ in c desinunt hic, hæc, hoc, apud antiquos casus, vt hocce, hoccine. Vnde hoc quasi duabus consonantibus producitur. Verg. Hoc erat alma parens ꝙ me per tela per hostes Eripis? Terent. Hoccine est credibile, aut memorabile factum. Hicce, seu hiccine, sicce sine siccine, hęcine, hanccine. Illiece, istícce, illanccine. Terent. Illanccine mulierem dixit pro illamne. Apud iuniores vero per eos casus tantum, qui in s desinunt euphoniæ causa, vt huiusce, hisce, hosce.

¶ Meta congeries seu strues in acutum tendens, seu turbo in uersus, conos a græcis appellata, quia esset posita in dimenso spatio, vel quia eam metiantur quadrigę circumcurrentes. Moris enim erat septies metam lustrare. Proper. Aut prius effracto deposcit prędia cursu, Septima quam metam triuerat ante rota. Cum enim iam carceribus emissę ad metam venissent quadrigæ erat opus vt circũ ipsam flecterentur. Ver. Hic viridem æneas frondenti ex ilice metam. Cõstituit signũ nautis pater vnde reuerti Scirent & longos vbi circunflecterę cursus. Per translationem vero quoniam auriga quandocunq; primum metam superauerat iam ad finem certaminis peruenisse videbatur, non solum pro agrorum termino ponitur, quem pyramidali forma effigiari mos fuit. Vnde & meta fœmini vernaculo sermone lameda. Columella lib. ij. Certe quicquid ad eum modum quo debet siccatũ erit in meta extrui conueniet, easq; ipsas i anguſtiſſimos vertices exacui. Sic enim commodissime fœnum defenditur a pluuijs, sed ꝓ quocunq; termino ac fine. Verg. His ego nec metas rerũ nec tempora pono. Ser. Tormentis finem metãq; laboribus orat Hinc peruenisse ad metam dicimus qui iter aut aliud opus perfecerint. Accipitur etiã quandoq; pro inferiori parte noctis. sicut Catillus pro superiori. Est & meta prępositio gręca & in fine acuitur, & modo cum, modo trans modo post significata qua multa componuntur.

¶ Meta lactis dicitur caseus qui factus est ad formam metæ. Mar. Ferte ille cæris cana cum suis mella, metamq; lactis Sassinate de sylua.

¶ Metapsycosis pe. pro. Scribitur enim μετα ψυχωσις subitus transitus ad diuersa corpora.

¶ Metempsycosis penul. prod. latine transanimatio cum. s. de aliis corporibus in alia corpora transeunt animæ. Vnde. Ouidi. Pythagoreorum dogma lib. xv. explicans ait, morte carent animæ, semperq; priore relicta, Sede nouis habitant domibus viuuntq; receptę. Ex hoc Pythagoræ dogmate inducta est ab esu animalium abstinentia ne forte vt festiuiter ait Teren. bubulam quis de aliquo proauo suo obsonet. Hiero. Probabo non Empedoclis & Pythagoræ nos dogma secta ri qui propter μετεμψυχωσιν. i. transanimationem omne quod mouetur & viuit edendum non putant.

¶ Metabasis latine transitus, metabole mutatio.

*Metagram veteres vocauerunt faucium morbum. Cc.

*Metapnium vnum ex ostijs Rhodani. Cc.

¶ Metaponum transpontum, quo nomine dictum est oppi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dum Italię in ſinu Tarentino, a quo metapontini populi.
¶ Metaplaſmus dici poteſt tranſformatio. Eſt autem tranſlatio recti ſolitiq; ſermonis in alteram ſpeciem vel metri vel ornat⁹ vel neceſſitatis gratia μετὰ trās πλάσμα. figmētū.
¶ Metaphora pe.cor. tranſlatio a Cicerone dicitur, fitq; cum nomen aut verbum ex proprio loco in eum tranſfertur, in quo aut proprium deeſt, aut tranſlatum proprio melius eſt, vt Claſſiq; immittit habenas.
¶ Meramorphoſis pe.pro. transfiguratio, ſeu tranſformatio latine dicitur μόρφωσις enim mutatio tranſfertur.
¶ Metalepſis figura, quam modo tranſlatiuam, modo tranſumptiuam, modo tranſpoſitiuam dicimus μετὰ trās λῆψις acceptio. Fit autem cum aliqua dictio aliud a propria ſua ſignificatione ex iis quę pręceſſerunt denotat vt apud Verg. Poſt aliquod mea regna videns mirabor ariſtas. i. ſegetes.
¶ Metaphyſica, orum, tantum pluraliter ſupernaturalia dūr.
¶ Metatheſis pe. cor. latine tranſpoſitio cum vna litera neceſſitatis cauſa ex vno dictionis loco in alium tranſponitur, vt Tymbre pro tymber θέσις poſitio dicitur.
¶ Methodus pe. cor. ex μετὰ & hodos aſpirato componitur & accipitur pro via breui & diſciplina dum pro ratione capitur. Verg. lib. i. Geor. Ignaroſq; viæ mecum miſeratus agreſtes, id eſt rationis.
¶ Metonymia cum accentu in pe. latine tranſnominatio, ſiue denominatio, vt Bacchus pro vino. Similiter cum dicimus pigrum frigus.
¶ Metaurus & metaurum Vmbrię fluuius ī Flaminiam decurrens, quæ regio Gallia dicebatur vbi Claudius Nero cō ſul cum Salinatore Aſdrubalem interfecit.
¶ Meteoros pe. pro. ſuſpenſus, ſublimis, ſubleuatus ad aliquā rem. Græce μετέωρος. Inde meteora Ariſto. quæ corrupto vocabulo dicuntur metaura. In his enim de rebus ſublimib⁹ tractatur. Meteoria ſublimitas ſpeculatioq; ſublimium. Aliquando meteoros dicitur ſtolidus, & meteoria ſtoliditas. Vñ ariſtoteles meteorologus qui ſublimia tractat, habet penulti nam correptam.
¶ Meteoroſcopus qui frontem conſiderat, i. qui diuinat ex facie hominum, quicq; priuatim ex inſpectione frontis quid cui euenturum ſit/prędicit μετεωρῶν frons σκοπὸς ſpector. Ply. Alexander imaginum ſimilitudines adeo indiſcrete pinxit, vt incredibile dictu Appiō grammaticus ſcriptū reliquerit quendam ex facie hominum ad diuinantem, quos Meteroſcopos vocant ex his dixiſſe aut futurę mortis annos, aut præteritæ.
¶ Metagonium promontoriū Aphricā a numidia diuidēs.
¶ Metallum dici poteſt perſcrutatum, a μεταλλῶ, quod perſcrutor ſignificat, q; metalla intra terrę venas ſcrutēt hoies.
¶ Metona pe. pro. vrbs Peloponneſi littoralis.
¶ Metis nympha ſic dicta a conſulendo, μῆτις, enim conſilium ſignificat. Cc.
¶ Metonomon æſtuarium Germanis a loco ſic dictū. Cc.
¶ Methymna vel methymne vrbs Leſbi, apud quam naſcitur bonum vinum. Ouid. Gargara quot ſegetes, quot habet methymna racemos. Hinc methymneus, nea, neum. Idē lib. xi. meta. Et methymnei potiuntur littore Leſbi. Ab hac vrbe ortum habuit Arion cytharœdus nobilis, quem Herodotus a prædonibus in mari obrutum & a delphine incolumen deuectum in portum ad Tęnarum fabulatur, quem cytharœdum fuiſſe conſtat.
*Metopion arborem vocant, quæ in Æthiopia ſubiecta Aphricæ naſcitur, ſtillans in harenis ſuis lachrimam veluti reſinam. Cornucopię.
*Metopon oleum ex amygdalo factum, quod & amygdalinum dicitur. Cc.
¶ Metor aris, proprie ſignificat metas in agris terminandi gratia diſpono & menſuro quo ad locum. Liui. lib. i. Hæc tibi victor Romul⁹ rex regia arma fero, templumq; his regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico. Gel. libro. i. Nam quum fere conſtaret curriculum ſtadij, q⁹ eſt Piſis apd Iouem Olympium Herculem pedibus ſuis metatum, idque feciſſe longum pedes ſexcentos. Hinc vſus inualuit, vt Metari ſimpliciter pro diſponere ac parare vſurpetur. Verg. lib. ij. Georg. Si pinguis agros metabere campi Denſa ſere. Vnde dicimus. Caſtra prope Tyberim metatus eſt. Hinc metator. Luca. Audax Heſperios veniam metator in agros. Pli. lib. xviij. Hunc oliueti metator vergiliarum quatriduo, hunc caueat inſitor calamis gemmiſq; ioculator. Dicitur autem metor actiue & paſſiue. Hor. lib. ij. car. Nulla decempedis metata priuatis Opacam porticus excipiebat arctō. Inuenitur etiā meto, as. Verg. in culi. Metabat ſeſe circum loco. Compoſitū a metor eſt Emetor pe. pro. quod eſt perfecte menſuro. Lact. de Opifi. Nam ſi peritus architectus cum magnum aliquod ædificium facere conſtituit, primo omnium cogitat quę ſum ma perfecti ædificij futura ſit, & ante emetatur, quem locum leue pondus expectet.
¶ Metior tiris, menſus ſignificat menſuro, taxo. Vnde menſores appellantur agrorum finitores, & Demenſum æſtimatum, vel æquatum menſuratum ve. Hinc menſura & menſuro, as. Cur. lib. iij. Ex pecunia deinde Babyloniæ Macedonibus equitibus ſexcenti denarij tributi peregrinus eques quingenos accepit, ducenis pedeſtrium ſtipendium menſum eſt Similiter Cic. in Cato. Neq; enim ipſorum conuiuiorum delectationes corporis voluptatibus magis q̄ cœtu amicorum & ſermonibus metiebar. i. æſtimabam. Quandoque metiri ponitur pro tranſmeare. Verg. Inuicto bipedum curſu metitur equorum. Quandoq; pro vagari. Hiero. ad Helio. Filius hominis non habet vbi caput reclinet, & tu amplas porticus & ingentia tectorum ſpacia metiris. Reperitur etiam in ſignificatione paſſiua. Idem in Hiere. Sicut enumerari nō poſſunt ſtellę cœli, & metiri arena maris ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei. Et apud Amos propheram. Humus tua funiculo metietur. Futurum indicatiui eſt metiar & metibor. Supinum menſum & metitum. Menſio a menſum, quæ ē mēſura. Cic. de ora. Aures enim vel animus aurium nūcio naturalem quādam in ſe continet vocem omnium menſionem. Verg. Mos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor id eſt euecti, vt inquit Ser. Remetior rurſus metior. Idem. Arma deoſque parant comites, pelagoq; remēſo Improuiſi aderūt.
¶ Mero is, meſſui meſſum. i. ſeco. Et tam de vua & alijs reb⁹ quam de ſegetibus dicitur. Verg. Poſtremus metito. i. vindemiato. Hiero. ad Helio. Ecce bis acutus gladius ex ore regis procedens obuia quęq; metit. Lac. lib. v. Qui virilia ſua ferro metat. Huius compoſita ſunt Demeto quod eſt deorſum meto. Col. lib. ij. Illud deinceps præcipiendum habeto, vt demeſſis ſegetibus iam in arca futuro ſemini conſulam⁹. Catullus. Sole ſub ardenti flauentia demetit arua. Emeto extra vel valde meto. Horat. in Epi. Emetit. orcus Grandia cū paruis non exorabilis auro. Præmeto ante ſeco. Feſtus. Præmetiunt quod prælibationis cauſa præmetitur. Et habet penulti. correp.
¶ Metys purgamentum cæræ, ex quo partem aluei priorem apes illinunt.
¶ Metropolis pe. cor. quaſi mater ciuitas. Nam μήτηρ mater πόλις ciuitas, hoc eſt cæterarum vrbium caput.
¶ Metropolitani qui ex ea ciuitate oriundi ſunt.
¶ Metropolites pe. pro. metropolitanę ciuitatis Pontifex.
¶ Metrum menſura. Et quoniam menſurantur verſus, a noſtris dicuntur metra. Definitur metrum q; ſit connexio quædam atq; ordinatio pedum ad delectationem aurium inuenta. Hinc fiunt per compoſitionem Monometrum quod duobus pedibus conſtat. Dimetrum quod quatuor. Trimetrū quod ſex. Tetrametrum quod octo. Pentametrum quod decem. Hexametrum quod duodecim.
¶ Metricus, ca, cum, pe. corre. quod ad metrum pertinet, vt ars metrica vatis.
¶ Metreta pe. prod. genus vaſis, quod conficitur ex duobus batis.
¶ Metrodorus pe. prod. menſurę donum, vel menſuratum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dōnum. Quo no. nine dict⁹ est pictor, & Philosophus Athe nien sis.

¶ Metuo is, tui, a quodam motu animi dicit, vt inquit Var. Quum id quod malum casurum putat mens refugit, cunq; vehementius in mouendo vt a se abeat foras fertur formi do appellatur. Et proprie metuere seruorum est, vereri libero rum Cic. in Cato. Metuebant eum serui, verebantur liberi, charum omnes habebant. Quærit Aristo. in Problema. Cur tremunt qui metuunt? An propter refrigerationem. Defi cit enim calor atq; contrahitur. Hinc Verg. Geliduscq; p ima cucurrit Ossa tremor, metuentibus aluus funditur, algor & sitis prouocatur, testiculi contrahuntur, dentes crepitant & arietantur.

¶ Metus tus, timor. Et est sicut Vlpian. scribit, de instāti vel futuro periculo mentis trepidatio. Et tam actiue quam passi ue sumitur. Nam metus hostium recte dicitur, & quum ti ment hostes, & quum timentur. Capitur interdum metus pro religione, qm̄ vt docet Ser. nata est ex timore. Verg. lib. vij. multosq; metu seruata per annos. Huius diminutiuum est meticulus.

¶ meticulosus a meticulo diminutiuo significat timidum. Plau. in must. Nescis q̄ meticulosa res sit ire ad iudicem,

¶ meuania ciuitas Vmbriæ inclyta Propertio alumno. A qua meuanates populi.

¶ meus, a, um, pronomen possessiuum, vt meus ager. Cum vero dico meus sum, perinde est acsi dicerem meæ potestatis sum. Persius. Posq̄ meus a prætore recessi. Aliquando enim meus tuus substantiua sunt. Verg. lib. iiij. Dulcesq; meorum reliquias. Et lib. iij. Cape dona extrema tuorum. Terentius in Phor. Ego meorum solus sum meus. Meus carnifex. i. qui me torsit. Idē in An. Meus carnifex meum est, hoc est mei officij est. Sic tuum, suum, nostrum, & vestrum officium est.

Mante

*Midandi casus a genitiuo mis. Vergilius. Et mi genus ab Ioue summo. Cc.

¶ mica puluisculus ille qui in arena quasi argentum fulget a quo & panis & omnium rerum frustula, quę tractātibus no bis aliquā rem inde emicāt. Ergo minutias rerū micas dicim⁹ quasi minutim cadentes. Vñ est illud. Nam & catelli come dunt de micis quæ cadūt de mensa dominorum suorum.

¶ Micare proprie est subinde & per interualla, vt micæ faci unt fulgere. Vergil. Micat ignibus æther. Et quoniam talis quędam variatio dum digitis sortimur apparet, per transla tionem micare capitur pro digitis sortiri. Var. Micandū erit cum Græco v trum ego illius numerum/ an ille meum se quatur. Et Cice. eum virum bonum appellat, qui cum pos sis in tenebris micare. Et quia splendor tremulus est & cre bro salit, factum est vt quandoq; pro salire ponatur. Verg. Emicat Euryalus. Quia vero hoc per vices fit, micare capi mus pro eo quod est per vices mouere & sine ordine. Idem lib. iij Geor. Et linguis micat ore trisulcis. Huius composita sunt Dimico. Emico extra splendeo. Plau. Ex oculis quasi ra dij emicant solis. Aliquando extra salio, vt Emicat Euryal⁹. Intermico inter vel in medium mico. Aug. lib. ix ciui. dei. Id quoq; velit in altissimis tenebris rapidissimo choruscarmine lumen candidum intermicare. Promico extendo vel longe iacio splendeoq;. Nęuius. Si quid loqui vis non perdocere, multa longe promicanda oratio est. Et in hymno. Pellantur eminus somnia, ab æthere Christus promicat. Et habent pe nultimam correptam.

*Mihipte pro mihijpsi posuit Cat. in quo significato solem⁹ hæc duo pronomina geminare, vt meme, tete. Cc.

¶ Micturio is, penul. correp. similiter & mictito as, vide in di ctione Mingo.

¶ Micros latine paruus dicitur, a quo multa fiūt composita.

¶ Microcosmus paruus mūdus κόσμος enim mundus dr.

¶ Micrologus pe. cor. paruus sermo vel parua ratio. V trūq; enim logos significat. Micrologia sedulitas quouis modo acquirendi, & cura rerum vilium.

¶ Micropsychos penul. correp. pusillanimus. Nam ψυχὴ ani ma, micropsychia pusillanimitas.

¶ Midas nomen regis Phrygum, qui cunctorum pene re gum opes pecuniæ abundantia antecessit.

¶ Migale genus animalis rapacis & ingluuiosi, de quo in Leuitico.

¶ Migro as, ad habitandum eo. Liui. lib. i. Et romam inde fre quenter migratum est a parentibus maxime & propinquis raptarum. Interdum sine appositio Cice. lib. vi. de Republi. Anteq̄ ex hac vita migro conspicio in meo regno & his te ctis Pub. Cor. Scipionem. Huius composita sunt Cōmigro quod est in totum migro. Hiero. ad Dama. Et quia pro faci noribus meis ad eam solitudinem commigraui, quę Syriam iuncto Barbariæ sine determinat, non possum sanctum domi nitor interiacentibus spatijs a sanctimonia tua semper expe tere. Teren. in An. Ex Andro commigrauit huic vicinię. De migro de loco discedo. Liui. lib. i. Quum hostes adessent pro se quisq; in vrbem ex agris demigrant, vrbem ipsam sepiūt præsidijs. Emigro exeo. Cæsar vt domo emigrent, aliud au xilium alias sedes remotas a Germanis petant. Inmigro eo ad intus habitandum Cic. lib. i. Tusc. Neq; ea plane videt animus quum tam repente in tam insolitum tamq; pertur batum domicilium immigrauit. Remigro in pristinum do micilium reuertor. Idem ibi. In nostrā domum remigremus. Transmigro vltra ad habitandum eo, hoc est in longioris lo ci habitationem muto Hierony. super math. Expellentes de Iudæa, vt ad gentium populum transmigrarent. Et habēt penul. correp.

¶ Miles generis communis proprie qui pedes militat, a mili tia. i. a duritia quam pro Repu. sustinet dictus, aut a multi tudine, aut a malo quod arcet, aut a mollitie per contrarium eo q̄ nihil molle/sed potius asperum quid gerat, vel a mile quasi millesimus quisq;, q̄ trium milium prius legio fiebat, & singule trib⁹, Tatientium, Ramnium, Lucerum, mille mi lites mittebant. Tria autem sunt militum genera vt inquit Ser. Euocati, qui non milites sed pro milite erant. Verg. mitti tur ac magni Venulus Diomedis ad vrbem Sallu. Ab his omnes euocatos centuriones. Tumultuarij, qui necessitate aliqua electi ad vnum dūtaxat bellū militant. Verg. Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. Sacramento reli gati, qui post electionem in rempublicam iurabant, quod mi litare sacramentum dicebatur. Hi plenam militiam habebāt erantq; quinq; & viginti annis obligati, vt est apud eundē. Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura.

¶ Milito onis, idem quod miles. Vnde & Commilio qui si mul militat, hoc est socius est in bello. Hinc Commilitium ip sa belli societas.

¶ Milito as, militiam exerceo, neutrum est, vt hic sub Cæsa re militauit. Et ablatiuo tantum construitur, quum pretium exprimitur. Curtius. Græcis merce de apud Persas militanti bus. Inuenitur & militor deponens.

¶ Militia quandoq; bellum, qñq; rē militarem significat.

¶ Militaris & hoc militare, quod ad milites pertinet, vt mili taria dona, res militaris, militaris ars. Sal. Præmittit illis ho mines militares, mil taris via, quę vulgo communis dicitur. Alio nomine Regia seu Consularis, Prætoria, Plateave. Vi de in dictiōe Publica via.

¶ Militariter aduerbium significat more militum, vel mo re militiæ.

¶ Miletus pe. pro. vrbs fuit in finibus Ioniæ & Cariæ autho re Herodoto a Neleo ædificata. Hanc generosa vellera nobi litarunt, vnde prouerbium manasit.

¶ Miletia stragula. Mart. Nec miletos erat vellere digna tuo Hæc autem Anactoria nominata super octoginta vibium per cuncta maria genitrix, vbi oraculum fuit antiquitus Erā cidarum appellatum, postea Apollinis Didymei. Ab hac milesij populi dicti sunt, qui quum prius potentes essent & opulenti, delitijs diditi & opes & potentiam amiserunt. Ex

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mileto fuere viri memoratu digni, Thales vnus ex ſeptem ſapientibus, qui primus Phyſologię ac mathematicę author inter Græcos eſt habitus. Et Anaximander eius diſcipulus Anaximenes Hecateus, qui ſcripſit hiſtoriã, & Æſchines orator, non ille qui cum Demoſthene contendit/ſed alter qui aſſumpta nimia erga Pompeium licentia pariter in exilium miſſus eſt. Hinc & Timotheum muſicum ortum ferũt, & Pitacum philoſophum.

¶ Mille ſubſtãtiuum & neutri generis. Declinaturq; hoc mille, huius mille, hæc millia horum millium. Ideoq; genitiuo iũgitur. Cice. in Anton. Quis vnq̃ in illo inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummum ferret expenſum. Quadrigarius li. iij. annalium. Ibi occiditur mille hominum. Varro lib. vij. rerum humanarum. Plus mille & centum annorum eſt. Reperitur apud Lucil lib. ix. Tum milli nũmũ potes vno quęrere centum. Vno milli pro mille ac ſi diceret, potes mille nummis acquirere centum milia. Plau. i mili. Qui mille annorum perpetuo viuũt. Hoc eſt quod Græci χιλίαλας vocãt. Aliquando mille adiectiuum eſt, & tũc dicimus mille homines, & mille propugnacula, nec licet millia homines, quia ſubſtãtiua non cohærent ſine copula. Dicimus tamẽ decem millia, & ducenti homines, quod ita intelligitur. Decem millia hominum, & ducenti homines.

¶ Milliarius a, um, mille librarum. Vnde apri milliarij apud Colu. dicebantur mille librarum, qui apponebantur i cœnis Romanorum. Seneca lib. xxi. Epiſt. Non magnatem facis q̃ viuere ſine recto apparatu potes, q̃ non deſideras milliarios apros, nec linguas phœnicopterorum, & alia portenta luxurię iam tota animãlia faſtidientis.

¶ Milliarium mille paſſuum ſpatium, quod & millium dicitur. Huius octaua pars ſtadium vocatur. Paſſus ex quinq; pedibus, & ſinguli pedes ex ſedecim vncijs conſtant, milliariũ etiam dicitur vas ad coquendum accommodatum. Cato de re ruſt. Inter orbem & milliarium vnum digitum intereſſe oportet. Palladius lib. v. Vas æneum milliario ſimile. i. altum & anguſtum, veſpere inter aluearia collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accenſum. Et milliarium colũna aurea in capite fori Romani, in qua inciſæ omnes viæ Italię terminabantur. Et hoc milliarium Plinij Tranquilli Plutarchi atq; Taciti monumentis celebratur. In alio ſignificato accipitur milliarenſis porticus, & porticus milliarię.

¶ Millepeda vel millepedia genus vermiculi, qui multo pedum agmine ſcatet inquit Hiero. contra Ioui. Coge Syrum Aphricum & arabam, vt vermes ponticos glutiat, ita eos aſpiciet vt muſcas millepedas & lacertos.

¶ Millies aduerbium eſt, vt millies te vidi. Sic decies centies & huiuſmodi.

¶ Miliũ genus frugis, a mille dictum propter multitudinem acinorum. Mar. Frumentum milium piſaramq; fabamque ſolebas. Et millium ſiue milliarium milliare dicitur. Liui. lib. x. Alio itinere ad ſtationem nauium, millia autem quatuor decim ab oppido aberant.

¶ Milium Indicum eſt, quod indocti milichã vocant, quod conſtat ex India aduectum. Huius culmos Lobas vocant.

¶ Miliaria auis dicta eſt, q̃ milio pinguęſcat.

¶ Milus collare canum venaticorum factum ex corio, multis clauis ferreis eminentibus aduerſus impetum luporum. Scipio Æmylianus ad populum. Nobis (inquit) reiq; publicæ p̃ſidio eritis quaſi milus cani. Dictus milus a multitudine clauorum, hoc eſt a mille clauis, vel quaſi melinus, q̃ ex pelle animalis melis fere hæc collaria fiant. Var. Ne vulnerẽtur canes a beſtijs ponuntur his collaria quę vocantur meliũ. id ẽ cingulum circum collũ ex corio firmo cũ clauis capitatis.

¶ Milo proprium nomen viri Romani. A quo milonianus, a, um, vt oratio miloniana. Fuit ali⁹ hoc nomine athleta Crotonienſis, qui taurum in olympico certamine ictu nudæ dextrę occidiſſe dicitur, & ſine fatigatione per ſtadij ſpacium ſupra humeros portaſſe, totumq; eo die comediſſe. Eſt & milo nomen montis Indiæ, in quo homines aduerſis plãtis naſcũtur, octonos digitos in ſingulis pedibus habentes.

¶ Miluus & miluius vtroq; modo dicitur auis rapaciſſima, a molli volatu vt quibuſdam placet, vel fictitio nomine a voce quam facit. Ouid. lib. iij. Faſtorum. Iuppiter alitibus rapere imperat, attulit illa miluius & meritis venit in aſtra ſuis. Ab huius auis ſimilitudine piſcis miluius dicitur ſubiens in ſumma maria, & vadando aliorum piſcium prędam agens. Ponitur & pro ſtella in quam conuerſus dicitur. Vnde Ouidius eodẽ libro Stella Lycaoniam vergit decliuis ad arcton miluius hæcilla nocte videnda venit.

*Miluinus adiectiuum fit a nomine miluus, miluinæ tibię dicuntur quę in accentus exeunt acutiſſimos, ſed videne legẽdum ſit miluinę a miluo. Cc.

¶ Mimas mons minoris Aſię, vbi ſacra & certamina quotãnis fieri Baccho conſueuerunt. Suidas. μιμας ὄρος θρᾴκης καὶ κλίνεται μίμαντος, καὶ περὶ τούτου καλλίμαχος ἐν τοῖς ὕμνοις. *i. mimas mons Thracię, & declinatur mimantos. De quo Callimachus in hymnis.

¶ Mimallones Bacchæ mulieres, a mima Ioniæ monte vel mimeomę verbo græco, quod imitor ſignificat, quod Liberum patrem imitarentur, & ad eius imitationem cornua ferrent. Hinc mimalloneus a, um. Perſius. Torua mimalloneis implerunt cornua bombis. Hæ quoq; Baſſarides & Thyades & Ogygides vocatæ ſunt.

¶ Mimus effictor latine qui vel intra vel extra ſcænam geſticulationes exercet, imitaturq; dicta factaq; moreſve hominum & naturas, quaſi ſolus imitetur, αμιμέομαι vt Diomedes inquit, quod ſignificat imitor. Hiſtrio vero perſonatus in ſcęna comœdias & tragœdias voce & corporis geſtu agit. Mimi etiam dicuntur poemata ſine reuentia laſciuiam imitãtia, nam cum & alia poemata idem faciant, ſolus tamen Laberius poeta quaſi quodã priuilegio quod fuit cõmune poſſedit. Hanc fabularum ſpeciem Latini vocant Planipediam. Ouid. Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos. Huius poematis ſcriptores dicuntur mimographi, vt Philiſtio, vt Publius, vt Laberius. Suetonius in Cæſare. Decius Laberius eques Romanus mimum ſuum egit, a mimus fit mimicus ca, cum. ſicut a Satyrus ſatyricus Auguſtinus libro quinto ciuitatis dei. Et quaſi ſatyrica vel mimica licentiate colubeant ſuas nugas. *Huius fœminínum eſt mima. Cc.

ð Mimeſis μίμησις, latine imitatio morum alienorum. Alio nomine a græcis dicitur ἠθοποια.

¶ Mina græce mna libra genus ponderis ſiclos habens. lx. qui faciunt obolos mille ducentos. Et habet mina libram vnã & ſemũciam, & ſunt ſolidi. lxxv. Priſcianus. Libra vel mna graia drachmas habet. lxxv. Accipe pręterea patrio quam nomine Graij mnam vocitant, noſtricq; minam dixere priores. Item mina dicitur ouis quæ habet ventrem glabrum.

¶ Minæ arum, comminationes & metus incuſſiones per verba aut ſigna, & primam corripit. Sed pro pondere primam producit. Quandoq; etiam dicuntur eminentiæ, quas Pinas vocant. Verg. Pendent opera interrupta minęq; murorum ingentes ð Mine etiam dicuntur oues glabre Var. lib. de re. ru. Ex luſcam ſurdam minam i. ventre glabro.

*Minatiæ vulgo dicunt vbi minæ latine dicuntur. Cc.

*Mimallis a Callimacho inſula dicitur quæ ab alijs melos, a nonnullis zephyria. Cc.

¶ Minor minaris, minas infero. Et plęrumq; accuſatiuo iungitur. Cicero in Tuſculanis. Cui quum Liſymachus Rex crucem minaretur. Et minari eminere eſt. Verg. Geminiq; minãtur in cœlum ſcopuli. Compoſita huiꝰ verbi ſunt Cõminor & Interminor, quę habent penu. cor.

¶ Mino minas duco, Feſtus. Agaſones equos agentes id eſt bene minantes. Hier. minauit gregem in interiora deſerti apud antiquos etiam p minor ponitur. A quo minito as, vt docet Priſ.

¶ Minitor ſępe vel impetuoſe minor. Plautus in Aſina. Cur ergo minitaris te tibi vitam eſſe amiſſurum.

¶ Minax qui frequenter minatur. Verg. libro. iij. Georg. Pri

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mus & ire viam & fluuios tentare minaces Audet & ignoto ſeſe committere ponto. Hinc minaciter Liuius libro ſecundo Minaciter fremunt.

*Minabiliter veteres dixerunt pro minaciter. Cc.

¶Minerua diſciplinarum dea, quę græce Pallas dicitur. Et a minando dicitur, quaſi vim minetur. Aut a minuendo vt inquit Cicero. Vel ꝙ bene moneat. Hanc Pagani pro ſapientia ponebant. Cornificius ꝙ fingatur pingaturque militaribus armis. Hęc Ogygij temporibus ad locum, qui Tritonis dicitur, vt ſcribit Aug. virginali fertur apparuiſſe ętate. De hac etiam in dictione Pallas.

ȝHanc filiam Iouis, ac virginem putarunt, ꝙ incorruptibilē aiunt eſſe natura & extremum locum vniuerſi obtinere contendunt Tritoniam vero appellatam quoniam ter in anno ſpatio, vere, æſtate, hieme commutat. Glaucopem. i. glaucum vocari dicunt, nō quia glaucos habeat oculos, quod vocabulum ipſum denotat, ſed quoniam aer viſum animalib⁹ præbeat. Et cum lanificium, & texturam, & alia multa artificioſa comperiſſet celebris dea appellata eſt. Et quia omnia ei⁹ inuenta, ex vi ingenij, atq; ſapientię procedere videbantur locus fabulę datus eſt vt excerebro Iouis genita dicatur. Minerual, ſeu mineruale, a minerua deductum nomen. Et erat quaſi prēmium, quod dabatur prœceptori ſicut cœna & huiuſmodi, quaſi magiſterij merces in paucis diebus, a ſcholaſticis dari ſolita ante quiquatria per quos dies pueri vacabāt. Ouid. in faſt. Nec vos turba feri cēſu fraudata magiſtri, ſpernite diſcipulos attrahit alta nouos. Hierony. in Epiſtolam ad epheſios. Legant epiſcopi atque preſbiteri qui filios ſuos ſecularibus eruduint literis, & faciunt illos comœdias legere, & mimorum turpia ſcripta cantare de eccleſiarum ſumptibus forſitan eruditos, & quod in corbanam pro peccato virgo, vel vidua, vel quilibet pauper obtulerat. Hoc in litterarum ſtrenam & ſaturnaliorum ſportulam & mineruale munus grāmaticus & rhetor.

*Minoa vrbs in Amorgo inſula Cycladum, eſt & altera in Sicilia. Item megarenſium emporium fuit duodeuiginti ſtadijs diſtans ab vrbe, quod & Myſea appellatur. Cc.

¶Minos Cretenſis rex, qui primus Cretenſibus legem dedit. Hic cum haberet vxorem Paſiphaen, & illa ex tauro genuiſſet Minotaurum, Dædalum ꝙ bouem ligneam fabricaſſet, ſub qua latens cum tauro vxor concubuerat perſecutus in Siciliam peruenit, vbi a Cocali regis filiabus interfectus fuit, vt Ariſto. refert iuxta Camerinā vrbem, & apud inferos iudex animarum factus eſt. Vergil. Quæſitor Minos vrnam mouet. A Minos fit Minoius a, um, poſſeſſiuum, vt Minoia regna. Quo pacto autem iudex habeatur inferorum propter iuſtitiam non video, quum violator fuerit hoſpitij, & raptor Ganymedis, & multa alia commiſiſſe dicatur a vera iuſtitia non parum abhorrentia. Vnde Suidas. καὶ γὰρ γαυμήδ᾽ ὑμθεασάμενος ἔροτι ἀυτὸ ἔσχετο ἐγκελευσάμενος ὑφ᾽ δ᾽ τοῖς κρησὶ ἀξπασας ἀρπαῖδα, ἐνεθετο ἐις τὴν νᾶ ὑμ. *. i. Ganymedem ſpeculatus amore eius captus eſt iubēs Cretenſibus rapiens puerum impoſuit in nauem.

¶Minotaurus ex minoe & tauro dictio compoſita, mōſtrū biforme, de quo Vergilius libro ſexto Æneidos ad prin. Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaq; furta Paſiphae miſtumque genus, proleſq; biformis Minotaurus ineſt veneris monumēta nefandæ. Hic labor ille domus & inextricabilis error. Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorem Dedalus ipſe dolos tecti ābageſq; reſoluit Cæca regens filo veſtigia, tu quoq; magnam partem opere in tanto (ſineret dolor) Icare haberes, Bis conatus erat caſus effingere in auro, Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia Perlegerent oculis, &c. Vide illic Seruium.

*Minilus mons Theſſaliæ, qui poſtea Orchomenus dictus eſt. Cc.

¶Minius fluuius Hiſpaniæ a colore pigmenti, quo plurimū exundat.

¶Mincius Venetorum fluuius ex Benaco lacu defluens aliū prope mantuam lacum efficit, inde effluit in Padum torrentibus maximus efficitur

¶Mingo gis, xi, ctum. vrinā facio. Vñ & Permingo. Hora. Hunc perminxerunt calones atq; caballi. Martia. Incipit ī medios meiere verpa pedes. Hinc micturio & mictito as. quod eſt ſæpe mingo Priſcianus. mictū micturio & mictito.

¶Minus quandoq; cōparatiuum eſt a Paruum neutri generis, ſicut minor maſculini & fœminini, vt plus minuſve. Aliquando a Parum fit, non a Paruum, vt habeo minus pecuniæ. Quandoq; aduerbium eſt, quod ſi poſitiuo iungatur cōtrarię ſignificationis comparatiuum demonſtrat, vt minus ſtultus, id eſt prudentior, minus prudens. i. ſtultior. Teren. in Eunucho. Hoc nemo fuit minus ineptus. i. aptior. Frequenter etiam accipitur pro non, præſertim coniunctum cum Sin. & cum Quo quandoq; ſignificat Vt, vt Sin minus, id eſt ſi non. Quo minus. vt non. A minus nomine fit ſuperlatiuum minimum. A minus aduerbio fit ſuperlatiuum minime.

¶Minuſculum diminutiuum a Minus. Varro. Ex hoc auſterio vt ſumantur idoneę excludantur in minuſculū auiariū.

¶Minuatim aduerbium a minus, quomodo a Paulum paulatim. Aug. in interpretatione Pſal. Deus vltionum minuatim ponas, ſed cumulum inuenies.

¶Minimum ſuperlatiuum aduerbium eſt, minime vero negatio eſt quaſi nequaq̄, vt minimum doctus, qui pauxillum eſt doctus. At minime doctus, qui prorſus eſt indoctus Cic. lib. i. offi. minimeq; artes hę probandæ quę miniſtrę ſunt voluptatum. Aliquando habet vim ſuperlationis, non negationis. Cicero lib. i. officiorum. Omnis adhibēda erit cura, vt ea &c. minimum etiam pro aduerbio ponitur, vt ſit quaſi adminus Varro. Harum ſingula genera minimum in binas ſpecies diuidi poſſunt. Sic minime ſumitur. Columel. lib. i. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem vel minime nouem, quę menſura & ad procumbendum pecori & iugario ad circumeundum laxa miniſteria præbeat.

¶Minime gentium aduerbium pro eo quod eſt omnium gētium iudicio minime eſſe faciendum Alias ponitur pro minime, vt ſit ſuperuacua adiectio gentium, ſicut vbiq; gentiū, quod eſt vbique. Nuſquam gentium, hoc eſt nuſquam ſiue nequaquam.

¶Minuo minuis minui minutum minorem reddo. Plin. Radix commanducata dentium dolorem minuit. Huius compoſita ſunt comminuo quod eſt ſimul in fruſta diuido. Lactan. Frāgebat ipſe panem minutatim, carnēq; piſcium comminuebat, & vtraq; in manibus eius augebantur. Diminuo diuerſe minuo. Teren. in Eu. Diminuam ergo hodie caput tuum niſi abis. Imminuo &c.

¶Minutum participium & nomen eſſe poteſt. Participium ſignificat comminutum, hoc eſt minus factum. Nomē idem eſt quod breue. Cic. Reticulum ad nares admouebat tenuiſſimo lino minutis maculis plenum roſæ. Aliquando ponitur pro obſcuro.

¶Minutatim ſignificat in minutiſſimas partes. Lactan. Panē minutatim frangebat. Hoc autem Varro pro paulatim dixit lib. i. de re ruſt. Tum ita ad ſubigendum vt minutatim aſſuefaciant, & vt tyronem cum veterano adiungant, Imitando enim facilius domantur.

¶Minutim etiam aduerbium in minutas partes ſignificat. Col. lib. v. inſequitur deinde foſſor, qui crebris bidentibus æqualiter & minutim ſoli terga comminuat.

¶Minutia contēptibilis paruitas cuiuſcunq; rei. Lactan. de ira dei. Hæc inquit per inane requietis motibus volitant, & huc atq; illuc feruntur, ſicut puluueris minutias videmus in ſole, quum per feneſtram radios ac lumen immiſerit.

¶Minutia etiam dicta eſt porta Romę a minutio, ꝙ minutū ſacello proxima eſſet. Et minutia virgo veſtalis, quæ propter ſuſpitionem ſtupri viua defoſſa eſt.

¶Minutal genus edulij, quod ex conciſis minutatim holeribus fit.

¶Miniſtro ſtras, ſeruio porrigo preparo. Plautus in Curcu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tu tabellas consignato, hic ministrabit, id est seruiet, ego eā Gel. lib. ij. Idq; facile factu dixit, quoniam filij sua pocula in cō uiuio regi ministrarent. Huius composita sunt Administro, quod vario modo ponitur. Col. in præfa. vt his tantummodo diebus vrbanę res agerentur, reliquis administrarentur rusticæ. i. curarentur. Idem lib. iiij. Quia maior pars putationis per id tempus administratur. i. agitur, quo vitis neq; folium notabile gerit. Aug. lib. vij. confes. Sapientia mētes indigentes illuminans nullo indigens lumine qua mundus administratur vsq; ad arborum volatica folia. i. gubernatur. Hiero. ad minores artes veniam & quæ non tam lingua q̄ manu administrantur. i. exercentur. Subministro subseruio, subporrigo. Lact. lib. v. Victum subministrat, quietem somni dulcissimam tribuit.

¶ Minister qui seruit. A quo ministerium fit.

¶ Ministerium proprie ministri opera est, q̄uis & pro omni operatione poni consueuerit, vt de rege Latino Vir. Mœstusque refugit fœda ministeria. Aliquando ponitur pro ministris, sicut seruitia pro seruis. Paulus iureconsultus ait. Vrbica ministeria dicimus etiam quæ extra vrbem nobis ministrare consueuerunt.

¶ Minthos stercus simumq; significat.

¶ Minthe mons vt scribit Stra. Dictus a Plutonis pellice, quā Proserpina in hærbam menthem mutauit. Huic Pluto donum amoris petenti virile membrum tradidit quod a se mentulam nominauit. Sed vt Pli. inquit Menthę nomē suauitas odoris dedit. Græci Mintham nominauerunt.

¶ Minturnę oppidum in Campania habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit fugiens persecutionē Syllę.

*Miniei populi sunt in regione Arabię mari Rubro adiacentes, qui primi commertium thuris fecere, nec præter hos Arabes alij thuris arborem vident. Vnde ab ipsis Tus ipsum minæum dictū est. Cc.

¶ Minyiū dicitur id quod a multis Cinnabaris vocatur quū proprie Cinnabaris sit sanies draconis morientium elephantium pondere elisi, vtriusq; animalis sanguine permisto. Nostri Rubricam dicunt Minyium. Cic. ad Atticū. Cæra (inquit) & minyio, siue quod idem est cæra minyātula notare. Fodi tur Minyium ex glæba subrufo colore, & vitiatur admista calce.

*Minyæ vrbs Thessaliæ, quę prius Almonia dicebatur. Inde Minyates populi. Est & altera in Phrygia. Cc.

¶ Minyarię loca e quibus foditur minyium, sicut Auraríę & Argentariæ. Et Minyaria dicuntur metalla venæq; in quibus conficitur minyium.

¶ Minyacius a, um, quod est ex minyio. Victru. lib. vij. Parietes passim expolitione minyacia expoliebantur.

¶ Minyio as, minyio tingo. Plin. A censoribus in primis. Iouem minyandum locari. Vnde & minyati libri dicuntur, quum litteræ maiores versicoloribus fiunt.

¶ Miror aris, proprie significat re aliqua tā quam noua obstupesio. Ver. Artificumq; manus inter se operumq; laborem miratur. Et mirari est cum voluptate intueri. Idem Seu quis Olympiacę miratus prēmia pugnæ. Item. Mirari est nescire, quia vt Donatus inquit admiratio ab ignorantia descendit. Plautus. Ne quis miretur qui sim paucis eloquar. Terentius in An. Miror vnde sit. Sed quum dicimus. Ergo miror me, Miraris te, Miratur se, tunc Mirari significat placere, & de se magnifice sentire. Mar. Qui se mirantur in illos. Construitur hoc verbum cum accusatiuo, cum datiuo, & cum genitiuo. Verg. lib. xi. Ænei. Iustitiæ ne prius mirer belli ne laborum. Quandoq; absolute ponitur. Ouidius libro. xiij. Meta. Dum q; moror mirorq; simul fugit omnis in vndas. Huius composita sunt. Admiror, quod est stupore afficior, seu fixe aspicio. Lactan lib. vi. Qui ad alienam felicitatem non attollat oculos opes non admiretur. Aliquando Admirari est venerari. Verg. Ille operum custos, illum admirātur: & omnes, Circū stant. Demiror. Emiror valde miror. Terent. in Heau. Id emirari te simulato. Immiror inspecto seu vehemēter miror, vel magnifacio. Cic. lib. i. offi. Quum persuasum sit nihil hominem nisi honestum decorumq; sit, aut immirari, aut optare aut expetere oportere.

¶ Miro as, eiusdem significationis. Varro in Eume. Hospes quid miras? Ambro. super Lucam. Non vocabulo secte despicias quem verbi interpretatione mirabere.

¶ Mira dicuntur miratione digna. Plau. in Am. Enim vero illud. prēter alia mira miror maxime si hæc habet pateram illam Hinc permirus ra, rum, pe. pro. Cice. Apio Pul. Illud vero miri permirum accedit tantā temeritatem fuisse in eo adolescente. Apud veteres mira pro monstris atq; horrendis sumuntur. Plau. in Am. Nimia memoras mira. Verg. autē miracula dixit Georg. iiij. de proteo canens. Omnia commutat sese in miracula rerum. Hinc mirius antiqui dixerunt pro magis mirum. Varro. Nunquid hoc mirius.

¶ Mirum in modum & mirādum in modum. i. in maiorem modum, quasi infrarationem. Plau. in Am. Vtercq; deludit dolis mirum in modum. Cic. Metello Marcellum tuum consulem factum, tecq; ea lętitia esse affectum mirandum in modum gaudeo.

¶ Mirificus ca, cum, quod est mirabile. Cic. in Catone. mirifi cos fructus afferunt. Hinc superlatiuum mirificissimus Terē. ī Phor Quidnā arbitraris? nescio. At q mirificissimū. s. facin?

¶ Mirifico as, mirabilem facio. Plau. in Am. Q̄q̄ adeo Thebani ciues modo miro mirificant probaui.

¶ Miraculum dicit quicquid admirationem afferre potest, quasi sit contra naturam. Propter quod veteres miracula p monstris posuere. Liui. lib. ij. Adijciunt miracula huic pugne silentio proximæ noctis ex sylua arsia ingētem auditam vocem. Hinc Actius personas distortas onibus difformes mirationes appellat.

ǒ Miracula septem mundi sunt hęc, templum dianæ Ephesiæ quod summę magnificentiæ fuit, & admirationis apud priscos ducentis viginti annis constat factum esse a tota asia, columnę centum viginti septem a singulis regibus factæ. lx. pedum altitudine. Ex his. xxxvi. ælate simulacrum ipsius deę Cereris ex hebeno esse tradunt, Mausoleum. Colossus solis apud Rhodios. Iouis olympici simulachrum quod phidias fecit ex ebore. muri Babylonis quos semiramis regina constituit. Pyramides in ęgypto. Domus Cyri medorum regis, q̄ Mēnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricauit.

¶ Mirabile, quod est admiratione dignum. Cicero libro. iij. offi. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius aut præstantius. Hinc mirabilitas pro stupore. Idem in eodem. Ea ergo & hęc animi despicientia mirabilitatem magnam facit.

¶ Mirmillones erāt pugiles se ad duellum prouocantes. Nā digladiantium alter Rętiarius, alter mirmillo appellabatur. Festus. Retiario (inquit) pugnāti aduersus mirmillonem cātatur, nō te peto, piscem peto, quid me fugis Galle. Quia mirmillonicum genus armaturæ Gallicum est, ipsiq; mirmillones ante Galli appellabantur, vt quorum galeis pisces effigies inerat. Quod genus pugnæ institutum est a pithaco vno ex septem sapientibus, qui aduersus Phrinonem dimicaturus propter controuersias finium, quæ erant inter Atticos & mityleneos, rete occulte allato impediuit Phrinonē.

*Miritus Thessaliæ monticulus. Cc.

¶ Mirmedia gemma, quæ nigerrimo colore transluces & eminentias quasdam habet similes verucis. Aliter morion vocata est. Cc.

ǒ Mirmicoleon paruum valde animal formicis aduersum qđ se sub puluere abscondit, & formicas frumenta gestantes interficit, & interfectas consumit. Latine autem dicitur, vel formicarum leo. vel certe expressius formica pariter, & leo. Recte autem formica, & leo nominatur, quia siue volatilibus, seu quibuslibet alijs minutis animalibus formica est. Ipsis autē formicis leo est. Vñ in Iob legitur secundū. lxx. interpretes mirmico leo periit eo, quod non habet prędam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Miſanthropos pe.pro.oſor hominum,qui homines odit,q fugit hominum congreſſus.μίσος enim odium ſignificat καὶ ἄνθρωπος homo eſt, miſogynea odium mulierum, quale fuit ī Euripide tragœdiarum ſcriptore,qui mulieres fere omnes maiorem in modum exoſus fuiſſe dicitur.

¶Miſceo es,miſcui miſtumper ſ.non autem per x.confundo, & ſine ratione perturbateq; facio. Verg.Interea magno miſceri murmure pontum.Quādoq; miſcere eſt potū miniſtrare. Tractum a commiſtione calidæ & frigidæ.Iuuena Neſcit tot mi.libus emptus Pauperibus miſcere puer.Huius compoſita ſunt Admiſceo,quod eſt ad aliquid miſceo. Lactan. lib. vi.Idem etiam mares maribus admiſcuit, & nefandos coitꝰ contra naturam contraq; inſtitutum dei machinatus eſt.Cō miſceo ſimul miſceo.Hieronymus.Quo aperto dum in mutuos commiſcentur amplexus propriis ſe ſalutauere nominibus.Emiſceo.Col.lib.viij.Nam facillime porci euaſerint haram emiſcent ſe.Immiſceo intus miſceo Col.li. ij. Secundum deinde quod homines faciunt ſi & aliis vitæ purgamentis immiſceatur,quum per ſe naturę eſt feruentioris. Et idcirco terram perurit.Intermiſceo in medio miſceo. Augu. Nulla porro doctrina falſa eſt,quæ non aliqua vera intermiſceat. Permiſceo valde miſceo.Idem. Vera ergo falſis inordinate permiſta in vna diſputatione hominis tanquam in vnius colore corporis apparentia ſignificant lepram. Promiſceo. Vnde Promiſcuus a,um,Sal Diuina atq; humana habere promiſcua,nihil penſi atq; moderati habere.

ὃMiſtarius vas,quo vinum aqua miſcemus. Lucil. Vrceus aut gemina longus miſtarius anſa.

¶Miſcellanea a miſtura indiſcreta rerum dici ſignificare videtur.Gel.lib.vlti. cum ait. Quia variam & miſcellam & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerunt,eos titulos quoq; ad eam ſententiam exquiſitores indiderunt. Apul. tamen in meta.miſcellaneam turbam confuſam velut ex colluuione omnium gentium his verbis accipit.Nec mora cum magna irruptione patefactis ædibus, magiſtratibus eorumq; miniſtris turbæ miſcellaneę cuncta completa. Hinc quidam opera ſua miſcellanea inſcripſerunt,in quibus variis de rebus tractatur. Var.miſcellum vocat columbarum genus,quod nec agreſte eſt nec domeſticum,ſed ex vtroq; temperatum. Et has columbas Bergomates noſtri Cornarolos appellant. Item miſcellæ vites quæ in omni agro conueniunt, q cæteris vbique vtiliter miſceantur.

¶Miſachynus ex tribus pueris,de quibus Daniel in prophetia ait.ἐποίμανεν δὲ μετ᾽ αὐτῶν Ἀζαρίας καὶ ἔστησαν ἐν μέσῳ τοῦ πυρὸς καὶ περιεπάτουν ἐν μέσῳ τῆς φλογός. ἀνθ᾽ ὧν ἔπεμψεν ὁ θεὸς ἄγγελον εἰς Βαβυλῶνα τὸν συνδιατρῖψαι τοῖς παισὶν τοῦ βασιλέως τὸν Ἀζαρίαν καὶ Μισαὴλ καὶ Ἀνανίαν. ✱.i. Sunt igitur viri Iudæi,quos conſtituiſti in operaregionis Babylonię Sidrach miſach Abdenago.

¶Miſer flebilis calamitoſus.Cicero. O miſerum atq; infelicē hunc diem.Interdum dicitur ęgrotus. Nam ægritudo genus eſt infelicitatis.Plaut.miſeram eſſe prædicat buccam, ſibi fortaſſe medicos non eſſe putat.Interdum innocens.Cicero. pro milone,miſeros interdum ciues optime de Repub.meritos.Inuenitur etiam pro interiectione dolentis poſitum acſi diceremus Nefas.Verg.Cecropidæ iuſſi(miſerum) ſeptena quotannis Corpora natorum.

¶Miſere aduerbium infeliciter Cicero,Neq; moueri eius deſiderio non poſſum,quitam miſere periit.Quandoq; ſignificat valde.Teren.Eam miſere amat.

¶Miſerabiliter eiuſdem ſignificantie eſt.Hiero.ad Auguſti. & Alepium.Neptis veſtra Paula miſerabiliter precatia vt memores eius ſitis,& multum vos ſalutat.

¶Miſeriter idem quod miſerabiliter.Laberius,mens incorrupta miſeriter corrumpitur.

¶Miſellus diminutiuum eſt a miſer.Plautus.Cenſem miſello mali aliquid facturum?

¶Miſeria infelicitas.Augu.lib.iij.confe.miſeria dicitur quū quis patitur vel egeſtatem vel damnum. Quum aliis compatitur,miſericordia dici ſolet.

¶Miſeritudo idem quod miſeria.Actius qui felix miſeritudine factus eſt aliena.

¶Miſereor miſereris miſertus conſtruitur cum genitiuo.Et eſt miſereri ex alicuius miſeria corde anxium eſſe.Habet ēm paſſiuum affectum.Lactan.lib.vi.Si miſertus laborantiū fueris.Veteres etiam miſereo vſurpabant. Ænnius in Hecuba. miſerete manus,date ferrum,vt me anima priuem.

¶Miſeret imperſonale ſimili modo paſſiuum affectum habet,ſicut miſereor.Idem eſt enim miſeret me illi,& miſereor illius,quia vtrumq; ſignificat ex illius miſeria angorem ſuſcipere Cic.miſeret me infelicis familiæ.Ver. Si te lapſorum miſeret quæ munera Nyſo Digna dabis.

¶Miſeretur imperſonale moueor miſericordia. Cic. pro Liga.Cauete fratrū ,p fratris ſalute precantiū vos miſereatur. Lucius Craſſus in legis Si.ſuaſione.Neq; minus veſtri quam mei miſerebitur.

¶Miſereſco is,moueor miſericordia, & tā accuſatiuo quam genitiuo iungitur.Apul.Commodum omnes miſereſcam Statius libro primo Theb.Et generis miſereſce,tui. Verg.Et miſereſcimus vltro.Huius compoſitum eſt Commiſereſco. Terent.in Hecy.Demum tam ægre tulit,vt ipſam Bacchidem ſi adeſſet credo commiſereſceret.Hinc miſereſcit impersonale cum ſignificato ſui verbi. Terentius in Heau. Atque inopis miſereſcat mei.

¶Miſericordia(inquit Auguſt.)quid eſt niſi alienæ miſeriæ quædam in noſtro corde compaſſio,quaſi vtique poſſimus ſubuenire compellimur.Stoici miſericordiam inter vitia animæ computant. Vnde Seneca,qui Stoicorum ſectę addixit. Vitium(inquit)animi eſt miſericordia nec miſerebitur ſapiēs ſed ſuccurret.Auguſtinus libro.ix.ciuitatis dei. Stoicorum ē miſericordiam ſolere culpare.Vnde Cicero in tertia Tuſcula.tanquam Stoicus dixit.Si ſapiens in ægritudinem caderet poſſet,poſſet & in miſericordiam poſſet & in inuidentiam. Verum in oratione pro Ligario in laudem Cæſaris tanquā peripateticus dixit.Nulla de tuis virtutibus plurimis nec gratior,nec admirabilior miſericordia eſt.

¶Miſeror miſeraris, & miſero miſeras apud antiquos,affectum actiuum habent,ſignificantq; verbis aut lachrymis aut opere dolorem quem ex alicuius miſeria habemus oſtendere,& conſtruitur cum accuſatiuo. Sal. in Iugurth. Eos multa pollicendo ac miſerando caſum ſuum confirmat,i.lamentando.Cæſar. Abditi in tabernaculis aut ſuum factum querebātur,aut cum familiaribus ſuis commune periculum miſerebantur.id eſt deplorabant.Hinc Commiſeror,a quo commiſeratio quæ eſt ſignificatio miſericordiæ,qua ex alicuius infelicitate mouemur,quum ſcilicet vel aſpectu alicuius vel oratione,vel etiam cogitatione adducimur,vt eius miſereamur Liuius lib.i. Agmen migrantium impleuerat vias & conſpectus aliorum mutuo miſeratione integrabat lachrymas. Cic.li.ij.ad Hęren.Commiſerationem breuem eſſe oportet, miſero autē pro miſeror dicebant veteres,vt Actiꝰ ī Athamāte. Atq; ita de illis merui vt iure hęc nūq; miſerarēt mala

¶Miſerator qui opus aliquod miſericordię exhibet in eū cuiꝰ miſeretur.miſericors qui ex alicuius calamitate dolorem aīo ſuſcipit.Vnde eſt illud miſericors & miſerator dominus eſcā dedit timentibus ſe,miſericordia ipſa cordis ægritudo ex miſeria alicuius iniuſte laborantis ſuſcepta miſericorditer aduerbium ſignificat cum miſericordia

¶Miſerabilis miſeratione dignus,i.per quem alij miſericordia commouentur. Ouid.in Ibin. Siſq; miſer ſemper,nec ſis miſerabilis vlli. Aliquando dicitur flebilis, lamentabilis. Li. lib.i.Euentus tamen belli minus miſerabilem dimicationem fecit,q; nec acie certatum eſt,& tectis modo diruptis alteri⁹ vrbis duo populi in vnū confuſi ſunt.Idem. Voces etiā miſerabiles exaudiebantur mulierum præcipue, miſerandus, miſeratione dignus.

¶Miſſenus pe,pro.mōs Campaniæ a miſſeno Æneæ comite ibi ſepulto. Ver.Qui nunc miſſenus ab illo dicitur.

¶Miſſus miſſa miſſum,participium eas ſignificatiōes habet quas mitto,miſſus vero nomē quarti ordinis immiſſionē ſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rarum siue ludorū aut gladiatorū in arenā significat. Sueto. in Domi. In his Circensium die quo facilius centum missus peragerentur singulos a septenis spatijs ad quina corripuit. Idem Circenses frequenter etiam in vaticano cōmisit nōnūq; interfecta per quos missus venatione. Aliquando sumitur pro immissione ferculorum. vnde Lāpridius scribit Heliogabalum celebrasse tale cōuiuium, vt apud amicos singulos singuli missus apparentur & aliquando ōmnes missus sola carne phasianorum struxisse.

¶ Missile pe. cor. telum quod manu mittitur. Vñ & lapides missilia dicuntur. Et missilia dicebantur munera, quæ a principibus populo spargebantur, vt puta velaria linea, odores vuguenta. Suetonius. in Caligu. Sparsit & missilia variarū rerum, & panaria cum opsonio viritim diuisit.

¶ Missio non solū significat ipsum mittēdi actū, sed etiā dimittendi. Sue. in Cęsa. Missionē cōtinuo effagitauit. Huiusmodi missionū in re militari multa sunt genera Est enī honesta quæ emeritis stipendijs ab iperatore indulgetur. Est Causaria quę propter valitudines a laboribus militiæ soluitur. Vnde causarij milites dicuntur a Liuio. Est ignominiosa, quum quis propter delictum sacramento soluitur.

¶ Missito as. pe. cor. frequenta. sępe mitto. Plau. in Epi. Empta est ancilla, ꝙ tute literas ad me missitabas.

¶ Mitto mittis misī missum secundum notā significationem Græci πέμπω mittere dicunt. Cicero in Catone. Hunc librū ad te de senectute misimus. Interdum mittere significat excludere Ver. Mœstūq; timorē mittite. Interdum omittere, deponere. Teren. in Adel. Hera lachrymas mitte. Itē Donare. Ver. Hos illi quod nec bene vertat mittimus hœdos. Huius cōposita sunt Admitto, Amitto, Cōmitto, Circōmitto, Demitto Dimitto, Immitto, Intermitto, Intromitto, Omitto Permitto Præmitto Prętermitto, Promitto Remitto Manumitto. Sūmitto, & Transmitto.

¶ Mitti sanguis dicitur quum fit phlebotomia. Similiter sanguinis missio fit, quando quis iugulatur. Corne. Cælsus libro secūdo. Mitti sanguis debet ex brachio. Idem Sanguinem incisa vena mitti nouum non est.

¶ Mites teste Aug. dicuntur qui improbitatibus cedunt & non resistunt malo, sed vicunt in bono malū. Vnde & proleni, clemente, ac mansueto accipitur mitis. Cuius contrārium est Immitis. i. asper, sæuus, crudelis. Verg. Immitis Achilli. Quandoq; ponitur pro tranquillo, & imitis ꝓ pcelloso & inquieto. Idem lib. ix. Mitis vt in morē stagni placidæq; paludis. Apul. Erat enī turbidum atq; immite pelagus. Quādoq; pro maturo. Verg. Sunt nobis mitia poma Castaneę molles Plī. Immitia adhuc & cruda poma.

¶ Miteſco mansuesco. Plini. Vt ferę domi educaræ miteſcūt Aliquando tranquillor. Apul. Conflacceſcunt fluctus mare miteſcit. Aliquando maturesco. Pli. Reliquorum pomorū velocitas cito miteſcentium transuolat.

ō Mitifico as. mitem ac placidum facio.

¶ Mitigo as. pe. cor. placo quasi mitem ago. Lactan. li. iiij. Donec rursus pœnitentia populi mitigatus, liberaret eos seruitute. Et mitigare maturare est Cice. lib. iiij. de rep. Cumq; autumno terras ad concipiendas fruges relaxarit a fistula maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Huius compositum est Commitigo. de quo supra.

¶ Mitra dictio barbara qua significatur quoddam capitis ornamenti genus, primo apud mæonios, Deinde Ægyptij Syrij Phrygij & Lidij eo' vsi sunt. Erat enim pileus incuruus quāuis & ꝓ muliebri corona ad ornatum capitis adolescentularū accipiatur, ex qua pendebant fasciolæ quæ philtra dicebantur quoniam filiorum instar dependerēt. Hierony. in Esaia. In die illa auferet dominus ornamentum calciamentorum & lunulas & torques & monilia & armillas & mitras & discriminalia perisceliden & cætera Nostri quoque pontifices mitris vtuntur quum rei diuinæ operam dant. Et apud Græcos non solum pro ornatu capitis sed etiam pro fascia in loricę modum contexta ad latera defendenda sumitur. Mitra etiam apd Persas sol dicitur. Stat. libro primo. Theba. Indignata sequi torquentem cornua mitram.

ō Mithra cū h, a perfis dicitur sol Stra. lib. xv. Perſę cælum iouem putant colunt solē quē mithrā vocant. Sta. lib. i. The. Indignata sequi torquentem cornua mithram, vbi Lutatⁱ⁹ ait sol apd Adiamenios, titā apd assyrios Osyris apd Persas vbi in antro colitur mithra vocatur. Ponit aliquando pro primario sacerdote. Apul. li. vi. Ipsumq; mithram illum suum sacerdotem ꝑcipuum sacrorū ministrum decernit.

ō Mithriaca, sacra solis, siue Osyridis sacrificia de quibus Lampri. Commodo sic scribit sacra mithriaca homicidio vero polluit cum illi aliquid ad speciem timoris vel dici, vel fingi soleat.

¶ Mitrax gemma roseo colore, quamuis solis radijs oppositа versicolor sit.

¶ Mitella dimi. parua mitra. Vergi. Cōpa fyrisca caput graia redimita mitella.

¶ Mithylene es, pe. pro. & mithylen ę arum. vrbs in Lesbo iuxta methymnam. A cuius nomīe nūc oīs insula mithylene appellatur, in qua fuere olim duæ nobilissimę ciuitates, hęc videlicet & methymna. Hanc eandē insulā pridem Lesbū dictā volunt ab vrbis noīe, q̄ in ea potentissima fuit. Mar. Cum tibi non Ephesos, nec sit Rhodos aut mithylene. dicta Mithylene vt Diodo. lib. vi. scribit a mithylene machari filia. Hæc nunc metallinum dī vrbs clara Pyttaco ex septem sapientibus vno & Alceo poeta, & Antimenide fratre eius, & Diophane oratore, & Theophane rerum scriptore, qui magno Pōpeio admodū familiaris fuit. De hac scribit Victru. li. i. q̄ magnificenter & eleganter ædificata fuerit, sed nō prudenter posita, ī qua hauster cum flat hoīes ęgrotant, quum Corus tussiūt. quum sęptētrio, restituuntur in salubritatem.

¶ Mitterin insula vltra Britanniā sex dierū nauigatione, vt li. iiij. Pli. scribit, in ea candidū plūbū prouenit.

✳ Mittilis pulmentaria dicebatur, capiebaturque pro pauperculā. Cc.

¶ Mithridates pe. cor. rex ponti fuit vi magna & animi & corporis, vt sex iuges equos regeret, quinquaginta gentium ore loqueretur. Hic dissidentibus Romanis sociali bello Nicomedem Bithynia, Ariobatzanem Cappadocia expulit, Græciā insulasq; omnes excepta Rhodo occupauit, sed postea a Sylla apud Dardanum fusus, & a Pompeio victus tandem a Pharnace filio in turre obsessus venenum sumpsit. Cumq; id tardius biberet quia aduersum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat immissum percussorem Gallum cito eum authoritate vultus territum reuocauit, & in cædem, suā manum trepidantis adiuuit. Alius etiam mithridates qui regi Mithridati Bruti epistolas collegit. Vnde ait. τὰς βρούτου ἐπιστολὰς ἐθαύμασα πολλάκις οὐ μόνον δεινότητος καὶ πυκνότητος λόγων ἀλλὰ καὶ ὡς ἡγεμονικοῦ φρονήματος ἐχούσας χάρακτῆρα. ✳. Id est Bruti epistolas miratus sæpe non modo grauitatis & breuitatis gratia, sed & habentes characterē sapientiæ.

¶ Mithridaticū vnguentū Antidotū quod ex rebus. liiij. cōficitur. & tūc vulgo authoris noīe vocant Mithridatem.

¶ Mna græce, latine mina. vide in dictione Mina.

¶ Mnemosyne pe. cor. memoriā significat. Catullⁱ⁹. Mnemosynō mei sodalis. i. monumentum.

✳ Mnestheus proprium viri Troiani. Cc.

✳ Mnestius item viri proprium. Cc.

¶ Moab Arabiæ ciuitas, quæ & Arepolis nominatur. Quo etiam nomine vocatus est filius Loth. A quo Moabitę. Vocatur autem moab ex nomīe vrbis, & regio, porro ipsa ciuitas quasi proprium vocabulum possidet Rabbat Moabi id est grādis moab.

¶ Mobilis qui facile mouetur a quo mobilitas. Ver. Quo nō aliud velocius vllū mobilitate viget. Quorū cōtraria fūt Immobilis & immobilitas.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Modus propr.e rationem significat.i.mensurā siue formam Ratio verō iubet ne quid nimis, sed oīa cū moderatione fiāt. Vnde quomodo & quēadmodum dicimus id est qua ratiōe Et admodum pro satis, quasi secundum rationē, & Propemodum fere, quasi parum absit, a modo, hoc est a ratione. Et misrum in modum. Maiorē in modū, quasi vltra rationem. Cōmodum aptum cōueniēs, quasi cū modo & ratione. Colu. lib. ij. Est autē modus in siccando fœno, vt neq; peraridū, neq; rursus viride colligatur. i. forma. Idem lib. iij. In quo scorbe destinaueris, nuces serere, terram minutam in modum semipedis. ponito. i. mensuram. Et modus dicitur quantitas, vt apud eūdem libro secundo. Atq; rursus in sole siccata & mox refrigerata reconditur, si maior est modus in horreo, si minor in vasis olearijs salsamentarijsq; Interdum modus dicitur finis seu euentus. Iuue. Imponitq; modū sapiēs & rebus agendis. Vergi. lib. iiij. ænei. Sed quis erit modus. Interdū dicitur Tonus qui a Græcis φθόγγος phthongos dicitur.

¶Modo quādo habet o finalem cor. significat tēpus præsens vel mox præteritum, vel nondum præteritum vel statim futurum, vt modo id ago. Teren. Modo ait modo negat, modo dicebam, modo veni, modo faciam, aliquando ponitur ꝓ lōgo tempore ante. Teren. in Eunu. Q; dudū? modo. V bi D ona. Nota modo aperte pro tempore præterito dictū esse. i. iam dudum. Nam q vitiauerat virginē, nō modo, sed lōge aī vestem mutauit cū Eunucho Phędriæ. Hinc fit. Quomodo. Asmodo. Postmodo. Ponitur item pro duntaxat, tantummodo Liuius. Euentus belli minus miserabilem dimicatio finem fecit, ꝙ nec acie certatum est, & tectis modo dirutis alterius vrbis duo populi in vnum confusi sunt, id est solū. Item signāt quod vernacula lingua dicimus perche. Teren. in Phor. Si des modo vt tacere possis. Verg. lib. iiij. Si modo quod memoras factū fortuna sequatur. Hinc & Solūmodo Tantūmodo, Asmodo quod significat posthac. Apul. Vt nemo me amodo tā mane egredientē solū videbit. Q; si producta vltima syllaba ꝓferatur datiuus vel ablatiuus casus est a modus.

¶Modicum paruum ac pusillum. Apule. modico labore fatigatur. Sic immodicum pro maximo ponitur. Colu. C. Licinius dānatus est, quoniam in magistratu rogatione tribunitia qua promulgauerat immodica possidendi libidine transcendisset. Et modici pauci. Plaut. In angiportu turba est, domum modici introierunt. Sic immodicos dicimus plures. Martialis. Astriaque immodicis arctat imaginibus. Proprie tamen modicū dicitur non cui aliquid sit imminutum, sed quod non excedat modum & modestum est & temperatum. Plautus. Cui animus modicus continens expers ambitionis. Hinc modicum aduerbium significat parum Idem. Aedepol id modicum curat. modice vero temperate. Idem. Modice sapis. Immodice nimis vel intemperate. Columella libro secundo. Magisque conducere agricolæ frequenter id potius quam immodice facere.

¶Modulus diminu. a modus, & ponitur ꝓ ipsa cōpositione & cantu, quietiā modulamen dicitur.

¶Modestus a modico id est tēperato. Vñ modeste cū modo & tēperate. Terē. in Phor. Animus qui modeste istihæc ferat? Varro, Non eos optime vixisse qui diutissime vixerunt, sed qui modestissime.

¶Moderor aris. rego, modum pono. Et tam accusatiuo q; dativo iungitur. Sallu. Fortuna cuius libido gentibus moderat. Plautus in Curc. Linguæ moderādum est. Huius compositū est Præmoderor antemoderor. Dicitur & modero as. in eadem significatione. Sallu. V bi hoc exemplo per senatusdecretum cōsul gladiū adduxerit quis illi finē statuet, aut quis moderabit? Moderator rector gubernator. Cice. lib. i. Tusculana. Sic hæc nata sunt vt Platoni videtur, vel si semper fuerūt vt Aristoteli placet, moderator tanti operis & muneris, sicut mē tem hoīs q̄is eam non videas, vt deū nō vides, tamē & deū cognoscis ex operibus eius.

¶Modestia & moderatio hunc habent ordinem, ꝙ modestia fundamentū, soliditas, & basis ipsa virtutis est, ex q̄ gignit moderatio, quæ temperat aurigaturq; modos in factis & dictis & cæteris talibus, quæ agendi officio vtūtur. Cic. lib. i. ad Heren. sic modestiam diffinit, ꝙ sit in animo cōtinens moderatio cupiditatum.

¶Modificor mensuram & modum capio. Gel. lib. primo. Cōprehensa autem mensura Herculani pedis secundum naturalem membrorū omniū inter se competētiam modificatus est atq; ita id colligit quod erat consequens, tāto fuisse Herculem corpore excelsiorem q̄ cęteros alios, quanto Olympicum stadium cæteris pari numero factis anteiret. Hinc, modificatio pro temperantia.

⁎Modiceratores dicuntur q̄ modificandi aliqd authoritatem habent, quasi modū īperantes. Varro. In cōuiuijs instituti fuēre modiperatores atq; magistri. Cc.

¶Modulor penulti. cor. mensuro siue cū mensura & numerorū ratione cōpono. Gel. Scite Subtiliterq; ratiocinatū Pythagorā philosophū dicit in reperienda modulandaq; statu longitudinisq; eius præstantia. Verg. Carmina descripsi, & modulans alterna notaui.

¶Modius mensuræ genus duo & viginti sextertia continens Hinc Semodius, Bimodius, Trimodius, & huiusmodi. Col. li. ij. Eadē quatuor modijs nōnunq̄ tribus etiā duobus a semodio iugerum occupat.

¶Modiolus cum accentu in ante pe. diminutiuū. Et est quarta pars modij, quo etiam nomīe dictū est paruū vas quadratū ad hauriendū ex puteo aut lacu aut flumine aquā. Horū aūt modiolorū (vt est apud Frontinū de aquæductibus) alius est erogatorius, alius acceptorius, vt multis in locis intueri licet. Victr. Ita cum rota a calcantibus versabitur modioli pleni ad summū elati & rursus ad imū reuertentes infundent in castellum ipsi per se, quod extulerunt.

ὃ Modialis, a modio, vt vas modiale q̄d modū cōtinet.

¶Mœchus adulter. Græci enim μοιχὸν mœcham, hoc est adulteram dicunt Plautus in Amphi. Illa illum censet virum suum esse, quæ cum mœcho est. Ponitur tamen pro quocunq; inhoneste per libidinem peccante. A quo formatum est verbum mœchor aris.

¶Mœnia a muniendo dicta. Veteres enī œ & u. indifferenter ponebant. Et proprie dicuntur quę vrbem cingunt. Verg. Et mœnia pandimus vrbis. Nec vrbis tantum sunt, sed etiā munitionum castrorum & aliorum ædificiorum. Plautus. Prohibētq; mœnia alia vnde ego fungar mea. Hinc fit Submœniū quod est sub mœnibus.

¶Mœreo es. mœstus. vide mereo es. Cap. Mœstō animo sed tristis vultu. ¶Mœror ingt. Ci. li. iiij. Tusc. est ęgritudo flebilis ¶Mœsto as. & mœstifico as. mœstum facio. Ambro. li. ij. off. Cur non ego etiam dicam, in quibus eum mœstificare possem? Ab μοῖρα ideo per œ.

¶Mœro as. mœrorē & tristē facio. Nam mœraret. i. mœrentem faceret, vetus verbum.

¶Mœsia prouincia scribitur per œ diphthōgō. In ea sunt Dardani Mœsi & & Triballi Pontoq; contermini. Scythę. De hac supra in dictione Mysia.

¶Moga primū dicebat, quę postea Cappadocia, nūc autē Cęsarea a Cęsare, vt refert Iosephus.

¶Moguntia oppidū transalpinę Galliæ.

¶Molaæ. dicta est quaveluti mole quadam frumēti tum legumina alięq; res teruntur, ꝙ earum motu eo coniecta molūtur. Vnde Molæ frumentariæ, Molæ fabariæ, Molæ olearię dīr. Præcipuus eius vsus est in molendrina. Molas antiqui ab asinis asinarias, alias a manu manuarias, a trudendo trusatiles appellabant. Et latine quidem mola, Græce μύλος. Vnde Amylum sine mola factum ex tritico. In molendinis superiorem Metam, inferiorem Catillum vocant. Et mola mandibula dicitur, siue maxilla. Hieron. in. psal. Molas leonum confringet dominus. Item Mola caro informis & inanima in vtero mulieris, ferri ictum & aciem respuens appellatur, quæ fistit menstrua vt part?. Et licet his quoq; accidat, quę coitu vtunt quoties menstrua vitiosa sunt, aut semē vir ad formādū fœtū de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bile est atq; ineptum, frequentius tamen his accidit q̃ coitu vruntur quoties menstrua vitiosa sunt, aut semẽ viri ad formandũ fœtũ debile est, atq; ineptum frequentius tñ his accidit quę a coitu abstinent solitę alias coire, quales viduę sũt. Fit em̃ qn̄doq; in mulieribus tumor præter naturam & semen cum sanguine mistum indurescit in carnem, q̃is aliquã do ex solo spiritu fit mola quæ mouetur natura tentante eã expellere. De hoc Aristo. libro quarto de generatione animalium. Cum ex humore crudo conceptus stetit, tunc mola gignitur, idq; in mulieribus merito aut solis aut maxime Prętęrea Mola a molito farre dicitur far tostum & sale sparsum q̄ eo molito hostiæ asperguntur. Apud antiquos post glandes & arbuta vsus farris in honore fuit, seruatum in tantũ vt sacrificium non fieret sine sale & farre. Verg. Sparge molam, hinc immolas.

¶ Molaris substantiuum generis masculi. dens maxillaris est a mola pro maxilla deductum nomen q̄ cibum a cęteris dẽtibus confractum ipsi molunt. Et molaris lapis qui est molæ fragmen. Ouidius libro. xiiij. me. Aut comes inquit ero dixit, de extraq; molarem sustulit. Sta. libro quinto the. Vastęq; sudes factiq; molares.

¶ Molaris vero adiectiuum, vt lapis molaris ex quo mola fit hunc quidam pyritẽ vocant q̄ ei insit plurim⁹ ignis quẽ pyr greci dicunt, vel a frumento quod Pyron nominant, est & aliud Pyritarium genus ἀπὸ τ̃ πύρος, hoc est ab igne nostri viuum, vel ignarium lapidem appellant, quoniam clauo vel altero lapide percussum scintillas edit quæ sulphure excepte aut foliis mira celeritate ignem trahunt.

¶ Molarius a, um, quod ad molam pertinet vt asinus molarius quo vtimur ad molam. Cato. Molarium asinum vnũ

¶ Molo lis, moli multum & molitũ significat mola rero. Cæsar libro. i. com. Trium mensium molita cibaria sibi vnũ quẽq; domo efferre iubent. Molere etiam subagitare, vt in libro Iudicum. Sanson̄em clausum in carcere molere fecerunt. id est vt tradunt hebręi cum robustis mulieribus eum coire fecerunt, vt ex illo robustam prolem susciperent. Ambro. lib. hexa. Discite o viri qui alienam permolere quærit vxorem cuius serpentis sibi asciscere cupiat contubernium, cui etiam comparandus ipse serpenti sit. Horat. in ser. Permolere vxores nollem laudarier inquit. Trãslatio sumpta a mola. Nam cum frumentum demolitur, molaq; super catyllum est, circumuoluitur, sic in patranda re venerea vir mulieri incumbit. Huius composita sunt, Commolo, simul molo. Lactan. de opi. Contritos & commolitos dentibus cibos colligit, & conglobatos in sua deprimit & transmittit ad ventrem. Emolo, perfecte molo. Amb. Cogitatiões exquirere & quasi emolere muneris habent. Permolo de quo pauloante. Et hæc pe. cor. habent.

¶ Molitor pe. cor. qui molit vulgo molendinarius dicit⁹ molitura apud Pli. lib. xv. sumitur pro ipso molendi actu.

¶ Molendinarius molendini opifex, molẽdinarius a, um, qd̃ ad molendinum pertinet, vt mola molendinaria. Paul. iureconsultus negat asinam molendinariam ea appellatione contineri.

¶ Moletrina pe. prod. a molendo pistrinum olim dicebatur quo tempore tundebantur frumenta non molebantur.

¶ Molucrũ penulti. correpta, lignum quadratum quo vetęres immolabant. Et molucrum quo molæ vertuntur qd̃ gręci μόλαγρον dicunt. Item tumor ventris qui etiam virginibus accidere solet molucrum vocat. Afra. Virgini tam crescit vterus q̃ grauidæ mulieri molucrum.

¶ Moles, res magna & magni ponderis. Vergilius. Totam q̄ infusa per artus mens agitat molem. i. magnitudinem mũdi. Columella libro quarto. India perhibetur molibus ferarũ mirabilis. Quoniam vero quæ magna sunt, difficilia esse cõsueuerunt, capitur quandoq; moles pro difficultate. Verg. Tantæ molis erat Romanam cõdere gentem. Et in marimoles dicitur quoties excluditur aqua. Accipitur & pro motu. Idem. Inde gyan ipsamq; ingenti mole chimęram consequitur. Et a mouendo dicitur moles, ſ

¶ Molestus dicitur qui alicui grauis est, nec finit eum quiescere. A quo molestia sollicitudo & grauitas. Teren. in An. multum molestus ei certe fuero atq; animo morem gessero. A molestia fit compositum Præmolestia. Cic. li. iij. tus. Alij metum præmolestiã appellabant. i. anticipationẽ molestiæ qua si metus sit præuius duxq; molestiæ futuræ.

¶ Molesto, tas, molestia afficio, & q̃si molẽ affero, Modesti. Ab Aurelio Sẽpronio frẽ meo neminẽ molestari volo.

⁂ Molibdena dicitur plumbi & argẽti vena communis quæ & galena & plumbago dicitur, molibditis plumbi spuma. Sicut argyritis argenti. Cc.

ȣ Molesta tunica dicebatur alimentis ignium illita & intexta qua reos in pœnam induebant. Iuuena. Ansi q̄ liceat tunica punire molesta.

¶ Molior iris, a mouendo vel a molibus significat moueo. Liui. libro nono. Num montes moliri sua sede paramus. Et moliri est vel ingenio vel corpore ad aliquid agendum moueri. Et pro varietate appositi exponi solet. Nam moliri classem est parare. Vergilius. Classemque sub ipsa Antandro & phrygię molimur montibus idæ, moliri iter ẽ peragere. Idẽ. Inde datum molitur iter, moliri habenas est gubernare. Idẽ. Et manibus molitur habenas, moliri ĩsidias est meditari aut rendere, vt libro primo Georg. Insidias auibus moliri, incendere vepres. Apul. Dum mihi moliuntur insidias, moliri arcem est extruere, vt molirique arcem. Cuius contrarium est Demoliri, moliri moram, est moram facere, vt Vergil. moliri ve moram aut veniendi poscere causas, moliri iacula est iaculari. Idem. Ipse pater media nimborum in nocte coruscat fulmina molitur dextra, moliri bellum est belligerare. Colu. in præfa. Qui bella molitur, armorum & militiæ gnaros adhibeat, moliri etiam simpliciter positum significat inuenire. Plau. Aliquid moliar quo me hoc discrimĩe liberem. Quod etiam machinari dicitur. Aliquando conari. Augu. libro. i. ciui. dei. Vergi. optimus caueam theatri senatum constituere molientem ab hac dispositione & cupiditate compescuit. Ali quando operari vel facere. Cic. libro secundo Tus. Quarum altera quam nos incolimus sub exposita ad stellas septẽ, vnde horrifer aquilonis strid or gelidas molitur niues. Colu. lib. secundo. Et ideo minoribus aratris moliuntur, id est operantur. Aliquando passiue moliri pro retardari. Lucil. libro septimo mutilamur molimur subĵcimur. Huius composita sunt Amolior recedo. Admolior supramolior, siue suprapono. Plau. ĩ Asi. Vbi sacro man⁹ sis admolit⁹ Demolior destruo. Remolior remoueo & a conatu reuoco. Suetonius, de Aug. Quidam confessus eo se inhibitum ac remolitum quo min⁹ vt destinarat in præcipitium propelleret.

¶ Molimẽ pe. pro. quod & molimentum dicitur id est quod molimur, & conatus. Hieron⁹ contra Ioui. Vtile rat⁹ sum cuncta molimina eius quasi instructam aciem contra me proponere. Sisen. magno tam molimento ac perpetuo sono procedunt. Hinc emolumentum pro vtilitate.

¶ Mollis, tener non durus a mouendo quasi mobilis, quod in quãcunq; partem facile trahi ac moueri possit. Quintilianus de signis loquens. Illius opera dura, molliora huius. Vergilius. Quid nemora æthiopum molli canentia lana. Inde fit q̄ cum homine iunctum modo vituperationem, modo laudem denotet, vt molle ingenium quod facile discit. At mollis homo, id est effœminatus, non seuerus, non fortis, non constantis animi. Per translationem vero quoniam ea quæ tenera sunt pro voluntate nostra facile tractamus, & quocũque lubet ducimus, mollis quandoque pro domito sumitur Vergilius. Belgica vel molli melius feret esseda collo. Quandoque pro facili. Idem. Iuuat ire iugis qua nulla priorum Castaliam molli diuertitur orbita cliuo Quandoq; pro maturo vt Sunt nobis mitia poma castaneæ molles. Vnde mollia vina dicuntur, id est defęcata & asperitate carentia. Quandoque pro flexibili. Idem. Est mollis flamma medullas. Quandoq; pro oportuno ac tẽpestiuo. Idem. Sola viri molles adi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tus & tẽpora norãs. Quando q̃ pro remisso & contẽnendo Idem. Tua mœcenas haud mollia iussa. Quandoq; p̃ suaui ac iucundo. Idẽ. mollesq; sub arbore somni. Quandoq; pro placido. Vñ & mollio mollitudo mollicies. Cõpositum est prę̃mollis quod est valde mollis. Terent. in Adel. Paulatim plębem prę̃mollem facio meam. i. mihi fauentem.

¶ Mollitudo placiditas. Cicero. Lenitudo orationis, mollitudo corporis.

¶ Mollicies quæ & mollicia idem quod mollitudo, quamuis & in malum pro effœminatione quandoq; capiatur. Sallustius. Sed inertia & mollitia animi alius alium expectantes expectamini.

¶ Molliter placide, ꝙuo aio. Cice. Quod ferendum est molliter sapienti. Aliquando significat delicate. Teren. in Adel. Ædepol fyriscę te curasti molliter.

¶ Molliculus diminutiuum. Amb. lib. i. offi. Sed vt mollículum & infractum aut vocis sonũ, aut gestũ corporis nõ probo, ita neq; agreste aut rusticam naturam imitemur. Plau. p̃ tenello & delicato posuit cum inquit, mollicula es.

¶ Mollio is, molliui vel mollĩ mollitum, placo, molle reddo. Gel. Sed postea cũ Brunduſiũ aduentaremus, mollitiq; essent venti maris, percunctatus eũ ego sũ quę nam illa ratio esset pauoris sui. Sallust. Loca amœna voluptuosa facile in ocio feroces militum aĩos molliuerant. i. effœminauerant, huius cõpositum est emollio quod est valde mollio. Plin. Quæcunq; emolliri opus sit, anserino adipe curantur.

¶ Mollifico as, & mollefacio is, eiusdem significatiõis sunt.

¶ Mollesco is, mollis aut placatus fio. Claud. lib. i. Ditisque seueri Ferrea lasciuis mollescant corda sagittis, hinc componitur Remollesco. Ouid. lib. i. me. Precibus si numina iustis. Victa remollescunt, si flectitur ira deorum. Cęsar. Vinum ad se omnino importari non sinunt q̃ ea re ad laborem ferẽdũ remollescere atq; effœminari arbitrantur.

¶ Mollestra, pellis ouina.

¶ Mollicina pe. pro. vestis a mollicie.

¶ Molluſca nux, a mollicie dicta est, q̃ cæteris omnibus nucibus mollior sit. Plinius, molluscæ putamẽ rũpẽtes. Fertur molluscã nucẽ e Perside fuisse translatam. Fallitur Macrobius existimans pomum esse quod vulgo persicum nominatur.

*Molluscum tuber est arborum quemadmodum & Bruscũ Est bruscum intortius crispum, molluscum vero simplicius sparsum, & si magnitudinem mensarum caperet haud dubie prælatum a veteribus citro fuisset. Cc.

¶ Molossa regio pars Epiri a molosso Pyrrhi & andromaches filio noĩata, hinc molossus a, ũ. Scribit Theopõpus fuisse. xiiij. epirotarũ gentes e quibus celeberrimi fuerunt Chaones & molossi. Ouid. lib. i. me. Nec contentus eo est missi de gẽte molossa. In ea nascebantur boni canes. Verg. Nec tibi cura canum fuerit postrema sed vna Velocis Spartę catulos acremq; molossum Pasce sero pingui.

¶ Molossus pes, dictus est ab eius patrię saltatione. Vel quod eo metri genere odas in templo iouis ad laudem carnere consueuerunt in memoriam molossi filij Pyrrhi & Andromaches a quo postea festa molossia sunt dicta.

¶ Molochinus color qui in purpuram inclinat quod maluę floris similis sit quasi malachinus, græci enim μαλάχκλω malua dicunt. Hinc molochinarius, molochini coloris infector vt est apud Plautum. Cæcil. Carcasina molochina.

*Molothros genus vitis albæ quam nonnulli ampelo leucen appellant. Cc.

δ Molorchus, perpendiculum, dictio græca composita quasi significatur rectũ plũbũ, μολυβδος plũbum ορθος rectus Euphoniæ causa pars dictionis primę abijcitur, & fit molorchus molorchus etiã dictus fuit senículus arcadicus, qui ad expugnationẽ leonis nemæi proficiscentem herculem suscepit comiter hospitio, vñ leo molorcheus appellatur. Et huic senis sacra solennia instituta quæ molorchea dicebant.

δ Molibdena, pe. p. genus herbæ sic dictæ, quæ plũbũ quod est vitium oculis tollit, alio nomine plumbago dicitur.

¶ Momentum proprie significat exiguam quandam mutationem & pene indiuisibilem, quod græci athomon vocãt Var. momento temporis vterq; discessit, hoc apud veteres etiam momen dicebatur. Lucre. momine ſia paruo possunt impulsa moueri. Hinc quodcunq; minimum potest momentum appellari. Plin. Prosunt & combustæ vt cinis earum bibatur in vino addito resinę momento.

¶ Momẽtaneus, a, um, quod est caducum & quod facile mutatur ac deficit.

¶ Momentarius, a, um, quod in momento fit. Ambro. Syros vero Heliseus quos obsidentes in ciuitatem induxerat momentaria cæcitate percussos cum quo ingrederentur videre non poterant.

¶ Monna, insula Angliæ seu Britanniæ quæ teste Cornelio Tacito incolis est valida & receptaculum perfugarum. Est & eiusdem nominis insula in rheno fluuio Frisiæ proxima. Diõ historicus ἐτυχομγὼ ἀναχωροι, ὁντες διὰ δ παυλῖνου ἐν ἠγκμονα σφῶμ ἐις νῆσον τινα μώνναν ἀφ χὸ ὃ βρεταvίας κειμενην ἐπιῤῥοα πῦσαι διὰ τοῦτο πόλλ δὲ δ νοσωμαϊ κὰς ἐξεπόρθησε κὴ δ ἡρπασε. *Id est. Sine principe erant propter Paulinum ducem in insulam quandã Britanniq; nomine monnam. &c.

¶ Monos, latine solus, monas, nadis vnitas. Amb. ad Iustũ. Vnde nec numerum monada sed elementum numeri quib⁹ ea cura est appellauerunt.

¶ Monachus, latine solitarius, monasterium solitudo.

¶ Monarcha vel monarches vnicus omnium princeps, monarchia cum accentu in pe. vnius principatus.

*Monas monadis a monos deducitur & significat vnitatem. Cc.

*Monaulos tibia simplex. μόνος enim solus & ἀυλος tibia. Cc.

¶ Monoceros otis, & monoceron, ontis, ce sillaba corre. animal vnicum cornu gerens, qui & vnicornis appellatur, habet equinum corpus, caput ceruinum, mugitu horrido.

*Monochordium vnius chordæ, non q̃ vnam chordam, sed omnes chordas vnius vocis habeat nisi panniculi nexu distinguantur. Cc.

¶ Monoculus qui vnum tãtum habet oculum, monoculos in india nasci tradunt singulis cruribus, qui se a calore defendunt plantarum magnitudine.

¶ Monopodium dicitur mensa vnico tantum pede subnixa

¶ Monogamus pe. cor. vnius vxoris vir. Vnde & monogamia. Hierony. Q; sancta sit monogamia hinc ostenditur q̃ digamus in clerum eligi non potest.

¶ Monogrammi dicti sunt homines macri pertenues ac decolores. Tractum a pictura quæ priusquam coloribus corpa retur fingitur ligneis. Proprie enim monogrammos dicitur pictura linearis.

¶ Monodos penul. correp. Prusię filius qui dentium loco os vnum continuum habuit. ὄδους enim dens. Vnde monodos quasi vnius dens, quemadmodum Pyrrhũ Epirotarũ regem habuisse Pli. refert.

¶ Monodia cum accentu in penulti. lugubris cantus qui fit a præfica in defunctorum funeribus, quasi vnius cantus. Nã cæteris flentibus sola præfica canit, huiusmodi cantus etiam nænia dicitur.

¶ Monomachia, singulare certamen, μόνος solus μαχία pugna, monomachus, gladiator qui solus cũ solo pugnat.

¶ Monopolium dicitur cum penes vnum aliquem vænendi potestas est. ἀπὸ δ μόνος & πολέομαι vændo hoc fit cum vnus solus aliquod genus mercaturæ vniuersum ęmit vt solus vændat pretium suo modo statuens. Quod genus hodie in multis rebus seruatur, vt in coralliis Asphricæ apud Hipponem, Alumine in Scilia & Hetruria Vuis passis in Achaia, bitumine in Iudæa, quod quia græci asphalton vocant, omne monopolion vulgo asphaltum dicitur. Plautus. Habes murrinam & calamum potes monopolium instituere. Legimus apud Iustinianum monopo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lia non esse intromittenda quoniam non ad commodum rei pub. sed ad labem detrimentaq; pertinent.

¶ Monophagia, victus ex vna re.

¶ Monophthalmus luscus qui vnum habet oculum, græce μονόφθαλμος

¶ Monoptoton penultima correpta. vnius casus habet em̄ vnam vocem per omnes casus. Aptosis sine casu, habet em̄ solum rectum.

¶ Monostylon penul. cor. vnius columnæ. στῦλος enim colūnam græci dicunt.

¶ Monologion sermo vnius rei.

¶ Monosceli homines indici singulis cruribus, σκελος eni crus dicitur. Qui & sciapodes vocantur, q̄ in maiori æstu humi iacentes σκιαποδόλος hoc est vmbra pedis se protegant

¶ Monotropos solitarius, vnius moris solus.

¶ Monoxilon nauigium ex ligno integro, græce μονοξύλον.

¶ Monycus penul. corre. vnus fuit cētaurorū, de quo Iuue. Quantas iaculetur monycus ornos. Componitur ex monos & ὄνυξ hoc est solus vnguis. q̄ pedem instar equi habuerit. Est enim epitheton equorum qui solidas vngulas habent, munychus vero Athenarum portus est.

ð Momnycha, mōnychę, cum, y, & ch, aspirato contra vsum fratrum Eremitanorum, qui semper monica proferunt, licet male. Et est nomen matris diui Augu. Cuius vitæ sanctimoniam & ipse diuus pater Augu. & Mapheus vegius Laudēsis vates literis mandauere, quam si mulieres nūc imitari cōtenderent bene optimeq; secum ageretur.

¶ Monacris arcadię mons, quasi solus vertex, siue sola summitas.

ð Monyma pe. cor. Mithridatis vxor, quæ ī desperatione rerum profligatarum detractū e capite diadema, illud collo circumligasse proditur, seq; suspendisse. Et cum corporis pondere laqueus ille diruptus esset dixisse. Execrādum diadema ne q̄ in tam tristi ministerio mihi profuisti, moxque cum super illud humi abiectum insputasset eunucho regio iugulandā sese obtulisse.

¶ Monœcus cum œ diphth. portus & statio quædam liguriæ ab albinga oppido distans stad. quadringentis & octoginta. A monœci portu vsq; in thusciam vniuersum littus continuum omnino sine portu est exceptis quibusdam paruis stationibus ad iactādas anchoras, nec est multarum aut magnarum capax nauiū. Componitur ex μόνος & οἶκος domus, quasi sola domus. Et dicitur portus herculis, quia te ste Seruio pulsis aliis illic. Hercules solus habitauit, vel q̄ in eius templo alius deorum non colitur.

ð Monobeli dictio græca qua significantur hi qui longum habent obelum. Hoc est verum. Apud Lampri. in vita heliogabalo legimus monobelos vocari qui solo obelo, hoc ē longitudine conspiciendi sunt.

¶ Moneo es, monui, itū, significat scientē seu memorem facio. Plau. in Pseu. Ad hoc volo monere te monēdus ne me moneat. Inde monitor q monet quid sit agēdū, vt debet bona & vera amicitia, vñ Xenophon de miseria tyrannorum δυμῶν δ' ἀλελησθε μοῦ δὲ τὰς πόλεις ὅτι ἡ φιλία μέγιστον ἄγαθον ἀνθρώποις ἐστί. * Id est Neq; ciuitates latuit q̄ amicitia maximum bonū & suauissimum hominibus est.

¶ Monitio quę fit ante cōmissum, obiurgatio post turpe factū. Cic. lib. iij. Offi. Habenda ratio & diligentia est primum vt monitio acerbitate, deinde obiurgatio cōtumelia careat. Interdum monere & inuitare est, sicut inuitātur amici ad cœnam. Terent. Sed vt diei tempus est monere oportet me hūc vicinū Phaniam ad cœnam vt veniat. Interdum attendere seu inspicere. Aug. Admone diligenter iudee crudelis sepulchrum, adhīce custodias militum, manda vigilias, vt probes mortuum quē noluisti cognoscere viuū. Constituitur mō cū duobus accusatiuis, vt moneo te hæc, modo cū ablatiuo. Terent. in An. Habeo pro illa re illum quo moneam, pbe, tr. mō cū genitiuo. Val. max. Ab eo qui, pxime solutę a se legis suę admonitus. Composita sunt Admoneo, Cōmoneo, Pręmoneo, & submoneo, quod est latenter moneo. Teren. in Eunu. Tum ad eam submonuit me Parmeno.

¶ Monitorius ria, um, quod monet, vt liber monitorius.

¶ Monitus us, pe. cor. & monitio, idem significant.

¶ Monera dicta est, q̄ nos signi impressione vel auctoris vel pretij moneat. Quo etiam nomine dicta est Iuno. Cicero li. i. diui. Posi cladem illam maximam a senonibus gallis factā audita vox ex arce Iunonis fuit. Ex quo Iuno illa appellata moneta est.

¶ Monetarius, qui monetam cudit.

¶ Monetalis & hoc monetale, quod ad monetam pertinet. Amb. lib. de paradiso. Hoc bonum aurum decorum & monetale, quod non corruptibile, sed quod æternū est. Apul. de asi. Plotina preciosissimis monilium & auro monetali zonis refertis incincta. Et monetales triumuiri dicti sunt, sicut scribit Pompo. iureconsultus, æris, argenti, auri, flatores.

¶ Monedula auis ex graculorum genere, quasi monetula q̄ monetas surripiat. Huic enim aui furacitas argenti atque auri præcipua est.

¶ Monile penulti. producta, ornamentum gutturis, quod solet de collo virginum pendere & græce ὅρμος ἰσχυος nuncupatur vt inquit Hiero. Dictum quod virtutis admoneat. Nā primo ob aliquod egregium factum dari solebat. Ouidius in fast. Dat digitis gemmas dat longa monilia collo. Sed non solum hominum verum etiam equorum pendens a collo monile vocatur. Vergilius de equis Latini. Aurea pectoribus demissa monilia pendent. Gel. Equitatum frænis ephippijs monilibus phaleris q̄ præfulgentem, monile etiam legmentum dicitur, quod quibusdam bracteolis quasi prętegminibus constet. ð Hieronymus tamen in Esai. Vult esse monile genus ad omnia ornamenta mulierum cum inquit, monilia vno sermone omnia ornamenta significant.

ð Monto as, idē est quod ascendo. Aug. li. ij. de mira sacre scripturę, moles quæ de fontibus augebatur sursum in aere mōtabat. Et infra. Sed & hoc nonne humana diligentia sæpe efficit, vt ab oppositis Vallibus aquas in excelsum montare, & ad fontes redire offensas compellit.

¶ Monumentum dicitur quicquid nos monet, siue monere potest quid sit illud in quod intendimus, vt tituli sepulchra, statuæ, fana, porticus, carmina, historia, documenta, doctrina, libri, ceteraque, quæ nos alicuius rei prętęritæ moneant. Vnde Ci. ad Cęsarem. Sed ego quæ monumenti ratio sit nomine ipso admoneor ad memoriam magis spectare debet posteritatis q̄ ad pręsentis tēporis gratiā. Florentinus iureconsul. sic scribit, monumentū generaliter est res memoriæ causa in posterū prodita, in quam si corpus vel reliquiæ inferātur, fiet sepulchrū, si vero nihil eorum inferatur erit monumētū memoriæ causa factum quod græci cenotaphium appellāt. Var. monumenta a monendo q̄ sunt in sepulchris. Et ideo secundū viam quo prętereuntes admoneant & se fuisse & illos esse mortales. Ab eo cętera quoq; scripta ac facta memorię causa monumenta dicta. Verg. Quē candida Dido Esse sui dederat monumentum & pignus amoris.

¶ Mons terrę tumor altissimus ab eminendo quasi eminens dictus propter quod omne quod eminet mons dici potest. Vergilius. Pręruptus aquę mons. Sumitur quandoque pro saxo. Idem. Prensantemq; vncis manibus capita aspera mōtis Ferro inuasisset. Sic aliquando saxum pro monte, vt apud eundem. Saxi de vertice pastor. Hinc septimontiū locus qui habet septem montes.

¶ Monticulus diminutiuū parum mōs. Dicit & mōticellus

¶ Montanus a, um, quod est ex monte, vt montani imbres.

¶ Montosus a, um, vbi sunt multi montes, vt montosa regio non montuosa Plinius. Nascitur in montosis & asperis aliquando & hærbosis. Vergilius libro septimo. Et te montosæ miserē in prælia Nursæ.

¶ Mons feratus, regio Italiæ, cuius fines sunt hinc Padus, inde Apenninus. Et superiori parte montes proximi, moncauerio vbi Pedemontium incipit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Montiuagus pe.cor. qui per montes vagatur.
¶Montigena in monte genitus.
¶Monstrum a monstrando dictum est ꝙ aliquid significando demonstret. Cicero de natura deorum, monstra prædictiones & præsentiones rerum futurarum quid aliud declararent nisi hominibus ea quę futura sunt portendi, prædici, ex quo illa ostenta monstra portenta prodigia dicuntur Vergilius, tamen Poliphemum vnoculum Monstrum horrendũ ingẽs appellauit. Et sic quicquid est natura deforme hoc est prẽter naturam, aut deficit, aut excedit, monstrum & res monstrosa est. Terentius in Eunu. Quid istuc nam monstri fuit. Do. Monstrum est omne contra naturam, si igitur Eunuchus est & vitiauit virginem, cõtra rerum naturã factum est. Ostentũ ꝙ ostendat, & in corpore quandoque sicut martyres, qñq; in animo sicut Salomon qui infatuatus est ob amorem fœminarum, qñq; etiã in rebus. Et hi oẽs, vt ostẽtui, & exemplo essent alijs. Sal. in Iug. Sed qm̃ eo nat⁹ sũ, vt Iugurthæ scelerum ostentui essem. Quãdoq; mõstrum ponitur ꝓ monstratione, vt apud Ver. Monstra deum refero.
¶Monstruosus a,um, & monstrosus a,um, Luc. li.i. Monstro sic; hominum partus.
¶Monstrificus qui monstra dicendo vel faciendo demonstrat. Plin. Inuenta in his & ratio inserendi monstrificis hominum ingenijs.
¶Monstro as. ostendo, declaro, quasi prõ mõstrõ do. Terẽt. in Adel. Scio vbi sit, verũ hodie nunq̃ monstrabo. Huius cõposita sunt Commostro Demonstro & Præmonstro.
¶Mopsopia, attica regio a mopsopo rege sic dicta vt auctor est Strabo.
♂Mopsus nomen proprium viri vatis, qui vt Pompo. mela refert in finibus pamphilię phaselim vrbem condidit. Fuit & alter mopsus lapita, id est Thessalus, vt Stra. scribit libro nono, qui fuit Amphycis & cloridis filiæ Orchomeni filius. Alius fuit cum quo certauit calchas de peritia diuinãdi Apollinis filius.
¶Mora expectatio temporis dilatio. Plautus, Cui mora semper obfuit, diligentia profuit.
¶Morula diminutiuum. Augu. lib. xi. con. Quęro quoniam dies dicitur non tantum morula solis super terram, secundũ quod aliud est dies, aliud nox.
♂Moramentum idem quod mora. Apul. in Flo. Hisce igitur moramentis omnibus qui volunt deuitari aduectorem sibimet equum deligunt.
⁎Moracea nux dura dicitur. Vnde moracillum hoc est duriusculum. Cc.
¶Moror aris, expecto. Plautus. Nihil moror istas magnas dotes dapsiles, hoc est nihil curo, non expecto. Et morari est detinere retardare. Quintilianus. Quid me adhuc pater retines, quid moraris abeuntem? Plau. in Epi. Nihil ego te moror, id est differo vel expectare facio. Item morari manere. Hiero. Quanto studio & amore contenderim, vt pariter in eremo moraremur. Item hærere dubitare. Vergilius. Quid ue moror si vno omnes ordine habetis Achiuos. Et in alijs significationib⁹ habet primam correptam, morari vero prima pro. significat insanire, quod ostendit Sueto. Scribens solitum esse dicere. Neronem desisse Claudium inter homines morari. Nam græci μωρὸν stultum vocant & fatuum. Videbatur dicere Claudium desijsse manere & viuere inter homines cum intelligi vellet eum desijsse per mortem delirare & desipere qui viuus deliraverat, sic Plautus in Tri. Amor mores hominum moros & morosos efficit. Cõposita a moror sunt Commoror, quod est maneo & firmam habitationem habeo. Lactan. libro. vij. Cuius posteri cum diutius in ægypto commorantes in magnam frequentiam creuissent. Amb. vero de sanctis Gerualio & Protasio posuit pio ab stinere cessare, vt inquit. Hortor vos & moneo vt a deorum nostrorũ iniurijs cõmorãtes ad īmolãdũ eis deuoti studeatis insistere. Demoror. īmorer moram traho. Lactan. lib. ij. Sed vereor ne si fuero in propositione rerum contrariarum diutius immoratus. Remoror. Et habent penul. cor.
¶Morus arbor morum fructus a mora. i. tarditate vt quidã putant. Nam postrema omniũ arborũ morus floret, propter quod prudentissima arbor dicitur, quia lædi se a frigore nõ sinit. Sunt tamen qui a græco id nominis deriuent. μαυρὸν em̃ nigrũ dicitur, mora quoq; in rubis sunt, sed multum ab his differentia. Colu. lib. ij. de pruno, morũ ab idibus februa, vsq; in æquinoctium vernale recte seres.
¶Moratus qui bonis moribus præditus est. Plaut. in Aul. Dum mihi morata veniat dotata est satis. Terent. in Hecy. Sed quid mulieris vxorem habes, aut quibus moratam moribus. Et est participium sine verbo.
¶Morigeror morem gero obsequor & quasi ad alterius voluntatem mores transformo. Teren. in Adel. Si adolescenti esses morigerat⁹. ⁎Inde morigeratio & morigere aduerbiũ dicitur & morigerus. Cc.
¶Moriger penul. cor. obediens.
¶Moralis ad morem pertinens. Vnde scientia moralis quæ de moribus tractat.
¶Moros græce latine stultus. Plau. in Tri. Amor mores hominum moros & morosos efficit. Vnde per annominationem mores mori dicũtur stulti & fatui, vñ moriões nolant.
⁎Morini populi sunt in finibus Ambianorum & eorũ vrbs morinum quam vulgari verbo Terram vanam appellant. Verg. Extremiq; hominum morini. Cc.
¶Moriones stulti. Aug. ad Hierony. Quidam tantæ sunt fatuitatis vt non multum a pecoribus differant, quos mariones vulgo vocant.
¶Morosus curiosus diligensq; qui nimis exacte omnia fieri exposcit Porphyrio. Ille est morosus qui multorum morum inter se contrariorum est, vnde senectus morosa. Auctor Seneca est morosum genus iracundiæ esse delicatum. Nam quando res pene nulla animo hominis cuncta fastidiẽtis satisfacit, ea proprie morositas est. Cic. lib. i. de ora. Vsq; adeo morosi sumus, vt nobis non satisfaciat ipsę Demosthenes. Suetonius de Cęsare. Circa corporis curam morosior vt non solum tonderetur diligenter, sed etiam velleretur. Et a more descendit, cuius prima producitur.
¶Morologus pe. cor. qui in sermone morosus. i. molestus ẽ, vnde & sermones hmõi dicuntur morologi. Plautus. Nec, molestum esse, nec sermonibus morologis vti.
¶Morbus est habitus cuiuscunq; corporis contra naturam, qui vsum eius faciat deteriorem. Alias in toto corpore alias in parte accidere solet. Toti⁹ corporis morbus est veluti phthisis & febris, partis autẽ veluti cæcitas aut pedis debilitas. Et apud iurisconsultos scriptũ est morbũ & vitium distare, ꝙ morbus temporalis sit ibecillitas & sanari queat. Vitium perpetuũ ipedimentũ. Cicero lib. iij. Tus. Ait morbũ esse toti⁹ corporis corruptionem veluti febris est. Vitium cum partes corporis inter se desident. Ex quo prauitas mẽbrorũ distortio deformitas, morbi in anima dicuntur vitia inueterata & dura vt est auaritia ambitio.
¶Morbidus a,um quod est morbo infectum. Idem significat morbosus.
¶Morbificus a,um, quod morbum infert.
¶Mordeo mordes momordi & morsi sum. Luc. Exhibuit primus chalibem frænosq; momordit. Plau. in Trige. Ni fugissem iquit mediũ credo pręmorsisset. Est autem mordere dentibus lædere. Per translationem vero significat detrahere pungere. Ci. Appio. Neq; non me tamen mordet aliquid quomodo ea tuear quæ mihi tuenda sunt Cõposita sunt Admordeo valde mordeo. Verg. lib. ij. Georg. Duriq; venenũ dentis & admorso signata īstirpe cicatrix. Cõmordeo simul mordeo. Demordeo morsu decerpo. Immordeo morsum infigo. Obmordeo circummordeo. Pręmordeo antemordeo. Remordeo, cructo, sollicito. Verg. Qñ hæc te cura remordet Proprie tamen remordere est illum a quo quis est morsus mordere. Lactan. lib. vi. Sed quia ipse caninam facũdiã sicut Sallustius ab Appio dictũ refert, exercuit, voluit hominem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

canino modo viuere, vt remordeat lacessitus.

¶ Morsus, a, um, participium. Plinius. Datur morsis a rabioso ne rabidi fiant.

¶ Morsus us, nomen mō pro dentium læsione, modo ꝑ maledicentia ponitur. & morsus est qui græce dicitur scōma, qm̄ figuratus est. Sæpe em̄ fraude vel vi banitate tegit vt aliud sonet aliud intelligat. Idem significat morsio.

¶ Morsiuncula diminutiuum paruus morsus. Plautus ī Mil. Compressiones arcte amantium comparatæ teneris labellis molles morsiunculæ.

¶ Mordax qui mordendo lædit, vel qui alijs detrahit, a quo mordacitas.

¶ Mordico as, penulti. correp. dolorem affero, perinde ac si morsu lederem.

¶ Mordicus pe. cor. aduerbium significat mordendo. Plautus in cur. manum arripuit mordicus. Idem. Iamdudū oportuit nasum ademptum mordicus. Aliquando significat stricte, & quasi morsu ac dente. Sueto. in Cæsa. Ne libelli quos tenebat madefierent, paludamentum mordicus trahens ne spolio potiretur hostis.

¶ Mordicibus pro morsibus. Plaut. Asini me mordicibus scindant.

¶ Morsicatim significat mordendo. Var. Sicut pulli incedūt & in bellis morsicatim ludunt.

¶ Mors a mordendo, vt inquit. Augu. lib. cōtra Pelagianos Eius hæc sunt verba, mors priuatio vitæ est nomen tātum habēs non essentiā. Et ideo deus eius auctor esse dicinō pōt Quicquid enim deum fecisse dicimus habet essentiā. i. speciem est. Essentia em̄ dicitur ab eo quod ē, mors ergo nihil est nisi nomen recedente vita, sicut fames escarum defectus, sitis egē tia potus. Tenebræ absentia lucis. Sterilitas defectus fœtus, silētium vocis absentia. Inopia priuatio facultatum, & siqua sunt alia, quę rerum priuationes nihil esse nisi nomen inueniūtur. Opinor namq; ꝙ ideo mors hoc vocabulum accepit eo ꝙ morsu quodammodo venenosi serpentis. i. diaboli in paradiso Adam fuerit interemptus. Tunc enim serpens morsu decepit Adam, quando eum per concupiscentiam mordere hoc est edere suasit illicita. Et vt dixit propterea mors quasi a morsu nomen accepit. Vnde domin⁹ in Oseę propheta morti minitans dicit. Ero mors tua o mors ero morsus tuus inferne. Sunt qui mortem ab emerita iam vita, hoc est iam acta & absoluta nominatam velit, & mortuos quasi emeritos appellatos ꝙ ab mortali hac militia absoluti, quasi veterani qe tioremiam statum sint adepti. Alij a græco trahunt, hoc ē ab μόϛ῟ quod sortem partem mortemq; significat, moros autem ab μέϱεμ descendit, quo verbo partiri ac separare significatur. Nam quid aliud est mors quam animi a corpore separatio? Platonici diffiniunt mortem sic. ἀθάνατ῟ ἐϛὶ ψυχῆϛ ϵ῎ σώματ῟ διαλυσιϛ, hoc est mors est animæ corporisq; dissolutio, mors etiam dea a gentibus putata est, q̄ mortis potens est, hanc Cice. noctis & erebi filiā fuisse scribit. Sta. In sepulcis mors sæua sedet. Declinaturque in plurali hoc. nomen mors. Augustinus libro primo de ciuitate dei, multi multarum mortium fœda varietate consumpti sunt. Et iterum in eodem. Cum autem vnicuique mortalium sub quotidianis vitæ huius casibus innumerabiles mortes quodam modo continentur.

¶ Morior eris, & iris, quarti ordinis. Ouid. lib. iiij. me. At stre pitum mortemq; timens cupiduscq; mori. Significat mori vita decedere. Cuius præteritum est mortuus. Vnde Aug. lib. xiij. ciui. dei. Non importune neq; incongrue arbitror dicere esi non humana industria iudicio fortasse diuino, vt hoc ῾bū quod est moritur in latina lingua nec grāmatici declinare potuerint ea regula qua cætera talia declinantur, namq; ab eo quod est oritur fit verbum præteriti temporis ortus ē, & si qua similia sunt quæ per præteriti temporis participia declinantur. Ab eo vero quod est moritur, si quæramus præteriti temporis verbum respōderi solet mortuus est, v littera geminata. Sic em̄ dicitur mortuus quomō fatuus, arduꝰ, candu⁹, conspicuus, & si qua similia, quæ non sunt præteriti tēporis, sed quoniam nomina sunt sine tempore declinantur, illud vero quasi vt declinetur quod declinari non potest, pro participio præteriti temporis ponitur nomen. Conuenienter ergo factum est, vt quemadmodum id quod significat non potest agendo, ita ipsum verbum non posset loquendo declinari Composita huius verbi sunt. Cōmorior simul morior, vt illud. Et si oportuerit mē commbri tecum non tenebo. Demorior, Emorior, Intermorior, & Præmorior.

⁂ Moribundus, moriens. Cc.

¶ Mortuum mare dicitur, quia nihil vitium gignit. Lacus ē syriæ in prouincia Pentapoli qui nihil prēter bitumen gignit nihil in eo graue submergitur. Ideo Asphaltus vocaī, ꝙ oīa in eo tuta sint, græce ἀσφαλτ῟ tutamē dicitur.

⁂ Mortam vnam esse ex parcis dicunt, quod qui nascuntur ante tempus vel post tempus quasi monstra habeantur Parcas autem latini nonam decimam & mortam vocitarūt. Cc.

¶ Mortalis qui morti subiectus est. Cuius contrarium ē Immortalis, vt deus immortalis.

¶ Mortuale quod ad mortuos pertinet. Plautus in Asi. Hæc sunt non nugę non enim mortualia. Vnde Emortualis dies in quo quis est mortuus, sicut natalis in quo quis natus est. Idem Certum est mihi hūc emortualem facere ex natali die. Mortualia etiam dicuntur quę mortua sunt.

¶ Mortiferus a, um, pe. cor. quod mortem affert. Col. lib. vij. Et etiam mortiferus serpentis ictus.

¶ Morticinum penul. prod. exangue corruptum. Morticinā carnem dicimus animalium quæ non sunt mactata, sed per se mortua. Plin. Sola hæc auis in eo genere morticinam carnem non attingit. Var. Morticinæ ouis non patiuntur vesci carne. Morticini dicuntur pedum quod veluti morticina caro sit.

¶ Mortarium, vas in quo rēs quæ resoluēdę sunt pistillo teruntur. Plau. in Aul. Cultrum securim pistillum mortarium quæ vtenda vasa semper vicini rogant. Cuius diminutiuū est mortariolum. Hieronymus in numeris. Ponent cum eo turibula mortariola cyathos & craterēs ad vina fūdēda Est & mortarium lacus & conceptaculum in quo calx siue ītrita subigitur seruaturve, quę loca etiam plæbi hodie mortaria appellantur, vt est apud Pli. lib. xxxvi.

⁂ Morphinus aquilæ genus, ab Homero perenum vocatum quidam etiam plancum vocant. Cc.

¶ Morphosis penul. produ, latine dicitur mutatio. Inde morphera infinitas quæ colorem mutat, & meramorphosis transmutatio.

¶ Mororis & morosis perdelirium & insania quotiensc̄unq; ex somnifico grauamine resipiscentia non datur ad mentem, hæc enim non modo memoriam, sed vsum quoquerationis intercipit.

¶ Moses is, & mosi, sicut & Achilles, is, achilli, nomen inclyti iudęorum ducis. Iuue. Tradidit arcano quodcūq; volumine moses. Arator. Non hęc ieiunia moses condidit. Et interposito ỳ psilo moyses dicitur. quod habeī frequētiori vsu. Sedulius. Quid ꝙ & heliam & clarum videre moysem. Scribit Iosephus ex euentu rerum nomen ei impositum fuisse. i. ex aqua saluat⁹, eo ꝙ de flumine sit saluatus. Moy egyptij aquā dicunt, ses vero saluatus Dicitur & moseus moyseusq;.

¶ Mos moris est vitæ institutū consuetudine firmatū. Varro ait morem esse institutū animi, quod sequi debeat consuetudo. Interdum sumitur pro consuetudine approbata quæ habetur prolege. Interdum in malum. Nam & boni & mali mores dicuntur. Plaut. in tri. Morbus bonos inuasit mores, qui dum ægrotant intermortui, mores mali quasi hærba irrigua succreuerunt. Hinc fit Moratus moralis morigeratus & diminutiuum mosillus paruus mos.

¶ Mosini populi asiæ versus septentrionē, qui vt Pom. lib. i. refert. Turres ligneas subeunt, notis corpus omne persignāt propatulo vescuntur, promiscue cōcūbūt, & palam reges deligunt, vinculisq; arctissima custodia tenent.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Moschatula pyra dicebantur a Moschi odore, est enim Moschum sanies animalis, quod eodem nomine arabes appellant. Cornucopie.

*Moschus regio ē asiatica prope phasim fluuium & ea regio est tripertita, vnam Colchi alterā hiberes & tertiam hermenij inhabitant.

*Mosillus paruus mos, quo Cato vsus est. Cc.

¶ Moueo es, moui motum notæ significationis. Cæsar. Postero die castra ex eo loco mouent. Per translationem mouere ponitur pro excludere. Cicero lib. iii. of. Quid ergo nonne nocet qui quodam quasi veneno perficiat, vt veros hæredes moueat, in eorum locum succedat. Mouere animum est inducere allicere. Vergilius libro tertio Georg. Non vmbræ altorum nemorum non mollia possunt Prata mouere animū. Ser. Mouere animum, in suum desyderiū illicere, mouere tragœdias significat verbis rem atrocem & indignam efficere, quale est opus tragicorum de rebus atrocibus semper mœstisq; loquentium, sicut econtrario Comœdias agere proridiculæ ac dicaciter loqui. Composita huius verbi sunt Amoueo, Admoueo, quæ sunt contraria. Vide in dictione Amoueo, Commoueo. Dimoueo diuerse siue diuisim moueo. Terentius in Adel. Caue nunc oculos a meis oculis quoquam dimoueas tuos. Lactan. libro septimo. Cum discussis fluctibus & in vtranq; partem dimotis per siccum populꝰ graderetur. Emoueo extra moueo. Idem libro quarto. Hominumq; mentes emotas & malis incursibus furiatas in sensus pristinos reponebat. Promoueo vehementer vltra moueo pro longo vltra eo. Teren. in An. Eho tu impudens non sat habes q; tibi dicula addo quātum huic promoueo nuptias, id est prolongo. Promoueo valde moueo. Sallust. ī Iug. Existimans atherbalem dolore permotum iniurias suas vindicaturum manu. Demoueo deorsum moueo. Liuiꝰ libro sexto. Q; tum romana se inuexit acies tantum hostes gradu demoti. Remoueo alieno, discedo, tollo Lactātius libro tertio. Ab eiusmodi quæstionibus se remouit. Liuius libro secundo. Hunc tu, inquit, Luci Tarquini remoue metum. i. aufer. Cicero Catoni. Si quisquam fuit vnquam remotus ab inuidia laude & sermonibus vulgi, ego profecto is sum id est alienatus. Idem Tironi. Accepimus cōditiones, sed ita vt remoueat præsidia ex ijs locis quæ occupauit, id est alio mittat. Semouo seorsum moueo. August. libr. sexto con. Statimq; cognitum manu apprehensa semouit a turbis. Summoueo, clā siue subtus, vel a longe moueo. Col. lib. i. Cum liceat vel cauere ne talis præficiatur negocio, aut iam præpositus vt sum moueatur curare. Idem libro. v. Fructusq; summotus a terra minus putrescit, id est de longe positus.

¶ Moto as, frequentatiuum. Verg. Siue sub incertas zephyris motantibus vmbras. Siue antro potius.

¶ Motabilis qui frequenter mouetur. Gñ. Creauit deus omnem animam viuentē, atque motabilem.

¶ Motus a, ū, participiū. Verg. Sed motos præstat componere fluctus, motus us, ipsa motio. Vnde fit terræ motus.

¶ Motiuus a, um, quod mouet & nō permanet. Do. in expositione Andriæ A re nihil est proprium a persona cuiq; proprium perpetuum non temporale ac motiuum.

¶ Motacilla, auis quæ semper mouet caudam, vulgo. Cauda tremula dicitur.

¶ Mox aduerbium significat statim. Terent. ī Phor. Expecto q; mox veniat. Idem significat paulopost vel postea Cicero lib. i. de orat. Verum illa mox, nūc de ipsa exercitatione quid sentias quærimus.

¶ Mucor lanugo quæ diutino situ contrahitur, quemadmodum in pane, carne, alijsq; huiusmodi fieri videmus.

¶ Mucidus a, um, penul. correp. quod mucorem, hoc est muscum habet. Iuue. Neq; enim omnia sustinet vnquam mucida cærulei panis consumere frustra.

*Mucosus idem cum mucidus. Cc.

¶ Muceo es, mucui, mucidus sum a quo mucesco, mucidꝰ fio Pli. lib. xviii. Iterumq; ex porrigi in sole super lintea, q; nisi festinato pagatur lurido colore mucescere Cato de re rusti. Vini singulæ vrnæ dabuntur q; neq; aceat neq; muceat.

¶ Muccus narium humiditas & crassior pituita. Catullꝰ. mucus & mala pituita nasi. Hinc muccosus qui est mucco plenꝰ vel a mucco lęsus.

¶ Mucro proprie cuspis & acumen ensis, ac telorum. Apul. Circulatorem aspexi equestrem spatham præacutam infesto mucrone deuorasse. Sen. ad Lucil. Gladium bonum dices non cui deauratus est baltheus, nec cui vagina gemmis distinguitur, sed cui ad secandū subtilis est acies & mucro munimentum omne rupturua. Improprie ponitur pro ense. Hic mucronatus a, um, quod est acutum, & ad mucronis speciē formatum.

& Mucronatus a, um, quod est acutum, & ad mucronis speciem formatum. Plin. lib. xxxij. Scribit inter pisces xiphiam, id est gladium rostro mucronato esse, a quo naues perfossę merguntur in Oceano.

¶ Mugil & mugilis penul. corre. genus piscis capitosi. Græci a capite cephalon appellant, qui omnium piscium squammis intectorum velocissimus est adeo vt transuersa nauigia interim supernatet. Huius natura esse fertur q; abscondito ī metu capite totum se occultari existimat.

¶ Muginor penul. correp. murmuro. Lucil. Muginamur, mosumur subducimur.

¶ Mugius cognomen Romani cuiusdam a frequenti murmuratione a quo mugiola porta cui ipse aliquando pręfuit nominata est.

¶ Mugonia porta Romæ, a mugitu, quod per eam vænale pecus intraret, hæc & Trigonia appellata est, hoc est trium angulorum.

¶ Mugio mugis mugiui vel mugij itum, fictitium verbum a voce boum. Vnde mugitus pe. prod. ipsa vox. Liuius libi. Inde cum actæ boues quædam ad desiderium (vt fit) relictarum mugissent. Vergilius. mugituq; boum. A mugitus similitudine venti quoq; & tonitrua aliquando mugire dicuntur. Lact. lib. vij. Cur emicent fulgura, tonitrua mugiant Huius composita sunt. Admugio quod est iuxta vel post mugio. Clau. lib. iij. Omnibus admugit quocunq; id. Immugio intus, vel valde mugio. Vergil. lib. iij. Cuiusq; immugit ætna cauernis. Remugio resono. Idem lib. iij. Georg. Et vox a sensu nemorum ingeminata remugit.

¶ Mulgo as, palam facio. Plau. in Cist. Pro puella ferulus nequam qui dominum mulgat atq; villicum: Huius composita sunt. Dimulgo & Promulgo. De quibus alibi.

¶ Mulgeo es, si vel xi, sum & mulctum. Prisci a. mulgeo quoq; mulsi facit, q̄uis differentię causa quidam mulxi protulerunt, quia mulceo quoq; mulsi facit. Est autem mulgere lac e mammis exprimere. Verg. libro tertio Georgic. Quod surgente die mulsere horisq; diurnis nocte præmunt. Transfertur tamen ad alia. Eius composita sunt Emulgeo. Col. li. vij. Sed priusq; hoc fiat exiguū emulgendum est. Teren. in Phor. per translationem dixit. Emulsi argento senē quod est sine labore sustuli. Immulgeo intus mulgeo. Plin. Fabulosum arbitror de strigibus vbera eas infantium labris immulgere.

¶ Mulctra e, ipsum lac mulctum, seu emunctio, aut vas ī quo mulgetur. Verg. li. iij. Georg. Hinc largi copia lactis Q; magis exhausto spumauerit vbere mulctra Lęta magis pressis manabunt vbera mammis. Col. li. vij. Sed mulctra cum est repleta lacte, non sine tempore aliquo debet esse.

¶ Mulctrum idem quod mulctra. Hora. in epo. Illic insuesse veniunt ad mulctra capellæ.

¶ Muctrale similiter vas in quod mulgentur animalia. Ver. in Geor. Implebunt mulctralia vaccę.

¶ Mulceo es, si, sum, & ctū. Priscianus. mulsi, sū, & mulctū. Vnde Cicero in contentione mercelli. Permulsa atque recreata. Var. in saty. Capite permulso. Sal. li. iiii. hist. Dei lenita īra. Ouid. in fasty. Capite permulso dicebantur liberalibus verbis pmulcti sunt. Est aūt mulcere ira postero die liberalibus verbis pmulcti sunt. Est aūt mulcere, delectare polire. Ver. Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hier. Et sermone cõposito autẽ populi mulserint, qcqd dixerint hoc legẽ dei putant. i. delectauerint. Huius composita sũt Demulceo, Permulceo perfecte mulceo. Cicero. libro. iij. ad Herenni. Nam ledũtur arteriæ si anteq̃ vox bene p̃mulsa est, acri labore compelletur. id est mollificata. Gel. li. ii. nihil adeo in congrediendis hostibus atq; in principiis prælioru ad salutem virtutemq; aptius rati q̃ si permulcti sonis mitioribus non immodice ferocirent.

¶ Mulciber pe. cor. mulciberis, & per synopam mulcibris. Est enim tertii ordinis non secundi, a mulcendo, dictus est vulcanus. id est molliẽdo ferro. Mulcere enim mollire siue lenire est, q̃ ignis omnia mulceat. i. molliat, vincat, ac domet. Cice. lib. ii. tus. Iouisq; numen mulciberis asciuit manus. Oui. mulciberis capti marsq; venusq; dolis. Sunt qui mulciber a mutilãdo dici putant, q̃ ob clauditatẽ sit mutilatus ac debilis.

¶ Mulsum a mulceo, quasi melle delinitum. mulcere enim delinire est, quasi mollicere. Est autem mulsum potio ex vino melleq; confecta. Pli. lib. xxi. scribit mulsum ex vetere vino vtilissimum fieri, quod facillime id cum melle incorporatur. De hoc Mar. Attica nectareum turbatis mella falernum misceri decet hoc a Ganymede merum. Hoc si calidum bibatur vocem permulcet, si frigidum exasperat. Cicero libro secundo de ora. Suadebat grauius, vt mulsum frigidum biberet si mul ac domum rediisset. Perdam inquit vocem siid effecero. Græci musũ vocant ὁιμομέλι & μελίκρατον. Vlp. Vini appellatione ait mulsum non contineri, omomeli cõtineri. Interpretaturq; oinomeli vinũ dulcissimum. Q̃ si Vlpiani sententia vera est, mulsum non erit idem quod oinomeli. Vsurpatur etiam pro adiectiuo, mulsus a, um. Plinius. Lac mulsum, acetum mulsum, aqua mulsa quę melle concinnetur. Hęc etiã Hydromeli quæ fit despumato in ea melle. Confert ægrotis apud Plautum ex amantis & blandiẽtis affectu dicitur mea mulsa. At mustum ad tertiam partẽ decoctum sapa dicitur vt Var. Cato. Col. Palladius, accuratissime scripserunt. Mar Et laleranæ nigra lagœna sapæ. sed si ad duas partes sit decoctum defrutum appellatur.

¶ Mulier a mollicie, vt inquit Var. dicta est, immutata & detracta litera, quasi mollier. Vlpi. mulier dicitur quæ virgo nõ est. Q̃ si inquit ego me virginem emere putarem cum esset mulier, emptio valebit. Cice. obiurgantibus q̃ sexagenarius Popiliam virginem dixisset, Cras mulier erit inquit. Caius scribit mulieris nomine etiam virginẽ viri potentem contineri. Vlpi. vno in loco vtroq; significato vsus est. mulierem ita arctam vt mulier fieri non possit, sanam non videri constat. Eandem dixit mulierẽ & non mulierem. Primũ pro ea q̃ fœmina est. Secundum pro ea quæ est corrupta. Augusti. lib. ii. de consensu euãgelistarũ. In multis scripturarum locis hoc inuenitur non eas tantum quæ virum passæ fuerant, sed omnino fœminas etiam intactas atq; integras mulieres appellari sicut de ipsa Eua scriptum est formauit eã in Mulierẽ. Qua locutione etiam Paul⁹ ait Christũ factũ ex muliere.

¶ Muliebris & hoc muliebre quod ad mulieres pertinet, seu quod est aut fuit mulieris, vt muliebris sexus muliebre vestimentũ. Aliquando dicitur q̃d est molle & effœminatum vt muliebris animus. Vñ muliebritas mollicies. muliebriter aduerbium q̃d significat molle effœminate, seu more mulierũ. Iusti. Quæ non muliebriter hostium aduentu territa.

* Muliebrem folliculũ dicebant quẽ vuluã siue vterũ appellare cõsueuerunt. Cc.

¶ Mulierosus qui nimium appetit mulieres a quo mulierositas. Cicero libro quarto tus. Similiterq; cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem ea quæ græce φιλογυνέια dicitur. i. amor mulierum.

¶ Mulierarius idem quod mulierosus. Iul. Capitolinus mulierarius fuit inter primos amatores.

¶ Muliero as. effœmino. Var. Et rex & missellus ille pauper amat. Habet ignem intus acrem. Hic ephebũ mulierauit. Hic ad medica adolescentem traxit.

¶ Muliebria tantum plurali numero dicuntur menstrua. Hiero. in Gene. Et desierant Saræ fieri muliebria. Interdum sumuntur pro muliebri natura, sicut virilia pro pudendis viri. Interdũ pro libidine. Quintil. Nobilis adolescens a centurione muliebria pass⁹. Sic Sal. Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere.

¶ Mullei calcei regum albanorum erant purpurei coloris, postea patriciorum a millando. i. suẽdo. Vñ mullus collare. Vopisc. in Aureliano. Calceos mulleos & hederaceos & albos viris omnibus abstulit, mulieribus reliquit.

¶ Mulus per simplex l. aãl q̃d ex asino & equa generatur. Qui autẽ ex equo & asina genitus pullus hinnulus dicitur.

ỏ Muli mariani sunt furculæ quibus religatas sarcinas viatores gerunt, quarũ vsum quia marius retulit muli mariani post ea appellati. Fronti. lib. iiij. Stratag. C. Marius recidendorum impedimentorum gratia quibus maxime exercitus agmen oneratur vasa, & cibaria militum in fasciculos apta furcis imposuit, sub quibus & abile onus & facilis requies esset.

¶ Mularis & hoc mulare adiectiuum a mulo. Col. lib. vij. Est generosa materies q̃ circo sacriscq; certaminibus equos p̃bet. Est mularis q̃ p̃cio fœtus sui cõparatur generoso.

¶ Mulio & mulius q mulos clitellarios siue quadrigarios ducit. Hor. i Ser. Audit cũ magno blateras clamore furiscq; Mulius. Iuue. Nã mihi cõmota iamdudũ mulio virga.

¶ Mullus per duplex ll. genus piscis marini maximæ nobilitatis & gratiæ, qui binas libras ponderis raro exuperat. Hora. Laudas insane trilibrem mullũ. Mar. Nolo mihi ponas rhombũ mullũq; bilibrẽ. Hic a græcis Trigla dicitur, vulgus Barbonẽ vocat. qm̃ auctore Plini. Barba gemina insignitur inferiori labro. Hic a Cicerone in parad. & a Varrone lib. iij. de re rus. Barbatuli & barbati mulli dicti sunt. Nomen illi datũ est, vt Fenestella docet, a colore mulleorum calciamentorũ Scribit Plinius lib. ix. Mullũ expirantẽ versicolori quadam & numerosa varietate spectari.

¶ Multa tæ. solutionis pœna, q̃ olim vt Varro inquit singula vt ob peccatum exigebãtur, vt ouis aut bos postea multa simul exigi cœperunt, & vinum atq; oleum addi. In hoc autem multa differt a pœna q̃ pœna generali nomine dicitur omnium delictorum coertio, multa vero specialis est peccati cuius animaduersio pecuniaria est. Pœna autem non tantum pecuniaria, sed capitis & existimationis irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio eius venit qui multã dicit, pœna non irrogatur nisi quæ lege vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est. Suprema multa apud priscos erat in singulos dies. xxx. boum, & duarum ouium, minima ouis vni⁹. Varro libro. ix. rerum humanarum dicit hoc vocabulum non latinum, sed sabinum esse. dicimus autem, multã dixit, & multa dicta est multam irrogauit, & multa irrogata est, & significat multam imponere dãnato quasi per rogationem ad populum.

¶ Multatitius a, um. quod ex multa fit, vel quod ad multam pertinet, siue quod nomine multæ exigitur. Liu. lib. x. Et multatitia item pecunia quam exegerunt pecuarijs damnatis ludificati. Et lib. xxvij. Aediles plæbis ex multatitio argento signa ænea ad ędem Cereris dederẽ.

¶ Multo. tas. punio, condemno, laxo, diminuo, quia omnis punitio diminutionem habet Et construitur cum ablatiuo, vel genitiuo. Vergilius. Multatam tristi morte Camillam. Cur. lib. secundo. Is quoq; insulas præsidis occupati, pecunia multat. Aliquando cum duobus accusatiuis. Hieron. in Esdra Et multauit gentem argenti talenta centum auri talentũ vnum. Interdum multare significat priuare. Vergili. Quod si perdiderim patria multabor. Interdum lacerare mutilare verberare dissoluere. Terentius. in Adel. Ipsum dominũ atq; omnem familiam multauit vsq; ad mortem. Colu. libro. ij. Quo euenit vt in iteratione quoq; iumenta fiant & boues iniquitate operis maxime multantur. Interdum augere & voti compotem facere. Nonius. Et vobis quidem gratias ago cũ votis me multatis meis. Interdum male tractare. Columella lib. i. Nã illud vetus est Catonis. Agrũ pessime multari cuius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dñis quid in eo faciendū sit nō docet, sed audit villicum.
¶ Mulor aris. deponens. Sue. de Aug. Neq; aut crebrius aut perfidiosius rebellātes grauiori vnq; multatus est pœna q̄ vt captiuos sub lege vænundaret.
¶ Multus a, um. a q̄ fit multitudo, q̄ est frequentia & copia.
* Multibibus dicitur qui multi est potus. & est epitheton Herculis. Cc.
¶ Multifariam aduerbiū, & significat quod multis modis fari potest. Multifidus, multis modis findens. Multiuidus multa videns. Multipēs, multorū pedū. Multiuolus, qui multarū rerū desiderio tenetur. Multiloquus qui multa loquitur. Multifacio, magni æstimo.
¶ Multiplex varius, inuolutus, multas plicationes habēs. Hīc multiplico as.
¶ Multesima pars pro quantitate infinita. Lucil. Q; paruula pars q̄ multesima constet.
¶ Multitia indumenta dicebant minutissimis filis contexta. Vñ a multis filis & ꝓpterea subtilibus nomen inditū, vel a mulcendo qm̄ carnē demulceant. Et tantū pluraliter declinatur. Iuue. Quæro an deceant multitia testem.
ð Multiugus a, ū. pe. cor. q̄d est multiplex & variū. Nā multiuga dicimus, multa, & numerosa. Vbi iugus, nihil significat sicut in postliminiū, meditullīū legitimū & huiusmodi. Prima pars in multiugū multum significat, reliqua pars ꝓtractionē solam esse demonstrat. Apul. in Apol. Legisti Aristotelis multiuga volumina. Cicero ad Atti. ait se multiugas literas accepisse.
ð Multicolorius a, um. q̄d habet multos colores, vnde vestimenta multicoloria apud Ezechielē legimus.
ð Multifcius qui multa scit, & multas scientias habet.
¶ Multiforatilis, qui habet multa foramina, vt tibia multiforatilis apud Apul. in floridis.
ð Multigeneris & hoc multigenere, sicut Degeneris & hoc degenere, significat quod ē multorū generum. Plau. in Cap. multisgenēbus.
ð Multibarbus qui habet multam barbā. Apul. in flori. Multibarbus spinis obsitus & pilis.
¶ Mundus substantiuū dicitur ornatus muliebris quo fœlicet mulier mundior fit. In cuius noīs appellatione continetur speculum, matulæ, inaures, armillæ, anuli, gēmę, mitræ, & similia quibus mulier ornatur. Cato pro lege Oppia. Mūdiciæ ornatus & cultus fœminarū insignia sunt his gaudēt & gloriantur. Hīc mūdū muliebrē appellarunt nīi maiores. Dr & mūdum neu. ge. Lucil. Legauit quidam vxori mūdū omne penūq;. Hinc deducitur mūdus qui constat ex sole & luna & terra & stellis & omnibus elementis & quicqd cœli ambitu continetur. Nā ficti græci κόσμον, q̄d apud eos ornatum significat, ita nos a perfecta absolutaq; elegantia vocauimus mundum, q; nihil eo sit mundius & pulchri⁹ & ornati⁹. Et a græcis ab ornatu cosmos dr. In sacris vero literis mūdi noīe q̄nq; hoīes, q̄nq; inimici dei intelligūtur. Hinc mundanus a, um. q̄d mundi est. Vñ interrogatus philosophus cuias esset mundanū se esse respondit, mundus a, um. q̄d est purū tersū politūq;. Cuius cōtrariū est Immundus.
¶ Mundicies & mundicia pro lautitia qua quis se mundum ac politū tenet. Cice. lib. i. offi. Adhibenda præterea mundicia est non odiosa nec exquisita nimis.
¶ Mundo as. detergo, depuro. Hiero. ad Helio. Cornelius cē turio adhuc ethnicus dono sancti spiritus mūdatur. Hinc cōponitur Emundo extramūdo. Columel. lib. ij. Quædam plūrīs diebus vt bubilia & ouilia debēt emundari.
* Mundifico mūdum facio. Cc.
¶ Mungo is xi, ctum, quasi muccum ago. Id enim mungere est, cum e naribus muccus trahitur. Vnde emūgo fit, de quo supra. Inuenitur etiā mungor deponens. Cato de liberis educandis. Neq; emungentur libertatē.
¶ Munus quatuor modis dicitur. Primo pro dono. Vñ munera dari ac mitti dīr. Dictū mun⁹, vt inqt Var. ab eo q; qui mutuo aīo sunt id dant officiū grata. Altero ꝓ onere q̄d cū remittitur vacationē militiæ ꝑstat. Nam munera, i. officia sine labore atq; onere exerceri non possunt. Vñ immunitas appellatur. Tertio pro officio. Vnde munera militaria vocantur. & milites quidam municipes dicūtur qui in ciuitatē recepti munera cū ciuibus faciūt, i. officia. Quarto pro spectaculis seu ludis qui a principe populis quasi muneris loco exhibēt tur. Namq; id genus oblectamenti antiqui munera nominarunt q; populus tali spectaculo perinde ac munere quodā capiebatur. Scribit Lactan. lib. vi. Venationes ferarū q; spectacula attributa esse Saturno & munera vocari. Populus enim spectaculis talibus veluti muneribus capitur. Sueto. in Cæsa. Bestias quoq; ad munus populi comparatas trucidauerant. Mar. Prisca fides taceat, nam post tua munera Cæsar, Hæc iā fœminea vidimus acta manu. Hinc munus gladiatoriū dicebatur cū in spectaculis multa gladiatorū paria exhibebātur.
ð Munus, amico præstitit. i. functus est officio erga amicum.
ð Munus in rep. obire dicimur cum p̄stam⁹ debita officia, vt pēdere vectigal, p̄stare custodiā & huiusmodi.
ð Munus exhiberi populo dicimus cum ludi ad illum oblectandum exhibentur.
¶ Munerarius spectaculi exhibitor a Græcis agnotheta vocatur qui ludos gladiatorios exhibet populo, vnūq; vel plura paria gladiatorū ad spectacula pugnatura producit. Et qui familiam gladiatorum habet gladiatoresq; domi instituit ac postea vendit, a laniando dicitur lanista. Vnde apud historicos frequenter legimus lanistas vendidisse gladiatores muneratijs. Accipitur etiam munerarius pro eo qui pauperibus elargitur. Hierony. Munerarius pauperum & egentiū candidatus sic festinat ad cœlū.
¶ Muneralis adiectiuū quod ad munus pertinet. Vnde muneralis lex qua Cincius cauit ne cui liceret munus accipere. Plaut. Nec muneralem legem neque lenoniā rogo fuerit nec ne flocci æstimo.
¶ Munero as. & muneror aris. in eadem significatione quando. Macro. Ianus cum saturnum classe prouectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam iuris ferū illum & rudem ante fruges cognitas victum in melius redig. esset, regni eū societate muneratus. Hinc remunero. Liui. lib. ij. Tum mutius quasi remunerans meritū.
¶ Munis officiosus, & qui onera populo soluit. Vnde munia dicuntur obsequia lege debita. & officia quæ publice præstantur. Columel. libro primo. Sic enim & magistri singulorum officiorum sedulo munia sua exequūtur. Vnde immunis qui ab huiusmodi onere liber est. A munis fiūt Communis & Immunis de quibus alibi, munico, as. quo veteres vtebantur, sicut a Communis Communico. Nec habet munia aliam terminationem.
¶ Munificus apud antiquos nō a largitione q̄ nulla erat, sed consentientes appellabantur ad ea q̄ amici vellent, nunc autē ꝓ liberali ponitur, quasi sit mūera large p̄bēs. de quo in dictione. Liberalis. A munificus fit munificentior, & munificētissimus. Cato tñ munificior & munificissimus dixit.
¶ Municipia dicebantur quæ aliunde veniebant in ciuitatem & cum suo iure viuerent, muneribus tñ populi Ro. honoribusq; fungebātur. Capiebant enī munera, sed nō dānosa. vt est collatio tributorum & hmōi, sed quę ad honorem pertinerent. A quo munere capessendo nomen sibi vendicauere nulla populi Ro. lege astricta. Et municipia sunt ciuitates suo iure & legibus suis vtentes quæ meliore conditione sunt quā coloniæ, quorum incolæ municipes vocati fūt. Municipiorū iura iam penitus obliterata sunt. municipem vt Vlpia. inquit facit aut ciuitas, aut manumissio aut adoptio, quoniam municeps & qui liber in municipio natus est, & qui in municipio a seruitute se liberauit, & qui ciuitatē quācūq; assectatus est. proprie tñ municipes dīr qui in ciuitatē Ro. recepti munerum participes fiunt, sed abusiue nunc municipes dicimus sue cuiusq; ciuitatis ciues. Quo nomine tā oratores quā poetæ vtuntur. Iuue. Iam princeps equitū magna qui voce solebat Vendere municipes fracta de merce siluros. Ci. in Bruto. Nō

ndus q rd
pl ny libr
apiet 4m

dubito quin ſcias nō ſolum cuius municipij ſim, ſed etiā q̄ diligenter ſoleā municipes Arpinates tueri. Hinc municipalis ¶ Municipale ius dicitur priuatum ius vniuſcuiuſq; ciuitatis. Municipalia magiſteria vocantur adminiſtrationes & officia ſui municipij.

¶ Municipatum ſignificat per municipia, ſicut Oppidatim per oppida

¶ Munio nis. niui. vel munij itum. ſignificat fulcio, fortifico, reficio, reparo, præparo, defendo. Cice. lib. i. tuſ. Abijt ad deos Hercules, nunquam abiſſet niſi cum inter homines eſſet eam ſibi viam muniſſet. Sic dicim⁹ munire ripā, alueū, munire aditum, cum illa vel reficimus vel reparamus. Huius compoſita ſunt Communio. Cæſar. Præſidia diſponit, caſtella communit, quo facilius ſi ſe inuito tranſire conarentur prohibere poſſit. Circummunio pro circumfulcio. Col. li. iij. Priuſquam pomarium conſtituas q̄ magnū habere voles circūmunito macerie aut foſſa. Emunio extra munio. Idem lib. i. Sed & hanc curam pauimentorum & parietum probamus cum vt retuli ſic emunita ſola & latera horreorum prohibent curgulionem. Præmunio ante munio. Leo papa. Ad roborandā hāc fidem qua contra omnes præmuniebamur errores, ex magno factum eſt diuinæ pietatis conſilio.

¶ Munimen pe. pro. ſiue munimentum, idem eſt quod munitio, quæ proprie caſtrorum eſt, cæterarumq; rerum quæ contra aduentum hoſtium muniunt, ſiue vallo ſiue foſſa ſiue alio quouis modo, quo ſunt milites ab hoſtiū aduentu muniti.

¶ Munia æ genus aromatis.

¶ Munichia orum feſta Palladis erant. Inde munichij portus Athenarum, Suidas. μουνυχία τόπος θαλάσσιος ἐμ τῇ ἀττικῇ ἐλλάνικος δὲ ἐνδεκατρῶ ἀθηνᾶς ὃν ὁμάδαι φησὶν ἀπὸ μουνύχου τινὸς βασιλέως τοῦ πανδιονίδου. i. munychia locus eſt maritimus in attica Helanicus vero in. ij. Atthidos ait noīari a quodā Munycho rege inclytiſſimo.

¶ Murus a muniendo dictus eſt, q̄ ſepiebant ęquō munere oppidū muris. Vnde proprie vrbis eſt lapideus ambitus, paries domorū, Macería ſiue maceries q̄ cōſtat ex lapidibus ſine calce aut alio genere ferruginis. Sed confunditur q̄nq; Ambro. ſuper Lucā. Meminimus q̄ Hiericho magna ciuitas fuerit muralibus ſepta parietib⁹ q̄ nō ferro peruia nō arieti poſſet eſſe penetrabilis. Hinc antemurale, & p̄murū pontifice pomerū proximi muri.

¶ Muralis & hoc murale, q̄d ad murū pertinet, vt Muralis cōrona qua donari ſolebat ab imperatore qui primus murum ſubijſſet & in hoſtiū oppidū per vim aſcendiſſet.

* Murani dicti ſunt reges latinorum vt author eſt etiam Seruius. Cc.

¶ Muratus a, um. quod muros habet. Vnde vrbes muratæ dictæ ſunt.

¶ Muralis hęrba quæ vulgo vitriolū dī q̄ vaſa mirū in modum cōfricata purificet. Ideoq; Vrceolaris a veteribus dicta Eadē parietaria vocatur q̄ in muris frequenter naſcatur. Et perdicū, q̄m perdices ea præcipue paſcantur. Lampoo

¶ Muræna cū æ. diph. Nam græce ſcribitur μύραινα piſcis eſt longitudine non diſſimilis anguillæ. Parit quocūq; tempore, cuius oua citiſſime creſcunt. Macro. Accerſebantur ad piſcinas vrbis ab vſq; freto Siculo. Illic enī optimæ eſſe creduntur tam murenæ q̄ anguillæ & vtraq; ex illo loco plotæ a latinis flutæ vocantur, q̄ in ſummo ſupernatantes ſole torre factæ curuare ſe poſſe & in aqua mergere deſinunt, atq; ita facile capiūtur. Mart. Quæ natat in ſiculo grandis muræna p̄fundo, Non valet exuſtam mergere ſole cutem. Eſt & muræna cognomen viri Romani ab eo piſce deductū. Vnde Ciceronis extat oratio pro muræna. Solet hic piſcis alio nomine lāpetra appellari a lābendis petris.

¶ Muræniulæ ſunt ornamenta colli flexuoſa inſtar muræna rum, & catellæ ex auro quibus matronæ cōdecorantur, ſicut ſcribit Hiero. ad Marcellam his verbis. Aurū colli ſui quod murenulā vulgus vocat, q̄d. ſ. in metallo in virgulas lēteſcē ſe quędam ordinis flexuoſi catħena cōtexitur abſq; parentibus vendidit. Poteſt tñ muræniula eſſe diminu. a muræna.

¶ Murex piſcis marinus ex concharū gñe a purpura diuerſo. Idē & conchyliū per excellentiā dī. Pli. Conchylia & purpuras omnes atterit. Ex muricis humore fit color purpureus. Verg. Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti Murice. Vñ veſtis tincta murice conchyliata dī. Interdum accipitur pro purpura quā Sidon vrbs Syriæ gignit. Idem lib. iij. Tyrioq; ardebat murice læna. Interdum pro acumine ſeu aſperitate ſaxi. Idem lib. v. Et acuto in murice remi Obnixi crepuere. Et murex eſt ferreus triāgulus percuſpidem. vulgo Tribulum vocamus. Item murex hęrba eſt q̄ naſcitur vbi nunq̄ radiat ſol, vt in puteis. Item accipitur pro freno equi.

¶ Muricat⁹ a, ū. q̄d eſt muricis mō factū. Pli. de Carduo. Muricatis inquit cacuminibus. Hinc muricatim aduerbiū.

¶ Muria genus liquaminis q̄d ex thynno piſce cōficiebatur. Perſ. Tingit holus ſiccū muria vaſer in calice empta. Apud Col. Muria capit pro ſale cū aqua medicato & indurato.

¶ Muries ei. ſal in pila tunſum & in ollam fictilem coniectū & in furno percoctum. Quidam tamen exiſtimant idem eſſe muriem & muriam, ſignificareq; ſalſamentorum aquam, a mari nomen deductum.

¶ Murtius Auentinus mons, q̄ e lapidibus & veluti muro cōſtaret, a quo Murtia dea Venus quam priſci myrteā nuncuparūt, a Myrto arbuſcula quę Veneri dedicata eſt. de qua Pli. li. xv. Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrteę quam nūc murtiā vocant. Huic erat ſacellum ſub Auentino mōte qui ante mureus vocabatur.

¶ Murcea altera dea quā ita appellauerunt, q̄ præter modū faceret hominē murcidū. i. nimis deſidioſum. Cui contraria erat dea ſternua quę faciebat hoīes ſtrenuos.

ō Murgis, ſinus bithicæ a quo murgitana regio.

ō Murcos appellant ignauos. Et murici dñr hoīes q̄ munus martium pertimeſcentes pollicē ſibi præcidunt.

¶ Murrinū. pe. cor. a Murra fieri puto. Vnde vaſa murrina ex murra gemma quā quidam eandē eſſe putant quā nūc vulgo Agatham dicūt, qualia ſunt vaſa q̄ in diui Marci theſauris apud Venetos poſita ſunt. Exiſtimāt murram eſſe humorem q̄ in oriente, maxime in Parthico regno, ſub terra cōdēſatur. Col. lib. vij. Murrinus cum ſit in aſino, vulgaris tamen etiam non optime reſpondetur in mula Hic pro colore ponitur. Mart. Surrentina bibis, nec murrina picta, nec aurū ſume dabunt calices hæc tibi vina ſuos. Pli. libr. xxxiij. Murrina & criſtalina ex eadem terra effodimus quibus pretium faceret ipſa fragilitas, color, oriens mittit, nitor eſt his & varietas circūagentibus ſe mutulis in purpuram candorēq;. Mart. Si calidum poras ardenti murra falerno. Conuenit & melior fit ſapor inde mero. Fiebant ex murrino abaci eſcaria vaſa & potiora & trullæ. Sue. in Auguſt. Item lautitiarum inuidiā cum & Alexandria capta nihil ſibi præter vnum murrinum calicem ex inſtrumento regio retinuerit. Murina ſeu myrina, vinum myro. i. odore id eſt odore conditum. Græci enim myrū dicūt quod nos odoramētū vnguētūve. Huiuſmodi enī vina apud priſcos laudatiſſima erant vtpote aromatibus condita, iunco. ſ. myrrha calamo & huiuſmodi. Plau. in Perſa. Ecquid habet? Tū Charinus, rogas? Murinam paſſum, defrutum, mellinam vel quouis modo. Quintilia. Mittebant vinū pulchrū murinum. Idem dicebatur vinum muratū vel murata potio & muriola.

¶ Murra gēma. Vide in dictione murrinū.

¶ Murreus a, um q̄d ex murra eſt, ſicut murrinū. Iabolenus iureconſultus ſcribit murrea vaſa q̄ ad vſum edendi & bibēdi cauſa aperta ſunt, eſſe in ſupellectili.

¶ Murinus a, um. pe. p. q̄d eſt ex mure. Pli. Preterea murinū fimū q̄d item muſcerdas appellat.

¶ Muricidus pe. pro. ignauus ſtultus a muribus cœdendis. Plau. Muricide homo ignaue iners. ō Dicit & muricida qui inſectatur & occidit, vt vulgo ſolemus tales vocare Canicidas. Pla. in Epi. Veh tibi murida homo.

¶ Murmillonica, ſcuta cum quibus de muro pugnabant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Erant enim ad hoc ipſum apta.

¶ Murginor pe.cor. Tardo

¶ Murgiſo penul.produ.iners deſidioſus.a mora & deridendo dictus.

¶ Murmur tam maſ q̃ neu.gũis)leuis aquæ ſtrepitus.licet & pro alio quocumq; ſtrepitu poni.cõſueuerit.Hinc murmuro as.& murmuror deponens.Plau.in Caſ.Mihi inanitate iamdudum inteſtina murmurant.Hinc etiam poetæ murmurãtia littora,q̃uis plerũq; pro ſecrete maledico capiatur, q̃ is q murmurat ita leniter loquitur,vt magis videatur id facere ſono,q̃ vt intelligatur.Huius compoſita ſunt Cõmurmuro Plini.lib.x. Vbi congregatæ inter ſe cõmurmurãt.Submurmuro. Aug.lib.vi.con Sono autem ſecuris audito ſubmurrauerunt argentarij qui ſubter erãt.

* murmurabundus murmurator murmuratrix & murmuratio a Murmuro.Cc.

¶ Murmutillum,murmuratio.Plau. Nolo ego murmurillũ neq; ſuſurrum fieri.

¶ Murmurillo as.Murmuro.Idem. Quid murmurillas tecũ & te diſcrutias.

¶ Mus μῦς exiguum animal eſt nobiſcũ in domo habitans a corroſionis ſono quem facit dictus, latine etiam forex appellatur.in gtõ plurali murium & per ſyncopẽ murũ. Quidam tamen murem a ſorice diſtinguunt. q̃ mus domeſticus ſit forex ſylueſtris.Colu.Si ſerpens aut mus forexq; in muſtũ ceciderit,Murẽ certe nec ferã iure dixeris,nec placidum,quia nunq̃ manſueſcit vt inqt Pli.Mus etiã araneus eſt quẽ græci migalẽ appellant,quia muris magnitudine ſit muſtellina ſpecie,ore oblongo,cauda gracili,verſu dentium quadruplici, vt inquit Aetius. Abundat inſula Britãnia De hoc Plin lib. xx.Contra araneorum murũ venenatũ morſum μυσάλκη.

* Mus araneus exiguũ animal eſt muſtellæ ſimilitudine p̃tenuiſſimũ filũ ſiue gladij aciẽ impune ambulans.Cc.

¶ Muſculus mõ dimi.eſt & ſignificat paruum murẽ.Pli.De turgente nilo muſculi reperiuntur. mõ ſignificat articulũ in quo neruorum capita ſunt.Muſculos etiam dixerũt minores machinas quibus protecti bellatores foſſatũ ciuitatis apportatis lapidibus lignis & terra non ſolũ complent,ſed etiã ſoli dant,vt turres ambulatoriæ ſine impedimento vehãtur ad murum.Sunt minores vineis ſuditioreſq; & maiores firmioreſq; pluteis. Item muſculus gñis piſcis parui qui paruo moderamine caudę tẽperat Balenam ne in ſcopulũ ipinguat. Eſt enĩ balena luſcioſa & pene exoculata quę cũ forte ſe direxerit,pfectura aliorſum indiget hoc piſciculo p̃uio q̃ eã deducit & reducit. De hoc Clau.lib.ij.in europiã.Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali Bęlua ſulcandas cui p̃uius edocet vndas. Immenſumq; pecus paruo moderamine caudæ. Temperat, & tanto contingit fœdera monſtro. Hunc piſcem quidam aiunt etiam vocari Iulum.

¶ Muſerda muriũ ſtercus.Plinius Muriũ ſimum quod item muſcerdas appellat.

¶ Muſcio catus murilegus,q̃ ſit infeſtus muribus μῦς enim græce pro quo ipſi mus dicimus.

¶ Muſcipula,machina ad capiendos mures,nõ autem catus Aug.in palmorũ expoſitione.Muſcipulã ſuã diabolus tetendit vſq; in finẽ & vęh illi qui in illã muſcipulã cadit.

¶ Muſtella,quaſi longior mus,mures ſequitur & ſerpentes Eſt etiam hoc nomine genus piſcis muræne fere ſimilis.Neoterici lãpredam dixere.

¶ Muſtellinus adiectiuum fit a muſtella.Terent.Colore muſtellino.Cc.

* Mus indicꝰ animal eſt magnitudine felis ſpecie muris Græci ichneumon vocant, naſcitur in Aegiſto & cum aſpide pugnat.Cc.

¶ Muſa latine ſignificat cantum. Vnde muſice appellata eſt ſcientia quę tractat de ratione canendi.Et muſicꝰ muſicę peritus.Muſam pro cantu poſuit Verg.cũ inquit.Paſtorũ muſam Damonis & Alphesiboei.Hinc poetę muſas finxerũt deas eſſe Iouis & memoriæ filias q̃ poetis & muſicæ præeſſent. Oportet enim virũ eruditum ac doctũ intelligentia memoriaq; vigere.Has dixerũt in Helicone habitare q̃ mons Bœotiæ eſt Phocydi affinis,a quo heliconiades appellant,nec procul diſtat a Parnaſo Phocydis monte æmulus illi & altitudine & ambitu,& rupes amborum ſaxea eſt.Parnaſum quoq; habitare muſæ dicuntur. Vnde parnaſides.Et quoniã phocidi confinis Aonia eſt,etiam Aonides appellantur.Etiã dicũtur Cytheriades a ſaltu qui Cytheron dr̃ inquo ſimiliter mu ſæ habitare feruntur. Initiũ habet a magicis & atticis montibus.finitur prope Thebas.Pierides a Peria q̃ regio eſt Macedoniæ, Aemathia ante dicta.Hęc muſarũ parens domuſq; eſt a nemore item appellata cui nomẽ eſt pieris.Et Pieres populi dicti ſunt quibus extinctis Macedones ea loca incoluere. Item dicuntur. Theſpiades a Theſpia oppido Heliconi propĩ quo.Item Pegaſides & Hippocrenides ab Heliconis pulcherrimo fonte qui a græcis Hippocrine dicitur hoc eſt equi fons ἵππος equum vocãt κρήνη fons a noſtris appellatur caballinus.Item Pegaſeus q̃ Pegaſus eo loco ſaxum vngula ferẽs fontem aperuit.Perſi.Nec fonte labra prolui caballino.Nunc equum putant eſſe qui inter ſydera collocatus eſt, quamuis alij Bellorophontis equũ eſſe dicunt.Rurſus muſæ Libethrides vocatæ ſunt a fonte Macedoniæ in ea regione quæ Magneſia dicit.Hic fons Libethros muſis eſt ſacer & ſpelĩca eodem in loco quę Libethra appellat.Itẽ pympliades ſiue pympleę a Pympleo macedonię fonte ſeu iunco, vel a Pympleo monte Orchomenorũ,vel a pymplo veſtis genere.Itẽ Caſtalides a fonte Caſtalio in radicibus Pernaſi muſis ſacro, q a caſtalia nympha nomẽ aſſumpſit.Nouem autẽ muſę fingũtur quib⁹ hæc nomina impoſita fuere.Primã enĩ a bonitate vocis dixere Calliopen καλλιόπη enĩ bonũ dicit ὀπή vox. Secundã Clio a gloria & celebritate rerum geſtarũ quas canit κλείειν enim celebrare eſt. Vnde hiſtorica dicitur. Tertiã ἐρατώ. Erato vel a canendis amoribus,vel q̃ cantus ab omnibus deſideretur.Ouidius. Nunc Erato nam tu nomen amantis habes ἐράω enim amo etiam deſidero,eligo.Quartam a voluptate ac laſciuia cantus θάλειαν thalian θάλλειν enim viuere,germinare,florere eſt.Quintam μελπομένην melpomenem a canendo μέλπομαι enim canto modulor ſignificat ἀπὸ τοῦ μέλος ποιεῖν, hoc eſt a concentu faciendo,meditationem faciens,quæ tragica.Sextam τερψιχόρην ἀπὸ τὸ ποιεῖν τοὺς χορούς, hoc eſt delectandis choreis exultant, quæ cithariſta. Septimam Euterpen a ſuauitate concentus delectam Tibicinaria dicit ἐὺ enĩ bene ſignificat τέρπειν delectare.Octauam πολύμνιαν a multitudine carminum ſiue laudationum.πολὺ enim multum ſignificat ὑμνέω canto, laudo. Nam ὕμνος canticum eſt quem nos hymnum dicimus. Vel polymnia,multæ memoriæ μνήμη enim memoria dicitur.Nonam οὐρανίαν, quaſi cœleſtem,vel a cœleſtium rerum cantu,vel a cantus diuinitate,οὐρανὸς enim Greci vocãt cęlũ. Dicit autẽ Muſa Herodiano teſte inquiſitio. Quærendo enĩ diſciplinas adipiſcimur. Alij muſas denominatas perinde atq; ὁμούσας omuſas,p̃ſunt ei oſoni. Vna enĩ vtẽtes cõuenientia quã ἁρμονίαν vocant & ſimul canunt & ſimul tripudijs exercẽtur, nec vnq̃ abinuicẽ ſeparãtur. Nam tãetſi earũ quæq; ſuã vim habeat,& alia in aſtronomia,alia in geometria,& alia in alijs diſciplinis,in vnaquaq; tamen earũ muſas omnis inuenias. In aſtronomia enim atq; geometria facile reperias & carminũ & hiſtoriæ pulchritudinem atq; dignitatẽ. Et eodem modo in cæteris ſc entijs.

¶ Muſæ Iouis cœli & terræ filię dicte,quoniã Myin græce honeſta bonaq; doctrina inſtituere ſignificat.

ὁ Muſęũ & Serapheũ,& Iſeũ,publica alexãdriæ auditoria & ædes a muſis,& ſeraphi,& Iſide dicta Spart.in Adria.apd̃ alexandriã in muſeo multas quæſtiones pfeſſoribus propoſuit & propoſitas ipſe diſſoluit.

¶ Muſica æ.& muſice es.ſcientia eſt quæ modum canendi demonſtrat.Hæc apud græcos antiquitus tantæ veneratiõis fuit vt idem muſici & vates & ſapientes iudicarentur.Cuiꝰ ſcientiæ cum ſe imperitum Themiſtocles confeſſus eſſet,vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inquit Cice. indoctior habitus est. Sed vt puto cum aliis multis virtutibus interijt. Scribit enim ista verba mirãda magn⁹ Basilius de Timotheo. ὥσε τοσοῦτον περιῆν τῆς τέχνης ὥστε καὶ θυμὸν ἐγεῖραι μιᾶς συντόνου καὶ ἀυσηρᾶς ἁρμονίας καὶ μέντοι καὶ χαλάσαι καὶ μαλάξαι πάλιν διὰ τῆς ἀνειμένης ὁπότε βούλοιτο. ⁎.i. cui tantum aderat artis vt & animũ ꝓpter breuẽ & austeram harmoniã excitaret.

ȣ Musicẽ aduerbiũ significat integre vt nihil desit. Nam musicam veteres Encyclopediam dixere in qua omnes sunt cõprehensæ disciplinę.

¶ Muscus viridis hẽrba in corticib⁹ fontibus & locis humidis nascẽs. Ver. Musco circũdat amaræ corticis. Hinc fit muscosus a,um, q̃d muscо opertum est, Vnde dicuntur Muscosi fontes. Hęc alio noĩe Bryon dicitur.

¶ Muscari est muscо tegi. Cel. li. xi. Muscantur oleæ.

¶ Muschus cũ h. est animal simile muri duos dẽtes superiores & duos inferiores habens, iuxta cuius vmbiculũ nascitur sanguineũ apostema inter carnẽ & corium, q̃d cum pelle ablatum muscũ pretiosum conficit.

¶ Musca paruũ animal volatile, cuius diminutiuũ est muscula. Boetius. Quid imbecilli⁹ homine? quem morsus muscularum necat.

⁎ Muscarius a um. quod ad muscas pertinet. Plinius. Aranei muscarij̃ tela.

⁎ Muscinus a musca sicut formica formicinus. Cc.

¶ Muscariũ flabellũ quo muscæ abiguntur. Hiero. ad Marcellam. Q̃ autẽ a matronis offertis muscaria paruis animalib⁹ ventilandis elegans significatio est debere luxuriam cito restringere, quia muscæ morituræ oleum suauitatis exterminant. Ab huius similitudine muscariũ etiã appellatur coma illa quarũdam hẽrbarũ in qua semina dependent, qualis est fœniculi aneti & similiũ. Pli. Semine in muscarijs dependente vt felulæ in papauere & similibus. scapus in glandibus, auellanis pannicula appellatur.

⁎ Muscenton rosæ genus funditur ex caule malleolaceo folia oleacea habens. Cc.

¶ Musæus poeta insignis Orphei tẽpore, vnus ex agronautis. de quo extant versus. Ancus erat Romę quo martius optimus æuo Musæus græcis floruit ĩ partib⁹ Orpheus in hymnis. ὀρφέως τελεταὶ πρὸς μουσαῖον ἀυτοῦ υἱου μάνθανε δὴ μουσαίε θυὴ πολίην περὶ σεμνὴν ἐυχὴν. ⁎.i. Orphei studium ad Musæum ipsius filium, disce iam musæe.

⁎ Si epigramma illud Ancus erat &c. verum est, Museus nõ fuit vnus ex argonautis quia expeditionẽ fecerunt in Colchon ante tempora Troiana.

¶ Musea dicuntur quę in ædificijs ex pumicibus depẽdẽtia fiunt ad imaginẽ specus arte reddendã. Vnde Musea ea opera dicuntur quę vlgo musaica vocantur. Pumices enim. i. leues lapides mire erosos in ædificijs musea vocant, q̃ & vermiculata dñr. Hęc etiã musiua appellant a Spartiano Augu. lib. xvi. de ciui. dei. Quosdam sine ceruice oculos habere in humeris, & cætera hominũ, vel quasi hominũ genera quę in maritima platea Carthaginis musiuo ope picta sunt ex libris deprõpta velut curiosioris historię. Muſeum etiã a græcis dicitur domiciliũ musis dicatũ. Accipiturq; pro diuersorio eruditorũ. Pli. in epist. O mare o littus verũ secretũq; museon. q̃ multa inueniris, q̃ multa dicaris? Scribit Stra. li. vi. apud Alexandriã fuisse museũ celebratissimũ.

¶ Mussо as. submissa voce loquor & secrete occulteq; q̃d celatũ velim, quasi murmuro. Plau. in Aul. Neq; id occultũ haberi, neq; permetũ musari quin participẽ pariter ego te & tu me facias. Aliq̃n mussare ponitur pro tacere & quasi obmutescere. Teren. Sile cela occulta tege tace mussa. Aliq̃n pro dubitare. Verg. lib. xi. Mussat rex ipse latinus. Quos generosos vocet. Vulgo autẽ ponitur pro citare.

¶ Mussito. as. freq̃ntatiuũ. Li. li. i. In absentẽ Tarquiniũ erat inuectus haud mirũ esse superbo Romæ cognomẽ. Iã cnĩta clã quidã mussitantes vulgo tum eum appellabant.

⁎ Mussitabundus tacens taciturnus, Cc.

¶ Mustũ non solũ vinum nouũ dr. vt apud Oui. in fast. Prælia de lacubus ꝓxima musta tuis, sed etiã quicqd nouũ. nã Mustus a,um. idem q̃d recens. Vnde plautus mustam iuuẽcam dixit. Næuius. Vtrum sit melius virginem an viduam virginem si musta est.

¶ Musteus a,um. q̃d mustũ, hoc est dulcedinẽ in se habet. Vnde poma mustea. Plini. Est tanta musteis pomis suauitas vt finis mandendi non nisi periculo fiat. Dicitur etiam Musteus recens. Idem lib. xii. Amaritudo grano eademq; piperi musteo. Col. lib. x. Transfertur in vasa fictilia mel dum musteus fructus deferuescat.

⁎ Mustace lauri species quæ maximo folio constat flaccidoq; & albicante. Cc.

¶ Mustaceus & mustaceũ legit̃ sc̃dm Probum libi gñs quod datur ad cõciliandũ stomachũ, a musto seu a mustace lauro vt q̃dã putãt nomẽ deductũ. Iu. Causa nec est quare cœnam & mustea perdas. Cato de re rust. Mustaceos sic facito. Farinę siliginæ modũ vnũ musto cõspergito, anysum cyminum adipis pondo duo casei librã & de virga lauri deradito, eodẽ addito. Et vbi defrixeris lauri folia subtus addito dũ coneoques. Pli. scribit esse genus lauri quã Leneus grãmaticus mustacem appellat ꝙ mustaceis subijceretur.

¶ Mustacula est machinula ex regulis ex qua calceus nouus suitur.

¶ Musmones sunt arietes. Plin. li. viij. Est in Hispania, sed maxime corsica non dissimile pecoris genus musmomũ caprino villo q̃ pecoris velleri propius.

¶ Muto as, transfero. Var. Fac vt te aliquo cum omni familia mutes. Quandoq; mutare variare. Vnde mutare animũ mutare sententiã dicimus barata. Col. li. x. Quare dum viridis ætas pulchritudinem corporis conseruat ære mutãdi sunt Sal. in Iug. Satuit tamẽ Metellus pecoris & mancipiorũ prædas certatim agere eaq; mutare cum mercatoribus vino aduectitio & aliis talibus. Aliq̃n sine ablatiuo precij. Verg. Nec nautica pinus Mutabit merces oĩs feret omnia tellus. Salu. alter. Nemo nisi victor pro pace bellum mutauit. Huius composita sunt. Cõmuto, Demuto. Plau. Hic meo hero amicꝰ solus fermus restitit, neq; demutauit animũ firma fide. Immuto intus seu valde muto renouo. Idem in Am. Ita nũc hoĩes immutantur postquam peregre aduenimus. Sal. Quibus rebus permotaciuitas, atq; imutata vrbis facies erat. Permuto. Pli. li. xxxv Postea donare op. a sua instituit ꝙ ea nullo satis digno precio permutari posse diceret.

⁎ Mutatio & mutabile a muto quod facile mutatur. Verg. Varium & mutabile semper fœmina a quo immutabile q̃d nullo modo mutatur. Cc.

ȣ Mutare factũ, est facti pœnitere. Et nõ mutare factũ est non pœnitere facti. Terẽ. in And. Haud muto factũ.

¶ Mutito as, penul. cor. fæpe facio, aut fæpe exercito, modo vnum, modo aliud. Gel. lib. ij. principes ciuitatis qui ludis me galensibus antiquo ritu mutitarent id est mutua inter se cõuiuia agitarent.

¶ Mutuũ dr ab eo ꝙ de meo tuũ fit, vel quia res quę reddũtur mutanť. Et proprie sine vsura fœnus cũ vsura. Plaut. Nã si mutuo nõ potero certũ est sumã fœnore. Paul. Mutuum damus recepturi nõ eandẽ specie quã dedim⁹ alioquĩ aut cõmodatũ erit, aut repositũ, sed idẽ genus. Nã si aliud genus veluti ꝓ tritico vinũ recipiamus nõ erit mutuũ. Mutu⁹ amor dr cũ par voluntas accipit & redit. i. vt ab eo ameris quem ames. Dicimus, hic amat amicũ suũ mutuo amore. i. respondẽte & mutuo amore tenetur. Teren. Meretrix adolescentẽ cui⁹ mutuo amore tenebatur exclusit. Quinti. Ac ne tanq̃ pauper q̃dẽ mercedẽ accipiet, sed mutua beniuolentia vtetur. i, respondente. Aliq̃n mutuũ pro vicario accipitur. Apul. Mutuã tibi operã præstiti. i. vicariam.

¶ Mutuo aduerbium modo significat inuicẽ. Cice. Mutuo, se amabant. i alter alterũ amabat. Modo ediuerso vicissim. Idẽ. Face me mutuo diligas id est fac mihi in amore respondeas, & me vicissim ames.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ M.tuo as.mutuum do. Quod etiam mutuum do frequēter dicimus. Plau. in Tri. Si quis mutuum dederit, sit pro proprio perditum Nam ego talentum mutuo quod dederā, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi. Significat etiam mutuum accipio. Cæcil. Ad amicos currat mutuatum, mutuet causa mea. Quomodo autem differant mutuare & commodare. Vide in dictione Cōmodo.

¶ Mutuor.mutuum vel mutuo accipio. Cice. libro. de fato. Orator ab Academicis subtilitatem ingenij mutuatur. Plau. Decem minas a patre mutuatus. Quod etiam dici potest. Sumpsit mutuū vel mutuo.

¶ Muto membrū virile Vide in dictione Mentā.

¶ Mutuatitius a,um. quod mutuauit, pecunia mutuatitia. Gellius. Maximeque in pecuniæ mutuatitiæ vsu atque commercio.

¶ Mutus a mugiendo quidam deduci putant cum is qui loqui non possit, prorumpat tamen in vocem quę mugitus potius quam sermo videtur. Vel dicitur mutus. quasi minutus q̄ eo sensu minutus sit, vel dicitur a mussando q̄ hic non amplius q̄ mus dicat.

¶ Mutæ literæ dīr q̄ positæ in vltimis partibus orationis obmutescere cogant loquentes vel quia paruæ exiguæque sint vocis, & cū mutū ororē dicimus aut tragœdum.

* Mutæ etiam dicuntur cicadæ minores, non q̄ nihil canant sed q̄ parum canant.

¶ Mutio is. mutiui vel mutij itum. Et est mutire tanquam mutus signum facere seu strepitum siue submissa & imperfecta voce fabulari, aut vnum tantum verbum dicere. Teren. in And. Itaq; hercle nihil iam mutire audeo id est verbum sonare. Hiero. in Exod. Apud omnes filios Israel non mutiet canis ab homine vsq; ad pecus id est quærulam vocem emittet. Plaut. in cur. Viden vt aperiuntur ædes festi uissime? non mutit cardo, i. non crepitat.

¶ Muteo es. mutui, a quo mutesco mutus fio vel mutorum more taceo. Lactan. lib. vij. Cum in exitu lingua mutescat. Hinc obmutesco, de quo infra.

¶ Mutilo as. pe.cor. trunco aliq̄d detraho, diminuo. Terent. in Hecy. Ego propterea te sedulo & moneo & hortor ne cuiusq̄ te misereat quī spolies facere mutiles quēcūq; nacta sis.

¶ Mutili dicti sunt boues sine cornibus, aut capri. Et mutili dicuntur hi a quibus ferro vel alia reliquod membrum exectum sit. Manci vero quibus membrum naturæ vitio defit. Iuue. Ego tanq̄ mancus & extincte corpus non vtile dextræ Debiles eos nuncupant quibus membrum vel vulnere vel morbo inutile sit redditum.

* Mutili quadranguli dicuntur qui aliqua ex parte commi-nuti sunt. Cc.

Mutuli vno modello de spaldo vulgo dicitur. Var. Sed pro columbarijs in pariete mutulos aut palos in ordine supra q̄s regeticulæ cannabinæ fiunt impositę. Idem. Eas aluos ita collocant in mutulis parietis, vt ne agitentur, neue inter se contingant.

* Mutinensis color dicitur natiuus a mutinensibus lanis ex quibus natiuo colore panni fiunt. Varro. Nam & ludere alacrem vidimus mutinensi tunica. Cc.

N ante Y

* Mya genus conchæ in freto circa bosphorum thraciū vniones rufos ac paruos gignens. Cc.

♁ Myia latine musca, Vnde cynomyia musca canina.

♁ Myagrus nomē viri ,ppriū cui⁹ meminit Pli. lib. xxx iij.

¶ Mycenæ,arū. & mycena æ,pe.pro. vrbs Peloponnesi quam Perseus Danaes filius extruxit, regiuncula in qua regnauit Agamemnon, a Mycena nympha sic appellata.

¶ Mycone es. & myconos oni.pe.cor, insula vna ex cycladibus. Sta. li. Achil. Cycladas hinc spretę Myconosq; humilisq; seriphos. Scribit. Ser. hanc insulam terræ motu diu laborasse Quo cessante e Mycone gyaroq; vicinis insulis populos venisse qui eam tenerent & incolerent.

♁ Myconius a,um. nomen possessiuū a Mycono.

♁ Mycon nomen pictoris egregij Fuerūt autem duo mycones. Vnus athenienſis Syraculanus alter.

¶ Mydia, insula q̄ etiā Delos dicitur vna ex cycladibus.

¶ Mydriasis vocat morb⁹ oculorū cū pupillaq; dē ipsa colorē nō mutat, sed videtur vltra naturalē sitū multo latior interim vt visum omnē adimat, interim vt partē, res vero ipsæ minores q̄ sint appareant. Econtrario in phthisi maiores. Nā & pupilla contrahitur, corrogaturq;.

♁ Mygale pe.cor. mus araneus qa muris magnitudine sit mustellina spē, ore, oblongo, cauda gracili, versu dentiū quadruplici, vt inqt Aetius Abundat insula britrānia hoc genere.

¶ Mygdonia regio littoralis Macedoniæ in qua Niobe Tantali filia vxorq; Amphionis in saxum versa est. a Mygdone rege sic dicta. Iuxta hanc est insula Mygdon. Aristotele s scribit mygdoniam esse Phrygiam Lydiæ conterminam Solin⁹ vero dixit hanc ante Bebryciam dictam, & mox a Bithyno rege bithyniam dictam.

¶ Mylas oppidum. de quo Sene. lib. iiij. natura. q. Circa messa nam & mylas simo quiddam simile mare profert, feruetq; & æstuat non sine colore fœdo. Vñ illic stabulari solis boues fabula est.

* Mylochos genus est vermiculi ex blattis, q̄ circa molas fe reſoleat nasci μύλη enim molam significat, sed superiorem. μυλόμ vero molendinum siue pistrinum. Cc.

* Myoctonon a conitum dicunt quoniam e longinquo mures odore necat. Cc.

¶ Mylos latine mola. Vñ Chiromylos mola manualis Amylum sine mola.

¶ Mymphur lignū mediocris longitudinis rotundū q̄d loro circūuolutū circumagunt fabri in operibus tornandis.

¶ Myoparo genus nauigij tyrrheni pyratici ex duobus dissimilibus formatum. Nam & medion & paron persæ sunt. Paro quoq; genus nauigij est. Var. Iamq; duos parones habebant instructos. Cic. lib. iiij. de rep. Nam cum quereretur ex eo quo scelere impulsus mare haberet infestum vno myoparone. Eodē inquit quo tu orbē terræ.

¶ Myopas græci vocant in die parum vidētes μύω claudo ὤψ oculus, quasi myopes propter visus hebetationē clausis oculis intueri videantur. Hos latini Luscioſos vocant. Alio nomine græci myotilopas vocant a nocturno aspectu. Author est Nonius Myopes qui latine Luscioſi vocantur ad lucernā non videre.

¶ Myopia vitium huiusmodi. Sunt & myopiæ muriū cauernulæ μύω non ὄσσω video.

¶ Myophanos murium interfector, myoctonos radix aconiti q̄ e longinquo mures interficiat.

¶ Myra vrbs Lyciæ cui diuus Nicolaus episcopus p̄fuit.

¶ Myrrha arbuscula est in Arabia precipue nascens, altitudo ei ad quinq; cubita nec sine spina cortice duro & intorto, cuius gutta quæ spontæ stillat viridis est & amara, quæ eodē nomine vocatur myrrha Arabica siue Stacte. i. gutta siue stilla myrrhæ. Eius virtus est, vt corpora imputribilia reddat. Fuit & myrrha cyranę Cypriorū regis filia, q̄ in arborē sui nominis fertur conuersa.

¶ Myrrhapia genus pirorū, q̄ odorē gratissimū reddant.

* Myrrhites gēma q̄ myrrhę colorē habet. Cc.

* Myrrhina vina dīr q̄ myrrha cōdita sunt. Cc.

¶ Myrrheus a,um. q̄d ex myrrha est. Proper. Myrrheaq; in Partis pocula fœta focis.

¶ Myrinus pe.cor. nomē ,ppriū. Mart. Nuper cū myrino petere tur mysia læso. Myrinū pe.pro. Aristo. vocat matrē murænam qui dentē extra os habet.

¶ Myrinus dictus Appollo a myrina vrbe vbi colebatur. in de Myrini campi. Cc.

¶ Myrias adis. numerus continens decē milia. myriades plura dena milia. myriarches qui præest decē milibus. mille vero χίλια dicuntur.

¶ Myrica pe.pro. genus humilis virgulti in Italia fere, quas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

alio noīe Tamaricas dicimus. Ver. Nō oēs arbusta iuuāt humilesq; myricæ. Scribitur cū y psilo, qm̄ Græci μυρίκας scribūt Hinc myricinus a.um. pe. produ.

*Myrmecites gemma quæ innatam repentis formicæ effigiem habet.

*Myrmecium phalangī genus formicæ simile, capite albo, nigra guttis, albis distinguentibus, Cc.

¶Myrtus arbor baccas saporis p̄cipui producens, ex quibus vinum fit quod myrtidanum vocāt. Item generosum opsonium quod dicitur myrtatum.

¶Myrteus a.um. quod ex myrto est. Tibul. Et gerit insigni myrtea serta coma. Hinc myrteam Venerem Prisci appellarunt. Plin. lib. v. Ara fuit Romę vetus Veneris myrteę quam nunc murtiam vocant.

¶Myrtinus a.um. pe. p. eiusdem significatiōis. Pli. Oleo myrtino illitū statim resoluitur.

¶Myrtetū locus myrtis consitus. Dicit & myrteton. Plautus in Aulu. Nescio qui seruus e myrteto psilum.

¶Myrtatum generosum opsonium appellatur.

¶Myrtoum pelagus pars maris ægæi, seu quæ est inter ęgęum & ionium nomen accipiēs a myrtilo mercurij filio qui in id proiectus fertur.

¶Myron ppriū nomē statuarij. Hic fecit ex ęre bucculam celebratis versib⁹ laudatā. Prop. Atq; arā circūsteterāt armenta myronis Quatuor artificis inuida signa boues.

ǒMyron etiam significat vnguentū & oleū reconditum hoc est antiquū, quod ad edendum insuaue est.

¶Myronides nomen viri proprium.

¶Myristica nux dicitur vnguentaria glans, quam vulgo muscatam vocant. Hęc bonum oris odorem facit, hepati lyeni & oculis confert.

*Myriophyllū herba quā Achylles Chironis discipulus ferē inuenisse, a latinis millefoliū dicitur. Cc.

¶Myropola pe. pro. vnguentorum venditor quē nostri vnguentariū dicūt. Sic myropoliū locus vbi vnguenta venduntur. Plaut. Quē sum defessus q̄rere per medicinas tonstrinas in gymnasio atq; in foro per myropolia. Latine vnguentaria taberna dī. Sue. in Aug. Et modo vnguentariam tabernam modo pistrinū Ariciæ exercuisse obiicit.

¶Myrobalanum quasi vnguentaria glans. βάλανον græci glandē dicunt. Est aūt arbor heliotropii foliis fructus glandi similis ad magnitudinem auellanæ.

¶Myrotheciū vnguentorū repositoriū. Vñ Ci. scribit se myrotheciū Isocratis totū cōsumpsisse in cōmētario consulat⁹ sui scribendo. hoc est pigmenta oratoria.

¶Myrlea oppidum Bithyniæ quod Apamea dicitur a myrlo Colophoniorum duce. vel a myrlea Amazone. Nicomedes aūt Epiphanes Prusij regis filius de matris nomine Apames Apameam vocari voluit.

¶Myrmecię verrucę sunt lupini amplitudine, sicut Acrocordones fabæ nūcatis, sic dictę quia formicę modo pungant.

¶Myrmecides nomen viri proprium de quo Cicero. in acad. Vt etiam inter deos myrmecides minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur. Suidas. μυρμηκίδην ἀντιῶσαττο' μενοι τὴ φειδίου τέχνη.

¶Myrsus proprium nomen viri. Sic enim vocatus fuit Candaules pater qui & myrsilus dictus fuit. Item myrsum Pelopōnesi oppidū fuit.

*Myrseneum genus marathri foliis magnis gustu acriore aliter dicitur Hyppomarathrum. Cc.

¶Myrsinites fruticis genus qd carioten vocant, foliis myrti acutis cōpungentibus sed mollioribus. Cc.

*Myrsinites gēma quę melleum colorem nigricantem habet & myrrhæ odorem. Cc.

*Myrtitus vide myrteum.

¶Myrobrechis quasi vnguento stillantes. μύρον græci vnguētū vocant. βρέχω proluo & irrigo. Plau. in Aulu. Myrobrecharios p. vnguētorū cōfectoribus accipit ad capillos irrorādos. Ait em̄. Aut manulearij aut myrobrecharij.

*Myrtopetalū herba est quā multi Sanguinariā vocant. Cc.

¶Myrobaptarij dīr tinctores murrhei coloris.

¶Mys myos nomen fuit celatoris, qui claruit argento celādo Mar. Quis labor in phiala docti myos anne myronis?

¶Mysia regio Hellesponti a mysis dicta qui e Thracia illuc migrauerunt, quæ subdita fuit Telepho. Est & alia mysia post macedoniam q̄ affinis Hadriatici vsque ad ponticum extenditur mare. Ptol. duplicē mysiam facit maiorem & minorem & vtrāq; extra Bithyniā in Asia posuit nō procul ab Ida. mysos alij Thraces, alij Lydos fuisse dixerunt. Et quoniam Lydi phagum aceto sam quę multa nascūt in Olympo mysam vocauere ab eo mysos dictos putauerunt quibus sermo fuit ex Lydo phryggio q; permistus.

¶Mysteria a græcis dīr q̄ latini sacra arcana secluſa vocant q̄ nisi sacerdoti scire nefas est. Vñ occæcatus est poeta qui ausus fuit ea patefacere. Dicta mysteria, vt li. ij. p̄pa. euā. testat. Euse bi⁹ a μύω quod latine sclus dī. Hinc non sine mysterio fieri dicimus quod occulta aliqua sacrorū ratione perficitur. Vñ mystæ dicti sacerdotes, vt apud Ausoniū, Senecam & Papinium. Et Symmistæ consacerdotes eisdem sacris initiati. Qua dictione Apul. Sydo. Hiero. vtuntur. In mysterijs autem tradebantur multa arcana quę in vulgus enuntianda non sunt, cum auctore Tertulliano omnibus mysterijs silentij fides deabeatur. Scribit Euseb. in p̄paratione euangelica, in sacris Isidis & Seraphidis fuisse simulachrū qd digito labijs impsso admoueri videretur vt silentium fieret.

¶Mysticus a.um. proprie quod in arcanis deorum sacris fiebat qualia erant Bacchi orgia quæ noctu clam a solis mulieribus celebrabantur. Ver. Et mystica vannus Iacchi. Ipsa sacrorum significatio occulta vt ait Stra. Mystica dī. A nostris tamen mysticum dicit figuratum.

¶Mythos latine fabula. Vnde mythicus fabularis seu fabulosus. Mythologia sermo seu ratiocinatio fabularum.

¶Myxa apud Græcos proprie pituita e naribus fluens qui & muccus dicitur. Vnde A myxō muccosus appellatur. Hoc est nares mucco sordidas habens. Myxetis vero naris appellatur. Ex hoc myxa & myxos prominens pars lucernę vocat ex qua profertur tellichniū quas ex naribus muccus. Hic Græci quotiesvolūt Ellychniū ppduc vt luceat clarius προμύξαι τὸν λύχνον dicunt, nostri vero Emungere lucernam. A myxos fit dimyxos quę est lucerna duo ellychnia habens Trimyxos tria. Polymyxos multa. Marti. Torque gerā myxos vna lucerna vocor.

ǒManduces erant laruato capite humano, maxillas vasta magnitudine, pariter vastis armatas dentib⁹ hīntes, qui suo oris hiatu dentiūq; crepitu sese in vtrāq; partem viæ, dū flecterent ridentem turbam vertebāt in fugam.

ǒMatula, matella, matellio. vas ad deponendū ventris onus.

ǒMalacisso mollē reddo. malacolos mollis. Vñ malacia maris tranquillitas. Hinc malace⁹ a.um. p. molli, & delicato. Plautus in Bac. Pro lorica malaco capiā capillum.

ǒMateriarius faber, qui ligna parare, & subministrare operi faciendo debet.

ǒMalobatron, latine folium vnum inter odoramenta. Dios. Malobatron est, hærba, quæ nascitur in India, & habet folia q̄ extenduntur super faciem aquę, & non habet radicem, & est boni odoris.

ǒManna alio nomine dicitur Rosmarinus.

ǒMelissophilos hęrba quam Boracū vulgus vocat.

ǒMellotū flos plantæ coloris paleę, in quo est lunaris figura.

ǒMelina, vt auctor est Festus genus tibiæ acutissimi soni. Est & genus vestis, apud Plaut. in Epi. a colore, qui medius est inter albū, & fuscum. Vel a melo insula, vñ afferebat Iul. Pol. Candicantia in primis habebant vestimenta peregrē venientes, vel phea, vel melina, vel glaucina.

ǒMendicula vestis a mendico, siue a mendice, qui magistrat⁹ nomen est, vt inquit Festus.

ǒManipula genere neu. Sparti. in Hadr. Ipse inter manipulavitam militarem magistrans.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ȣMisericordia a misero,& corde compositum nomen est.
ȣMineruam appellauerunt,& filiã Iouis,ac virginẽ putarũt Nam & incorruptibilem aiunt esse naturã,& extremum locũ vniuersi obtinere contendunt. Tritoniã vero appellatã, quoniã ter in anni spacio,vere,æstate,hyeme cõmutat. Glaucopi i.glauculã vocari contẽdũt,nõ quia vt nõnulli græci putarũt, glaucos habeat oculos,q̃ nomen ipsum denotare videtur, sed qm̃ aer visum animalibus præbeat.
ȣMamona hebraice vel syriace latine diuitiæ interpretantur quia punice mamõ lucrum dicitur. Mamona ergo iniquitatis istæ diuitiæ vocantur. etiam cum iustitia acquisitæ & quæ iure parentum succedunt,quia cum labore acquiruntur,& cum magna solicitudine custodiuntur, & sine iniquitate aut vix, aut raro haberi possunt.
ȣMargus fluuius Asiç minoris,qui per Massagetas,ac Derbitas in Oxum amnem defertur.
ȣMars, Ares græce appellatur,q̃ regnis auxilium pugna oppressis afferre significat.
ȣMetrodorus chius sempiternum esse vniuersum ait. Nam si factum esset, esset a non ente. Infinitum etiam, quoniam sempiternum cum nõ habeat principium,vnde incipiat, nec exitum, quo terminetur,immobile quoque asserit,quoniam moueri non possit,quod non transeat. Transire autem necesse est,aut in plenum,aut in vacuum in quorum alterum trãsitus fieri non potest. Ex æthere aũt fieri nubes densatione,inde aquam,quæ ad solem decurrens extinguit ipsum,qui rarefactus rursum accenditur,solem siccitate constipatum ex aqua splendida stellam efficere. Dicit etiam diem, ac noctem inde fieri,q̃ sol extinguatur,atque accendatur. Eclipsim quoq; extinctione fieri.
ȣMenoles dictus est Diony. quod latine totum furentem significat,cui bacchç orgia celebrant,& crudas carnes comedentes sacro furore initiantur euã, quam conclamantes, quæ vox aspirata secundum exquisitam hebræorum linguam fœminei sexus serpentem significat.

LITERA SI PRINCIPALis fuerit syllabæ aliquando sumit ante se g. vt Narus, Gnarus Vnde Ignatius nauus gnauus, vnde ignauus.& si habuerit post se c.sæpe c.ĩ g mutatur,vt quadringẽti pro quadrincenti. gnigenti pro quincenti. Sed in quibus n.non fuerit,seruatur c. vt ducenti.

N ante A

¶Nabathea regio est ab Arabia incipiens,eamq; intra se continens.quæ vsq; ad mare rubrum ex latere dextro, Persicum ex sinistro. Indicum q̃ ex superiori parte protenditur. nomen habet a Nabath Hismaelis primogenito. Huic metropolis ẽ petra. Hinc Nabathæus.um.pen.produ.Iu. Et quos deposuit Nabatheo bællua saltu. Est & nabatha ciuitas.
*Nabis lingua Æthiopum camelopardalem significat. camelo similis capite,collo equo,pedibus & cruribus boui. Cc.
¶Nablium diminutiuum a nablum instrumentum musicum quod & naulum, a quo naulium. Ouidius. Discere etiam duplici genialia nablia palma Vertere conueniunt dulcibus illa modis. Suidas. Nabla organi species est. Et alibi. Psalterium organum est musicum quod nabla etiam vocatur.
*Nacæ appellantur fullones. q̃ nauci non sint. Cc.
¶Neæ fullones, q̃ a veteribus Græcis omnia fere opera exlana næ dicebantur.
*Festus Põ. vero scribit Nacæ.
¶Nacum diphthõ. Vide in dictione Ne.
¶Nçera nomen mulieris proprium quo significatur semper recens.
¶Næuus corporis insigne,seu genitiua macula. Vnde neuo sus qui neuis plenus est.
¶Næuia nomen mulieris a næuo sic appellata.
¶Nænia æ. Vide in dictione Nænia.
¶Naiades nymphæ fluminum & fontium, ἀπὸ τοῦ ναίω fluo.
¶Nais fluuius qui ex Tauro monte nascens in pontum mergitur.
ȣNain ciuitas Galileæ duobus milibus distans a monte Tabor quo nomine significatur fluctus,siue commotio.
¶Nam coniunctio causalis quam frequenter vsurpant auctores & primum tantum locum sortitur] Namque vero secundum vel alium,accipitur etiam pro ideo. Terentius. Nã in prologis scribundis operam abutitur. Aliquando pro autem. Cicero in Sal. Nam q̃ in vxorem atq; filiam meam tam petulanter inuectus es.
¶Nanciscor eris,nactus a nancio is,fit secundum Prisc. & significat acquiro. Terentius. Non triumpho ex nuptijs tuis si nihil nanciscor mali. Sal. Homines adolescentes summam potestatem nacti. Cic. Apio. Pul. Pluribus verbis ad te scribam cum plus otij nactus ero. Et nanciscisignificat inuenire. Lactãtius libro sexto. Si ducem nactus fuerit qui dirigat ad meliora titubantem. Hinc renanciscor quod a veteribus positum ẽ pro reprehendo.
¶Napææ syluarum seu collium & florum deç sicuti Dryades arborum. Vergilius Faciles venerare Napças Napæi populi in Lesbo. Et Apollo Napæus sub vrbe Napa. Napatæi populi in Æthiopia. Napitç populi in Scythia quorum caput vicus Napis,qui & napatç nominantur.
¶Napus genus rapæ quæ longior. Colu. libro secundo. Napus deuexam terram amat & siccam. Huius diminutiuum ẽ napunculus.
¶Napinæ vbi seminant napi. Colu. li. vij. Napinæ item rapinç siccaneis locis per hos dies fiũt.
¶Narphtha a latinis naptha dicitur piscis genus vt est apud Danielem prophetam.
ȣPli. libro. nj. ait esse genus veneni,ex bitumine. Cuius vis ardens ignium naturç cognata transilientium protinus in eam vndecunq; visum. Hiero. allegat Salustium dicentem naphtha esse genus fomenti apud persas quo vel maxime nutriantur incendia. Quidam ossa oliuarum,quæ proijciuntur cũ amurca putant appellari.
¶Nanus testis Gel. lib. xviij. græcum vocabulum est. quovocauerunt breui corpore hominẽ paululum supra terram extãtem quẽ latine Pomilionem dicimus. Nec de hominibus tm̃ sed de alijs quoq; rebus dĩ vnde etiam mala nana quç alio nomine Melimela vocantur.
¶Nanum vas breue & latum quod vulgo Situlum barbatum appellant.
ȣNanim,nomen fictum a comicis pro muliere parua sed pulchra per diminutionem blandiendi causa, sicut Glycerium & huiusmodi.
¶Nar fluius qui per vrbem narniam effluens Tyberi immiscetur. Est & alius hoc nomine qui a Danubio videtur deriuari. Vergilius Sulphurea nar albus aqua. Strab. hunc Naronem vocat.
¶Narane fluuius Dalmatiç ab Epidauro non distans amplius centum milibus passuum.
¶Narbasis vrbs æstuaria in Hispania.
¶Narbonensis Gallia a Narbone ciuitate dicta est hæc olim Braccata Gallia dicebatur. Scribit Stra. li. iiij. Narbonem fuisse amplissimũ eius regionis emporium.
¶Narcissus lilij genus radice carnosa atque odora flore purpureo, folia in radice habens ad similitudinem foliorum arundinis, sed aliquanto crassiora. Dictus a νάρκη narce, vt Pli. inquit, quod stuporem latine significat. Nam odor eius caput agrauat. Eius duo sunt genera. Vnum purpureo flore, alterum hærbaceo. Narcissi vero pueri monumentum in Boeotię, per quod transeuntes silebant. Vnde tacitumumvocabãt. Fertur narcissus puer filius fuisse Cephisi amnis & Ly-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

riopes nymphæ, qui cū pulchritudine p̄staret a multis nymphis amatus est, & cum nimio desyderio potiundę nymphę contabuisset mutatus est in florem sui nominis. Est & narcissus nomen fluuij & nomen liberti potentissimi Claudij.

*Narcissinum vnguentum quod ex flore narcissi fieri solebat, sed statim obliteratum fuit. Cc.

¶ Narcissites pe. prod. gemma appellata est quæ narcissi colorem habet

¶ Narcotica medici neoterici appellant medicamenta quibus stupor conciliatur ac torpor aduersus sensum doloris & cruciatum.

¶ Nardus sœ. ge. & nardū neu. frutex grauí & crassa radice, sed breui ac nigra, aspero sapore, folio paruo densoq;. Tibul. Illius puro distillent tempora nardo.

¶ Nardinū pe. cor. vnguentū ex nardo factum, quod alio nomine dicitur Foliatum, vt ait Pli.

*Nardospherum vocant nardum maioribus foliis. Cc.

*Nardina pira dñr ab odore. Cc.

¶ Narthecium diminu. est. Græci Nartheca vocant ferulam assurgentem in altitudine, humilē vero & depressam narthecion dicunt. Cū aūt semen ferulæ morbis quibusdam auxiliari dicant medici, narthecion pro repositorio medicamentorum vsurpatur, etiam si fuerit ex alia materia factum, vel quia id genus ligni accōmodatum est ad seruanda medicamenta. Ci. de fine bono, Iam doloris medicamēta illa epicurea tanq̄ de narthecio promant. Hinc narthecophori, quasi feruligeri dicti sunt Bacchi ministri.

¶ Nares proprie nasi latiores partes in quibus sunt spiracula a naritate, vt inquit Do. quæ nos odoratu doceant præsto & prope esse quod adhuc oculi non vident. Siue vt alij volunt q̄ per eas odor vel spiritus nare non desinat. Vergil. in Geor. Collectūq; p̄mens voluit sub naribus ignem. Ouidi⁹, vsus est singulari pro naso. Pandaq; naris erat. Hę partes nasi nares imus nasus dici solent. Sue. de Au. Mediocres aures, nasum a summo eminentiorem, ab imo deductiorem.

¶ Narnia Vmbriæ ciuitas per quā nar labitur a quo & nomen accepit. Li. li. x. A nare flumine narnia appellata.

*Narnienses narniæ populi. Cc.

¶ Narica genus piscis minuti, a nādo, vt quidam existimāt.

¶ Naricū quod & narix & narice dicitur oppidum Locrū vetustissimum, vnde Aiax fuit, & naricij populi, de quibus Verg. Hic & naricij posuerunt mœnia Locri. Hinc dicta est pix naricia. Similiter naricia insula in mari ægæo vel ionio quæ fuit Vlyssis.

¶ Nasturtium vt Pli. docet nomen accepit a nariū torsione. Hinc factū est prouerbium ad excitandum torporē. Edenasturtium, quasi diceremus. Expergiscere Est aūt hærba hortēsis, prodest contra suspiria & tussim. Græci Cardamon appellant. Stra. lib. xv. de Persarum victu loquens sic refert. Quotidianus eorū cib⁹ post exercitiū est panis durissim⁹ & carda mō, & solis granū, & carnes assę siue elixæ, pōtus est aqua.

¶ Narro as, dico, recito, a quo narratio quæ est rerū gestarū aut perinde vt gestarū expositio. Huius composita sunt Denarro. Enarro, qd̄ est extra & late narro, & proprie vt Dio. inquit, Enarratio est obscuriorum sensuū quæstionūve explanatio, vel exquisitio per quam vniuscuiusq; rei qualitatē poeticis glossulis exoluimus. Lact. li. vi. Quis sacramentum dei sciēs tam significanter enarrare legem dei potuisset q̄ illā homo longe a veritatis notitia remotus expōsuit? Prænarro primo & ante alia narro. Terē. in Eu. Oportuit rem præuarasse me. Obnarro peruerto, declaroq; significat.

ō narratio est rerū gestarum aut perinde vt gestarū expositio.

¶ Narratiuncula pua narratio. Qui. narrantiunculas a poetis celebratas noticiæ causa nō eloquentiæ tractandas puto.

¶ Nassa genus vasis piscatorij quo cū intrauerit pisces exire non potest. Plau. nunq̄ ex ista nassa hodie escam petam.

¶ Nasica pe. pro. Scipio dictus ē. Oui. nasica excepit templi nō extitit author Augustus nūc est ante Metellus erat.

¶ Nasus dicitur ea pars capitis quæ e superciliorū cōfinio oriens & quasi æquali porrecta iugo vtranq; aciem simul & discernit & munit. Duo aūt eius spiramina geminiq; hiatus q̄s veluti quidā paries per mediū ductus intersepit, nares vocātur. Aliq̄n, nasus ponitur pro acrimonia & dicacitate. Vnde habere nasum eū dicimus qui venusta quadā & subdola irrisione aliū deridet. Apul. in meta. Contorta & vituperanti nare discessit. Plin. Primus Lucilius cōdidit styli nasum. i. scripsit satyram q̄ acerbitatē quandā & acrimoniam styli habet in vitijs insectandis. Mar. Non cuicūq; datum est habere nasum. i. acrimoniā ad deridendū & dicacitatē. Hīc nasuti dñr dicaces reprehensores & derisores. Idem. Nasutus sis vsq; licet sis denique nasus. Idē formauit cōparatiuū. Nil nasutius hac malignius q; est. Et per diminutionem Nasutulus. Apuleius. Nasutula mūlier ac diacula, nasus enim sagacem sapientiam representat sumpta metaphora ab animalibus. Canes enim & vultures olfactu inquirunt. Sapiens igitur & cautus est qui odoratu abstrusa quoq; intelligit. Hora. in Ser. Vt plęriq; solent naso suspendis adunco Ignotos vt me libertino patre natum. A nasus fit verbum Denaso as.

*nasutulus diminutiuum a nasut⁹. Apuleius. Nasutula mulier ac dicacula. Cc.

¶ Nasiterna vas aquariū ansatū ac patēs. Var. lib. i. de re rust. Vt ex ære ahena vrceos nasiternam faceret.

¶ Nasamones pe. pro. sunt populi Libyæ nauium syrtibus inuolutarū spoliatores. Luca. Hoc tam segne solū raras tū ex erit hęrbas. Quas nasamon gens dira legit q̄ proxima pōto, nud⁹ rura tenet, quē mūdi barbara dānis Syrtis alit, nam littoreis populator arenis Imminet & nullos portus tangentē carina nouit opes, sic cum toto cōmercia mūdo naufragijs nasamones habēt. Suid, νασαμών ἐξ οὗ νασαμῶνες ἔθνος λιβύης καὶ νασάμωνος. ὀνομαστήριον. *. i. nasamon ex quo nasamones gens est Libyę, & nasamonus nomen proprium.

*Nasomonites gemma quæ cum sanguinea sit scatet nigri cantibus venis. Cc.

¶ Nascor eris, natus, notæ significationis. Sal. L. Catilina nobili genere natus fuit, magna vi animi & corporis. Et dicimus, natus sum laudi & ad laudē. Cic. pro Sex. Qui se patrię qui ciuib⁹ suis, qui laudi, q̄ glorię, non somno nō cōuiuijs nō delectationi natos arbitrant. Idem ibi nam quid ageret vir ad dignitatē & gloriā natus. Huius verbi cōposita sunt Annascor, Connascor vñ cognatus a, ū, Leo papa. Epiphaniæ nobis dilectissimi veneranda festiuitas dat perseuerantiam gaudiorū, vt inter cognatarum solēnitatum vicina sacramēta exultationis vigor & feruor fidei non repesceret. Enascor extra nascor. Iusti. lib i. Hic p somnū videt ex naturalibus filiæ quā vnicā habebat, vitē enatā, cuius palmite omnis Asia obūbrabatur. Denascor, decresco, deficio morior. Cas. Hemina. lib. ij. animaliū. Quæ nata sunt omnia denasci aiunt. Innascor intus nascor. Cic. li. i. offi. Sed illud odiosum q̄ ī hac elatione & magnitudine animi facillime pertinacia & nimia cupiditas principatus innascitur. Internascor ī medio nascor Col lib. v. Ne aūt pāpinarius palmes internatus. Obnascor circūnascor. Renascor rursus nascor. Lact. li. vij. Itaq; renasci eas putauerūt. Pronascor ortū habeo. Terē. in Phor. Ait illā ciuē Atticam bonam bonis prognatam.

¶ Natus a, um, participiū. Teren. in heau. Annos sexaginta natus es aut plus eō, vt conijcio, natus nati nomen profilio, sicut nata ę, profilia. Ver. Natæ meæ vires, mea magna potentia solus, natorū appellatio inquit Modestinus ād nepotes extendit. Addimus q̄nq; g, & dicimus Gnatus gnata quæ semper sunt substantiua, natus us, non legi nisi in ablatiuo tantū Ci. in Cat. Q̄q̄ eū colere cœpi, non admodum grādem natu, sed tamen iam ętate prouectum.

¶ Natio genus hoim inquit Festus qui nō aliunde venerūt sed ibi nati sunt. Et natio principalis est in qua possunt esse multę gentes. Ideo plus i se cōtinet q̄ gens. In pecoribus quoq; bonus prouentus fœturę bonę natio dicitur.

¶ Natalis gnis masc. natale neutri, & hoc natalium sumitur pro die quo quis natus est. In quo etiam significato capis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur hic & hæc natalis & hoc natale Similiter natalitius a,um in quibus additᷣ dies. Terē.ī Phor. Porro autem alio vbi erit puero natalis dies. Leo papa. natalē igitᷣ diē dñi celebremus. Substantiuū. Verg. Meus est natalis Iola. Plin. Dum natales suos celebraret. Dī & natalis de rebus inanimatis pro nascens, Idē lib xxxvij Similis est huic quidē Arabicus, minor tamē similiter & nascens, cæteris pallor gētis, & in auro non nisi excellentissimo natalis, natales plurali tantum numero significant conditionem sanguinis ac familiæ, vt gñosi natales natales obscuri. Cor. Tacitus Aderat Cornelius fuscus vigēs ætate, claris natalibus. Plin. in epi. ad Messium pro ignobilitate posuit & sordibus generis. Nōnūq̄ candidatus aut natales cū petitionis, aut annos, aut etiam mores arguebat.

♁ Titulus est apud Iurisconsultos de natalib⁹ restituēdis quo ostenditᷣ eū q natalib⁹ restitutus sit vtiiure tanq̄ nobe natalitū ingenuitas ipsa significet. ♁ Iuue. etiam pro celebritate diei natalis sumpsit Palmā inter dñas virtus natalibus æquat. i. nō alitera victoria exilaratur q̄ dies natales celebrantur. Et natales pro annis accipiūtur. Sappho. Sex mihi natales ierāt. Tot enim dies celebrantur natales quot aguntur anni.

♁ Natalis sacrorum dicitur dies, quo quis consecratur fitque sacris initiatus.

¶ Natiuus a,um, in quo aliquid nascitur Plin. lib. xxxi. Sūt & montes natiui salis. Et natiuus qui natus est passiuæ significationis. Gel. Propterea obliteratis & abolitis natiuę pietatis. Natiuus color dicitur naturalis, qui nulla arte, sed natura producitur, modo in albedinem tendēs modo in nigredinē, non tamen perfecte, vt albus vel niger. Natiuus color albus leucopus dicitur vilis atq; vulgaris nomen trahens a græcis apud nos λευκόπ dicitur album. Natiuus color niger leucopo contrarius proprie pullus vocatur. ♁ Pli. Iecur rubetę vel cor ad alligatur in panno leucopo nam quartanis prodest. Hinc Leucopeati qui rudiori alba veste ac vili & natiui coloris induti sunt, vt Mar. Amator ille tristium lacernarum & bethycatus simul & leucopeatus. Si vero huic colori ars addita sit, candidæ vestes dicuntur & niueæ, & calthulæ a caltula viola coloris albi Et Galbinæ, nam Galbana albæ vestes autem. Et oloríte, nam olorinus color est candidus qui & Cygneus.

¶ Natiuitas idem quod ortus, quod nomen vsurpatur ab ecclesiasticis.

¶ Natalitius a,um, & natalitium. Vide in dictione natiuus.

¶ Natura dicta est ab eo quod nasci aliquid faciat. Hāc quidam deum esse dixerunt a quo oīa sunt creata. Seneca li. iij. de benef. Natura hoc mihi præstat, non intelligis te cū hoc dicis mutare nomen deo? Quid enim aliud est natura q̄ deus & diuina ratio toti mundo & partibus eius inserta? Pli. Vbiq; naturam parentem rerum opificemq; appellat. ♁ Augu. de moribus manicheorum sic diffinit, natura nihil est aliud quam quod intelligitur in suo genere aliquid esse. ♁ Ponitur interdum pro vi. Vnde arborum atq; herbarum naturas dicimus. Interdum pro more. Verg. Nunc age naturas apib⁹ quas Iuppiter ipse Addidit expediam. Interdum pro genitalibus tam virilibus quam fœmineis, quæ a græcis dicitur physis Hiero. de circuncisione. Videamus quæ causa est, vt eam partem corporis quæ secretior & occultior est, quæ a græcis physis a nostris dicitur natura ad circūcidēdum dominus elegerit. Pli. Si quadrupes fœtum non admittat, vrticæ naturam fricandam monstrauit. Dicta natura quia in eo membro nascendi vis sit. Et natura est quæ vnicuiq; rei formam dat specifica differentia, diffiniturq; a philosophis, natura est motus principium secundum se & non per accidens, quoniam vniuersa corpora propriū habent motum p se, vt ignis per se sursum fertur, terra deorsum & non per accidēs quoniam id non naturale, sed artificiale dicitur.

¶ Naturalis & hoc naturale quod secūdū naturā est. Vñ naturales filij dñr legitimi qui sola natura cōiugali lege sint orti non ex concubina. Suet. in Tiberio. Filiorum nec; naturalē Drusum, nec; adoptiuū Germanicū patria charitate dilexit

¶ Naturalia plurali tantum numero dñr pudēda. Colu. Si equa marem nō patiᷣ detrita stylla naturalia eius linuntur, q̄ res accendit libidinem. Idē lib. ix. de pullicenis. Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinata durescant & naturalia præcludant.

¶ Nates a nitēdo, vt quidā existimant. Ibi enim est caro firmior q̄ in cæteris mēbris, ne p̄mente corporis mole ossibus cogatur. Hora. in ser. Diffusa nate ficus. Harum tumor clunis dicitur. Iu. Ad terram tremulo descēdant clune puellæ.

¶ Nato as, frequentatiuū est verbi No. as. Nare autem seu natare propriū est piscū. Col. per trāslationem lib. iij. p vltra ire posuit. Alioqui etiā nouellam vineam ex refectione natā fiunt vini inutilē habebis prima parte terræ natantibus radicibus. Quandoq; pro trepidare. Oui. lib. vi. fas. Nox erat & viuis oculiq; animi natabant. Quandoq; pro nauigare. Huius cōposita sunt Adnato iuxta nato siue ad aliquem locum nauigo. Verg. Huc pauci vestris adnauimus oris. Connato simul nato. Plaut. Connatat nobiscū. i. ritualis est. Et est a Cōno. Idē Cōnationis nostrę cōscius, hoc est q̄ eandē adiremus mulierem. Sed hæc per metaphoram. Enato extra nato ab Eno, vt insuetū periter gelidas enauit ad arctos. Innato int⁹ nato ab Inno. Verg. lib. ij. Geor. Nec non & torrentem vndam innatat alnus. Idē lib. iij. georg. de Inno. Fluuios q̄ innare capaces. Denato deorsum nato, a deno. Vide alibi Obnato contra seu circa nato, ab obno, vt in æquore fuluis. Obnatat vmbra fretis. Prænato ante nato, a præno. Plin. Prænatante pisciculo frontem suam spargit. Renato rursus nato vel natando reuertor a Reno. Supernato super vndas sto non mergor, a supernio. Plin. lib. xxxiij. Postea supernatans aqua tollitur spongijs. Transnato vltra nato, a trano. Liui. Magonem cum equitatu flumen transnatasse. Verg. lib. iij. Georg. Superant montes & flumina tranant. Et omnia habent pennul, correp. & a naue dicta sunt.

♁ Natatitius a,um, quod natat. Augusti. libro de Trinita. in capi. viij. Vnde iubente creatore produxit aqua prima natatitia, & volatilia.

* Natatorium & natatio a natando dicuntur, & a Græcis baptisteria dicuntur. Ce.

¶ Natatus us, ipse natandi actus. Claud. libro. iij. Lucus erat prope flumen Athim quod candida profert Sępe mari pulchroq; secat galathea natatu.

¶ Natatilis pe. cor. qui natat vel natare potest, sicut volatilis qui volat vel volare potest. Augu. lib. xij. ciui. Talem illi creauit animam qua per rationem & intelligentiam omnib⁹ esset p̄stantior animalibus terrestrib⁹ & natatilibus & volatilibus quę mentem huiusmodi non haberent.

¶ Natrix gñis mas. & fœ. gen⁹ serpentis a nando quod in aqua quoq; venenū spargit. Prisc. lib. v. Natrix cum speciem anguis significat masculinū quoq; inuenitur. Ci. Cur omnia nostri causa cū faceret tantā vim natricū viperarumq; Lucanus. Et natrix violator aquę. Item natrix herba est cuius radix euulsa virus hirci redolet. Natrix quoque mulier dici potest natans, sicut natatrix.

¶ Natabula ab Apuleio dicuntur loca natationis.

¶ Natinatōes negocioſi vocabāt, & natinatio negociatio.

♁ Naucratis ciuitas in ægypto a Milesijs appellatione indita auctor Stra.

¶ Nauis a græco ναῦς cuius diminutiuū est nauicula, a quo fit nauicella.

¶ Nauale adiectiuum, quod ad naues p̄tinet. Vñ nauales corona qua donari solebat qui primus ī hostium nauem armatus transiliisset. Hier. Qui nauali p̄lio dimicaturi sunt,

¶ Naualia in quibus stant vel fieri solent naues. Verg. Dirupiuntq; rates alij naualibus ire. Ouid. lib. iij. me. Haud aliter q̄ siccum nauale tenerent.

¶ Nauarchus nauis princeps qui in naui nautis imperat q̄ cū q̄ ad faciendā nauigationē, nec absurde in triremib⁹ idē esse intelligit q̄ Gomes. Ci. in ver. Sumptū omnem in classem frumento stipendio cęteriscq; rebus nauarcho suo quæq; ciui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tas ſemper dare ſolebat.
¶ Nauarchis,idis,nauis prætoria in qua eſt prætor.
¶ Nauclerus qui nauem regit,latine nauicularius dicitur q̃ ſi nauis cleros,i.ſors.
¶ Naucleri⁹ a,ũ,qđ ad nauclerũ pertinet.Plau.in Aſi. Volo mei patris me ſimilẽ qui cauſa mea nauclerio ipſe ornatu per fallaciam quam amabam abduxit ab lenone mulierem.
¶ Naucleriacus a,um,eiuſdem ſignificationis. Idem in Mili. Facito vt venias huc ornatu naucleriaco.
¶ Naumachia nauale bellum,ſeu naualis pugna. Interdum accipit̃ proloco vbi fit pugna.Sue.in Tiberio.Semel triremi vſq; ad proximos naumachiæ hortos ſubuectus eſt.
¶ Naumachiarij ſunt qui prælium nauale committunt.Sue. in Claud.Proclamantibus naumachiarijs.Hi etiam Epibatæ dicuntur græca voce.
¶ Nauigiũ nauis ductio quod & nauagiũ dicit̃. Et nauigiũ omne genus nauis quo nauigam⁹ appellatur,nauis vero ſpecies eſt.Col.Iamq; qui ędificare velint fabros & architectos aduocent,qui nauigia mari concredere gubernandi peritos.
¶ Nauiger pe.cor.qui nauem ducit.
¶ Náuigo as,pe.cor.naui iter facio Et dicimus nauigo mare.Ver.Gens inimica mihi tyrrhenũ nauigat æquor, nauigo in naui.Amb.Hęc ergò non turbatur nauis ĩ qua prudẽtia nauigat,nauigo in mari.Ter.in an. Ego in portu nauigo. Huius compoſitum eſt Enauigo quod ẽ extra nauigo.Hier. ad Helio.Sed q̃m ſcopuloſis locis enauigauit oro. Dicimuſq; hic fluuius enauigatus eſt.Pli.li.ix.Huius obiectu vaſtus effi citur ſinus.xij.dierũ & noctiũ remigio enauigatus.
¶ Naupegus pe.p.ὅτι ἑλληνικῶς λέγεται ναυπηγὸς ὡς ναῦς καὶ πήγνυμι, ῥῆμα.*.i.quod græce dicitur. Naupegus ex ναῦς nauis πήγνυμι verbum,id eſt figo conglutino. ſignificat enim fabricatorem nauium
¶ Nauta & nauita qui ſe in naui agenda exercet, & quicũq; in naui eſt nauis ducendæ gratia
¶ Nauticus qui nauem gubernat.Pli.lib.ix. Quod vbi videre nautici ſtatim pluribus anchoris nauigia infrænãt.Nauticus a,um. quod eſt nautarum. Verg.libro.iij.nauticus exoritur vario certamine clamor.
ð Nauithalamus nauis pompatica qua potentiores oblectandi animi cauſa vtuntur q̃ in ea thalamus ad quieſcẽdũ & menſa ad edendum poſita ſint. Hãc vulgus Bucentaurũ vocat Sueto.in Cęſ.Et eandem nauithalamoq; pene,æthiopia tenus ægyptum penetrauit niſi exercitus ſequi recuſaſſet Hęca græcis thalamiphora vocatur,& Thalamegos. A Seneca nauis bene cubiculata.
¶ Nauiculor aris,proprie ociosa nauicula vehor.Marti.piger lucrino nauiculatur in ſtagno.
¶ Naufragor pe.cor. deponens, & naufrago as, naufragiũ facio.Hierony.Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.
¶ Naufragus qui naui fracta bona amiſit.Propert. Tetra venena bibens & naufrag⁹ ebibat vndas.Dicitur & vnda naufraga quæ naues frangit.
¶ Naufragium nauis fractio,licet quandoq; pro naui gandi periculo & quandoq; pro nauigationis damno & infortunio & iactura ſumatur.
¶ Naulum pretium quod ſoluitur p vectura in naui. Iuue. Furor eſt poſt omnia perdere naulum.
¶ Nauia lignũ cauatum vt nauis quo in videmijs vti ſolẽt
ð Nautella nauis parua. Aug.de verbis domini. Audiuimus nautellam perlicitantem.
¶ Nautillus piſcis dictus q̃ nauigantis effigiem habeat. ναυτίλλομαι enim apud Græcos ſignificat nauigo, ab alijs Põpillus vocatur.Eſt & nautillus nauta nautillia nauigatio. i. ars nauigandi.
¶ Nauſtibulũ alueũ ad nauis ſimilitudinem factum.
¶ Nauus celer,ſtrenuus,a nauiũ celeritate dictus, qui & gnauus dicit̃,cuius cõtrariũ ẽ ignauus,nauia nauitas gnauia velocitas ſtrenuitas. Vñ ignauũ a tarditas deſidia, Interdũ nauus dicitur quaſi ſcius & optime p̃noſcẽs.Col.lib.viij. Si aũt vigilans impiger induſtrius nauus omnium quas paſcit.
¶ Nauo as ſtudioſe ĩpleo do,confero, cum effectu demonſtro.i.adiumento ſum.Cic.li.ij.de ora.Iam mihi videor nauaſſe operã, q̃ huc venerĩ, Idẽ Apio pul.Illud pugna & enitẽ re nequid nobis tpis proroget vt cũ tibi hic ſatisfecerimus, iſtic quoq; noſtrã in te beniuolentiã nauare poſſimus,id ẽ cõferre vel oſtẽdere.Tractũ verbũ a nautis cum ſunt auxilio alijs in gubernãdis nauibus,naues em̃ cũ ex naualibus ĩ mare deducũtur maximo hominũ auxilio indigent.
* Nautea hærba granis nigris qua vtuntur coriarij, vel aq̃ coriariorũ,vel vt No.inquit aqua ex nauis ſentina veniens Plau.in Aſi,nauteã bibere mali ſi neceſſe ſit q̃ illã oſculari er. Idem.Omniũ vnguentorũ odor præ tuo nautea eſt.
¶ Nauſea ſtomachi ad vomitũ ex graui odore perturbatio, a naui deductum nomẽ ex cuius ſentina mouetur vomitus. Hierony.ad Furiam. Vſq; ad nauſeam ſaturata es.Hic Nauſeoſus a,um,quod nauſeam inducit.Plinius.Radice craſſa mandida nauſeoſa.
¶ Nauſeo as,nauſeam habeo,& vomitu infeſtor.Plautus in Amp.Laſſus ſum hercle e naui vt vectus ſum huc, etiã nũc nauſeo.Cic.Fabio.Gallo. Vidi me nauſeantem, nõ mõ mittendi cauſam habuiſti,ſed etiã viſendi. Eſt & nauſeor depo. Hiero.Ex hac coturnice ſatiatus Iſrael nauſeatur.
¶ Nauſio is,de grano fabę dicitur cum naſcendi gratia ſe aperit & non ſit diſſimile nauis figuræ.
¶ Nauci putamen nucis ſiue oliuæ nucleus ſeu mẽbranula q̃ in nucis iuglandis medio eſt.Ponitur etiã pro eo quod eſt nihili Plaut. Qui homo timidus non erit in rebus dubijs nauci non erit. Dictum nauci quaſi nuci anuce.
ð Naucifacio non magis q̃ nauci appręcior.
¶ Nauſicaa Alcinoi Phæcum regis filia.Mart.Si mihi Nauſicaa patrios concederet hortos, Alcinoo poſſem dicere malo meos.
ð Nauliũ ciuitas in liguria portu ac turribus inclita, & vãdorũ ſabatiorũ portus,a quo decẽ milibus diſtat ſabatia.
¶ Nauſithous,neptuni filius & pater Alcinoi.
¶ Naupontus amnis qui & Pãportus etiã a Strabone vocatur. Amnis inquit pãport⁹ ex Illirio nauigabilis defert̃ in Sauum.Et alibi Iuxta nauponti amnis ẽ Carcora excipiens cõmerciorum onera.Hic in ſauũ ille in drauum delabitur.
¶ Nauaria pars hiſpaniæ ſeptentrionalis quæ verſus Arcton Vaſconibus adiacet,ad meridiem vero Taraconiam habet regionem.
¶ Naxos inſula in ægeo vna ex cydadibus cæteras ſuperans,antea Strongile dicta. Hæc Dia poſtea appellata fuit. Verũ cum Cares ex lamia profecti duce naxo eam occuparũt a duce naxon appellarunt.Hanc Dionyſiam a vinearũ fertilitate dici ſcribit Pli. Vel quia vt alij volũt, ſolæ naxiæ mulieres octauo mẽſe pariant,quoto & liber pater natus creditur. Siue quia fons in ea vino fluat.Diſtat a Delo ſeptem milib⁹. Hinc naxius a,ũ. Vñ naxius ardor apud Colu. quo ſignificatur bacchi coronę ſydus,nam vt ferũt poętę in inſula naxo relicta Ariadne a Theſeo nuptias cum baccho fecit, donata q̃ corona inter ſydera relata fuit.
¶ Nazareus cõſecratus dicit̃,& a nazareth nazaren⁹ Chriſtus filius Mariæ,de qua Anaſtaſius feruẽti oratione dicebat μαρία χαῖρε ὅτι ὑπάρχεις βασιλέως καθεδρα, χαῖρε ὅτι βασάζεις τὸν βασάζοντα πάντα.*.i.Salue Maria quoniam es regis cathedra,ſalue q̃m geris geſtantem omnia.

¶ Ne dehortatiuũ ſeu prohibitiuũ aduerbium eſt. Ver. Tu ne cede malis,ſed contra audentior ito. Q ñq; eſt cõiũctio copulatiua,& ponit̃ pro neq;.Cic.ne dici quidẽ opus ẽ q̃ta dimicatiõe ciuiũ Q ñq; aduũctiua.Mar.Lex hęc carminibus data eſt iocoſis ne poſſint niſi pruriant iuuare Q ñq; ronalis p ergo. Ver.Me ne incœpto deſiſtere victam q Q ñq; cauſalis. Idẽ,ne recipi portis aut duci in mœnia poſſit.i.vt non, Q ñi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ ponitur pro vt. Ci. Curioni. Vt non vereremur ne nimis cito mitteremus. Idē, ne amicis nihil tribuamus epulamur, i. etiam vt amicis aliquid tribuamus epulamur. ¶ Qñ, significat non. Teren. in an. Ego id agam mihi quine detur. ¶ Qñ quenedum Idem in eadem, ne vacuum esse nunc me ad narrandum credas. ¶ Plerunq; dubitatiua. Ver. Iustitiæ ne prius miser belli ne laborum. ¶ Apud oratores plerumq; vna sola est & semper in prima parte locat, vt bonus ne est an malus. ¶ Aliqñ etiā sic. Eundū mihi nec ne sit ignoro. Et per interrogationē. Ci. Verū vultis pretori Flacco necne i. an nō. Quidā supuacuū addūt alterū an hoc modo, nescio an bene faciam nec ne. ¶ Qnādo q; cōfirmatiua. Ver. Tanta ne me tenuit viuendi nate voluptas. Vt pro me hostili paterer succedere dextræ. Quo tamen in loco quidam (quos quantitas reprobat, nā ne illic corripitur vt notū est) exponunt ne pro vtiq; cum diph. scribentes. ¶ Quandoq; interrogatiua est. Ter. Ego nec Tu ergo. Qñ, vi interrogādi, & dubitādi simul. Idē. Datur ne illa hodie Pāphilo nuptū. ¶ Qñq; vim diminutiuam habet & pro saltem ponitur. Sal. Secūdę res sapientū animos fatigant ne illi corruptis moribus victoriæ tęperēt. ¶ At nę cum diph. græca dictio est, q̄ per ai scribitur & significat valde vehemēter nimis. Terent. Faciunt næ intelligendo, vt nihil itelligāt. quasi q; qui magis q̄ opus sit aliquid vel inquirunt vel speculantur, in eorū numero sunt habendi qui nihil intelligunt. ¶ Aliquando significat certe vel vtiq; profecto vel ita etiam. Et hoc per ironiam. Ci. Curio. Incredibile q̄ turpiter mihi facere videar qui his rebus interſim, nę tu videris multo ante prouidisse quid impenderet. Idē. Treba. Næ ego multo libētius emerim diuersoriū Tarracinæ. Idē, nę illi vehementer errant. Affirmat em illos vehementer errare. Hor. Clarus erit fortis iustus sapiens næ etiam rex. ¶ Composita a ne aduerbio negandi sunt. Nec neq; neq̄ cū eius deriuatiuis, nequicq̄, neutiq̄, neutiq;, nequaq̄, necubi, nedū, & alia. ¶ Sciendum q; recte dicitur. Vereor ne hic moriatur, vel vt moriatur, vt moriaē, vel vt ne moriatur, pro vt non moriatur. Hiero. in Genē. Timeo ne putet me tibi voluisse illudere. Cic. Metuo vt ne pereat Teren. Apprime in vita vtile vt ne quid nimis pro vt non quid. Præterea inter ne & quiddam semper aliquid interponendum est, & tunc significat nec.

¶ Ne viuam iurantis est, id est moriar. Cic. Sed ne viuam si tibi concedo.

¶ Nea insula. Pli. lib. ii. de insulis innatis. Inter Lemnum & Hellespontum nea.

¶ Neapolis ciuitas quam Chalcidenses condiderūt, quasi noua ciuitas. Parthenope a tumulo Syrenis appellata. Suidas νεάπολις πόλις Ἰταλικὴ Διόσημος, ἐν ᾧ παρθενόπη ἡ Σειρῆνος ἀγάλμα, πολλαὶ δὲ καὶ νεάπολεις. ✻. id ē Neapolis ciuitas illustris Italiæ in qua Parthenopes extructa est Sirenis statua. Sunt aliæ multæ neapoles. ¶ Hinc neapolitanus a, um, qui ex neapoli est.

¶ Nebula sic differt a nube, q; nebula vapor sit e terra atque aquis surgens, q̄ siue statim euanescit, siue ī altum sublata cōuertitur in nubē, nubes quoq; tēpore fieri possunt. Nebulæ nec ę state calida, nec nimio frigore existunt.

¶ Nebulariū ædificiū a subijcienda messe p nubilum temp⁹.

¶ Nebulones & tenebriones dicti sunt nugatores vani, nullius pretij homines qui mendacijs & astutijs suis nebulā quādam & tenebras obijciant, vel q; ad fugam fugitiuis nebulæ sunt accommodatæ. Lucil. Nugator quidam ac nebulo fit maximus multo.

¶ Nebrides pe. c. damarū seu ceruorū pelles qb⁹ vti veteres in bacchi sacris solebāt, νεβρὸς enim dama seu ceruus est.

✻ Nebrides est etiā gēmę species (sed tunc singularis est numeri) Libero patri sacra, a nebridū pellium similitudine. Cc.

¶ Nebrodes mons in Sicilia cui damarū copia nomen dedit.

¶ Nec & neq; coniunctiones distinctæ, vt nec vel neq; lego nec scribo. Nonnunquam significat non, vt nec video quorsum res eua dat, sed differunt q; non negat solum nec & neq; negant & copulant. Aliquando Saltem, vt nec quidem pū ctum temporis. Resoluuntur īterdum in copulatiuam &, vt non feci hoc nec facerem. i. & non facerem. Sed si sequatur enim vim simplicis negationis habet, vt nec enim id facerē. i. non enim id facerem. Quandoq; significat etiam. Quintil. Persolui gratia non potest nec malo patri. i. etiam malo patri. Factum est autem nec a neq; per apocopen extremarū vocalium. Et quia in fine syllabę. q. scribi non poterat transiuit in c. nam c. & q. affines literæ sunt.

✻ Necdum non adhuc. Cc.

✻ Nec enim simplicis negationis vim habet, vt nec enim id facerem. i. non enim. Cc.

¶ Necesse siue necessum dicitur quod vi aliqua cogente fieri opus est a cesso verbo deductum, quia non sit in eo cessandū. Et declinantur hic & hæc necessis & hoc necesse, & necessus, sa, sum, a quo necessitas, necessitudo necessarius.

¶ Necessitas vis ipsa quæ cogit, vt necessitas mihi incūbis eundi Mutinam. Aliquādo appellatiōe necessitatis ius quoddam & vinculum religiosæ coniunctionis familiaritatis ve significatur. Cæsar. Equidem mihi videor pro nostra necessitate non labore, non opera, non industria defuisse. Significat ei hic coniunctionem sanguinis vel amoris, hoc est affinitatem vel strictam amicitiam. Idē significat necessitudo. Sal. ī Iug. Coactus rerum necessitudine statuit armis certare. Cic. vero ait sibi cum equitibus Romanis necessitudinem esse. Aliquando necessitudo ponitur pro necessario. i. cognato vel affine. Suet. in Augu. Remisit tamen hosti iudicato necessitudines amicosq; omnes.

¶ Necessitudo. Vide in dictione necessitas.

¶ Necessarius, a, um, dicitur illud sine quo fieri non potest vt necessarius est mihi aduentus tuus. Hinc fit necessario aduerbium.

¶ Necessarij dicuntur cognati vel affines vel amici & hi quibus vti familiariter solemus, q; nulla inter eos cessatio. i. separatio sit, vel q; necessaria inter eos officia conferantur.

✻ Necim veteres dixere pro nec eum & necūquem pro nec vnquam quemq̄. Cc.

✻ Necne negandi aduerbium est. Cc.

¶ Neco as, aui, atum, ferro interrimo. Liu. lib. i. Obrutam armis necauere. Neco as, cui, ctum, alia vi. Diom. Neco, cui, veruntamen & necaui legimus, vt nectus & necatus. Et hoc differre volunt, necui quasi suffocaui, necaui quasi ferro occidi. Vnde necē cędē appellamus. Sic & Prisci. sentit. Sed ambo falluntur, quandoquidē ostendere licet necaui & necatus de qua cūq; morte dici. Aug. li. i. de ci. dei. Omnes enim quos fames necauit malis vitæ huius sicut morbus corporis eripuit Quos aūt non necauit docuit parcius viuere, docuit p ductius ieiunare. Quin. lib. iij. Hinc adulter loris cæsus aut fame necatus. Cic. lib. iij. ad Heren. Si accusator dixerit ab reo hominem veneno necatum nec de hoīe tantū dicitur, sed de alijs quoq;. Col. lib. ij. Sic omnes radices herbarum pruprę nocantur, nectus tamen semper sine ferro dicitur. Liuius libro. xxi. Fame frigore, illuuie, squalloreenecti. Huius verbi cōposita sunt Eneco suffoco. Plautus in Amph. Puer ambos angues enecat. Hora. li i. epistolarū. Spē mētita leges, bos ē enectus arando. Interneco & perneco. Et habēt pe. cor.

¶ Necromantia pe. acuta, diuinatio q̄ fit per cadauera, vt apud Luc. cum mortuus suscitatus euētū belli pharsalici Sex. Pōpeio p̄dicit. νεκρὸς em mortuus dicitur necron cadauer necrosis mortificatio, μαντεία diuinatio. vñ Stra. signa fictilia q̄ corintho euersa Romam impleuere necrocorinthios id est corinthiorum defunctos vocata scribit.

¶ Necromantici sunt quorum incantamentis videntur resuscitari mortui. Horum sacrorū duo sunt gña, necyomātia, & Sciomātia, necyomātia ad eleuandum cadauer sanguis ē necessarius. In Sciomantia vmbræ tantum est euocatio.

✻ Necromantes diuinator ex mortuorum inspectione. Cc.

¶ Necto is, nexui. & xi, xum, ligo iungo. Verg. lib. v. Et paribus palmas amborum innexuit armis. Propertius. At tibi qui nostro nexisti fœdia lecto. Huius composita sunt An-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

necto quòd est ad aliquid necto, siue iuxta necto, subiungo. Hieron. ad Dama. Quod mihi videretur annexui, id ē subiunxi. Colu. libro. v. Ac si regionis conditio permittit de veteribus hastilia quibus annectantur singula transuersæ perticæ alligentur. Connecto simul necto. Idem in eodem. Eaque vel saligneis perticis vel compluribus quasi fasciculis arundinum connectuntur. Innecto intus necto careno. Claud. libro secundo. Mutuaq; alternis innectite colla lacertis, id est complectimini. Internecto. Vergilius libro sexto. Vt fibula vestem Auro internectat lyciam vt gerat ipse pharetram. Obnecto obligo. Subnecto subiungo. Verg. Aurea subnectens exertæ cingula mammæ.

¶ Nectar græcum est & deorum potio dici potest. Quo etiā nomine immortalitas designatur, ab νε quod priuationem significat & κτείνω occido. Inde fit nectareus a, um, pro diuino & immortali.

¶ Necubi pro ne alicubi, id est vt non in aliquo loco, & sem per duo verba postulat, vt iussi necubi mihi præsto sis, id est ne in vllo loco sis.

¶ Necunde, i. nec ex aliquo loco.

¶ Nescia quasi mortuaria resq; funebris & ad mortuos pertinens. Est enim euocatio manium, quę & necromantia qua si diuinatio per mortuū dicitur. Apud Homerum ī odyss. ab Vlysse euocatio manium sacro magico in scrobe procurato νεκυς græce, latine mortuus.

‡Necepso nomen auctoris, de quo Firmicus. li. viij. sic inquit hunc locū diuinus ille necepso, vt remedia valitudinum inueniret diligentissime quidem vt diuinum tanti viri potuit ingenium manifestis tractatibus explicatus est.

*Necydalus bombycis genus. Cc.

¶ Nedū significat nō solum, & duobus modis accipi solet, Vno cū vtramq; sententiā eodē daudimus verbo, vt funderem pro te sanguinē nedū pecuniā. Altero cum suum vtriq; sententię verbum accōmodamus, vt funderē pro te sanguinem nedū tibi pecuniam crederem, negatiue sic, nō funderē pro te obolū, nedū pro te sanguinem, non funderem pro te obolum, nedum pro te sanguinem non funderem.

¶ Nefarij sceleste i sacrilegi, a farre deductū nomen quo scelerati quasi vita vti non debent. Et inde qui indigni sunt vt viuant nefarij vocātur. Quidam etiam a faris verbo deriuāt. Asco. scribit nefarium quod sacra polluit farre pio solita celebrari, ergo nefarij sacrilegi.

*Nefas impium & execrabile. Cc.

*Nefasti dies quibus nō licet ius fari. Ouī. Ille nefastus erit p quem tria verba silentur. Cc.

¶ Nefandus a, um, & nefans, tis, quod non est fandum, a nefas q; nefari quidē liceat. Lucil. li. vij. Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luit.

¶ Nefrendes dicuntur a Varrone porci qui nomine lactentis amisso nondū fabā frendere possunt. i. frangere.

*Nefrendes arietes dīr qui dētibus fremere nō possūt. Cc.

*Nefrendo non frendo. Cc.

*Nefrondines a veteribus renes dicebantur. Cc.

¶ Negligo is, pe. cor. xi. ctū, cōtēno, nō curo, quasi ne legere quidem nec videre dignor Teren. in Adel. Pecuniam in loco negligere maximū interdum est lucrum. Hinc negligentia & neglectus us, pro contemptu. Idem in Heau. Hęc res neutiq; neglectui est mihi.

¶ Nego as, ex non & ago pro dico cōpositum est, licet etiā de factis dicatur, vt apud apostolū. Confitentur se nosse deū factis autem negant. Huius composita sunt. Abnego. Denego. Pernego, quod est perfecte nego. Plau. in asi. Vbi creditum quod tibi sit datū esse pernegaris. Subnego aliquantum nego Ci. Treba. Verūtamen quod præsenti tibi prope subnegarant & habent pe. cor.

¶ Negatio postposita negationi non semper habet vim affirmandi, sed magis negandi, cū altera pro vniuersali ponitur & particulares sequuntur hoc modo, nullas accepi a te literas nec breues nec prolixas. Verg. Nulla neq; amnem Libauit quadrupedes nec graminis attigit herbam. Itē vna sō la negatio postposita negationi negat, ita tñ vt sequēs iūgātur cū quidē. Ci. Lētulo. Neq; errarēt ne aduersarij quidem Et si dixero, non tibi hoc persuaderet ne deus quidē, subaudi tur ēt alia negationis pars sic, non tibi hoc persuaderet aliqs Deinde ad maius significatiū subiūgo, ne deus quidem cui omnino est credendum. Interdū ēt sine quidē duæ negationes negant cū vna particularis omittitur. Terent. Agrū in his regionibus meliorē neq; ptij maioris nemo habet, subaudi tur em neq; meliorē. Var. li. iij. de vi. pa. oīdit duas negatiuas pro vna accipiendas cū dixit. Qua abstinentia viri mulieresq; Romanę fuerint q; a rege munera eorum noluerit nemo accipere. Si aūt duobus verbis aut positis aut intellectis addantur duæ negatiuæ non dubium est quin negent. Vt nec me amas nec mihi credis. Intellectis sic, nec virtuti studes nec literis. i. studes. Tres negationes pro vna ponuntur. Ter. Neq; haud dicas tibi non predictum. Aliquando etiā prępositiones negant etiam græce. Vñ Aristophanes comicus, ὡς ἀργαλέον πρᾶγμα ἐστὶ, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ ἅλλοι γένεσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου. *. Id est. Q; difficilis res est o Iupiter & dij seruire imprudenti domino.

¶ Negabundus negans. Cc.

¶ Negatiuus a, um, quod negat, vt dictio negatiua.

¶ Negocij a nec & otij fit, quasi nō otij, hoc est opus, sicut a nec & lego negligo, &. c. vertitur in g. sicut in quingenti quis a centū cōponat. Et accipitur p occupatione, vt & si negotijs familiarib⁹ ipediti. Aliqñ p eo qđ vernacula lingua dicimus la impressa. Cęsar li. ij. cō. Ipse cū primū pabuli copia esse inciperet, ad exercitū venit dat negocium senonibus reliquisq; Gallis qui finitimi Belgis erant vt ea quæ apud eos gerantur cognoscant. Aliquando pro labore opere. Cic. Cornifi. Et si perniquo patiebar animo te a me digredi, tamē eo tępore me cōsolabar, q; in summū ēt otiū te ire arbitrabar, & ab ipēdētibus magnis negotijs discedere. Idē Fabio. Adhibui diligentiā quoties senatus fuit, vt adessem plurimūq; in eo negotij habui. Aliqñ p cura molestia sollicitudine Ter. Poeta cū primū animū ad scribēdū appulit, id sibi negotij credidit solū dari populo vt placerēt quas fecisset fabulas. Do. Non pro molestia & cura nō labore. Cic. Cū est allatum ad nos temeritate eorum qui tibi negotium facesserent. Au. li. xij. ci. dei. Sed cū his nullū nobis est in his libris negotium qui diuinam mentē facere vel curare ista nō credunt. Ita posuit ac si dixisset, nolo mihi rē esse. Item negotiū dicitur factū, de quo quæstio. Et negotium remedium est. Plau. in cap. neque de hac re negotium est quin male occidam.

¶ Negotiosus a, um, quod est negotijs plenū. Sal. Prudentissimus quisq; quasi maxime negotiosus erat.

¶ Negotialis, ad negotiū ptinens. Cic. hæc constitutio partes duas videtur habere, iuridicialem & negotialem.

¶ Negotior aris, negocia exerceo & mercaturæ operam do. Cic. li. iij. of. Cū se syracusas otiandi cā nō negotiandi contulisset. Idē. Ser. Sulpi. M. Curius qui Pataras negotiatur. i. mercaturæ operā dat. Hinc negotiatur qui ī aliorū negotijs se exercet. Vñ Labeo, negotiatores serui videntur qui p̄positi sunt negotij exercēdi cā, veluti qui ad emēdū aut locādū & cōducendū p̄positi sunt, negotiationē p mercatura posuit. Col. lib. i. Hæc enim negotiatio curā villici auocat.

*Neleides patronymicū a neleio, & neleius possessiuum. Cc.

*Nem pro nempe aliqñ scripserunt veteres quod & pro nisi etiam sumpsere. Cc.

¶ Neleus proprium nomen patris nestoris.

¶ Nemesis pe. cor. nomen cuiusdā deæ, q̄ facinorosos & delinquentes punire putabat, vt ex Catullo, & Ausonio licet intelligi. Insuper eadē ferē remuneratrix bñfactorū. Vñ apud Stra. lib. xiij. Est dea quā nemesim dicūt dea magna, potensq; Quæ bona cælestium concessu cūcta deorum. Possidet Hanc quidā fortunā dixerūt cui prim⁹ Adrastus rex tęplum ędificauit. Romani quoq; huic deæ tępla dicauere stulti qui substantiam aliquā fortunā putarunt regnorum arcq; opū dispē

Nemes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

latricem q̃ soli⁹ dei nutu huc atq; illuc transferuntur. Hoc ẽt nomie dicta fuit Tibulli amica. Suidas νεμεσις. Δίκη, μεμψις ὕβρις. φθόνος. τύχη. βάσκιος φησὶ ἐμμυθικοῖς ☾ ἀιδία νὸς νεμέσεως ἐφόρ⁹ τροπους ὑπωπίζοντας καὶ ὑπερηφάνους καλαζούσης ἐναργῆ μαρτύρια. *Id est nemesis iustitia quærela contumelia inuidia fortuna. Babrius dicit in fabulis & Ælianus nemesis præsidis mores despectores & superbos punientis manifesta testimonia.

¶ Nemo tantũ ad hoies refert, null⁹ gñaliter ad oĩa, vt nullus hõ null⁹ lapis, nemo ꝓprie dĩ nec homo. Et cũ sit gñis cõmunis ponit q̃q; ꝓ null⁹. Caduceatori nemo hõ nocet. Ci. Hoiem quidẽ scire arbitror, neminẽ. Sal. Quo nemo vir melior nec prestantior, non ergo nemo idẽ est quod nullus hõ. Sic em̃ frustra iungeretur hõ, nõnũq; tñ a poetis nemo diuũ dicitur per Acyrologiã. Ver. Turne quod optanti diuũ pro mittere nemo Auderet. nõnũq; etiam de fœminis dicitur. Teren. Hoc scio vnum ego neminem peperisse hic.

¶ Nempe aduerbium confirmãtis, quod aliq̃n cũ iterrogatione ponitur. Aliq̃n sine iterrogatione. Cic. Apud quẽ hęc dico? Nempe apud eũ qui cũ hoc sciret me tñ anteq̃ vidit reip. reddidit. Quin, nempe em̃ in hoc plurimum laboris exhausimus, vt rhetoricã ostenderemus bene dicendi scientiã & vtilem & artem & virtutem esse.

¶ Nemee sylua inter Cleonas & Phliũtẽ, in qua Argiui ob Herculis memoriam nemeæa sacra celebrare consueuerunt. Hinc omnis regio nemea dicitur, nemeã etiam fons & mõs. Ver. Et vastum nemeæ sub rupe leonem.

*Nemertes nympha marinã dicta quasi incorruptibilis.

*Nemeæus a, um, dicitur, vt nemeęa sylua, nemeęus leo.

¶ Nemus proprie dicitur ꝙ voluptatis causa cõparatum ẽ & plenum amœnitatis ἀπὸ τοῦ νέμω pasco, quod in eo greges atq; armenta depasci solent. Hinc nemorale adiectiuum vt vmbra nemoralis, nemorense idem quod nemorale, vt nemorensis ager, & nemorensis rex qui Dianæ Aricinæ sacrificijs prærat Sueto. Nemorensi regi quod multos iam annos potiretur sacerdotio, & validiorem aduersarium subornauit.

¶ Næniæ, næniarum, vt ẽ apud Ouid. li. vi. Fas. græcum nomen est ab eo deductum quod est νέατος. i. vltimũ. Erat em̃ vltimũ quod defunctis caneretur carmen quod ĩ funere laudandi gratia cantatur ad tibiam ante cadauer sepultũ. Alio nomine Epicędiũ siue Monodia a græcis dicitur. Dio. Apud Romanos id carmen quod cũ lamẽtatione extremũ atq; vltimũ mortuo adcanit næniæ dicitur. Acron vero docet esse factitium nomẽ a similitudine vocis eorũ qui q̃runt & dolent. Quin lib vij. Tertius est diuersus translationis modus cũ res cõmunis pluribus in vno aliquo habet nomen eximiũ vt carmẽ funebre ꝓprie næniæ dĩ. Improprie tamen accipitur ꝓ ineptia cuiuslibet cantus aut sermonis. Sic Hier. contra Rut. Nisi forte non fuit impręsentiarũ qui tuas emendaret nęnias. Hoc carmen Simonides poeta lyricus primus instituisse dicitur. Sidonius pro epitaphio posuit cum ait, næniamq; marmori incisa per hendecasyllabos.

¶ Neo es, eui, etũ, nui, diceremus, sed a nuo is, esse videretur significat filũ torqueo. Iusti. lib. i. Inuenit eum inter scortorũ greges purpuram colo nentẽ. Pli. Superq; oĩa netur ac texit lanæ modo & sine lana. Hinc Perneo compositum.

¶ Neos græce nouus latine, a quo multa deducuntur.

¶ Neogamus pe. cor nouus nuptus.

¶ Neotericus recentior νεώτερος recentiorem dicunt.

¶ Neotericoteron nouum vocabulum.

¶ Neostropus nuper tortus.

¶ Neophytus pe. cor. nouellus quasi nouum germen noua planta. φυτὸς em̃ planta dicitur. Hier. contra luciferinum, nescis & laicos & clericos vnum habere Christum, nec aliũ neophytis, aliũ episcopis esse deum

¶ Neoptolemus pe cor. nouus miles, neos enĩ nouus ptolemus miles. Quo noie dictus est Pyrrhus Achillis filius.

¶ Neomenia pe. acuta latine nouilunium, vel prima dies lunæ aut mensis νέος nouus μήνια menstrua hoc est luna, ab μήνη qui mensis dĩ, ꝙ singulis mensibus a mulieribꝰ defluãt. ὃ Neostrophius nuper tortus.

¶ Nepa vel nepes more græco scorpiũ significat. Plautus. Dabo me ad parietẽ imitabor nepã. Ci. lib. v. de fi. Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibꝰ vti videas boues, nepas aculeis, suã cuiq; naturã esse ad viuendũ ducẽ. ὃ Huius nois prima corripitur Manilius lib. ij. Pietate ad sydera ductã Erigonẽ ictuq; nepã spolioq; leonem, natura huius est vt in parietum latibulis delitescat qui quum aliqd senserit retrocedit.

ὃ Nepus dĩ ipurus. Vñ & nepa ꝙ impurum sit animal.

¶ Nepos qui ex filio, filiave natus est, ꝙ natus post sit patri, q̃ filius. Cuius relatiuum est Auus. Et sicut Proauus est aui paterni vel materni pater. Idem auiæ paternæ vel maternæ pater. Ita eius relatiuum est pronepos. a quo fœmininum ꝓ neptis, vt a nepos neptis. Et a proauo fœmininum proauia. Et Abauus proaui paterni vel materni pater, item proauiæ paternæ vel maternę pater, a quo abauia, relatiuumq; eiꝰ ab nepos, a quo Abneptis. Et Atauus abaui pater dictꝰ quasi tertius pater, a quo Tritauia, & relatiuum Atnepos & Trinepos a quo Atneptis & Trineptis. Aliq̃n nepos dĩ fratris vel sororis filius. Ad cuius differentiam dicimus. Hic est mihi ex fratre seu ex sorore nepos. Qui vero post trineporem sunt, minores dñr, sicut post tritauos maiores Q̃nq; nepotes posteri vocant. Ver. Forte recensebat numerũ charosq; nepotes. i. posteros ac descendentes. Itẽ nepotes appellantur cõsumptores a nepa qui vt Plin. inquit deuorat omẽs filios vno solũ saluo. Siue dĩr luxurioseq; vitæ hoies ꝙ non aliter his reisuæ familiaris cura sit q̃ ijs quibus pater & auus viuũt Hora. Vincit enim stultos ratio insanire nepotes. Vñ nepotiari qđ est luxuriose & prodige viuere, & nepotiatus vitæ luxuries. Tertu. in apologetico. Arisippus in purpura nepotiatur, nepotulus diminuti. Suidas tamen ἐμνεπολεσ νέπωτ☾ ἐθνικῶρ☾, ὁρ☾ δὲ ἀνύλ⁹, ὄνομα παρὰ δὲ νεσεμτικὸμὴ δ ποῦμι ποῶσι καὶ τοὺς παλαιοὺς ἐξ οὗ δ ἀλαδ' ὁυκ ἐσιπιῶρ. *Id est Neposotis, gentile nomen & mons dictus a με priuatiua particula, & poto quoniam secundũ antiquos ex eo videlicet non est bibere.

*Nepenthęs quidam existimant pharmacum hęrbã esse q̃ buglossã nonnulli vocant a νε priuatiua ꝓcula & ἀπενθὲς quod tristitiam significat. Cc.

¶ Neptis q̃ ex filio filia ve nata ẽ. Est enim fœ. anepos.

¶ Nepotior luxuriose & prodige viuo. Hinc nepotiatus us, de quo mõ Affra. Scurrilitate ac nepotiatũ nobilis.

ὃ Nepita pe. cor. hærba quæ græce Calamentum dicĩ ficca & calida in tertio gradu stomacho ac prędcordijs vtilis pituitas capitis thoraciscq; soluit ac purgat iecori medetur duritiã lienis resoluit, calculum pellit, vrinamq; ciet tam simplex q̃ cum alijs hærbis.

¶ Nephritis renũ passio seu morbus qui inter acutos numeratur νεφρὸς em̃ ren dicitur. Vnde nephretici qui renũ morbo laborant. vt est apud Hippo. & Galenum.

ὃ Nepentes poculum quod obliuionem tristitiæ affert signi ficat enim sine luctu.

ὃ Nepeta ciuitas Ethruriæ a qua nepetini. Syl. Hos iuxta nepetina cohors equiq; phlisci, hodie tãen vulgo nepe dicitur.

¶ Neptunus Saturni & Opis filius maris deus dictus est a nando mutatis literis primis, vt inquit Ci li. de natura deorum, vel vt Varroni placet a nubendo ꝙ vt cælũ nubes ita mare terras tegat. Hinc neptunius a, um, possessiuum, neptunalia neptuni sacra quę & Salatia a salo dicuntur.

ὃ Nephalia festa erant in quibus non vinum sed aqua mulsa libabatur, & sobriosorum festiuitates erant. Græci enim νηφαλους sobriosorum festiuitates vocant. Apud Athenienses fiebat νηφαλιους θυσια. i. sobrium sacrificium soli lunæ memorię nymphis auroræ & veneri in quo ξυλα νηφαλια. i. ligna sobria cremabantur.

ὃ Nephele latine sonat nubem nomen propriũ vxoris atha

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nantis,& matris phryxei & helles. Vnde Ouidius helles.ne pheleides dixit.

¶ Neqñ ne vllo tempore,sicut Siquando si aliquo tempore.

¶ Nequaq̃ aduerbiũ negandi,significat enim non.

¶ Nequam nomen indeclinabile quod apud veteres significabat hominem nullius pretij,q̃ ne tanti quidem sit, q̃ti qs̃ habetur minimi. Cypr. nequam homo de nequam thesauro emittit nequã,vnde & a quibusdam cõtrarium ponitur frugi,vt inea dictione dictum est postea inualuit vsus vt denotaret hominẽ lasciuũ ac libidinosum. Var. nequam ex ne & quicq̃ media syllaba extrita cõponi ostendit li. de lin lat. Qui dã a nequeo,q̃ nihil queat nullicq; rei sit aptus. Caper docet neq̃ signare non malũ;sed inutile. Festus vero peiorem quam creditur esse. A neq̃ fit nequior & nequissimus. Col. nulla est vel nequissimi hominis amplior custodia q̃ quotidiana operis exactio,nam illud verum. M. Catonis oraculũ nihil agendo homines male agere discunt.

¶ Nequitia vitium est quod cętera oĩa cõplectit. Est eĩ fruga litati opposita,q̃ oẽs in se continet virtutes, Vt enim frugi a fruge.i. a fructu per quandam animorum fœcũditatem ita nequitia a sterilitate hoc est a nihilo nominata est, nihil est eĩ oñe q̃ fluit,quod soluit,qđ liq̃scit,& quod semper pit. Ideo tales hoies ẽt pditos dicimus. Est aũt aliquid si manet si consistit sp tale est,vt ẽ virtus cui magna pars est atq; pulcherrima quę temperantia & frugalitas dr̃ Sępe tamen p lasciuia & libidinosa illecebra & pluxu vitę prodigo atque effuso. Aphricanus scripsit mala probra flagitia quę homes faciunt i duabus rebus esse malitia & nequitia,vbi nequitiam intelligi vult luxum vitæ pdigũ & effusionẽ immodicã pecuniarũ. Ci. i Ver. Ex mulierũ morsu vestigia libidinis atq; nequitiæ. Sic nequiter aduerbium cum nequitia.

¶ Nequicq̃ aduerbium significat non. Vergil. nequicq̃ pinguis paleę teret area culmos. Item capitur pro frustra. Idem æne. vi. Arma diu senior desueta trementibus æuo. Circũdat nequicq̃ humeris.

¶ Nequalia sunt detrimenta.

¶ Nequa aduerbium significat ne per aliquem locum.

¶ Nequis,ex ne & quis pro ne aliquis,hoc est vt nullus.

¶ Ne quid nimis. Sententia peruulgata, Teren. in An. nam id arbitror in vita apprime esse vtile,vt ne quid nimis,id est ne quid agas nimis. ¶ Sententia est admodum frugifera quã si humanum genus præ oculis sepius haberet cuncta perspicienter probeq; agerentur.

Nequiũt pro nequeũt. i non possunt dixerunt antiqui.

*Nequitus pro nequiter antiqui dixere. Cc.

¶ Nequino as,modo lasciuio,modo nego.

¶ Nequinum oppidum quod nũc narnia dr̃ ob icolarũ libidinosam inertiã. A quo nequinates qui nunc narnienses.

¶ Nerio,enis,martis vxor. Plau. in tru. Mars pegre adueniẽs salutat nerienem vxorem suam.

¶ Nero vt Gel. lib xij. verbũ sabinũ est quo significatur virtus & fortitudo. Itaq; ex Claudijs quos a Sabinis oriundos accepimus qui erat egregia ac prestanti fortitudine nero appellatus est. Sabini aũt id nomen a græcis accepisse videtur qui vincula & firmamentum membrorum νευρὰ dicunt nostri neruos. Hoc nomine dict⁹ ẽ iperator Romanorũ qui omnium quos terra sustulit crudelissimus fuit, hinc proprium nomen in appellatiuum commutatum est,& nerones nunc crudeles & neronniores crudeliores dicimus.

¶ Nerulum oppidum in Lucanis quod vi captum fuisse repentino aduentu Æmilij protulit Liui. lib. ix. Inde nerulonenses dicti sunt. Suet. in Augu. Manibus colybo decoloratis nerulonensis mensarij.

¶ Nerulani populi in latio iuxta Romam, quorum memisnit Pli. lib. iij.

¶ Nereus maris est oceani & Tethyos filius. Et pro mari ponitur. Inde nereides.

¶ Nereides pe. cor. patronymicum, fuerunt maris nymphæ humanam effigiem habentes,quorum nomina sunt nysęæ & Cymothoe.

*Neritæ sunt ex concharum genere,quæ per maria nauigãt præbentes concauam sibi partem. Alteram vero flanti auræ instar veli apponentes. Cc.

*Nerium frutex est foljs amygdalę,sed maiorib⁹ & pĩguioribus. Folia eius quadrupedibus sunt venenum. Cc.

¶ Neritum siue neritos,pe. cor. Insula est seu oppidum in ea quod Leucas vocabatur,vt Stra.& Plin. scribunt. Verg. Et neritos arduasaxis.

¶ Neruj fuerunt populi inter belgas maxime feri magnæ virtutis homines,de quibus Cæsar lib. ij. Cõ. meminit.

¶ Neruus notæ significationis,quale est illud in Iob. Ossib⁹ & neruis compegisti me. Hi a corde originem habent,vt docet Aristoteles. Alij a cerebro oriri dicũt. Inde Subneruo as, quod est neruos incido. Hiero. in Iosue Equos eorum subneruabis. Ponitur quandoq; neruus pro robore & viríb⁹. In neruis eĩ robur peculiariter existit. Vñ dicimus rẽ esse sine neruis q̃ debilis est. Hor, Sine neruis altera quicqd Composui ps esse putat. Teren. Vbi tu neruos intendas. Hinc Cicero neruos reip appellat milites classes & vectigalia,neruus etiã vinculi genus est quo pedes aut ceruices impediuntur. Ex quo est illud Catonis. Fures priuatorum furtorum in neruo atq; in compedibus ætatem agunt,fures publici in auro atq; in purpura. Plautus in Aulu. neruos catenas numellas pedicas boias Dr̃ & neruũ neu. geñ. Hiero. in Hiere. Et misit eum in neruum quod erat in porta beniamin superiori. Item nerui dicũtur chordæ citharæ. Ci. lib. i. Tusc. Summam eruditionem græci sitam censebant in neruorum vocũq; cantibus. Prop. Hęc carmia neruis aptat. Hę similiter dr̃ neruiq̃,qm̃ ex neruis fiãt. Et neruus mẽbrũ virile. Iu. Mẽsura Icognita neruj.

¶ Neruosus a,um,quod multos habet neruos. Ci. lib. iij. offi. per translationem dixit,neruosius qui ista differunt solum audent malũm dicere id quod turpe sit.

¶ Neruicéus a,um,quod est ex neruo. Hiero. in lib. Iudicum. Si septem neruicéis funibus necdum siccis ligatus fuero, infirmus ero.

¶ Neruiæ sunt fidiculæ tanq̃ ex neruis concinnatæ. i. chordę citharæ,hinc apud auctores legimus neruias in fidibus brumali die alias digitis pelli alias sonare.

¶ Neruicus dicitur qui neruis laborat. Vitr. lib. iiij. Aquæ neruicos & podagricos efficiunt,sulphurosi fontes, neruorũ labores reficiunt.

¶ Neurobatæ pe. cor. qui omnifariã prorepũt, qui ambulãt super neruos & funes neruiceos. τὰ νεῦρα græci neruos dicũt. Iul. Firmicus lib. vij. matheseos. Cum testimonio vero martis & lunæ erunt funambuli olibatę neurobatę occidẽt, hos Iul. maternus olibatas, Capitolin⁹ vero Euribatas appellat, tanq̃ late ascendentes.

¶ Nesa regio mõtana iuxta Ætnã, nessus thraciæ fluuius.

¶ Nesiũ insula in cãpano littore inter Pãsilypum & puteolos quę alio nomine dr̃ nesis. Luca. Tali spiramine nesis. Hui⁹ nominis obliquos producit Papi. Syluaq; quæ fixam pelago nesida coronat.

¶ Nessotrophion locus vbi anates clausæ pascuntur, nessiei anates græcis dñr. Colu. lib. ix. Media deinde parte nessotrophij lacus defoditur in duos pedes altitudinis.

¶ Nescio is,ignoro non cognosco,ex ne & scio Augu. Pharisęus qui inuitauerat dominum Iesum putauit dominum nescisse mulierem.

¶ Nescius qui ignorat & qui ignoratur.

*Nesea nympha est a natando sic dicta νέω enim nato significat. Cc.

*Nesseus & nessus centauri Ixionis & nubis filij. Cc.

*Nestor nelei ex chlori vxore filius fuit vir bello preclarus. Inde nestorides patronymicũ & nestoreus possessiuum. Cc.

*Nestus Thraciæ fluuius iuxta Abderam fluens Pangeum montem ambiens. Cc.

¶ Neu apocopatum est a neue,idemq; significat quod neue, id est ne etiam. Ver. neu segnes iaceant terræ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Neuceria vrbs est vmbriæ.Cc.

¶Neue,modo significat ne etiam. Modo vel non. Cicero. Neue, vastius syllabę deducantur,hoc est vel vt non vasti⁹ deducantur.

¶Ne vnq̃ significat nullo modo.

¶Neutiq̃ vna pars orationis,& significat nequaq̃. Terenti⁹ in And.Ego Charine neutiq̃ officium liberi esse hominis puto cum is nihil mereatur postulare id gratiæ poni sibi.

¶Neutiq̃ non min⁹,vel non valde,vel nullo modo, habet enim aliquid assertionis. Ter.in Hecy.In hac vsq; illud visum est Pamphilo neutiq̃ graue.

¶Neuus caruncula eminens paululum in quo sępe sunt pili & naturalis est,nam cum homine nascitur & plęrunq; succrescit.Hor.li.i.Ser.Egregio isperso reprehendas corpeneuos

*Neuola flumen est in Sentinati agro.Cc.

¶Neuolo is,neuult,quasi non volo.Plau.Filiam meam tibi desponsatam esse audio nisi tu neuis.

¶Neuter a,um,neutri.træ.neutri.Sic vter nullus solus alter & hmõi. Teren.in And.Nam iners,tam nulli consilij, ꝙ nullius,Et est neuter vtrique contrarium, significatque nec hic nec ille.In quo aduertendum est ꝙ dicimus neuter alterum, non autem neuter neutrum,nam si ita dicamus, neuter alterum diligit,hoc significamus,neq; ille hunc diligit neque hic illum.Q2 si neuter neutrum diceremus significaremus ne se quidem ipsum vtriq; diligere,neutro aduerbium significat nec ad vnam partem nec ad aliam.Liuius. Et neutro inclinata spe torpebat.

*Neuris herba quam alij solamũ alij vesicariã vocãt, Cc.

¶Neuri populi scythiæ europæ.

¶Neutralis & hoc neutrale quod est neutri⁹ partis. Vñ neutralia verba dicta sunt quę neq; agunt aliquid nec patiũtur, vt sto,iaceo,cubo,sedeo.Hęc in nulla actione,in nulla passione.Sunt alia neutralia ab vsu dicta quæ habent actionem sed passionem nullam,vt certo habet actionem, sed non dicim⁹ certor,pugno,cœno,Alia sunt quę patiũtur sed non agunt, vt vapulo,pendeo,algeo,langueo,& huiusmodi.

*Neutropaston vocant nonnulli cynorhodon.i.rosam canam ꝙ cõtra canis rabidi morsum vim maximam habeat, fert & vuam nigram in cuius acie neruum habet.Cc.

¶Nex necis propríe mors q̃ ferro fit aut alia vi. Vñ necidatus dicitur qui iterfectus est.Festus tñ necidatũ intelligit q̃ sine vulnere iterfectus est. Vnde Auso.Sera venenato potu abstulit Hannibalem nex.Sisen Q ñ neq; mea nex neq; itercessio posse videtur illorum dementem reprimere audaciam Cic.Insidiatori vero & latroni quæ potest afferri iusta nex. Amb.libro.de paradiso,nempe diabolo auctore neces vident iustis hominibus præparati.

¶Nexo as,& is,xui,xum, secundum Priscian, frequentatiuum est a necto. Verg.libro quinto nexantem nodis seque in sua membra plicantem.

¶Nexus,xa,xum.Participium. Vergilius libro quinto. Vi cula linea rupit.Quis innexa pedem malo pendebat ab alto Nexus xus,vel nexus nexi ĩ obligatione dicitur.Cicero Curioni Cuius quando proprium te esse scribis mancipio & nexo,Idem pro Muræna,Q2 si in repetundis quę mãcipi sunt is periculum iudici pstare debet qui se nexu obligabit,nam vt testis est Liuius,Mos erat Romę vt qui soluẽdo non fuissent addicerentur fœneratori cui seruirent quo ad debitum persoluerent.Et hi nexi appellabantur,ducebantur q; in ergastula ad persoluendum,Var.Nexi sunt liberi qui operas suas in seruitute propecunia quã debebant domino præstabant.

¶Nexilis & hoc nexile pe.cor. qđ nectit, sicut textile quod texitur.Luc.Nexilis ante fuit vestis qua textile tegmen.

N ante J

¶Ni pro nisi subiunctiuo iungitur.Est enim a nisi per apocopem factum.Quandoq; etiam indicatiuo, vt ni fallor. Vbi sciendum est, ꝙ ni nisi q̃ & præterq̃ semper repetunt eosdem casus qui præcesserunt, vt quid est animal nisi corpus cum anima concretum?Quid aliud quæris quam voluptatem? nulli placet præterq̃ mihi? Præter vero semper exigit accusatiuum, vt nulli places præter me.Ponitur iterdum ni pro ne. Verg.Ni teneant cursus.Plautus.Ni fruita sis. Nisi in principio sententiæ indicatiuum desyderat, alias etiam subiunctiuum,vt vapulabis nisi caues vel caueas. Est aũt compositũ nisi ex nõ,& si,& significat si non,vel pterq̃, Est em coniunctio exceptiua licet qñq; pro continuatiua vsurpetur

¶Nice græce,latine victoria dicitur. Vnde nicephorus victoriosus quasi ferens victoriam.

¶Nicander nomen proprium,quasi victor vir.

¶Nicanor pe.pro.oris,genitiuum facit pe.cor. nomen proprium,quasi victor.

¶Nicator victoriosus,quo cognominatus est Seleucus qui, vt Appianus inquit,in syriacis in bello semper iuict⁹ extitit.

¶Nicolaus nomen proprium quasi victor populi.

¶Nicarchus,quasi victor princeps.

¶Nicomachus pe.cor.victor pugnæ. Quo nomine dictus fuit pater Aristotelis philosophi.

¶Nicomedes pe.pro.nomẽ propriũ regis Bithiniæ Romanorum amici,qui olim raso capite sumpsit pileum & se Romanorum libertum vocauit,a quo nicomedia.

¶Nicomedia ciuitas Bithiniæ a nicomede rege qui eam condid.t appellata Multi enim eodem nomine sunt vocati, quẽadmodum Ptolomæi propter prioris caritatem. In huius ciuitatis villa magnus Constantinus obijt,qui cum vellet in iordane fluuio baptizari, atq; idcirco Hierosolymam peteret morte puentus ab Eusebio nicomediensi Episcopo Arrianę perfidię sectatore baptizatus est.Quæ res Christiani principis fidem apud plærosq; in dubium vertit.Sed non esse veri simile eũ pricipem qui per omnem vitam suam Arriani dogmatis hostis fuerat ĩ extremo spiritu ei clementiæ cõsensisse quã summo studio de suo imperio prius eliminauerat.

¶Nicopolis, ciuitas Epiri,a victoria Augusti sic appellata, qua Cleopatram &.M.Antonium apud Actium prælio superauit.

¶Nicophanes pe.cor.nomen pictoris,quasi vir illustris.

¶Nicostrata,quasi victoriosa exercitu. Quo nomine dicta Euandri mater.

¶Niciteria,sunt pmia relata ex victoria,vt Torques.Iu. Et ceromatico fert niciteria collo νικητήριον enim præmium victoriæ dicitur νικάω quod est vinco.

¶Nicia & nicea vtroq; mõ dr secũdũ Pris.Et est nomẽ duarum vrbiũ,quarum vna est Galliæ,alia Asię & Bithiniæ metropolis,niceam primus Antigonus Philippi filius condidit & Antigoniam nominauit. Postea Lysimachus a nomine vxoris Antipatri filiæ niceam appellauit. Vrbis ambit⁹ stadiorũ.x.fuit in figura quadrata, in campo sita, habuit quatuor portas ad rectos angulos,eximio lapide qui circa mediũ gymnasium positus erat omnes quatuor portę cernebãtur Hic iubente constantino famosa illa synodus celebrata ẽ trecentorum decem & octo episcoporum, & perfidum Arrij dogma rescisum. Fuit etiam nicias nomen viri de quo Theocritus,& zenobius ita scribit ἢ τοι τέθνηκέν ἢ Διδάσκει γράμματα, ἢ μετάνικτον ἐρατεινὰ ἐσπείρας ἐν σικελίαι οἱ μὲν ἄφωλοντο.*.i.vel interijt vel docuit literas militantib⁹ cum nicia in Siciliam multi interierunt.

¶Nicto is,ad canes pertinet cũ sentiunt odorem leporum seu perdicum.Festus,nictit vt canis ad odorandum ferarum vestigijs leniter inganniens.Ænnius. Nare sagaci sensit voce sua nictit vltraq;.

¶Nicto as,frequentatiuum est verbi niueo es.Et est nictare oculorum & aliorum membrorum nisu sæpe aliquid conari. Pli.li.xi.Plerisq; vero naturale ẽ, vt nictare non cessent,quos pauidiores accipimus.Idẽ ibi. Grauiores alitũ iferiore gena cõniuent,eædẽ nictantur ab angulis membrana obeunte.Inde fiunt nictatio & nictus.Cõpositũ ẽ Adnicto qđ est iuxta nicto.Festus.Adnictat,sępe leuiter oculo adnuit.

¶Nicerotianũ delicati⁹ odoramẽtũ & vnguẽtũ dictum ab

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

artifice ꝓbo nicerote. Mart. Laudas pinguia nicerotiana
ȣ Nicrocreon, ontis. Cypriorū Tyrannus, qui Anaxarchū philosophū malleis ferreis cædi iussit.
¶ Nidor odor & putor vstrinæ & rei vstulatæ, vt Ver. lib. xij. Illi ingens barba reluxit nidore, mq; ambusta dedit. Proprie tñ de carnibus assis in culina & cæteris epulis coctis dr̃ a nitore ignis. Mar. Pasceris & nigræ solo nidore culinę.
ȣ Dicitur & de stercore. Apul. li. iij. Alios pudore nidoris fœtidi, a meis scapulis abegissem. Interdū pro risu. Hora. in Ser. nasum nidore supino. Sic enī porphirio interpretatur. Interdum pro splendore.
¶ Nideo es, dui. Cuius cōpositū est renideo in frequentiori vsu. Et modo significat splendeo. Sta. lib. x. The. Emicat effigies & sparsa oricalcha renident. Pli. li. vij. Neq; in recessu gemmæ aut in detectu renidente. Modo redoleo. Hora. nec meare nidet in domo lacunar.
¶ Nidus auium domicilium a nidore vt putaī, q; mali odoris sint auium cubilia. Q ñq; tñ nidus accipiī ꝓ ipsa aue, quæ continens pro contento. Verg. Ipsęq; volātes Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam. Q ñq; ꝓ q̄dā vasis genere a nidorum similitudine. Var. Lymphaq; e lacuna fontiū allata nidos implent Et nidi dñr de quibus merces in tabernis seꝑatim tenētur. Mar. De primo dabit alterove nido rasum pumice purpuraq; cultum.
¶ Nidulus diminu. paruus nidus. Gel. de auiculæ nidulo.
¶ Nidificos as. nidum facio. Vergi. Sic vos non vobis nidificatis aues.
¶ Nidulor pe. cor. idem q̄d nidifico. Plin. li. xi. Aliud rursus eorum genus qui e fimo ingentis pilas auersi pedibus volutant, paruoq; in his cōtra rigorē hyemis vermiculos fœtus sui nidulantur. Aliq̄ nidulari est ouis incubare. Var. Prima dies deinde illos quibus halcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoq; septē esse dixit.
¶ Niger proprie fuscus dr̃, est enī contrarius albo ꝓ trāslationem tñ ponitur q̄ñq; pro mortuo. Iuue. Instituitq; rudes melior Locusta propinquas Perfama & populū nigros efferre maritos. Q ñq; pro noxio. Verg. Et nigris exesa chelidris creta Q ñq; pro malo. Iuue. nigrum in candida vertit Solebāt enī Prisci quod bonum & laudabile erat, creta vel alba linea notare. Contra quod turpe fuisset nigro signabāt. Vnde Persius. Quæq; sequenda forent & quæ vitanda vicissim, Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.
¶ Nigellus, a, um. dimi. q̄d est parum nigrū.
ȣ Nigella herba quæ vt author est Marcel. Alio nomine dicitur lolium inter frumenta nascens.
ȣ Nigidius figulus phūs pythagoricus romę floruit, Cęsaris tempore. Hic doctissimus in grāmatica, multa scripsisse fertur quę in vulgus non prodierunt.
¶ Nigredo, nigrities & nigritia, ipse color fuscus. Vñ Plini. Capillorum nigritiam dixit.
¶ Nigror ipsa nigredo. Cic. lib. i. de diui. Noctisq; & nimborum occæcat nigror.
¶ Nigreo es. a quo nigresco, niger fio. Claud. lib. iij. Nunc sibi mutatas liceat nigrescere vestes. Col. Oliuæ cū nigruerint sereno cœlo discernere manu conuenit.
Nigro as. nigrū facio. vñ denigro as. Hie. Denigrata est facies. Interdū nigrare est nigrū esse Col. li. vij. Parandi sūt boues nouelli quadrati magnis mēbris, cornibus, pceris & nigrātibus & robustis, naribus resimis, patulis, ceruicelōga & toro sa, palearibus āplis & pene ad genua ꝓmissis pectore magno armis vastis, capaci & tanq̄ implēte vtero, lateribus porrectis lumbis latis, dorso recto planoq;, clunibus rotundis, crunibus compactis, ac rectis, sed breuioribus potius q̄ longis, nec genibus improbis, vngulis magnis, caudis longissimis & setosis pilosisq; corpore denso breuiq;, coloris rubei fusciue, tactu corporis mollissimo. Plinius libro nono. Rubens color nigrante deterior.
¶ Nigrefacio is. & nigrefio notæ significationis.
¶ Nigrico as. pe. cor. aliquantum niger sum. Pli. lib. x. Vir. b⁹ præcipua, colore nigricans, sola aquilarum fœtus suos alit. ℓ aliqua nigredine tincta.
¶ Nigris fluuius est a quo nigretes populi cognominati sūt Dictus nigris propter solitudines nigri pulueris eminentib⁹ interdū velut exustis cautibus.
⁎ Nigris fons est in Aethiopia quem nonnulli caput Nili esse autumarunt. Cc.
¶ Nihilum ex nō & hilum componitur quod significat vllū Cice. lib. i. Tusc. Illud faxum quod sisyphus sudans nitando nec proficit hilū. Sunt qui putēt hilum significare illud quod grano fabæ adhęret. Alij pēnæ modulum intelligi volūt. ex quo nihilū & nihil per apocopem quod significat quātitatē vt nihil vini habeo. Inuenī etiā pro aduerbio negandi positū Teren. nihil circuitione vsus es. i. non. Inuenitur etiā nihil indeclinabile & trium generū, quasi quin ne hili quidem est, hoc est nullius pretij aut vtilitatis.
¶ Nihildum id est nondū. Cic. Cas. Et q̄q̄ nihildum audieramus nec vbi esses.
¶ Nihilominus, non minus. Cice. Figulo. Tamen nihilominus eis conficior curis, vt ipsum quod viuam peccare me existimem.
¶ Nili syncopatum est a nihil. Et modo nomen est, vt nili bonitatis habes. Modo aduerbium. Teren. in An. nil me fallis.
⁎ Nihil facio vilipendo. Cc.
¶ Nilus ægypti fluuius, a nileo rege sic dictus, vel a nouo inferendo luto q̄ sua inūdatione totā feracē reddat ęgyptū. Vnde. Ser. nilū dici existimat quasi νεοῦλυν, hoc est nouū trahentē limū q̄ oblimet hoc ē limo obruret ęgyptū & oppleat. Eustathius interpres Homeri pariter & Dionysij libici in Dionysio sic scribit. ὁ δὲ ὁτος μὲν λέγει τοῦ νείλου τὰς πηγὰς μήτε γώσκεσθαι. διὸ δὲ αὐτὸς ἔχ φάσαι τοῦτο τὰς πηγὰς δῶκῶ δεφσὶν ἐν δ' εδείσ ελλήνων ἕτεροι δ' ἐ φασί τὸ νείλου ἐκ τῶν τῆσ σελήνησ ἤτοι ἐκ τῶν σελήναίωρ ὸ ῥῶν ἀγεσθαι.
⁎. i. Herodotus quidem dicit nili fontes non cognosci. Quapropter neq; ipse scit ait huius fontes, videor dicit neq; ego neq; quis q̄ græcorū dixisse huius fontes. alij aiunt nilū ex lunæ mōtibus duci. Vnus est ex maioribus totius orbis fluuijs a quibusdā Ęgon dicit quasi terra, qui antea Melo vocabatur. Habet septem ostia. Vergi. Et septē geminī turbant trepida ostia nili nomina ostiorū hæc sunt Canopicū, Bolbiticum, Sebennyticum, Phœneticū, Mendesicum, Tanicum, & Pelusiacū. nascitur in monte inferioris mauritaniæ nō longe ab oceano, stagnante ibi lacu quē vocant nilidē, deinde condit se itinere aliquot dierum rursumq; erūpit alio lacu maiore in mauritania cęsariensi. Iterumq; arenis receptus per deserta, xx. dierum spatio fertur ad proximos Aethiopas & denuo prosilit fonte qui niger dicitur. Inde Aphricam ab æthi. disterminās medios secans ęthiopas, sic plærasq; insulas facit quarum clarissima est Meroe cuius Metropolis etiam meroe vocatur. Postquā se aquis omnibus auxit nilus appellaī. Deniq; multis ostijs fertur in mare ægyptium, ægyptiq; inferiorem partem dextra lęuaque diuisus amplexu suo determinat. Canopico ostio ab Africa. Ab Asia pelusiaco. propter quod aliqui ægyptum inter insulas posuere ita se diuidente nilo vt triquetram terræ signum faciat. Idcirco multi ægyptum, Δ, græce literæ similitudine Delta vocauerunt. Augetur nilus certis diebus mirum in modum, & per totam spatiatus ægyptum fœcundissimus innatat. A nilus fiunt adiectiua. niloticus, a, um. vt nilotici pisces. & niliacus pen. cor. a, um. Mart. niliacis primum puer hic sit natus in oris nili quoq; apud veteres capiuntur pro fossis in ludis circundatis pro septis siue pro canalibus aquarum alunde deductarum quos Romani intra domos deducebāt. Vide in dictione Euripi.
⁎ Nilion gemma est colorem habens fumidæ topacij, aut alicuando melleæ. Cc.
¶ Nimbus repentina & ꝓceps pluuia. Ponitur & pro vento. Vergi. nimborum in patriam loca fœta furentibus austris Aeoliam venit. Interdum pro nube qua dij solent in terras decendere. Lucil. Cum nimbo cęlitus descendit Iuppiter. Et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nimbus vasis genus quo vina vnguenta & alij liquores fũ-
duntur. Mart. A Ioue qui venit miscenda ad pocula largas.
Fundet nimbus aquas, hic tibi vina dabit. Hinc nimbosus a,
um. Verg. Fluctu nimbosus orion. i. pluuiosus vẽtosus ve.
* Nimbifer hoc est ferens nimbos. Cc.
* Nimblis insula non longe a Gyaro quã Callimachus Aga
thusam vocat. Cc.
¶ Nimis & nimium nomen loco aduerbij augendi, & pro
vitio dicuntur, significantque plus satis. Terentius nequid
nimis. Dicitur & nimius a, um. vt nimius labor exhaurit vi
res. Et nimietas.
¶ Nimirum aduerbium confirmandi, hoc est sine dubio cer
te. Potest etiam solui, vt dicatur, nimirum non est mirum. nã
ni significat ne, & ne significat non, vt Plaut. ne vult pro non
vult. Aliquando ad responsionem adhibetur. Quinti. De-
mus id quod nullo modo fieri potest, idem ingenij doctrinæ
studij pessimo atq; optimo viro, vter melior dicetur orator?
nimirũ qui homo quoq; melior.
¶ Niniue pen. cor. vrbs Assyriorum quam ędificauit Assur
egrediens de terra Sennaar a nino rege sic dicta, vt scribit Au
gu. Est & alia ciuitas iudęorum in angulo arabię quam nunc
corrupte niniuem vocant & in gtõ ninives facit. Vñ Aug.
lib. xv de ci. dei. ninives ciuitatis magnæ ninus Beli filius con
ditor, nomen ex illius nomine deriuatũ est, vt a nino niniue
vocaretur. Et populi in ea habitantes niniuitæ penul. prod.
dicuntur.
¶ Ningo is, vel ninguo is xi. Pris. ninguo quoq; ninxi vnde
& nix, sicut a duxi dux, a rexi rex. Verg. lib. iij. Georg. Inter-
ea toto non secius æquore ninguit. Sunt etiam qui ninguo di
cunt a ningue cuius nominatiuus est ninguis quod antiqui
pro niue vsurpabant. Lucr. Albas effundere ningues. Apul.
in primo herma. Aspera hyems erat, omnia ningue canebant
nunc dicimus nix.
¶ Ninguidus a, um. idem quod niuale, quod ninguibus a-
bundat.
* Ningulum veteres dixere quasi nec vllum. Mart. nec nin
gulus mederi queat. Cc.
* Ningues pro niues dixere veteres. Lucr. Albas effunde-
re ningues. Cc.
¶ Niobe nomen filiæ Tãtali fororis Penelopis vxoris q; Am
phionis quę in saxum versa est ex dolore, vt poetæ fingunt,
cum ex fœcundissima matre ad orbitatem redacta exinctos
vidisset filios filiasq; omnes, quos Apollo & Diana sagittis
confixerant. quæ in saxum versa dicitur, quoniam ex nimio
dolore attonita obmutuit ac veluti lapidescens malis diri-
guit. A Sta. in syluis Sylpileia mater dicta niobe, quoniam fa
cta saxea turbine venti in sylpilẽ patriam rapta est vbi fixa ca
cumine montis Liquitur, & lachrymis etiam nunc marmo-
ra manant.
¶ Niphates pe. pro. Scythiæ fluuius Quo etiã nomine dictus
est mõs armeniæ ex quo Tigris nascitur, vt refert Stra. Ver.
Addam vrbes Asiæ domitas pulsumq; niphatem Dictus
niphates a niuibus ἀπὸ τῆς νιφάδος.
¶ Niptra dicũtur lauacra, a νίπτω quod significat lauo quo
nomine dicta est tragœdia Pacuuij quam allegat Cicero lib.
secundo. Tusc.
* Nis pro nobis veteres scripsiere sicut Tin pro eum. Cc.
¶ Nisi dictio exceptiua. Vide supra in dictio ni.
¶ Nissa vrbs quę ad mediterraneam iacuit supra Trallis ad
orientem, & maxima ex parte monti accubuit, torrente quo
dam diuisa qui conuallem efficit. Ex hac fuerunt Apolloni⁹
philosophus stoic⁹ Panætij familiaris, & Menecrates Aristar-
chi discipulus, & Aristodemus eius filius quem valde senem
iuuenis admodum audiuit Strabo. Item Sostratus aristodemi
frater & alius aristodemus eius cõsobrinus qui magnanimũ
Pompeium erudiuit.
¶ Nisæus locus in Media ĩ quo pulcherrimi equi nascebãtur
¶ Nisæe nomen nymphæ. Vergilius. nisæe spioque thaliaq;
cymodoceq;.
¶ Nisyrus pe. cor. parua insula non longe a Co. in qua opti-
ma vina fiunt.
¶ Nisus nomen regis Megarensium, qui vt in fabulis fertur
in auem sui nominis conuersus fuit. Verg. lib. i. Ge. Apparet
liquido sublimis in aere nisus. Hic alio nomine halietus dicit.
¶ Nisus a, um, participium est a nitor eris.
¶ Nitor eris, nixus & nisus. Et est niti conari, quod vernacu-
la lingua dicimus pontare. Verg. Post valido nitens sub pon
dere faginus axis Increpat. Interdum firmare sustẽtare. Ver
gi. Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta per translationẽ.
Cice. Tu eris vnus in quo nitatur ciuitatis salus. i. sustinetur
Interdum ambulare. Pacu. Ardua per loca agresti ac trepidã
te gradu nititur. Interdum volare. Verg. lib. iij Hic primum
paribus nitens Cyllenius alis constitit. Interdum Fulciri. Ci
ce. li. i. offi. Est igitur adolescẽtis maiores natu vereri, ex his q;
deligere, optimos ac probatissimos quorum consilio atq; au-
ctoritate nitantur. i. fulciantur, gubernentur, instituantur.
Huius composita sunt. Annitor, Connitor, quod est totis, vi
ribus nitor. Cice. lib. iij. offici. Quare quãtum conniti animo
potes quantum labore contendere si discendi labor est pot⁹
quam voluntas tantum fac vt efficias. Enitor pario. Plaut.
in Amp. Geminos Alcumẽa enititur. Var. libr. ij. de re. rusti.
Faciendũq; septa secreta ab alijs quo enitentes secludere pos
sis, item quæ corpore ægro. Aliquãdo est cum conamine ab-
soluor. Vnde Enixe dicunt mulieres quæ partus dolore leua
tæ sunt. Itẽ Eniti est extra vel perfecte operari, perficere. Salu.
in Iug. Ab adolescentia ita se enixum, vt ab optimo quoq;
probaretur. i. perfecte exercitum, vel operatum. Col. libro. ij.
Sed nec in media parte versuræ consistat detq; requiem in sũ
ma vt spe cessandi totum spatium bos agilius enitatur. i. exa
ret perficiat. Hic Enixe aduerbium quod & Enixum dicitur.
Cice. Ego illos malos & audaces semper enixum contra for
tunas atq; honores huius ordinis omnia fecisse sentio. Innitor
inhęreo, firmor. Col. lib. vi. Quo plus solis mediæ arbores q;
bus vitis applicata & religata innititur, accipiant. Hierony.
ad Iulianũ. Vidit scalam de terra vsq; ad cęlum, & desuper in
nitentem dominum, vt lassis manus porrigeret. Obnitor, cõ-
tra nitor obluctor induro obfirmor. Verg. lib. iij. Geor. Ver
saq; in obnixos vrgentur cornua vasto. Cum gemitu contra
obluctantes. Aug. lib. ij. de ciui. dei. Quorum dicta contraria
si toties velimus refellere quoties obnixa fronte statuerunt
non cogitare quod dicant dum quocũq; modo nostris dispu
tationibus contradicant. Hinc aduerbium Obnixe quod si-
gnificat cum conatu instanter quantum possibile est contra
conantem. Teren. in An. Pedibus manibusq; obnixe omnia
facturum. Pernitor valde nitor. Ser. Pernix perseuerans a per
nitendo tractatum est. Renitor contra nitor. Hier. ad Iulianũ.
Si huic consilio nostro vel amicus vel affecla vel propinquus
renititur, & te ad delicias reuocat, intelligito eum non de tua
anima sed de suo ventre cogitare. Subnitor suffultio. Vergi.
lib. iij. Parua philoctętæ subnixa Petilia muro. Aliquãdo est
sursum nitor. Cæcil. lib. anna. Ea latini subnixo animo ex vi
ctoria consiliũ ineunt. Et habent pe. prod.
¶ Nixus a, um. participiũ nixus us, nomen, & significat par
tum. Verg. Haud fœtus nixibus edunt.
¶ Nixurio is. pe. corre. nixurij, niti volo seu cupio aut conor
facere. Nigid. nixurit qui niti vult & in conatu sępius aliqua
re perpellitur.
¶ Nitor splendor in quacũq; re dicitur. Cicer. in Cato. Tum
Lysandrum intuentem purpuram eius & nitorem corporis
f. Cyri. Col. lib. ij. Verũ ex his maxime ferendum quod ro-
bus dicitur cum & pondere & nitore præstat.
¶ Niteo es. nitui splendidus cultus politus sum. hinc nitesco
nitidus fio. Composita sunt Eniteo, quod est extra, seu valde
niteo. per translationem vero Enitere significat celebrẽ esse.
Cice. lib. iiij. ad Heren. nunc hoc signum est ipsos artis scripto
res non potuisse vnum potuisse in omnibus elocutionis parti
bus enitere. Hinc Enitesco. Sal. Postremo Cæsar bellum exo-
ptabat vbi virtus enitescere posset. Internitео in medio niteo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Plini. Tunc enim tellure internitent, quia his vētis maxime arenæ mouentur. Et habent pe. cor.

¶ Nitella dicitur res quæ leuigat sordem, & expolit. Vnde Apul. vtitur pro dentifricio, os ipsum & dentes honestante. Lucius. Misi vt petisti munditias dentium nitellas oris ex arabicis frugibus tenuem candificum nobilem puluisculum complanatorem tumidę gingiuulę, conuerritorem pridianæ reliquiæ, ne qua videatur tetra labes sordium. Restrictis forte si labellis riseris. Sumitur interdum pro nitore, & elegantia sermonis.

¶ Nitidus a, um. splendidus. Col. lib. ij. Far quod appellatur dulsinum candidioris & nitidi coloris. hinc nitiditas. Actius Formę nitiditate percharus regi.

¶ Nitido as. nitidū facio. Col. lib. xii. Ferramenta detersa nitidentur, atq; rubigine liberentur.

¶ Nitedula animal muris exigui genus, sicut docet Ser. Cicer. pro sex, Vt illa ex vepreculis extracta nitedula remp. conaretur arrodere. Est & nitedula cicindela quę noctu lucet.

¶ Nitria, ægypti regio. & nomen duarum vrbium supra Memphim.

¶ Nitrum vt quidam putant ā nitria vbi nasci solet dicitur. Hoc non multum distat a salis hamoniaci specie quod nonnulli existimant esse salis genus. Sicut enim salem in littore maris feruor conficit solis durando in petram aquas marinas ita in nitria vbi æstate pluuię prolixiores tellurem confundunt, ardor nimius aquas excoquit in petram sali similimā, sed nihil gelidi rigoris nihil salsi saporis habentem, quæ tamē iuxta naturam salis durare in caliditate, & nubiloso aere fluere ac liquiescere solet. Sunt qui dicant nitrum apud Medos canescentibus ficcitate conuallibus fieri. Plini. lib. xxxi. Sal. & nitrum sulphuri concoctum in lapidem vertitur. Et item liquatum coquentes ex eo vasa faciunt. Ex nitro medicinæ fiunt & sordes vestium corporumq; lauantur. Vnde apud Esaiā. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es iniquitate tua coram me.

✳ Nixidos appellabant quos putabant præsidere parientū nixibus. Cc.

¶ Niueus a, um. quod est ex niue, vt massa niuea, licet quandoq; pro candido ponatur.

¶ Niualis & hoc niuale eiusdem significati, vt aqua niualis. Gel. Qui aquam niualem frugibus sane & arboribus fœcundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse. Columel. libro. iiij. niuale cęlum dixit quod sæpe niues inducit. Ait enim. Cęlum porro neque niuale vinea, neq; rursus estiuosum desyderat.

¶ Niuatus niuata niuatum. quod est niue refrigeratum. Sue. in nero. Refotus sæpius calidis piscinis, ac tempore æstiuo niuatis.

¶ Niuosus a, um. Locus in quo sunt frequentes niues.

¶ Niueo niues xi, ctum. a quo Conniueo. Vide in dictione nicto.

N ante O

¶ Nonas. aui, atū, cū cōpo. Vide in dictione nato as.

¶ Nobilis quasi nosibilis, a nosco. Vnde & pro noto ponitur. Vergi. Est locus Italiæ medio sub montibus altis nobilis, Sic illustris, egregius, insignis, præcipuus, singularis, cognitionis non meriti & laudis nomina sunt, quia tam de flagitiosis quam de claris dici inueniuntur. Vnde & pro digno & excellenti in quactiq; re ponit siue bona siue mala. De bona vt cū ad generis dignitatē refertur. Salu. nobili genere natus fuit. De mala. Liui. nobilis ille clade Romana locus. Mart. nobilis hæc esset pietatis rixa duob⁹. i. excellens & digna notitia. Hinc nobilitas quæ est generis vel alterius rei excellentia & dignitas, Columel. libro quarto. Deprehendi potest nobilitas in gustu his contraria sunt. Ignobilis & ignobilitas

¶ Nobilito nobilitas. nobilem facio, dignitatem addo, decoro. Apul. Quem non excellentia generis sed mores virtusq; nobilitauerunt. Aliquando notum facio. Cice. libro. ij. offi. Testis est Phalaris cuius est præter cęteras nobilitata crudelitas. Huius compositum est Denobilito, quod est vitupero. Teren. in eu. Tu iam pendebis qui stultū istū adolescentē denobilitas flagitijs.

¶ Noceo es, cui, citū. nocere significat obesse. Col. li. ij. nō nocebitur ei nocturnis roribus alijsve ex causis dum a pecore & auibus vindicetur. Significat etiam maleficio non abstinere. Vnde nocentes dicuntur qui iniuriam aut maleficium commiserunt. Innocentes qui ab omni iniuria maleficiove abstinent. Innocentia integritas. Salu. Vbi que Metellus agebat ex nuntijs accepit simul & de innocentia sua certior Romæ factus diffidere, ac tum demum veram deditionem facere coactus est.

✳ Noctes Atticæ Gellij opus q̄ noctu quæ diu cum alijs cōuersando discusserat scripsit. Cc.

¶ Nocuus qui nocet. Innocuus qui non nocet. Quandoq; tamen passiue sumitur.

¶ Noctua auis a tępore noctis dicta quo canit vel volat. Prouerbium est noctuas Athenas portas ac si diceretur. Aquam mari iungis. Ferunt enim noctuarum maximam copiā Athenis esse.

¶ Nocticorax seu nycticorax, coruus nocturnus interpretatur, nigra auis ac sola clamās, & nocte volat. νύξ νυκτός nox latine dicitur. Hieron. in Deutero. tanquam diuersa inter se ponit, noctuam nycticoracem & vespertilionem, sed corrupte sic dicitur. nam Suidas. νυκτικόραξ εἶδος ὀρνέου ἐρημικὸν ὃ τὰς οἰκουμένας φεύγων τῶν οἰκητῶν ἐρήμοις. ✳. i. nycticorax auis genus quæ habitatas domos fugiens desertas incolit.

✳ Noctifuga qui noctem fugit. Cc.

✳ Noctipuga Lucil. vocauit obscœna, q̄ noctu pungāt atq; excitent Venerem. Cc.

¶ Noctiluca. pe. pro. dicit luna quæ noctu lucet. Quo & nomine dictum est animal partū q̄d æstate dum volitat lucet. Alio nomine niteduła appellatur.

¶ Noctiuagus pe. pro. qui nocte vagatur.

¶ Noctu pro nocte noīaliter vtebantur antiqui. Quadrigarius. Cōuenit senatū noctu multa domū dimitti. Plau. ī Menæ. Haud falsū euenit somniū q̄d noctu hac somniaui. noctu vero abuerbiū significat per noctem. Sal. Diu noctuq; laborare festinare. Aliquando nox pro noctu, vt est in xij. tabulis Si nox furtū factū sit si in aliquis occisit, iure cæsus esto. Vbi in accusatiuum dixerūt ab eis & occisit pro occidit.

¶ Nocturnus a, um. quod est noctis, vt nocturna lux. Sic a die diurnus. Clau. Omnia quę sensu voluuntur vota diurno. Tempore nocturno reddit amica quies.

¶ Noctescere est obtenebrari. Furius. Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.

¶ Nodus, proprie ligatura quæ non facile soluitur. Vnde nodo nodas. A cuius similitudine nodus in arbore dicitur grossior ille quasi callus vbi veluti colligati simul rami esse apparebant. Colu. lib. iij. Eius imam partem quam in terram dimissurus es acutissima falce iuxta nodum rotunda plaga amputato. Hinc est vetus illud prouerbium. nodum in sirpo quęris. per translationem vero nod⁹ accipitur pro ænigmate seu quæstione aliqua difficili. Et nodus in exercitu dicitur densa peditum multitudo. q̄ non facile possit resolui. Nodus Herculis dicitur in quo neq; principiū neq; finis conspicitur. quasi indissolubilis sit. A nodus fiunt Enodis. Inenodabile. Inter nodium, nodulus diminu. a quo aliud nodellus nodosus a, um. quod multos habet nodos.

¶ Nodo as, nodos facio. ligo in nodos. Lactan. de opi. Dei igitur solidamenta corporis quæ ossa dicuntur nodata & adiūcta inuicem neruis alligauit atq; constrūxit. Vergi. lib. iiij. Crines nodantur in aurum. Huius composita sunt, Enodo, quod nodatum erat soluo per translationem significat declaro expono. Gel. libro. i. Ad hunc modum Iulianus enodabat diiudicabatq; veterum scriptorum sententias quas apud eum adolescentes lectitabant. Cice. lib. ij. ad hęre. Deinde cō-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

trariæ legis enodabimus voluntatem & eam trahemus ad noſtræ cauſę commodum. Interdum Enodare eſt ſine nodis qui in arboribus ſunt facere. Columel. libro ſexto. Quæ vlmus appoſitione vnde prouenerint leuiſſimæ virgæ falce debent enodari. Connodo & Innodo ſunt eiuſdem ſignificationis cū ſimplici. Et habent. pe. prod.

¶ Noegeū amiculi genus candidi. Vñ etiã ꝓ candido qñq; ponitur. Liui. Lachrymas de ore noegeo terſit.

¶ Noes fluuius Thracię in Iſtrum fluens.

¶ Noeolæ, papillæ quę ex faucibus caprarum depẽdent barba ſtrilium vocatur.

* Noenõ veteres pro nõ dixere. Var. Si hodie noenon venis cras quidem ſi veneris dies eſt natalis fortis fortunę Luci. Sed tamẽ hoc dicas ſi noenõ quidem moleſtũ eſt. Cc.

¶ Nolo ex non & volo, pro quo veteres neuolos uis. uult dicebant. Plautus. Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio niniſi tu neuis. Cc.

¶ Nomæ hulcera quæ depaſcunt, vorantq; ſecũdo corpus.

¶ Nomades penul. correp. populi in Scythia europæ, quorũ vita omnis in paſcendis gregibus habetur. Sunt etiam populi in Aethiopia, vt Pli. lib. vi. ſcribit. Hiero. nomades & Trogloditæ & Scythę & Hunnorum noua feritas ſemicrudis veſcuntur carnibus. Dicitur nomades a verbo græco νέμω quod eſt paſco.

¶ Nomen quaſi nouimen a noſco quia notitiam facit. nam per id quicquid nominamus agnoſcitur. Vel nomen dicitur notamen aut a gręco quod eſt ὄνομα abiecta o. Et habet multas ſignificationes quarum vna talis eſt quę in eſt appellatio ni rerum omnium. Eſt enim nomen proprium vocabulum ſingulorum. Verg. Cui nomina mille, mille nocendi artes Idem nomen aui referens Priamus. Verba autem noſtra rerum nomina ſunt vt Salio Curro. Vtiq; his omnibus nominibus res ſignificantur. Vnde is ſapientiſſimus iudicatus eſt qui rebus nomina impoſuit. Vnde omne quod loquimur, i. omnes partes orationis rerum nomina ſunt. Alia nominis ſignificantia eſt qua vnam partem orationis ex octo videm⁹ eſſe ſignatam, vt nomen pronomen verbum. Tertia nominis proprij vt hominis & deorum. Quarta quadripartita eſt qua vnaquęq; perſona ſine alterius communione ſignificatur Quod Cice. lib. Rhe. ſic diffinit. nomen eſt quod vnicuiq; perſonæ attribuitur quo quæq; ſuo proprio & certo vocabulo appelletur. Ergo vt proprium perſonæ hoc nomen & certũ ſit per quatuor tenditur. Prænomen nomen. Cognomen & Agnomen. Prenomen interdum vna, interdum duabus interdum tribus literis continetur. C. Caius. Gn. Gneus. Sex Sextus. Fuitq; nonnulla ratio prænominis. nam & Quintum ideo dixerunt ꝙ quito fortaſſis loco natus eſſet Lucium ꝙ initio lucis exortus. Gneum a corporis effigie Cognomẽ maiorum eſt tractum ex familia vel ſanguine vt Cornelius ex cornelijs. nomen autem proprium perſonæ eſt quod propriũ gentilitium hoc eſt quod originem gentis vel familię declarat. vt Cicero Scipio. Agnomen extrinſecus venit. Et hoc tribus modis. Aut ex animo, vt ſuperbus pius. Aut ex corpore, vt Craſſus pulcher. Aut ex fortuna, vt Africanus. Gothicus. Aſianus. numantinus a deuictis gentibus, ſed hoc raro vſurpatur. Cognomen namq; ſiue cognomentum potiuſq; agnomen dicitur. Cice. Scipio ille cui Africano fuit cognomẽ Idem. Tecq; non cognomẽ ſolum Athenis deportaſſe ſed humanitatem & prudentiã intelligo. His quatuor partibus perſonæ proprium & certum nomen includitur. vt Publius prę nomen. nomen Scipio Cornelius cognomẽ. Africanus agnomen. Qui autem prænomen nomen & cognomẽ tantum ponunt, dicunt Publius prænomen eſſe. Cornelius nomen Scipio cognomen. Et nomen quidem atq; cognomen omnium eiũdem familiæ cõmune erat, prænomen vero tantum ſingulorum. Et ideo proprium nomen quo ſe inuicem gentiles vocabant. Vt pater appellabat ex duobus filijs alterum Publium alterum Lucium. nec aliter iter ſe fratres ipſi vocabãt Quidam etiam a veſtimento cognomen ſortiti ſunt. vt Antoninus Caracalla. Quidam a pecore minori vt Porcius, Scropha. Quidam a pecore maiori. vt Equitius. Taurus. Quidam a piſcibus vt Sergius. orata. Murena. Quidam ab arboribus, vt Frondicius. Quidam ab ea re quam optime ſererẽt, vt Fabius. Lentulus. Cicero. A pinſendo Pilũnus qui primus pilũ inuenit & multa huiuſmodi. Eſt quando nomen pro decore cognatione & dignitate ponatur. Verg. Auulſumq; humeris caput & ſine nomine corpus. Interdum pro generoſitate Idem lib. ij. Georg. Aut pomis ſua nomina ſeruant. Interdũ pro nobilitate generis, ex qua fit nomen quod famam ſignificat. Idem & nos aliquod nomenq; decuſq; geſſimus. Et illd Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ. Interdũ pro gente. Verg. noſtrumq; in nomen ituras. Interdum pro debitore ſeu debito aut credito quod fœnerauimus, quoniã nomina eorum qui vſuras ſoluturi erant in calendario fœneratoris ſcribebãtur. Et ſimili modo quicunq; aliquid debebat. Cice. Lentulo. Vt bonum nomen exiſtimet adeptus, i. bon⁹ debitor. Sue. Et quę in ſingulos annos ſtipendij noĩa ipoſuit. ♁ Aſco. Tituli debitorum nomina dicuntur preſertim in his debitis in quibus hominum nomina ſcripta ſunt, quibus pecuniæ commendatæ ſunt. nomen & aduerbium plerũq; trãſeunt in ſe, vt Toruumq; id eſt torue. Item aduerbium in nomen, vt dum mane nouum accepta declinatione factum eſt nomen. Sic Perſi. Iam cras heſternũ conſumpſimus ecce aliud cras. Sed nomen quum aduerbium cœpit eſſe, fit indeclinabile Aduerbium quum nomen eſſe cęperit, declinatur. Quum enim in alienum ius tranſeunt. Hę partes non ſuis ſed earum ad quas tranſeunt vtuntur poteſtatibus dumtaxat in declinatione. nam temporum rationem ſuam reſeruant, vt apud Verg. lib. iij. Muta tranſuerſa fremunt. nam tranſuerſa quum aduerbium ſit a tamen breuis eſt, quia venit ex nomine licet duę conſonantes ſequantur, quum ſciamus in a terminata aduerbia longa eſſe.

♁ Nomina per diuerſos caſus loco aduerbiorum ponuntur per nominatiuum, vt fors pro forte, recens pro recenter, per genitiuum militiæ pro militia, per datiuum, vt veſperi ruri ſorti per ſortem.

¶ Nomino as. appello, nomen impono. Lact. an. lib. iiij. Si autem diuinus non ſit ne deus quidem ſit vnde ipſa diuinitas nominatur. Hinc Denomino quod idem eſt quod nomino ſeu nomen alicuius habeo. Columella. libro quarto. Quippe vniuerſæ regiones regionumq; ſingulę pene partes habent propria vitium genera quæ conſuetudine ſua denominant.

¶ Nominatim per ſingulorum nomina, Plini. Cum villico omnes nominatim aſſignati eſſent. Dicitur tamen & de vno vt tenens cruentum pugionem Brutus nominatim Ciceronem inclamauit. Cice. libro. iij. offi. Quicquid enim eſt in predio vitij id ſtatuerunt ſi venditor ſciret niſi nominatim dictũ eſſet pręſtari oporrere.

¶ Nomenclator, a nomine calendo id eſt vocando qui memoriter vnumquẽq; nominatim vocare didicit, vt puta ī foro reos, in conuiuio conuiuas. Apule. Et ad nomenclatorem mox citati venerunt. Horum opera vtebantur potiſſimum candidati, vt ſibi in prenſando ſuffragatores nõmina ciuium ſuggererent. Vnde laudatur Cato ꝙ legem ſeruauerit quæ candidato nomenclatores adeſſe vetat vt per ſeipſum ſine nomenclatore nominatim ſalutaret ciues Romanos. Hi & fatores quoq; dicebantur, quia ſalutatorum nomina vt ait, Feſtus velut infarcirent petitorum auribus, hinc nomenclatio & nomenclatura pro nuncupatione & nominatione. Colu. lib. iiij. Quare prudentis magiſtri eſt eiuſdem nomẽclationis aucupio quo potiri nequeat ſtudioſos non demorari. Plin. li. ij. Iouem quidem aut Mercurium aliterve alios inter ſe vocari & eſſe cęleſtis nomẽclature.

* Nomiſma. Vide nummus.

* Nomius dictus eſt Apollo, hoc eſt paſtor, non ex officio paſtorali, ſed quia ſol paſcit oĩa quæ in terris gignũtur. Cc.

¶ Nomos latine lex dicitur.

¶ Nomodidactes qui legem docet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Nomophylaces legum custodes & seruatores, ἀπὸ τοῦ νόμου a lege φύλαξ custos. Col. li. xij. nō satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos ciues creassent, quos Graeci nomophylacas appellant.

¶Nomotherae latine legiferi dicuntur. Vnde Solon nomotheres dictus.

¶Nomentum oppidum in latio non procul ab vrbe Roma. Martialis. Si vicina tibi nomento rura coluntur hinc nomentana via Romae qua itur nomentum. & nomentani qui nomentum habitant.

¶Non negatiua dictio accommodari potest indicatiuo, vt non tulit Antigenes. Optatiuo. non mihi si centum linguae sint oraq; cētum. Subiunctiuo, vt non illa quisquam me naue per altum. Ire neq; a terra moneat conuellere funem. Quae sinegationi praeponatur affirmat. ut non nihil tibi debeo. i. aliquid tibi debeo. Cum vero postponitur magis affirmat q̄ si praeponeretur, vt si dixero nihil non tibi debeo. Significat enim omne tibi debeo. Ouid. lib. iij. fas. Multa tibi memores nil non debemus Elisae. i. debemus multa tibi cū fueris de nobis merita sed Elisae debemus omnia.

¶Non modo significat non solum, vt non modo te diligo, sed etiam amo. Quandoq; ponitur pro nedum. Trebonius. Ciceroni. non enim nescis quāti te faciam, & quā pro veterrimo amore omnibus tuis etiam minimis commodis nō modo tanto bono gaudeam.

¶Nonnunq̄ significat Aliquando.

*Non autem recte dicimus, at non dicimus non vero, vt amicus caesaris sum non autem assentator, vel assentator vero non. Cc.

*Non ita pridem, hoc est non multo tempore ante. Cc.

*Non sobrius pro ebrio accipitur. Martia. Et nō sobria verba subnotasti. Cc.

*Non tacenda. pro laudanda capitur eleganter. Cc.

*Nona vna ex Parcis. latini nonam decimā & Mortam Parcas dixere, de quibus Gel. lib. iij. Cap. xvi. Cc.

*Nongeni pro noningeni. Cc.

*Nonnullus aliquis. Cc.

¶Nonae, quasi nouae propter initium obseruationis. Vel q̄ ab eo die semper ad Idus nouem dies putentur, sicut apud Tuscos q̄ hi nono quoque die regem suum salutabant & de propris negocijs consulebant. Vel ideo nonae dictae sunt q̄ ante diem nonum sunt. siue a noua luna cum pontifex eo die nouam lunam obseruaret, & visam regi sacrificulorum indicabat.

¶Nonacris locus in Arcadia. Victru. Est in Arcadia nonacris nominata quae habet in montibus stillantes ex saxo frigidissimos humores. hęc autem aqua Stygos. ydor appellatur. qua neq; argenteum neq; aeneum neq; ferreum vas potest subsistere, sed dissilit ac dissipatur. Conseruare autē eā & continere nisi vngula mulina nil potest.

¶Normannia regio galliae vltra Sequanā flumen, quae a Carolo magno deuicta fidem christianā suscepit.

¶Norvvegia regio in Europa Septētrionali versus oceanū Germanicum sita.

¶Norma fabrorum instrumentum habens duo latera quo omnia dirigunt mentiunturq;. quae & Regula dicitur. Vnde quae recta dimensaq; sunt normam habere dicuntur. Cicero. in Le. nunquam ego dicam. C. Fabricium. M. Curium. Tullium, Coruncanum quos sapientes maiores nostri indicabant ad istorum normam fuisse sapientes. per translationem vero ponitur pro recta vitae via. Hiero. diminutiuo vsus est. Si qd in hac normula apostolicae vitę & religionis dispēsatione correctione vel mutatione indiget episcopo vestro committo.

A norma fiunt adiectiua Abnorme & Enorme.

¶Normatus, a, um. q̄d est regulatū & directū. Col. libro. iiij. Antiquā illā iconiā infiximus vt tanq̄ suppositō vasi ad perpendiculū normata insisteret.

¶Nortium penul. cor. regio in Europa. vt lib. ij. scribit. Ptolo. Limites habet ab occasu Enum fluuium, qui medius est inter Vindelicos & noricos. A septētrione danubium. ab ortu solis montem. Cecium qui Pannoniam superiorem determinat a norico. A meridie montem Curuancam qui est sup Istriam. Eam nūc regionem plerique Bauariam appellant. Vnde fit noricus a, um. Hora. lib. i. car. Quas neq; noricus deterreret ensis.

¶Nosos graece, latine morbus nosema, matis morbus aegritudo. noseo aegroto. nosemos aegrotus. nosematicus valitudinarius.

¶Nosocomion hospitale languentium, villa & domicilium ad quod diuertunt aegrotantes pauperes. Hiero. ad Oceanū. Censum quem habere poterat distribuit dilapidauit ac vendidit & in pecuniam congregatum vsibus pauperum prepauit. Et primo omnium nosocomiō id est languentium villam instituit, in quo aegrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus atq; inedia miserorū mēbra refoueret.

¶Nosco is, ui, tum, quod & gnosco dicitur. Vnde Agnosco & Cognosco & ignosco. Significat autem noscere vltra notam significationem charum habere. Vergi. lib. iiij. Georgic. Et patriam solae & certos nouere penates. habet & alia composita. vt. Dignosco Internosco inter alios nosco. Cicero. in Lęl. Secerni autem blandus amicus a vero & internosci tam potest adhibita diligentia. Pernosco perfecte nosco. Colu. lib. vij. Itaq; sicut veteres Romani preceperunt, ipse quoq; censeo tam pecorum quam agrorum cultum pernoscere. Fit autem nosco a graecō. nam greci γνώσκειν dicunt cognoscere γνῶσον cognitum, γνῶσιν notitiam προγνωστικὰ signa. Hinc latini veteres non nosco sed gnosco dicebant. & gnotum cognitum. & gnoto proscio.

ō Noscentia, tiae. idem est, quod notio. Vnde dinoscentia. August. lib. de arbore boni, & mali scriptum est in illa arbore fuisse dinoscentiā boni, & mali.

¶Noscito as. penul. cor. frequentatiuū a nosco. Plau. in Cist. nunc vestigia siqua sunt noscitabo. Liui. lib. tertio. Circunspectare omnibus fori partibus senatorem, raroque vsquam noscitare.

¶Noto as, est frequentatiuum a nosco. Priscia. In quo similiter est notandum q̄ cum a notu sit derivatum corripuit tamen penul. nec mirum. Composita enim a notus mutant o in i cor. vt Agnitus cognitus, cum ignotus seruauerit o. Est autem notare animaduertere. Lactan. lib. ij. Cursus syderum & defectus notauerunt. per translationem scripsit. Ci. Aulo. Ceci. Deinde vt eam in ciuitatem boni viri & boni ciues nulla ignominia notati non reuerrantur in quam tot scelerum condemnati reuerterunt. Sumitur quandoque pro intitulare, inscribere. Hiero. in prolo. super Salo. In prouerbijs notantur prouerbia Salomo. Quandoq; pro facere. Lactan. lib. quarto. Qui signum hoc veri & diuini sanguinis in summo corporis sui notauerūt. Potest etiam dici a nota deriuatiuum vt sit notare signum notā ve apponere. Iuue. Sed quae Fabricius cēsor notet. Lactan. lib. iiij. proprie. Cuius rei figuram etiam Iudaei nunc exhibent cum limina sua cruore agni notant. Et notare est ab alio dictata cōscribere. Vnde qui dictat scriptor. Qui vero scribit notarius appellatur. Item notare, ignominia afficere. Cice. Sed notandam putaui libidinem nimiam. Composita huius verbi sunt Annoto, Connoto, Denoto, Prænoto antenoto seu ante signo. Subnoto. Martia. Et non sobria verba subnotasti habentq; pe. cor.

¶Notę vocantur vulgo ciphere quas teste Eusebio primo Tiro Cicero. libertus inuenit. Sueto. de Caesa. Extant & ad Ciceronem, item ad familiares domesticos de rebus in quibus siqua occultius perferenda erant per notas scripsit, hoc est sic structo literarum ordine vt nullum verbum effici posset, quę si quis inuestigare & persequi vellet quartam elementorum literam. i. d pro a, & perinde reliquas commutet. Gel. de notis Caesaris sic scribit. In epistolis Cęsaris inueniūtur literae singulariae sine coagmentis syllabarum ex quibus verba conficinulla possunt. Curius Cice. pro scriptura posuit. Quare mi Cicē perseuera constanter nos conseruare. Et Sulpitio succes-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sori nos meliori nota commendat. ¶ Quandoq; nota dicitur signum seu macula qua res ipsa notatur. Estq; tam in animo q̄ in corpore. De corpore. Vergi. libro. iij Georg. Continuo notas & nomina gentis inurūt. Vnde genitiuq; notæ dicuntur signa cum quibus ex vtero materno infantes egrediuntur. Cum ad animum refertur & in bonum & in malum sumi potest. Ad laudem Ouidi. retulit cum ait. Ille numantina traxit ab vrbe notam. Ad ignominiam siue probrum. Sueto. Variis affectus notis. Cice. lib. iij. offi. O turpem notam temporum. Inde notare ignominia afficere. Hora. Multa cū libertate notabant. Huius diminu. est notula. a quo fit aliud diminutiuum notella.

¶ Notabilis qui nosci potest. Col. lib. iij. neq; folium notabile gerit id est per quod nosci crebro possit. Quinti. Macie notabilis pallor deformis.

¶ Notarius a notis dictus est. id est literis vel zipheris qui per notas quasdam multarum literarum vim habentes dicta colligunt.

¶ Noteo notes tui. a quo noteſco notus fio. Lactan lib. i. Q̄d quia fieri non potuit vt huiusmodi per seipsum ratio diuina noteſceret, non est passus hominem diutius errare. Proper. Nec minus hęc nostri noteſcet fama sepulchri. Hinc fit innoteſco. Lactan. lib. v. Denicq; a doctis huius ſeculi quibus forteſcripta eius innotuerunt, irrideri solent id est nota & manifesta facta fuerunt. Cypria. vero in epistola ad presbyteros. Innoteſcere pro notū facere posuit cum ait. Vos curate vt ſcripta nostra & illorum reſcripta fratribus nostris innoteſcatis.

* Notia gēmæ ſpecies quā nōnulli ombriā vocant. Cc.

* Notius siue notus vnus ex piſcibus ſigni cęleſtis. Cc.

¶ Notifico as. notum facio. Ouidi. lib. de Pon. Atq; modū pœnæ notificare velis.

¶ Notio cognitio. Demonſtratio. manifeſtatio. Ci. li. iij. offi. Explica atq; excute intelligentiam tuam, vt videas quæ ſit in ea ſpecies forma & notio boni viri. Proprie autem Boeti. commentario. iij. top. notio intellectus est quidam & ſimplex mentis conceptio quæ ad res plures pertineat a ſe inuicem differentes.

¶ Notitia cognitio a notus, quæ & notio dicitur.

¶ Notus a, um, cognitus amicus & charus dicitur. Vergi. lib. vij. Et notis cōpellat vocibus vltro. Idē. Hic inter flumina nota. i. chara vt inquit Serui. notus noti ventus meridionalis hauſter dictus νότος enim latine humor dicitur.

¶ Nothus cum aſpiratione is apud græcos dicitur qui ex vxore non legitima natus est. Verg. libro. vij. Suppoſita de matre nothos furata creauit.

¶ Nothrotes penulti. correp. latine torpida ſegnities dicitur νωτρὸς languidus.

¶ Notus, a, um. proprie dicitur recens & quod nuper fuit. Ouid. In noua fert animus mutatas dicere formas. Corpora, ab νεὸς nouum. Accipitur quandoq; pro magno & mirando. Vergi. Pollio & ipſe facit noua carmina. Quandoq; pro inopinato. Idem. Quis furor iſte nouus? noui quoq; homines dicuntur quorum nulli maiores clari fuere, ſed ipſi per ſeipſos clari eſſe ſcipiunt, & magiſtratus in ciuitate aſſequi. Cice. noui homines plurimi eoſdem honores conſecuti ſunt. A nou? fiunt aduerbia noue & nouiter & ſuperlatiuum nouiſſimus quod pro vltimo poni conſueuit, quia quæ recenter fiunt vltimū locum habent. Ci. lib. i. de ora. Quæ duo ſunt adiudicāda nouiſſima.

¶ Nouitius, a, um. quod est nouum. Cuius contrarium est Veteranus. Martianus. Si tamen nouicia mancipia fuerunt non etiam veterano. Mancipia autem nouitia intelliguntur quæ anno nondum ſeruierunt. Pli. Nouitium vinum reſinatum conducit.

¶ Nouo as. nouum facio. Sal. Conſul optimū factu ratus noctem quæ inſtabat ante capere ne. quid eo ſpatio nouaret. Huius, cōpoſita ſunt, Innouo & renouo. Liui. libro. i. Fœdus inter Romā lauiniūq; vrbes renouatū est. Et in ſacris literis. Innoua ſigna immuta mirabilia.

¶ Nouacula æ. culter raſorius. a nouo as. q̄ nouare, id est nouum facere videatur. Augu. in Matt. Sed inſideatur cōtra potens acuit nouaculam vñ capillos nōvnde caput inclinet. Colu. lib. vlti. poſuit pro cultro licet non raſorio. Raporū inquit q̄ rotūdiſſima ſumito, eaq; ſi ſunt lutoſa detergito & ſummā cutem nouacula decerpito.

¶ Noualis genere fœ. & nouale genere neu. dici poteſt ſecundum Serui. & diuerſis modis exponi ſolet. Paul. Iurecon. dicit eſſe terram proſciſſam quæ anno ceſſat. Sic Var. Qui inter mittitur a nouando noualis ager. Sic Plini. Nouale est inquit quod alternis annis ſeritur. Idem ſentire videtur Feſtus cum ait. noualis ager nouæ relictus ſementi. At Ser. vult noualem eſſe aruum tunc primum ad ſementum proſciſſum. Vnde Vergi. Impius hæc tam culta noualia miles habebit. Deplorabat enim agrum in quo inſtruendo magnopere laboraſſet. Sic Hierony. diffinit nouale est ager nūc primū proſciſſus. Et Quinti. in Milite, Mariano. Mox ingentibus lacertis humum fodere ſegnem, futuris nōualibus eruere ſyluam. Sed. Vergi. in ſenſum priorem accipit cum inquit. Alternis idem' conſas ceſſare nouales. Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum. Ideoq; Ser. alibi ait. noualia. i. noua terra quę per ſingulos annos renouatur per ſemina.

¶ Nouellus a, um. diminutiuum a nouus. Ambro. nouellū ōliuam dixit.

* Nouellius Mediolanenſis quidam fuit temporibus Tyberij Cæſaris qui geſtis honoribus a prætura ad cōſulatum vſq; peruenit, & Tricōgius cognominatus est q̄ tres cōgios vini vno impetu optauerit. Cc.

¶ Nouello as. nouum agrum colo, ſeu nouas vites pango. Sue. Edixit ne quis in Italia nouellaret. Huius compoſitum est Renouello quod est rurſus nouellum fieri. Columella lib. tertio. Eiuſmodi vinea ſi non aridos in opera habet truncos & flecti poteſt factis ſulcis optime ſternitur atque ita renouellatur.

¶ Nouelletum ſumitur pro vinea ex nouellis vitibus conſita Paul. Iureconſul. Veluti ſi nouelletum in fundo factū ſit.

¶ Nouerca dicitur quam quis liberis ſublatis nouam vxorem ducit arcendæ familiæ gratia. dicta q̄ noua ſuperinducatur a patre.

δ Nouercari est nouercarum more agere hoc est maligne & inimiciter.

δ Nouenniæ ciuitas Thraciæ, quę & Amphipolis dicitur. Ouid. in arte. nona terebatur miſeræ via viderit inquit. Et ſpectat zonam pallida facta ſuam.

¶ Nouocomenſes dicti ſunt quos Comum diuus Cæſar inquilinos ad habitandum deduxit. Fuerunt enim quinq; milia e quibus quingenti illuſtriſſimi græci fuerunt qui oppido nomen reliquentes, & nouūcomū appellantes, nouocomenſes oppidanos vocauere. hos ciuitate donatos in habitatorū numero deſcripſit. Eſt autem Comum quod & nouum comum dicitur, oppidum Italiæ tranſpadanæ a Plinio in noua regione collocatum. a quo Comenſes & nouocomenſes dicti ſūt.

¶ Nouem genus numeri. a quo fit nouenus a, um. & nouenarius a, um, Var. Quo pacto erunt in mulis & paſtoribus nouenę partes, vbi nec admiſſurę nec fœturæ obſeruant. Sed do ī hominibus poſſe nouenariū retinere numerū.

¶ Nouendiū. ix. dierū ſpatiū. a quo nouēdiale ſacrificiū quod mortuo fieri ſolebat nono die poſtq̄ erat ſepultus. Liui. Nouēdiale ſacrū publice ſuſceptū est.

¶ Nouūciū dicitur q̄d est nouē vnciarū.

¶ Nox a noceo q̄ oculis noceat, vel a græco quod est νύξ. Vnde & nictileus dictus est bacchus q̄ eius ſacra noctu celebrarētur. Est autem nox terræ vmbra. noctis partes ſunt veſpera crepuſculum conticinium intempeſtiuum Gallicinium lucifer & matutinum. Diuidunt etiam milites noctem in vigilias quatuor, quæ ſingulæ trium horarum ſpatio ſupputantur q̄m ſeruant caſtra viciſſim per vigilias Et dicebant prima vigilia ſecunda tertia, & quarta. Et vt ſcribit Hierony. vigiles ſecūdi primis, & ſecundis tertij, tertiſq; nouiſſimi in ſtatio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ne ſuccebebant, dato ſigno a Tubicine. Vnde Luca. Tertia iam vigiles commouerat hora ſecũdos. A nox fiunt pernox noctua nocticorax nocturn⁹, nocteſco, pernocto, noctiuagus noctiluca, binoctium, Trinoctium quadrinoctiũ & hmõi.

¶ Noxa pœna dicit. nam noxæ dedere dicimus aliquẽ hoc eſt pœnę tradere ob noxam quæ ſignificat culpam. Vnde noxales actiones vt Paul. inquit appellantur quæ non ex contractu ſed ex noxa atq; maleficio ſeruorum aduerſus nos inſtituuntur, quarum actionum vis & poteſtas hæc eſt vt ſi dãnati fuerimus liceat nobis deditione ipſius corporis quod deliquerit euitare litis æſtimationem, dando ſcilicet corpus viuum. Ouid. Verba fides ſequitur, noxæ tibi deditus hoſtis. Spargitur effuſo cornua Bacche mero, Aliquando noxa dicit culpa. Vnde Iureconſultus de verbo ſignificatione ſcribit noxæ appellatiõe oẽ delictũ cõtineri. Li. Ob quã meã noxã Ter. ieu. Vnã hãc noxã amitte, ſi aliã admiſero vnq; occidito. Alicui dicitur læſio dãnum. Ouid. lib. xv. me. nocte nocent potę ſine noxa luce bibuntur. Col. lib. iiij. Ea res a noxa curculionum videtur conditas fruges defendere. Suet. Spurinamq; irridens & vt falſum arguens q⁹ ſine vlla noxa ſua idus Martiæ adeſſent. Noxitudo etiam apud veteres pro noxa dicit.

¶ Noxia culpa. Plaut. in mer. nihil magis manifeſto teneo in noxia es. Qua noxia?

¶ Noxius a, um. quod nocet. Cuius contrarium Innoxius qui non nocet.

¶ Nubes eſt vapor humidus in ſublime egreſſus, ſiue aer in liquorem coactus, cuius denſitas haud dubie ſolem obumbrat Sunt qui hoc nomen a νέφος deriuent quod apud græcos a priuatione lucis nomen accepit quemadmodum κνέφας q̃d nymbum ſignificat a quo noſtri gnephoſum dixere obſcurũ quaſi nebuloſum. Var. Gnephoſus locus & ſine vlla luce.

¶ Nubecula diminu. pua nubes. Pli. lib. xviij. nubecula q̃uis parua ventum procelloſum dabit.

¶ Nubilus a, um. pe. cor. fuſcũ nubibus tectũ. nubilus vero ſubſtantiuũ ſignifi. ipſam nubem.

¶ Nubiloſus a, um. q̃d eſt nubibus plenũ.

¶ Nubilarium, locus quo propter nubes conferunt frumenta ſemitrita. Col. lib. i. Huic arenæ nubilarium applicari debet maxime in Italia, ppter incõſtantiã cęli, quo collata ſemitrita frumenta protegantur ſi ſubitaneus imber acceſſerit. Dicitur & nubilar. Idem lib. ij. Quæ ſi falſibus ſeges cum parte culmi demeſſa ſit protinus in aceruum vel nubilar cõgeritur

¶ Nubilo as. nubilum ſeu obſcurum facio. Cato de re ruſti. Vbi nubilatur & noctu ſub tecto põito, quotidie cum ſol erit in ſole ponito. Hinc componitur. Obnubilo quod eſt totum obſcurum facio & quaſi nubibus impleo. Gel. li. i. Ac ne oris quoq; & vultus ſerenitatẽ Stoici, hominis vnquã vlla poſſe ægritudine obnubilari.

¶ Nubo is, pſi, ptum. & nuptus ſum preteritum facit, ſignificat operio velo, a nube quæ cęlum operit. Quoniam vero ſponſæ apud veteres dum viro tradebantur nubere hoc eſt velare capita ſolebant factum eſt vt nubere vſurpetur p viro tradere ſeu viro tradi. nam & actiue dicimus nupſit filiam cæſari, & paſſiue, Cuius filia nupſit cęſari. Eſt autem proprii mulieris. Terẽ. in an. Aiebant hodie filiam meam nubere tuo nato, non enim vir ſed mulier proprie nubit. Licet quã doq; figurate vel peruerſo naturæ ordine prepoſtere dicatur Pomp. in pauiceatis. Sed meus frater maior poſtquam vidit me domo eiectum nupſit poſterius dotatæ vetulę varicoſæ Aphræ. Suet. de nerone. Cui etiam ſicut ipſi Sporus ita denupſit. Iuue. Quid quęris nubit amicus. Conſtruitur cum datiuo & aliquando cum ablatiuo mediante prepoſitione cum vt mulier nupſit mihi, & mecum. Cice. Mar. Catoni. Regis Parthorum filium quo cum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror. huius paſſiuum lectum eſt, non nubent neq; nubentur. Vbi Hiero, nubunt viri, nubuntur fortaſſe vxores, quamuis & mulieres nubere dicuntur, & quidem frequentius quã nubi. Idem contra Heliod. nubebant omnes & nubebantur.

Vnde hic nuptus & hæc nupta, maritus & marita. Plaut. in Caſ. Carinum libet ſcire quid agat nouum nuptũ id eſt maritum vt exponit Priſci. Huius verbi compoſita ſunt connubo quod eſt matrimonio iungor, quaſi ſimul nubo. Apul. ne ſcientibuſq; parentibus puellari ætate connupſeramus. Hinc Connubiũ ius legitimi matrimonij. Denubo. Innubo. quod proprie ſignificat ad domum viri tranſire. Vnde & pro tranſire ſimpliciter ſumitur. Lucil. lib. xi. ſaty. Suam enim euadere atq; innubere cenſent. Hinc innubus qui vxorem ducit & innuba quę viro traditur. Obnubo abſcondo tego. Stat. Obnubitq; comes & temperat aſtra galero. Liui lib. i. Caput obnubito infelici arbori reſte ſuſpendito. Pronubo nuptijs præſum. a quo pronubus, & pronuba pe. cor. ſed cętera omnia habent penul. produ.

ỏ Nupturio ris. pe. cor. nubere cupio. Apul. in apolo. Eaſi claro nupſiſſet homini ruſticano indecrepito ſeni ſponte eã dicere res ſine vlla magia iam olim nupturiſſe.

¶ Nubilis q̃ eſt apta vt viro in matrimoniũ iungatur.

¶ Nuptus a, um. participium. Lac. Eamq; zephiro nupram. Vnde nupta verba dicebant quę non licebat virgini dicere. Plaut. Virgo ſum nondum didici verba nupta dicere. Huic contrapoſitum eſt Innupta quę nondum accepit virum. vt innuptæ puellæ, nuptus nuptæ maritus, quamuis raro ſit in vſu niſi apud veteres, vt apud Plau. Charinum libet ſcire q̃d agat nouum nuptum. nuptus tus. pro ipſo nubendi actu. nã dicimus, hæc data eſt nuptui & ad nuptum. Cęſar. Et ſoroses ſuas nuptui in alias ciuitates collocaſſe. Augu. lib. vi. de ciui. dei. Sacra ſunt Iunonis & hęc in ei⁹ dilecta inſula Samo celebrantur vbi ad nuptũ data eſt Iunoni.

¶ Nuptiæ coniunctio maris & fœminæ, & conſortium omnis vitæ, diuini & humani iuris cõmunicatio proprie tamen dicuntur cerimoniæ & hilaritates in ducendis vxoribus.

ỏ Dictæ nuptiæ vt inquit Ambroſius libro de patriarchis, quod pudoris gratia ſe obnuberent puellę. Vnde in Geneſi. Scribitur q⁹ cum veniret rebecca. Vidit Iſaach deambulantẽ & cognito q⁹ ille erat cui duceretur vxor deſcendit & caput ſuum obnubere cœpit, docens verecundiam nuptijs præire debere.

¶ Nuptialis & hoc nuptiale quod pertinet ad nuptias. vt nuptialis thalamus. Hinc fit nuptialiter aduerbium quod ſignificat more nuptiarum.

¶ Nuptiator qui nuptias appetit. Hiero. cõtra Iouini. Dicam & ego nuptiatoribus meis qui poſt caſtitatem, & diuturnam continentiam ſudant ad coitum & pecudum more laſciuiunt Sic inſipientes eſtis, vt cum cœperitis ſpiritu, nunc carne conſummemini.

¶ Nuces a nocendo dictæ q⁹ ſatis noceant. Ouid. Quoniam ſata lædere credo. Cultus in extremo margine fundus habet ſiue q⁹ linguę noceant. Vel q⁹ vt nox aerem ita nux ſucco ſuo corpus atrum faciat. Conſtat nucis nucleum eſſe difficilem cõcoctu, dolorem capitis inferentem, tuſſiẽtibus inimicum. Gręci eam κάρυον vocant a grauidine capitis κάρα enĩ caput ſignificat. Eſt autem nux generale omnibus quæ duro operimento tegũtur, vt ſũt Caſtaneæ amygdalę auellanæ & huiuſmodi. Verg. Caſtaneæq; nuces. Pomum generale nomen omnium fructuũ quæ ex arboribus eſui apta proueniunt ſiue mollium ſiue durorum. Mala vero non quodcũq; pomi genus teneroris atque carnoſi, ſed ea tantum dici quę ſui nominis arboribus producuntur, his ſcilicet quas malos vocamus, quẽadmodum pyra quę pyrus producit. hoc modo mala citrea ſiue medica dicimus, mala cotonea, mala punica & quæ vulgo generali vocabulo appellantur mala. De nucibus. Vide in dictione iuglans.

¶ Nuceus a, um quod eſt ex nuce. Hieron. y. ad Paulinum, de Daniele. Secundus virgam nuceam & ollam ſuccenſam a facie aquilonis.

¶ Nucula dimi. minuta nux. Vñ & pnes. ini nuculę appellati ſunt. a nucula fit aliud dimi. nucellr.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Nucleus quod tenerum in nuce includitur. Plaut. in Cur. Qui e nuce nucleum esse vult frãgat nucem. Inde Enucleo as. non solum autem nucleus dicitur de nuce sed etiam de testa & ferro, vt ex Victru. lib. vij & Plini. patet. vtrũ ea vox statuam fere id significet ꝙ græci nunc chondron, nunc pyrena vocant, materiam quãcunq; probiorem intus ac resistentem intelligi volentes. Plini. Fornacum maxima differentia est, in his ꝙ. idem nucleus ferri tamen excoquitur ad indurãdam aciem. Aliquæ modo sunt ad densandas incudes malleorum q̃ rostra.

ō Nucamenta, pe. cor. a nuce inclinari videtur. Pli. lib. xvi. nucamenta appellat paniculas quasi quasdam dependentes ex ramis abietis.

¶Nuceria ciuitas campaniæ. de qua Syl. Illic nuceria & garus naualibus. Lucerina vero oppidum Apuliæ a qua lucerini dicti sunt.

¶Nudus a, um, quod est sine tegmine. Verg. nuda sinu. Ponitur q̃nq; p insepulto, ꝙ. f. cadauer saxo tectũ nõ sit. Idẽ nudus in ignota Palinure iacebis arena.

¶Nuditas simplicitas. Et q̃nq; sumitur pro inopia.

¶Nudipedalia, sacra erant Hierosolymis, vt scribit Hieronymus contra Iouini. De his meminit Egesip. libro secundo bel li iudaici.

¶Nudo as. nudum facio detego. Apul. Tum vulnus nudare iussus est. Inter nudum & nudatum sic distinguitur quod nudũ sit q̃d nunq̃ tectũ fuit. nudatũ q̃d tectũ esse consueuit, sed nunc tectũ nõ est. Aliq̃n nudo significat indico. Vergili⁹. Traiectaq; pectora ferro nudauit. A nudo fit cõpositũ denudo pe. pro. vt denuda crura tua.

¶Nudiusterius & nudiusquartus composita sunt a nunc & die tertio & die quarto id est nunc est tertius, & nunc est dies quartus. Semperq; de præterito dicuntur. Dicitur & nudiusquintus & nudiusextus. Plaut. in mus. nam heri & nudius tertius & quartus & quitus sextus vsq; postq̃ hinc peregrei eius pater abijt.

¶Nugearum. a non & ago cõponi videtur ꝙ nihil agant. Sunt enim sermones leuium rerũ ac nullius ponderis, & plærũq; scurriles ioculatorijq;. Vñ Catul. & mart. poemata sua vocant nugas, vt de inanibus vel rebus vel verbis loquentia. Scribit. Hiero. hoc vocabulum ex hebreo fonte ad græcos latinosq; deriuatum.

¶Nugax trium generum. Similiter & nugas trium generũ & indeclinabile. idem signifi. scilicet nugatorem & eum qui vana loquitur. Hierony. in Sophonia. Nugas quia a lege recesserant congregabo. & in libro. Sapien. Tanquam nugas æstimati sumus abillo.

¶Nugigerulus pe. cor. qui vana nunciat.

¶Nugiuendus ab antiquis dicebatur qui aliquid mulieribꝰ venderet. Nam omnia quibus mulieres vtuntur pro rebus vanis atq; inutilibus habentur. Plau. in aul. Nugiuendis rebꝰ soluta est omnibus.

¶Nugalis & hoc nugale quod est nugis plenum seu quod est nugarum. Gel. Sed, toreumatibus tm nugalibus delatrãtes obnugatione iusta incessuit.

¶Nugatorius a, um. idem quod nugale. Cice. lib. ij. ad Herẽ. Duo sunt genera vitiosarum argumentationum. Vnum quod ab aduersario reprehendi solet, idq; pertinet ad causã alterum quod tametsi nugatorium est, tamen non indiget reprehensione.

¶Nugor aris. vana & nugas ago. Plau. in epi. num mihi nugari potest quin fidicinam tu huc producis cropolistidem? Vernacula lingua dicimus dar zanzi. Hinc nugator nugis turbator. Idem in Cap. Euge pol talem talento non emam millesimũ. nam ad sapientiã huius nimius nugator.

ō Nugamenta idem quod nugæ. Apul. lib. i. A quo istorum nugamenta hæc comparasti.

¶Nullus a, um. compositum est ab vllus quam si non aliqs vel ne vnus quidem. Quod cum sit nomen, ponitur tamen quandoq; pro non & vllus, Terent. in And. nullus sum id est non sum. Et plus est dicere nullus sum quã perij, nam qui perijt corpus est reliquum. Qui vero nullus est ita est ac si natus non sit. Interdum nullus ponitur pro non vel minime. Teren. in an. Liberatus sum hodie daue tua opera ac nullus quidem. Plau. in Tri. Nullus credas, nulla est mihi vita expectanda sine te. Tale est ac si diceretur, ne duorum quidem vita mihi dulcis est sine te.

¶Nullatenus pe. corre. aduerbium significat nulla ex parte nullo modo.

¶Nullibi significat in nullo loco.

¶Num soli indicatiuo iungitur ad quod pertinet interrogatio, & pene idem signifi. quod an, subintelligiturq; vtiq; negationem. vt num ego te spoliaui? q. d. ego te non spoliaui, sed quoties per negationem interrogamus subintelligitur affirmatio, vt num ego te spoliaui? quasi ego te spoliaui. Cum autem num postponitur verbo finito subiunctiuum postulat. Cice. Interrogaui nũ dubitarent.

¶Numa pompilius vir Sabinus & a Romulo secundus rex iustitia & pietate insignis qui pacatis finitimorũ odijs gemini Iani tẽplũ ędidit. q̃d aptũ bella, clausũ pacẽ indicaret. Mox ad religionẽ cõuersus in deorũ timorẽ quo ad mitiora truces flecteret animos, sacra instituit, sacerdotes creauit, virgines vestales sacrauit pontificẽ maximũ primus declarauit dies factos nefastosq; condidit, annum in xij. menses diuisit. Postremo vbi maxima cum reuerẽtia & suorũ & finitimorũ creuisset quadragintaq; annis regnasset, diem suum obijt. Suidas τοῦτον οἱ γραμματικοὶ καὶ μὴ ἐπιδήμιον ὄντα προσεβάλοντο μετὰ τοὺς μεσοβασιλεῖς καὶ φλαμινίους· ἱδρύσατό τε καὶ ἱερὰς παρθένους ✳. i. hũc Romani aduenã admiserũt post autẽ reges & flamines edidit salios & vestales virgines.

¶Numellæ genus vinculi lignei, ad discutiendos noxios paratum, quo collum & pedes immittuntur. Paul. in Asi. Qui aduersum stimulos laminas crucesq; compedesq;, neruos, catenas carceres, numellas, pedicas, boias. Varro lib. secũdo de re rust. canibus dedit cũ ait. Cõsuefaciũt quoq;, vt alligari primũ possint leuibꝰ numellis quas si abrodere cõantur ne id cõ suescant facere vermibus eos deterrere solent. Col. libro. vij. bobus cæterisq; magnis animalibꝰ. Vbi inquit possunt etiã numellæ fabricari vt inserto capite descendentibus per foramina regulis ceruix teneatur. Idem dedit ouibus & capris. li. vij. nonnulli ante q̃ pecus numellis inducãt virides pineas nuces in mulctram dimittunt.

¶Numen proprie voluntas dei est a nuo is. quod veteres ꝑ volo vsurpabant. Verg. non hæc sine numine diuum eueniunt. Aliquando per translationem ponitur pro potestate dei Vnde diuersa numina id est diuersæ potestates in vno deo esse possunt. sicut de Iunone scribitur ꝙ fuerit. Cures quia veteretur curru & hasta. Quia partubꝰ prẽesset lucina dicta est Quia prẽesset nuptijs pronuba dicebatur. Aliquando numẽ sumitur pro ipso deo, Vergi. Spero equidem medijs si quid pia numina possunt Supplicia hausurum scopulis. Aliquãdo pro habitu atq; ornatu. Vergilꝰ. Vadimus immissi Danais haud numine nostro.

¶Numerus est collectio vnitatũ. Vñ vnitatẽ dicũt non esse numerum sed principiũ nũeri. Et licet nũerus dicatur de ijs q̃ numerantur, interdum etiam refertur ad ea quæ mensurantur. Cice. lib. ij. offi. Si exempli gratia vir bonus. Alexandria rhodum magnum frumenti numerum adduxerit. Interdũ ad ordinem. Idem lib. ij. de natura deorum. nihil est enim vt orationem numero moueri possit sine cõsilio in quo nihil est numerarium. Verg. Digerit in numerum. Et quoniam omnis concentus, & omnis harmonia numeris constat, frequenter etiam non solum pro ratione harmoniata ponitur quam græco vocabulo rhythmos appellamus. Vergi. Numeros memini si verba tenerem. Hinc oratio quæ numeris caret, soluta dicitur quę vero numeris constat numerosa. sed etiã absolute pro quacunq; ratione. Idem lib. xi. Herrusciq; duces equitumq; exercitus omnis. Compositi numero in turmas id est rationabiliter. Et numerus dicitur quasi societas & grex seu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pars. Vñ dicimus aliquẽ esse ex eorũ nũero qui ẽ eorũ pticeps. Sal. Dũ hæc Romę gerũtur. C. Manlius ex suo nũero legatos ad Martiũ regẽ mittit. i. ex iis q ptis suæ erant. A nũerus fit adiectiuũ innũer⁹, a, ũ, ꝙ est sine nũero, hoc ẽ infinitum. In nũerato esse dr, cũ pecunia est in prõptu, vt habeo pecuniã in nũerato, hoc est nõ valorẽ, sed pecuniã ipsam promptam paratãq. Vnde de actore dicente ex tẽpore dictũ est, ĩgeniũ eũ in numerato hre, hoc ẽ semp prõptũ paratũq ad oĩa sicut de Pollione Asinio serĩs iocisq pariter accommodato dictũ est esse eũ horarũ omnium. Sciendũ est in nũeris vt maxim⁹ quisq ita primo loco ponitur, vt vigintiquiq, triginta sex sed si copula intercedat, is nũerus ꝓponit qui minor est, quoties infrã centũ & supra viginti loquimur vt vnus & vigĩti duo &. xx. Cice. Plãco vno &. lxxx. anno scribens est mortuus. Isocrates. iiij. &. lxx. eum librũ qui panegyricus inscribit scripsisse dicitur, vixitq quiquenniũ post, cui⁹ magister Leõtinus Gorgias cẽtũ & septẽ cõpleuit ãnos. Ex quiqb⁹ verbis colligitur ante cẽtum pręponi numerũ minorẽ post centum postponi. Eodem modo loquemur supra viginti milia vsq ad centum milia, vt milites nostri sex & viginti milia erant vel milites nostri erant vicies & sexies mille, vel militum nobis erant vigĩti sex milia. Etei hæc noĩa dũ copula carẽt cõposita vidẽr vt, xi. xii. xvii. xxii. xxiii. quemadmodum illa vñuigínti, duodeuiginti. Eodẽ modo. Vndeuigesimus duodeuigesimus. Vñcentesimus duodecẽtesimus. Vñmilesim⁹, duodemilesimus & reliqua similiter. Hæc em̃ noĩa secundus, tertius, cẽtesimus & reliqua hmõdi significant vltimũ ex eo numero, vt secũdus. i. vltimus ex duobus. Tertius vltimus ex tribus. Centesimus vltimus ex centũ. licet primus non significet vltimũ ex vno, sed ipsum vnũ in ordine tamen ad multos subsequentes. Aliquãdo tñ nõ pro vltimo ex eo numero vsurpantur, vt centesimã partem bonorũ patris assecutus sum, hoc est vnã ex centũ. Aliqñ pro bis tantũ ter tm̃, vt hic ager cẽtesimũ fructũ attulit, hoc ẽ cẽties tm̃ quantum semẽtis acceperat. Pli. Admiscetur huic far. vt mitiget amaritudinẽ eius. Et tñ sic quoq; ĩgratissimum ventrĩ ẽ. Nascit q licũq; solo ex centesimo grano, ĩpmq; ꝓ lætamine est. i. cum centũ granis siue cũ centuplo grano, hoc modo appellata est quadragesima, ꝙ. xl. dies contineat. Hoc significatũ habent nomina illa numeralia, simplus duplus decuplus & similia. Hoc ẽ semel tm̃, bis tm̃, decies tm̃. Sunt ꝓtereanũeralia vnarius, binarius, ternarius, vicenarius, centenarius, & similia, q denotant nõ multiplicationẽ sed nũerũ aliarum rerũ q nõ nominantur, vt lapis centenarius nõ ꝙ centuplus sit sed centũ librarum, homo centenarius ꝙ habet centũ annos. Grex cẽtenarius, centũ capitũ grex. Dicim⁹ etiam binariũ, ternariũ, centenarium nũerũ, quia nũerus omnia cõplectit ꝓpter quod recte dicimus. Centenariũ nũerũ annorũ ingressus est, nõ aũt centenarium annũ. Et milenariũ numerũ põdo vehit nõ aũt millenaria pondo. Itẽ singulũ, binũ, trinũ, siue ternũ, quaternũ, quinũ, senũ, septenũ, octonũ, nouenũ, denum, vndenum, duodenũ, ternũdenũ, quaternũdenũ, quinundenum, senundenum, vel denũquaternũ, denũquinũ, denunsenum, denũseptenum, denũoctenum, denũnouenũ, vicenum. Vicenum singulum, vicenũbinũ, vicenũternũ, siue singulũ & vicenũbinũ & vicenũ, & ita deinceps. Tũ tricenũ, quadragenũ, sexagenũ, septuagenum, octogenũ, nonagenũ, centenũ, quibus oratores vtroq; numero vtuntur, sed frequẽtius plurali præsertĩ vbi subiectũ nomẽ cui addunt tm̃ pluraliter declinat, vt binę literę, binę nuptię, bina arma. Poetę vero frequẽtius singulari vtuntur, sed oratores fere ꝓpriã vsurpant significationẽ horũ nominũ. Binus em̃ siue bini significat singulis duo. Ternus siue terni singulis tres vt creabantur olim bini consules. i. p singulos annos duo. Et accepimus omnes a Cęsare bina talenta. i. singulis nobis data sunt a Cæsare duo talenta. At poetę aliq; scriptores pro suis fere primitiuis hæc nomina accipiunt. Verg. Gurgite septeno rapidus mare submouet amnis i. septẽ gurgitibus Idẽ. Per duodena regit mundi sol aureus astra. Pli. Prodigiosa sũt quę circa hoc tradit Theophrastus auctor alioqui grauis. septuageno coitu durare libidinem contactu eius. i. septuaginta coitibus. Sed in his omnibus notandum est, ꝙ a triginta tricenũ dicimus g, in c, mutata, sicut ꝓ vigeno vicenũ. Trecenũ vero a trecentum. quia hęc noĩa supra cẽtum quidẽ syncopãtur ĩfra vero nõ syncopãtur. Quippe duceni dicimus ꝓ ducẽteni. Treceni ꝓ trecẽteni. quadrĩgeni quĩgeni, sexeni, septĩgeni, octĩgẽteni, nõgeni, vel nonigeni ꝓ quadrĩgẽteni, quĩgẽteni, sexcẽteni, septĩgenteni, octĩgẽteni nõgẽteni. Cẽteni aũt & milleni ꝓpter dictionũ breuitatẽ nõ syncopãt. Sunt itẽ noĩa numeralia. simplex, duplex, triplex, quadruplex, cẽtuplex, & similia, a quib⁹ simplicitas duplicitas, & reliqua. Et aduerbia simpliciter, duplici ter cum reliquis. Item aduerbia numeralia, bis ter quater, decies, centies, millies. In quibus notandum sicut superiora illa quę diximus supra cẽtum syncopari, ĩfra cẽtum minime ita hęc, ediuerso ĩfra cẽtum syncopãt, vltra vero nõ vt vicies ꝓ vigĩties. Tricies ꝓ trigĩties, quadragies, quĩquagies, sexagies septuagies, octogies, nonagies, cætera vero non syncopãtur. Quĩquies, sexies, septies, octies, nonies, decies, centies, ducenties, trecenties, quadringenties, quingenties, sexcenties, septĩgenties, octingenties, noningenties, milies, bismillies, termillies, quatermillies, quinquiesmillies, deciesmillies, viciesmillies, & deinceps.

¶ Numerosus a, um, quod magnõ constat numero, vt numerosus populus, numerosa multitudo. Numerosa vero oratio quę numeris constat.

¶ Numerale quod ad numerum ptinet. Vñ numeralis scientia quæ tractat de nũeris, græce arythmetice dicitur. Et apud grãmaticos noĩa numeralia quibus vtimur in numerando, vt vn⁹, duo, tres, & aduerbia numeralia, vt bis, ter, & hmõi.

¶ Numerabile quod numerari põt. Cuius cõtrarium est In numerabile quod numerari non potest.

¶ Numerarius siue numerator dr qui summe atq; mirabiliter computat. Auctor Aug. lib. ii. de libero arbitrio.

¶ Numerarius a, um, quod ex numero est, a quo supernumerarium quod supra numerum additum est.

¶ Numerius a numero prænomen deductum est.

¶ Numeratim aduerbium significat per numeros.

¶ Nũero as, quasi nũmos cõputo. Ver. Biscq die nũerãt ãbo pecus. Huius cõposita sunt Annũero, ꝙ ẽ alicui nũero. Plaut. in Asi. Etiã nũc dico piphanes rhodo mercator diues absente hero solus mihi talẽtũ argẽti soli ãnũerauit & mihi credidit. Q ñq; ãnumerare signi. adiũgere. Mar. Impẽsis vitã principis ãnũeres. Cõnũero simil vel cũ aliis nũero Et cõnũerari est de alicuius nũero. i. societate esse. Dinũero clare & distincte nũero, vt Dinumerauerunt oĩa ossa mea. Plaut. i asi. Verũ istuc argẽtum tu mihi si vis dinũerare. Põt, et significare diuerse nũero, enũero pfecte nũero. Terẽ. in adel. Iã ne enũerasti id ꝙ ad te rediturum putes. i. calculasti & rõnẽ seu cõputũ fecisti pnumero pfecte nũero. Plaut. i epi. Age age absolue atq; argẽtum numera ne comites morer, pnũeratũ est. Renũero tursus numero seu restituo. Terẽ. i Hecy. Si ẽ vt velit reducere vxorem, licet sin alio est animo renumeret dotem.

¶ Nũmus a numismate appellatus est. Græci em̃ nummum νόμισμα vocant. Quo verbo & latini eodẽ modo vtuntur Hor. Retulit acceptos regale numisma Philippos. Mar. Cur data sunt equiti bisquiq; numismata quare. Numisma vero ἀπὸ τοῦ νόμος quod est lex, quia cũ ꝓmutatione vti hoies solerẽt lege nũmi vsus ĩtroductus ẽ. Quapropter nostri nummũ monetã appellauere ꝙ signo numismatis monerẽtur cuius ꝓtii eẽnt. Fuitq nũmus decima psaurei denarii. Numm⁹ adulterinus moneta falsa. Ci. li. iii. offi. Quęrit etiã si sapiens adulterinos nummos accepit ĩprudens ꝓ bonis cum id rescierit soluturus nesit eos sicui debeat pro bonis ẽ.

¶ Nummulus diminutiuum paruus nummus.

¶ Nummosus nummis plenus, diues.

¶ Nummatus qui nummis abundat. Apud Plautum.

¶ Nũmarius a, um, ꝙ ad nummos ptinet, vt res nummaria nũmãri⁹ rii, qui nũmis deditus est. Hie, ad Mar. Volo innum-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

marios inuehi sacerdotes.

¶ Nūmularius cāpsor pecuniarū, qui nūmos ad mensam tenet vel q officio mēsæ nūmorum inseruit. Hie. ad rus. Et nūmulariorum æra dissoluit. Idē nūmulari⁹ q nūmos cudit q & Monetarius dī. nūmulariū argentario viliorē esse docet Iure consulte⁹. Sed ꝓprie cāpsor pecuniarū a nris argētarius a græcis Trapezita. nūmularij & mensarij sunt minutiores non tenentes libros in quibus data acceptaq; scribūt quos græci colibistas appellant.

¶ Numidia, pars Africæ inter Tingitanam & Carthaginiē sem regionem ἀπὸ τῶν νομάδων. i. a pascuis locis versa o litera i u. Pli. lib. v. scribit numidas nomades dici a permutandis pabulis, mapalia sua. i. palustres domos circunferentes. Ea regio vt Pompo. scribit spacio angustior est q̄ mauritania. sed magis culta & ditior vbi numidicum marmor effoditur Hinc numidicus a, um. vt lapis numidicus qui inter generosa marmora anumeratur. A Papinio Libicus silex appellatur. Et paui menta pœnica a veteribus dicebātur quæ ex marmore numidico strata erant.

* Numidiana pyra dicuntur a regione numidica. Cc

* Nūtor viri propriū Romuli & remi auus maternus. Cc.

* Numitius amnis est non longe a Lauinio. Cc.

¶ Nunc aduerbiū tp̄is & hoc quod græcis est νῦν γάρ εἰς προθεσις c. significat hoc pñti tp̄e q̄uis, qñq; ꝓ noīe. Ponatur Ci. Nūc tp̄is nūero, quasi tp̄is pñtis, & quasi. nūcini si latinitas pateretur, sicut Crastini. Interdum ponitur pro sero. Vergil. Nūc scio qd sit amor. Interdū nullū tp̄s denotat, & ꝓsed accipitur. Ci. Quæ quidē multo plura euenirēt, si ad quietē integri iremus, nunc onusti cibo & vino confusa & prturbata cernim⁹. Dī & nūcnup dedit. Terē. in Eu. Idē. Menādri phasma nūcnuper dedit. Est enī ex illis verbis q̄ veteres propter ambiguitatē cū adiectione proferebant.

¶ Nūcupo as. pe. cor. nominio. Li. li. i. Quē Iuliū eundē Iulia gens auctorem sui nominis nuncupat.

¶ Nūcius q nunciat & q̄d nūciatur. Ver. Et nūcius ibis pelidę genitori. Plau. in Sti. Prę cucurri vt nūciarē nunciū exoptabilē. Hie. li. ii. reg. Si sol⁹ est bonus nūcius est in ore eius. Nuncia q̄ aliquid nūciat. nūciū res q̄ nūciatur A nūcius sit internūncius qui inter duos medius est ad aliquid tractandum.

¶ Nūcio as. moneo significo. Terē. in Hecy. At istos inuidos dii perdant q hęc libēter nūciant. Huius cōposita sunt Annūcio q̄d est alicui nūciū porto. Hie. li. i. ꝛ. Necq enī fieri pōt vt si certe cognouero cōpletā esse patris mei militiā contra te non annunciem tibi. Denuncio manifeste nuncio. Col. Sinautē cæli status frigidus & pruinosus hyemis violentiam denuntiat in idus Februarias hanc curā differemus. Enuncio extra nuncio manifesto. Sal. Prope p. Fuluiā dolum ciceroni q̄ parabatur enunciat. Prēnuncio antenuncio. Terē. in phor. Abi prænuncia hanc venturā. Pronuncio profero. Vnde pronūciatio prolatio. De qua Cice. lib. i. ad Herē. Probatio est vocis vultus gestus moderatio cum venustate. Et ꝓnunciare est decernere, a quo ꝓnunciatū statutum, obnūcio, contra aliorū voluntatē seu malū nuncio. Teren. in adel. Primus sentio mala nostra, prim⁹ resisto, oīa prius porro obnūcio ęgre, solus si quod sit fero. Do. Qui malā rem nuntiat, obnūtiat. obnūtiare etiā dñr augures q aliquid mali ominis sępiūq; viderīt. Cic. ꝓ Sex. Cūq; auspiciis religionicq; parens obnūciaret q̄d senserat. Vñ & pro resistere reluctariq; ponitur. Sue. in Cæsa. Lege autem agraria promulgata obnunciantē collegā armis foro expulit Renuncio de quo alibi.

¶ Nūdinę arū. pe. cor. a nono die dictę sunt quasi nouēdinæ q̄ instituteq; perhibent vt rustici octo dieb⁹ in agris esset & nono die repeterēt vrbē ad mercatū ꝓ legibus accipiēdis, & vt scita atq; cōsulta frequētiore pplō referrent q̄ trinūdino die p̄ posita a singulis atq; vniuersis facile noscebant. Vñ etiā mos tract⁹ vt leges trinūdino die ꝓmulgarent. Dicit & nūdinū neu. ge. Liui. Post q̄ vero comitia decē viris creādis in trinundinū indicta sunt. Trinūdinus aūt dies vel trinundinum siue Trinunnūdinū dicebat dies tertiarū nūdinarum, q p̄ dici antea solebat, vt notior esset vniuersis. Idē est enī dicere Trinūdino & tertijs nūdinis & in trinū dinum hoc est in tertias nundinas. Sunt qui putēt Trinūdinū esse triū dierū spaciū ad habenda comitia creandorum magistratuū causa. Sed Fest. scribit nefas esse nūdinis agi cū pplō, q̄d ē pplm̄ ad cōciliū aut comitia vocare. Alij nō pro triū dierū spatio sed pro loco accipiunt, q̄ tribus in locis vno die fierent comitia, aut tribus diebus vno in loco celebrarentur.

¶ Nundina æ. Romanorū dea a nouo die nascentium dicta, qui lustricus dicitur.

¶ Nūdinator qui ī nūdinis mercat. Festus. Nūdinis rustici cōueniebant mercandi & vendendi causa tumq; nefas erat cū populo agi ne interpellerentur nundinatores.

¶ Nundinor naris. palam vēdo sicut in nūdinis fit. quod & Nūdino as. dicit. Iul. Firmicus lib. vi. mathe. Quæstus & libidinis causa pudorem duobus fratribus nundinabit, & ad coitum fratrem inuitabit & filium. Apul. Toti nunc iudices sententias suas pretio nundinantur.

¶ Nudinarius a, um. quod ad nūdinas pertinet, vel quod nūdinis deputatū est. Pli. lib. xij. His cōmercijs Caracē oppidum aperuere quod est illis nundinarium.

¶ Nunquando pro eo quod est nū aliquādo ponit. Et habet accētum in pe. sicut Aliquando.

¶ Nunquid interrogantis particula qua non tam interrogamus q̄ exactius instamus plērūq;. Cōponitur autē ex nū & qd sed m mutat in n. Et modo aduerbiū est vt nunquid ego sum rabbi? modo nomē. vt nunquid criminis habens q̄d mihi obijcias? Sed apertius in nōneu. ge. vt nunquis oīm nostrū te offendit? hoc est an aliquis.

¶ Nunq̄ nullo tempore, a quo nonnunq̄ quod significat aliquādo. Nūq̄ nō significat semper. Sueto. in Tib. Turbatiore cælo nunq̄ nō coronā laureā ceruice gestauit q̄ fulmīe afflari gatur id genus frondis.

¶ Nuo is, cū suis cōpositis. Vide in dictione Abnuo.

¶ Nuper aduerbium significat non longo tempore a nunc. Boe. Hoc autē q̄d nup diximus. Q ñq; de longiori dī. Cice. de diui. Nā ante disciplinā patefactā q̄ nup inuenta est. Hinc Nuperum. i. recens nouū. Plau. Recens captum hoīem nuperum nouicium. Nuperrimus recentissimus.

¶ Nurcia vrbs ātiqua ī Vmbria ex q̄. Q. Sertori⁹ vir rei bellicę sciētissimus ortus est. Suidas. νουκρία καὶ νουκρία πόλις τυρρηνίας ἡ καὶ νακρία δὲ διὰ τοῦ ἀλφα. ✱. i. nucria & nurcia vrbs Thyrrheniæ quæ & nacria per a dicitur.

¶ Nusq̄ locū legat, & significat nullibi, sicut vsq̄ alicubi quasi vno quouis loco nusq̄ nō significat vbiq; nō nusq̄ alicubi.

¶ Nutrio is, iui. vel trij. secundū Prisc. Et ꝓprie paruulorū est vt crescāt. Inuenit etiā nutritor tā deponēs q̄ passiuū. Ver. li. ij. Geo. Hoc piguē & placidā paci nutritor oliuā. i. nutrito. Hui⁹ compositū est Enutrio.

¶ Nutrico as. pe. cor. idē significi. Cice. li. ij. de nat. deo. Omnia quę sunt sic sua membra & suas partes nutricant & cōtinent. Col. lib. vij. passiuū protulit. Nam suburbanus lactens porcus acere nutricandus est.

¶ Nutritius qui nutrit, siue qui curam habet infātiū & adultorū vt viuant. Hier. Non dixit, Accepit filiū suum & vxorem suā, sed puerum & matrē eius quasi nutritius, non maritus. Hic accipitur quasi custos & nutritor Mariæ in necessitatibus, nisi dicamus quasi nutritius pueri nō maritus Marię. Est & nutritius a um. Col. lib. ij. Ne incremēta duricia sua reuerberet sed tenero velut nutritio sinu recipiat & cęlestes admittat imbres.

¶ Nutrix quę nutrit. Cuius diminutiuum est nutricula. Iuuena. Gallia vel potius nutricula causidicorum.

¶ Nutus & nutoas. Vide in dictione Abnuo.

O ante Y

¶ Nyctileus dictus est Bacchus q̄ eius sacra noctu celebrarē tur. Nam νύξ latine, nox dicitur.

¶ Nyctilopes qui vident interdiu, occidente autem sole ce-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nũt exiliter, noctu nihil. hi etiam luſcioſi dñr a latinis. Nyopes vero qui iam ab initio ortus ſui niſi admota contueri nequeũt quod genus curã non recipit, vt Vlpi. in ædilitio edicto inqt. Pli. lib. viij. Caprinum iecur ſi veſcaẽ reſtituit priſtinam aciem his quos nyctiopas vocant.

¶ Nycteris, idis, veſpertilio tam minutis pedibus vt eis carere videatur.

¶ Nyctícorax coruus nocturnus, q & nocticorax,

¶ Nyctileia, ſacrificia q̃ Baccho fiebant, a nocturno tp̃e dicta. Vnde & Bacchus nyctileus dictus eſt.

¶ Nyctimene filia Nyctei, quo etiã noſe dicta eſt auis quædã in quã cõuerſa Nyctimene ferẽ, qm̃ cũ pre cõcubuerat facinus recognoſcens in ſyluas aufugit & in noctuã cõuerſa lucẽ odit nocte tm̃ volitans, a grẽcis appellaẽ γλαῦξ.

¶ Nympha latine ſponſa. Sed putauerunt antiqui nymphas aquarum deas eſſe quaſi lympharum numina. Nymhę vero ab aquis deęſunt q̃les ſunt dryades hamadryades & orcades Quippe veteres grẽci nympham dicebant quã nos mutatione vnius lr̃ę lympham hoc eſt aquã. Aliqñ nymphę dñr muſæ q̃ aqua, currẽdo muſicos ſonos efficiat. Hinc ſępenumero a poetis inuocanẽ. Verg. Nymphę nr̃ amor libethrides. Nymphus dr̃ ſponſus a quo paranymphus. Dicũtur & nymphę apes cum primum formam cœperint habere. ὃ Pli. li. xi. Apes aliæ in vermiculo aliæ in nympha eſſe phibentur. In vermiculo ſunt cũ primũ ab incubatu excluduntur excepto rege qui nõ vermiculus ſed ſtatim penniger exiſtit cętera turba cũ formã capere cœpit nymphę nominatur.

¶ Nymphea plurali numero & ge. neu. dñr lac⁹ & balnea. Iul. Capitolinus. Opa Gordiani romæ nulla extãt p̃ter q̃dã nymphea & balneas. Ioſe. ſcribit Herodẽ apd Aſcalonã cõſtituiſſe nymphea. i. lacus & balneas.

¶ Nyſus & Nyſa nomina propria ſunt. Verg. Nyſus & Euryalus. Idem. Mopſo Nyſa datur.

¶ Nyſa etiã vrbs Arabiæ apud quã vt Diodor. ait Bacchus educatus a nymphis fuit. Vñ & Nyſeus dictus eſt cognoĩatus Dionyſi⁹, a Ioue ſ. & nyſa nomẽ accipiẽs. Nyſa etiã nõ tãmõs q̃ ciuitas in India eſt a libero p̃e vt refert Strab. condita carminibus poetarum celebratiſſima ſita ſub radicibus mõtis quẽ Meron incolę appellant. Prop. Indica Nyſeis arma fugata choris. Alia eſt Nyſa in Bœotia apud Homerũ. Apud pli. in Caria, apud Strabonẽ vicus in Helicone vbi ſimilimodo colliti Bacchus. Apud Ptol. in Ionia ac Lycia Apud Stephanum in thracia multi tamen Nyſæ arum. declinant.

¶ Nyſſa p̃ geminũ ſſ. repagulũ vnde curſores mouentur ab νεύω inclino, q̃ cũ metã attigerint inclinentur.

* Nyſſa hederę genus maximis inter nigras corymbis. Cc.

¶ Nyſirus pe. cor. inſula in qua eſt vrbs eiuſdẽ nominis Home. Qui Nyſiron habet ęlſam carpatonq̃ Caſonq̃.

ὃ Hęc non longe diſtat a Coo. In ea fiunt optima vina.

ὃ Nympheus locus in lydia.



VARIIS modis poſitum iuenitur. Nam nomen eſt vocalis Aliquando aduerbium vocandi. Vergilius. O regina nouam cui condere Iuppiter vrbem. Aliquando admirandi. Iuuenal. O qualis facies & quali digna tabella. Aliquado indignandi. Cicero in catil. O tempora o mores o paterni generis oblite, materni vix memor. Aliquando optati aduentus, aut repente percuſſi Terentius. O ſolue, o Pamphile. Vergilius. Adſis o placiduſq; veni. Intenitur quandoque iunctum cum ſ. Perſius O ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro. Quandoque cum vtinam. Ouidius Ovtinam tunc cum Lacedæmona claſſe petebat. Interdum eſt Interiectio dolentis. Cicero. O me miſerum, o infœlicem. Exprimit nonnunquam exultantis affectum, Vergi. O mihi ſola mei ſuper Aſtianactis imago. Et O fœlix ſi te tua Roma, videret. Tacetur quandoque o, cum accuſatiuo iungitur. Nam & nominatiuo & vocatiuo iunctum legimus, vt apud Plinium iuniorem. Hominem te patientem ac potius durum ac pene crudelem. Et ſituti docet Donatus maioris ſtuporis eſt hocmodo pronunciatum, & quandoque melius ſonat. Terẽ. in Eu. Hominem perditum miſerumq; & illum ſacrilegum.

D ante A

¶ Oararicha dicuntur mugilum oua ſalę condita, antequã ad menſam apponebantur (ſicut ægyptij cadauera aromatibus) ᾠὸν enim oũum, interpoſita u euphoniæ cauſa, ταριχοῦ ſalſũ dicitur. ταριχεύω ſeruo condio liquefacio ſicco. Suidas. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ξηραίνειν καὶ δίνου ἐἰς γάρον ἐξχωρίζεσθαι, λέγεται γὰρ ἡ χρὰ καὶ ὁ ταριχὸς, ὁδ' ἐστὶν ὡς ἀφισοφάνης φησὶ τράχοισ. ἐστὶ δ' ἐκρέαα ἁλσὶ πεπασμένον παρὰ δ' ἐἰς γάρον ἐξχωρίζεσθαι. * Id eſt ſignificat & ſiccare & quale in Garum ſeparari dicitur & ταριχηρὰ falſamentum & taricos neutri generis vt Ariſtophanes in ranis, eſt autem caro ſale conſperſa in girum ſeparata.

ὃ Oaxis fluuius cretæ, licet Seruius Meſopotamiæ fluuium dixerẽt.

¶ Oaxus ciuitas Cretæ ab Oaxó Accallidis nymphæ Minoidis filio, vel a ſitu loci, q̃ crepidines Græci axos vocent. Herodotus quoque oaxum vrbem Cretæ facit in qua Ethearchus pater Phronimæ matris Bacchi regnauit, qui Cyrenẽ Lybiæ vrbem ædificauit.

D ante B

¶ Ob præpoſitio ſeparari & componi poteſt. Separata cauſalis conjunctionis locum tenet. Vergilius libro vndecimo. Cuius ob auſpicium infauſtum moreſque finiſtros. Apud veteres etiam pro ad ponebatur. Ennius. Pendet ob Romam noctu legiones duecre. Cicero Papyrio Pæto. In eo igitur conuiuio Cicero ille quem ſpectabant, cuius ob os Graũora obuertebant ſua? Sic dicebant, obire pro adire, obmoueo pro admoueo. obiacent pro adiacent, & compluta hoc genus. Compoſita quandoque ſignificat contra. vt oppugno. obiicio. Quandoque circum, vt obambulo, obſideo. Quãdoque ſuper ſiue coram, ſiue obuiam, vt obuenio. Quandoque ad, vt obeo. Dicimus enim Iſte obiuit mortem. hoc eſt iuit ad mortem. Componitur autem cum a. vt obaudio. cum c. vt occumbo d. vt obduco e. vt obeo f. vt offero g. vt obgannio h. vt obhærbeſco i. vt obiicio l. vt oblitero m. vt obmutęſco n. vt obnitor o. vt oboriorp. vt oppugno. q. vt obquiuiſco r. vt obruo ſ. obſto. t. vt obtineo. u. vt obumbro. Sed quoties vocalibus iungitur vel d. l. n. r. ſeruatur b. integra. Cum. c. mutatur b in c præterquam in obcæco, obſcurus, & obſcænus, in quibus duobus vltimis. b. ſeruatur & ſ. additur poſt b. Cũ aliis literis mutatur b, in ſequentem literam niſi in his quæ modo excipiam. In f. mutatur, vt offendo, offella, vbi cauſa metri abiicitur. b quum tamen in offa in f mutetur. In m vt omitto niſi apud poetas, vbi o breuiatur, & b abiicitur. In obmutęſco b. ſeruandum puto, ſed non proferendum, quamuis mutari in m debere videatur, vt de omitto. Priſcianus ſentire videtur In p oppugno. In oportet tamen neque b neque p ſicut in opportunus geminamus. In operio ſimiliter adoperio & coopeno, in quibus l abiicitur. In q vero abiici puto b vt oquiniſco In t varie ſentitur, ſed per b vſus ea ſcribit, vt obtineo. In obſtrudo vero additur ſ. præpoſitioni, ſicut in obſcurus. Et aliud eſt obtrudo, aliud obſtrudo.

¶ Obacero as. pe. cor. Vide in dictione Acero.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Obęratus cum æ diphth. dicitur miles seu quis alius q ære dato tam obligatus est quasi ęre alieno astrictus & debitor ad aliquid operandum. Cęsar. li. i. Com. octs obęratos, quorū magnum numerū habebat, eodem cōduxit. Var. Res maioris vt vindemias & fœnisecia administrent ii, quos obæratos nostri vocitarunt.

¶ Obābulo aduers⁹ alios ambulo, vel ambulanti me oppono siue circumeo, autobuiam eo. Plautus in cap. Item alii parasiti frustra obambulant in foro. Vergilius libro quarto Georgi. dativo iunxit Non lupus explorat ouilia circum. Nec gregis bus nocturnus obambulat. Quod Ser. exponit insidiatur. Sed figurate dictum puto, vt it clamor cęlo. Aliquando obambulare accipitur pro vna iunctim q ambulare. Suetoni⁹ in Tibe. Et secretum petenti non nisi adhibito Druso filio dedit, dextramq obambulantis, veluti incubens quo ad perageret sermo continuit. Ouidius de Polyphemo dixit. Nocturnus obambulat pro eo quod est vltro citroque ambulando discurrat.

¶ Obaresco circunquaq aresco.

¶ Obaudio auditum postergo. Et in eadem compositione au mutat in e. & dicimus Obedio, & fit contrariæ significi. quasi dicto obediens sum. Inuenit Obedire dici de turpi obsequio. Cicero. Dum autem ipse dedecori ac turpidini obedierit, nō modo imperator omnino habendus non erit. ponitur interdum obaudire pro audire seu obedire. Augusti. lib. xvii. dubita. Dei Pro eo q obaudiuit Habraam pater tuus vocem meam, & custodiuit præcepta mea. Alibi dativo iunxit. Et præcepto vtriq obaudire cupientis. ἡ ἑλληνικὸν τάχα ὠβὰ πλῆθος μέρος, ὅτι ἡ τῆ τύρθη πίνει μέρη συμποσίοις ἐξεδίδοτο. * Id est Vel græcum forsitan multitudinis pars, q hæc in turba & conuiuis datur bibere.

¶ Obba poculi genus, dicta quasi ob bibere sit facta.

¶ Obcęco as. nō plus significi. q cæco in quo b. remanet contra aliorū regulā. Col. lib. iii. Velut ignorantię tenebris obcęcata luce veritatis caruit. Idē lib. ii. Vbi solutior est humus al quæ fiunt patētes, quędā etiā obcęcant ita, vt in eas ora hiantiū fossarum cōperant. i. desuper teguntur.

¶ Obdo is. ex ob & do, signi. oppono siue appono. Et p claudo poni cōsueuit. Terē. in Eu. Pessulū ostio obdo.

¶ Obduro as. pe. pro. durum facio. Hiero contra Ruffi. Vsq adeo ne obdurasti frontē, vt in mēdacio ponas spē tuam?

¶ Obdureo es. rui. Aq obduresco. durus fio. Ci. Cornifici. Eq dē sic iā obdurui, vt ludos Cęsaris nostri equissimo aīo viderem. qd est quasi callum feci.

¶ Obdulcesco is. circū dulcis fio. Aug. li. vii. cōfe. Nā si primo sanctis tuis literis formatus & in earū familiaritate obdulcuisses mihi postea in illa volumina incidissem, fortasse abripuisset me ab solidamento pietatis.

¶ Obduco is pe. pro. superduco, tego. Hiero. in Geñ. Cumq obduxero nubibus cęlum. Verg. Et cinis obducte celabat lumina prunę. Aliquando ponitur, p detego, aperio. Lucil. Vos interea lumē auferte. atq aulā obducite. Aliqñ pro circūduco siue contra duco. Plau. in pseu. Si hos expugno facile ego hāc rem meis ciuibus faciam, post ad oppidum hoc vetus continuo meum exercitum protinus obducam. Aliquando pro facio, cōtraho. Pli. Iam callum obduxerat.

¶ Obedo is. pe. cor. cōsumo, quasi circumedo, a quo

¶ Obesus a, um. pro gracili & exili & circūroso macilentoq Nęuius. Corpore pectoreq vndiq obeso tardi ingenio senis Aliqñ significat comedo. Vnde Obesus pro vberi & crasso, vt sit obesus, quasi ob edendum factus. Verg. li. iii. Geo. Argutumq caput breuis aluus obesaq terga. Hier. Minus soleretes sunt, quibus obesissimus venter est obesitas pinguēdo. Pli. In magna obesitate.

¶ Obedio is. iui. itū. obtēpero. vide in dictione ob audio.

¶ Obelus penul. pdu. latine dicitur veru. A cuius similitudine virgula quędam inter puncta etiā veru dicit iacēs sic. Hac vsi sunt ecclesiastici interpretes, qua denotatur aliquid additū in translatione quod in prototypis nō habet. Hiero. ad Pauli. origenis studium me prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis admiscuit, asteriscō & obelo opus omne distinguens. Sic dictus q obelo id est veru sit similis, vel quia tanquam veru superflua iugulat & consumit Suidas. ὀβελὸς ἢ σοῦβλα ξεμοφῶμ ἐπάταξεμ ἐν ὁμβουπόρῳ τίς ὀβελισκοδιαμπερὲς τὰμ μηρὸν τοῦ ἐγγυτάτω καὶ παρὸ μία τὸ θερμὸν τοῦ ὀβελοῦ ἐπὶ τῶμ τάχειρονα ἀντὶ τῶν κρεττόρων ἁρπαζόμενοι. * Id est obelus Subla Xenophon percussit in transitu obeliscō traiectū femur, ppissime & paroemia calor obeli ad peiora, p melioribus detentis.

¶ Obeliscus diminutiuum ab obelus magis nomine quam re dum magnę res obelisci dicantur. Est autem lapis asperrimus in figura metæ cuiusdam sensim a proceritate in excelsum cō surgens, paulum gracilescens, specie quadrata in verticem, pductus angustū manu læuigat⁹ artificis. Qui multi Romæ fuisse referuntur. Et sunt pyramidibus longe minores. Solis numini sacrati, propter quod ad radiorum similitudinem fiebant.

¶ Obeliscolychnium instrumentum militare, ab vsu gemino s. veruculi & lucernę dictum.

¶ Obeo is. iui. vel obii. tum. Est autem obire. Nam ob pro ad quandoq ponitur. Vnde obire mortem est ire ad mortē Plautus in Aulu. Vbi is obiit mortem qui mihi id aurum credidit. Similiter obire diem dicimus pro eo quod est mori, quasi ire ad diem fati. Ser. Sulpi. Ciceroni Nuncia tū est mihi. Marcellum diem suum obiisse. Et obire vadimonium est ire ad vadimonium. Sic dicimus obire rus. pro ire ad rus. Cicero Mario Tu modo istam imbecillitatem valitudinis tuæ sustenta & tuere, vt nostras villas obire, & mecum simul lecticula concurrere possis. Aliquando significat præsto esse. Sueton. in Cæsar. Tanusius adiicit Crassum diem cædi destinatum non obiisse Aliquando exequi. vt obeo legationem id est exequor munus siue officium legationis. obeo prouinciam, exequor officium prouinciale, obeo vitam, perficio vitam. Liuius libro primo. Eum iura redditurum obiturumq alia regis munia esse, ponitur quandoq sine actō, & significat morior. Iuuen. Magnus cuius obit, & formidatus othoni. Et obire est circuire. Vergili⁹, Magnas obeuntia terras. Liui. lib. i. Tum sacerdotibus creandis animum adiecit, qq ipse plurima sacra obibat id est circuibat visitando. Item obire obuiam se præbere. Terē. in Hecy. Adeo tuam antiquam venustatem obtines, vt voluptati obstitus, sermo, aduentus tuus quocunq aduenerit semper sit. Donatus obitus occursus.

¶ Obequito circūequito. Liui. li. ii, Veiens hostis Hetrusciq eo magis, ppere agere, lacessere ad pugnā primo obequitā do castris prouocandoq.

¶ Oberro as. circumerro. Persius per translationem procircū uolo posuit quum dixit. Diues arat Curibus quātum nō mil uus oberrat.

¶ Obesco as. ab esca cōpositionē habere cōuenit, quasi esca facio. Col. lib. x. Nōnulli tribus aequę partibus vnam boni vini miscent, madefactoq triticeo pane obescant auē, q prima luna (qm id quoq custodiendum est) saginari cœpta vigesima pglscit. Inesco idem ferme significat, sed per translationem ponitur pro decipio. Terent. in Adel. Nescis inescare homies Dona. Metaphora ab aucupibus, qui auibus capiendis effundunt cibum.

¶ Obex ge, masc. vel fœmi, ab obicio significat cuiuscunq rei obiectionem siue obstaculum. Vergi. lib. x. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Hierony. Sagitta quæ contēto neruo dirigitur difficile vitatur, ante enim ad eū ad quē iacta est peruēit, q obice clypei frustretur. Vnde & pessulum serāq ostiorū obices appellamus.

* Obgannio, vide Gannio.

¶ Obherbesco is. ex ob & herbesco. Herbescere vero est herbā fieri. Cice. in Cato. Et elicit herbescentem ex eo viriditatē, q nixis fibris stirpiū sensim adolescit. Festus. obherbescere herbam increscere.

¶ Obiaceo es. pe. cor. circum aut contra siue obuiā iaceo. Col.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lib.ij.Sed vastos cespites cõuellit qbus obiacentib⁹ impeditũ aruum minus recte põ iterari.Liui.li.ix.Quum ad alias angustias protinus pergerẽt,septas delectu arborũ, saxorũq; ingẽtiũ obiacente mole inuenere.i.cõtraiacente.

¶ Obiicio is penul.correp.anteiacio,antepono,porrigo,offero.Col.lib.vii.Tenerrimã quãq; frondem,aut pampinos vitis obiici.f.boui.Plautus in Cur.Flos veteris vini meis naribus obiectus,id est porrectus. Teren.in Heau. Vt hanc notitiam nec opinãti primus obiicerem ei domi.i.offerrem vel darem.Aliquando contraiacio oppono.Aliquãdo infero.Plautus in Am.Qui multa thebano populo acerba obiecit funera.Aliquando repente ostendo.Claudia.Ex templo sese mediis obiecit in aruis.

¶ Obiecto as.frequenter obiicio,oppono,imputo.Lactan.li.iii.Et stultitiam quam nobis isti deorũ cultores obiectare non desinunt.Interdum ponitur pro expono. Verg.lib.iiii.Et corpora bello obiectant.

¶ Obiectus a,um.participium.Obiectus us.nomen,quod significat oppositionem.

¶ Obiectum philosophi vsurpant pro omni eo quod cerni potest.i.quicquid oculis obiicitur.

¶ Obitus a,um.pe.cor.participiũ.vt Morte obita qualis fama est volitare figuras.Eiusdem significatiõis cũ obeo is,obitus tus.nomẽ,quod mortis executionẽ significat.Ci. Quũ de obitu fratris literas accepissem.Modo occasum. Verg.li.i. Georgi.Nec frustra signorum obitus speculamur & ortus. Modo aduentum Turpi.Et quis est qui interrumpit sermonẽ meum obitu suo?

¶ Obiter pe.cor.ex ob,circum & iter cõpositum aduerbium significat incidenter, hoc est prẽter propositum,quasi in itinere occurrens,aut quasi per iter &in transitu. Pli.in prolo. Vt obiter caueam istos homeromastigas. Et libro xviii.Maior pars Italiæ vtitur pilo,rotis etiam quas aqua verset obiter& molat Idẽ lib.xi.Cui⁹ angustiæ nõ sinunt vagari incertã aciẽ & velut canali dirigũt obiterq; incidẽtia facile declinant Iuuena. Aut obiter leget aut scribet vel dormiet intus id est interi Sunt qui exponãt obiter prẽcise tali causa

¶ Obiurgo gas. Valde arguo reprehẽdo,vel cõtra aliquem clamo Terẽ.in An.Nã si obiurges illum vitæ qui auxiliũ attulit,quid facies illi qui dederit damnũ aut malũ

¶ Obiuro ras. pe.pro.iurando astringo Ci. pro Cælio fuit in hac causa pertristis quidã patrius censor magister obiurauit, M.Cælium sicut neminem vnq̃ parens

* Oblationes proprie dicuntur quę diis offeruntur. Veteres offerentia dicebant.Cc.

¶ Oblecto as.& oblector aris.Vide in dictione Delecto.

¶ Oblido is.pe.pro.ex ob & lido seu lædo significat circũ circa vsq; ad mortẽ pcutio,suffoco,neco.Lactã.li.vi. Ne illud quidẽ cõcedi aliqs existimet vt recẽtes natos liceat oblidere q̃ vel maxima est ipietas. Ad vitã enĩ de⁹ inspirauit aĩas nõ ad mortẽ.Col.lib.viii.Ne angustię fœdus oblidant.

¶ Obligo as.pe.cor.circũligo Idẽ li.viij. Vt admissarij dexter vel etiã sinister vinculo testiculus obligẽt.Curti⁹. Ne obligato quidẽ vulnere haud segni⁹ destinata exequitur.Per translationẽ obligare est deuincere seu debere. Ci. Au. Trebonio. Dolobellã antea tm̃ mõ diligebã,obligatus nihil erã. Differunt tñ scdm Asco.obligatus & districtus q̃m obligatus in pœnis & in vinculis dicitur Districtus sine vinculis.

¶ Oblimo as.pe.,p.ex ob & limus cõponi videtur quasi circumlimo siue super limo repleo.Ci.lib.ij.de natura deorũ.Nilus Aegiptum irrigat,& quum tota estate obrutam oppletãq; tenuerit tum recedit, molitosq; & oblimatos agros ad ferendum relinquit. Verg.li.iij.Geor.Et sulcos oblimẽt inertes.Per translationem Clau.lib.ij.pro obcęcare& quasi limo meatus claudere vel inquinare posuit.Sed q̃ dissuasor honesti Luxus & humanas oblimat corpora mentes. Est & oblimo a limos as.compositum Hora.in ser.Rem patris oblimare malum est vbicunq;.

¶ Oblino pe.cor.circumfœdo Lactã,lib,iiij,Luto se oblinunt qui deos.i.terram lutũq; venerantur.Sal.in Iug.Simul gladium sanguine oblitum ostentans.

¶ Oblitero as.obscurum facio,casso deleo,vel in obliuionẽ duco,& quasi e literarum monumentis deleo. Cice. ad Senatum. Publici in me beneficij memoria priuatam offensionem obliterauit.Lactan.lib.vi.Ergo idẽ dominus ac parens indulgentissimus remissurũ se pœnitentibus peccata promittit & obliteraturum oẽs iniquitates eius q̃ iustitiam denuo cœperit operari.Fit autĩ oblitero vt quidã putant a littus,q̃ ibi nota ta a fluctib⁹ æquari & tolli soleãt.Alij ab obliuione.i. a supino oblitum,vel dici potest ab oblino,sicut a lino litera.

¶ Obliuiscor cõpositũ videtur ab oblino,qa vero accẽtu differunt põ esse simplex dictio.Est & verbũ deponens quãuis aliqñ passiue sumatur. Verg.Nũc oblita mihi tot carmina,p a me.Et cõstruitur mõ cũ actõ.Lactan.lib. vi. Spero (inquit) te Cęsar qui obliuiscì soles nihil nisi iniurias modo cum genitiuo.Hiero,ad Aug.Pene epistolę tuę vel eius qui tuo nomine scripserat obliti sumus,

¶ Oblitus a,um.pe.,pd,participium ab obliuiscor,vt Nunc oblita mihi tot carmina.oblit⁹ vero pe.cor.ab oblino est quasi circunlitus & circunfœdatus.Tibul.oblitus & musto feriet pede rusticus vuas.

¶ Obliuium idem quod obliuio.Hora.in Ser. Ducere sollicitæ iucunda obliuio vitæ.

¶ Obliuiosus dicitur is qui cito obliuiscitur.

¶ Obloquor pe.cor.contra loquentem vel in cõtrariũ loquor Liuius.Notatos quoq; qui ferociissimi oblocuti erant singulos manu corripuit. Ponitur etiam pro maledico. Vñ oblocutores maledici,detractores.

¶ Obnitor pe.pro.cõtra nitor. Vide in dictione nitor.

¶ Obnoxius ex ob & noxius componitur. Noxius autem a noxia aut noxa deriuatur,quæ a nox originem habuisse debent q̃ noxa a nocendo est vt inquit Varro.vel nix, & hæc vocabula eãdẽ sapiunt nocendi significationem,quam nox habet. Apud antiquos noxia pro dãno capiebatur ait.Fest. apud poetas pro culpa.Noxa vero pro peccato aut peccati pœna,quæ omnia complectitur noxius. Nam qui noxius est damnum sibi plærũq; & alij,culpam vero sibi infert, postrea moq; peccati pœnã. Vnde obnoxius id est circũnoxius,qui si noxia siue noxa circundatus,vel quasi ob noxiã siue noxã notatus & pœnę addict⁹,propter quod vtcũq; capiatur breuiter significat subiectus vel obligatus,q̃ alterum ab altero dependet.Qui enim subiectus est alicui, etiam illi quodammodo est obligatus.Proprie tamen vt inquit Festus is est qui pœnę obligatus est ob delictum.vt puta si quis morbis obnoxius ob nimiam cibi intemperantiam,aut si mulier ob stupri cum aliquo viro consuetudinem illi obnoxia sit.vt apud Sal. Eratq; ei cum fuluia nobili muliere vetus cõsuetudo,cui quũ minus gratus esset quia præinopia minus largiri poterat,repente glorians maria montesq; polliceri cœpit,& minari interdum ferro,nisi sibi obnoxia foret,i.morem gereret. Improprie autem quis dicitur obnoxius quasi vel damni vel culpæ quicquam admiserit.vt multi sancti viri fuerunt prauis hominibus obnoxii,ac si aliquid mali meruissent,quum tamen innocentes essent.Vnde ad multa alia similiter translatum est ipsum vocabulum,quale est illud apud Colu.libr.iiii Sin autẽ regiones predictis ventis fuerint obnoxię.Et libro v.Maturum fructũ ,p sternit,& canibus ferisq; reddit obnoxium.Ecce hæc nihil deliquerunt,sed tñ quasi deliquerint obnoxia dicuntur q̃ illæ ventis obiectæ sint, hic q̃ maturus fructus prostratus & obiectus canibus & ferris est.Quinetiam ad eos qui beneficiis deuicti sunt transfertur,quasi damnum beneficiis eorum aliquod ex hoc intulerint,quod tamen plęrunq; illatum fuit siue culpæ,siue gratiæ,siue libertatis causa. Hiero, in prologo.Salo.Quasi aut equum sit me votis esurientibus aliis laborare, aut in ratione dati & accepti cuiquam prẽter vos obnoxius sim id est debitor seu deuinctus obligatusve. Plautus in Cap. Obnoxii ambo vobis sumus propter hanc rem,quum quę volumus nos copia ea facitis nos compotes,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vnde apud Liuiū obnoxie dicere ſnīam, accipitur pro ſeruiliter. Interdum obnoxius ponitur pro noxio. Et ſic obnoxius & innoxius ſunt cōtraria. Aennius. Sed virū vera virtute viuere animatū adiecit fortiter, eumq; innoxiū vocare aduerſ⁹ aduerſarios, ea libertas eſt qui pectus purum & firmū geſtitat, aliæ res obnoxiæ nocte in obſcura latent. Interdū pro obſcuro. Nox enim pro obſcuritate ponitur. Plau. Nūc ego here ele perij plane. non obnoxie.

¶ Obnubo is. pe. pro. Vide in dictione Nubo.

ǒ Obnubilare ē quaſi caligine quadā, & nubilo obtenebrare. Apul. obnubilauit animā. Innubilare vſurpauit Firmicus. Quod accidere ſolet intermorientibus.

¶ Obolus pe. cor. genus ponderis quod ſex ſiliquas continet. Teren. in An. obolo empto. Suidas. ὀβολὸς ὁ τόκος ἔλαος νομίσματος ὀβολὸς δὲ παρὰ ἀθηναίοις ἓξ εἰσὶ χαλκῶν. ὁ δὲ χαλκοῦς λεπτῶν ἑκατὸν. τὸ δὲ τάλαντον τὸ ἀργυρίου τῶν νῦν τίσσαρα καὶ νομίσματος. καὶ θὴ δὲ μνᾶ ἑξακόσιοι εἰσὶ τὸ τάλαντον τὸ χρυσίου ἑξακοσίων δηναρίων εἰσί. ✳. i. obolus vſura numiſmatis genus obolus vero apud Atheniēſes ſex eſt chalcorū. i. nummorū ęreorū. Chalcus autē tenuiū ſeptem talentū argenti nūc quatuor & numiſmatis. vij. & viij. Mna vero ſexageſima eſt pars talenti, aurei eſt multiplicata.

¶ Oborior. antenaſcor, ſubnaſcor ve. Liui. li. i. Aduentu ſuorū lachrymæ oborę. Hiere. Hic vero oborta cōtentio qui frāgeret panē pene diē duxit in veſperam.

¶ Obrepo is. pe. pro. latenter & tacite aduenio ſicut & ſurrepo Tractum ab animalibus pedibus carentibus, quæ greſſu taceto gradiuntur. Iuue. per tranſlationem, obrepit non intellecta ſenectus. Eſt & obripio, de quo in dictione Rapio.

¶ Obrigeo es pe. cor. Vide in dictione Rigeo.

¶ Obrodo is. pe. p. circum rodo. Plaut. in Am. Pręgnanti malum dari oportet, vt ſiet quod obrodat.

¶ Obrogo as. penul. corre. quaſi obloquor. Feſtus obrogare, obliqui atq; alterius ſermonem moleſte impedire. obrogare legem. eſt legis prioris infirmandæ cauſa legem aliam ferre. Cicero ad Atticum. Abrogare, derogare, obrogare ſine fraude ſua non liceat.

¶ Obruo is. ſubſtrno ſeu circumruo, operio. oui. lib. primo de Remed. obrue verſata cerealia ſemina terra. Transfertur etiā ad animū. Quinti. Tot voluptatibus obruere poſſunt vnū dolorem. Hinc Adobruo ſubtus ruo & in terra defodio. Colu. lib. ij. Nam ſi plus quatuor digitis adobrutū eſt ſemen eius non facile prodit. Idem in eodem. Atq; ita iaciunt ſemina & farculis adobruunt.

ǒ obris nomen fluuij. Pompo. Secundum bliteros obris fluit hunc. Pro. orobium vocat.

¶ Obrizum aurū dicitur quaſi ὀβρυζον, hoc eſt ſyncęrum delicatumq; quod ſæpe igne candefactum & exuſtum eſt & quod in coctione non minuitur. Hierony. in Daniele. Eccevir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obryzo. Hebraice dicitur ophir.

¶ Obſaturo as. pe. cor. ſignificat ſaturitatem vſq; ad faſtidiū vel contra animum capio. Teren. in Heau. Næ tu propediem vt iſtanc rem videoiſtius obſaturabere.

¶ Ob ſcœnus a, um. quidam ab obs & canendo componunt Alij ab obs & κοινῶ inquino. Vnde cœnum quidā dici exiſtimant. intelligendū eſt ergo q; obſcœnum ſicut duo ſignificat, ita duplicem habet compoſitionem, & duplicē orthographiam. Nam aliqñ ſignificat abominabile auguriū, vt apud Verg. lib. i. Geor. obſcenique canes importunæq; volucres. & tunc a canendo contraria & mala dicitur. & ſine diph. ſcribit. Aliquādo dicit quod turpe immūdūq;. Et tūc, ſimiliter ex obs & cœnum componit, quod ab κοπρῶ pro ingno deducit. Ex eo. ſ. q; quę multū cōia ſunt, turpia & immunda vt plurimū fiunt. Nam id proprie cōmunicare eſt. & ſic cum œ ſcribitur. Var. autē li. vi. de lin. lat. docet obſcœnum cū æ ſcribendum idq; ab ſcæna deducit, ex ob & ſcęna, quaſi ad ſcænam, q; ſcænis id daretur quod obſcænum foret. Priſcia. ab ob, & κοίνῳ quod nos cœnum dicimus. ſ. interpoſita, Feſtus. ab oſcis deriuat. quorum frequentiſſimus fuit vſus libidinū ſpurcarum. Vnde & verba impudentia appellātur obſcena. Quod ſi verum eſſet ſine b & abſq; diph. oſcenum ſcribi oporteret. obſcœnum etiam quādoq; ponitur pro pernicioſo & vitabili. Vergi. obſcœnāq; famē quę prima pericula vito.

¶ Obſcœno as. ſignificat obſcœnum & malum omen affero. Plaut. Sed quid illuc q; exanimatus currit huc Leonida? metuo quod illic obſcœnauit meæ faleæ fallaciæ.

¶ Obſcurus latens abſconditus & ſine lumine. Vergi. Vidimus obſcuris primam ſub mœnibus vrbem. Vnde obſcura oratio difficilis & cuius ſnīa latet. Componitur ex ob & cura ſiue curo, interpoſita ſ. q; ea, quæ obſcura ſunt nobis curam obijciant. Vnde ab obſcurus obſcuro fit, quod ſignificat nō curo, ſiue ſupprimo, ſicut fit in obſtrudo quod eſt occludo. In qua ſignificatione capitur & obſcuro. Cic. pro Archia. Neq; enim eſt diſſimulandum quod obſcurari non poteſt, ſed prænobis ferendum. Si vero volumus vt obſcuro, magis ab obſcurus deriuetur, non contēdo. Verūtñ cum ſit verbū Curo cuius compoſita Acuro & Procuro, nō mirum videri debet ſi & obſcuro a Curo ſimiliter cōponat, quēadmodū obſtrudo a trudo, a quo etiā obtrudo, tametſi ſit in alia ſignificatione & detrudo cōtrudo, intrudo, retrudo & ſimilia. Capitur quandoq; obſcurum pro ignobili. Cic. lib. i. offi. Qui magna ſibi ꝓponunt obſcuris orti. Nā qui obſcurus eſt ferme delpici tur, & non eſt quaſi qui eū curet vel eſtimet. Ab obſcurus fit obſcuritas, quod modo opacitatem, modo ignobilitatē, modo difficultatem ſignificat. Cice. lib. ij. officio. Quorum autē pria ætas propter humilitatē & obſcuritatē in hominū ignoratione verſatur. Sic obſcuro as. Sal. Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Ea res cunctas ex libidine magis q; exvero celebrat, obſcuratq;.

¶ Obſecro as. ex ob & ſacro, ſignifi. per ſacra rogo, vel opem a ſacris rogo, obteſtor, deprecor, & quaſi ſacra vt te exorem facio. Teren. obſecro te q; primū hoc me miſerum libera metu. Ponitur etiā aliqñ pro aduerb. obſecrandi.

¶ Obſecūdo as. ſigni. fœlicito, ꝓſperū facio, ex ob & ſecūdo, q; d ſignifi., ꝓſperū facio. Verg. Dij cœpta ſecūdent. Fit autē Secūdo a ſecūdus, ſecūdus vero a ſequor. Eſt autē obſecūdare oīa ad alteri⁹ nutū facere, vel i meli⁹ cōuertere. Terē. i adel. Sed ſi vultis potius q; vos ꝓpter adoleſcētiā min⁹ videtis, magis impēſe cupitis, cōſulitis parū, hęc reprehēdere & corrigere me & obſecundare in loco. Vbi Dona. Nā qui reprehēdit nō cōtinuo corrigit, qui corrigit nō illico obſecūdat. i, lætiſſimū reddit & fideliſſimū. Cice. pro Pompeio vſus eſt pro obſequi Non modo omnes (inquit) ciues aſſenſerunt, ſocij obtēperauerint, ſed etiā venti tempeſtateſq; obſecūdauerit. Inuenitur & obſecundor deponens.

¶ Oſequor pe. cor. alterius voluntati morem gero, inſeruio. Plau. Ego ſane cupio obſequi gnato.

¶ Obſequium officium. Teren. obſequium amicos, veritas odium parit.

¶ Obſequela morigeratio. Plau. oēs parētes Libane liberis ſuis q mihi auſcultabunt facient obſequelā.

¶ Obſequioſus q facile obſequit. Plau. i Cap. Nā ſi ſeru⁹ me⁹ eſſes nihilo ſecius mihi obſequioſus ſemper fuiſti.

¶ Obſequibilis qui obſequit. Gel. Cognatos affineſq; illos ferme tā obſequbiles eſſe ait.

¶ Obſero is. pe. cor. circūſemino ſeu circūplāto. Colu. libro ij. Vtatur ꝓceptis eorū q; vberē campū in ſingula iugera tritici quicq; & ordei octo modijs obſerere ꝓcipiūt. Idē lib. iii. Agrū antē q; vineis obſeras explorato qualis ſaporis ſit.

¶ Obſero as. pe. cor. ſignificat occludo. Terenti. in Eunucho. Tu abi atq; obſera intus.

¶ Obſeruo as. circum oculis mentis & corporis ſeruo, ſpeculor, cuſtodio, noto. ne me prætereat, ne me decipiat. Teren. in Andria. obſerues filium quid agat. Hierony. in libro Regū. obſerua te quæſo, mane, & manebis clam, & abſconderis. Et obſeruare eſt venerari & admirari hoīes tantum dignitatis vel virtutis cultu. Ver. li. iii. Geo. Prętereare gē nō ſic Ægy

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ptus & ingẽs Lydia, nec populi Parthorũ, aut Medus Hyda spes obseruant. Ci. octa. M. Aruilius Auianus ab ineũte ado lescentia me obseruauit, semperq; dilexit.

¶ Obseruantia, vt inquit Ci. est p quã hoies aliqua dignitate antecedẽtes cultu quodã & honore dignantur. Liui. lib. i. obsequo & obseruantia in regẽ cũ oĩbus, benignitate erga alios cũ rege ipso certasse. Aliqñ obseruantia dicitur custoditio, licet Val. neget Leo papa. Scitis ad æternũ vobis gaudiũ pro futurã diuinorũ obseruantiã mandatorũ.

¶ Obseruatio idẽ q̃d obseruantia. Nã qñq; dicit annotatio & custoditio p̃ceptorũ, qñq; honore & reuerentia. Vale. Maxi. Haud Marcello adiectio impense ĩpedimẽto fuit, quo minus religionibus suus tenor, suaq; obseruatio redderetur.

¶ Obseruabilis qui idoneus est vt obseruetur vel veneretur cuius contrarium est inobseruabilis. Plinius. Martis sydere cuius est maxime inobseruabilis cursus nũq; id stationẽ facere

¶ Obsido & obsideo actiua sunt quibus adduntur. Circunsido & Circumsedeo. Idem enim significant eodemq; modo sumuntur & construuntur, sed differunt inter se quomodo inter Assido & Assideo, de quibus supra dictum est, q̃ in obsido motus quidã est, vt sit quasi obsisto. In obsideo vero quies quasi obsto. Sal. Prẽmittit illis hoies militares sine tumultu p̃sidijs collocatis sicuti p̃ceptũ erat occulte pontẽ obsidũt. De obsideo. Idem in Iug. Armis obsessus teneor. Significant obsido & Circunsido, quasi obsepio & circũsepio, aut ad obsidẽdum siue circũsedendũ eo, vel ab obsidẽdũ me loco. obsideo vero & circũsedeo obsessum teneo, q̃q̃ simpliciter pro circũsedeo ponatur, vt apud Curtiũ. Per hos pellices introducebantur alio additu quã quem armati obsidebant. Et obsidere est contra sedere.

¶ Obsidior deponens significat circa insidias facio, Colu. li. x. Sed inter caniculę & arcturi exortum cauendũ erit ne apes intercipiantur violentia crabronum, qui ante aluearia plærũq; obsideantur prodeuntibus.

¶ Obsessi sunt qui aliquẽ locum egredi nõ possunt.

¶ Obsidiũ & obsidio & obsessio idem significãt & ab obsido siue obsideo fiunt. Col. lib. x. Atq; vtilissimum est p frequẽtia domicilij duos vel tres additus in eodẽ opculo distãtis inter se fieri cõtra fallaciã lacerti, q̃ velut custos vestibuli p̃ deũtib⁹ ihiãs apib⁹ affert exitiũ eęq; pauẽtiores exeũt cũ licet vitare pestis obsidia p aliꝰ vadẽtib⁹ effugiũ. Ci. p Rabi. Cũ in nũerabiles hostiũ copias in Italia fudisset, atq; obsidiõe Rẽp. liberasset. Sępius tñ obsidio ab auctoribus vsurpatur.

¶ Obsidiæ dicuntur sicut & insidię Col. Dum tamẽ anus sedula vel puer adhibeat custos vagantiũ, ne obsidijs oĩm insidiatorũ animaliũ decipiãtur.

* obsidiana gemma dicta est a similitudine obsidiani lapidis vel q̃ ex ea fiat obsidianus lapis, in India nascitur & in Sãnio Italiæ, & ad oceanũ in Hispania, maxime autem in Æthiopia. Vñ is q̃ primo iuenit obsidus vocatus est, a quo obsidianus appellatus est, nigerrimi coloris est, & aliquãdo translucidi. Dicitur etiam vitrum obsidianum &c. Cc.

¶ Obsidionalis & obsidionale ab obsideo fit. Vñ corona obsidionalis, quę ei debebatur qui obsessos ab hostibus liberasset, hæc fiebat ex gramine viridi ex eo loco decerpto in quo erant inclusi.

¶ Obses qui traditur ĩperio alicuius ea conditione, vt si dator obsidis a fide recedat recipienti sit potestas in corpus & vitam eius sæuiendi qui datus est obses. Hic quoniam obsidionis causa dari consueuit, inde nomen assumpsit, quamuis aliqui ex ob & fides compositum velint per mutationem litere, q̃ sit ob fidem datus.

¶ Obsigno as. signifi. impressione occludo, & ad literas cæteraq; q̃ signo quouis notantur aut imprimunt̃ pertinet. Plautus in Cur. Scribit & obsignat literas. Idem in Am. Eloquere vbi nunc patera est? In cistula Amphitrionis obsignata signo est. Quandoq; sumitur pro signo notariorum seu subscriptione eorum aut testiũ. Cice. pro Cluen. Cinea testamentum faciẽte quum tabulas prehendisset opimachus qui gener eius fuisset, digito legata deleuit. Et quum id multis locis fecisset, post mortem eius ne lituris coargui posset, testamẽtum in alias tabulas transcriptũ signis adulterinis obsignauit

¶ Obsipo as. pe. pro. significat obijcio, vt quum rustici dicũt. Obsipa pullis escam.

¶ Obsto as. obstiti obstatum, signifi. contra sto. Sta. lib. The. Quæ sic orsa prior spes ne obstata Pelasgis. Curti. obstãt oppido gemini colles. Aliqñ obstare signifi. resistere aduersari, impedire. Teren. Quid igitur obstat cur nõ vere fiant.

¶ Obstaculũ impedimentũ ab obsto, as.

¶ Osisto contra sisto. obstitum veteres modo pro violatum, modo pro obliquum dixerunt.

¶ Obstetrix ab obstando vel obsistendo. Est enim illa q̃ parturientium curam habet. Ambro. ad iustum. Ad parturientes ingrediebantur obstetrices, non ad virgines, vt partus suscíperent non vt pudorem examinarent. Vnde & obstetrices dictæ, eo q̃ obsistant dolori, vel certe pignori, ne laxatis veteri genitalibus clausţris in terram defluat. Teren. in And. Obstetricem accerso.

¶ Obstetrico cas. penulti. produc. ad pariendum adiuuo siue obstetricis officium ago. Hierony. lib. Exod. Quando obstetricabitis Hebræas & partus aduenerit, si masculus fuerit interficite eum.

¶ Obsitus pe. cor. inuolutus, incultus, horridus. Terẽ. in Eu. Video sentum, squallidũ, ægrũ pannis annisq; obsitum. Au. Desertus hic mundus ab oĩ cultura fidei, & peccatorũ spinis obsitus squallebat tanq̃ ager incultus. Obsitus etiã ab obsero dici potest circũseminatus vel circum plantatus.

¶ Obstipare obijcere. Plau. in cist. obstipat aquilam.

¶ Obstipi pe. p. dicũtur quibus colla rigent & in humerũ capita sunt inclinata. Persius. Aerumnosiq; solones obstipo capite & figentes lumine terram. Col. lib. viij. Febricitantiũ signa sunt, quum obstipę sues transuersa capita ferunt, & pascua subito, quũ paulum procurrerint, consistunt. Pli. obliquum caput dicit. Index (inquit) suis inualidæ caput est obliquum ĩ incessu. Sic hypocritæ incedunt.

¶ Obstino as. pe. cor. offirmo. Liuius lib. ij. Q m̃ certum atq; obstinatũ est (inquit) neq; ego obtundam. Inde obstinatio firmitas animi. Obtinate firmiter. Teren. in And. Ita ne obstinate dat operam, vt mea Glycerio miserum abstrahat. Vnde etiam in bonũ accipitur illud quod de Thebęis martyribus legitur. Cũ hęc & alia Maximianus audisset & in fide christi obstinatos cerneret animos virorum.

¶ Obsoleſco is, eui, etum. ex ob. i. contra & oleſco, addita s. p positioni quæ aduersatur oleſco. Nam obsoleſco & oleſco in significatione contraria sunt. Oleſco creſco. Obsoleſco, defício, reĵcio, inueteraſco, deſuefco, dimitto significat Cic. de Imperio pompeij. Obsoleuit iam ista oratio re multo magis quã verbis refutata. id est desueuit siue ab vsu recessit. Idem p Cælio. Chartæ quoq; quæ illam priscam seueritatem obtinebant obsoluerunt, id est inueterauerunt siue defecerunt. Et hæc pręterita ab obsoleſco nõ ab obsoleo sunt. Similiter obsoletus participium est ab obsoleſco Cicero pro Quintio. Audacem cupidum perfidiosum vulgaria & obsoleta sunt. id est inueterata. Interdum obsoleſcere est quasi sordeſcere, siue in nihilum recidere. Nam quod veteraſcit sordeſcit, Hierony. Viri vox obsolentior. Interdum obscurari, Lactantius. lib. de opi. Acies enim id est membrana illa perlucens quam ficcari & obareſcere non oportet, nisi humore assiduo tersa pure nitet. at obsoleſcit id est obscuratur & deficit. Pro obscuro seu sordido accipitur obsoletus apud Liui. li. iij. Filiam secũ obsoleta veste comitantibus aliquot matronis cum ingẽti admiratione in forũ deducit. Cic. in Rul. Vestitu obsoletiore, corpore inculto & horrido capillatior q̃ antea, barbaq; maiore vt oculis & aspectu denunciare oĩbus vim tribunitiam minitari Reip. videretur. Col. lib. ij. Sapore certe nihilo differt a cicercula, colore tñ discernit. Nam est obsoletior & nigro colori proprior.

¶ Obstringo is. deuincio & obligo, quasi circũstringo. Cicer. Plancio. Cui non sim obstrictus memoria beneficij sempiter-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nã.Plau.in Amq̃.proprie.Amphitrionẽ collo obstricto' trahã.Col.lib.v.Alq̃ viminibus obstringunt.

¶Obstrigilo as.pe.cor.obsto,detraho,repugno,Var.lib.iiij. de vi.pa.Curio quum id fecisset dicebat amicis,vt illi remitteretur se obstrigilaturũ ne triũphus decerneretur,aut ne iterũ fieret consul.

¶Obstructo occludo.Hiero.in lib.Reg. Quisi etiã in terrã se obstruxerit persecutabor eum.

¶Obstrudo is,di,sum.pe.prod.ex ob & trudo,interposita.s. significat concludo seu occulto.Plau.in Cur. Obsecro parentes ne meos mihi prohibeas,quid est sub gemma an obstruos habeo tuum patrẽ & matrem? Inuenitur & obtrudo, q̃d est contra trudo,quasi per vim do,aut pro fortitudine pono. Plaut.in Cur. Aliquid prius obtrudamus,pernã sumen,glãdium,hæc sunt ventri stabilimenta id est pro fortitudine ponamus. Teren.in Heey. Nunq̃ ausus sum recusare eã,quã mihi obtrudit pater.i.vi dedit.

¶Obstupesco significat stupore percutior. August. Resurrexit vnus mortuus,obstupuere omnes. Aliquãdo insensibilis fio.Hierony.in Gen. Tetigit neruum femoris & obstupuit.Et illud propheticum.Patres comederunt vuã acerbã & dentes filiorum obstupescunt.

¶Obstupefacio signifi.animo consterno.Teren.in Phormio. Postq̃ ad iudices ventũ est,non potuit cogitata loqui, ita eũ tum timidũ obstupefecit pauor.

¶Obsurdesco totus surdus fio.Lactan.libro vij.non est animę vitium si visus euanuit,si lingua torpuit,si auditus obsurduit.i.surdus factus est.

¶Obsum es.offui.mutatur enim b in f,significat noceo quasi contra te sum. Cuius contrarium est Prosum quod est iuuo,quasi pro te sum.

¶Obtempero as.morẽ gero.Cice.Sic mihi semper obtẽperauit tanq̃ filius patri.Item significat consulo,prouideo. Terẽ. Ex qua re minus aut famę foret aut rei obtemperans.

¶Obtendo contra tendo,siue pro accusatione allego.Hiero. ad Dama. Nec possum obtendere pauptatẽ quum audiã in euãgelio,q̃ anũ viduã duo q̃ sola sibi superant æra mittentẽ laudauerit dñs.Hinc obtendiculũ quo aliquid tegitur.

¶Obtero.is.pe.cor contero,suffoco. Liuius. Ab elephantis obtriti sunt. Aliquando significat circum seu ab omni parte tero,tundo.Col.lib.vij. Nonnulli pellem serpentis obtritam cum vino miscent.

¶Obtestor precor.Hoc verbo vtimur in maximis angoribus,ferme semper cum adiuratione.Teren.in And.Per hanc dextram oro & ingeniũ tuũ,per tuam fidẽ,perq̃ eius solitudinẽ te obtestor.Hiero.ad Dama.Iccirco obtestor bẽtitudinẽ tuã p crucẽ dñi,& p necessariũ fidei nostrę decus, & p dñicã passionem. Aliq̃n etiã sine adiuratione.Sal.Te atq̃ senatum obtestamur,vt miseris ciuib⁹ legis prę̃sidiũ q̃d inimquitas p̃toris eripuit,restituatis.Ci.pro Flac.Quũ ego te Flacce cælũ noctẽq̃ contestans flens flentem obtestabar,tũ tuæ fidei optimæ & spectatissimę salutẽ vrbis & ciuiũ commendabam.Cę sar.vij.Com.Matres familię passis manib⁹ obtestabant.Romanos,vt sibi parcerent.

¶Obtexo is,circũtexo Pli.lib.xi. Filis etiã araneus quacũq̃ incesserit alarũ maxime lanugines obtexit.

¶Obtingit obuenit.Terẽtius.in Andria.Nescis quid mihi obtigerit.

¶Obtineo es.pe.cor.signifi.vinco, quasi contra teneo. Hier. lib ij.Reg. Obtinuit autẽ sermo regis verba Ioab.Et obtinere est fortiter tenere.Plau.in Asina.Si istam fortitudinem animi obtines,salui sumus. Interdum significat simpliciter tenere Col.lib.ij.Tertiũ locũ obtinet pecudũ sterc⁹.

¶Obthuro as.pe.p.& th aspirato significat occludo.Horat. Obthurẽ patulas impune legentibus aures

¶Obtorpesco ab obtorpeo valde torpidus fio,Liuius.Quis crederet sæuã paulo ante concionẽ obtorpuisse subito metu.

¶Obtrecto as.ex ob & tracto, a ine mutata. Tracto vero frequentatiuum est verbi traho .Est autem obtrectare contra alienã sententiã tractare seu maledicere,& ob id obsistere & vt veteres dixerunt obtrigilare,sicut est quum alicuius dicta aut facta deprauantur.Cicero.Dolobellæ.Non tam id laboro,vt si qui mihi obtrectent a te refutentur quam intelligi cupio me a te amari.Hierony.in prefa.Penta. Periculosũ opus certe obtrectatorum meorum latratibus patens.obtrectatio diffinitur a Cice.lib.iiij.Tus.q̃ sit ea,quam intelligi zelotypiam volo,ęgritudo ex eo q̃ alter quoq̃ potiatur eo q̃d ipse concupierit.

¶Obtrudo is,si,sum. Vide in dictione obstrudo.

¶Obtrigo as.pe.pro.ex ob & trigo, significat iureiurando astringo. Trigare enim stringere est.

¶Obtrũco as.capite cædo & occido quomodocũq̃ id fiat. Liui.li.i.Ita regẽ obtruncant.

¶Obtundo is,di,sum.sine n sicut fit in alijs a Tundo cõpositis,quãuis Tondo tonsum n retineat.Est proprie autẽ obtundere totum seu circũ percutere,rũpere, & grossum hebetẽq̃ facere.Plau.in am.Nã sum obtusus pugnis pessime id est percussus vel pfract⁹.Col.li.v.Obtusa hebesq̃ & mollis falx putatorẽ moratur, eoq̃ mín⁹ opis efficit & plus laboris affert vinitori.Transfertur quoq̃ ad ingeniũ & ad oculos, & dicimus Obtusum ingeniũ & obtusa acies id est hebes & sine acumine. Ambro. in diua Agnete. Et quanto quis curiosior oculis esse voluisset,tantum sui visus aciem obtũdebat. Lactan.lib.iij.Si ergo philosophia vitæ magistra est,cur tibi ipse cæcus,hebes,& obtusus videbaris? Cice.li.i.Tus.Multa enim e corpore exsistunt q̃ acuunt mentem, multa quæ obtundãt Aliquando significat sæpius repetẽdo eadem dicere,vel verbis aliquem lædere & quodammodo ferire. Tractum a fabris qui repetunt tundendo aliquid malleo.Teren.in And.Obtũdis tamẽtũ intellígo.Et illud.Ne me de hac re obtundas.Cice.Quid nunc ego de propriis meis meritis prędicem? Si me ministris obtũdam.i.fastidio vos afficiã.

¶Obtutus pe.pro.quasi obtuitus.i.aspectus obtueor. Ver. Obtutuq̃ hæret defixus in vno.

¶Obuallo circũuallo.Ci.p lege agraria.Me longo interuallo ppe memorię temporũq̃ nostrorũ primũ nouũ hoiem cõsulẽ feciſtis,& eũ locũ quẽ nobilitas p̃fidijs firmatũ atq̃ omni ratione obuallatũ tenebat me duce rescidistis.

¶Obuagio is.ua.pro.contra seu circumvagio.Plau.in Pseu. Si minus curasint cũ herę veniant domũ nutrices pueros ifãtes miniculos domi vt procurent,neuq̃ spectatũ afferant,ne & ipsæ sitiant & pueri pereant fame,neue esurientes hic quasi hœdi obuagiant.

¶Obuaro as.pe.p. deprauo peruerto. Tractũ a varis,qui introrsum pedes intortos habent.

¶Obuaricatores dicebantur illi qui cuipiã occurrebant quominus is rectum iter cõficeret.

¶Obuenio obuiã vel cõtra siue corã venio.Plau.in Asi. Sed si occasionẽ opprimere hãc q̃ obuenit studet.Et obuenire est cõtingere. Am.li.i.offi. Vt poetarũ loquunt fabulæ,q mũdũ ferũt in ptes tres esse diuisum,vt alij cœlũ,alii mare,alii infera coercendi iperio sorte obuenerint.

¶Obuerto cõtra verto.Col.lib.viii.Plurimũ refert vt pascẽtiũ capita sint obuersa soli,qui plærũq̃ nocet aĩalibus. Liui. Tum totã aciẽ in Sãnites obuertit.

¶Obuerso as.frequentatiuũ est ab abuerto. Obuersor saris, depo.signifi.circũuersor.Cice.p Sex.Sed mihi ante oculos obuersatur Reip.dignitas,q̃ me ad se rapit.

¶Obuio as.ex ob & vio,quasi ad viam eo.Vnde & Deuio quasi contra vio.Sal.in Iugur. Tũ primũ superbiæ nobilitatis obuiatum.

¶Obuius a,um.q̃d alicui occurrit.Idẽ in eodẽ.Deinde omnes puberes Numidas atq̃ negociatores ,pmiscue vti q̃sque armatus fuerat obuius interfecit. Dicimus autẽ Obuius tibi fio,obuius sum tibi,obuiũ me tibi fero,& obuio tibi.

¶Obuiam aduerbiũ loci,quasi ad viã.Terẽ.in Phor.At ego obuiam conabor tibi Daue.

¶Obumbro vmbris vudiq̃ obscuro. Vegilius.Obumbrãt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

æthera telis. Per trasłationem ponitur obſtĩbrare ꝑ tueri. Idẽ lib xi. Et magnum reginænomen obumbrat.

D ante E

¶ Occa inſtrumentum quo tracto repranteq; ſuper terram ferreis dentibus quibus inſtructum eſt glebæ conteruntur & agri ſuperficies coæquatur & ſemina cooperiuntur, q̃uis & cratib⁹ id ſępe fiat. Ab Occido ſeu occęco. Vñ Ver. lib. ij. Georg. Multum raſtris glebas qui frangit inertes. Vimineaſq; trahit crates. Colu. lib. ij. Deinde viciam permiſtam ſeminibus fœni ſeremus, tum glebas ſarculis reſoluemus, & inducta occa coæquabimus.

¶ Occare eſt operire. Palla. Arbores quæ ablaqueateq; fuerãt occare hoc eſt operire iam conuenit.

¶ Occo as, glebam occido & comminuo & ſupra ſemen terram apto. Cic. in Cato. Q; q̃ me quidem non fructus modo ſed etiam ipſius terræ vis & natura delectat, quæ cum gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excepit, primum id occæcatum cohibet, ex quo occatio quæ hoc efficit nomĩata eſt. Col. lib. ij. Proſcindemus terram, proſciſſamq; in liram reuocabimus, occabimus quo altius longiore humo contegatur. Cornutus. Occare eſt quum ruſtici ſatione facta bobus dimiſſis grandes glebas occidunt ac ligonibus frangunt. Dicta occatio ꝙ quaſi cooperiat ſemina. Hæc etiam occæcatio, quoniam ſemen ſparſum operit terra. Huius compoſita ſunt Inocco & Deocco pro bene occo. Colu. lib. ij. Semen quod ſicco ſolo in geſtum & inoccatum eſt, perinde acſi repoſitum in horreo non corrumpitur. Pli. libro. xviij. Nec ipſa agricolis operoſa vno ſulco ſata non ſarritur, non ſtercoratur, nec aliud q̃ deoccatur.

¶ Occatorius a, um, quod ad occationem pertinet. Col. lib. ij. Bubulcorum operas tres exigunt, occatoriam vnam.

¶ Ocha cum h, anſer. Compoſita dictio ex grẽcorum maſculino articulo qui eſt o, & χὴν anſer. Sic enim noſtri componẽtes o cum χὴν, & in recto ꝑ abijcientes Ocha dixerunt. Quidam tamen o in au, conuertentes dicunt Aucha pro ocha. Eſt & ocha mons in inſula Eubœa, a quo inſula quoq; ipſa quandoq; dicta eſt oche. Ochus fluuius qui in Indiæ montibus ortus per Acarnaniam fluit.

¶ Occalleo totus calloſus ſum. A quo occaleſco, quod ẽ callum obduco. Plau. Coſtæ occalluere plagis. Hier. ad Marcel. lã. Duricies de genibus camelorum in illo ſancto corpuſculo per orandi frequentiam occalluiſſe reſpecta eſt. Fauces gulonum a Seneca dñr occalloſæ tanquam callum obduxerit ex cibis ardentibus aduerſus ſenſum feruoris cibalis, q vix ſuffrẽnat gulam heluonum magis ardentem quam ardeat feruens opſonium.

¶ Occano & occino pe, cor. occinui & occini & occanui ſecũdum Probum, quum cano cecini faciat. Et ſignificat conuitium facio, & quaſi contra cano. Sal. li. i. Hiſto. Iuſſ umetelli cer uices occanuerunt. Supinum occentum. Vale. Maxi. libro. i. Occentuſque ſoricis auditus Fabio Maximo dictaturam. C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſam ꝑbuit.

¶ Occento as, frequenta, ab occino. Feſt. Occentare conuitiũ facere, vt apud antiquos quum id clare & cum quodam canore fieret, vt procul exaudiri poſſet, quod turpe habetur quia non ſine cauſa fieri putatur. Plau. in Perſa. Hac enim illi noctu occentabunt oſtium, exurent fores.

¶ Occaſio inquit Feſt. eſt opportunitas temporis caſu proueniens Cic. lib. Rheto. Occaſio eſt pars temporis habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi opportunitatem, hæc naſcitur per actus humanos non impedientes. Prouer. Dormire facit furantibus occaſionem. Cauſa vero eſt ex qua aliquid fit, vt ex pluuijs fiunt cœnoſæ viæ.

¶ Occaſus us, modo interitus dicitur, & de vno homine & de rebus maioribus dici ſolet. Cic. lib. acad. Ac poſt Lælij noſtri occaſum. Verg. Teſtor in occaſu Troiæ nec tela, nec vllas Vitauiſſe vices Danaum. Modo dicitur ſolis merſio in oceanum, quo vt Strabo inquit, Europa & Aphrica terminãtur. & Apud Ennium tamen occaſus pro occaſione ponitur.

¶ Occedo is, ſſi, ſſum, ex ob & cedo, ſicut Accedo & Recedo & huiuſmodi. Plau ĩ Aſi. Nę tu hercle cum magno malo mihi obuiam occeſſiſti.

¶ Occepſo veteres pro incœpero poſuerunt Plaut. in am. Nego illi puteo ſi occepſo animam omnem intertraxero.

¶ Occido is, pe. pro. ex ob & cædo, quod ferio ſiue percutio, interficio & ad exitum labor ſignificat. Vñ occiſus quando ꝙ interfectus, quandoq; cæſus dicitur. Nam apud Terent. occiſus Syrus in Adelphis loquitur. Donatus. Occidit vehementer cecidit. Nam occidere & Præoccidere ad cædem referebantur. Sed occiſum, hoc eſt interemptum vt Vlpia, ĩquit accipere debemus ſiue gladio, ſiue fuſte, vel alio telo, vel manibus ſi forte ſtrangulauit eum, vel calce petijt, vel capite, vel qualitercunq;. Secundum eſt ꝙ occido pro interficio nõ ſolum de homine & cæteris animalibus dicitur, ſed etiam de plantis & hærbis, quæ licet non ſentiant tamen viuere dicuntur. Vnde apoſtol⁹. Quod ſeminas non viuificatur niſi priꝰ moriatur. Hiero. in Pſal. Occidit vites eorum in grandine. Differuntq; inter ſe occiſus & necatus, ꝙ occiſus vulnere, necatus etiam ſine ictu dicatur. Vnde veneno necatos, non occiſos dicimus. Occiſa etiam res dicitur deſperata & perdita. Plautus. Occiſa iam eſt hæc res hęret hoc negocium. Vnde & occiſiorem & occiſiſſimum veteres dixere. Idem. Occiſiſſimus omnium qui viuunt. Hinc occiſito as, frequentatiuum ab occido.

¶ Occidio onis, idem quod occiſio. Col. Sola ea fomenta nõ aſpernatur lactis caprini, quod infuſum tantum valet & blandiatur ignæam ſęuitiam differens, magnamque occidionẽ gregis prohibens.

¶ Occido is, pen, cor. occidi occaſum, ex ob & cado. Lactan. lib. v. Euanituras breui religiones falſas, & occaſuram omnẽ philoſophiam nemo dubitauerit. Significat obuenio. Vnde occaſio. Aliquando interimo, a quo occaſus pro interitu. Vñ & de hęrbis & de arboribus quoq; dicitur. Ver. Et fallax hęrba veneni occidit. Aliquando cado ſiue deſcendo. Vñ occidere ſol dicitur, quia cadere videtur dum mergitur. Vel per metaphorã occidere ſol. i. mori dicitur dũ mergi videt Quẽ admodũ ecõtrario oriri, dũ videtur ſurgere. Lact. lib. iij. Videbant ſyderum curſus in occaſum meãtiũ, ſolẽ atq; lunam in eandẽ partẽ ſemper occidere. Hic ꝑ deſcendere ſumitur. Vñ & pręoccido ante occido. Pli. li. xvij. In quarto Kal. Maij canis occidit ſydus, & per ſe vehemens, & cui põ occidere caniculam neceſſe ſit. Cic. lib. i. Tuſ. occidere pro mori ſumpſit. Sunt enim quidam qui diſceſſum animę a corpore putant eſſe mortem. Sunt qui nullum cenſent fieri diſceſſum, ſed vna animum & corpus occidere.

¶ Occidens ſubſtantiuum pe, cor. dicitur plaga in qua ſol occidit, Vnde & occidentalis plaga vocatur.

¶ Occiduum quod occidit, vel vbi fit ſolis vel alterius rei occaſus. Claud. Solus amazonio dictus ſtymphalides arcu Appetis, occiduo ducis ab orbe greges.

ꝺ Occilare contundere. Plaut. in Am. Qui mihi aduenienti, occiletos. Quidam tamen legunt oſcillare pro inclinare.

¶ Occipio occipis pe. cor. ex ob & capio ſignificat incipio Liui. lib. i. Agere porro occepit.

¶ Occiput ex ob & caput ſignificat poſteriorem capitis partem q̃ fronti opponitur. Dicitur & occipitium. Hiero. Comę in occipitium frontemq; tornantur.

⁎ Occludo claudo. Plau. Occludit oſtium ancillæ. Cc.

¶ Occulo lis, pe. cor. lui. tum, ex ob & colo, o in u, mutata, licet quidam a Celo compoſitum velint. Et ſignificat abſcondo, ſiue ſub terra conſtituo. Nam ſenſus in id concordat & declinatio. Qui enim circum vel contra colit, occulit. Lactã. lib. de ira. Plurimi ſunt quorum peccata occuluntur. Verg. lib. ij. Georg. Et multa memor occule terra.

¶ Occultum ſic differt a celato, ꝙ occultum ſit quod per ſe occultum eſt. Celatum dicitur de re q̃ abſconditur ne videat

¶ Occulto as, frequentatiuum eſt ab occulo occulis. Vergil

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.

¶Coccūbo bis,ex ob & cubo bās, & significat morior seu ne cor.Hier.ad Eusto.Hęc sola digna retributio, quum sanguis sanguine cōpensatur,& redēpti cruore Christi libenter occūbimus.Refertur etiā ad solem cum occidit, vt est in Deuter. Post viam quæ vergit ad occubitum solis.Interdum ponit pro ferior seu afficior,eo ꝙ addit morte.Ci.li.i. Tus. Vt esset qui pro patria morte nō dubitaret occūbere.Liui.lib.i. Quē quīi vadentē ad spelūcā Cacus vi prohibere conatus esset,ictꝰ clauasidem pastorū ne quicq̄ inuocans morte occubuit.

¶Coccupo pas,pe.cor.ex ob & capio,significat quod in cōe si ue in mediū positū erat ante alios capio.Cice.lib.i. offi. Sunt aūt nulla priuata natura,sed aut veteri occupatione, vt ꝙ quondā in vacua venerūt.Quint.Multa quę nihilominus li bera fuerunt transeunt in ius occupantium, sicut venatio & aucupatio Hinc occupatus hō dicitur qui ante negocio aliq̄ detentus non pōt alteri operam dare.Cic. Nemo me conue nire voluit cum essem occupatus, hoc est cui excusarem me ꝙ quibusdā aliis negocijs essem prętentus.Interdū occupare est locum tenere,seu vi capere,Liuius li.xxxiiij. Nam & ipsis vocantibus vrbē hanc accepi,nō occupaui.i. nō vi cepi Ab occupo fit Pręoccupo quod est ante capio, vel ante possideo. Lact.lib.vi.Pręoccupabit enim aduersarius nō resistentem. Hic p̄occupatio vel occupatio apud Rhetores schema quod dam,cum aliquid nos reticere dicimus,& tamen tacitum in telligitur,qđ fit vel cum rem notam esse putamus auditori bus,vel quū suspitionem excitare maiorē reticēdo volum⁹. A græcis Aposiopesis vocatur. Quale est illud. Cogis me iniuriæ tuæ causam proferre, nihil agis, nō dicam,sed ipsum tempus eam patefaciet.

¶Coccupatitius ager dicitur qui desertus a cultoribus ꝓprijs ab alijs occupatur.

¶Occurro occurris occurri occursum,obuius fio. Vnde oc cursus obuiatio. Iuue Occurrit matrona potens q̄ molle ca lœnum.Ci.pro Cluen.per translationē. Sed ego occurrā ex pectatiōi vestrę iudices.Q̄ñq; occurrere est in mentē venire Idē.Sed mihi quū de senectute aliquid vellē scribere, tu oc currebas.Q̄ñq; offerri,vt apud eūdē. Occurrebat tibi ora tio.i offerebat se.Q̄ñq; obstare. Persius. Venienti occurrite morbo.Huius frequētatiuū est occurso as. Ver.Et inter agē dum occursare capro,cornu ferit ille,caueto.

¶Oceanus pe.cor.& per simplex c.propriū fuit viri Tethy os coniugis.Item eius de quo Marti.Et quereris si te suscitat oceanus.Et Oceanus mare dicitur, quod vniuersam circuit terram. Aug.Mari magno cingit terra, qui vocat ocean⁹, de quo influit quoddā exiguum in medio terrarū,& facit ista maria nota nobis quæ nauigijs frequentātur. Dictus ocea nus ab ὠκύς, quod ē velox testib⁹ Solino & Seruio. Q̄d & neutro gñe oceanū dī.pręsertim si mare sequitur, vt Cap & Probus testātur.Falsam tamen hanc opinionem Lusitani.i. Portugalesij hac nostra ætate deprehenderunt. Nam Colum bus Nauarchus vltra Gades oceanū ingressus vltra torridā zonam penetrauit per oceanū ad indos vsq; & beatorum in sulas non tamē istam velocitatem deprehendit,& ideo videre ꝓprijs oculis credo sit octaua scientia.Suidas ergo noster mul to melius scribit his verbis ὠκεανός ἢ κύκλῳ τῆς πάσης θά λασσα παρὰ δὲ κέῳ δὲ ὠκίζω.ὠκεανὸς δὲ μετὰ τοῦ στρικτι κοῦ α. ἢ προσῆκ δ' α.ἐις ὢ ὠκεανός ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ ἔ πᾶσαν θάλασσαν καὶ πηγαί.⁂i.oceanus mare in circulo vni uersæ terræ,a verbo κέω quod est diuido.Oceanus a priuati ua particula α,& mutatione του α,in ω,oceanus ex quo oēs fluuij & vniuersum mare & fontes Et quamuis sit propriū oceanus,aliqñ tamē pro appellatiuo ponit qñ partes eius si gnificat,quo modo mare quum totū significat proprium est,quum partē appellatiuū.Nam a littoribus plęrunq; accis pit nomen. Ad dextrā siquidē vbi primū terram intrat, At lanticus dicitur. Ad sinistram Gaditanus.Illinc Arabicus. Persicus,Indicus Hinc Britannicus,Germanicus, Scythicus. Postq̄ vero terras intrauit,primo ab Iberia hoc est Hispania, dicitur Ibericum mare. Tum a Balearibus insulis Balearicum Posthac Narbonensium prouinciā contingens Gallicū. Dein de a Liguria Ligustitū.Mox vsq; ad Siciliam a Thuscis thu scum,siue Tyrrhenum a Tyrrhenis,siue a differentia superi inferum.Superum enim Hadriaticū vocam⁹,ꝙ ad id ab vr be venientes. Apenninū conscendamus. Inde ab Ionibus Ioniū a Sicilia Siculum,a Creta Creticū, ab Asia Asiaticum a Pāphilia Pāphiliū,& multa alia nomia,q̄ enumerare lōgū esset.Poetæ tñ Oceanum pro quocūq; mari vsurpant. Ver. Et ruit oceano nox.Et est oceanus solium vastum in balneis & omnino lacus siueusq; maior, vel ab eo nomīe vel ab am plitudine vocatus,& a lauantiū quoq; strepitu & marino q̄si æstu.Lampri.Oceani(inquit) solium primus inter principes Alexander appellauit quū Traianus id non fecisset, sed die bus solia deputasset.Nā thermarū magnitudo Romæ quan ta fuerit Ammianus docet li.xvi.quū ait. Lauacra ī vrbe in modum prouinciarum extructa. Ab oceanus fit oceanitis oceanitidis pro filia oceani.Ver,lib.iiij,Georg. Oceanitides ambæ.Oceanus oceana oceanum.Oceanides patronymicū, fœmininum oceanis.

¶Ocium proprie vacatio a labore. Cuius contrarium est ne gocium.Colu.li.ij.Sed quum tam ocij q̄ negocij ratione red dere maiores nostri consueuerint,nos quoq; monendos esse agricolas æstimamus quæ ferijs facere,quæ non facere debe ant.Ci.Et idipsum quod datur ocij.i.temporis in quo possi mus aliquid operari.Sed quia hi qui studijs literarum operā dant necesse est vt cæteris negocijs vacui sint, factum est vt ocium pro literario studio accipiatur.Quin.Inquirendo, scri bendo talia,solemur ocium nostrum. Cic. Quid dulcius est ocio literario.i.studio,vt ita dicam negocioso ocio? Est ergo duplex ocium,aliud philosophicum,aliud vulgare. Philoso phicum bonum & honestum. Vulgare seruile, quum desi dia & inertia ab honesta exercitatione desistimus.

⁂Ochra cretæ siue lapidis species,quæ fit exusta rubrica in ollis nouis luto circūlitis.Cc.

⁂Ochus fluuius est ex montibus Indiæ oriens .In Acarnani am fluit.Cc.

¶Ociosus vacuus,tranquillus,securus , Aug.lib. viij. Con fes.Mecū erat Alipius ociosus ab opere iurisperitorū. Terē. ī An.Ociosō iam nunc esse impero.i.securo.Nam nisi quis se curus est,non est ociosus, vt inquit Dona. Hinc ociose ad uerbium quod est cum ocio.Terentius in Adel.Ociose nunc iam ilico hic consisto. Aliquando ociosus dicitur sine causa, sine fructu,siue superfluus. Ambrosius.Non ociosa huius pa ralitici nec angusta medicina est.

¶Ociosum verbū dicitur,quod sine vtilitate & loquētis & audiētis dicitur,quasi superfluū.Si omissis serijs (inquit Hier.) de rebus friuolis loquamur,& fabulas narremus antiquas. Cæterum qui scurrilia replicat & cachīnis ora dissoluit, & ali quid profert turpitudinis,hic non ociosi verbi, sed crimino si tenebitur reus.

¶Ocior aris,in ocio & quiete sum. Cuius contrarium ē Ne gocior.Cicero libro.iij.officiorum. Cælius Canius eques Ro manus neq; infacetus & satis literatus, quum se Syracusas ociandi causa non negociandi contulisset,dictitabat se hor tulos aliquos emere velle.

¶Ocyor & ocyssimus latia noīa ꝓ celerior & celerrim⁹ fiūt a positiuo græco ὠκύς,quo latini carent.Pli.lib.ij.Mercurij si dus inferioris circulo fertur nouem dieb⁹ ocyore ambitu mo do ante solis exortum modo post occasum splendēs. Idem li.xvi.Quidā breuitate radicum senescere celerius arbores putant,quod coarguunt fici, quarum radices longissimę & senectus ocyssima est.Hinc fiunt aduerbia ocyus & ocyssi me,q̄q̄ & ocyter dicatur pro cito & perq̄ prompte.

¶Ocymū pe.cor.hærba ad boum pabulū sata, qua ciebant aluū bobus.Id erat huiusmodi. Fabæ modios decē, viciæ duos tantūdem ex eruiliæ in iugero autūno miscebant ac se rebant admista etiam auena græca cui non cadit semen.De ductum nomen a celeritate nascendi,hoc est ab ocys,ꝙ valet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tito, vt inquit Var. lib. i. de re ruſ. hoc amplius dictum ocymum ꝙ citat aluũ bobus. Et ideo is datur vt purgentur. id ẽ pabuli ſegetes virides ſectæ anteq̃ ſiliquas generẽt, bobuſq; datur, vt citam aluum faciat, vnde nomẽ accipit. Ozimum vero per z, herba eſt quam vulgo Baſilicon appellant, odoris optimi, dictum ab ὄζω redoleo.

*Ocypete vna ex harpæijs, ſic dicta ꝙ alarũ velocitate polleat, ὠκὺς enim celer & citus dicitur, & πετάομαι volo. Cc.

*Ocyroe nympha dicitur a celeriter fluendo, ὠκὺς celer & ῥέω fluo. Cc.

¶Ocnus Mantus filius, qui Mãtuã vrbẽ cõdidit. Quo nomine tã ſignificatur ignauus q̃ laborioſus & induſtrius, ſed cuius vxor ſit prodiga. Sed de ocno iſto alij viderint, dicere nolo, bonum em ẽ quandoq; declinare ab omnium odio.

¶Ocrea dicta ẽ q̃ crus tuetur, ꝙ Cicerone auctore opponatur crus, vel ꝙ ſit inęqualiter tuberata, vt inquit Feſ. Apul. Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit. Hinc ocreatus qui ocreis calciatus incedit. Plin. lib. xviij. Ad reliquos vſus laborioſe euellitur ocreatis cruribus manibuſq; tectis manicis, conuolutum oſſeis ligneiſve conamentis.

*Octãgulus res vel figura dicitur octo angulos habens. Cc.

¶Octingeni pro octingenti per ſyncopen. Cc.

*October menſis dictus ẽ ꝙ octauũ locum teneat. Cc.

¶Octonus a, ũ, ab octo numero. Varro. Nutricare octonos porcos paruulos primo poſſunt, incremẽto facto a peritis dimidia pars remoueri ſolet.

¶Octophorum pe. cor. vehiculũ octo rotas habens. Sueto. de Cali. Interdũ adeo ſegniter & delicate inceſſit, vt octophoro veheretur. Mar. octophoro ſanus portatur amice Philippus id ẽ octo ſeruis in lectica.

¶Octopes piſcis Polyppus, a numero pedum.

¶Oculus dictus eſt ab oeculendo ꝙ ciliorum tegminibus occulatur. Latent enim oculi ſub ciliis & genis. Sunt autẽ oculi pars corporis pretioſiſſima, in quibus, vt Albertus Mag. inquit, maxima indicia amoris & odij exiſtunt. Sunt enim veri cordis nuntij, in quibus animus inhabitat. Plaut. in Mi. Nam ego quidem meos oculos habeo, nec rogo vtendos foris. Per tranſlationem ponitur pro inditio. Ci. in Lęl. Nec vero illi in luce modo atq; in oculis magnus, ſed intus domiq; pręſtantior. Dicũtur etiam oculi in arborum ſurculis vnde germinant. Ab oculus fiunt Monoculus, Vnoculus, Lanoculꝰ. Et diminutiuum ocellus. Perſius. Patranti fractus ocello. Ruſus aũt domeſticus in epigrammatis πάντα σέθεν φίλεω μᾶλλον δὲ σὸν ἀκήρατον ὄμμα ἐθηκάμεσθα συνέροιᾳ ἄνδρα σεμνόμενον. *. i. omnino te amo ſolum verum tuum ſine diſcrimine oculũ inimicorum odioſis viris oblectatum.

¶Ocellatus a, um, quod ocellos habet, ab ocello diminutiuo. Vñ Suetonius in Augu. Ocellatas nuces dixit, pro multis foraminibus diſtinctas.

¶Oculeus plenus oculis. Plau. in Aul. Quos ſi argus ſeruet qui totus oculeus fuit, quem quondam Ioni Iuno cuſtodem addidit is nunq̃ ſeruet. Per tranſlationem ponitur pro perſpicaci, quaſi qui ex oculis conſtet. Apul. Perſpicatiorem ipſo Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.

¶Oculatus mõ dicitur qui per totũ corpus oculos habet. Hiero. ad Pauli. Per totũ corpus oculati ſunt Mõ dicitur qui oculos habet vigilantes, & qui cũcta perſpiciat & callidus ſiue pſens ẽ. Plau. in tru. Ipſe pluris ẽ oculatus teſtis vnus quã auriti decẽ, i. qui pręſens fuerit viderit q; Pli. locũ oculatiſſimum appellat occultiſſimũ ſecretiſſimũq;, q̃uis ꝙ cõtrarium oculatiſſimus dici poſſit manifeſtiſſimus. Et tunc ab oculato vocabulo nõ ab occulo verbo deriuatur, ſicut & oculiſſimꝰ pro clariſſimo. Plau. oculiſſimum oſtium amicæ.

*Oculis captus cæcus dicitur. Ce.

¶Oculitus pen. cor. aduerbium ſicut medullitus animitus fingitur, quo ſignificatur tam charum eſſe q̃ oculum. Plaut. Qui amant ancillam meam oculitus.

¶Oculo oculas ab oculis fieri puto. Tertul. in Apologetico. Sed quia iam expolitos & ipſa vrbanitate deceptos in agnitionem veritatis ocularet. Hinc inoculo & exoculo, a quo exoculaſſo, culaſſis, quod ẽ oculum eruo. Plaut. in Ru. Si hercle illic illas hodie digito terigerit periſtis ambo, inuitas niſi tũc exoculaſſiſtis vſq; adeo donec qua domum abeat neſciat. Et hæc omnia ab oculis deducuntur, quamuis per duplex cc, ſcribitur. Lact. lib. de opifi. Vt igitur oculi munitiores eſſent ab iniuria ciliorum tegminibus occuluit. Vnde oculos dictos Varroni placet.

*Odfacio veteres pro olfacio dixerunt. Cc.

¶Ode græce cantus latine dicitur. Hodos vero via.

¶Odi verbum defectiuũ vt Priſ. inquit neq; pſens neq; futurũ neq; participiũ habet, ſed tam pſentis q̃ pteriti tẽporis ſignificationẽ tenet. Inuenitur tamen odio is, odioſum, futuro odiã & odibo. Hier. in lib. prouer. Et imprudentes odibũt ſcientiam. Significat aũt odi odio habeo, a quo oſus. Vnde Exoſus & peroſus & oſor. De quibus alibi.

¶Odium ira inueterata vt inquit Cic. lib. iiij. Tuſ. Interdum capitur pro inſtantia aſſiduitate moleſtia faſtidio. Plaut. in Aſi. Iam hic me abegerit ſuo odio. i. faſtidio. Teren. in Eunu. Neq; agri neq; vrbis odiũ inq̃ me pcipuit i. moleſtia faſtidiũ vel ſatietas pręoccupat, odiũ ẽt ſiue quod idẽ ẽ odion nomẽ loci a cantu nomen habens. In eo enim muſica certamina ſpectabantur, græce ὠδεῖον. Victru. Sic Pericles Athenienſis inter cætera opera q̃ Athenis extruxit fecit & odiõ, in quo certamina muſica ſpectabantur, quod multis ſedibus & colũnis exornatum fuiſſe hiſtorici ſcripſerunt.

*Odinolyontes a nonnullis græcorum dicitur Remora piſcis, ſic appellatus ἀπὸ τοῦ λύειν τὰς ὠδῖνας. i. a ſoluendo dolores partus. Quippe ſale aſſeruatum & alligatum grauidis partũ ſoluere prodiderũt. Cc.

¶Odioſus qui odio habetur. Cice. Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium. Aliquando capitur ꝙ moleſto. Terent. in Phormi. Si porro eſſe odioſi pergitis, odioſe ad uerbium cum odio.

*Odites vnus ex Centauris Ixionis & nubis filius. Cc.

*Odontotrimma a græcis dicitur dentifricium, medicamẽtum quo dentes fricantur vt albeſcant ἀπὸ τοῦ ὀδόντος id ẽ dentis, & τρίμμα. Cc.

¶Odœporion ὁδοιπορικὸν vulgo dicitur itinerarium. Hieronymus de Paula. Neq; enim odœporicõ eius diſpoſui ſcribere. Eſt enim liber in quo annotantur profectionis fluuij, vrbes, loca, nationes.

¶Odor literę cõmutatiõe dicitur ꝙ olor. Hic notũ eſt quod ſignificet oleo. Dr & odos ꝙ odor ſicut honos lepos.

¶Odorus a, ũ, pe. pro. quod ex ſe odorem mittit, vt odorapinus. Aliq̃ odorus ponit pro indagatore & ſagaci. Ver. lib. iiij. æneid. Et odora canum vis.

¶Odoratus a, ũ, q. d aliũ de accepit odorẽ, vt templum odoratum. Interdũ ſumitur pro odorifero. i. quod ex ſe odorẽ habet. Plin. lib. xxi. Quibuſdã annis minus odorata prouenit. ſ. roſa, pręterea magis oĩbus locis ſiccis q̃ humidis odoratior Verg. Georg. iij. Diſce & odoratam ſtabulis accẽdere cedrũ Ser. odoratam pro odoriferam.

¶Odoro as, & odoror depo. Hiero. in lib. Geñ. odoratus eſt dominus odorem ſuauitatis. Col. lib. vj. Deinde nares pręfricato, vt homines diſcant odorari.

¶Odorator qui odorem ſequitur, vt canis, qui & odoriſequus dicitur.

¶Odoramentum odoratio ipſa ſiue quod odoris gratia tenemus. Plin. omnium odoramentorum atque adeo hærbarũ differentia eſt in colore, & odore & ſucco.

¶Odorarius qui odores conficit, vẽditq;, a græcis aromatopola dicitur.

*Oeagrus fluuius Thraciæ pater orphei vatis. Vnde & He-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

brus ꝙ ex eo fluat Oeagrius dicitur. Vergil. Tu quoq; marmorea caput a ceruice reuulsum Gurgite cum medio portãs Oeagrius Hebrus. Cc.

¶ Oeanthe nomen ciuitatis quæ a quibusdam etiam oeanthea vocatur. Est etiam flos vuæ, nam ὀινάνθη dicitur vinũ & τὸ ἄνθος dicitur flos, oi, in œ, diph. latinam.

¶ Oenanthe vitis labruscæ, florens vua. Colligitur cũ optime olet. siccatur in vmbra substrato lintheo, atque in cados conditur, dicta quasi ὄινου ἄνθος, hoc est vini flos. Hierony. contra Iouinia. posuit pro quodam odoramenti genere cum dixit Amomum cyphi Oenãthe muscus & peregrini muris pellicula.

¶ Oenanthinum pe. pro. vnguentum quod ex oenanthæ, hoc est flore Labruscæ fit.

¶ Oenon grẽci vinum dicunt.

¶ Oenopola pe. pro. vẽditor vini, oenopolium taberna vinaria. Plaut. in Asi. Cum a pistore panem petimus, vinum ex œnopolio.

¶ Oenophorum pe. cor. vas vinarium ad ferẽda vina aptũ. ὄινος vinum, quod ἀπὸ τοῦ οἰόλλαι, quod ẽ imaginor ꝙ qui copiosius biberint multa imaginantur q̃ non sunt, φέρω porto. Mar. Reddidit œnophori pondera parua sui. Apul. in Me. li. vij. Oenophoro quod imistũ vino gerebat venenum.

¶ Oenotria regio Italiæ seu ipsa Italia, cuius populi Oenotrij dicuntur, ꝙ ibi optima vina nascantur, ab οἶνος, vel vt Varro. putat ab oenotro Sabinorum rege.

¶ Oenotrides dictæ sunt duę insulę quæ sunt contra Veliã, Pontia scilicet & Isacia.

¶ Oenomaus Hippodamiæ pater Elidis rex, qui victus a Pelope regnum amisit, totaque postea regio Peloponnesus a Pelope dicta est.

¶ Oebades Darij stabularius, cuius industria ipse Darius Persarum regnum adeptus est.

¶ Oebalus pe. cor. rex laconum, a quo regio oebalia. Alius fuit Thelonis capreæ filius de quo Verg. li. vij. Qui multos in campania subegit.

¶ Oebalia regio in Peloponneso quæ & Laconia dicitur ab oebalo Arguli filio, qui rex Laconũ fuit. Sta. lib. i. Achil. Soluerat œbalio classem de littore pastor Dardanus, quod aũt Verg. lib. iij. Georg. dixit. Nãq; sub oebalię memini me turribus altis &c. ideo posuit vt ostenderet Tarentum a Laconibus fuisse conditum, quorum pars est œbalia.

¶ Oęcos grẽce, domus siue familia latine dicitur, a quo Oeconomus.

¶ Oeconomus pe. cor. tam pecuniæ q̃ frugũ omnium quę dominus possidet dispensator est. Vñ & oeconomicus Xenophõtis pulcherrimus liber est, qui nõ gubernationem villę sed dispensationem vniuersæ domus Tullio interprãte significi. Componitur enim ex οἶκος quæ est domus, & νόμος lex. Docet eñ dispensatorem legem domus esse, oeconomica q̃ ad rem domesticam ac familiarem pertinent. oeconomia rei domesticę administratio.

¶ Oechalia vrbs Laconiæ ab oechalio fluuio eam pterfluente ita dicta. Sed postea ab Hercule euersa. Vñ & ea ps Laconiæ q̃ Thessalię propinqua est oechalia appellatur. Ver. Vt bello egregias idẽ disiecerit vrbes, Troiamq; oechaliamque Alię etiam fuerunt Oechaliæ vt in Thessalia & Eubœa.

¶ Oecumenicus latine vniuersalis & ad totum orbem pertinens. Vnde œcumenicum concilium dicimus.

ŏ Oedipus odis, oedipi, tertiæ & secundę declinatiõis, vt docet Prisc. lib. vi. Sta. li. i. the. Limes mihi carminis esto oedipo, de confusa domus. Plaut. in penu. oedipo est coniectore op⁹ qui sphyngi interpres fuit. Dictus oedipus ἀπὸ τοῦ οἰδεῖν τοὺς πόδας, id est a tumore pedum, quos habuit perforatos. Fuit aũt nomen filij Laij regis Thebarum. Etiam iocaste. Nã iussu patris a matris vtero in syluas abijciendus feris delat⁹ dicitur. Quẽ cũ deferrẽt serui, abiecerũt cõpatientes ei, sed pforatis pedibus arbori vimine alligarunt. Advagitum cui⁹ pastor quidam polibio corinthiorum regi detulit quem, & pro suo nutriuit tandem ad patriam rediens occidit patrem ignitum, & Thebis regnauit.

ŏ Oenopides nomen viri mathematici ex chio insula anaxagora aliquanto minor.

* Oedipodionius ab œdipus deducitur. Luca. Oedipodionias infelix fabula Thebas. Cc.

* Oeneus Ætoliæ rex & Deianiræ pater quam Hercules duxit vxorem. Cc.

* Oenigena vino genitus. Cc.

* Oenochema mons in finibus Africę. Cc.

¶ Oenotria regio in Brutijs sicut scribit Strab. libro. vi. ab Oenotro rege Sabinorum sic appellata, a quo Oenotrij viri dicti sunt.

¶ Oenone nomen ciuitatis & nymphę.

¶ Oesypum ab oue dictum est quam græci ὄϊπ vocant, quasi ὀϊόεσσ ὕπνον. i. ouium sordes.

¶ Oestrum grẽce furor dicitur ὄϊστρος. Vñ Statius vocat œstrũ poeticũ furorẽ. Tẽp⁹ erit cũ laurigero tua fortior œstro. Facta canã. Oestrũ etiã latine asilus volatile paruũ, vulgo tabanus ex soni similitudine dictus vel a tabe. Ver. Est lucos silari circa ilicibusq; virentẽ Plurimus Alburnũ volitans, cui nomen asilo Romanũ est, œstrũ Graij vertere vocantes Aspera sonans quo tota exterrita syluis Diffugiunt armẽta. Colu. lib. x. scribit nasci in extremis partibus fauorum amplioris magnitudinis q̃ sunt apes cęterę, eosq; nonnulli putant esse reges, verum græcorum authores ὀιστρους appellãt, ab eo ꝙ exagitẽt, nec patiantur examina conquiescere.

¶ Oeta mons inter Thessaliam & Macedoniam clarus morte & sepulchro Herculis, in quo (vt Ser. inquit) stellę videñ occidere, sicut de Ida nasci. Et vbi Elleborum optimum nascebatur. A Parnaso vsq; Pindũ pars in Thermophilas vergẽs proprie oeta vocatur. Hinc Oetęus, um. Vñ Hercules oetæus dictus est. Aeeta vero Colchorum rex fuit filius Solis & Persides nymphæ frater Perses qui in Taurica regnauit, q̃ habuit filiam Hecatẽ crudelissimã supra patrẽ, quę homines sagittis appetere solebat Faciebat venena. Inuenit prima aconitum, quo patrem interemit, regnũ occupauit, templum Dianæ statuit, vbi nauigantes hospites sacrificabat. Quo clarior euaderet nupsit Ætæ patruo, ex quo genuit Cyrcen Medeã Egyaleũ. Cyrce in venenis plus matre edocta nupsit Sarmatarũ regi, quem veneno interemit, & crudelitate sua ad Italiam pulsa est.

* Oeteus frater fuit Ephialtis & Aloęij filius, pugnauitq; in Creta vt Sal. refert. Vnde Oetij campi dicti sunt. Cc.

* Oethini populi sunt iuxta pontum. Cc.

* Oetoscyros lingua Scythica Apollo dicebatur. Cc.

O ante F

¶ Offa per duplex ff, constabat ex carne fere porcina lucanica, quam facere ex mediocri intestino Romanę mulieres a Lucanis didicere. Vñ offam porcinam cum cauda offam peniram dicebãt. vñ est Illud Iu. Et patruo similes effunderet offas. Offa etiã cibarium ex frustis panis in iure pingui caseo vetere pipere & cynamomo conditis quæ iussulata & casea ta dicitur. Ver. Melle soporatã & medicatã frugib⁹ offã. Põt etiã fieri offa ex alijs rebus. Var. li. iij. de re rust. Cibatui offas positas, hęc maximę glomerantur ex ficis & farre misto. Ab offa fit offarius pro coquo, offatim particulatim.

¶ Offella diminutiuũ, frustulum carnis erit puta librale. i. q.t caro concidit. Porcina a porco quã in sartagine craticula & prunis coquimus, Vitulina a vitulo quam ad ignẽ verubus versantes ad escã paramus. Et apud poetas per simplex f. scribitur. Mar. Parua tibi curua craticula sudet offella. Iuue. Ad rudis omni tempore & exiguę furtis imbutus offellę.

¶ Offula similiter dimi. ab offa. Sueto in Claud. Rogo vos quis potest sine offula viuere. Col. scribens de salsura carnis fuillæ ait. Dein offulę carnis spissę componuntur & alterna sal ingeritur.

¶ Offectores, vide suprain dictione Infectores.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Offendo is.di.fum.ex ob & fendo,quod non eſt in vſu ſi cut & defendo ſignificat incurro,incido. & proprie,animi & corporis.Terentius Aduenies offendi quēdam meiloci hīc atque ordinis hominem haud impurum.Et non ſolum de animatis,ſed de inanimatis quoq; dicitur.Sed quoniam qui incidūt in aliquid lędere ſæpe ſolent id in quod incidunt,factū eſt vt offendere pro lędere vſurpetur.Lactā.li.iii. Quo peccato ac ſcelere offenſus deus.Et offędere eſt inuenire,ſed prēter opinionē.Ci.de rep.Sed imitor Architā illū Tarentinum,qui cū ad villā veniſſet,& oſa aliter offendiſſet.Itē ponitur ꝓ pcutere & verbis iniuriam facere.

¶ Offenſa offenſio,offendo dinis.& offenſus.us,in vno ſignificato accipiuntur.Lucre. Nonigitur multis offenſibus in temerando,offenſa tñ actiue ſumitur.Cic. Cum tot eius offenſas,pati nō poſſem diſceſſi.Offenſio plērūq; paſſiue.Idē.in corpore ęgro odioſa eſt oīs offenſio.i.oīs moleſtia & paſſio.Offēſiuncula,parua offenſio.

¶ Offendiculū impedimētum obſtaculum.offenſaculum eſt id quod ponitur vt aliquis in ipſum incidat vel impingat,ab offenſa nomen deductum.

*Offendimentū ligaturæ nodus quo apex retinebatur cum peruenisſet ad mentum.Cc.

¶ Offenſatio obſtatio ſeu obuiatio ab offenſo.fenſas.frequētatiuo verbo,quis id non legerim.Nā eius formatio legitima eſt,ſicut ab occurſo occurſatio. Defenſito tñ frequentatiuū eſt verbi defendo,vt apud Cic.Si igitur nō poterit ſiue cauſas defenſitare.Sed non mirū ſi defenſito & offenſo frequentatiua duplicia variis vocibus reperiri poſſint,qm̄ & curſo & curſito ſimiliter inueniuntur.

¶ Offendix ligaturę nodus,quo apex retinebatur.

¶ Offercio impleo,a quo offertiſſimū pinguiſſimū.Plau. Sine ſacris hæreditatem ſum adeptus offertiſſimam.Cc.

¶ Offero proprie exhibeo ſiue prędento.Terent.in Hecy. opportune te mihi offers.Interdū offerre eſt ſponte dare. Hinc oblationes dñr q̄ diis offeruntur.Interdum inferre.Cice. lib. iii.offi.Reginæ ſtuprū obtulit.Interdum immittere. Idem ad pontifices, Domus ardebat in palatio non fortuito,ſed obla to incendio.Interdum obiicere,vt apud eundem in Læl.Addendum eodem eſt vt ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus,aut credat oblatis.Interdum polliceri.Iuſti. Cum ei auxilium obtuliſſet.

*Offerumenta veteres dicebant oblationes quæ diis offerebantur.Cc.

¶ Officio is.ex ob contra & facio,quaſi noceo dī.Cice.lib.of.

¶ Demoliri ea quorū altitudo officeret auſpiciis. Vnde per antiphraſim officiū quidā dici volunt. Aliquando officere idē eſt quod efficere. Vñ & ſecūdū alios officiū quaſi efficiū. Eſt ēm officiū qđ quiſq; efficere debet pro ſuæ conditione perſonæ,In quo animadiuertere oportet quid loco conueniat,quid tempori,quid rerum aut perſonarum dignitati. Vñ in familia bene inſtituta dicimus oēs in officio eſſe oportere.i.omnes oportere agere quæ debent. Terentius in And. Hoccine eſt officium patris? Amb.lib.i.offi. Legimus officium dici a nobis poſſe,nec ratio ipſa abhorret,qñ quidem officium ab efficiendo dictū putamus quaſi efficium,ſed ꝓpter decorem ſermonis vna immutata litera officiū nuncupari,vel ęrte vt ea agas quæ nulli officiant,proſint oībus. Poteſt etiam dici & rēcte vt ab officio is.officium deriuetur,ita vt ob nō cōtra ſed circū ſignificet vt circa qđ faciendū eſt innitamur. Nec quem q̄ moueat qđ officio officis aduerſetur nomini officium. Tūc ēm ob ſignificat contra,vt ſit quaſi contra facio. Ideo ſignificat obſum.Sed q; ſignificat etiam circumſeruit noī officium.Huiuſmodi ēm varietas ex ꝓpoſitionū multiplici ſignificatione plērūq; exiſtit,quam cum ignoramus non veram vocabuli interpretationem conſequi valemus. Officium aūt generatim loquēdo cū ad oēs homines pertineat (Siquidem Cicero de officiis ſcripſit,item & Ambroſius) quantum intelligo, eſt cōgruus actus vniuſcuiuſq; perſonæ. Vel id eſt in quod quiſq; incumbere debet,vt ipſum ſicut charitas poſtulauerit quo ad portu rit effectum reddat. Vnde quum facim⁹ quod debeamus q; bene facimus inde officium etiam beneficium dictū eſt. Ci.li. ij.ad Heren. Si plura aut maiora officia q̄ maleficia videbuntur conſtare. Et quia benefacere cuipiam eſt obſequi illi cui bene fit,idcirco officium etiam obſequiū dicitur. Idē. Odioſum ſane genus hominū ē officia exprobrantiū q̄ meminiſſe debet is in quem collata ſunt,non commemorare qui contulit. Capit interdū officiū ꝓ honore, vt Circūſtabant Cæſarem ſenatores ſedentem in aurea ſella officij gratia. Magiſtrat⁹ quoq; officiū dicit,vel quia honoris gratia inſtitutus eſt,vel quia opem populo fert,vel quia ius quod cuiq; debet reddit.Jqñq; accipitur pro alicuius artis ratione vt officiū grāmatici officium medici. Et cūm ad virtutem pertineat,vt hominis officium eſt pietatē colere,dicimus tñ interdū Lenonis eſt officiū inſidiari pudicitię. Accuſatoris eſt officiū crimina inferre. Eſt etiam q̄ officere ſignificat inficere. Vñ offectores colorū infectores dicuntur.

¶ Officium ab efficiendo vel ab officiendo,de quo modo dictū.Et eſt duplex,alterū perfectū quod grēci catorthoma vocant,quod & oīs numeros virtutis continet. Alterū medium ptinēs ad inſtitutionē vitę cōis.Ci.li.iii.de fin. Q; ratione actū ſit id officiū appellamus.

¶ Officioſus qui habenter vel probe officium ſeu beneficium alicui exhibet,ſiue qui obſequi alteri multum ſtudet. Cicero, Octauio. Hoiem prudentē & officioſum cognoſces. Qñq; officioſum dī qđ cōtinet pietatē,& nulli nocet,alicui ꝓdeſt. Augu.ad Hier. Si ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerunt vel officioſa mendacia qđ in eis remanebit? Capit aliqñ in malā partem Nam cum olim. Q. Aliterius defendere reū libertinum cui obiiciebatur q; patroni concubin⁹ fuiſſet,hac defenſiōe vſus eſſe fertur.Impudicitia in ingenuo crimen eſt,in ſeruo neceſſitas,in liberto officium.Ex eo impudici & obſcœni aliquandiu officioſi vocati ſunt. Officioſus dolor a Cice.lib.iii. Tuſcu. dicitur qui ex iuſta cauſa ſuſcipitur.& cuius probabilis ratio reddi poteſt.

¶ Officialis & hoc officiale quod ad officium pertinet vel qđ de officio tractat.Lactan.lib.vi.Quid.M.Ful.in ſuis officialibus nonne hoc idem perſuadet non eſſe omnino largiendum Et diſt.xxxviii.ſcribitur.Q̄ preſbyteri in parochiis ordinantur,libellum officialem a ſacerdote ſuo accipiant.i. in quo cōtinetur officiū. Officialis etiā miniſter magiſtratus vocatur. Apul.Sed iuſſit poteſtas officialē ſuū magna ſeueritudine coerceri.Idem etiam officium vocat,vt apud hiſtorias quorundam ſanctorum martyrū legitur.

¶ Officina pe.ꝓ.locus vbi aliquid fit,hoc eſt in quo artifices opera ſua faciunt.Hiero.de Paulo Eremita. Hunc locū Ægyptiorū literę ferunt furtiue morietæ officinam fuiſſe ea tēpeſtate qua Cleopatrę iunctus eſt Antonius. Ab efficiendo dicta. Taberna vero vbi aliquid venditur cū alibi factū ſit,licet q̄q; officina pro taberna ponat.

¶ Officiæ arum dicuntur fallaciæ.

¶ Offirmó as.firmū propoſitum in animo habeo & quaſi obſtinate.Terent.in Heau. Age quaſo ne tā offirmes te Chremes. Proprie autem offirmare eſt valde ſeu perfecte cōtra aliquē firmare,Hiero.Beatus Paulus oſtium quod petebat recludens ſeta offirmauit.

¶ Offlecto circum vel contra flecto.Plaut.in ru. At ego hinc offlectam nauem.

¶ Offoco as.pe.cor.circūfoco ſiue ſuffoco.Aug.li.v.cōf. Sed me maxime captū & offocatū quodā modo deprimebāt corporalia cogitantē molles ille ſub quibus anhelans in aurē tuæ veritatis reſpirare nō poteram.

¶ Offoco cas.pe.ꝓ.aquā in fauces do ad ſorbendum.

¶ Offringo ex ob & frango eius qđ fractū eſt cōtrario frāgo Feſtus.offringi terra dicitur quando iterum tranſuerſo ſulco aratur. Var.lib.i.de re ruſt. Cum proſcideris offringi oportet i.iterare vt frangantur glebæ.Prima ēm aratione grādes glebæ ex terra ſcinduntur.

¶ Offūdo offundis, circunfundo.obcuro,obcæco, ſiue opio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

maculove. Lact. lib. vij. Luna iam non tribus deficiet diebus aut horis, sed ꝑpetuo sanguine offusa meatus extra ordinari os paget. Ci. ꝑ Rof. Erāt interea qui suis vulneribus mederent q̄ tanq̄ si offusa repub. sempiterna nox esset ita ruebant ī tenebris oiaq; miscebant, aliq̄ offendere est injcere. Ci. Hic error & hæc doctorū animis offusa caligo est.

D ante B

¶ Ogdoas, adis. numerus octonarius.

¶ Ogdous Aegypti rex Vohæus cognoīatus, qui Memphi cōdidit a nomine filiæ. Hic prius Venereus cognominat⁹ fuit vt author est Diodo. Siculus.

¶ Ogdolapis fluuius nauigabilis ex alpibus fluens ad vrbem irrumpit.

¶ Oggānio multū dico, inculco. Plau. in Asi. Cui nunq̄ vnā rem me licet semel pcipere fieri quincenties eandem ſmperem atq; oggānia. i. inclamitē, vel insuper clamitem.

¶ Oggero is. pe. cor. Vide in dictione Gero.

¶ Ogyges Thebanorum rex qui Thebas Boeotias ædificauit circiter mille & quingentos annos ante vrbem conditā hinc.

¶ Ogygius a. um. Vñ ogygia mœnia Thebana dicta sunt. Sub hoc rege fuit diluuiū magnum.

¶ Ogygia insula ītra Phœniciū & Syriū mare, ab ogygo. Thebanorum rege.

¶ Ogyris insula q̄ in ea Erythræ regis monumētū magis clara q̄ cæteræ, vt inquit Pompo.

*Oggrassari pro gradi vsurpatur. Plau. Nisi cum pedibus dicistis oggrassari gradu. Cc.

D ante H Et J

¶ Olie Interiectio exclamantis, & fatietatem vsq; ad fastidiū designāt, & iubet modum imponere.

¶ Olhomeli. Vide in dictione mulsum.

*Olis græce, latine ouis. Cc.

*Olum latine oleum. Cc.

D ante L

¶ Olea & oliua pro arbore. Verg. libro. ij. Georg. Sed truncis oleæ melius propagine vites Respondent. Ambro. Quis alius tales fructus ferret olearum non curuescentium vbertate baccarum? Vergilius, Incumbens tereti. Damon sic cœpit oliuæ. Ambro. Ideo ad mōtem venit olueti vt nouellas oliuas in sublimi virtutum plantaret. Similiter pro fructu olea & oliua dicitur. Vnde & pro liquore oleum & oliuum dicimus. Oleum ab olea. oliuum ab oliua. Horatius in Sermo. Quali perfundat pisces securus oliuo. Colu. li. vi. Oleum optimum Licinia, dat plurimum Sergia, olearum quędam dīr Licinianę, quędā Paulię, quędā Sergiæ, quędā orchis, quę dā Regiæ, & quædam Radij.

¶ Oliuitas oleæ fructus. Varro. Tū denicq; ois cū lucerna cōbusta est in lucubrando oliuitasq; cōsumpta est. Dī oliuitas ēt siue oleitas oletasve tēpus legendarum oliuarum.

¶ Oliueta æ. ab oliuo dicebat, sicut a vino vindemia.

¶ Oliuetū locus in quo oleæ cōsitæ sunt. Col. li. iij. Melius aūt truncis q̄ plantis oliuetum constituitur.

¶ Oletum idē qđ oliuetum ab olea, vt est apud Catonem li. de re rust. Est autem sumptum ab oleo. Item stercus humanū Veranius. Sacerdotula in sacrario fecit oletū, ꝑprie tñ capit pro loco in quo meimus atq; excernimus Taci. in Ner. Gymnasium eo anno dedicatum a Nerone præbitumq; oletum eq tiac senatui.

¶ Oleaceus a. um. qđ est materiatū ex oleo, vt lignum oleaceum, liquor oleaceus.

¶ Oleatus a. ū, qđ est factū cū oleo. Hier. in lib. Numeri. Quasi panis oleati faciens ex eo tortulas saporis.

¶ Olearis & hoc oleare qđ ad oleū pertinet. Pli. li. xxxiij. Quippe cū in exacuendo oleares cotes & aquariæ æquæ differant oleo delicatior fiet acies. Sic oliuaris & hoc oliuare. Seruius. Trapetis aūt molis oliuaribus.

¶ Olearius a. um. & oliuar⁹ a. um. quod ad oleū pertinet, vt olearia & oliuaria cella. Colu. li. ij. In sole siccata & mox refrigerata reconditur si maior est modus in horreo, si minor in vasis olearijs salsamentarijsq;.

¶ Olearius rij qui oleū facit vel vendit. Col. lib. vi. Peritissimi olearij vix patiunt ad vnam lucernam opus fieri.

*Olearus insula vna ex Cycladibus. Cc.

¶ Oleosus a. um. qđ est plenū oleo. Pli. Semen oleosum quod & fit ex eo medetur oris vlceribus peruncti.

¶ Oleaster olea syluestris. Verg. Indicio est tractu surgēs oleaster eodē Plurimus & sirati baccis syluestribus agri. Hui⁹ diminutiuum est oleastellus.

*Oleastrinum dicitur oleum qđ ex oleastro fit. Cc.

¶ Oleaginus a. um. pe. cor. qđ ex olea arbore est, sicut faginus a fago. Vergi. Truditur e sicco radix oleagina ligno. Dicitur & oleagineus a. um. Varro lib. i. de re rust. Demum in oleagineis seminibus arbores videndum vt sit de tenero ramo ex vtraq; parte æquabiliter præcisum, quas, alij sclauolas, alij tales appellant.

¶ Oliuo as. oliuarum vindemiam ago, siue oliuas colligo. Plinius Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit, oleam nē strigito, neue verberato.

¶ Olenus Boeotię vrbs sic dicta ab oleno Vulcani filio. Fuit & alia vrbs in Ætolia iuxta quam fuit aper Calydonius. Cc.

*Olenius possessiuū est ab oleno, vñ capella olenia vocitata est. Oui. Nascitur olenię signum pluuiale capellæ. Cc.

¶ Oleo es. olui. & olui, olitum & oletum, odorem spiro, & cōstruitur frequenter cum accusatiuo fere cū omnibus suis cōpositis. In quo significationem eorum neutralem trāsitiuam esse dephendere licet. Hora. Vina fere dulces oluerunt mane camœnæ. Hieron. ad Pamma. Simplices epistolæ tuæ olent ꝑphetas apostolos sapiunt. Aliquando etiam ablatiuo. Ouid⁹ Percq; locos sacros & olentia sulphure fertur. Proper. Cur nardo flāmæ nō oluere meę? Aliqn̄ sine casu. Plini. Rosa recens a longinquo olet. Inuenitur etiam olo olis. Plaut. Olunt ædes arabicas. Idem in mus. Non omnes possunt olere vnguenta exotica, sicut tu oles. Est enim iambus. Eius naturæ sunt compositæ, videlicet redoleo, quod idem est qđ oleo. Hieronym⁹ Nunq̄ vinū redoleas ne audias illud philosophi, hoc non est osculum porrigere, sed vinū ꝑpinare. Verg. Feruet opus, redolentq; thimo fragrantia mella. Aboleo, adoleo, exoleo, inoleo, de quibus supra. oboleo graueolentiam odorēq; tetrū reddo Suetonius in Cal. Illeatidorum oboluisset quasi ad præcauenda venena sua sumptum. Plaut. in Mus. At te Iuppiter dijq; omnes perdent oboluisti alium germana illuuies. Peroleo valde oleo. Luci. libro. xxx. Quis totū is corpus iā posse bisulcis. Suboleo quasi oleo & odorem sentio. Per translationem subolere ponitur pro demonstrare & de aliqua re sentire quasi quę male sentiat. Terent. Ne paululum quidem subolet esse amicā hanc Cliniæ. Plau. in Cas. Subolet iā vxori, quod ego machinor. Dicit & bñ oleo, & male oleo, graue oleo, suaue oleo. Pli. Succus hędere te dianarium, graueolētiamq; emēdat. Aug. lib. viij. conf. Inde sermo deuolutus est ad monasteriorum reges & mores suaue olentię tuæ. Aboleo fit oleſco q̄ inter se differunt q̄ oleo habet significationem naturalē trāsitiuam. Oleſco passiuā innatam.

¶ Olentica dicuntur mali odoris.

*Olli & ollic pro illi & illic scripserunt veteres. Cc.

¶ Olo ꝑ oleo veteres dixerūt. Cc.

¶ Olidus a. um. pe. cor. qđ tā bonū q̄ malū odorē habet. Mar.

¶ Olidæq; vestes muricæ. Hora. li. Epist. in malū dixit. Sed minus arte premūt olidę conuiuia caprę.

¶ Olfacio is, olfeci olfactum, qđ & olefacio dicitur. significat odoro. Pli. lib. xi. Quoniam modo audiant delphini mirū. Idē Nec olfact⁹ vestigia hñt cū olfaciāt sagacissime. Inde olfact⁹ a. um. participium, & olfact⁹. Idē lib. xxix. Basiliſci quem etiā serpentes ipſi fugiunt alios olfactu necantem.

¶ Olfacto as. frequentatiuū ab olfacio. Plini. lib. xx. Xenocrates Pulegii ramum lana inuolutū in tertianis ante accessionē olfactandum dari tradit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Olfo as, idem quod olfacio. Auguſt. Quia non ſecum ferebat niſi amantem memoriam, & quaſi olfata quę comedere nondum poſſem.

¶ Olibantum menſura vinaria rotunda nominabatur.

¶ Olim aduerbium non ſolũ præteritum tẽp⁹, ſed ẽt' p̃ſens & futurũ denotat. De p̃ſenti. Verg. Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores. De futuro. Idem. Hunc tu olim cœlo ſpolijs orientis honuſtum accipies. Quintilianus. Quin olim nominabunt. Ponit ẽt pro aliqñ. Cur, olim enim uero mero ſenſibus victis ex lecto ſæpe conſurgit. Et ꝑ iãdudũ. Verg. lib. ij. Georg. Ac iam olim ſeras poſuit cum vinea frondes.

¶ Oliniam iam longo tempore. Quint. olimiam imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum quęrit.

¶ Oliſippo oppidũ in Luſitania ad oceanum apud montem Tagrum, vbi quędam e vento tẽpore certo cõcipiunt equę quarum pulli non plus triennio viuunt.

¶ Olla genus vaſis pro quo antiqui dicebant aula ab olla fit diminutiuum ollula. Var. Cato ait vuam amineam in ollis commodiſſime condi. Idem. Electa in ſecretam corbulam, in de in ollulas addatur.

*olor auis nota quam græci κύκνον vocant, vnde olorinus, vt olorina vox, & olorinæ veſtes, & olorinus color, id eſt cãdidus. Cc.

*olos vero totum ſignificat.

¶ Ololygones pe. cor. mares ranæ quo tempore vocem mittentes cient ad coitum fœminas. Fit a verbo græco ὀλολύζω quod ſignificat vlulo.

¶ Olus eris dicitur oĩs hærba ſatiua quę in vſu cibario eſt, ab alendo, ꝙ oleribus alerentur hoĩes antequã fruges vel carnes eſſent. Varro ab olla deducit. Nonius & Feſtus inter aſpirata connumerant. Huius diminutiuum eſt oluſculum. Hora. Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo.

ὄollares dicuntur vuæ quæ in ollis fictilibus optime conduntur.

¶ Olus atrum ſiue in compoſitione olyſatrum, alio nomine Hypoſelinũ dictũ ꝙ folia habeat ſubnigriora, propter quod Col. pullum olus appellat. Atq; oleris pulli radix, quidam Perroſelinon vocant, ꝙ inter petras & iuxta maceriam ſeria veteribus conſueuerit.

¶ Olitor pe. cor. qui olerum hortum exercet, qui & hortulanus dicitur. Similiter olitor qui olera vẽdit.

¶ Olitorius a, um, quod ad olera pertinet, vt forũ olitorium vbi vænduntur olera, horti olitorij, & oſtia olitoria quæ dicuntur hoſtia hortorum. Pli. Et lactucæ genus adeo lati caulis vt oſtiola olitaria ex his factitari prodiderint.

¶ Olympus mons cuius vertex vſq; adeo attollitur, vt ſummæ eius accolę cœlum vocẽt, propter qđ poetæ cœlũ olympum vocant. Dictus olympus quaſi ὅλος λάμπων hoc ẽ totus fulgens, quia ſolem clarum habet nulliſq; vnq̃ nubibus fuſcatur. Lucre. Nubes excedit olympus. Sunt aũt quatuor montes hoc nomine. Primus mons altiſſimus inter Theſſaliam & macedoniã, qui tamẽ Theſſalię adſcribit. Alter i Gallo græcia vel in Cypro. Ali⁹ apud Myſos, ad cuius radices pruſa ab Annibale condita. Quartus ad mare rubrũ in Æthiopia haud longe ab Heliopoli oppido, qui oriẽte ſole vſq; ad quintam diei horam flammas emittit.

¶ Olympus a, um. i. cœleſtis poſſeſſiuum ab olympo.

¶ Olympicus a, ũ, quod ẽ olympi, vel quod ad olympũ pertinet vt Iuppiter olympicus. Dict⁹ eſt aũt Iuppiter olympicus ab olympo, a quo eruditus & ad virtutẽ inſtitut⁹ ſit. Alij vero a cœlo quẽ olympũ græci vocant i quo regnare ferũt.

¶ Olympia æ, vrbs erat inter oſſam & olympum montem mercatu famigerata & celebritate illa quinquennali ludorum indyta.

¶ Olympia orum, ludi qui in honorẽ Iouis olympici apud Piſam & Helidẽ Gręcię oppida celebrabãt, hoc ẽ gymnicũ certamẽ, quod quĩto quoq; anno fieri ſolebat. Vñ olympiacus a, um, vt olympiacũ certamẽ, victoria olympiaca.

¶ Olympias adis, quinq; annorũ ſpaciũ quod a romanis Luſtrum dicit. Exide Græci tẽpora per olympiadas ſupputare cœperunt ita numerantes. Olympiadis primę aut ſecundæ aut cẽteſimæ anno Primo vel ſecundo vel tertio vel quarto Atq; vt cõſules, ita & olympiæ victores iterũ & tertiũ dicimus. Plautus in Men. Iterũ (inquit) Pythia & tertiũ olympia. Eſt & olympias nomẽ mulieris proprium.

¶ Olympionices ſiue olympionicus qui in olympiaco certamine victor euaſit νικᾶν quippe victoria dicitur. Ælianus de varia hiſtoria li. x. Duxit ad olympicum certamen filium ſuum Pherenice fœmina, prohibentibus eã ſpectare qui pſidebant, licere id ſibi ꝑ ſuaſit, quæ patrẽ & fratres tris haberet olympionicas. Cic. pro. L. Flacco refert ꝙ apud græcos eſſe olympionicem iudicatur prope eſſe maius & glorioſius quã Romę triumphaſſe.

¶ Olympiodorus pe. pro. nomen viri proprium. ὄEius qui docuit epaminundam cantare tibijs.

*Olyras fluuius eſt prope Thermophylas quẽ fabulantur eo natum eſſe Herculis rogum extinguere. Cc.

¶ Olyſippum Luſitanię vrbs, quæ noſtris tẽporibus Vlyſbona appellatur.

¶ Olynthus Thracię vrbs, quam a Chalcide quæ in Euboea fuit Coloni condidere.

¶ Omaſum pe. pro. eſt pinguius atque craſſius inteſtinium quod nonnulli bubulum eſſe credunt. Hora. in Ser. Seu pingui tentus omaſo.

*Ombria gemmæ ſpecies quã nõnulli Notiã vocãt. Cc.

*Ombrion vna & prima ex fortunatis inſulis habens ĩ mõtibus ſtagnũ & arbores Ferulæ ſimiles. Cc.

¶ Omen augurium, ꝙ fit ore, quaſi oremẽ. Eſt enim futuræ rei pronunciatio ori hoĩs incidens, diuino ꝛmen furore. Et tã de malo q̃ de bono dĩ. Liuius lib. i. Dextra Herculis data eſt accipere ſe omen impleturum ꝙ fata ara condita ac dicata ait. Vergil. Quod dij prius omen in ipſum Conuertant. Hinc ominoſus qui omen facit.

¶ Ominor pen. cor. auſpicor, omen capio. Pli. libro. xxviij. Cur enim primum anni incipientis diem lętis p̃cationibus in uicem fauſtum ominamur? Curtius. In illo periculo Macedones ominati eſſe videbantur. Hinc abominor, de quo ſupra ὄ Antiqui omino as, dicebant. Pompo. Ita ſit & tibi bene qui recte ominas.

¶ Omentũ mẽbrana tenuis & pinguis qua integunt vẽtriculi, & vnuſcuiuſq; membri interioris veſtitus. Perſius. Cũ tibi tot iunicũ in flammas omenta liqueſcant. Vñ & ꝑ membrana q̃ torũ iuoluit cerebrũ ponit. Macro. Et cerebrũ qđ tactu ſui hoĩem vel torquet, vel frequẽter interimit, non ſuo ſenſu, ſed veſtitus ſui. i. omenti hũs importat dolorem. Hinc omentatus a um, quod eſt pingui omento fartum. Apicius. Inſtria omentata pulpam conciſam teras.

¶ Omiomeria. Ariſto. refert Anaxagorã dixiſſe omiomeria eſſe elementa, hoc eſt ex ſingularibus partibus conſtantia oſſa videlicet e pauxillis atq; minutis oſſibus. Sic de pauxillis atq; minutis viſceribus viſcus gigni, ſanguẽq; creari ſanguinis inter ſe multis coeuntibus guttis.

¶ Omitto ex ob & mitto, ſed b. abijcitur contra regulam. Quidam tamen per b, ſcribendum putant, ſed non proferẽdum. Et eſt omittere rem aliquam penitus dimittere. Remittere vero & intermittere rem aliquo certo tempore dimittere. Verg. Omiſſus hinc iam obliuiſcere Graios. Vnde etiã pro negligere ponitur. Terent. in Heau. Vbi te vidi animo eſſe omiſſo. huic contrarium eſt Attendo, vt apud eundem. Attentiores ad rem ſumus omnes.

*Ommaneo diu maneo. Cc.

¶ Omnis diſtributiua dictio eandem vim habet in ſingulari quam in plurali, omnis enĩ homo ſignificat oẽs hoĩes. Differt tamen omnis a toto, quod omnis ad numerum refertur totus ad quantitatem. Totum dicimus corpus aliquod integrum, vt tota domus. Omnis de vniuerſis numero diſtinctis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vt omnis grex Confunduntur tamen plerunq;.
*Omnicreator deus dictus est, qui omnia creauit, & omnisfactor, qui omnia fecit. Cc.
¶Omnifarius dicitur sicut plurifarius, quo Sue. vtitur. Cc.
¶Omnifariã aduerbium, i. oĩbus modis siue oĩs generis.
¶Omnigenus a, um, pe. cor. ex omni genere. Verg. lib. viij. Omnigenumq; deum monstra.
¶Omnimodus a, um, pe. cor. omnium modorum.
¶Omnimorbus a, um, quod omnibus morbis subuenit. Vñ oĩmorbã hærbam quidam maluam appellant.
¶Omniparens pe. cor. qui omnia genuit.
¶Omnipudens pe. cor. quem omnia pudet.
¶Omniuagus a, um, pe. cor. per omnia vagus.
¶Omnipotens pen. cor. omnia potens, compositũ est, vt docet Priscian. ex tribus corruptis. i. omni potis & ens qui oĩm potis est. Hier. Omnipotens ab eo dicit q; omniũ teneat potentatum. Per ipm enim creata sunt oĩa visibilia, & inuisibilia. Aug. lib. v. ciui. dei. Recte deus dr̃ omnipotẽs qui tamẽ mori & falli non potest dicitur enĩ Omnipotens faciendo quod vult, & nõ patiẽdo q; nõ vult. Qd si ei accideret nequaq; esset oĩpotẽs. Hĩc oĩporentia rerum omniũ facultas.
¶Omnitenens pe. cor. qui omnia complectitur.
¶Omniualens pe. cor. omnia valens.
¶Omnino aduerbium significat prorsus. Vñ apud Iurisconsultos omnino recessisse dicitur is qui recessit animo permutãdi domicilium.
ὄμοπλατε. Celsus oñdit esse duo ossa lata quæ vtrinq; ad scapulas tendunt, quę nostri scoptura operta dicunt.
¶Omphagi pe. pro. qui cruda carne vescuntur quales perhibentur esse Ætoli, vt ait Thucydides.
¶Omphale nomen proprium reginę Lydię, quæ Herculem multis muneribus ornauit q; anguem iuxta Sagarim fluuiũ multos homines interficientem interemit.
ὀμφαλὸν græci dicunt vmbilicum. Vnde omphalo carpon hærba cuius semen vmbilico simile describitur.
¶Omphacinum vinũ ex immatura vua factũ, & omphacinum oleũ quod fit ex immatura oliua, cuius medicinę. Plin. lib. xxiiij. meminit. Et lib. xij. eius confecturam docet. Græce enim ὄμφακες dicuntur vuæ & fructus immaturi. Ipsa vero oliua nominatur drupta.
¶Omutesco sine b, & simplici m, quis ex ob & mutesco cõponatur. Et significat mutus fio. Ver. lib. iiij. At vero Æneas aspectu omutuit amens. i. mutus factus est, siue terrore ita p cussus est, vt loqui non posset. Est enim prẽteritum ab omutesco, non ab omuteo, quod reperiri nõ puto, quia nemo exprimere vere põt. Mutus sum. Multo minus mutus fui nisi a deo liberatus fuerit. Cum em̃ in authoribus reperim⁹ omutuit, ab omutesco prẽteritũ est. Narratur enim actus qui tũc accidit, hoc est q; tunc ille mutus effectus est. Qui actus tũc non prætererat sed extabat. Si vero quis mutus a deo liberatus dicat. Omutui, nunc autem loquor, tũc omutui ab omuteo f. et, & significat mutus fui.

O ante M

¶Onager pe. cor. asin⁹ agrestis. Componitur enim ex ὄνος asinus ἀγρίος syluester. Nam in ros græca desinentia cum ad latinam transeunt declinationem, mutant ros in er, vt Alexandros alexãder. Onagros onager. Var. Asinorum duo sunt genera. Vnum ferum, quos vocant onagros, in Phrygia & Lycaonia sunt greges multi. Alterum mãsuetum, vt sunt in Italia omnes. Ad seminationes onagrus idoneus, q; e fero fit mansuetus facile, & e mansueto ferus nunq;. Albertus libr. de animalibus scribit medullam onagri curare podagram si ea inũgatur & eius stercus siccatum & cum vino bibitum valere contra scorpionis punctura.
*Onæ ficus sunt prædulces quæ Tarenti tantum nascũtur sic dictæ q; propter bonitatem iure emiqueant ὠνὴ em̃ græce dicitur emptio a verbo ὠνέομαι. i. emo. Cc.
¶Onocentaurus animal monstruosum quod a parte superiori hominis speciem habet, a parte inferiore asĩni pfert imaginem. De quo habetur apud Esaiam. Et occurrent dæmonia onocentauris.
ὀνοχέλος pe. cor. latine dr̃ labrũ asĩni, genus hærbæ.
¶Onelimus pe. cor proprium nomen viri, & latine dicit vtilis ὄνησις iuuamen vtilitas.
¶Onesecritus pe. pro. philosophus Æginensis, vel vt quidã volunt Astiphalensis, qui cum Alexandro militauit, vt Xenophon cum Cyro, & Alexandri vitia & laudes scripsit. Fuit etiam medicus.
¶Onocrotalus pe. cor. auis est cygno similis dicta q; collum in aqua mergens spiransq; veluti ruditum asĩni edat ὄνος asinus κροταλίσμος crepitus. Hier. contra Vigil. Centauros & Syrenas vlulas & onocrotalos in Esaia legimus.
¶Onixes genus marmoris, de quo Plin. Onixes in Arabiæ montibus & in Germania, ex quo potoria vasa primum facta post pedes lectorum sellarumq;.
¶Onyscus siue Tylus vermiculus est pluribus pedibus colore fusco sub lapidibus aut figlinis vasis viuens, qui tactus arcuat sese atque in globum contrahit ad similitudinem pastillæ pilæ.
¶Onyx onycis gñis masculini, vnguis seu gemma candorẽ habens vnguis humani. Mar. Calcarusq; tuo sub pede lucet onyx. Acron dicit esse metallum gemmę simile, de quo parua vasa ad vnguenta faciebant, quæ a Porphyrione ampullæ marmoreæ dicuntur. Nam Onychiten lapidem quidam dicunt esse marmoreum, nasciq; in Arabiæ mõtibus, ex quo vasaria facta fuisse scribit Corne. nepos. Hunc quidam alabastritem lapidem vocant ad vasa vnguentaria, qm̃ ea in corrupta optime seruare dicitur, vt ait Pli. Proper. Cum dabit Syrio munere plenus onyx. Apud Luca. & Papi. sumitur p ipso marmore. Et pro vase tam fœ. quam masc. generis est. Mar. Vnguentum fuerat quod onyx modo parua gerebat. onyx ẽt vngula quędam aromatica. Proper. Et crocino nares murtheus vnguat onyx. A cui⁹ accusatiuo græco nostri hęc onycha declinauerunt. Hiero. in Exo. Sume tibi aromata stactem & onycham. Ab onyx fit adiectiuum Onychinus a, um, pe, cor. *Est & onychis siue onyche piscis genus, alias Ostreacius dictus. Cc.
*Onycipuncta gemma, quæ & Iasponyx dicitur niues imitata. Cc.
*Onochlia & onochilon anchusæ hærbæ species vt Galenus asserit. Cc.
¶Onoma pen. cor. latine dicitur nomen cum a sono aliquo seu voce nomina finguntur.
¶Onomatopœia cum œ, diph. i. noĩs fictio, vt balatus ouiũ, mugitus boum ab ὀνόματος noĩs, & ποιέω fingo. ὁ A quibusdam nominatio dicit qua cuiq; rei nomen, aut non sit, aut satis idoneum non sit eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis gratia. Inde sunt Rudere vagire murmurare sibilare.
¶Onoba ciuitas inter sacrum promontorium & herculeas columnas.
¶Onus eris pondus. Videtur ratio exigere vt aspiretur cũ Varro dicat, honos ab honesto onere & honestus, q; honus sustineat reip. Cũ aũt honor & honoro aspirationem habeant & ab honore deducantur, videtur etiam honus aspirandum, vt quod in deriuatiuis seruatur, in primitiuis seruari debeat, verum vsus hodiernus refragatur.
¶Onero as, onus impono. Transferrur etiam ad animum vt oneraſti me curis. i. implesti, hinc oneratus & onustus pro pleno frequenter accipiuntur. Verg. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. Huius verbi compositũ & cõtrarium est exonero, quod est onus detraho. Terẽt. Nos quoq; amicos eius exoneraſtis metu. Idem Ego nũc mihi cesso quin hunc humerum exonerem pallio.
¶Onerarius a, um, quod oneratur vel onerari potest. Vnde naues onerariæ quæ a gestandis oneribus dictæ sunt & ob id tardæ, quę admodum actuaria nauicula celeritate præstãs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicta est q̄ facile agi possit.

¶ Onerosus plus est quam oneratus.

*Ononium vrticæ genus multo cæteris mitius, & foliis fere nihil mordentibus constat. Cc.

¶ Onustus dicitur cui onus ipsum honori est, vt si quis spolia de hostibus ferat.

¶ Oonæ insulę in oceano septentrionali, in quibus vt Plin. refert lib. iiij. ouis auium & auenis incolę viuunt.

O ante P

¶ Opacus a.um. pe. pro. quod est vmbrosum. Vir. Et sōtes sacros frigus captabis opacum.

¶ Opaco as. pe. pro. obumbro, cooperio, obscuro. Idem lib. ij. Ge. Nūc alię frondes & rami matris opacant. Col. libr. vi. Cum plerunq; dicti syderis tempore quędam partes eius regionis sic infestentur euro vt nisi teguminibus vites opacentur veluti halitu flammeo fructus vratur.

*Opali gemmę sunt in India, Smaragdis tantū cedentes. Cc

¶ Opera æ, actio est & labor & industria operantis, seu operatio pro mercede sumpta. Ci. lib. offi. Non male precipiunt qui seruis vti iubent vt mercenariis iusta præbenda operā exigēdam. i. laborem & operationem corporis. Operas quo que personas dicimus quę aliquid faciunt sicut custodia quę custodit, Cice. pro Flac. Opera facessant, seruitia fileāt. Opus vero finis fructusque opere quod fabricando factum relinquitur. Teren. in Heauton. vtrumque complexus est cū ait. Quod in opere faciundo opere consumis tuæ, Vnde opera authorum dicuntur. Et opera tam publica quam priuata ædificia dicuntur. Aliquando tamen opus capitur pro opera. Virgilius. Mobilibus e stratis opera ad fabrilia surgit, quasi ad operas. Vbi notandum est quod quoties ad laborem corporis, nō ad laborem animi, & ad artem industriamq; respicimus magis opus quam operam dicimus, vt in opere fabrili, in opere rustico, in opere faciundo. Interdum opus ponitur pro mercede vel necessario, vt opus est egrotanti medico, id est necessarius est medicus egrotanti. Et nihil mihi opus est, id est nihil mihi est necessariū. Dicimusq; op⁹ est mihi hęc res, huius rei hāc rem. Apu. Cui eā rē factā opus fuerat, Similiter opus est mihi hac re, quod frequentius vsurpatur. Dicimus quoque operam do, operam impendo, operam nauo, quod est ad aliquam rem agendam incumbo & studium laboremque impendo. Cicero. Da operam vt valeas. Hīc dicta opera dicimus de industria quasi cura adhibita & labore impenso.

¶ Operula dimi. ab opera. Apule. Operulas etiam in eam cō tuli, quas adhuc vegetus saccariam faciens merebam. Opusculum diminutiuum ab opus.

¶ Operarius qui laborem operando fert. Vnde Cat. scribit operarios parandos esse qui laborem ferre possint, ne minores annorum. xxij. & ad agriculturam dociles. Græce Ergastes dicitur.

¶ Operarius a,um, quod industria atque opera fit. Pli. Quę inter vina operaria numerantur. Et fit ab opera.

¶ Operatorius, ria, rium, quod operatur. Ambro. lib. de para. Si assumptio de ligno scientiæ boni & mali ita operatoria erat vt bonum & malum cognosceretur, sine dubio vbi gustauit de ligno precauit.

¶ Operosus qui rebus gerendis operam dat. Cicero. Videtis vt senectus non modo languida non sit, verumetiam operosa, id est quę agit de rebus agendis operam dat. Quandoq; passiue dicitur. Ouidi. Moles operosa laboret, id est q̄ ab aliquo operata est. Item operosum dicitur quod est multę operæ, vel vehementis operis. Pli. lib. xviij. Et vicia pinguescunt arua, necipsa agricolis operosa immo fulcosata non sarritur, nec stercoratur.

¶ operępreciū ab opera deducitur, & significat fructuosum, & ad rem pertinens, vel quia decens, vel quia vtile, quia gloriosum, vel quia iucundum. Cic. Operæprecium erat, ludētes intueri Pli. Id vero audire p̄tiū operę sit, Iuue. Est operępretium penitus cognoscere toto Quid faciāt agitātq; die.

¶ Operor aris, ab opera, significat in opere aliquo faciundo laboro. Hiero. in Gene. Et homo non erat qui operaretur terram. interdū operari est facere seu perpetrare, vt Odisti oēs qui operantur iniquitatē. Itē operā dare. Col. li. xiij. Si rebus venereis fuerit operatus, vel vir vel fœmina Item rem diuinam facere, sacrificare. Vnde & operatio pro sacrificio. Iuue. Vt matutinis operatur festa lucernis. Plau. Vt istæc operatio crimen expiet. Recentiores philosophi operationem p eo accipiunt quod Græci energiā vocant Huius verbi cōpositū est cooperor.

¶ Operio eris. operui opertum ex ob & pario, sed b. abiicitur Vnde & per simplex p. scribitur, significatq; tego, claudo, quasi in oppositū pario. Propert. Atq; hinuli pellis totos operibat amantes. Plau. in Cap. Operta quę fuere aperta sunt, patent præstigiæ, omnis res palam est.

¶ Operior iris opertus. deponēs. vt experior expertus q̄q̄ experior commune habeatur. Terent. in phor. Sinō tū dedero vnam præterea horam ne opertus sies. Dio. tamen docet nō habere, sed vsurpare potestatem. & per duplex pp. scribi debere ait Tortelli. ad differentiam operior passiui ab operio, quorum prima breuis est, & per vnum p. scribitur. Est autē operiri expectare. Teren. in phor. Hic ego interea virum operibor. Fit que operior a pario, sicut sentire videt Prisc. quisic inquit. Sunt alia ex hoc composita deponentia experior, operior. quorum participia expertus & opertus ostendunt a pario esse composita, cuius participium partus est. Nam pario & tertiæ esse & quartæ fuisse manifestum est ex eius compositis quæ in supino tertiæ coniugationi tantum accedunt in aliis omnibus ferme quartæ. Quin etiam ipsum perior, vnde peritus, a pario secundum quartam coniugationem & significationem quam imitatur esse videtur. Peritus tamen a græco dicitur esse ab ϖεῖρα experientia.

¶ Operto as. frequētatiuum est ab operio, vt inquit Festus.

¶ Operimentum dicitur quod aliquid tegit.

¶ Opertoriū idem qđ operimentum, vt illud p̄s. Et velut opertorium mutabis eos & mutabuntur.

¶ Operculum instrumentum quo aliquid regitur. Col. libro. ix. Sunt qui a superiore parte foramina ipsis operculis imponant, qđ fieri non oportet. Nam superfluēs auis proluuie vētris cibos & aquam conspurcat.

¶ Operculo as. operculo operio. Idem li. vltimo. Ab eo tempore quo primum dolia operculaueris vsq; ad æquinoctium vernum semel in diebus. xxxvi. vinum curare satis est.

* Optanea sacrificia quę in operto fiebant, quæ & secluſa dicebantur ne prophanorum oculis polluerentur. Hæc a græcis mysteria appellantur.

¶ Opharus fluuius apud Cantabros.

ὄΦιοστaφυλες frutex est de genere Ruborum, quem latini serpentis vuam nominant, quoniam in Arabia pestilens est. Cc

*Ophicardelus gēma est in qua nigrum colorem binę lineæ albę includunt. Cc.

¶ Ophis græce serpens latine dicitur vnde Ophiophagus.

¶ Ophiophagi dicti sunt qui serpentes comedunt.

¶ Ophiuchus serpentarius siue anguitenens. quo nomine dictus est Hercules, q̄ anguē manutenens a Ioue in cœlum trā slatus sit. ab ὄφις, & ἔχω teneo, quasi ὀφιοέχος, & per synæresim mutatis o & ε in ου. ὀφιούχος. Nec Ophiulchos dicendum est. Sunt tamen qui Ophiuchum Aesculapium esse velint. Alij Canobonta Getarum regem. Alij Phorbantē Triope Thessalorum regis filium.

¶ Ophiogenes penultima corre. latine dicitur serpentibus generatus.

¶ Ophiogenæ genus hominum ī Helesponto quos Crates Pergamenus scripsit serpentum ictus tactu solitos leuare & manu im posita venena extrahere corporibus.

¶ Ophiomachus penul. cor. genus volucris contra serpentes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pugnantis. De hoc habetur in Leui. Quidam accipiunt pro lacerta quæ cum serpentibus pugnat.

¶ Ophites pe, p. marmoris genus serpentis maculas habẽtis Luca. lib. ix. Q3 paruis tinctus maculis Thebanus ophites. Scribit Pli. ex ophite columnas esse paruas, ꝙd marmor sit nigricans varium, dicaturq; capitis dolores sedare alligare serpentum ictus.

ð Ophite a serpente dicti sunt, quidam heretici. Hunc autem Christũ arbitrabantur. Sed habebant etiam verũ serpentem quẽ venerabantur & nutriebant.

¶ Ophiusa insula quæ & Rhodus, ppter serpentium multitudinẽ ibi existentẽ, quasi serpentaria.

¶ Ophthalmos latine oculus dicitur. Vnde ophthalmia oculorum ægritudo, quam Cælsus lippitudinem appellat. Negat tamen Iuli. Pollux esse proprium aliquod oculorum vitium, sed in eo verbo significari tradit cauitatem oculorum ex corporis ęgritudine. Hinc Triophthalmus lapis qui homi nis tres oculos simul exprimit. Aegophthalmus qui oculum cæpræ habet. Monophthalm⁹, monoculius.

ð Hoc etiam nomine dicti est pisces, qui a Plinio vocatur oculata. Plau. Pernam ophthalmon, horeum scombrum & Trygonem, & Cetum.

ð Ophryx, supercilium significat. Quo nomine dicta est quę dam hęrba.

ðOphyon, pe. pro. proprium nomen viri qui ante Saturnũ rerum potitus est quem Saturn⁹ fugauit. Claud. Hos onerat ramos exutus ophyon.

ðOpheyon diminutiuum est.

¶ Opicus a, um. pe. cor. ꝙd sordidum, immundũ & obscœnũ Nam vt inquit Festus. Opicum pro osco ponitur Oscis enim frequentissimus fuit vsus libidinum spurcarũ. Vnde & verba impudentia dicuntur obscœna. Titi. Osce. & volsce fabulantur. nam latine nesciunt. Pli. lib. xxix. sub Catonis persona ait. Barbaros nos vocant & opici appellatione decorant. Iu. Opicos mures fœdos putidos dixit. Idem. Opicę castigat amicę id est q̃ non latine loquereť, sed opicæ. Fuerunt autẽ opici Campaniæ populi quidam a linguarum coluuiæ dicti, siue a serpentibus quasi ophici in quibus numerabantur Basiani, Cumani, Puteolani, Neapolitani, hę nam vrbes opicorũ fuisse dicuntur.

¶ Opifex pe. cor. ob opera deduci videtur, & artificem atq; operatorem significat non modo rerum, sed etiam verborũ Cice. lib. v. tus. Aduena quidam ignobilis verborum artifex insinuasse in antiqua philosophia videtur vnde etiam coqui & blandarum artium sectatores opifices appellantur. Idẽ. Omnes autem opifices in turpi sunt exercitio. Hinc deũ opificem, id est operatorem omnium rerum dicimus. Ouidius Ille opifex rerum. Cuius opus dicitur opificium. Vnde Lactantius opus de opificio hominis vel dei inscripsit, hoc est de formatione hominis potest etiam dici opifex quasi opẽ ferẽs

¶ Opilio inquit Fest. genus auis est.

¶ Oppilo as. pe. produ. significat occludo. Lucretius lib. vi. Fluctibus aduersis oppilare ostia contra Cicero in Phhilip. Tabernis oppilatis, hinc medici vitium præclusi fracticq; iocinoris aliorum q̃intus viscerum oppilationem vocãt. Fit autem a pila ꝙd colũnam significat.

¶ Opilio quasi oulio qui oues custodit. Plautus in Asi. Etiã opilio qui pascit inter alienas oues aliquam habet peculiarem quispem soletur suam.

ð Sunt tamen qui Vpilio scribant auctoritate Prisciani, qui dicit o breuem in hoc nomine esse conuersam in u longã ex litterarum affinitate.

¶ Opisthographus. penulti. correp. volumen quod in tergo scriptum est. Fit enim ab ὄπισθεν. opisthẽ id est retro & γράφω scribo Plinius Iunior. Electorum quoq; cõmentarios centum sexaginta reliquit, Opisthographos quidem & minutissime scriptos. ð A tergo videntur appellari, quoniã vtraq; pagina scripti essent, aduersa, & auersa minutis literis & liturris pleni a quo fortasse liturarios. Ausoni. Poeta eos dixit. alij accipiunt opisthographum pro eo quod ita scriptum est, vt legi possit, nisi librarijs describendum. Alij pro charta deleticii siue palimpsesto, quia Vlpia dicat chartæ appellatio etiam ad nouam chartam refertur & ad deleticiam. Proinde si in opistographo quis testatus sit. Hinc peti potest bonorum possessio.

¶ Opisthotonon rigor quo caput scapulis intendit. τόνος enĩ rigor dicitur. Inde Opisthotonici dicuntur qui rigore cerui cis inflexibili laborant. Empisthotonon quando mentum pectori annectitur.

¶ Opiter eris, vel opitris dicitur, cuius pater auo viuo mortuus est, sic dictus q̃ obitu patris genitus sit, autq; auum post patrem habeat. i. pro patre.

¶ Oppedo is pe. pro Vide in dictione Pedo.

¶ Oppeto is. pen. correp. ex ob & peto. Non autem ex os & peto, sicut putauit Serui. vt sit quasi ore terram peto, cum ii q̃ moriuntur non omnes ore terram petant Significat tamen morior siue necor licet plærũq; sine accusatiuo ponať cũ Plenum sit. Pli. lib. x. Operũt non senio, nõ ægritudine, sed fame Verg. Contigit oppetere. Cice. cum accusatiuo iunxit libro de diui. Aequius esse censuit maturam oppetere mortẽ. Idẽ lib. ii. Tusc. Vestras manus peto priusq̃ oppeto malã pestem hostilimanu. Et significat incido, siue incurro. Proprie tamen oppetere significat subire, seu affectare.

¶ Oppeto incido incurro. Plautus Atq; illa viua viuus vt pestem oppertas.

¶ Oppidum q̃uis ab ope danda dicatur, q̃ opis causa mœnibus cingatur, vel ab opere q̃ opus sit ad vitam gerendã, seu ab opibus. Huius enim rei causa mœnia constituta sunt, vt homines opes suas eo conferrent, vbi nullũ esset hostiũ periculum. In versu tamen per duplex pp, scribi consueuit, cũ & ab opponendo se hostibus oppidum quidam dici existimẽt Est aũt oppidũ oĩs vrbs prẽter Romam, quæ peculiari nomine vrbs dicta fuit, vt cætera nominentur oppida. Vnde apud Plaut. oppidum & vrbem indifferenter legimus, cum in Persa inquit. Eleusipolim persę cepere, in Arabia plenam bonarum rerum antiquum oppidũ. Ser. Sulpi. cum numeraret vrbes multas postea dixit. Quæ oppida quodam tempore florentissima fuere. Dicebatur etiam oppidum locus in circo vnde quadrigæ emittebantur.

¶ Oppidulũ dimi. paruum oppidũ. Leo papa. Infantia mediatoris dei & hominum iam vniuerso declarabatur mundo cum adhuc exiguo detineretur oppidulo.

¶ Oppidatim aduerbium. i. per varia oppida.

¶ Oppido aduerbium significat valde multum. Tractus sermo a colentibus agros, qui cũ interrogarentur quãtum messium collecturi essent volentes ad sufficientiam & multum dicere nõ debãt oppido. i. ad se & ad oppidũ suffecturas, hinc venit in consuetudinem, vt de quacũq; re loquẽtes oppido pro valde multum sumeretur, vt oppido lassus sum. Quandoq; ponit pro vero vel statim. Plaut. Reddidi omne aurum oppido. Iungitur aliquando cum q̃, sicut prępositio per Gel; Oppido q̃ libens feci. Cęl. Quibus rebus oppido q̃ pauci sub pellibus acquiescebant.

¶ Oppidanus qui oppidis incolit, sed Oppianus poeta fuit temporib⁹ Antonini pij, vnde ait ἐθνεα τοι πόντοιο πολυσπερέας τε φάλαγγας παντοίων νεποδων πολυπρ ἰνθ ἀμφιπρίτης ἐξερέω γαίης ὑπατον κράτος ἀυτωνίνε. *. i. Gẽtes vtiq; ponti diuersigenasq; phalãgas omnimodorum pedum non habentiũ. i. piscium nauigabile genus maris indago, terręq; eximium robur Antonine. Cæsar. lib. iij. cõ. Sub vesperũ Cæsar portas claudi, milites ex opido exire iussi, ne quam noctu oppidani a militibus iniuriam acciperent.

¶ Oppidicus eius significationis esse arbitror, cuius oppidanus. Gel. lib. ij. Hic ego ad nostros iuuenes cõuertor. Quid in quam vos oppidici dicitis mihi?

¶ Opto desydero, vñ optatiuus mod⁹, qm̃ vero ea q̃ opta-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mus eligere ſolemus, & adhibitis etiam precibus poſtulari, factum eſt vt optare ſit frequenter poſtulare & precari. Ver. Si quid veri mens augurat opto. Item pro eligere. Terentius Quod ſi effeceris quoduis pmium a me optato. Hinc optati electi & aſciti in aliquē honeſtum gradum a quo optiones in turmis decurionum appellatæ.

¶ Opitulor pe.cor.adiuuo, ſubuenio ab ope, p auxilio & tollē do.i.ferendo. Sal. Sæpe maiores noſtri miſerti plæbis Romanę decretis ſuis inopiæ eius opitulati ſunt. Hinc Opitul & opitulator dictus eſt Iuppiter quaſi opis lator. Et proprie in reb⁹ duobus & malis dicitur.

¶ Opinio eſt quæ idoneis firmatur auctoribus, Quandoque opinio dicitur ſpes. Cice. lib.iii. offi. Opinionem afferunt populo eorum ſimiles fore quos ſibi delegerint, Qñq; fama. Idē ad Cæſarem Iuniorē. Erat opinio bona de Lepido, quādoq; ſuſpitio, exiſtimatio iudicium. Plau. in Am. Prius tua opinione hic adero. Diſtinguunt philoſophi opinionē a ſcientia, q opinio incerti ſit, ſcientia vero certi.

¶ Opinor pe.p.puto ſuſpicor. opinionē habeo. Lactā. lib.iii. Idem opinatur quiſq; q̄d neſcit. Illi autē de rebus naturalibus diſputant, opinant ita eſſe vt diſputant. Neſciūt igitur veritatē, qm ſcientia certi eſt, opinatio incerti. Hinc inopinatū dicit quod pręter opinionem accidit.

¶ Opinabile q̄d opinione concipi poteſt.

¶ Opinioſiſſimos appellat Ci. in Hortē. phōs qm ſcilicet opinant, tanq̄ nihil cōprehendi poſſit. Et de ſe quoq; loquens ait. Magnus quidē ſum opinator. Et hoc. Et ita Socrates quicquid ſibi videret. & quid ipſe ſentiret tegebat affirmans nihil ſciri poſſe cuius eſt illud, hoc vnū ſcio q nescio.

¶ Oppignero. ex ob & pignero. Pignero vero a pignus fit. Et eſt oppignerare aliquid pignori dare. Mart. Oppignerauit ad Claudij modo menſam vix octo nūmis annulos vnde cœnaret. Teren. Nū oppignerare filiā meā oportuit? Repignerare eſt ſoluto debito pignus recipere.

¶ Opium ſuccus ex papauere habēs p ſomnū vim ſi copioſius ſumatur mortiferam.

¶ Oplomachus pen.cor. quaſi cū armis militaribus & ſcuto depugnans dicitur. Gręci enī ὅπλον dicunt ſcutum τὰ ὅπλα arma κάχομαι pugno. Mart. oplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante.

¶ Oppleo circacūquaq; ſiue maxime impleo. Plau. in Ru Sed ad prandium vxor me vocat, redeo domum, iam meas opplebit aures ſua vaniloquentia. ¶ Item opplere eſt quaſi occupare. Var. Alienus odor nares opplet. Cice. ait mentes oppletas tenebris. Var. contra mures & Talpas oppleri locum muſcipulis dixit.

¶ Opploro, cōtra ploro. Cice. li.iiii. ad Hęrē. At ille quin mihi illū datis ac vos auribus meis opplorare nō deſinitis.

¶ Opon promontoriū Cretæ i occidentē vergēs.

¶ Oppono is, cōtra pono ſeu ex aduerſo pono. Vñ oppoſitio cōtrarietas, oppoſitum cōtrarium.

¶ Opoponax, ſuccus panacis hærbæ, quæ omnes morbos ſanare dicitur.

¶ Oporophylacion, cuſtodia pomorū vel fructu.

¶ Oporotheca locus vbi fructus autumnales habentur. Nā opora fructus autūnales, & theca repoſitoriū, Varro. In oporotheca mala manere putāt ſatis cōmode. Idem Et ideo oporotheca qui faciūt ad aquilonem vt feneſtras habeant atq; vt perflentur curant.

¶ Opobalſamū, ſuccus balſami ab ὀπός ſuccus qui p̄ferē omnibus odoribus vnitudeæ terrarū conceſſum vt ait. Pli. Arbor ipſa balſamum dicitur, quæ inciſa nitro lapide oſſeiſve cultellis ſuccum mittit quem opobalſamum vocant eximiæ ſuauitatis. Xilobalſamum lignum balſami Carpobalſamum fructū balſami dicunt.

¶ Oportet quidā cōpoſitum eſſe putant ab opus ſiue opis & portet, ſignificatq; expedit vel vtile aut neceſſe ē. Impſonale verbum vt oportet legere libros. Per paſſiuum oportet legi libros. In preterito, vt oportuit feciſſe hoc. Et factū hoc oportuit. ſine verbo aliquo. Cice. Tamen id factum non oportuit. Idē Totā rem illi integrā ſeruatam oportuit. Non diſſimilis huic oratio ſit per volo. Idem. Item liberis conſultum volumus etiam ſi poſt humi futuri ſint.

¶ Opportunus per dulex pp. ab ob & portus ſeu portunus compoſitū eſt Portunus autē qui & Palęmon inter deos colebatur, quia portubus pręeſſe dicebatur. Dicitur q; opportunus qui omnibus accōmodatur veluti portus, ab eo q̄ nauigātibus maxie vtiles optatiq; ſint port⁹. Vñ opportune aduerbiū. Dicimus autē opportune accidere q̄d pro deſyderio noſtro accidit, a quo etiam oportunitas pro cōmoditate quē admodū ediuerſo importunū eſſe, & importunū fieri dicim⁹ q̄ ſunt fiunt ve pter rationē loci ſiue tpis, aut pſonarū. Verg. de auibus quæ cū nocte tm volare ſoleant die appareret. Importunæq; volucres ſigna dabant. Proprerea importunū hominē dicimus pro acē atq; moleſtū, inquietum & quaſi portu carentem. Vide loco ſuo.

¶ Ops opis gene.fœ.dea eſt filia Cęli ex Veſta & ſoror & cōiunx Saturni quę & Rhea græco vocabulo. hāc putant terrā eſſe ἀπὸ τοῦ σέω fluo, q terra fluens ſit oīm rerū. Eadē Cybele appellatur vel a monte atq; oppido Phrygiæ Cybelo vbi ſacra eius primo inſtituta ſūt, vel ἀπὸ τοῦ κυβάλου. & ea dea in cūctis caſibus eſſe perhibetur, cuius ope humanæ vitæ alimenta quęrunt. Vel dicitur ops ab opere per q̄d fructus fruges q; naſcuntur. Ab hac opes hoc eſt diuitiæ dictę, quia diuitias omnes in agris eſſe veteres exiſtimabāt, vel quia omnes opes humano generi terra tribuit. Hæc mater deum dicitur, quia omnia gignit, uel quia in ea fiat oē opus, vel quia opus eſt ea ad viuendū. Ops vero generis omnis ſignificat opulentum, a quo inops, p opulento. Antiquiſſimi tamen teſte Catone hic & hæc ops, pro eo qui eſt opulentus & copioſus. Præterea ops opem ferens dicitur. Actius. Quorum genitor ferebatur eſſe ops gētibus. Vnde inops & inopioſus quaſi ſine ope. Vnde animi inopem, inopem cōſilij dicimus, hoc eſt ſine ope animi, ſine ope conſilij. Verg. Sæuit inops animi. Plaut. Sæpe ego multas tibi mandaui dubias egenas inopioſas conſilij. Obliqui ſingulares ſignificant auxilium. Ouidius de remedi. Carminis & medicæ phœbe repertor opis. Cice. libro. iij. tuſc. Opis egens dixit id eſt auxilij indiga. Aliquando ſignificat poſſibilitatem. Verg. Non opis eſt noſtræ. In plurali diuitiæ dicuntur. Idem. Auxilio tutos dimittam, opibuſque iuuabo. Sed & opem veteres dixerunt pro opulentia. Cicero. lib. iii. tuſc. O priami domus ſeptum altiſono cardine templum, vidi ego te adſtantem ope barbarica id eſt opulentia ſiue opulētitate luxurioſa. Quandoq; etiam auxilium. Cice. ad Q. fratrem. Nunc ita accidit. vt neq; pretores ſuis opibus, neq; ſtudio noſtro quicquam proficere poſſemus. Quandoq; poſſibilitas ſeu potentia. Ouid. lib. iij. faſto. Sed timuit magnas Pygmalyonis opes.

¶ Opis huius opis. nympha Dianæ comes. de qua Ver. li. xi. Veloce interea ſuperis in ſedibus. Opim Cōpellabat. vbi prima producitur cū in opis ab ops corripiatur.

¶ Opis etiam nomen ciuitatis iuxta quam Tigris profluit in mare rubrum.

¶ Opigena ab ope dicta eſt Iuno, quā matronę colebant, q ea ferre opē in partu laborantibus credebatur.

¶ Opalia dies feſtus opi deæ dicatus. Et erant poſt Saturnalia vel eodem diē quo Saturnalia, quoniam opem Saturni coniugem eſſe crediderunt.

¶ Opimus a um. pe. p. idē eſt q̄ diues & pinguis, vt hoſtia opima & menſa opima. Ver. Aut ſpolijs ego iam raptis laudabor opimis. Gel. formauit cōparatiuū. Nam quas venabatur feras mēbra opimiora ad ſpecū mihi ſuggerebat, quaſi piguiora. Inde opime abundanter.

¶ Opima proprie ſpolia. i. ampla & magnifica q̄ dux duci detrahit. Dicta vt Var. inquit ab ope vel vt Plut. ait ab opere, cum ſit opus egregiū ac clariſſimum ducem belli parē ſibi ducem ſuperare.

¶ Opimo as. pe. pro. pingue facio. Colu. Hyeme tamen offa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

panis vino madefactæ ſicut etiam palumbos celerius opimãt quam cæteri cibi.

¶ Opiparus a,um, dicitur magnarũ opum apparatus. Plau. in Perſ. Satin Athenæ tibi viſæ fortunatæ atq; opipare, Vñ opiparũ conuiuium dicimus.

¶ Opipare. i. abundanter.

ȝ Opimas atis. opibus refertus, ab opimus a,um.

ȝ Opocarparon ſuccus carpathi. Dicitur & opocarpaſon. Et numeratur inter venena.

ȝ Oporicæ, genus q̃ddam medicamẽti ἀπὸ τῆς ὀπώρας hoc eſt a pomis arborũq; fructibus.

¶ Opulentus diues & opibus abundans, quia rebus adũdat terræ quaſi diuitiarũ plenus. Plau. in Am. opulento homini hæc ſeruitus dura eſt. Aug. ad arborem tranſtulit. Attendẽtes inquit arborem pulchram amœnam foliis virentem fructibus opulentã. Hinc opulẽtia & opulencitas. Idẽ. Quaſique eius opulencitatem reuerearis.

¶ Opulens, idem quod opulentus. Ambro libro. Hexa. Fugienda ſunt tentamenta mundi, ne pauper deſperet, ne opulens inſoleſcat.

¶ Opulento as. dito ſeu abundantem facio, fœcũdo vel. Col. li. ix. Quippe villaticæ paſtiones ſicut pecuniariæ nõ minimã colono ſtipem conferũt, cũ & auiũ ſtercore macerrimis vineis & omni ſurculo atq; aruo medeant, & eiſdem familiarẽ focũ menſamq; p̃cioſis dapibus opulentent.

¶ Opuleſco, diteſco. Furius. Quo magis in tãtis poſſint opuleſcere campis.

¶ Opprimo is. pe. cor. eneco ſiue perturbo. habetq; in ſe maiorem vim q̃ extinguo. Cice. in Læl. Quãobrem primũ danda eſt opera nequa amicorum excidia fiant. Sin aliquid tale euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ q̃ oppreſſæ videantur, quaſi quod extinguitur poſſit inflãmari, q̃d opprimitur non queat. Interdum opprimere ponitur pro continere ſeu claudere. Plau. in Aſi. Os opprime. Interdum pro conuincere ſeu cõprehendere. Idem ibi. Iam faxo ipſum hominem manifeſto opprimas. Interdum pro violare, vt oppreſſit virginem. Interdum pro grauare. Cicero. Qui homini tot miſeriis calamitatibuſq; oppreſſo ſubueniret. Interdum pro prœuenire, occupare. Cice. Caſ. Puto te iam ſuppudere cum hæc tertia tã epiſtola ante te oppreſſit q̃ tu ſchedã aut literam. Interdũ pro cõſtringere. Vnde oppreſſio cõſtrictio, cuius diminutiuũ eſt oppreſſiuncula. Plau. Molles morſiunculæ papillarum horridularum oppreſſiunculæ.

¶ Opprobriũ, ex ob & ꝓbriũ, ſignificat infamiã dedec⁹ qua ſi obiectũ ꝓbum, ꝙ ꝓueniat ob ꝓbrum. i. ꝓpter ſcelus commiſſum, vt cũ quis cuipiã maledicit.

¶ Opprobro as. opprobrio do. obiicio. Gel. li. i. Idẽ Cato. M. Cœlio. tribuno plæbis vilitatẽ opprobrans non loquẽdi tantum verũtiã tacendi. Fruſt. inquit panis conduci poteſt vel vt taceat. vel vt loquatur.

¶ Opprobramentum. Plaut. in Mer. Litigare ego nolo vos. Quam tuam autem accuſari fidẽ multo ẽdepol ſi quod faciũdum eſt facere domui mauolo, q̃ opprobramentum aut flagitium muliebre.

¶ Oppugno cõtra ſeu circa pugnonocendi cauſa. Cic. ꝓ Sex. Domus eſt oppugnata ferro facibus exercitu Clodiano.

* Oppuuire percutere eſt. Vñ oppuuia verbera dñr. Afrãnius. oppuuiis pueri coercentur. Cc.

¶ Opſoniũ dicitur quicquid vltra panem & vinum in cibo adiicitur.

¶ Opſono as. penul. prod'. Nam Græce ὀψώνιον per ω ſcribitur. Similiter obſonor depo. quod idem ſignificat id eſt emo ſeu præparo res neceſſarias ad opſonandum, hoc eſt aliquid cum pane comedendum ſiue conuiuandum. Plautus i Caſi. Argento parcito obſonato ampliter. Idem. Cœnæ opſonauit id eſt opſonium emi. Terentius, in Andria. Vix drachmis opſonatus eſt decem.

¶ Opſonito as. frequẽtatiuum ſæpe obſono. Neuius. Multi mecum eo die obſonitauere.

¶ Obſonatus tus. ipſa opſonatio. Plautus in Tru. Dedi eqdem hodie quinque argenti deferri minas præterea vnam in opſonatum.

¶ Opſonator qui emit opſonia. & coquo ad coquendum tradit. Sene. ad Lucil. Adijce opſonatores quibus dominici palati noticia ſubtilis eſt qui ſciũt cuius illũ ſapor excitet.

¶ Opſopœus. cõdinnator opſoniorũ, ὀψοποιὸς. i. coquus.

¶ Opſopolis pe pro. opſoniorum venditrix.

ȝ Optalea fruſtum carnis aſſæ ὀπτάλεος aſſatus dicitur.

¶ Opto as. deſydero. Vnde optatiuus modus apud grammaticos. Quandoq; eligo. Cice. lib. i. offi. Quæq; maiori parti pulcherrima videantur ea maxime optant. Vergi. libro. i. Optauit locum tectis. Hinc optio pro optatio electio dicitur. Et optati dicuntur, qui in honeſtum aliquem gradum ſunt electi. Interdum optare eſt præcibus poſtulare. Vergi. Et reor, & ſi quid veri mens augurat opto. Interdum adiungere aſcire. Varro. lib. iiij. de vi pa. Adoptatos quotquot aſcitos exiſtimauit appellatos, qui referẽtibus centurionibus in cohortes adoptati ſubeant, vt ſemper plenæ eſſent legiones. Huius compoſita ſunt Adopto quod eſt valde deſydero. Plautus in Ciſ. Sociam te mihi adopto ad meam ſalutem. Varinius. Ego autem quem potius adoptem quam illũ quo defendẽte vincere didici? Et Adoptare eſt filium adoptiuum facere. Terẽ. i adel. Ego hũc maiorẽ adoptauimihi. Adoptio ſicut ſcribit Caius duobus modis fit, aut principis auctoritate aut magiſtrat⁹ ĩperio. Principis auctoritate adoptam⁹ eos qui ſui iuris ſũt q̃ ſpes adoptionis dẽ. Arrogatio. qa & is qui adoptat rogat id eſt interrogat an id fieri patiat. Imperio magiſtratus adoptamus eos qui in poteſtate parentis ſũt, ſiue primum gradum liberorũ obtineant qualis filius filia. ſiue inferiorem, qualis eſt nepos neptis, pronepos proneptis. Coopto eligo Ci. in Bruto. A quo in collegium augurum fueram cooptatus. Exopto valde deſydero vel valde precor. Sal. Nam gloriam & honorem imperiũq; boni & ignaui ſibi æquẽ exoptant. Præopto ante opto. Terentius in Hecy. Adeon peruicaci es animo, vt puerum præoptares perire?

¶ Optato aduerbium, quaſi cum deſyderio. Teren. in Andri. Optato aduenis.

¶ Optabilis. Cice. Luce. Quæ etſi nobis optabiles in experiẽdo nõ fuerũt, in legendo tamẽ erũt iucũdę.

ȝ Optio dicitur ab optãdo vt Veg. ait in antecedẽtibus ęgritudine p̃ditis, ij tanq̃ adoptati eorũ atq; vicarij ſolent vniuerſa curare, vt nihil aliud ſit optio in re militari, q̃ adoptatio, qñ centurio aut decurio optabat, ſibi rerum priuatarũ miniſtrũ quo facilius publica obiret negocia. Plau. in Aſi. optionẽ tibi ſummitto leonidã. Vnde a iuriſcõſulto titulo deſponis damnatorum dictum eſt. Ita neq; ſpiculatores vltro ſibi vendicẽt nec optiones ea ſibi deſiderẽt. Is autẽ dabatur adiutor cẽturioni a Tribuno militũ. optio etiam electio ſimpliciter vt app. Hierony. in vita pauli.

¶ Optimus ſuperlatiuũ eſt a bonus. Vñ optimitas vtilitas cõmodũ. Plau. Maxĩas optimitates gaudio affertiſſimas ſuis heris ille vna mecũ pariet.

¶ Optimates pe. pro. ſunt qui primum in ciuitate locum tenent. vel ꝙ opulentiores ſunt & in maiori cenſu, vel ꝙ in primis opem ferre poſſunt oppreſſis. Cice. pro Sex. dicit optimates eos eſſe qui ita in repub. ſe gerunt vt ſua conſilia optimo cuiq; probentur, populares vero qui ea faciebant & dicebant quæ multitudini iucunda eſſe volebant. Idem ibi. optimates ſunt omnes quinecq; nocentes nec natura improbi, necfurioſi nec malis domeſticis impediti. Priſcia. libro quinto. optimates ſunt qui defendunt ſenatores, populares qui defendunt populum.

¶ Opticus a,um. penul. corre. idem quod viſiuus ſiue perſpectiuus, vt Virtus optica id eſt viſiua. Vnde pars geometricæ diſciplinę vna dicitur optice. i. perſpectiua quæ ad oculos pertinet, quæ cauſas reddit cur viſiones ſubinde fallant, vt q̃ in aqua conſpiciuntur maiora ad oculos fiant, quæ procul ab oculis ſunt minora.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Opus opuntis.ciuitas in Locris.Ouid.de pon. Facta cæde puer patroclus opunta reliquit.Hinc Opuntius a.um.vt Sinus opuntius in ægeo.

¶Opulus pen.cor.genus vineæ vbi traduces possunt fieri vitium,vt Mediolanenses faciunt in arboribus quas vocãt opulos.

D Ante Q

¶Oquiniſco is ex ob & qniſco,quis quiniſco non legerim. Vnde & conquiniſco.ſed h.abiũcitur.ſignificat inclino Põp. in piſtore. Niſi cum aliquis ſubito obuiam occurrat mihi q oquiniſcat.Conquiniſco vero vt Priſci. inquit caput inclino.Sed Plau.in Ciſ.pro indignor poſuit.Faciẽdum eſt puerile officium conquiniſcam ad ciſtulam. Feſt.vero.Conquinere deputare,vnde conquiniſco videtur eſſe formatum.

D Ante R

¶Ora extremitas cuiuſq; rei.Virg.Et mecum ingẽtis oras reuoluere belli.Hinc veſtimentorum extrema oræ dicũtur. Et regionũ terrarũq; fines,inſuper & ipſæ regiones,vt Arma virumq; cano Troiæ qui primus ab oris Italiã fato profugus Lauinaq; venit littora.Sciendum eſt q; Pli.cum oram dicit fere ſemper regionem littoralem appellat,apud quem veluti peculiaris eſt talis locutio.In ora ſunt ciuitates. & opida oræ proxima.Quæ vero remota ſunt ab ora eleganter in mediterraneo eſſe dicuntur.Hinc ſoluere oram vſurpatũ eſt pro eo quod eſt nauigare,& ab ora hoc eſt littorali regione ſoluere retinacula nauium & diſcedere.Quint. Permittamus vela ventis & oram ſoluentibus bene precemur.Sũt qui dicant oram etiam ſignificare nauticum funem quo nauis ad terram ligatur. Allegãtq;.Quintil. dicentem.Permittamus vela ventis,& oram ſoluentibus bene precemur.Liui.li.xxviij.In ipſis quoq; trepidatum nauibus dũ ne hoſtes cum ſuis irrumperent trahunt ſcalas,oraſq; & anchoras neĩ moliẽtibus mora eſſet, præcidunt. Vnde etiam vulgariter dicitur in lora de lacqua.Cęterũ eruditi negãt oram iueniri profune nautico apud idoneos auctores.cum ne in Liuio q; dem oras:ſed lora vt ex veteſto codice liq; ſcriptũ reperiat.

χOracepheſias attica regio eſt.Cc.

¶Orata genus piſcis a colore auri quaſi aurata,q; orum pro aurum dicunt. Dicitur etiamaurata.Mar. Non omnis laudẽ p̃tiumq; aurata meretur. Fuit etiam cognomen Sergij Romani viri,quod ab hoc piſce ſortitus eſt.

¶Oro as.precor.Et hoc quando iungitur cum deo vel cum homine.Terenti.in And. Quod ego te per hanc dextram oro & ingenium tuum,per tuam fidem te obteſtor.ne abs te hanc ſegreges.Quando vero cum re,ſignificat peto. Idem in Eunu.Vnum vos oro vt me in veſtrum gregẽ recipiatis Interdum orare eſt agere dicere.Et tunc ſolo accuſatiuo contentum eſt.Teren.in phor.Seruum hominem cauſam orare leges non ſinunt.Vñ oratores cauſarum actores dicti quos græci ῥήτορας vocant,q̃uis orator a rhetore ſepararetur:q; orator ſit qui in iudicijs vel cõcionibus cauſas agit, theror qui rhetoricem profitetur.Item oratores legati vocantur q; principis aut reip.mandata peragant. Virgil.libro.xi. Cẽtũ oratores prima de gente latina Ire placet.Item quicumq; aliquid rogat orator dici poteſt.Compoſita huius verbi ſunt Adoro.Exoro,quod eſt orando impetro.Vnde orator dicitur dum orat.Exorator cum impetrauerit.Terent.in Hecy. Orator ad vos venio finite exorator ſiem.Exoratus dicitur a quo quid impetratum eſt.De oro & Peroro.quæ ſignificãt orationem concludo.

¶Oratio duobus modis accipitur.Primo vt conſyderatur a grammaticis,quæ eſt vt Hiero.inquit omnis ſermo loquẽtium,cuius etymologiam ſic explicat. Oratio eſt oris ratio. Secundo vt in ſacris ſcripturis accipitur,in quibus difficile orationem iuxta hũc ſenſum inuenias,ſed eam quę ad p̃ces & obſecrationes p̃tinet.vt Exaudi deus orationẽ meã,intẽ de deprecationi meæ,huius diminutiuum eſt Oratiuncula.

¶Orator eſt vir bonus dicendi peritus,qui in cauſis publicis & priuatis plẽna & pfecta vtitur eloquẽtia. Oratorius a.um.qđ oratoris eſt vel qđ ad oratorẽ pertinet,vt Ars oratoria.oratorie aduerbium,ſignificat more oratorio.

¶Oratoria æ.ſcientia qua q̃s orator effici poteſt. Aug.lib.ij. con.In qua vrbe iam cęperam literaturę atq; oratorię percipiendę gratia peregrinari & Oratoriam artẽ quantum exornauerit Pater patrię M.Tullius Cicero ſatis conſtat.

¶Oraculum ab ore dictum eſt,vt inq̃t Priſ.Ci.lib.top.Oracula ex eo ipſo appellata ſunt q; ineſt his deorũ oratio. Vñ & pro reſponſo accipitur.Sene. Vnũ illud optimũ oraculũ eſt pugnandum eſſe pro patria.Vir.Scitatum oracula phębi mittimus.Quandoq; ponitur pro tẽplo in quo reſponſa dãtur.Item pro dicto alicuius.Vnde dicimus oraculum Catonis eſt.Quandoq; dicitur vnum ex quinq; quæ videre videmur dum dormimus.De quibus in dictione Somnus.

¶Orarium dici poteſt qđ ori & genis & capiti ſupponunt dormituri.Et ſic ab os oris deducitur.Hier.ad Nepo.Q; ſudarium orariũq; non habeas.Orarium etiam ſumitur p̃ veſte qua ſacerdotes vtũtur ſtola vulgo dicta dũ orãt.i pdicat Amb.de obitu Satyri.Etem ligari fecit in orario,& orarium inuoluit in collo. Vñ.diſ.xxiij.ſcribit:vt oĩs ſacerdos cũ ordinatur orario vtroq; humero ambiat.

¶Orea æ.ab ore fit:& ſignificat frẽnum,dictũq; q; o ri inſeratur.Mam aurea eſt quæ ad æquorum aures religatur.

¶Orificum dicitur quod in quacũq; re patet.

¶Orbis circulus,cuius dimi.eſt orbiculus. Aug.li.xiij.de ciui.dei Neq; ei cõtinuo concedendum eſt globos iſtos lumiſnum ſiue orbiculos luce corporea ſuper terras ſeu die ſeu nocte fulgentes.Hinc mundus a rotunditate dicitur orbis terrarũ. Alias orbis ponitur pro ſphæra, vt Nouẽ orbes ſphærarum. Auctor Macrobius.

¶Orbiculatus a.um.qđ in orbẽ & circuitũ factũ eſt a figura orbis in rotunditatem.circũacti vt poma orbiculata.

¶Orbita æ.pe.cor.rota ſiue currus.Vir.li.iij.ge.Iuuat ire iugis qua nulla priorum Caſtaliã molli diuertit orbita cliuo. Et orbita veſtigiũ decurrentis in vijs rotę excurſu.Plin.lib. viij.Idẽ vbicũq; ſint orbitam ſi trãſiere moriuntur.ſ.mures Hinc Exorbito as.de quo alibi.Item orbita rotunditas.Vir. in ętna.Scire modum & quanto minor orbita lunæ eſt.

¶Orbio is.iui.itũ, circũeo.Nonius de priſcis dictionibus orbitum per orbẽ ductum ſeu circularem.Var.Vt ſydera cæli circa terram atq; axem voluuntur motu orbito,

¶Orbus proprie dicitur oculorum luce priuatus.Iuue.Dudum vigilantibus orbis.Per tranſlationẽ orbi dicuntur qui cũq; aliqua re chara priuati ſunt. Hinc patres amiſſis liberis quaſi amiſſa oculorũ luce orbi vocantur. Hinc Orbitas illa patrũ qualitas poſt amiſſos liberos,& vxoris viduitas poſt amiſſum maritum.Quint.Nõ habet orbitas veſtras lachrymas ſuper ardentes rogos.Similiter orbi dicuntur orphani. Terent.Orbæ qui proximi ſunt vxorem ducant. Hinc orbitas orphanitas.Plau.in Cap.Quid hoc eſt ſcelus quaſi in orbitatem filios produxerim.

δOrbelia regio ab orbelo monte dicta.

¶Orbo as.idem eſt quod priuo.Lact.li.iij.Et orbant hominem ſuo proprio ac ſingulari bono.Hier.ad Aletam.Et marito,ſimul orbaberis & filijs.

χOrbefacio orbicitatem alicui induco & orbum liberis facio vnde orbifico ex quo orbificus.Cc.

¶Orca genus bælluæ marinæ balenis infeſtũ.Hora.in Ser. Non alia q̃ qua byzantia putruit orca. Ad huius ſimilitudinem genus quoddam vaſis dictum eſt orca.Perſius.Redderet,anguſtæ collo non fallier orcæ. vbi ꝓbus interpretatur amphoræ ſpeciem.Omnino apud veteres & vinarium & olearium vas erat.Item Salgamarium vt in quo fici quoq; aſſeruabantur.Plin.lib.xv. At vbi copia ficorum abundat implentur orcæ in Aſia cadi.Item ſalmentarium,hoc eſt ſalſamentarium. Quidam etiam orcam accipiunt pro vaſculo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lusorio quo coniecti tali agitatiq; emittũtur in tabulam aleatoriam. Et a Martiale dicitur Turricula exímitatiõe græcæ dictionis quam latini vsurpant pyrgon. Pli. li. xxxv. pro capsa pigmentorum muliebrium posuit cum ait. Vsta casu reperta incendio pyræ ceruſa in orcis cremata

¶ Orcula dimi. ab orca. Cato de re ruſ. Cyminnum fœniculũ rutam mentham in oraculam condito. Hinc quidã vrceum & per diminutionem Vrceolum deducunt

¶ Orchades pen. cor. insulæ oceani ſeptentrionalis vltra Britanniam & Hiberniam numero. xxx. ſcdm Pompo. parum inter ſe diſtantes. Est & hoc noīe oliuæ genus. Vñ Virg. Orchades & radij & amara pausia bacca

¶ Orchites pe. cor. genus oliuarũ quæ a teſticulis nomẽ ſumpſerunt, vt inquit Ser. lib. ij. Ge. Nam ὄρχεις teſtes dicũtur. Vnde etiam vocantur teſticulares oliuæ

¶ Orchis, hærba quæ & Cynoſorchis quaſi caninus teſtis.

¶ Orcus fluuius Infernalis ab vrgendo dictus q̃ in mortem vrgeat. vt inquit Feſtus, quia anticq; c, pro g, ponebant. Quidam ab ὄρκος quod eſt iuramentum deducunt, q̃ per illũ i. ſtygem paludem a qua profluit iurabant dij nec peierare licebat. Proprie autem orcus obſcuritas inferorum. Et orcus apud Homerũ Theſſaliæ fluuius ſcribitur qui Peneum olei inſtar ſupernatat. Et orcus Pluto

¶ Orcheſtra ſpatium in theatro in quo ſenatorum & honorificentiſſimorum erant loca deſignata. & ſcænici artifices ſuas per orcheſtram præſtant actiones, vt ſcribit Victru. li. vij. Cuius pulpiti altitudo non erat quinq; pedibus altior: vt ſedentes ſpectare poſſent omniũ agentium geſtus. Dicta orcheſtra q̃ in ea ſaltationes fieri conſueuiſſent. Nam apud Græcos ὀρχέομαι tripudio ſalto. Sueto. Deinde in orcheſtrã ſenatum q; deſcendit, & orationis quidem carminiſq; latini coronam de qua honeſtiſſimus quiſq; contenderat ſumpſit Iuue. poſuit pro ſeſſione ſenatus & primorum cum ait. Simile mq; videbis orcheſtram & populum

ϒ Orchia lex prima oīm de cœnis lata ad populum fuit, quã tulit. C. Orchius tribunus plẽbis de ſenat⁹ ſentẽtia tertio poſt anno q̃ Cato cenſor fuerat. Hęc numerũ tantũ cõuiuatum præſcribebat iubebatq; vt per cõtinuos ianuis cœnitaretur: quo obſeruatio eius videri poſſet. Cc

¶ Orchomenus penul. cor. Theſſaliæ mons, a quo orchomenum oppidum quondam ditiſſimum ac potentiſſimum, cui Thebanos olim tributa ſoluiſſe conſtat. Hinc orchomenius a. um. Orchomeniorum rex Etheocles fuit qui primus gratiarum templum extruxit. Et ariſtoclides eius tyrannus fuit: qui Sthymphalidem virginem quandam adamauit, vt ſcribit Hieronymus. Vide in dictione Stymphalus. Hiſtorici alteram orchomenum tradiderunt quæ Euboicæ vrbs eſt, & inſula vna ex cycladibus in Euboico mari, in qua Titani regnaſſe dicuntur. Eſt orchomenon fluuius, vt Plinius & Strabo teſtantur.

ð Orcomana pro lecto funebri apud Martialem ponitur.

ð Orci familia pro defuncto ponitur

ð Orme impetus perturbatio. Inde ormũ canticum dictum impetuoſum, & alacritati bellicæ accommodatum

ð Ormao impetum facio

ð Orthia carmẽ palladis bellici ardoris incentiuum. Suid. docet ὀρθίαν μουσικὴν εἶναι καὶ λεγε̃ cithare dicã. Itaq; orthiã & orthriam p cantico & lege citharedicę harmonię.

¶ Ordior iris. orſus & orditus teſte Priſcia, præteritum facit ſed cum facit orſus, ſignificat fari incipio. Virgili. Veneris contra ſic filius orſus. Liuius lib. i. Vnus rem ex compoſito orditur. id eſt narrare incipit. Vnde exordium principium orationis. Ponitur etiam ſimpliciter pro incipio. Ci. li. v. tuſ. Vnde igitur rectius ordiri poſſumus q̃ a cõmuni parẽte natura, quę quicquid genuit non modo animal, ſed etiã quod ita ortum eſſet ex terra vt ſtirpibus ſuis niteretur, in ſuo genere perfectum eſſe voluit. Orſum aliquando poętæ pro eo qui finit abuſiue poſuerũt. Virgili. Sic orſus Appollo mortalis viſus medio ſermone reliquit. Hinc aborſus. Cum autem facit orditus ad telę vel alterius huiuſmodi compoſitionem ſpectat. Hieronymus in Eſaia. Et telam quam orditus eſt. Virgilius tamen in culice. Atq; vt araneoli tenuem formamus orſum. Veteres etiã ordio protulerũt. Afra. Aſpecta tamen animo me ordire oportet. Compoſita ſunt Abordior, Exordior & Reordior.

ϒ Ordio veteres dixerunt pro ordior. Cc

¶ Orſus a, um, in ſignificatione actiua. Virgil. Sic orſus ab alto. Liuius in ſignificatione paſſiua poſuit, p incepto cum libro. i. ait. Vt oſſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.

¶ Ordo eſt digeſtio & in ſuo cuiuſq; loco collocatio, velut in acie fit, vbi pedites, vbi alæ, vbi cætera. Vel ĩ ciuitatibus. vt ordo ſenatorius, ordo equeſtris. Accipitur quandoq; pro ipſis hominibus. Cicero, Qui apud omnes ordines eẽt gratioſus, id eſt apud omnium ordinum homines. Saluſt. Sæpe numero. P. C. multa verba in hoc ordine feci, id eſt in ſenatu. Aliquando refertur ad fortunas. vnde Dona. exponẽs illud. Terent. in Eunu. Q uendã mei ordinis dicit, ordinis pro paupere. ſic honeſti ordinis homines dici poſſunt opulenti. Inde fiũt interordo & interordinum de quibus ſupra. Ordinar⁹ a, um, in quo ſeruatur ordo. Extraordinarium, quod fit extra ordinem. ordinarius dicit homo ſcurra & improbus quiq; aſſidue in litibus moratur ob eamq; cauſam in ordine ſtat prætorem adeuntium. Siue per contrarietatem quia minime ordinate viuit. Et ordinator

¶ Ordo lucæ populi fuerunt in Anglia arduis montib⁹ proximi, apud quos vt Tacitus ſcribit Hoſtorius dux Roman⁹ Caratacum in Anglia imperantem proſtrauit

¶ Ordino as, diſpono q cuiq; locus eſſe debeat, a quo fit Prę ordino ante ordino

¶ Ordeſſus fluuius maximus Scythiæ qui ab oriente p̃fluit miſcetur cum Iſtro

ϒ Oreo ſelinum montanũ apium cicutæ folijs radice tenui ſemine aneti minutiori tamen. Cc

¶ Oreades nymphæ montium ἀπὸ τοῦ ὄρεος quod montẽ ſignificat

ϒ Oreges vnus ex colliculis Imai montis

ϒ Oreon hærba eſt ſic dicta q̃ in montibus naſcatur. Cc

¶ Orceus Siciliæ fluuius apud Panormum ioretæ gens indica, vt ſcribit Strab. poſt Arbim amnem Arianorũ, quos Plinius libro. vi. ait non Indorum ſed propria vti lingua

¶ Oreus, dictus eſt liber pater a montibus in quibus ei fieri ſacrificia ſolebant

¶ Ore tenus duę partes ſũt. Gel. Guttum ſamnium ore ten⁹ imprudens mane tanq̃ ſi ineſſet oleum affert.

¶ Orexis græce, latine appetit⁹ ſeu eſuritio dr̃, ab ὄρεγομαι quod eſt appeto. Quidam etiam pro vomitu accipiunt. Iuuenalis. Rabidam facturus orexim. Idem. Hinc ſurgit orexis Hinc ſtomacho bilis, Hanc veteres vt excitarẽt bibere largius ſolebant, deinde euomere

ð Oreſtes nomen viri ſic dictus ob ferinam agreſtẽq; & montanam naturam

¶ Organa per excellentiã dicunt omnia muſicorum inſtrumenta ſicuti docet Auguſt. Nõ ſolum organũ illud qđ grãde eſt & inflatur follibus qđ multis meatibus quaſi cicutis ĩparibus vnde vox erumpat & concentum cum bombulo emittat, ſed quicquid aptatur ad cantilenam & corporeum eſt, organum dicitur. Iuue. pro cithara poſuit. Prætoribus organa ſemper in manibus denſi radiant teſtudine tota Sardoniches triſpo numerantur pectine chordæ. Eſt & organum inſtrumentum quoddam ædificij. victru. lib. x, Inter machinas & organa id videt eſſe diſcrimẽ q̃ machinę plurib⁹ operibus in maiores coguntur effectus, v baliſtę torcularium q̃ præla. Organa autẽ vnius operę p̃poſitum vti ſcorpionis. Apud Colu. lib. iiij. ſumitur pro inſtrumẽto ad metiendum apto vbi ait. Sic cõpoſitũ organũ cum in ſulcum dimiſſum eſt litem domini & cõductoris ſine iniuria deducit.

¶ Organarij organorum fabricatores, Iul. Firmicus. lib. iij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſcribit. Mercurium cum Venere. vi. ab horoſcopo facere organarios & myropolas.

¶ Orgia ſacra fuerunt q̃ diis immortalibus fieri ſolebãt ἀπὸ τῆς ὀργῆς, vt inquit Euſe. lib. præpara. hoc eſt a furore, quia ſacrificantes diuino quodã furore corripi videntur. Hinc abuſiue ſacra liberi patris dicta ſunt orgia.

¶ Oricos, ciuitas Epiri a colchis condita. a qua Terebynthus oricia dicitur.

¶ Oria nauis piſcatoria. Plau. Malo hunc alligari ad oriam vt ſemper piſcetur & ſi ſit tempeſtas maxima. Aſpiratur tamen hæc dictio ab aliquibus.

¶ Oricalchum æs aurei coloris, quod in magno pretio apud veteres fuit Græci ὀρείχαλκος ab ὄρος quod eſt mons, quia in montibus foditur.

¶ Origanum penul. cõrre. hærba cuius diuerſæ ſunt ſpecies. Nam quoddam dicitur heracleoticum, agreſte, & orthimin. Plini. ſcribit origanum eſſe quod in ſapore culinam æmulatur plurimaq; eius eſſe genera, orthimin vel praſion appellari nõ diſſimile hyſſopo, tragoriganõ ſimilius eſſe ſerpillo ſylueſtri.

¶ Orion quaſi Vrion dictus eſt filius Enopionis putatus ex vrina trium deorum Iouis Neptuni & Mercurij natus. Hic apud Meſſanam portum ſtructo aggere in Bœotiam conceſſit. Inde inter aſtra receptus eſt ante tauri veſtigia. Sunt tamẽ qui græce ab aquarum inundatione ſic dictum velint, q̃ eo tempore habet ortum hyems & mare ac terras tẽpeſtatibus turbat ὀρίνω enĩ turbo & cõcito ſignificat. Plau. Iugulam vocat, q̃ ſit armatorum gladius ſtellarũ fulgore terribilis. Hic ſi fulget ſerenitatem, ſi obſcurat tempeſtatem denotat. Ver. Fluctu nimboſus orion.

ὈOrigenes pe. cor. nomen proprium auctoris eccleſiaſtici cuius dogmata dãnata ſunt, quũ in varios errores inciderit, q̃s Aug. lib. de hereticis commemorat. A quo origeniani dicti ſunt, qui eos imitantur, fuit & alius origenes.

✻Orithea nympha eſt quaſi hortans ad curſum dicta. Cc.

✻Orites gemma eſt globoſa ſpecie a quibuſdã Syderites appellata Cc.

¶ Orithya, Boreę coniunx filia Erichtei Athenarum regis quã in ventũ conuerſam ferunt. hoc etiã nomine dicta Amazonũ regina quę Marpeſiæ matri ſucceſſit in regno.

¶ Orithos vrbs fuit inter Macedoniam & Epirum.

¶ Oriza ſpecies frumẽti folio carnoſo, altitudine cubitali flore pupureo. ex qua Italici ptiſanam faciunt. Hora. in ſermo. Sume hoc ptiſanarium orizæ Candore. Grana comeduntur in cibo ad iuſcula teſtuacia. Serit menſe Martio, & aquis clauſis irrigatur, vulgo Rizum appellant.

✻ Inde Orizinum oleum. Cc.

¶ Orior oreris vel oriris. participium tamen oriturus & ortus habet. Ouid. lib. x. Meta. Tu quoties oreris viridiq; in cæſpite flores. Signficat naſcor, quadoq; ſurgo, pdeo. Vnde ori ſolem dicimus. Huius compoſita ſunt Aborior, Adorior, Coorior. Liuius. Tum vero coorto tumultu terga vertere ſimulãtes paululum ceſſere. Oborior & Suborior eiuſdem fe re ſignificationis, hoc eſt ſubnaſcor, vt obortæ ſũt lachrymæ. Subortus eſt rumor. Exorior quoq; & perorior. Cic. lib. iij. of. Exoritur Antipatri ratio ex altera parte id eſt apparet vel aſciſcitur.

¶ Oriens & participium eſſe poteſt, & nomen ſubſtantiuum generis maſculini, vt cum per ſe dicitur oriens, vt ab oriente in occidentem pergit ſol.

¶ Oriundus qui originem ducit, q̃ ex eo loco parentes eius fuerunt. Ortus vero ex loco perſonam ve præſenti. Liuius. Nati Carthagine ſed oriundi a ſyracuſis. Inuenitur tamen oriundus pro orto. Col. lib. i. Nam quemadmodũ ſapientis eſt fortuitos caſus magno animo ſuſtinere, ita dementis eſt ipſum ſibi malam facere fortunam, quod facit qui nequam vicinum ſuis nummis parat, cum a primis cunabulis ſi modo liberis parentibus eſt oriundus audiſſe potuerit. Ambro. aliter vſurpauit cum inquit. Sciant omnes ſolem auctorem nõ eſſe naſcentium, dei clementia terras relaxat, dei indulgentia prorumpere facit fructus. Quomodo ſol viuendi vſum miniſtrat oriundis? quando illa prius diuinæ operationis viuificatione ſunt edita quam ſol in hos viuendi vſus veniret? oriundis. id eſt qui naſciturus eſt.

¶ Originarij qui ex aſcriptitijs nati ſunt in ipſo ſolo. vt diſ. lib. quarto.

¶ Origo pen. pro. genus eſt. Vnde originale adiectiuum, vt Culpa originalis.

¶ Ortus a um. participium modo natus, vt ego ortus ſum Bergomi. modo qui reſurrexit, vel prodiit. vt ortus eſt ſol. Ortus tus. nomen ſignificat natiuitatem. Cice. Non nobis ſolum nati ſumus, ortuſq; noſtri partem patria vendicat, partẽ amici. Interdum ſurrectionem, vt ſolis ortus. Interdum locũ in quo ſurgit, vt ab ortu ſolis vſq; ad occaſum.

¶ Ortus orti, locus in vrbe vel in villa in quo arbores hærbæ & olera oriuntur. Vnde & ab oriendo dicitur q̃ in hac agri ſpecie plures quam alibi hærbæ per totum annum oriantur, & omnia quæ in ortis oriuntur ab oriendo olera dĩcit. Apud antiquos oĩs villa ortus dicebat q̃ ibi qui arma capere poſſent orirent. Sũt qui ita ſeparent vt ortus tã ſingulari q̃ plurali numero ortũ olitoriũ. i. hærbarũ ſignificet. In plurali dũtaxat arborarium, quia a nĩs pomariũ græcis παράδεισος paradiſus vocat, vt orti Salluſtiani. Quidã tñ aſpirãt vt differat a participio & noĩe ortus. Alij ĩ medio aſpirandũ cẽſent. ab orthos q̃d eſt rectũ deducẽtes qm̃ in rectas quaſdã lineas diſtinguat. Ab ortus fiũt diminutiua. ortulus & orticellus. Epicurus primus orti magiſter exiſtimatus eſt.

¶ Orti penſiles, qui ſupra ædificia facti vel ſupra columnas erecti pendent.

¶ Orti heſperidum memorabiles habentur, in quibus oleaſtri tantum viruerunt.

¶ Orno as. pulchrum facio. Cice. lib. i. Tuſc. Nocturnamq; ce li formam vndiq; ſyderibus ornatam. Et ornare præparare apparare quod lingua vernacula dicim⁹ metter en poinct. Plau. in cap. Ego ibo vt conueniam ſenem, dicam vt ſibi penum aliud ornet. Idẽ in eadem. Non ornatis vos iſtic apud vos nuptias. Item honorare, Cicero Cæſari. Neq; vllius officij certum nomen peto, beniuolentiam tuam & libertatem peto, neq; impedio quo minus ſi tibi ita placuerit etiam hiſce eum ornes gloriæ inſignibus. Huius compoſita. Adorno quod eſt deſuper orno. Liuius libro primo Flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit inſignique veſte & curuli regia ſella adornat. Eſt etiam adornare bene apparare. Plautus in caſ. Intro abi vxor atque adorna nuptias. Exorno & ſuborno. De quibus alibi.

¶ Ornatus a, um, qui bonis artibus inſtructus eſt ſiue qui honores adeptus eſt.

¶ Ornatus, us accipitur pro cultu quo aliquis ornat. Vñ dicimus ornatum regium.

¶ Ornamentum, ornatus, apparatus, & q̃nq; honor dicitur. Cic. Licinio. Suſcepiq; mihi perpetuam propugnationem pro oĩbus ornamentis tuis. i. honoribus.

✻ Orneus Ixionis & nubis filius vnus ex centauris. Cc.

¶ Ornix græce, latine ales gallina.

¶ Ornithon, auiarium Nam ornithas græci aues vocant. Var Ornithones auiaria ſunt in quibus ſtabulantur turdi paſſeres & omnes alites quæ intra parietes villæ ſolent paſci. Apud græcos ὀρνιθῶν θεσ ſcribitur.

¶ Ornithothrophiũ idem eſt quod ornithon.

¶ Ornithoboſcion locus ad paſcendũ gallinas & aues. Var. De his qui ornithoboſcion inſtituere volunt.

✻ Oroandes mons non longe ab Imaõ monte immo vnus ex colliculis eiuſdem. Cc.

¶ Oroba vrbs eſt Aſſyriæ in mediterraneis. Pto. li. vi.

✻ Orbatis vrbs Perſidis in mediterraneis. Pto. li. vi.

✻ Ornatis fluuius eſt in ſinu Perſico meridiem verſus Ptolo. lib. ſexto.

¶ Orobia thuris ſpecies a viciæ ſimilitudine. Græci enĩ ὄροβος viciam dicunt. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

* orbitis coloris ſpecies ex luthea hærba confecta.Cc.

¶ Orōthes nomē viri,& nomē fluuii qui diuidit Syriam ab Antiochia. Eſt nomē mōtis inter quē & orōthē fluuiū vrbs Antiochia poſita eſt.Hinc oroncheus a.um.Prop.Aut quod orōthea crines perfundere myrrha.

¶ Oropygiū. Vide in dictione Vropygium.

¶ Orphanus,qui caret patre prēſidioq; paterno quicq; ſūmopere illius opem deſyderat.Græcū eſt.Pupillus qui caret patre,ſednō p̄ſidio paterno,cū tutore iuuetur.

* Orphanitas ab orphano.Cc.

¶ Orpheus poeta ſeu vates Calliopes& Apollinis filiꝰ thrax hic lyræ ſtudioſiſſimus extitit,quā dono a Mercurio habuit Fuit & alius orpheus oeagri filius vnus ex argonautis Ciconum rex orpheus a,um.Idem quod thracius Mar.Quicquid in orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro Dicitur exhibuit Cæſar arena ubi.

¶ Orthię dicuntur a græcis Meneniana ædificia.

¶ Orthos græce,latine rectus dicitur.Sed in compoſitiōe tātum.orthoo dirigo.

¶ Orthographia recta ſcriptura vel recta pictura

¶ Orthodoxus homo recte opinionis,ſiue ſententię aut fidei δοξα enī gloriā & exiſtimationem ſiue opinionē & ſententiā ſignificat,orthodoxa recta opinio.

¶ Orthogonius rectꝰ angulus q ex vtraq; parte ęqualis eſt.

¶ Orthopnoici.aſthmatici dīr qui eā anhelitus difficultatem habēt,vt niſi recta ceruice ſtent ſpirare nō poſſint orthopnœa ipſa paſſio.orthon enī rectū πνέω ſpiro.Eſt enim circa fauces malū quod apud græcos aliud atq; aliud nomen habet ,put ſe magis minuſq; intendit,omne tñ ſpirandi facultate conſtitit.Sic difficultas hæc dum modica eſt λύσπνοια græce dicit.Cum vehementior & ſpirare æger ſine anhelatione non poteſt ἄσθμα vocatur, Cum acceſſit id quoq; vt ſpirare non poſſit ſi recta ceruice ſpiritus trahatur ὀρθόπνοια appellatur. Ab his Dyſpnoici, Aſthmatici, Orthopnoici.a latinis vero vno vocabulo ſuſpirioſi dicuntur.

¶ Orthopeia,emendata cū ſuauitate expoſitio.

¶ Orthomaſtica poma dīr ab effigie māmarū.Cc.

¶ Orthominum,genus lini quod fit pannicula paluſtris harundinis.

¶ Orthocorybantiį,populi quidam Scythię.

¶ Ortyx gis.auis q̄ coturnix,& vulgo Qualia dicitur.

* Orum vulgo pro auro dicunt.Cc.

¶ Ortygometra,pe.cor.rex Coturnicum maior aliquanto ac nigrior auis,dicta q; dux ſit ac moderatrix coturnicum.Cōponitur enī ex ὄρτυξ & μέτρον menſura.non tñ coturnix idē quod querque dula.

ὀ Orthragoriſcus latine aper ſiue porcus piſcis in auro fluuio laconiæ,qui vocalis perhibetur.Sed & porcelli lactētes & adhuc ſubgrumi ita nominantur apud lacedæmones inquit Athenæus ἀπὸ τοῦ ὀρθρου καὶ αὐροαξειν φασι quoniā matutinis oībus venales circunferantur.

¶ ortygia inſula in ægeo quæ etiā Delos dicitur.Dicta ortygia Solino teſte quia in ea primo viſæ ſunt coturnices quas græci ortygas vocāt,nos a ſono vocis qualeas dicimus.Fuit & alia hoc nomine inſula circa Siciliam quæ ponte iungitur Syracuſis & fontem habet. Aretuſam,hęc ex oppoſito Plemyriį Siciliæ amnis de qua Verg.li.iį. Sicanio p̄tenta ſinu iacet inſula cōtra Plēmyriū vndoſum nomen dixere priores. ortygiam Alphæum fama eſt huc helidis amnem occultas egiſſe vias ſubter mare quæ nūc ore Arethuſa tuo ſiculis cōfunditur vndis.

¶ Oryx origis animal quod precipue in Getulia naſcitur,fertur contra ſtare ac contueri ſolis radios caniculamq; adorare. Eſt ex caprarum genere.de quo habetur in deuteronomio q; ſit immundum,a quibuſdam Solus vocatur, contrario veſtitur pilo.& ad caput verſo.Colu.lib.x.Feræ pecudes vt capreoli dāmæq; nec minus orygum ceruorumq; genera & asprorum modo lautitiis & voluptatibus dominorum ſeruiūt, modo quæſtui ac redditibus.

¶ Os oris,proprie concauum illud intra q̄d ſunt lingua & dētes Pli.Continui dentes aut vtraq; parte oris ſunt,vt equo, aut ſuperiore primores nō ſunt,vt bobus ouibus . Q̄nq; os ponitur pro facie. Ver.os humeroſoſq; deo ſimilis.Et de brutis etiā dicitur.Idem.ora citatorum dextra detorſit equorū. Neq; ſolum de facie dicitur,ſed etiam de tota ſpecie quę cernitur.& quicquid in aliqua re patet os dici poteſt.Idem Q. ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum hulceris os. Ouidius. Pronaq; cum ſpectent animātia cætera terram os hominiſublime dedit.os leonis genus hærbe florem faciens purpureū. Colu.Narciſcique comas & hiantis ſęua leonis ora ſeri.Sciendum q; os producitur & habet omnes caſus plurales p̄ter genitiuum orium. Vergi.lib.viį. Componens manibuſque manus atque oribus ora.Huius nominis deriuatiua ſunt.oſculor,oſtium,oro,oraculum,orarium,oſculum,orior,ordior ordino,orea,omen,orificium & ſecundum aliquos oſtendo os oſſis,quod & oſſum dici poteſt.Pacu.oſſum inhumatum ſolidamentum corporis vocatur quod notatum & adiunctū inuicem neruis alligauit natura, hinc componitur exos quod eſt ſine oſſe.Lucil.Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus.Inde Exoſſo as.

¶ Oſculum diminutiuū paruū os, quod eſt contra Priſ.q nō vult oſculū tenere ſignificatū primitiui.ouidi.lib.i.meta. Videt igne micantes ſyderibus ſimiles oculos videt oſcula.Idē de Daphne . Videt oſcula q̄ nō eſt vidiſſe ſatis.Et oſculū q̄d datur amicis.vt eſt illud.oſculo filium hoīs tradis? Nā ſi baſiādo labia conſtringuntur & os paruū fieri videtur & exporrigitur in oſculū. Differunt autem hæc inter ſe oſculū & baſiū & ſuauiū,q; oſculū officiū ſit,vt cum e long nquo redeuntes ſalutamus atq; oſculamus.Baſium pudicorū vt patris in filiū Suauiū voluptatis a ſuauitate dictū.

¶ Ocillum cū c diminu.eſt a diminutiuo oſculū ,p paruo ore ſicut a tantulo tantillū.Colu.lib.ij.Reliquū quod ſupeſt ſeminis in tabulatū quo fumus prouenit optime reponas. quoniā ſi humor inuaſerit vermes gignit,q ſimul atq; ocilla lapillorū adederint reliqua pars enaſci nō poteſt.oſcilla etiam ſigilla ſunt & paruę imagunculæ quę arte fictili fingebātur & venales proponebantur quibus homines pro ſe atq; ſuis Saturno piacula faciebant,vt inquit Macro. Verg.lib.ij.Georg. oſtilla ex alta ſuſpendūt mollia pinu.Et ſic ab oſculū fit cū ſignificat faciē paruā vel totā ſpeciem.

¶ oſcillo,las.ab oſcillum fit,& ſignifi.inclino.Feſt⁹. oſcilla ſancta dicunt q; oſcillent i.indinent p̄cipiteſq; efferāt oſcillantes Ser.putat eſſe cōpoſitū ab os & cilleo es.q; in hoc cillerentur, i.moverent,ora.Nā cillere mouere eſt.Plau.i Am.Ne illi ęde polſi merito meo referre ſtudeant gratiā allegent q mihi aduenienti oſcillet.probe enī os moueat ,pbe ipſum pugnis percutiendo,vt illud infra eodē loco.Illic homo me interpollabit meūq; os effinget denuo.

¶ oſſiculū diminuti.ab os oſſis.Gel.lib.vi. Ratio ſubtilior & vtilitas ipſa operis poſtulauit vt tenuiſſimis minutiſſimiſq; oſſiculis caput cōpingeret.Pli.lib.xi.omniū cerebro medio in ſunt oſſicula parua.Hinc fit aduerbiū oſſiculatim quod ſignificat minutatim.

¶ oſſeus a,um.quod ex oſſibus eſt. Vnde Plini.ſcribit inueniri lapides oſſeos.

¶ oſſilegus penulti.correp.oſſium collector, oſſilegium oſſiū collectio.

¶ oſſuaria appellantur loculi in quibus defunctorum oſſa reponuntur.

¶ oſſifraga pe.cor.genus aquilæ ab oſſibus frangendis.

¶ oſſa æ.mons in finibus Theſſaliæ Centaurorū ſtabulum quem Sene.dicit.olympo olim coniunctum. Luc.Quantus piniferæ boreas cum Tracius oſſæ ,Hinc oſſæus a,um.Idem libro vi. Attollet titan rupes oſſæa coercet . oſſa vero plura his numerus ab os oſſis .Macrobi.oſſa dentes cum vnguibus & capillis nimia ſiccitate ita denſata ſunt vt penetrabilia non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sint effectui animę quę sensum ministrat.

¶ Osci Italię po. ab oris fœditate dicti. Vñ oscœna verba.

¶ Oscines pe.cor.ab ore & canendo aues auspicium ore facientes. Oscinum augurium auium. Hora. Oscinem coruum precę suscitabo Solis ab ortu.

¶ Oscedo vitium quo quis tenetur vt sępius oscitet. Gel.li. quarto Deliberatum de nota eius qui ad censores ab amico aduocatus est & in iure stans clare nimis, & sonore oscitauit, atq; inibi prope vt plecteretur fuit tanq̃ illud indicium vagi animi foret & hallucinantis & fluxæ atq; apertæ securitatis. Sed cum ille deieraſſet inuitissimum sese & repugnantem oscitatione victum, tenericq; eo vitio quod oscedo appellet, tum notę iam destinatæ exemptus est. Quidam dicunt oscedinem significare graueolentiam. Sere. Hinc oscedo fugit, linguæ quoq; vulnera cędunt.

¶ Oscito as, pe.cor. ex os & cito, proprie significat os cõmoueo, & os totum aperio vt fit præ somno aut tædio. Quæ cum toto corpore fit pandiculatio vocatur. Cic. lib. ij. de ora. Et istam oscitantẽ & dormientem sapientiam sęquolarum & cæterorum beatorum ocio cõcedamus. Ponitur etiam oscitatio pro ocio & animi securitate. Terent. in An. Sperans iã amoto metu inter oscitantes opprimi. Dicitur & oscitor depo. Ci. lib. iiij. ad Heren. Cum etiam maiores calamitates impendere videantur sedetis & oscitamini.

¶ Oscheon latini serotum dicunt, id est testium receptaculũ Nam Cælsus vbi de morbis tractat qui in naturalibus circa testiculos oriri solent, sinus & tunicas his appellationib⁹ diuidit. Sinus qui conspicitur a nobis oscheon a græcis dicit, nostri Serotum vocant.

¶ Osanna componitur ex osi quod significat saluifica siue saluum fac, & Anna domine, quæ vox inquit Hiero. interiectio est deprecantis. Nam sicut nos in lingua latina habem⁹ interiectiones quasdam vt insultando dicamus vah. In admirando pape. In dolendo hei. Et quando silentium volum⁹ imperare strictis dentibus spiritum coartamus & cogimus & tantum sibilum insonando. s. z. ita hebręi inter reliquas proprietates linguæ suæ habent interiectionem vt quando volunt dominum deprecari ponant verbum petentis affectu & dicant Anna domine. osi saluifica interpretatur, anna interiectio deprecantis est. Si ergo ex duobus his velis compositum verbum facere dices osianna, siue vt nos loquimur osanna media vocali litera elisa sicuti facere solemus in versibus quando scandimus. Aleph namq; litera prima verbi sequẽtis extremam verbi prioris Ioth inueniens exclusit.

¶ Osiadverbium optandi, vt osi videam apostolum dei antequam moriar.

¶ Osiris pe.pro. osiris vel osiridis gtm̃ facit, fuit Iouis filius ex niobe Phoronei filia, succesſitq; phoroneo in regnum argiuorum Ægialum fratrem præfecit regno Achaiæ, & ad ęgyptios transfretauit gloriæ desiderio. Quos cum subegisset Isidem q̃ & Io vocabatur Inachi primi regis Argiuorum filiam duxit vxorem. Vbi cum illa literas, osiris varias artes ægyptios docuisset, vterq; diuinos honores meruerunt. Tãdem a Sityphone ægyptio. vel vt Ser. ait a Typhone fratre clam occisus ab Iside diu quæsitus est. Tandem apud Phialã iuxta Syenen laceratus compertus est. In insula Abaton ĩ palude iuxta memphim sepeliri eum Isis curauit, & paludẽ Stygem. i. mœrorem appellauit. Nec nisi certis diebus & mitratos eo accedere voluit. Sed cum apparuisset ęgyptijs deinde bos quidam osirim putarunt, adoraueruntq; vt deum & vocauerunt Apim. i. bouem eorum lingua. Deinde dictus est Serapis. Tibullus. Te canit atq; suum pubes miratur osirim Barbara memphitem plangere docta bouem. Mart. Non illam mille catastæ Vicebãt, nec quæ turba serapin amat. De osiride sic habet Euse. lib. de præpara. Diodorum siculum inducens Ægyptios feros primos omnium motum ordinẽq; cælestium corporum admiratos, solem & lunam deos putasse, ac solem quidam osirim, lunam Isim nuncupasse a proprietate quidem inditis ipsis nominibus. Nam si quis ad latinam linguam verba transferat multioculus osiris dici potest, nec id abre Radijs enim suis quasi multos reb⁹ immittit oculos quibus omnia perspicit, vt etiam poeta dicit. Sol qui terrarũ flammis opera omnia lustras, quamuis nonnulli græcorum poetæ Dionysium esse osirim confingant. Isim vero priscam latine dicere possumus, lunę hoc nomine indito, quoniã sempiterna priscaq; sit, cui cornua depingunt, vel quia cũ minor est cornuta videatur, vel q̃ bos ei apud ęgyptios sit dedicata

*Osirites ab ægyptijs dicitur herba quam cynocephaliam, hoc est canis caput, vocant, q̃ canino capiti sit similis, tradũt si quis eam totam eruat statim mori. Cc.

¶ Ostendo dis, di, sum, & ostentum, ex os & tendo, sicut fit ĩ oscito & oscillo, os enim pro facie sępe ponitur, quæ pro toto corpore non solum hominis, sed etiam cuiuslibet rei specie sumitur, vt Do. in Eu. Terent. o faciem pulchram, exponit. Faciem modo non partem corporis dicit, sed totam speciem, q̃ apparet & cernitur. Merito ergo ostendo significat demõstro quia ostendo, est speciem siue faciem rei monstro, quia tendere os hoc est extendere solemus in id quod volumus demõstrare.

¶ Ostento as, frequentatiuum ab ostentum supino formatũ quod significat sæpe ostendo. Plaut. in Aul. Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. Aliquando cum iactantia ostendo. Vnde ostentatio iactantia.

¶ Ostentum ab ostendo, q̃ statim futurum aliquid ostendat vt Cometæ, tonitrua die sereno. Monstrum q̃ contra naturam fit, vt cum nascitur aliquid membris alteri⁹ generis qđ & promonstrum quandoq; dicitur, quasi porro aliquid mõstrans siue monens. Portẽtum, quod licet naturale sit raro tamen se ostendit, & futurum aliquid cum temporis interuallo denunciat quod aliquid importari ac imminere denunciat. Prodigium quod etsi naturaliter fit ac sæpe euenit, semper tamen aliquid p̃sagit mali. quasi porro agendum. Confundũtur tamen hæc & pro eodem significato accipiuntur omniaq; ab eo q̃ futurum aliquid ostendunt dicta sunt. Labeo diffinit ostentum esse contra naturam cuiusq; rei genitum factũ q̃. Duo sunt genera ostentorum. Vnum quoties quid contra naturam nascitur. Alterum cum quid prodigiosum videtur. Sue. in Cęsa. Cunctanti ostentum tale factum est. Quidam eximia magnitudine & forma in proximo sedens repẽte apparuit arundine canens. Accipiuntur etiam ostenta in bonam partem. Sue. in Ves. Iampridem sibi per hæc ostenta conceptam in spem imperij venit. Pli. lib. xvi. scribit factum esse ostentum arboris, a quo deinde tempore maiestas populi Romani resurrexit. Alias ostentum participialiter poni solet. Pacu. In ipso tempore ostentum senem. i. demonstratum. Est enim ostentus a, um. Cato. Ager oleto cõserundo qui ĩ ventum fauonium spectabit & soli ostentus erit, alius bonis nullus erit. Varro libro primo de re rus. Qui locus optimus vino sit & ostentus soli amineum seri oportere, ostentus tus, nomen irrisio dicitur. Sallustius in Iugurth. Sed quoniam eo natus sum, vt Iugurthæ scelerum ostentui essem.

¶ Ostentosus a, um, quod ostentum facit, vt a Prodigium Prodigiosus.

*ostentiferum ferens ostenta. Cc.

Ostphys græce, lumbus latine, seu pars posterior quam lumbi pręcingunt paristructura. Alij accipiunt pro cingulo, seu pro tinctu.

¶ Ostris siue ostria, arbor quę solitaria nascitur circa saxa aquo sa similis fraxino cortice & ramis.

¶ Ostum dixerunt antiqui id quod ex lino facto olei purum purgatumq; relinquitur. Factum vero dicebant quod vno tempore conficerent, quem alij centum sexaginta modiorũ alij centum viginti faciebant.

¶ Ostium ab obstãdo quidam deducunt q̃ eo arcemur ingressu, quidam ab os oris q̃ sit id per quod ingredimur vel domum vel quęcunq; alium locum. Alij a græco ósíp quod ę repellere. Vnde ratio exigit vt sine aspiratione scribatur Licet eruditorum vsus illud cum suis deriuatis aspiret, ostia

ostium, fama, porta, fores. balneæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

græci Thyras vocant. Vnde Thyridion oſtiolum, oſtiorum latera natas vocamus a quibus Antipagamenta valuarum ornamenta.

¶ Oſtia orum tantum pluraliter fluuiorum patentes aditus ſunt. Verg. Italiam contra Tyberinaq; longe oſtia. Dicimuſq; Nili oſtia, & Tyberina oſtia q̃ mare intrant non aditus. Et facilis ad rem aditus, non facile oſtium. Et hęc ſylua nullos habet aditus non oſtia. Aliquãdo oſtia ponitur ꝓ portu. Ver. Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.

¶ Oſtia æ, vrbs in oſtijs Tyberinis ſita, ab Anco martio condita, vt inquit Liui. in ipſo maris fluminiſq; confinio vt totius mundi opes illo veluti maritimo vrbis hoſpitio reciperent. Ab hac oſtienſes dicti, oſtienſis porta Romæ eo ꝙ oſtiã verſus ducat. Ea nunc ſancti Pauli porta appellatur.

¶ Oſtiatim, per ſingula oſtia. Quint. Nec ſectanda ſingula & velut oſtiatim pulſanda.

¶ Oſtiarius oſtij cuſtos. Cuius fœmininum ẽ oſtiaria, vt Ancilla oſtiaria in Euangelio.

¶ Oſtracium latine teſta, græce ὀστρακιον Vnde teſtaceum pauimentum vulgo nunc oſtracum vocant. Hinc oſtraciſmus relegationis genus. Nam ciuitates antiquitus, quę populari ſtatu regebant, eos qui ſuperexcellere videbantur vel propter diuitias, vel propter amicos alienam ve potentiam extra ciuitatem relegare ſolebant ad tempus, ſicut docet Ariſto. lib. iij. Poli. Athenienſes vero exilio decennali multare conſueuerant potentes nimis & excellentes gloria viros. Et hoc exilij genus oſtraciſmon appellauerunt, qui repertus eſt non ad caſtigandum improbitatem, ſed ad potentiam moderandam oſtraciſmus autem ab oſtraco, id eſt calculo ſiue teſtula nomen ſortitus eſt, qui in hunc modum Athenis peragebatur, oſtraci viritim in conſilio dabantur in quib⁹ quiſq; nomen illius perſcribebat quem vrbe cedere voluiſſet. Magiſtratus vero qui huic negotio pręerant vniuerſos ſimul calculos recenſebant qui niſi ſex milium numerum exceſſiſſent nil confectum eſſe iudicabant. Vbi vero vltimus numerus repertus fuiſſet eum decem annos exilio afficiebãt. Hoc oſtraciſmo Themiſtocles Cymon & Ariſtides multati fuere. De Ariſtide legimus cum iuxta eum quidam ruſticus illiterat⁹ ſederet ipſi Ariſtidæ teſtam dediſſe, vt nomen ſuum ſcriberet. Admiratus id Ariſtides interrogauit nunquid iſtum cognoſceret? Minime inquit. Sed quia cæteri ita ſentiunt, ego q̃q; ꝙ ita cenſeo eum eſſe damnandum. Hoc latini teſtularum exilium vocant.

*Oſtracea ſiue oſtracites gemma eſt quæ teſtacea eſt achatæ ſimilis. Cc.

*Oſtraceus piſcis quem alij onychen vocant. Cc.

¶ Oſtrum muricis ſiue conchylij ac purpuræ color. Conchylium enim murex & oſtrum in eadem ſignificatione ſumuntur. Verg. Tyrioq; ardebat murice lęna. Idem. Vt gemma bibat & ſarrano dormiat oſtro, iuuena. Horum ego non fugiam conchylia i. murice infecta. Excipitur tamen oſtrum a conchylio marino ex quo purpura inficitur. Cuius vt Victruui. inquit non minores ſunt quam cæterarum rerũ naturam conſyderantibus admirationes ꝙ habet non in omnib⁹ locis quibus naſcitur vnius generis colorẽ, ſed ſolis curſu naturaliter temperetur. Itaq; quod legitur in Ponto & Gallia quia hæ regiones ſunt proximæ ad ſeptentrionem & occidẽtem, inuenitur liuidum. Quod aũt legitur ad æquinoctialẽ orientem & occidentem inuenitur violaceo colore. Quod vero meridianis regionibus excipitur rubra procreauit potestate. Ea conchylia cum ſint lecta ferramento circa ſcinduntur e quibus plagis purpurea ſanies vt lachryma profluens excuſſa in mortarijs terendo comparatur. Et quia ex concharũ marinarum teſtis eximitur, ideo oſtrum eſt vocitatum. Igit muricis ſiue conchylij liquor qui & oſtrum dicitur temperatura artificis adhibita fere purpureus fit, hoc ẽ in violaceum tendens. Sed hæc apud auctores confunduntur, Muricem & oſtrum & Tyrium pro purpura ponentes. Sciendũ quoque eſt ꝙ conchæ & oſtrea dicuntur firmioris teſte piſces. Cõchæ quæ teſtam lęnem habent ac politam vniformiter rugatam ſiue denticulatam.

¶ Oſtrea quæ aſperam ſcabramq; teſtam habent, quamuis generaliter oſtrea quoq; conchæ dicantur. Item quę ex vno tantum latere teſtam habent, altero ſcopulis aut lapidibus adherente materiæ adhærente. Nam teſtę ipſę duriores proprie conchę dicuntur quales ſunt cochlearum. Sene. Quid oſtreũ ſapiat, quid mullus, optime noſti Dicta oſtrea a græco. Nãſi cut nos a teſta teſtudinem vocamus ſiue animal quod veluti teſta tectum ẽ, ſiue id genus ædificij quod ex teſta ẽ cõpoſitum vel ad teſtudinis ſimilitudinẽ ẽ factũ. Sic græci. ὀστρεα ἀπὸ τ̃ ὀστρακωμ. i. oſtreas a teſtis nominauerunt. Dicũtur etiã oſtreę fœ. gen. Gel. oſtreæ ſeneſcente luna inuberes macręque nues exuſtæ ſunt, creſcente luna pingueſcunt. Spondylus dicitur calloſum illud rotundum albicans quod intus habet in medio a ſimilitudine ſpondyli quod nos verticulum dicim⁹ Nam reliqua caro circunſperſa lacinia dicitur.

¶ Oſtreatus a, um, ponitur pro duro atq; aſpero. Plaut. Itaq; iam quaſi oſtreatum tergum vlceribus geſtat.

¶ Oſtrineus a, um, quod ẽ ex oſtro.

*Oſtracina ſuffragia Athenienſium dicebantur ꝙ ea in figulinis vaſis dare conſueuerunt. Cc.

¶ Oſtrinæ veſtes dicuntur purpureę. Turpilius. Interea inſpexit virginem vectari in capite riculam indutam, oſtrinam hinc indutus Suparum. Cc.

¶ Oſtria ſiue oſtris vocatur arbor quæ ſolitaria naſcitur circa ſaxa aquoſa ſimilis fraxino cortice & ramis & folio piliſ tamen paulo longioribus craſſioribuſq; ac rugoſis inciſuris materia dura atq; firma, qua in domum illata difficiles potus fieri morteſq; miſeras, veterũ ſuperſtitio exiſtimauit. Cc.

ὈOſtreatus a, um, ponitur, pro duro, atq; aſpero. Plau. Itaq; iam, quaſi oſtreatum tergum vlceribus geſtat.

¶ Oſus cũ ſuis compoſitis. Exoſus & Peroſus principia ſunt ſiue participiorum modo capiuntur. De quibus in dictione Peroſus. Iungitur autem oſus cum accuſatiuo & actiue ſumitur, vt oſus ſum, oſus es, oſus ẽ, pro odi odiſti odit. Participiũ quoq; futuri temporis oſurus & oſor verbale ab oſum ſupino fiunt, q̃ Feſtus ab odio ſumit, licet non ſit in vſu Plaut. in Amp. Inimicos ſemper oſa ſum obtueri, i odi, oſurus. Cic in Læl. Negabat vllam vocem inimiciorem amicitiæ põtuiſſe reperiri q̃ eius qui dixiſſet ita amari oportere vt aliquando eſſet oſurus. oſor. Plaut. in Aſi. Madidum nihil incontinentẽ atq; oſorem vxoris ſuę. i. qui odit vxorem ſuam Sciendum ꝙ in oſus terminata quędam ſignificãt habitudinem, ſiue vehementiam copiam ve, aut affectionem vt animoſus, ingenioſus, neruoſus, ſaxoſus, aquoſus, qui habet copiam ſaxorũ neruorum, ingenij, animi. Vinoſus, libidinoſus, mulieroſus, ſeditioſus, factioſus, qui amat vinum libidines mulieres ſeditiones factiones. Quædam actionẽ, vt ſtudioſus ſtomachoſus contumelioſus, qui operam dat ſtudio, qui ſtomachatur, qui contumeliam facit. Quædam paſſionem vt odioſus, inuidioſus, qui habetur odio & cui inuidetur. Quędam actiue & paſſiue accipi poſſunt vt formidoloſus laborioſus operoſus voluptuoſus religioſus.

O ante T

¶ Otides, auiculæ perdicibus ſimiles quæ breui volatu cito laſſantur.

*Othimis herba origani ſpecies quam & praſion dicunt, & non diſſimilis ẽ hyſſopo. Cc.

¶ Othrys, mons Theſſaliæ, othryades nomen Lacedæmonij viri, tam primæ q̃ tertię declinationis eſt.

ὈOtus auis noctuæ ſimilis pinnulis circiter aures eminentibus præditus. Vnde nomẽ accepit quaſi auritum dicas. Nõ nulli vlulam appellant, alij Aſionem.

O ante U

¶ Ouis a græco ὄϊς interpoſita u propter hiatum ſignificat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pe cudem.
¶Ouinus a um.quod ex oue eſt, vt pellis ouiña,a quo ouil lus ouilla ouillum.
¶Ouillus a um,Plinius libro.xix.Quin & ouillo ſimo vti, quoniam aliud herbeſceret,diminutiuum eſt ab ouinus
¶Ouile locus in quo oues morari ſolent
¶Ouiaria æ,ouium multitudo. Var. in prologo lib.ij.de re ruſtica,Quod eo facilius faciã q & ipſe pecuarias humi grã des in Appulia ouiarias,& Reatino equarias
¶Ouiaricus a um,poſſeſſiuum ab oue deriuatum.Coll.lib. viij.Et quoniam de ouiarico ſatis dictum eſt ad caprinũ pe cus,nunc reuertar
¶Ouicula diminutiuum:ſignificat paruam ouem.
¶Ouum ab ὠὸν interpoſita u,euphoniæ cauſa
✳Ouifera quę fert oua,vt gallina ouifera.
✳Ouiluteum vocamus vitellum ſiue vitelum in ouo, Cc
¶Ouo as,lætor & læticiam voce iferando ſeu canẽdo demõ ſtro,Liui.li.i.Romani ouantes ac gratulantes Horatium ac cipiũt eo maiori cum gaudio quod prope metum res fuerat
¶Ouatio, vt eſt ab ouo as,ſignificat paruum triumphum, quem faciebant ouantes qui non in curru, ſed pedites ouali corona redeuntes ex pugna cum bellum non erat indictum vel ſine ſanguine confectum. Ab ohe gaudentium interie ctione, vt ſit ouatio,quaſi ohatio.Iuuenalis. Satur eſt cũ di cit Horatius ohe Bacchi,vel a voce militum quæ fiebat ge minata oo littera:per interpoſitionem u,euphoniæ cauſa. Vt autem ab ouum fit ſignificat tempus quo gallinæ oua faciũt vtvernatio,mellatio,pullatio,Plinius,Certa luna capiendũ cenſent tanquam congruere ouationem etiam ſerpentium humaniſit arbitrij
¶Ouatus ua um,qđ eſt in ſimilitudine ouj factum,Plin.us Aliis turbinatio pyri,aliis ouata ſpecies,ceu malorũ aliqbus Hinc ouatũ aurũ ouo auratũ,qm̃ oui albo antea illinito æra ac marmora auri & argenti laminis decorentur. Nec obſta q ouũ habeat primã longam.plæraq; em̃ deriuatiua pri mitiuorum naturam non ſeruant.Perſi.Hinc illud ſubijt auro ſa cras q ouato Perducis facies. Hoc Pli.li.xxxv. de marmoris bus loquens innuere videt cũ inquit.vt ouatus eſſet Numi dicus,vt purpura diſtingueret Sinnadicus. Nonnulli ouatũ aurũ dici aiunt, ouatione victoriaq; quæſitũ,vel ingens vel copioſum quantum ouationibus comparatur.
¶Oualis & hoc ouale,qđ ad ouationem pertinet, vt oualis corona quæ ex myrto fiebat.ȝ Erant & plęręq; alię coronę q bus victores apud antiquos illuſtrabantur vt ciuica.Noua lis obſidionalis & plæręq; aliq.

D ante ę

¶Oxalis lapathi genus ſatiuo proximum,foliis aquoſis co lore betæ candidæ,radice minima.Cc
✳Oxyacanthos ſpia eſt paruis foliis aculeatis per extremita tes ferens baccas rotundas foliis ipſis arenoſa lanugine ob ductus. Cc
¶Oxus,amnis ortus in lacu oxia vt inquit Ptol.ſiue oxovt Solinus
¶Oxys.maſc.ge.& oxy neutri indeclinabile acutum citum & velox ſignificat.oxos neutri generis ſiue oxeos acetum Oxis,idis.pro vaſe aceti.
¶Oxya græce,acutus accentus latine dicitur.
¶Oxybaphum,latine acetabulũ.ab aceto.habet pe.cor.
¶Oxygerũ pe.cor.acutũ garũ.hoc eſt garũ ex aceto confe ctum,quod in principio menſę apponi ſolebat. ὀξύγαρον acętũ. γάρος liquamen ex piſce
¶Oxygala,quaſi acetoſũ lac Gala latine lac. oxos acetum.
¶Oxylapaton.Lapatũ acuta habens folia.Oxyſchęnon acu tum iuncum ſignificat
¶Oxyhalme,genus potionis quod ex ſale & aceto recenti fieri ſolebat aduerſus ſerpentes
¶Oxymeli,acetum mulſum dicitur genus potionis quod ex mellis heminis.x.aceti veteris heminis.f.ſalis marini pon do,ymbre quadrante,aquæ marinæ ſextarijs.f.pariter deco ctis fieri ſolebat
¶Oxy myrſine frutex eſt quẽ acutũ myrtũ appellamus, fo lia habet myrtho ſimilia ſed acutiora & rigidiora producitq; baccas rufas ad ceraſorum ſimilitudinem.Cc
¶Oxy porra ſunt q̃ Col.tradit appellari oxygara. Quoniã inquit cũ vſus exigit aceto garoq; diluũtur.Pli.quoq; li.xx. Fęniculum condimẽtis ꝓpe omnibus inſerit oxyporis etiã aptiſſime, Sunt & ſua medicis oxypora quaſi a celeritate di cta penetrandi.Eſt em̃ remediũ præſentaneum.i.celeriter iu uans.Idem.Iuniperus miſcetur antidotis oxyporis
¶Oxyporopoli.qui cibos vẽdunt aceto confectos. Pli.In eo vſus & oxyporopoli ſeruant addito dulci ad crementum aceti temperantes
¶Oxyſaccaron.potionis genus ex ſaccaro & aceto. Saccą rum mel dicitur in arundinibus collectum gũmi modo can didum ac fragile.

D ante 3

¶Ozęna,morbus cũ vlcera circa nares ſunt pluręſve cru ſtæ, & odorem fędum hñt. cui malo vix poteſt ſuccurri nos męq; trahit ab ozæna ſicut & polypus.Pli.li.ix.Polyporum genera & ozęna dicta a grauitatis odore
✳Ozenitis hærba quæ & pſeudonardus dicitur dicta ἀπὸ τοῦ ὄζειν quod eſt olere Cc
¶Ozimum.pe.cor.ab ὄζω redoleo,genus ędulij redolentis ex inteſtinis confecti.Perſius. Cum bene diſtincto cantauerit ozima vernæ
ȝOzo,oleo,vnde ozęna fętor oris.Colu.lib.iij.Itaq; & emiſſio ni credendum eſt q̃ etiam immoratur,factatione fętorẽ quẽ dam oris quem ozem græci vocant minuit.

¶De Litera P.



LITERA muta eſt, nec aſ pirationem admittit,niſi in dic tionibus græcis,quę poſtponi tur:vt Phaeton. Conuertitur quandoque in traducendis dic tionibus græcis, p in b,vt cũ apd græcos κύβος,apud nos buxus ſcribitur, ab ἄλφιτος cũ litera λ pro qua nos pſ, pone re conſueuimus. Abſirtus cum b,traducitur. Interdum p exili pro ph aſpirato traduci ſolet, vt quod a grecis φοινίκιος, cũ ph aſpirata ſcribitur,a noſtris puniceus transfertur. Sic πορφύριον,purpureum dicimus. Quin & contra vbi illi p exile ponunt, Latini ſæpiſſime aſpiratum traducunt,vt quod illi ὑπόπτυλα,nos hypſiphyle ſcribere ſolemus

P Ante A

¶ Pabulum proprie pecudum & aliorum brutorum cibus hærbaceus,fæneus,paleaceus,vel ſtramentitius eſt
¶Pabularis & hoc pabulare,quod ad pabulũ pertinet, ſeu qđ ꝓ pabulo datur.Col.Vicia pabularis & vicia ſeminalis
¶ Pabulor aris,pabulum ex agris capio Valerius Maxim. Id poſtquam cognouit depoſitis inſignibus imperij familia rem vultu induit,ac pabulantium hoſtium globo ſeſe obie cit.Interdum pabulari eſt paſcere.Collumella libro octauo. Subinde quæ incedit(.f.capella)compeſci debet ne ꝓcurrat ſed placide ac lente pabuletur,vt & largi ſit vberis.
¶Pabulator qui pabulatum vadit,Cęſ.lib.v.Repẽte ex om nibus partibus ad pabulatores aduolarunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pachynus pe.indifferente: promõtoriũ ſiciliæ Peloponneſiũ ſpectans ab aeris craſſitudine. Nam πάχυ pingue & craſſũ dicitur, Vergilius libro tertio. Præſtat trinacriã metas luſtrare pachyni. Priſcianus in perihegeſi. Qui procul effuſis pachyni diſtenditur oris

¶ Pachiſos fluuius Sicilię ciuilis ſanguinis notatus infamia.

¶ Pachiri montes in minore Aſia

¶ Pactolus pen.prod. fluuius Lydię aureis arenis: ſmyrnęos irrigãs agros. Iuue. Q d tagus & rutila pactolus voluit arẽa

¶ Pacuuius Brunduſinus poeta tragicus illuſtris Aennij poetæ ex filia nepos, Romæ picturam exercuit ac fabulas vendicauit, deide Tarentum tranſgreſſus prope nonagenarius ibidẽ obijt. Hic vt Quin. ait grauitate ſententiarũ pondere verborũ. auctoritate pſonarũ clariſſimus fuit citra tñ nitorẽ

¶ Pax a pactione dicitur. Quod nomen etiam pluraliter declinatum legitur. Hora. Hoc paces habuere bonæ ventiq; ſecundi. Auguſtinus libro tertio ciuitatis dei. Semper in potestate haberent paces bellicaſque victorias, quæ ſemper fere per humanorum animorum motus accidunt. Varro. Animaduertẽdum primum quibus de cauſis & quemadmodũ conſtituerunt paces ſecundum quam fide & iuſticia eas coluerunt. Et eſt pax tranquilla libertas. Vergili. Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. Per tranſlationem quandoque ſumitur pro venia. Idem. Sed votis precibuſque iubent expoſcere pacem, quandoque propitiationem vt apud eũdem. Pacemque per aras exquirunt: pax etiam aduerbiũ græcum eſt, & ſignificat tantummodo. Terentius in Heaut. Dum argentum capio pax, nihil amplius.

¶ Pace tua dixerim, honeſtus reprehendendi mos prius capta venia: id eſt tua venia, & te non iraſcente

¶ Paco as, a pace fit, & ſignificat mitigo lenio placo propitio concordo & pactum facio. Augu. ſuper Ioã. Exijt mane & quos inuenit cõduxit. & pacauit cũ eis mercedẽ denariũ Dicit & pacor deponẽs. Idẽ in eodẽ vtriũq; cõplexus eſt. Sodalis non tibi feci iniuriã, quod pacaui reddidi tibi, fraudem tibi non feci, quia quod pacatus ſum reddidi.

¶ Pacate aduerbium, ſigni. tranquille ſedate.

✻ Pacifer quo nõnulli vtũtur a pace & fero hoc eſt pacẽ ferẽs inde pacifera arbor q etiã inter armatos hoſtes Prẽnſa getis erat indicium, & eſt hæc arbor de gñe lauri. Cc.

✻ Pacinus vnus ex nepotibus Volſini regis cognomento Luculli. a quo pacinates Italiæ populi. Cc.

¶ Pacifico, cas, a pacifcor eſſe videtur Cic. Lepido. Itaq; ſapiẽtius meo quidẽ iudicio facies ſi te in iſtã pacificationẽ nõ interpones. i. pacẽ faciendã. Quidã hæc tria ſeparãt, vt pacificatus ſum, pacẽ feci ſignificet pacatus ſum in pace ſum, ab armis deſtiti, placatus ſum, ab indignatione animi ad lenitatẽ redij, vel animo leni ſum

¶ Pacificatorius, a, um, quod ad pactionẽ ptinet. Cice. poſtq; nos pacificatoria legatione implicatos putant

¶ Paciſcor, eris, pactus depo. ſignificat pactũ facio conuenio vnde etiã cõſtruitur cũ ablõ ſicut alia verba ptiũ ſignificãtia. Plau. in Bac. paciſci cũ illo paulula pecunia potes. Dicim⁹ etiã pactus ſum hãc rem. Iuſti. li. ij. Cũ Xerxe nuptias filię ei⁹ paciſcitur. Huius compoſitum eſt Depeciſcor.

✻ Pactitia pugnæ ceſſatio. Cc.

¶ Pactio vt inquit Vlpi. eſt duorum pluriumve in idẽ placitum & conſenſus. Sallu. Collegã ſuum Antonium pactione prouincię propulerat, ne contra remp. diſſentiret Cice. li. ij. offic. Regulus non debuit conditiones pactiõeſq; bellicas & hoſtiles perturbare

¶ Pactum quandoq; participium eſt a paciſcor, vt eſt illud in Genẽ. Et recordabor fœderis ſempiterni quod pactũ eſt inter deum & omnem animam viuentem. Quandoq; nomẽ, quod a Ciceroẽ ſic diffinitur. Pactum eſt quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtum putatur, vt iure prẽſtare dicatur. Hiero. in Genẽ. Statuã pactum meum vobiſcum. in ablatiuo quandoq; accipitur pro modo. Terent, in And. Eo Pacto gnati vitam & conſilium meum cognoſces. Pactilis; vide in dictione pango, is

¶ Padus fluuius qui vt Plin. lib. iij. ſcribit e gremio Veſuli montis celſiſſimũ in cacumen elati finibus ligurum Gabienorum viſendo fonte profluens, condenſq; ſeſe cuniculo, & in foro uibienſium agro iterum exoriens. nulli amnium claritate inferior. A græcis dictus Eridanus ac pęna Phaetontis illuſtratus. Augetur ad canis ortus liquatis niuib⁹, agris quã nauigñs torrentior. Metrodorus refert quoniam circa fontem arbor ſit multa picea quæ pades gallice vocetur, padum hoc nomen accepiſſe

¶ Padua vrbs a padi vicinitate dicta, quæ & patauium dicitur quaſi padauium vel ἀπὸ τοῦ πέτασθαι. i. a volando q; captato augurio dicitur conditum. Vel a petendo, q; telo auẽ Antenor petiſſe dicitur eoq; in loco vrbem condidiſſe. primo Antenorea dicta eſt. Vnde Antenoridę, poſtea patauini & paduani. Apud Patauium natus eſt Titus Liuius hiſtoricus celeberrimus qui res Romanas ſumma facundia perſcripſit. Similiter Stella & Valerius Flaccus poetæ hic orti fuere Præterea Paulus iuriſconſultus, Albertus Eremitanæ noſtræ religionis theologus. Cuius ingenij acumen opera q edidit declarant. Franciſcus quoque cognomento zabarella qui in legibus interpretandis, & vitæ integritate tantumvaluit vt in cardinẽum cętum fuerit aſcitus, in ea vrbe originem duxit, Fertur & voluſius poeta patauin⁹ qui poſt Aennium rerum geſtarum populi Romani annales carmine deſcripſit

¶ Paduſa fluuius quem aiunt padi brachium Rauennam vſq; productum Maſſanicum alio nomine appellatum

¶ Pęan hymnus erat in apollinem, ſicut dithyrambus in bachum vt Iul. Pol. inquit, qui non ſolum in aduerſione malorum decantabatur, ſed in victoria. Interfecto enim pythone laudibus, & carminibus laudatus fuit, q pæana dixerunt. Virgil. Lærum pæana canentes Abuſiue tamen pro omni deorum laude ponitur. Vnde opus ſuum Pindarus de laudibus deorum omnium pæana inſcripſit. Pean vero ab παίω quod eſt medeor, q; ſcilicet morbis remedians finẽ faceret. vnde & Appollo ipſe pæan dictus eſt. Iuuena. parce precor pæan

✻ Pęantis gemma q & grauida dicitur q parturientibus auxilio eſſe exiſtimatur. Cc

¶ Pęchnium, genus iudicri poematis, a ludendo. Vñ techno pæchnion apud Auſonium

¶ Pedor, ſqualor, illuuies, ſordes, & oĩs immunditia, ſeu putor in aãli. Luc. Lõguſq; in carcere pędor. Cice. lib. iij. Tuſcu. Barba pædore horrida atq; intonſa infuſcat pectus illuuieſcabrum. A græco hoc nomen deduci videtur quo παιδ'ες. i. pueri dicũtur qui in illa puerili ętatula ſordidi fere ſunt, nec a ſordibus ſciũt abſtinere. Vnde pędidos quoq; ſordidos & obſoletos appellant.

¶ Pędagogus pe. pd. pueri ductor, παις puer, ἀγωγὸς ductor. Is eſt enim cui ducendorum puerorum cuſtodia datur Colu. lib. i. Nec poſtremo quaſi pędagogi eius meminiſſe dedignemur Iulij hygini

¶ Pędagogiũ apud iuriſcõſultos, ti. de fundo inſtr. Seruitiũ atq; mancipiũ dr. Verba Vlpia. Hęc ſunt. Si inſtrumentũ fũdũ legaſſet, ea pędagogia q ibi habebat vt cũ ibi veniſſet pſto eſſent i triclinio legato cõtinent. Sue. tñ, ſi textus falſus nõ eſt accipit p puerorũ cõcubitu cũ inquit in Nero. Sup ingenuorũ pedagogia & nuptarũ cõcubinatus veſtali virgini Rubrię vim intulit

¶ Pędagiũ, locus in domicilio in quo pueri ſeruiq; commorãtur, q παιδ'ες vocant. Plin. lib. vij. epiſtolarũ. puer in pædagio miſtus pluribus dormiebat

¶ Pędico, as, pe. p. obſcęnũ verbũ qd ſig. ppoſterã cũ maſculis libidinẽ exerceo Gręce dicũt πυγιζειν. Iul. Firmicus hanc libidinẽ ppoſterã appellat. Hinc pædicones ſiue pędicatores puerarij puerorum amatores concubitoreſq;.

¶ Pęderaſtes, amator puerorum, pęderaſtia, amor obſcęnus in pueros

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Pædaretus proprium nomen viri ἀπὸ τῆς παιδείας & ἀρε ἡ hoc est a disciplina & virtute. Cc.

*Pæderos lapilli genus quam Sangenon vocant, pæderotes vocant gemmas quæ colore excellunt quasi puerorum amatores dictæ. Cc.

*Pæderoton acanthi genus leue. Cc.

¶ Pædia. Græce παιδεία, eruditio institutioq; in bonas artes vt docet Gel. Vñ pędia Cyri quam Xenophon scripsit.

¶ Pędotriues pe. pro. ludi literarij præceptor, & exercitatiõis magister, cuius officiũ, vt inquit plato in Gorgia, est corpora hominum formosa robustaq; efficere, pędotriuica exercitatio pertinens ad doctorem pædotriuẽ. Arist. lib. viij. poly. ꝑcipit adolescẽtes gymnasticæ & pędotriuicę esse tradẽdos.

¶ Pæon nomen viri medicinæ artis peritissimi vt scribit Home. A quo pæonia herba dicta est. Est & pęon genus pedis q a Diomede quadruplex esse traditur, quorum primus ex lõga & tribus breuibus constat. Secundus ex breui & longa & duabus breuibus. Tertius ex duabus breuibus & longa & breui. Quartus ex tribus breuibus & longa.

¶ Pęonia, herba vocata est a pęone medico qui eã inuenit, pęonia etiam regio est ĩ europa a pęone Endymionis filio & Epęi fratre, qui victus cursu ab Epæo sicut inter eos conuenerat, imperium victori dedit & in Macedoniam seu Thraciam ad amnem Axium discessit. A quo pęonia regio dicta, quæ postea ex regis nomine Æmathia pars Macedoniæ, a qua pęones populi vt Iusti. lib. vij scribit pen. cor. Sta. lib. Achil. præterit & didici quo pęones arma rotatu. Quandoq; pęonia ponitur pro macedonia sicut Æmathia, cui⁹ littoris regio iuxta Sithoniam & Thermopontum pallenæ vocatur. In hac regnasse fertur Thelegonus.

¶ Pæstum, oppidum Lucaniæ rosarum abundantissimum, vbi ob cœli clementiam bis in anno producebantur fructus .f. Maio & septẽbri. Verg. lib. iiij. ge. Biferiq; rosaria pæsti. huius mœnia prope mare magni spatij adhuc integra videtur latitudine & altitudine mirãda, a Thuscis cõditũ, possidoniã dixerunt, & eius sinũ possidoniatẽ, postea Romani missis huc colonis ampliauerunt vt ait Stra. Hinc pæstanus a, um. Oui. de arte. Caltaq; pæstanas vincat odore rosas.

¶ Pætus, qui obligatis oculis in altum respicit. Hora. in Ser. Appellat pætum pater & pullum male paruus Si cui filius est. Hinc pętorum familia Romæ cognomen sumpsit.

¶ Pagus simul positæ villę, hoc est rusticanæ domus in vnũ coagmentatæ Nam πηγή latine fons dicitur, q circa fontes hæ ponerentur, vel q oẽs eadem aqua vterentur. Scribit Cæsar ciuitatem Heluetiã in quatuor pagos fuisse diuisam, hoc est in quatuor regiones quę pagatim habitabantur.

¶ Pagatim aduerbiũ, dictum est per singulos pagos, ea forma qua oppidatim. Liui. Templa deum quæ pagatim sacrata habebant diruiq; incendiq; iussit.

¶ Paganus a pago dictus est, rusticus, villanus, in villa natꝰ qui non nouit vrbem quasi ex vno fonte potans. Hinc semipaganus, semirusticus. Interdum pagani accipiuntur pro hominibus non militantibus tametsi vrbani sunt. Et est verbum peculiare iurisconsultorum, a quibus hæc duo perinde ac contraria opponuntur miles & paganus. Suet. de Aug. Pinarium equitem Ro. cum concionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere quædam animaduertisset, curiosum & speculatorem ratus coram fodi imperauit. Vlp. Est rescriptum a diuo Pio in eo qui cum esset paganus fecit testamentum, mox militare cœpit. Paulus fecit testamentum exemplo eius qui paganus fecit, deinde militare cœpit. Quare autem pagani dicantur qui vrbani sunt dicitur Romam diuisam fuisse in tribus quatuor, sicut apud Diony. lib iiij. Antiquitatum legitur quas pagos vocitabãt in quibus habitantes pagani dicebantur qui in nullam aliam habitationem transferri poterant.

¶ Paganalia orum, rusticorum festa.

¶ Pagasa, thessalię oppidum quod postea Demetrias dictũ est. Iuxta quam ędificata fuit Argo nauis, propter quod nauis longa argonautarum, pagasea nuncupatur, q Iason qui eam ædificauit fuit filius Æsonis fratris pelię regis Thessaliç. Hinc pagasicus sinus in Thessalia est dictus.

*Pages compactio dicitur licet vix simplex inueniatur sed composita vt Compages. Cc.

¶ Pago is, pepigi pactum significat paciscor. Cic. lib. ij. ad hęren. pacta sunt quæ legibus obseruanda sunt, hoc modo. Rẽ vbi pagunt, oratione pagunt. Aliquando significat promitto. Plaut. Hæc tibi pacta est Callicli filia. Ser. tamen dicit, pago vnde multi volunt venire pepigi nusquam lectum est vultq; pepigi a paciscor fieri, sicut & pactus. Quomodo a placeo placui & placitus.

¶ Pagina pe. cor. vtraq; pars foliĩ a pangendo, q in pãginis carmina panguntur. i. figuntur. Versus enim pangi vel figi cæris dicuntur vel q in libris suam quęq; obtineant regionẽ vt pagi. Hinc fiunt compagino pro coniungo, q paginæ simul coniunguntur, paginula dimi. Cic. ad Atticum. Si vero idem quod nescio an sit vt non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum consulum paginulas habeat quam factorum.

*Pagurus piscis est genere cancrorum. Cc.

*Pagyrus nomen fluuij & nomen ciuitatis, a qua pagyritæ populi quidam tamen pacyrim dicunt.

¶ Pala instrumentum rusticanum vulgo notum. Et instrumentum quo panis in furnum mittitur & extrahitur, necnõ ventilabrum. Idem quoddam ignis receptaculum Item palædicuntur dorsa dextra lęuaq; eminẽtia membra. Item palę vt inquit Stra. minores auri purgatioris massulæ & vtiq; non maiores selibra. Pli. li. xxxiij. Expuitur ęris pala quędã hoc est quod gręci pśegma appellant. Idem libro. xxxiij. scribit palacas appellari massas auri in puteis repertas decem & amplius librarum pondere, quas alij panacranas vocant sicut id quod minutum est balaucem.

¶ Pallalę, per duplex ll, est honestę mulieris vestimentum hoc est tunicę pallium, quod palam & foris est ad vestigia vsq; demissum. Vergil. pro longæ regminæ pallę Tygridis exuuiæ per dorsum a vertice pendent. Plautus in menæ. palam ad phrygionem fert confecto prandio. In Gallia tamen viri quoq; palla vtebantur. Vnde Mart. Dimidiasq; nates gallica palla tegit. Et ab irrugatiõe & mobilitate dicitur palla quæ est circa finem huiusmodi vestium ἀπὸ τοῦ παλλεσθαι. Est etiam hoc nomine vrbs ptolemæo teste a latere meridionali Corsicæ.

¶ Palaca & palacrana pro auri massa sumi solent.

¶ Pallace, græcum est & significat concubinam. Vnde dicimus. Hęc est pallace mea.

¶ Palam aduerbium ad omnia refertur, & significat manifeste & coram pluribus. Coram ad personas tantum. Terent. Si falsum aut fictum contineo palam est. Hinc fit propalẽ eiusdẽ significatio nisa quo propalo as, pro manifesto seu aperio. De quibus infra.

¶ Palam quęstum facere dicitur non tantum ea q in lupanario se prostituit, sed etiam siqua vt solet in taberna caupona vel qua alia domo pudori suo non parcit.

¶ Pallancana cępe genus est cui acutus sapor est & lachrymosus, a nonnullis Genon dicitur. Cc.

¶ Pallium dictum est q palam sit & foris. Sub eo enim tunica sumebatur, longe lateq; diffusum, & viris mulieribusque conueniens, proprie autem gręcus habitus. Vñ palliati gręci dicti sunt & comœdiæ palliatæ q̃ scriptę sunt secundum ritus & habitus hominum palliatorum gręcorum. Auctores Don. & Diomedes.

¶ Palliatus a, um, pallio indutus, & pallio coopertus. Aug. lib. x. conf. Ineſt animę vana & curiosa cupiditas nomine cognitionis & scientię palliata. Apul. Nec palliari tam aperta res potest.

¶ Palliolum dimin. breuius pallium, siue linteum ad caput tegendum. Iuue. Custam palliolo mulier nempe ipsa videtur. Hinc palliolatim. Plau. palliolatim amictꝰ sic incessi ludibũdꝰ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Palliolarus huiusmodi pallio indutus. Suetonius de Clau. palliolatus nouo more prȩsedit. Mar. Hanc volo quȩ facilis q̃ palliolata vagatur.

¶ Palliastrum, rude ac vile pallium. Apul Ecce Socratem, cõ tubernalem meum conspitio, humi sedebat sqssili palliastro semiamictus.

¶ Palus pali, notę significationis habet pri. produ. Tibul. Hic docuit tenerã palis adiungere vitem, palus vero paludis ꝓ loco aquoso, habet pri. cor. De quo infra.

¶ Palo as, sepio tendo & quasi palis munio. Colu. lib. xĩj. Vt vitis paletur & capite tenus alligetur, & iuga vineis iponãt & capistretur. Et palare vagari errareq̃. Vñ & dispalare qđ est diuidere. Sisen. Dispalati ab signis digressi oẽs ac dissipati.

¶ Palor aris, passim vagor, sicuti faciunt qui lento gradu dispersiq̃ labruscas quærunt. Liui. li. i. Raptim & ad hos Romana legio ducta palantes in agris oppressit. Idẽ lib. v. Iam obsidionis tędio victi abscedunt, vagiq̃ per agros palãtur, cibis vinoq̃ raptim hausto repleti. Hoc verbũ a palam quidã deduci existimant. Alij a palis castrorum, hoc est sudibus, modo huc, modo illuc transfatis. Dicitur & palo as, in hac significatione. ✳Paludapium apij species circa aquę ductus & in palustribus nascens. Cc.

¶ Palatim aduerbium significat passim vagando. Liui. lib. v. Tusculum palatim fugerem.

¶ Palata ficus inter palas compressa. Hie. lib. ij. Re. Apparuit Siba puer miphiboseth in occursum eius cum duobus asinis qui onerati erant ducentis panibus & centũ alligaturis vuæ passæ & septem massis palatarum.

¶ Palatus oris, cœlum, q̃ labijs dentibusq̃ quasi palis munitus sit. Augu. super Io. Quo auidas fauces habere debeãt q̃ vñ optarem, vt sanus intus palatus ita ĩdicãdi. Dicitur & palatũ Col. lib. viij. Sed etiam si palatũ atq̃ lingua cõcolor lanę est.

¶ Pallas antis, nomen filij Euandri, & nomen Gigantis.

✳Pallantias (vt Gallimach' refert) lacus est alio nomine Triton, ex quo Palladem genitam volunt. Cc.

¶ Pallas adis, dea dicta q̃ Pallantem gigantem interfecerit cum prius Tritonia vocaretur a Tritone palude vbi primũ visa est, vel a πάλλω vibro quatio, eo q̃ hastam vibrare consueuerit docuerit q̃, quoniam belli dea est. Hęc dicta est bellona quia bella inuenerit. Et Minerua q̃ vim minetur, vel q̃ neruos minuat ob studiorum laborem. Nam dea artium & sapientiæ est, quia de capite Iouis nata est. Sed quia dea ẽ artium & ingenij ideo ista finguntur. Nihil est enim excellentius ingenio, quippe quo regũtur vniuersa Verg. Pallas q̃s condidit arces ipsa colat. Hæc Iouis filia sine matre fuit. Nã Iuppiter cum videret Iunonem sterilem esse percusso capite emisit palladem armatam. Pallas etiam nomen paludis ẽ in Africa.

¶ Palladium. palladis simulacrum quod Romæ in ædę Vestę fuit.

¶ Palladius a, um, quod est palladis. Vnde palladium forum Romæ quod erat propinquum templo palladis.

¶ Palladius nomẽ viri proprium qui de agricultura scripsit.

¶ Palatium mons Romæ appellatus est, q̃ ibi in palatio pecus pascens balare consueuerit. Sic enim vox eius animalis exprimitur, quasi balatium, Vnde Neuius balatium appellat. Vel a palo as, quia ibi palare, i. errare pecudes solent seu q̃ palantes Arcades cum Euandro ibi consederũt. Nam ante Romam conditam possessum atq̃ habitatum fuit, vt ab Arcade Euandro, aut aboriginibus qui ex Palatio oppido agri Reatini venere & cum Euandro habitauere. Alij a palentia Latini matre q̃ ibi habitauerit palatium dictum volunt. Alij a pallante Euandri auo. Alij a filia Euandri palantia ab Hercule vitiata & postea illic sepulta. Vel certe a pallante eius filio illic sepulto. Alij ab pale pastorali dea nomen inditum autumant, palatium etiam dicitur domus imperatoria superba amplaq̃ a palante gigante qui primus palatium ob magnitudinem sui fecisse dicitur. Aut secundum Pli. a palanteo Arcadiæ oppido. Siue vt Cyrillus auctor græcus refert, a palatio monte. Huius nominis prima syllaba indifferẽter ponitur. Ouid. de arte. Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes. Mart. Inde sacro veneranda petes palatia cluuo. Et palatium dicta fuit vrbs Diocletiani quam nunc nauræ Spalatum vocant. Euse. in chronicis Diocletianus haud procul Salonis in villæ suę palatio moritur.

¶ Palanteum, vrbs in palatino monte, a pallante Euandri ꝓ auo. Vñ Verg. lib. viij, Arcades his oris genus a pallãte ꝓfectum. Qui regem Euandrum comites qui signa secuti Delegere locum & posuere in montibus vrbem pallantis proaui de nomine palanteum.

¶ Palatinus a, um. Vnde palatinus deus, & palatinus mõs dictus est super quo primo Roma ędificata fuit, & in eo reges primo, deinde consules, postea imperatores maiore ex pte sedem habuerunt. Et palatini qui & palantes sunt qui cum Euandro venerunt & aborigines, consederunt q̃ in quarta regionis palatio. Sed hos alij dictos a palantia Latini matre putauere.

¶ Palatialis flamen dictus est qui ad sacrificandum ei deo cõstitutus erat, in cuius tutela palatium esse putabatur

¶ Palatual sacrificiũ quod fiebat Romę in monte palatio.

¶ Palantina regio Romæ cuius Arcades Duce Euandro palantes auctores extiterunt.

¶ Palantia oppidum. Vnde & palantini. Est & nomen fluminis in Valentino littore.

¶ Palęmon marinus deus latine portunus q̃ portubus prę sit. De quo in dictione portun⁹. Archias aũt in epigrãmatis, πασαρις ἐστὶ μὰ δ' ὧνες αὖ, πλὰ δ' αι πασαρις ἰφι δὶ δυο μὲν θυητ' οἰδ' υο δὲ ἀθανάτων. ξυνος λκτοῖλαο, παλαίμονος, ἀρες χεμόροιο. ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα σελκυα, πίτυς.
✳Id est. Quatuor sunt per græciã certamina sacra, duo mortalibus & duo immortalibus Ioui & phœbo, palęmoni & archemoro, præmia vero illorum oleastrum apium & pinus quę sic carmine efferuntur. Quattuor argiuis certamina sacra feruntur Bina hominum natis, binaq̃ cælitibus, phœbos q̃ ipsiq̃ Ioui Archemoro & paruo Melicertæ, poma. Oleastra. Apium, præmia, pinus erant. Est & nomen proprium Grammatici Vicentini. Cuius tanta fuit arrogantia, vt secũnatas & perituras literas diceret. Atq̃ de se diuinasse Verg. cum dixit. Tantum vicinæ palæmon.

¶ Palęstina, prouincia syrię arabiæ conterminata, a philæstim vrbe metropoli in ea, vt inquit Pli. libro. v. Nã & Herodotus syriam alteram palæstinam. In ea quinq̃ ciuitates continebantur. Gaza, Aschalon, Geth, Acaron, & Azotũ. Est & altera palęstina prope phęaciam de qua Luca. lib. v. Laxa palæstinas vndis confixit arenas.

✳Palen dicimus luctã, vnde palæstra de qua nunc. Cc.

✳Palepaphos cypri vrbs Veneri sacra. Cc.

✳Palescamander fluuius in troade in propontidem profluens. Cornucopię.

¶ Palęstra, luctatio ab πάλιν iterũ παίω ferio percutio vel ἀπὸ τ πάλης, id est a luctatione, vel ἀπὸ τ πάλλω, id est a motu vrnæ. Nam ducti sorte luctantur. Verg. lib. vi. pars in gramineis exercent membra palæstris. palęstra etiam dicitur domus lenonis ĩ qua est exercitus amatorũ assidue. Tere. in Phor. Eccum a sua palæstra exit foras. Vnde Vict. lib. v. docet quomodo palęstræ sint ædificandæ.

¶ Palæstrita palęstritę pe. cor. qui se in palæstra exercet.

¶ Palæstricus a, um, quasi ex vsu palæstrę, habet penul. cor. palestricus substantiuum idem quod palæstrita. Afra. Depelis mihi manum per palæstricos.

¶ Palęstrum, locus vbi palęstra exercetur, palæo, luctor, pales lucta certamen.

¶ Pales pastorum dea vel pabuli, hanc quidam Vestam, quidam deum matrem appellant. Vergilius. Te quoque magna pales.

¶ Palilia vel parilia, eius deę festa l in r mutata dicũtur. Hæc pastoribus in agris fiebant. xi. Cal. Maij quo die Romulus vrbem fundauit ad lupos arcendos morbosq̃ a pecore pellẽ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dos, seu pro partu pecoris, Proper. lib. iiij. Vrbi festus erat dies palilia patres. Hinc primus cœpit mœnibus esse dies.

¶ Palea a palam seu pabulo dicitur. Nam ea sola primum in pascendis animalibus prębebatur. Quo sane vocabulo non proprie culmi sed folicula ipsa granulorum comprehenduntur. Verg. lib. i. Geo. Surgentem ad zephyrum paleæ iactantur inanes. Colu. lib. vij. Minus commode tuemur armentū paleis quę vbiq; & quibusdam regionib⁹ solę præsidio sunt & probantur maxime ex milio, tum exhordeo, mox ex tritico. Idem. Oportet fabam maturam conterere & paleas eiꝰ diligenter recondere. Notandum pro Seruio sīa paleam singulari numero dici contra artem. Namq; ex pluribus constant sunt tantum numeri pluralis vt cancelli bigæ seopæ, licet abutantur poetę. Ver. Nequicquam pinguis paleæ teret area culmos.

¶ Paleatus a, um, quod est factum ex paleis. Col. lib. iij. Quicquid iserueris libro ligato luto subacto paleato oblinito plagam & alligato, ne aqua ventusve penetrare possit.

¶ Palearia, pelles dependentes ex gutture boum dicta quasi pellearia. Verg. libro. iij. Georg. Et crurum tenus a mento palearia pendent. Huius nominatiuus singularis est palear. Itē palearia vbi conduntur paleę, sicut fœnilia vbi fœnum repotur. Cuius singularis est palearium. Colu. Defunctuaria fœnilia palearia q; & apothecas & horrea.

*Palfurius Sura orator & causidicus fuit, sæpe etiam declamauit. Martialis & Luciani amicꝰ. Sed ob suspitionem ꝙ cū Vitellianis sensisset senatu a Domitiano fuit amotus. Cc.

*Palici dicti sunt quasi palisci, hi gemini fratres Iouis filij & Thaliæ nymphæ fuerunt, siue vt alij volunt Ætnæ, quæ cū Iunonis iram meruerat orauit vt terra dehiscens illam absorberet, & ita factum est. Sed cum tępus maturitatis infantiū quos aluo gestauerat aduenisset rursus terra hiās duos infantes ex puellę aluo emisit, appellatiq; sunt Palici ꝙ πάλιν. i. rursus hiante terra emersissent. Cc.

¶ Palicorum stagnum in Sicilia sulphureiodoris.

¶ Palillogia, latine reduplicatio. Palillogus, iterū collectus.

¶ Palimbacchius, genus pedis ex prima & secunda longis & vltima breui, vt Augustus. Idem Antibacchius dicitur.

¶ Palingenesia, latine dicitur regeneratio, hoc est reditio post tempus animarum in corpus, quod fuit Pythagorę dogma.

¶ Palimpissa, pix liquida iterum decocta.

¶ Palinodia contrarius cantus, & dici potest recantatio siue retractatio ὠδὴ enim græci cantum dicunt πάλιν rursus, Cum male de aliquo scribentes, deinde rescribentes bene de eodem scribimus, quasi dicendi mutatio.

¶ Palimpsestus, membrana iterum abrasa. Cice. Treba. Nā q̄in Palimpsesto, laudoequidem parsimoniam, sed miror ꝙ in illa chartula fuerit quod delere malueris quam hæc scribere nisi forte tuas formulas. Iureconsulti deletitiam vocant. Nam abrasis prioribus literis rescribitur. Vlpi. Chartæ appellatio ad nouam refertur, & ad deletitiam.

¶ Palus udis, est vbi paululum aquę in altitudine & palam latius diffusa, quæ etiam quandoq; siccatur, cuius prima breuis est, & secunda indifferens, q̄q̄ in genitiuo crescat. Verg. lib. iiij. ge. Cocyti tardaq; palus inamabilis vnda. Hora. Regis opus sterilisq; diu palus aptaq; remis.

¶ Palluster is, & Palluster, a, um, quod est ex palude.

¶ Palamedes, nomen Nauplij Euboęę regis filij qui Vlyssis fraude a græcis interfectus fuit. Hic fertur Troiano bello quatuor literas iueniisse. f. ξ. θ. φ. χ. Præterea ordinem aciei, dationem signi tesseras, hoc est symbolum bellicum & vigilias inuenit. Hinc a poetis Palamedis aues grues dicuntur. Mart. Turbabis versus nec litera tota volabit, Vnam perdideris si Palamedis auem.

¶ Palangæ, Greci phalangæ dicunt sunt ligna teretia qualia sunt quæ nauigijs dum subducuntur ad littus, aut ad mare trahuntur supponi solent. Vide in dictione Phalangæ.

¶ Palango, as, onus aliquod huiusmodi fustibus transuehio Var. Cum pœnus in fretum obuiā veniisset nostris, & quosdam cœpisset, crudelissime ꝙ palangis carinis subijcere, quo metu debilitaret nostros. Afra. Et capream vnam semilaceram quaterni simul palangabant.

¶ Palaneæ idem significat quod phalangæ.

¶ Pallene, ciuitas a Pallena Sithōis filia & vxore Cleti dicta, quam alij Macedoniæ, alij Traciæ ascribunt ob regionem vicinam vbi gigantium bella fuisse memorantur.

¶ Palinurus Sicilię ꝙmontorium haud longe ab helia quæ postea velia dicta est, in quo Palinuri gubernatoris nauis Æneę tumulus est, & ab eo locus nomē sortitus est. Dicitur aūt palinurus. i. bis meiens πάλιν enim iterum οὐρῶ vrina Mart. Minxisti pauline semel currente carina. Meiere vis iterū sic palinurus eris. i. vocaberis bis meiens.

¶ Paliurus, herba spinosa & aspera. Verg. Carduus & spinis surgit Paliurus acutis. Est etiam nomen arboris in Africa suauem fructum facientis quo vina commendentur. Et nomen paludis in Africa.

¶ Pallor quasi pellis liuor, a quo Pallidus, & diminutiuum Pallidulus.

¶ Pallas a motu cordis dicitur.

¶ Palleo es, pallui, pallidus sum, a quo pallesco pallidus fio. Aug. lib. viij. con. Iactat tempestas nauigantes, minaturque naufragium, omnis futura morte pallescunt. Huius composita Expalleo, a quo Expalesco valde pallidꝰ fio. Plau. i Cur. Viden vt expalluit? Impalleo, a quo Impallesco quod est intus vel valde pallesco. Persius. At te nocturnis iuuat impallescere chartis.

¶ Palma dicitur planum illud & ex parte concauum manus quod in digitos desinens decori patet. Vñ & pro mensura ponitur sicut palmus. Ab huius similitudine arbor quoq; illa nobilis palma vocatur quam phœnicem vocamus, ꝙ comam in cacumine habeat circumextensam & ramos in digitorum modum protensos. Vnde & genus earum caryças dactylos, hoc est digitos vocamus, quoniam digiti videantur Hæc arbor in Italia sterilis est, in maritimis hispaniæ fructū fere sed immitem, dulcem in Africa, sed statim euanescentē. Contra autem in oriente & ex his vina, alicubi etiam panis & pluribus quadrupedibus cibus. Nō cedit ponderi, sed surgit aduersum pondus. Ideo victoribus traditur, præmio, ꝙ non cesserint sed pertinacesin bello perstiterint. Vnde & ponitur pro victoria. Plutar. In certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ, quoniam ingenij eiusmodi lignum est vt vrgentibus opprimentibusq; non cedat. Item palma causa certaminis dicitur. Terent. in Phor. in medio omnibꝰ palmam esse positam. Item palma vt docet Ser. lib. xi. ęnei. significat togam quam merebantur ij qui de hostibus palmam deportassent, hoc nomine etiam vrbs vnae duabus quæ in vna gymnesiarū sunt conditę ad occasum sita vt īquit Stra.

¶ Palmeus a, um, quod est ex palma arbore. Colu. libro. vi. M. Columella bęthycæ prouinciæ sub ortu caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat.

¶ Palmosus a, um, quod est palmis abundans. Verg. lib. iij. palmosa sannis.

¶ Palmata seu palmaris vestis, a palma pro victoria dicta ꝙ prie triumphantium fuit quam merebantur hi qui de hostibus palmam reportassent. Auso. in panegy. palmata vestis vt in pace consulis est, sic in victoria triumphantis. Sidonius. post palmam palmata venit, Alij a latitudine clauorum dictam volunt palmatam quę nunc a genere picturæ picta appellatur. Mar. palmataq; ducem sed cito redde togæ.

¶ Palmare facinus, quod est dignum palma.

¶ Palmus mensuræ genus. Et est duplex, maior & minor Maior digitorum. xij. Grece Spithame vocatus. Minor digitorum. iiij. palestes greçe dictꝰ. Dicitur etiam palmum neutro gene. Vict. lib. ij. Doron aūt græci appellant palmum ꝙ munerum datio græce doron appelletur. Id autem spargitur ꝙ manus palmum.

¶ Palmarium, quod est palma dignum. Terent. in Eu. Id vero est quod ego mihi puto esse palmarium. Do. palmarium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

palma dignum, palmarium etiam dicitur quod est palmi.
Columella lib. ix. per spatia palmaria modicis forantur cauis.
Idem lib. xij. Spici vlpici iter palmaria spatia disponendi sunt
¶ Palmaria insula est vltra Tyberina ostia in mari Tyrrheno
Var. lib. iij. de re rus. Hoc ita fieri apparet in insulis propinquis ponti & palmariæ pandathariæ.
¶ Palmipedalis, mensura vnius pedis & palmi. Colu. lib. iiij. Nam in cliuosis vbi terra decurrit potest malleolus palmi pedalis deponi.
¶ Palmula, extrema pars remi, eo q in modum palmæ, ptē sa est. Verg. lib. v. Et læuas stringat sine palmula cautes. Sīt & palmulæ fructus palmę q & dactyli & Scādalides & Margaridę & Careotæ & Cariotides Pli. teste dicuntur.
¶ Palmipes, planos & ad palmæ similitudinem habens pedes. Vnde anseres & oēs fere aquaticæ aues palmipedes dicīntur. Pli. Aut in palmipedum genere sunt vt anseres.
¶ Palmes itis sarmentum vitis & aliarum arborum, quoniā palmites in modum palmarum humanarum, virgulas quasi digitos habent. Et palmites dicuntur vnde erumpit vua.
ð Palmos, latine saltus venarum, & susultatio cordis, i. expulsio quę causatur ex dolore.
¶ Palmo as, manus alligo. Col. lib. xij. Cęterum palmare, id ē manus alligare hoc tempore non expedit. In alia significatio ne accepit. Quint. in decla. Cæci. p̄terea cum manus ex parte qua palmare vestigiū potest, plicetur in capulo. Et post. Tu⁹ autem qui palmatus est paries vestigium eius partis ostēdit. Huius compositum est Depalmo quod est palma percutio. Gel. Is pro delectamento habebat hominis liberi manus scite palma verberare, eum seruus sequebatur crumenam plenam assium portitans, & quemcunq; depalmauerat numerari statim secundum. xij. tabulas vigintiquīq; asses iubebat.
¶ Palmirena regio Syriæ in qua metropolis est palmaria, in qua regnauit ẓenobia mulier eruditissima.
¶ Palpo as. & palpor depo. pro leuiter blande & quasi tentādo tango. Vnde & pro adulari frequenter accipitur, hinc palpator pro adulatore. Plaut. Vt palpator nullus est quando occœpit blandior. Regitq; interdum accusatiuum, interdū datiuum. Horat. in Sermo. Cui male si palpes recalcitrat, id ē si adularis vel blandiaris. Iuue. actiue posuit cum ait. Quem munere palpat Carus. Huius compositum est Expalpo, qđ est elicio.
¶ Palpo palponis, qui & palpator, pro adulatore & blando homine.
¶ Palpito as, frequentatiuum leuiter ac frequenter moueor Hiero. lib. ij. Reg. Cunq; adhuc palpitaret hærens in quærcu Plini. palpitat certe cor, & quasi alternatim mouet. Iuue. Vt semel atq; iterum super illam palpitet.
¶ Palpebræ pe. cor. capilli quos in genis homines vtrinq; habent a palpitando i. tremendo, vel a palpando, id est prętentando. Ob id enim natura palpebras homini dedit vt vallū quoddam visus esset & prominens munimentum circa occurrantia animalia, aut alia fortuito incidentia.
⁂ Palpum nonnulli prō blanditijs vsurparunt. Cc.
¶ Paludamenta sunt insignia ac ornamenta militaria. Iō cum ad bellum exit imperator mutata veste dicitur proficisci paludatus. Liui. Cum paludatis lictoribus profectus ab vrbe Brundusium venit. Hiero. ad Exuperantium. Quis non diligat eum qui sub paludamento & habitu militari agat opera prophetarum, & exteriorem hominem aliud promittentem vincat interiori homine qui formatus est ad imaginem creatoris? Dicta paludamenta q̄ perspiciuntur illi qui illa habēt & fiunt palam, vt inquit Varro. Inuenitur etiam paludamē tum dici de veste mulebri. Plin. Nos vidimus Aggrippinā Claudij principis sedente eo ad naualis prælij spectaculum assidentem indutam paludamento aureo textili sine alia materie.
¶ Palūbes, tam masculini q̄ fœminini generis inuenitur syluestres columbæ sunt quæ in arboribus sepibusq; nidificant Verg. Raucæ tua cura palumbes, Luc. Macrosq; palumbes Dicitur & palumbus & palumba. Horum duo sunt genera Vnum torquatum a torque quo insignitur. Mar. Inguina torquati tradant hebetantq; palumbi. Non edat hanc volucrem qui cupit esse salax. Proper. Sed cape torquatæ Venus o regina palumbæ. Alterum genus quod Vinaginem dicunt ab vsu labrusq;. A palumbus fit palumbinus a, um,
ð Pampillum genus delicati currus Lamprid. Iunxit quatrinas mulieres pulcherrimas & binas ad pampillum, velternas & sic vectatus est.
⁂ Palumbula diminutiuum a palumba. Cc.
⁂ Palumbarius accipitris gen⁹ palumbes persequentis. Cc.
⁂ Pommysus Thessalię fluuius dict⁹ quasi totus odiosus ob damna quæ agris inferebat. Cc.
¶ Pamphilus penul. cor. latine dicitur totus amor, vel omnibus amicus.
¶ Pamphylia regio in minori Asia inter Ciliciam & Syriam Vnde & mare pamphilicum, dicta quasi tota frondosa. Hęc tota montana ex tauro in mare procumbit. In ea vt Pompo. refert, est fluuius Melas nauigabilis, & eurimedon apud quem Cymon Athenienſis persas nauali pugna superauit.
¶ Pamphagi, æthiopiæ populi omnibus rebus vescentes.
¶ Pampinus penul. cor. a Virgi. genere masculino ponitur, a Var. frequentius fœminino. Et significat folium vitis seu ramusculum virentem. Verg. Heu male tunc vites defendit pampinus vuas. Apud Col. ponitur pro quodam arboris genere.
⁂ Verg. genus non discreuit.
¶ Pampino as. pe. cor. pampinos decerpo, vel a sarmento coles qui nati sunt de his qui plurimum valent ad secundum nonnunq̄ etiam ad tertium relinquo, reliquos decerpo, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare succum. Col. li. iij. Cum comprehenderint identidem pampinent ne plura sarmenta, quam debent excrescant.
¶ Pampinarium palmes, qui vt Pli. inquit e duro exit, materiamq; in proximum annum promittit, siue congeries virentium ramusculorum. Col. lib. iiij. Vitiosissima ē eorum agricolarum opinio qui minimum referre credunt quot vuas sarmentum habuerit dum ex vite fertili ligatur & non ex duro trunco enatum, quod pampinarium vocant.
¶ Pampinarius a, um, quod est pampini. Col. lib. v. Ne aut pampinarius palmes internatus aut verrucę similis furunculus relinquatur. Et li. iiij. Ne pampinariam virgam deplāret.
¶ Pampineus a, um, idem quod pampinarius. Verg. Liber pampineas inuidit collibus vmbras.
¶ Pampinosus a, um, quod pampinis abundat. Colu. lib. vi. Et si parum pampinosa vitis est.
¶ Pan apud grȩcos significat omne. Quo etiam vocabulo pastorum deus vocatus est in naturę similitudinem formatus. Habet enim cornua in radiorum solis & cornuum lunæ similitudinem. Rubet eius faces ad ętheris imitationem. In pectore nebridem habet stellam ad stellarum imaginem, pars eius inferior hispida est propter arbores, virgulta, feras. Caprinos pedes habet vt ostēdat terrę soliditatem. Hic Demogorgonis filius creditur fuisse, qui fistulam composuit septē imparibus calamis simul coniunctis propter harmoniam coli. Hunc Arcades colunt, eum vniuersæ materię dominum appellantes. Vnde a grȩcis pan appellatur. Item pan latine incubus dicitur. Incubi vero sunt nocturna phantasmata mortalibus terrorem incutientia. Sed Alcęus poeta mirabiliter describit. ἐλπνεῖ πὰμ λαχόϊσι μοξεῖβαται χείλεσι μὸ σαμ ἔμπνᾳ ποιμενίω περπόμενο δόνακι ἰυκελαδω συριγγι χέωμ μέλος ἐκ δὲ σωλὸ κλάξει κατιθύνωμ ῥήματος ἁρμονίκμ ἀμοισι ευθμοῖο μὴ κροτομ ἀνθεομ ἴχνος ϝκωσεθω νύμφαις ταῖς δὲ μεθυδρασιμ. ⁂. i. Infundit pan laribus cacumina montium labijs musarum pastoralis tibia oblectatus bene sonante fistula fundens melos ex concentu vero fregit gubernans verbi harmonia de tuo vero rithmo secundum plausum diuinum vestigium rumpatur his nymphis aquatilibus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Panaces pe.cor.& panax hærba cuius succus opopanax vocatur ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκέομαι hoc est a sanan dis omnibus morbis.Plin.panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit.Colu.panax vtroq; tempore leni & subacta terra rarissime differitur.Hinc deducitur παναάκεια.Luca.libro.ix. Et panacea potens & thessala centaurea. Vergili. Ambrosios succos & odoriferam panacæam.

¶Panætius nomẽ propriũ philosophi Rhodij stoicæ sectæ, quasi totus moralis.Scipionis p̃ceptor quem imitat⁹ est.Cic. lib.de offi.Hic scripsit q̃ vita hominum ex iprouiso assidua & prope quotidiana pericula ferat,ad quę cauẽda oportet aĩo semper esse intento vt sunt athletæ.Sicut enim illi in certamine athletico caput manib⁹ oppositis quasi vallo p̃munitũt,ita animus sapientis,aduersus,petulãtias iniuriarũ ictusq; fortunę debet esse erectus arduus septus,nequa in re repętina incursio imparatis improtectisq; nobis obortiatur.

*Panagæus dicitur quasi totus ex terra ob fertilitatem, est enim Thracię promontorium Bessis finitimum. Cornucopiæ.

¶Panagron retis genus q̃ oĩa capiat,a πᾶν & ἄγρα.

¶Panagios, latine sanctissimus,quasi totus sanctus.

¶Panareth⁹ pe.cor.dici potest omniũ virtutũ cõtinẽs πᾶν id totũ significat ἀρετὴ virtus.Mart. Arguto Madid⁹ pollicę panareth⁹.Hier.Fert & panarethos Iesu filij Syrach.

¶Panegyris, cõuentus,nũdinę,festiuitas,ab πᾶν & ἀγύρω hoc est ab omnibus rebus mercãdis.Vñ panegyrici sunt fermones laudatiui qui in conuentu populi & sacris celebritatibus habentur,quales sunt quibus diui imperatores laudantur.Et panegyricum tertium dicendi genus quod latini dẽmonstratiuum dicunt.

¶Panętolium,quasi totam continens Ætoliam, mons est ætolię altissimus.

ϑPanchrestos,medicamẽtum nobile,quod latine dici potest omnibus conducibile.

ϑPanchros gemma quę constat ex omnibus coloribus.

¶Panathenea,cõmunis celebritas ludi gymnici in honorẽ Mineruę athenis celebrati, prim⁹ theseus auctore Plutarcho instituit panathenea.Nã greci ἀθηνᾶν vocãt,quã nostri Mineruãnuncupauerunt.Euse.Agon gymnicus quem panatheneon vocant Athenis actus.Hinc panathenaicus liber.

¶Panathenaicon genus vnguenti,quod vt Plin.lib.xiij. inquit Athenę obseruanter obtinuere.

¶Panurgus,astutus quasi rerum omnium ẽxperientiam habens,a quo panurgia astutia. Plaut. Isthęc panurgia tete in pistrinum dabit.

¶Panchaia quasi tota dehiscens,regio Arabię tota arenosa ĩ qua arbores sponte natę tus emittũt.Verg. Totaq; turiferis panchaia pinguis arenis,Ser.scribit panchaia Arabiam & Saboeorum gentem eandem esse apud quam nascitur thus.

¶Panchaĩ populi q vt põpo.refert deserta Sabę habitant q & ophiophagi vocantur qm̃ serpentibus vescantur.

¶Pancarpiæ,coronę ex varijs florum generibus factæ & pene omnibus.

¶Paneratium quasi omnia poteris,ludus gymnicus quinquertio constans,a quo pancratiastæ dicunt q hoc ludo excellunt.Prop.puluerulentaq; ad extremas dat fœmina metas.Et patitur duro vulnera pancratio.

¶Pancratiastes certator & victor pancratij.Gel.libro tertio Diagoras filios tres habuit,vnum pugilem,alterum pancratiasten,tertium luctatorẽ.Idẽ significat pancratius pãcratia & peneratiasta.Sene.lib.v.de beneficijs Lacedæmonij vetãt suos pancratios cestu decernere.Gel.oportet animo esse intẽto vt sunt athletarum qui pancratiæ vocantur qui ad certã dũ toti proiectis alte brachijs consistunt & os suum manib⁹ oppositis quasi vallo prẽmuniunt.Pli.lib.xxxv. Myron fecit delphicos pentathlos pancratiastas. Quidam ita distingunt inter pentathlum pancratium & periodo victorem q̃ plus sit pancratiasten esse quam pentathlum,& plus periodo victorem esse quam pancratiũ,pentathlos est qui generib⁹ illis quinq; certat,pancratiastes qui certauit & vicit, periodo victor vt Fes.inquit quisacra græcię certamina obiuit & vicit Nemeæa pythia Isthmia Olympia.

¶Pandecta nomen compositum a πᾶν quod est totum & participio huius verbi δέχομαι quod est capio,quasi omnia intra se comprehendens,volumen aliquod vniuersaliter cõtinens. Vnde Iustinianus libros in quibus vetera iura collegit pandectas appellauit.

¶Pandio proprium nomen Erichthei Athenarum regis filij cui successit in regno,huius filiæ fuerunt progne & Philomela. Dictus pandion quasi totus dios,i.Iouis. Hinc pãdionia dicta est attica.Sidonius.Qui pandioniam mouebat orator caueam tumultuosus.

¶Pandochium hospitium,diuersorium,stabulum.

ϑVnde pãdocheus stabularius dicitur.Iosephus lib.iij. Anti.Necq; ancillam,necq; captiuam eis nubere voluit,sed & eas quæ de Cauponibus & pandochijs vitam agunt.

¶Pãdora quasi oĩm dona,vel q̃si ab oĩbus donata vel oĩm rerum genere donata.Quo noĩe ẽt dicta est gens in cõualibus Indię sicut lib.vij.scribit Pli.q̃ ducentis annis viuit.In iuuentute capillos candidos habet in senectute nigros.

*Pandocrator vel pantocrator omnipotens vel omnia vincens.Non pigebit lectorem castigare locum in ecclesia cantatum in hymno Alma chorus dñi &c.Versiculus est athanatos Kyrios panton craton ihsus. Vbi legendum est pantocraton ihsius.i.immortalis dominus omnipotens Iesus.

*Paneros,vide panebastos.

¶Pandataria,insula in puteolano sinu seu in mari tyrrheno,vt lib.ij.scribit ptol.

¶Pãdosia ciuitas in Epiro,alia ĩ Italia,in qua Alexander epirotes ĩterfectus ẽ.De qua Trogus.Cũ ĩ epiro esset pãdosia & flumẽ Acherusiũ,ignarus eandẽ & in Italia esse,ad declinãda fatorum pericula peregrinam militiam cupidus elegerat, pandosius Arcadiæ lacus.

ϑPãdo is,passum,& pãsum supinũ facit secũdũ bedã sp̃ dor. Et a pane dr̃,significatq; patefacio,q̃ apd̃ veteres qui opere indigeret,& ad asylum cereris confugisset panis ei dabatur, pãdere itaq; panẽ dare.Et quia nũq̃ fanũ talibus clauderet, pãdere,pro aperire vsurparũt.Vñ mulier capillo p̃sso dr̃, quasi porrecto,& sparso.Et passis manibus,& velis passis.i. diductis,atq; distentis.Huius composita sunt Expando extra pando,a quo expassum extentũ. Vñ Gel refert Ciciliũ scripsisse flameũ expassum domi protulerũt.Nõnunq̃ tamẽ apud veteres a,in e,mutatur,ac pro eo,quod est dispassis,dr̃ spessis dictũ ẽ.Plaut.in mili.Credo ego isthoc exemplo tibi esse eundũ extra portã dispessis manib⁹,patibulum cum habebis.Oppando circũ extẽdo.Hiero in Exo. Velum,qd̃ ante illud oppãdr̃.Propãdo vltra pando.Repãdo,a quo repandum dicitur,q̃ retrorsum patet.

¶Pange⁹,quasi tot⁹ terra ob nimiã fertilitatẽ,promõtoriũ est thracię Bessis cõterminũ & macedonię cõiunctũ ad cuius radices Mestus amnis defluit.Et in singulari est generis masculini,in plurali gñis neutri.Stra.Illi pangæa resultant Ismaraq;.Hinc pangęus a,um,vt Arua pangæa.

¶Panthia vxor Abradotę Susij ductoris sub Cyro maiore castissima.Vide in dictione Abradotes.

¶Panthaces pe.cor.nomen amnis ab vsu medicinę pecorũ dicti.Est in Samo prope Chalcãtis & podalirij sacella,vt scribit Strabo.

¶Pãtheon,tẽplũ Romę,q̃ vt Dion historicus refert sic dictum fuit q̃i Martis veneriscq; sub imaginib⁹ ĩpo rẽplo cõstitutis oĩm deorũ imagines effictę erãt.Siue q̃ tẽplũ ipm̃ rotũ dũ sit cæloq; persimile.Et sic quoq; oĩm deorum habitatio censeatur,põt etiam dici pantheon sum̃um deorũ, Nam πᾶν significat omne,quod sane in similibus sępe ad summũ spectare solet,& θεὸν deorum,vnde Plin.lib.xxxvi pantheon ioui vltori ab Agrippa factum fuit.

*Pantagia sicilię fluuius sic dictus q̃ oĩa agat,qui cum plenus incedit totam pene Siciliam implet.Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Pantherab Aristo.vocatur animal qđ Theodorus Gaza lupũ canarium appellat,diuersum a panthera vt ex Galeno cõnici põt qui sic ait. Quidã adeo bẽluini vt leonũ & pantherarũ itẽ canũ & pãtherũ & vulpiũ carnibus vescantur. Hier. ad presidiũ sic scribit,panther pardo similis est,& est varij coloris & mitis si saturatus fuerit tribus diebus dormit, post tertium diem lauat se & clamat,& sic odorem suauem emittit,& conuocat omnes feras q̃ odore ducuntur,& est omnibus feris amicus preter draconem & aspidem.

¶pãthera pe.pro.animal prorsus ferum & masculosum q̃ & pardalis dicitur,ex πᾶν quod significat totaliter & θήρ fera Abundat in hyrcania & Media.Hora.in epi. Diuersum confusa genus panthera camelo.

¶pantholabus,omnia sumẽs, verna appellatus est, propter scurrilitatem pluribus notus.

¶pantomimus pe pro.rerum omnium imitator, qui in scænis personas per singulorum actuũ simulationes ostendebat. Ex πάντων omnium & μίμος imitator. Est autem mimus sermonis & factorũ cuiuscũ imitator cũ lasciuia.pli.li.vij. Mythicũ pantomimũ hoc est fabula rem quendam vocauit,ceu pantomimorum duo sint genera Scænici & Mythici.

ὁpantrepes Scythiæ fluuius sic dictus cp omnia vertat.Cc.

¶ panhormus & panhormum & panhormium, ciuitas Siciliæ dicta a nauium applicatione quę vndicũ illuc conueniunt Est enim hormos portus pars.Inde nautæ dicuntur hormizare,id est nauem anchoris atq; retinaculis instruere quo secura sit in portu a repentinis procellis.Hinc panhormita panhormitanus & panhormius.

¶ panomphæus Iouis epitheton,quia ab omni lingua colatur,a πᾶν & ὀμφὴ vox,cp omnium voces audiat. Ouid.lib. me. Ara panomphęo vetus est sacrata tonanti.

¶pantheus & panthus nomen proprium filij Otrei fratris Hecubæ.

*panętholium quasi totam continens Ætoliam,mons est Ætoliæ maximus.Cc.

ὁpanthoron pe.pro.scribitur per ω, παντοῤῥοῦ, latine dicitur omnia videns ,Quo nomine dictus est sol.

panis ¶ panis a pascendo ,prietarẽ habet,siue cp omnibus pulmẽtis adhiberi possit,& tere adhibeatur, cũ nullũ opsonium faciat insipidius.Nã pan totũ dicitur,panis varia sunt gña.Nã alia sunt ab opsonijs appellata,vt ostrearij, alia a delicijs, vt artolagani. Alia a festinatione,vt spheuticij.Alia a coquendi ratione,vt furnacij vel artoptitij vt in clibanis cocti.

¶Panis secũdarius,panis vulgaris,qui omniũ cibus ẽ.Suet. de Aug.Cibi minimi erat ac fere vulgaris. Secũdariũ panẽ maxime appetebat.Idẽ Cibarius appellatur panis rudibus a scabricie,panis secũdo coctus quo vtuntur nautæ.

¶Panifex qui panem facit,qui & panificus dicit. Vnde mulieres quæ panem faciunt panifices seu panificę vocantur. Hinc Hiero.in lib.Re.panificas filias dixit, panificium ipsa panis confectio & actus faciendi panem.

¶Panariũ locus vbi panis seruat,panis repositoriũ. Cuius diminutiuũ est panariolũ,panaria & panariola nos hodie quocp vernacula voce cistas & cistellas vocamus ex viminibus factas.Suet.Sparsit & missilia variarũ rerũ & panaria cũ opsonio viritim diuisit.Mart. Cũ panariolis tribus redisti.

ὁPanica,vocantur repentini,quidam terrores.Et consternationes,quales lymphatici metus vsq; adeo irreuocabiles vt non ratione modo,sed mente etiam careãt. Cicero libro. v. ad Atticum.Scis enim quædam panica πανικὰ, dici.Hygĩ. Item de panico terrore mentionem facit quum ait. Hic emquum Iupiter titanas oppugnaret primus obiecisse, hostib⁹ terrorem,qui panicos dicitur.Fit autem a pandeo, quoniam repentinorum terrorum,& consternationum causam deo pani tribuunt.

¶Panisciđ syluestres,q̃si p diminutionẽ dicti minutili panes,sicut a satyro Satyriscus indinatur.Scribit Pli.lib.xxxv. panisçum fuisse pictum a Tauriscopictore.

¶Pando as,incurro.Vnde pandari trabs dicitur quasi incurari cedereq; ponderi,cuius contrarium palmæ faciunt quippe quę non contra inferiora sed in diuersum retinendo formicantur.Plinius lib.xvi.At populus contra omnia inferiora pandatur.Facile pandatur iuglans.Hinc a Victr.arbores pãdatæ dictæ sunt quæ in ędificijs curuantur.

¶Pandus a,um,non panditus alternitatis causa euitandę cp in plęrisque seruatur,sicut a mane matutinus non manumin⁹ a vitis vinetum non vitetum.Est autem pãdus idem quod apertus. Vergilius libro secundo Geo.Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

¶Pandana porta Romæ a pando dicta,cp semper pateret ad res quæ in vrbem ferebantur.Eadem dicebatur libera a libertate,pandana etiam est insula in sinu Caitano parua a continenti ducentis quinquaginta stadijs distans ,in qua pulchre habitatur,vt Stra.inquit.

¶Pandiculor extendo,vt faciunt qui e somno expergefacti sunt oscitantes.Plautus in menę.Ego me ad simulem insanire vt illos a me absterreã,vt q pandiculans oscitatur.

*Pandiculatio oscitatio,Et pandicularis dies qui & communicarius dicebatur in quo communiter omnibus dijs sacrificabatur.Cc.

¶Pantices fluxus ventris pinguitudo & extuberantia, qđ venter pandatur.Hodie quoq; vulgus pantices appellat in homine ventrioso.Plaut.in pseu.Eo vos vestros pantices adeo madefacitis cum ego siem hic siccus.

¶Panus pani & panis is,tramæ inuolucrum quo panni texũtur,a quo panula & panicula per diminutionẽ.Luc.Foris sub tegminis panus. Ab huius similitudine etiam ĩ natus tumor sub faucibus auribus ve & inguinibus panus appellatur.Idẽ Et laterum parotidas & panos sanat,panos Galenus in species diuisit.Huius diminutiuum est panellus.

¶Panicula diminu.a pano,alioquin significat comam in milio panico arundine.Plin.Pẽdente e picearum vel roborum quoq; ramis quæ ipse vocat panos & paniculas,& aliquãdo nucamenta callo squammatim compactili, quę citara gręci appellant.Quicquid igitur sublonga vel subrotunda forma tumet panicula dici fere potest. Celsus in curatione ramicis. Fascia eius rei causa fit cui imo loco pila est assuta ex paniculis facta quę ad repellendum intestinum quod descendit illipsi subijcitur.Plinius libro. xxi. Gręcula rosã conuolutas habet foliorum paniculas.

¶Pannus per duplex nn,quo vestimur, vt panneæ vestes quæ sunt laneæ vel bombycinæ.Huius diminutiuum est pãniculus.Iuue.Et panniculus bombycinus vrit.

*Pansebastos gemma cui addita fœcunditas existimatur q̃ & paneros dicitur.Cc.

¶Pannosus qui sordida veste & crasso panno vilicp opertus est Nec hoc nisi de paupere dicitur.Iusti.libro.ij. Permutato regis habitu pannosus sarmenta collo gerens castra hostiũ ingreditur.

¶Panniculariа Vlp.teste dicuntur ea quę in custodia receptus secum attulit,vt vestem qua indutus fuerit, qui ad supplicium ducitur,aut nummos quos victus sui causa habuerit in promptu,aut leues annulos,hoc est qui rem non excedũt aureorum quinq;.

¶Panicum genus frugis a paniculis suis dictum. Plin. libro. xiij.paruis racemato paniculis. Cæsar, panico vetere atque hordeo corrupto.

¶Panneus a,um,a pannus fit,paneus per simplex n fons est sub libano monte,in quo siqua natantia proijciantur in lacu cui phiala nomen est cuncta repenuntur.Est etiam hoc nomine Colchorum fluuius.

¶Panicos repentinus terror & consternatio dicitur a grecis: Hyginus scribit capricornum obiecisse hostibus timorem qui panicos nominatur.

¶Pannueliũ a panno & voluendo filo,fudariolum significat vt est apud Var.libro primo de lingua latina.Hoc pannicellum dicere possumus.

*Panope nympha marina a perspicuitate visus nomen

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sumens, πάντων omneδπτω video. Cc.

¶ Pansæ dicti sunt quibus lati ac pansi sunt pedes sicut planci quibus plani sunt.

¶ Panselinus pen. pro plenilunium quasi tota luna. Nam σέλας lũa dicitur. Vnde & proselinus ante lunam.

¶ Pannoniũ appellantur a Romanis quos græci Pæonas Latini Vngaros vocitant, quorum fama olim formidine totã concussit Italiam tanq̃ essent bello insuperabiles. Hi tribus fluuijs Drauo, Sauo, & Istro vallantur. Hinc pannonicus a, um, Sueto. in Augu Reliqua per legatos administrauit, vt tamẽ quibusdam pannonicis atq; germanicis aut interueniret, aut non longe abesset. Horum regio pãnonia dicta est regio Europæ, sicut Ptol. libro secundo scribit. Et est duplex superior & inferior. Superior ab occasu limites habet montem. Cetiũ qui medius est inter Noricum & ipsam pannoniam, ab ortu habet pannoniam inferiorem cui iuncta est, inferior ab ortu & Septentrione Danubio cingitur.

¶ Panthasilea nomen reginę Amazonum quæ Oritheæ successit. Dicta quasi omnia subiens. Hęc prima vt inquit Plini. securim inuenit. Habet ει diph. in penulti. apud græcos παν-θασίλεια.

¶ Pango gis, pepigi panxiq; pactũ significat figo, planto, sue iungo. Vnde pactilis a pactũ quod est a pango, iũgo. Pli. lib. xxi. Sũmaq; auctoritas pactili coronę. Liu. profigo posuit libro. vij. Lex vetusta est priscis literis verbisq; scripta, vt qui prętor maximus sit idibus septembris clauum pangat, fixus fuit lateri ædis Iouis optimi maximi, pro planto. Colu. libro. iij. At quę vetere sarmento pangun tur tardius conualescũt, sed tardius deficiunt. Idem lib. xij. Malleolus quam recentissimus curiosissime pangendus est. Cic. Tironi pro scribo posuit, quasi quid simile plantationi. An pangis aliquid sophoclem? fac opus appareat. Gel. Si aut versum inquit pangis, aut orationem solutam struis. atq; ea verba tibi dicẽda sunt, non eas finitiones prętrancidas, neq; scrutinas grammaticas spectaueris, sed aurem tuam interroga quo quid loco conuenire dicere, pro cano etiam siue narro manifesto ponitur quẽ admodum cano pro scribo, vt pange lingua glorioſi prælium certaminis. Composita eius quędam seruant a, vt circũpango. Vnde circumpactus pro circuniunctus. Plinius libro decimoseptimo. Ramis terraque circumpactis. Depango pro defigo. Idem lib. xxiij. Quercus & olea tam pertinaci odio dissident, vt altera in alterius scrobe depactę moriantur. Oppango, circumpango. Repãgo, a quo repages & repagula. Quædam mutant a in i, vt appingo, compingo, quod est coniungo, vt in Exodo. Arcam de lignis sethim cõpingite. Impingo. Vnde impages. Inter ipsa tamen tam in p tertio quam in supino conuenit.

¶ Papę dicũtur sacerdotes, quemadmodum presbiteri. hoc est seniores appellantur.

¶ Pappa per duplex pp, puerorum cibus est, deductum nomen a pane.

¶ Pape admirantis aduerbiũ, habet em̃ in se affectũ verbi miror, vt pape quid video. Aliqñ etiam indignationis est. Terent. in eu. Pape hęc superat ipsam Thaidem.

¶ Papas accipitur pro patre siue pro eo qui puerum alit. Iuuena. Timidus prægustet pocula papas. Est autem nomen veneratiõnis a Syracusijs tractum, apud quos pas pater dicitur, inde per geminationem papas.

¶ Papare ẽ minutis & blãdiusculis verbis patrẽ appellare.

¶ Pappare per duplex pp, significat cibum sumere, quod a pappa fit, qui est puerorũ cibus. Plaut. in Epi. Nouo liberto opus est, quod pappet dabitur, præbebo cibum.

✱ Papeus apud Scythas appellatur Iuppiter. Cc.

δ Pappous, idem est, quod auitus.

¶ Pappus auus, nã græci πάππον auum dicunt. Auso. ad nepotem suum, pappos auiasq; trementes Ante ferunt patrib⁹ seri noua cura nepotes. Hinc pappo⁹, i. auitus, pappi etiam dicuntur carduorũ flores. Lucre. Veste nec plumas auiũ papposcq; volantes, Plin. pappum vocari ait lanuginem deciduã ex fructibus arboris congrygiæ. Et pappus dictus est Æmylius Romanus, cuius meminit Liuius lib. xxvij.

¶ Papauer genus herbæ. Et album quidem satiuum semen habet, quod tostum, in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc præcipuum candorem lina & lanæ contrahunt a quo toga papauerata dicta est a colore candido. Eadem toga spissa dicebatur.

δ Papauerata toga a color candido eadẽ spissa toga dicebat.

¶ Papula pustula tuberculum vulgo brusola, quæ ieiunę saliuę defricatione curatur, papulis cutis exasperat, & rubetlen niterque roditur. Verg. lib. iij. Geor. Ardentes papulæ atq; immundus olentia sudor. Celsus tamen lib. v. duo papularũ genera ponit. Huius diminu. est papilla.

¶ Papilla parua papula, i. tuberculũ. Serenus. Excruciant tur pes anum siforte papillę. Significat etiam mammę capitulũ vñ lac trahitur, q̃uis etiam pro ipsa māma ponat. Verg. lib. xi. Hasta sub exertam donec plata papillam hæsit. Dictę papillę quasi paruæ papulę, q̃ papularum sint similes. A quarũ similitudine papillæ dicuntur quæ aquas fundunt. Var. libro tertio de re rus. Qui fit si adduxeris fistulam & in eam papillas imposueris tenues quæ eructent aquam, papilla etiam tribus romę fuit quę a genitrice vocabulum traxit.

✱ Paphos vrbs Cypri in qua venus summa cum diligentia colebatur. Inde paphius a, um, & ipsa Venus paphia dicta ẽ. Cornucopię.

¶ Papillatus papilla ornatus, seu in papillæ speciem factus. Hiero. ad pamma. Quis purpurientem rosam & papillatum, corymbum antequam in calathum fundatur orbis. Expapillatus aduscq; papillam nudatus. Plautus. Idem connexum in humero læuo expapillato brachio.

¶ Papilio inter vermiculos numeratus, quo nullum animal imbecillius est. Colu. libro decimo de apibus. Vermiculi quo q̃ qui tineę vocantur. Item papiliones enecandi sunt. Nam vt idem testatur ex papilionum stercore nascũtur tineę. Idẽ papilio dicitur tentorium. Hiero. in Exo. Stabat vnusquisq; in ostio papilionis sui.

¶ Paphalagonia regio minoris Asię, a q̃ paphlagones qui teste Cor. nepote in Italiã trãsuecti, mox Veneti dicti sunt. Hęc vt Solin⁹ scribit Cytoro mõte consurgit porrecto in spatiũ triũ & sexaginta miliũ. In ea Mithridates Eupatoriã cõdidit, quę subacta a Pompeio pompeiopolis nominata fuit.

δ Paphlagones, qui habitant paphlagoniã. Hi teste Cor. nepote, in Italiam transuecti, mox Veneti dicti sunt.

¶ Papia ciuitas insubrium. Ticinum alio nomine appellata, olim Ostrogothorum & Lingobardorum regum sedes.

¶ Papyrus a nostris dicitur iuncus, a nonnullis sirpus. Luca. libro. iiij. Conferitur bibula memphitis cymba papyro. Frutex est habens radicem obliquam triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum, longitudine, in gracilitate fastigiatum thyrsi modo cacumen includens. Nascitur in paludibus Ægypti. Inuenta est ab Alexandro rege papyrus auctore Varro, quę fiebat ex frutice cum Alexandriam ædificasset. A qua papyro frutice dicta est charta papyrus, q̃ scilicet ex papyro fieret. Nam primo scribebant in soliꝭ palmarum, postea in arborum libris, deinde in cæris, postea vero id genus chartæ inuentum est quo nunc passim mortales vtuntur. Fit que ex lintheolis contritis, & nihilominus pristinum nomen remansit. Charta vero ab vrbe Tyri, cui Charta nomẽ fuit appellata est, ex qua Dido dicta est, Ideoq; vrbem a se postea ędificatam ab illius nomine Carthaginem nuncupauit, græci ab eadem vrbe χάρτην nominant. Hęc etiam membrana vocatur a tectu mẽbrorũ. A papyro cognomen papyrij deductum est, a quo papyriana tribus. Hinc etiam papyraceꝰ a, um, quod est materiatum ex papyro.

δ Paphus Cylicis filius a quo Cylicia denominata est qui in cypro vrbem condidit paphon a se denominatam.

¶ Par cum suis compositis compar, dispar, impar, separ, sunt generis omnis. Et licet par produ. apud poetas ponatur, in obliquis tamen prima correpta. Et eam datiuo q̃ ge-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nitiuo iungi poteſt. Oui. lib. iij. meta. Sunt quoq; par alijs ętas in ouilibus agnę. Luca. Quem metuis par huius erit. Et in ablatiuo pare vel pari. Significat autem par numerum duorum quaſi inter ſe parium. Vnde vnum par & duo paria dicimus. Interdum pares pro duobus accipiuntur, vt paribus equis vtebantur Romani in prælio, vt ſudante altero tranſirent in ſiccum. Interdum par accipitur pro decenti æquo & conuenienti quod inter omnes æquabile eſt. Quint. Si propter matrimonia violata vrbes euerſæ ſunt, quid fieri adultero par eſt? parem eſſe ſignificat ſufficere alicui rei, ſiue reſiſtendo, ſiue exequendo. Cicero. ad Atti. Sed adhuc pares non ſumus. Quintil. Aſpitio par laboribus corpus, paria facere eſt quod alibi emiſſum eſt vel quod aliunde acceptum alibi vel aliunde compenſare. Quintil. paria faciemus, tu illic vicarius meus, ego hic tuus, paria componere, eſt componere gladiatorum duo paria ordinarium & poſtularium. Cice. in epi. & Sueton.

¶ Par impar genus ludi. Sueton. de Auguſt. Scripſit ad filiã Miſi tibi denarios ducentoſquinquaginta quos ſingulis conuiuis dederam ſi vellent inter ſe poſt cœnam vel talis, vel p impar ludere.

¶ pariter aduerbium ſignificat ex æquo. Næuius. Vt pariter diſpartiantur bona patris. Aliquando conuenienter. Titi. Nę tu iſtam ędepol media extuliſti pariter vt dignũ fuit. Aliquando ſimiliter. plaut. Is ex ſe hunc reliquit, qui hic habet filium pariter moratum vt pater atq; auus eius fuit. Aliquando ſignificat quod vernacula lingua dicimus apar, ſiue aparada mente. Hier. in lib. ij. Reliqui diſperſi ſunt ita vt nõ relinquerentur ex eis duo pariter.

¶ Parilis & hoc parile pe. cor. ſignificat æq̃le, a quo pilitãs.

⁂ Parilia deę palis feſta. Cc.

⁂ Parilitium ſydus vulgo ita appellatum, quia eo oriente parilia celebrabantur. Peritiores hoc ſydus hyadas vocant. Cornucopię.

¶ Para præpoſitio græca ſignificat ad, apud, penes, abſque dis, re, præter, tam in appoſitione quam in compoſitione. Eſt & para genus auis inauſpicatæ. Horatius. Impios paræ recinentis omen. Plin. lib. xviij. Auem param oriente ſyrio ipſo die non apparere donec occidat.

¶ Parabaſis latine tranſgreſſio, parabates tranſgreſſor.

¶ Parabola ſignificat iuxta ſententiam, ex παρὰ iuxta βουλὴ ſententia, quaſi rerum diſſimilium cõparatio. Vnde Quĩ. parabola quam Cic. collationem vocat longius res quæ cõparantur repetere ſolet, vt tam fortiter apud Hipponem ſecit Scipio q̃ vtiq; apud Vticam Cato. Hiero. parabolæ græce, latine dicuntur ſimilitudines. Quod libro Salomonis vocabulum obid impoſitum eſt, vt ſciremus altius & non iuxta literam tantum intelligi debere quę dicuntur. In quo dominum ſignificat per parabolas fuiſſe locuturum. Aliud em̃ in ſuperficie ſonat, aliud intellectu innuit.

¶ Parabos iſula parua cõtra phœnicẽ, vt inquit Pomponius

¶ Paracletus per e producta ſcribitur & profertur a παρὰ & καλῶ quod rogo & hortor ſignificat. Apud iuniores vero græcos etiam pro conſolor inuenitur. Hinc paracletor & paracletus deſcendit. Et qui in foro ac iudicijs a noſtris deprecatores vocantur, ij, apud græcos paracletores dicuntur. Itaq; pollicetur dominus diſcipulis ſuis miſſurum ſeſe paracletum ſpiritum qui eos ſit edocturus, ſiue illum ad hortatorem ſiue deprecatorem, hoc eſt aduocatum, ſiue conſolatorem velimus intelligere. Paraclytus autem per y tenue infamem aut præter famam ſignificat. Nam para in huiuſmodi compoſitione præter vel diminutionem denotat κλυὸς vero famam declarat inſignem, id quod inclytus probat. Itaq; paraclytus a para & clytos nomine compoſitum eſt. Quod ſignificatum ponere in Chriſto abſurdum & impium eſſet.

¶ Paracentheſis ſignificat punctionem, vt eſt apud Plinium libro. xxv.

⁂ Parochœlis regio finitima Acheloo amni, ſic dicta quod ſit iuxta Acheloum. Cc.

¶ Paradiaſtole dici poteſt per dilatationem quod fit cum rẽ noſtram dilatamus interpretatione.

¶ Paradromis idis, ambulatio ſiue xyſtum. Victr. Latini xyſta ambulationes appellant, quas græci paradromidas.

¶ Haradigma παράδειγμα exemplum facti vel dicti alicuius. Verg. Antenor potuit medijs elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus. Fit autem tribus modis. A pari, a maiori ad minus, a minori ad maius.

¶ Paradiſus, pomarium. i. hortus cõſitus, gñis tã maſ. q̃ fœ. Eſt nomen oppidi, vt apud Pli. & Stra. Eſt & locus in oriente longo tractu maris diſtans a cõtinẽte. De quo Aug. ad Oroſium ſcribit ſic, paradiſus in oriẽte ſitus ẽ iteriecto Oceano, & a noſtro orbe longe remotus. in altiſſimo loco conſtitutus pertingens vſq; ad lunarem circulum. Vñ illuc aqua diluuij minime pueniſſe dr̃. Hic locus a primi hominis reatu interdluſus eſt, nec vlli animantium datur in eum aditus.

⁂ Paradiſea poma dicuntur a ſitu, q̃ fere in omnibus pomarijs inſerantur odore ſaporeq; inſignia. Cc.

¶ Paradoxa, iuxta ſententiam vel inopinabilia ſeu admirabilia. Nam para præter vel contra & iuxta ſignificat. Vnde paradoxa Ciceronis, id eſt electa ſententia, vel quia ſunt præter opinionem.

¶ Paragogon cum accẽtu in antepen. dici poteſt deriuatiuũ vt ab albeo albico.

¶ Paragoge deductio, figura qua litera vel ſyllaba fini iungit, vt dicier p dici. Hãc alij palepſim, alij plepſim vocant.

ȣ Paragomena pe. cor. παράγομενα, latine dermata dicunt, qualia ſunt ſullaturit, & proſcripturit. Eſt autem Sullaturire proſcriptionem cupere.

¶ Paragraphus & paragraphum vtrunq; dicitur, paragraphe, latine præſcriptio exceptio.

¶ Paralus, vt Pli. lib. vij. ſcribit nomen fuit eius qui primus longam nauem inuenit. Sunt & parali in Attica qui paralią incolunt. Plutar. parolos factionum vnam e tribus quæ Athenis erant Solonis tempore intelligit.

¶ Paralipomenon, derelictum, ab παρὰ & λειπόμενον relictum prætermiſſum.

¶ Paralyticus latine diſſolutus dr̃, paralyſis diſſolutio neruorũ. Et alio noĩe a græcis hemiplexia hoc eſt ſemiapoplexia, cũ in alteram tm̃ corporis ptem malũ id incubuit. Nam cum totum afficit apoplexia noĩatur. Nunc vtrunq; inquit Cælſus paralyſim appellari video. In̄ paralyticis q̃ tremuli ſunt, remedium eſt in quo ſit aſtringẽdi efficatia. Ideoq; Tertu. in apologia de Chriſto dixit. Cũ ille verbo dęmonia excuteret, leproſos mundaret, paralyticos reſtringeret, mortuos denicq; verbo redderet vitæ. Reſtrictus ergo reſoluto contrarius eſt. Nominatur id & pareſis fere defectus virium.

¶ Paralleli pe. pro. quoniam p ſ, a græcis ſcribitur, dicuntur circuli ſphęræ qui ad eũdẽ polum conſtituti finiuntur, parallelus enim quaſi alternus mutuus inuicem comparatus, quo lineæ æque diſtantes parallelę dñr. Ideoq; ſegmenta mundi q̃ nos circulos dicimus parallelos græci vocant.

ȣ Parhelia, a latinis virge, ab hiſtoricis ſoles appellantur auctor Seneca.

ȣ Parallexes, id eſt obtutus.

¶ Paranymphus a Hierony. dr̃ p nubis, ab antiquis auſpex. Antiqui ei p nuptijs celebrãdis auſpitium capere ſolebant. Qui p̃erat huic rei p parte viri a græcis paranymphus, a noſtris auſpex dicebatur. Et vt auſpex p parte viri, ſic & pronuba pro parte mulieris adhibebatur. Itaq; cum apud Chriſtianos auſpicia minime captentur, adhibentur ſacerdotes qui & pronubi a nobis dicuntur. Auguſtinus libro. xiiij. ciui. dei. Nonne omnes famulos atq; ipſos etiam paranymphos & quoſcunq; ingredi quęlibet neceſſitudo permiſerat ante mittit foras, q̃ vel blandiri coniunx coniugi incipiat.

⁂ Paranites gemmæ ſpecies quæ & Sapinos dicitur. Cornucopię.

ȣ Paraphraſticus a, um, Vide in paraphraſtes.

ȣ Paraphraſis pen. prod. apud rhetores exercitamenti genus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eſt. Ea finitur a græcis, hoc modo, vt quæ ſit, quæ narratio-
ni proportione reſpondeat. De hac. Quin. lib. x. Neque ego
paraphraſin eſſe interpretationem tm̃ volo, ſed circa eoſdē
ſenſus certamen, atq; æmulationem.

δ Parauxeſis, pe. pro. latine amplificatio, dī παραυξησις.

¶ Paraphraſtes dicitur interpres qui non literam ex litera ſed
ſenſum e ſenſu transfert, quaſi iuxta loquens. Et pro peruerſo
& deprauatore ponitur. Hierony. in prolog. lib. ℞. Et cum in
tellexeris quod antea neſciebas, vel interpretem me eſtimato
ſi gratus es, vel paraphraſten ſi ingratus. Idē ad Alga. Cona
bimur itaq; παραφρασικῶς ſenſus eius euoluere. Paraphraſis
peruerſa dictionum interpretatio.

¶ Parapherna & non paraphrena dicuntur ea quæ præter do
tem dantur fœminis, a para præter & φερνὴ dos, quaſi præter
dotem. Hęc & paraphernalia dicuntur.

¶ Parapetaſma atis, latine velum cortina.

¶ Paraſceue es, dici poteſt p̄paratio, nam a παρασκευάζω qđ
eſt præparo deducitur. Vnde & dies quo dn̄s noſter Ieſus
Chriſtus pro humani generis ſalute cruci affixus fuit paraſce
ue dicitur qm̃ eo Iudęi ſibi neceſſaria pręparabant, vt paſchę
dies abſq; opatione aliqua tranſigeretur.

¶ Paraſitus penultima correpta qui aliorum menſas, & ciba
ria ſequitur ex para, ad σῖτος cibus σιτία, ſagina, quod nō
ſolum frumentum, ſed cibaria quoque deſignat, quod vt cō
ſequi poſſit omnia ad voluptatem cuius eſt tractus nidore
culinæ primo loquitur omnia, deinde aſſentatur, omnia
illius facta ſimul ac dicta laudat, nihil, repugnat, omnia ſuf-
fert, nihil ventris cauſa facere recuſat, in quo ſummum bonī
conſtituit. Accipitur nonnunquam pro eo qui ſimplicibus
verbis riſum ab audientibus captat, primo tamen paraſitus
in honore fuit, vtpote qui ſacro miniſterio addictus eſſet. p
eo vero poſtea dictus eſt, qui ad menſas diuitum oblectatio-
nis cauſa admittebatur.

¶ Paraſtaſier qui paraſitorū imitator eſt. Nā q̄ in aſter finiūt
imitationem potius q̄ diminutionem ſignificāt. Cic. pro Va
reno. Euricius hic noſter Antoniaſter Duo tamen potiſſimū
diminutionem denotant ſudaſter & recaluaſter.

¶ Paraſangæ apud perſas viarum menſuræ ſunt quinqua-
ginta ſtadia continentes.

¶ Paraſtatæ vt apud Vitr. & Plini. Lapides ſunt pilarum
fere modo appoſiti columnis, de qua ſimilitudine alterū cru-
ris os (Duo enim ſunt) paraſtata nominatur in iumentis Ve
getio, quod & paracm̃enion Iul. polluci. apud quem & mea
tus illi per quos genitura e teſtibus per vrinæ vias defertur
paraſtatę nuncupantur. Sunt & in prælio inquit dicti para-
ſtatæ nomen officij, quoniam adiuncti ſunt paraſtatis, hoc ē
ijs qui pręſunt cornibus, ſicut epiſtatę, qui tertium in regen-
dis his locum tenent. Sed & tabulę quædam certis inſtru-
mentis a Vitruuio paraſtatæ vocantur.

¶ Paraſiopeſis ſchema ē apud rhetores, a latinis p̄occupatio
dicitur, cū aliquid nos reticere dicimus & tñ tacitum intelli-
git. Quod fit vel cū rē notā eſſe putamus auditoribus, vel
cum ſuſpitionem maiorem excitare reticendo volumus.

¶ Paropaniſades regio Aſię q̄ ſicut refert Ptol. ab oriente p-
te Indię ab occaſu Arabia termiat, a Meridie Arachoſia.

¶ Paraſtades lapides q vtrūq; oſtij latus muniunt. Vitru.
quoq; paraſtadas in mentione templorum vocat antas.

¶ Paraſtaſis latine aſſiſtentia, affirmatio, p teſtes approbatio

¶ Paraſynthetes decompoſitus.

*Parathęſis dicitur appoſitio. Cc.

*Paratrimma latine interrigo cum fœmina aduruntur.

¶ Parazonium genus gladij qui ad zonam accingi ſolitus ē
ἀπὸ τοῦ παρὰ καὶ τὴ ζώνης, quaſi ad zonam pendens

¶ Paręnericus a, um, idem q̄ p̄ceptiuus ſiue admonitiuus, a
verbo græco παραινέω qđ ſignificat p̄cipio & admoneo, πα
ραίνεσις p̄ceptio, ſiue admonitio. Acron. Horatianus iterp̄s
Hæc ode paręnerice ſcripta ē, pro eo qđ eſt p̄ceptiue ſiue mo
nitorie, ſicut ab eodē dī. Hęc Erotice dicta eſt, pro amatorie.

δ Paręneſis pe. cor. pręceptio, ſiue admonitio. Hinc Acron.
Horatianus interpres, hęc ode paręnetice ſcripta eſt pro eo, q̄
eſt præceptiue, ſiue monitorie, ſicut ab eodem dicitur. Hæc
herotice dicta eſt pro amatorię.

¶ Parmenides Æleata philoſophus ξenophanis auditor atq;
amicus, cenſuit ſempiternum atq; immobile eſſe vniuerſum
quod eſt ens ſecundum veritatem rerum, ſolū enim eſſe ſim-
plex & intrepidum atq; ingenitum, generationem vero eo-
rum eſſe quæ falſa exiſtimatione videntur eſſe cum nō ſint,
nam ſenſus ſemouendos a veritate putat. Affirmat enim ſi
quid eſt p̄terens id eſſe non ens. Non ens aīt non eſſe in reb⁹,
& ſic ens viuentum ſibi relinquitur, terram vero denſioris ae
ris defluxu factam arbitratur.

¶ Paronomaſia latine agnominatio cum aliquod nomen ex
alio in ſignificatione diſtante conficitur. Terent. Iam in cœ-
ptio eſt non amantium ſed amentium.

¶ Parochus pe. cor. auſpex ſiue paranymph⁹ q̄ ante vehicu
la eat, q̄ græce ἅρματα dicuntur. Quidam parochum in-
terpretantur præbitorem παρέχω prębeo. Huius officiū erat
magiſtratibus prębenda conducere. Vel parochi magiſtra-
tus erāt quibus cura erat vt ligna & ſal legatis publice miſſis
præberentur. Hor. ꝓxima Cāpario ponti quę villula tectum
prębuit & parochi quę debent ligna ſalemq;.

¶ Parochię eccleſię dicuntur, q̄ ſuis parochianis victum cœle
ſtem exhibent. Hiero. contra Vigil. Qui parochias ſuas vici-
nia iſtius ſcribunt eſſe maculatas. Et alibi. Miror ſanctum epi
ſcopum, i cui⁹ parochia eſſe p̄ſbiter dī, acquieſcere furori ei⁹.

*Parodos tranſitus. Cc.

*Paropotamia regio eſt Tygri proxima. Cc.

¶ Paroecia cum œ diph. dici poteſt incolatus. Nam para iux-
ta οἶκος domus, vbi. ſ. ſunt domus contiguę. Auguſti. li.
xiiij. ciui. dei, preſbyter fuit quidam nomine Reſtitutus in pa
roecia Calamenſis eccleſię.

δ Paromologia dici poteſt confeſſio. Figura, quum aliquot
res concedimus aduerſario deinde inferimus aliquid quod
aut maius ſit q̄ ſuperiora, aut ēt oīa, q̄ poſuimus infirment.

δ Parode pen. prod. latine dicitur ad cantum παρὰ enim ad
ᾠδήν cantum ſignificat.

δ Paroemia παροιμία, latine prouerbium.

¶ Parergon dicitur quod alicui rei præter propoſitum addi-
tur, vt ſi pictor alicuius ſancti imaginem pingens ornandæ
tabellæ gratia arbuſculas & auiculas & huiuſmodi addiderit
Plin. Prothogenes cum Athenis celeberrimo loco Mineruæ
delubro ꝓpyleum pingeret adiecit paruulas naues longas
in his quę pictores parerga appellant.

¶ Parectatus qui de pueritia venit ad pubertatem. Lucil. li.
x. Tum ephebum quem vocant parectatum.

¶ Pareſis idem quod paralis, a defectu virium dicta.

¶ Parentheſis interpoſitio ex παρὰ & ἐν quæ duo ſignificāt
inter θέσις poſitio. Figura quoties rē remota de medio ſenten-
tia integer ſermo perdurat.

*Parethonium coloris genus a loco Ægypti ita vocatum,
hoc ſpumam maris eſſe exiſtimant cū limo ſolidatam, q̄ pro-
pter minutę conchulę plęrunq; in eo inueniuntur. Cc.

¶ Paronychia ab ſceſſus circa radices vnguium. Plin. li. xxiij.
Gingiuarū inflationibus paronychijs ſordidiſq; hulceribus
& putreſcentibus deriuatio eſt manifeſta. Dicta paronychia
a παρὰ ad ὄνυξ vnguis quaſi ad vnguem.

¶ Paronymon nomen ab alio deriuatum.

¶ Parcę quia nemini parcant, ac ideo tres eſſe parcas arbitran
tur, quoniam tria ſunt tempora in quibus omnia inuoluunt
Lacheſin dictam eſſe, quia λαγχάνω græce ſortior deſignat
Atropon quia reuerti non poſſint. Clothon, quoniam con-
torta & coordinata omnia tentat. Hæc enim nomina ipſa li
gua græca oſtendit.

*parcę dicuntur deterię. i. atrę & macilentæ. Cc.

¶ paropſis idis, pen o generis fœminini ex παρὰ & ὀψον id eſt
ad cibum, proprie genus iuris, ſecundum Iul. pollucem. Q̄
quam & pro repoſitorio opſoniorum, quod catinum dicūt,
apud idoneos legatur. Mart. Cui portat gaudens ancilla pa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ropſide rubra Halecem. Suet. in Cal. Ordinario quidem diſpenſatori breuiarium rationum offerenti paropſidem legu minis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe.

¶ Parotides apoſtemata ſecus aures. Nam collectiones fiũt in glandulis. Dicuntur & parotides vt inquit Celſus arteriæ duæ in dextra ſiniſtraq; iuxta guttur q̃ ſurſum procedentes vltra aures feruntur. Quin & ipſi auriũ cincinni apud Iuliũ pol. vocãtur parotides. Itemq; partes his ſubiectæ quæ a fau cibus ad malas pertinent, para enim ad, ota aures dicuntur. Solẽt ẽt iuxtadẽtes i gingiuis oriri dolentia, quas græci paro tidas appellant, quarum remedia ſcribit Celſus.

¶ Paradontides ſiue parulides tubercula iuxta gingiuas cũ caro in gingiua excreuit.

¶ Paroxyſmus ſtimulatio concitatio, παροξυσμὸς ẽ ciere

¶ Paratragœdio as. i. exaggero, ac verborũ magnitudinẽ, aliquid augeo. Plaut. Illic hõ eſt vt paratragœdiat carnifex.

¶ Parrhaſia regio in Peloponneſo dicta archadia Lycaonis patria. Vnde parrhaſius a, um, pro Arcadico. Verg. parrhaſio dictum panos de more Lycei. In ea eſt mons Lycæus, in quo bicornis Fauni templum fuerat, a quo Lyceа ludicra illi ſacrata nobis Lupercalia dicta. Vnde Oui. libro ſecũdo faſt. Quis vetat Arcadico dictos a monte lupercos. Faunus in Arcadia templa Lyceus habet.

¶ Parrhaſius nomen pictoris Epheſij, qui cum Zeuſide in certamen picturæ deſcendit. Hic primus Symmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venuſtatẽ oris expreſſit Et cum Zeuſis detuliſſet vuas pictas tãto ſucceſſu, vt in ſcænam aues aduolarent, ipſe detulit linteum aut bus pictum.

¶ Parco is, peperci vel parſi, parſum. Vnde parſurus, ꝓprie ſignificat abſtineo, quaſi parũ tango. Hic parcere pro veniã dare. i. ab vltione abſtinere. Liui. lib. xxv. Nec dum eos Capuæ parſuros. Ver. Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Aliquando pro prohibere, vt parcite oues nimiũ procedere Aliquando deponere, quia ab his quę deponimus abſtinemus. Ver. Parce metu cytherea, manent immmota tuorum Fata tibi. Aliquando pro ſeruare, quia ſimiliter ab eis abſtinemus. Idẽ li. x. Argẽtiq; auri memoras q̃ multa talẽta Natis parce tuis. Aliquando ꝓ deſinere, nã & deſinere abſtinere eſt, vt parce pias ſcelerare manus. Sic parcere errori dicim⁹ abſtinere a caſtigatione erroris, ſiue parum caſtigare errorẽ Parcere pecunię abſtinere ab expendenda pecunia ſiue parũ expendere pecuniam. Varro. Parſurus pecunijs bene partis. Parcere famæ, abſtinere a fama, non laudare. Auguſti. lib. ij. ciui. dei. Nimis ſuperbum ſit famę parcere principum ciuitatis, vbi ſuæ famæ parci numina noluerunt, parcere labori, abſtinere a labore, ſiue parum laborare, & eodem modo de ſimilibus. Huius verbi compoſita ſunt. Comparco eiuſdem cum ſimplici ſignificationis. Terent. Suum defraudans geniũ cõparſit miſer. Reparco iterum parco. Plaut. in Trucu. Vtinam reiterum parſiſſem meę, vt nunc reparcis.

¶ Parcus qui frugi eſt & ſumptibus parcit. Gel. libro. iij. Neq; ab arca, neq; ab arcendo, ſed ab eo ꝙ paruum & parum denominatur. Hinc parcitas pro frugalitate. Huius compoſitum eſt p̃parcus valde parcus. Plin. lib. xi. Aliquando & ipſę contrahunt mortis ſibi cauſas cum ſenſere eximi mella auide vorantes, cætero præparcę, & quę alioqui prodigas atq; edaces non ſecus ac pigras & ignauas perturbent. Similiter deparcus nimium parcus ac tenax, cui opponitur profuſus ac magnificus. Apuleius. At non contraria acculaſtus vnum ſeruum, vt deparci tris libertos vt profuſi.

¶ Parcę dictæ ſunt a parco, per contrarium, ꝙ nemini pcant. Var. a partu vnius literę mutatione deduci putat, quoniam vt ſcribit Heſiodus hę naſcentibus hominibus bonum malũ q; conferre conſentiãtur. Iuue. Hęc exempla para fœlicibus, at mea. Clotho Et lacheſis gaudent ſi paſcitur inguine venter tres aũt fuiſſe ꝙas Clotho, ſcilicet Lacheſin, & Atropõ finxe runt antiqui, quas Cicero Erebi & noctis filias fuiſſe ſcribit, & eaſdem fata eſſe exiſtimant. Vnde eſt illud Cleantis. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Fingunt vitę hominum pręeſſe & nendo eam ducere. Quapropter Lanificas ſorores appellat Mart. Si mihi lanificę ducunt non pulla ſorores Stamina nec ſurdos vox habet iſta deos. Apul. Tres parcæ tria fata ſunt numero, cum ratione temporis facientia ſi poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinem temporis referas. Nam quod in fuſo perfectum eſt præteriti temporis habet ſpeciem. Et quod torquetur in digitis momenti præſentis indicat ſpatia. Et quod nondum ex colo tractum eſt, ſubactũq; curę digitorum, futuri & conſequentis ſęculi poſteriora videtur oſtendere.

¶ Parſimonia moderatio ſumptuum & parcitas. Hoc eſt cõſeruatio rerum, quæ ſic diffinitur a philoſophis. Parſimonia eſt qua cauemus, ne quod diſpendium vltra modum fiat, & res familiaris quoad fieri poteſt ſine cuiuſquam iniuria conſeruetur. Fit autem a pręterito paſſi quod conſeruaui ſiue abſtinui ſignificat. Nam alterum p̃teritum peperci potius accipitur ꝓ veniam dedi, q̃uis aliquando confundantur.

♁ Pardalus pe. cor. auicula, quę magna ex parte gregatim volat colore cinereo.

¶ Pardus animal eſt, cuius fœmina pardalis dicitur. Vnde & Leopardus.

✳ Pardalianches aconiti genus, ſic dictum ꝙ carnes eo tactę guſtatu pantheras necant. Cc.

✳ Pardalium dicitur vnguentum quod pardalis odorẽ redat, quę ſola ex animantibus odorem reddit, & latine pãthera dicitur. Cc.

✳ Pardalij lapilli ſunt fului coloris a pantheræ colore. Cc.

♁ Parefcitacini, populi mõtani, & latrones pſis contermini.

¶ Pario is, peperi partũ pe. prod. a quarta cõiugatione A tertia vero pe. cor. Sta. Hoſti veniat paritura marito. Ænni. Oua parire ſolet genus pennis condecoratum. Eſt autem parere fœtum emittere, quod proprie ad fœminas pertinet, licet ẽt q̃q; de viris dicatur. Cęcili. Hic vicinus noſtri peperiſſe ſe filium memorat. i. genuiſſe. Per tranſlationem de his dicitur interdum qui non concipiunt, pro acquirere ſeu comparare. Et ſic conſtruitur ſicut emo. Col. lib. x. Sequitur vt ex anima deſideremus, ea porro vel ęre parta vel gratuita contingunt. Verg. Ite ait egregias animas quę ſanguine nobis Hanc patriam peperere ſuo. Hui⁹ cõpoſita ſunt, Apio, a quo adaperior, Cõperio, Operio, a quo cooperio, & Reperio.

¶ Parturio is, pe. cor. a pario vel a partu fieri videtur, quod ẽ in pariendo laboro, ſeu laboro vt pariã. Pli. vtiq; conſtat parturientes foliis ſubſtractis celerius parere. Varro. In cubilib⁹ cũ parturient, acus ſubſternendum cum peperint tollere ſub ſtramen. Cic. Vtinã aliqñ dolor populi Romani pariat quod iam diu parturijt. Amb. de Cain. Hos partus anima noſtra p turiat, nec ſolum parturiat, ſed etiam pariat. Ponitur tamen quandoq; pro primitiuo. Hiero. contra Ruf. Putaſne eiuſdẽ meriti eos qui parturiuntur & qui parturit.

¶ Partus a, um, participium a pario. Apul. Partamq; a patre multo tempore & multo labore pecuniam vno die conſumpſit. Partus nomen pro ipſo parien di actu. Plin. Quod a prągnantibus commanducatum partum faciliorem facit. Aliquando accipitur pro prole. Mart. Nec iacuit partus, ſed matre cadente cucurrit.

¶ Partura idem quod genitura. Var. lib. ij. de re ruſt. Quare demus ſi vis duas res de multis ad miſſuram & parituram.

¶ Partio onis idem quod partus. Plaut. in Tru. Horreſco miſera mentio quoties fit partionis.

¶ Parens a pario fit, quo nomine non modo pater & mater ſed auus & proauus, auia & proauia, & oẽs ſuperiores vſq; ad tritauos ſignificãtur, vltra hos qui non habẽt ſpeciale nomẽ maiores appellantur. Caius ſcribit appellatione parentũ omnes in infinitum maiores vtriuſq; ſexus ſignificari. Auctor ẽ Hiero. in ſecunda contra Ruffi. apologia, parentes etiam ſignificare affines & cognatos iuxta vernaculum ſermonem Lamp. de Alexandro ſeuero ſic ſcribit. Amicos & parentes Alexãder ſi malos reperit aut puniuit, aut ſi ver⁹ vel amici-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tia vel neceſſitudo non ſinit punire dimiſit a ſe dicēs. His charior eſt mihi reſpu. Iul. Capitoli. de M. Antonio refert, q̄ adopratus in aulicā domum omnibus parentibus ſuis tantam reuerentiam quantam priuatus exhibuit. Hinc.

¶ Parentela ab eodem vſurpatur, cum dicit. Cauſa eloquentiæ dignum parentela ſua putauit.

¶ Parento as, ſignifi. parentib⁹ iuſta celebro. Licet etiam ad alios transferatur. Pli. li. xviij. Q̄m mortuorum animę ſunt in ea ſcilicet faba, qua de cauſa parētando vtiq; aſſumitur. Sumitur etiam interdum parentare pro ſimilem eſſe.

¶ Parentalia conuiuia quę in parentum aut propinquorum mortibus fieri conſueuerunt. Horum Æneas inuentor fuit. Hiero. in Hiere. prophetam li. iij. Mos ē in gētibus ferre cibos & p̄parare cōuiuiū, q̄ a græcis & a noſtris vulgo appellatur parentalia, eo q̄ parentibus iam defunctis iſta celebrabātur. Vel dicta ſunt parentalia, q̄ ita paterent mortuis qui ita viuentes iuſſerant facere, vel q̄ filij parētibus hoc p̄ſtarent.

¶ Pareo es, parui, paritum V̄ pariturus, ſigni. video r. & a pario, vt aliqui putāt, deductū, q̄m partus poſt q̄ extra vterum eſt videtur. Ver. Cui pecudū fibrę cœli cui ſydera parēt .i. a quo fibrę & ſydera cernūtur. V̄ & compoſita Appareo vt Apparent rari nātes in gurgite vaſto. Compareo coram aliquo pareo vt puer nō cōparet & ego quo ibo? Diſpareo a conſpectu recedo. Tranſpareo p̄ aliquod corpus lucidum video r. Interdū parere eſt obedire. Ver. paret amor dictis charę genitricis. Iuſti. li. i. Vix̄ patienter vni viro nedum fœmine parituris. Et habet penultimam productam.

¶ Paro, as, acquiro. Et ſicut emo capi poteſt licet in eo pretium expreſſum non inuēniatur ita apertum, vt in eius compoſito comparo, ſed quaſi pretium. Terent. in Eu. Cupio alicui quot parare amicos beneficio meo. Curt. Quid tibi diuitijs opus eſt te eſurire cogunt? primus omnium ſatietate paraſti famem, vt quo plura haberes acrius q̄ ſi non haberes cuperes. Huius compoſita ſunt. Apparo, Comparo, Reparo, Separo, Diſparo, quod eſt ſeparo, Æquiparo, propero, & ſupero. Quę habent pe. cor.

¶ Parabilis & hoc parabile, qđ̄ in promptu eſt & cito haberi p̄ōt. Seneca. Ad manum eſt & parabile quod ſat eſt, qui ad naturam viuit, nunq̄ eſt pauper. Cice. lib. v. Tuſ. Diuitias (inquit) naturæ parabiles eſſe.

¶ Paro nauis genus, ad cuius ſimilitudinē Myoparo dicitur *Pariedrus confractus maris a læua Tauri montis. Cc.

¶ Paries etis. pe. cor. de priuatis dicitur, vt paries domorum Murus tam de publicis q̄ de priuatis dicitur.

¶ Paretinæ pe. pro. muri veteres ac ſemiconſumpti. Pli. Aſtericum hærba eſt naſens in tegulis parietiniſq; folio ſimilis oxymo. Aug. Parietinæ dicuntur quas vulgo dicimus ruinas, vbi parietes ſtant ſine tecto ſine habitantibus.

¶ Parietaria hęrba a parietibus, in quibus naſcitur, dicta vulgo victriolum. Dicitur perdicium quoniam perdices ea veſcantur.

¶ Paros inſula eſt, quę a Delo. xxxv. milibus diſtat, ex qua parius lapis marmoreus. Hanc primo Plateam, poſtea Minoida vocitarunt. In ea eſt oppidum etiam Paros vocitatum, Pharos vero cum h. eſt alia inſula, de qua infra.

¶ Parius lapis candidus, e quo multa ſigna fiunt. Et eſt in Paro inſula vna ex Cycladibus. Ver. Niueamq; paron.

¶ Parium ciuitas Aſiæ in regione Myſię. Ex qua fuit Neoptolemus cognomēto Gloſſographus vir memoratu dignus.

¶ Parma breue ſcutum, quo pedites vtebantur, q̄ e medio ī omnes partes eſſet par, vt inquit Var. Verg. libro. xi. Enſe leuis nudo parmaq; inglorius alba. Hoc ſcutum græci, auctore Plin. vocant pelcam. Huius diminuti. eſt parmula. Hora. Senſi relicta non bene parmula. Parma etiam nomen fluuij, a quo vrbs inter Placentiam & Cremonem ſita Parma appellata eſt. Hæc patria fuit Caſſij poetæ & Macrobij viri ingenio & doctrina præſtantis.

ȝ Parmula. Vide in dictione Parma.

¶ Parmularius gladiator, qui parmula vtebatur. Itemq; fautor & locator eius generis. Porro parmularij etiam Thraces ſiue Threces appellabantur Feſt. Threces inquit gladiatores a ſimilitudine parmularum Thraciarum vocati.

*Parnacidas veſtes appellabant puellares. Cat. Vt puellæ habent potius in veſtitu chlamydas encimibomata & parnacidas q̄ togas. Cc.

¶ Parnaſus pe. pro. mons in Phocyde, vt ſcribit Plinius & Stra. lib. ix. Et Herodo. Melaq; confirmant. Qui mons duos vertices habet, quorum vnum Thitorea, alterum Hyampeum Herodotus in Vrania tradit Non autem Cytheronem & Heliconem, vt Ser. putauit, ſeu vt alij volunt cyrrham aut Cyrphim, ſeu Nyſam, q̄ cythera aut Helicon in Bœotia mōtes diſſuncti ſunt, ita vt Helicon procul ſit a Parnaſo circiter quindecim paſſuum milia. Cytheron vero. xxx. Eſt autem ſicut docet Stra. Helicon Parnaſo æmulus & altitudine & circuitu. Et muſis natale in nemore Helicone ſcriptores aſſignāt Cyrrha vero & Nyſa ſunt nomina ciuitatum. Cyrrha ſub Cyrphin rupem parnaſi in radicibus montis in planicie mare verſus locata eſt Nyſa vero non in parnaſo, ſed in fœlici Arabia ſita eſt, in qua cum Bacchus nutritus eſſet in eius memoriam ipſe poſtea aliam in India condidit. Eſt igitur parnaſus phocydis ſacer Baccho & Apollini. Quid. Separat aonios acteis phocys ab aruis. Terra ferax. Mox addit. Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus Nomine Parnaſus, ſuperatq; cacumine nubes. Luc. Carmine parnaſus gemino petit æthera colle. In hoc mōte rupes vel maieſtate numinis vel ſitu ipſo horrorem viſentibus facit, vndiq; fere prēces in formam theatri. Hic eſt Apollinis Delphici templum, hic fons Caſtalius muſis ſacer. Hic habitauere Pieres natio Thracia, vnde Pierius mons & Pierides muſę. Sub parnaſo habitauerunt Hiantes populi. Vnde aquę parnaſi fontis Hiantida dicuntur. Hinc fontes Atticam verſus Hippocrene & Aganippe. A parnaſus fit parnaſius a, um. Verg. Nec tantum Phœbo gaudet parnaſia rupes.

¶ ~~Parricida pe. pro. a pari vel a patre deduci poteſt.~~ Si a pari r. Euphoniæ cauſa additur. Si a patre t in r conuertitur. Ideo per duplex rr, ſcribitur. Quibuſdam tamen a parente compoſitum videtur, & pro parenticida per ſyncopam commutatione t in r. Nam parricidę dicuntur parentum interfectores & patrię proditores, quia patria parens vniuſcuiuſcunq; eſt. Lege pompeia de parricidijs cauetur vt is parricidijs teneat, non ſolum qui patrem & matrem interfecerit, ſed qui fratrē, ſororem, patruelem, matruelem, filium, filiam, neporem, nurum, aliosq; propinquos occiderit. Ponitur & pro alio quocūq; qui qualecunq; hominem occiderit. Vnde extat lex Numę Pompilij. Si quis liberum hominem mortifciens duit, parricida eſto. Et ſic a pari fit compoſitum. Hinc parici appellabantur quæſtores qui cauſa capitalium rerum quærendarū creari ſolebant. Sunt tamen qui inter parricidium diſtinguāt quod patricidium ſit patris interfectio. Vnde & marricidiū quo mater interficitur, ſic patricida & marricida, patricidiū vero cognati, vel ciuis, vel alicuius alij occiſio, vel contra patriam machinatio. Cic. lib. iij. offi. poteſt enim dij immortales cuiq̄ eſſe vtile fœdiſſimum & teterrimum parricidium patrię q̄namuis is qui ſe eo obſtrinxerit ab oppreſſis ciuibus parēs nominetur? Plautus tamen parenticidam appellat qui patrē interfecerit. Græci patroctonum ἀνὴρ τῶν πατρὸς ἐργων quę illic venari conſueuerant.

*Pathenis hęrba eſt alias artemiſia dicta a Mauſoli vxore, cum prius parthenis vocaretur.

*Parthenius virgineus dicitur. Quo nomine dictus eſt mōs Archadiæ, a virginibus quæ in ea Veneri frequenter ſacra facere ſolebant. Eſt & parthenius fluuius paphlagonum. Et parthenium hęrba Mineruæ dicata quæ παρθενιον id eſt virgo dicitur. Cc.

*Parthenopeus etiam viri eſt proprium, filius enim fuit ſecundum nonnullos Meleagri & Atalantæ. Nonnulli perhibent illum Martis & menalippes fuiſſe filium, periſſe in bello Thebano. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Parthenope vna fuit Sirenū quę p̄ dolore q̄ p̄tereuntem Vlyſſem cum ſocijs cantu non deceperint in mare ſe p̄cipita uerunt. Vna hęc in eū delata eſt locum, vbi poſtea condita fuit Neapolis p̄clara vrbs Cāpanię, parthenos enim virgo latine dicitur. Ab hac igitur ſirene Neapolis eſt appellata a virgine parthenope. Et licet quidam dicant neapolim dictā q̄ Auguſtus eam inſtauraverit, tñ legitur apud Lycophronē Neapolis añ Auguſti tēpora, qui tēpore Ptolomæi phila delphi claruit, & neapolitanos ſingulis annis ad tumulum p thenopes faces tuliſſe. Hāc Cumani a parentibus digreſſi cō didiſſe prodūtur, qui cū in eo loco partheropes corpus ī veteri monumento cōditū reperiſſent nomen eius vrbi indidere. Sed poſtq̄ loci vbertate atq; amœnitate maiorem in modum frequentari ciuitas cœpit veritine Cumæ deſererentur diruendi parthenopem conſilium iniuere. Quo facto mox īmani peſtilentia vexati oraculo moniti ſunt, vt vrbem reſtituerent. Itaq; ſubito inſtauratam Neapolim, hoc eſt nouam vrbem vocauere. Hinc parthenopeius, a, um.

¶Parthia regio Aſſyriæ, a qua parthi. Hi lingua ſcythica exules dicuntur, ſicut refert Iuſti. lib. xli. docens ab exulibus ſcytharum, parthorum imperium fuiſſe deductum, quorum regna duodeuiginti fuiſſe teſtis eſt Pli. li. vi Hæc regio ab ortu habet Arios a meridie Carmaniam, ab occaſu Medos, a ſeptentrione Hyrcanos.

¶Pars a pari, q̄ partes ſimul iunctę pares. i. æquales ſint toti. Vel dicitur a pario q̄ pars a toto deducta, & quaſi parta ſit. poteſt etiam dici a parum q̄ pars ſit quid parum reſpectu totius. Dicuntur vero partes, in quas diuiditur totū. Q̄ñq; tñ partes p̄ officio poni conſuetū eſt. Et dicimus meæ partes ſunt, & mearum partium eſt, hoc eſt meum officium eſt. Hīc fit compoſitum expers quod eſt ſine parte.

¶Particula diminutiuum parua pars, a quo particulare q.p ad partem ſpectat.

¶Particulariter & particulatim aduerbia ſigni. membratim & per partes Cic. lib. i. ad Heren. Si ſummatim non particulatim narrabimus.

¶Particulones dicuntur cohæredes & qui partem patrimonij ſumunt.

¶Partim aduerbium ſignificat q̄ñq; ex p̄te, vt partim ſubtiuit crimen, partim confeſſus eſt. Aliq̄ñ idem eſt quod pars vt partim hominū venerunt, i. pars hominum venit.

¶Particeps qui partem capit. Dicimuſq; particeps ſum laborum tuorum, & particeps ſum tibi in laboribus. Curtius. Q̄ fuiſſet illi in periculis particeps.

¶Participo as, partem tribuo. Hier. Tunc erit eius fructus cū ei Chriſtus dominus cęlorum regna participauerit.

¶Participiū pars orationis dr̄ q̄ partē capiat noīs p̄temque verbi, participia iuncta cum verbis infinitis ſeruant vim participiorū. Hinc participalia nomina dicta ſunt gerundiua q̄ licet non ſint participia, ſim ilia tñ p̄ticipijs ſunt. Nam & caſus & gña & tēpora & ſignificationes habent more participiorū & poſt ſe caſus regunt non ante, q̄uis legatur. Inconuertēdo dominus captiuitatem Sion. i. dum conuerteret dominus, vel conuertente dño captiuitatē, ſed nō eſt vſurpanda talis locutio. Differunt aūt gerūdiua a participijs, q̄ ipſa rei administrationē ſignificant ſine tpe, vt tenet me occupatio iuriſdicendi gerundiuum eſt, nec tps ſignificat futurum, ſed rei administrationē in iure dicendo. Illa vero tempus ſine rei administratione, vt tenet me cura dotis numerandæ participium eſt futuri ſignificatum ſine rei adminiſtratione, p̄terea gerundiua duplicem ſignificationem habent participia vnam tantum. Sed ſciendum q̄ gerundiua quę ſociata ſunt ſubſtātiuis paſſiue accipiuntur, diſiuncta vero modo actiue mō paſſiue, ſed paſſiue cum ſine p̄poſitione & ſine genere in ablatiuo & quaſi abſolute ponuntur. Quint. Sed memoria excolēdo, ſicut omnia alia augetur. i. dum excolitur. Verg. Alitur vitium creſcitq; tegendo. Idem. Ægreſcitq; medendo. Et Veritq; videndo Fœmina, hoc eſt cum tegitur vitium, cum curatur æger, cum videtur fœmina. Sal. cum accuſatiuo mediā te ad. Pauca ſupra repetam quo ad cognoſcendum oīa illuſtria magis magiſq; in aperto ſint. i. vt cognoſcantur. Iunguntur & gerūdiua cum plurali numero ſingulari voce. Pli. Cum illorum videndo gratia me in forū cōtuliſſem. Aliq̄ñ p̄ticipiū ſumit pro participatione. Hiero. in expo. can. Conſidera ne forte poſſit & illud corpus quod aſſumpſit Ieſus cōmune ei cū ſponſa cubile noīari, q̄m quidē videtur p ipſum eccleſia Chriſto eſſe ſociata, & participium verbi dei capere potuiſſe, ſecundū q̄ mediator dei & hominū dicitur. Sic etiā ſolet dici, cauenda eſſe fœmine participia quo ſignificatur fugiendum eſſe fœmine conſortium.

ŏPartū ꝑprie dr̄ labore acquiſitum, quia nullus ꝑtus ſine labore & dolore. Fit autem a pario is, Cice. Male p̄ta, male dilabuntur. Plaut. in pœ. Male p̄tū male diſperit.

¶Partior partiris & partio partis, partiui partitum. futuro partiā & partibo, partiar & partibor. Plau. ī Aſi. Hanc quam nactus ſum p̄dam cum illis partiam. Hiero. in ps. Lætabor & partibor ſicimam. Eſt aūt partiri partes facere & q̄ſi diſtribuere. Verg. Socios partitur in oēs. Sal. prouincias inter ſe p̄tiuerant. Ab his fiunt compoſita, Impertio actiuū. Imptior tā paſſiuū q̄ deponens a, in e, mutata ſicut fit in expers. Et ſignificat impendere vel partē dare & participem facere. Cic. Huic rei aliquid tēporis īpertias. Amb. Poſteaq̄ apoſtoli ad euangelizandum regnū dei ſunt deſtinati, gr̄æ cęleſtis īperti tur alimētū. Idem. Vtinam domine Ieſu velis mecum iſtos non ieiunos dimittere, ſed impertitis abs te epulis reficias eos vt poſſint tuis alimonijs fortiores infirmitatem ieiunij non timere. Cic. Atq; etiam viro forti collegę meo laus impertitur. Dicimus autem impertio nemini laudem mei laboris, ſicut & impertio neminem laude mei laboris, ſicut fit in dono. Terent. plurima ſalute Parmenonem ſuum imperit gnato. Diſperſio vel diſpertior varie partio. Plautus in Aul. Hercle iniuria diſpertiuiſti, pinguiorem iſti agnū habēt. Noni. Vt pariter diſpertiantur bona patris. Bipertior. Tripertior. Quadripertior. Quinquepertior. a quibus bipertita, tripertita, & huiuſmodi.

¶Partiarius colonus ſiue alius quis cum quo aliquid cōmune habemus & partimur. Cato. Vineam curandam partiarius bene curet, fundum arbuſtum agrum frumentariū partiario fœnum pabulum quod bobus ſatis ſiet, quę illic ſciat cętera omnia pro indiuiſo. Idem. Calcem partiario coquendam qui dant calcarius perficit & coquit.

¶Parulis idis, tuberculū iuxta dentes in gingiuis naſcens.

ŏPararius, idem quod proxeneta, nomen latinum. Sene. lib. iij. de benefici. Quidam volunt nomina ſecum fieri, neq; iterponi pararios.

¶Parum aduerbium ſignificat modicum, a quo paululum pauxillum, & pauxillulum diminutiua.

¶Parumper paruo tempore quaſi perparum, hoc eſt valde parum, ſed præpoſtere. Plautus. Expecta hic parumper. Interdum ſignificat paulatim. Vergilius. pulſuſq; parumper Corde dolor.

¶Paruus a, um, quod non eſt magnum. Cuius diminutiuū eſt paruulus. Hinc etiam paucus, a quo diminutiua Pauculus & pauxillus.

*Paſalli odores vocari poſſunt quos olere conſueuimus. Item ij quos in pilas reductos manibus geſtare ſolemus præſertim peſtilentiæ tempore. Cc.

ŏParmeno apud comicos nomen viri, quaſi deſes a para & meno maneo.

¶Paſceol⁹ vt īquit Var. ſacculus ē ex aluta factus. Plaut. in rud. p̄terea centum denaria philippea ī paſceolo ſeorſum.

¶Paſcha æ, & paſha atis. Auſo. Nos etenim primus ſanctum poſt paſcha diebus Quod plane nomen Hebręum eſſe, ac tranſitum ſignare docet Hierony. ſic inquiens, paſcha quod hebraice dicitur phaſe non a paſſione, vt plęriq; arbitrantur, ſed a tranſitu noīatur, eo q̄ exterminator videſ ſanguinē in foribus Iſraelitarū p̄tranſierit nec p̄cuſſerit eos. Auguſt. A diligentioribus & a doctioribꝰ inuentū eſt, quia pa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſcha hębręum verbum eſt & nō interpretat̄ paſſionē, ſed trā ſitum, per paſſionē enim Chriſtus tranſiuit a morte ad vitam & fecit nobis viam credentibus in reſurrectione eius vt tranſeamus & nos de morte ad vitam. Sic enim ipſe dominus ait. Qui credit in me tranſit a morte ad vitam.

*Qui paſchatis in genitiuo fingit cum recentioribus errorē ſuum manifeſtat. Quū nullū nomen tertiæ declinationis in a inuenit q̄d non ſit gręcū, & gręca formatione in ma terminatur, quia a prima perſona πασχω μένου πασθητικὸν. Cc.

¶ Paſchalis & hoc paſchale quod ad paſcha pertinet, vt paſchalis dies, & paſchale ſacramētum. paſcales vero oues, quaſi paſcuales dicūtur.

¶ Paſco is. paui paſtum. i. comedo, & quandoq; abſolute ponitur. Vergi. paſcentes ſeruabit Tityrus hœdos. Quandoq; conſtruitur cum accuſatiuo, vt florem depaſta ſalicti. In hac ſignificatione etiam ſumitur paſcor deponens. Verg. Paſcūtur vero ſyluas, & ſumma Lyceī, Horrenteſq; rubos & amātes ardua dumos. Dicimus etiam paſcor equum per hærbā vt Cætera paſcuntur virides armenta per hærbas. Equus pa paſcitur hærba vt ſylua paſtus arundinea. Equus paſcitur in viridi pabulo. Vt paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca. Equus paſcitur diem & noctem, vt ſæpe diem noctemq; & tum ex ordine menſem paſcitur. Interdum paſcere eſt cibum alteri præbere, & quaſi cibo ſaginare. Et ſic dicimus Hęrba paſcit equum. & paſco equum hęrba. Ver. Veloces Spartæ catulos acremq; moloſſum paſce fero pingui. Vnde per translationem paſcere ponitur pro delectare. Idem atq; animum pictura paſcit inani. Et paſcere oculos, eſt viſu alicuius rei gratæ eos oblectare. Interdū pro fouere, alere. Idem. Qualem infœlix amiſit mantua campum, paſcentem niueos hęrbo ſo flumine cygnos. Interdum pro augeri & creſcere, vt & ſacrum tibi paſcere crinem. Huius compoſita ſunt Compaſco, Depaſco, paſcendo abſumo. Et depaſtus dicitur agrum bos, qui cibum ex agro ſumpſit. Hiero. In Exod. Si dimiſerit iumē tum ſuum vt depaſcatur aliena reſtituet. Idem Depaſtus ager paſſiue, hoc eſt paſcendo conſumptus. Diſpeſco, diuido & proprie pecus a paſtione deduco. Expaſco, Depaſco, perpaſco in totum paſco, ſatio. Impaſcor deponens intus paſco. Columel. libro. ij.

ō Paſcor deponens ſignat comedo. Verg. paſcūtur vero ſyluas. & ſūma lyceī horrēteſq; rubos, & amantes ardua dumos Dicimus etiam paſcor equum per hęrbam, vt cætera paſcuntur virides armenta per hęrbas, equus paſcit hęrba, vt Sylua paſtus arundinea, Equus paſcit in viridi pabulo, vt paſcit in magna ſylua formoſa iuuenca. Equus paſcitur diem noctēq; vt Sępe diem noctemq;, & totū ex ordine menſem paſcitur. Ab hoc fiūt, Depaſcor & impaſcor, quod eſt intus paſco. Col. lib. ij. Neq; ſuem velimus impaſci pratum, quoniā roſtro ſuffodiat & ceſpitet excitet.

¶ Paſcito as. pe. cor. frequentatiuū a paſco. Var. Nunc feras quę in ſylueſtribus locis paſcitāt, cicures quæ cultis.

¶ Paſcuum a quo plurale paſcua, in quibus pecudes paſcuntur, ſiue ager paſcuus ſit, ſiue pratum, ſiue mons aut collis. Colu. libro. viij. in eo rure quod paſcuo caret contineri poteſt exiguo & qualicunq; pabulo contentus. paſcua cenſorijs tabulis dicebantur omnia ex quibus populis redditus haberet, quia diu hoc veſtigal fuerat.

¶ Paſcua æ. idem quod paſcuum. Hierony. in Eſaia. Et erit in paſcuam bouis, & in conculcationem pecoris. Et in ps. Oues paſcue eius.

¶ Paſcuus a, um. Vnde Paul. Syluam paſcuam appellat, quę paſcuis pecudum deſtinata.

¶ Paſcales oues & gallinæ dicuntur q̄ paſſim paſcuntur, a paſco ſiue a paſcuis quaſi paſcuales. Luci. paſcali pecore ac montano hirco atq; ſoloce. Hiero. lib. i. Reg. Mulier illa habebat vitulum paſcalem in domo, & occidit eum.

¶ Paſilus & paſeolus legumina vulgo nota, quæ & phaſilus & phaſeolus dicuntur. Cc.

¶ Paſtus a, um. participium. qui cibum ſumpſit. paſtus us. cibum ſiue cibationem ſignificat Gelli. Alia luce orta auis in paſtum profecta eſt.

¶ Paſtio idem quod paſtus, q̄uis hoc magis ad brutorū alimenta pertinere videatur. Col. lib. i. porculatoris vero & ſubulci diuerſa profeſſio, diuerſæ paſtiones. Vnde etiā Varronis index de villaticis paſtionibus ad bruta pertinentibus.

¶ Paſtor q curā habet paſcendi, vt eſt apud Euang. paſtores erant in eadē regione cuſtodientes vigilias gregis.

¶ Paſtoralis & hoc paſtorale q̄d eſt paſtoris, vel quod ad paſtorem pertinet, vt paſtoralis cura, paſtorale officiū. Var. Tertio gradu a vita paſtorali ad agriculturā deſcenderūt.

¶ Paſtorius a, um. q̄d ad paſtorē pertinet. Var. li. ij. de re ruſ. An ea quę tria here dixiſti mihi de paſtoria re.

ō Paſtoricus a, um. idem eſt quod paſtoralis apud Augu. vt carmē paſtoricum lib. i. Academicorum.

¶ Paſtoritius a um. idē q̄d paſtorius. Idē lib. i. Cū hoīes paſtoritiam vitā agerēt, neq; ſcirent etiam arare terram.

¶ Paſtillus diminutiuum videtur a paſta, q̄uis fiat mutatio generis. Quidam a paſtu deriuant, vbi & genus ſeruat. Feſt. a pane. Eſt autem forma panis parui. Hora. in ſer. paſtillos rubellus oler. Gorgonius hircum. Et paſtilli ſunt qui illinuntur Vide in dictione Emplaſtrum.

¶ Paſtillum neutri generis, ſicut docet Feſtus fuit genus libi rotundi quo vtebatur in ſacris.

¶ Paſtinaca genus radicis virtutis calidę. Macer. Et paſtinacę virt⁹ in ſemīe tm̄. Itē paſtinaca genus piſcis, de quo Plinius.

¶ Paſtinū pe, cor. eſt vt Col. lib. iiij. refert ferramētū bifurcū q̄ ſemina pagunt. Palladi⁹ aliter accipit cū ait. paſtinū fieri nūc tps eſt. Mēſura paſtini hęc eſt in tabula quadrata iugeraliv cē teni octogeni pedes per ſingula latera dirigantur.

¶ Paſtinare eſt agrum fodere. Col. lib. iij. Tum in terram bene paſtinatam & ſtercoratam rectum ſarmētum defigito. Hui⁹ compoſitum eſt repaſtino as. Repaſtinari dicebāt veteres vineas q̄ refodiebantur. Hęc enī propria appellatio reſtibilis vineti erat, nunc antiquitatis imprudens cōſuetudo quicquid emoti ſoli vineis p̄paratur repaſtinatum vocat. Vnde quidam repaſtinari agrum dicunt, cuius natura fodienda mutatur. Pli. libr. xix. Præcipuus fit caulis ſapore ac magnitudine primū omniū ſi in repaſtinato ſeras. Hinc Repaſtinatio pro reuocatione quandoq; capitur. Vnde per translationem dicuntur libri Repaſtinationum.

¶ Paſtinatus us. ipſa paſtinatio. Colu. lib. iiij Neq; enim partū refert ſuſpenſiſſimum eſſe paſtinatum. Et ſi fieri poſſit veſtigio quoq; inuiolatum.

¶ Paſtomis idis. inſtrumētū ferreū ſiue ligneū q̄d ad cohibēdam equorū tenacia naribus vel moſui imponit Luci. Paſtomides huic de naribus ingentes pendent.

¶ Paſſer auis a patiēdo, eo q̄ morbū caducū patiātur paſſeres Quo etiā noīe ſignificant oēs aues. Vñ cū Ci. dixit oībus paſſerib⁹ inſitam a natura voluptatē, de oībus auibus intellexit Hodieq; aues ipſas in cōmune paſſeres vocant Hiſpaniarum vernaculi. Et paſſer nomē piſcis, & nomē loci. Mar. Nō mollis. Sinueſſa feruidiq; fluctus paſſeris aut ſuperbus anxur. A paſſer fit diminutiuū paſſerculus.

¶ Paſſer ſolitarius. auis aliquanto grandior paſſere, ac ſubnigrior, ſolus per domorū culmina incedens cantu ſuauis Paſſer marinus altera auis.

¶ Paſſio perturbatio affect⁹ & affectio, græce pathos dicitur A neotericis vero auctoribus eccleſiaſticis paſſio uſurpatur p animi vel corporis morbo. Sunt aūt quatuor p̄cipue paſſiones, q̄ a bonis gaudere, ſ. & cupere, ſeu ſperare Lætitia de p̄ſenti eſt ſpes de futuro bono, Duæ a malis dolere & timere, dolor de p̄ſenti, timor de futuro malo.

¶ Paſſiuus a ū. q̄d paſſionē denotat, vñ paſſiuæ qualitates dictæ ſunt nō q̄ patiantur aliq̄d, ſed q̄ faciāt paſſionē. Mel nāq; vt dulce ſit nō a dulcedine aliq̄d paſſum eſt, ſed dulcem guſtātibus efficit paſſionē. Paſſiuæ autem qualitates rectius dicūt albedo & nigredo, & eorū mędia. rubor & pallor. Hæc enī non niſi vel animę vel corporis paſſione naſcuntur, vt enim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nigreſcat aliquis corporis paſſione, vt erubeſcat vel palleſcat anime efficitur, quæ cum turpitudinis verecundiam ferre nequiuerit, quaſi ad obtentum ſui ſanguinis copiam ī exteriores partes corporis fundit eoq; fit vt pudore nimio rubeſcamus. Pallor quoq; ſimili animę paſſione conſiſtit cum perculſa metu nimio ad cordis vlteriora confugit, eamq; ſanguis inſequitur adeo vt deſertum ſanguine, quod eſt in conſpectu corp⁹ albeſcat. Hæ igitur qualitates ſi in corpore perſeuerent, quia ſecundum eas quales dicimur, ipſæ quoque qualitates paſſiuæ cenſentur. Si vero ad breue tempus extiterint, ita vt cito diſcedant, paſſiones eas potius nominamus. Eritque inter paſſiuas qualitates & paſſiones iſta diſcretio. ꝙ paſſiones ad tempus exortæ facile commutantur paſſiuæ vero qualitates ſecundum quas quales dicimur perpetuo perſeuerant.

ð Aliquando paſſiuum dicitur ꝙ eſt indiſcretum & confuſī nomen a paſſiuo deductum ſic paſſiua Venus paſſiua libido apud Firmicum vſurpatur pro publica, & cōmuni, & promiſcua. Et paſſiui amatores apud eundem qui paſſim, & indifferēter omnes fœminas amant.

¶ Paſſus a um, a patior. idem quod perpeſſus. Verg. O paſſi grauiora. Vnde vua paſſa quæ in ſiccando paſſa eſt ſolē. Pli. Quin & patientia nomē acinis datur paſſis, hinc & vino nomen datum quod paſſum vocatur.

¶ Paſſus a, um. a pateo idem eſt quod patens extenſus. Plau. In portum vento ſecūdo velo paſſo peruenit id eſt ocyſſimo curſu. paſſa vela dicimus expaſſa diſtenta explicata vento tumentia ac plena.

¶ Paſſus a, um. a pando idem eſt quod diductus, porrectus, diſperſus. Terent. in phor. Capillus paſſus, nudus pes. quod & expaſſum aliquando dicimus, & mutatione a. in e diſpeſſum. Plautus in Mi. Diſpeſſis manibus. Veteres enim paſſū dixiſſe non panſum & expaſſum non expanſum, Gellius. Seruiuſq; teſtantur. Dicit enim Seruius. Ideo autem pando non facit pāſum, quia plerumq; in quod in prima verbi poſitione inuenit in preteriti participio non eſt, vt tondo tuſus. Et licet alia euphoniæ cauſa varientur vel in generibus vel in numeris nactus tamen & paſſus n. penitus nunquam patiuntur Paſſ. s' manibus dicimus quod eſt diductis atque diſtentis. Tertul. tamen oppanſum velum dixit, pro oppaſſo & extento. Idem. Expanſos inquit vngulæ fodiant, cruces ſuſpēdāt

¶ Paſſus ſus. ſpatiū quod patet in ſpatio pedum, quia patens apertumq; eſt, vel quia ſic pedes pateſcunt. A pateo enim paſſum ſupinum eſt. Cum vero non eſt paſſum clauſum dicitur. Et ob hoc claudere eſt de illo ſpatio intercepto diminuere, & minorem paſſum facere.

¶ Paſſum gen⁹ liquoris, q̄d ex vua paſſa cogitur. Fit ex vua quā græci ſticham, noſtri Apianā vocant, vuis in vite diutius ſole aduſtis, aut feruente oleo, donec paulo amplius dimidiū pondus ſuperſit, fuſaſque leniter vuas exprimunt & colligūt Qui autem volunt ſecundarium paſſum facere adiiciunt vinaceis tantum aquæ puteolanæ, quantum ex prima preſſura paſſa fluxit. Defrutum vero vinum eſt muſto vſq; ad dimidiam partem decocto.

¶ Paſſim aduerbium a paſſu ſigni. paſſu diſtante ſparſimve non vbiq;, cū ſit ſine interuallo; vt hærba eſt in prato vbiq; grex vero paſſim paſcitur, quia aliquid interualli eſt inter pecudem & pecudem. Sed confunduntur quandoq;. Ponitur interdum pro vndiq;. Lactant. Conſtituit aſylum, eo paſſim confugerunt ex finitimis locis. Interdum pro quolibet. paſſimq; in littore ſicco corpora cæramus id eſt vt quiſq; vult ſiue indifferenter, Hiero. Sola ſcripturarū ars eſt quam ſibi paſſim oēs vendicant. Aliq̄n pro vbiq; Lactan. Creditur ei paſſim tanq̄ cognitæ veritati.

ð Paſtaphori penultima correpta ſacerdotes ſacroſancti ægyptiorum honoratiores cæteris, dicti paſtophori quod ferant pallium Veneris. Cui nomen eſt paſtos. Paſtophoros etiam venus eſt appellata, ꝙ thalamum nuptialem curet & adminiſtret.

ð Paſtophorium paſtophori domicilium. Apud Eſdram ſic legitur. Exurgens Eſdras in paſtophorium. Ionathe & hoſpitatus illic non guſtauit panem, nec bibit aquam. Hieron. in Eſai. paſtophorium eſt thalamus in quo habitat præpoſitus templi. Et in libro Machabe. Viderunt ſanctificationem deſertam, & altare prophanatum & portas exuſtas & in atrijs virgulta lata ſunt ſicut in ſaltu vel in montibus & paſtophoria diruta. Quidam accipiunt pro thalamo nuptiali. Vnde & Venus appellata eſt paſtophoros quaſi thalamifera, ꝙ thalamum nuptialem curet, & adminiſtret. Nam παστός, thalamus nuptialis dicitur qui alio nomine νυμφιδιόν, appellatur.

ð Parſiteles nomen ſculptoris egregij, qui Iouem eburneum in Metelli æde fecit. In græcia Italiæ ora natus, & ciuitate Romana donatus, quē arg̃ea primum ſpecula fecīſſe auctor eſt Pli. praxiteles vero pictor græcus fuit.

¶ Paſiphae dictio tetraſyllaba. hæc fuit filia ſolis, & vxor Minois regis Cretæ, quam in fabulis ferunt ex tauro genuiſſe Minotaurū. qui partim hoīs effigiem habebat, partim tauri. Proper. Vobiſcū Europæ nec proba paſiphae.

¶ Paſithea vna ex tribus gratijs, quam alij Euphroſynem vocant.

✻ Paſithoe vna atlantidū Atlantis & Aethræ filia. Cc.

✻ Paſitigris fluuius alio noīc Tigris dictus. Cc.

¶ Patragia fluuis Siciliæ ἀπὸ τοῦ πατάγου, id eſt a ſonitu. Nam per ſaxa fluens clamare videtur. Clau. Et ſaxa rotantē patragiam.

¶ Patagiū aurea chlamys quæ prætioſis tunicis ſuperindui ſolet. & qui ita indutiſunt patagiati dicuntur. Et patagiarij q̄ huiuſmodi veſtes conficiunt. Apul. Vberes enī crines leuiter emiſſos & ceruice dependulos, deinde per colla diſpoſitos ſenſimq; ſinuato patagio reſidentes pauliſper ad finem cōglobatos in ſummum verticem nodus aſtrinxerat. patagi⁹ morbi genus.

¶ Patara pen. cor. vrbs Lyciæ vbi Apollo dabat reſponſa. Dicta a pataro Apollinis filio, vel de alio pataro Lapeonis filio. Hīc pataræus a, um. Stat. li. i. the. Phœbe parens ſeu te Lyciæ pataræa niuoſis Exercent dumeta iugis. Ouidi. Patarēq; regia ſeruit.

¶ Patauium vrbs quam Antenor condidit quę & Padua. vide in dictione padua.

¶ Pateo es. paſſus patere eſt apertum eſſe. Plautus. Ingredere tu, fores iam diu patent. Hinc patens & patulum quę inter ſe differunt, ꝙ patens ſit quod ad tempus patet. Vergili. Et portas iubet eſſe patentes. patulum quod ſemper patet vt arbor. Idem. Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. Hīc Plautus Bouem patulum appellat, cuius cornua diuerſa ſunt ac late patent.

ð Pator hiatus, & apertio, a pātendo nomē deductū ſicut vagor ꝑ vagitu, & fluor pro fluxu. Apule. lib. iij. Quod altrinſecus ædiū patore perflabili.

¶ Patulus a, um. pe. cor. de quo modo in pateo.

¶ Pateſco is, aperior, patens fio. Quandoq; tamen pro primitiuo ponitur' Salu. Hinc late pateſcentibus campis exercitum tuto emittit.

¶ Patefacio is, patentem facio. Hiero. Sic arridens patefecit in greſſum. Hinc patefio. Terenti. in phor. Ego nullo remedio poſſum me euoluere ex his turbis, quin ſi hoc celetur in meru ſin patefit in probro ſiem.

✻ Patulcius dictus eſt Ianus quia tempore belli portæ templi eius pateant. Cc.

¶ Patulico as. pe. cor. aperior, patulus fio. Pli. patulicantibus quinquageniſquinis barbulis coronat.

¶ Patibulum modo ſeram ligneam qua oſtia clauduntur ſignificat, a pateo, ꝙ hac remota valuæ pateant. Tit. Si quiſq̄ hodie prēter hanc poſticum noſtrum pepulerit patibulo hoc ei caput defringam. Modo crucem, & ſic a patior fieri manifeſtum eſt. ð Saluſtius. patibulo eminens affigebatur hinc patibulatum dicitur a Plauto. Eſt etiam patibulum inſtrumentum vindemiatorium Cato. Vindemia & oleitate facta pati

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bula oĩa in suo q̃ quæq; loco reponenda.

¶Pathe a Cicero, dicuntur perturbationes, siue animi ægritudines. A Gellio affectus vel affectiones. A Lactan. modo vitia, modo affectus. Auguſt. expreſſius ea paſſiones vocari tradit, qualia ſunt ægritudo, dolor, gaudium, metus, triſtitia cupiditas, ira. Quos animi motus platonici, & Ariſtotelici dicunt etiam in ſapientem cadere, ſed moderatas rationiq; ſubiectas. Stoici vero negant in ſapientem cadere, qui dicunt ſapientem apathẽ. id eſt impaſſibilem, & apathiam impaſſibilitatem probant. Nam talem dicunt eſſe ſapiẽtis animum qualis eſt mundus ſupra lunam. ſimperturbatum, quem nulla perturbatio obnubilet, nulla triſtitia obturbet aduerſus quos recumbat ipſa natura.

¶Pathetica oratio dicta eſt quam ex rhetorica arte pręcipitur dirigi oportere aut ad indignationẽ, aut ad miſericordiam.

¶Pater qui aliquem genuit, quo etiam nomine Aui, Abaui, proaui, Ataui, Tritaui continentur. Hinc patrum noſtrorum memoria dicimus, id eſt maiorum noſtrorum. Q̃quam maiores intelligi poſſint quicunq; erant ante Tritauos, ſicut minores, qui etiam poſt Trinepotes futuri ſunt. Patris etiam nomen religionis eſt. Vnde dij omnes patres vocabantur. Similiter pater nomen eſt reuerentiæ, propter quod Romulus centum Senatores quos ad reipub. curam elegit, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui ad id idonei eſſent patres ab honore vocauit, ſiue ab ætatis vel curæ ſimilitudine.

*Quoniam de deductione huius nominis pater, inter grãmaticos magna eſt concertatio aperiam nunc de origine q̃d ſentiam, eſt enim dictio compoſita ex duob⁹ corruptis ex nomine & participio παῖς παιδὸς & τηρῶν. quaſi παιδὸς τηρῶν id eſt ſeruans pueros. Nam græci πατὴρ quaſi παιρτὴρ dicunt. Conellus.

¶Paterfamilias dicitur qui primus eſt & imperium habet in familiam, ſiue qui poteſtatis ſuæ eſt, ſiue puber ſiue impuber.

¶Pater patratus. vide in dictione patro as.

¶Patres conſcripti qui in ſenatu patribus erant ſcriptis annotati.

¶Patricij ſenatorum progenies. Liuius, libro primo. Romulus cẽtum creat Senatores qui patres ab honore, patricij quoque progenies eorum appellati. Idem libro. x. En vnquam fãdo audiſtis patricios primo eſſe factos non de cœlo demiſſos ſed qui patrem ciere auumque poſſent? Cintius ait patricios appellari ingenuos. Vnde phæbei patricij opponuntur. Nõ enim ſenatores omnes erat patricij. Tacitus. Hiſdem diebus in numerum patriciorum aſſciuit Cæſar vetuſtiſſimũ quẽq; ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant. Hinc patriciatus us. pro ipſa dignitate. Sueto. in Augu. A Tarquinio priſco rege inter Romanas gentes allecta in ſenatum. Mox a Serui. Tul. in patricias traducta procedente tempore ad plæbem ſe contulit, rurſus magna vi per diuum Iulium in patriciatum rediit.

¶Patricius vicus Romę dictus eſt q̃ ibi patricij habitauerũt iubente. Ser. Tullio vt ſi quid aduerſus ipſum molirentur ex locis ſuperioribus opprimi poſſent.

¶Patrius a, um. penul. produ. quod eſt patris, ſicut auitus a, um. quod eſt aui. Sunt enim tanquam poſſeſſiua. Cicero primo Tuſcula. Patritam & auitam vt ait Theophraſtus philoſophiam.

¶Patrim⁹ pe. pro. qui patrem adhuc viuentem habet, pater patrim⁹ qui cum ipſe pater ſit adhuc viuẽtem habet patrem. In pontificio tamen iure pater patrimus accipitur pro eo qui vulgo compater dicitur.

¶Patrinus a, um. quod eſt patris, ſicut matrinus a, um. quod eſt matris.

¶Paternus a, um. quod eſt patris. Terẽ. in Adel. pol haud paternum iſtuc dediſti.

¶Patro as. proprie ſignificat liberis operam do. Quintilia. tamen dicit, patrare apud antiquos ſancte & honeſte dicebatur. Deinde conſuetudine in vitium lapſum eſt verbum. Vnde irrideri ſolitum eſſe Saluſtium quamuis immerito, q̃ patrare bellum dixerit, tanquam patro rem turpem duntaxat ſignificet. Ex quibus verbis colligitur priſcos patrare poſſe pro perficere, non ſolum cum opera liberis datur, ſed etiam cum aliud quippiam iam incœptum ad finem perducetur. Vnde & patres patrati dicebantur, q̃ ad patrandum hoc eſt peragendum iuramentum, vbi de fœderibus conuenerat mitterentur. Plautus in proble. Fœcialibus ſacerdotib⁹ qui fœderibus faciendis præſunt, pater patratus præeſt. Inde dictus q̃ ipſe pater patrem haberet, ſicque filijs prouideret, & patrem cõſuleret. Huius verbi compoſita ſunt Impetro quod eſt obtineo, & quaſi id quod cupio facio. perpetro quod eſt perficio, propetro mando aliud perfici. Actius. Age vero propetra quod cœpiſti fieri. Et habent pe. cor.

¶Patrizo as. vel patriſſo as. paternos mores imitor. Terentius in Adelph. Laudo o Cteſipho, patrizas, te virum iudico.

¶Patria vrbs ſiue oppidum vnde orti ſumus, q̃ patria communis omnium parens ſit. Aliquando & prouincia ipſa ex qua orti ſumus patria vocatur. Sed improprie. Vnde Saluſtius Hiſpaniam ſibi antiquam patriam dixit. Ariſtophanes. Ὁ μαίορ ratio ποῦ δὲ ἀγαθὸμ ἐκει ϖατρὶς ἐσι. i. vbi bonũ ibi patria eſt. Ze aliquem p nobius autẽ πᾶσα γῆ πατρὶς ἐσὶ τοῦτο μέρος ἐσὶ ϗ ἐμοῦ vocamus. ὅρ ἀνειλενθέρος μελεῶ τῶ πελασγῶ ϖερὶ νικησεως μαντευόμένω *. i. omnis terra patria eſt, hoc pars eſt oraculi q̃d respõ ditdeus. Meleo pelaſgo de victoria vaticinanti. omis, Gono, ætatis et curæ.

¶Patrius a, um. quod eſt patriæ, vt mos patrius, Cice. in Cato. Vigebat in ea domo mos patrius, & vigebat in eo animo patris & diſciplina. Aliquando dicitur quod eſt patris. Vergi. lib. xij. patrio mucrone relicto.

¶Patrianus a, um. quod eſt patriæ. Cicero. Thermo. Vt obtineat id iuris in agris, quod ei patriana ciuitas decreuit & dedit.

¶Patricida penul. pro. qui patrẽ interfecit. At parricidia dicitur qui vel cognatũ vel ciuẽ aliquẽ vel aliũ interfecit vel aduerſus patriã machinatus eſt, de quo ſupra.

¶Patruus frater patris, q̃ quaſi patris loco ſit. patru⁹ magn⁹ frater aui. patruus maximus frater proaui, & abaui, qui & p patruus & abpatruus dicitur.

¶Patruelis a patruo. Sunt enim patrueles patruorũ filij q̃m q̃ pater alterius eſt, alteri eſt patruus, ſicut ſorores patrueles nuncupantur ex duobus & ipſæ fratribus genitæ, auctor Iuriſcõſultus. Nam ſororũ duarũ aut plurimũ filij inter ſe Sobrini dicuntur, quaſi Sororini.

¶Patriarcha patrũ princeps, hoc eſt pontificũ primus Hi quatuor principio fuere Romanus, Antiochenus, Alexandrinus Hieroſolymitanus. poſtea trãslata Byzantiũ imperij ſede additus eſt & Cõſtantinopolitanus.

¶Patrimoniũ bona paterna, hoc eſt hæreditas a patre relicta patrimoniũ vero ſancti petriẽ regio Thuſciæ. Vbi Soana oppidum. Sancta flora, Aqua pendens, Griptæ, ſanctus Laurẽtius, Baſſena, Martha caſtrũ, ciuitas Tuſculanella, mons flaſconus, Balneum regium, vrbs vetus, Ortha ciuitas caſtellana olim, Veientana vrbs, Caſtrũ nouum Nepæ, viterbium Sutriũ, Roncilionũ, & alia multa.

¶Patronymicũ q̃d ſub patris nomine ſignificat filiũ, vt priamides. i. Hector priami filius. Compoſitum nomẽ ex patre & onoma, ſed o in y vertitur.

¶Patronus qui aliquẽ in periculo defendit. Pædia. Si orator eſt aut aduocatus ſuus ſuggerit, aut præſentiã ſuã cõmodat amico, aut procurator, ſi negociũ ſuſcipit, aut cognitor, ſi præſens cauſam nouit, & ſic tuetur vt ſuam.

¶Patrocinor penul. cor. ſignificat tam verbo quã facto imbecilliorem protego. Lactantius libro quinto. Qui licet ſapiens fuerit patrocinari tamen veræ iuſtitiæ nullo modo poterat qui caput ipſum fontemq; iuſtitiæ non tenebat. Hinc patrocinium ipſa protectio. Saluſt. Cuius patrocinio ciuitas plurimum vtebatur. Feſtus. patrocinia appellari cœpta ſunt cũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

plæbis est distributa inter patres, vt eorum opibus cura esset
¶Patera pe.cor. poculi genus latum ac patẽs. Verg. Spumã tem pateram ac pleno se protulit auro.
¶Patræarum. ciuitas in Attica regione, quã pausanias Aro endici prius solitam affirmat mox a patreo mœnibus ampliatis nomen accepisse quod nunc habet. Huius meminit. Plinius. lib. iiij. Ouid. libro vi. Messenęque ferax patræque humi lesq; Cleonæ.
¶Patina pen. cor. vasis genus quo dapes elixæ iurulentæ in mensam feruntur. Terentus. Iamdudum animus est in patinis. Hinc patinarius a, um. quod est in patina conditum. Plau. Vel patinarium vel assum verses quo pacto lubet. Dicta patina ab eo q̃ pateat.
¶Patella a patulo, vel πλάττω fingo, vel ab πλατεῖα quæ est latitudo, vas latum est condendis opsonijs aptum lanx seu paropsis. Horatius in epistolis. Nec modica cœnare times olus omne patella. potest tamen esse diminutiuum a patina quam nonnulli volunt esse sartaginem. Sed Iu. diuersa ostendit cum inquit. Vrceoli pelues sartago patellæ.
¶Patior pateris, passum verbum commune significat sustineo, tolero, æquo animo fero. Dicimus enim patior te, tolero te & patior abs te, tolero abs te. Et patior abs re multa incommoda. Composita huius verbi sunt cõpatior quod est miseror, & cõstruitur cũ datiuo. perpetior vehementer patior. Hiero. ad Alga. Intra se bella perpetitur.
¶Patientia est honestatis aut vtilitatis causa rerum arduarũ ac difficiliũ volũtaria ac diuturna perpessio.
¶Pathicus penul. cor. a græco πάσχω aspiratione detracta significat eum qui se iniri turpi libidine patitur. Vnde pathici pueri id est passiui, pathicæ puellæ. Iuue. Ille tenet speculũ pathici gestamen othonis. Drauchus vero qui non propria libidine, sed alterius alterum init, a faciendo dictus quemadmodũ a pathiendo pathicus. Δράω quippe facio significat. Qui autem a draucis subigi delectantur seq; eis sponte prostituũt cinædi dicuntur.
*Pathicꝰ idem ad inanimata transfertur, & comparationem recipit. Vnde Martialis. Pathicissimos libellos appellat lasciuos. Cc.
¶Pathmos insula in mari ægeo quæ sicut Plini. scribit libr. iiij. patet circuitu. xxx. millibus passuum, in qua Ioannes apostolus exul apocalypsim scripsit.
¶Paucus a, um. contrarium est multo ab eo fit dimi. pauculꝰ Augustus libro. i. acad. pauculis diebus transactis postea quam in agro viuere cœpimus cum eo volui tẽtare pro ætate quid possent. A paucus fit paucitas.
*Paucum id est paruum a quo pauculum, item a pauco nomine paucitas quo vtitur diuinarũ literarum interpres. Iob. x. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Itẽ paucies quo veteres pro raro vtebantur. Titinnius. Vxorẽ meam paucies videbo. Cc.
¶Pauper generis cõmunis, vel secũdũ aliquos omnis, a paulo lare, vel vt inquit Var, a parua pecunia, apud veteres etiã paupera. Plau. paupera hæc res est. Hinc fiũt diminutiua pauperculus & paupercula.
¶Paupertas. Var. lib. i. de lin. lati. pecunia quæ erat parua ab ea paupertas dicta est. Paupertatem quidam ab egestate ita distingunt, vt egestas sit quando ad victum necessaria desũt. Paupertas quando licet non sint opes tamen necessaria suppetunt.
¶Pauperies ipa paupertas. Horatius. Impiger extremos curris mercator ad indos, per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes.
¶Paupertinus penultima producta idẽ quod pauper. Varro. Q. si paupertina sint elegantia ac cum castimonia. Sidonius. Quin potius paupertinus flagitatæ cãtilenæ culmus immurmuret.
¶Paupero as. pauperem facio. Augusti. super psalm. Veros pauperes ditat, fallos pauperat diuites. Plautus in Mili. Quæ improba est mentis pro vitio dominum pretio pauperat. Hinc depaupero. Varro. priusquam domum; depauperaret sumptu suo.
¶Paueo es, paui. timeo. Hierony. ad Helio. Tunc ad vocem tubæ pauebit terra cum populis. Hinc paueſco timidus fio, a quibus expaueo & expaueſco. Augu. Sed ne repentinum ouis expaueſceret lupum
¶Pauito as. penul. cor. frequentatiuum significat valde timeo siue valde frigeo. Teren. in Hecy. Vxorem philomenã pauitare nescio quid dixerunt id est laborare ex frigoribus, vt exponit Ser. Nam & reciproca translatio, & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur. Vergi. Ex templo æneæ soluuntur frigore membra.
¶Pauor vt ait Cice. lib. iiij. Tuscu. est loco mouens mentem. Ex quo illud Aennij, Tum pauor sapiẽtiam omnem mihi ex pelleret ex animo.
¶Pauidus qui semper timet, pauens qui ad tempus vel ex causa timet.
¶Pauo onis. & pauus pauí, auis multiplicis coloris. Gelli. pauus e Samo præstantior est. Tradunt hanc auem non gloriosam solum, sed maliuolam. Laudata expandit colores aduersos maxime sole. Fimum suum resorbet inuidens hominũ vtilitati cuius caro diutissime incorrupta seruatur.
*Pauoniũ acer, genus asseris crispo maculatũ discursu a pauoniarum caudarum similitudine. Cc.
¶Pauio is, iui. verbum antiquum, significat ferio, concutio, tundo, Sumptum est a græcis, qui παίζειν dicunt percutere. Cice. de diui. Sed quia cum pascunt, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripuuium primo postea tripudiũ dictum est. Hinc pauor quãdo timor cor pulsat. & pausia oliuæ species. Columel. Omne porro breuissimum in rotundo e medio ad extremum solida terra pauita maxime si est argyllosa ne æstu prærimosa in rimis eius grana obliteſcant. Hinc depuuio is. & oppuuio is. Luci. Palmisque misellam depuuit me. id est verberauit Vnde Oppuuia verbera dicũtur. Afra. Oppuuijs pueri coercentur.
¶Pauimentum dicitur ipsum domus solidamentum siue instructio, quã gradiendo calcamus a pauiendo tundendo siue feriendo dictum, q̃ dum fiunt pauimenta pluribus simul diebus feriuntur, id est percutiuntur, tunduntur virgis seu marculis vt solidiora sint, nec rimas faciant. Iuuenalis. Verre pauimentum nitidas ostende columnas. Cato. Pauimenta ad hunc modum facito. De testa arida pauimentum struito. vbi structum est pauito, fricatoque oleo vt pauimen bonũ fiet. Multa autem pauimentorum genera fuerunt apud veteres. Erant lithostrota paruulis coagmentata crustis. Erant subdialia a græcis inuenta quę subdio erant & in aperto quę vbi hyemes gelant sunt vtilia. Erant & Asarota, de quibus Papinius in syluis. Suberantque nouis Asarota figuris. Plinius appellat Eusarota, quoniam purgamenta cœnæ in pauimento eueniri solent q̃ græce dicitur bene, σαίρω verro. Fuerunt & pauimenta barbarica subtegulanea scalptura, & græcanica.
¶Pauimento as. pauimentum facio seu pauimento sterno. Vnde pauimenta loca dicuntur, in quibus strata sunt pauimenta. Pli. lib. xxvij. Ergo pauimentandum vbi sata sit censent vt lachryma non absorbeatur.
¶Pauimentitius a, um. qđ ex pauimento constat.
¶Pausia genus oliuæ a pauiendo, q̃ non nisi pauiendo, id est tundendo oleum emittit, seu q̃ antequam mole subijciatur tunditur.
¶Pausa æ. requies alicuius rei, Lucil. lib. i. Hæc vbi dicta dedit pausam fecit ore loquendi.
¶Pauso as. quiesco. a quo repauso, quod est rursus requiem capio.
♁ Pausarius a Seneca vocatur qui remigibus modos dat & remigandi officium quadam quasi pausa moderatur.
♁ Pausiacas nomen auctoris sicyonnij, de quo Plinius. Inter pictores pamphilus docuisse traditur pausiacan sicyoniũ primum in hoc genere nobilem. Horatius. Vel cum pausiaca

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

torpes insane bella.

¶Paulum diminutiuum a parũ, cuius sunt quatuor gradus diminutionis. s. paulũ, paululum, pauxillũ, & pauxillulũ. Terentius in phor. Erat ei de ratiuncula iampridem apud me reliquum pauxillulum nummorũ.

¶Paulus latina lingua modicus interpretatur, græca quietus vel dictus est paulus a primo spolio quod contulit ecclesiæ a paulo videlicet Sergio proconsule, quem apud Cyprum conuertit ad fidem.

¶paulisper aduerbiũ. i. valde paulũ temporis.

ὁ παυσιλυπῶν πάνυ ἡλυπορ, locus sab amœnitate dictus. Pli. lib. iij. inter pausilypũ, & neapolim megaris ea putatur insula quę nunc ab oui specie dicta cõtinet.

ὁ pausanias lacedæmonius imperator vná cũ Aristide athenienſi vicit Mardonium medum regis generum apud plateas, cum. cc. milibus electis, &. xx. equitum milibus haud ita magna manu. Et cum multum incrementi lacedæmonijs adiecisset in mores asiaticos labi se permisit, deinde eousque processit res, vt cum Xerxe ita cõueniret se illi imperium lacedæmoniorum proditurum, si filiam sibi in matrimonium desponsset. Id vulgatum quum resciſſent lacedæmonij, pausaniã exilio mulctauerunt. Fuit & pausanias nomen auctoris græci qui floruit Hadriani & Antonini temporibus.

¶Pauxillatim signifi. a pocheto. Plau. in epist. Cœpi rursum vorsum ad illas pauxillatim accedere.

¶Paxillus diminu. a palus pali. vt inquit Priscia. Sed Cic. ad Brutum vult a paxillo palus fieri.

¶Pecco as. proprie significat adulterium commito, dictum quasi pellico, id est cum pellice coeo. vnde peccatum pro adulterio, quasi pellicatus. Apud veteres enim peccatus tus vsq; ad Ciceronis ætatem durauit Cicero. Nemo ita viuebat vt nulla eius vitæ pars summæ turpitudinis esset expers. Nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, vt cum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur si negaret. postea inualuit vsus, vt peccatum tantum neutro genere proferatur & generaliter de omnibus delictis atque erroribus dicatur. Cicero libro primo officiorum, passiuo vsus est cum ait Multa peccantur.

¶Peccatum & nomen & participium esse potest. Terent. in Eu. vtrumq; complexus est. Si qd est peccatũ, peccatũ imprudentia est. Primũ nomẽ, secũm participiũ est. Vnde peccatior peccatissimus. Hiero. ad Alga. per ꝑuaricationem mandati incipiat mihi esse peccatius peccatum.

¶Peciolus diminutiuum est a pede. Afra. Atque adeo nolo nudo peciolo ambules. Et peciolus dicitur quo fructus pẽdet Colum. el. libro. x. Cum iam matura mala fuerint antequam rumpantur peciolos quibus pendent intorqueto. Idem & pedicinus dicitur.

¶Pecto is, pexui vel pexi, vel pectiui, pexum significat explico & pango capillum. Vergilius, libro octauo. pectebatq; feram puroque in fonte lauabat. Cicero. in Catil. Quod proprium est Catilinæ de eius delictu, immo vero de amplexu ac eius sinu, quos pexo capillo nitidos imberbes aut non barbatos videtis. Transfertur etiam ad alia. Nam & pectere citharam dicimus, hoc est percutere & distendere pectine chordas, id est plectro. pectere lanam, pectere vestes dicimus, a q̃ & vestes ipsæ pexæ dicuntur. Plinius. Histriæ liburniæque pilæ propior quam lanæ pexis aliena vestibus, hoc est vestibus quæ texuntur. Nam in texendo pectinis morsibus vestes feriuntur. Idem libro nono. Et ipsa stupa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Huius verbi cõ. posita sunt Depecto, propecto, vltrain longum pecto. Ouidius de fastis. Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam. Repecto rursus pecto. Claudius. Sparge diem meliore coma crinemque repexi Blandius elato surgent temone iugales.

¶Pexatus qui veste pexa indutus est. Martialis. Pexatus pulchre.

¶Pectitus a, um. pe, cor. politus & subactus. Col. Verum vbi iam puro discrimine pectita tellus.

¶Pecten instrumentum testorum, dictũ q̃ fila in telis figat, a cuius similitudine & pecten dictus qui explicat capillos. Et pecten cratis dentatæ genus stylis ferreis ad colendum terram. Item pecten dicitur pubes, hoc est locus vbi pili apud verenda nascuntur. Iuuenalis. Inguina traduntur medicis iã pectine nigro. Dictus pecten quia vt barba indetonsa pectine indigeat. Est & cithare instrumentum. Vergilius libro. sexto. Iam pectine pulsat eburno. Item pectines siue pectunculi pisces sunt qui seex aqua iaculantur sagittę modo de quibus Horat. in satyra quarta. Pectinibus patulis iactat se mobile Tarentum.

¶Pectino as. pe. cor. Pli. Sunt genera terræ quorum vbertas pectinari segetem in herba cogat. Vnde & pectinatum tectũ dicitur a similitudine pectinis in duas partes deuexum, vt testudinatum in quatuor.

¶Pectinatim aduerbium significat ad pectinis similitudinem factum.

¶Pectus anterior pars animalis a gula vsque ad ventrẽ hoc homini tantum latum est, reliquis animalibus carinatum. dictum quasi pactus a compactis costis. Est enim pectus costis compactum quæ veluti firmamenta pectoris sunt, vel quod pressum sit inter mammas. Et non modo superficiem corporis, sed cor sub pectore significat. Iuue. Nocte dieq; suum gestare in pectore testem. hinc expectoro.

¶Pectusculum dimi. paruum pectus.

* Pectunculus piscis e mollium genere extra aquam se efferens sagittæ modo. Quemadmodum & Loligo facere dicitur. Cc.

¶Pectorosus a, um. q̃d est magni & validi pectoris. Poeta Priap. Nemo est feroci pectorosior Marte.

¶Pectoralis & hoc pectorale quod ad pectus pertinet, vt fascia pectoralis.

¶Pectorium genus quoddã vehiculi, quo vti Galli solebãt

¶Pecus udis. tam masculi. & neu. quã fœmini. est. Aennius. Pecudi dare viua marito. Cicero. libro. iij. de rep. Cum adhibeant in pecuda pastores. pecus pecudis vel pecus pe

* Perottus in illo Ciceronis. Cum adhibeant &c. legit pecora & non pecuda. ¶ Declinatur etiam hoc pecu. Solinus de situ Britanniæ. Ita pabulosa, vt pecua nisi interdum a pastu arceantur ad periculum agat satietas. Similiter pecus pecoris eiusdem significati est. Nam siue pecus pecudis, siue pecus pecoris dixeris significat omne animal quod sub hominis imperio e pabulo terræ nascitur, vt boues, asini, equi, cameli, oues, capræ, & huiusmodi. Item Elephanti. Plini. Qui cũ elephanto congressus gemino ictu pecudem exanimauit. Varro lib. secundo de re rus. Qui gregem armentorũ emere vult obseruare debet primum, vt sint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ quam iam expertæ. Inuenitur tamen pecus pecoris pro multitudine pecorum seu pecudum. Vergilius. Dic mihi Dameta cuium pecus an Meliboei. Idẽ. Caprigenumq; pecus nullo custode per hærbas. Interdum p oue. Plinius. lib. viij. Est in Hispania sed maxime Corsica nõ dissimile pecori genus. Musinomum caprino villo quam pecoris velleri propius. Quintilianus. Cur in vsum vestium sæpe pecori lanæ detrahuntur. Interdum dicitur de omni animali quod humana lingua & effigie caret. Vergilius. Ignauum fucos pecus a presepibus arcent. Horatius. Omne cum proteus pecus egit. pecus pecudis pro oue ponitur. Plinius Ipsius animalis tanta narratur dæmentia aduersus minus valida, vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueat, ne quid obterat imprudens. Item de quocumq; animali præter hominem dicitur. Vergilius libro quarto Georgico. de apibus loquens. Et pecudum custodia solers. Lucius de piscibus. Præterea genus humanum multæque natantes squammigerę pecudes. Dicitur que pecus (vt docet Varro) a pes, q̃ pedibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sine ratione bruta ferantur.

* Pecuda etiam neutro genere in vsu fuisse veterū affirmat authoritas. Sisenna. Iumenta & pecuda locis trepidare com pluribus. Cc.

¶ Pecuium Cato genitiuo plurali protulit ab eo quod est pecu. Cc.

* Pecudinū a pecude, sicut a pecore pecoriū. Cc.

¶ Pecorinus a, um quod est pecoris, vt pecorina caro. Similiter pecoreus, a, um. & pecudinus a, um. vt pecorea siue pecudina pellis. Dicitur & pecuinus a, um.

¶ Pecorarius qui pecua siue pecora publica redimit, vt inqt Asconi. Romani enim vetustiores nihil in bonis aliud præter pecudes habebant. Est etiam pecorarius qui pecorum curam habet. Augustinus libro. xv. de ciuitate Dei. Hic erat pater habitantium in tabernaculis pecorariorum. Idem. Pecuarius dicitur.

¶ Pecuarius qui pecorum curam habet. Cicero. pro Deio. vt non solū Tetrarcha nobilis, sed etiam optimus paterfamilias & diligentissimus agricola atq; pecuarius haberetur.

¶ Pecuarius a, um. q̄d ad pecus pertinet. Plau. i tru. Male vertit res pecuaria mihi apud nos. Col. lib. vij pecuari⁹ canit neq; tam strigosus aut pernix debet esse q̄ qui damas ceruosq; & velocissima sectantur animalia

¶ Pecuaria dicuntur ab eo quod est pecuare & per apocopē pecuar. Nam pecua (vt inquit Cice. in pompeiana) ab eo q̄d est pecu venit, vt a genu, genua & significat non solum pecorum multitudinem, vt apud Persiū. Finditur vt archadiæ pecuaria redeat credas. Cice. lib. iij ad Heren. Nam canes fungūtur officijs luporū cui nā p̄d o pecuaria credan⁹? Verū etiam omnia ex quibus po. Ro haberet redditus quia diu hoc solum vectigal Romanis fuit.

ǒ Pecua dicuntur oues a nominatiuo pecu. Plau. in mer. Nos pecua rum pascere, nec pueros nutricare.

¶ Pecuaria æ. dicitur scientia parandi ac pascendi pecoris, vt fructus ex eo capiatur. Quæ & res pecuaria dicitur. Var. lib. iij. de re rusti. Tres libros constituere quis duos scripsi, primū ad Fundanium vxorem de agricultura. Secundum de pecuaria ad Turanium nigrum. Est & pecuaria locus in quo pecorum greges consistunt Varro. lib. secundo. Cuius nobiles pecuariæ in Brutijs habentur. Idem Non quo non go pecuarias in Italia non habeam. Item pecuaria pro pecorum multitudine. Varro libro tertio. Duo genera cum sint pastionum vnum agreste in quo pecuariæ sunt, alterum villaticum in quo sunt gallinæ ac columbæ. & apes, & cætera quæ in villa solent pasci.

¶ Pecuariam rem facere significat armēta gregesq; alere, quę res ad scientiam pastoris pertinet.

¶ Pecunia a pecore siue a pecu dicta est, quia omnis pecuniæ & pecus fuit fundamentum. Col. libro vij In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi eademque quæstuosissima propter quod nomina quoq; pecuniæ & Peculij tracta videntur a pecore, quod non solum veteres possederunt, sed adhuc apud quasdam gentes vnum hoc vsurpatur diuitiarum gñs. Plin. libro. xxxiij. scribit pecuniam sortitam esse nomen a nota pecudis quoniam antiquitus nummi effigiæ pecudis signabantur. Hinc Plutar. in publicola asserit in vetustissimis nūmis signum fuisse ouis & suis bouisque conspectum. Pecuniæ vero nomine vt inquit Hermogenianus non modo nummi hoc est numerata pecunia, sed omnes res tam mobiles quā mobiles & tam corporales quam iura continentur. Huius diminutium est pecuniola.

¶ Pecuniosus quasi pecunię plenus, hoc est pecudum, sicut locuples loculis plenus.

¶ Pecunialis, & hoc pecuniale q̄d ad pecuniā pertinet. Aug. lib. vij. de ciui. dei. Raro tamen inuenies qui nō habeat artem suam pecuniali mercede vænalem.

¶ Pecuniarius a, um. quod ad pecuniam pertinet. Amb. lib. i. offi. Ille pauper qui confert spiritalia pro pecuniarijs etsi plurimū habeat gratiæ non abundat.

¶ Peculiū a pecore siue pecu, quod alicuius est. Vnde apud maiores omne patrimonium dicebatur peculiū, quia pecoribus vniuersa eorum substantia constabat. Vnde secundū Seruiū pecunia dicta est a peculio. proprie autem significat quicquid alicuius labore & industria partum & lucrifactum est. Cic. in parado. An eorum seruitus dura est, qui cupiditate peculij nullā cōditionem recusat durissime seruitutis Et Cælsus iurecōsul. scribit pecuniā sine peculio fragilem esse. i. sū lucro. Hinc peculium castrense dicitur, quod a parentibus, & agnatis in militia degenti donatū est, vel quod filius in militia acquisiuit, q̄d nisi militaret acquisiturus nō fuisset. Huius diminutiuum est peculiolum.

¶ Peculiaris & hoc peculiare quod ad peculium pertinet, vel quod peculio deputatur, seu quod peculij proprium est. Plautus in asi. Etiam opilio qui pascit mater alienas oues aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam. Sed in vsu iam receptum est, vt peculiaris proprius, siue specialis, siue precipuus dicatur, nec cum aliis communis. Suetonius in Cęsa. Præterea monetæ, publicisq; vectigalibus peculiares seruos præposuit. Hinc aduerbium peculiariter specialiter præcipue. Plinius libro. xxvii. Epiphoris peculiariter imponitur, quasi singulariter, & eius propria virtus. Quintilianus libro octauo. Quod commune, & alijs nomen intellectu alicui peculiariter tribuitur, vt vrbem Romam vænales nouitios, & corinthia æra. cū sint aliæ vrbes quoque & vænalia multa, & tam auri⁹, & argentum quam æs corinthium. Et peculiare pro re seruili ponitur. Vlpia. Si peculiare vinum legatum sit, id contineri q̄d serui habuerunt. Peculiaris seruus dicitur a peculio quod proprie seruorum est. Vnde Labeo paterfan ilias peculium habere non potest, quę ad modū nec seruus bona.

¶ Peculiosus qui peculiū multū habet. Plaut. in ru. Peculiosū esse decet seruum & p̄bū quē hero præsente prętereat oratio aut qui indementer homini libero.

¶ Peculor aris. & depeculor significant ea quæ ad rēp. seu prīcipem pertinēt furor. Hinc peculator & depeculator, qui tale furtum facit.

¶ Peculatus us. pecuniæ publicæ aut principis furtum, sicut sacrilegium rerum sacrarum.

¶ Peculio peculias quempiam peculio multo. Plautus in persa. Scelus tu puer atque obiiam rem ego aliquid te peculiabo.

¶ Pedes dicuntur quibus vtimur in gradiendo. Cuius singularis est pes. Pes autem totum dicitur quod est a fœmore ad calcem. Diuiditurq; in coxendicem femur genu fœmē poplitem crus surram & imum pedem, qui calx appellatur, & diuiditur in conuexum pedis, quæ pars superior est, & calcaneum quæ est pars posterior. Item in volam quæ est pars medii pedis caua, plantam quæ pars tota inferior est. Digitosque & vngues. A volæ pedis indita sunt cognomina plancis, plotis, scauris, pansis, de quibus locis suis. Aliquando pedes ponitur aduerbialiter, quod & pedibus quandoque dicitur. Sueton. in Cæsa. In agmine nonnunquam equo, sæpius pedibus anteibat. Curtius. Pedes agmen circuibat. Quoniam vero standi fundamentum pes est, factum est vt in ędificijs area pes magnus dicatur, pes etiam mensuræ genus est, quo mensurantur terræ & continet digitos. xvi. & multiplicatus i passus, & actus, & climata, & iugera, & stadia centuriasq;, mox etiam in maiora spatia procedit. Item funis quo in naui tenditur velum, & vulgo podia dicitur. Vergilius. lib. v. Vna omnes fecere pedem. Plautus etiam remos nauium pedes appellauit. Item pes est metrica constructio syllabarum, vt spondæus dactylus. Vergilius. Ferte simul faunq; pedem, id est metricam compositionem. Vnde pedestris oratio dicitur numerosa, & secundum rationem metricam composita, q̄ pedis officio fungatur. Nam sicut pedibus moueri corpora videmus, ita versus ipsi cum scāduntur quibusdam quasi pedibus videntur incedere. Seu q̄ pedali regula vtimur ad versum mensurandum. Metra enim per pedes incedunt. Vnde metimur heroica, & dicimus ea sex pedū esse. Metimur Sap-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

phica,& dicimus quinq; pedū & sic de cæteris. Præterea pes vocatur fœdum capitis animal a multitudine pedum. Plautus in Cur. Vt muscæ culices pedesq; pulicesq; odio & malo & molestiæ,bono vsui estis nulli. Huius diminutiuo frequentius vtimur scilicet pediculus. Vnde pediculosus & pedicularis. Fit autem pes a græco ποῦς,a quo fiunt multa cōposita

¶Pedem struere veteres pro eo vsurparunt quod est fugere & pedem retro ferre,retrocedere.

¶Pedes itis. miles qui pedibus militiam exercet,sicut eques q equo militiam exercet.

¶Peditatus. us. peditum copiæ, sicut equitatus equitum copiæ.

¶Pedester qui pedibus iter facit. Apul. Qui modo in exercitum profectus est pedester. Dicitur etiam hic & hæc pedestris & hoc pedestre,vt pedestris exercitus,pedestres copiæ,pedestria agmina. Dicimus etiam pedestrem accessum qui a peditib⁹ fit & non equitibus. Aug. lib. iiij. de ciui. dei. Aliasq; de fidia maris pedestri accessu peruias factas ventis ac procellis euersas esse ciuitates.

*Pedestria auguria dicebantur quæ a lupo vlpe serpente equo & cæteris animalibus quadrupedibus dabantur. Cc.

*Pedestris oratio dī numerosa & sēm metricā rationē cōposita,quis nō sit carmen. Cc.

¶Peda & pedatura vestigium humanum.

¶Pedo as. i. vado,a quo repedo,quod est quasi pede itero redeo. Hiero. in libro Macha. Heliodorus recepto exercitu repedabat ad regem. Est & impedo,de quo alibi,pedare etiam est viti vel alteri arbusculæ sustentaculum adhibere. Vnde vineæ pedatæ dicuntur. Plinius. Aut pedatæ vineæ simplici iugo. Colume. libro. quinto pedatam vineam iugatamq; sequitur alligatoris cura.

¶Pedatus a,um. quod est sustentaculo firmatum, vt vinea pedata. Quandoq; etiam pedatus a pede humano, vel de alio animali,sicut a manu manuleatus. Suetoni. de Othone. Fuisse traditur & modicæ staturæ, & male pedatus, caluusq; i. distortis pedibus.

¶Pedatio dicitur qñ pedamentis vinea fulcitur.

¶Pedato aduerbium positum est pro repēte vel accessu quasi per pedem,sicut nūc vulgo dī Cato. libr. i. Orig. igit tertio pedato bellū nobis facere. i. tertio reuersi.

¶Pedamen & pedamentū sustentaculū q̄d alicui arbusculæ adhibetur,sicut palus quo vitis sustentatur. Pli. Castanea pedamentis oībus præfert. Col. pedaminū iugerūq; & viminū pspiciendorū tradenda ratio est.

¶Pedatim aduerbium. Pli. lib. xi. Leo tantum & Camel⁹ pedatim gradiūtur,hoc est vt siniſter pes non trascat dextrum sed subsequatur.

¶Pedibus aduerbialiter protulit Cicero cum inquit,ingressus iter pedibus.

¶Pedicinus idem est q̄d pes similiter & peciolus.

¶Pediolus dimi. paruus pes similiter & pediculus.

¶Pedepressim tarde paulatim,quasi lenta & tarda itione.

¶Pedetentim aduerbium compositū a pede & tento as. Cicero. Sin minus sensim erit pedetentimq; faciendū. Terenti. in phor. Dij bene vertant q̄d agas,pedetentimq; tamen,quod Dona. exponit pro caute.

¶Pedalis & hoc pedale q̄d est pedis,vt mēsura pedalis. Col. lib. iij. pedale quoq; versus spatiū sat erit inter semina reliqui. Idem. Scrobiculis pedalibus factis.

¶Pedaneus a,um. idem q̄d pedalis. Col. lib. v. Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem pedanea scrobem vitib⁹ comparat. Hinc Bipedaneus, Tripedaneus,& huiusmodi Columel. libro primo. Bipedanea humus arboribus quatuor pedum abunde est. & lib. quarto. Tripedaneis relictis spatijs p quæsemina excoluntur. Et libro quinto. Semipedaneam consitis resolutam vitibus terram subiacere. Pedaneus iudex qui a præside constituitur vt minora iudicia discernat. q̄ is magistratus non vehatur curru, sed pedibus proficiscatur in forum.

¶Pedisequus & pedisequa famul⁹ & ancilla qui & quæ dominum seu dominam sequitur.

¶Pediculus diminutium paruus pes. Plinius. Mollia sunt loligo sepia polypus,pediculi octoni omnibus. Hinc pediculi vocantur fungi,quibus pira,mala & huiusmodi sustinentur. Idem. Tutiores fiunt fungi cum carne cocti aut cum pediculo pyri. Hinc pediculata poma quæ pediculos habent, quib⁹ suspendi possint. Idem pediculus vermis in capite Pediculi quoq; terræ Scarabei terrestres ticinio similes. Sunt & maris pediculi a similitudine pediculorum capitis quibus ad varia medicamenta vtuntur. Item pediculi populi in Calabria.

¶pedicosus siue pediculosus cum deducitur a pes siue a pediculus,qui est capitis vermis, ponitur pro eo qui est plenus ipsis vermibus. Plautus. pedicosus squallidus vbi me vidit caput scabit. Quando vero a pædor, scribitur cum diphthōgo & significat quod mali odoris est. Varro de re rustica. Solida terra pauita maxime si est argylla ne situ pediculosa eius gratia obliteſcant.

¶Pedicularis & hoc pediculare, quod ad pediculos capitis vermes pertinet. Vnde pedicularis morbus quo corpus pediculis scatet. Hunc morbum græci phthiriasin appellant. Nam phthira pediculum dicunt. De hoc Serenus. Noxia corporibus quædam de corpore nostro progenuit natura volēs abrūpere somnos. Sensibus, & monitis vigiles inducere curas. Hoc morbo interijt Sylla Romanus ciuis.

¶Pedica pe. cor. a pede significat laqueum quo pedes illigantur. Vergi. lib. primo Georgico. Tum gruibus pedicas,& retia ponere ceruis.

¶Pedio is. veteres vsi sunt pro eo quod est pede pulso & quasi plausum reddo,a quo fiunt cōposita Compedio, Impedio, & prepedio,de quibus locis suis.

¶Pedaneū inquit Palladius lib. iiij. super rudis inducimus & assiduo vecte densamus pedaneum.

¶Pedarij qui in senatu sententiam non dicunt,sed ab alio dictam comprobant, mouentes se de loco & in partem eius q dixit ambulantes. propter quod qui ita faciunt ire in sententiam pedibus dicuntur. Et ab actu transeundi pedibus in alienā sedilia pedarij sunt appellati. Cicero. ad Atticum. Inde in sententiam pedarij cucurrerunt. Sententia eorum pedaria appellatur. Gellius tamen pedarios existimat dictos fuisse Senatores qui q̄ magistratum curulem nondum cœperant pedibus in curiam proficiscebātur. nam qui curulem magistratū gessissent curru vehi solebant.

¶Pedum pastorale baculum, seu virga incurua, qua pecudum pedes detinētur. Vergilius. At tu fume pedum quod me cum sæpe rogarem. Est & pedum oppidum non longe a prænestinis,a quo pedani populi. Liuius libro octauo. Neque tamen nisi admodum paucis populis. pedani adiuti sunt. Tyburtes prænestinique,quorum ager propior erat,pedum peruenere.

¶Pedo is. pepedi,crepitum ventris emitto. Horatius in Ser. Nam disposa sonat quantum vesica pepedit. Huius compositum est. Oppedo penultima producta, quod est contra pedo. Idem in eodem. Vin tu curtis Iudeis oppedere nulla mihi vnq̄ Religio est.

¶Pegasus penul. cor. equus alatus persei ἀπὸ τῆς πηγῆς. i. a fonte,q̄ iuxta pegas. id est fontem oceani natus sit, vbi gorgones habitabant. hunc Hyginus & alij complures Neptuni & Meduſæ filium dixere,qui in cœlum euolauit ibique interſydera constitutus est, Arcticum circulum spectans,pedibus æstiuo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangens, & aquarij manum dextram ceruici suæ adiungens. Alij ex Meduſæ sanguine quam perseus interemit natum astruunt. hic volauit in Helicona vbi saxum vngula feriens fontem aperuit,& ex eo Hippocrene. i. fons equin⁹ est appellatus. Sed hic apud pyrenem fontem Corinthium captus est Vnde Strabo. Fama est equum pegasum cum poraret hoc in loco a Bellorophonte deprehensum fuisse. Alatum inquā Gaballum e Meduſæ ceruice & de Gorgonis execto gutture

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prosilientem. Hoc equo vsus est Bellophorontes in expeditione contra Chimeram. Vulgatum est & Caballinum fontem in Helicone erupisse cum subiectam ibi tellurem feriret vngula. Hinc pegaseus a,um. Persius Pegaseū melos. pegaseus etiā dicebatur instrumentum in domibus super quo tanquam iumento vestes & similia tenerentur suspensa, a pegaso poetico traductione nominis excogitata. Fuit & hoc nomine iurisperitus. Vnde & pegasianum iurisconsultum. Pompo. de ordine iuris. Fuit & pegasus Triarchi filius cuius nauis pegasæ monumentum accepit.

¶ Pegasides pe. cor. musæ dictæ sunt a fonte, qui pege dicitur, quem pegasus ictu vngulæ fingitur aperuisse. Ouidius. At mihi pegasides blandissima carmina dictant. Item pegasides nymphę quæ & Naiades. Idem, pegasis œnone phrigijs celeberrima syluis.

¶ Pega Thessalię oppidum, quod postea Demetrias dictum est, propter quod nauis longa argonautarum pegasæa nuncupatur, ꝙ Iason qui eam ædificauit fuit filius Aesonis fratris peliæ regis Thessaliæ. Ouid. Iamq; fretum Minyæ pegasæa puppe secabāt. Hinc pegasic⁹ sin⁹ in Thessalia est appellat⁹.

¶ ASCEN. Verius tamen pegasa dicitur & pegaseus, sed a pegaso equo pegasides musæ pe. cor. vt Ouid. docet.

¶ Peganon πήγανον latinæ ruta hærba.

¶ Pegma atis, quod & pecma dicitur, græcū est ἀπὸ τοῦ πήγνυμι, quod est pango & extruo. Est autem machina quædam lignea in qua statuæ collocantur, & quasi figuntur ad illas sustinendas. Interdum pegmata cum ludicris producebātur in scænam cū pueris etiam cōsidentibus ex lignis & tabulis quæ cōstabant vario picturæ genere.

¶ Pegmatis formam Seneca ad Lucil. his verbis describit. His annumeres licet machinatores & pegmata per se surgentia excogitant & tabulata tacita in sublime crescentia, & alias ex inopinato varietates aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut quæ disiabant sua sponte cohærentibus, aut ijs quę eminebant paulatim in se residentibus. Iosephus libro septimo de bello iudaico. Maxime autem stupor erat machinarū quæ portabantur siue pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine viribus portantium occurrentes timebant. Multa enim in tertium nidum quartumque surgebāt. & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabāt. In his machinis simulachrum belli repræsentatum fuisse significat, vt alij fugere, alij capi viderentur, & per singula pegmata dux captæ vibis agebatur, ita vt captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant a Suetonio pegmares vocantur. Tradunt Claudium obiecisse aliquando bestijs qui pegma in scænam parum feliciter produxissent. Plinius. libro. xxiij. Princeps Caius in circo pegma duxit in quo centum & vigintiquatuor argenti pondo fuere. Festus scribit. Pegmata esse aut ære aut marmore ornamenta quæ vt plurimum in atrijs quandoque in porticibus auliśque affigunt, maiorum aliorumq; fortium virorum gesta certius quam pictura ostendentia.

¶ Peiero as. penul. cor. falso & animo fallendi iuro, seu iramētum infringo. Ex per & iuro, abiecta r & u longa in e breuem conuersa. Plautus in asina. Nam si quid fecit sceleste pro illo lingua peierat. Lactan. lib. i. Ergo aliqua potestas est quæ peierantes deos puniat. Dicim⁹ & periuro as. quod periurus probat & periurium.

¶ Peior & deterior differunt, ꝙ peior a malo dicatur, deterior a meliore. i. minus bonus.

¶ Pelagus pen. cor. tam masculini quam neutri generis prosundum maris significat. Valerius Flaccus libro primo. O quantum terræ, quatum cognoscere cœli præmissum est, pelagum quantos aperimus in vsus. Hinc pelagicus a,um. Col. lib. ix. Cæteri saxatiles aut pelagici satis ex his sed recentib⁹ melius pascuntur.

¶ Pelagia dicitur pūrpura pelago a quo & succus eius pelagium vocatur.

¶ Pelamis idis generis fœminini genus piscis thynni. Nam pelamides primo, sed cum annuum excessere tempus thynni vocantur. Dictus ꝙ in luto moretur ἀπό τοῦ πηλοῦ id est a luto. Iuuena. Siccus petasunculus & vas pelamidum. Plinius libr. vigesimosecundo. Pelamidum generis maxima Apoplectos vocatur.

¶ Pelargus græce, latine Ciconia dicitur, sicut testatur Ambro. lib. hexameron.

✳ Pelasgis regio est Achaiæ vndiq; a mari remota quę prius Drymodis dicebatur. Inde pelasgus a,um. Cc.

✳ Est & pelasgus lauri genus quod & Daphnoides & Eualte ab alijs dicitur. Cc.

¶ Pelasgia regio græciæ circa extremam partem Macedoniæ versus Achaiam, olim Thessalia dicta inter duo maria Aegæum & Ioninū platani folio similis excurrit propter angulosos recessus. a qua pelasgi populi quasi pelagi. i. Ciconię qm̄ arabūdi ritu Ciconiarum ꝓpter multas nationes iuerūt, vel pelasgia pelasgo Iouis filio.

¶ Pelethronium oppidum Thessaliæ vbi primum domādorum equorum vsus inuentus est.

¶ Peletronius nomen eius, qui primus (vt scribit Pli) frenos, & strata equorum inuenit.

ǂ Peletronij dicti sunt lapithæ a loco, qui subiect⁹ est pelo mōti ab eo, ꝙ medicamentorū magna vis ibi nascatur quæ græci glossematici τρώνα vocant.

¶ Pelops Tantali filius qui curruli certamine contendit cum Oenomao. Qui cum didicisset ex oraculo se tunc moriturum cum filia nupsisset, multis illam petentibus proposuit certamen quo victus interficeretur, victor filiam duceret vxorem. Equorum instituit cursum ad aram Neptini, quæ est in Isthmo Corinthiaco. cum plures equorum quos pernicissimos habebat velocitate superasset, superatosque peremisset, is equorum penicitate vicit Oenomaum, abduxitq; ex pacto vxorem Hippodamiā. Hinc pelopidæ dicti qui a pelope originem duxerunt.

¶ Pelopeius a,um. nomē possessiuū. Vñ fabula de pelope scripta, pelopeia dicta est. Iuue. præfectos pelopeia facit, philomena tribunos.

¶ Peloponnesus regio Achaiæ a Pelope Hippodamiæ viro dicta & Tātali regis phrygum filio, quasi pelopis insula quoniam pene insula est. Qui superato Oenomao Hippodamiæ patre in certamine totum illud regnum in dotem accepit, & ex phrygia secum ī eam regionem duxit populū. Hęc Apiæ ante appellata, & pelasgia peninsula haud vlli terræ nobilitate posit ferenda. Circuitu. cccl xiij. milium passuum colligitur, angustiæ sex milium sunt, nisi erumpētia ediuerso quæ dicta sunt maria hinc Corinthiacum illic Sadonicum sinū efficiunt In peloponneso sunt Argos. Micenæ. Corinthus. Lacedæmō Pataraę. Malea promontorium Epidaurus. Regiones Archadia, Sicyonia.

¶ Peleus nomen patris Achilis. Vnde & Pelides Achilles dictus est. Hephestion interpres Sophoclis Tragici in Aiace tragœdia. Αἰακοσ̄ υἱὸς δ̓ ἦσθ ἐξ̓ αἰγίνης πολεὺς καὶ τελαμὼν ἐξ̓ ἀράκου ὧν ἀχιλλεὺς καὶ αἴας καὶ ἀιαντος πᾶις ἦμεν συσάκης. ✳ Id est filius Iouis ex ægina Peleus & Telamō ex Aiaco, quorum Achilles & Aiax, & Aiacis filius erat Eurysaces.

¶ Pelias adis. hasta qua Achilles solus vtebatur.

¶ Pelion mons Thessaliæ. Ouidius. Pelion Hemoniæ mons est obuersus in austros. Summa virent pinus, cætera quercus habent.

¶ Pella vrbs Macedoniæ fuit in littore Aegæi maris illustrata maxime natalibus Philippi Macedonum regis & Alexandri. Vnde & vterq; pellæus dictus est. Iuue. Vnus pellæo iuueni non sufficit orbis.

¶ Pellax qui per blandias decipit. Vergilius. Inuidia postquam pellacis Vlyssi. Inde pellacia, fallacia. Idem libro quarto Georgicorum. Verum vbi nulla fugam reperit pellacia.

¶ Pelliceo ces. pellicui raro habetur. Pellicio licis, xi, ctum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

blandiendo decipio. Vnde pellectus, crebro pro perlicio. Terentius in Phormione. Is senem per epistolam pellexit. Componiturque ex per & lacio, mutatis r in l, & a in l. Festus. Lacit, decipit, inducit. Lax lacis vero fraus est. A lax siue lac lacio esse, quamuis verba a lacio composita & fraudis & lactis participem significationem habeant. Vnde & lacto lactas propter quod & in bonam partem & in malam accipi possunt, vt allicio, elicio, illicio, & alia. A pellicio fiunt pelax, pellicator, pellicatus, & pellex. Est & perliceo, siue perlicio quo vsus est. Liuius libro quarto, si textus non est vitiatus Negotium inquit datur, vt quos quisque posset ex collegio tribunorum ad intercessionem perlicerent, pelliceo tamen & pellexi & pellectus magis in vsu sunt, quam perliceo vel perlicio, perlectus in ista significatione nequaquã haberi puto, sed pellectus tantum ne a perlego putaretur.

¶ Pellicator qui ad fraudem pellicit.

¶ Pellex, vt inquit iurisconsultus illa vulgo appellatur, quę cũ eo cui vxor sit corpus miscet. Inde apud oratores & poetas pellex non tam viri quam vxoris nuncupatur. Cicero. Vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex. Suetonius de Cæsa. Præterco actiones Dolobellæ, in quibus eum Dolobella pellicem reginæ dicit. Concubina quæ cum cælibe viro sine nuptijs locum tenet vxoris, quam græco vocabulo παλλακὴν pallacem appellamus. Suetonius de Vespasian. Inde quieti vacabat accubante aliqua pallacarum quas in locum defunctæ Cenidis plurimas constituerat. Iustinus quoque Cyri pallacen nominat, licet vitio librariorum pellicen scriptum reperiatur. Pellex latinum nomen est a pellicio quod est blandiendo decipio, quia blandiendo virum ab vxore seducit. Cicero in Sal. Omnium cubiculorum pellex, & idem postea adulter, id est puer lædebas alienas vxores præripiens eis maritos, vir postea læsisti maritos præripiens eis vxores.

¶ Pellicatus us, actus quem pellex exercet, sicut concubinatus quem concubina.

¶ Pellene penultima producta oppidum Achaię Iquit Stra. A quo pellenei populi.

¶ Peligni populi Marsis finitimi, quorum Metropolis est Sulmo. Pelignum enim est vrbs ex qua Ouidius duxit originem, sicut ipse testatur, pelignæ gentis gloria dicar ego.

¶ Pelluceo per medium luceo. Iuuenalis. Cretice pellucens.

¶ Peloris idis, genus conchæ. Horatius in Ser. Murice Baiano melior lucrina peloris.

¶ Pelorus penultima producta promontorium Siciliæ Italiã versus a peloro gubernatore nauis Annibalis ibi sepulto. Pomponius. Annibal fugiens ex Aphrica, cum ad has angustias deueniret sæuientis pelagi, & proditum se putasset, pelorum gubernatorem nauis occidit & tumulauit. De hoc promontorio. Lucanus libro secundo. Extremi colles siculo cessere peloro.

¶ Pelorius latine excælsus & vastus. Quo nomine dictus est polyphemus ab Homero.

¶ Pelicanus auis Ægyptia, nascitur in solitudinibus maxime Nili fluminis. Duo autem sunt pelicanorum genera vt docet Hieronymus. Vnum volatile, aliud aquaticum, & latine dicuntur Onocrotali, græce πελεκᾶνες, nos pelicanus Hæ aues tanquam colaphis rostrorum dicũtur occidere paruulos suos, eosdemque in nido occisos ase lugere per triduum, postremo dicunt matrem seipsam grauiter vulnerare & sanguinem suum super filios fundere, quo illi superfusi reuiuiscunt. Hieronymus ad præsidium sic habet. Pelicani cum suos aserpente filios occisos mortuos inueniunt, lugent & se & sua latera percutiunt, & sanguine excusso ad latera corpora mortuorum sẽ reuiuiscunt.

¶ Pellis dicitur cum est a carne separata, quæ cutis antea dicebatur. Iuuenalis. Habes deformem pro cute pellem, dicta pellis, vt quidam putant, a pellendo, q̃ externas iniurias tegendo repellat. Hæc postquam concinnata est ad calceos & cetera opera facienda. Aluta dicitur Varro. Pasceolus saccus est ex aluta factus. Huius diminutiuum est pellicula.

¶ Pellesuina locus vbi pelles venduntur.

ὃ Pellicula diminutiuum parua pellis, vt in lib. Georg. pelliculisq; hædorum colinuda.

¶ Pellicium vel pellicia vestis ex pellibus. Hieronymus contra Ioui. Delecti in vallem lachrymarum tunicis consutis & pellicijs vestirentur.

¶ Pelliceus pellicea pellicium, quod est ex pelle, vt vestis pellicea.

¶ Pellitus a, um, penul. prod. quod pelles habet. proper. pellitos habuit rustica chorda patres.

¶ pelliculo as, penultima correpta pellibus obturo. Columella. Vas operculatum pelliculant.

¶ pelliones qui vestes pelliceas & alia ex pellibus opera faciunt.

⁂ pellos ardeæ auis species dicta a πελῶς aduerbio quod significat prope, quoniam non volat ita ī altum, quemadmodum aliæ species. Cc.

¶ pello as, quamuis non sit in vsu, habet tamẽ composita ap pello, compello, & interpello.

¶ pello pellis pepuli pulsum, id est percutio, ferio. Terentius. Quisnam a me pepulit, tam grauiter foresẽ Aliquando abigo extrudo. plautus, pelle animo timorem mox aderit ghatus. Huius composita sunt Appello siue aspello, appello per duplex pp, compello, depello, dispello. Expello, impello, propello quod est a longe pello, amoueo. Sallustius. Collegam suum Antonium pactione prouinciq; propulerat ne contra rempubli. dissentiret. Aliquando significat vltra duco. Columella libro secundo. Cum ventum erit ad versuram in prio rem partem iugum propellat perpello perfecte pello, induco Liuius libro primo. Incensam multitudinem perpulit, vt imperium regi abrogaret. Repello retropello. A supio pulsum fit frequentatiuum pulso as, Antiqui etiam dixerunt pultũ a quo pulto as.

⁂ pelluris galerus dicebatur ex pelle factus. Cc.

¶ pelta scutum breuissimum in modum lunæ iam mediæ. Vergilius. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. A quo nomine poste apeltastæ pedites appellati sunt, qui ad motum concursumq; leuiores erant.

¶ peluis quasi pede vis, vt varro inquit, a pedum lauatione. Alij peluim sinum aquarium putant in quo variæ res peluuntur.

⁂ pelluo perfecte lauo. Cc.

¶ pelluuium & pelluuia fœminini generis, vas quo lauantur pedes, sicut maluuium & maluuia vas quo lauant manus. Dictum pelluuium a pelluendo, hoc idem polubrum dicitur. Labrum commune est, quod vulgo dicitur bacille, similiter & peluis.

¶ Pelusium vnum est ex ostijs Nili, & ciuitas in quadam Ægypti parte quæ Augustanica est appellata prope Thebaidem. Hanc vrbem cõdidit peleus Achillis pater monitu deorum post lustrationem. Eo enim tempore peleus furijs agitabatur, quia fratrem Focum interemerat & purgari quærebat. Hinc fit pelusius a, um, & pelusiacus a, um, penultima correpta Mar. Accipe Niliacam pelusia munera gentem. Vergilius libro primo Georgicorum. Nec pelusiacæ curam aspernabere lentis.

¶ Pelusiotæ, populi pelusium habitantes. Hieronymus contra Iouinia. Impelle si vales pelusioten, vt manducet cæpe. Idem ad pamma. pelusiotes nos appellant & luteos animales que & carneos.

¶ Pendeo es pependi pensum, significat in sublimi siue suspensum esse. Tractum a pennis auium. Vergilius. Inculti q; rubens pendebit sentibus vua. Plautus in Asinaria. Nudus vinctus centum pondo es, per pedes quando pendes. Hinc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

per translationem pendere pro sustentari ponitur. Ouidius. Pendet & a vestra nostra salute salus. Quandoque pro cruciari & in pœna esse. Et sic construitur cum genitiuo vel ablatiuo. Cicero libro primo Tusculanarum. Quod si expectãdo vel desiderando pendemus animis cruciamur & angimur. Idem in Horten. Et qui expectat pendet animi, & pendere dicitur qui nimio desyderio alicuius rei intentus cessat ab omni alio opere, & id vnum sollicitus expectat. Ouidius. Narrantis coniunx pendet ab ore viri. Vergilius. Dum consulta petis nostroque in limine pendes. Item dubitare. Seneca. Pendet animus & in diuersa trahitur. Item cessare. Vergilius, pendent opera interrupta minæque Murorum ingentes. Huius composita sunt Appendeo Depẽdeo Impendeo Propendeo & suspendeo, quod est supra pendeo. Columella libro quinto. Rusticos subigere iugo palmam & ita collocare vt sol minime suspendeat. Interdum est mediocriter vel quasi imminere. Cicero. Pæto. Quid ipsa res modo honesta modo turpis suspendet, flagitiosum est.

¶ Pendo is, pependi pepensum, verbum actiuum. Et assumptæ, fit neutrum in alio sensu. Significatque pondero & per translationem consydero æstimo. Vnde & eos genitiuos regit, quos verba pretium significantia habere solent, vt Magnipendo, paruipendo, nihili pendo, floccipendo, & huiusmodi, quod est in magna & parua æstimatione habeo. Vnde magis seperata quam composita sunt dicenda, pendere est etiã soluere. Liuius libro primo. Ad equos emendos dena milia æris ex publico data, & quibus equos alerent viduę attributę quę bina milia æris in annos singulos penderent. Sallustius. Semper illis reges tetrarchæ vectigales erant, populi nationes stipendia pendere. Vnde pœnam pendere proprie dicitur qui ob delictum pecuniam soluit. Vergilius. Tum pendere pœnas cecropidæ iussi, quod ex eo tractum est quod ære graui cum vterentur Romani eo penso non numerato de lita soluebant. Libralis enim & dupondius appendebatur assis. Vnde æris grauis pœna, hinc pensiones dictæ sunt. Itẽ pendere sustinere. Lactantius libro secundo. Eosque impietatis ac sceleris sui supplicia pensuros. Composita sunt Appendo Compendo, vnde compendium. Dispendo, varie pendo a quo dispendium. Dependo quod est do. Columella libro quinto. Nam aliter in cassum dependitur opera cum degeneres etiam renouatæ pristinum seruabunt ingenium. Expendo, Impendo, perpendo, diligenter consydero, seu perfecte pondero. Lactantius libro sexto. Nihil enim sapiunt nisi terram, bonaq; & mala solius corporis sensu ac voluptate perpẽdunt. Cicero. Quid in amicitia fieri oporteat, quæ tota virtute perpenditur, id est exacte ponderatur examinatur. Augustinus libro tertio de ciuitate dei. Nec nos in ea re diligentius requirenda per multorum scriptorum perpensa testimonia demoremur. Propendo, præpendo antependo. Propertius. Cum tua præpendent demissa in pocula serta. Rependo & suspendo sursum pendo, alte ligo. Vergilius. Ante nouis rubeant quam prata colonibus, ante Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo. Quandoque suspendere est anxium esse. Plautus. Vix compos mentis sum ita mihi suspendit animum. Vergilius. Suspensi Eurypilum scitatum oracula phœbi mittimus. Et quoniam dum anxij sumus etiam dubij efficimur. Suspensum quandoque pro dubio ponitur. Seneca. Suspensus animo quid ageret cogitabat. Item pro placido ac silenti. Terentius in phormione. Hæc vbi ego audiui ad fores suspenso gradu placide ire perrexi. Et suspendere etiam est pendendo interficere. Lactantius libro quarto. Tum suspenderunt eum inter duos noxios medium qui ob latrocinia damnati erant. Hinc suspendium pro suspensione. Gel. Suspendio vitam finiuit.

¶ Penso pensas pensa pendo vel a pendeo frequentatiuum, significat sæpe pondero, æstimo, vel aliquid pro alio do. Hieronymus ad Iul. Paupercula vidua omnes dicitur in oblatione munerum dei superare locupletes, quæ non pondere sui, sed offerentium voluntate pensatur. Valerius Maximus libro primo. Deductus ac missus ad senatum legatus, vt ex se & vno & sene complures Pœnorum iuuenes pensarẽtur in contrarium dato consilio Carthaginem petijt. Hinc compenso dispenso repenso. Hieronymus. De eò autem quod niteris approbare conuitium & homicidium racha & adulterium & otiosum sermonem & impietatem non supplicio repensari iam responsum est.

¶ Pensito as, sæpe vel valde bene pondero examino. Plinius libro septimo. Is demum vitam æqua lance pensitabit qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gellius libro primo. Aut virtutes pensitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium esse factum ad amussim diceres. Et pensitare est soluere consuescere. Plinius libro duodecimo. Qui tradit singula milia talentum auri annua pensitasse Arabas regibus persarum. Cicero in oratione contra Mithrydatem. Qua tandem esse ex æstimatis aut eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent aut exigunt, i. soluere solent.

¶ Pensitator, ponderator. Gel. Verborum pensitatores subtilissimi, a penso as.

¶ Pensor qui ponderat, à pendo pendis. Augustinus libro quinto Confessionum. Dubitare stultum est, qui vtique melior sit quam mensor coli, & numerator syderum, & pensor elementorum.

¶ Pensiculo pensiculas, idem quod pensito. Gellius. Pensicula vtrumque moderate, reperies suo quoque in loco sonare aptissime. Hinc pensiculatores dicti sunt qui aliorum dicta siue dictiones exacte ponderant. Et pensiculate aduerbium id est cum pondere.

¶ Pensilis & hoc pensile penultima correpta quod suspensum & sublime est. Vt pensilis hortus qui supra ædificia factus est, hoc est in solario, vel in aere sublimis. Sic pensilis vua Horatius. Tum pensilis vua secundas Ornabat mensas, pensilis homo qui suspensus est. Plautus. Restim volo mihi emere qui me faciam pensilem, pensilis lectus, pensiles lychni, qui suspensi sint, & in aere pendentes, pensilis vibs, quæ subter cauata est. Plinius. Leguntur & pensiles hortos, immo vero totum oppidum fecisse nullo oppidanorum sentiente. Idem. Magnitudo & frequentia cloacarum vrbem pensilem fecit. Pensile horreum, quod nos vocamus granarium, quod sit in altiore domus loco. Columella libro primo. Sed nos in nostris regionibus quæ redundant vligine, magis illam positionem pensilis horrei probamus. Aliquando tamen pensilis dicitur mollis. Vergilius. Pilentis matres in mollibus. Ser. id est pensilibus nam mollе & pensile conuertuntur.

¶ Pensa a pendendo, quod pro aliqua re conducta soluitur. Et pensa plurali numero manipuli lanæ vel lini qui pendent ex colo & fuso trahuntur. Nam cum dicimus trahit pensa idem est ac si diceretur filat. Ouidius libro secundo fastorum Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant. Iusti. libro primo. Pensa inter virgines trahentem. Quandoque pensa capiuntur profilis. Vergilius, de textrice. Excussi manibus radij revolutaq; pensa.

¶ Pensus pensa, um, ponderatus examinatus. Per translationem ponitur pro bono & sapienti. Plautus in Sti. Age tu vltra fit conditio pensior, virginem an viduam habere. Quandoque ponitur pro æquato. Sallustius. Neq; id quibus modis assequeretur dum sibi regnum pararet quicquam pensi habebat.

¶ Pensio dicitur id quod pro re aliqua conducta soluitur id quod datur pro re alicuius vsu, aut agri, aut domus. Cicero. Leptæ, Tenebam tamen dum a Dolobellæ procuratoribus exigam primam pensionem. ~~pensionem dispensor~~

~~¶ Pensionarius qui pensionem alicui soluere tenetur.~~

~~¶ Pendulus~~ pendula pendulum, quod pendet. Ouidius. Lassaret viduas pendula tela manus. Hieronymus ad Pammachium. Maluit in humilioribus tuto pergere quam pendulo gradu in sublimioribus fluctuare. Columella. Tum deinde maciora & pendula loca luna crescente simo iuuanda sunt *Pentadactylos herba est arboris instar quę alio nomine Ri

cimus dicitur, alij Helioscopium vocant. Cc.
*Pentadoron lateris, i. terrę coctę species quinq; palmos continens. Græci enim veteres doron palmū dicebant & dora munera quæ manu darentur. Cc.
*Pentapeton quod & pentaphyllum dicitur, a nostris quinq; folium vocitatur. Cc.
δPenia græce, latine paupertas.
δPenta græce latine quinq; dicitur a quo multa per compositionem fiunt.
¶Pentateuchus dici potest volumen quinq; librorum, nam πέντε quinq; τεῦχος volumen.
¶Pentadhyllon, herba quinq; folia habens, habet multas virtutes.
¶Pentarchus qui, quinq; viris præest.
¶Pentecontarchus dici potest quinquagenarius, id est qui præest quinquaginta. Nam πεντήκοντα penteconta quinquaginta dicuntur.
¶Pentecoste. es, a penteconta dici potest quinquagenaria quoniam hęc dies a resurrectione domini distat quinquaginta diebus. Nam pentecostes latine quinquagesimus dicitur.
¶Pentathli dicuntur illi qui in ludo quinque artes gymnasticas exercent, videlicet discum, cursum, saltum, palæstram, & iaculationem, & ipsa exercitatio pentathlon, latini alio nomine quinquertium, a quinque artibus, & ipsi pentathli, id est athletæ qui his quinque artibus / se exercebant quinquertiones appellantur a πέντε quod significat quinque & ἄθλον certamen. Plinius de Myrone. Hic fecit Delphicos pentathlos.
¶Pentemineris penultima correpta, latine semiquinaria, cæsura est quoties post octo tempora syllaba relinquitur partem orationis terminans. Hæc autem communis est, vt Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. Pente enim quinq; μέρις diuisio vel pars.
¶pentastice porticus dicuntur a quinque columnarum ordinibus.
¶pentapolis penultima correpta regio inter palæstinam & Arabiam, a quinque ciuitatibus sic appellata. Vbi Sodomū & Gomorrum oppida. Hinc regionem vt Solinus scribit de cœlo tactam testatur humus nigra & cinere soluta. Nascuntur ibi poma quę comedi non possunt, licet matura videant & leuiter manibus pressa fumum exhalent & in puluerem fatiscant. Est & pentapolis regio in Libya a quinque ciuitatibus dicta, quæ & Cyrenaica vocatur.
δPentaglottos latine quinq; vnguis dicitur.
δPentapeton herba dicta quasi quinq; penna.
δPenthos a nostris dicitur luctus, vnde pentheus nomen proprium.
¶Penus hic vel hæc quartæ declinationis, & hic penus penis secundum Priscianum. Et hoc penus penoris. Et hoc penum Et hoc penu indeclinabile, significat omne esculētum potulentumque quo vescuntur homines. Dictum penus q; ea quæ longæ vsionis gratia contrahuntur & recondunt non in promptu sint, sed intus & penitus habeantur. Festus, penora res necessariæ ad victum quotidianum. Plautus in Persa. Nam nisi penus annuus hodie conuenit, cras populo prostituam vos. Terentius in Eu. Prius ad te penum omnem congerebam clanculum. Lucil. Vt vxori legata penus. Horatius in neutro genere. Annonæ prosit portet frumenta penusque. Penum Afra. Vos quibus cordi est intra tunicam manus læua, dextra in penum herile. Gellius. Ex massurij auctoritate demonstratus & cæreos ligna quoque penori adscribi posse. Nos vero aromata, caseum, carnes salitas & alia esculenta dabimus seruanda.
¶Penuarium siue penuaria cella dicitur omne in quod penu reponitur, & ipsum penu, & quod in penu est.
¶Penuria quasi vrens penu, vel quod pene vrat, vel quod pene minus sit quam necesse est, significatque omnem inopiam rerum & præsertim earum quæ in penu recondi solent.
¶Penes præpositio quomodo sumatur. Vide in dictione Apud.
¶Pene aduerbium significat quasi.
¶Peneus fluuius in Thessalia inter Ossam & Olympum desinens collibus dextra lęuaque molliter curuis, in eo cursu Tempe quinque millium passuum longitudine & ferme sex latitudine pulcherrimus ager.
¶Penelope Icarij filia & Vlyssis vxor, quæ lanificio & absentiam mariti solabatur & procos frustrabatur, quibus se consensuram absoluta tela pollicebatur, sed vt eos longius frustraretur noctu rerexebat, quod interdiu texuisset. Dicta ab auibus quę penelopes dicuntur, cuius nominatiuus singularis est penelops, cum prius Arnæa vocaretur quasi abiecta repudiataque. Etenim in mare proiectam ab Icaro periboea q; parentibus ferunt educauisse penelopes.
¶Penis fœmini. gene. cauda dicitur a pendendo. Vnde & offam porcinam eum cauda, offam penitam dicebant. Hinc peniculos dicimus quibus calceamenta terguntur. Post autem penis virile membrum dici cœptum est, sicut & salax cauda quod non tam a pēdendo quam a penetrando quidam dici voluerunt, & rectius mascu. gene. profertur. Iuue. Nouerūt Mauri atq; Indi quem psaltria penem.
¶A Scen. Est quidem masculi. sed apud Iuuena. quę psaltria legitur.
¶Penitus a, um, penultima producta, quod ex pene hoc est cauda est. Vnde penita offa, offa porcina cum cauda, penitus penultima correpta significat quod est intra. Plautus in Asinaria. Age quæso excrea vsque ex penitis faucibus etiā amplius. Inde penitior, interior, penitissimus intimus Inde penetro as.
¶Penitus aduerbium locale, quasi pene intus, id est valde interne seu intrinsecus, vel intima parte & secreta, vt cum dico penitus me nosse, hoc est intus & in cute. Vergilius. Et causas penitus tentare latentes. Fit autem a penes. Id enim penes nos videtur esse quod est penitus reconditum. Interdum ponitur pro aduerbio qualitatis, & significat prorsus vel valde. Vergilius penitusq; sonantis accestis scopulos. Quandoq; significat longe. Idem. penitusq; alias aduexerat oras. Hinc penitus a, um, de quo mox est dictum.
¶Penicilla instrumenta pictoria. Vide infra in peniculus.
δPeniculamentum pars vestis, quæ terram attingit. Ennius pendent peniculamenta. Imum ad qūēq; pedum.
¶Penetro as, quasi penitus intro. Lactantius libro tertio ad Ægyptios & Magos & persas vsq; penetrassent.
¶Penetrabile quod facile penetrat. Vergilius penetrabile telum. Martia. Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Interdum sumitur passiue, quod facile penetratur. Liuius libro. xlv. Et in asperis locis silex sępe impenetrabilis ferro occurrebat.
¶Penetrale nomen substantiuum significat omnem partem interiorem domus vel templi licet sit intecta, seu omne quod in intimis partibus est. Vnde penetrale sacrificium dicebatur quod in penetrali, hoc est in intima parte domus fieri solebat. Lactantius de opi. Quatulum enim videre possemus si mens ab intimis penetralibus capitis per exiguas cauernarum rimulas attenderet.
δEst etiam adiectiuum vt apud Vergilium. Eternumque aditis effert penetralibus ignem quasi penitus remotis.
¶Penates dicti sunt dij domestici, quod penes nos nati sunt vel quod non longe absint ab hac vita, siue quod penitus insident. Ex quo etiam penetrales a poetis vocantur. Alij a penu hoc nomen deriuant. Macrobius. Penates esse dixerunt per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Cuius nominatiuus singularis secundum aliquos est hic penas, secundum aliquos hic penatis.
δPenatores qui penus exstār. Cato. aduersus macilium post quam nauras ex naui, hoc adduxi non ex militibus, piscatores penatores feci.
¶Peniculus & penicillus siue peniculum & penicillum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quamuis diminutiua videantur a penis, significant tamen ea quibus calceamenta, vasaque terguntur. Item quibus pictores pingunt, quoniam ex caudarum extremitatibus fiant. Plinius libro.xxxv. Arreptoque peniculo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Idem in eodē. Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Quintilianus libro secundo insti. Vt celator celum, & pictor penicilla desyderant. Item quibus albarium tectorio inserunt, qui dicūtur tectorij penicilli. Plinius. Setarum ex his e penicillis tectorijs cinis cum adipe tritus. Item quibus vulnera stipantur. Vel ideo ne claudantur, vel vt aperiantur magis, vt sunt penicilli ex linteolis concrepitis ex medulla sambuci, & ex spongia. Idem. Tum peniculo vulnus apertum. Omne præterea quo ad aliquid mundandum illinendumve vtimur, penicillum vel peniculum vocamus presertim si ex spongia sit factum. Terentius in Eu. Quid ignaue peniculo pugnare qui istuc huc portes cogitas? Plinius. Hyssopum q; cum myrrha calidum penicillo illitum. Item spongie genus molissimum est qui penicillus dicitur ex quo fiunt penicilli.

¶ Penna per duplex nn, auium est. Sunt enim pennę maiores quam plumæ. Et est generale ad pinnas, s. summitates & ad plumas pinnæ autem proprie sunt pennæ quę plumę hoc est molliores & exiguę pennę non sunt.

¶ Pennula siue pinnula, pars summa auris ab acuitate dicta, vnde in Leuiti. legitur. Cuncta quę non habent pēnulas & squammas in aquis polluta erunt, proprie vero pennula diminu. est a penna. Augustl. libro quīto de ciuita. dei. Qui nec auis pennulam, nec herbæ flosculum, nec arboris folium sine suarum partium conuenientia dereliquit. Cicero libro tertio de na. deorum. Cum autem pennulis vti possunt, tum volatus eorum matres prosequūtur.

¶ Penula per simplex n, vestis quę nebuloso seu pluuioso tempore supra tunicam assumitur loco pallij ad arcendas a corpore pluuias. Pomp. in panicea, penulam in caput induce ne te noscat. Quin. Cum Galba penulam roganti amico respondit. Si non pluet, non opus est tibi. Si pluet ipse vtar. Iuue. Et multo stillaret penula limbo. Hæc si ex pellibus esset Scortea vocabatur. Mar. Ingrediare viam cœlo licet vsq; sereno. Ad subitas nunquam scortea desit aquas. Augustin. libro primo con. videtur significare penulam fuisse habitū grammaticorum. Quisquis inquit penulatorum magistrorum audit aure sobria ex eodem puluere hominem clamantem & dicentem, Fingebat hæc Homerus. Vlpi. inter communia vestimenta quibus vir & mulier promiscue vtuntur penulas annumerat. Var. dixit non quærendam esse penulam homini qui habet virtutem. Scribit Lampri. Alexandrum constituisse, vt senatores penulis intra vrbem frigoris causa vterentur cum id vestimentum itinerum & pluuiæ fuisset. Erat etiam penula gausapina candida ac villosa, qua per æstum vtebantur. Mar. Is mihi candor iest, villorum gratia tanta est, Vt me vel media sumere messe velis.

¶ Pennatus a, um, quod pennas habet, vt volucres pennatę. Sic Impennatus qui pennas non habet.

¶ Pennarium in quo pennę reponuntur, sicut calamarium in quo calami.

*Penniculum penna est quæ facili motu ventorum indicet flatum. Cc.

*Penniger qui gerit pennas. Cc.

¶ Penulatus penula indutus. Vide in dictione penula.

¶ Penularium locus in quo penulæ reponuntur.

¶ Peplus siue peplum vestis solennis quæ injicitur vel viro vel fœminæ, vel deo deæve. Vergilius. Crinibus iliades passis peplumq; ferebant. Plautus. Nunquam ad ciuitatem veni nisi cum infertur peplum hodie. Poetę tamen vt inquit Serui. abutuntur hoc nomine.

*Peplos siue peplios fruticis genus. Plinius. Portulaca quā peplion vocant, non multum satiua efficatior sagittarum venena & Hemorrhoidum plagis imposita extrahit. Cornucopiæ.

¶ Pepones, melones. Hieron. in lib. Nume. In mentem veniunt pepones.

¶ Pepsis latine concoctio, Vnde peptice medicamenta ad concoctionem, quæ foris adhibentur. ἀπὸ τοῦ πέπτειν. Inde Dispepsia, mala concoctio quando cibi non perficiuntur.

¶ Per præpositio est, quæ separata quandoque localem quādoque temporalem habet significationem, vt per vrbem vado, per medium diem operor. Quandoque denotat personam, vt per medios ruit ac morientes nomine clamat. Quandoque iurandi est, vt per pol, id est per pollucem. Quādoque obtestandi. Vergilius. Per te per qui te talem genuere parentes. Quandoque medium quendam & quasi intercessorem significat, vt per meos amicos obtinui. Cicero. Q; per me certior fias, id est me operante. Composita vero perfectionem denotat. Lactantius. Si legit perlegat, id est vsque in finem legat. Ci. Nuntius qui literas accepit non pertulit. Aliquando in bonum vel in malum accipitur vt persequor. Aliquando abnegatiua est, vt perfidus, periurus, qui fidē & iusiurandum fregit. Aliquando significat per medium sine trans, vt perfluo, perpluo, perspicuum per cuius medium videmus, vt Crystallus. Aliquando habet vim aduerbij, & pro valde ponitur, tanque superlatiuo quam positiuo iungitur. Columella libro quarto. Nam credidisse villicis, vel etiam vinitori socordis est, cum quod lōge sit facilius adhuc perpaucissimis agricolis contigerit, vt nigri vini stirpe careant Cicero. per graue mihi visum est. Et si addatur quam significat maxime, vt per quam bonus, id est optimus, per q̄ magnus, id est maximus. Iungitur etiam superlatiuo. Curtius per quam maximo potest exercitu comparato. Aliquando significat nimis vehementer, & in bonam & in malam partem, vt pertinax qui nimis tenax est durus & inexorabilis. De quo infra. Componitur autem cum dictione incipiente ab a, vt perago b, vt perbibo, c, vt percurro d, vt perduro, e, vt per eo, f, vt perfero, g, vt pergratus, h, vt perhibeo, i, vt periurus, l, vt perlego, m. vt permitto, n. vt pernocto, o. vt peroro, p. vt perpendo, q. vt perquiro, r. vt pergo quod ex per & rego componitur, vnde & præteritum perrexi facit, s. vt persuadeo, t. vt pertinax, u. vt peruerto.

¶ Pera pellis a collo ad lumbos pendens, a quo pera saculi genus. Hinc peram viatoriam vocamus qua panem & aliquid opsonij gestare viatores solent, quemadmodum poculum viatorum quo vinum. Eius diminutiuum est perula.

*Peracticum gummi genus quod nascitur in Media ex arbore quam alij Brocon vocant, alij Malachran, nonnulli Maldacion. Cc.

¶ Peræa cum diphr. vlterior Iudææ pars, quia vt inquit Strabo. Regio quæ trans Euphraten est peræa nominatur.

¶ Perago is, penultima correpta peregi peractum, perficio. Seneca. Omnia inchoat, nihil peragit. Interdum perduco. Plautus. Nauem peregit in portum. Apuleius Et multas noctes peregi insomnes. Interdum pertracto. Vergilius libro sexto. Omnia percepi atque animo mecum ante peregi. Interdum pertraho vel pertrahere facio, vt hic me ad carceres ad mortem vsque peregit. A perago fit peractio quæ est perfectio. Cicero. Senectus peractio ætatis est, peragere reum significat condemnare, sed Facere reum est accusare, vnde ait iureconsultus, peregisse reum non alias quis videtur, nisi & condemnauerit. Plinius. Dum peragitur reus.

¶ Peragro as, penultima correpta ex per & agro componitur, iuxta præpositionis & agri significationem debet significare per agrum siue per agros ambulo. Sed quia quod peragratur exprimitur, & pro accusatiuo ipsius verbi ponitur, agri significatio remouetur, & pro ambulo siue inquirendo circumeo sumitur. Cicero libro tertio Officiorum. Et ob eam causam vrbe relicta rura peragrantes sępe soli sumus. Hieron. Eandem oram Italię, quę quondam magna Grecia dicebatur laboriosissime peragrauit. Hinc peregrinus peregrinor & peregre deducuntur.

¶ Peranno as, significat per integrum anni tempus viua-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Componiturenim ex per & anno as. Macrob. libro primo Satur. scribit priscos Romanos mense Martio & publice & priuatim ad annam perānamque sacrificatum ire solitos, vt annare perannareque commode liceret, hoc est vitam degere incolumem per annum integrum. Sueto. in Vespa. Ideoq; puella nata non perannauit, perenno vero pere, significat diu viuo & duro, de quo infra.

*Peratius hærba folio rotundo, caule palmum alto, ramis stantibus ab radice quatuor aut quinq; rubentibus semipedali altitudine, succi plenis. Cc.

¶Perbibo pe. cor. perfecte bibo. Lactant. libro. ij. Infecti sunt persuasione ac penitus eorum mentes succum stultitiæ perbiberunt, sed hoc per metaphoram.

¶Per causam, siue per speciem, significat per simulatam causam. Liuius libro quarto. Vt cum appropinquaret ianuę rex per causam aliquam in angustijs sustineret a tergo agmen. Idem. Hi postquam aliquid mouerent colloquendum cum Annibale rati nocte per speciem venandi vrbe egressi ad eū proficiscuntur.

*Percastor siue peræcastor per ædem Castoris. Cc.

¶Percello is, perculi percussum, significat euerto, percutio. Var. Alius teneram abietem solus percellit. Aliquando differo. Lucil. Ad nonum hoc percellit animum.

*Percepterus auis est ex aquilarum genere, quæ circa lacus versatur vulturi similis alis minimis, reliquas magnitudine antecellens, sed imbecillis & degener ita vt a coruis sępenumero verberetur. Cc.

*Percnus aquilæ genus ab Homero sic vocatū, aliqui Morphnum, alij Pygargum vocant. Cc.

¶Percipio is, pe. cor. perfecte capio. Aliquando ponitur p intelligo sentio, a quo perceptio.

¶Percitus penultima correpta nimis incitatus, qui ira ac furore accensus est.

¶Percoarcto as, ex per & con. & arcto abiecta n, arcto vero frequentatiuum ab arceo fit, & significat perfecte cogo siue constringo. Columella libro secundo de fœno loquens. Tūc demum inquit conuertemus, & vtrinque siccatum percoarctabimus in strigam, atque ita manipulos vinciemus.

¶Percolo penultima correpta perfecte colo, id est amo siue veneror. Plautus in Tri. Feceris par tuis cæteris factis patrē tuum si percoles.

¶Percontor per o, & sine c, ante t, a conto dicitur, quo nautæ vtuntur ad loca nauibus opportuna. Nam aquæ altitudinem contis pertentant. Iuuena. esse aliquos manes, & subterranea regna Et contum & stygio ranas in gurgite nigras. Atq; vna transire vadum tot milia cymba. Percunctor vero per u, & c, ante t, sit a cunctus a ū, quod a cunctis perquiratur, q̄ is qui curiosus est per cuncta interroget. Et vtrūq; significat diligenter interrogo. Plautus. Quid istuc in mente est tibi ex me mi vir percunctarier, id est morari quærendo, siue per cuncta inquirere. Plini. percunctantique quanti licitaretur opera effecta paruum nescio quid dixerat. Est etiam percunctari expectare. Terentius in phor. percunctatum ibi ad portum quoad se recipiat.

¶Percurro valde curro, siue currendo perseuero. Plautus in Sti. percucurri vt nuntiarem nuntium exoptabile. Terentius in An. Continuo ad te properans percurro. Do. Vide quantum properans & percurro vt continuationem cursus ostēderet. Quandoque percurrere est per aliquem locum currere siue discurrere. Auguſt. per translationem. Vt quid opus est multa percurrere & multa vana hæresum enumerare. Quandoque est negligentius & cursim pertransire. Cicero libro secundo de Ora. Et multo apertius ad intelligendum si sic construitur aliquando ac non ista breuitate percurritur.

¶Percuro as, pe. pro. perfecte sano. Curtius, percurato vulnere acrius obsidioni institit.

¶Perculsus participium a percello, sæpius ad animum refertur. Greg. Vna mulieris voce perculsus dum mori timuit vitam negauit, percussus ad corpus fit a percutio.

¶Percudo is, penultima producta, perfecte cudo & quasi frango. Columella libro nono Animaduertat auiarius an pulli rostellis oua percuderint.

¶Percutio tis, penultima correpta percussi percussum ex per & quatio, q, in c, mutata, & abiecta a, significat ferio. Cuius compositum est repercutio. Ambrosius libro primo Offi. Cum malediceretur nō remaledixit, cum percuteretur nō repercussit.

¶Perdo perdis perdidi perditum ex per & do significat amitto, quasi nimis do. Qui autem nimis dat quicquid habebat amittit. Hierony. libro primo Regum. Et de asinis quas perdidisti ne sollicitus sis, quia inuentæ sunt. Et perdere est perimere, quoniam quæ amittuntur quasi mortua nobis esse videntur. Terentius. Dij te perdant. Huius composita sunt Deperdo, quod est in totum perdo. Caius scribit deperditū dici quod in natura rerum esse desijt. Diminutum quod vsu raptum est. Disperdo consumo vel varie perdo. Plautus in Tri. præterea aliquantum animi causa in delitijs perdidit.

perdo.

¶Perduo vereres dixerunt pro perdo, a quo perduaxo. Plautus. Dij te deæque omnes perduaxint cum istoc hoie.

¶Perditus a, um, amissus. Et perditus qui ita alicui perturbationi aut vitio subiacet vt inde se eximere non possit, & qui omni vitio contaminatus est ita vt de eo nulla spes habenda sit, perditus dicitur, perditum enim dicunt quod interijt, ac recuperari non potest. Cicero libro secundo officiorū. Dum homines perditi hastam illam cruentam & meminerint & sperabunt perditum perdamus, plus significat quam perdamus solum. Est enim exaggeratio quædam Ciceronis Terentius. Ne puerum perditum perdamus, hoc est ne ex infelicissimo infeliciorem faciamus.

¶Perdite amare est vehementer amare.

¶Perdix auis nota a perdendo dicta. Nam vt Amb. Ire neo scribitur. Hæc auis dicitur esse plena fraudis & fallaciæ quæ decipiendi venatoris vias calleat atque artes nouerit vt eū a pullis auertat suis. Certe si insistere aduerterit, tam diu illudit, quam diu soboli fugiendi signum tribuat & potestatē quam vbi euasisse senserit, tunc se & ipsa substrahit & lubrica arte deceptum insidiantem relinquit. ~~De hac Hierony. ad præsidium, perdix aliena oua calefacit furatis suis Sed eū creuerint in nido pulli euolant~~, & ad parentes suos redeunt, mentitum parentem omittentes, perdices sibi insidiantur. Et si afferant illos ad syluam qui eos habent vocem emittunt absconsi, & sic cęteri veniunt, & retibus capiuntur, pl⁹ pedibus quam penn. s fugiunt aucupantes. ~~Et si ad hoc fuerint vt capiantur, sibi similem colore lapidem quærūt, & ibi se supinos ponunt.~~

mira prodigia aspidia.

*Perdicium hærba est qua perdices precipue vescuntur. Cornucopię.

¶Perdius ex per & dius quod est dies, & is dicitur qui per diem vigilat. Sicut pernox qui per noctem vigilat. Gellius libro secundo Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu per dius atque pernox a summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconniuens immobilis hisdemq; in vestigijs & ore atque oculis in eundem locum directis cogitabundus tā quam quodam secessu mentis atque animi facto a corpore, id est per diem & per noctem. Se. Id perdius pernoxque agebat. Sic interdius intra diem, vel per diem, quia nulla vigilationis propria significatio inest. Dius autem pro die ponitur in compositione, & nomen est & nominatiui casus. Sicut noctu pro nocte. Plautus in Mer. Neque conquiescam vsquam noctu neque dius, prius, profecto quam aut amicā aut mortem inuestigauero.

¶Perdono as, significat remitto. Augustinus in interpretatione psalmi. Expectans. Recedis a peccatis perdonabit peccata.

¶Perduellis hostis dicitur. Plautus in Am. perduelles penetrant se in fugam ibi nostris animus additus est.

¶Perduellio crimen læsæ maiestatis, aut reipublicæ, seu is qui ita læsit. Cicero libro. ij. officio. Nam pirata non est ex

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

perduellionum numero diffinitus, sed communis hostis omnium. Vlpia. pro crimine sumpsit. Qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus rempublicam vel principē animatus est. Antiqui perduellem dicebant quem nunc dicunt hostem, & tunc hostis significabat peregrinum qui suis legibus vteretur.

¶ Perduco ad finem vsq; duco. Cicero in Cato. M. quidem Val. coruinum accepimus ad centesimum annum vitam p̄duxisse. Aliquando perducere est per vim ducere. Inde perductores a Cice. in Ver. dicti sunt, qui vt Asco. inquit hoc differunt a Lenonibus, q̄ Lenones sunt scortorum perductores etiam inuitarum personarum.

¶ Peredo pen. cor. ex per & edo es, vehementer edo, a quo peredia æ, ipsa commestio.

¶ Peregre pe. cor. significat peregrinando. Et est commune tam significantibus quietem quam motum, vt peregre sum peregre veni, peregre vado. Aug. lib. ix. com. Frater autem meus quiddam locutus q̄ eam non peregre, sed in patria defungi felicius optaret, id est in peregrinatione. Ad locum, vt apud Plaut. in Am. Ita peregre veniens hospitio publicitus accipiat.

¶ peregrinus aduena & aliena loca peragrans, a peragro peragras. Et differt ab hospite q̄ peregrinus simpliciter eum significat qui in sua ciuitate non est. Hospes qui in aliena ciuitate est. Antiqui tamen peregrinos dicebant hostes Ambrosius. Aduersarios molli veteres appellatione nominabant. Hostes enim antiquo ritu peregrini dicebantur.

¶ Peregrina sacra dicta sunt quæ ex alijs vrbibus religionis gratia sunt aducta.

¶ Peregrinor pen. prod. depo. absolutum significat per aliena loca peragrans proficiscor.

*Peremptorium edictum tribus edictis propositis, vel vno pro tribus fieri solebat, & qui hoc spernebat contumax dicebatur. Cc.

¶ Perendie significat quod vulgo dicitur post cras. Cicero ad Atticum. Scies igitur cras, ad summum perendie. Hieronymus ad Pamp. Vt quod hodie non merui, cras vel perendie merear.

¶ Perendinus dies dicitur, ab hinc tertius. Cæsa. Qui si per te liceat perendino die cum proximis hibernis coniunctim communem, cum reliquis casum belli sustineat. Hinc comperendino as.

¶ Perennis & hoc perenne sine h, ex per & annus mutatis literis, quasi per annos durans id est perpetuus. Inde fit perenno as.

¶ Perenno as per annos duro. Col. lib. i. Sed & temperet vires clementia cum & terribilior deberet esse quam sequior vt obsequantur eius imperijs & diutius perennent boues nō cōfecti vexatione simul verborum operumq;. Idē lib. iij. Rosa modo culta multis annis perennat.

¶ Perennitas ipsa duratio. Idem. Nam ea cœli positio maxime frigida & minime humida est, quæ vtraq; perennitatem conditis frumentis afferunt.

¶ Pereo is, iui, vel perij peritum secundum analogiam. Componitur enim ex per & eo quod facit itum, sed nusquam legi, cum tamen periturus habeatur. Aug. super Ioā. Tanquā essent ab illo perituri merito turbantur. Et significat perire amitti Hierony. in lib. Reg. Perierant autem asinæ Cis patris Saul. Quandoque absumere. Terentius in Adel. Nempe tua arte viginti minæ pro psaltria periere. Vnde & pro mori sumitur, quasi in totum ire, quod qui perit prorsus abit. Plin. libro septimo. Tu qui te deum credis aliquo successu tumens tanti tum perire potuisti? Atqui etiam hodie minoris potes quantulo serpentis ictus dente, aut etiam vt Anacreon poeta acino vuæ passæ, vt Fabius senator & prætor in lactis haustu vno pilo strangulatus. Huius composita sunt Depereo & Dispereo.

ŏ Perfodio is, pe. cor. Vide in dictione Fodio.

*Perfacul veteres dixerunt pro facile. Cc.

*Perfas & nefas, prouerbiale tractum ab his qui quauis via voti compotes effici contendunt. Cc.

¶ Perfrico as. penulti. cor. valde frico. Perfricare vero os seu frontem, significat pudorem deponere. Nam cum in pudibundo sanguis diffundatur ex corde in faciem tanquam vexillamentum, qui impudibundi sunt & inuerecundi & erubescere videri nolunt, hi solent os & frontem perfricare ad rubore illum digerendum & sanguinem ad interiora repellendum. Hinc facta est locutio prouerbialis de inuerecundo vt dicatur perfricuit os, perfricuit faciem, perfricuit frontem p̄ eo quod est pudorem abiecit. Cicero libro tertio Tusculana. Quod tergiuersamus, nec fatemur eam nos dicere voluptatem quam tu idem cum os perfricuisti soles dicere. plinius. perfricui faciem nec tamen profeci. Mart. Et si perfricuit frontem posuitq; pudorem.

¶ Perfero pen. cor. vsq; ad constitutum finem fero. Cicero. Sed nuntius ille qui literas accepit non pertulit. Alibi pro denuntiare posuit, vt in epistola ad Cælium. In his sum locis quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissime omnia perferuntur, id est portantur vel denuntiantur. Aliquando patior vt diram crucem pro nobis Christus pertulit.

ŏ Perfido dis, pen. prod. valde fido. Cicero libro tertio offici. Sic homines secundis rebus effrenatos sibique perfidentes tanquam ingyrum rationis.

¶ Perfidus penultima correpta qui fidem violat siue perdit. Vergilius libro decimo. Nunc pelagi nymphę classis tua perfidus vt nos præcipites ferro Rutulus flammisq; premebat Hinc perfidia & perfidiose. Cicero libro primo ad Hærenni. In odium adducemus si quid eorum spurce & superbe perfidiose crudeliter confidenter malitiose flagitiose factum proferemus. Inuenitur etiam perfidus penultima producta a fido is, pro eo cui multum fidendum est, sicut In fidus cui nō est fidendum.

¶ Perfructus a perfruor. Cice. ad Horten. Et amœnitate loci perfructus est.

¶ Perfuga pen. cor. qui ad hostes perfugit vel transfugiendi morem perfecte nouit. Cicero libro tertio offi. perfuga ab eo venit in castra Fabricij.

ŏ Perfugio is, pe. cor. Vide in Fugio.

¶ Perfugium locus tutissimus quo nos in vexatione aut calamitate recipere contendimus, quamuis id non minus apud homines sit. Apuleius, perfugium facinorosorum hominum. Liuius libro secundo. Itaq; in medio prope iam victores cæsi & vsti pars perexigua duce amisso quia nullum propius perfugium erat Romam inermes & fortuna & specie supplicum delati sunt. Trāsfertur etiam ad alia, vt ad literas Cicero. Itaq; vtor eodem perfugio quo tibi vtēdum censeo literulis nostris.

¶ Perfunctorius a, um, a perfungor significat quod cito & leuiter transit. Ambrosius libro de paradi. Cognoscere vtiq; non sola & perfunctoria scientia est, sed in eorum operatione quæ oporteat fieri. Hinc perfunctorie quod est transitorie & inaniter. Idem libro hexa. De naribus quid loquar? quę biuio & procero foramine antrum quoddam recipientis odoribus præstant vt non perfunctorie odor transeat, sed diutius inhæreat naribus & earum ductu cerebrum sensusq; depascat.

¶ Perga oppidum in pamphilia, a qua Diana pergea dicta est propter templum illi dicatum.

¶ Pergamum siue pergamus ciuitas Asiæ insignis, quæ diu sub Attalicis regibus fortunata fuit, & postea Romanorum prouincia facta est. Apud quam Chartæ vsus inuentus est quæ nunc quoque vulgo pergamena dicitur, ab Attalo, vt Ælianus, vel ab Eumene vt Plinius ait. Ex pergamo Galenus medicus celebris, & Apollodorus orator fuit qui artes conscripsit, & Apollodoriam sectam introduxit, & Augusti Cæsaris magister fuit. Et discipulum memoratu dignissimum Dionysium ciuem suum cognomine Atticū, qui sermones & historias conscripsit, edocuit. Est & pga-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mum Idę promontorium.

¶ pergama pergamorum arces Troianæ, quæ quoniam altissimæ erant, omnia alta ædificia pergama sunt appellata. Vnde non immerito vrbs Cisalpinæ Galliæ ex qua ego orium duxi, pergamum dici posset, ꝙ in edito sita sit. Sed plinij auctoritas non parui pendenda fuit, qui Bergomum per b, & o, scribit, & eius incolas Bergomates appellat.

¶ pergo pergis perrexi, ex per & rego, significat vado. plinius, Mox vbi pluribus eodem modo se corijs loricauit in dimicationem pergit. Quandoq; prosequor perseuero siue procedo. Terentius in Adel. Nam si molestus esse pergis. Ver. O dea si prima repetens ab origine pergam Quandoq; Ago Idem. Pergite pierides. Quandoq; festino. Terentius i phor. Domum ire pergam vbi plurimum est. Quandoq; Conor. Idem in eadem. Hoc vbi ego audiui ad fores suspenso gradu placide ire perrexi. Hinc componitur Expergo quod significat expergefacio. Actius. Heus vigiles pro parte expergite pectora tarda sopore. Si pontinus componi putat exper & ago, sed vt opinor fallitur, tum quia præteritum perrexi facit secundum analogiam simplicis rego. non peregi, quod est a perago, tum quia perago compositum habetur ab ago,

¶ Pergræcor aris, epulis & potationibus inseruio, quod est græcorum proprium. Titi. Hominem impium nunc ruri pergræcatur.

¶ Pergula locus apertus a multis lateribus aerem excipiens aliquando extra parietem porrectus, & modo tectus, modo sub dio expositus a pergendo dicta, quod in ea deambulare soleamus, forumq; aut hortum, aut plateas, aut vias perspectare, & quandoq; cœnare. In pergulis præceptores discipulos erudiebant, aliiq; artifices opera sua velut in propatulo habebant. Vnde Sueto. de Crassitio grammatico. Deinde in pergula docuit. Plinius de Apelle. Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam lateris vitia quæ notarentur auscultabat. Est & pergula ordo accœtus ministrorum obedientium structori. Iuuenalis. Sed nec structor erit cui cedere debeat omnis pergula, id est pergentinus ordo. Item in naui pergula dicimus excursus per totam nauim, & alio nomine pontisculus appellatur. In vineis vero topiarium opus significat. Columella. Si quæ pergulæ vitium generosarum a putatoribus relictæ sunt ante Kalendas Apriles vtiq; deputari debent. Plinius etiam vitium generosarum pergulas præcepit quinquartibus esse putandas.

¶ Perhibeo bes, penul. correp. ex per & habeo, significat dico & firme teneo. Columella libro quarto. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Interdum perhibere est dare. Idē in eodem. Eius rei testimonium tu præcipue Syluane perhibere nobis potes. Quandoque pretium denotat eo modo quo vendo. Plautus in persa. Eodem mihi pretio sal perhibetur quo tibi.

¶ Peri prępositio græca, modo significat de, modo vltra modo circum a qua multa per compositionem fiunt.

ꝛ Periander fuit vnus ex septem sapientibus græciæ. Cornucopie.

¶ Peri archon significat de principijs siue principalibus περὶ enim significat de ἀρχῶν principijs. licet sit genitiui casus, quia Græci carent ablatiuo. Scripsit Origines libros Peri archon inquit Hieronymus qui sunt re vera alias obscurissimi & difficillimi. De rebus ibi talibus disputat, in quibus philosophi omni sua ætate consumpta nihil inuenire potuerunt.

¶ Peribolus penultima correpta latine circuitus. Dicitur & peribolum a περιβάλλω circumeo.

ð Et capitur pro septo & corona domus, quæ fit ne quis delabatur, quæ lorica loriculaue alio nomine dicitur, vide in loricula.

ð Periboeton περιβοητον, Græci dicunt celebrem famigeratumque.

¶ Pericope pen. cor. amputatio concisio dicitur. Hierony. ad pamma. Aut situ quoq; narem contraxeris illam apostoli περικοπὴν, id est amputationem, in qua de virginitate & nuptijs disputat, aliter differere compelleris.

¶ Pericles nomen viri clarissimi Athenienſis qui remp. xl. annis gubernauit, ex περὶ & κλέος gloria.

¶ Periclymenes, nomen filij Nerei & fratris Nestoris.

¶ Periculum a pereo deduci videtur & salutis discrimen significat. Verg. Obscœnamq; famen quę prima pericula vito. Aliquando dicitur experimentum, quia rarum est tentamentum sine periculo. Terentius in Eu. Fac periculum in literis. Et sic a perior antiquo verbo secundum Ser. deriuatur sicut a fero ferculum. Hinc periculosus a, um, quod est cum periculo. Cic. lib. i. offi. Grauioribus autem morbis periculosas curationes & anticipites habere coguntur.

¶ ~~Periculor, periculum subeo. Cato. Periculatus sum.~~

¶ ~~Periclitor penultima correpta idem est quod periculor, vt periclitor fama, capite, hoc est periculum subeo ista perdendi~~ Dicitur etiam periclitor siti, quando in periculo positus sum moriendi propter sitim, periclitari etiam significat experiri. Cicero libro primo de Ora. Subeuntibus vsus omnium & periclitandę vires ingenij. Plancus. Itaq; potius periclitari volui si posset mea præsentia & Lepidum tueri & exercitum facere meliorem q̄ nimis cautus videri.

¶ Peri hermenias latine dicitur de interpretatione.

¶ Perihegesis ambitus. Pli. possidonio qui periplum aut perihegesin. i. de terrę ambitu.

¶ Perileucos gemma quæ ab ore ipsius gemmæ ad radicem vsq; candidum habet. Cc.

¶ Perimetros latine immensus, quasi vltra mensuram.

✱ Perimo quasi in totum emo. Nam quod interficimus a nobis emptum, & nostri omnino iuris factum esse videtur, & hac de causa interficere significat. Inde peremptus interfectus. Cornucopie.

✱ Perimula indię promontorium. Cc.

¶ ~~Perihodus latine clausula siue circuitus, vel ambitus vel comprehensio, vel circunscriptio & continuatio.~~ Nonnunq; anfractus & terminus. Nam componitur ex περὶ circum & ὁδὸς vita. Est enim vbi plena sententia est. Vnde medici perihodicas febres vocant quæ certis temporibus veniunt & abeunt, & quodam quasi circuitu facto rursus redeunt, vt ~~sunt tertianæ & quaternæ. Est~~ & perihodus genus certaminis apud græcos.

ð In Gymnicis enim certaminibus perihodo vicisse dicitur qui pythia Isthmia Nemea olympia vicit a circuitu eorum spectaculorum. Et maximum decus erat vicisse perihodo.

ð Vide in dictione pentathli.

ð Peric dicus a, um, pe. cor. Vide in periodus.

¶ Peri œcus, latine contubernalis dicitur.

¶ Peripatetici philosophi dicti sunt a περιπατέω hoc est a deambulando. Et περίπατον græci vocant ambulationem, horum princeps fuit Aristoteles. Nam in Lyceo in ambulans docebat. Hinc commentationes vespertinas Aristoteli περίπατον. Id est post meridianam ambulationem appellat.

¶ Periphrasis latine circumlocutio vel circuito, vt apud Vergilium. Et iam prima noctis surgebat &c. cum diem tantum significet. Est enim oratio rem simplicem circunscribens elocutione.

¶ Peripheria, circunferentia.

¶ Peripetasma atis, genus cortinę qua parietes & aulæ tegũtur, seu tapetia babylonicifloris varietate conspicua, quę a lucretio Babylonica dicuntur, ab aliis aulęa & Attalica a Capitolino Stromata & peristromata. A Varrone bęluata hoc est a beluis variegata, a Plauto peristromata.

¶ Peristroma pen. prod. quasi circumstratum, idem quod peripetasma. plaut. in pseu. Ita ego vestra latera lors faciam vt valide varia sint. vt ne peristromata æque picta sint Campanica. Cicero libro secundo phil. Conchyliatis. C. pompeij peristromatis versicoloribus persimiles esse seruorum in cellis lectos stratos videres.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Peristonium, vt Augu. ait est ora. quæ Tunicæ talari, vel suebatur, vel texebatur, & hoc est quod græci dicunt περιστόμιον, i. oram habens in circuitu.

¶Peripsema atis, pe. pro. quod græci περίψημα, scribunt a περιψάω quod est circumrado vel circumlimo abstergo & repurgo. Vnde limatura siue rasura & purgamentum dici potest. Vnde apud apostolum. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema vsq; adhuc.

¶Periplũ. i. lustratum nauigatione circuitum.

¶Peripheroma quasi suplementum. Figura est cum particula aliqua sententiæ minime necessaria additur metro. Verg. Multum ille & terris iactatus & alto, vbi sine particula ille staret sensus & non versus.

¶Periphoretos quasi circumlatilis, quales appellari solent qui in lectica circunferri consueuerunt.

¶Peripneumonia περιπνευμονία, morbus cum pulmo totus afficitur, & tussis subsequitur. Qui hunc morbum patiũtur Peripneumonici dicuntur. Plinius. Mellis quidem natura talis est vt putrescere corpora non sinat faucibus tonsilis anginæ omnibusq; oris desiderijs vtilissimum arescentique in febribus linguæ. Iam vero peripneumonicis pleureticisq; decoctum. Cum vehementior est difficultas spirandi & spirare æger sine sono & anhelatione non potest Asthma vocatur Orthopnœa cum spirare non potest nisi recta ceruice spiritus trahatur. Dyspnœa cum difficultas spirandi modica est.

ŏPeriergia περιεργία, latine sedulitas dicitur.

ŏPeripeteias, & placas greci euentus varios appellant. Plin. Casus mirabiles dixit in præfatione περιπετείας.

ŏPeriphones, conspicuus dicitur. Nam περί circum φαίνω luceo.

¶Peristerotrophium locus in quo columbę habentur, latinę columbarium, quamuis columbarium proprie sit loculamẽtum in peristerophio singulis columbarum paribus prępara tum. Nam peristeris columba. Inde peristereos hærba columbis ad modum familiaris. Varro libro tertio de rust. Duo genera earum in peristerotrophio esse solent. Vnum agreste quod habetur in turribus ac culminibus villæ.

¶Peristereon idem quod peristerotrophium. Var. Incedũt locum vnum quod alij vocant peristereona, alij peristerotrophion in quo vno sæpe vel quinq; milia sunt inclusę, peristereon fit vt testudo magna camera tectus vno ostio angusto *Peristeræ dicuntur columbę domesticę, & harum stationes peristeriones vocamus. Cc.

¶Periscelis idis, ornamenti genus circa cura quo mulerum gressus componi solebant, vt docet Porphyrio enarrans illud Horati. Sępe periscelidem raptam sibi flentis. Fit autem ex περί circum σκελ crus. Hiero. in lib. nu. Ob hanc causam offerimus in donarijs domini singuli quod in pręda auri potuimus iuenire periscelides & armillas anulos & dextralia & murænulas, vt depreceris pro nobis dominum. Idem ad Fabiolam scribit periscelides a latinis vocari fœminalia, seu brachas quibus pudenda velantur.

¶Perissologia superflua locutio vt si dicamus. Felix sit & minime pereat. Cæsar. Nam περισσός superflua λόγ locutio.

¶Peristylus, locus clausus columnis, peristylium quasi circum columnium περί circum στύλ columna. Est autem locus circumquaque porticum habens, vel saltem a tribus lateribus. Victru. peristylia in transuerso tertia parte longiora sint quam introrsus. Idem Tetrastylos Hestylos Octostylos dicuntur a Victr. loca a numero columnarum.

¶Perizonium palliolum pręcinctum quo nudę virgines infra papillas pręcinguntur, hoc est præcinctorium & castula dicitur.

¶Perizomatis, dicitur omne quod circuncingit pudendorum velamen, vt in Gen. Fecerunt sibi perizomata. Idem dicitur & lumbare & bracha.

¶Perillus Athenienſis faber ingenio præstans qui taurum ex ære fabricauit in quo reus clauderetur vt phalaridi placeret.

ŏPeremptorius a, um, quod est mortiferum a perimẽdo, vt venenum peremptorium apud. Apul. lib. x. Sic apud iurecõsultos. Titu. de iudicijs peremptorium edictum dicitur eo q̃ perimat disceptationem inter litigatores, hoc est non patiat aduersarium tergiuersari.

ŏPeremptalia fulgura prisci appellauere, quę superiora portenta perimunt, i. tollunt.

¶Perimo is, penu. cor. ex per & emo, significat adimo tollo. Vnde peremptus interfectus.

¶Perinde ex per & inde compositum est, aduerbium similitudinis. Significat enim ita. Cice. lib. iij. tus. In quo facetum illud Bionis, perinde stultissimũ regem in luctu capillũ sibi euellere quasi caluicio mœror leuaretur. Sue. in Domi. Nulla tĩ re perinde motus q̃ responso casuq; Asclepiadis mathematici. Aliq̃ significat pariter ęque. Plin. Iunior. Funus Rufi clarissimi, & perinde felicissimi. Suet. in Cęs. Quę siquis inuestigare & persequi vellet, quartam elementorum literam, id ẽ d, pro a, & perinde reliquas commutet. Aliquando multum seu valde, admodum. Idem in Galba. Quare aduentus non perinde gratus fuit. Et de Aug. Coxendice & femore & crure sinistro non perinde valebat, vt sępe etiam inde claudicaret. Cice. Terentius. Te & Dolobellam perinde diligo. Aliquando ponitur pro tanquam. Et sic plerunque habet post se vel ac si vel atque si, vt Fac perinde ac si tua res esset & faueo rei tuę perinde ac meæ. Aliquando significat per hunc modum.

¶Terentius in phor. Sexcentas perinde potius scribito mihi iam dicas.

ŏPerissum greci inęquale atq; impar dicunt.

¶Perinthus vrbs Thraciæ quæ nunc Heraclia dicitur.

*Inde perinthius a, um, vt perinthia Menandri. Terent. Menander fecit Andriam & perinthiam. Cc.

¶Perito as. penul. cor. frequentatiuum a pereo, ex per & ito. De simplici Gel. Ne quo ad cænam, nisi ad certas personas itaret. De compositio. Plautus in Cap. Qui per virtutem peritat non interit.

¶Perithous nomen viri proprium.

¶Periurus qui iusiurandum violat, vel qui iurando ius peruertit. Verg. Talibus insidijs periurique arte Sinonis. Periurium est iusiurandum violatum. Quid autem sit iusiurandum Cice. lib. iij. offi. declarat dicens, q̃ sit affirmatio religiosa. Idẽ ibi. Regulus non debuit conditiones pactionesq; bellicas, & hostiles perturbare periurio.

¶Perrhębi gens epirotica. Proper. Aut cur perrhębi tremuere cacumina pindi.

¶Perlego pe. cor. multum siue a principio ad finem vsq; lego aut video. Plaut. in Astna. Lege perlege. Quint. Quod videre non est satis sed perlegendum erit. Verg. Quin protinus omnia perlegerent oculis.

ŏPerlitus pe. cor. a perlino is. Apul. lib. i. Et lolio perlitus.

¶Perlucidum & pellucidũ a perluceo vel pelluceo, p̃ mutationẽ r, in l, sicut perluo & pelluo, plicio, & pellicio. Et est id p̃ cui⁹ medium oculos dimittimus atq; videmus, vt aqua laterna vitrum. Refertur etiam ad mentem. Plaut⁹ in aul. Is pellucet quasi laterna punica.

¶Perluo multum lauo. Col. Cum vino perluitur os.

¶Permano as. pe. pro. ad finem mano descendo. Cic. libro. i. de natura de. Nec est quod ab his ad hominum vitam permanare possit. Idem libro quarto Tus. Nam cum est concupita pecunia nec adhibita continuo ratio quasi quędam socratica medicina quæ sanaret eam cupiditatem, permanat in venas & inhęret in visceribus illud malum. i. descendit & penetrat. Plaut. in cap. per translationem posuit pro vulgare. Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant, neue permanet palam hęc nostra fallacia.

¶Permaneo es, pe. cor. vsq; ad finem maneo. Plinius. Iunior Tunc demum lente cunctanterque veniunt, nec tamen permanent, sed ante finem recedunt. Per translationem ponitur pro perseuerare. Terent. in Hecy. Vnde ita intereas intercessi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sit quæ tam permansit diu.

¶ Permitto sino. vt permitte me legere. Interdū dedo. Curtius libro. i. Sexaginta dierum inducias pacti vt nisi intra eos auxilium Darius ipse misisset dederent vrbem postquam nihil inde præsidij mitteretur ad præstituram diem per misere se regi. Interdum incito, Sisen. lib. iij. Et inde equum concitatū principes ad hostium permittit aciem. Interdum præcipito. Idem lib. iiij. Multis præmissis armis exsummo se permitterent Interdum committo. Salu. Ea potestas per senatum more Romano magistratui maxima permittitur. Idem. M. petreio legato exercitum permittit. Et permittere est quasi ad finem mittere. Columel. lib. viij. Hoc genus easei potest etiam trans maria permitti.

¶ Permessus fluuius Bœotiæ ex Helicone proueniens phœbo & musis sacer. Vergi. in Sileno. Tum canit errantem permessi ad flumina Gallum. Declinatur etiã hic permessis idis. vel idos. Marti. Quid tibi cum cyrrha? quid cum permessidos vnda.

¶ Pernæ a pede vel a græco πτέρνα, dicuntur tam priores q̃ posteriores coxæ porcinæ salitę cum toto pede quos Nart. petasones appellat. Plinius. Caistrantur sues post bidui medium suspensæ pernis prioribus. Quidam dicunt pernam proprie pedem significare. quo vocabulo Hispani nunc vulgo vtuntur a quo pernæ suillæ. Vnde & Compernes qui sũt longis pedibus. Ab huius pernæ similitudine piscis quoque genus perna dictus est ex concharum genere circa pontias insulas frequentissimum, q̃ stent veluti suillo crure longo in arena defixi.

¶ Pernio morbus pedum ex nimio frigore proueniens & calcaneum infestans præcipue Plinius. Rapum domesticum pernione feruens impositum sanat, & crudum tusum cum sale prodest cuicunque vitio pedum. Huius diminutiuum est perniunculus. Idem. Perniunculos curat & cotyledon cum axungia.

¶ Pernix icis. pen. produ. a pernitor ris. qui nimium nititur. Vnde aliquando sumitur pro celeri. Verg. lib. iiij pedibus celerem & pernicibus alis Aliquando pro nimium perseuerante. Idem libro. iij. Georg. de tauro ferociente. Et inter Dura iacet pernix instrato saxa cubili. Hier. ad Deme. pro vtroque significato posuit. Equorum cursus clamore pernicior fit. Hic pernicior & perseuerantior intelligi potest. pernix vero pernicis pe. corre a perneco as. fit pro pernicioso. Et in fœminino genere sumitur pro morte.

¶ Pernicitas velocitas. Pli. Alibi cauda villosa homines nasci pernicitatis eximiæ.

¶ Pernicies mors. a perneco. Neco autem a Nex. Hinc pernicios pro mortifero.

¶ Pernicialis mortalis. Plinius. Pernicialia & brassicæ cum vitæ odia.

¶ Perniciabilis ad necẽ oĩa ducens. Liui. Multos ex ianiuit rigor niuis ĩsolitus, multorũ exussit pedes, plurimorũ p̃cipue perniciabilis fuit.

¶ Pernox generis omnis signifi. per noctem, non q̃ tota nocte nunquam dormiat. Plinius de luna sic inquit. Crescens sẽ per aut senescens, & modo curuata in cornua, modo æqua portione diuisa. modo sinuata in orbem maculosa, eademq̃ subito prænitens immensa orbe pleno ac repente nulla, alias pernox, alias sera, ex parte diei lucem solis adiuuans deficiens & in defectu tamen conspicua. Cum enim dicat alias pernox alias sera, & sera idem sit quod tarda, pernox cita significare conuenit. hoc est vt ego sentio nocte modo ad surgendum cita, modo tarda. Alterum enim ex altero declaratur. Liui. libro quinto. Prælium que ante lucem, sed luna pernox erat, commissum est, & haud incertius diurno prelium fuit. Hic pnox significat q̃ lunaq̃ totam noctem erat siue lucebat Hic pernocto.

¶ Pernocto as. per noctẽ moror. verso. vigilo. oro quiesco ambulo, sto habito, dormio, vel quicquam aliud facio siue bonum id sit siue malum. Non autem totam noctem in somnẽ duco. Hoc enim rarissime euenit, vt quis per totam noctem euigilet. Vnde illud Terentia. in a del. Sed si hic pernocto causæ quid dicam Syrecita interpretor. Si hic per noctem moror, non autem si vigilo per totam noctem, quod ad rem nõ pertineret, sed cum ille de pernoctatione sua in vrbe qui ruri pernoctare solebat loquatur, ne pater si rure se absentem noctu deprehenderet suspitiosus exquirat cur non rus redierit. Et illud in Hecy. Nam negabas neptuni filiam te tuam posse pati cum eo qui meretricem amaret & pernoctaret foris. Cicero pro Cluentio. Cum esset adolescẽs apud mulierculam quãdam atq; ibi vt pernoctaret moraretur. Idẽ pro Archia. Adolescentiam agunt, senectutem oblectant secundas res ornant, aduersis perfugium atq; solatium prebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum peregrinantur rusticantur id est hospitantur per noctem morantur, versantur stant, & huiusmodi. vt pernocto sit quicquid generatim per noctem fieri possit. Idem pro domo sua. propter inopiam tecti in foro pernoctans ideſt dormiens. Pompo. Pernoctare extra vrbem dicitur qui nulla parte noctis in vrbe sit. Est & Abnocto quod significat per noctem siue noctu absum. Seruius. in libro v. ænei. Hoc etiam illa lex iuris indicat q̃ cum tribuno plæ. abnoctare ab vrbe non liceret licebat tñ exire post noctẽ mediã & ante mediã reuerti.

¶ Pero genus calceamenti rustici ex corio crudo cõtra niues hymbresq; ac frigora. q̃ peram veteres pellem dicebant pendentẽ a collo ad lũbos. Iu. Quẽ non pudet alto per glaciẽ perone tegi. Verg. lib. vij. priscos latinos perone in bellis vsos ostendit, cum inquit. Vestigia nuda sinistri Instituere pedis crudus tegit altera pero. Victru. Ex vlua inquit palustri factis peronibus. Vbi quasi pro culeo & vtre accepit. pero etiã fuit nomen Nelei filij, & frater Nestoris.

¶ Peronatus qui perones assumpsit. Pers. Nauim si poscat sibi peronatus arator.

¶ Perosus ex per & osus. Osus autem participium esse puto verbi odio pro quo defectiuum odi mansit in vsu, Vnde osor verbale. Nam sicut a prandeo pransus sum cum tamẽ & prãdi dicamus, ita & osus sum ab odio capimus, pro quo est odi presentis & præteriti perfecti temporis. Terenti. in Adel. Et illud rus nulla alia causa tam male odi nisi quia propre est. Plautus in cap. Odi ego aurum multa sæpe multis persuasit peraperam. Capiũtur similiter Osus exosus & perosus, & actiuæ signif. cationis sunt & particip. a quod ostendit osurus futuri temporis. Exempla omnium proferam. Festi. scribit. Osi sunt ab odio declinat se antiquos, testis. C. Gracch⁹ in ea quæ est de lege Minutia cum ait. Mirum si quid his iniuriæ fit semper eos osi sunt. quod nunc quoq; cum p̃positione elatum frequẽs est cum dicimus perosi. Col. lib. x. Neq; ea curatorem fraudulentum tantum, sed etiam immunda segnitiem perosa est. Quinti. lib. primo. Qui modo legitimam disciplinam non sint perosi. Plau. in Am. simplici vsus est. Inimicos semper osa sum. Verbali autem in Ax. Madidum, nihili, incontinentem atq; osorem vxoris suæ. Exosus. Verg. lib. v. posuit. Iuppiter omnipotens si nondum exosus ad vnum troianos. Exosus passiue etiã dicitur ab Eutropio.

¶ Perogigamus, qui admittit vt saliat equam. Eo enĩ adiutante equa alligata celerius admittitur. Var. lib. ij. de re rusti. perogitam appellat.

¶ Peoro as. finio perago siue vsq; ad finem dico, sicut dicimus orare significare agere siue dicere. Lactan. lib. v. Qs̃q Tertullianus eandem causam plene perorauerit in eo libro cui Apologetico nomen est. Cice. lib secundo de legibus. Video Platonem idem fecisse omneinq; orationem eius de legibus peroratum esse vno æstiuo die. Hoc tamẽ verbum significat perfecte siue quantum perfecte possum oro. Vnde peroratio dicit finis orationis. Sed quia in hac parte vtimur plerumq; affectibus, ideo vsurpamus plerũq; perorare pro ipsa affectuum cõmotione. Quintilia. Atista legem recitat, & in cadauere filij perorat. i. indignationem cõmouet.

* Perorri populi sunt Aethiopiæ non multum remoti ab

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Atlante monte.Cc.

*Perotta genus chartæ nuper inuentæ.Cc.

*Perotti a peronibus dicti sunt.Cc.

¶Perpendo is.ppe examino. Vide in dictione pendo.

¶Perpense aduerbium significat prope examinate ac pōderate. Ambr.lib.de Caim.Ex quo cognoscitur nec illud otiose scriptum sed perpēse & examinate quod legimus in regnorum libris.

¶perpendiculare geometræ vocant quod recte in aliquid incidit,vt radij solis recte ex alto in aquam descendentes perpendiculares appellātur,illos integros,hos cōfractos in aqua videmus apparere.

¶perpendiculum instrumentum fabri materiarij seu cæmentarij quo plombo a filo & gnomone pendente rectitudo seu obliquitas operis perpenditur.i.examinatur. Asco.perpendiculum linea laterum æqualitatem a summo ad imum latitudine probans Cice.lib.ij. Acad. Atq; si crederemus non egeremus perpendiculis,non normis,non regulis. perpendiculi inuentor fuit Dædalus.

¶perperro as.penul cor.ex per & patro,signi.perficio.& plærūq; in malam partem.

ō perpetim pe.cor.aduerbium significat perpetuo.

¶perpes etis.pe.cor.generis omnis idem quod perpetuus a quo fit perpetim perpetuo.

¶perpeto is.pe cor.ex per & peto significat continuo id est valde & sine intermissione peto,perago,perficio. Vnde perpetem & perpetuum dicimus integrum,solidum,& nunquā interruptum.

¶Perperi pe.cor.indocti,stulti,praui,mendaces. Actius. Describere eum miror perperos popularis.

¶Perperam pe.cor.aduerbiū significat praue,peruerse. Plautus. Quidni semper agit,perperam.Exponunt perperam pertulanter seu inconstanter.vt est illud Apostoli. Charitas non agit perperam id est non est inconstans.perperos enim græce instabilis est & leuis & mentis inops.Et hęc in eos intendit qui leuitate quadam & inconstantia plærag innouant poteris & hoc pacto intelligere.Non agit perperam id est contumelioſe.

¶Perperitudo modo prauitatē,modo stultitiā significat.

¶Perpero as.deprauo,quasi nimis exacte paro.

¶Perpetuus a,um.vt accipitur a Theologis id est cui & principium datur & finis,vt mundus & homo exterior.Sempiternum quod ex semper & æternum componitur id,intelligitur quod principium habet nunquam habiturum finem.vt sūt angeli & dæmones & interior homo.Æternum quod nec principium habuit nec idem finem habiturum est,vt deus. Quæ differentia nulla est apud Oratores,vt ex libris Ciceronis de natura deorum,& in Tusculā.intueri licet.Est quando perpetuum significet continuum. Vnde perpetuam orationem dicimus continuam.Ouidi. Ad mea perpetum deducite tempora carmen.

¶Perpetuo as.perenno,continuo. Augu.li.iiij.ciui.dei.Gaudium verum perpetuabatur ex deo in quem flagrabat charitas ex corde puro. Næuius. Miserum me cui datum est vt hūc solus perpetuem laborem.

¶Perpessus qui nimis cum labōre & dolore passus est a perpetior fit.

*Plexa ligata,a quo perplexa intricata & abstrusa,& perplexe aduerbium,hoc est implicite inordinate,& perplexabile figuratur,per q̄d aliud auditur,aliud sentitur.Plau. Nec vllū verbum facit perplexabile.Cc.

¶Perpluere significat per mediū pluere. Quinti.libro.sexto. Quum cœnaculum perpluere.t.

*Perpol aduerbiū iurandi Cc.

*Perquam composita dictio semper positiuis adiungitur,& verbis.Cc.

¶Perrepto as,frequētatiuum a perrepo,signifi.tarde & cum labore incedo. Teren.in adel.perreptaui vsq; omne oppidum ad portam & ad lacum.

¶Perrumpo pfecte seu p medium rumpo.Columel.libro.ij. Sic oēs radices hērbarum gruptæ necantur. Liui.li.viij. Qui aliquoties impetu facto grumpere non poterat hostiū agmē detraxit frenos equis,

¶Perscribo ad finem vsq; scribo. Liuius. Facturus ne sim operę pretium si a primordio vrbis res gestas populi Romani perscripserim.

*Persebolis persidis regia. Ptolomæus tamen hanc vrbē pse polim non persebolim vocat,& sic legendū opinor. Lege ptolomæum libro.vi.

¶Persephone pe.cor.dicta est proserpina & significat virtutem seminum,quam olim raptam ab Orco dicunt. Quia vt inquit Aug.defuit terræ fœcunditas.

¶Persequor in bonam & in malam partem accipi potest. In bonam,vt si quid aut quem quoad possumus sequamur.Et sic significat quod cœperam perseuero exequi.Nam vt inquit Dona,per seuerationem persequntis ostendit.persequitur enī qui non desinit sequi, quod est quasi perfecte sequor. Terent. in Andria.Is hinc bellum fugiens,meque in Asiam persequens proficiscitur. Cicero.pro Deio.Spem infinitam persequi nolui. Plinius. Qui mihi omnes suaderent vt cœptum opus persequi festinarem. In malum significat insector vlciscor. Plautus. Quid me miseram,atque innocentem persequaris. Sallustius. Et accepta iniuria ignoscere,quam persequi malebant.

ō Persero ris.ex p & sero.signifi.pfecte sero. Plau. posuit p dissemino quum ait. Inde veniſſe perserit.

¶Perseuero as.penul.produ.ex p & seuerus componi puto. non enim seuero legitur. Et significat cum constantia animi & quasi quadam seueritate continuo. Hinc perseuerantia quę est in ratione bene considerata stabilis ac perpetua pmansio.

¶Perses nomen fuit regis persarum seu Macedonum, qui ab Aemylio ductus est in triumphū Romam cum filijs, perijtq; in carcere animi mœrore confectus,vel vt alij tradunt vigilijs maceratus.

*Fuit & alter perses Solis & persæ nymphæ filius rex Tauricæ regionis cruentissimus Cc.

¶perseus ei.& perses is.vel persi.sicut Achilles is.vel Achilli. & Achilleus ei.est nomen proprium viri,de quo multa præclara gesta narrantur. Hic fertur Cephei gener, q; Andromedam cero propositam liberatam a periculo vxorem duxerit, quinobilitatis & virtutis causa ad sidera dicitur peruenisse. A quo medusam,vt est in fabulis. Harpe vulcania quæ ex adamante facta fuerat, interfectam esse constat. Cicero libro secundo de natu. deorum. Cepheus passis palmis subsequitur septentrione. Hunc antecedit Cassiopea,ad pedes Andromadæ perseus describitur.

¶Perseis nymphæ nomē a perseo sic dicta.Cc.

¶persia æ.seu persis idis.& persida æ.orientalis regio a perse seu a perseo rege sic dicta,cuius populi persæ dicti sunt. prop. persarum statuit Babylona Semyramis vrbem. Item.persi. Luca.libro decimo. Ex pharijs persisque fuit Macedumq; tyrannis. Hæc regio sicut ptolomæ.scribit lib.v. a septentrione Medis terminatur,ab occasu Susiana,ab ortu solis duabꝰ Carmanijs,a meridie parte sinꝰ persici. Eius oppida sunt Axima, persepolis. Diospolis. Ibi primū inuenta est ars magica. Ad eā Nembroth gygas post confusionem linguarū abijt, persasq; ignem colere docuit primus in ea rex,sicut refert Iusti.libro.i. Fuit Cyrus. In ea lapillorum multa copia. Et primam Sibyllam in ea natam ferunt,quæ hæc de Christo prenuncias se tradit. panibus simul quinq; & piscibus duobus hominū millia in eremo quinq; satiabit,& reliquias tollens. xij. cophinos implebit in spem multorum.

¶persicus a,um.penul.corre.quod ex persia est. vt regnum persicum. Iuuena. Nec Crœsi fortuna vnquam nec persica regna. Sufficerent animo. Dicimus etiam persicum sinum, qui ab oriente est maris rubri,qui vero ex aduerso est Arabicus dicitur. ponitur quandoq; persicus pro diuite & opulento.a persarum.s.diuitijs luxuq;. Hora. persicos odi puer apparatus plau. pro peracuto posuit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Persica poma dicta sũt q̃ ex Persia primo adducta fuerunt Persideo es, pe. cor. ex per & sedeo.

*Persillium vas erat picatum in quo vnguentum seruatur, quo vngebãtur Quirini arma. Cc.

¶ Perspicio ad plenum video cognosco ve. Cice. in Læl. Quidam sæpe in parua pecunia perspiciuntur quam sint leues, quidam vero quos res parua mouere non potuit cognoscuntur in magnis. Hinc perspicientia. Idem libro. i. officio. Sed omne quod est honestum id partiũ quatuor oritur ex aliqua. Aut enim in perspicẽtia veri solertiaq; versatur. id est perfecta cognitione.

¶ Perspicuum dicitur per cuius medium videmus, sed magis ad incorporalia pertinet, pellucidum ad corporalia. Plini. Tam claras perspicuasq; sententias. Sic dicimus perspicuam orationem id est claram & apertam. perspicuitas splendor ac facilitas.

¶ Perspicax consideratus, acutus. perspicacitas consideratio & acumen.

¶ Persoluo is. perfecte soluo. Decius Brutus Tantum me tibi debere existimo, quantum persoluere difficile est. Est enim pprie ppter debitum vel propter alicuius vírtutes & beneficia erga quem Lactan. lib. vĳ. Vt vnicuiq; pro merito aut præmium persoluat aut pœnam. Verg. persoluant grates dignas & prẽmia reddant.

¶ Persono. Vide in dictione Sono as.

¶ Personam diffiniunt philosophi esse naturæ rationalis individuam substantiam. Tria igitur necessaria sunt vt aliquid persona dicatur s. q̃ sit individuum. Non enim in vniuersalibus, sed in singularibus tantum persona dici potest. Q̃ sit in genere substantiæ. Nam accidentia quum per se non existant nec per se agant, personã constituere nõ possunt. Et q̃ sit quid rationale, quoniam id est personans quantum ad ipsam actionem, quod in se habet quod possit agere vel non agere. Et hoc habent solum rationabilia. Ideo de ratione personæ est q̃ sit quid rationale. Non ergo lapidis vel arboris vel irrationalis animalis, sed vel dei, vel angeli, vel hominis persona dicitur. Persona etiam dicitur facies cõficta a Græcis πρόσωπον vocata. Nam caput (vt Bassus inquit) & os cooperimento personæ tectum vndiq;, vnaq; tantum vocis emittendæ via apertum, quoniam non vaga neq; diffusa est in vnum tantummodo exitum coactam vocẽ & magis claros canoroscq; sonitus facit. ob eã causam persona dicta est o litera propter vocabuli formam productiore. Vnde personati dicũtur qui huiusmodi personis tecti sunt. Et proprie histriones Attellanici sunt. personata quoq; fabula dicitur quæ agitur a personatis histrionibus. Hanc iuniores Laruam vocant. Hinc per translationem persona sumitur pro qualitate, qua alius ab alio differt, tum in animo tum in corpore, tum iextra positis, quæ a Rhetoribus numerantur in attributis personæ. Animi, vt quo studio se exerceat literarum ne an militaris disciplinæ. Et iracundus ne sit an mitis. Luxuriosus an temperans. Corporis vt Adolescens ne sit an ętate adultus, pulcher an deformis. Extra positorum, vt dives an pauper, Clarus an obscurus. Vnde in scænis Histriones personas accipiunt, hoc est facies aut serui, aut ancillę, aut militis, aut parasiti. Et in vno homine multæ possunt esse personæ, vt persona iracundi, mitis, læti. Item persona præceptoris, mariti, patris. Hinc Grammatici personas constituunt, personam secundam & tertiam, persona etiã genus herbæ, de qua Colu. lib, vĳ. Venena viperæ depellit super sacrificationem ferro capta hærba quã vocant personam trita & cũ sale impositra. Exigua quoq; fistula ex ære siue marmore aut alia materia ex qua aqua exilit e fonte, propter signa quæ fieri in ea solent, persona quandoq; vocatur, & Sipunculus proprie dicitur.

¶ Personatus qui personis, hoc est laruis indutus est.

ð Personata fœlicitas dicitur a Seneca non vera, sed simulata quæ forinsecus est decora intus vero deformata instar histrionum qui inducta persona simulant, & imitantur quemcunq; velint. personatus pater dicitur ab Horatio comitus pater in ductus in comedia sub persona histrionica Scribit Cice. q̃ Roscium personatum non magnopere laudabant.

ð Personata vero vulnera sunt quę latent.

ð Denicq; generali vocabulo personatus dici potest quisq; foris aliud ostendit, & intus aliud sentit, & machinatur. Personati proprie Attellani vocantur, quia ius est his, non cogi in scæna ponere personam, quod cæteris histrionibus pati necesse erat.

¶ Personatus us. ipsa in personis actio. Vnde dicimus histrionem personatum agere in scænis.

¶ Personale q̃d ad pson̄ ptinet. Vnde psonalis actio, quę in personam fit. Personale vero verbũ quod per personas distinguitur, cuius contrariũ est Impersonale.

¶ Personatia genus hærbæ quam Græci forte petasiten vocant. Plini. Folio personatiæ nullum est latius. Persolata etiã hęrbæ genus, quam vt ait plini Græci vocant Arction, & aliquando prosopiten, quam nemo ignorat. Folia habet similia cucurbitis. Dicta persolata a persola, quod nomẽ apud veteres, vt Placidus Grammaticus inquit, significabat personã

¶ Persto as. permaneo, perseuero. Gel. Hoc modo perdiu per noxq; perstabat. Lactã. li. i. Vt in perpetuũ vanitatis illorum monumenta perstarent.

¶ Persisto is. Vide in dictione Sisto.

¶ Perstino. as. pe. cor. Vide in dictione Destino.

*Perspisso aduerbium significat tarde. Plau. Quia quod bene promittunt aruspices perspisso euenit Cc.

¶ Perstringo gis. valde stringo, seu breuiter aut summatim stringo, dico vel scribo. Hierony. Hęc a me perstricta sunt breuiter. Perstringere vero est obtenebrare, obtundere, vt quum oculi nimia luce, aut aures nimio sonitu perstringũtur. Lactã. lib. ij. Horũ pulchritudo ac nitor perstringit oculos. Hora. lib. car. Iam nunc minaci murmure cornuũ Perstringis aures iam litui strepunt. Vide infra.

¶ Persuadeo non ab actu sed ab effectu persuasionis significationem habet, vt sit persuadere suadendo inducere. Sed distinguendum est. Nam aut id fit vt quis inducatur ad id credendum, aut ad id faciendum. Si ad id credendum, & dicam Persuasi hoc tibi. tunc sic exponerem. hoc tibi suadendo credere feci. Vel sic. Dum hoc tibi suadeo credidisti. Augu. lib. i. ci. Dei. Nam scio quibus viribus opus sit, vt persuadeatur superbis quanta sit virtus humilitatis. Cice. lib. i. ad Heren. Si animus auditoris persuasus fuerit id est ad credendum inductus fuerit. Quod ipse Cice. sic exponit licet per alia verba id est si oratio aduersariorũ fidem fecerit auditoribus. Sin ad faciendum tunc sic. Persuasi tibi vt hoc faceres id est suadendo tibi in animum induxi vt hoc faceres. Etiam in præsenti vt Cæs. cõ. li iiij Idoneum quẽdam hominem & callidum delegit gallum ex illis quos auxilij causa secum habebat. Huic magnis præmijs pollicitationibusq; persuadet vt ad hostes trãseat & quid fieri velit edocet. Qui vbi ad eos venit timorem Romanorum proponit, persuadet id est suadendo inducit in animum. Quod ostenditur ex affectu, quoniam Gallus ex suasione præmiorum inductus, transiuit ad hostes. Q̃d tamen non est alienum a vocabuli significatione, quoniam p fecte suadere est maxime suadendo in animum inducere alteri vt id credat seu faciat. quod quũ perfecte fit, is cui hoc suadetur quodammodo id credere aut facere perpellitur. Ideo p suadeo hoc modo non perfecte suadeo significare dicitur, sed quasi suadẽdo in animum perfecte induco, vt ab effectu qui sequitur perfectæ suasionis magis quam a significatione vocabuli sensus capiatur. Similimodo fit in Exoro quum significatorans impetro. Et Excogito quod est per cogitationem inuenio eo q̃ exorando id est perfecte orando impetratur quod oratur. & Excogitando id est perfecte cogitando iuenitur q̃d quæritur. Nec huiusmodi significationes proprie sumuntur ex vi prępositionum. & verborum quæ non progrediuntur nisi quantum significatio eorum protenditur, quæ in persuadeo est perfecte suadeo Exoro perfecte oro, sed ex effectu rei quæ exijs consequitur & perficitur. Verum non eatenus ipa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

a propria eorum ſignificatione recedere dixerim quin ſignifi
care poſſint perfectam ſuaſionem. Nam perſuadeo perfecte
ſiue maxime ſuadeo ſignificare docet Teren. in And. quum
ait. Ipſus mihi Dauus qui intimus eſt eorum conſiliȝ dixit,
& is mihi perſuadet nuptias quantū queam vt maturem. Idē
in phor. Sed vbinam Getam inuenire poſſim vt rogē quod
tempus conueniendi patris me capere perſuadeat. Hic perſua
deat maxime ſuadeat ſignificat. Similiter. Lactanti. libro. vi.
Quid M. Tullius in ſuis officialibus libris nonne hoc idem p
ſuadet non eſſe omnino largiendum? id eſt maxime. Quod
eſt contra eos qui volunt perſuadere tantum in effectu eſſe.
Suadere in actu. vt eſt Sipontinus, qui ait. Suadere eſt hortari
aliquem ad id quod intendimus. Perſuadere eſt ſuadēdo aut
diſſuadendo aliquid hominem in opinionem noſtrā inducere
* Perſuo in totum ſuo, ex per & ſuo. Cc.
* Perſum valde ſum. Gelli. Platoni & Socrati perfuit fami
liaris. Cc.

¶ Pertædeo des, dui. a quo pertædeſco, quod eſt tædio ve
hementer afficior. Gel. Iamq; omnes finem cuperēt verbiſq;
eius defatigati pertæduiſſent,

¶ Pertæſus a, um. participium ſine verbi origine, vt inquit.
Ser. & regit accuſatiū. Sed poteſt eſſe a pertædeo. Sueto. in Cę
ſa. Et quaſi pertæſus ignauiam ſuam q; nihil tum a ſe memo
rabile actum eſſet. Ambro. libro Hexa. Turtur, vbi iugalis
proprij fuerit amiſſione viduata pertæſa thalamos & nomē
habere coniugij, eo q; primus amor fefellerit eam. Vergili⁹.
libro iiij Aeneid. genitiuo iunxit. Si non pertæſum thalami
tędæq; fuiſſet.

¶ Pertempus ſignificat opportune. Terenti. in Hecy. Pertē
pus accedamus.

¶ Pertendo ad finem tendo. Aug. lib xvi. ciui. Dei. Quoto
quiſq; anno vitæ ſuæ filium genuerit adiſtum generationum
ordinem pertinentem qui pertendit ad Habraam.

* Per te aut me aut alium ſtare, dicitur, quum nos aut aliquid
aliud ne quid fiat cauſa ſumus Plin. Omnia iam parata erant
niſi per eum ſtetiſſet. Cc.

¶ Pertimeſco ſignificationem ſui primitiui habet. Non enim
retinet ſignificationem paſſiuam innatam. Lactan. lib. tertio.
Quare non eſt q; philoſophis tantum honoris habeamus, vt
eorum eloquentiam pertimeſcamus

¶ Pertineo es. pe. cor. ad finem vſq; teneo. Hierony. ad Ocea:
Tunc me tenebat eremus atq; vtinam pertinuiſſet. Aliquan
do pertinere eſt pertingere. Cæſar. Cōmen. i. Ex eo oppido
pons ad Heluetios pertinet. Et pertinere attinere. Nam ea p
tinere ad nos dicimus quæ dominij noſtri ſunt, & ea quę ali
quo iure poſſidemus, quamuis non ſint noſtri dominij. Item
ea quæ in nulla noſtra cauſa ſunt, ſed eſſe poſſunt. Hinc aliquā
do pertinere ad me accipimus pro eo quod eſt officium meū
eſſe, ſiue onus mihi incumbere. Et pertinere ad nos de aliqua
re, eſt nos curare & magni pendere eam rem. Hierony. lib. ij.
Regum. Siue enim fugerimus non magnopere ad eos de no
bis pertinebit, ſiue media pars ceciderit e nobis non ſatis cu
rabunt.

¶ Pertento as, vehementer tento, valde experior. Vergilius
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. Terentius in An
dria. Sed ea gratia ſimulaui vt vos pertentarem. Alibi leuiter
tento. vt Blanda viciſſim gaudia pertentāt. Sunt enim mul
ta quæ pro locis intelliguntur. vt Impotens, & ſatis, & min⁹
& nihil potens. Aliquando pertentare eſt ſæpe tentare. Ver
gilius libro. iij. Georg. Nonne vides vt tota tremor pertem
tet equorum Corpora.

¶ Pertinax pe. cor. qui nimis tenax eſt, à pertineo. Plautus in
Cap. Quid tu ais tenax ne pater eius eſt? Et ille imo ædepol
pertinax. Pertinaces igitur ſunt qui id vehementius tenent
quod tenere non debent. Aliquando ponitur pro perſeuerā
te in bonam partem quum plærunq; in malam legatur. Et ſic
a pertendo fit. Nam vt inquit Varro. In quo non debet per
tendi & pertendit, pertinacia eſt. In quo vero oporteat mane
re ſi in eo perſtet perſeuerantia vocatur. In bonam partem.
Val. Maxi. lib. i. Non mirum igitur ſi pro eo imperio augen
do cuſtodiendoq; pertinax eorum indulgentia deorum ſem
per excubuit, q; tam ſcrupuloſa cura paruula quoq; momen
to religionis examinari videntur. Sene. lib. vij. de bñfi. Vin
cit malos pertīax bonitas. Liui. Vincit tamē omnia pertinax
virtus. Hinc pertinacia, quæ vt inquit Cice. perſeuerantię fini
tima eſt, & tam in bonum quam in malum ſumitur. Sueto.
in Cęſa. Ne patientia & pertinacia hoſtis animi ſuorū frange
rentur. Actius. Pertinacīa indocti poſſident.

¶ Pertexo is. perago, perficio. Translatio a texoribus qui pri
mo telā ordiuntur, & orſam deinde texunt. Cice. lib. ij. de ora
to. Et pertexe modo Antoni q̄d exorſus es. Proprie tñ perte
xere eſt valde vel ad finē vſq; texere.

¶ Perturbo valde turbo. A quo Perturbatio, quæ eſt auer
ſa ratione contra naturam animi commotio. Auctor. Cicero.
lib. iiij. Tuſcula.

¶ Peruagor & peruago penul. correp. per aliquem locum va
gor. Cicero. libro tertio ad Hæren. Sed illud facere oportebit
vt idem primos quoſque locos imaginum innouandarum cauſa celeriter animo peruagemus. Liui. lib. primo. Nūc
errabundi domos ſuas vltimum illud viſuri peruagarentur

¶ Peruello is. vellico, & punctiunculis torqueo. Cicero. lib. iij.
Tuſcula. Quid mœres? cur ſuccumbis cediſq; fortunæ? quæ
peruellere te forſitan potuerit & pungere, non potuit certe vi
res frangere.

¶ Peruenire ſignificat ad finem venire.

¶ Peruentores auctore Aug. ſunt qui ad potentū quorūlibet
tanq̄ inacceſſibiles amicos cōuenientiū perſonarū interpoſitio
ne ambitione ac arte pertingunt.

¶ Peruerto modo cōuerto, modo deprauo ſignificat.

¶ Peruerſi inquit Hier. q̄ de recto declināt ad peruerſitatem,
vt Diabolus Iudas, & Hæretici, & ſuperbi omnes.

¶ Peueſtigo penul. prod. non ſolum quęro ſed quærendo in
uenio vel acquiro. Veſtigo autem quęro, tractum a veſti
gijs tanq̄ a ſignis indicijſq; quibus ad rei notitiam peruenim⁹
Cice. lib. ij. de Orato. Noſſe regiones intra quas venias & per
ueſtiges quod quæras.

¶ Peruicax penul. cor. durus, contentioſus, nulli cedens, perſe
uerans cum quadam vi. Terent. in Hecy. Adeon paruicaci eſ
ſe animo vt puerum præoptares perire? Hinc peruicatia duri
cies, obſtinatio.

¶ Peruigilo vſq; ad finem vigilo, vel totā noctē inſomnē du
co. Mar Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue.

¶ Peruigilium multa vigilatio & cuſtodia. Pli. lib. xi. peruigi
lio quidem vincuntur cibi. Et peruigiliū ſacrū nocturnū quo
vigiliæ indicuntur, vt per totam noctem vigiletur. Liui. lib.
xxiij. Caſtra Cāpana vt peruigilio neglecta ſimul oīb⁹ portis
inuadit. Suet. de Cali. Nec alia de cauſa videtur eo die quo pe
riit peruigiliū indixiſſe, q̄ vt initium in ſcænam prodeūdi lumi
na tēporis auſpicaretur.

¶ Peruius a, um. p quod iri poteſt. Sic dicimus virginem eſſe
cœli peruiam. Aliquando dicitur penetrabile. Ouidi. libro. ij.
Meta. Domus eſt imis in vallibus huius Abdita ſole carens
non vlli peruia vento.

¶ Peruolo as. pe. cor. vſq; ad finem volo.

¶ Peruolo peruis peruult penul. cor. valde cupio. Liuius, Per
uelim ſcire vtrum qui deſcendūt, an qui retinent turde me que
rantur.

¶ Peruſia Hetruriæ ciuitas. A qua peruſinus a, um Proper. Si
peruſina tibi patriæ ſunt nota ſepulchra.

¶ Peruinca herba vulgo nota quæ in lōgū creſcit obuia q̄q;
vincens ac puīciēs. Folia habet lauro ſimilia. Ideoq; Chamæ
daphne, hoc eſt pua laur⁹ appellatur. Florē facit violæ ſimilē,
& coronamētis adhibetur.

¶ Pes dis. ima pars corporis. De quo ſupra ī dictione pedes.
Hinc deducūtur per compoſitionem multa. vt vnipes, bipes,
tripes, ſemipes, ſonipes, cornipes, flexipes, planipes, loripes ſoli
dipes, al. pes, curuipes.

* Pes præterea eſt animal fœdum, ex quo pediculus & pedū

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

culus pro eodem. Cc.

¶ Pessulus pe. cor. quasi paruus pes, instrumentum quo ostiū clauditur. Cadenatius vulgo dicitur, clauecp mox subdita re seramus. Apule. Tum myrmex tandem claue pessulis subiecta pandit fores. Idem. subdita claui pessulos reduco. Hiero ny. in Can. pessulum ostij mei aperui dilecto meo. Vnde. Op pessulata ianua. i. pessulis firmata. Festus. Obices sunt pessuli seræ. Dictus pessulus q̄ ne pessum detur ostium affigi solet & annecti. Huius dimi. est pessellus.

ǒ Pessulatæ fores dicuntur pessulis clausæ minutæcp. Et pessulata ianua pessulis firmata.

¶ Pessum aduerbium significat modo retrorsum, modo deorsum, quasi ad pedes vel sub pedibus. Plini. lib. iiij pessum iere vitæ pretia, omnescp a maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere.

¶ Pessundo as. conculco, reprimo, arceo, & pessum eo hoc est cedo vel retrocedo.

¶ Pestis, pestilens, pestilentia, & pestilitas in vna significatione accipiuntur. Lucre. libro. vi. Hæc igitur subito clades noua pestilitascp. Cicero. lib. i. de fato. Inter locorum naturas quantum interſit videamus, alios esse salubres, alios pestilentes. A pestilentia fit pestilentiosus a, um. quod pestilētiam affert Augu. lib. ij. confessio. Iamcp pestilentiosum & in posterū periculosum sentiebat cohærere termino coniugalis affectus, si resecari ad viuum non poterat.

¶ Pessi fœminarum medicamenta quæ molli lana naturalib⁹ coram conduntur.

¶ Pessimon is. emporium phrygiæ habens templum maximum vt inquit Srab. magnæ veneratiōnis matris deū quā Andigistan vocant. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus structus est, & templo & porticibus ex albo lapide. Romani celebre reddiderunt educta inde Deæ statua & pessimūtia appellata.

¶ Petala a Græcis dicuntur arborum frondes πέταλον latine folium. Vnde petalion foliatum. Vide in dictione Foliatum. Et Bracteas antiqui petalia a tenuitate nominabant. Caryotarum quoq; petalia vocantur Kalendis Ianuarijs missita ri solita. De quo Ouid. Mar.

ǒ Petasites a Dioscoride furculus herbæ quæ est maior vlna, digiti magni crassitudinis, cuius folium petasotes ingens inheret, vt fungus.

¶ Petasus pe. cor. capitis tegmen galero persimile siue ipse galerus. Fitcp a græco πετάννυμι quod est extendo, cuius aoristos est petasa. Vnde petasus, quod alio nomīe Schiadion dicunt. hoc est vmbellam. Vnde apud Plautū legitur q̄ Pseudolus ipse a Carino quærit. Sic etiā opus est chlamyde & machæra & petaso, q̄ hæc tria essent militaris hominis ornamēta. Hinc Petasati qui galero & capitis ornamento vtuntur. Suet. de Auguſt. Aestate apertis cubiculi fonbus ac sæpe in peristyllo saliente aqua atcp etiam ventilante aquilo cubabat. Solis vero ne hiberni quidem patiens, domi quoq; non nisi petasatus sub dio spatiabatur. Per translationem vero, petasis dicitur quiddam in galeri formam ædificijs superpositum extensum & explicatum in metæ formam se contrahens. Plini. us libro decimo quinto. Supra in quadratum pyramidis stant quinque quatuor in angulis & in medio vna in vno latere pedum quintum septuagenum, alterae centenum quinquagenum ita fastigiatæ vt in summo orbis æneus & petasus vn⁹ omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta cathenis tintinnabula, quæ vento agitata longe sonitus referant. Sunt qui petasum accipiant pro pinna quam gladiatores in galeis habebant, sed non congruere videtur. Alij accipiunt petasū pro quodam calceamenti genere, allegantcp Plautū in Amphi. dicentem. Ego has habebo vsque in petaso pinnulas. Et apud Lactan. accipitur petasus pro alato Mercurij calceamento. Idem quoque Plautus in Amphi. Itidem habet petasum quum serui pileum habere non possent, nisi quum facti fuissent liberi.

¶ Petaso penul. corre. caro porcina, quam alij coxam, alij eam partem suis dicunt quæ ab allis incipit & costas comprehendit, quibusdam veluti virgulis pinguibus distincta. Frustum de perna præciditur, & sale obrutum, deinde in fumo suspensum asseruatur. Mar. Musteus est propera charos ne differ amicos. Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil. Huius diminutiuum est petasunculus. Iuuena. Siccus petasunculus & vas Pelamidum.

¶ Petaurum genus ludi, & machina quædam lignea. Quo quidem ludi genere homines per aera rotarum pulsu iactabantur. Martia. Quam rota transmisso toties impacta petauro. Dici etiam potest petaurum supra quod homines agilitate corporum insignes ludunt. vt hastæ circa quas se voluant. Funes supra quos etiam reciproci ambulāt. Circuli per quos se more piscium transmittunt. Tabulæ e quibus in aera pendent vno brachio se sustinentes. Græci dicunt petaurum esse laqueum & alleres quibus domos tegunt. Iul. Pollux existimat caudam esse in quam se cortis altes cubitum ituræ conferunt.

¶ Petauristæ quidam ludunt & leuioribus saltibus mouentur. Var. li. ij. de Vita Nec minus aliquo in genere sunt ludi veteres. Galli. Germani, Petauristæ. Qui & petauri dicuntur a πέταυρα volare.

¶ Peto is. petiui. vel petij, petitum, significat oro siue obsecro vel volo. Petere vt inquit Varro, proprie est aliquid supplici ter & precario postulare. Et sic vnum tantū exigit accusatiuū Plini. Te autē pro vetere nostra necessitudine etiam atcp etiā peto vt eius filios qui in tua potestate sunt mihi potissimum condones. In malum. Salu. in Iur. Ipse acer bellicosus, at is quā petebat, quietus imbellis erat. Sic in bonum dicimus. Pater salutem filij petit, seruus beniuolentiam domini. In malū. vt hic petit caput alterius aut famam. Hæc enim in hominis pernicicm petuntur. Aliquando petere est instanter poscere. Vnde petulcus & petulans. Liui. lib. i. Iam Horatius cæso hoste victor secundam pugnam petebat. Aliquando insidias tendere. Plancus. In quo casu hanc capio voluptatem, q̄ certe q̄ magis me petiuerunt, tanto maiorem his frustratio dolorem attulit. Aliquando violenter aggredi. Cice. pro Liga. Quid enim Tubero tuus ille districtus in Acie Pharsalica gladius agebat, cuius latus ille mucro petebat? Aliquando manere, expectare. Verg. libro nono. Troianos hæc monstra petunt. Aliquando cupere. vt apud eundem libro. iiij. Georgicorum. Pulchramcp petit per vulnera mortem. Aliquando percutere. Liui. li. xxij. Hispano punctū magis quā cæsim assueto petere hostem. Aliquando inquirere. Vergilius. Euandrum petimus. Aliqñ eligere. vt Idem. prīcipio sedes apibus statioq; petenda. Aliqñ proficisci. Sueto. in Vespa. Et cutilas ac Reatina natura vbi æstiuare quotānis solebat, petijt. Aliquādo influere. vt Campum petit amnis. Quando vero construitur cum ablatiuo instrumentum significante pro instrumenti diuersitate diuersa significat, siue in rem, siue in personam referatur. Nā petere manu est ducere. Vergilius. Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit. petere pedibus est ire. Apul. Dū pedibus iter faciens propinquum rus peterem. petere gladio aut veneno, aut lapide, aut cornu & huiusmodi est inuadere, ferire, & saluti insidiari. Idem Iam cornu petat & pedibus qui spargat arenā. Et malo me Galathea petit lasciua, puella. Suetonius in Tibe. Missum in arenam aprum iaculis desuper petijt. petere cursu, adipisci, obtinere. Vergili. Quæ litora proxima cursu. Contendunt. petere blanditijs est blandiri. Quin. Nouercam blanditijs petit, petere muneribus osculis precibus, est conciliare. Apul. Quum me lachrymis pręcibusq; petissēt. petere oculis est contemplari. Petere auribus audire, petere naribus, olfacere, petere tactu, palpare. Iungitur interdum huic verbo ablatiuus. Cice. Audes quicquam ab istis petere? Nunquam vero vel raro duos accusatiuos habet. Huius composita sunt Appeto, Competo, Expeto, Impeto, Oppeto, Perpeto, Præpeto, Repeto, & Suppetit, quæ habēt penul. correptam.

¶ Petitio postulatio. Aliquando etiam gladiatorum impet⁹

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cice. Q; ergo tuas petitiones ita cõiectas vt vitari nullo modo possent pua quadam declinatione concutiunt.

*Petassa Rhodos aliquãdo nominata est. Cc.

¶Peteſſo is. antiquum verbum idem quod peto, sicut Impetraſſo. Reconciliaſſo. Commonſtraſſo, qualia apud Plautum plurima. Cice. lib. ii. Tuſ. Qui hanc gloriam peteſſunt nullũ fugiunt dolorem. Plaut. in Trinũ. Vtram potius harum mihi artem expeteſſam.

¶Petigo pe. pro. morbi genus, qui & Impetigo dicitur, q; vicina petat ſeſe late ſumma cute diffundens, occupat plerũq; totũ vultũ oculis exceptis.

¶Petimia hulcera in humeris iumentorum q; ima, id est profunda petant.

¶Petulans penul. corre. improbus. A quo petulantia improbitas quum alios per contumeliam petimus. Cice. Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua. Quandoq; ponitur pro ſuperbo. Idem petulanter diues. Quandoq; pro laſciuo. Ouidius. Quinetiam vt poſſem verbis petulantius vti, Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi. Et generaliter petulantia eſt laſciuiamentum ſiue effrænatio immodica ad quodlibet vitiũ, a petendo dicta.

¶Petulcus laſciuus. Verg. Hœdiq; petulci. Vnde meretrices quoq; petulcas veteres dixerunt, a petendo.

¶Petilus pe. cor. tenuis exilis. Lucilius. Inſignis varis cruribꝰ & petilis.

¶Petilia vrbs Brutiorum a philoctete condita ἀπὸ τοῦ πέτασθαι. i. volare, quia exaugurato locum delegit.

¶Petilanſura ſignificat vngulam equi albam.

*petiſia poma ſunt parua gratiſſimi ſaporis. Cc.

¶petoritum penulti. corre genus vehiculi. Horat. libro prĩo. Ser. Atq; caballi paſcendi, ducenda petorita, nunc mihi curto Ire licet mulo.

ðpetilius flos colore albo dictus, vel a paruitate foliorum vel ab vrbe lucaniæ petilia.

¶petra lapis tenerior mitiorque ac minor. Vnde gemmæ lapides non ſaxa dicuntur. Hinc petroſus a, um. quod eſt petris abundans. Eſt & petra Arabiæ oppidum quod Nabathæi incolunt. Vnde pars ea Arabiæ vocatur petrea.

¶petrea pars Arabiæ. Et petrea mulier quę põpam precedẽs in coloniis ac municipiis imitabatur anum ebriam, q; pedes in petras frequenter impingeret.

¶petroleon oleum quod ex petris naturæ ſponte fluit.

¶petronius nomen viri proprium. Quo nomine vocatus fuit auctor non ignobilis.

¶petronia nomen vxoris Vitellii de qua apud Sueto. Et petronia nomen fluuii in Tyberim defluentis dicti q; per petras fluat.

¶Petrones ruſtici dicti ſunt a veteribus a petrarum aſperitate & duricia. Hinc Plautus petronem verueccm duriorem eleganter dixit, vbi ait in Cap. Qui petroni nomen induunt verueci ſectario, ego ſi in via petronem publica conſpexero, & petronem & dominum reddam mortales miſerrimos.

¶Petroſelinon, quaſi petrarũ apiũ, nã inter lapides melior naſcitur. Eſt herba nota quæ inter apij genera numeratur, cõponiturq; ex petra & σέλινον apium.

¶Pexo as, a pecto is. Vnde pexe veſtes pectinæ contextæ. Et pexati qui pexis veſtibus ſunt induti. Martia. pexatus pulchre rides mea zoile ſemper. Sunt qui dicunt pexas veſtes eſſe piloſis contrarias, raſas, quæ pilis carent. In quem ſenſum accepiſſe videtur. Hierony. cõtra Ioui. quum ait. Ante nudo eras pede, modo non ſolum calciato, ſed & ornato. Tunc pexa tunica. & nigra ſubucula veſtiebaris ſordidatus & pallidꝰ, & calloſam opere geſtitans manum, nunc lineis & ſericis veſtitꝰ & Atrabarum ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis Ibi enim pexam tunicam puto intelligi raſam & quaſi lacerã Nam vbi Perſius dixit, pexumq; togaq; recenti. probus. Barba (inquit) tonſuræ genus eſt, quo iuuenes ſic tonſi pexi barbi appellantur. Nos præpoſitionem addimus Depexa Terẽ. Depexum dabo.

¶Pezitæ fungi qui ſine radice aut pediculo naſcuntur quaſi pedeſtres. Dicti q; nõ tollãt ſe altius a terra πεζός pedes etiã in ludo ſcacchorum πεζός.

P ante lb

¶Phæacum ciuitas in planitie eſt, quæ ab vtraque parte, habet duos editiſſimos vertices in quibus adhuc ſunt arces. phęaces vero populi fuerunt Corcyræ. Vnde & Corcyra phæacia dicta eſt, quæ in littore maris Ionij eſt. Scribitur in prima cum æ. diphth. Hinc phæacius a, um. & phæacus a, um. vna ſyllaba minus. Proper. libro tertio. Nec mea phæacas æquant pomaria ſyluas.

¶Phaeton dictio triſyllaba. Nam ae diuiſas ſyllabas habet & aſpiratur dictus ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Sol dicitur vt inquit. Ser. lib. v. Aenei. Item lib. vi. a luce ardoris ſui.

¶Phætuſa fuit vna ex filiabus Solis.

ð Phæſtum, vrbs in creta a qua phæſtius quidam dictus eſt quem adiutorem cõdendis legibus Solonis fuiſſe tradit Plutarchus inclitũ vaticinio, & rerũ diuinarũ peritia.

¶Phæcaſius, calceus. Vnde phæcaſios ſeu phæcaſiatos ſacerdotes & deos vocamus. Seneca ad Lucilium. Si quem palliatum aut phæcaſiatũ conſpexeris.

¶Phædrus nomen viri proprium, quo ſignificatur, clarus, alacer.

¶Phæſtus mons ſeu promontorum Cretæ. Fœminino vero genere ciuitas in eo.

¶Phagedæna cum diph. in penul. Nam græce φαγεδαῖνα ſcribitur ἀπὸ τοῦ φάγω. hoc eſt ab edendo, & eſt exulceratio vſq; ad oſſa celeriter depaſcens cum inflãmatione ſaniem male olentem emittens & ad mortem perducens. Auctor. Iul. pollux. Plini. libro. xx. Hulcera quæ phagedęnas vocant folia & radix recens cum melle ſanant. Et apud Columel. putatur eſſe morbus quem in iumentis vermen appellant. Idẽ apibus tribuit lib. x. Sæpe etiã (inquit) vitio quod græci φαγεδαῖναν vocant intereunt.

*Phagones a phago verbo græco quod eſt ab edo, dicũtur voraces. & eo verbo Plautus vtitur. Cc.

¶Phagus us, & phagi arbor glandifera ἀπὸ τοῦ φάγω. comedere. Verg. in Culi. Vmbroſęq; manẽt phagus hederæq; ligantis. Brachia. Hinc phagineus a, um. & phaginus a, um. pe. cor. p materiato ex ea arbore. Oui. li. viij. Meta. Illic phagineus dura dauo ſuſpenſus ab anſa. Verg. Poſtvalido nitẽs ſub pondere phaginus axis.

¶Phaliſci populi Hetruriæ, quorũ oppidum phalerij vocabatur. Sunt qui arbitrantur phaliſcos vocari, quos nũc corrupte Montem Flaconem appellant.

¶Phalacron Græci caluum dicunt. Vnde corui aquatici phalacrocoraces dicuntur vt inquit Plinius. Hinc loca ſatis fruticibuſq; nuda phalacras appellant, quaſi calueta, vt quæ nihil ferunt. Apud Col. Glabreta dicuntur.

¶Phalara ciuitas a Phalaro amne Ithomæ Mineruæ proximo.

¶Phalarica a phalis id est turribus dicta eſt, quia turres defẽdat. Vel a phalari Siculo tyranno, vt Amianus inquit. Hæc vt Vegetius ſcribit ad modum haſtæ valido præfigitur ferro, quod in longitudine habet pedes tres, vt cum armis corpus transfigat. Inter cuius tubam & haſtile ſulfur reſina bitumen ſtupo conuoluuntur infuſa oleo, quod incendarium vocant, balliſtæ impetu deſtinata prærupto muniminæ ardens figitur ligno turritamq; machinam incendit. Eſt autem magna & parua phalarica. Vnde Lucanus dixit phalaricam neruis mitti tortibus. Verg. vero ait. Turnum manu iaculari poſſe. Vnde lib. ix. Sed magnũ cõtorta phalarica venit Fulminis acta modo.

¶Phalaris idis. nomen proprium Agrigentinorũ regis, crudeliſſimi. Cuius exſtant epiſtolæ.

¶Phaleræ ornamenta equorũ ἀπὸ τοῦ φάλου dicuntur, ſeu a verbo græco quod illuſtrare ſignificat. Vergilius libro quinto Aeneidos. primus equum phaleris inſignem victor habe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

to. Inde phaleratus a,um. id est phaleris ornatus. Suetoni⁹ in Clau. Crassus fungi equo phalerato & in veste palmata. Et non tantum sunt ornamenta phaleræ quam equitum & nobilium. Liuius libro duodecimo tradit Comitia Flauij ædilitia tantum habuisse indignitatis, vt plærique nobilium aureos anulos & phaleras deponerent. Plinius lib. xxxiij. refert olim ab ordine eq̃stri phaleras fuisse positas ex indignatione. Apud Teren. phalerata dicta leguntur pro ornatis.

¶ Phalera portus Athenien sis celeber.

⁂ Phalerium vrbs Tyrrhenę Hetruriæ. Inde phalerius a,um Stephanus.

⁂ Phalora vrbs Thessaliæ. Inde phalorensis. Stephanus.

¶ Phalęciũ carmen dictũ a phalęco inuentore. Constat spondæo, dactylo, & tribus trochęis. hoc & hendecasyllabũ a syllabarũ vndena mensura vocatur.

¶ Phalænę quidam pisces in mari. Amb. Quid gladios loquar, aut serras, aut canes mariticos, aut phalęnas, aut zigænas? Balænam dicunt esse.

¶ Phalangæ sunt quibus baiuli ferendis oneribus vtuntur, quas σκευαφόρα Plato appellat. plini. lib. vij. phalãgæ fustes sunt nodis carentes, quibus Afri. prelium contra Aegyptios primi fecerunt. Iul. pollux phalanges (inquit) phalangia dicũtur lingna, quibus subiectis naues trahi solẽt. Sic Nonius scribit phalanges significare fustes teretes, qui nauibus subijciũtur. Scribit Herodo. Aethiopas vicenos dentes elephantorũ grandes, ex materia ebeni centenas phalãgas tertio quoque anno tributi vice regibus pendere solitos. Latine phalangæ dicuntur. A quo fit phalango gas. quod est onus aliquod huiusmodi fustibus transueho. Afra. Et capream vnam semilaceram quaterni simul phalãgabant.

¶ phalangarij qui aliquid oneris phalangis transuehũt, qui modo Tetraphori, modo Hexaphori dicuntur. Item phalangarij appellati sunt milites qui erant ī phalãge, quales habuit ad imitationem Alexandri Magni Alexander Syrius Romanorum Imperator. vt auctor est Lampridius.

¶ Phalangium genus aranei. Q. omnibus internodia terna sint in cruribus, sunt qui phalangij nomĩe omnes araneos intelligant. Dicitur & phalanx.

¶ Phalanx. langis dictio Macedonica, qua non proprie legio sed quadrata acies & cuneus militaris. intelligitur quando. s. pes pedi, clypeus clypeo, vir viro, in acie cõferebatur. Et hoc peculiare fuit Macedonum institutum. vt auctor est Liuius. & meminit Curtius, cuius hæc verba sunt. Macedones phalangem vocant peditum stabile agmen, vir viro, armis arma conserta sunt. Cæsar. Milites nostri e loco superiore pilis missis facile hostium phalangem perfregerunt. Vnde proculdubio accipitur phalanx pro armorum connexione atq; testitudine Hinc per translationem a satyrico poeta dictum est. Iunctęq; vmbone phalanges. Item phalanx est regula continens lances id est libram. Et phalanx ab Aristotele genus aranei, q̃d & phalangium dicitur Tarantola. Item phalanges dicuntur digitorum in ternodia.

ὁ Phalereus demetrius philosophus dictus a phalereo portu, siue a phalerea prouincia phanostrati filius & Theophrasti auditor athenis prefectus fuit a Cassandro macedonum principe cum esset ciuis, qui vt auctor est Stra. Non modo popularem non destruxit potentiam sed etiam melius reformauit. Verum tantum inuidia valuit, vt post Cassandri obitum in ægyptum fugere coactus sit, & eius inimici statuas plures trecentis dissectas conflauere, hic tandem morsu aspidis periit, cũ multa apud Ptolę. in calamitoso ocio scripsisset.

ὁ Phaselius & phaseolus, quem vilem Vergili. appellat a phaselo insula dictus est non procul a monte olympo vt Apul. ait genus leguminis quod vim calidam & humidam habet aluũ lubricat vrinã mouet pectori, ac pulmoni prodest licet caput pernicios is humoribus repleat.

¶ Phaneus mõs in ꝓmõtorio Chij a phaneo rege dictus.

¶ Phanesij populi ī insulis Oceani septẽtrionalib⁹ q̃ vt Solin⁹ ait habent aures adeo effusas vt reliqua viscera cõtegãt illis.

⁂ Phaneta sol dicitur quia quotidie renouat sese ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι τὰ νέος. i. quoniam apparet nouus. Cc.

¶ Phantasiæ imagines rerũ insidentes animo phantasma atis visum quæ species vna & nomen est eorum quę dormientes videre sibi videntur, phantasticus imaginatiuus.

¶ Phanaticus dicitur q̃ diuino spiritu afflatus est & cui multæ vanę apparitiones sunt. quales insanientẽ. Aiacẽ percepisse poetæ ferunt. Hunc morbũ Errorem vocauit Horat. Aut phanaticus error & iracunda Diana.

¶ Phanio nihil aliud significat quam boni pedis hominem id est cuius aduẽtus afferat aliquid fœlicitatis, sicut solem⁹ dicere secundo pede introisse, cuius introitum prosperitas aliqua sit consecuta, vel melius, quoniam φαν/ζω est appareo. id est apparitorem vulgariter dicerent, qui ex voto & desideratus tandem appareat.

ὁ Phanum templum, quia phanum apertũ significat, & omnibus adeuntibus aperta sunt templa.

¶ Pharmacum pen. corre. Græci φάρμακον. medium verbum, quod pro veneno & pro medicamento accipi potest. Vnde Caius Iurisconsul. Qui pharmacum dicit debet addere bonum vel malum.

ὁ Pharicon, genus veneni est, quod Athenæus phariacon nominat.

¶ Pharmacopola penul. cor. dici potest vnguentarius q̃ pharmaca id est venena vel medicinas venditat, quales sunt qui vulgo herborarij vocant. Componitur enim ex pharmacon & πωλέω vendo. Hora. in Sermo. Ambubaiarum collegia pharmacopolæ.

ὁ Parmacotrophi significat venenis ali solitos populi sunt põpo. Gandari paricani Bactri Susiani pharmacotrophi.

¶ Parmacodes odor medicamenti.

¶ Pharmatusæ sunt duæ insulę exiles iuxta Atticam regonam in mari Salaminiaco, in quarũ altera vt inquit Stra. li. ix. sepulchrum Cyrces visitur.

¶ Pharaones appellantur Ægypti reges, quod cognomẽ fuit dignitatis vt scribit Eusebi. Et vt docet Iosephus libro. vij. Antiqui pharonis nomen secundum Aegyptios significat regem. Et reges quum primum perueniebãt ad imperium hoc nomen accipiebant.

¶ Pharmaceutice græce φαρμακευτικὴ medicina quæ medicamentis curat. Nam veteres tria medicinæ genera fecerunt, Empœricen quæ solum experimentis constat ἐμπειρίαν enī Græci experientiam vocant. Iatralepticem quæ vnguentis & Clinicen quæ victu & venenis corporibus medetur. Sunt tamen qui Clinicen in duas partes diuidant Vnam Diætiticen quæ victu medetur. Alteram pharmaceutricen quę medicamentis.

¶ Pharæ numero plurali vrbs in Creta a Misenijs cõdita Habentur aliæ in Misenia & alibi.

ὁ Pharmaceutria dicit quã nos sagam dicimus venefica.

ὁ Pharmacus veneficus pharmaceno veneno in canto.

ὁ Pharmacotheon medicamentum diuinum quale est reubarbarum.

¶ pharia a Ptolemæo Plinioque. A Strabone vero pharus insula contra Dalmatiam & Iaderam quæ nũc vulgo Lisna Illyrico sermone dicitur. Est & vrbs in qua pharienses populi.

⁂ Pharias serpẽs est sulcum dum serpit cauda in terra faciens & super eam fere ambulans. Lucanus. Et contẽtus iter cauda sulcare pharias. Cc.

¶ Pharos olim insula Ægypti oblonga paruaque contra Nili ostia, nunc continenti coniuncta, quæ portum Alexandriæ efficiebat, sic appellata a nauclero Menelai ibi sepulto quĩ fuisset ibi ab aspide interemptus. Lucanus pharos insula quondã In medio steterit illa mari. In illa turris ingens in petra posita q̃ mari circumluitur. albo lapide octingentis talentis a philadelpho Ptolemæo Rege Sostrati Gnidij architecti Alexandrinorũ amici opera posita fuit ob salutem nauigantiũ quæ nomẽ ab insula accepit. Scribit Solinus ab hac pharo turri pharos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vocari māchinas in portubus ad prælucendi miniſterium fabricatas, quoniam hac pharo Alexandrina dirigebant naues uocturnas facibus accenſis. Papinius. Lumina noctiuagę tollit pharus æmula lunæ. Scribit. Egeſippus libro quarto, a Græcis Latiniſq; pharon appellari ex ipſius rei uſu, eo ꝙ longe videatur a nauigantibus tanquam phanos quod ſignificat lucidum, immutata litera pharos dicatur. In hac Alexander nouam urbem condere ſtatuit, ſed quū magnę ſedis capax nōn eſſet ex illius aduerſo condidit Alexandriam. Hinc pharius a, um.

¶ Phariſæus nomen ſectæ Iudæorum religioſæ. Erant enim apud Iudęos tres ſectæ, phariſæorum, Saduceorum & Eſſæorum. A phariſęus fit phariſaicus a, um. Hiero. cōtra Vigilā. Quaſi ſepulchra phariſaica foris dealbata.

⁂ Pharphariades unus ex collib⁹ Imai ſiue Tauri mōtis Cc.

¶ Pharſalici campi Theſſaliæ in quibus ciuilium bellorum detonuerunt procellæ, a pharſalo oppido appellati, quod ſitum eſt in ripa fluminis Oenipei, a quo pharſali dicti. Sūt qui pharſaliam prouinciam dicant a pharſalo duce, quę primo Aemathia ab Aemathio, poſtea Theſſalia a theſſalo, deinde a Macedone Macedonia, poſtremo a philippo rege Cāpi philippici

¶ Pharnax acis. penul. corre. nomē proprium Mithridatis filij. Luca. Nec pharnacis arma relinquas Tyhranēq; meum. Hic a Cęſare (vt L. Florus ſcribit) vno & nō toto pōlio more fulminis obtritus eſt.

¶ Pharetra penulti. cor. vbi ſagittę reponuntur, a φέρω καὶ τρῶμα. Et qui eam ferunt pharetrati dicuntur.

¶ Pharuſij populi in Africa verſus oceanum occidentalem.

¶ Phaſe hębraice, latine tranſitus dicitur, quia tunc ex Ægypto in patriam remigrauere Iudęi.

¶ Phaſſę per du pex iſſa Græcis palumbi dicuntur.

¶ Phaſeolus phaſilus ſiue phaſelus, ſeu etiā paſeolus vel paſilus genus leguminis. Colu. lib. ij. Ab hoc recte phaſelus terrę mandabitur vel in veruacto vel melius pingui & reſtibili agro. Idem. phaſeoli modij quatuor obruūtur totidē operis.

¶ Phaſellus, Vide in dictio Faſellus.

¶ Phaſma atis. latine apparitio, monſtrum, viſum dicitur.

¶ Phaſis is. vel idis. Colchorum prægrandis fluuius, de quo Luca. Colchorum qui rura facit ditiſſima phaſis. Hic vt Ambro. libro Hexa. ſcribit, de ſeptentrionali parte caucaſeis montibus fuſus cum pluribus aliis in Euxinum ſe precipitat mare. Plini. lib. vi. Nauigatur phaſis quamlibet magnis nauigijs. xxxviij. Md. p. Inde minoribus longo ſpatio, pontibus, cētū viginti peruius Græce etiam phaſis latine fama dicitur.

ȣ Phaſis etiam auis boni ſaporis quam vulgus phaſianū appellat. Hiero. in Eſa. phaſidesq;, & turtures multum meorum vxorum pulchritudinem exanima liberorum dominus animæ pollicetur.

¶ Phaſiani aues notæ a phaſi fluuio ad nos traducti ab Argonautis. Namq; ex eā regione in Græciam tranſportatæ ſunt. Mart. Argoa primum ſum tranſportata carina Ante mihi notum nil niſi phaſis erat. In hanc autem Itym Terei mutatum Mithici fabulantur.

¶ Phaſianarius qui phaſianos paſcit. Paul. Iureconſul. phaſianarij autem & paſtores anſerum non continentur.

ȣ Phauliæ ſunt oliuæ, quæ minimo ſucco corpore grandiſſimo puſilloq; ſunt nucleo.

¶ Phedon Athenienſis in conuiuio a triginta Athenienſiū tyrannis necatus fuit. Huius filiæ virgines erant, quæ vt virginitatē ſeruarent morte, inuicem ſe complexæ in puteū præcipitauere. Fuit & alius hoc nomine philoſophus Elidenſis. Socratis auditor, ingenio liberali. Qui vt quidam ſcripſerunt ſeruiuit leonidę pinde quaſi meritorius puer, quæſtuarium ꝙ mancipium. eum Cebes Socraticus emiſſe dicitur, habuiſſeq; in philoſophorum diſciplinis, atq; is poſtea philoſophus illuſtris fuit. Cuius nomini plato librum de immortalitate animę dedit, & alio nomine phedon inſcribitur.

ȣ Phedros latine pulcher.

ȣ Phelandrios hærba quæ in paluſtribus naſcitur folio apij cuius ſemen propter calculos & veſicæ incommoda bibitur, a Dioſcoride helioſelion, hoc eſt, vt Theodorus vertit paludapium vocatur.

¶ Phegor lingua hebręa priapus appellatur, vt inquit Hier. contra Iouinianum.

¶ Pheneum oppidum in Ardia. pheneus vero amnis in Alpheum defluens.

¶ Pherę vt ait Strab. pelaſgicorum camporum terminus ad Magneſiam qui vſq; ad pelium montem porriguntur. Emporium pherę habent pagaſas, quo ex loco pelius Iaſone mac nauem Argo emiſit. Vnde pegaſeus & pheręus appellatus Fuit tamen alius Iaſon pheręus tyrannus. Sed de Theſſalo Iaſone intellexit Cicer. lib. i. offi. quum dixit pheręum Iaſonem cæteris anteponūt.

¶ Pherecydes pe. pro. philoſophus & poeta tragicus ex Syro inſula. Floruit regnāte Seruio Tullo apd Romanos. vt Cice. libro primo Thuſ. refert. Hic primus dixit animos hominum eſſe ſempiternos. primus ſcripſit ſoluta oratione vt Apuleius in floridis auctor eſt, repudiato verſuū nexu quem pythagoras magiſtrum coluit. perīt phthiriaſi id eſt pediculari morbo. De quo Sere. Sed quis non paueat pherecidis fata tragœdi. Qui nimio ſudore fluens animalia tetra Eduxit turpi miſerum quæ morte tulerunt.

¶ Pheretrum. Vide in dictione Feretrum.

ȣ Phernæ φέρνη latine dos dicitur, vnde paraphernalia de quo ſupra.

ȣ Pherenice nomen mulieris. De qua Elianus libro x. de varia hiſt. Duxit ad olympicum certamen filium ſuum phereni ce fœmina prohibentibus eam ſpectare qui præſidebant Licere id ſibi perſuaſit quę patrē & fratres tris haberet olympionicos ſpectauit & victorem filium reduxit.

¶ Phiala pe. cor. vas vini vel aquę plerūq; ex auro cōflatum Omnia enim vini vel aquæ vaſa phialę dici poſſunt. Vñ Iu. Aurea vocat phialia dicens. Vitro tenet phialas, vbi nō committitur aurū hoc eſt vaſa aurea, quę Vitroni cōmendata ſūt Græcia ἀπὸ τοῦ πίνειν ἐκ φιάλης bibendo.

ȣ Phycus, ſiue phycis genus piſcis, dicitur, quia piſcium ſol⁹ni dificet ex alga. & eſt inter ſaxatilia vt apud Pli.

¶ Phidias ſtatuarius clariſſimus, qui mineruæ Statuam egregie fabricauit amplitudine cubitorum. xxvi. quæ ebore & auro conſtabat. In cuius ſcuto Amazonum prelium cælauit & deorum gygantumq; dimicationem, in ſoleis Lapitharum & Centaurorum a Plinio dictus eſt artifex nunq; ſatis laudat⁹ De quo Quint. lib. xij Phidias dijs q̄ hominibus efficiendis melior. In ebore vero loge citra æmulum vel ſi nihil niſi Mineruam Athenis, aut olympium in Helide Iouem feciſſet. Hinc phidiacus a, um. pen. cor. Proper. phidiacus ſigno ſe Iuppiter ornat eburno.

¶ Phidicia cōnationes Lacedęmonij ſeu cōuiuia nominabāt, ſiue ꝙ philias id eſt amicitiæ cauſa inſtituta ſint ſiue potius a parſimonia φείδομαι enī ſignificat parco & abſtineo. φείδω parcitas & parcimonia. φειδωλὸς parcus. Vnde & phidicia conuiuia deparca & frugi. Cice. lib. v. Tuſc. Quid victum Lacedęmoniorū in phidicijs nonne videamus? Conueniebant enim phidicia conferentes ſinguli farinę medimnū vini choros octo, caſei quinq; minas, ficum quinq; ſemis minas.

⁂ Phidippus, prium viri filij Theſſali. De quo meminit Homerus. Eſt & priū Comici apud Terent. Cc.

ȣ Pheidoma metra φείδωμα. i. parca & auara quaſi ἀπὸ τοῦ φείδεσθαι, Veteres modo per ei diph. talia ſcribebant modo per e, modo per i, productum.

¶ Philos latine amor ſiue amicus, philetus amabilis.

¶ Philantropos pe. pro. latine humanus. i. amans homines. Quo nomine dictum eſt lapæ genus, ꝙ veſtibus hominum adhęrens eos amare videatur. philantrōpia humanitas. id eſt amor erga homines.

ȣ Hanc ſic diffinit Speu. eſt humanitas & affectio amicitiæ hominum conciliatrix, habitus hominibus beneficus gratiarū redditio gratitudo benefica.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Philandros amans virum.
¶Philadelphus amator fratris. Philadelphia fraternitas amor fratris Et philadelphia nomen ciuitatis ī Mysia regione Asiæ terræ motibus concussa, cuius incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit vna ex septem ecclesijs. Supra philadelphiam orientem versus exusta regio patet stadijs longa quingentis, quadringentis lata, vbi nullę arbores præter vitem inueniuntur, quæ exustum vinū ferit ita elegans vt nulli cedat Summa camporum facies cinerulenta est, montana, petrosa, & nigra. Quidam ex crebro fulminum ictu id contigisse arbitrantur, nec dubitant quę de Typhone dicūtur hoc in loco fabulari. Sed credibilius est subterraneum ignem qui postea defecerit regionem exussisse.
*Philagathus benignus. Cc.
*Philargus amor imperij. Cc.
¶Philarethus proprium nomen viri, & latine amator virtutis dicitur. Græce enī ἀρετὴ virtus dicitur.
¶Philargyria ex argyrion quod apud nos argentū significat cōponit, & auiditas argenti siue auaritia transfertur.
ð Philargyrotatos, id est auarissimus moralium.
¶Philalethes veri amator latine dicitur.
*Philema osculum, philetes amator osculorum. Cc.
*Philenorū aræ dicuntur q̄ Siculo peloro oppositę in media quodāmodo Syrtium tellure positæ sunt. Cc.
¶Philocalus dici potest amor boni, vel mundus, politus elegans, philocalia amor pulchritudinis.
¶Philomela nomen mulieris pandionis filiæ Athenienſis Regis & sororis prognes, quę quum a Tereo compressa fuisset tādem (vt est in fabulis) deorum miseratione in auem sui nominis conuersa fuit, quę & Luscinia dicitur. Nec cessat deflere cantu dulcissimo iniuriam quam passa est. & interpretatur amabilis.
¶Philonicus, iurgiosus, amator victorię.
¶Philorium fœminæ proprium, per amatoriam adulationē dictum.
¶Philo philosophus hæbreus, qui sapientiæ librum scripsisse dicitur. Fuit & alius philo Biblius, vt Eusebi. libro Euange. præparationis testatur. Hos porphyrius libro. iij. magnis laudibus decorauit.
¶Philosophia amor & affectatio sapientiæ. Sophia sapientia dicitur. Hæc scientia diuiditur in tres partes, in Moralem, Naturalem, & & Rationalem. prima componit animum. Secunda rerum naturam scrutatur. Tertia proprietates verborum exigit & structuram. Moralis græce Actice dicitur. De qua Sene philosophia animum format & fabricat, viram disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat. Sine hac nemo securus est. Hæc amplissima artium dicitur. Apule. Disciplinam regalem appellat tam ad bene dicendum, quā ad bene viuendum repertam. A philosophia fit philosophus amator sapientiæ. philosophicus a, um. philosopha ster philosophorum imitator. philosophor philosopharis. Cicer. lib. i. de natu. Deorum. Et quum minime videatur, tum maxime philosophamur.
¶Philesius cognomen Apollinis græci φιλήσιον amabilem dicunt, quia lumen eius exoriens amabili veneratione oculorum consalutamus.
¶Philippus nomē virī proprium. & latine equorum amator bellicosus dicitur. Quo noīe dictus est Alexandri magni pater. & Romanorum Imperator, qui primus ex Romanis Imperatoribus Christianus fuisse perhibetur
¶Philippi. ciuitas Thraciæ. quam philippus Macedonū Rex ædificauit, & a nomine suo philippos nominauit. Vergi. Romanas acies iterum videre philippi. Hinc philippicus a, um. vt campi philippici. In campis philippicis primo Cęsar & Pompeius, postea Augustus & Brutus cum Cassio dimicauerunt. Hinc etiam philippensis & hoc philippense. vt philippenses ciues, & philippense bellum, quod apud philippos gestum est.
¶Philippei seu philippi sunt aurei nummi pretiosi, quorum apud Plau. frequens mentio est, vt in penu. Hic sunt numerati aurei trecenti nūmi qui vocantur philippei.
¶Philosarca amator carnium. Hiero. Non simplices & philosarcas. i. amatores carnium.
¶Philologus amator verborum vel studij.
¶Philaus nomē virī ꝓprium, & latine amor populi dicitur.
¶Philocremātos, pecuniarum amator.
¶Philoponus amator laboris. philoponia amor laboris.
¶Philosomatos amator corporis σῶμα Græci dicūt corpus quasi σῆμα. id est animę sepulchrū, tā q̄ ibi sepulta sit.
¶Philopsychia cupiditas vitę. philopsychus cupidus vitę.
¶Philotimos honorum cupidus.
¶Philetærus amans amicos.
¶Philoleutheros amator libertatis.
¶Phileremus amicus solitudinis. pe. prod.
¶Philocharis charus amicus.
¶Philogathus nomē viri ꝓpriū, quo significatur benignus.
¶Philocompus amator iactantiæ.
ð Philodespontus nomen ꝓprium cōpositum ex duabus dictionibus græcis q̄d signīat dñi siue dominę amatorē.
¶Philoctetes itis. vel tæ. nomen peantis filij & Herculis comitis, quasi amoris possessor. Proper. Tarda philoctetæ sanauit crura Machaon.
¶Philomathes discendi cupid⁹. philomathia amor discendi.
¶Philopolites amator patriæ.
¶Philostorgus amicus beniuolus necessarius. philostorgia, indulgentia, amator parentum.
¶Philtra latine amatoria genus veneni amorem & vt plurimum insaniam ingerentis. φίλτρον enim apud nos amatorū dicitur. Ouid. lib. ij. de arte. philtra nocent animis, vimq; furoris habent. Iuue. Hic Thessala vendit philtra, quibus valeat mentem vexare mariti.
¶Philo nomē philosophi academiæ principis, cui se totū tradidit Cicero vt ipse in Bruto testatur, admirabili quodam ad philosophiā studio concitatus, quū ille in bello Mithridatico domo fugisset, Romamq; venisset.
¶Philohistoricus amator historiarum. Hieron. ad Paulinū. Quātus inter quatuor ꝓphetas tēporū cōscius, & totius mū di philohistoricus lapidē p̄cisum de monte sine manibus claro sermone pronuntiat.
¶Philozous græce φιλόζωος nimis cupidus vitæ.
¶Philœnus, vinosus, amator vini, potator.
¶Philoxenus hospitalis, philoxenia hospitalitas. ð Est ctiā philoxenus phī nomē q̄ gruis collū sibi exoptabat q̄ diuti⁹ ciborū & poculētorū sapore delectaretur.
¶Philodulus pe. ꝓd. amator seruorum.
¶Philopolem⁹, bellicos⁹, nā φιλέω ὦ amo πόλεμος ou, bellū
¶philopes, puerarius, pædico, amator puerorū.
ð philocrates pe. cor. amoris tenax, κρατέω teneo.
¶phimosis dicitur quum glans mēbri virilis ita regitur p̄putio, vt nudari non possit.
¶phison nomen fluuij, quod teste Iosep. libro primo significat inundationem, qui eductus in Indiam in pelago late diffundit. tur, quod Geta nuncupatur a Grœcis. Hic circuit omnem terram Euilath, vbi est aurum terrę, vbi carbunlus & lapis pretiosus.
¶phyllon per duplex ll. latine folium dicitur vna litera detracta. Hinc pentaphyllon, Melamphyllon, platyphyllon, & huiusmodi multa.
¶phylon p̄ simplex l. significat gentē, genus, nationē.
¶phylarchus latine princeps gētis.
¶phylira penulti. corrept. proprie arbor, quam latini Tiliam vocant quamuis alij dicant esse membranam tenuissimam inter corticem & lignum tiliæ. Ex hac arbore fiebant coronæ, quæ in magno honore apud antiquos fuerunt. Horatius lib. primo car. Displicēt nexæ phylira coronę. Ouidi. libro Fasto. Ebrius incinctis phylira conuiua capillis. plini. vero libro xxiiij. accipit phyliras pro capillamentis filisque tenuissimis phylira (inquit) croci himilium salem cibis eximunt. Et li. xiij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præparantur ex papyro chartæ diuisæ acu in, prætenues sed q̄ latissimas philiras. Martia. libro de nup. philologiæ accipit phyliram pro membrana tenuissima Cuius hæc verba sunt. Libri in phyliræ cortice subnotati.

¶ Phylura idem quod phylira scilicet membrana & tenuissimum capillamentum.

¶ Phylaca penul. cor. locus custodiæ, hoc est carcer. Plautus. Illic est abductus recta in phylacam vt dignus est. phylacista carceris custos.

¶ Phyllis nomẽ Lycurgi Thracum Regis filiæ, quę Demophoonta Thesei filium ex Troiano bello redeuntem amauit, & in coniugium suum rogauit. Ille ait ante se ordinaturum rem suam & sic ad eius nuptias reuersurum. profectus itaque quum tardaret, phyllis & amoris impatientia & doloris impulsu q̄ se spretam esse credebat, laqueo vitam finiuit, & cõuersa est in arborem Amygdalum sine foliis. postea reuersꝰ Demophoon cognita re eius amplexus est truncũ, qui velut sponsi sentiret aduentum follia emisit. Vnde etiam phylla sunt dicta a phyllide, quæ ante petalia dicebantur. Est & phyllis amnis Bithyniæ, a quo phylli phyllienses q̄ dicuntur, vt inquit Strabo.

¶ Phyma atis. gñs tuberculi mollis furũculo rotũdioris planioris q̄, q̃d in pus cito conuertitur.

¶ Physis latine natura dicitur, a quo physicus naturalis, physica orum naturalia, vt physica Aristotelis. Vnde & methaphysica supernaturalia.

¶ Physiologus de naturis differens. Hiero. contra Ioui. Legamus physiologos & reperiemus turturis hanc esse naturam, vt si parẽ perdiderit, alteri nõ iungatur.

¶ Physionomia naturæ regula. Nam id verbum significat mores naturasq̄ hominum coniectatione quadam de oris & vultus ingenio sciscitari.

¶ Physeter eris. pe. pd. genus piscis marini admirabili magnitudine. φυσάω spiro vel sufflo. Vñ Rufus in Arato. Delphinos virides & physeteras anhelos.

¶ Phygethlon vt inquit Cor. Cæl. tumor est non altus, latus durus rubicundus cum vehementi inflammatione punctione q̄ ac membrorum distentione, neq̄ materia magnopere in pus conuertitur.

¶ Phyton sine h in secunda, pretium quod capitur pro re locata. Vulgus fictum appellat, Inde emphytiosis. phyton etiam latine planta. python cum th. in vltima significat serpentem.

*Phla insula est in Tritone Africæ palude vt author est Herodotus, Cc.

¶ Phlantes populi sunt, a quibus nomen sinui est inditum quem modo nautæ Quernarium appellant, alii Carnarium propter naufragia procelloso ferme semper transitu. In recessu eius Senia vrbs, cuius a tergo specus sunt, vnde vehementes nulla fere non hora venti perflant, eaq̄ res infamẽ sinum eum reddit. Dicti phlantes ob oppido phlano, vnde sinus omnis hic phlanonicus vocatur, qui a pola colonia Iaderam vsq̄ diffunditur.

*Phlebes dicuntur venæ q̄ sanguine ferueant. Cc.

¶ Phleborotomia, incisio venæ, quę fit ad sanguinem minuendum sedandi feruoris gratia φλὲψ enim latine vena phlebotomũ ferrum quo vena secatur.

¶ Phlegmon latine inflamatio quoties sanguis vtilis & mediocriter crassus fertur subitus in aliquam corporis partem. Sed phlegma pituita.

¶ Phlegeton fluuius infernalis flammis æstuantibus rapidus a φλέγω ardeo. Verg. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus phlegeton torquetq̄ sonãtia saxa. Hic phlegethonteus a um.

¶ Phlegma atis. pituita. Inde phlegmaticus qui ex phlegmate laborat. phlegma vt inquit August. lib. xi. ciui. dei. in capite domicilium habet.

¶ Plegma dẽ cũ ex labore viæ sanguis defluit circa talos.

¶ Phlegonitis lapillus q̄ in eo flamma quædam intus ardere videatur.

¶ Phlegyas Martis filius rex Lapitharum in Thessalia pater Ixionis & Coronidis, a quo Phlegiæ populi Thessalię sunt cognominati.

*Phlegon vnus ex equis solis ἀπὸ τοῦ φλέγω. id est ardeo dictus. Cc.

*Phlegręus vnus ex centauris Ixionis & nubis filius. Cc.

¶ Phlegræi cãpi duo fuere. alter in græcia a phlegra, thessaliæ valle, vbi gygãtes cum cœlestib⁹ pugnauere. Vel ἀπὸ τοῦ φλέγειμ, quod est vrere atque inflammare, quoniam terra præliorum concitatrix est dum ibi gygantum bellum exarsit. Alter in campania prope cumas, in quo Hercules cum his prælium commisit. De quo Strabo libro quinto. scribit. Fortunatus erat & campus nomine phlegræus, quo nõ olim plurimum ignis euomebat, quem Vesuuium scriptores appellant. Ex hoc Hercules existimatur, sicut Diodo. meminit gygantes fugasse.

¶ Phlegomones inflãmationes siue collectiones, quas & impetus nostri vocant.

ὃ Physias genus spongiæ dictum q̄ nunquam lauetur quasi illotaria.

¶ Phleos hęrba palustris ad nexus vtilis, ex qua phloinæ vestes ab Herodo. etiã dicuntur.

*Phlox græce latine flamma. Cc.

¶ Phlyctena latine pustula, quarum tria sunt genera. Ex anthemata, quæ Pli. eruptiones pituitę & papulas appellat. psydracion paulo durius est ac subalbidum & acutum. Epinyctis quæ tertium discrimen est.

¶ Phlius untis, est vrbs in medio Sicyonij argiuiq̄ agri. Vbi religiosissime colebat Hebe. Castellũ phlium noãt Pli.

¶ Phoca piscis bos marinus a sono mugitus. Verg. libro. iiij. Georgi. Et turpes pascit sub gurgite phocas. Hic corio & pilis tectus parit in terra pecudum more canum modo coit. In somno mugit. a quo præcipue vituli nomẽ accepit. Fuit & nomen imperatoris Romanorũ.

¶ Phoce es. oppidum est Bœotiæ.

¶ Phocæa vrbs minoris phrygiæ vt inquit Ptole. Atheniensium colonia, vnde profecti sunt, qui Massiliam apud Gallos nõ procul a Rhodano condidere. Dicta phocæa q̄ vituli marini magno numero comparuissent vrbem condentibus. Est & in Caria phocæa monti Mycale oppositа. Ab hac phocenses, vt a græcorum phocide phocenses. Ab vtraque phocaicus. Vnde muricem phocaicum Ouid. posuit a phocæa non procul a Sardibus.

¶ Phocees populi Ionum, qui primi longis nauibus fecundũ Herodotum vsi sunt.

¶ Phocis parua græcorum regio, vbi oraculum delphicum Luca. libro. v. Massiliæq̄ suæ donatur libera phocis. In ea enĩ est oppidum Delphi sub helicone monte. Fons Castalius & Cephisus amnis parnasus, in quo Apollinis templum. Hic phocides & phocæi dicti sunt qui Massiliam condiderunt. Hos Varro scribit trilingues esse, q̄ græce & latine & Gallice loquantur.

¶ Phocion Atheniensis vir clarus cognomento bonus pauper. Fuit enim semper pauper cũ ditissimus esse potuisset propter frequẽtes ei delatos honores. Hic neq̄ ridere neq̄ lachrymare ab vllo vnq̄ est visus. Et in cõcione cũ quis dixisset Cogitabundus videris o phocion. Recte inquit coniectas. Cogito enĩ siqua valeo in his breuitate vti quę apud Atheniensis dicturus sum. Huic cum legati philippi Macedonũ regis ingentia munera offerrent hortarẽturq̄ vt ea acciperet. Quis enim ipse facile his careret, liberis tamen eius essent necessaria, quibus difficile foret in summa paupertate ad paternam gloriam peruenire. Si mei inquit similes erunt, idem hic agellus alet illos qui me ad hanc dignitatem perduxit. Si dissimiles, nolo meis impensis illorum ali, augeriq̄ luxuriam.

*Phocula insula vna ex Sporadibus. Cc.

¶ Phœbus Apollo qui Iouis & Latonæ filius fuit eodem partu cum Diana genitus, quæ & ipsa phœbe vocitata est

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diuinationis & sapientiæ deus a poetis existimatus & medicinæ repertor. Dictus phœbus quasi φώβιος ab φῶς & βίος id est lux vitæ.

¶ Phœbas adis. fatiloqua, & phœbæi numinis concepto afflatu fureret & agitaretur in bacchantis imaginem. Sidonius Nec sic intortum violatæ phœbados vltrix In danaos fulmen iecit.

¶ Phœnix Agenoris filius Cadmi frater qui phœnicibus ipe rauit, a q̃ phœnicia. & Phœnix arbor palma cui color ruber, a qua phœniceus a um. vt color phœniceus, quod & phœnium dicitur, id est purpureum. Similiter phœnix auis a pureo pennarum colore dicta toto orbe celeberrima in arabia nascens aquilæ magnitudine quæ annis sexcentis & sexagin ta viuere dicitur generis tam masculini quam fœminini. Hieronymus in expositione symboli. Quid mirum videtur si virgo conceperit, cum orientis auem quem phœnicem vocãt, in tantum sine coniuge nasci vel renasci constet, vt semper vna sit, & semper sibi ipsa nascendo vel renascendo succedat. Idem ad Præsidium. Phœnix auis est in India & per quingentos annos de Libano implet se aromatibus, & sic nidificat & indicat sacerdoti Heliopolitano mẽse famenoh, aut farmuth. Implet aram sacerdos sarmentis & ibi confert phœnix aromata & electrum aræ imponit. Et primo solis ortu phœnix quidem mouet pennas. Solis vero calore accenditur electrum, & sic exurũtur aromata & ipsa phœnix incẽditur. Crastino die de cinere gignitur vermis secundo pẽnas affert, tertio ad antiquam redit naturam, & sic ad sua loca reuertitur. Ambrosius libro hexa. Phœnix auis in locis Arabiæ perhibetur degere, atque eam vsque ad annos quingentos longæua ætate procedere. Quæ cum sibi finem vitæ adesse aduerterit, facit sibi thecam de thure & myrrha, & cæteris odoribꝰ, in quam implero vitæ suæ tempore intrat & moritur, de cuius carnis humore vermis exurgit, paulatimq; adolescit, & p cessu statuti temporis induit alarum remigia, atque in superioris auis speciem formamque reparatur. Est & phœnix nomen fluuij in Thessalia in Asopum fluentis. Et phœnix qui ex phœnicia est populus. quem Iosephus scribit inuenisse græcas literas. Vnde Luca. Phœnices primi (famæ si creditur) ausi Mansuram rudibus vocem signare figuris.

ð Phœnices παραλατοφορείαν dicti sunt q̃ initio cuiuscunque generis appulsos homies pro victimis feriebãt. inde qui phœnicibus proximi sunt, vulgo phœnissare dicunt cæde maculare. Sed Eusebius libro de temporibus, phœniceus inquit color & vna mutata litera puniceus ab inuentore nomen sortitus est qui byrhiniam condidit & phœnicibus elementorum notas dedit.

ð Phœniceus a um. quod purpurei coloris a purpura quæ prima commendatione in tyro tingebatur apud phœnices quos mutatis syllabis pœnos appellamus vnde punicus, & punice us deriuatur.

¶ Phœnicia regio in Syria a phœnice rege sic vocata Iudeę cõtermina. In ea sunt Tyros & Sydon vrbes, Carmelius & Libanus montes, in quo tura leguntur.

¶ Phœnicium color rubẽs. Hiero. in expositione psal. Si fuerit peccata vestra sicut phœnicium velut niuem dealbabo. Nam græci φοινικοῦν phœnicium vocãt.

¶ Phœnissa mulier ex phœnicia.

¶ Phœnicis idis. purpura pannus rubens. phœniceus puniceus ruber.

¶ Phœnicopterus pe. cor. auis rubentes pennas habens græci vocant phœnix rubrum & πτερὸν alam. Iuue. Et scythicæ volucres & phœnicopterus ingens.

¶ Pholus fuit vnus ex centauris Ixionis ex nube filius.

¶ Pholoe mons Arcadię syluosus. de quo Luc. lib. vij. Si licet ipse petet Pholoen petet ignibus Oethon.

¶ Phonascus vocis pronuntiationisq; magister & moderator. dictio græca. Quintilia. libro vndecimo. Sed cura nõ eadem oratoribus quæ phonascis. Sueto. de Augusto. Pronunciabat dulci & proprio quodam oris sono, dabatque assidue phonasco operam. Is enim vocem intorquere remittere, lenire, exasperare docebat. Facto nomine a verbo graco φωνέω quod significat loquor.

* Phorbas Triopæ filius de quo Ver. li. v. ænei. phorbanti similis fudit q̃ has ore loquelas. Cc.

¶ Phorcys huius phorcys & phorcyn phorcynis nomen Nereuni filij.

¶ Phosphorus pe. cor. latine lucifer stella.

¶ Phragmõ nomẽ statuarij & pictoris egregij sicut polycletes

¶ Phrasis eloquentiæ corpus, & dicendi modus. Dicta a φράζω, quod est fari & differere. Hiero. in prolo. lib. Reg. Secũdus græcus est quod ex ipsa phrasi probari potest. Quintilia. Macer & Lucretius legendi quidẽ, sed non vt faciant phrasin. A phrasis fit Theophrastus. phœnix.

* Phrenæ a latinis præcordia dicuntur. Cc.

¶ Phrenitis morbus lædens mentem & ad insaniam furoremq; deducens ἀπὸ τοῦ φρενὸς id est turbatio mentis. Inde phreneticus qui ex eo vitio laborat. Apud Iuuena. phrenesis penulti. prod. legitur. Cum furor haud dubius cum sit manifesta phrenesis. Aliter Serenus protulit. Et vitio cerebri phrenesis furiosa mouet, Amissasq; refert frẽdes amẽtia vires

ð Phregenæ penul. pro. ciuitas in Etruria altera in latio. Vnde phregenates.

ð Phrenes dicuntur a græcis præcordia, quæ exta nuncupant Galenus libro quinto de interioribus docet diaphragma, dici phrenas eo q̃ propter apostema diaphragmatis gignatur phreneris Ari p̃cordia dici autumat phrenas a mente & prudentia quę græce dicitur φρήν Subtilitas enim mentis, vt ait Phi p̃cordijs accepta frertur.

* Phrixus Athamantis regis Thebarum ex vxore Neiphile filius fuit. Cc.

¶ Phronimos latine prudens, phronisis prudentia. Cicero. lib. primo offi. princepsque omnium virtutum est illa sapientia, quam græci sophiam vocant. prudẽtiam enĩ quã græci phronisin dicunt aliam quandam intelligimus, quæ rerum expetẽdarum fugiendarumq; scientia.

ð Phrine nomen meretricis apud athenas, de qua Quint. li. ij. quæ ĩpietatis accusata ab hyperide clarissimo illius ætatis oratore fuit defensa.

¶ Phrigia regio minoris asiæ phrygio amne, qui eam a Caira diuidit. Vel a phrygia Cecropis filia. Vbi Dardania a Dardano Iouis filio. Inde a Troe Eryctonij filij Dardani filio Troia, in qua Ilion. Duæ tamen feruntur phrygiæ maior scilicet & minor, quæ epictetus dicta fuit. phryges Christianam fidem tenuerunt diu. Sed emersit apud eos Montanus quidam q se paracletum nominauit gentemque illam infecit, cum quo mulieres prisca & Maximilla relictis viris suis incedebant, & illius inspiratione prophetissæ dicebantur multisque erroribus & phrygiam & vicinas regiones impleuerunt. phrygia ab aquilonis parte est Galatiæ collimitata. A Meridie Lycaoniæ pisidiæ Mygdoniæque contermina. In ea est Ida mons & Tmolus & Pactolus fluuius. Ex ea fuit Sibylla nona quæ sic vaticinata est. Tuba de cœlo vocem luctuosam emittet. Tartareum chaos ostendet dehiscẽs terra. Venient ad tribunal de reges omnes. Deus ipse iudicabit pios simul & impios. Tunc demum impios in ignem & tenebras mittet. Qui autem pietatem tenent iterum viuent.

* Phrigius fluuius, vide phrygia.

¶ Phrix. gis generis mascu. pro eo qui est ex phrygia. Hiero. Compelle phrygem & ponticum, vt locustam comedat. Dicitur & phrygius a um. Verg. lib. ix. de mulieribus loquẽs inquit O vere phrygiæ.

¶ Phrygiones q̃ acu pingũt, vel q vestes acu auro intexunt. Phryges eĩ primi inuenere talẽ texturã. Pli. li. x. pictas vestes iã apud Home. fuisse video. Vñ natę triumphales acu factæ, id phryges inuenerũt. Ideoq; phrygiones appellati sũt. Idẽ appellat Dardanium aurum.

* Phrynos rana grãdissima quã latine ruberã vocamus. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Phthia ciuitas Theſſaliæ a qua phthius & phthiota. Vnde Achilles phthius dictus eſt. Ouidi. Q; ſine me phthijs cane. ſcant æquora remis. Et videā puppes ire relicta tua.

¶Phthiotis.idis. dicta eſt vna ex quatuor Theſſalię partibus vt inquit Strabo.

¶Phthiriaſis morbus pedicularis ἀπὸ τῶν φθειρῶν, quos & pedes & pediculos vocamus. Vñ phthirophagi dicti ſūt populi ſolis piſcibus viuentes, a tenuitate victus, quaſi pediculis veſcantur. Hi ſunt iuxta pontū. Euxinum. Hoc morbo extinctus eſt Sylla dictator & pherecydes poeta.

¶Phtiſis tabes morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita a capite diſtillante ἀπὸ τῆ φθείνειν, quod eſt tabeſcere. Vnde phthiſici vocantur. Sunt qui phthiſin phthonem quoq; appellent, ſed illud genus maxime quoſanguis reijcitur, quali morbo laboraſſe Theopompum & ab Aſclepio curatum tradunt.

¶Phthongus ſonus. Vnde diphthongus. Quam ob cauſam phthongus & harmonia in cœlo dicantur vide Ptholomæū libro tertio harmonicæ inſtitutionis. ὅτι φθέγγομαι ἐστὶ τὸ ἀυλάω ἔνθεν ὁ φθόγγος παράγεται. ✳.i. quoniā φθέγγομαι eſt loquor vnde phthongus deducitur. Q; autem Pythagoram dicant aliqui primum inueniſſe cœlum harmonia volui, an alij, Suidas noſter explicat.

ŏPhthirophagi populi ſunt, de quibus Strab. phthirophagis a, ſordibus, & ſqualore dictis vicini ſunt ſuaues nihilo beatiores illis.

ŏPhicos græce herba, alga qua priſtinus lanæ color reparatur, hāc latini fucū vocant vñ offucias dixerūt, ſimulatiōes rerū. Phyſeteres, pe ꝓ.g. græce φυσητῆρες, animalia aquatica.

¶Phucus animal volatile paruum, a phago comedo. Vide in dictione Fucus.

✳Phum vocant aliqui. Nardon Agrion ſiue crętícum folio oleris atri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicāte, radice obliqua villoſa q;, & imitante auiū pedes. Cc.

¶Phut, inde phuthei, vt Ioſephus ſcribit Mauritaniæ populi. Fuit autem phut Chamæ filius, cuius pater Noeus. Ita enim a græcis vocari dicitur, quem hebræi Noe dicunt, vel potius chanoch.

✳Phycites apud Indos inuenitur gemma fuci colorem habens. Cc.

✳Phylaca dicitur cuſtodiæ locus vnde prohibemur exire. Plau. Illinc eſt abductus recta in phylacam. Cc.

ŏPhylaciſtæ, qui obſeruant, nam φυλασσω, cuſtodio, vel ſeruo dicitur & plau. Philacam carcerem vocat.

✳Phycoſtalaſſion, herba quā latini fucū marinū vocant. Cc.

p ante Ꝫ

¶Piaculū ſacrificiū cultus &, quicq̄d agitur ſeu prębet ꝓ ſatisfactione peccati. Verg. Ea prima piacula ſunto. Hora. lib. car. Teq; piacula nulla reſoluent. Hoc eſt nullis hoſtijs te expiabis Aliquando dicit crimē, flagitiū. Hiero. in lib. Iudi. Nunquā tantū nefas & tam grande piaculū factū eſt in iſrael. Verg. li. vi. Diſtulit in ſeram cōmiſſa piacula mortem.

✳Piacularia porta Romæ appellata ob quædam piacula quę ibi fieri ſolebant. Cc.

¶Piare, ſignificat colere. Plaut. Vbi piem pietatem ſi iſto more moratatibi poſtulem placere. Quandoq; conterminare, polluere, quod & impiare dicitur quemadmodum ſacrum ponitur pro execrabili. Quandoq; pie amare. Næuius. Nemo eſt qui magis ſuos piet liberos. Aliqñ purgare. Verg. Et culpam miſerorū morte piabūt. Huius verbi cōpoſita ſunt expio, q̄d expurgo. Impio, contamino. Hiero. in ꝓlo. Aggei. Sed cū me moratus populus multis tribus idolis ſeruiendo etiā effuſione ſanguinis innocentiū ſe grauiter impiaſſet. lxx. annorū captiuitatē eundē populū ſtatuit ſuſtinere.

¶Piatrix ſacerdos quæ expiare ſolita erat.

¶Piamen ſeu piamentum erat id quo in expiando vtebātur Eſt tamen dictio magis poetica quam oratoria, nam grandis eſt differentia de vſu dictionū, quæ varijs ſcribendi generib⁹ cōueniāt, alijs vtitur ſatyricus, alijs orator, alijs hiſtoricus.

¶Piaculare q̄d ad ſatisfactionē peccati ꝓtinet. Liui. lib. i. Itaq; vt cędes manifeſta aliquo cū piaculo lueretur, imperatū patri vt filiū expiaret pecunia. Is quibuſdam piacularibus ſacrificijs factis q̄ deinde genti Horatiæ tardita ſūt, piacularia triſtia ꝓ quæ malū fieri opinabatur. Nā a ſuperis felicitatē, ab inferis dijs infelicia dari cenſebant, piacularia auſpicia dicebantur q̄ ſacrificatibus triſtia portendebāt. cū aut hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitū edidiſſet, aut in aliam partē corporis q̄ oporteret cecidiſſet.

¶Piabile quod purgari poteſt, cuius contrariū eſt inexpiabile. Aug. ſuper Io. Viderunt ſe ingēti crimine impietatis aſtrictos, quādo illū occiderūt, quē venerari & adorare debuerūt & hoc putabant eſſe inexpiabile.

ŏPiā ſyllabica a dictio, q̄ ornatus tm̄ cā ponit vt quiſpiam.

¶Piens a pio as. cū ſignificat pie amo. A quo pientior pientiſſimus. piens tamen in vſu non eſt.

¶Pietas (inquit Cice. lib. artis veteris) eſt per quā ſanguine cōiunctis patriæq; beniuolis officium & diligens tribuitur cultus. Aug. vero ſic. pietas proprie dei cultus intelligi ſolet, q̄ græci Euſebiam vocant. Hæc tamen & erga parentes officioſe haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus miſericordiæ frequentatur. Quod ideo arbitror euenire, quia hæc fieri præcipue deus mandat, eaq; ſibi vel pro ſacrificijs, vel præ ſacrificijs placere teſtatur. Ex qua loquendi conſuetudine factum eſt, vt & deus ipſe dicatur pius quē tamen græci nullo ſuo ſermonis vſu Euſebiam vocant q̄uis Euſebiam ꝓ miſericordia illorum etiam vulgus vſurpet. Huius cōtrarium eſt impietas, q̄ ab iniuſtitia ſic diſtingui ſolet, q; illa in deum hæc dici in homines poteſt. Per illam contēplatione delinquitur, hac opere & factis peccatur. Pietas etiam a Romanis dea putata eſt.

¶Pius a, um. quādoq; religioſum ſignificat. Verg. Dij melliora pijs. Quādoq; miſericordem, benignū. Cice. Nō ſecus ī me pius q̄ pater in filios. Qñq; caſtum. Quinti. Et pios amores ac pudicos. Huius cōtrariū eſt impius. Exiſtimo autē q; deductū ſit a græco pius immutatiūcula quadam πραΰς ραϊσιλάστα. i. praos ra in i dicitur pius.

✳Picagmus Ixionis & nubis filius Centaurus. Cc.

¶Picea genus arboris, quā Pli. lib. naturalis hiſtoriæ, quintā ſpeciem cedri ſcribit eſſe.

¶Piceus a, um. a pix fit.

¶Pico as. ſignificat pice quicq̄ linio. Pli. lib. xxxvi. Sed vaſa tuentur picādo parietes, qm̄ & tectoria calx rodit. Sciteq; dictū eſt ad tecta eos pice, ad vinum calce vti, qm̄ ſic muſta cōdiūt. Huius cōpoſita ſunt cōpico, & impico. Vñ Col. lib. vij. Si dolore neruorū claudicat, oleo & ſale genua, poplites, & crura cōpicanda ſunt, donec ſanentur.

¶Picatus a, um. quod pice linitum eſt, ſeu conditum. vt vinū picatū. Antiqui enī vinū pice condiebant, q̄d picatū vocabant. Plini. Pice & reſina condire muſta vulgare Italiæ eſt. Erat & picatum aliud quod ſponte naturæ ſuę picis ſaporem recipiebat, & hoc in agro viennenſi peculiariter natum celebatur. pli. Iam inuenta vitis per ſe in vino picem habens reſpiciēſq; Viennenſem agrum.

¶Picus auis parua vncis vnguium cauat arbores in quibus pullos educat, & ſcandit in ſubrectum felium modo. Dicta a pico Saturni filio, qui ei nomen dedit. vt docet Pli. libro. x. Et quoniam hæc auis Marti ſacra eſt, quandoq; picus martius dicitur. Picos Romani veteres vocabant, quos græci gryphes vocant. bęluæ quadrupedes auritę q;, viſu & forma terribiles, corpore leonino, roſtro, alis, pedibus aquilis ſimiles, habitare in hyperboreis montibus in aſiatica ſcythia feruntur, vbi aurum & gemmæ naſci perhibentur, ibique tāta rabiæ in homines deſæuiunt vt terram ipſam inhabitabilē faciant, & quaſi geniti eſſe videantur ab plectendam ſuarū temeritatem. Plaut. Picos diuitijs qui aureos montes colunt eos ſolus ſupero. Sed hoc vt multa alia fabuloſū eſt. Fuit & pi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cut rex latinorū, Fauni Pater, latini regis auus, auguriorum pertitissimus. & primus hac aue vsus est in auspicijs. Ouidius Picus ī ausonijs proles saturnia terris.

¶ Pica q̄is fœminini videatur a picus, longe tamen diuersæ significationis est. Nam auis est magnitudine palūbæ, alis vario colore & præsertim cæruleo depictis humana verba profe rēs. Mart. Pica loquax certa dīm te voce saluto. Si me non videas esse negabis auem. Est & alia pica sub ventre alba supius nigra, quę varia appellatur.

♁ Picumnus de⁹, q̄i in sacris Romanis adhibebat. Emili. Macer in Theogonia, Et nūc agrestes inter picūnus habetur.

¶ picenū regio Italiæ in qua est Asculū, a pico martio aue dicta, cuius ductu & auspicio Sabini cum Asculum ꝓficiscerentur in vexillo eorū picus consederit. Nam sicut Stra. li. v. scribit. Conditores picencium e Sabinorum terra profecti sunt a quibus orti sunt. picenum quondam vberrimæ multitudinis Nāq; trecenta & sexaginta milia picentium in fidem Romani populi venere. Ea nunc Marchia Anconitana dicitur. Incipita Troento amne vsq; ad Isaurū fluuiū, qui nunc Folia dicit. Et hinc apennino, hinc maris pero terminatur. Habet ciuitates pisaurum, Fanū fortunę, Senam gallicam. Vrbinū, Ancona, Camerinū, Firmiū & Asculum.

¶ Picenus a, um. nomē possessiuū, vt picenus ager.

¶ Picens tis, nomen gentile, vt homo picens ex Piceno. hinc Picentinus a, um.

✳ Picinum genus olei quod ex pice fit. Cc.

✳ Pictanū vinū græci vocāt q̄d pucinū appellamus. gignit in sinu Hadriatici maris nō procul a Timauo fonte saxeo colle maritimo afflatu paucas amphoras coquente. Cc.

¶ Picra amara dicitur. Hier. ad Alga. Vidi ego nauseam & capitis vertiginem antidoto quod appellatur πικρά id est amara sæpe sanari.

♁ Picris lactucæ genus, quam ita appellauere vt inquit Plini. cū exprobratione amaritudinis.

♁ Pictatium tabula ludicum decurionum & pontificum. id est matricula, vt apud Lampridium in Alexan. Qui ait. Denicq; cum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat & nomina de promouendis etiam filiam notabat, & perlegebat cūcta pctatia. Apud Celsum accipitur pro eo panno modico, qui modo præcordijs, modo capiti dolentis imponi soletad mitigandum cruciatum. In decretis canonicis. xxx. q. ij sic scriptum est. Pictatum quod nobis tua fraternitas obtulit suscepimus. Vbi pictatum accipitur pro libello, siue charta epistolari. Apud Liberium ponitur pro velamento, seu ornatu tunicæ. Quod nomen quidā a pictura deriuant.

♁ Pictes la tine pugil. Inde pictale certamen.

¶ Picturatus varia pictura exornatus & acu pictus. Vñ picturatæ vestes dicuntur non a picturo q̄d nō inuenitur, sed simplex participiū vel participiū tantum vox est. Vergi. Fert picturatas auri sub tegmine vestes.

¶ Pierus pe. cor. nomē patris nouē picarū. Ouid. lib. v. meta. Pierus has genuit Pelleus dives in aruis.

¶ Pieria mons & ciuitas bœotiæ, quam primus pierus Lini pater ædificauit, musis sacer. Hinc pierides musæ, ꝙ in pieria ex Ioue & Mnemosine natæ sint vt inquit Stra. Vel a pieria regione macedoniæ Aemathia ante dicta. A nemore ita appellata, cui nomen est pieris. Et pieres populi sunt dicti, quibus extinctis Macedones ea loca incoluere. A pieria fit pierius a, um. Vnde pierium carmen. Musæ autem suauissimum viatis cum ad labores vitæ. Vnde, Theocritus ὀυλὲμ ποτ τὸν ἔρωτα πτερύγεσι φάρμακον ἄλλο νικία ὀτ ἐγχρίσομ ἐμοὶ δ' οκεῖ ὀυλὲ ποτίσασομ ἢ ταὶ πιερίδες. ✳ Id est nullum aliquando amorem ꝓduxit aliud venenū neq; dulce mihi videtur neq; sparsum q̄ pierides.

¶ Piget piguit & pigitum est. Sta. lib. vij. Nec pigitum paruosq; lares humilesq; subire. Dicitur & pigeo ges pigui. & cōstruitur cum accusatiuo, significatq; dolere seu molestum esse vt inquit Augusti. qualiq; pigritiam significat. nam cū dicimus piget me fecisse, hoc est dicere non surgit meus animus probare quod feci. Plau. in pseu. Id quod pudet facilius fertur quam id quod piget. Terentius in phormi. Quare obsecro ne plus minusve faxit, quod nos postea pigeat. Quando vero impersonale est construitur a parte ante cum accusatiuo vel datiuo Plautus. Non dedisse te puder, me quia non accipi piget. Ouid. lib. ij. meta. pigetq; Actorum sine fine mihi sine honore laborum. Inuenitur etiam pigendus, quod est a pigeor verbo deponenti. Differentiam inter pigere & pudere vide infra in dictione pudeo.

¶ Piger tardus. cuius contrarium est impiger pro diligente. hinc pigritia, pigricies. pigredo. pigritudo, & pigritas pro tarditate & ignauia. Cicero. lib. iij. de repu. Nunquid viri fortissimi fortitudo impigritas patientia? Et lib. iij. Tus. Quæ autē subiecta sunt sub metu ea sic diffiniunt pigritiam metum cōsequentis laboris.

¶ Pigreo es, pigersum a, quo pigresco & pigrefio idem significantia.

¶ Pigro as, detineo ac detardo. Actius. Melius pigrasse quā properasse nefas.

¶ Pigmenta sunt vnguenta quibus vtuntur puellæ ad venustandum faciem, vt fucus. per translationem vero dicūtur mendacia & fraudes, quia non est naturalis color, sed artificialis. Cice. lib. ij. de ora. Tā integræ snīæ, tam verę, tam nouæ, tam sine pigmentis fucoq; puerili, vt mihi non solum tu incēdere iudicem, sed ipse ardere videaris. Accipitur etiam q̄q; pro confectione ex diuersis speciebus suaui & odorifera. Hieron. Denicq; de his quibus intellectus herbarū est pigmentorumq; peritia, ferūt quędā esse pigmenta, quorum si odorem cœperint nonulla aīalia cōtinuo intereunt, alia vero eodem odore recreantur, vitāq; recipiunt.

¶ Pigmentatus a, um. quod est pigmentis ornatum. Hiero. ad paulinū. Totū flaccidū molle nitidum atq; formosū quęsitis hinc inde odoribus pigmentatū.

¶ Pigmentarius qui facit vel vændit pigmenta. Hieron. in Exod. Composuit & oleum ad sanctificationis vnguentum & thymiamata de aromatibus mundissimis opere pigmentarij.

¶ Pigmentarius a, um. q̄d ad pigmenta pertinet.

¶ Pignus oris. & eris. a pugno vt Caius de verbo significat inquit. Quia res quæ pignori dantur manu traduntur. Et est ꝓprie quod creditori datur vt sit securus. Et hoc mō sæpe dicitur cum aut munus nostrum, aut aliquid simile pignus esse amoris & beniuolentiæ volumus. Vergi. Ipse pater dextrā Anchises haud multa moratus Dat iuueni, atque animum præsenti pignore firmat. id est securum facit vt qui dat pignus. Vlpianus. inter pignus & hypothecam hoc differre scribit, ꝙ pignus dicitur cum ad creditorem transit, hypotheca cum non transit. Quoniam vero filij videntur tanquam pignora inter virum & vxorem esse, tum vinculi ne alioqui, forte diuortium fiat, tum charitatis, factum est vt pignora ꝓ filijs capiantur. Nam vt inquit Ambrosius. Cum præmium nuptiarum sit partus fœminarum, merito mentes coniugales ꝓ filios veluti per quædam quasi pignora inter se arctius copulātur. Ouidius. Dulcia sollicitæ gestabant pignora matres. Aliquando pignus sumitur pro eo quod deponitur ab ijs q̄ simul decertant apud sequestrum. Verg. Tu dic mecum quo pignore certes.

¶ Pignoro siue pignero pigneras, significat rem pignori do. Sueto. de Vitel. Vtq; ex aure matris detractum vnionem pignerauit ad itineris impensas. Huius composita sūt oppignero, & repignero, de quibus alibi. Inuenitur etiā pigneror deponens in eadē significatione.

¶ Pigneratitius a, ū. ex supino verbi pignero nomē deductū. significi. q̄d pignori datū est, vt res pignoratitia. Et pignoratitius vir, cui pignus capere licet. Vlpia. Quęritur in pignoratitio creditore an pignoris persecutio denegetur.

♁ Pigridie, sunt olera amara quas Hierony. vocat lactucas agrestes. August. libr. de caractymo cum pigridijs, & azymis comedetis agnum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Pilus prima cor.capillus. Nam ambo cõuertuntur. Gel. Si ouium lactę hædi aut caprarum agni alerent̃ constat ferme in his lanam duriorẽ, in illis capillũ gigni teneriorẽ, a quo pilo as Est & pilus nomẽ generale. Nam pilum ꝓ capillo. Idem. Plí. posuit. In capite inquit cunctorum animaliũ homini plurim⁹ pilus. Pili longiores ac proni in colla atq; armos vestientes iubæ dicuntur Pili, vero crassiores rigidiquales habent sues vocantur setæ Pilus vero prima ꝓ. quod & pilum dicitur, telũ romanũ a perimendo dictum quasi perilum, vt inquit Var. Huius hastile erat pedum quinq; & semis, & ferrum trigonali figura nouem vnciarum, a quo pilati dicuntur, pilo armati Mar. Et pilata redit iamq; subitq; cohors. Generaliter tamen pila Var. auctore tela romana sunt, sicut gessa gallorum & sarissæ macedonum Hinc & primipilus dicitur centurio. Et prę pilatæ hastę, quæ ferreas habent cuspides, quasi præferratæ. Propilatum dicitur vbi non est ferrum, si modo in mucronẽ excutum sit ad formam pili factum, vt cornua locustarum, quibus natant. Præferratum vero pilum in molendo propter ea vocatur apud Plinĩ, vt a pilo ruido distinguatur ad molas videlicet quas aqua versat vtili. Nec tam ꝙ sine ferro est, id nomen habet, q̃ ꝙ asperum impolitumq;. Nam & ruidus panis appellatur, qui parum coctus rugosusq; sit. q̃q̃ rubidus fere scribitur. Præterea pilus siue pilum a pinsendo, seu a pilũno, vt inquit Seruius, instrumentum quo quippiam in mortario teritur. Plinius libro. xviĩ. Quippe & Hetruria spicam farristosti pinsente pilo præferrato, fistula ferrata, & stella intus denticulata, vt nisi intenti pinsant concindantur grana ferroq; frangantur.

ծ Pilatus, pilo armatus. Martia. Et pilata redit, iamque subitq; cohors.

* Pilo, pilos emitto Actius. Tũ primũ pilabant genę. Afranius. Meũ pterea corpus nunc pilare primũ cœpit. Cc.

¶Pila læ, a pinsõ vas concauum, ꝙ antiqui siccata frumenta in pilas immissa pinsebant. Idem in eodem. Tundatur granũ eius in pila lignea. Similiter vasa illa concaua medicorum vsui apta, in quibus Prysanæ fieri solent, pilæ dicuntur. Item pila est columna stans quam græci σφαῖρα vocant a stando, proprie stelas græci appellant stãtes in monumentis columnas. Apule. libro tertio Me. Pila media quæ stabuli trabes sustinebat. Festus. Pila quæ parietem sustentat ab opponendo dicitur. Plinius libro vndecimo. Ruentes cæras fulciunt pilarum instar interius a solo fornicatis vt sit aditus adsarciendum, Item pila est qua luditur ab πιλέω æquo ꝙ forma sphærica sit, quæ omni ex parte æqua est, vel a pilo, ꝙ pilis impleri solet. Itẽ Pila capitur ꝙ quacũque re rotũda instar pilæ lusoriæ.

* Pilę inuentorem tradũt Pythium fuisse. Cc

¶Pilatim aduerbiũ a pila pro colũna, significi. per pilas. Victri. pilatim struũtur ædificia.

¶Pilula quasi parua pila. Plí. Nascuntur in eo pilulæ nucib⁹ nõ absimiles, intus habẽtes flocculos molles lucernarum luminibus aptos. Idem. Scarabæus qui pilulas voluit. Et ea venena quæ hac forma sumimus vulgo pilulas nominamus. Idẽ. Vetus axungia pthisin in pilulis sumpta sanat. Hę greco vocabulo catapotia dicuntur.

¶Pilum nouacula, culter rasorius, & hastilæ quinq; pedũ & semis. De quo in dictione pilus.

¶Pilani dicti sunt milites qui pilis pugnabant, qui antea primipilares vocabantur, ante mutatã rẽ militarem.

¶Pilos as. pe. cor. a pilus qui in carne est significi. pilos emitto. Actius Tũc primũ pilabãt genæ. Afra. Meum pterea corpus nũc pilare primũ cœpit. Interdũ etiã pilare est pilos detrahere. Mart. Q̃ pectus ꝙ crura pilas. Hinc cõponitur depilo. pilo as pe. pro. græcũ est, & significi. cõplano. A quo fiunt cõposita cõpilo, expilo, oppilo, & suppilo.

¶Pilates genus lapidis candidissimi. Cato. Lapis candidior quam pilates.

¶Pilentũ vehiculi genus, quo matronę ferebantur. Idẽ videtur quod petoritũ, quod quatuor rotarũ, ab hispanis introductũ. Var. de lin. la. in cõsuetudinẽ sua ætate primũ venisse scribit. Estq; eius formæ qua nostri tẽporis principũ Italiæ mulieres vectãtur, ita librarũ vt cõsidentes in puluinis in aere suspẽdi agitatæ videantur.

¶Pileus tegmẽ capitis, q̃d & pileũ dr̃. Plau. Vt ego hodierno capite caluus accipiã pileũ Persi⁹. Hanc nobis pilea donant. ponit q̃nq; pileus pro libertate. Vñ legimus apud historicos ad pileũ seruos fuisse vocatos, q̃d significat ad libertatẽ, cui⁹ insigne est pileus. Liui. lib. xxiiĩ. Postero die serui ad pileũ vocati, & carcere vincti emissi. Sue. in Ti. Seruisq; ad pileũ frustra vocatis in sicilią ꝓfugit. Accipiebãt enĩ serui pileũ raso capite, qui manu mittebantur.

¶Pileolus & pileolũ cũ accẽtu in antepe. Hora. in Epi. Vt cũ pileolo soleas cõiuua tribulis. Hiero. ad Fabiolã. pileolus rostundus est, quasi sphæra media sit diuisa & pars vna ponat̃ in capite, hoc græci & nostri Tiarã nõnulli galerũ vocãt. Idẽ ad paulinũ neu. genere dixit. pileolũ textura breue, charitate latissimũ senili capiti cõfouendo libenter accepi, & munere, & muneris auctore lætatus.

¶Pileatus qui pileo indutus est. Vnde serui pileati qui pileo imposito vẽdebãtur.

¶Pilũnus qui stercorandorũ agrorum, & pinsendi frumenti vsum inuenit, Iouis vt putant filius, & Dauni pater. Ser. lib. ix. ænei. pilũnus & pitũnus fratres, fuerũt dñ. horũ pitũn⁹ stercorandorũ inuenit vsum agrorũ, vñ & sterquilinius dict⁹ est pilũnus vero pinsẽdi frumenti, vñ a pistoribus colitur. Et ab ipso pilum dictum est.

¶Pina ꝑ simplex n genus piscis siue cõchæ. Cic. lib. ij. de nat. deorũ. pina vero sic enĩ græce dicit duabus grandibus obsita cõchis, cũ qua piscis pusilla dictus societatẽ coit in aliquibus cancer cibi assectator.

*Pinarius dicitur famelicus, nam pina dicit famẽ. Cc.

¶Pinna ꝑ duplex nn, ꝑprie penna est q̃ pluma. i. mollior & exigua penna nõ est. Nam penna nomẽ generale est ad plumas & pinnas. Var. lib. iij. de re ru. de colũbis. Qui iam pinnas habere incipiũt, in nido relĩquũt illisis cruribus. Idẽ de gallinis. Eligat fœcundas plærũq; rubicũda pluma nigris pinnis. Col. lib. ix. Siccus etiam puluis & cinis vbicunq; cohortẽ porticus vel tectum protegit iuxta parietes reponẽdus est, vt sit quo aues se perfundant. Nam his rebus plumã pinnasq; emundãt. pinna etiam acutum significat, vnde & pinnæ murorũ. i. summitates. pinnas etiam gestare gladiatores solebant. Vnde pinnirapi rætiarij dicuntur, ꝙ pinnas e galeis mirmillonum iacto ręte exciperent.

*Pinna prẽterea est Cõchę genus, nascitur in limosis subiecta semper nec vnq̃ sine comite, quem pinnotherẽ alij pinnophylacem vocant. Cc.

ծ Pinatus, cupido dictus est ꝓ aligero & pennas habente.

¶Pinnirapus penul. correp. gladiator. Compositum nomen ex duobus corruptis scilicet pinna & rapio. Iuuenal. Hic placidat nitidi præconis filius inter pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesque lanistæ.

¶Pinnula dimi. a pinna. Et est summa pars auris ab acuitate dicta. Aliq̃n parua pinna, id est pẽna. Col. lib. ix. Inhibeturq; cupiditas incubẽdi pinnula pernares traiecta.

¶Pinnaculum fastigium & summitas ædificij in acumen tẽdentis, siue ꝙ veteres pinnã acutũ dicebãt. Vnde bipẽnis securis quæ vtrinq; aciem habet. siue ꝙ pinnaculis addi prima consueuit, quę facili motu ventorum indicet flatum q̃d genus nũc penniculum dicitur.

¶Pinnaces & per diminutionem pinnacidla dicuntur tabellæ in quibus capita omnium rerum continentur, & latine indices dicimus.

¶Pinnacothecæ, locus erat prope atriũ, in quo pictæ tabulæ reponebantur. In tablino rerum in magistratu gestarum monumenta cõtinebantur. Varro scribit multos spectatum venisse Lucullivillas, vt viderent pinnacothecas.

ծ Pinnacas græci dicũt pugillares, hoc est tabellas ceratas. Plí. codicillos interpretatur.

¶Pinus arbor tam masculini quam fœminini generis & tam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quartæ q̃ ſecundę declinationis eſt, quę & pinea dicitur. Ambro. Quis pineam videns nõ ſtupeat? pineus a,um. q̃d eſt natum ex pinu. pinea fronde apud Iſthmũ victores coronabant. pinetũ locus pinis conſitus.

* Pinguitudo & pinguedo licet Seruius grammaticus latinum eſſe neget doctiſſimis tñ vſurpatur. Plin. omni pinguedine detracta in olla caro decoquitur. vide Beroaldum in Seruium.

¶ Pinaſter pinus ſyluestris miræ altitudinis. Pli. lib. xvi. pinaſter nihil aliud eſt, q̃ pinus ſyluestris.

¶ Pindus lapitharũ ſedes mons theſſaliæ apolini muſiſq; ſacer. Acarnaniã ab Aetolia diuidit. Sunt tñ qui hoc nomẽ cũ ypſilo ſcribant. Eſt & nomẽ vrbis theſſalicę a pindo mõte appellatę, iuxta quã eſt fluuius eiuſdẽ nominis.

¶ Pinguis non macer. Aliquando ponitur pro fœcundo. Vergilius. Et pingues hortos. Aliquando pro impedito & inepto. Cicero. Quod ipſi Antiocho pingue videtur & ſibi ipſi contrarium. Hinc componitur prępinguis quod eſt valde pinguis. Columel. lib. iiij. Ideoq; non eſt vineis apta vix etiã arbuſtis niſi prępingui. pingue vero ſubſtantiuum neutri generis dicitur quod inter carnem & cutem eſt ſucco liquidum Vergilius. Et omnes Impendunt curas denſo diſtendere pingui. A pinguis fit impingo as. Hierony. Impingatus ineraſſatus recalcitrauit.

¶ Pinguſco is. a pingueo es. fit. Col. lib. ij. Omne emaciatũ armentũ medica pinguescat, i. pingue fit.

¶ Pinguefacio ſignificationis actiuę eſt, pinguefio paſſiuæ.

¶ Pingo gis xi. ctum. pingere eſt formam alicuius rei ductis lineis repræſentare. Hinc pictor qui pingit, & pictura ars pingendi. in qua ſuperioribus temporibus floruere, zeuſis, Parrhaſius, Apelles viri cantatiſſimi. Hac vero tempeſtate Andreas Mantinea Patauinus mantuani principis aulicus vir in omni virtutum genere præſtãtiſſimus, dignus certe qui a poetis & a cæteris ſcriptoribus celebretur, cum nulli vel integritate, vel pingendi arte ſit ſecundus. huic accedunt Ioannes Bellus Venetus, Leonardus, Florẽtinus, & Vincentius Brixianus excellentiſſimo ingenio homines, vt qui cum omni antiquitate de pictura poſſint contendere. Pertrãslationem pingere ponitur pro imaginari. Hierony. ad Dama. Quod erã voce promptus ante mihi cogitatione pingebam. Huius verbi compoſita ſunt depingo quod eſt pigendo deſcribo, denuntio, demonſtro. Lactan. lib. iiij. Cum enim quidam miniſtrorum noſtrorũ ſacrificantibus dæmonijs, aſſiſterent, impoſito frontibus ſigno deos illorum fugauerunt ne poſſent in viſcenibus hoſtiarũ futura depingere. i. denuntiare. Idem lib. v. Quid vobis inanem iuſtitiam depingitis & optatis cadere de cœlo tanq̃ in aliquo ſimulachro figuratam. i. fabricatis. Hier. ad Paul. Tito præcipit vt inter alias virtutes epiſcopi quembreui ſermone depinxit. i. deſcripſit. Teren. in Phor. prope horum facto imprudẽs depinxit. i. elocutus eſt. Expinguo ſicut pinguo. Pli. Iam vero & onerarijs nauibus qm & pericula expingimus ne quis miretur & rogos pingi. Compingo & impingo vide alibi.

¶ Pinſo is, ſui, piſtũ. vel pinſitũ. pila tundo, vel molis frango. Col. lib. ij. pani cũ pinſitij, & euolutũ furfure, ſed militũ quoq; pultẽ q̃uis in copia maxie cũ lacte nõ faſtidiẽdã prębet. Põp. Cũ neq; molis molui, neq; palmis pinſui. V ñ piſtor, nã ante molarũ vſũ frumẽta in pilis pĩſcebant. Var. Nec pinſorẽ vllũ noſſent niſi eũ qui in piſtrino pĩſeret farinã. Perſ. O lane a tergo quẽ nulla ciconia pinſit.

¶ Pinſo as. in eodem ſenſu. Var. lib. i. re. ruſt. promendo diẽ vt in piſtrino pinſeretur ac torreatur. i. tundatur, vel frãgatur

¶ Pinſito as frequentatiuũ a pinſo is. Plaut. in Aſi. Qui polentam pinſitant. i. contundunt.

¶ Pindo is, pindi pinſum. Idẽ quod pinſo. V ñ pinſor q nunc piſtor dicitur, nã erat vtriuſq; rei artifex, hoc eſt qui frumenta pinſebat, & qui panes coquebat.

* Pinton inſula vna eſt ex cunicularijs inter Sardiniam & Corſicam. Cc.

¶ Piſtor a piſo is. qui frumenta in pilis pinſit. Nunc autem dicitur qui panem coquit ſeu facit. Plin libro xviij. piſtores romæ non fuerunt ad perſicũ vſq; bellum annis ab vrbe condita ſuper quingentos octoginta. Sue. in Caſ. Domeſticã diſciplinam in paruis ac maioribꝰ rebus diligenter adeo ſeuere; rexit, vt piſtorem aliũ q̃ ſibi panem conuiuijs ſubiciente compedibus vinxerit. Var. in Saty. de edulijs. Si quantũ opę reſumpſiſti, vt tuus piſtor bonũ faceret panem. Atteius Capito piſtores tantum eos qui far pinſebant nominatos eſſe trãdit, eoſq; coquere ſolitos panem toſtum lautioribus. piſtorem & coquum apud antiquos eoſdem fuiſſe accepimus. piſtorẽ etiam habebant in numero ſeruorum. Vnde ait Iurecõ. Si qs ſeruos habuerit proprios, ſed quorum operas locabat, vel piſtoricas vel hiſtrionicas, ſeruoꝝ appellatione hos legaſſe vi

¶ Piſtrix mulier quę panem coquit. ♁ Et piſtrix belua marina ĩ mari indico minor balena cum balenę quaternorum iugerum ſint. piſtres ducentorum cubitorum veſtitur pilo & animal vnũ ouum parit.

¶ Piſtris is. nauis. Verg. lib. v. Velocem Mneſtheus agit acri remige piſtrin. piſtis vero latine fides.

¶ Piſtura ars pinſendi Plinius libro xviij. piſtura non omnium facilis, quippe & herturia ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato.

¶ Piſtorius a,um. q̃d ad piſtorẽ pertinet, vt ars piſtoria. Idẽ ĩ eodẽ. Ad operis piſtorij gña tranſeunte cura. Hierony. ĩ Gene. Oẽs cibos qui fiũt arte piſtoria.

¶ Piſtoricus a,um idem quod piſtorius. Vnde Iuriſconſulꝰ operas piſtoricas dixit.

¶ Piſtrinũ & piſtrina æ. penul. produ. locus in quo pinſitur & panis fit. Quanoque etiam capitur pro laborioſo ſeruitio Tractum a ſeruis, qui ob noxam a dominis in piſtrinum trudũtur, proprie Sue tonius in Auguſt. Et modo vnguẽtariã tabernam, modo piſtrinum Aricię exercuiſſe obijcit. Plinꝰ. lib. xviij. piſtrina fœminea genere vtitur. Et ſiligine inquit laudatiſſimus panis piſtrinarũq; opera laudatiſſima.

¶ Piſtrilla æ. diminu. a piſtrino ſecundũ Priſ. Nã diminutiua q̃nq; diuerſa ſunt a gñe nominũ primę poſitionis, ſicut a ſcuto ſcutella. At Dona. a piſtrina deducit & ſumit promolendino a manibꝰ. Teren. Apud ipſũ locũ eſt piſtrilla.

¶ Piſtrinenſis & hoc piſtrinẽſe q̃d ad piſtrinũ pertinet. Apule. in aſin. reformatꝰ molas piſtrinenſes per circuitus multiuos circũegiſſe ſe feſtiuiter ſcribit deſcribens quales eſſent miniſtri in piſtrinenſi cõtubernio.

¶ Piſtillũ ſine i inſtrumentũ q̃ in mortario lapide & maxime Thebaico plũbeo piſtillo terrę moliuntur.

¶ Piones, populi ĩ Myſia aſiæ, q̃ ſupra Caicũ amnẽ ſita eſt, ab vrbe dicti quã pionis cõditor pionias vocauit.

¶ Pipiones columbarum pulli, vt eſt apud Lampridium in Alexandri vita.

¶ Pipare dicuntur gallinæ cum vocẽm emittunt. i. cum faciunt pipi. Varro in originibus. Mugit bos, ouis balat, equi hinnunt, gallina pipat.

¶ Pipio is. prorium eſt vocis pullorum. Columel. lib. nono. Die vndeuicesimo aĩa aduertat an pulli roſtellis oua percudere int & auſcultet ſi pipiant. Sũt etiã q̃i hoc verbũ paſſeribus tribuant, vt i carmine quod Ouid. aſcribitur. Peſſimꝰ at paſſer triſtia flendo pipit.

¶ Piper nomẽ arboris q̃d eſt barbarũ. Perſ. Rugoſũq; piper. Dĩ & piperi ſuariabile, ſicut gũmi, nauci, mancipi

¶ Piperatũ vinũ dĩ q̃d pipere & inellẽ cõditũ eſt.

¶ Piperites pe. p. herba q̃ & ſiliquaſtrũ dicit caule rubro & lõgo deſis gen cutis foliis lauri guſtu piperis.

¶ pipulũ. conuiuiũ. plaut. Ita me bene ãmet Lauerna te iã niſi reddi mihi vaſa iubes pipulo hic differã ante ædes.

¶ pirata nomen latronis q̃primus mare infeſtauit, à quo oẽs ſpoliatores & p̃dones pirę dicti ſunt, alij pirata a πειρᾶν transeo deducunt quia. ſ. ex trãſeũdo ſimul ac piratæ viderẽt inſulam in eam irruũt, cũdo mari imperum facientes illam des-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prędabantur, vel ꝙ piratę ſemp maria ꝑmeāt. pirata græce latine prędo. & piraticam facere dicuntur prædones.

¶ Piraterium habitaculum piratarum eſt, vt ſcribit Amb. de hoſtibus carnalibus non metuendis. qui etiam ſubdit. Tā diu in piraterio ſumus, q̄ diu in hac carne poſiti prædonū ſpiritualium tentationibus ſubiacemus. ♁ Idem piraterium eſt vita hominis.

♁ Pirheicus egregius ſculptor in paruis imagūculis fuit. Vñ ſic cecinit ꝓpertius, pirheicus parua vindicat arte locum.

¶ Piſa ciuitas in ſummo montis vertice condita inter oſſam & olympum, iuxta quam Iouis ſacra dicta olympia celebrabantur. Eſt & hoc nomine oppidum Archadiæ ꝓpe alpheū amnē, a qua hi qui ꝓſas in italia condiderunt venere dicta a ciuitate priſtina. Vñ Ver. lib. x. Alpheę ab origine Piſæ. Vrbs Hetruſca ſolo. Hīc piſeus a, um.

¶ Piſſa græ. lat. pix vñ piſſeleon oleū quod ex pice fit.

* Piſſaſphaltus pix miſta bitumini quæ in Apolloniatarum agro reperitur. Cc.

* Piſſoceron eſt melliginis genus ex cæra & pice ſiue gummi ſiue reſina miſtum. Cc.

¶ Piſæ, arū. ciuitas tuſciæ a q̄ piſani dicūtur q ex ea originē ducūt de hac Luc. Hinc tyrrhena vado frāgentes æquora piſæ.

¶ Piſum genus leguminis, cuius caules ſpargūtur in terram niſi habeant adminicula. Col. lib. ij. Similis quoq; ratio eſt piſi q̄d tū facilē & ſolutā terrā deſyderat. Hinc pioſones.

¶ Piſones appellati ſunt quidam Romani nobiles ꝙ optime piſa ſererent, ſicut a lente lentuli.

¶ Piſaurus fluuius Piceni, a quo piſaurū ciuitas ei ſuperpoſita nominata eſt. Seruiꝰ vero ſcribit piſaurū dictum, ꝙ illic aurū penſatū ſit. Nam cū Camillus gallos interemiſſet, aurūq; q̄d gallia a romanis acceperant pro capitolio non euerſo recepiſſet & ſigna ciuitati apendiſſet, ciuitati nomen dedit.

¶ Piſidæ fuerunt populi in aſia minori quondam Solimi appellati. vt Pli. lib. v refert.

¶ Piſiſtratus nomen proprium viri. Quo nomine dictus fuit Hippocratis filius Athenarum tyrānus cui ob ſummam eloquentiam athenienſes ſe & libertatem ſummiſere, quo tempore Romę Ser. Tul. regnabat quamuis Solonipſe quoq; ſūmus orator pro libertate ſtaret. Idem primus apud Athenas bibliothecam inſtituit.

¶ Piſcis, qui in aquis degit. piſces pro ſigno cœleſti tantum pluraliter declinatur. Columel. libro. xij. Quintodecimo Calendas Martij ſol in piſces tranſitum facit. A piſcis fit diminutiuum piſciculus.

¶ Piſcari eſt piſces venari, ex quo fit compoſitum expiſcor, de quo alibi.

¶ Piſcatus us. ipſa piſcatio & actus piſcandi. Plini. Quos venatus aucupia piſcatuſq; alebant. Plau. in Ru. piſcatum hamatilem ſaxatilēq; aggredimur.

¶ Piſcatorius a, um. q̄d ad piſcatorē ꝑtinet, vt nauis piſcatoria & ludi piſcatorij qui fiebant pro queſtu piſcantiū.

¶ Piſcarius a, um. idem quod piſcatorius, vt hamus piſcariꝰ Plau. in Sti. Arūdinē fert ſportulāq; & hamū piſcariū.

¶ Piſcarius qui piſces vendit. Varro. Inter piſcarios nemovē debat. Idem dicitur cetarius, quāuis cetarij potius ſint q magnos & ſalſos piſces vēdunt.

¶ Piſcaria æ. locus vbi piſces vęnduntur. Varro nullus in piſcario piſcis erat.

¶ Piſcoſus a, um. locus in quo piſcari facile eſt. Ouidiꝰ. lib. iij. Meta Eſt prope piſcoſos lapidoſi Orathidis amnes. Aliquando piſcoſus dicitur piſcibus plenus.

¶ Piſculentus locus vbi multi piſces morant̄, & in quo eſt facile piſcari. Cat. Fluuiū magnū pulchrū piſculentū. Plautꝰ. in Ru. Qui ſalſis locis incolit piſculentis.

¶ Piſcinalis & hoc le, q̄d eſt piſcis; vel q̄d ad piſces pertinet. Vñ apud palladiū piſcinales cellæ legitur.

¶ Piſcina locus & ſtagna ab initio dicta ſunt in quibus viui piſces coercentur. Varro libro tertio de re Ruſ. piſcinas voco eas quæ in aqua dulci ſunt ſalſa, incluſos habent piſces ad vſulam. Martia. piſcina rhombum paſcit & lupos vernas. Hæ vi uaria quoq; vocantur. Sed quoniam in piſcinis natare etiā ſolebant, inualuit cōſuetudo, vt omnes in vſum collectæ aquę ſiue frigidæ, ſiue calidæ, piſcinæ dicantur. Videturque a piſcibus dici, quamuis in his nihil piſcium ſit, ſed forte, piſcinæ dictæ ſunt in balneis ꝙ homines piſcibus ſimiles natando fiāt. Cice. Latiorem inquit piſcinam voluiſſem vbi iactata brachia non offenderentur. Plini. Si natare latius aut tepidius velis in area piſcina eſt, in proximo puteus, ex quo poſſis rurſus aſtringi. Quinetiam vaſa lignea ampliora ad tenēdum aquā piſcinæ vocantur. Plinius. Decoquitur in aqua & in piſcinas ligneas funditur. Eadem generali vocabulo & natationes appellantur.

¶ Piſcinarius qui piſcinas piſcibus refertas habet. Vnde Cic. Lucullū & Hortenſiū piſcinarios appellat.

¶ Piſenor Centaurus Ixionis & Nubis filius. Cc.

¶ Piſtoria ciuitas quam Ptoleme. ponit inter mediterraneas Tuſciæ ciuitates. Eſt enim inter Florentiam & Lucam a qua piſtorienſes.

* Piſora a piſendo ſiue pinſendo dicitur vñ piſores ſiue piſtores veteres dicebāt tam eos q frumenta piſebāt, i. tundebant (piſere enī tōdere eſt) q̄ qui panes coq̄bant. Var. Nec piſorē vllū noſcent, niſi eū qui in piſtrino piſeret farinā. Cc.

¶ Piſtis græce lati. fides piſtoo fidem accipio & do.

♁ Piſto numen credulitatis putabatur, quæ propter facilitatē mobilitatēq; bigis inueheretur.

¶ Pitacium particula corij, qua aliquid reparatur. Hiero. in Ioſue. Calciamenta perantiqua, quæ ad indicium veruſtatis pitacijs conſuta erant. Quandoque accipitur pro breui epiſtola, quandoq; pro ſchedula de mēbrana exciſa.

¶ Pittacus pe. cor. phūs mityleneus. hic ex Leſbo tyrannum Melancrū depulit, & certantibus athenienſibꝰ atq; mitylenęis dux in bello factꝰ phrynonē Athenienſiū ducem ſingulari certamine interfecit. & unus ex ſapientibus fuit.

¶ Pitane ſiue pitana vrbs æolica q̄ portus duos habuit. Ab hac pitanei & pitanitę nominātur vbi & Archeſilaus Academicus natꝰ eſt, qui cū zenone apud polemonē didicit. Fama eſt apud pitanā lateres inuētos eſſe qui ſuper aquas innatarēt quod & de alijs locis traditum eſt.

¶ Pitheci ſunt ſimij πίθηκοι pithecos enī ſimia dicitur. a quibus inſulae vbi eorum eſt maxima copia pithacinæ ſiue pithacuſæ dictæ ſunt.

♁ Pityran lati. furfurē dicunt, vnde pityrij panes furfurei q̄rū meminit gale. lib. i. de alimentis.

¶ Pitha cuſæ inſulæ in mari tuſco. cōtra cāpaniā a pithecis ſimijs vt auctor eſt Stra. dictæ ſūt. Pli. vero a figlinis doliariorū q̄ ibi ex creta fiebāt. Dolia enī græci πίθους ſimias, pitheconvocant. In harū ſūmitate oppidū fuit, q̄d plurali numero pithecuſæ dicebatur. Ouidi. Sterilique locatas Colle pithecuſas habitantum nomine dictas.

* Pithonoſcomes locus eſt in Aſia in cāpis patētibus vbi primo aduētus ſui tpe ciconię cōgregātur, & eā q̄ vltima aduenerit lācinant vniuerſæ atq; ita abeunt. Cc.

* Pitho vna ex nymphis & ſuadela ſiue ſuaſio dicitur. eſt & vna ex Atlantidibus. Cc.

* Pityſma ſputū q̄d & ptyſma dicitur. Cc.

¶ pitiſſo as. parū vini paulatim & quaſi tentādi gr̄a guſto. Terē. pitiſſando mō mihi q̄d vini abſumpſit, dicens hoc aſperū pater, hoc eſt alterū lenius.

¶ pityocampæ, vermes e pinu arbore naſcentes morſu venenato nec diſſimilia bupreſtis morſu. plini. Vſus ſæpe cōtra cātharidas bupreſtim pinorumque as pityocampas vocant græce πιτυόκαμπαι.

♁ Græce dicūtur πίτυς enī pinus vnde. & pityuſæ inſulæ a græcis dictæ a frutice pineo monumentis ſcriptorū iclitæ cāpe vero ſignifi. brachiū, ſiue erucā a flexura q̄ dī campe.

* pitpit veteres oſcorū lingua pro quidq̄d dixere. Cc.

♁ pityonices dī q eſt victor in ludis græciæ in q̄bus victores donabātur pinu, qui in Archemori honorē celebrantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Pithodicus,a pitho vase dicitur vascularius pityussa insula que miletus dr a pinu,nam pitys greçe pinus appellatur pityusę insulę quære in dictione pityocampe.

¶Pituita pe.pro.morbus ex catarrho ꝓueniens greçe phlegma dicitur.Horat.in Ser.Lenta feret pituita vides vt pallidus omnis.Macer.Cum mulsa bibitum pituitæ noxia soluit. Habet pituita domicilium in capite vt inquit Auguſt. Plato in Thimeo pituitam ait esse omnium languorũ originem qui ex distillatione fiunt,ex eaq; gigni malas valitudines plurimas,quoniam in plurima loca illabitur. Quæcunq; autem partes corporis tumescere dicuntur,ab illius incendio & cõbustione vexantur.Quę cum expirat extrinsecus varios extu suo tumores producit.Intrinsecus vero cohibita vrentes edacesq; morbos procreat.Tunc autem pessima quando puro sanguini mista ligaminum fila suo ex ordine dimouet,& interdum penetrat in medullas,aductisq; radicibus inde animæ vincula quasi nauis funes resoluit & amputat,pituita ẽt catarrhus dicitur,pituita etiam in gallinis dicitur.Colu.libro nono.Sępe etiam iam validioribus remedijs factis atq; ipsis matribus etiam vitanda pituitę pernicies erit.Hinc pituitosus qui vulgo dicitur phlegmaticus.Cicero lib.i.de fato. Inter locorum naturas quantum interſit videamus,alios esse salubres,alios pestilentes,in alijs esse pituitosos & quasi redũdantes in alijs exiccatos atq; aridos.

*Pixacanthum spinę speciem quam chironium vocant. Cc.

ȣPitho,mulier flexanima illa dicendi præses, quam Ennius suadam.Quintilianus,persuadendi deam.Horat. Suadelam, & poetica mella.Cicero.Leporem.Pli.Colebatur & diana cognomine pitho corinthis.

¶Pix est quę fit ex arborum resinis ad ignem decoctis,resina vero est liquor crassus ex arboribus fluens,& sępe sua sponte siccatus ad solem,pix liquida coquitur ad nauium & ad multos alios vsus.Pli.lib xiiij.pix in Italia ad vasa vino condendo maxime probatur Brutia e picea resina. Hinc pico as, de quo supra.

ȣPlacas greci vocant crustas massasq; auri in tabellæ formã compactas,tabule a grecis πλάκες dicuntur.

¶Placeo es,cui,citum,placere est gratum esse.Cuius contrarium est displicere.Hiero.in prolo. Paralip. vtrunq; complexus est.Orationum itaq; vestrarum adiutus auxilio misi librum beniuolis placiturum,tamen inuidis displicituru esse non ambigo.Aliquando placere est efferri,gloriari & confidere,vt ego placeo mihi,tu places tibi,ille placet sibi. Quintil.Placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues,si mihi idem inuideri non expedit,pares sumus.Hinc etiam complaceo,q; significat etiam placeo.Terent.in An.postq̃ me amare dixi, complacita est tibi.Displiceo non placeo.Idem in heau. Heu heu q̃ ego nunc totus displiceo mihi?perplaceo valde placeo Idem ibi.perplacet.Habetq; impersonale passiuę vocis. Cypria.Si hominibus placetur,dominus offenditur.

¶Placidus a,um,mitis sedatus,q; illa quæ quieta sunt omnibus placent. Terent.in Adel.Ille semper egit suam vitam in ocio,in conuiuijs clæmens,placidus nulli lædere os, arridere omnibus.Dona.Clæmens est circa recte agentes,placidus ẽt circa delinquentes clemens animo,placidus vultu.Hinc placiditas quam Var.in oubus esse asserit cum ait.In quis primũ non sine causa putant oues assumptas,& propter vtilitatem & propter placiditatem.Maxime enim quietę & aptissimæ ad vitam hominum.

¶Placido as,placidum seu placatum facio.Ambro.libro de Abel.Graues motus nostræ adolescentiæ fida senectutis statione placidantur.

¶Placitus a,um,participium. Terentius in prolo. Hecy. Vbi cognitę sunt placitę sunt.

¶placitum nomen significat consensum & veluti pactionem firmatam.Plin.Eadem ætas Neronis principatu ad Thessalum transiliuit delentem cunctorum maiorum placita & rabie quadam in omnes qui medicos perorantem. Hierony.in Gen.Non possumus extra placitum eius quicq̃ aliud loqui tecum.

¶Placo as,mitem ac placidum facio,propicio,placabilis ꝓpiciabilis.Cuius compositum est complaco pe.pro.Gel.Cõciliare sibi atq; complacare iudices debent,sensusq; eorum expectatione causæ suspensos rigentesq; honorificis verendisq; sententijs commulcere,non iniurijs atq; imperiosis minitationibus confutare.

ȣPlacor oris,placabilitas ipsa.Hierony. apud ecclesiasticum c.iij.Qui vigilauerint ad illam complectentur placorem ei? a placo,as.

¶Placenta libum farinaceum quod fit ex farina siliginea caseo melle,dicta q; nobis placeat vel q; ea solerent deos placare,vel dicitur a greco,πλακοῦς

¶Plęruſq; raq;,rũq;,vnde in nominatiuo tam singulari quã plurali,plęraq; pe.cor.in ablatiuo producitur.Horat.in epist. Si quędam nimis antique,si plęraq; durę.Idem.plęraq; differat & præsens in tempus omittat,plęriq; modo capitur pro maxima parte.Sal.plęroſq; senectus dissoluit nisi q ferro aut bestijs interiere.Modo pro eo quod est nonnulli.Quintil. Videas plęroſq; ita parcitos.i.nonnullos.Solet etiam esse syllabica adiectio,& pro vna orationis parte poni,vt cum dicimus plęriq; omnes hoc facitant.Significat enim omnes.Terent.in An.Quod plęriq; omnes faciunt adolescẽtuli.Diphthongatur autem qm̃ ἀπὸ τοῦ πλήρης fit quod plenum,frequens significat.Conuersa e longa in æ diphthon. vt in scęna,rhęda,lęthe aliſq; permultis dictionibus seruatur Similiter plęrunq; quod a plęruſq; deducitur dupliciter sumi põt. Vno modo pro eo quod est fere semper. Alio modo (sed rarissime)pro eo quod est nonnunq̃ Quint. Excussa sunt plęrunq; vitia verberibus,id est nonnunq̃.Et ab aliquibus putatur nomen,ab aliquibus aduerbium.Inuenitur etiam plerus sine adiectione Pacu.periere.Danai,plęra pars pessundata ẽ.

¶Plaga percussio,vulnus,verber.Verg.plagisq; peremptũ Tonsa per integram soluuntur viscera pellem. Aliquando plagæ rętia dicuntur rariora ad capiendas feras, q; plagis,i. foraminibus plena sint.Cic.lib.iij.offi. Sunt ne igitur insidiæ tendere plagas etiam si excitaturus non sis.Verg. Rætia rara plagę lato venabula ferro.Vbi Ser.scribit plagas proprie illos funes dici quibus rætia tẽduntur circa imam & summã partem.Rursus cœli vel terrę spatium amplissimum, quod etiam tractus & clima a grecis dicitur,plaga appellatur.Vergil.lib.vij.In medio dirimit plaga solis inqui. Item grande linteum tegmen candidum quod sindonem vocant lectica riam quale est quo nunc vtuntur mulieres Romanę,olim passim in vsu erat.Var.de vi.pa. Chlamydes,plagę,vela, vasa aurea.Idem.Eburneis lectis & plagis sigillatis,& habet primam cor.nisi cum significat vulnus,quod græce dicitur πληγή Ouidius de tris.Non habet in nobis iam noua plaga locum.Huius diminutiuum est plagula.i.parua plaga.

¶Plagiarius q; plagas.i.vulnera infert,& plagiarius qui hominem quem scit liberum esse emit vendit ve aut pro seruo tenet.Item qui libertum emit vel vendit.Item qui seruo aut seruę persuadet vt a domino dominave fugiat,vel eum eãve inuito vel insciente domino celat,vinctum habet, emit vel vendit.Dictus plagiarius q; lege Fannia plagis dãnatus esset.Lex ipsa plagiaria, crimen plagiarium vocatur. Mart. Impones plagiario pudorem,plagiarium vocat furem librorum suorum.

*Plagium etiam significat ipsum crimen,Cc.

¶Plagiator idem quod plagiarius.Hierony.ad Florentium Magistrum autem pueri tui,de quo dignat? est scribere,quẽ plagiatorem eius esse non dubium est,sępe Euagrius presbyter me prȩsente corripuit,cui ille respondit. Ego nihil timeo, dicit se a domino suo fuisse dimissum.

ȣPlagosus plenus plagis,vt plagosa crura apud Apule.ab Hora.Plagosus,qui sępe plagas infert.

¶Plagiosus dicitur grammaticus ludimagister,q; plagas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inferat. Vnde Domitius marsi versus est. Si quos Orbilius ferula scuticaq; cecidit. Et plagiosus est qui suauitate verboꝝ retrahit a proposita virtute.

¶ Plago as, plagam infero. Aug. lib. xxi. ci. dei. Cum iustissime annosas pœnas seruus in compedibus pendat, qui verbo aut ictu celerrime transeunte vel lacessiuit dominum vel plagauit.

*Planaratrum dicitur aratrum in quo cuspis vomeris palæ effigiem habet. Cc.

*Planaria insula est vltra Corsicam aspecie sic dicta ꝙ æqua lis freto existat, ideoq; nauigijs fallax. Cc.

*Planasia insula est in mari Tyrrheno non longe ab Ilua Auctor Pto. lib. iij. Cc.

ðplagipatus qui plagas patitur

¶ planus a, um, dicitur cuius figura æqualis est. Quoniã vero plana nullum impedimentum habent quin vndecunque videri possint, planum quandoq; pro aperto & manifesto ponitur. Et sic habet pen. pro. planus vero penul. cor. sumitur ꝙ scurra non quidem simpliciter, sed certi atq; sui generis impostore deceptoreq; a fallendo dictus. Horat. Nec semel irrisus triumphis attolere curat Fracto crure planum. Inter planos maxime celebres fuere Cephisodorus & pantaleon qui decessurus vtrunq; filium deceperat seorsum his prodendo qua parte domus infodisset, aurum, quod nusquam erat

¶ plane aduerbium. i. certe manifeste. Quandoq; omnino. Ci. Trebat. Quare si plane a nobis deficis, moleste fero. Au. lib. ij. con. Quid erat ille affectus animi? Certe enim plane turpis erat.

¶ planities æqualitas. Sallu. Nam vti planities erat inter finistros montes & dexteram rupem asperam, octo cohortes in fronte constituit.

¶ planitudo idem quod planities. Colu. lib. v. perticæ cacuminum modicę planitudinis, quę tamen dipondiaris orbiculi crassitudinem non excedant optime pangunt ur.

¶ Planidus idem quod planus. Col. lib. ij. Curamq; adhibito, vt a superiore & sicciore & exiliore in planidiorem, humidiorem pinguiorem agrum transferas.

ðPlagiger pen. cor. quasi genitus ad plagas. Plaut. in pse. plagigera genera hominum.

¶ Plano as, planum facio. Cuius composita magis sunt in vsu videlicet complano quod est rotum planum facio. Gel. lib. ij. M. Cato in lib. quẽ de agricultura conscripsit. Semẽ cum presseris crebro ita vt linũ seri solet, eo cribro terrã insternito dimidiatum digitum, iam id bene tabula, aut pedib⁹, aut manibus complanato. Deplano & explano de quibus alibi.

¶ Planula a complanando dicta est, pro instrumento fabrili quo assamenta leuigantur & poliuntur. Nam dolabra idem videtur esse quod ascia vt inquit Do. qui inquit. Dolare est ascia cædere Et planulæ sunt quas nos lamas vocamus Fores enim cum planulis ferreis parietibus cardinibus coniunguntur, & super illos deuoluuntur.

¶ Planipes qui pedes planos habet. Vnde comœdię siue fabulę genus dicitur planipedia, vbi nullo procedebatur cultu, ꝙ actores pedibus planis. i. nudis proscenia introirent. Diomed. scribit planipedem græce mimum significare, ꝙ actores planis pedibus. i. nudis intrarent proscenium, non vt tragici actores cum cothurnis, neq; vt comici cum soccis, siue ꝙ olim non in fugestu scenę sed in plano orchestræ positis instrumẽtis mimicis actitarent.

¶ Plancę tabulæ planæ a planitię ita appellatę. Plin. lib. viij. Nec pontes asini transeant per raritatem plancarum translucentibus fluuijs.

¶ Planci qui supra modum pedibus plani sunt, i. qui pedes imos graciles habent planosq; æqualiter, quasi tabellas quę plancę vocantur, Quo nomine dictus est Romanus quidam cuius extant epistolę luculenter scriptę. Qui teste Eusebio cũ galliam comatam regeret Lugdunũ condidit, quę ciuitas Neronis temporibus deflagrauit incendio. Hi etiam ploti dicuntur. Vnde poeta dictus est primo plotus, propter huiusmodi pedes. Deide Plautus.

¶ Planta cum de pedibus dicitur, significat totam partem inferiorem digitosq; & vngues. Ver. in Moreto Cruribus exilis spatiosa prodigia planta. Si vero de arboribus, ea est quę transferendi gratia, vel de arboribus rapta, vel ex seminibus est orta & de herbis quoq; dicitur. Verg. Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum Deposuit sulcis.

¶ Plantaria ipsę plantę in terra natę, q̃ cum radicibus transferuntur de vno loco in alium. Verg. Syluarumq; alię pressos pro paginis arcus Expectant, & viua sua plantaria terra, plãtaria etiam dicũr plantarum loca. Plin. lib. xvij. Quędam i plãtario insita eodem die transferuntur.

¶ Plantarius a, um, quod plantari debet, seu quod est aptum vt plantetur. Colu. libro. vi. Ipsę autem arbusculę hoc modo possunt transferri, anteq̃ plantarias arbusculas effodias solo rubrica notato partem eius quę meridiem spectet.

¶ Plantaris & hoc plantare, quod est plantę pedis. Sta. lib. i. theb. Summa pedum propere plantaribus alligat alis.

¶ Plantiger plantas gerens. Vnde plantigeręq; arbores, quæ ex sese pullulando plantas emittunt. Plin. Siliqua plantigera est in imis partibus.

¶ Planto plantas notę significationis, vt homo quidam plãtauit vineam. Huius composita deplanto, quod est contrarium suo simplici Nam deplantare significat quod plantatũ erat euellere Plin. Sed vtraq; infirmissima, & q̃ cortice nituntur tantum vel leui aura ocyssime deplantantur. Colu. lib. ij. Ne aut cornu bos ad sitipẽ vehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibret ramumq; deplantet. Explanto significat sicut deplanto. Idem. Vt sit quę tenere adhucpãpini capulis suis illigent ne ventis explantẽtur. Et lib. vi. Antequam explantes arbusculam. Supplanto subtus planto de quo alibi.

¶ Plantago herba, cui⁹ duo sunt gña scilicet maior & mĩor

¶ Planetę ab errore dicti sunt ἀπὸ τοῦ πλάνης. i. ab errore πλανητης id est erraticus & vagus, vel a verbo græco πλανάομαι. erro. Latini ab incessu vocant errantia & erraticas stellas. Nigidius errones appellat. Nam vt ait Ser. Interdum in hausirum, interdum in septentrionem, plęrunq; contra mundum, nonnunq̃ cum mundo feruntur. Vnde Ver. de Mercurio. Quos ignes cœli Cyllenius erret in orbes. Sunt autem septem planetę Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercuri⁹ Luna. Sed quinq; contra mundum feruntur, & cum mundo qñ retrogradi sunt. Sol vero & luna semper cõtra mũdum.

¶ Plango is, xi, ctum, fleo, vnde planctus & plangor, aliquãdo plangere est percutere. Lucil. Plangunt litrora fluctus. Ouid. plangebant corpore terram. Hinc planctus & plangor ꝙ percussione. Luca. Exigit ad sęuos famularum brachia planctus. Sil. Liuentia planctu Brachia. Catul. procedunt leuiterq; sonant plangore cachinni.

ðPlanctus a, um, participium est, vt apud Ezech. c. xxxij. plãctus est & plangunt.

ðplanctus, nomen vt conuertisti planctum meũ in gaudiũ.

¶ plasis græce latine formatio dicitur, hinc plastes plasma & plasmo.

¶ plastes fictor qui figulinam artem exercet, qui & figulus dicitur. Hieron. Mollis cera & ad formandum facilis, etiamsi artificis & plastę cessent man⁹, tamen virtute totum est quic quid esse potest.

¶ plastice fictoria vel figularia, ars figulina qua finguntur imagines ex argylla ἀπὸ τοῦ πλαττειν quod est fingere, vñ & proplastice dicitur ars faciendi typos. i. formas quibus formandis figulinis operibus vtuntur. Dicitur etiam proplastice proipsa forma, quam ad formanda alia opera adhibent. plin. Archesilai proplasticem pluris vęnire soliram constat ab artificibus ipsis ꝙ aliorum opera.

¶ plasma atis, & plasmatum, figmentum quod & figulinũ opus dr ꝙ formatum est. Item plasma emplastrũ a πλαττω fingo, componoq;. pers Liquido cum plasmate guttur mobile colluerit. Antiqui em̃ nonnulli emplastrum ex pluribus li-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quidioribus rebus commixtis vocem adiuuantibus faciebāt Cato de plasmatis bibendis.

¶Plasmo as, figmentum aliquod efficio.

¶Platos græce latine dicitur latitudo. Vnde plato, platea, platanus, & multa alia.

¶Platyophthalmus quasi dilatans oculos πλατὺς enim latus ὀφθαλμὸς oculus, quo nomine dictus lapis spumæ candidę nitentisq; quod stimi appellant, alij stibiam, alij alabastrum, alij turbasin. Nam dilatat oculos & eorum fluxiones exulcerationesq; inhibet.

*platyphyllon lactucæ genus. Cc.

*Platycerotes beluæ lata cornua habentes. Cc.

¶Platea via latior, ferecq; militaris pretoria consularisq; dī Quandoq; etiam capitur pro area in quam conuenire populus soler, cuius pe. cor. apud Catul. Lampridius in heliogabalo, Plateas in palatio strauit lacedæmonijs & porphyreticis saxis. Est & nomen auis quæ ad ea volat quæ in mari mergunt, & capita eorum morsu corripit, donec capturam extorqueat Dicta platea a latitudine corporis.

ὃ Plateæ numero plurali ciuitas in bœotia sub citherone mōte non longe a thebis, dicta a latitudine remorum, vt inquit Stra. Nam græci πλατη remus πλατὺς latitudo inde platea quia lata hic pausanias & Aristides Mardonium Xersis ducem & consobrinum superauere.

¶Platęa cum diph. vrbs bœotiæ. Plin. platææ numero plura li, hinc platęenses populi dicti.

¶platanus pe. cor. arbor late spargētib⁹ se ramis a πλατὺ latum. petronius arbiter. Nobilis ęstiuas platanus diffuderat vmbras. Est autem tam mas. q̄ fœ. generis, & tā quartæ q̄ secundę declina. Verg. in cul. Nam primam prona surgebant valle patentes Æriæ platanus. Idem in Georg. Et steriles platani malos gessere valentes. Hinc platanetum & platanō ꝓ loco platanis consito.

*platanodes Achaiæ promontorium. Cc.

¶Plato phūs ab humerorum latitudine dictus. Hic ante ex ~~auī paterni nomine Aristocles vocabatur. Fuit egregio corporis habitu, & in palestra se exercuit apud Aristonem palæstritam, a quo primum cognominatus est plato.~~ Natus est Athenis eo die, quo apud Delon Appollo, studuit picturæ, & tragœdias, poemataq; edidit. A deo autem in omni disciplinarū gñe, & pīertim in philosophia excelluit, vt diuinus plato & philosophorū Homerus vocatus sit. C. lib. tus. q. platonicę maiestatis maximus est buccinator, adeo vt ipsū deū appellet, quem Labeo inter semideos cōmemorandū putauit. Cui defuncto Magi vti deo īmolauerunt. ὃ Fuit varius multiplex & tantę eloquētię vt Iouem si græce loqui voluisset platonice locuturū philosophi dicerent, de quo Quintil. Quis dubitet platonem esse pīpuum siue acumine differendi, siue loquendi facultate diuina quadam & homerica, vt mihi non hominis ingenio, sed quodam delphico videatur oraculo Dei institutus.

¶Platycerotes beluę lata cornua habentes.

¶Plauti a planis pedibus qui & ploti nominantur, soleas q̄q; dimidiatas quibus vtebantur in venando quo planius pedem ponerent semiplotia appellabant.

¶plodo is, si, sum. Est aūt plaudere quoties alicui pro re bene gesta cōgratulamur, lętitiāq; ostēdimus Am. lib. ij. de virgi. Quę pōpa illa? quanta angelorū lętitia plaudētiūq; habitare mereatur in cœlo, q̄ cęlestē vitā vixit in sęculo? Se. Vnā rem adijcia & fauere ac plaudere te iuuabit. Fit ēt quandoq; in densum, vt est apud Ezechielē, ꝓ eo ꝙ plausisti manu & pcussisti pede & gauisa es ex toto, affectu super terram israel. Huius composita sunt applaudo quod est alicui plaudo. Hiero. Q̄ q̄ labia torqueatis, trahatis capillum, applaudatis pede, fidem ecclesię apertissime confitebor. Supplaudo, de quo alibi. Est & plaudeo es. Hie. in eccle. Caput suum mouebit & plaudebit manu. ὃ qđ nunc in secunda ratione est rarissimū.

¶Plausus us. Cicer. in Cato. Quibus cum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus.

¶Plausibile fauorabile iucūdū populare, quod plausu populi excipi potest. Ci. Q m̄ plausibilia hęc nō sunt vt in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant. Sic oratio plausibilis dicta est, quę placet & plausum populi meretur.

¶Plaustrum currus, ꝙ ex omni parte sit palam quod in eo vehitur, vt inquit Var.

*Plautus vide ploti.

¶Plecto is, xi, ctum, scdm prisc. vel xui. secūdū aliq̄s xū. significa punio ferio ἀπὸ τοῦ πλακτέω ferio. Hie. in lib. iudi. Si septē crines capitis mei licio plexueris, & clauū hunc circumligatū terræ fixeris infirmus ero. Augu. lib. de ci. dei. Nam si omne nunc peccātum manifesta plecteret pœna, nihil vltimo iudicio reseruare putaretur. Huius passiuum est plector. Teren. in phorm. Tu iam lites audies, ego plectar pendens. i. feriar, vt inquit Dona. Hinc plectrum & plagę.

¶Plector deponens non est in vsu, sed habet cōposita amplector, cōplector, circūplector, īplector, vñ īplexus quod ē implicatus. Greg. Sed cū ex lectione alia redēptoris nostri sententia ad mentem reducitur, ex huius nobis lectionis verbis q̄stio valde īplexa gñat, perplector perfecte ligo. Hier. ad paulinum. Tenent se mutuo, sibiq; perplexi sunt, & quasi rota in rotam voluitur. Terent. in eu. Pergin scelesta mecum perplexe loqui. Dona. Ideo perplexe quia statuerat vitiū celare virginis. Hinc perplexor quod est valde ligo seu in dubio pono Plaut. in au. At scio quo vos soleatis pacto perplexarier Pactum non pactum est, nō pactū, pactū est ꝙ vobis luber. Idē in Asi. Neq; vllum verbum faciat perplexibile, id est ambiguum multum.

¶Plectilis pe. cor. q̄ plexa est. Plaut. in bacch. pro gabea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis.

¶Plectrum instrumentum citharœdi quo fides plectuntur, id ē percutiuntur, ae πλακτέω percutio. Mar. Feruida nerrito ti bi pollice pustula surgat, Exornent docilē garrula plectra lyram. A nostris dicitur q̄q; pecten. Verg. Iam pectine pulsat eburno plectrum etiam quandoq; calcar æneum ꝙ olim gallis gallinaceis addebatur dum inter se pugnarent.

¶Plębs bis. vel plębes bei, idē ꝙ vulgus. Hoc ē vilior pars populi. Gel. Plębes in qua gentes ciuium patriciq; non insunt Plin. Tanta plębi cōsternatiōe vt primo pulsus ex ea regione, mox & interēptus sit. Huius dimi. est plębecula.

¶Plębescītū plębis statutū. Scisse re ēm statuere est. Scita vero plæbis appellantur ea quę plæbs suo suffragio sine patribus iussit plæbeio magistratu rogāte vtpote Tribuno. In populo enim omnis pars ciuitatis & omnes ordines continent, in plębe neq; equites sunt neq; patricij.

¶Plębeius a, um, quod est plębis, vt plębei ædiles.

*Et plębeiæ pudicitię sacellum Romę vt sacra cętera celebratur. Cc.

¶Plegma atis, ræte crines intorti, hoc ē tricę & omne textū.

¶Plęmyrium fluuius sicilię qui per agrum Syracusanum labitur, a πλεμμυρέω quod est exundo.

¶Plenus a, um, quod est vacuo contrarium, hoc est in quo nihil est vacui sed integrum atq; perfectum est, hinc plenitudo perfectio.

¶Plenilunium vide in dictione luna.

*Pleon siue pleion græce significat plus. Cc.

¶pleonasmos latine cumulatio, siue adiectio. Figura quoties superflua adduntur, vt sic est ore locuta πλεῖον, enim plenus dicitur.

¶pleo es, q̄uis non sit in vsu habet tamē cōposita, Compleo expleo, impleo, a q̄. adīpleo, oppleo, repleo, & suppleo. Lact. lib. vij. Et replebuntur montes cadaueribus ossibusq;.

¶pleiades stellę quę taurum perficiūt pręter caput, quod ortus suo primę nauigationis tempus ostendit. πλεῖν ἄστρα latine Vergilię dicuntur a verni temporis significatione quo oriūtur. Nam vere exoriuntur & circa æquinoctium earum ortus matutinus est. Hyginus. Inter huius tauri finitionem & caudam arietis stellę sunt, quas nostri Vergilias, græci pleiades dixere. Fuerunt Athlantis filię septem ex pelione nympha cū

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quibus Iuppiter cõcubuit. Vnde & pleiades dictę, & ex hoc relatę sunt in numerum syderum. Vulgo pulcenaria dicũtur Vela pluralitate πλειονες pleones enim græca lingua plures dñr, plures autem simul apparere certum est, pherecydes tradit septem sorores fuisse Lycurgi filias ex Naxo insula. Et quia Liberum educauerunt ab Ioue inter sydera fuisse relatas. Harum nomina putantur Electra Alcinoe, Celeno, Merope, Asterope, Taygete, Maia, quarũ septima vix cerni potest. Ouid. lib. iiij. Fas. pleiades incipiunt humeros releuare paternos. Quę septem dici, sex tamen esse solent. Seu qđ in amplexus sex hinc venere deorum. Nam Steropem Marti cõcubuisse ferunt, Neptuno Alcinoen, & te formosa Celeno. Maiam & Electram Taygetemq; Ioui. Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit, pœniret, & facti sola pudore latet. Siue q̃ Electre Troiæ spectare ruinas Non tulit ante oculos oppositumq; manum. Fit autem quandoq; hæc dictio tetrasyllaba. proper. Non hęc pleiades faciunt nec aquosus Orion. Aliqñ abscitur e, & dicimus pliades. Statius lib. i. syluarum. Nec p ægęas hyades pliadumq; niuosum Syd⁹, & olenijs dignum perisse sub astris.

*plęriq; a plus deducitur, quod auctores aliquando vsurpãt pro eo q̃ est plures & maximą ex parte, & plęrũq; q̃ significat fere semp. Plęriq; oẽs vna pars orationis. i plęriq;. Teren. Quod plæriq; omnes faciũt adolescentuli. Cc.

¶ Plethron quidã ꝓ iugero accipiũt. Alij duo plethra singulis contineri iugeribus existimant, vt Hero mathematicus ĩ plethro pedes centũ, in iugero ducentos contineri scribens.

¶ Pleuritis idis, dolor laterũ, græce πλευρὰ τῆς πλευρᾶς latus dicitur. Hinc pleureticus qui hunc morbum patitur. Sũt etiam qui hunc morbum pleuresin vocent. Macer. Costarũ quam pleuresin attica lingua.

ð Plistonicus nomen auctoris de quo Atheneus. Fuit & appion quidam, cognominatus plistonicus non multo tẽpore. Plinio superior, vt idem vltimo volumine testatur. Qui & plistonices qñq; scribitur sicut olympionices.

ð Plestyriastas πλησυριαστὰς græci vocant licitatores.

ð Plethynticos, latine pluratiue dicitur.

*Plexa ligata, a q̃ perplexa. i. intricata atq; abstrusa. Cc.

*Plexaura nympha sic dicta q̃ plene futatur πλησόω ĩpleo & ἀυρὼ fruor, quo nomine vocata est vna Athlãtidũ. Cc.

¶ Plico as, aui, atũ, & plicui plicitũ, a quo quatuor composita. Applico, cõplico, explico, & ĩplico, similiter duplex p̃teritum & duplex supinum habent. Reliqua solũ in aui, atũ terminant, vt duplico, triplico, quadruplico, multiplico, replico supplico. Significat aũt plicare nectere & veluti rugas facere. Tractum a græco πλέκω quod est nectere. Applico, de quo alibi. Complico simul plico, cumulo. Hierony. in prolo. Iob. Si fiscellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarẽ, vt in sudore vultus mei comederem panem meum. Lactã. lib. v. Quid læno nisi vt bonis exuat? quid fur nisi vt plura cõplicet? Implico innecto inuoluo. Sal. lib. iiij. histo. Implicitę rates mysteria prohibebant. Lact. lib. ij. Nam cum bello ciuili brutiano implicitus graui morbo abstinere prelio statuisset. Aliqñ implicare ornare. Plaut. Implicat ad speculum caput. Circũplico. Gel. Surculo compari quem habebat capite ad funem proinde vt debere fieri sciebat circumplicabat. Replico dissoluo. Plaut. Replica tricam atq; extende. Et replicare rursus explicare dicere. Hiero. ad Lucinum bæthicum. Hęc & ipse intelligis quo animo replicem. pli. Quam sæpius ille replicasset tandem persuasit. Duplico, a quo conduplico, Multiplico, & Supplico, de quibus alibi.

¶ Plicatile quod plicatur, vt nauis plicatilis, quæ facta est ex Corijs. Et plicatilis crista vpupæ.

¶ Plionem nympham ferunt ex qua & Athlante athlantides genitę dicuntur, vnde & nomen sumpserunt Pliades dictæ. Cc.

*Plissima veteres pro plurima vsurparunt. Cc.

¶ Plodo is, si, sum, significat quatiendo siue collidẽdo, & manibus pedibus ve sonum aliquem facio. Cuius cõposita sunt Applodo quod est iuxta, seu ad aliquid plodo. Quint. Comploderę manus scęnicum est, pedes applodere interim licet. Festus. Sunt qui appludam sorbitionis liquidissimum gen⁹ putent q̃ flatu dęriciatur & quasi applodatur. Applodere per translationem est fauere ac testari honorem illo motu. Complodo, explodo, displodo, & supplodo, de quib⁹ in Explodo ¶ ploro ploras. Vide in dictione fleo. Eius composita sunt cõploro simul ploro. Liuius libro primo. Tum demum palam facto, & comploratione regia orta. Ser. prędidio firmo munis tus primus iniussu populi voluntate patrum regnauit. Deploro exploro & imploro, de quibus locis suis.

¶ Plostrum idem quod plaustrum. Nam au, in o, sępe cõuertitur. Huius diminutiuum est plostellum. Aug. lib. de ciuita. dei. Nam hoc turpe membrum liberi per dies festos cum honore magno plostellis impositum prius rure in compitis, & vsq; in vrbem postea vectabatur.

ð Plotina Traiani Cęsaris cõiunx sanctitate probitate & omnibus quæ in muliebrem sexum cadunt virtutibus celebrata, hæc tonso capillo virum mentita, coniugem comitata in exilium euntem imperterrita, & quædam quasi virago tolerans ęrumnas acerbas.

¶ Plotę insulæ antea dicebantur quæ nunc Strophades dicuntur. Cornucopię.

*Plotiam arundinem vocant sub tiliorem quod nexibus apta sit. Cornucopię.

*Plotus postea plautus dictus est poeta comic⁹ Vmber, Sarsinas. Cc.

*Ploxinum dicitur capsa vbi plurima reponuntur. Cc.

¶ pluma mollior & exigua penna. Hinc plumeus a, um, vt lectus plumeus. Implumis & hoc implume, quod est sine pluma, vt auis implumis. Sunt qui dicant plumam quorundam linguas significare acum. Vnde plumarius a, um, vt opus plumarium.

*Item plumeus & plumiger. Cc.

¶ Plumula diminuti. parua pluma. Cõlumella libro nono. Plumulę sub causa dunibus detrahendæ nec stercore coĩquinatę dure scant, & naturalia prędudant.

¶ Plumarius aria, arium, quod ex pluma est. Vnde plumariam culcitram dicimus quę pluma plena est. Et plumarium dicitur opus acu factum, quod græci a liciorum multiplici varietate polymitarium appellant. Hiero. in Exo. Decem cortinas de byssо retorta variatas opere plumario facies.

¶ Plumarius qui acu depingit. Vnde ibidem legitur q̃ Achisamech fuerit optimus lignorum artifex & polymitarius atq; plumarius. Cato de libe. educan. Etenim nulla quę non didicit pigere potest bene iudicare q̃ sit bene pictum plumario, aut textore in puluinaribus plagis.

¶ Plumatile pen. correp. quod ex plumis factum est. Plaut. Comatile aut plumatile plumis implere, Nonius dauatum interpretatur, aut ex pluma factum.

¶ plumo as, plumam facio. Vnde plumatum esse pennatũ dicimus. Gel. libro primo. Auicula est parua nomen est cassita habitat nidulaturq; in segetibus id ferme temporis, vt appetat messis pullis iamiam plumantibus. Et plumare est acu pingere. Flauius Vopiscus. Laneas tunicas purpura micãtes & plumanti difficultate pernobiles.

¶ Plumesco cis, a plumeo es, fieri conuenit, pennatus fio. August. lib. iiij. cõ. Aut quid tum aberat paruulis tuis longe tardius ingenium cum a te longe non recederent vt in nido ecclesię tuæ tuti plumescerent.

¶ Plumbum duplex est, album. s. & nigrum, album stannũ dicitur. Nigri plumbi duplex origo est. Aut enim sua sponte nascitur vena, nec quicquam aliud ex se parit, aut nascitur cum argento, mistisq; venis conflatur. Primus liquor qui in fornacibus fluit, album plumbum & stãnum vocatur. Secũdus argentum, quod remansit galena dicitur, & latine plumbago.

¶ Plumbeus a, um, quod ex plumbo est, vt imago plumbea. Aliquando dicitur nigrum. Vnde plaut. plumbeum homi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nem appellat liuidum, per translationem quoq; plumbeum ingenium obtusum dicitur, & quod penetrare cogitando non potest.

¶ plumbago communis vena plumbi & argenti, græce molibdena. plin. Frequens & his plumbago, hoc est vt in sole plumbei videantur.

¶ plumbarius a, um, quod ad plumbum pertinet, vt plumbaria officina. plinius, pfimmythium quoq; hoc est cerusam plumbariæ dant officinæ.

¶ plumbarius rij, qui ex plumbo facit opera.

¶ plumbo as, ferrumino. plinius. Neq; argentum ex stanno plumbatur, quoniam prius liquescit argentum. Hinc replumbo, quod est resoluo. Iureconsultus digestis de auro & argento legato. Emblemata vasis & lapidibus inclusa replumbari posse significat.

¶ plumbatura modo ferruminationem significat, modo quãcunq; coniuncturam plumbo factam,

¶ plumbatę dñr pilæ plumbeę, quas veteres peregrino vocabulo Manobarbulos vocabant. A quo & milites qui his vtebantur manobarbuli appellati sunt.

¶ plus pluris generis neu. In obliquis vero & numero pluralis trium generum est. Et secundum priscum comparatiuum ẽ significatione tantum non voce, ab eo quod est multum. At Gel. lib. v. non comparatiuum sed absolutum dicit. Vnde Ambro. formauit comparatiuum, cum dixit. Cuius parẽtes dum requisisset cœpit offerre plurima & pluriora, pmittere, vbi etiam comparatiuum superposuit superlatiuo, quod fieri cõsuetum Ouid. lib. ix. Met. Sed quę cum tibi sit iunctissima iunctior esse. Experiti. Dicimus autem plus hac re, & plº hanc rem. Teren. in Eu. Nõ plus triduum. Vict. libro septimo. Atseres directi disponantur inter nec plus spatium habentes pedes binos. In plurali plura & pluria Dona. Antiqui hoc complures & hęc compluria, quod nostri complura dicunt. Cicero, pragora. Confirmanda genera compluria. Credo quia veteres hic & hęc plures & hoc plure, non hoc plus dicebant Gel. vero refert Capitonem docuisse pluria latinum esse, plura vero barbarum. Nunc autem de vsu & pluria & plura dicimus. Vnde & compluria & complura. Terent. in phor. Multa aduenienti vt fit noua hic compluria. Sed differũt ab inuicem plura & complura, q plura possunt esse duo, cõplura duo esse non possunt. Illud comparatiuum, hoc minime, ideoq; non regit casum. Complurimus non reperitur, sed tantum plurimus. Est etiam plus aduerbium. Et plus satis dicimus pro eo quod est maxime, & pluscquam satis. Terẽ. in Eu. Accede ad ignem hunciam cales ces plus satis. Componitur quandoq; plus & dicimus perplus. Ab eo fiunt deriuatiua, pluralis & hoc plurale, & pluratiuus a, um, vt pluralis vel pluratiuus numerus.

¶ Pluriariã aduerbiũ significat pluribus modis, siue pluribº locis. Sue. de Tibe. Cubicula pluriariam disposita tabellis ac sigillis lasciuissimarum picturarum adornauit.

¶ Plusculus a, um, dimi. a plus, q̃uis plus a masculino vel fœminino non veniat. Et significat parum plus, vel aliquanto plus, vñ pocho piu. Teren. in phor. Tum pluscula supellectile opus est. Idem in hecy. Primũ dies compluscolos.

¶ Plurimus superlatiuum a multus, quod etiam quandoq; pro longo ponitur. Ver. Iamq; ascendebant collem qui plurimus vibi imminet. Vnde apud eũdem nux plurima id est longa, qua significatur amygdalum.

ð Plutarchus cheronensis philosophus floruit sub Traiano & Hadriano imperatoribus, nam Traiano libros Apophtheg matum dedicauit, vir eruditissimus & multijuga eruditione mirabilis ac fœcũdus, huius nepos fuit sextus philosophus de quibus Euse. in chronicis meminit.

¶ Pluteus machina ad expugnandos muros ad similitudinẽ cassidis. Contexitur e vimine, & corijs protegitur, terniscq; rotulis quarum vna in medio, duę in capitibus apponuntur, in quancunq; partem volueris admouetur. Hos obsidentes muris admouent, applicantq;, & eorum munitione sagittis, seu alijs missilibus defensores de propugnaculis exturbant vt scalis ascendendi prę fiatur occasio vt inquit Vege. Cæsar. Simperq; hostibus spes victoriæ redintegretur, eo magis quod deiectos pluteos turrium videbãt, nec facile adire apertos ad auxiliandum animaduertebant. Postea vero etiam tabulæ quibus aliquid præsepiretur, eodem nomine dictæ sunt. Liu. Cratibus pluteisq; & linteis contectus. Sue. in Cal. accipere videtur pluteum pro fulcro tori discubitorij cum inquit. Quosdam summis honoribus functos cœnare modo ad pluteum, modo ad pedes stare succinctos linteo passus est. Mar. Nam pluteo vindice tutus erat. Librorum quoq; & tabularum signorumq; repositoria plutei appellantur Iuue. Et iubet arche typos pluteum seruare Cleanthas. Hinc plutealis & hoc pluteale. Vnde a Cicerone sigilla plutealia imagunculę pluteis, id est tabulis inclusæ. Tabula insuper qua vtũtur ij qui literis dant operam & scribunt pluteus literalis dicit. Persius. Nec pluteum cędit nec demorsos sapit vngues, pluteum etiã dicebant spatium id quod inferiores columnas a superioribus per longitudinem in fronte discernebat.

¶ Pluto Saturni filius ex Opi coniuge & frater Iouis atque Neptuni. Qui cum ad regni diuisionem venissent plutoni q̃ natu minor erat & Agesilaus vocabatur pars occidentis obtigit secus inferum mare, Ioui plaga orientalis, Neptuno insulæ. Hinc datus est locus fabulę, vt Ioui imperium cœli, Neptuno maris, pluroni inferorum obtigerit. Pluto autem Summanus, dis, orcus, vragus ab vrgendo, Vedius Iuppiter dictus fuit. Idem quietalis est appellatus, quasi mors quies sit ęrumnarum. ð Huius vxorem fuisse Proserpinam Cereris filiam ex Claudiano pieta satis constat.

¶ Pluo pluis plui plutum, quandoq; suppositum habet sed non appositum. Hiero. in Gene. Non enim pluerat dñs super terram. Et iterum. Ego pluam super terram. Aliquãdo id q̃ pluit ponitur in nominatiuo. Tibul. Multus & in terris deplueretq; lapis. Valerius maximus in piceno lapides pluuisse ait. Aug. li. iij. ciui. dei Sed cum pluit terra cum pluit creta cũ pluunt lapides, non vt grando appellari solet hoc nomĩe sed omnino vel terræ, vel cretę, vel lapidum pluuia. Quandoq; ablatiuum appositum habet. Liuius lib. vi. de bel. mace. Tarracinę & Amitarni nunciatum est aliquoties lapidibus pluisse quandoq; accusatiuum, vt deus pluit aquam, pluit mãna. Quandoq; id super quod pluit in nominatiuo ponitur. Hie. in Eze. Tu es terra immunda & non compluta in die furoris. Quin. lib. vi. Cum cœnaculum eius perpluere t. Huius cõposita sunt appluo. Plin. Nisi appluat examinatur. Cõpluo. Var. Deorsum quo impluebat dictum impluuium. Sursum qua compluebat compluuium. Depluo, deorsum pluo. Impluo intus siue suprapluo. Colu. lib. ij. Tremellius quidem asseuerat priusq̃ impluerit ab aquis aut formicis fata edi vbi ęstiuis ferentarijs ager aret, perpluo per mediũ pluo, quod vernaculo sermone dicimus strapiouere Plautus in Tri. Benefacta benefactis alijs pertegito ne perpluant. Quint. Cum cœnaculum eius perpluere t.

¶ Pluuia ę, est iugis & lenta aqua dum pluit.

¶ Pluuius a, um, vt aqua pluuia quę pluta est. Plinius. Teriturq; in mortarijs admista aqua pluuia. Hora. lib. i. car. vẽtos pluuios vocat, hoc est pluuiam inducentes. Col. ver pluuium nominat, in quo sępe fit pluuia.

¶ Pluuialis seu pluuiatilis adiectiua eiusdem significationis cum pluuius. Festus. Compluuium quo de diuersis rectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. Columella libro. x. Infolli lacus signino construuntur qui receptam pluuialem aquam contineant. Et dies pluuiales ab eodem dicti sunt i quibus pluit.

¶ Pluuiosus a, um, vt annus pluuiosus in quo fuerunt frequentes pluuię.

* Plinius Veronensis naturalis historię scripror sic dictus a verbo græco (vt nonnulli putant) πλύνω. i. lauo. Cęs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Pneuma atis, ſpiritus flatus, pneumaticus ſpiritalis. Vnde pneumatica organa dicuntur ſpiritalia. Plin. lib. xix. E puteo perticis pneumaticiſq; organis tollendo. Dicitur & in muſica ratio pneumatica.

¶ Pneumon, latine pulmo, quod ab πνέω ſpiro deſcendit. Vnde pneumonia quod & peripneumonia inflammatio pulmonis cum ex alijs cauſis, tamen ex diſtillatione vehementi vel ſynanchia vel ſuſpirio vel pleuritide proueniens vt ſanguis inde copioſus excreari ſoleat. Hinc pneumonici qui laborant ex pulmone, qui latine dici poſſunt pulmonarij, ſicut a Colu. ouis pulmonaria dicta eſt, cuius pulmo afficitur.

δ Pneumatoſeis πνευματώσεις inflationes.

P ante O

¶ Poculum propríe vas quo bibitur a potione dictum. Auguſt. lib. xix. ciui. dei. Non enim calix & potio quam continet calix ſimul dr̃ poculum, ſed calix ſolus. Sic tamen q̃ potioni continendę ſit accommodat⁹. Sumit̃ tñ q̃nq; ꝓ eo q̃ bibim⁹ Vir. pocula ſi quando ſęuę infecere nouercæ.

¶ Pocillum diminutiuũ paruũ poculũ. Plin. lib. iiij. L. papyrius imperator aduerſus Samnites dimicaturus votũ fecit ſi viciſſet Ioui pocillum vini. Plaut. in aſi. Tecum vna poſtea tecum aquę pocilla potiret.

¶ Pocillatores pincernæ qui miniſtrant pocula menſæ ingerentes. Vnde Ganymedes qui a dijs raptus fertur, vt Ioui pocula miniſtraret, pocillator appellatus eſt. δ Hic etiam ad cyathum ſtare dicitur.

δ Pocœnium dicitur quod ſit poſt cænam.

¶ Podagra pe. cor. pedũ dolor πούς pes & ἄγρα atrocitas. Mar. Litigat & podagra Diodorus flacce laborat. Ouidi. lib. ij. de pon. Soluere nodoſam neſcit medicina podagram. Podagra morbus peregrinus eſt. Nam ſi Italiæ fuiſſet antiquitas latinum nomen inueniſſet. Non enim roma cum ſudando & laborãdo viuebat hoc malum cognouit. Eſt autem podagra rubens, hoc eſt calida. Eſt frigida, eſt multiplex, de qua apud medicos, podagra etiam dicitur pedica laqueus quo capiuntur animalia.

¶ Podager podagricus & podagroſus, qui podagra laborat. Æn. Nunq̃ poetor niſi podager. Plaut. in mer. Sed tandẽ ſi podagroſis pedibus eſſet Euthicus.

¶ Podalyrius proprium nomen Æſculapij filij & fratris Machaonis medicinę artis prędari, qui cum grǽcis ad Troiã ob medicinam profectus eſt. A pedum magnitudine ſic appellatus. Medicinã aũt diuinam ꝓfecto videri oportet, ſi illud qđ in ꝓlogo ꝓgnoſticorum ſcribit his verbis grǽce Hippocrates fuerit adiunctum, quacũq; via poſſet futuri habere rationem ἅμα δὲ καὶ ἐπὶ τῇσι νοσοῦσι καὶ τοῦτο τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν ὀπτὸν δ θαυμάζοι τόπεδ' ἰκανῶς ἐν ἰητρῷ ἄγαθὸς ἄνειν. *. i. ſimul vero & ſi qd diuinũ eſt ĩ morbis huius prudentiam ediſcere, ſic enim admirationi haberetur tunc iuſte & medicus bonus eſſet.

¶ Poderis pen. cor. talaris tunica duplici ſyndone vt inquit Hierony. quã Ioſephus byſſineam vocat. Hæc adhæret corpori, & ita arcta eſt, & ſtrictis manicis, vt nulla omnino ĩ ve ſte ſit ruga, & vſq; ad crura defendit. Solent milites habere lineas quas camiſias vocãt, ſic aptas membris & aſtrictas corporibus vt expediti ſint vel ad curſum vel ad prędia, dirigendo iacula, tenendo clypeum enſem vibrando, & quocunque neceſſitas traxerit. Ergo & ſacerdotes parati in miniſterium dei vtuntur hac tunica vti habentes pulchritudinem veſtimentorum nudorum celeritate diſcurrant. Dicta poderis a ποδῶν, id eſt a pedibus.

¶ Podex poſterior pars corporis pudenda, quod ex ea pedes fluere videntur. Iuue. Et podicæ læui cæduntur tumidę medico ridente mariſcæ.

¶ Podia funis in naui, quo tenditur velum.

¶ Podium locus ad ſpectandum habilis, a pede nomen habens, ſiue quia pedis modo proiectura illa quæ podium facit procedat, ſiue quod ad pedes ædificiorum ſtrui conſueuiſſet, ſiue ꝓ in eo pedibus hęreamus. Nunc vulgo dicitur Meniana. Solet enim fieri extra domus parietem locus porrectus in ſtar pulpiti mutilis e marmore ſuppoſitis. Iu. Omnib⁹ ad podium ſpectantibus. Suet. de Nero. Cæterum accubans primum paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto ſpectare conſueuerat. Sed & afferes tornatos in conclauibus & alijs locis ſupercilij modo parietibus ſuffigi ſolitos in quibus candelabra & poma & codicilli ſuſtinentur, podia maternus ſermo appellat. Huius diminutiuum eſt podiolum.

¶ Pœcile fuit porticus Athenis notata ex varietate picturarũ. Græce enim ποικίλον varium dicunt ποικιλία varietatem. Vnde & lapis ſimites vocatus eſt pyrrhopœcilos a varietate rubentium macularum. In hac autem porticu zenonphũs diſcipulos docebat. Vnde & ſtoica ſecta nomen accepit, & philoſophi ſtoici nuncupati, qui ante ea zenonij ab ipſo doctore appellabantur ſοά enim grǽce porticus vocatur. Pli. lib. xxxv. Hic & Athenis pinxit porticum quę pœcile vocatur gratuito.

δ Fuit & inhelide porticus pœcile, quæ a Plinio heptaphonos appellatur, qm̃ ſepties eadem vox in ea reddebatur.

¶ Pœnus carthaginenſis, a phœnix, ſed aſpiratio detrahitur, & œ in u mutatur in deriuatiuo punicus a, um, non pœnicus Vide infra in dictione punicus.

¶ Pœnulus diminuti. eſt a pœnus. Vnde plautina fabula nomen ſumpſit.

* Pœnica patúmenta dicta ſunt Numidico marmore ſtrata Cornucopię.

* Pœninſula dicitur quę quaſi inſula eſt, & vndiq; fere aquis clauſa, breui tamen anguſtia quę iſthmos dicitur continenti adnectitur, qualis eſt peloponneſſus quam nunc Moream appellant. Cc.

¶ Pœna ſupplicium a pendendo vt Var. inquit, quo quis ob delictum afficitur. Alija grǽco quod eſt ποινὴ

* Pœnio veteres pro punio dixerunt. Cc.

¶ Pœnarum vero octo genera Ci. commemorat. Damnum, vincula, verbera talionem, ignominiam, exilium, ſeruitutem mortem. Hinc punio, quaſi pœnio, pœna afficio.

¶ Pœnam pendere eſt mulctam ſoluere.

¶ Pœnalis & hoc pœnale quod ad pœnam pertinet. Vnde & pœnalis actio.

¶ Pœnitet bat, tuit, quaſi pœna tenet. Pœnitere dicimus cũ quę ipſe fecimus ea nobis poſt incipiunt diſplicere & moleſta eſſe. Cic. Nam quod obiectum eſt de impudicitia, quodque omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus maledicis celebratum eſt, id nunquam tam acerbe feret. M. Cęli⁹ vt eum pœniteat non deformen eſſe natum. Quoniam vero his etiam quę nobis, aut tedio, aut pudori ſunt pœna quędã eſſe videtur, fit vt pœnitet aliquando pro tędet, pudet, ſeu dolet accipiatur. Liuius libro primo. Nec me eorum ſententia eſſe pœnitet. Cice. in Cato. Num igitur ſi ad centeſimum vixiſſet annum ſenectutis eum ſuę pœniteret. Accipitur interdum pro parum videtur, & a pœnuria deduci ſentit. Gel. Terent. Me quantum hoc operis fiat pœnitet, id eſt parum videtur, quod a ſeruis fit. Cicero libro primo offi. Tam diu autem velle debebis quoad te quantum proficias non pœnitebit Inuenitur etiam pœniteo pœnites, & pœniteor deponens. Nã ſicut pœnitet me dicimus, id eſt pœna tenet me. Ita pœniteor paſſiue, hoc eſt pœna teneor. Hierony. in eccleſiaſtico. Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis. Et in actibus apoſtolicis. pœnitemini igitur & conuertimini vt deleantur peccata veſtra. Hinc fiunt participia pœnitens, pœniturus, & pœnitendus. Actius. Neque te neq; quemquam arbitror pœniturum tuę laudis. Columella libro ſecundo. Itaq; hic ager ſiue exercetur ſiue ceſſat, colono eſt pœnitendus ac tanq̃ peſtilens refugiendus.

¶ Pœnitentia & pœnitudo in vno ſignificato accipiuntur, & a pœnitet quo ad primum ſignificatum fiunt. Hierony. in lib. Reg. Triumphator in Iſrael non parcet & pœnitudine non flectetur. Nec enim hõ eſt vt agat pœnitentiam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Poeta ἀπὸ τοῦ ποιέω quod est facio effingo, quasi fictor. Est enim qui elegantia carmina fingit. Apud græcos autem poetæ per excellentiam quinq; sunt, vt his verbis scribit interpres Oppiani de piscibus ποιηταὶ μὲν ἐξοχὴν εἰσὶ πέντε, Ὅμηρος, Εὔπολις, Ἡσίοδος, Ἀντίμαχος, Νίκανδρος· ἢ πανύστατος. Id est poetæ quidem per excellentiam sunt quinq;. Homerus, Eupolis, Hesiodus, Antimachꝰ, Nicāder, & panyasis.

¶poema atis, & poematum & poesis poetarum opus, hoc ē figmentum siue fictio. plaut. in Asi. Nam nec fictum vnquā nec pictum in poematis. Sunt tamen qui distinguāt inter poema & poesin, q; illud sit inuentio parua, quæ paucis verbis exprimitur. Hęc vero textus ipse scriptorum & opus totum Lucil. Item quæuis non magna pars poema est, poesis opus totum totaq; illa summa est vna.

¶poeticus a, um, quod ad poetam pertinet. Hinc poetice adverbium quod est more poetarum.

¶poetice ars ipsa, sicut grammatice & rhetorice.

¶poetria æ, & poetris idis, per modum patronymici foem. pers. poetridas picas cantare credas pegaseum melos. Cornutus, poema vel poetriam componentes.

¶poetor aris, in poetica exerceo siue poetam ago. Ænnius. Nunq; poetor nisi podager.

¶pogonia dici potest barbata, genus cometæ πώγων enim barba. plin. lib. ij. pogonias vocant cuius interiore ex parte ī specie barbę longæ ponitur iuba.

*poeticus a, um, quo vsus est Ænnius qui caballinum fontem poeticum nominauit. Cc.

*pol iurantis aduerbium, & proprie iuramentum mulierum. Cornucopię.

*polegrados insula vna ex Sporadibus. Cc.

¶polis græce latine ciuitas & vrbs dicitur. Vnde neapolis. Hinc politicus a, um, quod est ciuile. Cic. Sed quę potest esse homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur.

ǂpolichnion latine ciuitatulam dicimus πολίχνιον.

¶polypiron seges fertiles multi frumenti.

¶Polyon πώλιον significat pulli asinini fimum, quē equa initio partionis ante fœtum effundit vt inquit Aristoteles. Plin. vero poleam vocat.

¶Polio is, iui, vel polij politum, significat orno & quasi politico more compono. Hinc politum dicimus cultum ornatū Et politiones agrorum cultus diligentes, sicut politiones vestimentorum munditiæ & cultus. Cic. Pub. Lentulo. Nunc vt appelles Veneris caput & summa pectoris politissima arte perfecit. Huius composita sunt depolio, expolio & perpolio, quę perfectionem actus denotant. Fest. Depolitum perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant. Cic. lib. ij. ad Heren. Difficillimum est inuentum expolire & expedire pronūciare. Idem. L. Luceio. Tu interea non cessabis & ea quæ habes īstituta perpolies. Repolio rursus polio. Colu. lib. ij. protinus vsui destinantur (scilicet frumenta) nihil attinet repoliri, satisq; est vmbra refrigerari.

ǂPola vēditor sed frequentius in cōpositione vt Bibliopola

¶Politia a polis quæ est ciuitas latine ciuilitas interpretatur. Hierony. Scotorum natio vxores proprias nō habet, & quasi platonis politiam legerit & Catonis sectetur exemplum, nulla apud eos coniunx propria est, sed vt cuiq; libitum fuerit, pecudum more lasciuiunt. ǂ Aristo. lib. Rhet. Diffinit politiam hoc modo, politia est principatus & consuetudo rerū secundum quam viuere vnunquemq; & cōuersari decet tres autem sunt politiæ, quia aut vnus regnat, aut plures, aut omnes. si vnus & ille bonus hic regnum constituet, si malus tyrannidem, at si plures regnant & boni hi Aristocratiam. Si mali oligarchiam facient, si omnes & hi boni democratiā.

*Politiones agrorum cultus diligentes dicuntur, sicut politiones vestimentorum, hoc est munditiæ & cultus. Cc.

¶Polities mūdities & ornatus dicitur.

¶Polimenta testiculi porcorum cum castrantur, q; ad similitudinem vestium poliantur.

¶Polleo es, per duplex ll, possum, valeo. Cicero ī para. Nec est vlla res quæ plus apud eum polleat quam ipsius voluntas atq; iudicium. Liuius libro primo. Multum illi terra pluriumum mari pollent. Et pollere splendere. Plinius lib. xxxvi. Ex oleo & aqua ciliciæ cores pollent. Huius composita sunt præpolleo, quod est vltra alios polleo. Liuius libro primo. Ardeam rutuli habebant gens vt in ea regione atq; in ea ætate diuitijs prępollens. Repolleo, a quo repollesco, quo vsus est Columella libro quinto, plurimarum stirpium natura sic commodat, vt circa cicatricem nouellis frōdibus repollescat id est repullulescat. Æquipolleo, æquivaleo.

¶Pollentia potentia. Plautus in ru. Nec ineptorum potior sit pollentia. Et pollentia dea potentiæ, quæ a Romanis colebatur. Item pollentia Plinio auctore oppidum fuit in maiore Balearium insula. Fuit & altera pollentia iuxta alpes inclyta lanarum nobilitate. De qua Syl. libro octauo. Fusciq; ferax pollentia villi. Fuerunt & pollentini in piceno in quinta regione Italiæ non multum distantes a Tolentinatibus vt indicat Plin. lib. iij.

¶Pollex digitus grossus manus, q; vi & potestate inter cæteros digitos polleat, nec in sinistra cessat nec minus quam tota manus semper in officio est. Vnde & apud græcos ἀντίχειρ antichir vocatur quasi pro manu, & quasi altera manus videatur. Alio nomine appellatur Hallux ἀπὸ τοῦ ἁλλομαι salto quod constricta manu proximum digitum solꝰ scādat.

¶Pollicaris & hoc pollicare adiectiuum a pollex. Plinius. Digitorum hominis longitudo illis & interim falcata pollicari latitudine.

¶Polliceor verbum commune secundum Priscia. Nam in significatione passiua vsus est Ouidius de arte. pollicitis diues quilibet esse potest. Est autem polliceri vltro seu ex pactione aliquid promittere. Compositum ex pol particula affirmatiua, siue a porro, siue a poly, quę multum significat per exceptionem, & liceor. Hinc fit pollicitor frequentatiuum a quo pollicitatio.

¶Polemon penultima correpta philosophus Atheniensis Philostrati filius. Qui cum in iuuentute petulans esset, & aliquando ebrius & coronatus Xenocratis scholam ingressus fuisset, eius oratione quę tunc de pudicitia erat, adeo mores immutauit, tantumq; in philosophia profecit, vt Xenocrati in schola succederet.

¶Pollis linis, & pollen linis, à polleo deduci videtur, flos tritici. Plinius lib. xviij. Ex aphrico iustum est e modijs redire semodios & pollinis sextarios quinq;. Ita enim appellant ī tritico, quod florem in siligine.

¶Pollinarius a, um, quod ad pollinem pertinet, vt Cribrum pollinarium quod de lino non de setis equorum fit ad pollinem purgandum. Nam cribra quæ ad excutiendam farinā fiunt, Excussoria dicuntur. Plinius in eodem. Cribrorū genera Gallie setis equorum inuenere. Hispanie lino excussoria ac pollinaria.

¶Pollintor curator pistrini qui pollinario cribro pollinem excutit, a polline farina deductum nomen. Caro. Operariū mercenarium pollintorem diurius eundem ne habeat die.

¶Pollincere est farinam in pistrino lucri factam diuidere, & pollintio ipsa diuisio.

¶Pollinctor cum c, accurator funerum & redemptor dicitur, id est qui funera morientium curat, quasi pollutorum vrctor, id est cadauerum curator. Vnde pollinctum funus dictū a pollinctoribus vnctum, pollincere est curare vngereq; cadauera. Apul. pollinctor eius funeri dum vnctionem parauit. Hunc Festus pollutorem pronunciare videtur. Quas inquit pollucere merces liceat &c. plautus in Asi. Et quis currit pollinctorem accersere, pollincere ad pollinctum emere siue corpus mortuum curare, pollinctus ipsa curatio, plaut. Carthaginenses fratres duo fuere, eorum alter viuit alter est mortuꝰ propterea apud vos dico confidentius quia mihi, pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. Hinc pollinctura ipsa accuratio. Idem in Sti. Hodie pollinctura est, Libitinarius dicebatur qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

neceſſaria funeribus vendebat & quirationibus præerat Libitinę deæ, in cuius templo quæ ad ſepulturam pertinebant vendebantur, ſicut docet Plutarchus in proble. Sene. libro ſexto de benefi. Vota libitinariorũ eſſe, vt mortes plurimorum optent quod illis quæſtuoſiſſimum eſt.

¶ Pollucco es, xi, verbum ſacrificale & reddentium ligamẽta deis Significat enim pollucere multum dedicare vel deuouere, ex poly multum & luceo, quod is qui talia facit multum luceat, ob lumina ſacrificiorum. Vel pollucere eſt libamenta Herculi in aram porrigere, & ſacrificium polluctum, quod Herculi decima data ſit. Plautus in Sti. Vt decimam partem Herculi polluceam, id eſt ſplendide dedicem. Hoc verbo vſi ſunt auctores quoties opiparas dapes veluti in ſacrificium dei & in primis Herculis facturi erant cui deo decimas omnium rerum Romani voto reddebant. Vnde Macrobius Catilones eos proprie dicit qui ad polluctum, Herculis vltimi cum venirent catillos liguribãt. ad polluctũ hoc eſt ad magnificum epulum quale Herculi ſolebat fieri, pollucibilis cœna dicta eſt opulenta. Hinc pollucibiliter ſplendide & laute. Pla. in bac. paſcite paſitos opſonate pollucibilit

¶ Polenta & pulenta vtroque modo dicitur, quæ fit, perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte vna, poſteriori die frigunt, deinde molis frangunt ſeruantque in multos dies. Vnde in Ioſue ſcribitur. Et comederunt de frugibus terræ die altero & azimos panes & polentam eiuſdem anni. Inuenitur etiam hoc polenta. Ouidius libro quarto. Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta.

ὃ Fœmi. vſus eſt. Apuleius cum ait. Dum polentæ caſeatæ mordico ſecurius offulam grandiorem in conuiuas æmulos contruncare geſtio. Vbi polecentam caſeatam vocat veluti caſeo indito ſubactam.

ὃ polentari⁹ polentaria polentarium, quod pertinet ad polentam, ſeu quod eſt ex polenta. plautus in cur. Erjciam polentarium crepitum.

¶ polluo is, lui, lutum, quaſi porro lauo, ſed per contrarium ſæpenumero ponitur pro inquino, ſiue per antiphraſim, ſiue quod ea quæ inquinantur madefieri neceſſe eſt. Lactantius libro quarto. Omnia ſcelere ac libidine polluebamus. Hinc nocturnam genituram ſomno ſpatiam pollutionem appellant.

¶ pollubrum vas trulleum, quo manus lauamus, vulgo hacile dicitur. Liuius. Argenteo pollubro & aureo gutto. Fabius pictor. Aquam manibus dato, pollubrum ſiniſtra manu tenero, dextra vas cum aqua.

¶ polus quaſi cœli cardo. Duo autem ſunt poli. ſcilicet Arcticus, id eſt borealis, & Antarcticus hauſtralis. Et ab altero in alterum protenditur axis a quibus ſuſtinetur. Borealis altiſſimus his quæ ſunt in noſtro hemiſphęrio, hauſtralis imus & depreſſus, & qui a nobis videri non poſſit. Dictus polus a πολῶ verbo græco quod verto ſignificat & circumago.

ὃ Poly ſignificat multum, cum quo multa componuntur.

¶ Poliandros latine multos viros habens. Polyandrium locus vbi ſunt multa ſepulchra publica.

ὃ Polyantropon procelloſam ciuitatem dicunt.

¶ Polyarna multorum regnorum. Varro libro ſecũdo de re ruſti. Veteres poetæ alios vocant polyarnas, alios polymelas, alios polybutas, id eſt multorum agnorum, multarum ouium, multorum boum.

¶ polycarpus nomen viri proprium quaſi multi fructus ſiue fructuoſus καρπος enim fructum dicunt.

✻ Polycaſte Neſtoris filia fuit. Cc.

¶ Polycrates penultima correpta nomen proprium tyranni qui regnauit in Samo inſula. Hic & opibus & felicitate apud hiſtoricos inclytus eſt, qui quoad vixit non tam fortunæ alumnus diciponitur, quam partus. Sed mors infamis & erũ noſa docuit neminem ante obitum merito dici poſſe felicem. Fuit enim ab Orete Satrapa perſarum captus ſuſpenſusq.

¶ Polyclerus penultima producta. Statuarius eximius diligentia & decore ſupra cæteros, vt inquit Quintilia. Nam ex ære ſigna fecit, nobilitata ſcriptorum præconio cum primis fecit aſtragalizontos hoc eſt talis ludentes, quo opere nullum abſolutius iudicant. Fuit Sytonius & diſcipulus Ageladæ.

¶ Polychronius diuturnus longęuus & multi temporis. Sicut Oligochronius qui parum viuit. Vnde cornices dictæ ſunt polychronię quoniam nouem ætates viuere dicantur.

¶ Polyceros penultima correpta latine cornutus, ſiue multa cornua habens.

ὃ Polychnion græce πολύκνιον oppidum latine.

ὃ Polydeuchia. Caſtoris & pollucis numina.

ὃ Polybius græce πολύβιος, nomen auctoris græci geographi.

¶ Polydamas penultima correpta nomen propriũ viri Troiani, & latine dicitur valde domans. Perſ. Non mihi polydamas, nec Troiades Labeonem prętulerint.

¶ Polydorus pe. prod. nomen filij priami, & latine ſignificat multa donans, polydoria munificentia.

¶ Polydora inſula propontidis.

¶ Polyęgas inſula a caprarum multitudine.

✻ Polygrammi gemma eſt multis lineis diſtincta. Cc.

¶ Polygalon hærba palmi altitudine, in caule ſummo foliis lenticulæ, quę potata lactis vbertatem inducit. Vnde & a lactis abundantia nomen accepit.

¶ polygolaton hęrba ſine foliis, aſparagi caule, in cacumine aculeum habens.

¶ polygeneton quaſi multorum generum.

¶ polygonius multorum angulorum.

¶ polygonum penultima producta, hærba a geniculorum multitudine quam nos ſanguinariam vocamus foliis rutæ & gramini ſimilis. Succus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinem. Columella libro ſeptimo. Sanguinalis hęrba quam græci polygona appellant. Hoc nomen veteres vſurparunt pro fœcundo.

¶ polylogus penultima correpta, multiloquus, polylogia, multiloquium.

¶ polyonemon quaſi multarum tibiarum hęrba culinę ſimilis ſemine pulegij ſurculoſa multis geniculis.

¶ polymedia Troadis oppidum helleſponto adiacens.

¶ polymnia ſeu polymneia, nam πολύμνεια, a græcis ſcribitur. ſed latini polymnia dicunt penultimam correptam. Horatius libro primo Car. diuiſit diphthongon. Euterpe cohibet nec polymneia vbi etiam y, ſequentibus m, & n, more græco corripitur. Fuit vna ex muſis, ſic dicta quia tantum ſuauitate poetas reddit gloria immortales, a πολὺ multum μνεία memoria. Vnde præeſſe rhetoribus dicitur quibus opus eſt multa memoria. Sunt qui a πολὺ & gymnos deducunt quod eſt laudatio, quia laudationibus præſit, & ſcribunt polyhymnia, vt apud Ouidium lib. faſto. v. Diſſenſere deæ quarum polyhymnia cœpit.

¶ polymitus a, um, penultima correpta a poly & μιτος filum, quod nos licium dicimus, a liciorum multiplici varietate. Vnde veſtis polymita quæ multis licijs contexta eſt, ſicut monomita dicuntur quæ vno licio cõſtãt. Dimita quę duobus. Trimita quę tribus plin. plurimis vero licijs texere quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. Hinc polymitarius, ria, rium, vt opus polymitarium, quod & plumarium dicitur quandoquidem Hieron. plumarios & polymitarios artifices pro eodem fere poſuit, polymitarij enim dicuntur qui artem polymitariam exercent.

¶ polymixos lucerna quę multos habet angulos & in his funiculos illuſtrandis conuiuijs accommodata. Martia. Illuſtrem cum tota meis conuiuia flammis, Totq; geram myxos vna lucerna vocor.

¶ polymorphus multiformis, μορφὴ enim forma.

¶ polypharmac⁹ penultima correpta venenis vel medicinis abundans.

ὃ polyhyſtor, latine multiſcius dicitur polygraphotos, qui multa ſcripſit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Polyphemus pe.p.Cyclops Neptuni filius ex Thoa phorci filia ingenti corpore, quivnū tantū oculū in fronte habuit Quo noīe garrulus illustris significatur.

¶Polyphagus pe.cor.quimultum comedit, & latine dici potest manduco. Est enī multi cibi capacissimus, sicut pamphagi populi cuncta comedentes.

¶Polypodium hęrba dicta siue ꝙ radix eius veluti cirros ad similitudinē polypi piscis habeat, siue ꝙ farina eius indita narib⁹ polypū cōsumit. Hanc hærbā nostri filiculā nominant, similis est enim filici, pilosa radix.

¶Polypus pe. cor. genitiuū facit polypi & polypodis, piscis est ex mollium genere, a multis pedibus appellatus ex poly & πούς pes, quasi multipes. Vnde a nonnullis octopes dicit. Huius piscis ingenium sicut scribit Amb. lib. hexa. fraudulentum est, qui vadoso in littore petram nactus affigitur ei, atq; eius nebuloso ingenio colorem subit, ꝙ simili specie terga obductus plurimos piscium sine vlla suspitione fraudis allapsos dum nota non præcauent & saxum opinantur, callibus furtiquæ artis includit, & sinu quodam suæ carnis intercipit. Et a polypo pisce dictus est polypus nārium morbus cum caro interioria nasi occupat intumescens maxime flante euro, a similitudine marini polypi, ꝙ eius carni similis sit. Tunc enim caro radices agit plurimas quæ tanquam pedes sunt. Cato. de re rusti. Et si polypus in naso introierit brassicam erraticam aridam tritam in malum conjicito, & ad nasum admouēto. Hinc polyposus, qui eo morbo laborat. Martius. Nasutum volo nō polyposum. Magnus vero Basilius. Ὡς προεφασίτο τὴν μολυπολα τὴν χρόαν τὴν ὑποκειμένην γῆν οὕτως αὐτὸς τὴν διάνοιαν πρὸς τὰς τῶν συνόντων γνώμας μεταβαλλεῖται. .i. vt aiūt polypum colorem pro subiecta terra, sic intelligentiam pro cōsiliis mutari.

¶Polyptoton pe.pro. quod multiplicem habet casum, ex πολύ, quod est multiplex, & πτῶσις casus. Figura qua diuersis casibus sententia variatur, vt ex nihilo nihil in nihilum nil posse reuerti.

¶Polypiron per ypsilon significat multi frumenti.

¶Polyplusios latine bene nūmatus dī siue vbertim diues nā polys, multus & plusios diues.

ō Polycrematos idem ꝙ polyplusios.

¶Polypœtes pirithoi & Hippodames filius.

¶Polysyndeton penul. corr. ab πολύς multus σύνδεσμος coniunctum, quasi multipliciter coniunctum. Figura cum sermo multis coniunctionibus concatenatur. Vergilus. Tectumq; laremq; Armaq; amyclæumq; canem Cressamque pharetram.

¶Polysynthethon penul. correp. figura cum sententiæ multorum articulorum conuenienti copia continentur, vt Ille hunc pœna constrictum trahebat. Hic autem vociferabatur, concursus vero non mediocris erat cum tamen omnes opitulari vellent sed nemo auderet, neque ibi magistratus aderat, neque circunspicientes quo potissimum confugeremus reperiebamus.

*Polyteba oppidum Mesopotamiæ. Est etiam nigri genus hellebori quod melāpodiū nominant. Cc.

¶Polytrichon, hęrba ꝙ multitudinem capillorum faciat. τρίχες enim capilli dicuntur. Vulgo capilli veneris vocantur ꝙ multa habeant capillamenta. Appellatur & a quibusdam polythrix, & Calythrix. Plinius. polythrix in vino data morbo regio medetur.

¶Polytropus pe.cor. multimodus prudens.

¶Polytes. pe. pro. alter priami filius ex Hecuba.

¶Polyxena pe.cor. priami filia. Ouid. Placet achilleos macta polyxena manes. Græce dicitur multorum peregrina, seu ꝙ amor peregrinari faciat mentes ab ingenio suo, seu ꝙ apd multos libido vt peregrinabunda vagetur.

¶Polyzonos gemma nigra multis zonis candicantibus. Cc

¶Pomœrium quidam scribunt cum œ diphthongo & compositum volunt a post, quasi post mœrium. hoc est murū. Nam mœrus murus dicitur. Vergi. libro decimo. Atq; ipsi Prælia miscent Aggeribus mœrorum. vt pomœrium tam intra quam extra murum dicatur. Quidam non a posi sed a pone præpositione, aut a pro componi existimant, vt sit terrenum quod circa mœnia in orbem eorum cum ædificio intrinsecus & omni cultu extrinsecus vacuum sinebatur. Vnde Liuius libro primo, Aggere & fossis & muro circundat vrbem pomœrium profert. Idem. pomœrium est circa murū locus quem in condendis vrbibus quondam Hetrusci qua murum ducturi erant certis circa terminis inaugurato consecrabant. Et hoc spatium quod neque habitari, neque arari fas erat non magis ꝙ post murum esset quam ꝙ murus post id, pomœrium Romani appellarunt, & in vrbis incremento quantum mœnia processura erant, tantum termini hi cōsecrati proferebantur. Festus pomœrium quasi promurium, id est proximum muro.

¶Pomeridianus diana, dianum. a post & meridie, quod post meridiem fit. August. libro viij. con. Cum imperator pomeridiano Circensium spectaculo teneretur. exisse deambulatum in hortos contiguos. Dicitur & postmeridianus. Quintilia. libro tertio postmeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit. Sic dicitur antemeridianus. Augu. lib. secundo acad. Quod cum factum, esset & in eo pene totū antemeridianum tempus cōsumptum videremus, redire domum instituimus.

¶Pomiliones & pomilionani. id est homines paruæ staturæ paulum supra terram extantes. Habent quandoque membra enormia, qualem Martia, describit in illo districho cui nomen est pomilius. Si tantū spectes hominis caput Hectora credas. Si stantem videas Astyanacta putes. Scribitur etiam a nonnullis per u. pumiliones.

¶Pompa omne spectaculum & apparatus solennis cum ostentatione & specie quadam triumphi tam in aduersis quam in prosperis & lætis a græco πέμπω mitto. Dicitur enim pompa nuptiarum, pompa sacrorum, pompa funerum. Cice. Sed iam e pompa in veram aciem descendamus. Significat etiam longum incedentium ordinem supplicatione quam nos hodie processionem appellamus.

*Pompei populi dicuntur ꝗs Sarnus amnis alluit. Cc.

*Pomperianæ ficus ad siccandū erant optimæ Cc.

*Pompilus pisces a nōnullis Nautilus dictus. Cc.

*Pomponiana pira dicebantur ab insitore, & cognoīe māmosa appellabantur, a similitudine mammæ. Cc.

¶Pomum generale nomen est omnium fructuum quæ ex arboribus eiui apta proueniunt siue mollium, siue durorum. Nuces vero ea dumtaxat poma vocantur, quæ duro operimēto sunt. Dictum pomum vt docet Var. quasi potomum ꝙ in eius insitione potu. i. aquatione indiget. Nam illi per siccitatem aquam addit opus. vt stabilia matureſcant siue ꝙ vicē potus in cibis præbeat.

¶Pomarium locus arboribus pomiferis consitus quod latini etiam Viridarium appellant, græci paradisum. Properti. Nec mea phæacas æquant pomaria syluas. Ouidius libro quarto Metamor. Id metuens solidis pomaria clauserat. Athlas mœnibus. Aliquando pomarium dicitur locus vbi reponuntur poma. Vnde plinius docet pomaria contabulari in loco sicco & frigido in quibus sint feneſtræ septentrionales quæ serenis diebus pateſcant. Hinc constat falsum esse ꝗd a ludi magistris docetur, Pometum pomos pomaria poma reseruant.

*Pomiferū ferens poma, vt arbor pomifera. Cc.

¶Pomona, pomorū dea, sicut Mellona mellis dea.

¶Pomonius nomen Historici, qui de situ orbis scripsit. Fuit & alius vir Romanus Atticus cognominatus ad quem Cicero epistolas scripsit Pomponia, nomen matris Scipionis.

¶Pondus dī ꝗd graue est, vt in euangeli. Nos qui portauimus pondus diei & æstus. Item pondus ꝗd librando ad statēra pōderat. Hie. in li. Reg. ponderabat capillos ducētis siclis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

põdere publico. Interdum ponitur pro numero, hoc est multitudine. Var. E græcia comportasse magnũ pondus omniũ artificũ. Interdũ pro auctoritate. Cice. Appi. Sed idem scribit meas literas maximum apud te pondus habituras. Hinc ponderosus a, um. quod est graue.

¶ Pondero as. libro. Plau. Dum nũmularius ponderaret argentum. Aliquãdo significat q̃d vernacula lingua dicim⁹ vẽdera peso. vt lib. ij. Reg. Semel in anno tondebatur, quia grauabat eũ Cæsaries, ponderabat capillos capitis sui ducẽtis sicl̃is pondere publico per translationem ponderare est examinare considerare. Lactan. lib. iij. Mors ex p̃teritis vitæ actib⁹ ponderata est. Hinc componitur præpondero, quod est prius pondero, seu prius examino. Cice. lib. iij. offi. Neq; ea volunt præponderari honestate.

¶ Pondo indeclinabile & generis omnis. & modo pro libra ponitur. Nam pondo & libram idem fuisse Festus innuit, cũ inquit. Duo asses singuli libram & pondo efficiebãt. Modo significat pondus xij. librarum. Liui. Argenti pondo bina & sex libras in militem p̃staret. Modo ponitur p̃ hoc nomĩe põdus. Hiero. in lib Nume. Fueruntq; in ea acetabulũ argenteũ pondo centum triginta siclorum. Et apud Liuiũ scribitur coronam auream libræ pondo Ioui dicatam fuisse. Nec caret singulari, vt quidam existimant, cum Col. dicat pondo libram & quadratam abijci oportere. pondo igitur, ita duodecim libras continet. sicut Assis duodecim vncias. Et dicimus Duo pondo & Trepondo. vt Quintil. libro. i. testatur. ab his dipõdium Tripondium, & assipondium, pro vnum pondo q̃ id erat libræ pondus.

¶ Pono is. posui & posiui positum. Plau. in Vitu. Nũc vt apd̃ sequestrum vitulum posuimus. Est autem ponere collocare constituere. Ver. lib. i. Geor. Vrbe velit posita tẽplis sibi ferre dicatis. Cice. primũ ei stanti rep. facere solebamus, vt in agendo plus q̃ inscribendo operæ poneremus. Aliquando desinere, q̃m cum cessamus ab opere collocare quodammodo ac reponere videmur id quod agebamus. Verg. li. vij. Tum vẽti posuere omnisq; repente Resedit flatus. Aliq̃ erigere ędificare, Idem posuitq; immania templa. Vnde i antiquis marmoribus legimus, Bene merenti posuit. Aliquando deponere. Idem. ponuntq; ferocia pœni Corda volente deo. Aliquãdo Apponere. Mar. Nolo mihi ponas rhombum mullumve bilibrem. Hinc poetæ fabulas & scripta sua ponere dicebant q̃ in scæna hæc spectatoribus quasi in conuiuio apponebant. Iuue. pone tigillinum. i. affer in scænam aliquid de tigillino scriptum. Aliquãdo pingere. Hora. Solers nunc hominem ponere nunc deum. Nam de sculptore & pictore loquitur. Huius verbi composita sunt Appono quod est aliquid antepono. Pli. nihil ei p̃ter secundarium panem oleraq; apposuit. Interdum subiungo. Vnde appositum dicitur casus qui verbo subiungit. Item apponere est iuxta vel ad aliquid ponere. Cice. lib. ij. artis ve. Gladium prope appositum e vagina eduxit, & illum alterum occidit. Antepono. præfero. Compono. Circumpono. vt in euangelio. Circumponensq; calamo. Depono. Dispono, ordino, quasi in diuersis locis pono. Hieron. in lib. Reg. Audiuit famam seruus tuus q̃ disponat Saul venire in Ceilam. Hinc dispositio quæ est rerum in ordinem collocatio. Dispositum decretum constitutum. Vnde ex dispositio dicimus id est de industria & quemadmodum a nobis constitutum est. Macrob. An altius quiddam cui remotis arbitris op⁹ sit cogitauit ex dispositio conueniatis: Expono. Impono. Interpono, Oppono. Præpono, Propono, Posipono quasi retro pono. Cicero. Tironi Omnia posi posui dummodo præceptis patris parerem. Repono. Sepono, seorsum pono remoueo. Suppono summitto. Apul. Suppositoq; humeros oneri. Aliquando significat adulterinum loco veri subijcio, a quo Suppositus partus dicitur quando fœtus alterius matris non veræ matri subijcitur. Plini. Nam filius patris testamentum suppositum esse dicebatur. Superpono, & suprapono. vt in euangeli. Et lapis suprapositus erat ei. transpono, vltra pono. Et omnia habent penul. product.

*Ponon græci laborem & dolorem dicunt. Cc.

¶ Positio est quam græci vocant θέσιν.

¶ Positus us. idem q̃d positio siue situs. Ouid. in fas. Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor Trinacris a positu nomen adepta loci.

¶ Positiuus a ũ. q̃d primo positũ est, nec aliunde deriuatũ, aq̃ Grãmatici positiuũ a cõparatiuo & suplatiuo distingũt, q̃ illũ sit quasi fundamentũ istorum.

¶ Positura, nota qua sensus in oratione distinguitur. Item dr̃ situs siue positio. Gel. Vt aĩaduerteretur quo habitu quaq; forma quasi positura stellarũ aliquis nasceretur. Sic syllabam dicim⁹ esse longã positura.

¶ Pone quãdo grauẽ accentũ habet p̃positio vel aduerbium est, & signifi. prope vel post. Verg. Pone subit cõiux ferimur p̃ opaca locorum. Val. Max. li. i. Mox humani ingenij, pnavoluntate vetita scrutandi pone respiciens animaduertit, immẽsæ magnitudinis serpentem cõcitato impetu omne quicquid obuium fuerat, pterentem.

¶ Pons a pendeo q̃ velut in aere pendeat. Et significat omne p̃ q̃d super aquas transimus. Vnde & p̃ scala nauium quã doq; ponitur. Verg. Interea Æneas socios de puppibus altis pontibus exponit. Hinc Depontanus. Vnde senes deponta-nos appellatos esse legimus a pontis deiectione, hoc est ferendi p̃ pontes suffragij adeptione.

¶ Ponticulus dimi. paruus pons. Cice. lib. v. Tus. Et cũ fossã latam cubiculari lecto circũdedisset, eiusq; fossæ transitũ ponticulo ligneo cõiunxisset.

*Pontorobos hærba est quam nonnulli Pæoniam vocant, a quinq; granis quæ fere sunt erui magnitudine, verũ pentorobum legẽdũ puto. ἀπέντε & ὄρόβος, vt ex Dioscoride castigato colligere est. Cc.

¶ Põtones naues quib⁹ in trajiciẽdis amnib⁹ loco pontiũ vtimur. Papi. Quia via cõfirmari solet, vel ciuitate ten⁹, vel vsq; ad viã publicã vel vsq; ad flumẽ in q̃ põtonibus trajiciatur. Apul. Et si vado nõ potuerũt pontonibus transibunt.

¶ Pontifex, facer magistratus vt inquit Scæuola a posse & facere dictus. vel vt inquit Varro a ponte, quia sublicius pons a pontificibus factus est primum & restituus sæpe. Erant autem maiores & minores pontifices inter quos summus qui pontifex maximus dictus est q̃ maximarum rerum quę ad sacra & religionem pertinent iudex sit vindex cõtumaciæ priuatorum magistratuum Numa enim põtificem fecit, eiq; sacra oĩa attribuit eiusq; scitis sacra omnia priuata & publica, subiecit, instituitque vt idem pontifex, non celestes modo cerimonias, sed iusta quoq; funebria placando sq; manes edoceret. auctor Liuius.

¶ Pontificatus us. pontificis dignitas, sicut consulatus.

¶ Pontificius a, um. q̃d est pontificis, vt ius pontificium q̃d ius canonicum dicitur.

¶ Pontificalis & hoc pontificale quod ad pontificem pertinet. Vnde pontificales libri in in quibus sacræ cerimoniæ cõtinentur.

¶ Pontus generis masculi. Nerei filius., & Nepruni, vt Eusebius libro primo. præparati. scribit. Vnde pontus mare dici videtur. Alij pontum dici existimãt mare ab πονττίζω quod est mergo. Vel ab πόνος qui est labor quia sit laboribus plenus. Ridicule per contrarium dici arbitrantur q̃ careat ponte. Proprie autem id mare pontus appellatur quod a palude Mæotidis vsq; in Tenedum protenditur., pontus fœminini generis insula est, de qua Vergi. Viroq; põtus castorea. Est & prouincia Asiæ minoris a ponte rege sic cognominata, nobilis crudelitate Medeæ. Hæc vt Strab. refert ab occidente haly flumine clauditur, ab oriente Colchide, a Meridie minori Armenia Ptoleme. lib. quinto. Ait enim ab occasu ore ponti & thracio bosphoro. A meridie regione quæ proprie Asia dicitur a septentrione parte Euxini maris terminatur. Eius ciuitates insignes sunt Chalcedon. Nicomedia. Nicea. hic regnauit Mithridates, Eupator, & Pythodoris regina Ex põto fuit Aquila veteris testamenti translator & interpres. Et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Martion Hæreſiarches, qui quãuis Chriſtianus videri vellet alium tamen creatorem omnium rerum eſſe dicebat q̃ Chriſti patrem, illumq; maiorem aiebat. Hinc ponticus a, um. Hiero. contra Ioui. Compelle phrygem & ponticum, vt locuſtas comedat, nefas putabit.

Portunalia ſunt dies portuno deo dicati.

Pontina palus. Volſcorũ palus iuxta forum Appij, haud longe a Tarracina, diſtatq; ab vrbe. xx. paſſuũ milibus, de qua Luca. lib. iij. Et qua pontinas via diuidit vda paludes.

Pontia inſula nõ longe a palmaria in ſinu Caietano in qua turtures ac coturnices cũ ad Italiã veniunt prima volatura requieſcẽdi cauſa pauc os dies morantur. Auctor Var. Eſt etiã pontia vrbs ad quã põtonibus trahebatur.

Popa pinguedo. Perſius. Aſtilli tremit omento popa venter. Hinc popana pinguia vnguenta dixerunt veteres. Iuuen. Ridendaq; multo pane tumet facies aut pinguia popana ſpirat, & hinc miſeri viſcantur labra mariti.

Popanum pe. cor. placenta lata quã diis veteres offerebãt Sed & pro quocunq; libo capitur. Iuue. Scilicet & tenui popano corruptus Oſiris.

Popina pe. pro. a popa locus vbi publice opſonia caroq; cocta ac delicate confecta venditatur comeditur q̃, vel priuatim vbi guloſa familia extraordinarie ligurire & heluari conſueuit, ſiue ipſe qualem dixi cibus. Hora. Fornix tibi & vncta popina incutiunt vrbis deſiderium.

Popinones, vel ij quos nunc Tabernarios, vel luxurioſi q̃ ſe popinis dedunt.

Popinatio nuncupatur a Gellio quæ alio nomine dicitur Heluatio quam græci Aſotiam vocant. Fit autem popinatio a popinari quod ſignificat heluari & indulgere popinis. Iulius Capitolinus. Dum Galenuo popinatur, & balneis aclenonibus reputat vitam.

Popinalis & hoc popinale quod ad popinam ſpectat. Col. li. ix. Tũc celebres erant deliciæ popinales cum ad mare deferebantur viuaria.

Poples itis. pars oppoſita genui quæ curuatur, dicta q̃ poſt plicetur. Columel lib. vij. Si dolore neruorum claudicas oleo & ſale genua poplitesq; & crura compicanda. Accipitur quandoq; pro tota illa parte neruoſa. Liui. libro. xxij. Quoſdã iacentes viuos ſucciſis femoribus poplitibuſq; inuenerũt.

Poppyſmata proprie dicuntur ea vocis blandimenta quę fiunt equis indomitis cum tractione manuum. Vnde & quę fit manibus palpatio interpretari poteſt, vt apud Iuuena. præbebit vãi crebrũ poppyſma roganti id eſt crebram manuũ tractationem cum quadam vocis adulatione. Nam fit ab ϖοϖϖύζω, quod eſt ſibilo vel adulor. Quare & profibilo quã doq; ponitur qui in re obſcœna fieri conſueuit. Martia. Quis ridere poteſt farui poppyſmata cunni? Cũ ſonat hic cui non mentula menſq; cadit. velut vitium notauit in Galla poppyſmata, vt pote inſulſum coeuntium crepitum. Eſt & ϖόϖϖύζω vt quidam exponunt illiſismanibus interſe & palma cũ palma collata plauſum edere, q̃d eſt applodere. Vnde & poppyſmus. Plinius. lib. xxxvij. Fulgetras poppyſmis adorare conſenſus gentium eſt.

Populus pe. cor. ſingulari numero vnius ciuitatis multitudinem ſignificat. Vergi. Hinc populum late regem. Populi vero diuerſas ciuitates. Idem. Littoraq; & latos populos. Eſt autem populus multitudo hominum iuris conſenſu & cõcordi cõmunione ſociata

Popellus diminutiuum paruus populus. Perſi. Ante diem blando caudam iactare popello.

Popularis & hoc populare quod eſt populi. Horati. Et popularis Vincentem ſtrepitus & natus rebus agendis. Interdum popularis dicitur charus & gratus populo qui ſibi popularem fauorem conciliat. Cice. Nihil tam populare quam bonitas Liuius. Et quo nihil popularius eſt quibus artibus perierat magiſtratus ijſdem gerebat. Interdum dicitur plæbeius vilis & ignobilis. Plaut. præſtat diuitem eſſe ac popularem quam nobilem & mendicum. Et popularis dicitur qui eſt eiuſdem conditionis generis ſortis & fortunæ. Terent. in phor. Amicus meus ſummus & popularis. Geta. Erat enĩ & ipſe ſeruus. Et popularis dicitur ciuis.

Popularia ſacra vt Labeo inquit ſunt quæ omnes ciues faciunt, nec certis familijs attributa ſunt, vt Fornacalia. Palilia. Laralia. Sic dicta q̃ populo grata eſſent cum in populum miſſio fieret ab ijs qui gratiam plæbis quærebant. Et hoc duplici modo. Aut de repu. bene ſentiendo & ea quæ ad populi ſalutem ſpectant recta cum ratione agendo. Aut largiendo & adulando vel alijs corruptelis beniuolentiam capiendo. Itẽ popularia dicebantur loca vbi plæbs ſedebat. Vide in dictione Equeſtria.

Popularitas, affabilitas, humanitas, blanditiæ & gratia in populo. Hiero. popularitatem tuam qua mihi inuidiam apud ſimplices niteris concitare perſpicua ratione cõpeſcui.

Populariter affabiliter, humaniter & gratia populi. Iuuenalis. Et verſo pollice vulgi Quẽlibet occidunt populariter.

Popularia, nugatoria puerilia. Labe. popularia agimus per ludum.

Populoſus loſa. loſum. quod eſt plenum populo, vt oppidum populoſum.

Populatim modo ſignificat p populos. Apul. populatim ab omni prouincia reuocatus. Modo cateruatim & in vniuerſum. Cęcil. Ego pdidi te qui oẽs ſeruos, pdo populatim quæ ſo ne addas malũ ad hoc malum.

Populo as. amorẽ populi cõcilio. Pacu. Atq; vt pmerui pr̃ mihi patriã populauit meã. Aliq̃n populare eſt p̃dari. Quod & populor dr̃. Verg. Quiſq; ſuũ populatus iter. Idẽ populatq; ingentẽ farris aceruum. Hinc depopulor, p depręd or. paſſiq; & quaſi populatim diripio.

Populabundus p̃dabundus a populando. Cc.

Populatus a um. participiũ, q̃d ſignifi. depr̃dat⁹. vt Quiſq; ſuũ populatus iter. Populatus vero nomen ſignificat populo ſum, vt vrbs populata. i. populo plena.

Populonia, vrbs eſt Hetruriæ, appellata a populorũ multitudine q̃ in eius agro eſt, vel a populãdo q̃ frequentibus piratarũ populationibus pateret.

Populus prima, p. genus arboris frondiũ multitudine ſic appellata. Verg. Hic candida populus antro Imminet. Pli. li. xxiij. Virgam populi in manu tenentibus interrigo nõ metuat. Col. lib. vi. Cur rei maxime videtur idonea populus; Ea eſt arbor Cerro ſimilis.

Populeus a um. q̃d eſt materiatũ ex ea arbore. Ver. in Ge. Qualis populea mœrens philomela ſub vmbra.

Populnus a, um. idẽ q̃d populeus. Plaut. in Caſi. Nũ iſthæc aut populna ſors aut abiena eſt tua? Dicit & populneus a. ũ. in eadẽ ſignificatione. Colu. lib. vij. Probat maxime vlmea, poſt fraxinea, & ab hac populnea frons.

Populetum locus populis conſitus.

Porculena. Plau. in mil. Niſi huic veri affertur merces non huic ſuo ſemineo quãq; porculenã p̃titurus eſt.

Porca aĩal q̃ alio noie dr̃ Sus, in agro uero porca ẽ terra elata inter duos ſulcos a porrigendo. vt inquit var. q̃ ea ſeges porrigat frumentũ, vel a porcẽdo q̃ vltra ſe iaci ſemina phibeat, vel q̃ aquas porcat, hoc eſt porro arceat. Nam crebriores ſulci limi ſolent vocari. Colu. lib. ij. Liras ruſtici vocant eaſdem porcas, cum ſic aratum eſt vt inter duos latus diſtantis ſulcos, medius cumulus ſiccam ſedem frumentis p̃beat. Sed & xxx. pedum latitudinem. cxxv. longitudinem porcam vocabant eodem authore. Campani hodie porcas vocant pului nos ſiue hortulos in quibus velut iſulcatim ſua cuiuſq; gñis olera ferũtur. Id genus & Areæ dicũtur apud Colu.

Porc⁹ domeſtic⁹, aper ferus, ſus vtriq; cõe eſt. Mar. Iſie tibi faciat bona ſaturnalia porc⁹, Inter ſpumãtes ilice paſt⁹ apros. Dict⁹ porc⁹ q̃a porrecto rictu paſcat & terrã dũ herbas radices rimat lati⁹ porrigat. Hic fiũt dimi. porcul⁹ & porcell⁹. Amicus gluto amat porcellũ Sue. in Nero. Iterũ ac ſępi⁹ recoctũ porcello abiecit. Scribit Var. porcũ græcũ nomẽ eſſe antiquũ ſed obſcuratũ q̃ eũ nunc vocant χοίρον

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

* Porcus dictus est gluuius cum ei pellis detrahitur. Cc
*Porcus troianꝰ dicebatur quasi alijs alijs alijs inclusis grauidus, ab equo troiano armatis pleno supta metaphora. Cc.
*Porcariũ etiã dicimus qd ex porco est. Vnde porcariã vuluam dicebant qua edito partu vescebantur. Cc.
¶ Porcatius porcorum custos.
¶ Porcinus a, um. qd ex porco est vt caro porcina.
¶ Porculationẽ antiqui porcorũ nutricatũ vocauerunt. Var. In nutricatu quam porculationem appellabant binis mensibus. porcos sinunt cum matribus.
¶ Porcius cognomen fuit Catonis censorini. Tractum a porco cognomina enim (vt inquit Var.) habentur a maiori & a minori pecore. A maiore, vt Equitius Taurus. A minori vt porcus caprillus.
¶ Portia nomen mulieris Romanæ Fuerunt autem duę, maior & minor. Porcia autẽ minor quũ laudaret apud eã quędã bene morata q̃ scũm habebat virũ, Respondit Fœlix & pudica matrona nunq̃ preter semel nupsit.
¶ Porcetra porca quę semel tantum peperit. Scropha quę sę pius. Si miscet se porca domestica cum fero, fœtus hibrida dicetur.
¶ Porceo es, prohibeo, Luci. lib. vi. Non te porro procedere porcent. Componiturq; ex porro & arceo quasi procul arceo, syncopatũ videtur, & absoletum est.
¶ Poria græce, latine facultas abundantia dicitur. A quo fit verbum Aporior aris.
¶ Porricio is. pe. cor. quasi porro iacio. id est. valde porrigo quod verbum solẽne sacrificantibus erat. Nam extra porrici dicuntur quando porriguntur dijs. Vnde apud Macro. Hostia porrecta quasi sacrificata. Plau. Nam si sacrificem summo Ioui atq; in manibus exta teneã, vt porriciam, interea loci si turi quid detur potius rem diuinam deseram.
¶ Porrigo is xi. ctũ pe. cor. ex porro vel por particula & rego non ago vt quidã volũt. Et ẽ porrigere extendere. Pli. Facilꝰ quippe radices porrigunt solo subacto. Quandoq; oferre. Vnde Augustus cum ei quidam libellum trepidus offerret & mõ proferret manũ, modo retraherer, putas te inquit stipẽ elephanto porrigere? Et hoc quando offerendo aliquid protẽdimus manũ. Rursus quia q̃ interficiuntur in terra extenduntur factũ est vt porrigere sit prosternere & interficere. Mart. Et volucrem longo porrexit vulnere pardum. Huius compositum est exporrigo seu exporgo per syncopam quod est extra porrigo. Teren in adel. Date hodie mihi. Ex porge frontẽ id est exhilara.
¶ Porrigo inis. ri syllaba ꝓ. genus morbi a porrigendo. i. extẽdẽdo. Crescendo eĩ porrigitur. Nascitur vt Celsus libr. vi. scribit, in capillo barba & supercilio, vbi acute inter pilos quędam quasi squamulæ surgunt. Lucil. lib. xxx. Tristem & corruptum scabie & porrigine plenum. Hinc porriginosus, qui porrigine infestatur. Est & porrigo minuꝰ furfur. Hora. li. ij. Serm. Vngere si caules oleo meliore caputq; Cæperis impexa fœdũ porrigine quare.
¶ Porrum in plurali porri. Græci prason dicunt genus oleris Mart. Mittit precipuos nemoralis. Aricia porros. In medioviridis stipite ceme comas. Porrorum alij sunt Tarentini, qui & sectiui dicuntur Alij. Aricini qui & capitati. A porrum porraceus a um. Pli. Heliotropiũ nascitur in Aethiopia, aphrica cipro, porracei coloris sanguineis venis distincta.
¶ Pori penultima producta per simplex r. appellantur tophi. Plinius. Minus ponderosus est qui porus vocatur marmori pario similis. Pori vero penul. cor. significant meatus. Plini. li. xx. de malua & Althęa. Sucus decoctæ pori meatus suaues facit Est etiam porus iter per qd genitura in vrine vias defert.
¶ Porocela, a, poro topho nomen habet, quasi ramicẽ tophaceum appelles. de quo in dict. Enterocela.
¶ Porro aduerbiũ significat certe. Cic. pro plãcio. Nihil porro tã inhũanũ, tã imanae, tã ferũ. q̃ committere, vt bñficio non dicam indignus, sed victus esse videare. Q̃nq; significat longe ante. Vir. Hinc maxima porro Accepter Roma & patrium seruauit honorem. Sic dicimꝰ. Lycurgus nõ porro ab Homeri temporibus fuit. Quandoq; significat a longe, vt sit aduerbium loci. Liui. lib. viii. Et haud eadem qua te insinueris retro via repetenda, aut si ire porro pergas per alium saltum arctiorem impeditioremq; euadendum. Quãdoq; significat postea/deinde in futurum. Cice. Marcello. Non est porro tuum vno sensu oculorum moueri, Terentius. Dehinc vt quiescant porro moneo. id est in futurum. Quandoq; vltra. liui. lib. i. Ex loco infesto agere porro armentum occœpit. Q̃n doq; coniunctio est, & pro autem ponitur, locaturq; in principio orationis. Quint. Porro qui confessum defendit non absolutionem sceleris, petit sed licentiam. Quandoq; ponitur ꝓ coniunctione expletiua. Teren. in And. Adeõ me ignauum putas, adeon porro ingratum aut inhumanum, aut ferum, vt neq; me consuetudo, neq; amor, neq; pudor &c. πόῤῥω tamen græcum est.
¶ Porphyrius nomen viri proprium. Quo nomine dictus ẽ philosophus Christianis inimicissimus.
¶ Porphyria latine purpura. Vñ Porphyriacus a. ũ. pe. cor. ꝓ purpureo. Ouid. Et porphyriacis figere labra genis Porphyris idis. vestis purpurea.
¶ Porphyris pe. cor. insula in Laconico mari sita, quinq; millibus passuum a Maleæ promontorio distans. Eadem postea Cithera dicta est ob memorabile templum Veneri sacrum.
¶ Porphyretes lapis in ægypto rubens candidis interueniẽtibus punctis. proterea Leucosticos appellatus q; leucos albũ dicimus στίζω ꝓ pungere. hinc Porphyreticus a um. quod est factum ex Porphyrete.
¶ Porphyrio auis quę sola morsu bibit, cuius crura prelõga rubent & rostrum. hæc a nonnullis Pellicanus dicitur. Fuit & nomen Gygantis. Mar. Nomen habet magni volucris tam qua gygantis, Et nomẽ prasini porphyrionis habet. Hoc etiam nomine vocatus fuit qui in Horatium commentatus est.
¶ Porsena pen. cor. ꝓprium nomen regis. Mar. Hanc spectare manum Porsena non potuit. Vergilius vero produxit positione duplicis nn. Nec non Tarquinium eiectum porsenna iubebat.
Porto as, non tantum corpore sed etiam aĩo, & tam bona q̃ mala. Terẽ. in An. Dij boni quid boni porto. Et portare dicimur cum iumentis aliquid nobiscum ducimus. Hinc Verrẽ legimus amicam e prouincia portasse, & põpeium deportasse triũphũ. Huiꝰ cõpositaũt Apporto. Asporto q̃ cõtraria sunt Comporto simul porto. Hier. lib. ij. Reg. Et comportauerũt super eum aceruum lapidum magnum nimis. Exporto extra seu ex loco porto auferove. Importo intro porto. Reporto retro porto. Verg. Hæc tristia dicta reportat. Deporto. Suppor to. & transporto.
¶ Porta a portãdo dr̃ oĩs exitus & quo potest importari vel exportari aliquid, vel ab aratri portatione, vt inquit, Dona. quia in designatione vrbiũ subiũcto vacca & tauro qui vrbẽ designabat aratrũ manu suspendebat, ne sulcum quẽ primo genitũ dicunt, faceret vbi aditus ciuitatis erant relinquendi. Hinc fiunt dimi. portula, Portella & porticula. Porta decumana & porta ꝓtoria de castris dicitur.
¶ Portus ditur locus conclusus in quo importantur merces & inde exportantur, & vbi naues hyemãt. Nam antiqui domos partim portus partim insulas vocabant a portãdo. Vnde etiam porticus dictæ sunt.
¶ Porticulus paruus portus Sumitur q̃nq; pro malleo.
¶ Portisculus, hortator remigũ qui eam virgulã q̃ portiscu lus dicitur in manu tenens hortatur remiges, vrget & cũcta prolibito moderatur. Plau. in asi. Tute habes portiscũlũ Aennius in annalibus. Portiscul us cũ signũ dare cœpisset.
¶ Portorium Naulum & merces quę datur portitoribꝰ. Itẽ vectigal quod portitori soluitur. i. teloneario scriptuario & scripturæ magistro ex portu vel fluminum vel lacuum vel stagnorum. Lucil. Facit idem qd illi qui in scriptũ e portu exportant clanculũ ne portorũ dent. Plau. in asi. Iam ego hunc portitorem priuabo portorio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Portitor.pe.cor.qui vectigal portus siue portę.i.portorium dacti cõduxit.Plau.in Tru.vtrũq; cõplexus Solutũ est portitoriã portoriũ.Quos græci Teloniarios.Cicero magistros scripturę & portitores appellat.Nã ad Atticũ sic scribit. Illa causa publicanorum quantã acerbitatẽ afferat socijs intellexi mus ex ciuibus qui nup in portorijs Italiæ tollendis nõ tã de portorio q̃ de nonnullis iniurijs portitorũ q̃rebantur. Et portitor dicitur qui aliquid portat.Sta.lib.i.th.Languet Hyperboreæ glacialis portitor vrsæ.Amb.super Luc. Audito dei verbo steterunt acerbi illius funeris portitores. Potest etiam dici qui traducit homines acvehit ad nauim de littore, vel ad littus de naui, vel ad vlteriorem fluminis ripam. quem græca voce Porthmea dicimus. abusiue portitor qui portatur sic Vector.

¶ Porthmeus penul.cor.latine dicitur transfretator qui nauigio vehit,& qui exigit portorium.πορθμὸς enim fretum dicitur.Iuue.Iam sedet in ripa tetrumq; nouitius horret Porthmea id est portus freti portitorem. Porthmis idis.nauis ad trajciendum.

¶ Portunus deus a portu dictus, qui portubus pręest, græce Palæmon dicitur.a quo opportunus & importunus hic etiã Melicerta est Inoos filius.

¶ Porticus q̃ propter repẽtinos imbres & vmbrarum ac de ambulationis gratia ædificantur.Ouid.de porticu pompeiana.Tu modo pompeia lætus spatiare sub vmbra.Cũ sol Herculeę terga leonis adit.

¶ Portio quasi partio signifi.partẽ huius dimi.est portiũcula. Apul.Qui cũ a me portiunculã posceret.Hinc ꝑportio q̃ est duarũ rerũ inuicem facta comparatio.

¶ Portẽdo is.porro hoc est ante tẽdo p̃dico significat.Verg. Hũc illũ fatis externa ab sede ꝑfectũ Portẽdi generũ. Plaut. in Asi. Aecastor nobis periculũ magnũ & familię portendit Demeneti si expectemus mortem.

¶ Portentũ a portẽdo.i.p̃ostendo ꝙ portendat aliquid futurũ, q̃is aliq̃ dicãtur portenta inania q̃dam & irridẽda. Cic. lib.i.tus. Aut quid negotij est hæc poetarũ & pictorum portenta cõuincere? Hiero.de his ait.Portenta magis quã numina.Portentũ tñ ex augurijs & auspicijs antiqui significationẽ accipiebant. Vñ apes illæ ex ore Ambrosij prodeuntes quasi portẽtũ fuerunt, ꝙ de longe viri sapientiam portenderunt id est significauerunt. Et Vergi.lib.viij.pro bono omine posuit, cũ ait.Ne quere profecto quẽ casum portenta ferãt. Vbi Ser.Modo bona omina quę victoriã portendunt.& dicta propheratũt sunt quasi portenta, quia porro hoc est de longe tẽdebant.i.futura diuinabant. Vñ Sal.Ex libris sybilinis regnũ Romæ tribus Cornelijs portendi.Portenta quoq; fieri dicuntur cum insolita corpora raro se ostendunt, vt Cometæ, turbines, Barathra sereno cœlo factũ tonitruo. vñ Var. in cœlo inquit memorabile extitit portentum.Nam stellam veneris nobilissimã.Plaut⁹ vesperuginẽ.Homerus hesperon appellat pulcherrimã dicens, Castor scribit tantum portentũ extitisse vt mutaret colorem.Hæc aũt portẽta dicũtur esse cõtra naturam, sed non sunt, cum dei voluntate fiant.Quæ quidem voluntas cuiusq; rei conditæ natura est inquit Aug. lib.xxi.de ciui.dei.Portentum ergo fit non contra naturam sed contra quem est nota natura.

¶ Portentosus a,um.q̃d portentum facit. Pli. Portentosum est quod de ea traditur.

¶ Portulaca quã græci peplion dicũt herba est frigida & humida, vt inquit Auicẽna q̃ dentiũ tollit stuporem.

¶ Posca vinum in torculari aquatũ q̃d apud Plinij Varronẽq; & alios Lora dicit. Quidam poscã dicunt esse potionis genus quam græci exicraton vocant quę ex aquæ aceticq; mistura conficitur.Pli.lib.xxx. Tormina sanat palumbus ferus ex posca decoctus.

¶ Poculentum non poculentum dici debere scripsit Hermolaus virnunquam satis laudatus, quãquam a posca etiam poculentum dici possit.

¶ Posco poscis popposci. significat rem debitam & honestam peto. Varro. Poscere est quoties aliquid pro merito nostro de poscimus Cui Dona.concordare videtur cum inquit.Poscere est imperiose rogare. Aliquando prouocare. Vergilius. Haud acrem dubites in prelia poscere Turnum.Cice.Poscũt maioribus poculis. Aliquando petere seu vendere.Plautus.i merca.Tanti quanti poscit. In significatione etiam sumitur vocare.Iuue.Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam. Huius composita sũt Apposco quod est iusta, debitum & ius posco, seu volo.Terẽ.in Heau.Minas quidem iam decem habet a me filia quas pro alimentis esse nunc dico datas, hasce ornamentis consequentur alteræ.Porro hæc talenta doris apposcent duo. Deposco Exposco multum seu cum instantia aut publice posco.Liuius libro primo.Pacem precibus exposcũt Vergilius libro tertio.Sed votis precibusq; iubent exposcere pacem.Reposco q̃d mihi debetur, reddi peto. Ambro. Susceperat in senectute filium per repromissionem poscenti domino negandum ad sacrificium quamuis vnicum non putauit.Vergi.Parthosque reposcere signa Et Reposcere est vehementer poscere.Plau.in Cur.Quã tu virginẽ me reposcis. ¶ Poscinũmius a um, quod poscinũmos vnde basia meretricia poscinũmia dici possunt.Quippe aũ nihil aliud quam nũmos poscunt. ✳ Posia oliuæ genus.Cc.

¶ Postulo as.significat quodam modo requiro, volo, vt res locus persona tẽpus causa postulat.in qua significatione quãdoq; ablatiuo iungitur mediante prępositione.Cicer.in Læl. Neq; quicq̃ vnq̃ nisi honestum & rectum alter ab altero postulabit. Aliquando accusatiuo solum.Idem pro Liga. Longiorem orationem causa forsitan postulat, tua certe datura breuiorem.Nonnũq̃ duobus accusatiuis, sed tunc sumitur ꝑoro.Hiero.in Gene.Oraui & dedit mihi dominus petitionem quam postulaui dominũ.quod tamẽ raro reperitur. Nam cũ proprie vti postulo voluit ablatiuo iunxit in lib.Reg. Vocauit nomen eius Samuel eo ꝙ a domino postulasset eũ.Q̃nq; significat rem debitam & iustã peto. Aliq̃n significat accuso seu querelam dico de altero apud alterum.Sue.in Cęsa.Ceterum Cornelium Dolobellam consularẽ & triumphalẽ virũ repetundarum postulauit.Idem de Aug. Affuit & clientibus sicut scrutario cuidam euocato quondã qui postulabat iniuriarum.Interdum postulare est cupere velle, expectare.Ter. in adel.Per oppressionẽ vt hant mihi eripere postulet i, velit, aut speret.Item postulare sicuti docet Vlpia, est desiderium suũ vel amici in iure apud eum qui iurisdictioni pręest exponere vel alterius desiderio contradicere.Solet distingui inter postulare, poscere, petere, obsecrare, & flagitare, quia poscimus imperiose, petimus p̃cario, postulamus iure. Obsecramus, i. p̃ sacra rogamus.Flagitamus non sine strepitu verborum addendo conuitium.Cic.Q̃q̃ causa postulat, non tñ flagitat Curtius.Postulabat autẽ magis q̃ petebat.Expostulare est cũ querimur iniuriam apud illũ a quo accepimus, & habet in se reprehentionem.Sed de expostulo alibi.

¶ Possum potes potui, ex pos & sum cõponit, quasi potens sũ Vnde etiã q̃nq; cũ ablatiuo construitur Liui.li.x. pecunia deinde qua multũ poterant fraeti socios ex hostibus facere Gallos conantur.Sunt etiã qui hoc verbũ componant ex porro valde, & sum, ꝙ valde esse videantur qui potentes sunt.Habet q̃nq; appositũ, vt cũ dicim⁹. Deus oĩa potest. Vñ fit omnipotens.Quandoq; est sine appositione. Plaut. Non hic vt possit edit, sed posse cupit vt edat.

¶ Possibile dicitur q̃nod fieri potest. Cuius contrarium est impossibile.

¶ Possideo ex pos & sedeo pos autẽ q̃d in vsu nõ est idem est q̃d potens, vt sit possideo quasi potẽs sedeo.Hinc possessio & possessor & possessiuus a,um.

¶ Possessio proprietas & vsus siue actus possidendi agri aut ædificij, non ipse fundus aut ager.Cic.in para.Etenim si iusti callidi æstimatores prata & areas magni a fuissent ꝙ ei generi possessionum nemo nocere posset. Aliquando tamẽ sumitur pro ipsis bonis immobilibus.

¶ Possessor qui possidet, cuius fœ.est possestrix.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Possessiuus a,um. q̄d possidetur, vt Euandrius ensis, ædes regiæ, quæ regis possessio est.

*Possidonia a Neptuno dicta est qui græce possidon dicitur Aliter Ionia dicitur ab Ioue Xuti filio. Cc.

¶Possidonius phūs Apamiensis ex Syria, vt Strab. lib. xiiij. auctor est, sed Rhodius existimatus, quia Rhodi vixit, ac philosophatus est. Sicut & Apollonius Modo dictus est Rhodi⁹ cum esset Alabandensis. Vtrumq; audiuit. Cic. Hic cum aliquādo morbo articulari laboraret grauissime, fertur sępe dixisse. (Erat enī Stoicus) Nihil agis dolor q̄uis sis molestus nūquam te esse confitebor malum.

¶Post præpositio composita & separata inuenitur. Separata significat. meta græcā p̄positionē qñ ordinē demonstrat siue loci siue temporis siue alicuius alterius rei, & deseruit accusatiuo. Ver. post montem oppositum. Idem post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Horat. O ciues quærenda pecunia primum, Virtus post nummos. Composita vero reperitur cum multis dictionibus, vt posthac postmodum. Qñq; tñ ponitur loco aduerbij postea & hoc qñ nulli casu seruit, vt qñ iungitur ablatiuo. Verg Post mihi non simili pœna commissa luetis. Sal. Vbi periculum aduenit inuidia atq; superbia post fuere. Cum ablatiuo. Verg. lib. vi. Ille admirans venerabile donum Fatalis virgæ longo post tempore visum. quod si per se proferatur vel p̄postere, habet accentum acutum. In versu vero grauem.

¶Postq̄ aduerbiū tp̄is. Sal. postq̄ cōsuluerit maturæ opus est facto. Interdū ponitur p qm̄. Teren. in Adel. postq̄ poeta sēsit scripturam suā ab iniquis obseruari. Ver. postq̄ nos Amaryllis habet Galathea reliquit, nec mirū quia vt Dona. ait ei⁹ reciprocū est qm̄ p postq̄. Plau. in Aul. Is quoniam moritur ita auido ingenio fuit.

¶Postea cōponitur ex post & ea. Vñ & producit a sicut alia cōposita Interea præterea propterea. Sal. postea piso in citeriorē Hispaniam quæstor pprætor missus est. Similiter. posteaquā vna dictio est sicut & postq̄. quæ connexiuæ particulæ sunt. Cice. planco. Et abfui proficiscens in græciam, & postea quam de meo cursu reip. sum voce reuocatus nunq̄ per .M. Anto. quietus fui. Sic enim dictis sequentia copulantur. Aliqñ inter postea & q̄ interponitur vero & significat. Sed postea q̄. Idem Appio. postea vero q̄ ita cœpi.

*Postergo posthabeo relinquo, postpono, & quasi post tergaiacio a quo postergator & postergatio. Cc.

¶Posterus a,um. q̄d aliquid sequitur, vt postera dies, i. seq̄ns Verg. li. iij. postera phœbæo lustrabat lumine terras. Aliqñ posterus dī qui post nos futurus est. Vñ posteri & posteritas. Huius cōparatiuū est posterior, & suplatiuū postremus, i. vltimus. posteri pedes qui post primos sunt. Hinc cōponitur p̄posterus quasi puersus & inuersus. Cic. Cassio. Præposteros habet tabellarios, etsi me quidem non offendunt, sed tamen cū a me discedunt flagitant literas, hoc est qui post alios venire debent, priores aljs qui prēmissi fuerant q̄ veniunt. Quin. Præpostera res occidere, deinde erubescere. Præpostera libido dicitur vitium Sodomiticum. Et præposteros homines libidinosa cupiditate vocat. Iul. Firmicus, qui & prædicatores vocantur.

¶Posterius tardius vel secundo. Qñq; etiam minus. Plau. in Asi. posterius ista dicis q̄ credo tibi.

¶Posteriora dicuntur quæ a vultu auersa sunt. Vñ est illud posteriora mea videbis.

¶Posteritas significat posterū sæculū, siue homines qui post nascentur Cic. in Læl. Quo in gñe sperare videor. Scipionis & Lælij amicitiā notam posteritati fore.

¶Postremo aduerbium significat finaliter, vltimo loco tandem. Sal. Postremo oībus modis pecuniam trahunt. Dicitur & ad postremum. In posterum vero significat in futurū tempus. Quin. lib. Multa liguæ vitia nisi primis eximantur annis inemendabili in posterum prauitate durantur.

*Postremitas p extremitate capitur. Cc.

¶Postremissimus veteres p postremo dixerūt. Cc.

¶Postfero pe. cor. postpono. Pli. lib. ij. Cabēna & vrbibus & agrorum cultu virorum morumq; dignatione amplitudine opū nulli puinciarū postferenda.

¶Posthac dictio composita sicut Antehac, & significat deinceps in futurum, siue post hoc tempus. Teren. in Andri. Posthac quas faciet deintegro comœdias.

¶Posthabeo postpon. Teren. in Phor. Nā oēs posthabui mihi res ita vt par fuit.

¶Posthumus pe. cor. ex post & humus cōponitur, qui post mortem parentis natus est, quasi posthumatū & sepultū. Plautus ī au. post mediā ętatē q̄ mediā ducit vxorē domū si eā se nex aurū p̄gnātē fortuito fecerit, q̄d dubitas q̄ sit paratū nomē puero posthum⁹? Dī & posthumus a,um. p futuro & sequēti & postero. Vñ Apul. posthu mā spē dixit. Verg. li. vi. Tua posthuma pples. Fuit & posthumus nomē virī. Hora. li. ij. car. Heuheu fugaces posthume labuntur anni.

¶Posticū, & posticus pe. p. a post stando p ostio in posteriore pte ædiū. Plau. in Tri. Aliud autē posticū ædiū nr̄arū. Veteres tñ etiā vicinū habitātē ad posteriorē p̄tē ędiū sic appellarūt. Hora. Atria seruātē postico falce clientē. Et ostium ip̄m postica fœ. gñe dī diminu. est posticula. Apul. Per quādā breuē posticulā introuocat me. Ammianus. per posticā ingress⁹ refertā iuenī cōsuēte ex finitimis virili & muliebri sexu. Posticaetiā Augurum est, vt inq̄t Ser. Augures designāt spatiū tuo & eis dāt noīa, vt prima pars dicat. Antica, posterior postica. Dexterā quoq; sicut scribit Festus Anticā sinistram posticam dicim⁹. Sic etiā ea cœli pars q̄ sole illustrat ad meridiē Antica noīat, q̄ ad septētrionem postica. Rursus q̄ diuidunt in duas partes orientē atq; occidentē. Antica & postica dīr. Item postica linea in agris diuidendis q̄ ab oriente in occidentem spectat. Oīa denīq; q̄ post nos sunt postica dicūtur, & q̄ ante nos Antica. Inuenitur etiam posticus a,um. Persi. posticę occurrite sannæ. hoc est irrisioni factę a parte posteriore. Auso. postico vulnere fossor.

¶Postero as. Palladius Oliua cum varia cœpit esse colligitur Nam cum tota nigrescet, q̄d speciei merito posterauit, fundē di vbertate cōpensat.

¶Posticulum diminutiuū. Plau. in Tri. Posticulum hoc recepit cum ædes vendidit. Posticula diminutiuū a postica. de q̄ in dictione posticum.

¶Postis gñis mas. a post deducit, & significat valuā ostij, siue lat⁹ portę dictus q̄ post fores stet. Verg. Hærent parietib⁹ scalę, postesq; sub ipsos Nituntur grādibus.

¶Postilena a post & stādo, q̄ stet a pte posteriori. Est enī instrumentū lignū siue crassi⁹ lorū q̄d sub iumēti cauda ponit Plaute a gerūda aqua curuū faciā, vt postilena possit ex te fieri. Hinc p cōtrariū Antilena qua pect⁹ cingitur.

¶Postliminiū ex post & limina componitur. Quęcūq; enim a nobis alienata ad hostē pueniunt, cū a nostro limine exierit, si post ad idem limen reuertant, postliminio redeunt. Festus. Postliminio recept⁹ est si qui extra limina. hoc est terminos p uincię captus fuerat, rursus ad ppria reuertit. Paul. Iureconsul. postliminium est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo & in statū pristinum restituendæ, inter nos & liberos populos regesq; moribus ac legibus cōstitutū. Nam q̄d bello amisimus aut etiā circa bellū, hoc si rursus recipiam⁹, dicimus postliminio recipere id q̄d naturali æquitate introductū est, vt q p iniuriam ab extraneis detinebat, is vbi in fines suos redijsset pristinū ius suū reciperet. ð Sunt q ex aduerbio post vim nois interp̄tant reliquā vocabuli partē solū additamentū ostendentes tanq̄ liminiū nihil significet sicuti tullius supplemētū est in medi tullio post liminio quietis apud Apule. signifi. post quietem. Nā reuersio q̄dā postliminij vocabulo significat quia sēper post id q̄d retro relinquit. postliminio mortis. i. reuersione a morte & post mortem.

¶Postmitto. Cice. pro Cælio. Quod in alicuius agrestis periculo non postmitteret id homo eruditus in insidijs doctissimi hois dissimulandum putaret.

¶Postmodum penul. cor. ex post & modū significe. postea si,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ue poſtremo, quaſi poſtmodum rei datū. Liui. libro. i. Sepe ex iniuria poſtmodum exortam gratiā. Dī & poſtmodo. Idem lib. iiij. Si ardeates ſua tempora expectare velint arbitriūq; ſenatui leuandæ iniurię ſuæ permittant, fore vt poſtmodo gaudeant ſe iræ moderatos.

¶ Poſtomis idis. inſtrumentū ligneum ſeu ferreum quod ad cohibendam equorū tenacitā naribus vel morſui imponitur. Lucil. Poſtomides huic de naribus iugentes pendent.

*Poſtq̄ & poſtea q̄ connexiuæ particulæ ſunt. Verg. Poſtq̄ altos tetigit fluctus. Cc.

*Poſtuorta, dea erat Romanorū q̄ futura ꝓſpiceret. Cc.

¶ Poſtridie & pridie cōpoſita ſunt & diuerſa. De pridie. Gel. libro. x. Die priſtini eodem modo dicebat q̄d ſignificabat die priſtino. i. priore, q̄d vulgo pridie dī conuerſo cōpoſitionis ordine quaſi priſtino die. Feſtus vero cui magis accedēdum puto cōpoſitionē pridie anteq̄ eſſe inuit, cū ait priuignus dictus q̄ anteq̄ mater ſecundo nuberet eſt ꝓgenit⁹. Pri. enim antiq̄ pro prę dixerunt. pridie igit̄ ex prę & die cōpoſitū priori ſiue precedenti die, ſiue die vno ante ſignificat poſtridie vero poſtero die, ſyncopatū enim eſt. Lact. li. v. de vtroq; exemplum poſuit, & loquitur de Carneade. Is cū legatus ab Athienſibus Romam miſſus eſſet, diſputauit de iuſtia copioſe audiente Galba & Catone cenſoribus, maximis tūc oratoribus. Sed diſputationem ſuam poſtridie contraria diſputatione ſubuertit & iuſtitiā quam pridie laudauerat ſuſtulit. Plau. in Sti. Qui poteſt mulieres vitare vitet, vt quotidie pridie caueat ne faciat q̄d pigeat poſtridie, pridie igī priori die ſiue p̄cedenti die ſignificat. vt etiā apud Catonē li. de re ruſt. Si quem purgare voles pridie ne cœnet. Poſtridie vero poſtero die. Nec poſtres dies vllo modo ſignificat, vt Catonis exemplum apertiſſime demonſtrat, qui eodem lib. ſic ait. Oleum viride ſic facito, oleam q̄ primū ex terra tollito, ſi inquinata erit tollito a ſolijs, & ſtercore purgato, poſtridie aut poſt tertium diem quā lecta erit facito. Nō enim adieciſſet diem tertium ſi poſtridie poſt tres dies ſignificaret, niſi q̄ poſtridie ſecundus ſeu ſeq̄ns dies eſſet eius diei qui pręceſſit, q̄ oſtenditur etiam ex hoc q̄ eius diei appoſitum, tam pridie q̄ poſtridie inuenitur. Cic. Lētulo. Ad duodecimū calendas Februarij dum in ſenatu pulcherrime ſtaremus, q̄ iam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus id eſt prę cedēti die eius diei, hoc eſt duodecimi Cęſar lib. ij. Poſtridie eius diei Cæſar p̄ſidio vtriſq; caſtris quod ſatis eſſe viſum eſt reliquit id eſt ſequente ſiue poſtero die eius diei qui p̄ceſſit. Aliquādo eis genitiuus iungitur, vt pridie ſiue poſtridie calen. nonarū iduum & poſteſſiue iungitur. Nonnunq̄ accuſatiuus apponitur. Ci. Appio. Pridie nonas Iunias cum eſſemus Brunduſij. Et reſolui tur die p̄cedenti nonas. ſiue die ante nonas. Liuius etiam poſtridie idus rebus diuinis ſupерſederi iuſſum. Quo item modo poſtridie calen. dicitur id eſt die poſt calen. Etiam aliter accuſatiuo iungitur. Ci. ad Atticū. Pridie compitalia memento. Interdum pridie & poſtridie ſequitur q̄. vt pridie q̄ intres patriam ſacrificiū facito. Liui. ij. Nam cum pridie quā legati ad Tarquinios profiſcicerent & cœnatum forte apud Vitellios eſſet, coniuratiq; ibi remotis arbitris multa interſe de nouo vt fit conſilio egiſſent ſemonem eorum ex ſeruis vnus excepit qui iam antea id ſenſerat agi. quod ſic exponitur die precedēti anteq̄ legati ad Tarquinios proficiſcerentur. Similiter illud Suet. in Cæſa. Et pridie quam occideretur in ſermone nato ſuper cœnam apud M. Lepidum quiſnam eſſet finis vitæ commodiſſimus repentinum inopinatumq; prætulerit. Quo etiam modo intelligitur illud in Canone miſſæ. Qui pridie quā pateretur. i. qui p̄cedenti die anteq̄ pateret, nō autem quo ſicut Valla interpretatur, eo q̄ ſententiæ repugnare videretur. Similiter poſtridie quam pater mortē obijt epulū feci id eſt poſtq̄ pater mortē obijt poſtridie epulū feci, vt dies mortis luctu ſeruiat, poſtera vero epulis. Non autem poſtridie q̄ pater mortem obijt epulum feci. quod nec orationi nec ſenſui conuenit. Nam poſtridie alium diem exigit præcedentem. Iniſto vero exemplo nullus alius dies præceſſit. Ergo quam pro poſtquam exponendum eſt, vt poſtridie ſequatur ipſum quo pater mortem obijt. Similiter pridie quam vxorem duxero nauigandum eſt mihi. Si quā pro q̄ ſumatur non recte fiet interpretatio. Igitur neceſſario q̄ pro poſtq̄ non pro quo ſumendum eſt niſi q̄ pro quo hoc modo ſumamus non tamen vt cupiamus eo poſtridie epulum factum quo pater mortē obijt, nec; eo poſtridie quo vxorem duxero nauigandum eſt mihi. Sed ſic, poſtridie id eſt poſtero die ab eo quo pater mortem obijt epulum feci, & poſtridie ab eo quo vxorē duxero nauigandum eſt mihi. Et Valla ita intellexit. Hoc modo ſumenda ſunt plęraq; Liuij exempla, vt li. iij. Anno trecenteſimo altero q̄ condita roma erat iterum mutatur forma ciuitatis a cōſulibus ad decem viros. Et lib. iiij. Dictator exercituvictore domum reducto die octauo q̄ creatus erat. Hic q̄ pro q̄ exponit. i. octauo die ab eo quo creatus erat. Et illud q̄ condita Roma erat. i. ab eo quo condita Roma erat. Quod etiam ꝓ poſtq̄ ſumi poteſt. poſſunt tñ Vallę exēpla breui⁹ exponi, vt q̄ ꝓ cū ſumaī hoc mō. Q̄ pro cū pater mortē obiit epulū feci poſtridie. Et q̄ ꝓ cū vxorē duxero nauigandū eſt mihi poſtridie. Illud autem Ciceronis ad Tironē Menandri⁹ poſtridie ad me venit q̄ expectarē, pro cū omnino ſumitur nō pro poſtq̄, nec; ꝓ anteq̄, nec; ab eo quo. hoc modo Menandrius q̄. i. cum die p̄cedenti eū expectarem, venit ad me poſtridie. Vnde recte ſequitur. Itaq; habui noctē plenam timoris. i. noctem quæ ipſum diē p̄cedentem inſecuta eſt & interceſſit iter poſtridie hoc eſt ſequentē diem & ipm diē p̄cedentē. A pridie fit pridianus a, um. q̄d eſt pridie alicuius diei. Sueto. in Cato. Marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi. A poſtridie poſtridianus qui poſtridie alicuius diei, ſicut poſtriduanus qui poſt idus eſt. Sed abutimur pro poſtriduanus, Craſtinus, pro pridianus Heſternus.

*Poteſtam pro poteſtate veteres vſurparunt. Plau. Nec; de ſidiæ in ocio operam dediſſe, nec; poteſtam ſibi fuiſſe ab eo arte cohibitū eſſe a patre. Cc.

¶ Poteſtas multa ſignificat, vt Paul. inquit. Nam in perſona magiſtratuū, imperiū. Et a poſſum fit. In perſona liberorū patriā auctorita tē. In perſona ſeruorū dñium. At cū agimus de noxæ deditione cū eo quiſeruū nō defendit, p̄ſentis corporis copiā & facultatē. Poteſtates igitur principes potentes dicunt quos græci Dynaſtas vocant. & hi qui magiſtratus gerūt, & habent merū imperiū hoc eſt gladii poteſtatē ad aīaduertendū in facinoroſos hoīes, & iudiciis p̄ſunt. Vñ nō inepte p̄tores vtibus vulgo nunc poteſtates dīr. Sue. in Claud. Iuriſdictionē de fidei cōmiſſis quotannis & tantū in vrbe delegari magiſtratibus ſolitā, in perpetuū arcq; et iā ꝓ ꝓuincias poteſtatibus demandauit. Apul. Sed iuſſit poteſtas officialem ſuum magna ſeueritudine coherceri. Plini. pingue Draconis inpelle Dorcadum neruis ceruinis ad alligatum in lacerto victoriā iudiciorum conferre exiſtimant, primum ſpondylum aditus poteſtatuum mulcere. Et poteſtas ponitur ꝓ cōſilio & ratione. Vñ exire aliquem de poteſtate dicimus mentis impotem fieri, vt apud Cice. lib. iiij. Tuſcu. Iratos ꝓprie dicimus exiſſe de poteſtate. id eſt de mente.

*Poteſſum. i. poſſum. Terēt. At pol ego amatores audieram mulierum eos eſſe maximos. Sed nihil poteſſe. Cornel. Crediderim poteſſe vetuſto more legendum. Tñ quotquot legi codices poſſe habent.

¶ Potentatus us. poteſtas.

¶ Potēs tam participiū q̄ nomen inuenitur a poſſum. Sed q̄n participium eſt tēpus ſignificat & accuſatiuo iungitur noīm vel infinito, nec comparationē accipit, vt potēs pugnare, vel potens bella facere. Q̄n vero nomen caret, tempore & genitiuo iungitur, vt potens maris, & comparationem accipit, vt potentior. huius contrariū impotens q̄ non poteſt. A q̄b⁹ potentia & impotentia, potenter & impotenter. Differunt autem ſed in Priſcia. potentia & poteſtas. q̄ poteſtas magna ꝓ vi accipitur, potētia pro dñatione. Hinc oīpotens Armipotēs Belipotens qui armis & bello potens eſt. Viripotens mulier quæ coire cum viro per ætatem poteſt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Potidea vrbs Aemathiæ siue macedoniæ.Cc.
*Potinam dixere a potando.Cc.
¶Potis & pote. Vide in dictione Compos. Pote volo possũ velle, potis sum possum. ȣPotis est possibile est, & potis potens est, potis, & pote, adiectiuum, a quo pote aduerbium vt q̃ pote, vt pote.
¶Potior & potius comparatiua, pro melior, & melius quasi potentior, & potentius, & potissimum superlatiuum & potissime aduerbia quæ significant magis & maxime. Differunt autem potius & potissimum seu potissime, q̃ potius ad duo tantũ potissimũ ad plura refertur. vt quẽ potius institua hęre dem Fabiũ an Luciũ? Aut quam natarũ potissimũ erudiam si multę sint. Inuenitur tñ quandoq; potissimũ referri ad duo Cice. Q̃ q̃ præstat honestas incolumitati, tamen vtri potissimum consulendum sit deliberetur.
¶Potior iris. & poteris a potis deducitur, tam tertię q̃ quartæ cõiugationis est. In infinitiuo tñ & participio quartam sequitur. Vergi. Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis Ouid. Tuq; tuis armis nos te poteremur Achille. Est autẽ potiri tenere & quasi ĩ potestate habere, & sic fere semper cũ genitiuo cõstruitur. Sal. Cui fatum foret vrbis potiri. Aliq̃n est obtinere & in potestatem vendicare, & tunc ablatiuo iungit, vt Cæsar tandem potitus est Gallia. Aliq̃n frui. Sic etiam cũ ablatiuo & nonnunq̃ cũ accusatiuo construitur, sed raro. Cic. Q̃ si his voluptatibus bona ætas fruitur libentius primum paruulis fruitur rebus vt d xim⁹, deinde ijs quibus senectus etiam si non abunde potitur, non omnino caret. Terẽ. ĩ Adel. Patria potitur commoda.
ȣPotnia candida græce ποτνια Arat⁹ potnia Maia. i. cãdida
¶Poto as aui. & potus sum potatũ & potum significat bibo. Hiero. Non ambigo multos fore qui de turbulento magis riuo q̃ de purissimo fonte potare malint. Terentius in Hecy. Quid ais? cum virgine vna adolescens cubuerit plus potus? Eius composita sunt Appoto, quod multum poto. Plau. in Cur. Postq̃ cœnati atq; appoti talos poscit sibi in manum, prouocat me in aleam, vt ego ludam. Comporo simul poto. Vnde comporatio quam græci symposium dicunt. Epoto potando exhaurio. Perpoto valde poto. præpoto ante poto Et habent penult. produ.
¶Potus a, um. in vtraq; significatione sumitur pro eo qui potauit. Ouid. lib. iiij. Fas. pompa, senẽ potum pota trahebat asnus. Idem in eodem. Clauiger & tanto est Albula potadeo. Iuue. Epotaq; flumina medo Prandente. Ibi accipitur actiue, passiue autem ab Ouid. lib. xv. Meta. Noctenocent potæ sine noxa luce bibuntur.
¶Potus us, idem quod potio, quamuis sint qui distinguant dicentes potum esse vini aquę & huiusmodi, potionem a medicis ægrotantibus dari. Sed Cicero potionem pro potu accipit libro Tusc. cum ait. Quid q̃ ne mente quidem recte vti possumus multo cibo & potione repletis? Et in Catone. Tantum cibi & potionis adhibendum vt reficiantur vires nõ opprimantur.
ȣPotamentum idem q̃ potatio. Augu. libro de Mira. sa. scri. idem populus in deserto, sitiens potamenti refocillationẽ postulauit.
ȣPoterium a græcis dicitur quod nos poculum dicimus.
*Potiridion pocillum. Cc.
*Potnia vrbs Arcadiæ. Inde Glaucus potniades dictus est. Item quadrigæ quibus vtebatur potniades dictæ sunt. Cc.
¶Potorium vas quod ad potandum. Plini. Mille conuiuas toridem aureis potorijs.
¶Potorius a, um. quod ad potandum pertinet. Vnde dicimus vasa potoria, sicut vasa escaria.
¶Potito as, pe. cor. consuetudinem potandi habeo. Est enim frequentatiuum. Plaut. in Amp. Nũc tibi hanc pateram quę dono mihi illic ob virtutem data est Pterela rex qui potitauit quem ego mea occidi manu.
¶Potiono as. potionem p̃beo cuius passiuum est potionor. Sueto. de Cali. Creditur potionatus a Cesonia vxore amatorio quidem medicamento, sed q̃d in furorem vertit. Hier. ad Dama. Accipe calicẽ meri hui⁹ de manu mea, & potionabis oẽs gentes ad quas ego mittam te.
¶Potitus a potando cognominatus est qui Herculi sacra faciebat. A quo potitia familia. Erat & altera familia pinariorũ quæ Herculi semper sacrificaret.
ȣPotnia vrbs in bœotia non lõge a thebis vbi Glaucus sisyphi filius & meropes habuit equas quas consueuerat humana carne alere quo cupidius in nostram irruerent ipsum autẽ cũ alimenta defecissent deuorauerunt.

P ante R

¶Præ p̃positio q̃ tam separata q̃ cõposita vbiq; diphthonga tur. Separata quidem ablatiuo deseruit, & q̃nq; significat ꝓ siue ꝓpter. Apul. Præ luxuria cuncta ꝓfuderat. q̃nq; significat ante, siue de loco dicatur, siue de electione. Et modo absolute ponitur. Teren. I præ sequar. Modo cũ accusatiuo. Liui. libr. i. Prope Tyberim fluuiũ qua præ se armentũ agens nando tra iecerat. Modo cũ ablatiuo. vt præ oculis. i. ante oculos. Aug. lib. ij. con. Ambitio quid nisi honores quærit & gloriã cũ tu sis præ cunctis honorandus vnus & glorioſus in æternum. præ cunctis. i. ante cunctos, vel q̃ cuncti. Interdũ ponit ꝓ respectu, siue ad cõparationẽ. Teren. in Eu. Hic ego illũ cõtempsi p̃ me. i. ad cõparationẽ mei. Liui. paruã Albã præ ea vrbe quæ cõderetur fore. Nonnunq̃ pro ab. Teren. in And. præ studio dum efficias q̃d cupis. i. ab studio. Idem in Eu. Vt sit misera p̃ amore. Itẽ ꝓ extra, siue excepto vel excepta. Gel. lib. i. Præq; se vno cæteros oẽs linguæ atticæ principes gentemq; omnẽ togatã quod cũq; nomen latinum rudes esse atq; agrestes p̃dicabat. Terent. Extra vnã ancillã dixit. Item pro respectu ei⁹. Plaut. in persa. Immo res oẽs relictas habeo præ quod tu velis. Cõposita significat ante vel prius, vt p̃pono præfero. Aliquãdo super, vt p̃fectus p̃sideo. Aliquando valde vel mirũ in modũ, siue p̃ter modum, vt p̃clarus p̃celsus. & magis auget q̃ per. Iungitur q; cũ aliquibus dictionibus cũ quibus non iungitur per, vt p̃potens, p̃celsus, p̃latus, p̃clarus, p̃ſulgens, p̃diues, p̃dulcis, p̃durus, p̃cultus, p̃largus, præ longus. Nam prælongus homo & prælonga oratio ea dicit quæ enormi longitudine est. Præpotens, p̃celsus & similia, maiorem in modum potẽs celsusq;, & quasi p̃ter modum moremq; aliorum potens ac celsus. Significat quandoq; etiã ante tempus, siue p̃ter morem aliorũ, vt p̃cox vita p̃cox ingenijũ. Item significat non, siue nondum, vt in p̃maturus. Aliq̃n superuacue ponitur, vt præmorior præcingo, quæ significant sicut eorum simplicia A præ fit p̃ter, quo modo a sub subter, in inter, pro propter.
¶Præacuo prius acuo. Cato de re rustic. Vitẽ tenerã p̃acuito obliquo inter se medullã cũ medulla cõponito.
¶Præaccipio ante accipio a q̃ p̃acceptio figura q̃ p̃sumptio a nostris, a græcis vero ꝓlepsis dicitur, cũ poeta aliq̃d p̃accipit ad eamq; subsequitur qualitatem
¶Præbeo, ex præ & habeo abiectis a & h. signifi. do, exhibeo. Nã qui aliquid p̃bet id p̃habere ratione dicitur. Aliq̃n significat ostendo. Teren. in Adel. Seruũ haud illiberalem p̃bes te id est in te ostendis factis probans.
¶Præbia veteres remedia dixerũt, q̃ ęgrotantib⁹ p̃beantur.
*Præbitere. Plau. pro perire vsurpauit. Cc.
¶Præcaluus, caluus in ãteriore parte capitis. Sueto. de Galba. Stratura fuit iusta capite præcaluo.
¶Præcarus nimis siue multũ carus. Terẽ. in phor. Quantum opus est tibi argenti? eloquere. Solę triginta minę. Triginta? haud p̃cara est phœdria. Isti hęc vero viris est.
¶Præceps locus altus vnde quis potest præceps dari. Verg. Turrim in præcipiti stantem summisq; sub arcibus. Eductam te ctis. Et præceps homo dicitur qui sine consideratione aut modo quid agit, & quasi rem prœoccupat. Vnde pro nimis festino poni solet. Vergilius. Præcipites atra ceu tempestate coluꝫbæ. Præcipites, palmites apd. Col. sũq; de virgis enati ĩ duro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

illigatur, hi vt lib. vi. idem scribit plurimum fructus ferunt sed plurimum matri nocent. Itaq; nisi extremis ramis, aut si vitis arboris cacumen superauit precipitari palmitem non oportet, sunt qui preceps a caput per compositionem deriuet quod quamuis non abnuam, tamen etiam a capio dici videt, q; anceps cū am præpositione compositum a capio Festus dici velit. Sed tamen proprie preceps a caput. Vnde & biceps triceps. Caput vero a capio fit.

¶ Præcipitium locus præruptus, vnde precipitari facile põt.

¶ Præcipito in preceps dejcio inconsiderate ago, a cuius participio fit p̃cipitanter quod significat inconsiderate.

¶ Præcedo ante cedo, vt nox præcesserit, dies appropīquauit.

¶ Præcido pe. pro. ex præ & cædo, quod est ferio percutio incido, significat ante cædo.

¶ Præcidaneus a, um, vt p̃cidanea agna, q̃ ante alias cædebatur, p̃cidanea porca quam īmolare erant soliti antequam nouam frugem præciderent, siue gustarent. Aliquando præcidere est excidere seu simpliciter cædere. Hiero. in Exo. Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum. Postea sequitur Excidit ergo duas tabulas lapideas quales antea fuerant. Idē lib. ij. Reg. Et præcidit vestes eorum medias vsq; ad nates. Et præcidere dicitur de re obscœna, hoc est marem intrà podicē coeundo labefactare, quemadmodum pedicare est puerum inter femora fœdare. Mar. præcidi gaudes præcisus Neuole ploras.

ð Præcidi os, dicitur cum bene pulsatur. Sene. lib. natura. iiij. Qui me vsq; ad mendacia hæc leuiora in quibus os præcidi non oculi erui solent credulum præsto.

¶ Præcisus dicitur pars carnis viscerum hoc est circa quod viscera inuoluta sunt, q; oras circumcisas habeat. Lucil. Illi p̃ciso atq; epulis capiuntur opimis. Nam omasum dicitur in testinum pingue.

¶ Præcipuus a, um, a p̃cipio pro ante capio, quod ante capitur quasi ante omnia, siue p̃uentis omnibus. Hinc aduerbiū p̃cipue quod est ante alia. Non autem specialiter, vt multi indocte interpretantur sicut in p̃sertim. Cicero. Curioni. Non mihi tam mea salus chara fuit in qua præcipue sum ab illo adiutus quam pietas erit in referenda gratia iucunda, id est ante alios.

¶ Præcello is, vide in dictione Cello.

¶ Præcino is, pen. cor. præcinui præcentum, ante cāno præsdico prædiuino.

¶ Præcentio modulatio illa vocum q̃ ante initium cantus fieri solet quasi p̃ludium. Gel. Tibicines inter exercitum positi canere inceptabant ea p̃centione tranquilla ad quādā militaris musicæ disciplinam vis & impetus militum ne sparsi dispalatiq; proruerent, cohibebatur, quapropter & exordium siue initium, siue principiū, siue proloquium, siue antiloquiū quidam præludium alij p̃centionem vocauere, ad similitudinem græcorum qui id prooemium nominant, propterea q; ὄιμον cantus est.

¶ Præcentor qui canendo præcedit, sicut præsultor qui saltantium choream ducit.

¶ Præcipio a præ & capio significat ante capio p̃uenio præoccupo. Verg. Cogite oues pueri si lac præceperit estus. Vt nuper frustra p̃sabimus vbera palmis. Cicero lib. ij. offi. p̃cipiam oratione benigna multitudinis animos ad beniuolentiam alliciant milites blando sermone deliniant. Item præcipere est ante videre. Vergil. Omnia p̃cepi atq; animo mecum ante peregi. Item præcipere iubere. Et pertinet ad eos qui curam aliorum gerunt & qui alijs p̃sunt. Hinc præcepta, p iussis. Sal. in Iug. Micypsa pater meus mihi præcepit. Item p̃cipere monere, istruere. Vnde præceptores artium magistri quorum placita præcepta & p̃ceptiones dicuntur.

¶ Præcepto as, frequentatiuum significat sæpe præcipio.

¶ Præceptum & nomen & participium esse potest. Nomen ponitur pro iussione. Vnde decem legis præcepta, & aliquā do pro disciplina siue documēto & quasi regula quadam bene viuendi, vt cum p̃cipitur quid vir vxori quid vxor viro debeat, aut pro documento tradito ad aliquam artem capiendam, participium modo significat ante captum. Liui. libro primo. Tempore illi præcepto. Cic. lib. iij. tus. Hæc cogitantem fore beatum præsertim si & ante præceptis bonis cōtentus esset, nec mortem, nec deos expauescere, id est prægustatis & ante captis, modo tussum, vt præceptum est tibi ne discedas.

⁂ Præclamo ante clamo. Vnde præclamito, ex quo præclamitatores dicebantur qui flaminem Dialem hoc est sacerdotem Iouis antecedebant clamantes vt homines ab operibus abstinerent, quia ei opus facientem videre irreligiosum videbatur. Cc.

¶ Præcones a p̃cinendo dicti sunt quasi præcanes quod ante canant & annuncient quod est faciendum, vel vt inquit Pris. a p̃. i. valde canendo. Sunt enim qui iussu magistratus publice aliquid ore denuntiant, qui auctionem faciebant & qui audientiam in theatris indicebant. Vergil. lib. v. Victorem Æneas p̃conis voce Cloanthum Declarat. Et p̃cones laudū nostrarum qui res a nobis gestas laudando diuulgant, hos quoq; Curiones vocatos legimus.

¶ præconium ipsa p̃conis vox. Sueto. de Nerone. Et p̃conio vbiq; contendit. Sed quoniam a p̃cone res gestæ etiam prodnntiari solent, ideo quandoq; pro laude fama & gloria sumitur a genealogia virtutis corporis & fortunæ. Vnde Isocrates de laudibus Busiridis. περὶ μὲν οὖν τοῦ Θεσπρωτοῦ εὐγενείας τοσοῦτον ἀρ Αὐκηδεμόνος ἐπιφέρω. ⁂ id est de Busiridis nobilitate quis non posset facile dicere.

¶ Præconius a, um, antepenul. product. quod est præconis vt sub voce p̃conia.

¶ Præcognitus ante cognitus, quamuis raro præcognosco reperiatur. Plancus. Q; si latro p̃cognito nostro aduentu rursus in Italiam se recipere cœperit.

¶ Præconia membranę q̃ exta separant ab inferiore viscerū parte, dicta quia cordi prætenduntur, vt Plin. lib. xi. scribit, & a græcis phrenes dicuntur. Item q̃ græci Hypocondria dicūt a poetis & medicis latinis p̃cordia appellantur. Cælsus, periculosum est etiam post arquatum morbum febrem oriri, vtiq; si præcordia in dextera parte dura manserint. Et præcordia vno nomine exta in homine vocantur.

¶ Præcox cis, pe. cor. generis omnis, quod & præcoquus a, ū, Mart. Vilia maternis fueramus præcoqua ramis, Nunc in adoptiuis pfica cara sumus. Dicitur autem præcox fructus q̃ præter moram cæterorum coctus & maturus factus est, vt p̃ coqua vua. Precox ficus præcocia poma quę ante solitum tēpus matuescunt. Plin. Persica ęstate præcocia intra. xxx. annos reperta & primo denarijs singula vęnundata. Ita dicim⁹ serotinas vuas quę post consuetum tempus tarde matuescunt. Per translationem quoq; præcox ingenium dicitur qđ nimis cito maturitatem consecutum, nimisq; cito videtur adoleuisse. Quint. Illud ingeniorum velut præcox genus nō temere vnquam peruenit ad frugem.

⁂ Dicitur & præcoquus. Cc.

¶ Præcoquo is. pen. cor. ante coquo seu maturo. Col. lib. vi. Vuę commodius insolatę præcoquuntur, hoc est ante tempus aliorum fructuum maturātur.

¶ Præcię vuę, quasi p̃cocię dictę sunt q̃ cito matuescunt.

ð Præclauum pars vestis erat, quę ante clauum texebatur. Afra. Totum diem præclauum vnum texere.

¶ Præda a pariendo vt īquit Var. quasi parida quod manu parta sit. Et est vt Gel. lib. xiij. inquit proprie corpora ipsa rerum quę capta sunt. Manubię vero pecunia ex vęnditione prędę redacta.

¶ Prędaceus a, um, quod ex præda est. Gel. libro quarto Ægre passus q; cui salus imperij ac reipub. accepta ferri deberet ratione pecunię p̃daceę poscere tur.

¶ prędarius a, um, idem quod p̃daceus. Gel. Ex manubijs, id est ex pecunia prędatiua.

¶ prędor aris, a p̃da fieri Var. docet. Et habet vtramq; significationem. Hie. in Esaia. Vęh qui p̃daris, nonne ipse p̃dabe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tis.Grego.Depredari desiderant qui thesaurum publice in via portant.Legitur & prędo as.Hiero.in lib.Iudith. Prædauit quoq; omnes filios tharsis.i.depopulatus est.

¶Prędator populator,Ioui vero prædatori templum fuisse legimus,non quod prædæ pręesset,sed quod ei aliquid ex p̃da in partem prędę debebatur.Nam mos Romanorum fuit vt bella gesturi de parte prędę aliquid numinib⁹ pollicerẽt.

¶Prędo onis,qui prędatur,cuius diminutiuum prędonul⁹ a Catone vsurpatur,prędones sunt qui populandam alienã inuadunt prouinciam.

¶Prædium a p̃da,eo q̃ capti ab hostibus agri militibus distribuebantur.Vel dicitur a pręstando vt ĩquit Varro,sicut prędes Alij a prius seu valde dando.Est autem prędium rusticum & vrbanum.Vnde anteurbana prędia vocabantur q̃ erant propinqua,Ager locus in rure quem colimus. Aruum ea pars agri q̃ sementi datur.Fundus etiam pars agri ẽ. Singula enim prata singulę vineę,singuli horti,singula oliueta,pomaria,pascua,salicta,nemora,venatoria,piscatoria loca siue villam atq; ędificium,siue piscinam,siue viuaria habeant siue non habeant,singuli fundi sunt.Et hoc ĩ agro dumtaxat Nam,in vrbe,oppido,vico,castello,quicquid tale est,prędiũ vocatur.Est itaq; fundus rustica possessio,prędium & vrbana & rustica,possessio generale nomẽ est. Nam & tabernę & hospitia & horrea in vrbe possessiones dicũtur.Et simpliciter omnia bona immobilia.dicitur possessio etiam non ipsa proprietas,sed vsus & actio possidendi.

¶prędiolum paruum prędium.Cic.M.Cælio. Sed mea prædiola tibi nota sunt,in his mihi necesse est esse ne amicis molestus sim.

ǒprædiatus,prædijs munitus.Apul.libro Flo.ipse bene vestitus bene prędiatus.

¶prędiatorius a,um,quod ad prædium pertinet,vt lex prędiatoria.Cice.pro.Cor.balbo.Etenim si Quint.scęuola ille augur cum de iure prędiatorio consuleretur homo iuris peritissimus consultores suos nonnunq̃ ad Turium & Caselium p̃diatores reijciebat.

¶prędiatores dicuntur periti iuris ad prædia pertinentis.

¶prędestino as,penultima correpta ex prę & destino. Vide in dictione Destino.

¶Prædensus valde densus.Plin.lib.viij. Culter vocatur prędensam priusquam procindatur terram secans.

¶Prædisco ante intelligo.Vergilius libro Georgicorũ. Prædiscere,ventos.

¶Prædico as,pen.cor.aperte seu publice dico celebro diuulgo laudo.Cic.Luceio,Ignoscesmihi de meipso aliquid prædicanti.Sal.Ipsum Crassum ego postea prædicantem audiui tantam illam contumeliam sibi a Cicerone impositam.Inde prędicatio,dictio,celebritas,& apud Logicos decem prędicamenta quę de omnibus prędicantur. Et prędicatum qđ grammatici appositum vocant quod prædicatur.i.dicitur de subiecto.Et prædicator,id est laudator & cuiuscunq; rei diuulgator.

¶Prædico is,pe.pro.ante siue prius dico. Terent.in an. Sed dico tibi ne temere facias,neq; tu hoc dicas tibi non prędictũ Inde prędicto quod prędicitur siue prænuntiatur vel prędiuinatur.Cic.lib.i.de diui.Ex quo sæpe genere hariolorum ęt & Vatum furibũdas prędictiones vt octauiano bello Cornelij Culeoli audiendas putauerunt.

¶Præditus a,um,pen.cor.non dicitur ornatus sed quasi affectus,participium sine verbo puto quasi a prędo is,ex præ & do.Et accipitur tam in malam quam in bonam partem, vt prędituss sum honore,p̃ditus sum damno.Cic.pro Rabi.sene cute affectus morbo prędi tus.Et pro Muræ.Idem squalore sordibus confectus morbo lachrimis ac mœrore præditus.

¶Præduro as,penultima prod.preter morem duro. Colu. lib.iiij.de rustica. Verum est in opere difficilior q̃ neq; humentem fodere possis,q̃ sit glutinosissima,nec nimium siccã quia nimium præduratur.

¶Præco is,ante eo.Amb.huic verbo datiuum iũxit lib. de offic.Alterum inquit cum in clero reperissem iubere me ne vnquam pręiret mihi quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos feriret meos.

¶Prefacio is,ex præ & facio sumitur sicut prefero,vt si dicã prę me facio,sicut prę me fero.Quint.lib.viij. Sit igitur cura elocutionis quam maxima dum sciamus tamen nihil verborum causa esse faciendum cum verba ipsa rerum gratia sint reperta quorum ea sint maxime probabilia quæ sensum animi nostri optime promunt,atq; in animis iudicum quod volumus efficiunt,ea debent præfacere sine dubio & admirabilem non sic quo modo prodigia miramur,& iucundam orationem non deformi voluntate,sed cum laude ad dignitatẽ coniuncta.Quod mirum videtur vt sub vna præpositione duo verba dissimuli voce dissimilicq; significatiõe esset ,plata

¶Præfatio onis,a prefatus deducitur,& significat id quod pręloquimur antequam ad rem veniamus. Hiero.in prefa. psalm. Vnde consueta prefatione commoneo tam vos. quibus labor iste forte desudat q̃ eos qui ista habere voluerunt, vt quę diligenter emendaui,cum cura & diligentia transcribantur.Huius diminutiuum est prefatiuncula.Hiero.Ideo in gręco & hebrąo prefatiuncula vtraq; premissa est.

¶Prefari ante fari.Col.Quas ordine suo tunc demum perse quar cum præfatus fuero quę reor ad vniuersam disciplinã maxime pertinere posse.Hinc præfatus,ta,tum.

*prefanda dicuntur turpia q̃ s.ea præfari oporteat. Solem⁹ enim in præfando his verbis vti,si licet dicere, si commemorare fas est,quod dictu quoq; fœdum est,honore dico,honor sit auribus vestris & alia huiusmodi.Cc.

¶Præfero pe.cor.ante fero præpono.Plin. Q. hominem rudem atq; ignarum sibi preferret.Item prenuntio seu ostendo Liuius. Vultus tuus nescio quid ingens malum prefert.

¶Prefericulum a prefero vas æneum sine ansa patens veluti peluis quod preferre in sacrificijs solebant.

¶Prefico is,pe.cor.ex p̃ & facio significat præpono. Vnde p̃fecti dicuntur qui alicui rei agendę prepositi sunt. Et p̃fecti vrbium quos gręci latiniq; lingua Persica Satrapas vocant magistratusq; eorum p̃fectura dicitur. Plautus in Amphi. Qui prefectus est Thebanis legionibus. Idem in Cas. Qui ruri es in prefectura tua.Est enim p̃fectura vrbis,prefectura militaris,& p̃fectura rei perficiendę.Ægyptus diui dicitur in prefecturas,oppidorum quas Nomos vocant Thracia diuisa est in Strategeas quinquaginta,ita enim vocant præfecturas. Militaris p̃fectura qua quis legioni vel exercitui prefi citur.sic etiam dicuntur prefecti fabrorum.

¶Prefectus pretorij talis apud Cęsares erat,qualis olim apd reges tribunus celerum,& apud dictatores magister equitũ Gerebat enim secundas partes post Cęsarem,præeratq; disciplinæ publicę emendandę.

¶Prælica pen.cor.mulier in funere conducta ad lamentabilem cantum,quę dat cęteris modum plangendi quasi in hoc ipsum prefecta.Neuius.Hęc quidem mehercle prefica si mortuum laudat.

¶Prefestino ante tempus festino Col.lib.xij.Satis erit per dimidios menses exequi quodq; negocium,quia neq; p̃festinatum opus nimium immature videri possit ante. xv. dies factum,nec rursus post totidem nimium tarde.

¶Præfigo is,pe.pro.precludo. Verg.lib.iij. Geor. Multi iam excretos prohibent a matribus hœdos.Primaq; ferretis prefigunt ora capistris.

¶Præfiguro as,pen.prod.p̃monstro represento. Lact.li. vi. Inflammauit libidinem quę aspectu maxime incitatur ac se quisq; in illis imaginibus prefigurat. Et præfigurare est in figura prænuntiare siue p̃signare.Hiero. Duodecim prophetę in vnius voluminis angustias coactari multo aliud quam sonant in litera præfigurant.

¶Prefinio is,pen.prod. prius statuo siue ante determino aut determinate tracto & assigno. Cicero. Mario.Sed eo vidisti multum q̃ prefinisti ne pluris emerem.Idem pro Rosci.Quę dies in lege præfinita est.Plaut.Haud licebat loqui nisi prefi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nito.i.nisi assignato tempore.

¶Prefloro as,ante flores facio.Gelli. Et futuri gaudij fructū spes tibi iam prefloruerit.

¶Prefluo ante fluo,a quo prefluxus & prefluuium pro fluore alicuius rei ante acto.

¶Præfoco as,pen.pro.significat spiritum faucibus claudo. Ouid.in ibin.prefocent animæ gnosia mella viam. Hinc prefocatio vuluę fit cum vulua resiliendo afficit vitalia hoc est cor cerebrumq;.

¶Præfrigidus valde frigidus.Plin,lib.xvij. Septentrionaliq; & prefrigido situ.

¶prefringo prius frango.Colu.lib.ij.Et prefractas stirpes sūmasq; radices quibus ager arbusto cōsitus implicatur omnis refodiat ac persequatur.

ǒprefractum durum & inflexibile dicitur,vnde & pro obstinato sumitur.Cice.lib.iij.Offi.Ego etiam cum Catone meo dissensi nimis prefracte videbatur erarium vectigaliaque defendere.

¶Præfulgeo præter modum fulgeo.Cic,lib.iij. ad Herē. Tū necnimis illustres, nec vehementer obscuros locos habere oportet,ne aut obcęcentur tenebris imagines,aut splendore prefulgeant.Interdum antefulgeo.Hieron.in prologo Iob. Rogo vbicunq; precedentes virgulas videritis,sciatis eaq; subiecta sunt in Hebraicis volum inibus non haberi. Porro vbi stellę imago pfulserit,ex Hæbreo i nro sermoneaddita.

¶Prefurnium os patens furni.

¶Pregelidus qui multum aut nimis frigidus est. Colu.lib. ij.Ea locis pregelidis ac niuosis vbi ęstas humida & sine vaporibus recte committitur.

¶Prægestio valde gestio.Cic.pro.M. Cœlio. Prægestit animus iam videre primum lautos iuuenes mulieris beatæ ac nobilis familiares.i.valde cupit.

¶prægrandis valde grandis.Cic.Erat vas vinarium ex vna gemma prægrandi trulla ex cauata manubrio aureo.

¶Pregrauo as.pe.cor.supra modum grauo.Aug.libro.viij. con.Ægritudo animi est quia non totus assurgit veritate subleuatus consuetudine prægrauatus.

¶Prægnans quasi ante gnatum,vel ante genitricem.Est em̄ pręante & proprie prægnas dicitur quæ iam occupata est in generando quod conceperit.

¶prehendo & prendo is,di,sum. Plautus in Amp. Mi vir & manum prehendi & osculum detuli tibi. Luca. Manus q̄ prænderat hęsit.Huius composita sunt apprehendo quod est valde seu perfecte prehendo.Comprehendo.Col.lib.vij.Cū deinde buculos comprehenderis perduc extra stabulum.Q; etiam ad mentem transfertur,pro percipio siue intelligo.Lactan.lib.iij. Non immerito summum bonum non comprehenderunt. Deprehendo & Reprehendo. Vide locis suis.

¶prehensp as,frequenter prebendo.Liuius libro.iiij. Misso senatu prehensuntur a principibus tribuni suadendo monendo pollicendoq;.

¶Præiacio anteiacio.Col.lib.ix.Mox preiaciūtur in gyrum moles ita vt complectantur sinu suo & tamē excedāt stagni.

¶Preiudico anteiudico.Hiero.contra Ioui. Necq; dei possumus scire iudicia & ex nostro arbitrio illius sententiæ præiudicare. Aliquando preiudicare est nocere.Idem contra Vigil.Paucorum culpa non preiudicat religioni. Preiudicium vt inquit Asco.dicitur res quæ cum statuta fuerit affertur iudicaturis exemplum quod sequantur.Iudicium autem res quę causam litemq; determinat.Quint.Preiudicia sunt a rebus iudicatis quę pares fuerunt,aut ex iudicijs ad ipsam causam pertinentibus,aut ab eiusdem causę pronunciatione,preiudicium ergo quod in eadem causa vel simili prius est latū Vlpi.Interdum euenit vt preiudicium iudicio publice fiat Laurentius Valla.Præiudicium quasi sententia quædam ante iudicium,sicut si essent duo de officio aliquo contendentes,cum lis in longum procedit,magistratus iubet iterea dū sententiam ferat alterum officio fungi quasi iudicans iā nūc se pro ea parte sentire penes quē esse vult rem de qua litigatur.Et hoc preiudicium dicitur quod possidētem adiuuat & obest excluso.

✻Preiuro,ante alios iuro,a quo preiurator præiuratrix & p iuratio,quam ij facere dicuntur,qui ante alios conceptis verbis iurant.Cc.

¶Prelicenter nimis licenter.Gellius.Quam verba finxit prę licenter.

¶Præloquor pen.cor.ante siue prius loquor.Lactantius lib. iiij.Daniel quoq; similia prelocutus est.

¶Prælum a præ & luo componitur eo quod ex humore fluenti præluatur.i.madefiat.Sunt enim prela proprie trabes in torculari quibus vua calcata premitur. Torcular tota structura lacus qui mustum continet,quamuis sępe ponatur pro ipso torculari.Hiero.in prolo.Salomonis.Necq; ic noua cudimus vt vetera destruamus.Et tamen cum diligentissime legerit,sciat magis nostra scripta intelligi quę non in tertium vas transfusa coacuerint,sed statim de prælo purissimę commendata teste suum saporem seruauerint.

¶Prelium a prælo quidam deducunt,quia sicut in prælo humor vuarum,ita in prælio sanguis hominis fluat. Quidam a premendo q; dimicando se inuicem hostes premant.Et est conflictus qui fit in bello. Verg.autem honeste prelium pro coitu posuit cum de equo ętate confecto loquitur.Si quando ad p̄lia ventum est.Nam & in coitu dimicatio quędam esse videtur.

¶Preliaris & hoc præliare quod ad prælium pertinet. Vnde præliares dies quibus fas est hostem bello lacessere, vel ablata repetere,sed eligere ad pugnandum diem tunc Romanis licebat cum ipsi bellum inferrent. Alioqui cū exciperent nullis obstabat dies quo minus vel salutem suam,vel publicam defenderent dignitatem.

¶Prelior aris,dimico.Cęsar lib.v. Equestribus prælijs sæpe ex equis desiliunt,ac pedibus præliantur,equosq; eodem remanere vestigio assuefecerunt. Dicimus etiam Ego prelior prelium.Hieron̄y.libro.i.Rz. Quia prælia domini tu p̄liaris.

¶Preliganeum vinum apud Catonem a preligando dicitur.

¶Præludo ante ludo.Verg.lib.iij. Georg. Et sparsa ad præsidam præluditarena.

✻Præludium dicitur illa modulatio vocum quæ ante initiū cantus fieri solet,quę & precentio dicitur.Cc.

¶Preluo is,ante purgo siue ante fluo.

¶Prelumbo as,lumbos prefringo. Neuius. Cœpit vnum quemq; prelumbare fustibus.

¶Premando as,ante siue prius mando.Vatinius Cice.Dicitur mihi tuus seruus Anagnostes fugitiu⁹ Naidacis esse de quo tu mihi nihil mandasti,ego tamen terra marique vt conquireretur premandaui.

¶Præmaturus a,um,simile ac dissimile est huic nomini præcox.Est enim præmaturus antequam fit maturus collectus, vt poma prematura,id est nondum matura. Et per translationem prematura ętas,præmatura legatio,præmatura elocutio,hoc est immatura,q̄quam maturum ipsum in frugib⁹ proprie dicatur.

¶Premeditor prius meditor.Cice.lib.ij. ad Hæren. Si reus nihil horum fecerit accusator dicetur eum vsq; præmeditatū fuisse quid sibi esset vspi venturum.

¶premercor prius emo.plaut.in epi. Ædepol ne istam tempore gnato tuo fumus premercati.

¶premetium,a premeto verbo quod significat ante seu prio meto seco vel precido quod prelibationis causa premetitur. Erat enim quod de spicis quas primo metendo collegissent Cereri sacrificabant.

¶premitto ante mitto.plaut.in Am.Mea porta premisit domum,vt hęc annuntiem vxori suę.

¶premium est quod in ludis proponitur dandum ei qui fortiter fecerit,vel qui in aliquo certamine victor euaserit. Differtq; a pretio, q; premium solum pro recte factis datur. pretium vero etiam pro male factis.Sallu. Vicit tamē in senatu pars illa qui vero pretium aut gratiam anteferabant. Liuius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Si malos imitabor, tum pretium pro noxa dabis. proprie tamen pretium est quod datur pro re empta. Terent. pretium sperans illico producit ac vendidit. Sunt qui prœmium dicãt quasi prœuium, q ia primo proponitur quod dandum est victori deinde certatur. Aliquando prœmium pro pecunia ponitur. Nœuius. Sine prœmio sum. Marsupium reliqui domum Hinc prœmiosus pro pecunioso. Actius. Diuitem ac prœmiosum auum. prœmiator prœdo. Nœuius. In scœna vos noctur nos cœpit prœmiatores tollere.

¶ prœmodum, prima syllaba acuta signif. cat supra modum Gel. parentes inquit prœmodum.

¶ prœmoderor antemoderor. Gel. Cretenses quoq; prelia ingredi solitos prœcinente ac prœmoderante cithara gressibus.

¶ prœmonstro antemonstro. Hiero. Nemo apprehẽdet illud nisi ego prœmonstrauero.

¶ prœmoneo es, pen. cor. ante moneo. Col. lib. i. Ideo prœmoneo ne vilicum ex eo genere seruorum qui corpore placuerunt instituamus.

ǒprę manibus, in promptu, & ad manum. Gel. Quod prema nibus est ponemus. Apul. Et es, si forte prœmanu non fuerit nemo eum expirare patietur.

¶ prœmordeo es. Gellius. plautus ĩ Tri. neq; prœmordisse dixit, sed p̃morsisse. Ni fugissem inqt mediũ credo p̃morsisset.

¶ prœmorior quasi ante tempus morior. Hierony. ad Marcellam. Et cum quotidie secundum corpus loquor prœmorior ĩ cęteris, non nos perpetuos æstimemus vt possimus esse perpetui. Idem ad Eusto. pro simplici posuit. In frigido corpore & ante hominem suum iam carne prœmortua sola libidinum incendia bulliebant.

¶ prœmunio is, penul. prod. prius munio aut prius induo Cicero pro Cœlio. Quamobrem illa quę ex accusatorum oratione prœmuniri iam & fingi intelligebant frętus vestra prudentia non pertimesco.

¶ prœnarro ante narro. Terent. in eun. Recte sane interrogasti, oportuit rem prœnarrasse me.

¶ Prœneste generis neutri. Et hæc Prœnestis nomen vrbis in Latio, ꝙ locus in quo sita est mœnibus prœstet. Et sic cũ diph. scribitur. Serui. ἀπὸ τοῦ πρίνου hoc est ab ilice quę ibi abundat deducit. Soli. a Prœneste Vlyssis nepote & latini regis filio. Olim Polystephanos dicta, i. multarum coronarum. Lege Plutarchum. Quidam a Cœculo Vulcani filio conditam ferunt super Aretino monte. Verg. lib. vij. Nec prœnestinę fũ dator defuit vrbis. Vulcano genitum pecora inter agrestia regem Inuentumq; focis omnis quem credidit ætas Cæculꝰ Et illud. Cum primam aciem prœnestæ subista straui. In hac fuit fortunę templum illustre vnde certa edebantur oracula. Syri. Sacrisq; dicatum Fortune Prœnestę iugis.

¶ Prœnomen. Vide in dictione Nomen.

¶ Prœnoto as, penul. cor. ex prę & noto, ante noto, inscribo. Noto vero frequentatiuum est a Nosco. Hiero. in prologo lib. Reg. hoc verbum difficile per facile declarauit cum ait. Quintus est canticum canticorum quem titulo Sirasirim prę notant. Sextus ẽ Daniel. Septimus Debreiamin. i. verba dierum, quod significantius Chronicon totius diuinæ historię possumus appellare. Qui liber apud nos paralipomenon scribitur.

¶ Prœnuncio ante nuntio. Terentius in Phormi. Abi ac prœnuntia hanc venturam.

¶ Prœoccupo as, pen. cor. ex prę & ob & capio. Videĩ dictione Occupo.

*Prœoccupatio vide Occupatio. Cc.

*prepesinthus insula vna ex Cycladibus. Cc.

¶ Prœopto ante siue prius opto. Terent. Adeon peruicacies animo vt puerum prœoptares perire.

¶ Prœparo pen. cor. ante paro, quę mihi vtilia forte credo. Cicero lib. iij. offi. Facile totius vitę cursum videt, ad eamq; dirigendam prœpart res necessarias

¶ Prępedio is, pen. cor. ex prę & pedio, significat prius pedibus deuincio, per translationem vero quasi pedibus vehementer obligo. Hierony. ad Helio. Neq; vero scio quare nũc dicas compede prępediri. Plaut. in cas. Timor prępedit dicta linguæ. i. valde impedit.

¶ Prępedimentum antepedimentum, plaut. Non fallaciæ p̃pedimentum obijciatur.

¶ Præpeto tis, ante vel prius peto. i. vado habet pe. cor. Festꝰ præpetere dicebant pro anteire, hinc præpes.

¶ Præpes etis, generis omnis idem quod velox. Vergil. Et præpetis omnia pennę. Volunt pleriq; hoc nomen significare velocitatem in altum volantis. Dicebãtur & præpetes ab auguribus aues quæ oportune præuolabant, aut idoneas sedes capiebant, vt inquit Hygin. Alij volunt esse quæ ingentibus & patulis & porrectis alis volitant.

¶ Præpilatę hastę sunt quę ferreas habent cuspides quasi prę ferratæ, præpilatum etiam dicitur vbi non est ferrum si modo in mucronẽ acutũ sit, vt cornua locustarum quibus natãt.

¶ Præpinguis valde pinguis. Col. lib. iiij. Itaq; non ẽ vineis apta vix etiam arbusto nisi prępingui & viuida terra.

¶ Præpono antepono p electionem. Lactan. li. vi. Quisquis autem prœsentia bona pręposuerit iustitiæ, hinc prępositi qui rebus aliquibus prœfecti sunt. Interdum prœponere est prius ponere tempore præcepto. Sallust. in Iug. Vbicunq; res postulabat præsidium est prępositum.

¶ Prępositerus a, um, pen. cor. Vide in dictione Posterus.

¶ præproperus a, um, valde seu nimis celer. Cicero. Treba. Sed ex tuis literis cognoui prępropera quandam festinationem tuam.

¶ Prępondero magis pondero, per translationem vero præpõderare significat pluris esse siue pluris æstimari debere. Gel. Nam cum in rebus aut paribus aut non longe secus vtilitas amici & honestas nostra consistit, honestas procul dubio prępondérat. Amb. ad Simplici. Præponderant futuris præsentia, & violenta moderatis, & plura paucioribus, & iucunda serijs, & asperis mollia, & tristibus læta, & illecebrosa rigidioribus, & prępropera tardioribus.

¶ Præputium, pellis quę glãdem hoc est summam colis partem tegit, dictum ꝙ membris putentibus prœemineat. Vel a præputando. Nam illam Iudęi p̃putant, quam quia retinebant gentiles pręputium dicebantur quasi pręputiati, hoc nomine improperabant eis Iudęi non eos simpliciter immũdos sed ipsam immunditiam vocantes.

¶ Præripio is, pen. cor. antecapio prœoccupo. Plaut. ĩ cas. Huc venisti sponsam prœreptum meam? Hic prę ad temporis & personæ antecessionem referri potest. Aliquando temporis. Cic. lib. i. offi. Facile celare tacere dissimulare insidiari prœcipere hostium consilia, id est prœoccupare siue prœnoscere aut prœuenire. Plinius Iunior lib. de viris illustribus. Immatura mors te prœreptus non potuit prœstare qualem promiserat regem. Aliqñ dignitatis non temporis antecessionem denotat. Ci. pro gallo. Demosthenes tibi p̃ciuit ne esses primus orator.

¶ Pręrodo pen. prod. vehementer rodo. Colu. libro tertio. Nam si sępiꝰ cacumina manu p̃fracta, aut a pecore p̃rosa fuerint in perpetuum corrumpuntur.

¶ Pręrogo as, pe. cor. ante impendo. Hieron. in quodam sermone. Tu prœrogata cunctis virginum cateruis tu sequeris agnum quocunq; perrexerit. Hinc prœrogatiua.

¶ Prœrogatiua æ, p̃stantia & antelatio qua quis aut p̃fertur aut p̃ferri alteri debet. Paul. Iureconsul. Veteranorum priuilegium inter cętera etiam in delictis habuit prœrogatiuam vt superentur a cęteris in pœnis, hoc est cęteris prœferantur. Nec ad bestias itaq; veteranus datur, nec fustibus cędítur. Amb. in pasto. Nec prœrogatiuam mihimet scientię si hęc meis consacerdotibus charitatis intuitu prœrogem vendicabo. Dicit & p̃rogatiuum. Cice. pro Mure. Etenim si tanta illis comitijs religio est, vt adhuc super omne p̃ualeat p̃rogatiuum, quid mirum in hoc felicitatis famam sermonemq; valuisse.

¶ prœrumpo prius rumpo, prius excido. Aug. Hæc qui facit p̃rupto passionis muro violẽter ad celorũ regna cõscendit.

¶ prœruptus disiectus auulsus. Vergil. lib. iij. Geor. Adde tot

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

egregias vrbes operumq; laborem. Tot congesta manu præ
ruptis oppida saxis. Colu. lib. iiij. Præruptior vero collis vel
in quatuor pedes vertendus.

¶ Præs dis, sponsor qui se obligat, interrogatusq; a magistra
tu an præs sit, ille respondet præs, hoc est se prædem esse hoc ē
promittit se si quid incommodi fiat plene satisfacturum a p̄
stando dictus, quia tam debet præstare populo quod promi
sit quam is qui pro eo præs factus est. Asco. prædes dicuntur
satisdatores locupletes pro re de qua lis est apud iudicem ne
qui tenet diffidens causę possessionem deteriorem faciat. Dif
ferunt autem p̄des a vadibus. Q m̄ Vas appelletur qui alij
vadimoniū promittit, & proprie datur in re capitali. Præs ve
ro in lite nūmaria. Auson. Quis subdit in pœnam capitalis
supplicio? Vas. Quis cum lis fuerit nūmaria? quis dabit p̄s.

¶ Præsagio is, pe. pro. iui, itū, ex præ & sagio significat ante sē
tio. Propert. Venturam melius præsagit nauita noctem. Cice.
lib. ij. de diui. Neq; enim verbum consuetudo approbasset, si
ea res nulla esset omnino, præsagibat animus frustra me ire
cum exibam domo. Sagire enim est acute sentire, ex quo Sa
giarij qui multa scire volunt, & Sagaces dicti canes Is igitur
qui ante sagit q̄ oblata res est, dicitur præsagire id est futura
ante sentire. Inest igitur animis præsagitio extrinsecus intecta
atq; inclusa diuinitus. Inuenitur etiam præsago as, a quo præ
sagatio, & præsagor eris pro p̄sagio, seu pro diuino. Plaut. in
Bac. plus præsagitur mali.

¶ Præsagus a, qui vel quę præsagire nouit. Claudia. Heu mēs
p̄saga futuri. Sagę autem dictę sunt anus quæ multa sciunt,
præsagium præsensio diuinatio.

¶ Præscio ante scio a quo præscientia scientia de futuris. Hinc
præsco, præscius a, um, August. libro. v. de ciui. dei. Confite
ri deum esse, & negare præscium futurorum, apertissima insa
nia est. ō Theologi neoterici dicunt p̄scire est aliquem dānan
dum scire prædestinari vero saluandum deputare, sed Aug.
in quodam sermone in bonum accepit præscire, cum inquit
Christus venire debuit videndus occidendus & lucrandus
eos quos ante præsciuit.

¶ Præscribo ante siue prius scribo. Cicero Seruio. Sic enim præ
scripsimus iis quibus ea negotia mandauimus. Interdum p̄
scribere significat prænotare intitulare inscribere Hæc enim
quatuor tituli significatione sumuntur. Hierony. in prologo
Salomonis. In canticis autem canticorum nec filius Dauid,
nec Rex Hierusalem præscribitur. Ver. Nec phœbo gratior
vlla est, Q; sibi quę vari præscripsit pagina nomen. Inde præ
scriptio titulus. Idem Hieronymus in prologo psalmorum.
De iis autem qui sine titulis sunt, traditio uero talis est, vt cu
ius auctoris præscriptio præcesserit, cęteri qui in titulo sequun
tur, ipsius esse credantur. Cic. lib. i. offi. Ex quo fit vt ager Ar
pinas Arpinarum dicatur. Tusculanus Tusculanorum, simi
lisq; priuatarum possessionum præscriptio, ex quo quia suum
cuiusq; fit eorum quę natura fuerant communia, quod cuiq;
contigit id quisq; teneat. Interdum significat præcipere deter
minare legem ponere. Idem lib. iij. offi. Sed hoc natura p̄scri
bit vt homo homini quicunq; sit ob eam ipsam causam q;
is homo sit consultum velit, necesse est secundum eam natu
ram omnium vtilitatem esse communem. Lactan. lib. vi. Id
autem ipsum benefacere quid sit idem ipse præscribit præsta
re auxilium depressis & laborantibus, impertiri victum non
habentibus Var. Quoniam præscriptum erat ne quis Angi
portum transgrederetur. Secundum hanc significationem p̄
scriptum & præscriptio pari modo pro præcepto vel ordine le
ge regula seu forma sumuntur. Tractum vt docet Porphy
rio a magistris ludi qui scripta pueris dant præcipiuntq; imi
tari. Sene. lib. iiij. epistolarum. Pueri ad præscriptum discunt.
De præscriptione Cic. lib. iiij. Tusc. Omnium autem pertur
bationum fontem esse dicunt intemperantiam quæ est a to
ta mente a recta ratione defectio sic auersa a præscriptione ra
tionis vt nullo modo appetiones animi nec regi nec contine
ri queant. Interdum præscribere est ponere. Terent. in And.
Tu ipse his rebus finem præscripsisti pater prope adest cum
alieno more viuendum est mihi. Interdum præponere. Cice.
in Cato. At senatui quæ sunt gerenda præscribo, & quo mo
do Carthagini male tam diu cogitanti bellum īferatur, mul
to ante denuntio. Interdum prænunciare siue prędicere. Idē
in Vati At ibi idem præscribo ne tuas sordes cum clarissimo
rum virorum splendore permisceas.

¶ Præseco as, pe. cor. p̄secui præfectum prius seco, Colu. lib.
iij. Radice in arundinis acuta falce per sectam impendenti plu
uia disponito. Accommodatur quandoq; immolationi. Liu.
lib. v. Inseritur huic loco fabula immolante rege venientiſ
vocem haruspicis dicentis qui eius hostię exta præsecuisset
ei victoriam dari exauditam. Sue. in Aug. Nunciata repente
hostis incursione semicruda exta rapta foco præsecuit, atque
ita prælium ingressus victor redijt, i. partem reddidit Marti
partem ad vescendum reseruauit.

¶ Præsegmina partes corporis incisæ, vel amputationes rerū
superfluarum. Vnde quæ ex vnguibus animalium scindun
tur præsegmina vocantur. Plautus. Cum ipsi pridem tonsor
vngues dempserat collegit, omnia abstulit præsegmina. Hu
ius significationis est Resegmina Plin. lib. xxviij. Omnia per
secuti sumus vsq; ad resegmina vnguium.

¶ Præsideo des, pe. cor. differt a præsum licet quandoq; indif
ferenter ponantur q; præesse generaliter cuilibet etiam vili
officio præesse potest. Præsidere maioris aut quasi maioris au
ctoritatis semper est. Nec mirū cū a sedeo componatur, qđ
p̄se fert quandam dignitatem, vt præses sit quasi iudex vel q̄
si princeps, ideo præsidens & præstans omnibus, vt iustitiæ
subueniat & oppressis opem ferat. Cic. Quamobrem vos dij
patrij penates qui huic vrbi atq; imperio præsidetis. Sue. Præ
sedit & Actiacis ludis, i. præfuit.

¶ Præses a præsideo sicut Reses a Resideo, deses a desideo. Et
is est qui maius in prouincia imperium habet omnibus post
principem. Aliquando dicitur auxiliator & defensor. Liuius
Dij deæq; qui capitolium incolitis siccine vestrum militem
ac p̄sidem finitis vexari ab inimicis.

¶ Præsidium proprie dicitur præfectus aliquis cum parte mi
litum qui ad custodiam defensionem arcis vel personæ vel
oppidi præsidet. Dictum præsidium authore Varro. quia ex
tra castra præsidebant in loco, aliquo quo tutior legio esset.
Vnde sæpe legimus præsidium Hannibalis Capua Tarēto,
Rhegio pulsum est. Cęsar. Eo opere facto præsidia disponit,
castella communit, quo facilius si se inuito transire conaren
tur prohibere possit. Iureconsulti de re militari. Qui reliquit
præsidium, peccatum desertionis incurrit. Desertor autem ca
pite puniri solet, quamuis non omnes desertores similiter pu
niendi sint. Per translationem vero omne auxilium & salutis
propugnaculum præsidium dicitur, quam vulgo munitio
nem dicere solemus. Auxilium vero ab aduentu cum acceſſe
rint ei cui adiumento sunt alienigenę. Subsidium dictum a
triarijs qui in acie tertio ordine extremis subsidio ponebā
tur, q; subsidebant, ab eo subsidium appellatum. Plaut. A
gite subsidite omnes quasi solent triarij. Inde subsidium est ad
impetus hostium sustinendos cum sua non possint vi obsi
stere mitti dicitur vulgo Succursum dicimus. Cęsar de gestis
in Italia. Ad eum mittit nisi subsidium sibi summittatur, sese
diutius sustinere non posse. Multæ tamen sunt translationes
& mitigationes in alienum locum, vt cum inquit Cæsar his
difficultatibus duæ res erant subsidio, scientia atq; vsus mili
tum. Sed nunc de proprietate loquimur. Suffragia enim in
concionibus & declarandis magistratibus dicuntur. Opem
ferre est pene destitutos adiumēto aliquo subleuare, sicut sup
petias ire & occurrere suppetias, est fere subsidio ire. Hirtius
de gestis Cęsaris in Aphrica. Elephantisq; turritis interpositis
armatisq; suppetias ire contendit. Et paulopost. Labienus
cum vniuerso equitatu fugientibus suppetias occurrit.

¶ Præsidiarius a um, quod paratur vt p̄sidio sit. Colu. lib. v.
Et præsidiarij malleoli propagandi sunt.

¶ Præsertim aduerbium significat p̄cipue, hoc est ante alia.

¶ Præstes itis, idem est quod præses antistes. Nam antiqui sic

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prẽstites dixerunt, vt nunc antistites.

¶ Prẽsum ante alios sum, vt homo cęteris animantibus prę est, i. ea superat vel antecedit. Et prẽesse significat prẽfectum esse, Sal. Et pro cuiusq; opibus Romæ per totam vrbem vigiliq; haberentur, hisq; maiores magistratus prẽessent.

¶ Prẽsens a prẽsum fit sicut a possum potens, ab absum absens, & proprie significat quod nunc fit, vel sine mora. Aug. lib. xi. de ciui. dei. prẽsentia nuncupantur q̃ ita ea dicimus esse prẽsentibus, sicut prę oculis quę presto sunt oculis. Verg. prę sentemq; viris intentant omnia mortẽ. Ambro. ad Simplici. Moyses ille quo nemo deum vidit prẽsentior. Q̃nq; prẽsens dicitur non quod nũc fit, sed q̃ nũc fiebat, id est tẽpore illo tunc pẽsenti. Cice. Ego incolumitati ciuium primum & postea dignitati, ille præsenti potius quã futurę dignitati cõsulebat. De mortuo loquitur. Ego non nunc prẽsenti sed tunc. Sic capitur in præsens, ĩ prẽsentia & im prẽsentiarum quę significãt præsenti tempore, hoc est quod vel præsens est, vel fuit, vel erit, pro tempore illo præsenti. Sal. Si causa peccandi in pẽsens minus suppetebat. Hora. plęraq; differat & prẽsens in temp⁹ omittat, id est in suum tempus. Terent. in phor. prouisum est ne in prẽsentia hęc hinc abeat Cai⁹. Cęsar suos a prælio continebat ac satis habebat in prẽsentia hostem rapinis prohibere Cic. lib. ij. ad Heren. Im pẽsentiarum hoc interferere non alienũ fuit vt huius instantię garrulam disciplinam contemnerem⁹ Hiero. in Leui. Septem diebus finitur consecratio sicut impresentiarum factum est. Nam illud quod Valla ait. lib. iiij. ĩquit In rem prẽsentem non tẽpus sed locum significare, vt apud Cic. lib. offi. Vt si constitueris cuipiam te in rem prẽsentem esse venturum, id est ad locum de quo est controuersia, hoc nõ fit ex vocabulo prẽsentem, sed ex re q̃ pro loco capitur. prẽsentem vero proprie q̃ prẽsentatur siue sita est in loco ipso vt cũ de finibus agrorum controuersia est, vt dicitur vulgo. Supfactum ipsum iuimus, i. super rem ipsam de qua est controuersia. Veruntamen in rem prẽsentem, pro loco ita accipi debere non puto, vt etiam de re alia q̃ de loco non possit intelligi, vt cum de aliqua re in iudicio contenditur, si quis in rem ipsam prẽsentem id est cum prẽsentatur & agitur coram iudice aduocatus alicui nõ venerit. Q̃nq; pẽsens significat quod dammodo prẽstans & potẽs quasi pẽsit. Et ideo pẽstãs sit, quia statĩ opet. Prẽsentius pẽstãti⁹, pẽsentissimũ pẽstãtissimũ. vt apd Verg. Quo non præsentius vllum. Vñ præsentissimũ periculũ, pẽsentissima medicina, prẽsentissimũ remedium, pẽsentissimum venenũ id est potens & in primis efficax. Quod etiã prẽsentaneum vocatur. Plin. lib. xx. Idem podagris cum articulorũ morbis decoctũ aceto illinũt prẽsentaneo remedio suspiriosis, pdest pẽsensq; q̃ statim aut sanat aut occidit. Q̃nq; pñs ponit pro forti. Teren. in phor. Animo virili pẽsentiq; vt sis para. Q̃nq; ꝓpropicio, qm̃ is q̃ pẽsens est nobis propitiatur facile si inuocetur, & citius q̃ is qui pẽsens non est. Ver. lib. i. Georg. Et vos agrestum prẽsentia numina fauni, i. propicia quorum prẽsentia fauor est inquit Ser. Terent. in phor. Non tu hunc habeas prẽsentem deum. Veteres præsente ꝓ pẽsentibus dixerunt. Pompo. Qui apud forum præsente testibus mihi vendidit.

¶ Prẽsentia tię. Sal. Tum M. T. consul siue pẽsentiã eius timens siue ira commotus, orationem habuit luculentam atq; perutilem reipub. quam postea scriptam edidit.

*Præsente pro præsentibus, sicut absente pro absentibus lectum est, locutio tamen minus latina Cc.

¶ Prẽsento tas, quasi prẽsens facio. Quint. lib. xi. Frustra docemur si quicquid audiuimus præterfluat, & exemplorum legem responsorum dictorum beneq; factorum quæ velut q̃s dam copias quibus abundare quasq; in promptu semper habere debet orator eadem illa vis non prẽsentat. Huius cõpositum est repręsento, quod est rursus prẽsento, & interdum ad mẽtem reuoco. Cicero. Curioni. Dies promissorum adest q̃ etiam repręsentabo si aduenerit.

¶ Præsentaneus a, um, quod in præsens subito fit. Lactant. lib. de ira dei. Dixeram non esse iram dei temporalem sicut hominis qui pẽsentanea commotione feruescit. Sic pẽsentaneũ remedium quod statim sanat, de quo supra.

¶ Præsepe is, pe. pro. & pẽsepiũ & prẽsepes, fœ. generis a præsepio deducitur. Plaut. Præsepes mea est. Var. Cõtra illic laudabatur villa si habebat culinam rusticam bonam præsepes laxas. Prẽsepe aũt stabulum dicitur in quo equi muli & cætera animalia continentur. Verg. Ignauum fucos pecus a prẽsepibus arcent. Idem. Stabant trecẽtum nitidi in prẽsepibus altis. Præsepe etiam quandoq; lupanar dicitur. Cice. in piso. Verum audis in præsepibus, audis in stupris, audis in cibo & vino. Aut regulæ. Hora. Scurra vagus non q̃ certum præsepe teneret. Præsepium vero locus in quo pabulum animalibus porrigitur. Apul. lib. vi. met. Prẽsepium meum horreo passim repleri iubet, fœnunq; bactriano camelo sufficiens apponi. Col. in stabulo sint ampla prẽsepia. Lignum vero ad quod equos capistris (ita enim ipsa lora dicuntur) religare solemus non aliter q̃ ad ansulam vel vncinum Vacerra nominatur. Hiero. in sermone de virginis assumptione & prẽsepe & præsepium vsurpauit pro loco in quo pabulum animalibus prębetur. Ad præsepe inquit nato puero multitudinem angelorum cantantem aud. sti. Et paulopost. Cũ eisdem magis deũ puerum in prẽsepio adorasti. Præsepia numero plurali, parua nubecula in cælo, q̃ in ea asselli stabulari videantur. Plinius. Sunt in signo cancri duæ stellæ paruę asselli appellatę, exiguũ inter illas spacium obtinente nubecula quam prẽsepia appellant. Hæc cum cælo sereno apparere desierit, atrox hyems sequitur.

¶ Præsentio ante vel prius sentio. A quo prẽsentisco quo frequentius vtuntur auctores. Plaut. in Amp. Nunc me legio prẽsentiscat dum illuc redeundum est mihi. Terẽ. in heau. Et ea gratia secum adduxisse ne id tu prẽsentiscere.

¶ Prẽstino as, pen. cor. a prę & stino significat prẽparo pordino. Plaut. in epist. Vt ei prẽstines argentum prius q̃ veniat filius. Vide rursus paulopost.

¶ Prẽsentiscois, Vide in dictione pẽsentio de quo modo.

*Prẽsiderare dicimus cum maturius hyberna tempestas mouetur, quasi ante syderis tempus. Cc.

¶ Præstituo prius statuo pẽscribo prędestino. Ouid. Dixsum mũ prẽstituere diem. Lact. lib. vij. Alter ad prẽstitutum tempus cum iam sponsor eius diceretur prẽsentiam sui fecit.

¶ Prẽsto as, pẽstiti pẽstitũ & præstatum. Vñ & pẽstaturus, significat multa. Nam cum accusatiuo iungitur, significat excello supero. Quin. lib. i. prẽstat tamen ĩgenio alius alium. Quandoq; non exprimitur accusatiuus, sed subintelligitur quamuis datiuus etiam posset intelligi, vt apud Sal. Primũ omnium qui vbiq; probro, atq; petulãtia maxime prẽstabãt Colu. lib. ij. Quis candore prẽstet, pondere tamen vincitur. Si datiuus subintelligatur significabit antecellere quod datiuo construitur. Si accusatiuus excellere. Cice. lib. i. offi. Quorum vero patres aut maiores aliqua gloria præstiterũt, ij studient plærunq; in eodem genere laudis excellere, hic more suo verbum quasi difficile per facile aparuit, prius prẽstiterũt ponens postea excellere. Dtõ. Terent. in Eu Homini homo q̃ⁿ prẽstat quod id est quantum pẽstat hoc est antecellit. Cicero in Læl. Namq; hoc prẽstat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate beniuolentia tollipotest, ex amicitia non põt Sal. tamen vsum ablatiuo censeo. Omnes homines qui sese studeant pẽstare cęteris animantibus. Hic enim pẽstare interpretor, præstantiores reddere. Et iden ablatiuo iungitur quoniã comparatiue fiat. Illud autem in primo offi. Difficile est aũt cum pẽstare omnibus cupiueris seruare æquitatem quæ est iustitię maxime propria, prẽesse vel pẽsidere significat. Ideo datiuo non ablatiuo iungitur. Quandoq; præstare est satisfacere seu cautionem dare. Et est verbum iurisconsultorum qui scribunt prẽstandum esse dolum, prẽstandam noxam, & alia consimilia. Cice. lib. iij. offi. Quicquid esset ĩ prędio vitij id stare oportere, Quandoq; concedere. Idem in eodem. Si autem non omne dictum prẽstandum est, quod dictum non est, id

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prestandum putas? Quandoq; facere. Idem. Emptorem indemnem prestare oportet. Quandoq; beneficium dare. Pli. Plura hic mihi prestitit q̄ parentes, Quandoq; cauere fugere timere. Torqua. Simus igitur ea mēte quam ratio & veritas prescribit, vt nihil in vita nobis prestandum preter culpam putemus eaq; cum careamus humana omnia placate ac moderate feramus. Quandoq; re ipsa perficere siue persoluere. Idem. Et quoniam prestitimus quod debuimus moderate q; euenit feramus. Lactan. lib. iiij. Homines malunt exempla q̄ verba, quia loqui facile, prestare difficile. Quandoq; Tribuere. Liuius lib. vi. Pacem quam nos præstitimus eam a vobis petimus. Lactan. lib. i. Quid tales dij prestare hominibus possunt? Quandoq; exhibere, reddere, rep̄sentare, & tunc habet accusatiuum reciprocum. Cice. Lentulo. Sed prestate eū qui mihi a teneris vt greci dicunt vnguiculis est cognitus. Aliquando etiam sine accusatiuo reciproco. Idem. Terent. Neq; legis improbissimę pœna deductus est quo minus hospitij eius officiū q; p̄staret. In tertia vero persona singulari significat melius est. Sal. Quousq; patiemini tandem o fortissimi viri? Nonne emori per virtutem p̄stat, q̄ hanc vitam miseram atq; inhonestam vbi alienę superbię ludibrio fuerimus per dedecus amittere.

¶ Prestantia excellentia, a prestans fit. Gel. lib. i. Scite subtilis terq; ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit in reperienda modulandaq; status longitudinisq; eius prestantia.

¶ Prestabilis excellens. Gel. Chilo præstabilis homo sapientię Et prestabilis qui facile præstat, hoc est donat & remittit, vt est illud propheticum. Quia benignus & misericors est præstabilis sup malicia. Itē prestabile quod prestari potest.

¶ Presto aduerbium vt puto loci, quod iungitur verbo sum vel fui & aliquando Adsum. Habetq; easdem significationes quas adsum vt significet presens sum, presidio sum, faueo iuuo. De primo. Cic. pro lege Agraria. Publi. Seruilius Rullus tri. ple. decēuir dicit pompeio salutem. Te volo curare vt mihi summopere presto sis auxiliumq; adducas dum eos agros quos tuo labore cœpisti ego mea lege vendam. De secundo. Idem pro Murę. Ius ciuile didicit multum vigilauit, laborauit, multis presto fuit. Item presto esse significat aduenire siue comparere. Idem ad Hæren. Hirundines estiuo tempore præsto sunt, hyeme pulsæ recedunt.

¶ Prester genus serpentis venenati qui alio nomine Dipsas dicitur. Vnde apud Pli. lib. xxij. Hęmorrhoidum & prester ū. Luca. Oraq; distendens auidus spumantia prester. Est & p̄ster ventus turbo dum ardentior & accēsus fuerit vniuersa ambiens ac proterens.

ō Præsiega locus vbi oci causa sunt sub tecto tantum patula reliqua parte tanquam sub porticu.

¶ Præstolor pe. pro. ex pre & stolor. Stolor autem a sto deducitur. Nam festus inquit. Prestolari is dicitur qui ante stando ibi quo venturum excipere vult moratur, prestolari igitur significat manere expectare. Plaut. Dum eum domi prestolor adolescens aduenit. Cic. lib. ij. inuecti. d tō iunxit. Qui tibi ad forum Aurelium p̄stolarentur. Alias prestolari significat p̄sto esse vt inquit Do. & parere atq; obsequi.

¶ Prestringo ante stringo seu valde stringo Lactant. lib. vij. Tum quorum peccata vel pondere vel numero prævaluerit prestringentur igni atq; comburentur. Interdum prestringere est claudere obtenebrare. Verbum a prestigiatoribus trāslatum qui aciem oculorum suis vaframentis prestringere cō sueuerunt. Vnde prestigium, cuius inuentor fuit Mercurius. Cice. Existimat se gemmę nitore & auri splendore aspectus omnium prestringere. Interdum attingere. Idem de signis. Ignoscite, rei magnitudo me breuiter præstringere atrocitatem criminis non sinit. Interdum radere. Idem in Phil. Cuius quidem portam Capuæ pene prestrinxisti.

¶ Prestigiator dicitur qui circumastantibus ita, oculorum aciem prestringit, vt non aduertāt dolum. Qui & prestrictor vocatur. Dicitur & præstigiatrix apud Plaut. in Amp. Quidam prestigiator dici putant a stygę & tenebris/ q; ita actē oculorum prestringat vt res aliter videri faciat quam sint. Varro a scientia dici putat.

¶ Prestigium seu prestigię incantationes, delusiones, quę q̄m dexteritate aliæ appareant q̄ re vera sint, illi qui eas faciunt dicuntur prestigiatores. Hiero. Nolite potētiam domini magorum prestigijs adæquare.

¶ Prestruo is, Prius ordino ædificove. Colu. libro. i. Quippe ab imo prestructa valenter resistent contra ea quæ postmodū superposita incumbent.

¶ Presideratio est cum maturior tempestas hyberna præpropero rigore improuiso opprimitur.

¶ Presul a presilio is, fit quod est ante salio, & is appellatur apud antiquos qui primus erat inter salios matris sacerdotes a saliendo dicti in portandis ancilibus. Hinc præsulatus pro ipsa dignitate.

¶ Presultor qui saltantium choream ducit.

¶ Præsulto as, ante salto. Liu. li. vij. Si tu permittis volo ego illi beluę ostendere q̄n adeo ferox p̄sultat hostiū signis me ex ea familia ortum q̄ gallorū agmen ex rupe tarpeia deiecit.

¶ Præsumo is, prius sumo. Plin. lib. xxxvi. Theophrastus auctor est potores in certamine bibendi p̄sumere farinam, eius. s. lapidis. Per translationem p̄sumere est temere audere. Hie, Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi presumunt lacerant, docent anteq̄ discant. ō Præsumere animo est præsagire. Val. libro primo. Armis cum collega suo Cinna dissidēs presumpsit animo ea rē significari exitum suum.

¶ presumptio ante sumptio. Vnde apud rhetores præsumptio dicitur, cum in aduersarij causa vel iudicis opinione. cōtrarium nobis esse aut fore arbitramur preoccupamus dicere & cum ratione dissoluere. Quint. lib. ix. Mire vero in causis valet presumptio quæ προλῆψις dicitur cum id quod obijci pōt occupamus, q̄ precipue proœmio conuenit. plinius orator ad pauli. simpliciter dixit. Ego beatissimum existimo eum qui bonæ ac mansurę famæ presumptione perfruitur, certusq; posteritatis cum futura gloria viuit.

¶ presumptuosus & presumptor in malam partem accipiuntur. Hierony. in prefa. lib. de natiuitate virginis. Res quidem actu non difficilis, sed periculo veritatis admodum præsumptuosa. Idem in prolo. euan. Si autem veritas est quęrenda de pluribus cur non ad græcam originem reuertentes ea quę vel a vitiosis interpretibus male edita, vel a presumptoribus imperitis emendata peruersius, vel a librarijs dormitātibus aut addita sunt aut mutata corrigimus.

¶ presecurresis penul. cor. a dormio dicitur.

¶ præsidiatus. Aug. li. v. con. Supperit amicorum maiorum copia vt nihil aliud festinemus vel presidiatus dari potest & ducenda vxor.

¶ prestino as, pen. cor. emendo teneo. plaut. in Epi. Vt eum p̄stines argento priusq̄ veniat filius.

¶ pretego is. pe. cor. preuelo, ante tego. Lactan. libro quinto. Tum vitia sua capillis & pallio & quod maxime est velamēto diuitijs prætegebat.

¶ pretendo antetendo. Leo papa Non desinit hostis antiqui deceptionis laqueos vbiq; pretendere. Quandoque prefero. Verg. lib. iiij. Geo. Fumoq; manu pretende sequaces. Quandoq; premonstro exhibeo. Lact. lib. iij. Qui contemptus illerum qui magnificis verbis pretenditur. Cice. priuatorum munus est æquo & pari cum ciuibus iure viuere neq; sūmissum & abiectum neq; se efferentem prætendere. Quandoq; pretexo. Verg. lib. iij. ge. Riuos deducere nulla Relig o vetuit, segeti pretendere sepem. Lactan. per translationem lib. iiij. dixit. Ne si fuisset alienigena iustam possent excusationē de lege pretendere, id est allegare.

¶ pretento as, prius tento. Quint. lib. iiij. Sed quid in ingressu parcius & modestius pretentanda est iudicis misericordia.

¶ preter prepositio quę cum a pręfectum scribitur per æ diphthon. Et modo separatur, modo componitur. Separata vim excipiendi habet, & semper accusatiuo iungitur, vt nul-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſum timeo præter deum. Aliquando ſignificat vltra. Quin tilia. Multa erant præter hęc quę obiici merito potuiſſent. Pli. lib. x. Præter hominem ſomniare equos, canes, boues, pecora, capras palam eſt, aliquando ſignificat ante. Cicero. in Ver. Præter oculos ſoli ferebant. Aliquando ſine. Salluſt. Præter rerum capitalium condemnatos. Aliquando contra. Teren. in An. Præter ciuium morem atq; legem. Compoſita vero plęrunq; ſignificat vltra. Et componitur cum dictione incipiente ab e vt prętereo f, vt prętерfluo g, vt prętergradior m, vt prętermitto u, vt pręteruolo.

¶ Pręter ſpem ſignificat exinſperato. Sic pręter opinionem exinopinato, vel contra ſpem, ſeu contra opinionem.

¶ Prętерea aduerbium deductum a pręter, ſignificat vltra ea quæ dicta ſunt. Et interdum habet pronomen tam ſingularis q̄ pluralis numeri incluſum. De ſingulari. Vergilius. Si duo prętерea tales Idea tuliſſet terra viros, id eſt prętер eum ſcilicet Æneam. De plurali. Cice. Lentulo, prætерea quidem de conſularibus nemini poſſum erga te eſſe teſtis, id eſt præter eos. Et non ſolum prętер eum vel eos ſed etiam te, vt te doctum exiſtimo prętерea neminem, i. præter te. Prętер me, vt mihi credis prętерea nemini. Eodem modo prętер nos, p̄ter vos, prętер illos. Et prętерea quandoq; ponitur pro poſtea Verg. prætерea haud ſupplex aris imponit honores.

¶ Prętерq̄ tota vna dictio ſemper requirit prędcedentem caſū quia idem verbum ſubintelligitur, vt nemo id dixit prętерquam Cicero. Nullius id intereſt prętерq̄ patris. Nulli id placuit prętерquā Cęſari. Neminem prætерq̄ prętorem timeo. O vos omnes prętерq̄ plato legite. A nemine prętерquam a Socrate didici. Significat etiam aliter q̄. Liuius libro. i. Vocata ad conſilium multitudine quę coaleſcere in populi vnius corpus nulla re prętерq̄ legibus poterat, iura dedit.

¶ Prętерq̄ q. i. niſi Plin. Omnia nobis ex voto ſucceſſerunt prętерq̄ q̄ in itinere defunctam matrem audiuimus. Sūt qui putent eſſe vnam tantum dictionem.

¶ Prętерq; ſignificat inſuper, prętерea. Pli. l. xxiij. prætерq; ſerpentium ictus.

¶ Prętерpropter tota vna dictio ſignificat prętерq̄ propter, hoc eſt propter aliam cauſam q̄ propter eā de qua loquimur, vt prętерpropter vitam viuitur, hoc eſt propter aliam cauſam viuitur, q̄ vt viuatur, vt puta propter laudem vel propter gloriam Ænnius. Ocio qui neſcit vti plus negocī habet, q̄ cum eſt negocium in negocio. Nam cui quod agat inſtitutum eſt nullo negocio id agit, ſtudet ibi mentemq; animūq; delectat ſuum Ocioſo initio animꝰ neſcit quid velit. Hoc idē eſt enim neq; domi nunc nos nec militiæ ſumꝰ Imus huc hīc illuc, cum illuc ventum eſt, ire illinc libet, incerte errat animꝰ prętерpropter vitam viuitur.

¶ Prętereo is, iui, & prętерītum prętеritum ſignificat vltra eo Terent. in Eu. Dum hæc reputo, imprudēs villam prętерiī. Vñ tempus prętеritum quod iam non eſt, ſed vltra fuit. Et prętériti dicuntur extincti. Propertius. Fas eſt prętеritos ſemper amare viros. Item prætériti dicuntur qui in petitione magiſtratuum repulſam habuerūt, vt ſępe apud Ciceronē iuenies

¶ Pręterbito as, pen. cor. frequentatiuum ſignificat frequenter eo. Interponitur b. quaſi prętерito tas. Plautus in Epid. Caue prętерbites vllas ędes quin roges ſenex hic vbi habitat periphanes platenius. Apud comicos receptius eſt hoc verbum quam apud oratores.

¶ Prętermitto intactum relinquo. Lactantius lib. v. Mirum q̄ Apuleiū p̄termiſit cuiꝰ ſolent & multa & mira memorari.

¶ Prętерueho vltra veho. Aug. Prętерuectus omnem villā

¶ Prętерuolo as, pe. cor. celeriter prętereo. Lactant. lib. ij. Q̄ callide periculum prętерuolauit. proprie tamen prętерuolare ſignificat vltra volare.

¶ Prætexo xis, prius texo, prius facio, ſeu prius ordino vt Ciceronis exemplum a priſciano prolatum indicat. Sic omnia quæ fiunt quæq; aguntur leuioribus principiis natura ipſa p̄texuit. Aliquando ponitur pro contego abſcondo, quaſi aliud q̄ ſit oſtendo. Vnde.

¶ Prætextum dicitur illud velamentum quo moueri aliquis videtur ad aliquid agendum, cum tamen alia cauſa moueatur. Sueto. de Cęſ. Et prętextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit, cauſas autem alias fuiſſe opinantur. Verg. Nō tamen Anna nouis prętexere funera ſacris Germanā credit.

¶ Prętexta toga genus veſtimenti ob longum ac talare, qđ ſupra tunicas honorati quiq; ſumunt. Dictaq; q̄ ei purpura prætexebatur. Hęc enim cum bulla in vſum puerorum nobilium vſurpabatur. Vnde prętextati dicebantur qui nondū xvij. annos prętерierant, a prætexta quam induebant. Et hac depoſita accipiebant togam virilem cum ad annum. xvij. p̄ueniſſent, tanquam non pueriliter, ſed viriliter vita eſſet peragenda. Nam pueri exiſtimabantur qui minores eſſent annis ſeptemdecim. Vnde Vlpianus ait pueritiam dūtaxat annis. xvij. qui eos non in totum compleuit prohibetur poſtulare. Cicero ego autem a patre ita eram deductus ad Scæuolam ſumpta virili toga vt quoad poſſem & liceret a ſenis latere nunq̄ diſcederem. Seneca lib. i. epiſtolarum, Tenes vtiq; memoria quantum ſenſeris gaudium cum prętexta poſita ſum piſili virilem togam. Ideo autem ingenuis pueris attribuam exiſtimant togam prætextam, vt ex purpuræ rubore ingenuitatis rubore regerentur. Lege Macrobium libro primo ſatur. Vnde olim papyrius cognominatus eſt. prętextatus ob tacendiloquendiq; in prętexta ætate prudentiam. Id poſtea cognomen in omnem eius familiam translatum fuit. Erat & p̄texta geſtamē eſt magiſtratuum & regum. Hac Tul. Hoſtilius primus vſus eſt vt inquit plin. Qui de bellatis Hetruſcis ſellam curulem lictores & togam pictam atq; prętextam quę inſignia magiſtratuum Hetruſcorum erant Romā tranſtulit. Sed poſtea Tarquinius Demarati filius cum de Sabinis egiſſet triumphum quoniam in eo bello filius eius annos. xiij. natus hoſtem manu percuſſerat, & pro concione illum laudauit, & prætexta ac bulla aurea donauit inſigniens puerum ſupra annos fortem prędmīs virilitatis & honoris. p̄texęq; igitur & bullę geſtandæ mos a priſci Tarquinij filio deductus eſt. Sunt tamen qui tradunt eundem priſcum cū ſtatum ciuitatis ordinaret inſtituiſſe vt patriciorum filij bulla aurea vterentur, & togam quæ purpura prætexitur ijs tātū quorum patres ciuilem magiſtratum geſſiſſent, cæteris prætextam tantum indulſiſſe, vſq; ad eos quorum parentes ſtipēdia iuſta meruiſſent. Fuit & in vſu prętexta pulla qua nulli alij licebat vti, niſi ei qui funus faciebat. prætextę etiam actiones ſeu comœdię dictæ ſunt a prętexta. Hora. Vel qui prętextas, vel qui docuere togatas. In his Imperatorum negocia agebantur & publica. Regeſq; Romani, vel duces inducebantur perſonarum dignitate pene Tragœdijs ſimiles, & dictę p̄textę, q̄ in his fere regum aut magiſtratuum acta comprehēduntur qui principio prętexta toga vtebantur.

¶ prętextatum ſermonem veteres obſcœnum appellauerūt ab eo q̄ p̄textatis nefas ſit obſcœno verbo vti, vel (vt quidam aiunt) q̄ nubentibus depoſitis prętextis a multitudine puerorum obſcœna clamarentur. Suet. in veſpa. Erat enim dicacitatis plurimę, & ſic ſcurrilis ac ſordidæ, vt ne prętextatis quidem verbis abſtineret Sic Macrobi. lib. ij. Satur. Hęc nobis ſit literata letitia, & docta cauillatio vice planipedis & ſubulonis impudica & p̄textata verba iacientis. Sic prętextati mores dicuntur a Satyrico poeta.

*prętexo contego abſcondo excuſo quaſi aliud quam ſit oſtendo. Vnde p̄textum dicimus illud quo moueri nos oſtendimus ad aliquid agendum, cum tamen alia cauſa moueamur Sueto. Et p̄textum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit, cauſas autem alias fuiſſe opinantur. Cc.

¶ prętor omnis magiſtratus appellabatur cui pareret exercitus. Vnde imperatores prętores quandoq; vocantur. Cic. ad Heren. Epaminundas Thebanorum Imperator ei qui ſibi ex lege ſucceſſerat prętor exercitum non tradidit, vbi Victorinus. Notare debemus omnes magiſtratus prętores appellatos. Sed patres quo tempore L. Sextius primus ex plębe cōſul creatus. Fuſium Camillum primum prętorem Vrbanū

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qui ius in vrbe diceret creauerunt, mox vnico prætore non sufficiente, ꝙ multi peregrini in ciuitatem venirent, alius creatus est peregrinus eo ꝙ plærũq; inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia aliisque prouincijs, totidem prætores quot prouinciæ in ditionem venerant creati sunt, partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent. Dictus prætor vt Liuius inuit a præeundo, vt Varro a præeundo, quasi præitor ꝙ præiret iure & exercitu. Et Liuius libro. v. scribit, primum prætorẽ ex patribus quiius in vrbe diceret creatum fuisse penes quem magistratum omnis publici priuatiq; iurispotestas, vt & nouum ius condere & vetera abrogare facultas esset. Idq; ob magistratus honorem Ius honorariũ appellatum est quum tamen regia illi essent insignia, vt apparatu consulibus pene par videretur. Creatus quum Consules auocarentur, bellis finitimis, nec esset qui in ciuitate ius diceret. Eius dignitas prætura dicitur.

¶ Prætorius vir qui prętura gessit. Cice. pro plancio. Cedat consulari generi prætorium, nec contendat cum prętorio equester locus.

¶ Prætorius, a, um. quod est p̃toris seu quod ad prętorem pertinet, vt prætorium ius p̃toria cohors, quę a prętore nõ discedebat. Scipio. eñ Africanus primus fortissimum quẽq; delegit qui ab eo in bello non discederet, & certo munere militiæ vacaret, & sesquiplex stipendiũ acciperet. prætoria vero porta dicitur qua exercitus in p̃liũ educitur, quia initio prætores erant qui nunc consules & hi bella administrabant.

¶ Prætorium domus in qua prętor habitat siue dux, quia vt dictum est, omnis magistratus cui pareret exercitus prætor dictus est. Liui. lib. iij. Quærcus ingens arbor prætorio immi nebat, cuius vmbra opaca sedes erat. Hoc alio noĩe a Quintilia dicitur. Augustale. ponitur etiam pro magnifica & ampla domo in agro & ruri extructa, in quæ ędificia pecunias ingentes effundebant. Suetonius. de Cali. In extructionib⁹ prętoriorum atque villarum omni posthabita ratione nihil tam efficere concupiscebat q̃ quod effici posse negaretur. palla. lib. primo Ipsius prætorij situs loco aliquatenus erectiore & sicciore propter iniuriã fundamentorũ, & vt læto fruat aspectu.

¶ Item prætorium dicitur locus in quo prętor ius dicit, vt est in Euangelio, ponitur etiam prętorium pro consilio, quod sit imperatoris tentorio id est ipso prętorio. Vnde dicimus dimitti prętorium sicuti dimitti senatum. Liuius. Fuluius ne id ipsum impedimento incepto foret dimittens prætorium tribunis militum, ac prefectis sociorum imperauit &c. ponitur enim continens pro contento, vt sępe fieri solet.

¶ Prætorianus qui apud prætorem seu in prętorio versatur. Cicero pro Cęlio. Nemini vnq̃ p̃senti p̃toriani maiores honores habuerunt q̃ M. Cęlio. Et prætoriani milites honorati res erant, qui Romę habebant castra, quę prętoria dicebãtur. Ex prętoriano exercitu Ortho factus est imperator.

*Prætura prætoris magistratus. Cc.

¶ Pręualeo les. pe. corr. añcello, & quasi in maiori prętiosum vel melior sum. Plinius Vtręq; in p̃tio sunt, sed tñ p̃ualent margaritę. Et lib. x. Vulturum p̃ualent nigri. Aliqñ p̃ualere significat potẽtiorẽ seu robustiorẽ esse. Hier. lib. ij. Reg. Noluit aũt Ammõ acquiescere, sed p̃ualens viribus oppressit eam

¶ pręuaricor penul. cor, ex præ & varicor, q̃is & Diuarico dicatur. Varicari autem a varicibus, quę (teste Nonio) sunt venę in suris inflexę & ob tortę. pręuaricari vero est a recto discedere. Plinius lib. viij. Arator nisi incuruus p̃uaricatur. Hinc pręuaricator a varicando, hoc est transgrediendo dictus est, qui ab officij sui p̃scripto deflectit atque aberrat. Plinius iunior. Alioqui p̃uaricatio est transire dicẽda. pręuaricatio etiam cursim & breuiter attingere quę sunt inculcanda, infigenda repetenda. Martianus Iureconsul. Pręuaricatorem fuisse scribit eum qui colluderet cum reo, & translatitio munere accusandi defungeretur, eo ꝙ proprias quidem probationes dissimularet falsas vero excusationes admitteret Cicero pro Cluentio. An vt præuaricaretur? iam id quoq; ad corrumpendũ iudicium pertinet. Vlpia. scribit, pręuaricatorẽ esse qui aduersam partem adiuuat prodita causa sua. allegatq; Labeonẽ qui hoc nomen a varia certatione tractum sensit.

¶ Pręueho me prius duco. Liuius libro. ix. Sed equites Romani p̃uecti per obliqua cãpi cum se fugientibus obtulissent.

¶ Præuelo, as. penult. pro. prius operio. Claud. lib. ij. de Rap. Et sparsos religant crines. & vultibus addunt Flamea sollicitum præuelatura pudorem.

¶ Pręuello, is. per duplex ll. anteuello.

¶ Pręuenio anteuenio, anticipio. Amb. Iam ab alio amatore pręuenta sum.

¶ Pręuerto & pręuertor depo. i. prætereo, prędo. Ver. Vo lucrem ꝙ fuga pręuertitur Hebrum. Item anteuerto vel antepono. Plau. in Amph. Illuc redeũdum est mihi ne me vxorem pręuertisse dicant præ repu. Item reuoco. Idem i eadem. Flebilis pręuertitur metus, accurro vt sciam quid velit.

¶ Pręuideo ante video. Plin. Id nos futurum p̃uideramus. Hinc præuidentia, quę duplex est. Aut enim animo aut oculis p̃uidemus. prouideo est quasi caueo.

¶ Pręuius qui p̃eundo viam mõstrat. Leo papa. Sequuntur tres viri superni luminis ducatum & pręuij fulgoris indicium intenta contemplatione comitantes.

¶ Pragma, atis, latine actio seu negotium dicitur. Inde pragmaticus negociator vel forensis, iuris interpres, oratoris minister, qui in foro ac iudicijs versans lites dirimit Iuue. Inde cadũt partes in fœdera pragmaticorum. hoc est a iudicio discedunt, & litẽ arbitrio forentiũ aduocatorũ seu ꝓcuratorũ dirimendã pmittunt. Cic. lib. i. de orat. Itaq; non vt apud Gręcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbẽt in iudicijs oratorib⁹ ij qui apud illos pragmatici vocant.

¶ Pragmatica sanctio dicta est ꝙ per eam a supremo atque ordinario iudice discedatur, & omnia pragmaticorum arbitrio terminentur.

¶ ~~Praxis græce latine terminatio dicitur, vel actio.~~

¶ Prandium ab edendo dicitur quasi peredium, cibus qui ante meridiem sumitur. Vel dicitur quasi parandium, quia debemus accipere. quod paratum est. Cuius diminutiuum est prandiolum siue prandiculum, quod ientaculum appellatur.

¶ Prandeo, es, di. & pransus sum. Plau. in Menę. prandi & potaui, scortumque accubui. pransos veteres vocabant non solum qui edissent, sed etiam quibus nihil deesset. Var. pransum te ac paratum esse oportere.

¶ Pransito, as, penul. corr. frequentatiuum, quod Plautus in Amph. cum accusatiuo construxit. Nequam homines (inquit) qui polentam pransitant.

¶ Prasinus, penult. cor. color viridis ad similitudinem porri. Nam πράσον latine porrum dicitur. Hinc vestes e viridi lana prasina dicuntur. Mart. De nostra prasina synthesis empta toga. Plaut. prasina, coccina, tyria, focale, foccos monilia amisit. *Praseides lapilli genus. & porraceus interpretatur. Cc.

¶ Prasius gemma quędam e viridantium genere.

¶ Pratum est in quo ad fructum percipiendum falce dumtaxat opus est, ex eo dictum ꝙ sine ope paratum sit ad fructum faciendum. Colu. libro. ij. prato veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes. Nomen quoq; indiderunt ab eo ꝙ protinus esset paratum nec magnum laborem desyderaret prata etiam, dicuntur quę nunc viridia vt plurimum buxo & lauro frequentata. Hinc pratẽsis & hoc pratense, qd̃ est ex prato. Col. lib. vij. Eosq; nemo dubitat quin optimi sint vitia in falcẽ ligata & cicercula, itemq; pratense fœnum.

¶ Prauus, a, um. quod non est rectum, vt Erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Transfertur etiam ad animum vt quum dicimus praui mores.

¶ Praxaspes nobilis Persa qui Smerdim Cambysę fratrẽ iussu Regis occidit, vt ait Hiero.

¶ Praxiteles penul. cor. nomen statuarij, qui marmorum nobilis sculptor fuit. Sculpsit inter cętera Venerẽ Gnidi, q̃ in toto orbe p̃cipua habita est. Multiq; vt eã viderẽt Gnidũ sunt profecti. De hoc proper. praxitelã parius vindicat arte lapis.

¶ Precor, aris, cum accusatiuo significat oro. Hierony. libro.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

iñ. Regum. Nunc vnam petitionem precor a te. Iunctum vero cum datiuo idem est quod opto alicui bonam vel malam fortunam. Quintil. Et oram soluentibus bene precemur. Huius composita sunt. Deprecor. de quo supra. Imprecor. penulti. cor. quod in bonam & in malā partem accipitur. Quintil. Non imprecamur debilitates, naufragia, morbos. Hieronimus in Genē. Dimiserunt igitur eam & nutricem illius seruumq; Habraam & comites eius imprecantes prospera sororisuę. Idem ad Pamma. Cui multos imp̄camur annos vt hęreseos rediuiua plantaria per illius studium arefacta morientur. Idem contra Helui. pro oro tantum posuit, quum inquit Deus pater est imprecandus.

¶ Precarium est quod precibus petenti vtendum conceditur tam diu q̄ diuis qui concessit patitur. In hanc sententiam dictum est a Seneca hominem esse precariū spiritū. Et apud Curtium ait Alexander. Mori præstat q̄ precario imperator esse. Idem. Sed precarium spernebatur imperium. Vbi precarium imperium dicitur id quod tam diu obtinetur, q̄ diu qui concessere permittunt. Precario nomen ipsa terminatione datiui pro aduerbio accipitur. Terentius in Eunu. Seu vi, seu clam, seu precario. Paulus. Precario habere videtur qui possessionē corporis vel iuris adeptus ex hac solum modo causa q̄ adhibuit p̄eces & impetrauit q̄ sibi possidere aut vti liceat, velut si me precario rogaueris per fundum meum ire vel agere tibi liceat, vel vt in tectum meum stillicidium vel tignum in parietem immissum habeas.

¶ Precium quod datur p re empta. Hinc precios⁹, a, um. qđ est multi preciī. Ci. li. iñ. offi. Quęrit si in mari iactura facienda sit, equi ne precioſi potius iacturam faciat an serui vilis.

¶ Precioſior maioris preciī. Plautus. Et aliī precioſiores, aliī viliores habeant ędes. * Scribitur & per t.

¶ Premo, is, ssi, ssum. p̄prie calco & initor alicui rei cum ponderę. Verg. Et spirantia cogere pressis Mella fauis. Idem ęne. ñ. Veluti qui sensibus anguē pressit humi nitens. Quandoq; premere est stringere. Hiero. in p̄log. Iob Vt si velis anguillam aut murę̄nulam strictis tenere manibus, quanto fortius presseris tāto citius elabitur. Quādoq; firmare. Idē in Paulo. Quo cognito gradū pressit Antonius. Q̄ñq; vexare. Verg. Numina nulla p̄munt, mortali vrgemur ab hoste. Quādoq; effodere. Idem Sulcumq; sibi premat ipsa carina. Quandoq; insequi, insistere, vt Hac fugerent Graī premeret Troiana iuuentus. Quandoq; vrgere, vt ingentem clamore premes ad retia ceruum. Quandoq; occultare, vt Spem vultu simulat premit altum corde dolorem. Quandoque expellere. Varro. Inuitāque pressit ab ędibus. Quandoq; cohibere. Verg. Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat. Quandoque claudere. Idem. Pressique oculos ac vulnera laui. Quandoque vitiare. Var. Qui toties villici tui vxorem absente pressisti viro. Quandoq; remouere, excitare. Vergili⁹. Et ruris opaci Falce premes vmbram. Quandoq; vastare, vt Pelago premit arua sonanti. Quandoq; occidere. Idē. Armigerāq; domi premit. Quandoq; demergere, infodere. Idē. Quod superi q̄ cūq; premes virgulta per agros Sparge fimo pingui. Huius composita sunt Cōprimo, Deprimo, Exprimo, Opprimo, Imprimo, Reprimo & Supprimo, quę habent penul. cor.

¶ Presso, as. frequen. Verg. Pressabimus vbera palmis.

¶ Pressus, a, um. quod est subtile. Cicero in Hortē. Quis te autem est aut fuit vnq̄ in partiundis rebus, in diffiniendis & explicādis sentētijs pressior? Aliquādo dicit honustū, grauatū Verg. lib. i. Georg. Ceu. pressę quum iā portū tetigere carinę. Pręter hęc ea significat quę Premo.

¶ Pressus, us. ipsa pressio. Cice. li. iñ. de Orato. Valerium Soranum lenitate faucis, atque in ipso vocis pressu & sono facile vincat.

¶ Pressura idem quod pressus. Augusti. Stipantur parietes pressuris se vrgent, prope se suffocant multitudine. Per trāslationem capitur pro vexatione, vt in Euangelio. Et in terris pressura gentium.

* Prepenissus vrbs est Mysię maioris in mediterraneis. Cc.

¶ Prepon πρέπον, latine persona vel decorum dicitur. Ambro. Decorum autem in nostris scripturis primo constitui loco, quod grę̄ce prepon dicitur.

¶ Presbyter grę̄ce, latine senior dicitur. ὁ Augustin⁹. Sane etiam grandioris ætatis, & sicut scriptura loquitur plenum dierum posse dici seniorem hoc est presbyterum. proinde omnis senex etiam presbyter non omnis presbyter etiam senex quia plerūq; est hoc nomen ætatis quæ infra senectutem senectuti vicina est, & ex hoc etiam ipsa a senectute nomen accepit in latina lingua, qm̄ autem presbyter, senior appellatur apud græcos aut maxime sicut scriptura loquitur πρεσβύτερον & νεώτερον dicuntur etiam si ętates Iuuenum comparentur, quod dicimus nos maiorem atq; minorem.

¶ Pretides pretiī filię carminibus poetarum celebratę Hę quum furore agitarentur sanatę helleboro a Melampode perhibentur. A cuius nomine vnum hellebori genus appellatur Melampodion.

¶ Priamus penul. cor. Laomedontis Troianorum Regis filius ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, quod est emere. Nam quum Hercules Laomedontem occidisset, priamum redemptum a vicinis hostibus in paterno regno locauit.

¶ Priapus pe, pro. deus hortorum creditus est, & liberi patris ac Nymphę seu Veneris filius, quia vinum Venerem commouet. Hic & Lampsacenus dictus est a Lampsaco Hellespōti oppido.

* Priapus præterea vrbs est quam Milesij Priapi nomine cōstruxerunt. Similiter & portus Cc.

* priapeia carmen obscœnum, quod nonnulli Vergilio, alij Ouidio ascribunt. Cc.

¶ priapismus morbus est quum genitales partes in solam lōgitudinem protenduntur, & in circulum tumescunt sine veneris appetitu. Aiunt quidam priapismum esse vuluæ sicut membri virilis tentiginem.

¶ priene vrbs maritima vt inquit Strabo, quæ inuectu Męandri fluminis inter ipsam Miletumque labentis mediterranea facta est.

¶ pridem aduerbium temporis quasi prius die significat paruo tempore prius. plin. libro xvij. Ipsi vero pridem vidimus ea omnia prę̄ter pubertatem in filio Cornelij Taciti equitis Romani. Aliquando longo tempore prius. Apul. Quod pridem plato affirmauerat. Eiusdem significationis sunt Iampridem dudum, iamdudum. Nuper, iādiu. Quę si cū pridem, aut Dudum addamus non vel q̄. vel ita, significant semper multo tempore ante. pli. li. v. Medica non pridem venit in Italiam id est non multo tempore ante Cice. pro Roscio. Q̄ pridem Fanni nomē detulisti. hoc est q̄ multo ipse añ. Terent. in Eunu. Huc euasit q̄pridē pater mihi & mater mortui essent. i. quātū ipis p̄iuit. Cic. in Bruto. Nostra autē ciuitate non ita pridē dominatu regio liberata. i. nō multo tempore ante.

¶ pridie & pridianus. Vide in dictione postridie.

¶ prior nomen cōparatiuum. quod non solum ad duos, sed etiam ad plures referri potest. Gel. lib. xiiij. Quotiesq; vsu venisset vt omnes isti magistratus eodē tēpore Romæ essent, q̄ eorum prior alijs esset, ei potissimum senatus consulendi ius fuisse. Apul. li. ij. Flo. Vt Hippias e numero Sophistarū est artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus.

¶ primus quandoq; ad numerum seu ordinem refertur, vt primus, secundus, tertius. Quandoq; dicitur princeps sicut & princeps ponitur pro primo. Vergi. prima qđ ad Troiam pro claris gesserat Argis. Q̄ñq; capitur pro optimo, sicut & prior pro meliore. Idem primos iuuenum, tot miserit orco. Quandoq; pro præcipuo. Idem. Quantos primus patiare labores. Quandoq; pro eo ante quem nullus est. Idem. Hic mihi respondsum primus dedit ille petenti. Fit autem primus a pridem, abiecta dem & accepta mus, sicut prior accepta or. Hinc fiunt aduerbia. primo, prime, Apprime, primū, primitus, primiter, & In primis & principio.

¶ primum aduerbium. A quo fiunt composita Q̄primum & Vtprimum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶primulus penulti. corre. diminutiuum est a primus.

¶primarius, a, um, quod aliunde non habet originē. prima rius lapis, qui primus in aliquo ædificij fundamento ponitur. primarij ciues qui primi sunt in ciuitate, qui etiam primates dicuntur.

¶Primates dicti sunt qui & Summates, siue Optimates qui sunt primi in ciuitate.

¶Primores summæ quæq; res. Lucil. Quum gallus gallinaceus digitos primoresque erigit vngues. Hinc primores pro optimatibus. Suetoni. Scripta famosa vulgoque edita, quib⁹ primores viri ac fœmine notabantur, aboleuit. Et primores dentes qui primi patent.

¶Primæuus a um, quod est primę ætatis, sicut Grandæuus grandioris ætatis.

¶Primitiuus, a, um, quod aliunde non habet originem siue quod per se inuentum est. Vnde & primitiua verba, quę per se inuenta sunt, nec aliunde deriuantur.

¶Primigenus, a, um. idem quod primitiuus. Et proprie primigenia dicuntur semina quę dedit natura, quæ Cice. prima naturæ, & Græci τα πρῶτα φύσεως appellant. In his numerant incolumitatem, cōseruationemq; oīm partium valitudinem, sensus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem, cæteraq; huiusmodi. Et verba vocantur primigenia, vt lego, scribo, quæ non sunt ab alio verbo, sed suas habent radices. Item primigenius sulcus dicitur, quin condenda noua vrbe tauro & vacca designationis causa imprimitur.

¶Primigeni fœtus ipsi primogeniti. Vnde apud Lucret. Coortus & dies mundi primigenus.

¶Primogenitus (inquit Hiero. contra Heluid.) est qui aperit vuluam, & ante quem nullus est genitus, non is quem frater postgenitus subsequitur. Et omnis vnigenitus est primogenitus. Alioquī si non primogenitus esset nisi is tantū quē sequitur fratres, tādiu sacerdotibus primogenita non deberētur q̄diu & alia fuerint procreata, ne forte partu non sequēte vnigenitus sit & nō primogenitus. Est igit primogenitus nō post quem alij, sed ante quem nullus est genitus.

ŏPrimæ, arum, fit a primis cum ordinem significat & intelliguntur partes. Cice. in Bruto, ex his Cotta & Sulpitius, cum meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt. Et iterum erat excellens iudicio vulgi, & facile primas tenebat.

¶Primanus Tribunus erat qui primę legioni tributum scribebat, sicut Secundanus qui secundæ. Tertianus qui tertiæ.

¶Primiparę pe. cor. dicuntur parentes quę primo pepererūt

¶Primitium quod in aliqua re primum & principale est. Oui. Ecce rapit medijs flagrantē Rhet⁹ ab aris primitiū torrē.

¶Primitiæ, arum, primi fructus ex agro suscepti, qui deo offeruntur. Plin. Romanorum abstinentiam commendans inquit, non degustasse eos vina aut nouas fruges priusq; sacerdotes primitias libassent.

¶Primordia quę primo ordimur, hoc est initia.

¶Primipilus Centurio primę cohortis, vt Liuius libro. vij. scribit. Nam ordo partes tris habebat, quarum vnam quāq; primum pilum vocabant. Sueto. primos pilos centurionibus ademit. Primipilus vt ait Veget. libro secundo. cccc. milites ducebat in prima acie, eratq; caput Legionis. Hinc primipilaris dici videtur non tam miles qui fuit sub Centurione primipili q̄ ipse Centurio, qui olim prædictus fuerit hac dignitate. Et ea forma dicitur primipilaris qua Consularis.

¶Primicerius a cæreo fit, vt auctor est Hiero. in chronicis, & Cassiodorus in epistolis, quoniam & græce πρωτοκήριος dicatur. Ammianus vero refert inter Tribunos fuisse qui dicerentur primicerij. Vexati sunt (inquit) multi & nocētes & innocentes, inter quos Valētinus ex primicerio protectorū Tribunus. De Secundicerijs quoq; mentio est apud veteres.

*Principes militum genus qui a principio gladijs pugnabāt postea commutata re militari facti sunt pilumni. Cc.

*Primiter & primitus aduerbia a primum. Cc.

¶Princeps generis communis, qui vel quæ principatum tenet quasi primum caput. Et princeps dicitur domin⁹, q; qui dominatur, primus sit. Item dicitur primus vel prima. Verg. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus.

¶Principium initium, & modo ad numerum, modo ad tempus, modo ad fundamentum refertur, quomodo in ędificanda domo initium fundamentum est. Principium quoq; & cōuersionis & deprauationis dici posse scripturarum cognoscimus auctoritate. Est & principium artis ars ipsa ex qua artificium diuersorum deinceps cœpit operatio. Et principium est bonorum operum finis optimus, vt misericordię principium est deo placere quod facias.

¶Principia locus in castris a principibus militibus sic appellatus, vt est apud Col. lib. iij. post principia.

¶Principale quod primum & præcipuum est.

¶Principor, aris, inchoo, auspicor, principio vero dominor. A quo principatus.

¶Prymnesius palus ad quem funis nauticus religatur. Quē alij Tosillam dicunt.

¶Priscus, a, um. quod superiori ętate fuit. vt Prisci Latini, q; fuere ante eā Roma conderetur.

¶Pristinus, a, um. pe. cor. quod superioribus annis, mēsibus diebus, & nostra memoria fuit, vt pristina nostra beniuolentia. pristinum etiā dicit de reb⁹ q̄ nō senescūt, nō aūt priscū. vt pharos & Tyrus nunq̄ in statū pristinū redibunt. Et dicitur pristinū q̄si primistinū. a prim⁹ vt inquit Prisc ia. Aliqñ pristinus dicitur prior. Curtius. Dies pristino procellosior.

¶Priuignus filius mariti vxoris ve, cuius prior coniunx decessit, vt vulgo filiastrus. Dictus priuignus q; priusq̄ mater secundo nuberet est genitus. pri, enim anti qui pro prę dixerunt.

¶Priuos & priuas antiqui pro singulis dicebant. Inde priuas verbenas, & priuos filices pro singulis accipit Liuius. Noni⁹. primum est proprium vniuscuiusq;. Vnde & priuata dicuntur quæ vniuscuiusq; propria sunt.

¶priuilegiū lex priuatis facta. Cic. pro domo sua. Leges priuatis in hominibus irrogare, id est enim priuilegium. Interdum priuilegia dicuntur leges. Vnde priuilegium de Pompeij reditu, Salust. legem appellauit.

¶Priueres mulieres priuatæ.

*Priuernum vrbs est Campaniæ & Camillæ patria. Cc.

¶Priuo, as. significat adimo. Plautus in Asina. Ego pol istū portitorem priuabo portorio. Hinc priuatus, a, um. quod nō est cōmune cum alijs. Ci. lib. i. offi. priuatū autē oportet ęquo & pari ciuibus iure viuere. priuatæ etiam vocabantur feriæ sacrorum ꝓpriū, velut dies natales, Fulgurū, ꝓcurationes, & huiusmodi priuatę quę fiebant ꝓ familijs singulis & hoībus. Hinc priuatim aduerbium quod nō est publice factū. Sallusti. Existimans publice priuatimq; alieno ære oppressos.

¶priuati proprie dicuntur qui non sunt constituti in aliqua dignitate. Aliquando dicuntur exempti a iure communi. vt in Decre. dist. iij. priuilegia sunt leges priuatorum. Et priuatū cui aliquid est ademptum.

¶pristis genus. piscis marini lōgissimi atq; angusti corporis. plinius scribit pristes in mari Indico ducentum cubitorum esse Balenas quaternum iugerum. Hīc etiam Scylla maris monstrū dicitur. De quo Verg. prima hominis facies, & pulchro pectore virgo puberem, postrema immani corpore pristis. Ab huius similitudine nauis ob longa dicta est pristis. Ver. Velocem Mneſtheus agit acri remige pristin. Dicta pristis a sectione vndarum. Scindunt enim mirum in modum fluctus propter tenuitatem. Græci autem πρίστην sectionem πριστὴν sectorem dicunt. *Vulgo pistris scribitur.

¶pro prępositio est quæ tam separata q̄ composita localem vim habet, & significat ante, vt pro curia pro mœnibus. Sallu. Qui ni maturasset pro curia socijs signum dare. procuro, antecuro, prostratus antestratus. Separata etiam significat quandoque ad. vt pro meis viribus. id est ad vires meas. Verg. prose quisq; viri. Interdum ponitur loco in. vt pro rostris. ꝓ censu. ꝓ tribunali. Interdum ꝓ iuxta siue secūdū. vt ꝓ platonis sentētia. ꝓ hoīm iudicio. Interdum pro causa per

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hibendi teſtimonium. Vt quum dicim⁹. pro mutuo animo, pro reconciliata gratia, id eſt cauſa mutui animi, & cauſa reconciliatæ gratię. Interdū pro loco, vt pecuniā ei dedi ꝓ prædio, & ſum pro prętore, id eſt loco prędij, loco prætoris. Item ponitur pro auctoritate. vt Tribuni plæbis ꝓ poteſtate interceſſerūt. hoc eſt auctoritate poteſtatis ſuæ. Item pro propter vt pro iniuria quam accepi, id eſt propter iniuriam. Item pro defenſione. Teren. Nam niſi hęc ita eſſent pro illo haud ſtares Verg. lib. ix. Pro turribus aſtant. id eſt pro defenſione turrium. Eſt & aduerbium admirantis. Terent. in Adel. Pro dijīmortales facinus indignum quod narras. Item interiectio dolentis ſeu indignantis, vt pro deū atq; hominum fidem! Plaut⁹. pro ſancte Iuppiter quid video? Sed his duobus modis circūflectitur. Compoſita vero temporalem vim habent. vt prouideo, proſpicio. Quandoq; priuatiua eſt. vt profanus id eſt non ſacer, prohibeo, propudium. Negatur enim cum his ſanctitas, poteſtas ac pudor. Quandoq; accipitur loco e, vel ſuper. vt prominet. i. eminet, vel ſupereminet. Nonnunq; ſignifi. cat porro ſiue in longum. vt promiſſa barba. Nonnunq; diu vt protollo propendo. Interdum ꝓ cul vt ꝓuincia. Aliqñ ꝓ cul de futuro tempore. vt ꝓpheta. Q ñq; ꝓcul ſpacio loci. vt ꝓcella q ꝓcul veniens pcellit. Sępe etiam vltra ad locū, vel ad aliquem tendere. vt ꝓgredior prouehо. Interdum palam & more ſolenni. vt ꝓnuntio, ꝓmulgo. Quandoq; coram, vt propono. Quandoq; valde, vt ꝓcuruus. Quādoq; procul, vehementer. vt profugus.

¶ Proagogia latine productio. Nam προαγωγεῖν producere eſt. hoc eſt proſtituere. Plautus. Audientem (inquit) dicto mater produxiſti filiam.

¶ Proauus penultima cor. aui. paterni vel materni pater. Cuius relatiuū eſt pronepos. A quo fœmi. proneptis. A proauo fœmininum proauia.

¶ Probatica latine ouilis dicitur. προβατον enim ouis dicit. Piſcina vbi oues lauabantur quum ſacerdotes eas litare vellent. Et probaticus ouinus.

¶ Probi boni dicunt, quaſi prohibi, ꝙ ſe a delinquēdo ꝓhibeant. His cōtrarij ſunt Improbi & Reprobi. Improbi vt inquit Aſco. contra leges ſunt, ſicut Inofficioſus contra merita. Inhumanus contra pietatem. A Reprobus fit aliud cōpoſitum cōtrariū. ſ. Irreprobus, qui non eſt reprobus. Amb. Cūq; manum ſuā ad me cōtingendā aptaret, dedit ei angelus domini irreprobā quā conſpicis mortē. A probus fit probitas bonitas. Ab Improbus Improbitas. Diminuti. probulus. Vnde & Improbulus. Iuue. Finge tamen te improbulum.

¶ Probo ꝓbas. laudo, q̄uis maiorem vim habeat probo q̄ laudo. Nā apud idoneos ſępe legimus & laudo & ꝓbo. Quādoq; ꝓbare eſt argumentis demonſtrare. vt homo ſacrilegus probauit ſe pro innocēte. Q ñq; expim ētū facere. Plau. i Tri. Quippe ex eorū ingenio ingeniū horū probāt. Et in Euāge. Iuga boum emi, & eo ꝓbare illa. Q ñq; permittere. Hora. lib. primo Car. Vagus & ſiniſtra Labitur ripa Ioue nō probāte. Huius cōpoſita ſunt Approbo, Comprobo eiuſdem fere ſignificationis. Et contraria horum Improbo & reprobo pro dāno, quę habent penultimam correptam.

¶ Probabile dicitur quod licet non ſit verum, videtur tamē rationibus probari poſſe.

¶ Problema atis, & problematum propoſitio eſt interrogationem annexam habens.

¶ Proboſcis idis, eſt porrectio corporis inhærēs naribus, quæ excepto homine in aliis fere animantibus inuenitur. Varro. Inueniſſe ſe ericium cum proboſcide. In elephanto manus dicitur, ꝙ ea tanq̄ manu vtatur. Plinius. Reſoluūt elephanti manu draconum nodos. Dicta proboſcis ꝙ ante depaſcat. Græci enim προβοσκεῖν dicunt ante paſcere.

¶ Probrum ſtuprum, adulterium, flagitium. Sueto. in Cæſa. Qui digreſſam a marito poſt biduum ſtatim duxerat, q̄uis ſine probri ſuſpitione peregrinarum mercium portoria inſtituit. Vnde lex fuit apud Romanos vt probrum virginis veſtalis capite puniretur. Alias ſignificat male dictum, contumeliam, ſiue infamiam, dedecus, quę ex ſcelere ſequi ſolent, vt datum eſt probro id eſt ignominię aſcriptum. Liuius libro. ij. His freti occurſant portis, ingerunt probra, ægre abſtinent quin caſtra oppugnent. Similiter Cice. Epiſtolas plenas probrorum appellat. id eſt contumeliarum.

¶ Probroſum ignominioſum. Gel. li. i. Manuſcę ei⁹ inter agēdum forent argutę admodum & geſtuoſæ maledictis cōpellationibus probroſis iactatus eſt.

¶ Probro as, probro afficio. Ex quo fiunt compoſita. Exprobro. Opprobro. de q̄bus ſupra. Improbro quo vſus eſt. Plau. in Tru. Rus tu improbras? vt nacta es hominem quem pudeat probri.

¶ Proci dicuntur qui in eādem libidinem nimia appetētia cōſpirant, a procando dicti. Eſt em procare nimium laſciue petere. Vnde procaces mollium rerum petitores & in petendo nimium petulci. Verg. Procos irriſa priores. Inde ꝓcacitas. Cice. lib. iij. de Repub. A procando. i. poſcendo procacitas nominata eſt. Et procax petax. quod & de inanimatibus dici poteſt. Verg. Penituſq; procacibus hauſtris. quod eſt ſæuientibus procellis. Vel vt Do. exponit impudentibus. Nam qui multum petit impudens eſt. Et qui adeo impudentes ſunt vt nimis petant, procaces appellantur. Vnde procax meretrix petulās dicitur, impudens, inuerecunda, mordax. Teren. Maligna multo & magis procax illico facta eſt. Vnde procaces legimus qui mordaciter & iniurioſe loquunt. Cice. in Sal. Ne in idē incidā vitiū procacitatis quod huic obiicio. Et iterū. Nō enim ꝓcacitate linguę vitę ſordes eluuntur. Scīendū tria hęc procaces, petulantes, & proteruos multū ſimilitudinis habere, & libidinē quādā atq; iniuriā declarare, tā in factis q̄ in dictis. Vnde apud Cice. proteruā petulātemq; eodem loco de inhoneſta fœmina legimus. Si vidua libere proterua, petulanter diues, effuſe libidinoſa meretricio more viueret. Hīc ſi qs ambulans per impotentiam mentis obuium cubito feriat, aut cum contumelia ſibi cedere cogat, proteruum hunc dicimus. Hinc a Vergilio Hœdi petulci a petendo dicūtur, q̄ in alia loca penetrando iniuriam faciant.

ǒ Procax & procacitas. Vide in dictione proci. procacies vſurpauit. Ambro. lib. reſur. Nam ſi vere vidiſſent inquit deformem meretricis affectum inhorrentem procaciem indecentē impudicitiam, inardentes, libidines.

¶ Proco cas, & procor caris, vt quidā putāt a procio fiūt qd̄ peto, ſigni. Et eſt procare laſciue petere, ſeu oculos in aliquā fixius intendere, qd̄ vernacula lingua dicimus vaghezare. Q ñq; etiā inhoneſtis verbis & abſq; reſpectu aliquē aggredi. Hinc componitur Reciproco pro repeto. De quo alibi.

¶ Procio, is, iui, itū, pe. cor, ſigni. peto. Liui. Matrem procitū plurimi venerūt. i. petitum, vt Feſt. exponit procitum vero pe. produ, ſignifi. ruptū atq; irritū. Hinc Iuriſcōſ. irritum teſtamentum procitū dicunt a procio, qd̄ ex pro & cio cōponit.

¶ Procito as, ſępe dico. prouoco.

¶ procapis pen. cor. progenies quę ab vno capite procedit.

¶ procedo is, pe. pro. vltra cedo, progregior. Sal. i Iugur. Sed vbi plerūq; noctis proceſſit, qd̄ eſt quaſi ptereūt. Aliqñ procedere eſt proſpere cedere. Teren. in An. Niſi id putas quia proceſſit parum non poſſe hoc iam ad ſalutem conuerti malum.

¶ Proceſſus us, progreſſum & ſucceſſum ſignificat.

¶ Procido is, pe. cor. procidi. procaſum ſignificat me profiterno, ſeu vehementer inclino, pronus cado. Gel. Nā quū multis annis poſtea ſcæna quę procideral refecta eſſet. Et illud in Euange. Et procidens adorauit eum.

¶ Proceleumaticus pes ex quatuor ſyllabis breuibus cōſtās. Dictus quaſi primitus iuſſus, eo ꝙ in ſacris Mineruæ prius eius pedis, verſus pronunciari iubebantur. προ enim ante, κελεύω iubeo.

¶ Procello is, percutio, euerto. Vnde procella.

¶ procella eſt vis venti cū pluuia nec durans, & in mari potiq̄ in terra. Dicta ab eo ꝙ oia procellat. i, moueat vel percutiat. Aut a procul, quia a longe videtur. Verg. Creberq; procellis Aphricus. Hinc procelloſus a um, procellis plenus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Proceres p.cor.capita trabium.hoc est mutili quidam extantes.Hinc principes ciuitatis proceres appellati sunt q̄ ĩ ita in ciuitate eminent,sicut illi in ędificijs.Huius nominis singularem protulit.Iuuena. Agnosco procerem qui est a procer. eris.

¶Procerus.ra.rum.penultima produ.prolixum & in longitudinem productum.Quod nomen quidam a cęra deriuāt, quasi ad similitudinem cęre protensum propter facilitatem. Alij a crescendo hoc est excretum. Horatius in sermo. Quo pertinet ergo proceros odisse lupos. Huius compositum est Improcerus.Gel.libro.iij. Aduertimusq; hinc elici raritatē, corporaq; eorum improcera fieri minusque adolescere. Dicit etiam hic & hęc procęris & hoc procęre.

¶procestrion putatur locus apertus ac patulus,quo procedit ur in cubiculum cœnaculis & reliquis partibus superioribus Plin.ad Gallum. Post hanc cubiculum cum procestrio altitudine ęstiuum munimento hibernum. Nā Procestria vt Fest. exponit ædificia sunt ante castra,vel quibus proceditur in muro.Sunt tamen qui velint cum pro citono legi, loco ante cubiculum ab excubando nomen ex græco sibi vendicante. Fit autem procestrium æqualibus columnarum interuallis patulum, supra quarum epistylia arcus curuantur.Quidam etiam procestria aditum & veluti portam castrorum appellauerunt.

¶Prochyta,tę.pe.cor.& Prochytę.tes insula in Puteolano sinu.Dicta quasi profusa.Emersit enim prouolutis ĩ mare mōtibus quum prius non foret.Nam procheo significat effundo.Nam Inarimes mons terręmotum passus hanc insulam fudit. At Dionysi⁹ libro primo scribit prochytam dictam esse a nutrice Æneæ eiusdem nominis, De hac Virg. libro.ix. Tum sonitu Prochyta alta tremit.Prochyte etiam vasis genus est.

¶procinctus.us.dicitur quicquid paratum est,& ipsa prouisio facta antę q̄ aliquid fiat.

¶procincta classis dici mos fuit,quando exercitus ad pugnā paratus erat, q̄ pugnaturi ritu prius cingerentur gabino.Et q̄ classem vetustius fuerit hominum,dicti q̄ nauium multitudinem scriptum est.

¶Proconessus insula in Propontidæ,quam solam inter alias habitari plærique dixerunt.

¶Proclamo.as.palam & valde clamo,vociferor.Liuius Li. primo Morti homines sunt in eo iudicio maxime Pub.Horatij patre proclamante se filiam iure cæsam iudicare, ni ita esset patrio iure in filium animaduersurum fuisse.

¶Procliue penul.produ.quod est porro inclinatum. Et proprie secundum Cice.libro.iij. Tusc. dicitur in malis, quum Procliuitas dicatur in his qui ad aliquod vitium proni inclinatiq; sunt.Et facilitas in bonis qui proni sunt ad humanitatem,liberalitatem,& ad ingenuas disciplinas.

¶Procyon latine Aticanis stella quę & Sirius dicitur. Vide in dictione Canis.

¶Proconsul.vide in dictione Consul.

*Procris Cephali venatoris vxor fuit.Cc.

¶Procul aduerbium videtur componi ex porro longe.quasi longe ab oculis,vel prę oculis id est ante oculos. Vnde potest & satis longe,& non longe significare. Terenti. in Heey. Quem cum isthoc sermonem habueris procul hinc stans accepi. Vergi.libro.v. Est procul in pelago saxum. Quod satis lōge fuisse intelligi nō potest,ne voluptas pereat spectaculi. De seruit quandoq; accusatiuo, quandoq; ablatiuo. Curti⁹ Procul vrbem dixit.Horat.in Sermonib⁹. Quę procul extructis inerant hesterna canistris.

¶Proculus.pe.cor.cognomē ei⁹ qui natus sit patre peregrinā te a patria procul. Alij ꝓculos ideo dictos putant q̄ a patribus senibus,quasi ꝓcul ꝓgressi & attenuati sint.Plau.in Menę.Iubeas Proculū afferri tibi. * Sunt qui porcum legant.

ŏProclus philosophus platonic⁹ fuit,qui inter cętera prędare dicta,scribit multos esse in vita lupos multos,porcos plurimos alia spem quadam bruti circunfusos.

¶Proculeius nomen viri,similiter a procul deductum.

¶Procudo is,penul.pro. significat prolato,cudēdo extenuo, seu probe cudo,exacuove. Vergi.lib.i.Georgi.Durum procudit arator Vomeris obtusi dentem.

¶Proculco as,progrediendo vel aliud agendo cōculco.Colu.lib.ij.Nam dum a pecudibus legumina proculcantur hęc etiam atteruntur vngulis atq; glabrescit.

¶Procumbo is,prosternor.Liui.lib.i.Ipsum sessum via procubuisse.Col.lib.i.Lata bubilia esse oportebit pedes.x.vel vt minimum.ix.Quę mensura & ad ꝓcumbendū pecori, & iugario ad circūeundū laxa ministeria prębeat. Procumbo iacęo. ŏ Pli.lib.xvi.de arūdine folia inquit,a medio internodio cum plurimum desinunt vestire procumbuntq;.

¶Procubitor qui noctu custodię causa excubat, cum castra hostium in proximo sunt.

¶procuruus valde curuus. Vergilius lib ij.Georgi.Contra nonnulla est,oleis cultura,nec ille Procuruam expectat falcē.

ŏProcrastino as,pe,cor.prolongo.Gel.libro.xvi. Quæ reliquit perfecta expolitaq; omni poeticę venustatis laude florent.Sed quę ꝓcrastinata sunt ab eo, vt post recenserentur nequaq̄ poetę nomine,atq; iudicio digna sunt.

¶procurro is.ꝓcurri.ꝓcursū.vltra siue longe curro.Hier. ad Da.Et ꝓcurrens occubuit super collū ipsius.Col.lib. vij. Ex domitis bubus valentissimū cūdęq; placidissimū cū idomito iūgim⁹,qui & ꝓcurrētē retrahat,& cūctātē producat.

¶procuro as,penultima pro.significat administrationem rerum alienarum gero.Cicero.Cornifici.Is procurat rationes Dionysij.Hinc procurator negotiorum gestor,quem vulgo Factorem dicunt,cui p̄cipue agri colēdi cura omnis incūbit. Vlpia. de ꝓcuratoribus. procurator est qui aliena negotia mandato domini administrat. Actores vero causarum Cau sidici dicuntur.procuratio ipsa administratio.Cicero lib.i. de natu.Deorum.Sunt enim philosophi & fuerunt qui omnino nullam habere senserunt rerum humanarum procurationē deos. Aliquādo procurare est studiose curare seu inuestigare.Hierony.ad Dama.Et Sathanas quum aliquē sua arte deceperit & proprium ei iugū impoſuerit, vltra ad vitiorū abūdantiā non ꝓcurat,sciens eum esse iam mortuum. Aliquando significat simpliciter curare. Apuleius. Hīc em equulū suum curiose nimis ꝓcurantē inueni. Alęq; sustentare, medicare,adiuuare.Cato de re rustica.Eodem modo cæteras arbores ꝓcurato. plaut.in Cur. Tibi opus est hoc quo te ꝓcures.

¶procuratorius a um.quod ad procuratorē pertinet.vt ꝓcuratorię literę,procuratorium munus.

¶procas nomen Regis Albanorum,qui Amulium & Numitorem filios habuit.

*procustes latro insignis in Attica regione,qui hospites interimere solitus, Ab Hercule hospite interfectus est.Cc.

¶prodeo is diui,vel prodij.proditum.ex pro & eo.d interposita significat vltra eo siue foras exeo,quasi porro eo.Cic. Ante ego tibi obuiam non prodirem,primū Appio pulchro, deinde Imperatori.Idem libro.i.offi.Scenicorum quidem mos tā tam habet disciplinę veteris verecundiam, vt in scęna sine sub lignaculo prodeat nemo id est exeat.

¶Prodico cis.pe.pro.vltra dico.Cicero pro Cælio. Quāobrē excutiemus oēs istorū delicias,oēs ineptias,si ꝓdixerint.

¶prodo is,prodidi.porro id est longe ꝓiecio,desero,excludo ꝓpello. Ver. Nauibus(infandum) amissis vnius ob irā ꝓdimur atq; Italis longe diuīgimur oris. Et ꝓdere deferre,ostēdere,patefacere.Idem, prodere vocē sua quēq; aut opponere morti.Hiero.Sororis maritus cœpit prodere velle, quem celare debuerat,Item differre,protrahere. Terētius in And. Credo impetrabo vt aliquot saltem nuptijs prodat dies. Itē propagare. Vergil.libro.viij.Italiam regeret genus alto a sanguine Teucri ꝓderet.Itē tradere.Salust. Anteq̄ arcē ꝓderent hostibus.Hinc proditor,proditio,& prodimentū, quod vulgo dicitur Tradimentum,vel a prodendo consilia hostibus vel a tradendis vrbibus,arcibus,exercitu. Cice.In eū pœnā, qui prodere hostibus patriam cogitaret,Item mandare. Idē

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Appio. Quum tuum ſtudium conſumes in virorum fortiũ factis memorię prodendis. Item ſcribere. Cice. libro. iij. offici. vtile videbat Vlyſſi vt qdã Tragici poetæ ꝓdiderũt. Item ex iteriore in publicum locũ ꝓcedere. Apul. Tum tremebundus prodit in forum. Alias ꝓ loco & ſecundũ diuerſos actus Pli. lib. ij. Diuus Auguſtus læuũ ſibi prodidit calceũ ꝓpoſtere indutum, quo die ſeditione militari prope afflictus eſt. ideſt proiecit. ſiue induit, *aut ſignificauit.

*Prodinũt veteres pro prodũt dixere. Aennius. prodinunt famuli cum candida lumina lucent. Cc.

*Prodius etiam dixerunt pro interius, longius. Cc.

¶ Prodigium quaſi porro dictum, q̃ porro dicat, porro ſignificet, & aliquid futurum eſſe portendat.

¶ Prodigiator qui ex prodigio futura prænunciat.

¶ Prodigioſus, a. um. quod prodigium facit.

¶ Prodigialis & hoc prodigiale. quod prodigium procurat. Plauti in Amphi. Sed mulier poſtq̃ exporrecta es prodigiali loui, aut mola ſalſa hodie, aut ture comprecatam oportuit.

¶ Prodigæ hoſtię dicuntur que conſumuntur. Inde homines luxurioſi prodigi dicti ſunt.

¶ Prodigo, is. pen. cor. prodegi. ſupinum non legi, ex pro & ago, d euphonię cauſa interpoſita, ſignificat conſumo vltra modum erogo. Plau. in Aul. Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat niſi peperceris. Amb. Merito ergo prodegit patrimoniũ qui ab eccleſia receſſit. Lacta. li. vi. Quotieſcũq; leuiſſimorum patrimonia in res ſuperuacuas prodiguntur. Aliquando ſignificat portendo & pręmonſtro. Vnde prodigia & prodigiatores.

¶ Prodigus qui bona ſua conſumit. Cicero libro. ij. offici. Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. prodigi qui epulis & viſcerationibus & gladiatorum muneribus ludorum venationumq; apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem aut omnino nullam ſunt relicturi. liberales qui ſuis facultatibus aut captos a prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt cauſa amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur vel in re quærenda vel augenda. ponitur tamen interdum prodigus pro liberali. Hor. lib. Car. Animæq; magnæ prodigum Paulum ſuperantem pœno Gratus inſigni referam camœna. Antiqui hoſtias prodigas dicebant quæ conſumebantur. Hinc fiunt aduerbia prodige & prodigaliter, profuſe, abundanter. Col. lib. iij. Non illa videntur prodigaliter in noſtris Ceretanis accidiſſe, vt aliqua viris apud te excederet vuarum numerum duoꝝ millium.

¶ Podromus pręcurſor. Vnde prodromi dicuntur a Græcis fici pręcoces, quaſi pręcurſoriæ. Et prodromi aquilones qui octo ferme diebus exortum caniculæ antecedunt.

¶ Produco, is. in longum duco, quod & de tempore, & de corporeis rebus dicitur. Vergilius Abnegat excita virã produce re Troia, Cice. in Cato. Conuiuium vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem q̃ maxime poſſumus vario ſermone producimus id eſt protrahimus. Hieronymus in Numeris. producat ea in laminas. Terentius in Andri. per translationem dixit. Nonne tibi eſſe ſatis hoc ſolidum viſum eſt gaudium, niſi me lactaſſes amantem & falſa ſpe produceres? Hinc producta ſyllaba dicitur longa. Columel. flagellum vocat productiſſimum, quod longiſſimum eſt in vitibus. Et producere eſt ante ſeu vltra foraſve ducere. Terentius produxi ac vendidi. Galba Ciceroni. Repente Antonius in aciem ſuas copias de vico produxit & ſine mora concurrit. Colume. libro ſeptimo. Poſt eiuſmodi experimenta vacuo ploſtro ſubiungendi, & paulatim longius cum oneribus producendi ſunt. Idem paulo poſt. Ex domitis bubus valentiſſimum eundemq; placidiſſimum cum indomito iungimus qui procurrentem retrahat, & cunctantem producat. Hinc productores dicuntur qui virgines abducunt, eaſq; ad quæſtum exponunt. Terent. in eunu. pretium ſperans illico producit & vendit. Vbi Dona, proprie venales produci dicuntur Plautus pro proſtituere poſuit. Audientem dicto mater produxiſti filiam. Interdum gignere. Idem in Capti. Quid hoc eſt ſcelus quaſi inorbitantem filios produxerim. Interdũ interponere. Terent. in And. Dicam aliquid iam me inuenturum, vt huic malõ aliquam producam moram. Interdum proſequi, Vergilius. Nec te tua funera mater produxi. Interdum conſummare. Terent. in Adel. Et cyathos ſorbilans paulatim hunc producam diem.

¶ Productile penulti. corre. quod tonſionibus malleorum ꝓ ductum eſt. Hierony. in Exo. Duos quoq; Cherubin aureos & productiles facies.

*Prœtus Abantis Regis Argiuorum filius, eique ſucceſſit in regno. Vxorem habuit Antiam ex qua quatuor filias genuit quæ dicuntur prœtides. De quibus in dictione prœtides. Cc.

¶ Profanus a. um. penultima producta dicitur irreligioſum non ſanctum, q̃ ſit porro a fano, ſed impium, ſceleſtum aduerſum omni religioni. Statius. Fraternas acies alternaque bella profanis Decertata odijs. Plautus Sacrum an profanũ habeas paruipenditur. Is enim profanus eſt qui ſani religioni non tenetur. profanum etiam dicitur quod ex religioſo vel ſacro in hominum vſum conuerſum eſt. Vergili. Faune precor miſerere (inquit) tuq; optima ferrum Terra, tene colui veſtros ſi ſemper honores, Quos contra Aeneadæ bello fecere profanos. Et profani dicebantur ſacris non initiati, qui fanum intrare non poterant. Idem. procul o procul eſte profani Conclamat vates. Et per allegoriam profanos dicimus imperitos, qui merito ſunt doctis exoſi. Horatius lib. Car. Odi. profanum vulgus. Varro profanum interpretatur, quod eſt ante fanum coniunctum fano. Scribitur etiã per ph. prophanus. Vide ſupra in dictione Fanum.

¶ Profano, as. i. ex ſacro humanis vſibus promiſcuum facio. Vnde profanatum templum dicitur, quum in eo vel dimicatum eſt vel aliquid turpe commiſſum.

¶ Profari ante vel late fari, dicere, pronunciare. Hinc fit nomen quartæ inflexionis Profatus, profatus, profatui. Gel. Neq; dictu profatu ipſo tetræ aut inſuaues eſſe.

¶ Profecto aduerbium confirmantis eſt. dictum quaſi pro facto, & ſignificat nimirum. Terentius in And. profecto ſic eſt, plerunq; autem ad reſponſionem adhibetur. Cice. Quis hæc renuntiat? Is profecto qui interfuit, quod etiam per Certe facimus. Idem. In quo mi minimus? Certe i nullo. Sic fit per Nimirum & per Nempe.

¶ Profero. penultima cor. palam facio, prodo, pronuncio. Terent. in Hecy. Ita me dij bene ament, haud propterea te rogo, vt hoc proferam. Sene. Ante q̃ ſentẽtiam proferam, Alias quando ſignificat protendo, prolato. Pli. Quum lineam protuliſſet longiſſimam atq; rectiſſimam. Iuſti. libro primo. Arbitria principum pro legibus erant, fines imperij tueri magis q̃ proferre mos erat. Teren. in And. Saltem aliquot dies proferam dum proficiſcar aliquo ne videam.

¶ Profeſtus. a. um. Vide in dictione Feſtus.

¶ Proficio is. procedo & perficio ſignificat. A quo profectus. Idem eſt enim proficere & profectum facere. Senec. Sic enim & audiendo & legendo indies magis proficimus. Plini. Neminorem ſub eo prœceptore profectum fecit.

¶ Proficiſcor. eris. profectus, eundi & veniendi ſignificationem habet. Vergilius Hunc lætum Tirinthiq; diem Troiaque profectis.

¶ Profiteor late ſeu palam polliceor. Ci. in Acade. Qui philoſophiam iam profeſſus ſum populo noſtro exhibiturum. Liuius palam profeſſi nuſq̃ inde niſi in patriam veſtigium eſſe moturos id eſt voluntariæ, ſiue libere. Vnde profeſſio cõfeſſio palam facta. Et profeſſor qui publice fatetur. Inde qui liberales artes docent profeſſores dicuntur, quia artes illas ſe ſcire & poſſe publice tradere fatentur. Nam profiteri vſurpamus pro publice legere. profiteri vero apud prętorem, vti de Archia eſt apud Cicero. eſt nomina ſiue cenſum profiteri Vnde illud Euangelij q̃ profitebantur omnes in Iudea ſub Auguſto, ex hoc fonte venit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Profligo as,pen.prod.deiicio,prodigo,depello,depdo,& ad pniciem deduco. Vnde profligatum exercitum dicimus id est prostratum,deiectum,afflictū,pditū. Et ꝓfligatas res hoc ē perditas,& ad pernicie redactas. Hinc ꝓfligatissimos homines vocamus pditissimos,& in quibus nihil est salubre, nihil integrum.Suet.o.in Tibe.Ex iuuenture vtriusq; ordinis profligatissimus quisq;.Quandoq; profligatum accipitur q̄si pro absoluto & effecto.Cor. Tacitus, profligauerat bellū cum Iudeis Vespasianus.i.confecerat, & pene ad exitum deduxerat.Hinc profligata dicuntur quæ prope absoluta sunt Sic dicimus profligata & in profligato esse ædificia,quę ꝓpe absoluta sunt.Cice.lib.v.Tus. Atq; si ita est profligata iā hęc & pene ad exitum deducta quæstio est. Affectum quoq; dixerunt qui latine locuti sunt id quod profligatum appellatur in hac significatione,Cic.in oratione de prouincijs' consularibus.Bellum affectum videmus,& vere vt dicam pene confectum.Idem in Oeconomico.Quum vero iam affecta æstate vuas a sole mitescere fas est.

¶Profligo is,pe.pro.xi,ctum,late siue multum certo. Colu. libro.i.Quia flagitiosum quos hostis profligendo desolasset agros nouo more emere Romanum supra vires patrimonij possidendo.

¶Proflubeo es,bui,siue proflubesco,si tamen inueniatur, significat emano. Colu.lib.vij. Si armos lęserit,aut sanguinē dimiserit, medio fere in vtroq; crure venæ soluantur,& turis puluere cū dimiserit cū eo q ꝓflubuit sanguine armilinatur.

¶Profluo is.deorsum siue a longe fluo.Lactan.lib ij. Fontes quidem ex quibus aqua profluit.Hiero. per translationem profluere quasi fluēdo peruenire dixit.Inde misericordia omnibus profluxit,& gratia vt laudent.

¶Profluens modo participium est.Liu.lib.i. Pueros in profluentem aquam mitti iubet. Modo substantiuum & generis mas.ponitur q; proflumine.Cic.lib.i.ad Hęren.Qui parentem necasse iudicatus erit,is obuolutus & ligatus corio deuehatur in profluentem.i.fluminis procursum.

¶Profluus a,um,quod profluit.Amb.lib.Hexa.De aquarū proflua qualitate.

¶Profluuium fluxio. Vnde profluuium sanguinis dicim⁹ Plin.libro.xxvi.Sanguinis profluuium sistit herbę Pæoniæ semen rubrum.

¶Profugio procul fugio , aut quantū possū ide fugio.plau. in Cas.Quid nunc agam nescio ,nisi vt improbos famulos imiter ac domo profugiam.Cic.in Lęl.Hac itaq; amentia perterritus in Asiam profugit.Hinc profugium.

¶Profugiū dicitur quū longe aliquo fugitur vbi se quis tutū putat,Cic.lib.i.Tus.Portū nobis paratū & profugium putemus quo velis passis prouehi liceat.

¶Profugus qui longe aliquo fugit procula finibus suis vagans,quasi porro fugatus.Sal.Troiani qui Æneа duce profugi sedibus incertis vagabantur.

¶Profundo is,large fundo,supra modū expono. Tractum ab aqua quę profunditur ex vasis. Terent. Profundat pereat nihil ad me attinet. Et profundere extra fundere, vnde dicimus,preces & vota profundunt.

¶Profusus supra modum sumptuosus. Sallu. Alieni appetens,sui profusus,quasi profusor.Ponitur aliquando pro abiecto & iacente.Plautus.profusus,squallens,sordidus,ab omnibus derelictus.

¶profundum dictum est ꝙ porro.i.longe habeat fundum. Vnde proprie significat imum,vt profundum mare.Quandoq; sumitur pro alto. Verg.Ni faciant maria ac terras cęlūq; profundū.Hinc profunditas.

¶progenies a progignēdo esse videt,quasi porro genita.

¶progenerum dicit auus neptis suę virum.Huic correspondet prosocer,qui & socer magnus dicitur.

¶progredior,eris,progressus.Vide in dictione Gradior.

¶progymnasmata p̄exercitamenta latine dicuntur. Idem significant proagonastica.

✻progne pandionis Athenienſium Regis filia fuit,quę Tereo Thracum Regi matrimonio iūcta est,ex qua filium Itym ſuſcepit.Cc.

¶Prognosis pen.prod.Nam προγνωσις grece,prescientia,puidentia dicitur.

✻prognariter audacter,strenue.plaut. Age indica prognariter.Cc.

¶Prognosticon rei futurę signum,& per g,scribitur.

ðEt a greco verbo deriuatur,hoc est ἀπὸ τοῦ προγινώσκω qđ facit in futuro προγνωσωμαι & prescio,siue pręcognosco significat. Vnde Hippocratis prognostica quibus facile ægrorum salus mors ve,a medicis prędici solet.

¶prohibeo ex pro & habeo,significat vero,procul teneo auerto. Verg.prohibe infandos a nauibus ignes.plautus, placide egredere,& sonitum prohibe forium & crepitum cardinum ne quid hic agitem⁹.Inhibeo vero retineo, comprimo. Hoc enim differt a prohibeo, ꝙ prohibere generale sit etiam ante rem incœptam.Inhibere re iam incœpta. Illud verat ne quid facere incipias,hoc ne pergas,sed potius desistas. Verg. Quod genus hoc hominum quę ve hunc tam barbara morem permittit patria?hospitio prohibemur arenæ.Idem,parcite iam Rutuli,& tela inhibete Latini.Hinc nautę inhibere remis dicuntur,quum nauem retro vertere volentes currētis impetum remorum impressione retardant.Iusti. Ita cessum inhibere remis,& a bello discedite.

¶proœmium latine initium vel exordium siue prefatio dicitur.Dictum proœmium ꝙ ὁιμη cantus dicitur. Nam sicut Citharœdi pauca illa quę antequam legitimum carmen inchoent emerendi fauoris gratia canunt, proœmium cognominauere,sic oratores ea quę prius quam causam exordiant ad conciliandos iudicum animos prełoquūtur eadem appellatione signarunt.Sunt tamen qui prohœmium appellatum velint.ꝙ Greci ὁιμον vitam nominant,ꝙ prohœmium ante rei ingressum ponatur.Ideoq; cum h, scribendum putant. A proœmium fit proœmior,aris,quod est exordior.

✻proiectus puer dicitur expositus,qui si nutriatur dicitur ꝓiectitius.Cc.

¶projcio is,penulti.cor.quasi porro iacio,extendo,porrigo. Vergilius proiectaq; saxa pachyni. Idem ꝓiecto dum pede læuo Aprat se pugnę.Sisen.Vet⁹ atq; ingens erat arbor ilex quę circum proiectis ramis maiorem partem loci summi tegebat.Hinc proiectus us,pro extensione.Lucret. Qualibet immani proiectu corporis extet. Interdum proijcere est abijcere.Cicero.Quid si eum ex vrbe proieceris.Interdum dimittere,derelinquere.Vergilius. Non ego vos posthac viridi proiectus in antro Dumosa pendere procul de rupe videbo. ðproiecta ædificia ea dicuntur vt inquit Labeo,quæ ita prouehuntur,vt nunquam requiescant.Quid interfit inter proiectum,& immissum vide in dictione immissum.

¶proinde cum accentu in pen. componitur ex pro & inde, significatq;, ideo ideoq;,itaque propterea, propter hoc, quapropter.Semper enim dependet ex superiore sententia. Hierony.in prologo Sap. Hunc Iudæi philonis esse affirmant, qui proinde Sapientię nominatur, quia in eo Christi aduentus euidenter exprimitur.Liuius libro primo. Satis scire origini Romanæ & deos affuisse & non defuturam virtutem ꝓinde ne grauarentur.ponitur quandoque pro aduerbio similitudinis.Terentius in phor.proinde expiscare quasi non nosses.Sallust. At hi contra ignauissimi homines per summum scelus omnia eis socijs ademere quę fortissimi viri victores reliquerant,proinde quasi victoria iuriam facere demum id esset imperio vti.Quandoq; pro deinde, vt apud plautum. proin dicitur pro deinde.Terent.in Eunu,proin dum temp⁹ etiam atq; etiam cogita.

ðprolatus ꝓcul latus,ablatus a ꝓtollo id est ꝓcul aufero nā ꝓfero ꝓpono est idem quod ꝓmo.Iuue.profer Galla caput De ꝓtollo.plaut.in Cap. Vbi res ꝓlatæ.

¶prolectibile titillatio incentiuumve atq; illectamentum. Sido.ad Vectionem.Nemo ita naturæ firmę est vt prolectabilibus careat occultis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Proles progenies. Colu. libro. vij. de caprino pecore. Parit autem si est generosa proles frequenter duos, nonnunquam trigeminos.

¶ Proletarij a prole dicti sunt qui ī plębe Romana pauperrimi erant, nęc amplius q̄ mille quingentum æris in cēsum deferebant. Qui vero nullo aut p̄q̄ paruo ære censebantur Capite censi vocabātur. Au. lib. iij. ciui. dei. Tum vero tam multa bella vtiq; crebruerūt, vt inopia militū proletarij illi qui eo ꝙ proli gignendę vacabant ob egestatem militare non valē tes hoc nomen acceperant, militiæ conscriberentur.

¶ Prolepsis dici pōt p̄ceptio, ex πρὸ ante, & λῆψις sumptio siue acceptio. ☞ Siue ἀπὸ. τοῦ προλαμβανέιν, ☞ hoc est a præsummendo fit aut cum id quod maduersarij aut iudicis opinione esse, aut fore arbitramur contrarium nobis prǫoccupamus dicere & ratione dissoluere.

¶ Prolixo as. Vide in dictione Lixo.

¶ Prolixum quasi porro laxum, quod longum latumq; est. Terent. in Eunu. Accipit nemo melius nec; prolixius, id est largius. Aliquando dicitur superfluum. Vnde prolixam orationem dicimus.

⁎ Prolixitas longitudo, quę & prolixitudo a veteribus dicta est. Pacu. Oro in me ne flectas fandi prolixitudinem. Cc.

¶ Prologus proloquiū siue prǫfatio, proponit enim narrāda

¶ Prologium principium, quasi proloquium, a grǫco λόγος Plautus. Exanimauit me prologio suo.

¶ Proloquor pe. cor. prologo vtor, vel multum siue vltra loquor in longū. plau. in epi. Nam quid ego apud te parem ꝓloqui? Ego illam hodie volo facere libertam meam. Quādo ꝙ proloqui est ante siue simpliciter loqui. Aug. lib. i. Cō. Nō ne tibi prolocutus sum aduersum me delicta mea. Quādoq; est summā rei breuiter eloqui. Varro aūt sic habet. proloqui est quū qd̄ in animo habemus loquendo efferimus. Ter. Cēsen me vllum potuisse verbum ꝓloqui. i. ꝓferre. Aliquādo ꝓloqui est sententiam ferre. A quo proloquiū sententia ī qua nihil desideratur, quod etiam pro exordio ponitur.

☞ Proludo is, pe. pro. ꝓludere signāt qd̄ grǫci dīnt, προοίμια ξἀμ. Quint. cytharedi paucailla quę ante legitimū certamen incohāt emerendi fauoris gratia canunt proœmium vocauerunt. Plin. lib. xxxvij. Quando pompeiano proludit.

¶ prolugeo solito diutius lugeo Festus. prolugere dicuntur qui soluto diutius lugent.

¶ proluo is, ex pro & lauo, quod e prima in tertiam trāsit cōiugationem, sicut Abluo, significat multum siue multo tempore lauo. persi. Nec fronte labra prolui caballino. Non enim oīno negat, sed negat multum labra lauisse, & hoc humilitatis causa. Augu. lib. iiij. ciuita. dei. Abruptas etiam imbribus proluras esse regiones. Aliquando proluere est superfluere. Colu. lib. ij. Quoniam impetus aquarum proluit terram nudatisq; radicibus germina non patitur coalescere.

¶ proluuio onis. Vide in dictione Scaturigo.

¶ proluuies immundicia cuiuscunq; rei sordidæ. Verg. Fœdissima ventris proluuies.

¶ proluuium idem quod proluuies. per translationem dicit profusio & prodigalitas, quum quis more aquæ opes ꝓfundit. Terent. in Adel. Quę res tā repente mores mutauit tuos quod proluuium? quę ista subita est largitas.

¶ promereor bene ago, bñficiū p̄sto. Verg. lib. iij. Nunq̄ regina negabo promeritam. Terent. Ita me velim ames ꝓmerētē pater. i. bñ agentē. Inde socij ꝓmerent, q̄n bñficiis alliciūtur & beniuole artificio conciliant. plaut. tn̄ in Amp. ī malā partem sumpsit. Quid mali sum here tāta ex re promeritus?

¶ promercalia mercimonia sunt vēditioni exposita. Col. lib. xii. pecuniam dñi nec; in aliis rebus promercalibus occuper. Quidā aiūt ꝓmercalia ꝓprie dici merces q̄ prīo mōris emūt vt postea pluris distrahantur, quarum rerū negociatores grǫco vocabulo propolę nuncupantur. ☞ Suero. in Cæsa. aurum promercale vocat id, quod Cæsar vendidit superans sibi reseruata tanta auri copia q̄ta suo vsui satis esset. promercales vestes quę superuacant patrifamilias. Columella libro. vij. pecuniam domini nec; in alijs rebus promercalibus occuper. Ibi videntur accipi promercalia, pro mercimonijs suę dictioni expositis.

¶ Prometheus pe. prod. nomen viri proprium. ἀπὸ τοῦ προμηθεας. i. a prouidentia. Fuit enim prudentissimus, hic primus astrologiam Assyrijs indicauit, quam residens in mōte Caucaso nimia cura deprehenderat. Hic propter nimiam ingenij excellentiam homines finxisse existimatur, quia vt inquit Lactan. simulacrum hominum primus de molli luto formauit ab eoq; nata Plastice est. Hic fuit pater Deucalionis & filius Iapeti, qui fuit vnus ex Titanibus. A Prometheus fit patronymicum Promethides penul. prod.

¶ Promineo es, pe. cor. ex pro & maneo, quasi ante vel extra in longum maneo. Vnde promontorium. Plin. Simiæ dentes vt homini, elephanto intus ad mandendum quatuor prę ter eos qui prominent.

⁎ Promisceo. Vide in Misceo. Vñ promiscuus a, um. Vnde grāmatici promiscuū genus Epicœnon & quasi incertum siue confusum vocant. A quo promiscue aduerbiū miste, cōfuse, incerte pro quo veteres etiam promiscam dixerunt. Cc.

¶ Promitto is, polliceor. Cice. Iam enim totum quod tibi ꝓmiseram p̄stiti. Quandoq; promittere est producere & quasi in magnitudinē mittere, siue porro. i. longe mittere. Plautus in Ru. Capillū promittā optimū est, incipiāq; hariolari. Ver. promissaq; barba. Q̄nq; minari Idem. promisi vltorē & verbis odia aspera mouī. Huius composita sunt Appromitto. ꝙ est pro altero promitto. Compromitto quod significat litem ad boni viri arbitrium mitto. A quo Compromissum ipsa facultas arbitro data. Tractum ab eo quod vterq; litigans simul promittit se arbitri sententiæ pariturum. Repromitto fir miter seu etiam promitto. Hierony. ad Dama. Hos versus esse assumptos, ꝙ ille qui repromittebatur de genere dicendū venerit saluaturus Israel.

¶ Promo is, psi, ptum, ꝓfero, eloquor, expono. Plaut. in Ciste. Accipias claues si quid tibi opus erit ī prōptu promitto. i. extra capito. Verg. Lætiq; cauo se robore ꝓmunt Tersandrus Stelenusq; duces. i. educūt. Lact. lib. v. Lōgū est vniuersas virturis species ꝓmere, vt de singulis doceā. Huius cōposita sunt Depromo, quod est extraho, extra do, declaro. Verg. libro. xi. Et vltricem pharetra deprome sagittam. Plaut. in Amp. Quid faciam nunc si tres viri me in carcerem compegerit, inde cras e prōpraria cella depromar ad flagrum? Lact. lib. iij. Idem in opere valde serio ī quo prǫcepta vitæ deprompta ex philosophia Ciceroni filio dabat, id est excerpta. Hieron. Propter simpliciores quasq; id me depromere compellitis, id est describere. Expromo perfecte promo. Terent. in Heau. Nemo est meorum amicorum hodie apud quē expromere omnia mea occulta audeam.

⁎ Promnion gemma (quæ & Morion) nigro colore translucens. Cc.

¶ Promptus dī, qui iam paratus est ad agendum, & in quo nulla mora est, quasi iam productus. Sal. Natura ferox, vehemens, manu promptum erat maximum bonī ī celeritate putabat. Sic dicimus promptus ingenio qui ingeniū ad oīa paratū habet. Per translationem promptus ponitur pro manifesto & aperto cū res a secretiore loco educit, vt parata nobis & ad manus sit, vnde dicimus, res est in promptu, quasi manifesta. Cic. lib. ij. offi. Quæ q̄q̄ ita sint in promptu vt res disputatione non egeat. Sal. Aliud clausum in pectore, aliud in ligua promptum habere.

⁎ promptitudo vt ait Speu. est patens expeditio propositi ad res agendas.

¶ prōptulus dimi. Hiero. in prolo. Dan. Quidam e nīis satis ad loquendum prōptulus Ezechielem adduxit in medium.

¶ Promptuarius a, um, ex quo aliquid depromitur. pla. ī am. Inde cras e promptaria cella depromar ad flagrum. Nam ibi promptariam cellam pro carcere posuit, quia e carcere ad supplicium promuntur noxij.

¶ promptarium locus ī quo res ad vsum necessariæ ita repo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sitæ sunt, vt statim ꝓmi ac proferri possint. Amb. libr. hexa. Quid est igitur os hõi nisi quoddam sermonis hausturn, fõs disputationis, aula verborum, promptarium voluntatis. ☞Symmachus in epistolis promptarium vocat ingenium tã quam repositorium doctrinarum. Ait enim, vt mihi falsis laudib⁹ blãdiaris cũ ais aliq̃d ex nostro desiderare prõptario.

¶ Promus & condus apud veteres pro cellario sumebantur, ꝙ inde promãt & ibi condant. Plaut. in Asi. Ego sum prom⁹ condus procurator peni, promus qui ꝓest cibarijs promendis, qui victum familiæ promit. Condus qui recondit in cellam penuariam ipsa penora. Nam in potentiorum domibus alius est promus, alius condus, alius alij ministerio assignatus. Apul. ĩ apo. Promum librorum appellat illum qui libris promendis præest.

¶ Promulsis idis. potio ex mulso condita. Cic. Papyr. Habuisses nõ hospitẽ sed cõtubernalẽ. At quẽ virũ nõ eũ quẽ tu es solitus promulside conficere. Hinc promulsidaria vasa dicuntur quibus mulsũ continetur. Scribit Pompo. Iurisco. legatis vasis scutellas & ꝓmulsidaria contineri.

¶ Promõtoriũ quasi ꝑeminens mons, signifi. enĩ mõtẽ ĩ mari ꝓminẽtem. Pli. li. xxxvi. ꝓmõtoria aperiũtur mari & rerũ natura agitur in planum.

¶ Promulco nauis agi dicitur cum scapha ducitur fune. a ꝓmulcendo. Nam non necessitatis tantum causa fit, sed vt nauis quietius agatur.

¶ Promulgo as. publico palam pronuncio, quasi prouulgo. Festus. Leges ꝓmulgari dicũtur cũ primũ in vulgus eduntur. Colu. lib. i. C. Licinius dãnatus est qui agri modũ quẽ in magistratu rogatione tribunitia ꝓmulgauerat immodica possidendi libidine transcendisset. ✳ Vnde promulgator promulgatrix ꝓmulgatio, i. diuulgator diuulgatrix diuulgatio. Cc.

¶ Promurale dicitur cum extra muros qui ambiunt ciuitatẽ alius ducitur murus, & est murus ante murum, qui & antemurale vocatur. Dicitur etiam locus promuralis qui est ante murum. Hierony. Cum autem venerit ad promuralem locũ id est ad futuri sæculi statum, ibi ad eam dicit ostende mihi faciem tuam.

✳Pronepos & ꝓneptis, nepotis & neptis filius & filia. Cc.

¶ pronomen ideo dicitur quia vice nominis fungitur. Nam sicut dicendo nõmen explicamus personam, sic ꝓnomen tacito noĩe vt cũ dicimus hic legit ille scribit.

¶ pronubę, penul. prod. dicuntur quę sunt in obsequio nubẽtis inquit Dona. quæ nubentes domum mariti deducunt ac comitantur.

✳pronuba dicitur q̃ nuptijs præest celebrandis, & ea ex parte vxoris, sicut auspex ex parte viri. Inde Iuno pronuba dicebatur, quia nuptijs præesset. Cc.

✳pronubo nuptijs ꝑsum. Vide Nubo.

¶ pronurus pe., ꝓ. nepotis vxor dicitur.

¶ pronus ~~proprie dicitur in anteriorem~~ partem flexus. Ouĩ. ~~lib. primo met. pronaq; cum spectãt animalia cætera terram os hominis sublime dedit per translationem vero quis dicitur pronus id est inclinatus ad virtutes vel ad vitia~~. Item pron⁹ dicitur qui est contrarius supino, plini. lib. xxvij. Supini cubitus oculis conducunt. At proni tussibus. Item ponitur pro vicino, sicut altus pro longe posito. Verg. Ventisq; vocatis pronapetit maria id est litrori vicina. Dicitur & pronis in tertia declinatione, vt apud Terent. in phor. Alia trabs pronis in humum accedẽs proxime frangit ramos cadentes.

¶ propago inis. & ꝓpages gis pe. ꝓ. vitis vetula & suppressa vt ex vna plures fiant. dicta ꝙ porro pangatur id est longe figatur. Verg. Flexos propaginis arcus. vbi prima producit. Aliquando significat genus, & sic prima corripitur. Idem Si Romana potens Itala virtute propago.

¶ propago as. pe. ꝓ. vitem vetulã supprimo. & ꝙ translatio ponitur ꝓ extendo dilato.

¶ propalã pe. cor. i. clare apte, & in ꝓpatulo. Cice. lib. de ora. Non explicata veste, neq; ꝓposito argento, neq; tabulis & signis ꝓpalam collatis.

¶ propalo as. pe. cor. manifesto. in longum cresco. Aug. li. ix. cõ. Cum ꝓpalata & effossa digno cum honore transferentur ad Ambrosianam basilicam quos vexabant immundi spiritus sanabantur. Col. li. iij. Deinde ex eo sulco quasi ramos fossarum facies, per quos vt quæq; virga postulauerit ꝓpalet, atq; ita terra adoperies.

¶ Propatulum late pat ẽs atq; apertum, quasi porro patuli. Salsti. Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere. i. in publico.

✳Propatruus dĩ maximus patruus frater pro aui. Cc.

¶ Prope graui accentu ꝓnuntiata penul ꝑpositio est & significat iuxta. Curtius. Cum ꝓpe id oppidum copiæ consistent. Interdum significat ex ꝓpinquo. Mart. lib. i. Hic vbi syderẽ⁹ ꝓpi. &c. Prope vero vltia acuta ponitur ꝓ aduerbio fere seu quasi. Pli. Et in foribus templi ꝓpe collapsus expatiet. Terent. in An. prope adest cum alieno more viuendum est mihi. Cõparatiuum ꝓpior ꝓpinquior, superlatiuum ꝓximus, propinquissimus ac nobis adhærens. Veteres tamen nõ solum ꝓpiquum & nobis hærentem ꝓximũ dicebant, verũ etiã longe remotum. si tñ inter duo discreta nil mediũ extitisset. Vergi. Proximus huic longo sed ꝓximus interuallo. Aliquando ponitur ꝓ maxime ꝓpitio. Terẽ. Gradiuũ testor qui deus est nobis oĩm ꝓximus. Mart. Nec ꝓpior q̃ phœbus amet. Interdũ non habet vim suplatiui, & ꝓpinquũ significat, quapropter cõparatiuũ facit ꝓximior q̃d ꝓpinquiorẽ significat, & ab eo fit proximitas & ꝓxime aduerbiũ. Vege. proximior & dextra sit q̃ plagam possit inferre. Vlpi. lib. xxx. ad edictũ. Si quis ꝓximior nascerẽ cognatus. Aliq̃n ꝓximus in sacris litteris intelligitur oĩs homo, quia vt inquit Aug. Nemo est cũ quo sit malum. Et ꝓximus est qui tecum natus est ex Adã & Eua. Omnes ꝓximi sumus cõditione terrenæ natiuitatis. Sciendũ ꝙ ꝓpius & ꝓximus & ꝓxime ꝑter cõparatiuorũ superlatiuorumq; naturam cõstruitur cũ actõ. Cice. proximus põpeiũ sedebam. Propius vrbem mouẽt. Salusti. Proxime Hispaniã mauri sunt, compositum a prope est deprope, quod significat ex propinquo.

¶ Propediem aduerbium temporis quasi prope est dies quãdo hoc fiet id est cito. Terẽ. Et illum tibi saluum affuturũ esse hic confido propediem.

¶ Propemodum. i. pene quasi ꝓpe mensuram.

¶ Propilo as. pe. pro. Vide in dictione pilus.

¶ Propinquus a prope deducitur. Et modo significat cum q̃ ꝓpe est, modo affinem. vnde ꝓpinquitas affinitas. Propinquo as. ꝓpinquus fio. Vergi. Fuge nate propinquant a quo fit Appropinquo.

¶ Propello is. ꝓpuli ꝓpulsum. Vide in dictione pello.

¶ Propendo is significat sursum pendere cum quid in statera ponderatur sicut dependere deorsum pendere. Plau. in Asin. Vbi manus manicæ complexæ sunt atq; adductæ ad trabẽ, nec dependis nec ꝓpendis Amb. cñ ꝓpendo ꝙ dependo potuit cũ ꝙ translationẽ dixit. Atrociorẽ scelerũ reatũ vitia reliqua sequunt̃qm̃ q̃ flagitiosa ꝓpenderint, eo inclinant cætera. Itẽ ꝓpendere est diu siue multum, aut lõge examinare. Quĩ. Dabã his ociũ refrigerato inuentionis amore diligentius repetitos tanq̃ ꝓpenderem.

¶ Propensus vehementer inclinatus. Cicer. lib. i. offici. Quin etiam si quis est paulo ad voluptatem propensior. E ꝓpensus quasi vltra tensus. Pers. Cum tibi calue pinguis a qualiculus ꝓpenso sesquipede extet. Comu. Cum tu o Calue senator abundantia ciborum pinguis sis & ventrem habeas vltra sex pedes extensum.

¶ Propetro as. pe. cor. Vide in dictio patro as.

¶ Propero as. pe. cor. a ꝓpe fit, & significat festino celeriter eo. Nam qui in aliquem ꝓperat, id agit vt illi ꝓpinquior sit. Sal. Qua illi discessus erat in Galliam ꝓperant id est celeriter eunt. Et ille dicitur properare qui festinanter aliquid agit vel dicit. Verg. Multa forent quæ mox cœlo ꝓperanda sereno. Lactã. lib. vi. Et cum viuere se putant ad mortem cõcitatissime ꝓperant. Nonius Festinare & ꝓperare veteres diuiserunt. Cato. Qui vnũ q̃d mutare tranligit ꝓperat. Qui multa simul incipit nec ꝙficit, festinat. Verũ vtriq; verborũ ratio sub hac si-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gnificantia proxima est veritati, vt sit sæpe animi properare studiose ad res aliquas contendentis. Festinare corporis necessitati obsequentis. Verg. lib. iiij. Et medijs properas aquilonibus ire per altum. Et libr. ij. Festinate viri, nam quæ tam sera moratur Segnities. Huius composita sunt, appropero quod est iuxta propero. Cice. pro milo. Cum hic insidiator qui iter illud ad cædem faciendam approperasset. Depropero valde seu celeriter, ppero properanter facio. Hor libro. ij. car. Quis Vdo deproperare Apio coronas curatve myrto. Impropero, intro, ppero. Plini. lib. xxxvi. Intus labyrithum inextricabilem, quo si quis improperet sine glomere lini, exitum inuenire nequeat. Aliqñ improperare est crimen vel aliquid aliđ obijcere. Inde improperium. A propero fit propatio properãtia & properitas.

¶ Properus a, um penul. cor. idem quod celer. Plau. Properam video ancillam venientem. Hinc fit properior properrimus, & cõpositum pproperus.

¶ Propere aduerbiũ Salu. Tũ propere consul ducit exercitũ.

¶ Properatim. Cæcil. properatim in tenebris istuc confectũ est opus.

¶ Properiter. Catul. Animula miserima properiter abijt.

¶ Properanter fit a properans. Actius remisq; nixi properanter nauim in fugam tradunt.

*Propetro signifi. mando aliquid pfici. Acti. Age vero propetra q̃d cœpisti fieri. Inde ppetratio. Cc.

¶ Prophasis pe. cor. dici. potest latine p̃textus excusatio.

¶ Propheta æ, & prophetes is. mascu. gene. prophetis dis. vel idos. & prophetissa æ, in fœmino ἀπὸ φημι quod est prædico Hiero. in lib. Iudi. Erat autẽ Delbora prophetis vxor Laphideth quæ iudicabat populum. Et in Euang. Erat anna pphetissa filia phanuel. Est autem propheta qui futura p̃nuntiat ab eo primum intellecta. Alias vero non posset dici propheta. Veteres vt inquit Festus antistites phanorum oraculorũq; interpretes prophetas dicebant.

ϑ Prophĩa est inspiratio vel reuelatio diuina rerum euẽtus immutabili veritate denutians. Vñ prophetia visio prophĩa videns dicitur fit autem quatuor modis pfacta, vt p arcã Noe quæ figurabat ecclesiam, p dicta vt p ea quæ angeli dixerũt Abrahæ in semine tuo benedicentur omnes gentes. pervisiones, sicut factum est. hieremiæ, qui vidit ollã succensam a facie Aquilonis. Et per somnia vt p somnium nabugodonosor qui vidit lapidem de monte excisum sine manibus. Est & alius prophetiæ modus cæteris dignior quãdo ex sola sancti spiritus inspiratione remoto omni exteriori adminiculo facti vel dicti vel visionis vel somnij prophetizatur & hoc modo prophetizauit Dauid. Vnde dixit Audiam quid loquatur in me dominus deus. Fit etiam ppetia de tempore præsenti vt Vnde hoc mihi vt veniat mater domini ad me, de præterito, vt in principio creauit deus, & de futuro vt Ecce virgo concipiet.

¶ Propheto as. p̃dico. Licet qñq; pphetare sit laudes deo canere, vt in lib. Numerorũ. Cũq; requieuisset in eis spiritꝰ prophetauerunt, nec vltra cessauerunt.

*Propilare acuere est & ppilatũ acuminatũ, & quasi ad pilæ formam factum. Cc.

¶ Propnigeon locus in balneis, in quo ignis ineluctus exæstuat. pingos latine æstus & suffocatio. pnigo suffoco.

¶ Propitius a, um. quod est placidum fauensque, a prope & ito as. vt quidam aiunt. Nam qui nobis fauent prope nos ire cõsueuerunt vel dicitur propitius prorsus pius, aut porro id est valde pius.

¶ Propitio as. siue propitior aris. propitium reddo placo. Hinc Repropitior, quod est rursus propitium reddo. Hierony. libro secundo Reg. Et repropitiatus est deus terræ propitiatio sacrificium.

¶ Propitiabile quod est ad propitiandũ aptũ. Vñ propitiabilis hostia. Dicitur & propitiale. Item propitiabile q̃d facile flectitur, vt propitiabile numen.

¶ Propitiatorium locus in quo placari solet deus, licet & protabula quadam poni videatur in exodo posita super arcam. Vnde scribitur. Facies & ppitiatoriũ de auro mundissimo.

¶ Propina pe. p. dici potestan famẽ. ex pro ante πεῖνα fames Et vt nõnulli dicunt locus erat iuxta Thermas & balnea publica, vbi post lauacrũ a fame & siti reficiebant vñ & ajũ ex latina p̃positione p, & græca dictione cõpositũ potius volunt ita vt indicet id q̃d datur pro esurie.

¶ Propino as. pe p. ex πρὸ ante & πίνω bibo, vel a προπίνω q̃d significat post potum tradere proprie significat poculum vt quis bibat præguſtare ac porrigere. Plaut. in Curgu. propino magnum poculum. ille bibit. Quę consuetudo inde initium habuit: q̃ græci solẽni die quem philotheſiam vocant miscere aureis atq; argenteis poculis vina solebant quæ e manu gestantium sumentes ori parumper admouebant, deinde alteri cui vellent offerebant. Hoc vero propinare, quod est p̃ bibere dicebatur. Hinc factum est vt propinare sit cibum potumq; extraordinarium voluptatis gratia cum amicis assumere. Interdum est simpliciter porrigere. Terent in Eu. Hunc vobis comedendum & bibendum & deridendum propino. Spartianus. Vuluam inciderit, venenatam partem fratri edẽdam propinans & sibi innoxiam reseruans. Plini. lib. xx. Quidam ad vuluæ dolorẽ radicem cũ vino dulci propinant.

¶ Propenticon latine comitatiuum a προπέμπω comitor præmitto. Vnde est titulus apud Sidonium, propenticum ad libellum.

*Proplastice dr̃ ars ipsa faciendi typos hoc est formas, q̃bus formandis figulinis operibus vtuntur. Cc.

¶ Propolis pe. cor. quasi suburbanum. Et id dicit quod apes ante alueum faciunt. Var. propolim vocãt quod apes faciũt ad foramen introitus porrectum in alueum maxime æstate fauorum stabilimentum, quo omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruuntur.

¶ Propolę pe. prod. negotiatores, qui merces p̃emunt minoris, vt postea pluris vendant πρὸ enim ante πωλέω vendo. Lampri. in cõmodo. Imitatus propolas circũforaneos eq̃s curules sibi cõparauit. Cice. cõtra piso. pistor domi nullus, nulla cella panis & vinũ a propola.

¶ Propyleum latine vestibulum vel porticus, q̃ est ante domum. Cice. lib. ij. offi. Phalereus Demetrius qui periclẽ principem græciæ vituperabat vt tantam pecuniam in p̃clara illa propylea profuderit. Plini. Protogenes cum athenis celeberrimo loco. Mineruæ delubro propyleum pingeret, adiecit paruulas naues longasi his quę pictores paterga appellãt.

¶ Propontis ontidis æquor patens atq; diffusum. Hæc angustijs Bosphori Thracij cum Euxino ponto coniungitur. Nam geographi primas angustias maris se coarctãtis Hellespontum vocant. Inde expatiatur æquor. Quæ laxitas propontis appellatur. Vbi iterum in arctum coit & stringitur, illæ angustiæ Bosphorꝰ Thracius nũcupatur. Vbi iterum effunditur Pontus Euxinus, qui curuatus in figuram Scythici arcus cõmittitur ostio Mæotidis paludis, idq; ostium Cimerius Bosphorus vocat. A propontis fit propontiacus a, um. Ouid. lib. i. fast. Hincq; propontiacis hærentem cyzicon oris.

¶ Propono is. statuo, delibero. Sene. Id in primis animo proponendum vt recte viuamus. Aliquando proponere significat promittendo ponere, & ostendere, vt propono ludũ propono prẽmium. Cicer. Quis est qui proposito tanto prẽmio non excitetur. Aliquando est extra ponere, siue palam, ostendere. Plini lib. xxxv. Idem pfecta opera proponebat in pergula transeuntibus. Salu. postulauere plæriq; vt proponeret, quæ conditio belli foret, quæ p̃mia armis peterent. Aliquando anteponere, docere. Lactan. lib. iiij. Pœnitentiam nobis in illa circuncisione ppposuit. Aliquãdo procul ponere.

¶ Propositum dicitur quod mente statutum est, & intentio hominis. Plini. Hoc ei propositum erat vel supare vel cedere.

¶ Propositio q̃stio habens aliquid quod disputatione soluẽdum sit, & a græcis problema dicitur Dialectici definiunt p positionem q̃ fit oratio verum vel falsum significans. Cic. li. ij. ad Heren. Propositio dicitur per quam ostendimus sũma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tum quid sit q̃d probare volumus.
¶ Proportio. Vide in dictione portio.
¶ Proptor dicebatur q̃ extra ordinariã p̃turam gerebat.
¶ Proprium a prope fit, & dicitur q̃d peculiare est vnius cuiusq̃. Hoc enĩ maxime ꝓpe est, q̃d proprũ est. Verg. Hũc mihi da proprium virgo sata nocte laborẽ. Hinc ꝓprietas & ꝓprie, quod est peculiariter. Aliquando dicitur diuturnum. Sisen. At qui metu & suspitione propriam habere quietem nõ poterat. Plautus. Atq̃ illum amatorem tibi proprium futurum in vita, id est perpetuum. ⁎ Inde proprietarius.
¶ Propter significat alicuius causa. Et accipitur ꝓ loco causalis cõiunctionis, vt propter niues frigescunt homines. Ver. Te propter Libyę gentes Numidiq̃ tyrãni Odere. i. tui causa. Aliq̃ aduerbiũ est significat prope Teren. in Adel. Nimiũ istoc abisti, propter hunc afflisti. ♁ Aliquando significat apud Sisue in Oui. propter humum volitat ponitq̃ in sæpibus oua. Et Lucre. Tum portam propter ahena signa manus dextras ostendunt attenuari.
¶ Propterea significat ob eam causam, sicut quapropter, propter quam causam.
¶ Propudium dicebant cum maledicto nudari turpitudinẽ nolebant, quasi porro pudendũ, vel a quopudor & pudicitia procul sint propudia virorũ apud Plinũ intelligitur immodica aut certe obscœna venus & probrosa mollicies. Plau. mere triculam propudium vocat. Hinc dicuntur.
¶ Propudiosa dicta q̃ pudicitia sit procul a pudore, Sidoni. Igitur hinc proxime obrupto cõtubernio ancillæ propudiosissimæ cui se totum consuetudine obscœna addixerat, id est impudicissimæ.
¶ Propugno as vehementer & de longe pugno. Vnde propugnator. Liui. lib. iiij. Quid a vobis speretur, an honores q̃d aduersarijs vestris potius q̃ reip. propugnatoribus datis.
¶ Propugnaculũ est munitio vel quasi locus munitus vnde vehementer certari possit & defendi procul. Verg. lib. iiij. Et propugnacula bello tuta parant.
¶ Propulso as, frequẽtatiuũ a propello, significat de lõge pulso, seu procul fugo. Liuius lib. i. Tamen cum mœnibus bellũ propulsare posset in aciem copias eduxit. Col. lib. vij. Euincẽ dis sũt autem quamuis pestiferi morbi & exquisitis remedijs propulsandi.
¶ Proquæstor qui quæsturam extraordinariam gerit.
¶ Proreta penul. prod. dicitur qui tutos est & gubernator in nauis prora.
¶ Prorito as. pe. prod. significat prouoco. Colu. Vt pelusiaci proritet pocula zynti.
¶ Proripio is. penul. cor. quo ad effectũ significat procurro siue profugio. Sed q̃n actõ procurrentis aut profugientis constituitur significat subito deduco, vel subito traho. Liui. lib. ij. de bel. pu. E manibus sacrificantiũ cũ sese proripuisset. Salust. Deinde se domum ex curia proripuit.
¶ Prorepo is. vero pe. pro. Vide in dictione Repo.
¶ Prorogo as. pe. cor. Vide in dictione Rogo.
¶ Prorumpo is. vltra siue valde rumpo. Cesa. lib. iiij. Celeriter ad eas munitiones peruenerunt, atq̃ proruptis his prius i hostium castris constiterunt, quam plane ab his videri, aut quid rei gereretur cognosci posset. Verg. lib. i. geor. Rursus in obliquum verso prorumpit aratro. Quadoq̃ prorumpere est vltra emittere, euomere. vnde proruptum effusum fluensq̃. Idẽ Vnde p̃ ora nouem vasto cũ murmure montis. It mare proruptum. Et lib. iii. Interdumq̃ atram prorumpit ad æthera nubem. Quod Seruius exponit pro euomit, asserens nouã hanc esse locutionem. Non enim dicimus ego prorumpo hanc rẽ. Hoc modo vsus est Teren. in eu. Iam me erumpere licet hoc mihi gaudium. Quãdoq̃ est irrumpere, quod est quadamvi progredi prosilire ve.
¶ Prorsus & prorsum dicimus quasi porro versus. significat omnino. Noni. prorsus & ab radicib⁹ euulsa est arbor interdũ ponit ꝓ nõ recte, & vere Idem in Adel. Eo pacto prorsus illic aligaueris filium Quando vero nomen est significat rectum vnde prorsi limites dicuntur in agrorum mensuris qui ad orientem directi sunt.
¶ Prorsum rursum significat retro ante, vt dicim⁹ susum deorsum, intro foras, hac illac.
¶ Proruo is, ruere facio projcio. Liui. Mare fluminibus inuexit, montes lapsu ingenti proruit. Idem lib. ix. Excitati arma capiunt dolabræ calonibus diuiduntur ad vallum proruendum, fossasq̃ implendas.
¶ Prosa vnde & prosella diminu. Plin. lib. xviij. Sed prosellis binis terniscq̃ sic erant. ♁ Et prosa dicitur oratio soluta quasi profusa. Item prosa dea, cui ara deprecandi gratia periculi ab ęgro partu constituta est.
¶ Proscœnia sunt pulpita ante scænam, in quibus Scænici Histrioniam agebant. Verg. li. iij. Georg. Et veteres ineunt proscœnia ludi.
¶ Prosapia generis longitudo, siue progenies antiqua, a prosupando id est iaciendo & disjciendo quasi porro sparsis & quasi iactis liberis. Aliqui a prosupero, q̃ prosuperent. hoc est supersint & superabundent liberi.
⁎ Prosedanum vitium est arietibus & hircis circa coitum ꝓueniens ex nimio labore. Huic morbo rustici medentur genere satyrij quod Crategonon ꝓappellant, cum in cibum porrigitur. Cc.
¶ Prosedæ dicuntur meretrices eo q̃ ante stabula sedeant.
¶ Proscindo is. valde vel vltra seu subtus scindo. Vnde dicimus terram proscindi cum primum aratur. inquit Var. Cum iterum offringere dicunt, q̃ prima aratione glebæ grandes solent exitari Cum iteratur offringere vocant. Tertio cum arant iacto semine boues litare dñr. i. cũ tabellis ad vomerem simul & satum frumentũ operiunt in porcis, & sulcant in fossas quo pluuialis aqua dilabatur. Per translationẽ pronscindere est intamare cõtumelijs lacessere, lacerare. Sue. in Aug. Hũc fœdissimo conuitio coram prosciderunt. Plinin. Hic est Masmura Catulli Veronensis carminibus proscissus.
♁ Prosapodosis pe. cor. πϱοσαποδοσις latine assignatio & redditio dicitur.
¶ Proscribo aliquid per scripturam vęnale propono & publico vnde proscriptum venale expositum, quia quæ erant vẽdenda publice scribebantur. Nam proscribi domus dicuntur quando opposita in scriptione vænales vel locandæ significantur. Cice. lib. iij. offi. Claudius proscripsit, insulam vendidit. Item ꝓscribere est relegare, damare. Hora. in ser. ꝓscripti regis pupillus atq̃ venenum. Plini. de Sylla. Age non exit⁹ vitæ eius omnium scriptorũ abillo calamitate crudeliior fuit. Tractum ab eo q̃ hi proprie ꝓscribi dicuntur vt Vlpi. testatur, quorũ nomina claris literis vt de plano recte legi possint ante tabernam vel ante eum locum in quo negotatio exercetur, non in loco remoto, sed euidenti scribuntur. Hinc, ꝓscriptio dãnatio, & ꝓscriptus damnatus. Item est in aliquẽ pene trabie telum intorquere. Macrobi. Non est facile in eum scribere qui potest proscribere.
¶ Prosecta dicta sunt ab antiquis viscera, quæ in sacrificiis ꝓsequallent. Luca. lib. vi. Si pectora plena tæpe dedi & laui cæsidono prosecta cerebro.
¶ Proselytus pe. ꝓ. aduena peregrinus aduẽtitius. ♁ Est enĩ verbũ græcũ illi enim dicunt πϱοσηλύτος.
¶ Proselenus pe. ꝓ. dicitur ante lunam nã cõponitur ex. πϱο ante & σελήνη luna, q̃ selas id est splendorem habeat, & ἀνω id est superne. Nam a sole lumen accipit. Et proselini dicuntur ante lunam geniti, quo nomine dicti sunt Arcades. Statius. Arcades astris lunaq̃ priores.
¶ Prosequor pe. cor. ꝓprie significat vltra siue post sequor. Cice. lib. ii. offi. Sequitur vt hæc officiorum genera ꝓsequar. Plau. in cist. Istis hac aut hac socci video vestigiũ in puluere ꝓsequar hac. Aliquando ꝓsequi est cum affectu animi. vt prosequor te amore, odio, laude, honore, cõtumelia & huiusce modi. Et fere semper cum ablatiuo. Cicer. in Ver. acti. iiij. Ille iratus hominem verbis vehementioribus ꝓsequitur. i. insectatur. Idem Metello. Domus tua denicq̃ tota oĩbus summis officijs ꝓsequuta est. Interdũ ꝓseq est ꝓseuerare, exequi q̃d cœptũ est. Amb. Et bene sabbato cœpit vt ipsũ se ostenderet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

creatorem, quia opera operibus intexeret & ꝓsequeret opus quod ipse iam cœperat. Interdum est quasi deducere, & comitari. Hiero. ad Iulia. Inter multorum officia ꝓpinquorū, & cōsolantes amicos tuorū exequias ꝓsecutus es diuersis aliis modis vsurpatur. Lactan. lib. ii. Siquidem sacrilegia sua iocularibus etiam dictis prosequebatur. i. cōdiebat. Idem lib. iiij. Quā Tullius vniuersis eloquentiæ suæ viribꝰ ꝓsequutus est. i. descripsit, tractauit, vel laudauit. Cice. lib. i. Tus. Quid totum, pene cœlum ne plures prosequar nonne humano genere completum est id est vltra nominem. Idem in Cato. Quam palmam vtinam dii immortales tibi reseruent, vt tui aui reliquias prosequare. i, viriliter assequaris, vel prospere consequaris. Terent. in Adel. Ego ius meum ꝓsequar. Plau. in cap. Nunc barbarica lege, certum est ius meum prosequi id est pro viribus obtinere. Columel. libr. Ac rursus præmio prosequamur eos qui strenue se gerunt.

¶ Prosodia cum accentu in penultima. latine accentus dicitur qui lex est siue regula ad eleuandam deprimendamve syllabam vniuscuiusq; particulæ orationis accommodata & a Ilio nomine apud græcos τόνος dicitur. Fit autem prosodia a ϖρός græca ꝓpositione quæ significat ad, & ὠλή cantus.

ȣ Gel. prosodias græci, latini accentus dicunt eas veteres docti tum notas vocum tum moderamenta tum accentiuncu culas, tum voculationes appellabant.

¶ Proserpina pe. cor. luna Iouis ex Cerere filia, a græcis persephone dicitur. Ouid. lib. iiij. fas. At neq; persephone digna est prædone marito. A proserpendo dictam proserpinam. August. lib. vij. ci. dei. significareq; fœcunditatem scribit. Quę cū aliquando non esset, dicta fuit rapta ad inferos, & tunc cessarunt instrumenta ruralia. Qua redeunte instituta sunt solennia apud Athenas Serpere enim videtur veluti serpens dū modo ī dextram modo in sinistram mouetur, propter quod & omniuaga dicitur. Dicta est Libera Diana, Lucina, Triuia, Hecate, & Noctiluca.

ȣ Proserpere ꝓprie Dracones dīr. Plaut. Fac me ꝓserpentem bestiam duplicem vt habeam linguam.

ȣ Prosemino quasi vltra semino. Manil. lib. i. Semꝑ enī ex aliis alios proseminat vsus.

¶ Prosumia genus nauigij leuis speculatorij. Plaut. de nocte ad portum ꝓfectus sum ꝓsumia. Cæcil. Qui pro gubernatore se gerens prope vertit ꝓsumiam. Hæ naues etiam Geseoretæ vocantur.

¶ Proseuche obsecratio vel oratio quæ ad deum funditur dicta quasi ϖροσεύχή. Quia attentione opus sit ϖροσεύχω ēm est attendo. vel intendo, vel adhibeo. Iuue. videtur ponere ꝓ eo loco vbi precibus & obsecrationibus mendici a transeuntibus stipem mendicabant, vel victitabant ait enim. Ede vbi consistas in qua te quæro proseucha. Nam in ingressibus pontium mendici tuguria habebant vnde a ꝓtereuntibus mendicarent stipem.

⁎ Prositium dī q̄d ꝓfectum proficitur. Ce.

¶ Prosocer pe. cor. Vide in dictione Socer.

¶ Prosopopis pen. cor. insula in Delta Nili, in qua est ciuitas Atarbechis, vt ait Herodotus.

¶ Prosopopeia ad verbum dicitur personæ factiua. Componitur enim ex ϖρόσωπον, quod personam significat, & ϖοιῶ facio. Figura est cum persona aliqua fingitur, vt cum inanimatum loquitur ad animatum, vel econuerso. Horat. Quid amplius mare o terra ardeo.

¶ Prosonomasia latine annominatio dī, quæ fit similitudine aliqua vocum & vicinitate quadam verborum, vt quis locus aut lucus, vt ex aratore orator, vt deligere oportet quem velis diligere.

¶ Prosper qui dat felicitatem, felix qui recipit, vt sydus prosperum, sub quo natus est felix. Sueto. tamen de Cæsare scribit eum fuisse prospera valitudine id est bona & quasi felici. Vn de improspere, quod ponitur pro non bene. Colu. lib. i. Nam vbi qui perperam administratum cessit improspere, vitatur quod fefellerat, illuminatq; rectam viam docentis magisterium. Et Ver. Sis felix nostrumq; leues quæcūq; laborem pro eo quod est prospera & benigna. Dicitur & prosperus a, um. Cicer. lib. vi. de repu. Deinde est hominum generi prosperus & salutaris.

¶ Prospero as & ꝓsperor deponens prosperfio. Augu. in ꝓlogo li. ci. dei. Qui res humanas ita ꝓsperari volūt vt ad hoc multorum deorum cultum, quos pagani colere consueuerūt necessarium esse arbitrentur.

¶ Prosilio prosilis Vide in dictione Salio.

¶ Prospicio is. i. ante siue a longe video, prouideo, curo, caueo Cice. Ser Sul. Tanquam ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram, pro cauere prouidere construitur cum dativo. Terent. in Adel. Ego iam prospiciam mihi. i. consulam siue ꝓuidebo. Plinius. Nam & rebus illius non minus quam meis prospiciam.

¶ Prospecte aduerbiū cōsulte. Hier. cōtra Ioui. Ex quo volūt dei dispensatione esse factum vt qui improspecte vouerat, errorem votorū filiæ morte sentiret.

¶ Prospectus us. ipsa a longe visio. Verg. lib. ij. geor. Non animum modo vt pascat ꝓspectus inanē. Docet Paul. Iurisco. ꝓspectum ex inferioribus & ex superioribus locis esse lumen ex inferiore loco non esse.

¶ Prospicuus intentus ac vigil.

¶ Prospicientia, cura prouidentia. Amb. Quid enim tam morale ad persuasiōem, quam ꝙ videas ꝙ etiam quæ sunt irrationabiliatic dei ꝓspicientia vestiantur, vt nullo horum vel ad gratiā egeant vel ad ornatum.

¶ Prospiro as penul. ꝓ. vltra longe spiro. Cato. Nam venæ eorum vbi suffiatæ sunt ex cibo non possunt prospirare in toto corpore.

¶ Prostasis siue prostatia præfectura vel ptæsidētia latine dr.

¶ Prosthesis appositio siue additio. Figura cūin pricipio dictionis additur litera, vt gnatus ꝓ natus.

¶ Prosterno is. ante sterno, vinco, ꝓfligo, qd fit cum hostes in acie sternuntur. Salu. Prostratisq; militibus fugæ se dedit. Aliquando significat in terrā deiicio. Apule. Puellamq; reluctantē tandē ꝓstrauit. Ambrosius aliter dixit in diua Agnete. Inter hæc lecto ꝓsternitur.

¶ Prostituo is. quasi ante statuo, meretricandam ꝓbeo. vnde prostituere pudicitiam significat vulgo sui corporis potestatem facere. Hinc meretrices prostitutæ dicuntur. Sueton. de Nerone suam pudicitiam vsq; adeo prostituit, vt contaminatis pene omnibus membris virorum ac fœminarum inguina inuaderet.

¶ Prostibulum modo ipsum scortum dicitur, ꝙ quæstus copiosioris gratia concurrentibus illuc aduenis mansiones ante stabula habuere. A prostituendo ꝙ in eo loco se ꝓstituāt meretrices. Hie. prostibula regnum dei non possidebunt. Modo ipsum lupanar. Idem in Ezechi. Æ dif. casti tibi lupanar & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis & iterum. Destruent lupanar tuum, & demolientur ꝓstibulum tuum. Dicitur & prostibula æ. Plautus in persa. Hic faceret prostibulā ꝓpediē.

¶ Prosto as. prostiti prostatum a longe sto. Plau. in curcu. Hi saltem in occultis locis prostant vos in foro ipso. Item pro stare est pro precio stare seu viuere. Iuue. Quid referam quanta siccum iecur ardeat ira. Cum populum gregibus, comitū ꝑmit hic spoliator pupilli ꝓstantis. Idem Et ad circum iussas ꝓstare puellas. Item ꝓstare ante stare. Quin. Iubet ꝓstare gladio cinctum. ȣ Val. lib. iii. Hortensius Corbio omnibus scortis abiectiorem, & obscenioremvitam exegit, advltimumq; lingua ei⁹, tā ad libidinē cunctorū inter lupanaria ꝓstitit, quā aui ꝓ salute ciuiū in foro excubuerat.

¶ Prostoton morbus quo rigore mentū pectori intenditur.

¶ Prosubigo is. pe. cor. ex pro & sub & ago. significat vehementer suffodio. Verg. libro tertio geor. Et pede ꝓsubigit terram, fricat arbore costas.

¶ Prosum es. profui, vtilitati sum, quasi pro aliquo sum. Teren. in Hecy. Quicquid est. id quod reliquit profuit. i. pro nobis fuit, sicut exponit Donatus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Protasis dici potest ꝓpositio. Do. in ꝓlog. Teren. Protasis primus actus est initiumq; dramatis.

¶Prothesis dr̃ prꝛpositum siue p̃positio vt a ab abs.

*Protelo as, pe. ꝓ. longe differo, protraho. Lucil. Quẽq; nec lucanis oriundi a montibus tauri ꝓtelare valid is cornibus. Hiero. Inediam plusq; vnius diei victoris exercitus protelauit Per translationem sumitur ꝓ pturbo, exagito tractum ab assiduo telorũ iactu. Terent. Ne te iratus suis sæuis dictis protelet. Sisen. lib. iij Romanos impetu suo ꝓtelant. Item ꝓpello & longe excludo. Turpil. Propter peccatum pauxillũ indignissime patria ꝓtelatum esse sæuitia patris,

*Protẽpore aduerbialiter vsurpamus ꝓ ratione tꝑis. Cc.

¶Protendo vltra tendo, vt ꝓtendo pedẽ. Hiero. Cũ dextræ manus ꝓtensione cupitũ indicans iter. Verg. lib. i. geor. Hinc a stirpe pedes temo ꝓtentus in octo.

¶Protero is. pe. cor. vltra siue de longe tero. Plaut. Ego hic te mulier quasi sus catulos pedibus ꝓteram. Et in Amphi. Fœdant & proterunt hostium copias iure iniustas.

ŏProtrimenta dr̃ edulia minutim trita concisaq; qualia hodieq; in pulmẽtarijs plurima cõcinnant ex carnibus frustillatim cõcisis a tritura dicta quasi proterendo.

¶Proterreo es. a longe terreo. Sta. li. ij. the. protinus idem vltro iaculo parmaq; Menetẽ ꝓterrebat agens.

¶Proteruus petulans, procax. Hæc tria multum similia sũt, quandam enim lasciuiam, libidinemq; declarant, tum iniuriã in dictis & in factis. Dictus proteruus in quo impudens & arrogans audacia, a proterendo, quo oĩa sub pedibus esse velit, & nullus sit pudor in petendo & audẽdo. Cice. Si vidua libere ꝓterua petulanter diues effuse libidinosa meretricio more viueret. Hinc proterue & proteruiter aduerbia.

¶Proteruia petulantia. Quo etiam nomine significatur sacrificium quoddam, vt testat Macro, in quo mos fuit, vt si quid ex epulis supfuisset igne consumeretur. Hinc est locus ille Catonis Nam cum Albidius quidam bona sua comedisset, & nouissime domum quæ ei reliqua erat incendio perdidisset proteruiam eum fecisse dicebat. Quod enim comesse non poterat id conbussisse.

¶Proteruio is. lasciuio, inobedio, petulanter ago.

ŏProtermino as. propago, fines promoueo, a termino promouendo dictum verbũ. Apule. lib. nono. fines vsq; & vsq; protermin aueris.

ŏProtraho. Vide in dictione Traho.

¶Protesilaus nomen viri proprium qui in initio Troiani belli ab Hectore interfectus fuit.

¶Protrepticus instructiuus & exhortatiuus Symmachus in epist. Indulge stilo aliquid cudas protrepticum. Auso. Libellum inquit instar protreptici luseram. Iulius Capitolinus ait librum cui titulus est Hortẽsius, scriptum eẽ a Catone ad exemplar protreptici.

¶Proteus nomen Oceani filij.

¶Prothyra penul. corre, sunt vestibula in domorum ianuis. Auctor Victruuius, quasi sit magnum secretum. Nam θύρα ianua πρό ante.

¶Protinus pe. cor. componi videtur ex pro & tenus id est a longe quantum fieri potest. Liui. lib. ix. Cum ad alias angustias protinus pergerent sectas delectu arborum saxorumq; ingente obiacente mole inuenere viam. Vergi. En ipse capellas protinus age ago. i. longe a finibus, vt sit protinus quasi porro tenus. Quidam etiam exponũt pro valde. Quãdoq; significat statim ac sine intermissione. Verg. Protinus ad regẽ cursum detorquet Hiarbam. Quandoq; consequenter, deinceps deinde. Idem lib. iij. geor. protinus aerij mellis cœlestia dona Exequar. Quandoq; iugiter. Idem. Traecto missa lacerto ꝓtinus hasta fugit seruatq; cruenta tenorem. Quandoq; omnino vt Quum protinus vtraq; tellus vna foret. Hic Ser. exponit id est continue. Cum autem additur negatio significat nõ ideo sicut fit in continuo & statim. Quin. Non autem vt quicquid præcipuum necessario est, sic ad efficiendũ oratorem maximi protinus erit momenti. Apud veteres etiam protinam dicitur. Teren. protinam me conijciam in pedes.

¶Protollo is, differo, prolongo. Gel. Necq; vltra decimũ mensem fœtura mulierum protolli potest. Plautus. incas. protollo mortem mihi.

¶Protous vnus ex ducibus græcis qui ex Magnesia venit ad Troiam.

¶Protos græce πρῶτος. latine prim⁹. proton primum.

¶Protocollum prima cõcinnatio, & raptim confecta scriptura, quæ meliorem cõpositionem desyderat. Est enim proprie q̃d breuiter & succincte a tabellione notatur, vt extendi deinde atq; absolui possit. κόλλα glutẽ dicit κόλλησις glutinatio vel glutinatura κολλητης glutinator κολλαομαι glutino. Et quia in cẽre glutino quę ꝑ tabulas extensa erat ꝓtocollũ. i. prima cõglutinatio vocata est. Aliquãdo κῶλον, quod est mẽbrum quia primũ sit scripturę membrum.

¶Protocomos latine primum comans dicitur.

¶Protagoras pe. cor. nomen philosophi. Hic dixit sibi non licere vtrũ esset aliq̃d deus. propter q̃d Athenienses ipsum vt pote impiũ suis finibus expulerunt, librosq; eius ĩcõcione exussерunt. Fuit ex Philao oppido Thessaliæ Isiphili filius vxoremq; habuit Laodomiam Acasti filiam.

*Protoxnor vnus ex Bœotiorũ ducibus. Cc.

¶Protogenes pe. cor. signifi. aliquẽ primi gnis, & a poetis sumitur pro eo qui se talẽ cõfingit. Iube. Non est Romano cuiq; locus hic vbi regnat protogenes aliquis Hoc nomĩe quidam clarus pictor est appellatus.

¶Protogenia nomen Deucalionis & pyrrhæ filiæ.

¶Protogenus, primo genitus. habet pe. cor.

¶Protologia cum accentu in penultima prima locutio, antiloquium.

¶Protomartyr primus testis. protomedicus primus medic⁹ qui & Archiatrus dicitur.

*Protomedicus qui princeps est medicorũ. & græca voce sed vsita apud nos dicitur Archiatrus. Cc.

¶Protomystæ Mystarum princeps. Mystæ autem sacerdotes appellantur qui mysteria & ecclesiæ secreta regunt & administrant.

ŏProtogonos latine primogenit⁹ q̃ nomĩe ab Orpheo dict⁹ est deus, q̃ ante ipsum nihil sit genitum sed ab ipso sint cuncta creata.

¶Protonotarius primus notarius. Notarius vero a nota deducitur. Sed iudiciorũ notarij barbare dicuntur.

¶Protopages & protopagus nup vel primo fabricatus.

¶Protoplastes siue protoplastus primo formatus. Vnde & Adam protoplastus dictus est.

¶Prototomus pe. cor. primę sectionis. Vñ primus caulis qui succiditur vel cima brassicę a prima sectione ita appellatus est quę vere fit. Estq; ipsorũ caulium delicatior tenuiorq; caulicu lis. Col. li. xi Sed iã ꝓtomos tempus decidere caules. Mart. Et faba fabiorũ ꝓtomiq; rudes.

¶Prototocos primo genitus, vel primo enix⁹.

¶Prototypon pe. cor. exemplar. ꝓtotypus primitiu⁹ dicitur & archetypus.

ŏProthymia latine promptitudo prothymus, ꝓmptus compositum nomen ex pro & thymo animo prima prod. Nam eadem cor. thymos q̃d & thyn. on neut. ge. dicitur herba est multum probatæ virtutis.

¶Prouehо is. produco, hoc est vltra ad locum, vt cũ ago me loco vñ discessi vltra plus. vel minus vehor. Plautus in Ru. Quid ego deliqui? rogas qui arrabonem a me accepisti ob mulierem, & eam hinc abduxisti? Non auexi. Cur negas? q̃a pol ꝓuexi, auehere nõ quiui miser. per translationem Leo pauda. Isti sunt qui te in hanc gloriã ꝓuexerunt. Sic dicimus aliquem ætate prouectũ & prouecta prudentia.

¶Prouenio ꝓdúcor. Vñ prouentus dr̃ redditus, & non tãtum bonarum rerum, sed etiam malarũ. Plau. Calamitatum & miseriarum tot prouentus.

*Prouerbiũ dr̃ quasi cõe oĩm verbũ, vel q̃ verbum ꝓ verbo ponatur. Est enim ficta q̃ in ore oĩm versatur. Modo aper-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ta & simplex vt obsequium amicos veritas odiū parit. Modo obscura, & aliud significans q̄ verba exprimere videātur vt equus Seianus. Inde, puerbialis & hoc prouerbiale. Cc.

¶ Prouideo es. pe. cor. significat ante vel a longe & futurum aliquid video antequam sit factū. Pli. Hoc enī sapiētis est omniaq; ventura sunt prouidere. Cice. lib. ij. de diui. Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet, insidias imperator, tempestates gubernator, & tamen ipsi sępe falluntur qui nihil sine certa ratione opinantur, quoniam vero ea quæ prouidemus si mala sunt aut vitamus aut emendamus, factum est vt prouidere modo vitare significet. vt apud Terē. in An. Quæ si non actu prouidentur me aut herum pessundabunt. Modo remedium p̄bere. Cice. Satis iam omnibus quæ necessaria erant prouisum putabant. Hinc prouidentia & prudentia dicuntur. Idem. Id enim sapientis est prouidere ex quo sapientia appellata est prouidentia. Et iterum. Tanta memoria p̄teritorum, futurorumq; prudentia. Quidam prudētiam & prouidentiam distinguūt, vt prudentiam dicant in rebus humanis prouidentiam in diuinis. Alī prudentiam diffinūt rerum bonarum & malarum & vtrarūq; scientiam. Prouidētiam uero per quam futurum aliquid videtur antequam factum sit. Vnde prouidentia aliquando pro deo ponitur. Quī tilia. Nullam ego res humanas despicere prouidentiam reor. Idem de Cicerone. Dono quodam prouidentiæ genitus. in quo omnes vires suas eloquentia experiretur.

¶ Prouidus vidēs ante, diligens solers,

¶ Prouide aduerbium diligenter significat.

¶ Prouincia dici videtur ꝙ procul vinci videatur. proprie enim prouinciæ dicte sunt regiones longe ab Italia bello acquisitæ ꝙ eas Romanus populus prouicerit. Vnde Aegesippus scribit Romanos cum in ius suum vincendo redigerēt procul positas regiones appellauisse prouīcias. Primo omniū Sicilia prouīcia est appellata, sicut docet Cice. ī quarta ī Ver. Et prouinciarum aliæ erant consulares, aliæ p̄toriæ. Redigere autem regiones in prouinciæ formam nihil aliud est quam regionem subijcere imperio romano, & ad eam gubernandā mittere p̄fectum. Et quoniam p̄fecti ad eas gubernandas cū officio mitti solebant, factum est etiam vt ipsi magistratus, & omne onus nobis impositum prouincia appelletur. Terē. in phor. O Geta prouinciam cepisti duram. Est & prouīcia regio Galliæ Narbonensis Rhodano finitima, qui eam a Celtis separat.

¶ Prouinciales dicti sunt qui ex prouincijs sunt siue vt Vlp. inquit qui in prouincijs domicilium habēt. prouincialium nomine omnes p̄ter Italicos appellabantur. Vnde Colu. libr. vi. caput facit de agricultura prouincialium vinearum cum alibi de agricultura Italicarum scribat. Plinius orator lib. epistolarū. vij. Italicus es, an prouincialis.

¶ Prouīciam aduerb. signifi. per singulas prouincias.

¶ Prouoco as. pe. cor. proprie significat a longe voco. Liuius. li. vij. Gallus magnitudine atq; armis insignis prouocat per interpretem vnum ex Romanis secum ferro decernat. Aliquando prouo care est inuitare incitare hortari & hoc tam in bonū quam in malum. Cice. Tuis literis amantissimis sum prouocatus. In malum significat lacessere. Plini. Quamuis enim multis prouocatus sum iniurijs, nunquam tamen ab amicitia recessi. Interdum est profugere & ferme idem est quod appellare nisi ꝙ prouocare magis est quam appellare, & proprie ad maiores potentioresq;, quorum ope atq; gratia indigemus pertinet prouocatio. Et iungitur accusatiuo cum ad. Cic. Cū alter ad senatum prouocasset, alter vero appellasset tribunos Aliquando sine ad. Liui. lib. ij. Non ita se inuidiam pertimuisse, vt nihil in æquitate & misericordia ciuium suorum spei habeat. Q; si in dicta causa, in vincula ducatur, iterum se tribunos plæbis appellare & monere ne imitentur quos oderint. Q; si tribuni eodem fœdere obligatos se fateantur tollendæ appellationis causa, in quam conspirasse decemuiros crimina si sint, ait se prouocare ad populum, implorare leges de prouocatione & consulares & tribunitias eo ipso anno allatas. Quem enim prouocaturum, si hoc indemnato in dicta causa non liceat? Cui plæbeio & humili p̄sidium in legibus fore, si Apio Claudio non sit? Sed documento futurum vtrī nouis legibus dominatio an libertas firmata sit, & appellatio ꝓuocatioq; aduersus iniuriam magistratuum ostentata tantū inanib⁹ literis, an ꝓ re data sit. Apul. Nihil ꝓdest p̄tore aut potestatem aliam prouocare. Appellatio autē prouocatioq; inuentutę fuerūt ꝓ remedio aduersus iniurias magistratuū.

¶ Prouoloas. pe cor. ante seu vltra volo. Pli. lib. x. Tunc vniuersæ prouolant si dies mitis futurus est. Liui. lib. ij. per translationem pro ꝓcurro posuit. Sic primū infensis hastis prouolant duo Fabij tarāq; mouerunt secum aciem.

¶ Prouoluo is. ante voluo vt prouolutus pedibus. Aliq̄ ꝓ uoluere est voluere seu ruere facere. Liui. Ingentia saxa in sub cuntes prouoluentibus barbaris.

ō Proximo as. appropinquo. Apul. li. i. deasi. Minimo minus interij & tamen Athenis proxime.

¶ proximus. Vide in dictione prope.

¶ Proximurium pontificale pomerium proximi muri. Cc.

¶ Proxeneta græci προξενητης. ου. licitator mediator vel cōciliator. a προξενέω quod est cōsulo, v el induco ad aliquid faciendum. Iam apud nos qui medius est vt emantur & vændantur proxenata dicitur.

¶ Prudens quasi prouidens, & interdum sapiens, interdum sciens dicitur. Vnde iurisprudentes vocātur qui ius sciūt. Et iurisprudentia, iurisscientia. Hoc tamen inter se differunt prudens & sciens secundum Dona. ꝙ prudens est qui intelligentia sua aliquid cognoscit. Sciens qui alterius iudicio rem percipit. Hoc est prudens per se, sciens per alios. Terent. in An. Et prudens sciens viuus videnſq; pereo. Sic imprudentia pro insipientia & inscientia. Aug. de libero arbitrio. Prudētia est appetendarum & vitandarum rerū scientia. prudentiæ est sicut docet Macrob. ad rationis normam quæ agit vniuersa dirigere, ac nihil preter rectum vel laudabile facere. prudentia in sunt ratio intellectus circūspectio prouidentia docilitas cautio. Socrates omnes virtutes putabat esse prudētias. Aristoteles. Impossibile inquit est prudētem esse quempiam nisi sit bonus. prudentis est bene consulere. Plato. in legibus ait prudentiam omnium virtutum ducem esse. Græce dicitur φρόνησις Plau. in tru. Quæ hic habet phronesium, omnem ex pectore mouit meo phronesin.

¶ Prunus arbor quæ pruna producit prunetum locus prunis consitus.

* Pruneoli fungi qui & spineoli dicti sunt, ignoti prorsus veteribus, quod certe inter tot gulæ irritamēta mirādū est. Cc.

¶ Pruna a carbone ita distinguit q̄ illa q̄ diu ardet pruna dī. Carbo cū extincta fuerit. Dicta pruna a perurēdo. Verg. Et cinis obductæ celabat lumina prunæ.

¶ Pruina a perurendo, ꝙ fruges & virgulta perurat.

¶ Prurio is. quasi peruror. Est enim prurire proprie libidine scalpendi ardere. Plau. in Am. Dentes pruriunt. A quo prurigo. tus us. qui est excursus humoris spirabilis incluſi contra naturam. Quæ voluptas quoniam in libidine similis est, quippe nihil aliud est genitura quam excursus huiusmodi humoris ad rem naturalem, fit vt etiam hæc voluptas prurigo dicatur & tentigo.

¶ Prusa vrbs apud Mysios ad radices olympi, quam prusias condidit, qui cum Croeso bellum gessit. Hinc ortus est Dion philosophus qui de regno scripsit, & Traiani tempore claruit Ab hac prusēses dicti sūt. Est & altera prusa sub Hippio mōte seu fluuio vt est apud Ptolomæum. Hoc autem discrimine a prusa quæ sub Olympo est dirimitur. Hęc enim a plinio prusias dicitur quę Cyos quondā fuerat a qua prusiēses vocant.

ō prusias rex Bithyniæ apud quem Annibal exulauit posq̄ victus a Romanis tanquam rupti fœderis auctor deposcebatur ad pœnas.

* prymnesius palus ad quem funis nauticus religatur quem alij Tonsillam dicunt. Cc.

* prymno nymphæ Oceani filia. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*prymnesia vrbs Mæoniæ in finibus Lidiæ siue phrygiæ ac Mysiæ. Cc.

¶ Prytaneum locus erat Athenis in arce dignissimus vbi iudices & magistratus habere consilium solebant. Cic. lib. i. ora. Et vt ei victus quotidianus in prytaneo publice preberetur Dionysius prytanea vocat curias, in quibus sacra fiebant ab iis qui maximam in vrbibus habent potestatem prytanis magistratus præfectus administrator vt consulatus, quem publici cõsilij principem appellabant a verbo πρυτανεύω quod est guberno & magistratum exerceo.

P ante S

¶ Psaltes latine cantor. psalmus canticum. ψάλλω canto, ꝙ ad psalterium cantaretur.

¶ Psallo is. cano. & ꝓprie de psalmis dicitur. Aliquando psallere ponitur pro predicare vt est illud Sic psallã nomini tuo.

¶ Psalterium græca dictio est, quod hebraice Nablon latine organum laudatorium dicitur Et est vt Hiero. Scribit in modum quadrati clypei cum decem chordis sicut scriptum est In psalterio decem chordarum psallite illi. Et in expositione psalmorum sic ait. psalterium proprie genus organi musici melius sonans quam cithara, similitudinem habet citharę sed non est cithara. Inter psalterium & citharam hoc interest, ꝙ cithara deorsum percutitur, psalterium sursum, quod verbo vulgari polyphthongon dicitur. Et alio in loco. Cithara deorsum habet cauamen & sex chordas habet. psalterium desursum habet cauamen. Augu. psalterium est organum quod q dem manibus portatur percutientis, & chordas distinctas habet. Sed illum locum vnde sonum accipiunt chordæ illud cõ cauum lignum quod pendet & tactũ resonat quia recipit aerem psalterium in superiore parte habet. Cithara autem hoc genus ligni cauum & resonans in inferiore parte habet. Itaq; in psalterio chordæ sonum desuper accipiunt. In cithara chordæ sonum ex inferiori parte accipiunt.

¶ Psalma quod psallitur. diapsalma interpositum a psallendo silentium, vt sympsalma dicitur vocum copulatio in cantando. ita diapsalma disiunctio vbi quædam requies distincte continuationis ostenditur.

¶ Psalmodia cum accentu in pe. ex psallo & odia, qui est cantus mistus, vt cũ aliquis ad musicum instrumentum canit.

¶ Psaltria cantrix a psallendo. Fidicina quæ sequebatur & amabat Histriones. Amabat enĩ qui cantabant ꝙtidie in scena

¶ Psecas adis, gutta siue stilla dici potest. Apul. lib. de mũdo ab Aristotele sumẽs & psecades interpretat° stillicidia vocat.

ð Psellus nomen auctoris, qui scripsit de ratione victus.

ð Psammetichus nomen regis ęgypti cuius seuitia vt inquit Herod. Vna cum Diodoro, ducenta hominum millia ex ęgypto in æthiopiam profugere. Stra. Tenesfis regio vocat quã qui psammethicum fugerunt obtinent & sebritæ nominantur, hoc est aduenæ, huius filias rapuerunt Crocodili inquit Aelianus.

¶ Psegma acis idẽ fere q̃d flos æris. Pli. lib. xxxiiij. In æraris officinis & psegma fit Græce ψῆγμα.

*Pseudopanchusa hærba similis Anchusæ, a quibusdam Enchusa & Doris dicta. Cc.

*Pseudobunio genus hærbæ. Cc.

¶ Pseudo nomen triũ generũ & inuariabile per mutationem casuum. & latine falsus dicitur.

¶ Pseudolus falsus seruus. Vñ & plautinæ fabulæ pseudoli nomen inditum est.

ð Pseudomenon interpretatur mendax. Est enim argumentũ fallaci stropha differentes implicans.

*Pseudospecen vespã vocãt q̃ singularis volat. Cc.

*Pseudisodomon genus structurę in ædificijs. Cc.

¶ Peudologus, falsidicus. pseudographus falsarius pseudographiæ fabulæ deformationes. pseudoangelus falsus nuntius. pseudoprophetæ, falsi vates. pseudomartyr falsus testis. pseudoadelphus falsus frater pseudodictamum, falsum dictamũ genus hærbę, quæ in Creta similis pulegio nascitur, pseudonymus, falsi nominis. pseudoporticus falsa porticus. nam in ædificijs partes quæ fiunt ad imitationem, nec integrum, nec principalem, sed precarium aut temporarium vsum præbent quasi alienum opus mentientia hoc nomine insigniri solent. vt pseudipteros, & pseudoaulæ, similiaq; his complura, in Victruuio.

¶ Pseudothyrum quasi falsum ostium. Vnde pro postico sumitur. Orosius. Verũtamen sequenti anno tanta fames Romæ fuit vt medio foro imperator correptus a populo conuitijs & fragminibus panis turpissime infestatus ægre per pseudothyrum in palatium refugiens furorem excitatæ plæbis euaserit. Cice. in Ver. Ea quemadmodũ ad istum postea pseudothyrum reuertatur, tabulis vobis & testibus iudices planum faciam.

ð Psephopectæ græco vocabulo cõputatores dĩr. scribit Firmicus Mercurij facere psephopectas. Quidã accipiunt ꝓ his qui calculis suffragia ferebant.

ð Psephos lapis annuli, & numerus pecuniarij sicuti apud nos calculus.

¶ Psilon latine tenue dicitur.

¶ Psilotrum vnguentum depilatorium de quo fit mentio apud Auincennã & Galenũ, vbi Salamandras legimus habere vim psilotri depilatoriam.

¶ Psilli populi Libyæ prope Garamantas, a psilo rege dicti, vt inquit Plini. lib. vij. quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus. Scribit Plutar. Catonem iter per deserta Libyes facientem secum psillos duxisse qui morsibus serpentum mederentur partim ore trahentes venenũ, partim serpentes cantibus medicantes.

¶ Psycomantium, locus vaticinij, vbi fiebat manium euocatio ψυχὴ enim aĩa & μαντεία diuinatio.

¶ Psimmythium dicitur quod nos ceruſam nominamus. fit ex plumbo.

¶ Psitta pisces genus quem nos passerem vocamus. Aristoteles. Torpedo occulit se & pastinaca & assellus & rana & psitta & squatina.

¶ Psittacus papagallus vulgo dicitur. auis ex india quæ vocem humanam super omnia reddit, & quidem sermocinans Martia. Psittacus a vobis aliorum nomina disco. Hoc per me didici dicere Cæs. raue. ð De hac aue Apule. li. ij. color psittaco viridis & intimis plumulis & extimis palmulis nisi ꝙ sola ceruice distinguitur, enimuero ceruicula eius circulo minio velut aurea torque pari fulgoris circumactu cingitur & coronatur rostri prima duritia cum in petram quippiam concitus altissimo volatu præcipitat rostro se velut anchora excepit, sed & capitis eadem duritia quę rusticum sermonem nostrũ cogitur æmulari ferrea clauicula caput funditur imperiũ magistri vt persentiscat hæc ferula discenti est discit autem siquis pullus vsq; ad duos ætatis suæ annos dum facile os, vti conformetur, cum tenera lingua, vti conuibretur. senex autem captus & indocilis est & obliuiosus. Verum ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus glande qui vescitur, & cuius pedibus vt hominis, qui nidigituli numerantur. Non eĩ omnibus psittacis id insigne, sed illud omnibus proprium ꝙ eis lingua latior quam cæteris auibus eo facilius verba hominis articulantur patiẽtiore plectro & palato, id vero quod dicit, ita similiter nobis canit vel potius eloquitur, vt vocem si audias, hominem putes. Nam quidem si videas idem conari non eloqui. Verum enĩuero & coruus & psittacus nihil aliud quam quod didicerunt pronunciant, si conuitia docueris cõuitiabitur diebus ac noctibus pstrepens maledictis.

¶ Psycholutres dĩ qui frigida aqua corpus lauat, & balneo frigido lætatur, ψυχος frigus λουτρὸν balneum & lauachrũ Vnde fit psycholutres, quod significat lauachri frigidi cultor. Sene. lib. xij. epist. Ille tantus psycholutres qui Kalẽdis ianuarijs euripum salutabam.

¶ Psydracion genus pustularum subalbidarum acutarumq; ð Pylla græce, latine pulex dĩ, sed proprie fulmen dicitur græce ceraunon.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Psythium genus passi.
¶ Psyria insula iuxta Chium.
¶ Psole latine ꝑputium in Auctori. Priap. psoleon ille vocat ꝙd nos psoloenta ceraunon.
¶ Psophis idis. nomen ciuitatis a psophide Erycis Sicani filia. Ouid. lib. v. meta. vsq; sub orchomenon psophidaq; cylenēq;. Sunt & aliæ psophides multis locis. Verum Arcadiæ psophidis nomen vetus reddunt phegeam a conditore impositam phegeo Alphesiboæ filio. nisi quis a phaginea glande potius existimet.
¶ Psora cutis asperitas, & squāmosa, & videtur alia a scabiæ cum Pli. lib. ij dicat. Arida cum resina impetiginē & scabiem quam Psoram & Lichenas vocant, sanat. Fit autē a ψῶ scalpso. Nam qui psora laborant vlcera siue pustulas supra modum cōtingere palpare & scalpere cupiunt.

P ante T

¶ Pte syllabica adiectio. Quære in dictione Met.
¶ Ptera, siue vt Victru. appellat pteromata, in templis muri duo sunt ait Stra. lib. xvij ad altitudinem eorum vtrinq; surgentes ita dicti ꝙ alarū specie quasi ꝓtegant.
ὁ Pterotus dici potest alatus pinnatusve.
✻ Pteris græce latine filix. Cc.
¶ Pterygium in oculis vocatur membranula quædam neruosa quæ oriens ab angulo, vel a narium vel temporum parte ad coronam vsq; interim & pupillam operit. Plinius libro. xxxiij. Cathinię effectus siccare sanare sistere fluitiones, pterigia & sordes oculorum purgare. pterygium indigitis apud paulum Aeginetam est cum caro excrescit partem illam contegens quę est in vngue, pterygium inquit appellatur, quod vitium, ex paronychia fere nascitur. At Celsus pterigion dicit esse cum recedit ab vngue caruncula cum magno dolore. Videtur enim diminutiuum esse ab πτέρυξ. ab ala quā tūc videtur efficere caro abvnguis discedens. Pli. li. xxiij. Illinitur eadem cum fico & pterygijs digitorum ex vino. Hæc in oculi superficie. Idē cum etiā oleo paronychias & pterygia tollit.
¶ Pterna vocatur pars inferior naualis veli, circa mediam fere Trachelon. summa pars Carchesium nominatur.
¶ Pterophoros ē regio apud Ripheos montes. Ibi creditur esse cardines mūdi extremiq; syderum ambitus.
¶ Ptisana pe. cor hordeū decorticatū, vel hordei succus siue aqua apud Col. videtur esse pultis genus ex farina ordeacea in qua est maxima vis restaurādi vires & nutriendi. apud græcos πτισσάνη. apud latinos ptisana per simplex. f. Hinc ptisanarium pro vase in quo coquitur, vel tunditur. Hor. in serm. Quid cessas agedū sume hoc ptisanarium oryzæ.
ὁ Ptochotrophia pe prod. diuersoria siue domus vbi ptochi hoc est mendici nutriuntur πτωτός enim græci mendicū dicunt πτοφή nutrimentum alio nomine Xenodochium a latinis hospitale dicitur.
¶ Ptolemæus nomen proprium Lagi gregarij militis filij q maxime auctoritatis fuit apud Alexandrum Macedonem. post cuius mortem Aegypto & Aphrica & magna Arabiæ parte potitus regnauit annis. xl. a quo omnes deinceps Aegyptij reges Ptolemæi appellati sunt. Hic frequentissime apud amicos & cœnabat & dormiebat. Q; si aliquando cœnam ꝑberet rebus illorum vtebatur. Accersebat enim scyphos strata ac mensas. Ipse præter necessaria possidebat nihil, quin alios locupletes facere regale magis esse dicebat quam locupletari. Et est nomen a græco deductum. Græci qppe πτολεμέω πολεμεῖν pugnare dicūt. Sic igitur ab πτολεμῶ Ptolemæus dicitur, sicut ab τιμάω quod est honoro, Timæus. Hic duos filios habuit, ptolemæum philadelphum, & ptholemæum ceraunum. Philadelphus in regno successit vir doctissimus Stratonis discipulus, qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quæ vsq; ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum durauit, regnauit annis. xxxvij. Cui successit ptolemæus cognomento Euergetes ꝙd latine dici bñficus potest. Hic. xxvi. annis regno potitus mortē. Cui successit ptolemæus philopater. xvij. annis regnans. Post eum ptolemæus epiphanes qui annis xxiij. regnauit. Tum ptolomæus philomater. xxxv. Deinde ptolemæus Euergetes. xxix. Postea ptolemæus phiton qui & Soter. xvij. Postremo ptolemæus, Dionysius qui caput magno pompeio abscidit. Fuerunt & alij hoc nomine vt Pyrrhi regis filius, & Cypriorum rex, qui suis diuitijs Romanum locupletauit ærarium. Item astrologus natione Aegyptius quem Traiani & Hadriani temporibus floruisse constat.
¶ Ptolemæus a, um. possessiuum. Proper. Et ptolomæę littora capta phari.
¶ Ptolemais idis. vel idos. & ptolemaida dæ. nomen quinq; vrbium quarum vna est in Ægypto, de qua Hierony. ad Eusto. per arenas Syriæ peruenit ad Cohoum quæ nunc ptolemais dicitur. Altera in Æthiopia, alia in phœnicia, alia Nili fluminis, alia in Cyrenaica prouincia Aphricæ.
ὁ Ptyas adis. aspidis genus colore subuiridi cinereoq;, sed in aurum tendente ἀπὸ τοῦ πτύω vt quidam aiunt, quoniam eius spurtum fertur pernicosum esse, sunt autem aspidum tria genera, chelidoniæ, cherseæ, ptyades, ptyaden fuisse quā Cleopatra sibi admouerit testis est Galenus.
✻ Ptynx auis rapax quam alii Hibridē vocant, noctu volās venatur more aquilæ. pugnat etiam cum aquila ita acriter vt sæpe ambæ implexæ deferantur in terram, & viuę a pastoribus capiantur. Cc.
¶ Ptosis latine ruina, et casus nominum.

P ante U

¶ Pubes proprie lanugo quæ manibus. xiiij. anno fœminis. xij. circa pudenda orta incipit. Quod qua maturitatis est signum, factum est vt mas pubes siue puber vocetur quam primum ad generandū aptus est, & fœmina similiter ad concipiendum. A quo impubes bis. vel impuber qui nondum lanuginem emisit, siue qui nondum ad pubertatis annos peruenit Pli. lib. xxxiij. Cortices eius impubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat. Pubes etiam honeste pro parte pudenda sumitur. Verg. Prima hominis facies & pulchro corpore virgo Pube tenus. Item pro iuuenum multitudine. Idē. Haud al. ter tuæ pubesq; tuorum. Liuius. libro. i. Cum pubem albanam in arcem præsidio armisq; obtinendam auocasset. Interdum etiam pro populo. Vnde pube præsente dicimus hoc est populo præsente, ab iis qui puberes sunt omnem populum significantes. Transfertur etiam ad alia. Verg. lib. xii. Puberibus cauiem solis. & lib iiij. Pubentes herbę. Sciendum ꝙ pubes pro lanugine, pro parte pudenda, & pro multitudine tubstantiuum est & facit genitiuum pubis, Sic etiam impubes is. qui adhuc inuestis est, adiectiuum est. Vnde Impubis Iuli. Et Hor. in Epo. dixit impube corpus. Ouidi. lib iij. meta. Impubesq; genas. Ci. ꝓ Cęlio lib. iiij. inuectiuarū. Filiūq; eius impuberem legatū a patre missum. Liuius lib. ij. Laudataq; virginem parte obsidum se donare dixit, ipsa quos vellet legeret. Productis omnibus elegisse impuberes dicitur. Ergo Impubem dicimus ab eo quod est pubes, Sallusti. Puberes omnes interfici iubet.
✻ Puber vide Pubes.
¶ Pubeo es pubes sum, vt pubentes herbæ & fit a pubes is. A quo pubesco lanuginem emitto. Verg. li. iij. Et tūc ęquali tecum pubescere ęuo. Interdum pubescere ponitur pro crescere siue producere. Cice. lib. i. de natu. deorum. Nam & fruges & reliqua quę terra parit & tempestates ac temporum varietates, ęqliq; mutationes quibus omnia quę terra gignat maturata pubescant. Verg. libro. ij. georg. Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu. i. exuberat.
¶ Pubesco, puber fio siue cresco a puber.
¶ Pubertas ętas in maribus qui est annus. xiiij. in fœmininis xij. Itē pubertas est emissio ipsa pubis, a qua anni pubertatis dicti sūt. Col. li. iiij. At citra naturę quādam pubertatem.
¶ Publicus a, um. quod non est priuatum alicuius sed populi. Hinc resp. res populi. Abusiue tñ publica dicta sūt bona ci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

litatis. Sola enim publica sunt quę Rō. populi sunt.
¶ Publica sacra quę pro populo fiebant, sicut priuata quæ pro singulis hominibus familijsve.
¶ Publica via quę in solo populi est, cuius solū publicum est, siue qua iter populo est. Publicas vias Romani partim prætorias, partim consulares appellauerunt. Sunt viæ priuatæ sunt & vicinales quæ in vicis sunt vel quę in vicos ducunt Præterea aliæ rusticæ dicunt aliæ vrbicæ. Militares. vię quę inter publicas sunt latiores vt capere possint milites agmi natim iter facientes. Vnde & illis nomen. Sue. de Aug. Iuuenes primo modicis interuallis Per militares vias dehinc vehicula dispositi. Curtius. Cum hoc agmine Dam paulū declinauit via militari. Viæ militares vt Paulus inquit exi tum ad mare, aut in vrbem, aut in flumina publica aut ad aliam viam militarem habent.
ꝺ Publica vectigalia intelligere debemus ex quib⁹ vectigal fiscus capit, quale est vectigal portus, vel venaliū rerū & Pi scinarum & metallorū.
ç Publica iudicia non oia sunt in quib⁹ crimen vertit sed ea tm quæ ex legibus iudiciorū publicorū vertunt, vt Iuli ma iestatis. Iulia de adulterijs. Cornelia de siccarijs & venefi cijs. Põpeia de patricipiis. Cornelia de testamentis.
ꝺ Publica verba dicuntur q̄ incōmuni sunt consuetudine & vsu. Sene. Magnam ex epistola tua percepi voluptatem pertinere em. Mihi vti verbis publicis. necilla ad significat tionem sioicam reuoca.
✕ Publice & publicitus aduerbia a publico nomine deri uantur. Cc.
¶ Publicū consiliū dict⁹ est senat⁹. Cic. lib. de ora. Pericles Athenis plurimos annos princeps consiliū publici fuit.
¶ Publico, as. publicū facio. manifesto. Iusti. nō cōtentus vo luptatū suarū tacita cōscientia, nisi etiā matrimonij reticen da publicaret. Et publicare est rem aliquā publicā seu in reip. potestate facere. Ci. li. ii. artis veteris. Lex est apud Rhodi os vt siqua rostrata in portu nauis deprehensa sit. publicatur. Cū magna in alto tepestas esset vis ventorū inuitis nau tis Rhodiorū in portū nauim coegit. Quęstor nauim popu li vocat. nauis dñs negat oportere publicari.
¶ Publicanos appellarunt maiores eos qui vectigalia & alios populi Romāi reddit⁹ exigendos certo cōstituto prę tio redimebāt, qui daciarij vulgo dñr. Horū ordinem & nu mero amplissimū. & personarū dignitate potentissimū fuis se cōstat. Cicero. po Plancio. Flos equitū Romanorū, or namentū ciuitatis, firmamentū reip. publicanorū ordine cōti netur. Vlpia. Publicani sūt qui publico fruūtur. Nam inde nomen habent. Et omnes qui aliquid a fisco conducunt. re cte vocantur publicani. P. Apud Grego. publicani dñr q amisso pudore publice peccant.
¶ Publicola, cognomen publii Valerij qui primus cū Bru to post exactos reges consul effectus est ꝙ coleretur a popu lo siue ꝙ poPulū coleret.
¶ Publius, p̄nomen ei⁹ qui populo gratus fuit.
¶ Publior, publij, puer. i. seruus Sic Marsipor Marcipuer Veteres em. a p̄noib⁹ puerorū seruos in familia noiabant, Vñ a Lucio lucipores, a Quintio quintipores. Et hoc est qđ Plin. ait id gen⁹ seruos dñorū fuisse gentiles. i. eodē noiea pellatos quo domini appellabantur.
ꝺ Pucinū vocatur vinū qđ gignitur i Adriatico sinu saxeo colle. Auctor Ply.
✕ Pucinū vrbs est Istriç in mediterraneis vt Ptol. scribit li bro. iii. capit. I
¶ Pudorem philosophi diffinitū esse modestiā quę animū reprimit ne procaciter aut inordinate aut turpiter qđ pera gat, Cur aūt erubescant quos puduit, dicitur a philosophis qm̄ pudefactis sāguis de code in oēs corporis partes diffun ditur ita vt superficiem occupet. Pudora verecūdia sic sepa ratur a quibusdā vt pudor sit rei turpiter actę, verecundia etiam recte facti atq; honesti.
¶ Pudeo des. dui, itū cū accusatiuo, Luc. Semp metuitq; ne seua pudebūt. Impersonale Pudet puduit & puditū est. se cūdū Prisci. Et a parte ante construitur cū accusatiuo & ali quando cū datiuo. Syri. lib: vii. Resides ad bella Vocantur Quis pudeat certare senes, quis ꝙ quib⁹ : Plau. in Bac, Ne q̄ me neq; te tuis intus puditū est factis q. facis: Vbi patet q̄ non solū cū gtō: sed etiam cū ablatiuo a parte post construi põt. Differt aūt pudere a pigere, ꝙ pudere verecundię sit, pigere pœnitentię. Sal. in Iug. Nam postea q̄ fecerit incertum habeo pudeat an pigeat magis. L. on. Pudere est in his quæ turpiter fiūt. Pigere in his q̄ cū dāno ac malo. pudere ad de decus. pigere ad dolorē refertur. Teren. in Adel. Fratris me quidē pudet pigetq;. Cōposita sunt Depudet & dispudet pe. cor. qđ est bis seu valde pudet. Idē in Eu. Dispudet mihi sic data esse verba. Suppudet parum pudet
¶ Pudefio is. a pudefacio fit quod significat pudorē injicio. Gel. Tibiā pude factus oris deformtate abiecit. i. verecūdat⁹
¶ Pudens. verecundus. Cuius contrariū est impudens. a qui bus pudenter & impudenter
¶ Pudibundus qui pudore ducit. Pudibunde cum pudore.
¶ Pudenda virilia, quæ & verenda dñr ꝙ vt ait Augu. lib. xiiij. ci. dei. libidinis nos maxime pudet
¶ Pudicus. castus. a quo fit pudicitia castitas, quorum cōtra ria sunt Impudicus & im pudicitia. A pudicus etiam fit De pudico as.
¶ Pudicitia modo pro castitate, modo pro religiosa mundi cia ac puritate. Verg. Casta pudicitiam seruat domus. Q ñq; dea quæ Romæ colebatur
¶ Puer tribus modis dicit. Primo cū seruū significamus. Te ren. in An. Et puerū inde abiens conueni. Secūdo cū puerum cōtrario noie puellę dicimus marem denotātes. Tertio cum ætatē puerilem intelligimus. Ponit interdū etiā ꝙ filio. Ver. Acaniusq; puer. Interdū pro Cinædo. Et est gñis cōis scdm Prisc. Liui. in ody. Sancta puer Saturni filia. Declinatur & hic puerus, hec puera. sicut puellus & puella. Plau. in Mer. Tu pue re abi hinc intro ocyus. Var. Properate viuere puerę, quas sinit ętatula ludere esse amare & veneris tenere leges
¶ Puerpera mulier q̄ recens peperit siue puerum siue puel lam vulgo Paiola dicitur. Ouid. de Latona. Magna gemelli perę venerantur numina diuæ
¶ Puerperiū tempus quo puerpera ex dolore partus cubat. Aliquādo etiā ꝙ ipsa. Gel. Diuo Augusto imperante an cilla eius in agro laurente peperit quinq; pueros q̄ pauculos dies vixerunt. Mater quoq; non multo post mortua, monu mentūq; ei factū iussu Augusti in via laurētina in quo scri ptū fuisse cōstat numerū puerperij. Sue. de Cali. Cū Agrip pina bis in ea regione filias enixa sit & qualiscūq; partus si ne vllo sexus discrimine puerperiū vocitet, ꝙ antiqui etiam puellas pueras sicut pueros & puellos dictitarant
ꝺ Pueratius, q̄ pueros amat sectaturq;, vt eos præpostera libi dine exerceat
¶ Puerilis & hoc puerile, quod est pueri, vt ętas puerilis fa cta puerilia
¶ Puericia, ętas puerilis. Q uādoq; etiā sumit pro puritate Var. Ea erat matronæ simplicitas & puericia & honestas
¶ Puerilitas significat actū aliquē puerilē. Sene. Qui puericiā eius. siue potius puerilitatem ludibrio habuit
¶ Puerascere dñr q exacta infantia puericiā inchoāt. A quo repuerascere qđ ē in puerilē ętatē reuerti. Q đ de senib⁹ fere dicitur cmu despere vicio ętatis incipiūt. Cic. in Catone. Ex hac ætate repuerescam & in cunis vagiā. Plau. in Mer. Senex cum extremo est iam nec sentit nec sapit, aiūt solere eū rur sum puerascere
¶ Puellus dimi. a puer. significat paruū puerū siue parvum filiū. Lucil. Cūq; hic tā formosus tibi ac te dign⁹ puellus. Sic puella a puera per diminutionem
¶ Puellaris & hoc puellare idē qđ puerilis. Quinti. de filia de functa. Tū ętate tam puellari p̄sertim me comparata
¶ Puellascere est effœminari. Pacu. Puellascunt lasciuia ado lescentes. Aliquando reflorere & quasi ad pueritiam redi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re. Var. Qui non ſolum in nube fiunt communes verũetiã veteres puellaſcunt

¶ Pugnus a punctione. i. percuſſione, vel a pugna. Dona. in Adel. An pugnus a pugna ſit dictus an ab illo pugna. Quidam a græco deducunt πυξ μή

¶ Pugna, lucta vel prælium: licet quandoq; apud poetas ꝓ ſtupro ponatur. Teren. Dabit hic aliquam pugnam. Huius diminutiuum eſt pugnicula

¶ Pugno as, dimico, referturq; ad animata vt pugno cũ hoſte. Lactan. lib. iij. Mutorũ animalium quæ ob hoc vel acerrime pugnant. Q ñq; pugnare eſt cõmittere. Gel. lib. ij. Dum pyrrhus rex in Italia eſſet & vnã atq; alteram pugnã ꝓſperre pugnaſſet. Huius cõpoſita ſũt, Depugno qđ idẽ eſt qđ pugno. Plau. in Sti. Ita ingeniũ meum eſt qui cũ viris depugno multo facilius q̃ cũ fame. Cõpugno ſimul pugno. Hieron. in ꝑſa. lib. paral. Totuſq; orbis inter ſe trifaria varietate compugnat. Expugno, pugnando vel oppugnando vinco. Et de perſonis oppidis caſtris nauibus cæteriſq; huiuſmodi dicitur. Interdum expugnare non eſt pugnando vincere, ſed ſolum oppugnare. Hiero. lib. ij. Machabeorum. Simon applicuit ad bethſuram & expugnabat eam multis diebus. Et in ꝑs. Sæpe expugnauerũt me a iuuentute mea etem̃ non potuerunt mihi. Expugnatur autẽ nauis ſcđm Calliſtratũ iurecõſul. cum ſpoliatur, aut mergitur, aut diſſoluit, aut perfũditur aut funes eius exciduntur. Iuſt. Occupata arce Tarentinorũ expugnatis veteribus incolis. Liui. Vna duas naues expugnauit. Oppugno pugnando vincere cõtẽdo. Impugnoval de aduerſor, cõfuto. Lactan, li. vij. Redeunt protinus vitia q̃ virtutem ſemper impugnant. Propugno aduerſus pugnantes ſeu ꝓcul me defendo. Vnde & propugnacula. Repugno pugnando reſiſto contradico refragor,

¶ Pugnax bellicoſus. a quo pugnacior, pugnaciſſimꝰ & pugnacitas. Auguſtinus libro. viij. con. Sed tamen conſuetudo aduerſus me pugnacior ex me facta erat. Et libro. v. Nulla pugnacitas calumnioſarum quæſtionum extorquere mihi potuit

¶ Pugillus dimi. a pugno ſignificat parvum pugnum

¶ Pugillaris. maſculi. generis & hoc pugillare ſiue pugillar. Auſo. Biparens pugillar expedi. Et pugillarem in euan. legimus. In plurali pugillares & pugillaria. Apu. Dolebam mehercle ꝙ pugillares & ſtylum non habebam qui tam bellam fabellã ꝓnotarẽ. Catul. ad Egnatiũ. En negat mihi veſtra reddituram pugillaria ſi pati poteſtis. Sunt autem pugillares tabellæ cæreę, vel ligneæ ſiue alterius materię in quibus ſtylo ſcribimus, dictę ꝙ pugno cõprehẽdantur, vel a pũgẽdo, ꝙ ſtylo in his pũgendo ſcribat. Variis aũt noibus dicebant pugillares apud veteres. Alij duplices, alij triplices, alij quintuplices noiabãtur. Erant & citrei eborei membranei dicti qui ex citro ebore membranis erant confecti.

¶ Pugil a pugna, vel a pugno. Eſt aũt qui pugnare conſueuit, a quo pugilatus tur. pugilum vſus

¶ Pugilice aduerbiũ ſignificat firmiter valẽter. Plau. i epi. Quid herilis noſter filius? valet? pugilice atq; athletice

¶ Pugio genus teli dictus a pugno quo facile apprehẽditur vel ꝙ eo prę ſentius pugnetur, vt inqt Feſtus. Fronti. lib. ij ſtratagematon. Q. Sertorius cũ acie decertaret barbarũ, qui ei, nunciauerat. Hirtuleũ periſſe, pugione traiecit

¶ Pugiũculus paruus pugio. Cic. Hiſpanienſem pugiũculũ Gn. Piſonem appellat

¶ Pulcher a, um. quod antiqui polerũ dixere. quod non eſt deforme. a pollendo, ꝙ polleat forma. Ex quo ĩtelligi datur nomen aſpirationem non habere licet vſus vicerit cui vix repugnari poteſt, vt pulcher in primo & quinto caſu cum aſpiratione pronuncietur. Natura autem non ineſſe aſpirationem docere hoc ſatis poteſt, ꝙ eius diminutiuũ pulcellus a. um, aſpiretur minime. Eſt autẽ pulchritudo, vt Cic. li. iij. tuſc. inquit, quędam apta figura membrorũ cũ coloris quadam ſuauitate. Interdum pulcher ſumitur ꝓ bono, ſicut bonum pro pulchro. Terentius. Forma bona fortaſſe. & econtrario malum pro deformi. Interdum pro forti. Virg. Satus hercule pulchro Pulcher Auentinus

✕ A Pulchro fit cõparatiuũ pulchrior, & ſuplatiuũ pulcherrimus pulchrius pulcherrime pulchre & pulchriter. pulchralis ꝓ pulchro. Ennius pulchralibus ludis, & pulchritas ꝓ pulchritudine. Cæci. Dij boni quid illud eſt pulchritatis. Cc

¶ Pulchreſco is, pulcher fio. Aug. Quicquid pulchreſcit viſu, quicquid lenocinatur odoratu, qcquid molleſcit attactu.

¶ Pullus quod quidam per ſyncopam a puellus dici volunt ſignificat nouellũ. i. paruũ puerũ & paruum filium. Vñ parvos fętus quorũcunq; animalium. quinetiã arborũ atq; plantarum pullos dicimus, vt pullus hirundinis, pullus aſini, pulli ranarum. Hora. in Ser. Abſentis ranæ pullis vituli pede p̃ſis. Q uinetiã priſci pullos dicebãt ſuos eathamithos. Vnde Qu. Fabius cui Eburno cognomen fuit ꝓpter candorem, ꝙ eius naris icta eſſet fulmine, pullus Iouis appellatus eſt

¶ Pulluli plãtariorum ſunt. Pullulus em̃ a pullus deducitur per diminutionem

¶ Pullulo as, pe. cor. quaſi fętifico. Nã pullulare dicimus arbores, cũ a radice nouę plãtę ſurgũt. Pli. Natura & plantaria demõſtrauit multarũ radicibus pullulãte ſobole dẽſa & parięte matre quos enecet. Eius qppe vmbra turba ĩdigeſta p̃mitur & ĩ lauris platanis. ceraſis, prunis, paucorũ in hoc gñe rami parcũt ſoboli, vt vlmorũ palmarumq;. Nullis vero talis pulluli ꝓueniunt niſi quarum radices more ſolis atq; imbris in ſũma tellure ſpatiãtur. Huius eſt cõpoſitũ. Expullulo qđ ſignificat extra pullulo. vel extra fructũ ꝓduco. Col. lib. iij. Nec dubiũ quin gẽmæ quę cacumini ꝓximæ ſunt in fęcundæ in eo relinquantur ex quibus pampinus expullulat.

¶ Pullulaſco is, pullulans fio. Idem libro quinto. Ex nouello palmite vitis pullulaſcit

¶ Pulleſco is, idem qđ pullulaſco. Col. li. v. Quicquid eſt ſupra vetuſta brachia amputetur, & ita ex nouello palmite vitis pulleſcit. Hinc fit compoſitum Repulleſco. Idem ibi. Cũ fere plurimarum ſtirpium natura ſic ſe commodet. vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repulleſcant

¶ Pullaſter & pullaſtra ſignificat gallum ſiue gallinã adoleſcentes, ſicut etiam a nobis dñr lingua vernacula. Non enim diminutiua ſunt. Sic a. M. Varrone pullaſtrę dicũtur iuuencę gallinę. Ait em̃. Et ea quę ſubĵcias potius vetulus q̃ pullaſtris & quę roſtra aut vngues non habeant acutos

¶ Pullicenus dimi. a pullus, & eſt qui ex gallinarũ ouis naſcitur. Helius ſpartianus ſiue Lampri. de Alexandro ſeuero Et ne earum paſtus grauaret annonã ferunt habuit vectigales qui eos ex ouis & pullicenis & pipionibus alerent

¶ Pullinus a, um, quod eſt pulli. Vnde pullini dentes quos primum equi iaciunt

¶ Pullarius qui pullorum curã habet. Liuius lib. x. Nam cũ pulli non paſcerentur pullarius auſpicium mentiri auſus triſtidium ſoliſtimum nunciauit conſuli

¶ Pullari dicuntur feles a Lucillio ꝙ pullos gallinaceos ĩgrant.

¶ Pullatio apud Colu. accipitur pro fętura pullorumq; & pullicium dicitur

¶ Pullicies ipſa pullatio. Col. li. ix. de turture. Huius auis ętas ad ſaginã nõ tã vetus eſt idonea q̃ nouella. Itaq; circa mẽſem cum tã cõfirmata eſt pullicies eligitur. Idẽ de apibus. Cũ primo vere in eo vaſe nata eſt pullicies nouus rex elicitur

¶ Pullipremones dñr pedicones a premendis pullis. i. pueris tenerę etatis priſci pullum dicebant puerũ ab aliquo amatum, hos Lucillius ſuppillones & ſubulones, alij ſubactores Auſo, Poſtico vulnere foſſores

¶ Pullus a, um, qđ eſt natiui coloris. i. non plene obſcurum, atrũ, Leucopo contrarium, ꝙ pulli ouiũ fere eo colore naſcũtur, Virg. Ne maculis infuſcẽt vellera pullis. Tibul. Cõcidit ad magicos hoſtia pulla deos. Vñ veſtis pulla dr̃ fuſca atra quã quis in luctu induitur. Ci. in Vati. Atq; etiã & a te ſcire cupio quo conſilio, aut qua mẽte feceris vti in epulo. Q. Arrhij familiaris mei cũ toga pulla accũberes? Sũt tñ qui dicãt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hũc colorem hiſpanũ ſiue bęthycũ dici a quo pullati etiã bæthycati dñr. Mart. Et bæthycatus ſimul atq; leucopatus. Cuius eſſe rationem dicũt, q natiuus color in hiſpania ſubnigrior eſt. Ideoq; minus vilis. Hic enim color ad nigredinem tendit alicubi plenior, alicubi dilutior. Huic proximus color eſt niger qui & fuſcus dicitur & ater. Similiter pullus color dr̃ ipluuiatus quaſi fumo ex ſtillicidio implutus. Plau. Impluuiatus facit veſtimentis nomina. Item ſuaſus, vt apud eundem. Sordida & ſuaſa amictus togula. Ponitur pullus ꝓ nigro. Colu. Atq; oleris pulli radix. hoc eſt oleris atri.

¶ Pullatus pulla veſte ĩdutus. Hoc eſt lugubrem habitum ferens ex parentum morte, q & atratus dicit̃, q mos a Lydis cœpt⁹ fuit. Cicero in Vati. Quis vnquam cœnauit atratus cũ ipſe epuli dominus Q. Arrius albatus eſſet. Quandoq; pullatus accipitur pro viliori perſona ſiue rudi & imperita. Sueto ni. de Aug. Militem ſecreuit a populo, multis ex plæbe ꝓprios ordines aſſignauit, prętextatis cuneum ſuũ & proximum pædagogis, ſanxitq; ne quis pullatorũ media cauea ſederet. Quintilia. Ferire pectus, frontem exdere, mire ad pullatum circulum facit. Hoc eũ ad cumulum rudium atque imperitorum hominum.

¶ Pulligo idẽ q̃d pullus color. Plini. Fuluas aues tarentum habet & alias ſuæ pulliginis.

¶ Pullegiũ gñs hærbæ ſeu fruticis medicinalis. Eſt enim calida & ſicca in tertio gradu. Ambr. ad Felicem. Non mediocrẽ ſumpſi ad cõualeſcendũ gratiã quaſi quodam tui aloquij pullegio refotus. Hiero. Pullegiũ apud indos pipere pretioſi⁹ eſt Col. lib. ix. Pullegij furculis fumigentur.

¶ Puluis gñis maſc. & fœ. Proper. Sit mihi perpetuæ puluis Herruſca dolor. Dr̃ aũt puluis vt q̃dã putant a pellẽdo q pellatur vi venti. Apud antiquos etiã puluer dicebatur. Sed ab eo q̃d eſt puluis gtũs erit puluis. A puluer vero puluer⁹. Verũ in vſu tm̃ eſt puluis in recto, puluer⁹ in obliquis.

¶ Puluiſculus & puluiſculum diminutiua ſunt a puluis. Et generaliter de omni puluere dici poteſt. Apul. Miſi vt petiſti mũdicias dentiũ nitelas oris ex arabicis frugibus tenuem candiſtũ nobilẽ puluiſculũ cõplanatorẽ tumidæ gingiuulæ. Hiero. Neſcio quid puluiſculum. Proprie autem ſignificat puluerẽ illum quo vtuntur puellæ q & cinis dicitur. Ad cui⁹ differentiã alius cinis immũdus appellat̃. Verg. Et cinerem immũdũ latos iactare per agros. Hinc pulureus puluerea puluereum, & puluerulentus a, um.

¶ Puluero as. in puluerem redigo. Col. lib. xij. Priuſq; vineæ puluerentur. Hinc pulueratio q̃ eſt gñs culturæ vt inquit Seruius, quo immiñutæ glebæ vitibus applicantur. ō Puluer⁹et. Pla. Dixit pro puluere plenũ ſit. Ait enim exi, tu, Dane, age, ſparge mũdum eſſe hoc veſtibulum volo Venus ventura eſt noſtra. Nolo hoc puluer⁹et.

¶ Puluereſco, in puluerem redigor, q̃d a puluereo fit. Vnde & Diſpuluereo pro diſſoluor.

¶ Pulex animal notum dictum q ex puluere generet̃. Quo nomine etiam dictus eſt vermiculus hærbis & p̃cipue braſſicis infeſtus. A pulex fit pulicinus. ſicut a muſca muſcin⁹, a formica formicinus.

¶ Pulicoſus. pulicibus plenus. Columella libro octauo. Pulicoſæ cani remedia ſunt, ſume cymini tritum pari pondere cum veratro aquaque miſtum, & illitum, ſeu cucumeris anguinci ſuccus. Vel ſi hæc non ſunt, vetus amurca per totum corpus infuſa.

¶ Pulmo, eſt vnum ex viſceribus de natura ſui ſpongioſus, & ideo ſpiritus capax qui diuiditur in ſimilitudinem vnguleę bouis, & duæ illæ partes fibræ vocantur ſicut in omnibus viſceribus. Reſpiramus autem pulmone. Vnde Perſius. Qui pulmo animæ prælargus anheler. Attollitur enim ſpiritus attrahendo & emittendo deprimitur. Ex pulmone naſcitur tabes, quam græci pthiſim vocant. Tunc enim pulmo tabeſcit Ouidius. Cernis vt e molliſanguis pulmone remiſſus Ad ſtygias certo limite ducat aquas. Apud veteres pluraliter tantũ pulmones dicebãtur ſicut & ceruices. Plautus in Curgu. Pulmones diſtrahuntur, cruciatur cor. Cicero libro ſecũdo Tuſc. Quæ lateri inhærens morſu lacera viſcera, vrgenſq; grauiter pulmonũ haurit ſpiritus.

* Pulmonea poma dicuntur quæ vulgo centumfolida appellantur. Ct.

¶ Pulmonarius a, um. q̃d laborat pulmonis morbo, vt ouis pulmonaria apud Col. quam li. vij. ait curari ſimiliter vt ſuẽ inſerta per auriculam quã Veterinarij conſiliginẽ vocant. Dr̃ etiã pulmonarius de morbo quem græco vocabulo pneumonicũ & pipneumaticũ appellãt. Et hęrba pulmonaria vocat̃ a medicis q̃ eſt foliis mollib⁹ albo maculatis.

¶ Puluinar pe. pro. quaſi pulminar, eſt quod capiti dormituri ſupponimus ad puluinorum ſimilitudinem. Iuue. Fœdã lupanaris tulit ad puluinar odorem. quo etiam nomine dicitur lectulus qui in templis ſterni conſueuit numini dicatus. Vnde lectiſternium nuncupatur ſicut docet Auguſt. li. iij. ci. dei. Li. Curatũ lectiſterniũ, & per triduũ habitũ decemuiris ſacrorũ curantibus, & puluinaria in conſpectu fuere Ioui & Iunoni. Alterũ Neptuno, & Mineruæ. Tertiũ Marti & Veneri. quartũ Apollini & Dianæ. quintum Vulcano ac Veſtæ. Sextum Mercurio & Cereri. Videtur autẽ dici puluinar a pluma qua fulcitur. Abuſiue tamen puluinaria pro templis dicuntur. Inde apud Liuiũ legit̃, ad omnia puluinaria ſacrificatum fuiſſe Videntur etiam accipi pro illis puluinis in quibus ſimulacra deorum recumbentia collocant̃. Acron. Puluinaria dicebant̃ aut lecticæ diuorum, aut tabulata in quibus ſtabant numina vt eminentiora viderentur.

¶ Puluinus ſeu puluillus. a pluma quaſi plumin⁹, q plumis pullorum fiat. Ceruical ſeu plumatius. Hieronymus. In terra pro puluillo capiti ſupponebant. Quandoq; accipitur pro lecto. Cice. in Ver. actio. vi. Nam vt mos fuit birbyniæ regib⁹ lectica aperta foro ferebat inq̃ puluinus erat pellucidus militenſi roſa decoratus. Apule. quatuor eunuchi confeſtim puluinis conpluribus vento tumentibus pluma dedicata terreſtrem nobis cubitum perſtruunt. Item puluini vocantur quę ſcabellis ſuperimponuntur quo molliorſit ſeſſio. Hoc eſt lectuli quidam exigui lana vel rameto vel pluma vel alio gñe pleni, vulgo. Cuſſini. Cice. Afferri iuſſit puluinos, & omnes in ſuis ſedibus ſederũt. Iuue. De puluino ſurgat equeſter. Et puluini areolæ terra elata inter duos ſulcos in hortis, quæ porca a porrigendo in agris appellatur. Habet enim veluti puluinorũ in quibus ſedemus ſimilitudinem, propter quod & Torus a quibuſdam dicit̃. Pli. Areis diſtingui, eaſq; reſupinis puluinorũ toris ambiri ſingulis tramitum ſulcis qua datur acceſſ⁹ homini ſcatebriſq; decurſus. Colu. lib. xij. Vlpicum habet velut alium plures cohærentes ſpicas. Hæcq; cum ſint diuiſæ liratim ſeri debebunt, vt in puluinis poſitæ minus infeſtẽtur hyemis aquis. Idẽ libr. iiij. Omnium autem generum ramos circa calendas martias in hortis per puluinos arearum diſponere cõuenit. Item puluinus arena durior quæ in modum ſaxi lapidiſcit. Vict. lib. v. Puluinus firmiſſime ſtruatur. Item Puluinus machina qua naues in pontum ſubducuntur. Ouid. Colla quę prælorũ noſtra ferenda dedi.

¶ Puluinatus a, ũ. q̃d eſt ad ſimilitudinẽ puluini molle ac conuexũ. Pli. Lanuginoſo ac puluinato calice.

¶ Puls' victus antiquitiſſimus ex farina aqua melle ſeu caſeo ouo decocto fact⁹, q̃ pane veteres vtebant. Dicta q ita ſonet tũ aqua feruenter aſpergit̃.

¶ Pultarius a pulte accipitur pro vaſe pultis. Corne. Cælſus. Si cætera defecerunt calculus aut pultarius oris compreſſoris rei commode aptat̃.

¶ Pulmentum ipſa puls vel aliud cibarium admodũ pultis factum. Apule. Ius porcorum pullorum piſciũ & ius pulmẽrorũ largiſſimas epulas.

¶ Pulmentarium etiam dicitur quod inter cibos ſumitur in ſimilitudinem pultis factum. Hoc eſt quod pulmenti vicem prębet. Iuuenalis. Veniet qui pulmentaria condidit. Plinius Primum latio cibum pultem fuiſſe, non panem ſcribit, argumẽtoq; ad id eſſe q pulmentaria pro cibis ſua etiãętate dicerẽtur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

In euangelio quoque legimus. Nunquid pulmentarium habetis? Posset etiam dici pulmentarium pulmenti repositoriū.
¶ Pulmentarium testuacium dicitur tota quæ coquitur sub testa.
¶ Pultricula dimi. a pulte. quo vsus est Pli. li. xxvi.
¶ Pulpa q̄nq; dr̄ neruus ille qui ab aliquibus dr̄ νῆον. Inter pulpas inquit Pli & venas discrimen facile, venæ latiores cādidioresq; sunt pulpæ fissilibus insunt.
¶ Pulpamentū a pulpa dictum est, & accipit pro cibo lautiore. Terē. Lepus tute es, & pulpamentū quæris.
¶ Pulpitū locus ante scænā æditior in quo cōis comœdia recitabatur. Græce λογεῖον. Ponit etiā p suggesto. i. p quocūq; loco edito vnde sermo habeatur ad populū.
¶ Pulso as. frequentatiuū a pello signif. cat sæpe percutio vel vbero. Cicero de suppli. Lictores consistunt valentissimi ad pulsandos verberandosq; homines exercitatissimi. Terentius in Adel. Sed quis hoc ostium pulsauit? Transfertur & ad animum. Ambro. De hinc terroribus pulsat. Plautus in Epid. Id ego experior cui in vnum multa confluunt quæ meum pectus pulsant. Interdum pulsare est violare lædere. Verg. libro xij. Pulsatos referens infecto fœdere diuos. Interdum sonare, vt pulso lyram. Pertinetq; pulsare ad homines, sonare ad instrumenta, vt sonat campana. Vnde dicimus pulsatum est ad tertiam, non autem sonatum. Cum autem dicimus pulso cythara, idem est quod cano vel ludo. Vergili⁹. Iam pectine pulsat eburno. Huius composita sunt Compulso, Expulso, quod est valde pulso. Auguſt. Mortuus est qui quantumlibet expulsus, quantumlibet lanies, quātumlibet vellices non expergiscitur. Propulso de quo supra.
¶ Pulto as. idem quod pulso, fitq; ā supino pultum quo antiqui vtebantur. Plau. Pultando confregi fores. Terent. Cesso iam pultare ostium.
¶ Pulsus est ille vbi coniūgitur manus lacerto. Pli. Arteriarū pulsus in cacumine membrorū euidens maxime index morborum in modulos legesq; metricas per ætates stabilis aut citatius aut tardius. Idem alibi pulsum per cussum appellat. Nā vitæ gubernacula tenet & ictu crebro aut languido valitudinem indicat. Nā lib. vij. sic ait. Venarū inę quali aut formicante percussu. Sed hoc ex arterijs est.
ὃ Pulsatiles venę sunt quibus pulsus exploratur. quas antiqui arterias vocant sunt aūt arteriæ spiritus semitæ, sicut venæ, sānguinis riui.
ὃ Pultiphagonides. i. pultis deuorator.
¶ Pumex. lapis cauernosus qui ad corpora læuiganda laudatissimus est. Verg. lib. xij. Vt cum latebroso pumice pastor. Catul. fœminino genere protulit. Pumices præcipui sunt in æolijs insulis. probatio eorum est in candore ac minimo pondere, & vt, maxime spongiosi atq; aridi sint ac teri faciles Nec infricando arenosi.
¶ Pumicosus. a, um. q̄d pumicis vel uaturā vel similitudinē habet. Et pumicosus dicitur locus pumicibus plenus.
¶ Pumico, as. penul. correp. pumice polio, læuigo. Tibul. Pumicet & canas tondeat ante comas. Vnde pumicatum pumice politum.
¶ Pumilis pe. cor. paruus nanus. Columel. li. ix. Pumiles aues nisi quem humilitas earū delectat, nec ꝓpter fœcunditatē nec propter alium reditum nimiū probo.
ὃ Pumilus etiam & pumilio auctore placiade mollis, & enervis dicitur.
¶ Punctus, quod nisi deprauate barbareq; dicitur in neutro. Sene. punctum & adhuc puncto minus quod incolimus. Pli. lib. ij. Non aliud est terra vniuersa quam mundi punct⁹. Tradunt Geometrę punctum esse corpus indiuidum in quo neq; longitudo, neq; latitudo, neq; altitudo deprehenditur, & ob incōprehensibilē breuitatem sui in partes diuidi nō posse. q̄d protractum lineā efficit. i. corpus vnius dimensionis. Lōgum enim est sine lato, & duob⁹ punctis ex vtraq; parte solā longitudinē terminantib⁹ continet. Hanc lineā si geminamus alterum corpus efficitur quod duabus dimensionib⁹ extruit longo latoq; sed alio caret punctis autē quatuor continet per singulas. s. lineas binis. Et hoc gręci ἐπίπεδον, nostri planum siue superficiem vocant. Quandoq; tamen punctum sumitur pro temporis vel horæ momento. Cice. Itaq; ne punctū quidem temporis in ipsa fortuna fuisse. Quandoq; pro minima cuiusque rei particula. Idem pro plancio. Nam ꝙ questus es plures testes te habere q̄ q̄t in ea tribu puncta ruleris. Q̄nq; pro suffragijs & fauore qm̄ veteres suffragia non scribebant sed puncto notabant. Vnde expuncti dicebant viles, electi siue fauore priuati. Hora. Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci. hoc est solus suffragia iudicū tulit, qui & vtile & dulce scripsit, qm̄ prodesset, & delectaret.
¶ Punctum aduerbium significat per pūctiones infictionesq; gladij siue pungendo.
¶ Punctim cæsimq; puerbiū a gladiatoribus tractū q̄in hostē irruētes nūc punctim nūc cæsim lancinant.
¶ Pungo is. pupugi vel punxi punctum non solum de ferro sed de quacunq; alia re dr̄. Var. Admota aspis cū pupugerit⁹ non occidat sciat ex psillorū esse stirpe. Hiero. ad Marcellā Nudiustertius de beatæ memorię Lea aliqua dixeramus illico pupugit animum. Huius composita sunt. Compūgo quod est totum pūgo ferio seu signo. Cic. lib. ij. offi. Ad eam ex epulis in cubiculum veniens barbarum & eum quidem vt scriptum est compūctū notis thracijs districto gladio iubebat anteire, id est signatum vel percussum. Vnde sequitur. O miserum qui & barbarum & stigmaticum fideliorem putaret q̄ cōiugem. Expungo foras mitto. Persi. Quem proximus hæres. Impello expungam. Cornutus. Proprie expungā. i. foras mittam. Tractum a militibus qui expuncti dicūtur dū e militia mittūtur. Repungo. de quo alibi.
¶ Punio is, iui, itum. Quod & pœnio dicitur quasi pœna afficio. Hinc impunitus non punitus. Saluſt. Impunitos eos dimisere. Impunitas.
¶ Punicus a, um. pe. cor. quasi pœnicus a pœnus qui a phœnicia detracta aspiratione. Ver. Punica regna vides. Et punicus color siue puniceus, qui est coloris rubentis qui græce phœnicos dicitur. Hora. Puniceis inuecta rosis. Nam exuperantiam ruboris q; splendorem teste Gellio significat. Punica mala granata, quę hoc cognomen sibi circa Carthaginem vendicarūt vbi & multa & insignia nasci perhibentur. Granata dicuntur a granis quibus sunt referta.
¶ Pupus, puer paruulus tenerior. pupa puellula. Varro. Māmam lactantis sugentem pascere pupum. Auson. Barbara q̄ latias vincis alūna pupas. Mar. Pupam se dicit Gellia cum sit anus. Et a similitudine pupa quoq; paruula puellaris imago dr̄. Var. in origo. Itaq; breui tempore magna pars in desyderiū puparum & cingulorum veniebat. Moris autem fuit veterū puellarum paruula quędam puellaria simulachra ex linteo insuere, deinde tomēto infarcire, tum vestibus amicire. Has virgines pueritia egressæ Veneri tanquam virginitatis suæ insignia condonabant. vt fauſtum futurū matrimoniū cederet. Vñ Pers. Dicite pontifices in sacro quid facit aurū? Nempe hoc q̄d Veneri donatę a virgine pupę.
¶ Pupulus & pupula diminutiua a pupus & pupa. Catullus Deprehendi modo pupullū puellæ.
¶ Pupillus similiter a pupus deriuatur pro impube qui desiit esse in patris potestate, vel morte vel emancipatione. Hiero. Pupillus dicitur qui non habet patrem. Orphanus qui nec patrem habet nec matrem.
*Pupillaris a pupillo deducitur inde pupillaris ætas pupillare negotium. Cc.
¶ Pupilla a pupa diminutiuum sicut & pupillus pro mare. Et pupilla pars oculi parua ī media cornea sita in qua vis speculi redditur. Et est diminutiuum a pupula. Ouid. Suspicor & fama est oculis quoq; pupula duplex. Et Pli. li. xi. scribit absolutam vim speculi in oculis vt tam parua illa pupula totā imaginē reddat hominis.
¶ Pupula. Vide in dictione Pupilla.
¶ Pupulū vrbs est a latere meridionalis Sardiniæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Puppes & puppis, vtroq; modo dī ꝑ naui. Ouidi. de pōto
Dum mea puppis eat valida fundata carina.

¶Purpurissum color factitius quo genas oblinīunt mulieres porphyra a grǽcis, a nostris purpura. Hinc Porphyriacus purpureus. Ouid. Et porphyriacis figere labra genis.

¶Purgo as. mundo quasi purem ago. Hoc est educo. Columella libro. iii. Tacq; cauatum foramē cum purgauerimus vndiq; adrasos surculos inserimus. Terent. in Adel. Pisces cæteros purga dromo, congrum istum in aqua finito. Ludere pausisper. Per translationem purgare significat excusare. Idem in Eu. Sed heus tu purgem ego me de ista hac thaidi q̄ eam me amare suspicata est? Purgari rationes dicuntur quando deciduntur superflua aut obstantia collatione facta acceptī & expensi. Huius verbi composita sunt. Depurgo. Expurgo perfecte mundo, seu palam excuso Columel. libr. ij. Cum rursus amplior messis prouenerit quicquid exteretur capisterio expurgandum erit. Idem libro. v. Dolabella conuenit expurgari quicquid emortuum est, deinde falce rediuiuo tenus. Terē. in Hecy. Q̄ me accusat nunc vir sum extra noxam sed non facile expurgatur, ita animum induxerunt socrus omnes esse iniquas. Perpurgo valde purgo, Cato de re ru. Aluum mouebit & postridie perpurgabit sine periculo. Repurgo rursus purgo. Lactant. libro. iiii. Pollutos & aspersos maculis repurgabit.

¶Purgamen seu purgamentum sordes quæ ex re aliqua immunda & lurida tergitur & repurgatur. Græce peripsima dicitur. Colu. lib. primo. Sterquilinia quoq; duo sint. Vnum q̄d noua purgamenta recipiat, & in annum conseruet, alterum vero ex quo vetera vehantur.

¶Purus a, um. mundum sine sorde. Hinc pura vestimenta a veteribus dicebantur quæ sacerdotes ad sacrificia sumebant id est non obsita, non fucata, non maculam habentia. Et pure lautum quod a qua pura lotum erat. Et purum aurum q̄d expurgatum coctumq; esset. Vlpi. Purum locum esse diffinit qui nec sanctus nec sacer nec religiosus est. Huius contrarium est Impurus, quod modo sordidum contaminatumq; significat. Cice. Quam multis illum ingenuis, q̄ multis matribus familias in illa tetra atq; impura legatione vim attulisse existimatis? modo improbum. Teren. Mei loci atq; ordinis hominem haud impurum.

¶Puritas, & munditiam, & inanem simplicitatem significat. Cuius Contrarium est impuritas, turpitudo, seu improbitas.

* Purifico mundo. a quo purificatio, & quo nonnulli vtuntur purificus. Cc.

*Purime dixerūt veteres ꝑ purissime. Cc.

¶Puro as. purum facio quasi purem extrahio. a quo Depuro penul. produ. Vnde depuratum dicimus mundatum. Suppuro. de quo loco suo.

¶Purulentus a, um. q̄d ē sanie plenū.

ǒ Purulentia æ. ipsa puris plenitudo. vel vulnus plenum pure Hierony. in Esa. Linteola quæ ad exsiccandā saniem & perulē tias inijciuntur vulneribus.

¶Purpura piscis ex concharum gñe, annis septenis viuens. Congregatur verno tpe, mutuoq; attritu lentorē quēdā veluti cærę emittit. Sed nobilē illū succū ad tingendas vestes in medijs faucib⁹ habet. Reliquo tēpore fere sterilis. Cū vita succū emittit. Et ideo viuas capere oportet. Hinc purpureus color dicit, qui nigricantis rosæ splendore sublucet, cæterorum omniū colorū gratissimus & tingendis vestibus maxime expetit⁹. Hinc purpureæ vestes dictæ sūt. Tyriæ a loco vbi purpura fit. Purpureus tamen niger color est pcipue de mari q̄d ex altitudine nigrū accipim⁹. Verg. lib. ii ij. geor. In mare purpureū violentior influit amnis. Inde purpurascit. i. purpureū fit. Cice. lib. ij. Aca Quid mare nonne cæruleū, aut eius vnda cum est pulsa remis purpurascit? Amb. Quid igitur describā purpurascentes violas, candida lilia, rutilantes rosas? Sciendū autem est vt Vict. inquit, q̄ purpura pro solis propinquitate colorem habet. Et puniceum quidem procreat. Aphrica id est quasi violaceum colorem. Tyros autem rubeum. Purpura in violæ colorem tendens violacea dicitur. Cor. nepos. Me iuuene violacea purpura vigebat. Accipit quandoq; purpure⁹ ꝑ pulchro. Ver Et pro purpureo pœnas dat scylla capillo. Purpura a pelago pelagia appellatur.

¶ Purpure⁹ a, um. q̄d est totū ex purpura. Purpurat⁹ a, ū. q̄d est purpura ornatum. Vnde purpurati leguntur ij q̄ apud principes dignitate anteirent. Ci. lib. i. Tusc. Istis q̄ ingt ista horribilia minitare purpuratis tuis. Hiero. ad Saluinā. Deinde purpuratorū ꝑpinquus soci⁹ cōsobrin⁹ ijsdē cū ambob⁹ studijs erudit⁹ non est inflat⁹ in superbiā, nec cęteros hoīes ad ducta fronte cōtēpsit. Inuenit tñ q̄q; purpure⁹ pro purpurato, Hora. li. i. car. Et a purpurei metuūt tyranni.

¶Purpurarius arum. quod ad purpuram pertinet, vt officina purpuraria in qua purpura fit Plini⁹ Alterum genus eius est in purpurarijs officinis.

¶Purpurissū gñs coloris factitij, q̄ vtunt pictores & cū pueris pariter tingit. Plini. lib. xxxv. Et reliquis colorib⁹ q̄s a dñis dari diximus ꝑpter magnitudinē pretij ante oēs est purpurissum, e creta argentaria cū purpuris pariter tingitur.

ǒ Hoc græci vocāt Andricelon.

¶ Purpurissa color qui bombyci mistus mulierum genas tingit

¶ Purpurisso as. purpurissa inficio. Plau. in tru. Istas buccas tū belle purpurissatas habes.

¶Pus puris gñis mas. sanies est & quicūq; humor in putredinem versus. Hinc purulentus a, um. q̄d est sānie plenū. Hiero. ad Oceanū. Q uoties lauit purulentā vulnerū saniē quā alius aspicere non audebat.

¶ Pusio paruus puer. Veteres enī pusū & pusam ꝑ puero & puella vsurpabant. Cic. ꝑ Cælio. Et ꝑpter nocturnos q̄sdam manes metu tecū semper pusio cū maiore sorore cubitauit. Capitur tñ fere semper ꝑ masculo scorto.

¶ Pustula est species occultę vomicę, siue tuberculū in sūmitate cutis nascens. Mar. Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat. Exornēt docilē garrula plectra lyram. Græci pustulas vocant phlyctenas, quarū tria sūt genera. Exanthemata q̄ Plini. eruptiones pituitæ, aliq̄ papulas vocat. Pśydracion paulo durius est, ac subalbidū & acutū. Epynictis pustula subhuida modice tumescēs & plena sanguinis in tibijs & pedibus, fere noctu maxime infestans a q̄ nomen.

¶ Pustulatum argentum a pustulis dicitur quæ in argento ęlato in aspredinem quandam excusæ visūntur sicut pustulæ in corpore oriūtur similes illis pustulis quæ ex veruca vel sudore nascūtur.

¶ Pusula est tumefactio illa leuis quæ in coquendo pane solet assurgere, quam Festus hetam quoq; vocari scribit, q̄ pro re nulla⁹ prij ponit. pusula ēt morbi gñs, q̄ alio noīe dī sacer ignis Col. li. viii. Est ēt insanabilis sacer ignis quā pustulā vocant pastores. Hinc pustulosus, q̄ eo morbo laborat. Idē ibi. Viuā pecudē q̄ fuerit pustulosa resupinā obruamus.

¶ Pusillus diminutiuū est a pusio, i. paruulus, a quo fit aliud diminuti. pusillulus.

¶ Pusillanimis, qui est pusilli animi, quem græci Micropsychō dicunt. a quo pusillanimitas. * Et pusillanimiter aduersum. Cc.

¶ Puteal prōris tribunal vel subsellū dī Hor. Forū putealq; Libonis mādabo siccis Pers. Si puteal multa cautus vibice flagellas. Et puteal q̄ cooperit puteus.

¶ Puteus qui ꝑpetuas habet aquas, vt docet Aug. & de viuo fonte manantes. Dictus q̄ puteat dū cauatur. Cisterna est q̄ refrigerat aquas suas externas & aduentitias possidet. Huius dimi. est puteolus.

¶ Puteolus ciuitas Campaniæ, ab aquæ calidæ pūtore dicta, vt inquit Festus, licet alij putent a multitudine puteorum, ea rundem aquarum gratia factorum. Hæc etiā vocata est Dicęarchia a iustitia administrationis & gubernationis a Samiis condita voluit. vt Euse. eo tēpore quo Tarquinii a Bruto sūt expulsi. Hinc fit puteolan⁹ a, um. Ci. Thermo. Cluni⁹ puteola-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tius valde me obſeruat. ✳ Legitur frequentius pluratiue.

¶ Puteanus a,um. quod ex puteo eſt. Vnde aquam puteanã dicimus. Plí. lib. xiíj. Deinde quantum expreſſere adjciunt viuaceis aquæ putanæ. vt ſecundarium paſſum faciant.

¶ Putealis & hoc puteale eiuſdem ſignifi. Ouid. Vt quo dux pœnus merſit putealibus vndis.

¶ Putearius qui puteos fodit. Plini. Depreſſis puteis ſulphurata vel aluminoſa occurrentia putearios necant.

¶ Putor fœtor.

¶ Puteo es, putiui fœteo. & ma'i odoris ſum producit primã ſyllabam. Horatius. Putet aper rhombuſq; recens. Perſius. Nec inuideas q̃ multa fideli putet In locuplete penu. Hinc, Putesco mali odoris fio.

¶ Putidus a,um. pen. cor. & putulentus a, um. quod eſt mali odoris Cice. Putidas ac pecunioſas aures. Nonius. Putidum nõ ſolum ab ore fœtido & graui quod naribus probetur, ſed etiam quod auribus triſte inſuaue auſierum rancidum putidum dici poſſe auctoritas vetuſtatis admiſit. Hinc putidiuſculus diminutiuum. Cice. Cæſari. Sumus enim putidiuſculi q̃ parte vix licet, verũ vt video licebit. ✳ Alij pudentiuſculi legũt

¶ Putidã orationẽ dicimus per metaphorã q̃ auribus auſtera inſuauis & (vt ita dicã) rancida eſt. Cc.

¶ Putris & hoc putre quod eſt corruptum ac reſolutũ. Ver. lib. xi. Quadrupedum putrem curſu quatit vngula campũ. Idem lib. i. Georg. Et zephyro putris ſe gleba reſoluit. Super quo Ser. Putris gleba ſolubilis. Col. lib. ij. Idem pinguis ac putris, quia cum plurimum reddat, minimum poſcit. Et quod poſtulat exiguo labore atq; impenſa conficit. Hinc Putridus a,um. & putredo inis, corruptio reſolutio.

¶ Putreo es. marceo & in pus ſoluor. Pacu. Q;q̃ annis & ętate hoc corpus putret.

ð Putilatum aurũ. i. purgatum, apud Iureconſultos. putum enĩ purũ dicebant veteres.

¶ Putreſco is, putridus fio. Col. lib ij. Vt hærbarum culmis cæteriſq; rebus immiſta putreſcant, quod vernacula lingua dicimus maſrare. Idem in eodem. Totum ſterquilinium raſtris permiſceri oportet, quo facilius putreſcat, & ſit aruis idoneum. Huius compoſita ſunt, Computreſco. Hie. in Exo. Et computreſcent aquæ. Imputreſco intus reſoluor. Col. lib. vij. Nam animal ipſum oleo merſum necatur & cũ imputruit cõtenti.

¶ Putrefacio reſoluo. Col. libro. iíj. Per apertam vitis medullam nimius humor trahitur, idem truncum cauat vnde formicis aliſq; animalibus quæ putrefaciunt crura vitium latebræ prębentur.

¶ Putiſco putidus vel mali odoris fio. Cice. lib. v. de fini. Nõ inſcite illud dictum videatur ſuauem animum illi pecudi datum pro ſale ne putiſceret.

¶ Puticuli ſunt appellati a puteis, q̃ibi cadauera ĩ puteis obruerentur, vel ab eo q̃ in his corpora putreſcerent. Rom. Vltra exquilias fuit locꝰ publicus dictus puticuli, quoniam illic erant cõe ſepulchrũ miſeræ plębi.

¶ Puto as proprie ſignificat falſa ſuperflua & infructifera ex quacunq; re a veris & fertilibus reſeco & purgo & deputo. Hinc putatiæ arbores dicuntur. Columel. libro. ij. Neque arent neq; vitem aut arborem putent. Vnde arborum purgatores putatores dicuntur. Et putari ratio dicitur in qua ſentẽtia putatur. Hinc factum eſt, vt putare pro cogitare & cõſyderare capiatur. Cogitando enim reſecamus mente quæ falſa aut inutila ſunt. Et quod verum ac bonum eſt, huic cogitando hæremus. Vnde putare rem dicitur q̃d eſt diſputare de re. & declarare quid res ipſa velit. Terent. Mitto maledicta omnia, rẽ ipſam putemus. Interdum ſumitur putare pro colligere conferre. Plautus in aulu. Putatur ratio cum argentario. Interdũ aptare. Tit. Da penſam lanam qui non reddet tempori putatam ręte facite vt multetur malo. Interdum æſtimare iudicare. Teren in And. Recte putas. Amb. Subrepunt etiam fabulæ frequẽter de ſæculo ac voluptatibus, daudere aures nõ potes, prohibere putatur ſuperbiæ id eſt attribuitur ſi caſus datiui eſt, vel æſtimatur ſi genitiui. Compoſita ſunt Amputo, a quo peramputo. Computo, Deputo, Diſputo, exputo. Imputo quod eſt quaſi intus annumero compenſo. Hierony. in Leui. Si plures fuerint anni qui remanent vſq; ad iubilęum ſecundo hos reddet & pretium, ſi pauci ponent rationem eã eo iuxta ãnorum numerum & reddet emptori quod reliquũ eſt annorum quibus videlicet ſeruiunt mercedibus imputatis Et imputare eſt aſcribere attribuere & culpam dare. Idem in prolo. Thob. Arguunt enim nos hebręorum ſtudia & imputant nobis contra ſuum canonem latinis auribus iſta transferre. Auguſt. Quod præſtat ventri imputat pietati. Imputatus vero a,um. pro non amputo ſumitur. Interputo in medium puto. Colu. lib. iíj. Roſam fructibus ac ſurculis diſponi per ſulculos pedales conuenit per idem tẽpus quo & viola, ſed omnibus annis ante Calend. martias & interputari oportet. Hoc modo annis multis perẽnat. Opputo circumputo. Plini. libr. xviii. Opputatur autem quicquid proximo tulit fructũ. Perputo perfecte puto declaro, & vti dici debet profero. Plaut. in Caſ. Nunc operam date vt egõ argumentum hoc vobis plane perputem. Reputo rurſus ſeu ſæpe puto, retracto, quoddicimus cogito & recogito ſeu multum conſydero ac mecum voluo Lactan. Cogitanti mihi & animo meo ſæpe reputanti priorem illum generis humani ſtatum & mirum pariter & indignum videri ſoler. Sal. Cum ſententias nonnullorum ipſe mecum reputo. Liui. lib. i. Quiſis, non vnde natus ſis reputa id eſt bene conſydera. Et reputare eſt computare. Vlpian. Item ſumptus litis tutor reputabit, & viatica ſi ex officio neceſſarie habuit aliquo exire vel proficiſci. Supputo, calculo, numero. Hiero. in prolo. lib. Reg. Quomodo igitur vigínti duo elementa ſunt per quæ ſcribimus hebraice omne' quod loquimur & eorum indiciis vox humana comprehenditur ita vigintiduo volumina ſupputãtur quibus literis exordiis in dei doctrina tenera adhuc & lactens viri iuſti eruditur infãtia id eſt numerantur. Idem. Salomonis quoq; in fine prouerbia eiuſdem alphabetis vel inſcriptis ſupputãtur id eſt cõſcribuntur vel exprimuntur. Aliquando ſupputare examinare. Idem ad Helio. Aedificaturus turrim futuri operis ſumptus ſupputa. Et omnia habent pe. correp.

¶ Putamen rerum purgamentum. Nam quicquid ex aliqua re proiicitur putamen appellatur. Plau. in cap. Nucleum amiſi reliqui pignori putamina. Cypria. Imperitus eſt medicus q̃ tumentes vulnerum ſinus manu parcente contrectat, & in altis receſſibus viſcerum virus induſum dum ſeruat exaggerat. Aperiendũ vulnus eſt & ſecandũ & putaminibus amputatis medela fortiore curandum, Vociferetur & clamet licet & cũqueratur æger impatiẽs per dolorem gratias agit poſtmodũ cũ ſenſerit ſanitatem.

¶ Putus a,um. idẽ q̃d purus. Vñ putũ argentũ. i. purgatum. Iuue. Pauca licet portes argenti vaſcula puti.

¶ Putitius pro ſtulto a Plau. ponit

P ante y

ð Pycoſtillon, ædificiũ in quo ſunt denſæ colũnæ.

ð Pyctatium apud Lampri. in Alex. Vita. dicitur albũ hoc ẽ tabella dealbata in qua nomina iudicũ ſelectorũ deſcribebantur. Sic enim ingt. Deniq; cũ inter militares aliquid ageretur multorum dicebat, & nomina. De promouendis etiam ſibi annotabat, & perlegebat cuncta pictatia, & ſic faciebat diebꝰ etiam pariter annotatis, & quis & qualis eſſet in ciuitate promotus.

¶ Pyctas, græci vocant pugilles. Lampri. in Helioga. Gladiatores ante conuiuium pugnantes ſibi & pyctas frequenter exhibuit. Hinc pictale pro certamine. Ser. Pyctale certamen appellat pugnam ceſtuum. Hinc Col. lib. ix. gallinaceum in certaminibus gallorum pugnacem pyctẽ vocat. Non rixoſarũ auium laniſtæ cuius plærũq; totum patrimonium pignus aleæ victor gallinaceus pyctes abſtulit.

¶ Pyga dictio græca ſignificat extremam partem tam anteriorem quam poſteriorem. Hinc eſt q̃ & mẽbrũ & nates ſignĩ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cāt. Trūci enim extremū vtrūq; est, A quo fit verbū πυγιξω Vnde apud Mart. vetus legitur epigrammatis inscriptio, phi lopygista, quæ voces plurib⁹ verbis aperiendæ non sunt ab eo qui se religioni dicauerit.

ὁ Pygistæ dicuntur puerarii & emasculatores, qñ libido præ posiera virilem aiunt effeminat a cōtrectandis natibus sic ap pellati qui & pederastæ & puerarij a latinis vocantur & ema sculatores & pullipremones.

¶ Pygargus, caprea quędam sylvestris non dissimilis damis. Plini. lib. decimo pro quodam aquilarum genere accipit. Se cundi generis inquit pygargus in oppidis & in campis albi cante cauda, ex πυγὴ nates & ἀργὸς album. Sunt qui putent esse herodiorum genus, quæ ales adeo coitui infesta est, cum vir cum muliere coire velit acri dolore oculorū vtriq; soluā tur ac morientiū pene similes abeant.

¶ Pygmachia cæstuum pugna. πυγμὴ enim cęstus dicitur.

¶ Pygmachus pugil.

¶ Pygmæi vt libro. vij. scribit Plini. populi in extrema parte montium indiæ habitantes salubri cœlo semperq; vernante, qui tres modo drantes non excedunt. πυγμὴ enim cubitus di citur. August. lib. xvi. ciui. dei. Alios statura cubitales quos pygmæos a cubito græci vocant, pugnant cum gruibus, sed vi cuntur. Horum mulieres quinto anno pariunt & senescunt octauo. De pygmæis Iuuenal. loquitur sat. y. xiij. Ad subitas thracum volucres nubemq; sonoram Pygmęus parvis cur rit bellator in armis. Mox impar hosti raptusq; per aera curuis Vnguibus a sæua fertur grue, si videas hoc gentibus in nos tris risu quatiere, sed illic. Quamquam eadem assidue spe ctentur prælia ridet Nemo vbi tota cohors pede non est al tior vno.

✱ Pylas πυλας græci portas vocant. vnde thermopylę in an gustijs Thessalię dictę sunt Cc.

¶ Pylęmenes dux paphlagonū qui ad auxiliū troianorū pro fectus est. Et pylæmeneus a poetis dicitur.

✱ Pylartes vir troianus fuit. Cc.

¶ Pylene ætolię oppidū. Papi. Sensit scopulosa pylene Fletaq; cognatis auibus Melagrea Pleuron.

¶ Pylos oppidum iuxta Thessaliam a Neleo conditum. Vnde Nestor dictus est pylius. Ouidius. Illius attactu pylius iuuenescere posset. Sunt & aliæ duæ ciuitates hoc nomine.

✱ Pylę us nomen proprium. Cc.

¶ Pyr latine ignis. a quo multa p cōpositionē fiūt. Et pyr olius nucleus ꝙ facile ignem concipiat.

¶ Pympla & pympleides vide musa.

¶ Pyra lignorū cōgeries. Verg. Innumeras struxere pyras. In his cremare corpora antiqui consueuerunt.

¶ Pyrrha Deucalionis vxor de qua Iuue. Et maribus nudas ostendit pyrrha puellas. Est & hoc nomine Cariæ ciuitas iuxta Myrtoum pelagus.

¶ Pyrrhus latine flauus, siue rufus. Quo nomine dicti fuere Achillis filius & Epirotarū rex, qui bellum cū Romanis gessit eo ꝙ rufi essent.

¶ Pyrus arbor pyrū fructus dictū ꝙ ad similitudinē pyramy dis e lato tendat i acutū flāmę similitudinē reddens. Cuius di minutiuū pyrulū protulit Aug. lib. i. cō. Nam hęc ipsa sunt q̄ a pædagogis & magistri & nucibus & pyrulis & passerib⁹ ad pfectos & reges aurum p̄dia mancipia, pyros etiā latine fru mentum dicitur.

¶ Pyratiū genus potionis q̄d ex pyris factū credit & locovini sumebatur. Hier. contra Ioui. Timotheo dolenti stomachum vinū suadet bibere non pyratiū.

¶ Pyrrhica cę. siue pyrrhice es, saltatio grecanica quam pyr rhus in Creta primus instituit, vt lib. vij. scribit Strab. libr. x. docet pyrrhicam repertam fuisse a pyrrho pro iuuenibus ad disciplinam militarem exercendis. Plato lib. vij. de legibus. Motus pyrrhicos imitatur flexus corporum quibus tela plagęq; vitantur. Sueto. de Cæsa. pyrrhicem saltauerunt Asiæ bithynięq; principum ludis.

ὁ Pyrrhicarij dicūtur saltatores pyrrhicę.

¶ Pyrrhicius genus pedis qui costat ex duabus syllabis bre uibus dictus a pyrrho qui primus victoria potit⁹ frequētib⁹ pyrrhicis laudatus fit.

¶ Pyrausta apud Aristotelem vermiculus est quē & cleron vocat aranei specie nocentem fauis.

¶ Pyralis pēnata bestiola magnitudine muscę ex igne pue niēs. Vñ & nomē a quibusdam pyrausta appellat. Q̄diu est in igne viuit, cū euasit longiore paulū volatu tūc emoritur

✱ Pyrama lachrymę genus ex metopio arbore stillaris est enī pingue & resinosum. Cc.

¶ Pyramis idis, moles maxima quadrata ita cōstructa vt e la to in acutum tendat in formā flāmæ q̄ latior surgens in acutū desinit, quales Romę adhuc extant duę iā vetustate fatiscētes dicta pyramis ꝙ flamę similitudinē habeat, vel a lapide pyros pœcilo q & thebaicus ex quo ędificabatur ab ignea q̄dā varie tate πυρ ei ignis dī ποικίλος. vari⁹. pyramidē nri metā vocāt ꝙ termini eorū q a metiēdo. i. mēsurādo mete dīr forma py ramydū ędificari solēt, atq; ea figura pyramidalis vocat. Erāt pyramides in ęgypto structurę ex quadratis lapidibus admi randę fastigiatæ vltra oēm excelsitatē quę manu fieri posset vt scribit Solinus, & sub eis sepulti reges. Excogitatę primū a regibus ęgypti ne plębs esset ociosa, vel ne pecuniam succesſo ribus reliquerent.

¶ Pyramus pe. cor. proprium adolescentis Memphitici nomē qui Thisbes amore ardens seipsum interemit. Hoc nomie etiā dictus est fluuius instar nili limum deferens, qui magnam cili ciæ partem adiecit. De quo extat illud oraculum. Tūc erit vn disonus late cum pyramus olim Litora perfundens cyprum labetur in almam.

ὁ Pyroboli pe. cor. sunt tela ignita, & ardentia, q̄ cū flāma mit tunt. Vñ Pluta. in Dione scribit pyrobolorū incendio cōplu res extinctos, hinc pyrobolarius.

ὁ Pyrobolarij sunt iaculatores pyrobolorum.

¶ Pyrrho nomen proprium philosophi, a quo philosophi pyr rhonij dicti, quos græco cognomento σκεπτικοὺς. i. consides ratores appellant. Nihil enim decernunt, sed in quęrendo sem per considerando q; sunt. Ac ne videre quidem plane quicquā nec; audire sese putant. Aiuntq; veritatem incomprehensibi lem videri, Idem ἀποφατικοὶ. i. ambigentes dicuntur, qm̄ ni hil affirmant & de oibus ambigunt. Hic patria Elidensis fuit. primo pictor deinde Anaxarchi discipulus. Vixit annis fer me nonaginta.

✱ Pyropœcilus genus lapidis, de quo in dictione pyramis di ctum est.

¶ Pyreus Athenienſium portus cui vrbs coniungebatur mu ro protracto ex oppido in modum duorum crurium, ob aduē tantium multitudinem semper feruens, vel a pyreo promon torio, ꝙ radijs solis exuritur. pireus vero cum i latino nomen est vir proprium.

✱ Pyratę & pyratica vide pirata. Cc

¶ Pyrous nomen vnius ex equis Solis, quasi ardens. Nā qua tuor esse perhibent. pyrous scilicet Aethon phlegō Eous Sunt qui declinent pyrois, entis. Simois entis.

¶ Pyragmon ἀπὸ τοῦ πῦρ καὶ ἀκμονος. ✱. Id est ab igne & incude. Nam πῦρ ignis ἀκμων incus. qui nunq; a calentiū cude discedit.

¶ Pyrolabes ꝙ ea quę ignita sunt capiat.

¶ Pyrodes Cilicis filius, qui primus e silice excussisse ignē di cit ea modū asseruasse prometheus.

✱ Pyrodes. pterea est lapis qui & pyrites dī. Cc.

¶ Pyrobolla malleus ꝙ ignita percutiat.

✱ Pyrocrocorax auis lutheo rostro, nigra, precipuo sapore no men habet a calore rostri igneo. latine ignitus coruus di citur. Cc.

¶ Pyrene nomen puellæ Bebricis filiæ in pyreneo monte ab Hercule compressæ atque a feris laniatę & ibi sepultę. Qui mons quoque a poetis pyrene nuncupatur. Sili. pyrene cęla sa nymbosi verticis arce Diuisos Celtis late, pspectat iberos,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tibul. Non ſine me eſt tibi partus honos tua bella pyrene
Teſtis & oceanili tora Santonici. Hic mons Hiſpaniæ Gallamab Hiſpania diuidit Ab exortu equinoctialiin occaſum brumale porrectus a crebris fulminum ignib⁹, vel ἀπὸ τοῦ πυρός, i, igne. Nã vt ſcribit Diod. li. vi. Syluæ in pyreneo frequentes iniecto a paſtoribus igne priſci tpis flagrauerũt. Hinc pyreneus. Silius a pyrene puella pyreneũ ſaltũ dici autumat. Dr autẽ mõs ipſe pyrene & pyreneus mons. pyrene etiã fõtis nomẽ fuit, vt inquit Pli. li. iiij. in Acrocorintho muſis dicatus. Cuius meminit Perſ. & Plau. in aul. Interbibere ſola ſi vino ſcateat corinthienſem fontem pyrenea poteſt. Statius. libro primo Syl. Nec cõſcia detur pyrene largos potius mihi gurges inhauſtus.

¶ Pyrenes pe. pro. ſunt ceraſorũ oſſa ſeu bacca. vt apud Ariſto. lib. ij. metreororũ in fine vbi ſic legitur. γίνεσθαι τὴν ἐκθλιψιν. Ἴσον δὲ πυρῆνες οἱ ἐκ τῶν δ' ακτύλων πηδῶντες. *i. fieri. eliſionem & nucſei digitis exilientes.

¶ Pyria vrbs inſulę Leſbi. Pyriaſis latine fomentũ dicitur.

¶ Pyrgus latine turris dr & fulgureis ignibus feriri turres cõſueuerunt. A cui⁹ ſimilitudine pyrgus etiã genus vaſis dr caſtitate ſeſſili quo cõiecti tali agitatiq; mittuntur anteq; in alueo ſiũ emittant. Hora. Mitteret in pyrgũ talos. cuius effigies inſtar turriculæ eſt, vñ nomẽ mutuatur. Mart. Turricula latino vocabulo vſus eſt. Perſi. orcã dixit. Scire erat in voto' dãnoſa canicula q̃tũ Raderet anguſtæ collo non fallier orcę. Hęc eſt illa turricula ſiue pyrgus quæ alio nomine fritillus dr a poetis Vñ Porphyrio dicit pyrgum ſignificare q̃d nos fritillum dicimus in quo cõiectæ teſſeræ agitataq; mittuntur. Iuue. Parq; uoq; eadem mouet arma fritillo. Quibus verbis clarum fit de turricula dictum eſſe non de tabula luſoria, quę lata & ſpatioſa eſſe conſueuit, & quæ alueus ſiue alueolus, ſiue latruncularia tabula dr. Pyrgus etiam militaris ordo dicitur & turma equefris Sunt qui pyrgum dicunt ἀπὸ τοῦ πυρός quia tendat in acutum.

¶ Pyrga teſticulorum burſa. Pyrgum Tuſciæ oppidum, q̃d & pyrgi numero plurali dicitur. Verg. Et pyrgi veteres intẽpeſtæq; Grauiſcæ.

¶ Pyrgobaris turris vel domus in modum turris ædificata

¶ Pyrgoteles pe. cor. propriũ nomen gemmarũ ſculptoris nobiliſſimi, adeo vt Alexander Macedo edictum fecerit ne imagines ſuę ab alio q̃ a pyrgotele ſculperentur.

*Pyrpile inſula ſic dicta q̃ ignis ibi primo repertus fuerit hãc Delon dicunt eſſe. Cc.

¶ Pyretra herba medicinalis quam vulgo nunc draconem vocant, linguam adurens & mordicans. Eius folia in acetarijs probantur, radice vtuntur pygmentarij. Pyretrũ Macer vſurpat. Eſt pyretrum calidum ſiccumq; & quartus in illo. Eſt gradus, excutiat dentes ſi frigidus humor Maſticet hęc patiens, teneatq; diutius ore.

¶ Pyretus febris ab incẽdio appellata, quemadmodum apd nos febris a feruore.

¶ Pyriaſis fomentũ cõtra pyretum febrim. Cc.

¶ Pyrites lapis, q̃ plurimus illi ignis ſit. hunc nos ignariũ dicimus, quidã etiã Viuũ vocãt, quia clauo vel altero pcuſſus lapide ſcintillas edit. Augu. lib. xxi. ci. dei. Pyritẽ lapidẽ, perſicu tenentis manũ ſi vehemẽtius p̃matur adurere, ꝓpter q̃d ab igne nomen accepit. Præterea lapis molaris pyritis vocat, q̃ in eo q̃q; ignis cõſpiciatur. Et eſt alius pyrites æris ſimilitudine in Cypro reperiri ſolit⁹, & circa Acarnaniã, cuius vſus in medicina non parius eſt.

ȣPyromantia cum accentu in pe. genus diuinationis, quę fit p ignem, vide in magia.

¶ Pyricauta latine Ambuſta dicuntur, hoc eſt aduſtiones & & aduſta.

¶ Pythagoras nomen philoſophi, de quo dictum eſt. Mente deos adijt, & quæ natura negauit. Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit. Hic in Italiam in eam partẽ quę magna græcia dicta eſt maximam iuuenum multitudinem philoſophiam docuit, vbi vice nummi⁹ cultus eſt. Ex quibus Architas Tarẽtinus. Alcmeõ Crotoniata, Hippaſis Metapontinus, Philolaus Crotoniata maxime floruerunt qui dicti ſunt pythagorei, & Italica philoſophia quę a pythagora defluxit. Dict⁹ Pythagoras q̃ vera pythio non minus loqueretur. Venit autẽ in Italiam Tarquinio ſuperbo regnum obtinente. Ferunt pythagoram ab ægyptijs ſacerdotibus ſerm̃onias potentiaſque numerorum admirandas vices, geometriæ ſolertiſſimas formulas, a chaldæis ſyderalẽ ſcientiã planetarũ & ſtellarũ ſtatus ambitus effectus in geniturſs hominum didiciſſe. Cui Bragmanes Indorum philoſophi plęraq; philoſophiæ documenta cõtulerunt. Hic leges dedit Italis apud Crotoniatas & Metapõtinos cuius non minus ſexcentis diſcipuli erant qui noctu ad eum audiendum cõfluebant.

¶ Pythagoræi dicti ſunt qui ſectam Pythagoræ tenent.

¶ Pythagoriſtę qui vitã Pythagorę ſequuntur.

¶ Python ſerpẽs a πυθὼ quod putredo q̃m ex putredie terrę poſt diluuiũ Deucalionis natus ſit. Et eſt tã maſcu. q̃ fœmi. ge. Claudi. Cęruleus tali pſtrat⁹ Apolline pythõ. Tibul. Vbi delphica python. Hinc Apollo pythius. ȣ Eſt & pydon vt Solinus inquit locus in Aſia in cãpis patentibus vbi primo aduẽtus ſui tempore aduolant cyconiæ.

*Pytheas & pythremus ꝓpria noia a pitho deriuãtur & pythodorus q̃ Marmoris ſculptor eximius fuit. Cc.

¶ Pythius cognom. q̃ Apollinis a Pythone dracone quẽ ipſe in prima infantia ſagittis interfecit. Iunonis nutu imiſſum ſecundũ poetarũ fabulas. Alij ἀπὸ τοῦ πυνθάνομαι, q̃d eſt ĩterrogare & cõſultare. Inde vaticinãtes phœbades pythię cognominantur, vt ſcribit Strabo li. ix. Alij ab πύθω putreſcere, q̃d nunq̃ ſine vi caloris eſt ictum.

¶ Pythia orum. ludi Apollinares q̃ in Apollinis honorẽ fũt inſtituti. ȣ Ouid. libro primo Met. Inſtituit ſacros celebri certamine ludos Pythia perdomitę ſerpentis nomine dictos.


¶ Pythiocampæ ſunt ærucæ venenatæ in pino naſcentes. vnde & nomẽ mutuãtur. Græce eĩ πίτυα vocatur pinus. Vnde & Pityuſæ inſulæ a græcis dictæ a frutice pinco, monumentis ſcriptorum inclytæ. Campe vero ſignificat brucum, ſiue ærucam, a flexura quæ dicitur Campe. Plin. libro xxiij. Vſus cõtra pinorum ærucas quas pythiocampas vocant. Columel. libro duodecimo. Beſtiolæ quæ a nobis appellantur ærucæ campæ nominantur. Male ſcribitur. Debet enĩ i. latino in primo loco ſcribi & y tenui ſecundo, vt ex origine græca cernere eſt.

ȣ Pityliſma, atis genus exercitationis & maxime quæ velox quidem ſit, ſed citra intentionem violentiamque de hac exercitatione Galenus ſit inquit. Eſt pitylizin ſeu pytiliſſare cum quiſpiam ſummis pedibus ingrediens manus protendit, ociſſimęque mouet alteram retrorſum alteram prorſum, quo potiſſimum gymnaſij genere ad parietes exercent vt ſi cubis lapſentur apprehenſo mox pariete facile refurgant atque ita exercẽtium lapſus fallunt & ipſa fit exercitatio imbecilliior Pytiſma pytiſmatis leuiſ ſputi irroratũ πύτιζω q̃d eſt ſputo leui & crebro irrorare. Sunt qui ſcribãt pityſma eũ y in ſecũda ab πίτύζω ſpuere. Iuuenalis Qui lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem id eſt q̃ lubricat annulum ſputo.

¶ Pyxis pyxidis græcum nomen eſt a buxo quod græce pyxon, latine buxolum vaſculum e buxo. quãquã & ex alia materia dici poſſit quoniam ex eo ligno fieri cœpit. Nam vt docet Quintilianus libro octauo. Pyxides cuiuſcunque materię ſunt quarum vſus variis rebus eſt accommodatus. Plinius libro decimooctauo. Primori ineſt pyxis ferrea. Apule. de aſſ. libro tertio. Arcula quadã reduſa pyxides pluſculas inde dep mit. Huius diminutiuum eſt pyxidicula in qua aromata continentur. Cornelius Cęlſus libro ſexto Liquidum collirium pyxidicula ſeruatur. A pyxide etiam pyxidatus dicitur ſignificatque ad effigiem pyxidis in commiſſura formatũ. Plini⁹ lib. xxxi. Commiſſurus pyxidatis.

ȣ Pyxachanta. medicamentum, quoddam a buxo cui ſimilis eſt folio. Pyrachantha vero nomen eſt herbæ apud Dioſcoridem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



LITERA muta eſt, ſupuacua dicit, ſicut & k. quoniam c poteſt implere earũ vocabulum, & propter nihil aliud ſcribenda videtur niſi vt oſtendatur ſequens u ante alteram vocalem in eadem ſyllaba poſitũ pdere vim literę in metro. Et vt pinguior per eã ſonus habeatur q̃ per e haberi poſſit. Quod ſane terminatio ipſius q & neceſſaria conſequentia alterius u poſt illud & ante alteram vocalem indicare poteſt. Nunq̃ enim in eadẽ ſyllaba vocalem poſt q ponere poſſumus quin inter q & vocalem interponamus u, vt qualis, queror, ſequitur, loquor, quum vt Victorino placet q̃is hoc nonnulli per vnũ u ſcribi velint, Tranſfertur aũt q in c. vt loquor locutus, ſequor ſecutus. In ſ, vt torqueo torſi. In x, vt coquo coxi.

Qu ante A

¶ Qua aduerbium modo ſignificat per quem locum. Verg. Dic mihi qua ſit iter. Modo inquãtum. Seneca. Hominem qp pe qua aĩalẽ moueri ſenſu oportet. Modo partim. Pli. Mediũ rẽpus diſtentum impeditumq; qua officijs maximis, amicitia principum egiſſe.

¶ Quãtenus pe.cor. vſq; ad quandam partem.

¶ Quadra quadræ, menſarium inſtrumentum ex ſtanno vel argento ſuper quod dapes ſcinduntur ſiue apponuntur ſciſſæ q̃ quadrata forma fieri ſoleat, veluti rotunda repoſitoria orbes dicimus qui vulgo Inciſoria dicuntur. Fitque aliquando etiã ex pane. Verg. li. ij. Ge. Patulis nec parcere quadris, Iuue. Vt bona ſumma putes aliena viuere quadra. Sunt qui dicãt quadram panis fragmentum ſiue fruſtũ eſſe, quia olim apud Romanos quadrati panes dicerentur. Mar. Cõmittis turdũq; mihi quadramq; placentæ.

ð Quadrata ſtatura dicitur, quæ non eſt nimis longa, ſed quo dã mediocritatis temperamento decora. Vnde. Sueto. ſcribit Veſpaſianum fuiſſe ſtatura quadrata.

¶ Quadrus quadra quadrum, quod eſt quadratum. quadratum vero figura eſt rectas atq; æquales lineas quatuor & q̃tuor rectos angulos habens.

¶ Quadratura, ipſa quadratio. Vñ Archimedes ſcripſit de quadratura circuli.

¶ Quadro quadras, in quadrũ redigo. Hora. in Epiſtolis. Et q̃ pars quadret aceruum per tranſlationem quadrare poniẽ pro conſentire & ex omni parte conuenire. Tractum a lapidibus quadris qui inter ſe optime conueniunt. Vergilius. Arboribus poſitis recta via limite quadret. Apul. Vt omnia ad equalitatem quadrarent.

¶ Quadrans genus nummi, q̃ ſit quarta pars aſſis hoc ẽ vncię tres. Iuue. Nam ſi pieria quadrans tibi nullus in arca oſtendatur.

¶ Quadrantal. figura eſt quæ omni ex parte quadrata ſit, quales ſunt cubi & teſſerę quibus in alueolo ludituꝛ. In quancũque enim partem incubuerint. immotam habent ſtabilitatem. Eſt & genus vaſis pedem quadratum habens, & continet. xlviij. ſextarios. Plau. Anus hęc ſitit. Quãtillũ ſitit? Modi ea eſt. capit, quadrantal.

¶ Quadraginta quaſi quater, decem. Cc.

¶ Quadrageſima abſolute dicitur pro quarta parte. Sueto. de Calig. Pro litibus atq; iudiciis vbicunque conceptis. quadrageſima ſummę de qua litigaretur exigebatur. Sic dicimus decimam vigeſimam quinquageſimã centeſimam.

⁂ & Quadragenarius & quadragies aduerbium.

⁂ Quadricornium dicimus quod quatuor cornua habet. Cc.

⁂ Quadriennium ſpatium quatuor annorum. Cc.

¶ Quadrifidus quadrifida quadrifidum pe.cor. quod in quatuor partes findi poteſt. Verg. lib. ij. Geor. Quadrifidaſq; ſudes & acuto robore vallos.

¶ Quadrifariam aduerbium, quadripertito. Var. Et ea q̃ ad mortales pertineant quadrifariam diſpertiuerim.

¶ Quadriformę, quod habet quatuor formas.

¶ Quadrangulum quod habet quatuor angulos.

¶ Quadriga penultima producta quaſi quadriaga a quatuor equis quibus iungebantur appellata eſt. Gelli. Quadrigas Cęſar etiam ſi currus vnus equorum quatuor iunctorum agmen vnum ſit pluratiuo ſemper numero dicendas putat. Aliquando quadrigarum nomine intelligũtur equi qui quadrigas agunt. Colu. libro. iiij. Vnde ſacrorum certaminũ ſtudio perniciſſimarum quadrigarum ſemina diligenti obſeruatione cuſtodiunt & ſpem futuram victoriarũ concipiunt propagata ſobole generoſi armenti.

¶ Quadrigarius qui quadrigam agit. Eſt & nomen propriũ auctoris.

¶ Quadriiugi ſiue quadriiuges pe.cor. equi quaterni ad vnũ iugum alligati. ſic biiugi triiugi, & ſeiugi cũ duo vel tres vel ſex equi ad vnũ currum adhibentur.

¶ Quadripertior, in quatuor partes diuido. Vnde quadripertitum i quatuor partes diuiſum. Quadripertito aduerbium ſignificat in quatuor partes.

ð Quadrantaria dicitur per contemptum, vt mulier quadrãtaria, hoc eſt, quę ex quadrãtibus nũmis haberi poſſit, vel ex labore vel ex concubitu.

¶ Quadrupes. quod quatuor pedes habet. Hinc quadrupedꝰ a.um. Amb. lib. hexa. Demerſa magis quadrupedo corporis greſſu, & velut affixa terris videas eſſe q̃ libera. quadrupes

¶ Quadrupedo as. penultima correpta quatuor pedibus gradior. Vnde quadrupedantia animalia quadrupedia dicuntur. Vergilius de equis. Perfractaq ue quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt. Plinius libro. viij. Theſſaloiuum gẽtis inuentum eſt equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare.

¶ Quadruplex & quadruplico & quadruplico a quater ſiue quatuor. Cc.

¶ Quadruplus a.um. quod eſt quatuor, a quo quadrupliciter, & quadruplico as.

¶ Quadruplatores a quadruplo as. vel quadruplor. Plaut. in Perſa. quadruplatores appellat delatores q̃ dãnati quartam partẽ bonorũ indipiſcebantur. Aſco. quadruplatores delatores erant criminũ publicorum in qua re quartã partẽ de proſcriptorũ bonis quos detulerant conſequebantur.

¶ Quadruplor aris. delator fio, & dãnati quartã partem accipio. Plaut. in perſa. Neq; quadruplari me volo.

¶ Quadrilaterum quod habet quatuor latera.

⁂ Quadrilinguis qui quatuor linguas habet, vel modo vnũ modo aliud loquitur. Cc.

¶ Quadrimembris quatuor partium. Cc.

⁂ Quadringenti quater centum. Cc.

¶ Quadrimus a.um. quod habet quatuor annos. a quo fit diminutiuũ quadrimulus a.um.

¶ Quadrinoctium quatuor noctes, ſicut binoctium duas noctes ſignificat

¶ Quadriremis pe.produ. nauis quæ quatuor remorum ordines habet.

¶ Quadriſyllabum quod ex quatuor ſyllabis conſtat.

¶ Quadriuium dicitur vbi quatuor viæ conueniunt.

¶ Quadi populi ſunt. Hier. Sarmatę Quadi Vãdali & innumerabiles alię gentes equorũ & vulpium carnibus delectantur.

¶ Quę nomẽ relatiuũ cũ æ. diph. ſcribitur vt differat a que cõiũctione, cũ oĩbus cõpoſitis. vt quęnã, quęq; quędã, q̃is, quę cũq;, quęlibet & cætera huiuſmodi.

¶ Quęcũq; vim relatiui in ſe continet, vt feci q̃cunq; iuſſiſti. Aliqñ ſimpliciter, & ſignificat oĩa. Cice. Quãobrem q̃cũq; a me ornamenta vitæ profluxerint, elaborabo vt oẽs intelligãt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

a me habitam esse rationem tuæ dignitatis.

¶ Quæro is. quæsiui itum. & quæsum per syncopen ex quę & res componi videtur. Nam proprie quærere est quæ sit res aliqua inuestigare, Et dicimus, quęro te hanc rem. quæro te de hac re. & quæro hanc rem abs te. quęro rem, inuestigo veritatem. Terentius in adel. quære rem immo extorque. Item q̃rere est lucrari. Vnde Augustinus libr. xviij. de ciuitate dei In latina lingua hoc verbum quærit accipit præpositionem & acquirit dicitur q̃q̃ & sine additamẽto præpositionis quære intelligatur acquirere, ex quo lucra vocantur & quęstus. Huius ꝟbi cõposita mutant æ in í productã, quę sunt Acquiro, Inquiro, Circũquiro, Conquiro, quod est vndequaq; quęro. Lactantius libro. ij. Eiecit hominem de paradiso, vt victũ sibi labore conquireret. Disquiro, quærendo discerno. Aug: lib. ij. ciui. dei. Vnde postea nobis erit in dei veri domini voluntate disquirendi ac disserendi locus. Exquiro. Inquiro inuestigo. quasi bene intus quęro. Lactan. li. iij. Nam siquis mores eorum diligenter inquirat, inueniet iracundos, cupidos. Perquiro vestigo. Requiro de quo infra.

¶ Quęrito as. frequentatiuum significat instanter quæro. Et proprie de ijs dicitur qui quotidie inquirendo vix victum inueniunt, vt inquit Dona. Terent. in adel. Lana ac tela victum quęritans. Plau. qui inops & sordidus quęritando alit familiã id est ostiatim quærendo victum, quod mendici faciunt, qui & rogatores dicuntur. Plautus. Vt rogator ostiatim petam panem.

ŏ Quęssere ab antiquis ponitur pro quęrere.

¶ Quæstio a quęstum supino fit, & quandoq; significat dubitationem siue interrogationem, vt quęstio est an mũdus æternus sit. Eius diminu. est. quęstiuncula. Hiero. quæstiunculam, proposuisti quid sit villicus iniquitatis. Græce quęstiones zetemata & problemata appellantur, quandoq; significat controuersiam vt apud Rhetores, quandoque Torturam & corporis dolorem qui datur alicui facinoroso ad eruendam veritatem, sicut in iudicijs.

¶ Quæstionor quæstionaris perquiro examino, a quo quæstionarius.

¶ Quęstionarij sunt inquisitores examinatoresque. Vnde de diuo Anastasio legitur q̃ maximum pondus argenti quęstionarijs clanculum eisdem obtulerunt.

¶ Quęstor prępositus pecuniæ publicę qui curam ęrarij habet Cicero libro secundo, artis ve. Rhodij quosdã legarunt Athenas, legatis quæstores sumptum quem oportebat dari nõ dederunt. Hic vrbanus dicebatur, qui etiam vectigalia exigebat a prouincijs. Vnde Lentulus quæstor senatui scribit. Et q̃ primum ad meum officium rẽuertendum mihi existimaui, & vt reliqua vectigalia exigerem, & quam posui pecuniam colligerem quicquid ex ea correptum esset, aut quorum id culpa accidisset cognoscerem.

¶ Quæstor quoque qui imperatoris vice fungitur in exercitu. Cicero in Caro. Sed tamen hoc quęo dicere non me quidem his esse viribus quibus aut miles punico bello, aut quæstor in eodem bello, aut consul in Hispania fuerim. Et hic erat primus honoris gradus apud Romanos. Et prętorem quæstoris suo parentis loco esse oportebat. Item quęstor qui pręest iudicijs exercendis & maleficijs puniendis, quem maleficiorum iudicem appellare solemus. qui & quæsitor vocatur. Vergil. Quæstor Minos vrnam mouet. Clau. quæstor in alto Cõspicuus sollo pertentat crimina Minos. Dictus quęstor a quęrendo quia cõquireret publicas pecunias & mleficia, quæ trium uiri capitales nunc conquirunt. Ab his postea q quęstionem & iudicia exercent, quęstores dicti.

A Quęstor f. et proquæstor qui in aliqua prouincia populo romano subiecta, curam exponendarum & subleuandarum rerum habebat quẽadmodum a consul proconsul a prætor, p prętor. &c.

¶ Quæstura quęstoris dignitas, sicut a prætore prętura. Cicero. Cuius eum patre magna mihi fuit amicitia inde a quæstura mea siciliensi.

¶ Quęstorius q̃storia q̃storiũ, quod ad q̃storem pertinet, Cice. Caninio. quod ego officio quæstorio.

¶ Quęstorius quæstorij, qui q̃stor fuit, vt vir q̃storius.

¶ Quæstus quæstus & quæsti. Plautus in Aulu. Nã hic apud nos nihil est quęsti. Datiuum & ablatiuum plurales facit quęstibus significatque lucrum nummarium. Est enim lucrũ amicorum & gloriæ & scientiæ. Interdum ponitur pro actiõe ipsa atq; artificio lucrandę pecuniæ Ci. Nã de artificijs & q̃stibus q liberales habendi sunt qui sordidi. Quinti. Nam vt lingua primum esse cœpit in quæstu.

¶ Quęstuosus q̃stuosa quęstuosum, idẽ quod lucrosus. vt q̃stuosus hõ qui lucri causa auidior vndiq; lucella quæritat. Colu. li. vij. In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi pecoris, eademq; quęstuosissima.

¶ Quęsticulus dimi. significat paruũ lucrũ. Cice. lib. ij. de ora. Aut quid fiscum rhetoris cum lucello meo, aut meus quęsticulus cũ cœlo terra rerũq; natura.

¶ Quęstuarius q q̃stus gratia artẽ aliquã exercet, & quæstuarię artes quę lucri gratia exercentur.

¶ Quęso primam personam indicatiui tantum habet q̃uis q̃ fere apud Sal. & Ciceronem legatur. Mõ q̃so ac q̃sumus dicimus, progo. sunt tñ qui declinent, Quęso quęsis quæsi quæsum, vel secundũ Probum quæsiui quæsitum. Lucre. lib. i. p̃senti vsus est. Ni diuum pacem votis adit & prece q̃sit. Sal. li. i histo. Curionem quęsiuit vti adolescentior & a populi suffragijs integer ætati concederet Mamerti. Huius frequẽtatiuum est q̃sito as. Pris. Quęro quęrito differentię causa facit, quia a quęso quęsito fit.

¶ Quęrcus dicitur q̃d genus arboris graue sit ac durum tũ etiã q̃ in ingentem euadat amplitudinẽ. Et tã secundę q̃ quartæ declina. est. Cic. Ibi quęrcorũ rami ad terram iacent.

¶ Quęrnus a. um. quod est ex quęrcu. Ver. lib. i. Ge. Sed tamẽ & quęrnas glandes.

¶ Quęrceꝰ a. ũ. idẽ quod quęrnus a. um. Seruius. Quęrceam coronam accipiebant, qui in bello ciuem seruassent.

¶ Quęrneus ea. eum. similiter possessiuũ. Colu. li. vij. Probat maxime vlmea post fraxinea & ab hac populnea, vltima sũt illignea & quęrnea & laurea.

¶ Quęrcicus ca. cum. idem Suetoni. in Cali. Primo die phalerato equo insignique quęrcica corona & cetra & gladio aurea q; chlamyde.

¶ Quærquetum, siue quærcetum, locus vbi consitæ sunt q̃rcus. Var. Si ad limitẽ q̃rcetũ habet nõ possis recte secũdũ eã syluã serere oleã. A q̃rqueto aũt dicũt. Quęrquetulanæ nymphę quęrqueto p̃sidentes.

¶ Quęrcerus quęrcera quęrcerum pen. cor. quod est frigidum cum tremore. Lucil. Iactans me vt febris quęrcera. Gel. libro vlti. An tu forte morbũ appellari hic putas ęgrotationem cũ febri rabida & quęrcera? Et Festus ait antiquos quęrceram dixisse grauẽ & magnam.

¶ Qualis relatiuum qualitatis est, vt qualis pater, talis filius. Ponitur & interrogatiue, vt quale ei responsum dedistis? Interdũ infinite, vt noui qualis is. Respõdet q̃q; sequẽti subsitiuo & q̃q; añcedenti. Hor. in Epo. Sed incitat me pectus & mãmę putres equina quales vbera.

¶ Qualitas ẽ secũdũ quã quales dicimur, vt albedo, nigredo, aduocatio, prouocatio, legatio, paternitas, filiatio.

¶ Qualitates sunt q̃ secũdũ eas albos nigros aduocatos procuratores legatos patres filios esse dicimus.

¶ Quallus genus vasis viminei per quod vinum guttatim Defluit cum calcatur vua, a colando, reliqua vero materia exire prohibetur. Verg. Tu spisso vimine quallos Collaq; prelorum fumosis dirige rectis. Ponitur etiam pro cistula in qua mulieres ponebant pensa lanę. Hora. lib. ij. carmi. Tibi quallũ cythereæ puer ales. ŏ Apud Apul. Accipitur pro canistro, quo panis seruatur.

¶ Quasillus & quasillum dimi. a quallus. Festus. Calathos græci, nos dicimus quasillos. Cicero in Phil. An non inter quasilla pendet aurum? Et corripit primam syllabam, q̃uis quasi

quasillum. Romani veteres quasillum tallasionem appellarunt, vt auctor est Varro. Vnde Tallasij nomẽ in nuptijs frequentabant ad lanificium nouas nuptias inuitantes.

¶ Q3 coniunctio discretiua vel flectiua, vt diues opto esse q̃ pauper, sed videtur ista particula q̃ proprie significare cp, q̃uis videatur viquadam verborum ad aliã trahi, vt quando, pro sequentibus ita significabit, vt q̃ venies? q̃ ero illic? Aliquando ponitur pro post q̃ siue ex quo. Liui. li. vi. Iuppiter atq; dij omnes hęc dederunt, vt T. Quinti⁹ dictator oppida nouem caperet die vigesimo q̃ creatus erat. Aliquãdo pro ante q̃. Suetonius in Cæsare. Et pridie q̃ occideretur in sermone nato super cœnam quisnam esset finis vitæ commodissimus, repentinum inopinatumq; p̃tulerit. Aliquando pro cum. Cice. Tironi. Menandrius postridie ad me venit q̃ expectarem. De his etiam in postridie dictum est latius. Aliquando sumitur pro q̃tum, & tam positiuo q̃ comparatiuo & superlatiuo iungitur, vt Q3 bene marmorei directa est semita pontis. id est q̃tũ bene Cicero. Q3 morosi sunt qui amãt, ex hoc potes intelligere. Quintilia. li. i. Q3 in his quoq; libris erunt omnia compositiora & q̃ nos poterimus elaborata. i. q̃to. Var. li. ij. de canib⁹ loquens ait. Q3 pauciſſimos, tam optimi in alendo fiẽt. Cato. Q3 acerbissima olea erit & oleum facies, tam oleũ optimum erit. Vbi etiam ipsum q̃tum frequentissime ponitur. Cicero Nisi cp tãta est inter eos q̃ta maxima potest morũ studiorũq; distantia. Aliquãdo pro Valde. Sicq; tam positiuum q̃ superlatiuum requirit. Cice. Cũ quo semper q̃ familiarissime vixerat. Curti. Colleq; traiecto q̃ celerrime flumine occupat. Cæsar lib. iiij. vt q̃ celerem atq; instabilem motum haberet. id est valde celerem. Cice. in Lel. Q3 multa enim quæ nostra causa nunq̃ facerem⁹, facimus causa amicorum. Iungitur etiam cõparatiuo. Idẽ lib. v. tus. Abacoſq; q̃ plures ornauit argẽto auroq; cælato. Seneca epistola lxxviij. Cõuocauit q̃ plures amicos. Iungitur etiã in hac significatione his dictionib⁹. perq̃. pli. Perq̃ scire velĩ. Teren. per pol q̃ paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores qđ sic resoluit. Pol perq̃ paucos. Sane q̃ vtile est. Cice. Nam quod Pompeio Caninius ait sane q̃ refrixit. Admodũ q̃. Gel. Voce admodũ q̃ suaui. Oppido q̃. Idem. Oppido q̃ libens audiui.

ð Aliquando q̃ comparatiue ponitur licet non sit comparatio, qũ. s. res ita cõparatur. Plaut. in Ru. Tacita bona sunt mulier semp q̃ loquẽs. Et in li. Iob. Duplo accepit q̃ perdiderat.

¶ Q3 dudum interrogantis. Iãdudũ. respondentis. Plaut⁹ Q3 dudum e foro aduenisti domum? Non ita dudum.

¶ Q3 diu quanto tempore. Cuius relatiuum est tandiu.

¶ Q3libet q̃tũuis q̃tũlibet idem significant. Plinius. Impudica mulier q̃libet facinus audeat.

¶ Q3obrem cum ponitur causatiue tam plurali respondet q̃ singulari. Singulari sic, Vnum est quamobrem te amandũ putẽt. id est propter quod vnum. Plurali sic, Quatuor sunt quãobrem imperator maxime laudatur. i. propter quatuor. Cic. Appio. Multaq; mihi veniebant in mẽtem quamobrem istũ laborem tibi etiam honori putarem fore.

¶ Q3pridem significat multo tempore ante. Cice. Q3pridem nomen Fannij detulisti.

¶ Q3primum tota vna dictio significat valde cito. Cum primum vero duę partes sunt necesseq; est eis iungi duo verba. Et significat statim. Vergi. Cum primum pasti repetent p̃sepia tauri, Siqua tui corydonis habet te cura venito.

¶ Q3uis & q̃q̃ coniunctiones aduersatiuæ. Vergi. Q3q̃ animus meminisse horret. Interdum tamen q̃uis ponitur pro q̃tumuis. i. valde. Plaut. in Menæ. Q3uis ridiculus est vbi vxor non adest. Terẽ. in Adel. Ne tã qđe q̃uis maneo hic ociosus.

¶ Q3 mox significat q̃ cito? valde cito.

¶ Quãdo aduerbium temporis significat cum tempore acuitur q; in prima. Ponitur q; modo interrogatiue, vt quãdo venes. Modo relatiue, vt quando eram iuuenis literis operã dabam. Et correlatiuum est tunc. Sicut enim tot quot talis qualis, tantus quantus, ita tunc quando dicimus. Infinite vt quãdo veniam tecalloquar. Ponitur interdum pro aliquando præcertimq̃ præcedit num. vt Num quando me audiuisti. Quæ interrogatio facit hoc significare. Num aliquando. In quem modum aliqui accipiunt illud Lucę. Num quando vos misi sine sacculo & pera & calceamentis quid vobis defuit? Interdum pro siquidẽ vel qm̃. Et sic est cõiunctio causalis habetq; accentum acutum in vltima. Verg. Hic tibi fabor enim quãdo hæc te cura remordet. Terent. in adel. Postremo quando conscia sum a me culpam hanc esse procul.

¶ Q3ñq; significat alio tempore, sic aliquando & siquando.

¶ Quandoquidẽ coniunctio causalis, p siquidẽ seu qm̃. Ver. Quãdoquidẽ ausonios non fas contingere portus. Col. lib. viij. Nam nisi procedat stare debet, quandoquidẽ pastoris officiũ sublimẽ cęlissimã oculorum veluti speculam desyderat.

¶ Quantus refertur ad numerum ad pondus & ad mẽsurã. Et modo interrogatiuum est, modo relatiuum, modo infinitiuũ. Cuius composita sunt Aliquantus, Quantisper, quantuscunq; quantusquantus, & quantuslibet. Quantitatum vero alia continua, alia discreta. Continua est vt linea superficies corpus. Discreta, vt oratio, numerus.

Quantulus & quãtillus diminutiua sunt, sicut a tantus tantulus, & tantillus. Et significant q̃ exiguus. Hinc fit quantulusc̃unq;. Aug. lib. xiij. ci. dei. Nam ideo dicitur immortalis quia modo quodã quantulocũq; nõ desinit viuere atq; sentire.

¶ Quantuscunq;. i. q̃ magnus, vel etiam quot. Nam quãt⁹ interdum pro quot legimus.

¶ Quantuslibet idem quod quantuscũq;, vel significat vnũ quantum tibi capere licet, non omne, vt quantũlibet spatiũ non omnem quantitatem spatij sed vnam quam tibi capere libet. Augustinus libro. xij. ci. dei. Quantuslibet finitus numerus fuisset animarum infinitis retro sæculis sufficere non valeret. id est quantuscunq;.

¶ Quantusquantus, quantuscunq;. Terent. in adel. Tu quantusquantus nihil nisi sapientia es.

¶ Quapropter aduerbium significat propter quod.

¶ Quantisper significat quanto tempore sicut tantisper, tanto tempore.

¶ Quaquauersus siue quaquauersum significat in omnẽ partem. August. lib. viij. ci. dei. Q3 longe lateq; potuit peregrinatus est, quaquauersum eum alicuius nobilitate scientiæ perciperẽt fama rapiebat.

* Quarta classis continebat census quinq; & viginti milium totidem centuriæ factæ, arma mutata, nihil præter hastam & verutum datum. Cc.

¶ Quarto & quartum aduerbia inter se differũt. Nam quarto consul significat locum consulum vel ordinẽ hoc modo. Marcus fuit quarto consul. i. cp tres consules ab origine & institutione & ordine consulatus ante fuerunt q̃ Marcus fuisset consul, qui tenet nunc quarto consulatum. Quartum autem consul significat personam cp quater fuerit consul.

¶ Quartarius multo mercenarius, cp quartam partem quæstus capiat.

¶ Quartanarius qui quartanam febrem patitur.

¶ Quatenus penult. cor. proprie significat quantum, sicut Eatenus tm̃. Cice. in Lęl. Videndum est quatenus amicitiæ tribuendum sit. Idem lib. i. tus. Magna culpa Pelopis qui non erudierit nec docuerit quatenus esset quic̃q̃ curandum. August. lib. ij. solilo. Profecto cernis quantæ inquisitionis indigeat, quatenus ista progredi debeant, ne in quasdam inexcusabiles turpitudines decidat. Aliqñ significat quo fine, vt Verberaui filium quatenus sit bonus. i. ad hoc, vel ad hunc finem vt esset bonus. Aliquando significat quoniam. Plini. Et quaten⁹ negatur nobis diu viuere relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur. Docet etiam Acron esse aduerbiũ loci. ð Interdum ponitur pro quomodo. Lact. li. iij. q̃to terrore sit demonibus hoc signum sciet qui viderit quatenus adiurati per Christum de corporibus quæ obsederint fugiant. Idem. Plerique vias sibi deuias per præcipitia condiderunt per quæ plebem incautam ad mortem deducerent quod quatenus accidat exponam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Quatinus cum i,cor. cõiũctio est & significat q̃a. Iuuenalis. Quatinus hic non sunt nec vænales elephanti.

¶ Quatuor nomen numerale binarium numerũ in se bis continens, a quo quater aduerbium quartus quaternus quaternarius quaternio Quadruplus quadruplum quadrigẽtum Quadrimus, quadratum, quadrum, quadrantal, quandrãs. & multa huiusmodi.

¶ Quaternus, quatuor. Plinius. Quaterni renes coruis sunt in brilero.

¶ Quaternio quatuor chartarum siue alterius cuiuscũq; rei compositio, vt in actibus apostolicis. Tradensq; quatuor quaternionibus militum custodiendum.

¶ Quatriduum spatium quatuor dierum, a quo Quatriduanus, a, um.

¶ Quatrurbem Actius appellauit athenas, q̃ eius coloni ex quatuor vrbibus in vnum illud oppidum se contulere. Cc.

¶ Quasi aduerbium similitudinis significat ita vt, Imaginẽ enim inuit, vt irasceris quasi canis. Quę oratio resoluitur per verbum repetitum, hoc est Irasceris sicut canis irascitur. Et nõ solum imaginem, sed ipsam plane veritatem significat, vt tu pater non amas me quasi filium. Habet etiam quiddam, proprium quale est, Tu obijcis q̃ vxorem repudiauerim, quasi tu idem non feceris.

¶ Quatio is, quassum, significat moueo, concutio. Lactan. lib. ij. Mẽres fuit ornbus quatiũt. Hierony. ad dama. Quia deo recedit, statim fluctibus sæculi quatitur. Liuius Carthaginis mœnia nunc quatit ariete. Aliquando ponitur quatere pro molestare. Verg. lib. ix. Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello. Aliqñ p̃ eicere. Terent. in eu. Nimium homo quatietur certe cum domo foras. Cõposita eius mutãt q in c & abiicitur a, vt Abscutio, quod est amouco. Cõcutio otiũ cõmoueo Lactã. li. vii. Ac primũ concutiet terrã q̃ validissime, & a motu eius scindent montes syriq; Decutio, Discutio, Excutio, Incutio, Percutio, Recutio iterum quatio. Succutio subtus quatio. Aug. lib. viii. con. tria horum verba cõplexa est. Quanto propius admouebatur, tãto ampliorem incutiebat horrorẽ, sed nõ recutiebat retro nec auertebat, sed suspendebat, retinebant nugę nugarum & vanitates vanitatũ, & succutiebant vesiem meam.

¶ Quasso, as. frequẽtatiuũ. Plaut. in Tri. Quid quassas caput? Aliqñ quassare rumpere. Vergil. Quassatam ventis liceat subducere classem. Hinc cõquasso. Cic. li. iiij. tus. Ita illa duo morbus & ægrotatio ex totius valitudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur.

¶ Quassus, a, um. idem est quod quassatus fractus. Plinius. li. xviij. Añ lucanis ferramenta acuere, manubria aptare, quassa sarcire.

¶ Quoaxo, as, proprium ranarum est. Festus. Quoaxare ranæ dicuntur cum vocem emittunt.

¶ Que absq; diph. coniunctio, modo copulatiua vt Armavirũq; cano. Modo causatiua, pro quoniã. Cice. Non solum nobis nati sumus, ortusq; nostri partem patria vendicat, partẽ amici. Modo expletiua. Quando scilicet ornatus tantũ causa ponitur. Proper. Deiphobũq; helenumq; & Polydamantas. in armis. Quandoq; ponit pro id est. Plaut. Rudis est, nescitq; quid expediat. Q̃nq; pro etiam. Apul. Id ei seriocq; loquenti non crederem, id est etiam serio loquenti. In compositione autem semper posi ponitur, ac coniũctionis vim amittit, sed vi syllabicæ dictionis obtinet, vt nãq;, quoque, atq;, itaque, vndicq;, vtercq; plærique. Componitur etiam cum quis, qui, quę, quod vel quid, vt quisque, quique, quęq;, quodque, quidq;. Et adiecta cum, vt quicũq;, quæcũq;, quodcunque. & p̃positione Abs, vt absq; cum aduerbio, vt neque. cũ coniuncto ne, vt atq;. Differũt autẽ inter se que atq; & at. Quia q; post positiua est & enclitica. At semper præpositiua. Atque tam p̃positiua q̃ postpositiua. ¶ Sciendum quoque esi q; q̃ aliqñ producitur. Verg. li. iij. liminaque laurusque dei, q; hac ratione defendi põt. quia oĩa monosyllaba ad artem nõ pertinẽt, & his licenter vti possumus, aut certe omne μόρ̃ιον id est particula quæ sui substantiam non habet membrum superioris putatur dictionis, vel orationis. Liminaque quasi vna orationis sit pars, & põt q̃ finalitatis ratione produci, vel corripi.

¶ Quẽadmodum dictio composita ex quem & ad & modũ, ponitur pro aduerbio ſm. litudinis, vt Fiat misericordia tua super nos quemadmodum speramus in te. ponitur nõnunq̃ interrogatiue, pro quomodo, siue ad quem modum. Ambro. lib. i. offic. Nam licet interdum honesta ioca ac suauia sint tamen ab ecclesiastica abhorrent regula. Quoniã q̃ in scripturis non reperimus ea quẽadmodum vsurpare possumus? Et lib. de paradiso. Si igitur viro culpæ auctor est mulier, quemadmodum pro bono videtur adiectas?

¶ Queo, is, qui. vel qui quitũ. significat possum. Sal. Sed neq; pretio neq; gratia impelli quiuit. Dictum quęo, vt quidã putant, quasi qui eo. Vnde antiqui nequeunt q̃nq; pro non esse dicebant cum tamen nequeo significet non possum. Terent. autem quitus, a, um. a queor dixit in hec. Nam cum compressa est gnata forma in tenebris nosci nõ quita est. Sed antique, vt ait Dona. dixit.

¶ Queror. ris. questus. lam. ẽror. Sal. Sæpe de luxuria atq; auaritia nostrum ciuium questus sum. habetq; pe. cor. vt differat a quæror passiuo verbi quæro. Dicimus autem queror illud. Et queri? de te cum illo vetulli. Cice. Quorum plerique aut queruntur semper aliquid aut etiam exprobant. Idẽ Lentulo. Multa de mea sententia q̃stus est Cæsari. Aliquando absolute, vt apud eundem. Quid multa? Conquestus est grauiter. Huius compositum est Conqueror penulti, cor.

¶ Questus quarti oris sed tantum modo plurali numero pro lamentatione. Cuius datiuus & ablatiuus est questubus per u sicut portubus.

¶ Querela querimonia & q̃stio eiusdem significatiõis sunt. Col. Quosdam etiam prædictas q̃rimonias velut ratione certa mitigãtes. Cice. Sæpe interfui querelis meorum æqualium.

¶ Querulus, a, um. quod conqueritur, siue quod querelis plenum est licet q̃nq; a poetis pro canoro ponatur. Vergil. lib. iij. Geor. Et cantu querulæ rũpent arbusta cicadæ. Scr. Querulę cicadæ canorę. Hora. Sub cantu puerulæ despice tibiæ.

¶ Querimoniarius qui querimoniam exponit.

¶ Queribundus lamentabilis. Cicero. Humili ac queribunda voce.

¶ Querquedula auis semper in aquis natans sicut Anas. ans quaiam dicimus a voce.

¶ Quis q̃ q̃ qd̃ vel quid q̃nq; interrogatiue ponuntur. Mar. Nam tantos rogo quis ferat labores. Apule. Quinam hic nouus est hospes? Gel. Quęnam malum est ista intẽperies? Plau. Quod facinus ausi tantum? Idem Quid ad illas artes optes si optio adueniat tibi? Aliqñ infinite. Plin. Tum mihi nescio qs in aurem insusurrauit. Idem. Morbus nescio qui ante eam ętatem incognitus nostris. Cice Cum præcepta nescio quæ discipulis suis palam tradidisset. Plaut. Nec mihi qd̃ facinus consciremi inueni. Seneca. Paulum nescio qu d visus est balbutire. Qui q̃ qd̃ relatiue sæpe ponuntur. Referunt enim antecedẽs. Quis vero & quid nunq̃. Vnde notandum q; qui q̃ quod relatiue posita quandoque dissentiunt a suo antecedente. Cice. Omnes tenues atque humiles q̃ maxima in populo multitudo est sibi præsidium paratum putant. Sal. Est locus in carcere quod tullianum appellatur. Nonnunq̃ qs ponitur pro aliqs. Plaut. Si quem seruorum domi habes. Nam qui pro aliquis in nominatiuo casu raro præterq̃ apud vetustissimos inuenit. Cice. Si quę sunt in hac re difficultates. Etenim nõ q̃, sed qua pro aliqua dicimus. Mar. Siqua fides veri præfari maxime Cęsar. Plaut. Si quod posthac verbum fecero. Verg. Spero equidẽ medijs si quid pia numina possunt Supplicia hauserũ scopulis. Ponitur item quis admirantis pro qualis, vt Quis globus o ciues. Et tam fœminino q̃ masculino genere proferri potest. Plaut. in Aul. Dic mihi si audes quis ea est quam vis ducere vxorem? Verg. Qui cum partiri curas. De fodia Camillæ loquitur, id est cum qua, quia vt Auguſt. inquit Antiqui hic & hęc quis, ablatiuo ab hoc & ab hac qui sicut facilis facili.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Inuenitur etiam quis in datiuo & ablatiuo pluralibus, sed p ducitur, cum in nominatiuo singulari corripiatur, Luca. lib. ij. Pro fata quis ille Quis fuit ille dies Hora. in Ser. Quis huma nasibi doluit natura negatis? Quod autem adiectiuū est, ideo semper substantiuo iungitur. Quid vero substantiuum. Præterea qui q̄ quod frequenter accipiuntur pro tantus, a, um. Et hoc tribus modis. Nam & cuius humanitatis es dicere possumus. Et qua humanitate es. Et quę tua est humanitas. Pro tā tæ humanitatis es. Tanta humanitate es. Tāta tua est humanitas. Quintilia. Hoc si scisses pater affirmo promitto cui⁹ pietatis es nemo te anteceſſisset. Idem. Quæ tua pietas est. Ineūdem sensum accipiuntur Is ea id, vt Eius pietatis es. Ea pietate es. & Ea tua est pietas. Composita a quis sunt Siquis Aliqs Ne quis Quisquis Quisq;, a quo vnusquisq; quisnam, quisputas, quispiam quisquam.

*Seruius. Quis & quibus secūdum artem dicim⁹, ab eo em quod est qui in bus mittit, ab eo quod est a quo in is. sed a tertia declinatione in vsu sunt datiuus & ablatiuus plurales. Licet antiqui omnibus vsi sint casibus. Deniq; Cato in originibus ait. Ques sunt populi. & declinauit ques, quium sicut pup pes puppium. hęc ille in primum ænei.

¶ Quisquis, quicūq;, quisq; idem significant. s. omnes. Quisq̄ vero & quispiam idem quod aliquis.

¶ Quisnam interrogatiuum est. i. nam quis? Quisputas? id ē quis credis?

¶ Qui cum sit relatiuum substantiæ ponitur tamen aliquando abuerbialiter pro quomodo. Cice. Qui fieri poterat vt ei⁹ dolore non angerer qui mecum semper familiarissime vixisset. Aliquando pro quēadmodum, q̄uis in diem fere recidat. Terent. in an. Nunc si quid potes aut tu, aut hic Birria facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi. Aliquando sumitur pro vt. Idem in eadem. Non qui argumētum narret, sed qui veteris poetæ maledictis respōdeat. Aliqn̄ pro vtinam. Idē in phor. Qui illum dij omnes perdant. Aliquando pro vnde. Idem in Hecy. Nec qui hoc mihi eueniat scio. Et in an. Nam qui isthęc tibi incidit suspitio? Aliquando pro cur, q̄obrē. Cicero libro. v. Tusc. Qui enim beatior epicurus q̄ in patria viuebat q̄ Metrodorus q̄ athenis. Terent. in an. Nō potest. q? Dona qui, id est q̄obrem. Composita a quisunt Quidam, q̄cūq;, quis, quilibet a quo vnusquilibet.

¶ Quia coniunctio causalis, quę interdū bis repetitur sequente subiunctiuo vel indicatiuo. Quinti. Nō quia prodesse nū q̄satis sit, sed quia hoc prospicere debet ne quid peius q̄ fecerit faciat.

¶ Quianam aduerbium interrogandi significat quare. Vergi. lib. v. Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?

¶ Quiane vna particula est, & significat certe reuera. Vergi. lib. iij. Quiane auxilio iuuat ante leuatos.

¶ Quibus in extremis eleganter dicitur pro quorum in extremo Cic. Literæ dantur mihi a te quibus in extremis scriptū ē

¶ Quid nomen substantiuum, vt quid negocij tibi est? Interdum ponitur pro aliquid, vt si quid habes noui mihi scribe. Aliquando est aduerbium interrogandi pro cur vel quare. Teren. in an. Sed quidnam pamphilum exanimatum video vt sit quidnam hoc? Ouid. Quid facis Oenone, quid mādas femina arenæ? Aliquando ponitur pro In quo. Cice. in Lęli. Quid enim indigens Aphricanus mei? Quintili. Quid tibi tm malū feci, quid offendi? Similiter apud Lucam. Et si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Composita sunt qc quid quiq̄ quidq; quidpiam nequidq̄ quidnam nunquid qd ne quidni qdlibet qdcūq; vnūquidq; vnūquidlibet. *Asce. Vsus habet vt d sequente q mutetur in c vt quicquid quicq; quicq̄, & sequente p in p. vt quippiam. Quicūq; autē & vnū quidquid aut vnūquidq; aut vnūquidlibet nequaq̄ dixero, sed quodcūq; vnumquodq; quodlibet vnum &c.

¶ Quid agimus? consilium quęrentis est.

¶ Quid istic? aduerbium affirmandi. sicut quidni, curnō profecto. Et sic est tanq̄ si diceres, quid? & abundat istic. Vel potiꝰ quid istic significat hominem de loco & de sententia decedere. Terēt. in an. Quid istic si ita istuc animū induxisti esse vtile, nolo tibi vllū commodum in me claudier.

¶ Quid ita? significat cur. Quidni? significat certe, vel certū est. Videlicet cur non? Et duę partes sunt secundū Prisciānū. sicut curnō. Terent. in eu. Habesne hominem amabo. Quidni habeam? Veteres enim ni pro ne ponebant & ne pro non. Plau. Ni stulta sis. & ne vult pro non vult.

¶ quid tum deniq;, quid ergo, & quid tū postea. & quid itaq; Et quid interea. & quid demum. quę omnia significant quo pertinet istud de quo loqueris? siue quid attinet hæc dicere siue quid sibi vult hic sermo. Cc.

¶ quidnam, & namquid & quidne, interrogatiua vel nomina vel aduerbia. quid tum deniq; quid ergo? quid itaq? quid postea? quid interea? significant quo pertinet istud de quo loqueris? siue qd attinet hæc dicere, aut quid sibi vul hic sermo.

¶ quid hominis habes? cum contemptu dicitur. Terenti. in Hecy. Sed quid mulieris vxorem habes?

¶ quid queris? significat quid plura? vel quid opꝰ est verbis? Modus dicendi cum paucis volumus ostendere aliquid. Hora. quid q̄ris? viuo & regno simul ista reliqui.

¶ quidquid vt quidam aiunt mutat d in ne bis interrogaare videamur. Sic quicq̄, ne si d scriberetur, modo consimili qd sit q̄ interrogare videmur. Sed non est ratio satis ponderosa, vt putem non reprehendendum qui scripserit quidquid, & quidq̄. Est autem quidquid substantiuum sicut & quid. Ideo genitiuū substantiui vel adiectiuum exigit, vt quidquid pecuniarū, quidquid molle. quod cū que adiectiuum. Ideo substantiuum in eodem casu patitur sicut & quod, vt quodcunq; cælum. adiectiuum vero respuit.

¶ quidam. Vide in dictione Aliquis.

¶ quidem aduerbium affirmandi. quo significatur certe. Et tribus modis in oratione accipi solet. Vno ad distinguendas res, vt ego quidem scribo tu vero legis ille autem dormit. In quo modo duobus tantum comitibus vti potest scilicet vero & autem. Altero quasi per exceptionem eius quod affirmes. quintil. Torquebis quidem filium sed fatebitur mater. Cicero libro. iij. officio. Ab optimis illis quidem viris sed non satis eruditis. Pluresq; in hoc modo comites habere hoc aduerbium potest, vt verum verūtamen, sed tñ, at, attamen, cæterum. Tertio cum nulla sequitur ex prædictis coniunctionib⁹, vt apud eūdeum. Aut enim nemo, quod quidem magis credo, aut si quisq̄ est ille sapiens fuit. Eius composita sunt Equidem & Siquidem de quibus alibi.

¶ Quilibet vnus quem tibi capere libet. Recentiores tamen philosophi pro vniuersali termino accipiunt. Ponitur etiam aliquando pro vili & obscuro. Plinius lib. vij. Bis ab Annibale captus neq; cū quolibet hoste res fuit. Huic simile est Horatianum illud, Nō cuiuslibet esse hominis Corinthum ire.

¶ quipote pen. cor. significat quomodo possibile est. componitur autem ex qui & pote.

¶ quippe significat quia certe. Vergi. Sed læta & fortia surgunt. quippe solo natura subest. Interdum significat quidem hoc est certum est. Idem. Atq; hominum q̄ritur curare trium phos, quippe vbi fas versum atq; nefas tot bella per orbem Tam multæ scelerum facies.

¶ quies substantiuum foemi generis. q̄uis etiam adiectiuum trium generum inueniatur. Sallust. li. ij. histo. Et in quiete nomine histrionis vix sane burbuleiū appellabat. A quo similiter. Inquies generis omnis secundū Priscia. Potest facere genitiuum quietis & quiei quintę declinationis. Vnde & Requies requiem &, requietem actm facit. Cice. in Cato. Vt meæ senecturis requietem delectamentaq; nostatis. Differunt vt quidam aiunt quies & tranquillitas. q̄ quies corporis sit, trāquillitas animi. Cice. in prolo. lib. de ora. Nam qui locus quietis & tranquillitatis plenissimus fore videbatur in eo maxime moles molestiarū & turbulentissimę tempestates extiterunt. Est autem proprie quies somn⁹. dicta. quasi qui tibi es & nullo alio negocio distineris. Tūc em cæteris negocijs vacamus cū dormimus. Sal. Namq; animus impurus dijs hoibusq; in-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

festus neque vigilijs neque quietibus sedari potuit, ita cõscientia mentem excitã vexabat. Propter quod etiam quies ꝑ trã quillitate accipit. Cuius contrariũ est iquies. hoc est cura & sollicitudo & molestia. Hinc quietus tranquillus. Inquietus turbatus, sollicitus. quietudo & inquietudo.

¶ Quiesco is. quieui quietum modo dormio significat, modo sto nõ moueor. vt cum dicim⁹ Quiesco. Modo curis siue labore vaco. Modo quiescere facio præsertim si accusatiuo iũgatur. Vnde Ser. in buc. Requierũt flumina cursus. id est quietos esse fecerunt. Sic Sal. Paululum requietis militibus. Quiesco enim ego aliter dicimus & aliter quiesco seruum. i. quiescere facio. Plaut. Quiesce tumultum hũc qui est ante ostiũ. hinc componuntur Acquiesco, aliquantũ quiesco. Ci. Ser. Sul. His vero temporibus habemus aliud nihil in quo acquiescamus. Quandoq; significat consentio condescendo. Hierony. in prolo. iudith. Sed quia hunc librum synodus. Nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse acquieui postulationi vestræ. Conquiesco. Cice. Lentulo. Tu nisi perspectare de me non conquiesti. Requiesco sicut quiesco. Vergil. Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte Fronde super viridi. i. dormire. Idem. Et mutata suos requierunt flumina cursus. i. quietos esse fecerunt. Hiero. in Gñ. Et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.

*Quiatis antiq pro cuias dixere. Actius. Qui necq; quiatis esset nunq̃ potuimus multa rogantes scire. Cc.

¶ Quin varijs modis dicitur. Nam aliquando ponitur pro cur non Cum scilicet increpantes vel interrogãtes vel exhortantes dicimus. Quin venis? quin fugis? Vergi. Quin tu aliquid saltem potius quorum indiget vsus, Viminib⁹ mollicq paras detexere iunco? Cice. pro Rabi. Quin compescitis istam vocem indicem stultitiæ? Aliquãdo pro ꝙ seu vt Idem. Nõ dubito quin eo sis animo quo ego essem siquid tu me rogares. Terent. Non dubium est quin vxorem nolit filius. Aliqñ quinetiam. i. insuper, præter id, siue atq; etiam. Tunc enim per hanc particulam magis confirmamus. Verg. Quin aspera iuno. Quæ mare nunc terrasq; metu cælũq; fatigat, Consilia in melius referet. Quod & quinimmo quãdoq; dicitur. Aliqñ ita ponitur quasi videatur esse contrarium priori significato, ꝙ non, vel vt non. Cice. Non idcirco causas Isocrates non defendit quin id vtile esse & honestum existimaret. Similiter cũ dicimus. Non possum me continere quin gestiam. i. vt non, vel quomin⁹ gestiã. Verg. Hic tibi ne qua more fuerint dispẽdia tanti. Quin vatem insanam aspicias. i. vt non. Aliqñ ponitur pro qui non. Cice. Nemo est nostrorũ quin vota victoriæ suæ fecerit.

¶ Quinimmo quin potius. vt quinimmo beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illud.

¶ Quintilis, Iulius mensis dictus ꝙ sit quintus a Martio q apud antiquos primus anni mensis erat.

¶ Quinque nomen numerale, & inuariabile. a quo quint⁹ a, um. Quinus, a, um. quinarius, a, um. quinges. quincuns, quincuncis. Quincupertitus. Quincuplex. quindecim. quinquaginta. quingenti. quinquagesimus & huiusmodi.

¶ Quinquertiũ. & quinquertiones. Vide in dictiõe Pẽtathli.

*Quint⁹ & Quintius sunt cognomina. Vnde Quintia porta trans tyberim a Quintio cincinnato. Et Quintana porta i castris, post prætorium, vbi vẽnalium rerum forũ solebat esse Et Quintipor seruile nomen apud veteres. Cc.

*Quinta classis est aucta, fundas lapidesq; missiles huius ordinis homines secum gerebãt. In his accensi cornicines tibicinesq; in tres centurias distributi. vndecim milibus, hæc classis censebatur. Cc.

*Quinqueuiratus dicitur officium siue magistratus in quo sunt quinq; viri. & hi quinqueuiri vnica dictione vocitantur sicut triumuiri. Cc.

*Quintilis mensis ideo dictus est ꝙ quintus in ordine esset, sed postea in honorem Iulij cęsaris dictatoris M. antonio. M. filio consule legem ferente, Iulius appellatus est. Cornuco.

¶ Quinquatria, orum ab eo quod quinquatre in singulari, sicut bacchanale & vulcanale. Festa erãt quę quinq; dieb⁹ Palladi fiebant, vt Ouid. lib. iij. fas. innuit, ita appellata quoniam quinq; diebus post idus celebrabantur. Nam dies post idus ater erat. Inde qñquatria quasi quinq; ab atro die. Primo die fiebant sacrificia, tribus sequentib⁹ gladiatores in theatro certabant, quinto die erat lustratio. Vnde ait. Vna dies media ẽ post fiunt sacra Mineruæ, Nomina quę a iunctis quinq; dieb⁹ habent Sanguine prima vacat nec fas concurrere ferro. Causa ꝙ ẽ illo nata Minerua die. Altera tresq; super strata celebrãtur arena. Ensibus exertis, bellica læta dea est. Sunt qui dicant hanc diem Munusculorum quoq; esse. quo tempore matronę inter se inuicem munera missitabant & cœnas seruis apponebant, vt viri Saturnalibus. Dicitur & quinquatrus sicut triatrus sexatrus septimatrus decimatrus. Iungiturq; hæc partícula atrus quę nihil significat supplementi causa. Var. libr. ñ. de lingua lat. Quinquatrũ diem vnum festũ esse dicit sic appellatum ꝙ erat post diem quintum idus Martij, sicut Sexatr⁹ ab Tusculanis vocatur dies post diem sextum & septimatr⁹ post diem septimum. Declinatur autem substantiue in plurali tam tertiæ q̃ secundę decli. sicut cætera festorũ nomina. Iuue. Incipit optare & totis quinquatribus optat. Cicero. Ita tu multuosq; contentiones ita molestæ quinquatris afferebãtur. Diomedes vero quinquatrię in prima declinatio. protulit.

¶ Quincũces vnciæ quinq;. hĩc quincuncialis ordinum ratio de qua apud Var. Pli. & Col. fit mentio. Quincuncialis vero hærba dicitur vt trientalis a mensura. i. quæ folio quincuncẽ aut trientem æquet amplitudine. Quincunces etiã vsurę sunt quoties ex centum nummis (vt exempli gratia sit) quinq; nũmos vsuræ nomine percipimus. Sic semisses vsuræ, trientes, besses & huiusmodi.

¶ Quirites pe. pro. Romani dicti sunt, a quirino. i. a Romulo vrbis Romæ conditore. qui a quiri hasta quirinus appellatus est ꝙ hasta assidue vteretur quæ sabinorum linguam quiris dicitur. vnde quidam securim dictam putant, quasi semiquiris, q̃q̃ a secando etiam dici potest. Siue ꝙ Cures vicerit. Siue ꝙ græci regem κύριον dicunt. Constat autem romanos eo tempore græcos fuisse. Ouid. in fas. Siue ꝙ hasta quiris priscis est dicta latinis Bellicus a telo venit in astra deus. Siue suo regi nomẽ posuere quirites. Seu quia Romanus vicerat ille. Cures. Alij quirinum dici existimant ob generis nobilitatẽ a patre suo quirino hoc est Marte, Romani enim Martem dum sæuiret gradiuum, dum tranquillus esset quirinum nominabãt Et q̃q̃ hoc nomen quirites quidam tantum pluraliter declinari velint, apud poetas tamen reperimus quiritem a quiris quiritis. vel quirites itis, vel hic & hæc quirites. In genitiuo plurali quiritium & quirĩtum per syncopam. Persius. Heu steriles veri quibus vna quiritẽ vertigo facit. Ouid. An si pulsassem minimum de plæbe quiritem.

¶ Quirinus pe. pro. Vide in dictione quirites.

¶ Quirinalis collis dictus est ꝙ in eo quirini templum erat, siue ꝙ in eum commigtauere sabini a Curibus venientes. Et quirinalis porta Romę dicta ꝙ ea in collem quirinalem itur, vel ꝙ proxime eam esset quirini sacellum.

¶ Quirinalia vocabant diem quo sacra q̃ĩrino fiebant.

¶ Quirito as, penult. pro. quod & quiritor dicitur. significat clamo, Romanos commoueo & quiritum auxilium inuoco. Varro. Quiritare quirites ciere. Nonius quiritare est clamare. Luc. lib. vij. saty. Concursans veluti ancarius clareq; quiritans. Ab Apul. ponitur pro suppetias petere.

¶ Quisquiliæ, purgamenta terrarum, & quicquid ex arboribus minutis surculorum foliorumq; & florum decidit, vnde nomen venit quicquid cadit. velut quis quęrat illas? Obid Cęcil. quisquilias volantes dixit. Et Nęuius. Deturbate saxo homo non quisquilia est.

¶ Quisquilium vocant exiguum fruticem ilicis producentẽ coccum quod granum est ad tingendas vestes gratissimum. Hinc natum esse putatur vt vestis coccina literis per imperitiã interceptis squallata vulgo hodie dicatur ꝑ quisquillata.

¶ Quo accipitur pro quanto, vt cum dicimus, Eo magis quo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

magis. Aliqñ est aduerbiū loci, Vir. Quove tenetis iter? id est ad quem locū tenditis. Aliqñ est coniunctio & significat vt Plini. Nec enim id feci quo tibi molestus essem. Aliqñ ponit pro quare vt inquit Donatus. Teren. in an. Quo equi or sum pamphilo. Et quo pro ad quid, vel in quem vsum. Hora. Quo mihi fortuna si non conceditur vti? id est ad qd vultis mihi esse bona fortunę. Sic venuste interdum desunt verba in oratione. Et apud Esaiam. Quo mihi multitudinē victimarum vestrarum? Hinc fiunt cōpositā. Vsqꝫ quo quo ad quocirca quousqꝫ quomodo quoquomodo quoquoversus quoq; quocꝫ aliquoties

¶ Quoad componi videtur ex quo & ad. sed prępostere sicut hactenꝰ, quatenus. Et significat donec siue q̄diu vel quousqꝫ, vt quoad viuam ero tibi amicus. Cice. lib. i. offi. Tamdiu aūt velle debebis quoad te quantū proficias non pęnitebit. Nihil aūt differt ita loqui. Quoad viuam & quoad moriar hæc enim q̄uis contraria esse videantur, idem tamen significāt qm̄ duo tēpora cum inter se opposita sunt atqꝫ ita cohærentia, vt alterius finis cū alterius initio misceat, nō refert vtrū per extremitatem prioris, an per initiū sequentis locus ipse confinis demonstretur. Potest autem esse interrogatiuum. Terent. in phor. Quid senem quoad expectatis ve strum? Relatiuū. vt Quoad iussisti parui. Infinitū, vt quoad libet studio. Cice. Treba. Itaqꝫ ego quoad opinatus sum me in prouinciam exiturum quæ tibi vltro obtulerim meminisse te credo. Aliqñ rei & ingenij facultatem siue temporis commoditatem significat. vt apud eundem in Læ. Vt quoad possem & liceret ab eius latere nūq̄ discederem. id est quantum. Aliqñ quantitatem rerū tantum denotat. Idem pro lege agraria. Audite vos qui ąplissimi ppli senatusqꝫ iudicio exercitus habuistis & bella gessistis quoad quemqꝫ peruenit aut peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro corona rio. Et sic semper exponitur pro quantum

¶ Quoad eius tota vna dictio significat vsqꝫ vel inquātū vel quātū ad eius vires, vel quantū ab eo. Cice. lib. i. de oratore. Officiū est de ijs rebus posse dicere q̄ ad vsū ciuilē moribus & legibus constitutæ sunt cū assensione auditorū quoad eius fieri poterit, Idem. Elaboro quoad eius facere possim vt consilia hostium intelligam

¶ Quoaduscꝫ eiusdem significationis est scilicet quantū vel quousqꝫ Actius. Nihil te impedio quoaduscꝫ rem peragas

¶ Quocirca significat quamobrem

¶ Quousqꝫ, q̄diu, vel vsqꝫ ad qđ tēpus. Et ponitur interrogatiue. Cice. Quousqꝫ tandem abutere Catilina patientia nostra? Relatiue, vt quousqꝫ volui comedi. id est tādiu comedi, q̄diu volui. Infinite, vt quousqꝫ esses didici. Aliqñ significat vsqꝫ ad quem locum. vt Quousqꝫ agri tui fines ptraxisti.

¶ Quomodo tota vna dictio. significat quēadmodū. Cice. Quomodo potuissem te conuenissem. Tale est ac si dicere t. Si quatuor pedibus ad te venire necesse fuisset. Quomodo, id est qualicūqꝫ ratione, vtcunqꝫ, qualitercunqꝫ

¶ Quoquo versus. vel quoquo versū, significat versus omnes partes. qđ vernacula lingua dicimus. In qualmane sevoglia. vt quoquo versum se verterit anima hominis ad dolores figitur alibi prętereq̄ in te

¶ Quoq; signi. aliquo. i. ad aliquā partem locumve

¶ Quocꝫ ponitur pro etiam. Seneca. Tu quocꝫ simili modo exercere te debes. Aliquando pro similiter. Ver. Vocabere tu quocꝫ votis

¶ Quominus significat vt non. Augusti. super Ioannem. Si quominus dixissem vobis. Interdum statim. Verg. Et quominus arua insequitur. Quādocꝫ sunt duę partes. Ambro. super Lucam. Fide tutus pudet sibi quo minus ea requirat magis posse suppetere

¶ Quo iure, quacꝫ iniuria. prouerbiale est quasi per fas nefas velis nolis. Terent. in an. Quo iure quacꝫ iniuria me p̄cipitē in pistrinum dabit

¶ Quoniam coniunctio causalis. vt qm̄ prodest lege. Potest etiam esse subcontinuatiua. vt quoniam ambulat mouetur

Interdum auctore Festo significat postq̄

¶ Quod nomen relatiuū est, & coniunctio causalis cū ponitur pro quia, vt, cꝫ scribas lætor. Et non castigo te cꝫ odio habeam, sed quo meliorem efficaciam. vbi enim potest esse cꝫ ibi etiam quia. Et vbi potest esse vt ibi possit esse quo & econtrario. Vt non te castigo quia odio habeam, sed vt meliorē efficiam. Quandocꝫ ponitur pro sed, & in principio clausulę locari solet. Cicero. Q2 si quis a me huius consilij mei causam quęrat, ita respondeo. A quod fit quoddam quodpiam quodcꝫ quodcunqꝫ quodlibet vnum quodcꝫ

¶ Quondam aduerbium temporis. & modo p̄teritum tempus denotat, pro olim vel aliquando. Cice. Fuit ista quondā in hac rep. virtus. Modo futurum, vt quondam tua dicere facta tempus erit. Mō p̄sens. Virgi. quondam etiam victis redit in præcordia virtus. Ponitur quandoque pro semper. Idem vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis

¶ Quorsum, versus quem locū quasi quo versum. vt quo sum vadis? quorsum seruus tuus iuerat tu iuisti. quorsum sires euasura dubito

¶ Quot nomen numerale, vt quot nūmi tibi sūt. Scio quot nummos habes. habeo tot quot tu

¶ Quotquot id est omnes qui.

¶ Quotidie. Vide in dictione Cotidie.

¶ Quotēnis significat quot annorum. habet em̄ antecedentia nomina numeralia vel composita ex numeralibus & anno. vt anniculus biēnis triennis. vt tu es biēnis quotennis? le. quidam etiam vsurpant quotennium sicut septenniuml


¶ Quotenus, relatiuum diuisiuum significat vsqꝫ ad quem numerum. Cicero. ad atticum. In ripa nescio quotenorum iugerum.

¶ Quotus relatiuum ordinale quo significatur. Cuius numeri siue in quo numero aut ordine. vt sum primus in ciuitate, quotꝰ es in tua. quandocꝫ ponitur pro quot. Mar. Dic quotus es quanti cupias cænare, nec vllum Addideris verbum, mensa parata tibi est. i. quot estis, & quot tecum habes quandocꝫ significat cōtinuam quantitatem, & ponitur pro quantus. Iuuenalis. Quota portio fæcis achęæ

¶ Quotusquisqꝫ in singulari, idem significat quod nomen numerale quot, vt quotusquisque est qui aliter sentiat? Augu. lib. xix. ciui. dei. Quotusquisqꝫ hominum est cui profunditas utilitatis huius appareat. Et est vetus elegansque locutio per interrogatiōem, & ad paucitatem refertur, vt quotusquisque studet, id est quot studeant, hoc est quāpauci sunt qui studeant. Cicero pro Plancio. Quotusquisque iuris peritus est, quotusquisque disertus est?

Quotuplus, ad mensuram vel ad pondus refertur, vt meus ager reddit decuplum, quotuplum non reddit tuus

Quotuplex quot generum



LITERA semiuocalis est & liquida, quę post mutam in eadem syllaba posita præcedentem syllabam modo longam, modo breuem facit, vt Ouid. in dictiōe patrem exemplum posuit. Iam patrem famulosqꝫ patris, lucemqꝫ timebam, vbi pa. syllaba & ꝓducitur & corripitur. Et apud gręcos in initio dictionū r litera recipit aspirationem, vt Rhadamāthus Rhea, & huiusmodi. Conuertiturqꝫ nonnunq̄ in l, vt intellego pro interlego, pellucęo pro perluceo. In simplicibus vt niger nigellus, vmbra vmbella. In s, vt arbos ꝓ arbor, odos pro odor. Transit in duo ss, vt, vro vssi. gero gessi. In u cōsonantem, vt fero ferui, tero triui, In n, vt ęneus ꝓ æreus

R ante A

Rabbath, metropolis est filiorum Ammō q̄ hodie, a rege Egypti Ptolomeo cognomento philadelpho qui Arabiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tenuit cum iudea philadelphia nominatur.
¶Rabies.iei.& rabia.æ.a rapio,morbus canũ cũ veluti furore quodam acti huc atq; illuc rapiuntur nec vllũ q̃tis locũ inueniũt. Alij rabiẽ quasi raucie dici putãt a raucitate vocis quam rabiosi habent similem canis latratui.hinc
¶Rabiosus qui rabiem habet.Plin.li.xxix. Datur morsis a rabioso ne rabidi fiant.Ponit quandoq; Rabiosus pro iracũdia pleno qui veluti rabie agitatus videatur
¶Rabiosulus diminutiuum.Ci.Treba.Primas illas rabiosulas fat fatuas dedisti
¶Rabidus qui rabiem habet
¶Rabio.is.nimia ira & quasi rabie agitor.Var.Quid est qđ latras?quid rabis?qđ vis?Cæcil.Rabia rabere se ait
¶Rabula a rabie vt qdã volũt & a raui.i. raucitate, vt is sit Rabula q̃ in negotijs agẽdis acer ẽ & rabiosus.V ñ & p̃ aduocato & causarũ patrono accipi solet. Vel dicit a radendis auribus.Nã vt a fãdo fabula,a nãdo nabula,a stãdo stabula a pascẽdo pabula,ita a radẽdo rabula.Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto q̃ q̃ radãt.i.offendant aures,& vt ait Quinti.Nimia verbositate feriant.quasi ab instrumento illo nũcupati qđ rabula cõmodius q̃ radula vocari possit.hodie quoq; vulgꝰ ipos garrulos & linguaces ab alio istrumẽto Tudiculas & pistilla cognominat.Quint.sup oĩa petit illa q̃ Cic.in ora.Non.n.declamatorẽ aliquẽ de ludo,aut rabulã de foro,sed doctissimũ aut pfectissimũ q̃rimꝰ.Idẽ q̃si rabulę q̃ sibi deserti nõ videt nisi oĩa tumultu & vociferatiõe cõcusserit
¶Racemus.pe.,p.pars botryonis siue potius ipse botryon q̃ & botrys more grẽco & botrerus hoc est integy vuę racemus.Est.n.illa testa vuarũ plurima grana continens
ȣEt non solum de vite,sed etiam de alijs plãtis dr Pli.de hedera.Alijs densus acinus & grandior racemus in orbem circumactis
¶Racemosus,sa,sum,qđ est racemis plenũ.Plin.hederę mõ racemosa est,racematus,a,um qđ racemos hẽt.Idẽ.lib.xviij. de panico.Paruis racemato paniculis
¶Racemarius malleolus ex quo pampini pullulant vel steriles vel certe minus feraces vt inquit Col.li.iiij
ȣRacematio,racemorum vindemia,vt q̃n a vindemiatoribus racemi rari p̃tereuntur,sicut in messibus peractis quod super est spicilegium dicitur
¶Raca nomen hebręum est inquit Hie.quod idem est quod κενός,i.inanis aut vacuus quem nos possumus vulgata iniuria absque cerebro nuncupare.Quidam ethymologiã huius nominis de grẽco trahere voluerunt putantes dici pãno sum.Græce enim pannus ῥάκος dr. Sed nos huius verbi proprietatem subtilius perspiciẽtes nihil intelligimus aliud esse racha nisi vocem incognitam irati animi commotionẽ significãtis quales sunt Interiectiones apud grammaticos,sicut a dolẽte heu. Ab irascente hem, & hmõi. Aug.sup Matheum,racha vox indignantis animi motum significans.
¶Rado,is,si,sum,cõplano,incido extirpo mũdo Col.lib.ix. Sic tñ ne qđ radat.Hie.o.In leui.Die septima radet capillos capitis barbãq; & supcilia ac totius corpis pilos.Iuue.Nã sergiolus iã radere guttur Cęperat p trãslationẽ ponit p̃ lędo laceroq;.Quint.lib.ij.Ne ieiuna atq; arida traditio auerteret aĩos,& aures p̃sertim delicatas raderet,hoc est offenderet fatigaretq;.Huius cõposita sũt. Abrado Adrado iuxta rado. Col.li.iij Reliquã p̃tem q̃ cõtinẽs mri est ad radito ne supua cua sarmenta p̃reet.Circũrado.Idẽ.li.iiij.Qꝫ recẽtissimũ eligat sarmẽtũ & leuiter circũrasũ vt cortex tm detrahat.Corrado,Derado,de aliquo rado.Pli.qđ derasum est terit & cribrat.Erado extra rado.Col.li.iij.Postea sureculos quos insere re voles eradito tã alte q̃ cuneũ dimisisti,sed ita ne medullã neue alterius partis corticem lędas.Interrado i medio rado. Idẽ in eodẽ.Nãsi spisse posueris neq; in terra quid ferre poteris,nec ipsę fructuosę erunt nisi interraseris.Obrado circũrado.Et omnia habent pe.produ.
¶Rasito,as,pe.cor.significat sępe rado. Gel.lib.ij.Cõpimus autem cęteros quoq; in his temporibus nobiles viros barbã in eiusmodi ætate rasitauisse.
¶Rasores qui radunt.Et per translationem fidicines qui videntur chordas ictu radere.
¶Rasura ipse radẽdi actus Col.li.v.Eaq; rasura ita deducit.
¶Rasamentum.Idem.Terebra gallica non scrobem.sed rasamenta facit
¶Rasilis & hoc,sile,pe.cor.quasi rasum nihil extantis ac redũdantis plenitudinis.Ver.tamẽ,Et torno rasile buxum'quasi rasibile dixit
¶Rasorius,a,um,quod ad radẽdum p̃tinet.Vnde dicimus cultros rasorios
¶Radix dicta est q̃ sępe effosa parũper terra radit,vt arbor melius frutiscat.Pli.Cũ pali defixi radicee cepissẽt. Huius diminutiuum est radicula
¶Radicula parua radix.Colu.li.iiij.Idem p̃nus auctor probat vinacea promista stercori depositis seminibus in scrobẽ mouere,q̃ illa prouocent & alliciant nouas radiculas. Et radicula vocatur hærba succum habens lauandis laniꝭ cõmodissimum,hanc græci Struthion,& lanaria ob id a nostris vocatur
¶Radico,as,pe.,p.radicẽ facio,& radicẽ capio dr.pli.li.xviij. Frumenta multis radicant f.bris. Hinc cõponit Eradico qđ est vsq; ad radices euello.Hieron.in p̃fa.p̃s. Cogitis ergo vt veluti quoddã nouale scissum iã aruũ exerceã & obligs sulcis renascentes spinas eradicem
¶Radifico,as.similiter significat radices facio
¶Radicitus pe.cor.aduerbiũ sig.a radice. V ñ & pro omnino quandoq; ponitur
¶Radius splendor a sole micãs. Var.O summe sol qui totã hãc mũdi cõpagem tuis radijs illustras. Transierẽt & a fulgorẽ oculorũ.Pli.Cuius ex oculis radij nocte micãtes cernunt. Gel.Stoici cãs esse videndi dicũt radiorũ ex oculis in ea q̃ videri q̃unt emissionem.Itẽ radius dicit virga q̃ Geometrę lineas iudicant.Ver.Descripsit radio totũ q̃ gẽtibus orbẽ.Inuenta aũt est hæc ars tpe quo nilus plus ęquo crescens cõfudit terminos possessionũ,ad quos innouãdos adhibiti sunt phĩ q̃ lineis diuiserẽt agros.Inde geometria dr cũ non tm terrę sed etiã maris & cęli & aeris spatia metiri cõsueuerint. Itẽ textoris instrm qđ vulgo druellem nominant quo tęle ãnectunt radius dr.Idem.Excussi manibꝰ radij reuolutaq; pensa,radij quoq; rotarũ dñr,vt apud eundem.Hinc radios trium rotis.Instrm etiã quo radunt mẽsurę radius vocat,qđ alio noie hostoriũ nominãt.Plau.Dij deęq; omnes tantã nobis lęticiã tot gaudia sine radio cumuletis.Et radij dñr oliuę ob longę.Verg.Nec pingues vnã in faciem nascũtur oliuę, Orchades & radij & amara pausia bacca
¶Radio radios emitto,fulgeo.Hiero.in p̃.psal.Vbicunque asteriscos.i.stellas radiare in hoc volumine videritis:ibi sciatis de Hæbreo additum quod in latinis codicibus non habetur.Oui.li.ij.met. Argenti bifores radiabant limina vuluæ. Hinc componitur Irradio quod est illustro & quasi intus radio.Plau.Faciũt quod consueuerũt salibus iradiãt mensam, omnis ad risum prouocant
¶Radula,pe.cor.Instrm ferreũ a radẽdo dictũ.V ñ pix radula lana est dicta q̃ radula eradit.Pli.li.xiij radulana pice ac resina condire musta
¶Ragades & ragadia fissurę sũt & rimę inter sedis vitia annumeratæ quorũ crebra mentio est apud Plin. Auicenna nõ solum in ano sed in mentula nasci ragadas p̃didit. Le quo & in dictione Condylomata
ȣ Raia genꝰ piscis plani & Carthilaginei,raias græci ῥαῖας dicunt a rubi noie propter aculeos
¶ Rallagenus vestis a raritate.Nam rarum facit dimi.rallũ Pau.Toga ralla tunica spissa
¶Rallum a radendo ferrum illud quo vomeres identidem purgantur in arando
¶Ramex genus Hernię.Vide in dictiõe hernia hic ramicosus q̃ patit illũ morbũ. Col.lib.x.aliter accipit ranices cum inquit de viuario constituendo.Deinde per trãsuersa laterũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

caua transmittuntur ramices qui exitus ferarum obserent.

¶Ramentum tenuis cuiusq; rei particula, a radendo quasi rasura. Vñ ramenta auri, ramenta argenti, lignorum & cęterarum rerũ dicimus, cum foratur aliquid animalis extritu siue excursu, aut ex arena fluuiorũ. Vñ Pli. lib. xxxiij. Apud nos tribus modis fluminum ramentis. s. aurũ inuenitur, nec vllũ absolutius aurũ est cursu ipso trituq; perpolitum.

¶Ramus arboris pars est cuius diminutiuum est ramusculꝰ Dicitur & ramulus. Col. Et cũ primum gemma tumebunt de ramulis anniculis eos legato.

¶Ramale idem quod ramus. Ouid. lib. viij. metamor. Multifidasq; faces ramaliaq; arida tecto. Perſi. Vt ramale vetus.

¶Rameus a. um. q. d ex ramo est. Ver. li. iiij. Geor. & ramea colus. Subijciunt fragmenta thymũ casiasq; recentes.

¶Ramnus genus sentium asperrimũ aculeis & flore gratissimum, ait Hiero. super illud ps. Priusq; intelligerent spinę vestræ ramnũ. At rhamnus cũ h genitiuũ facit rhamnũntis sicut Amarthus untis. Trapezus untis. Et est articę regionis pagus ex quo formatur rhamnusius a. um. quod est ex rhamno. Terentius in an. Hoc certe scio rhamnusium se aiebat. Inde Rhamnusia indignationis dea quam græci νέμεσιν vocant. Nam cum Narcissus formæ bonitate abuteretur superbius, recte fingitur eiusmodi dea aduersus eum qui bonis presentibus sit indignus. Nemesis inquam indignationem significat, cuius simulachrum pulcherrimum eo in loco colebatur. Quod quidem marmoreum traduntꝰ a Phidia vlnarum in altitudine decem factum. De hac Ouid. lib. v. de trist. Exiget ad dignas vltrix rhamnusia pœnas.

¶Rana genus animalis palustris, ranarum aliæ sunt terrestres licet in aquis dulcibus degant, aliæ marinę, Ex terrestribus quędam in vepribus tantum viuunt & Rubetę appellantur Aliæ inter arundines fruticesq; versantur. Est & rana arborẽ scandens & ex ea vociferans, ob id a calamis calamita. rana etiam morbus est qui bobus accidere solet. Col. lib. vij. Solẽt etiam fastidiosa cibo afferre vitiosa incrementa linguæ quas ranas vocant veterinarij.

¶Ranunculus diminutiuum est a rana. Amb. lib. hexa. Culices & ranunculi circa genitales strepunt paludes.

¶Ranceo ces. cui. rancorem habeo siue puteo.

¶Rancor putor quidam a ranceo nomẽ verbale, sicut Acor ab aceo. albor ab albeo. Palladius in rebus rusticis. Recepta aula olei semper sint munda ne nouos sapores veteri rancore infecta corrumpant.

¶Rancidus a. um. quod est rancore putidum. Horat. rancidũ aprum antiqui laudabant non quia nasus Illis nullus erat sed credo hac mente q; hospes Tardius aduenies vitiatum cõmodius q; integrum edax dominus consumeret. Huius est diminutiuum rancidulus. Iuuena. Non tamen his illa vnq; opsonia fiunt rancidula.

*rantum dixerunt veteres quadrantẽ, q; in eo & triente ratis fuerit effigies, quẽadmodum nauis in asse.

¶Rapio pis. pui. ptum. significat per vim aut cum festinantia siue cũ furore rapio, traho, euello, aufero. Terẽ. in an. Sublime hunc intro rape quantũ potes. Lactan. li. v. Alios etiam in cõsortio mali sui rapiunt, quasi habituri solatium de perditione multorum. i. trahunt. Verg. Quid faceret quo se rapta bis cõiuge ferret. i. ablata. Et lib. i. Ge. Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni. i. subito rapit. Aliq; rapere est vim afferre vitiare. Et proprie de virginibus atq; impuberibꝰ pueris etiã si loco non dimoueantur. Ver. Et rapti ganimedis honores. Sen. rapta raptoris aut mortem aut indotatas nuptias optet. Composita. Abripio, Arripio, corripio, deripio, diripio, eripio, irripio, præripio, proripio, & surripio.

¶Rapto as. frequenter rapio, traho. Verg. Ter circum iliacos raptauerat hectora muros. Et lib. iij Geor. Sed me parnasi deserta per auia dulcis raptat amor.

*raptito as. pe. cor. aliud frequentatiuum a rapto raptas.

¶Rapax auidus & rapinis semper intentus. Sueto. Inopia rapax metu sæuus. Hic rapacitas. Col. li. i. Nisi maxima vel negligentia serui vel rapacitas interuenit.

¶Raptor q rapit. Amb. raptores non nisi aliena diripiunt.

¶Rapo onis. idẽ quod raptor. Pompo. Ne vos conturbent auri argentiq; rapones.

¶Rapidus velox ab eorum qui rapiunt celeritate dictus. Vñ amnis rapidus qui cum celeritate & furore labitur.

¶Raptio rapina & raptus distinguntur abinuicem, q; raptio ad personam, rapina ad rẽ, raptus ad stuprum referatur. Terẽ. in adel. Dispeream tesiphonem audiui filium vna in raptione fuisse cum æschino. Ci. Quas res luxuries in flagitijs crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in contumelijs efficere potuisset. Idem. Matronarum cædes, virginum raptꝰ. Col. etiam rapinas vocat culturas raporum.

¶Rapinator a rapina raptor dicitur. Lucil. Homo impudicus impune est rapinator.

¶Raptim aduerbium significat cum festinatione.

¶Rapa æ. dicitur q; passim rapiatur. Palladius. rapa mutatur in napos in alio solo per biennium sata. Alio vero napus trãsit ī rapam. Dicitur & rapum neu. gñe. Mar. Hęc tibi brumali gaudentia frigore rapa. Var. Ex semine brassicæ vetere sato nasci aiunt rapa & contra ex raporum brassicam. Col. li. ij. Ab his leguminibus rõ est habẽda naporum raptorumq; magis vtilia rapa sunt. Hiero. vero ad Eusto. Vix raris fabis & rapis cum rudi hordeaceo pane saturantur.

¶Rapulum diminutiuum a rapum. Horat. in ser. Captus vt aiebat cœnę acria circum rapula. Et iterum. Cum rapula plenꝰ atq; acidas mauult inulas.

¶Rapunculus a rapo radicis exiguæ qui comeditur in aceatis, rapuntium vernaculi nostri dictitant.

¶Rapacia. orum. raporum frondes quas homines decoctas in cibum sumunt. Plinius, Et homini non minor rapaciorũ gratia q; radicum.

¶Raphanus penult. cor. genus radicis notæ comestibilisq; Plinius. Fertur in templo Apollinis delphici adeo cęteris hærbis præstatus raphanus, vt ex auro diceretur, beta ex argento rapum ex plumbo. refert Alexãder aphrodiseus esse calidum, humores exsiccare & attenuare. Mouere ex humoribꝰ spiritꝰ, ac eos exhaurire & exinanire dum peros eiuciat. Est & aliud raphanigenus. Armoratia a nostris dicitur. Quidam hoc nomen aspirant in prima.

¶Rarus a. um. ꝓprie dicitur quod non est densũ. Interdũ ponitur ꝓ pstati, qm̃ oia pręclara rara sunt. Ver. Hic rarum tñ vidimus holus. Hier. rara est virtus nec a pluribus appetit.

¶Rarenter aduerbiũ idẽ quod raro. Gel. li. i. A rarus non dicit rare, sed alij raro dicunt, alij rarenter.

¶Raro as. rarũ facio. Cuius composita sunt Disraro & interraro. quod est in medio rarum facio. Col. li. v. vtitur.

¶Rarefacio. Idem lib. vi. Hoc autem facile contingit si prꝰ rarefeceris etiam eas partis supra quas ramum secaturus es foueno aut firamentis texeris.

*rarefio passim rarefacio. Cc.

¶Raripilus a um. penulti. cor. quod habet raros pilos. Col. in præfa. Et idipsum aliter curatur mutilum & raripilum, aliter comutum & setosum.

¶Rarescere significat rarum fieri siue deficere. Co. libr. iiij. Negligẽtia cultorum magna pars deperit & interius seminium cæteraq; virentia rarescunt. Lactan. li. vij Ita enim iustitia rarescet, & ipietas & auaritia & cupiditas & libido crebrescet.

¶Rastrũ & raster mas. ge. Teren. At istos rastros interea depone. Verg. rastraq; incurues æuũ tribuere ligones. Dicũtur autem rastra seu rastri qui & rutabri vocantur proprie quibus per fœnisca festucas abradimus, a quo abrasu rastelli sunt nominati, vt inquit Var. li. i. de re ruſ. Tum de pratis inquit stipulam rastellis eradi atq; addere fœnisecto cumulum quo facto ficiliendaprata. i. falcibus consectanda. Verum & stabulariorũ vsibus deputãt. Hisdẽ quoq; terrã effodiũt. Sue. in Nero. Tubaq; signo dato primus rastello humum effodit & corbulæ congestam humeris extulit.

¶Rastelli. Vide in dictione rastrum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Ratus.a.um.participium a reor reris quod significat puto, imaginor. Prisca.reor quoque ratus facit participium, vt puto differentiæ causa, quia ritus aliud significat, & retus pro reatus dicebant, quomodo saucius pro sauciatus, lassus pro lassatus. Plau. in Amp. Victis hostibus quos nemo superari posse ratus est. Aliquando ratus dicitur firmus certus. Teren. in Hecy. Ne quod egissem esset ratum.

¶ Ratifico as. approbo & quod actū est cōfirmo. Veteres rarare pro ratificare dicebant. Vnde est irritare contrarium.

¶ Ratio a ratum supino fit. Et est vis illa animi qua a cæteris animalibus hō distinguitur. Quæ sic diffinitur ab Aug. li. ij. de ordine. Ratio mentis motio ad ea quę discutiuntur distinguēdi & connectendi potens. Vnde ab Horatio ponit p ratiocinatione & discursu animi ad inuestigandū verū. Ci. li. ij. ad Hæren. ratio est causa quæ demonstrat verum esse id qđ intendimus breui subiectione. Seneca. Quid est ratio nisi naturæ imitatio. Sequitur ratio naturam, & bonū sine rōne nullū est, & virtus nō aliud q̄ recta ratio. Aliqñ tñ ratio ponitur pro respectu & cura. Cic. Plāco. Peto a te vt me rationem habere velis & salutis & dignitatis meę. Sic dicimus habenda ē ratio honoris, ratio rei familiaris. Idem lib. ij. offi. Habenda ratio est rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum ē Si vero iungatur cū ppositione cum, signi. negociū. Idē in Cato. Rationē habet cū terra quæ nūq̄ recusat imperiū. Et ad Atticum. Cū oībus musis rationem habere cogito. Aliquando ponitur p causa. vt apud eūdē. M. Cato. Cum autē ad Cibistra ppter rationē belli quinq; dies essem moratus. Aliquando p modo via & forma. Sallu. At ego vobis inquit si modo vultis esse viri rationem ostendā qua tanta ista fugiatis. Et ratio qñq; dicit supputatio vel calculus siue expēsa. Plaut. in Aul. Supputatur ratio cū argentario. Idē in Am. Et vt res rationesq; vestrorum oīm bene expedire vultis. Vnde rationarius codex in quo accepti & expēsi rationes describuntur. Sueto. in Cęsa. Seruitia recentiora immēso ptio & cuius etiā ipm puderet sic vt vetaret rationibus inferri. i. nolebat isti rationario perscribi eā summā quā impēderat in emptiōe seruorum. Ratio etiam proportio dicit, vt si qñ numerus ad numerum habet pportionem quē nos rectū dicimus rationē vel duplā vel triplā vt quatuor ad duo, & sex ad duo Rationē purgare. Vide in dictione purgo. rationē constare est æquam legitimamq; rationē ostendi aut apparere ostendi posse. Pli. iunior. Mirū est q̄ singulis diebus in vrbe rō aut constet aut constare videatur pluribus cunctisq; non constet.

¶ Ratiuncula diminutiuū. Teren. in Phor. Erat ei de ratiuncula iāpridem apud me reliquū pauxillulū nummorum.

¶ Rationale, philosophi dixerunt esse quod ratione vteretur vel vti posset. Vnde dicimus hominem esse aīal rationale & mortale. Hic gñe posito quod aīal est dictū videmus additas duas differentias quibus admonendus erat hō & quo sibi recedendū esset, & vñ fugiendū. Nā vt progressus aīæ vsq; ad mortalia lapsus est, ita regressus esse in rationem debet. Vno verbo a bestijs quod rationale, alio a diuinis separat qđ mortale dicitur. Illud nisi tenuerit, bestia erit. Hinc nisi se auertit diuina non erit. rōnale substātiuū genus vestis sacerdotalis est. Hiero. ad Fabiolā. rationale etiā dicit genus vestis apud Hebręos olim, gręce logion, nos rationale possumus appellare. pannus est breuis ex auro hīs magnitudinem palmi per quadrum & duplex ne facile rumpatur.

¶ Rationabile dicitur quod cū ratione factum dictum ve est. Cuius cōtrariū est Irrationabile. Itaq; domum aliquam rationabilem possumus dicere nostrumq; sermonem. Rationales autem vel illū, qui hanc fecit, vel nos quiloquimur. Ergo ppe dicit ratio ab aīa rationali in ea quæ vel fiunt rationabilia vel dicuntur. Duo ergo sunt in quibus potentia vel vis rationis possit en. ā ipsis sensibus admoueri, opera hoīm q̄ videntur & verba quæ audiunt. In vtroq; aūt vtit mens gemino nuntio pro corporis necessitate. Vno qui oculorum est, altero qui aurium. Ita cum aliquid videmus congruentibus sibi partibus figuratum nō absurde dicimus rationabiliter apparere. Item cum aliquid bene concinneve audimus, non dubitamus dicere q̄ rationabiliter sonat. Irrationabile vero quod his caret, Quinti. lib. ij. Sed quia carent sermone quæ id faciunt muta atq; irrationabilia vocātur.

¶ Rationarius liber in quo rationes rerum gestarum continentur. Sue. in Aug. Rursus tædio diuturnæ valitudinis cum etiam magistratibus ac senatu domū accitis rationarium imperij tradidit. Et rationarius liber accepti & expensi, vt supra in dictione ratio. Item. rationarius qui rationarium conficit vel qui rationibus præest. Marcellinus. Quidā ex mercatore opulento rationarius apparitor.

¶ Ratiocinor pe. cor. significat per rationem quādā deprehēdo, colligo cōputo. Gel. lib. i. Plutharcus in li. quem cōscripsit scite subtiliterq; ratiōnatū Pythagorā dicit in reperienda modulandaq; status longitudinisq; eius prestantia. Cic. lib. i. Tus. At nos metiendi ratiocinandiq; vtilitate inspecta huius artis terminauimus modū. Hinc ratiocinatores dicti sunt qui calculatores vulgo noīantur dictione latina. Mar. Nec calculator nec notarius velox maiore quisq̄ circulo coronetur. Ratiocinatio inquit Aug. lib. de immortalitate animę, est a certis ad incertorum indignationem nitens cogitatio.

¶ Ratumena auriga fuit qui cum in ludis Circensibus excussus fuisset equi sui cum corona & palma in capitolium peruenerunt sedemq; ter lustrarunt, ex quo factum est, vt porta p quam intrauerant ratumena diceretur. Cc.

⁂ Rataríæ naues a ratium similitudine appellatæ sunt. Cc.

¶ Ratis & rates secundum Probum efferri potest. Et proprie rates dicuntur connexę & recte compactæ inuicem trabes q̄ per aquam trahuntur. Abusiue a poetis vsurpantur pro nauibus. Ver. Dissecitq; rates.

¶ Raudum dicebatur ęs. Vide in dictione rudus.

⁂ Rauduscula porta romæ appellata est a raudo id est ære q̄ ærata erat. Cc.

¶ Rauēnavrbs in octaua regione Italiæ. Sabinorum oppidū in ora litoris Adriatici olim tota ligneis compacta ædificijs, aquis diffusa pontibusq; ac lembis peragrata, a Thessalis condita perhibet. Et cum a mari fiunt inundationes non mediocrem accipit partem cœni plaustris. De hac Sylli⁹ lib. viij. Lēta paludoso proscindunt stagna rauennæ. Hinc ortus est Cassiodorus senator qui multa eruditissime scripsit, & hanc vrbē vetustam esse, res ab ostrogotris gestę commemorant, qui eā regiā posuere. Liuius. Auctor est ab Augusto muris cinctam fuisse quos valērinianus impator postea ampliauit eiusq; Archiepiscopo. xij. ciuitatū ēpos subiecit Arimini cęsene, fori liuij, fori cornelij fauentię brucij Bononię Mutinę. Rhegij, Parmę & Placentiæ quę ciuitates deinceps sub Ex archa tu fuere. Et Alaricus subinde eā magnificauit. Sic & Theodoricus qui in ea octo. &. xxx. annis regni sedem habuit. Nunc a senatu veneto fiçinstaurata, vt renouata dici possit hæc fuit patria beati Apollinaris primi eius episcopi & vitalis & Gerualij & Prothasij hic ortus est Petrus ille rauennas illustris, fori Cornelij ępus q̄ multa in Theologia sapienter scripsit.

¶ Rauis raucedo vocatur, quæ fit aut nimia siccitate propter clamorem, aut nimio humore ad vocis loca fluente, ex quib⁹ vox homini plærumq; negatur. Plau. in Aulu. Huccine deduxisti me ad senem parcissimum vbi siquid poscamus ad rauim poscamus priusq̄ quicq̄ detur. & Apul. libro. ij. flor. claritudo arterijs obsoleuit, identidem boando purgant rauim. Hinc rauio is, & rauus a.um.

¶ rauum veteres dixerunt obtusum. Vnde raua vox obtusa & parum liquida. rauus color obtusus. i. mistus niger cū fuluo, color inter flauum & cęsium. Ci. lib. iij. aca. Quia nobis metipsis tū ceruleū tum rauum videtur quodq; nūc sole collucet. ō Sic ab Hor. raua Lupa dicitur.

⁂ rauiliæ dicuntur qui rauos oculos habent quemadmodum qui cęsij Ceciliæ. Cc.

¶ rauiscellus diminutiuum a rauo. Plautus. quis inquit hæc mulier & ille rauiscellus qui venit.

¶ raucus q̄ mimio clamore vel alia causa vocē obtusā habet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aliqñ tñ referť ab optima voce. Ver. Dat ſonitū rauci p ſaxa liquētia cygni. Hic raucitas & raucedo, p vocis obtuſitate.
¶ Raucæ vermes terreni radices arborum lædentes. Pli. Olea vbi quærcus effoſſa ſit male ponitur quando vermes q raucæ vocantur in radice quærcus naſcuntur & tranſeunt.
¶ Raucio is, rauſi rauſum, rauc⁹ ſum, a quo Irrauco. Eſt & rauceo es, a quo rauceſco & irrauceo.

R ante E

¶ Re prepoſitio per apocopē a retro facta videtur. Vnde reſpicio retro aſpicio, reuertor retrouertor repoſco rem datā retro poſco. Et non niſi compoſita reperitur, quę etiā alias ſignificationes habet. Nā quandoq; perfectionē denotat, vt recognoſco. quandoq; reciprocationē, vt redamo quādoq; cōtra ſiue aduerſus, vt reluctor repugno reſiſto quādoq; iterū atq; iterū ſeu ſępe, vt reputo. qñq; de nouo, vt renouo qđ eſt rurſus nouū facio, qñq; inde, vt remoueo. qñq; valde, vt redūdo. qñq; lōge. Ver. li. iij. Italiā petere & terra tētare repoſtas. Ser. ↓lōge poſitas. qñq; denotat cōtrarietatē ſuorū ſimpliciū, vt retego quod tectū denudo, ſigno quod ſignatū erat apio recludo clauſum patefacio. qñq; habet diuerſam licet nō contrariam a ſuis ſimplicibus ſignificati rationem, vt reciſco. Nā cū ſcire ſit cognoſcere, reſcire tñ ſiue reſciſcere, nō eſt rurſus cognoſcere, ſed factum aliquod occultius & inopinatū inſperatumq; cognoſcere, ſcire, aduertere. De hoc loco ſuo. Sic reſpōdeo quod non ſolum redico aut repromitto, ſed re atq; affectu ſatiſfacio. Habet aliquando re eandē ſignificationem quā habet ſimplex, vt repreſento. Cōponit autē cum dictione ab a incipiente, vt redamo redarguo, b vt rebello, c vt recurro, d vt reddo, e vt reddeo, f vt refero, g vt regredior, h vt redhibeo, i vt reicio, l vt relego, m vt remigro, n vt renitor, p vt repugno, q vt reqro, s vt reſarcio, t vt retineo, u vt reuertor. Sed cum a e & h interponitur d cauſa euphoniæ.
¶ Reapſe ſignificat re ipſa. Pacu. Si non eſt ingratum reaſpe quod feci.
*Realis actio dicitur quę in bona tñ extenditur. Cc.
¶ Reate ciuitas in Vmbria, ex qua veſpaſianus originē ducit
¶ Reatus us. culpa crimen.
¶ Rebello as, ex re & bello proprie ſignificat repugno. Vnde rebelles dicuntur qui in fide non permanent, & iuſſis poteſtatum repugnant. Et rebellio repugnantia. Rebellare vulnera ſeu alia vitia dicuntur quando ſemel curata repululant. Plin⁹ Strumea hærba eſt qua rurſus ſata rebellare credunt hærbarij quæ curauerunt vitia.
¶ Rebla regio Babyloniorum vel vrbs quę nunc Antiochia dicitur.
¶ Reboo as. ex re & boo mugio. Grecum eſt, vt inquit Serui. in con. Gel. Nam apud latinos nullum verbum eſt quod ante o finalē habeat o, excepto inchoo, qđ tamē maiores aliter ſcribebant ad ſpirationem interponentes duabus vocalibus & dicebant incoho per tranſlationem tñ roborare ſignificat reſonare. Ver. li. iij. Ge. Reboant ſyluæq; & magnus olympus.
¶ Recaleſco rurſus caleſco. Cic. lib. iij. de natura deorum. Qđ noſtris quoque corporibus contingit cum motu atque agitatione recaleſcunt.
¶ Recaluaſter dimi. eſt ſigni. eum qui fronte calua eſt, non toto capite quaſi recaluatulus. Legi quēdam alioqui eruditum exponentem recaluaſtrum eſſe retro caluum, quod falſum eſſe conſtat ex auctoritate Hiero. in Leui. ſcribentis. Si a frōte ceciderint pili recaluaſter & mundus. Dicitur & recaluus. Plau. in ru. Ecquem recaluum ac ſilonem ſenē. Hiero. contra Ioui. recalua fronte. de Socrate. Hinc recaluo as.
¶ Recanetū ciuitas in Italia q̄ a priſcis recinata dicebatur.
*recedo is. abeo diſcedo. Vnde receſſus pro diſceſſu. Aliquādo pro trahor extendor, a quo receſſus pro ſpatio. Curt. In eo nemore longo receſſu domus erat. Et recedere eſt retrocedere, a quo fit aduerbium receſſim, quod eſt retro cedendo Pla. receſſim cedam ad parietem.
¶ Recello cellis. reduco, reclino, ſicut excello in altum extollo Apul. lib. x. de Aſi. Illa enim quoties ei parcens nates recellebam accedens toties niſi rabido & ſpinam prehendens ad eā appliciore nexu inhęrebat. ↓Liui. lib. xxiiij. ferrea manus cum iniecta pro re eſſet, grauiq; libramēto plūbi recelleret ad ſolū ſuſpenſa prora nauim in puppi ſtatuebat.
¶ Recellicluniæ dictæ ſunt meritoriæ meretrices q̄ deſultura quadam & aſſultura mouēt clunes, vti venus concinnior inſcenſori præſtetur. Plau. An vis inter iſta verſarier procedas piſtorum amicas recellicluniasalicarias.
¶ Recens nomen ſignifi. nouum, hoc eſt quod nuper accidit. Vnde recentior, recentiſſimus, aduerbium recenter. Cic. Horū recentiorū nunq̄ dictum ab vllo quod ſciā. Idē. Aug. Cecinæ. Cōmemorare non ſolum veterū, ſed horū etiā recētium vel ducum vel comitum tuorum grauiſſimos caſus inuenies etiam recens aduerbium. Plau. Qui recens ex agro venerat. Verg Sole recēs orto. i. recenti tēpore.
¶ Recentari, renouari, & denuo recens fieri. Actius. Iamiā albicaſcit Phœbus & recētat cōe lumē hoībus & voluptas.
¶ Reſcēſeo. recognoſco & ſummā totius poduli per numeros colligo. Vñ recēſus, p recēſione & recognitione dicit. Et recē ſiti qui p recenſum numerati ſunt. Sue. in Cęſ. recēſum populi vicatim p dnos inſularū egit. Et in li. numeri ſcriptū eſt q̄ recēſiti ſint a viginti annis oēs q̄ poterāt ad bella procedere.
¶ Recido is. pe. cor. recidi recaſum ſignifi. retro ſiue iterum cado, & ſemper p du. re. Prop. recidit inq; ſuos menſa ſupina pedes. Amb. de obitu Satyri. pro ſimplici poſuit. Semper optaui, vt quæ perturbationes vel eccleſiam vel me manerent, in me potius ac meam reciderent domum.
¶ Recidiuus ua. um. pe. pro. ſignifi. qđ recidit. Vergi. lib. iiij. Et recidiua manu poſuiſſem pergama victis. i. quæ reciderunt, quaſi Didoniſe pugnans dicat Aeneas. Si mimi licuiſſet ruinas Troiæ protinus inſtauraſſe, non tot tātiſq; laboribus ac periculis condere nouem vrbem quęſiſſem. Similiter capitur illud ex lib. vij. Quinti. idem Veneri partus ſuus & Paris alter Funeſtęq; iterum recidiua in pergama tędę. Licet ſeruiº interp̄tetur recidiua poſt caſum reſtituta. Quod minime verum eſt, cum nunq̄ reſtituta fuerint. Nam etſi febres a Pli. recidiuę dicantur, hoc non proprie neq; ex vocabuli ſignificatione fit, ſed ex appellatione tantum, quaſi recidiuorū febres propter eos qui in eas incidūt & poſt earum depulſionem recidunt in eas. Quæ cum poſt caſum ſuum ſiue depulſionē reſtituunt rediuiuæ proprie non recidiuæ dicunt, quia tūc non recidunt ſiue nō depelluntur ſed reuiuiſcūt & integrant. recidiuus igit q recidit. i. qui retro vel rurſus cadit, & nō poſſit p̄manere. Vnde etiā eius ſimplex Cadiuus qui cadit. Plin. lib. xv. Colligi mala poſt æquinoctiū autūnale neq; ante ſextamdecimam lunā. neq; ante primā horā, cadiua ſepari, ſtramētis, ſtoreis, paleiſve ſubſterni, rara cōponi vt limites peruij ſpiritum ęqualem accipiant. Simlē ſignificationē habent reliqua noīa inuus terminata. vt natiuus, votiuus, rediuiuus.
¶ Recido is. cidi. ſum pe. pro. ex re & cædo, quod incido ſignifi. quaſi retro ſeco. Vnde reciſos ramos dicimus. i. reſecatos.
*reciſamentum a recido paruum fruſtrum & quaſi ramentū ex aliquo reciſum. Pli. Oxyſſime vero ęruginem contrahit ęs. coronarium reciſamentis in acetum additis.
¶ Recipio is. penu. cor. ex re & capio. Proprie recipere dicimus quando quis aliquid qđ tradidit recipit. quaſi retro vel rurſus capit. Liui. libro. ix. recipiant arma quæ per pactionē tradiderunt. Quandoq; ponit p admittere, accipere. Ci. li. ij. offi. Cyrillū quēdā ſuadētē vt in vrbe manerent Xerxēq; reciperent lapidibus obruerūt. Qñq; pro reuocare. Ver. Sic ore effata recipit ad ſeſe. Qñq; in tutū reducere, liberare. Idem. Medioq; ex hoſte recepi. Hinc receptus us. p reductione. Et recipere ſeruū Vlp. dicit refugiū abſcōdendi cauſa ſeruo p̄ſtare. vel in ſuo agro vel in alieno loco ædificio ve. quod receptum dare vulgo dicit. Qñq; ſimpliciter reducere. Plau. i cap. Inde me cōtinuo recipiam rurſum domum. Qñq; recuperare. Ci. i Cato Tarentum vero qua vigilantia quo conſilio recepit, tū quidem me audiēte ſalinatori qui amiſſo oppido fugerat in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

arcem gloriam atq; dicenti. Mea oper a Quinte Fabi Tarentū recepisti. Et certe inquit ridens nisi tu amisisses nunq; recepissem. Quandoque excipere ad vsum suum & reseruare. qđ fit cum quis venditis cęteris sibi quippiam reseruat. Plautus vbi nunc adolescens habet, posticulum hoc recepit cum ędes vęnderet. Hinc receptitius seruus appellatus est nupte mulieris proprius, quem. s. cum dotem marito daret, sibi reseruauit, quoties enim mulier in danda viro dote aliqua ex suis bonis retinet, nec ea ad virum transmittit recipere ea dicitur. Quā doq; prosternere Verg. lib. viij. Totum cui cominus ensem condidit assurgens & multa morte recepit, quod & pro accepit exponi' potest. Sicut cum dicimus. Accepit eū crudeliter vel malis modis. Significat etiā faciendā suscipere & cū obligatione ꝓmittere. Cic. Crasso. Quę tibi promitto ac recipio sanctissime esse obseruaturū. Q̄nq; simpliciter promittere. Cecina ad Cic. Sed tamen ego filio dixeram librum legeret, & ea conditione daret si reciperes te correcturum. Cice. Bruto ꝓ polliceor posuit cum inquit. In ipsa causa exponēda satis etiā de probitate dixi, sed tamen seperatim ex me recipio fore eū tibi & voluptati & vsui. Nam & modestum hominem cognosces & prudentem & a cupiditate omni remotissimum, prętera magni laboris, summeque industriæ neque hæc pol liceri debeo quæ tibi ipsi si bene cognoris iudicanda sunt. Seruat Cicero morem suum vt difficile verbum recipio per facile polliceor postea doceat.

¶ Recepti in ciuitatem dicuntur qui cum suffragio ciues sūt effecti, vt apud Liuium sæpe legitur. Et receptus mos est quē sponte ciuitas alienum asciuit.

¶ Receptus us. reductio. i. quo se tuus recipit exercitus. Vnde receptui canere dicimus cū tuba exercitus e prælio reuocatur. Verg. lib. xi. Planicies inculta iacet, tutiq; receptus.

¶ Receptitius a. um. quod reseruatur. Vnde receptitius seruus appellatus est nuptæ mulieris proprius quem reseruauit cum dotem marito daret. Qui & superdoralis dicitur domināe futurus iugis comes.

¶ Recepto as. frequentatiuum a recipio. Terentius Meum receptas filium.

¶ Receptaculum locus in quem se tuto recipiūt. Cicero. Omnium bonarum artium receptaculum.

¶ Reciperatia a veteribus dicebatur cum inter ciuitates peregrinas lex conuenit, vt res priuatæ reddantur singulis reciperenturque.

¶ Recidipna. vestes quas vocant cœnatorias. Iuue. Rusticus ille tutus sumit recidipna. Quirine. Compositū nomen ex latino & græco. s. ex recinio ἀνίπνοσ vero cœnam significat. Eadem etiam Triclinaria dicuntur.

¶ Recinium vestis antiquissima quadrata vt inquit Varro. Cuius mediam partem retrorsum iaciebant. Vnde reciniati mimi. Ser. in cō. li. i. ęnei. Recinus dicitur ab eo qđ post tergū reiicitur. ¶ Recimiū ēt omne vestimētū quadratū. hi q. xij. tabulas interptati sunt esse dixere Qua toga mulieres vtebātur ptextū clauo purpureo, ricę aīt & Riculę vocant parua recinia. vt palliola ad vsum capitis facta. Quidā aiunt esse mulicbre cingulū capitis quo ꝓ vitta flaminica redimitur. At recte appellant vestimenta virilia q̄ patres liberis suis conficienda curant honoris causa ita vsurpata ꝙ a stantibus & in altū rexantur. riciniumq;, vt Pli. & Dios. Sūt auctores fruticis fœtus qui Croton a græcis dicitur, & illi Bestiolę similis, quę affixa iumētis tādiu, persitat quoad dirumpatur. Quidam tamē per i scribunt Ricinium.

¶ Reciprocus a. um, pe. cor. quod est repetitum. Vnde ꝓnomē reciprocum dicitur quia in seipsum reflectit. Var. a recipiendo deriuat reciprocū. & id esse asserit quod aliquūde ꝓfectum redit eo vnde ꝓfectum est.

¶ Reciproco as. repeto, reflecto, remitto, retrogradior. Liui. li. ij. de bel. puni. Cum iā spiritū includeret vētus nec reciprocare aīam. sineret auersi a vēto parūp consedere. Gel. In eā Phystulā per quā spūs reciprocat. Ci. li. de diui. Siquidē ista sic reciprocant, vt si diuinatio sit, dij sint, & si dij sint diuinatio sit.

¶ Recito as. ex re & cito significat. scripturā clara voce vt alij audiant intelligātq; lego. vñ poetę & alij scriptores recitabant publice opera sua & nōnulli aliena. Aliquando non legendo sed memoriter referendo fit recitatio. Quinti. At ista legem recitat loquens de muliere quæ cæca erat.

¶ Reclamo as. pe. ꝓ. clamore aduersor, nō acquiesco. Cice. ꝓ Pōpeio. Propterea ꝙ istis reclamantibus vos Vnum illū elegistis quē bello p̄donū p̄ponere tis. Idē Lētulo. Eius orationi vehementer reclamatū est. Hiero. ad Dama. Sacerdotalē ordinem nō tā pie q̄ audacter inuasit, & reclamātibus leuitis, nōne tu es Ozias rex & non sacerdos?

¶ Recludo is. pe. pro. modo significat. probe claudo. Hie. Ostium quod patebat recludens sera offirmauit. Modo habet significationem contrariam suo simplici. Plaut. in cas. Cellas refregit oēs intus, reclusitq; armarium.

¶ Recluuium morbus cum circa vngues cutis se soluit. Cluere enim soluere est.

⁂ Recoctā vulgo dicunt q & secundarius caseus dicit. Cc.

¶ Recognosco rursus cognosco. Amb. Fraudis suæ vasculū diabolus recognouit. Interdū perfecte cognosco. Lactan. lib. ij. Quæ facta cum pater recognouisset abdicauit atq; expulit filiū. Interdū est vt se aliquid habet reuideo. Col. libr. i. Panis potionisq; bonitatē gustu suo exploret, vestem manicas pedūq; tegmina recognoscat. Inde etiam cū opus compositum emendandi causa reuidemus recognoscere dicimus.

¶ Recolo is. pe. cor. significat. reputo, repero, meditor & mente tracto. Diome. Supereſt vt singula recolendo memoria tenemādentur, ne frustra cum tpe euanescāt. Ci. ꝓ Archia. Quātū alij tribuūt tēpestiuis cōuiuijs, quātū deniq; aleæ, quātū pilæ tm ego mihimet ad hęc studia recolēda sumpsero. Interdū recolere est rursus colere, celebrare, reuidere, seu requirere. Hiero. in ꝓ. pal. Si qs in hac interptatione voluerit aliquid reprehendere, interroget hebræos, suā cōscientiā recolat, videat ordinē textūq; sermonis, & tūc nostro labori, si poterit detrahat. Idē ꝓ recitare posuit scribens ad Principiā. Sępe & multum flagitas virgo Christi Principia, vt mēoriā sanctę fœminę Marcellæ lris recolā & bonū quo diu fruiti sum⁹ etiā cæteris noscendū imitādūq; describā. Interdū significat ad mētē seu mēoriam trahere. Aug. li. ix. Ad hęc ei qd rndērim non satis recolo ⁂ reconciliare ē in gratiā restituere, quoties. s. amici q interposita aliqua offensa aliquandiu fuerint inimici in pristinam redeunt beniuolentiā ac familiaritatē. a quo reconciliatio. Cc.

¶ recondo is. repono & contego.

¶ recordor rursus in cor reuoco. vel iterum rem cordi do. Et dicimus recordor huius rei & hanc rem. Ci. in Cato. Vt pedestres nauales ve pugnas, vt bella a se gesta triumphosq; recordentur. Inuenitur & cōmune. Hie. in Ezech. Oēs iustitiæ quas fecerat non recordabuntur.

⁂ recreo vide creo. Vnde recreatio verbale. Cc.

¶ crecresco rursus cresco. Pli. Charchilago rupta nō solidescit, nec pręcisa ossa recrescunt.

¶ crecrudesco renouo, tractum a vulneribus, quæ agitatione nimia interdū recrudescūt. i. cruda & noua fiunt.

¶ crecupo as. pe. cor. redimo, & rē amissam rursus acquiro. Li. li. v. Ferro nō auro recuperare patriam iubet.

¶ crectus a. um. a rego fit, & id est quod regitur. sicut rector q regit. Aliqñ rectus dicit qui stat & erectus ē. Vñ dicimus. Ille vadit rect⁹, hoc est, non flexus. Aliqñ dicit qui nullā i partē flectit, cuius cōtrariū est obliquus. Vñ per translationē rectihoies vocant iusti, & rectū iustū. Itē rectum dicitur perfectū officiū quod gręci catorthoma vocant.

¶ crectus apud grāmaticos dicitur prim⁹ casus. qui tñ improprie dicit casus, cū ntūs a nullo flectat, & cæteri casus ab eo flectantur & cadant, ideoq; dicuntur casus.

¶ crecta absolute a veteribus dicebatur cœna quam clientibus & conuictoribus & recto ordine discumbentibus laute principes dabant. Sue. de Aug. Conuiuabat assidue, nec vnq; nisi recta, non sine magno ordinum hoīmq; delectu. Mart. Promissa ē nobis sportula recta data ē, Sportula, vo specimē

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eat pusilli parciq; hoīs. Sueto. in Nero. Adhibitus sumptib⁹ modus, publicæ cœnæ ad sportulas redactæ, recta tunica discebatur quæ ita contexta erat, vt veluti rigens staret. Vel q̄ astantibus ab imo in altū texebatur. Hac Tirones & nouę nuptæ induebantur. Inuenīt etiā recta aduerbium. Plini. Cū dominum recta ꝓficiscerēt. Verg. Nō assis faciunt eunteq; recta.

¶ Rectum dicitur intestinum, quia in imo vnde excernitur dirigitur.

¶ recte aduerbium significat bñ, iuste. Et differt recte dicere & vere dicere q̄ recte dicere ad verba, vere ad sententiam referatur. Nam possumus recte & falsum dicere, dummodo nullo vitio verborum dicatur. Teren. Et recte & vere dicis.

¶ Rectangulus est cum lineę ita coniunguntur, vt nulla pars magis declinet.

¶ Recubo as, penult. cor. & recumbo is, quiesco, iaceo. Verg. Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Et iterum. In te omnis domus inclinata recumbit.

¶ Recula æ, pe, cor, diminutiuum est a res.

¶ Recuso as, pe, pdu. ex re & cuso quod a cudo is, fit. Et significat refuto. Amb. Quæ a beata Agne veluti quædam stercora recusata.

¶ Recutitus pe, p. curtatus, & cui a glande resecta est cutis. Quo noīe dicti sunt iudæi. Sido. Fert recutitorū primordia idolorum. Causa cur hoc fiat refertur a Lactantio. Deus cupiēs (vt Socrati pariter placebat) corpora humana esse fenestrata nil tecti & obuoluti in finibus cordis, iussit nudandam glandem, hoc est cor discooperiendū, qđ figurata similitudine glandi cōuenit, vt significaretur cor ip̄m retegendū & pura nuditate nudandū. recutiti ergo a recisa verendorum cute vocati sunt Iudæi. Mar. Nec recucitorū fugis inguina Iudeorū. Etiā quia sanior est glans a sanie. ὁ Aliq̄n recutitus ruptus & exulceratus dicīt idē. Nec ruptæ recutita colla mulæ.

¶ Reda vide rheda.

¶ Redamo as, pen, cor, significat contra vel similiter siue me amantem amo. Aug. l. b. iiii, con. His atq; huiusmodi signis a corde amantiū, & redamātiū, ꝓcedentib⁹, per os, per linguā, per oculos, & mille motus gratissimos quasi fomitibus cōflare aīos & ex pluribus vnū facere, hoc est qđ diligitur in amicis & sic diligīt, vt rea sibi sit humana conscientia si non amauerit redamantē, aut si iam amantem nō redamauerit. nihil q̄ rens ex eius corpore præter indicia beniuolentiæ.

¶ Redandruo as, de priscis dictionibus est ex re & andruo significat redeo.

¶ Redeo is. rediui & redīi itum, retro eo siue reuertor. Teren. redeo inde iratus atq; ægre referens. Interdum reuocor. Verg. redit agricolis labor actus in orbem.

¶ Redito as, penul. cor. frequentatiuum significat statim siue continue redeo. Plaut. in cap. Nunc ita conuenit inter me atq; hunc Tindare vt te æstimatum in aulidem mittam ad patrē si non reditas.

¶ Reditus us, pe, cor, duo signi, ſ. reuersionem. Oui. Vela queror reditu verba carere fide. Et ꝓuentū. eo q̄ singulis annis reditus redeat. Idē lib. ii. de ponto. At reditus iam quisq; suos amat, & sibi quid sit Vtile sollicitus supputat articulis.

¶ Reddo is, reddidi, itum, per duplex dd. differentiæ causa vel Euphoniæ, quasi retro do. Nam proprie reddere est acceptum vel ablatum restituere. Teren. in phor. Si quis quid reddit, magna est habenda gratia. Ponitur etiam pro dare. Cęlsus iure consul. reddendi verbum q̄q̄ significationem habet retro dandi, accipit tamen & per se dandi significationem, vt reddo tibi literas quas mihi Cicero ad te dedit. Item pro facere, vt reddo te certiorem & tu me reddidisti probum virum. Verg. Tu das epulis accumbere diuum. Item & reponere. Plaut. Tempestas venit cōstringit regulas imbricesq;, ibi dominus indiligens reddere alias neuult. Itē ꝓ producere. Idem in tri. Id frumēti q̄ alibi messis maxima est tribus tantis illis minus reddit q̄ obseuris. Item ꝓ exponere. Item in aul. Tibi ego rationem reddā stimulorum seges.

¶ Redibeo pe, cor, ex re & habeo, d. interposita causa melioris soni & abiecta aspiratione. Et est redibere. vt Vlp. inquit facere vt rursus habeat venditor quod habuerat. Festus Redhiberi id dicitur quod redditum est improbatumq;. Et qui dedit rursus coactus est habere id quod ante habuit. Hinc redhibitio actus ipse restitutionis. ✳ Verius h seruatur.

✳ Redhibitum dicitur quod redditum est improbatumq; & qui reddidit rursus coactus est habere id qđ habuit. Cc.

✳ Rediculi fanum romæ erat extra portam capenam idcirco dictum quia accedens ad vrbem Hannibal ex eo loco redierit visis quibusdam perterritus. Cc.

¶ Redigo is, pe, cor, ex re & ago, a in i conuersa & d. interposita signi. quadam vt aut industria reduco, & semper actū cū ꝓpositione postulat, multisque accommodat actibus. Plaut⁹ in Am. Denicq; Alcmenā rediget antiquam in cōcordiā coniugis. Idem in Asi. redigāq; te vnde orta es ad egestatis termi nos. Ci. lib. iii. Phil. Potentissimos reges bellicosissimas gentes in deditionem huius imperij redegerūt. Et lib. v. Quib⁹ reb⁹ tanta pecunia vna in domo coaceruata est, vt si hoc gen⁹ in vnum redigatur non sit pecunia reip. defutura. Lactati⁹. li. iii. Quid ille qui patrimonium in nūmos redactū effudit ī mare. Et iterum. Sed si id fecisset ipse se in populum redegisset. Teren. in Adel. Tu homo rediges me ad insaniā. Et in Phor. Ego me nego tu qui ais redige in memoriā Et iterū. in id redactus sum loci vt quid agā ex illo nesciam ꝓrsus.

¶ Redimo is, pe, co, ex re & emo d interposita Euphoniæ causa, signi. emo. Ci. Qui merces redimunt vt statim vændant & in ture ciuili. Redemptores vectigalium emptores appellantur. Cic. in ver act. ii. Vt primum ex prouincia redijt redemptio huius iudicij est facta grandi pecunia. Et redimere est recuperare, quod vernacula lingua dic⁹ Rescodere. Cice. Re vilissima & parua maximā redemit. Vnde qui ab hostib⁹ capti sunt vel qui alicui pœnæ sunt, obnoxij soluto ꝓtio redimūtur. Item qui iniuste vexantur si per solutionem pecuniæ liberati fuerint redemisse vexationem dicuntur. Plautus in Asi. Redime isthoc beneficio te ab hoc, & tibi eme hunc isto argento. Cur. Sed medici quoq; grauiores morbos asperis remedijs curant, & gubernator vbi naufragiū timet iactura quicquid seruari potest redimit. Terentius in Eu. Quid agas nisi vt te redimas captum q̄ queas minimo, si nequeas paululo at quanti queas. Hiero. in Exo. Omnem primogenitum hominis de filijs tuis pretio redimes. Rursus redimere emendare, quod tamen fere in idem recidit. Cic. Non enim p̄teritam culpam videri nolo redemisse. Ille em̄ p̄teritam culpam redimere dicitur qui aliquo egregio factō eā compensat.

¶ Redempto as. frequentatiuum est a quo redēptito as. Plautus Redemptitauere ad vnum captos.

¶ Redimio is. redimiui itum. pe, pro. ex re & emio d. interposita, & e in i mutata, significat orno, corono, acupingo. Claudia. lib. ii. de raptu. Nec si innumeros arcu mutante colores Incipiens redimitur hyēs cū tramite flexo Semita discreteris interuiret humida nimbis. Et lib. iij. Medijs inuenimus aruis Exanimem Cyane ceruis redimita iacebat. Nam ei⁹ simplex Emio orno seu decoro significat. Ouid. li. i. hero. Quod tibi donaui perfide litus emi.

¶ Redimicula ornamenta capitis mulierum, & vittarum teniæ pendentes a posteriori parte miræ. Iuuena. Accipiente te paulatim qui longa domi redimicula sumunt. Frōtibus & toto posuere monita collo.

✳ redimunt pro redeunt scripserunt antiqui. Cc.

¶ rediuiua q̄ post interitū redeunt, vel quod mortuū ad vitā redire pōt. Cypri. Ad hanc lucē rediuiuū corpus aīatur. Vel rediuiua sunt q̄ ex vetusto renouātur. Quod & Seneca sētire videt̄ li. iij. decla. rediuiuū me senem meretrix vocat. Iu. Prodiga nōsentit geumtē fœmina censum Ac velut exhausta redditus pullulet arca. Nūm⁹ & e pleno semper tollat aceruo.

¶ rediuius vermiculus seu bestiola quædam quæ infixo semper sanguini capite vivit, cui vni ex omnibus animalibus cibi exitus non est sed vsq; adeo intumescit satietate vt ipso alimēto moriat. hoc græci ἀνάστροφα vocant, latini rediuiū a redi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uiendo, i. soluendo q̄ carnē animaliū fuctu resoluat. Vernaculi nostri tegas appellant. Col. lib. vij. Ventri quoq; & sub fœmina manum subijcere conuenit ne ad huiusmodi tactū post modū pauescant, & vt rediuij qui plærūq; fœminibus inhærent eximantur. Nascuntur autem sub gramine.

¶ Rediuia morbus est cum cutis extra vngues se soluit rediuire est soluere. Græce. παρωνυχία dicitur. Plin. lib. xxix. Lana succida rediuias sanat ex aqua frigida. Placidus grammaticꝰ accipit rediuias ꝓ de serpentium genere exuuijs.

¶ Redoleo es. pe. cor. Vide in dictione Oleo.

*Redorior rursus incipio. Cc.

¶ Reduco is, pen. pro. retroduco, retraho. Iusti. lib. ij. Reliquas copias rex ipse reducere in regnum parat. Sueto. de Cali. Equitem romanum obiectum feris cum se innocentem ꝓclamasset reduxit. Absectaq; lingua rursus induxit. Itē reducere est liberare & sine periculo recipere. Apul. Mecq; oppido in arcem reduco. Hinc reduces. Item replicare, a quo reductum replicabilem dicimus. Verg. Inq; sinus scindit sese vnda reductos. Itē reconciliare, vt illud eiusdem. Numēq; reducant. Huius verbi qñq; prima producitur, qñq; corripitur. Hora. lib. Ser. Dij tibi dent capta classem reducere Troia. Verg. lib. iij. Erectam classem socios a morte reduxi.

*Reducē & reduces pe. cor. illos dicimus qui a periculis in tutum ab exilio siue captiuitate reducuntur in patriam. Cice. ꝓ Milo. Quid me reducem esse voluistis, an vt spectante me expellerentur ij per quos essem restitutus? Verg. Nāq; tibi reduces socios classemq; relatam Nuncio.

¶ Redūdo as. ex re & vndo. d. interposita significat superabūdo. Hiero. in prologo prouer. Vt plenius cognoscatis qd in libris nostris minꝰ sit, qd vel redundet. Et redūdare refluere seu recidere. Plau. Hoc facinus in tuum redūdabit caput.

¶ Refello is. ex re & fallo significat quod dictū est arguendo falsum ostendo. Cice. li. ij. Tusc. Et refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sum⁹. Et differt a purgo, q̄ refellere dicatur de eo q factum negat. Purgare de eo qui fatetur q dem factum, sed defendit.

¶ Refero pe. cor. reporto quasi retro fero. Quint. Ad patrem arma non retulit. Aliquando in consultationem pono. Et sic cōstruitur cū accusatiuo mediāte ad. Sal. refert inq̄t ad senatū .i. fert in consultationem. vbi solet iūgi de. vt de omnibus retulit ad senatum. Hinc relationes fieri dicunt in senatu. Sene. Ex relationibus manant senatusconsulta. Qd etiam in facto solet, vt Cice. Si ad vnū omnia referenda sunt dignissimū esse Pōpeiū. Hoc est si vni omnia adscribenda sunt. Aliqñ reuoco redeo Verg. Ille pedem referens. Cice. referebam me ad illud incredibile. Aliqñ recenseo. Verg. Cogere donec oues stabulis numerūq; referre iusserit. Aliqñ adscribo. Suet. Ea i deorū numerū retulit. Aliqñ cōuerto. Vergi. lib. xi. Multa dies variusq; labor mutabilis æui retulit in melius. Aliqñ renouo & quasi rursus fero. Idem. lib. v. Hunc morem hos cursus atq; hæc certamina primus Ascani⁹ longam muris cum cingeret Albam retulit. Aliqñ produco. Plinius lib. xxi. Diximus & terram referre multū. Aliqñ narro, indico. Verg. referes ergo hæc & nūcius ibis pelide genitori. Aliquando ostendo. Lucil. lib. i. Quis posset ordiri, quis nequeat referat vnde. Aliquando dico. vt retulit mihi. Aliquando exprimo, imitor. Iuuena. Et multum referens de Mecœnate supino. Aliquādo reddo. Vergi. libro ix. O mihi præteritos referat si Iuppiter annos qualis eram. Etiam cum de beneficio reddēdo loquimur gratia in singulari pro beneficio sumi debet. vt referam gratiam Quin & ad maleficium reddendum eo auctores vtunt. Plau. in Cur. Ni argentum referas. Sed quomodo differat abago & habeo. Vide in dictione Ago. Aliquando porto. Cor. Tacitus. Cum ex agris segetes domum referrent. In tertia vero persona ponit pro æstimandū est, siue valet aut interest siue vtile aut cōmodū est, & contra naturā resyllaba producitur. Cicero Pu. Seruilio. Sperare tamen videor Cæsari collegæ nos fore curę & esse vt habeamus aliquā remp. cuius consilij magnu referebat te interesse, i. æstimandū erat. Pli. Infinitū refert lunaris ratio, i. valet in infinito Idē. Quippe victimas cædi sine precatione non videt referre, nec deos rite consuli. i. interesse. Quādoq; ponitur ꝓ obest. Teren. in Phor. Quid tua malum id refert? Magni Demipho. Col. lib. vij. de canibus loquens. Nō multū refert an villatici corporibus graues & parū veloces sint. i. ꝓiudicat, siue incōmodum est, siue æstimandum est. Plaut. in rud. Quomodo habeas id refert iure an iniuria. Plini. lib. xvi. Nec terræ tm̄ natura circa has refert. id est vtile est. Liui. vero. lib. ij. aliter. Adeone est fundata leuiter fides vt vbi sim q̄ qui sim magis referat. i. æstimetur siue existimetur cureturve Aliqñ sumitur pro necesse est. Salu. Quare vanum quidem hoc cōsilium est si periculū ex illis timuit, sī tanto omnium metu solus non timet, eo magis refert me mihi atq; nobis timere. Ver. lib. ij. Geor. Neq; enim numero cōprehendere refert. Habet hoc verbum ꝓteritū retuli & supinum relatū, quorū vnū per duplex tt. alterū per duplex ll. qñq; apud poetas scribit. Hora. Retulit acceptos regale nummus philippos. Luc. Id rursum cæli relatum in templa recepiant. Catul. aliter. Si reditū retulisset is aut in tempore lōgo Oui. lib. xv Met. Esse fidem digitis ad fontem sæpe relatis,

¶ Refero acceptū, fateor me accepisse ab aliquo. Cicero Vitā acceptā refert clementiæ tuę. In malum. Idem Oia deniq; quę postea vidimus, quid autē mali non vidimus? si recte ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio.

¶ refero impēsum, est rōnē de expēsis velfacio vel reddo.

¶ Refercio is. fi. ex re & fraciō, significat repleo quod quidem alij cū ablatiuo, alij cum gtō construunt. Cice. pro Cor. Quis eis rebus vrbē Italiamq; referserunt. Gel. Is librum multę varięq; historię refertum composuit.

¶ Reficio. is. pe. cor. recreo restauro. Plin. Cum reficiēdi animi gratia id fecisset. Vnde refectum instauratū renouatū, & qd corruptum erat in statum pristinū reductū dicit quasi rursus factum. Vlp. Verbo reficiendi tegere substrucre, sarcire, ędificare, item aduehere apportareq; ea quę ad eandē rē opus erit continentur. Aug. libro. i. con. Ruinosa est domus refice eam. Et in euangelio. Erant reficientes ręti a.

¶ Refigo is. pe. ꝓ. quod fixum erat educo.

ō Reflatus, us, flatus. i. ventus contrarius. Cic. ad At. Nauis relata in vticam reflatu. Vestis aūt reflata apud. Apul. Signāt quasi flante vēto renudatā, fit autem, a reflo as.

¶ Refluo is. retro seu rursus fluo. Vnde fluxus & refluxus maris dicitur.

¶ Refragor penul. ꝓ. verbum deponēs, licet & refrago legat, significat modo resisto, modo suffragor. Sisen. lib. xxij. Multi populi plurimæ concionis dictaturam omnibus animis & studijs refragauere. i. dictaturæ suffragati sunt.

¶ Refrāgo is. rumpēdo aperio. Plaut. in capt. Cellas refregit oēs intus, reclusitq; armariū. Et refringere est fortiter vel iterū frangere. Aug. lib. iij. cō. Et hoc solum me in tāta reflagrātia refrangebat nomen Christi non erat ibi.

¶ Refractar. us dicitur qui contumax est & nimis sui sentētię tenax. Seneca. Existimant philosophię fideliter dictos contumaces esse ac refractarios. Dictus refractarius a refrig ndo tā q̄ liberrimus sit & cuncta obstantia refringens, vt nullo seruitutis clausiro coherceatur.

¶ Refrico as. penult. cor. renouo. Tractum a vulneribus quæ plęrūq; fricando renouant. Cic. Sextio. Sinautem omnia quæ sentio perscripserim, ne refricem meis literis, desiderū ac dolorem tuum.

¶ Refrigero as. pe. cor. frigus induco vel rem calidam frigidam facio. Cic. in Cato. Vbi enim potest illa ætas aut calescere, aut apricatione melius vel igni, aut vicissim vmbris aquisve refrigerari salubrius? Col. lib. ij. Atq; ita rursus in sole sicca & mox refrigerata reconditur. Aliquando refrigerare est subleuare recreare. vñ refrigerium subleuatio & quasi recreatio mentis, tractum ab æstuantibus qui flabellis & frigida aura recreantur. Aliquando diminuere siue dimittere, sicut ecōtrario. Feruere pro crescere & frequentari.

¶ Refrigeratorij⁹ a, um, quod refrigerat. Plinius li. xxij. Refri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

geratoriam tamen vim esse conuenit.
¶Refugio, vide in dictione fugio.
¶Refuga ę.pe.cor. generis cōmu. qui aliorum dominium refugit. Est & refugus a,um. quod est recliue ac reiectum. Sido. Capitis apex rotundus in paculum a planicie frontis verticē cęsaries refuga crispatur. i. in frontem reiecta.
¶refuto as.pe.pro. afuto frequētatiuo verbi fuo is. quod ꝓtulit Plaut. in Am. Ne quis tam audax fuat qui obuiam obsistat. mihi Præsertim cū dicat Festus. Futare arguere est. Vnde & confutare. Sed Cato hoc pro sæpuius fuisse posuit. Ergo iuxta Festum refutare redarguere est, siue non ita esse ostendere. Cicero Dolobellæ. Non tam id laboro vt si qui mihi obtrectēt a te refutent, q̄ intelligi cupio, quod certe intelligitur, me a te amari. Alio modo dixit Lactan. lib. iiij. Quæ omnia nec ingenio nec doctrina defendere ac refutare possent. id est refellere. q̄is etiam pro redarguere sumi q̄at. Inde refutatio vna pars orationis dicitur quæ alio nomine cōfutatio noīat.
ȝRefrina.pe.pro. inquit Fest. quoniā vt ait cinci⁹ ad sacrificiū referri faba solet e segete auspicij causa, quasi reuocantis fruges & domum denuo reuerti ad rem diuinam faciēdam hāc opinionem adiuuat ꝙ in sacrificijs publicis cum puls fabace a diis prębetur nominatū rrefrin.
¶Regelo as.pe.cor. contrarium est suo, simplici. Col. libro. ij. Quanto fuerit ędificij solum ꝓnius orienti & ęstatem liberi⁹ capere perflatus & hyemis ꝓcellas minus infestari & matuti no rege lari ortu poterit vt concreti rores liquescant.
¶Regero is.pe.cor. vide in dictione Gero.
¶Rego is.xi.ctum. guberno, quasi rem populi ago. Ver. Pacatūq; reget patrijs virtutibus orbē. Et regere est rectū tenere. Cor. Qui nimio dolore regere caput non posset. Huius cō posita sunt arrigo quod est erigo, eleuo. Terent. in An. Arrige aures Pāphile. Sallustius. Sed vbi primum dubijs rebus nouā dis spes oblata est, vetus certamē aīos eorū arrexit. Corrigo, dirigo, erigo, ꝓgo, porrigo, surgo. siue surrigo surfum rego. Verg. lib. iij. Tot linguæ totq; ora sonant tot surrigit aures. Am. li. Hexa. subrigo vsurpat. Ast. vbi ad ęstiuas cōuersiōes in septētrionem se subrigit spatia diurna producit.
*Reges dicuntur qui regna possident, regna vero vocant integræ regiones quæ ab vno rege possidentur, vt Gallia regnū est, & qui galliam possidet rex Galliæ dicitur. Sic enim distinctus olim erat orbis terrarum, vt singulæ fere regiones regna dicerent & reges ꝓprios haberēt, a quibus ipsę regiōes appellatæ quos ad fastigium maiestātis nō ambitio popularis, sed virtus & spectata inter bonos moderatio prouehebat. Dici tñ reges possunt etiam si vnus tm̄ vrbis imperium habeat. Sic principio reges romanorum dicti sunt quibus imperium vrbis permittebatur. Hinc regnū dictū tam ipsa regio subiecta q̄ ipse dominat⁹. Vnde interregnū ꝓprie appellat id tempus quo regnū vacat rege, hoc est añq̄ in demortui locū nouus rex pficiatur & interrex qui interea regis locū tenet. per trāslationē tñ interregnū est dictū, cū loco magistratus interrex creat. Liui. Cū sine curuli magistratu reip. esset patricij coire & interregē creauere. Contētio cōsules ne an tribuni militum crearent in interregno rē cōplures dies tenuit. Aliqñ rex ponit ꝓ dño. q̄is etiam per tyrannidē occupauerit imperiū. Aliqñ pro potētiore & eo quē nobis veluti in patronū eligimus quē sequamur. Mar. Qui rex est, regē maxime nō habeat. Col. an honestius mercenarij salutatoris mendacissimū aucupiū circūuolitantis limina potentiorū somniūq; regis sui tu moribus aucupantis. Neq; em̄ rogāti quid agatur intus rīdere dignant serui. Aliqñ pro diuite. Hora. Siue reges siue inopes erimus coloni. Terē. in Phor. Regem me esse oportuit.
¶Regina regis vxor, vel quę regnū possidet etiam si virum nunq̄ habuerit, vt pote ad quā regnū ex successione puenit. Qñq; ponit ꝓ diuitie Terē. Quia sole his vtuntur reginę.
¶Regulus dimi. quasi paruus rex, non ꝙ paruæ staturę, sed ꝙ alicuius vrbis aut oppidi dūs sit. q gñali vocabulo dūs aut prīceps dicitur. Quis ꝓprie reguli sint filij aut nepotes regū. est, et regulus dictus auis minima a quibus dā regaliolus dictus, alio nomine Trochilus. & ab Aristotele ἀρχὸς quasi rex & præses auium dicitur. Et regulus genus serpentis est. ȝQuem greci Basiliscum vocant inquit Hiero.
¶Regaliolus auis quam Pli. lib. x. scribit appellari regē auiū in Italia propter dissidia & bella quæ sunt inter eam & aquilā. Alij putant Galgulum quę auis græce dicit Icteros a colore. Sueto. Pridię autem easdē idus auē regaliolū cū laureo ramo Pompeianę curiæ se inferentem volucres variis generis a proximo nemore prosecutæ ibidem disperserunt.
¶regillus est diminu. a rex, & nomen propriū viri.
¶regillus p̄terea lacus est in Algidæ syluæ ingressu ad quē A. Posthumius dictator prospere aduersum Tarquinium superbū patria eiectū, & latinos bellū inferentes pugnauit. Cc.
¶regilla, vestis quæ & Basilica & trabea dicitur, quoniam ea reges vterentur auro & purpura intexta. Plautus Basilicā an regillam induam tunicam.
¶regius a,um. quod est regis. Cice. li. iii. offi. Erat autem regi⁹ pastor. Aliquando dicitur quod est rege dignum. regi⁹ moribus dictus est ꝙ mulso quod genus potionis in regum deliciis erat, curaretur inquit. Var. vel quia vt Cælsus scribit eo morbo affectos apparatu regio, hoc est lecto & conclaui cultiore & ludis lasciuiaq; vti perutile est, per quę mens ægrotātis exhilaretur. Hor. Aut mala quem scabies aut morb⁹ regius vrget. Idem morbus aurigo ante dicebatur a colore auri quem bilis per totum corpus diffusa representat. Arquat⁹ quoq; morbus appellatur, ꝙ cœlesti arcui sit cōcolor. Vel ꝙ ita stringat humana corpora, vt in arcum ducat. Græci Icteri cum nominant.
¶regia æ. domicilium & aula regis. Liui. libro. i. Eo tempore in regia prodigium visu euentuq; mirabile fuit omen. Iustinus In regiam se recipit.
¶regia via militaris, hoc est cōis quę latior esse consueuit. Hiero. in libro numerorum. Via regia gradiemur. Supra etiā dixit, Per tritam viam gradiemur. Et gradiemur via publica.
¶regalis & hoc regale ad claritudinē pertinet & significat dignū, rege. Cice. in Cato. Nihil ei tā regale videri q̄ studiū agri colendi. Hinc, regaliter pro splendide & munifice. *Pariter & regie quod idem significat. Cc.
¶regale, vnguentum quo parthorum reges vngebantur.
¶regificus a,um. quod regem facit.
¶regifugiū, sacrū quo die Tarquinius fugit. ex vrbe roma.
¶regnū dicitur regio quæ a rege possidetur. Ci. Cassio. Non regno sed rege liberati videmur. Interfecto enim rege regiones nutus tuemur. regnum etiam dici potest quicquid possidetur. Idem lib. i. de ora. Quarre negasti te fuisse laturum nisi in regno meo esses. i. in tusculano.
¶regno as. regnum possideo. Prisc. rex solum quid a regendo nascit peperit ex se aliud verbum regno. Cic. li. iii. offi. Nam si violandum est ius, regnandi gratia violandū est. Hinc fit cō regno. Amb. Si tolerabimus & conregnabimus.
¶ regio dicta & rego. ꝙ prius q̄ prouinciæ fierent regiones sub regibus erant, atq; ab his regebantur. Postea maiores in vrbe partes regiones appellari cœptæ a similitudine earum regionum in quas orbis diuiditur. Quatuor autem fuerūt antiquitus vrbis romæ regiones, e quib⁹ prima regio Suburrana. Secunda Exquilina. Tertia Collina. Quarta Palatina. regiones cæli quatuor sunt. Ortus Occasus, Meridies, & Septētrio. Ortus & Occasus mobilia ac varia, sunt. Meridies Septētrioq; perpetuo statu permanent. Oritur quippe sol nō itidē semper, sed aut æquinoctialis oriens dicitur, aut solstitialis aut brumalis. Item non in eundem semper occidit locū, sed occasus eius similiter fit aut æquinoctialis, aut solstitialis, aut brumalis. ab his quatuor regionibus quatuor venti flare dicuntur, qui sunt Eurus. Hauster. Fauonius. Aquilo. Sunt tamen & alii venti de quibus alibi. A regio fit eregione, quod est ex aduerso.
¶regionatim aduerbiū significat per singulas regiones. Sue. in Cæsa. Ludos etiam regionatim vrbe tota & quidē per omnium linguarum histriones.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Regium oppidum Cisalpinæ Galliæ a Lepido ędificatum. Vnde & Regium Lepidum vocatur. Regium propter pulchritudinem & amœnitatẽ. Est & aliud Rhegyum quod cũ h.& y.scribitur,de quo infra Ab illo Rhegyenses,ab isto Reginí sunt appellati.

¶Regiesco,is,veteres pro cresco vsurparunt.

¶Regula norma qua lineæ diriguntur, quasi mensuram regens. per tranſlationem dicitur breuis rerum præceptio. Hic regulo as.quod est dirigo.

¶Regularis & hoc regulare,quod secũdum regulam est, vel quod in regulam trahi potest. Vnde æs regulare dictum est quod a Caldario coronario distinguitur. Coronarium est quod renuat ĩ laminas,taurorũq; felle tinctũ speciẽ auri ꝓbet in histrionum coronis. Caldariũ qđ fundit tm malleis fragile est. Regulare qđ obsequitur malleis,& ab alijs ductile appellatur. Sed & in cæteris metallis regulare dicitur quod excoctum igni diligentius est virisq; purgatum.

ȣRegrador penult.cor.quasi retro grador & per gradus retro cędo. Hiero. Cõtra Rufi. Sacerdotes qui peccauerãt regrabantur in æditnos & ostiarios.

*Regredior regressio & regressus. vide Gradior.

¶Reĩcio is.pe.cor.retro iacio. Vergilius. Reĩciunt parmas & equos & mœnia ducunt. In quo producitur re syllaba. Corripitur vero apud Statium.libro.iĩj.th. Tela manu reĩcitq; canes. Qñq; reĩcere est repellere. Verg. Tityre pascẽtes a flumine reĩce capellas. Qñque refutare abĩcere & pro vili habere. Apul. Me vero tanq̃ inutilẽ reiecerunt. Quadoq; euomere. Sueto. de Aug. Senos sextantes non excessit, aut si excessisset reĩcicbantur. Hinc Reiecto as. Spartianus de Antonio pio. Cum caseum alpinũ in cœna edisset auidius nocte reiectauit Reiectio & reiectus ꝓ vomitu. Plin. Et vernatio vtilis erit si posiq̃ sorpta fuerit statĩ reiectio sequat. Cęlsus. Et reiect⁹ cibi non erit inutilis si raro fiat. ȣReiectio sanguinis gręce dicitur αἵματος ἀναγωγή trium generũ διάβροσις quoties exesa parte aliqua sanguis expuit. Rhegmocasmos.i. ῥῆγμα χασματος, quoties id factura contigit. Tertiũ ἀνασομασις, quoties venarũ alicui⁹ ore patefacto effundit. Aliqñ Reiectio dr electio. Vñ apud Asco. Reiectos iudices electos intelligimus.

¶Reiectanea siue reiecta a philosophis dicuntur mala qualia sunt morbus egestas dolor,ex eo dicta ꝙ reĩciãt, repellanturq; tanq̃ noxia. Quæ etiam alio noĩe dicuntur relationes.

¶Reiiculę, oues quę ætate vel morbo reĩiũtur. Varro. Scire oportet in grege ꝙ reiiculæ sint alienandæ.

¶Relatiuum a grammaticis dicitur qđ aliquid supius dictũ refert, vt q q̃ qđ. Dialectici dicũt relatiuũ esse, qđ aliquid refert,sine quo nec ipsum põt cõsistere, vt pater & filius, dñs & seruus, relatiua sunt quia nec pater esse põt si filiũ non habeat nec dñs nisi seruũ,& talis respectus relatio vocat. Notãdum ꝙ relatiuũ trahit ad se sæpe antecedens ꝑsertim cũ antecedẽs postponitur. Quint. Timeo ne quos porrexerim cibos venena fiant. Præterea relatiuum substantię sępe pro relatiuo accidentis ponitur vt non sum is quẽ putas. i. talis qualem putas ȣIntedũ discordat a suo antecedente & concordat cũ substãtiuo, tã in gñe, q̃ in numero. Sal. Est locus in carcere qđ tullianũ appellat. Liui. Anxur fuit q̃ nunc thrachinę sunt. Ci. Oẽs tenues atq; inertes quę maxima in populo multitudo est sibi ꝑsidiũ paratũ putant, interdũ ad se trahit, nomen subsequens substantiuum. Liui. Cui africano fuit cognomen.

¶Relego as,pe.pro.separo remoueo. Verg.li iĩj.geor. Atq; ideo tauros ꝓcul atq; in sola relegant pascua. Ci.li.iĩj.offi. Criminabatur etiam ꝙ Titũ filium qui postea Torquatus est adpellat⁹ ab hominibus relegasset,& rure habitare iussisset. Aliquando Remitto. Pli.li.vñ. Nec tñ ego in plęrisq; eorum obstrigam fidem meã, potiusq; ad auctores relegabo qui de duĩs rogent oĩbus. Aliqñ exulem facio, in exiliũ mitto. Vnde relegati dicuntur in exilium missi. Hieron. Herodes ille qui cum Pilato postea amicitiam fecit, Huius Herodis filius ẽ frater Archelai quem & ipsum Tiberius Cæsar Lugdunum relegauit, quæ ch Gallarum ciuitas.

¶Relego is.penul.cor.rursus lego. Ouidius Cum relego scripsisse pudet, nam plurima cerno Me quoque qui scripsi iudice digna lini.

¶Religo as.pe.cor. Vide in dictio Ligo.

¶Reluctor aris. Vide in dictione Luctor.

¶Reluo is,rursus lauo,& sic cõponit ex re & lauo, sicut diluo. Qñq; significat soluo siue repignero. Plaut. Repignerat, reluit, vendit. Et sic ex re & luo componitur.

¶Relicinus.pe. ꝑ.significat in occiput refugiente capillamento recrispum, nomen vt quidam putant a recello deductum qđ significat retraho, reuibro, reclino, & cæsim reduco. Et qm̃ ad craneum capillitium retorquetur, inde relicinus veluti recellinus crinis appellatus eupho. causa. Apul.li.i. flori. Laudauit sese ꝙ erat & coma relicinus & barba squallidus & pectore hirsutus. Et relicina frons dicitur, vt idem paulopost. Et tabulis & toreumatis idẽ vigor acerrimi bellatoris, idẽ ingenium maximi bellatoris, eadẽ forma viridis iuuentę, eadẽ gratia relicinę frontis cerneretur. ȣIdẽ etiã frontẽ relicinã in Alexandro magno fuisse laudat, q̃. s. lata, aperta spectabilis & a capillorum tegumento libera viseretur.

¶Religio vt Ci.li.ĩ.artis ve. inquit q̃ superioris cuiusdam naturę, quã diuinam vocant, cura ceremoniaq; affert Plutar. in Paul. Aemylĩ vita dicit religionem esse diuinarũ rerũ sciẽtiã a philosophis appellatã. Massurius Sabin⁹ scribit, religiosũ esse id qđ propter sanctitatem aliquã remotũ ac sepositũ sit a nobis, a relinquẽdo dictũ. Vñ Verg. Est ingens gelidũ lucus ꝑpe Ceritis amne Religione patrũ late sacer, vndiq; colles Inclusere caui & nigra nemus abiete cingunt. Oñdit enim religiosum locũ esse a populi cõmunione separatum difficultate adeundi. Lactan. a religando religione dicta li.iĩj. asserit. Hac cõditione inquit gignimur, vt gnati nos deo iusta & debita obsequia præbeamus. Hunc solũ nouerimus, hunc sequamur hoc vinculo pietatis obstricti deo & religati sumus. Vñ ipsa religio nomẽ accepit, nõ vt Ci. interpt⁹ est a relegẽdo. August. vero lib.x. de ci.dei. a religendo religionẽ dici existimat cum inqt. Hũc eligentes vel poti⁹ religẽtes. A miseram⁹ em negligentes. Hũc ergo reeligẽtes. Vñ & religio dicta phibetur. Q̃nq; tñ religio accipitur ꝑ metu. Cõnexa em̃ sũt timor & religio Sta. Primus in orbe deos fecit timor. Verg. Iã tũ religio pauidos terrebat agrestes Dira loci. Vbi Ser. religio. id est metus vel sollicitudo ab eo qđ mentem religet. Inde dies religiosi infames vel infausti dicti sunt. Suet. de Aug. Huc introire nisi necessario & caste religio est. i. nefas, non licet, metus est. Aliqñ sumit ꝑ superstitione. Vñ religiosus dicitur qui nimia & superfluosa religione se alligauit. Terẽ. in heua. Vt stulte & misere oẽs sum⁹ religiosę. religiosus tñ hõ etiã dicit qui amat religionem. Sepulchra & monumẽta religiosa sunt i. hñt in se religionem. Ille adorat hęc adorãt. religiosi dies. vt libro.iĩj. docet Gel. dicunt tristi omne infames impeditiq; in quibus res diuinas facere & rem quampiam exordiri nouam temperandum est, quos vulgus nefastos vocat. Hinc Ci. ad Atticum dicẽ Allienſis pugnę religiosum esse dicit. Macro. li. iĩj. fatur. religiosi sunt dies q̃ faciẽda & vitanda discernunt.

¶Reliquo.is.retro dimitto. Lact.li.i. Fur ac nebulo Mercuri⁹ qui ad famam sui nil reliquit nisi memoriam fraudũ suarũ. Et relinq̃re est aliquid pro suo alicui dimittere seu legare. Plaut. in Aul. Agri reliquit ei non magnũ modũ quo cũ labore magno & misere viueret. Huius cõpositum est derelinquo.

¶Reliquus a,um.pe.co.significat id quod superest. Cęsar lib. i. cõ. Demonstrãt sibi ꝑter agri solũ nihil esse reliqui. Ci. Curio. Reliquũ est, vt certemus officijs inter nos. Terent. in and. Vt pernoscatis quid spei sit reliquum reliquũ feci eleganter dicitur ꝓ reliqui, sicut missum feci pro dimisi.

¶Reliquiæ arum. dicunt pauca q̃ relicta sunt. Verg. His accẽsa superiactatos ęquore toto troas reliquias Danaum.

*Remeculi nauigiorum genera quibus Lemnij vtebantur.

¶Remedium a medeor eris descendit.

¶Remedior aris.dep.remedium adhibeo. Hiero. cõtra Ioui. Multi impatientiam gulæ vomitu remediantur.

reliques

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Remendo as. Vide in dictione Menda.

¶Remãsio a remãeo sicut a mãneo mãsio. Ci. ad Q. Fratrẽ pri mũ tuã remansionẽ etiã atq; etiã probo. Remandere, rumina re, Pli. li. x. Põtici mures simili mõ remandunt.

¶Remeo as. retro meo. redeo. Verg. Si patrios vnq; remeas sem victor ad Argos.

¶Reminiscor recordor q̃d fit cũ ea quæ mens tenuit repetũ tur, quasi iterũ rẽ in mentẽ reuoco. Cõponiturq; ex re & mini scor. vñ & cõminiscor. Est autẽ miniſci fingere & formare, re miniſci reformare, & iterum cõponere q̃ lapsa erant. Qui ve ro reminiscitur iterũ in mentẽ reuocat. Ex qua re homo sapiẽ tior redditur. Et ideo recordatur. i. iterũ recordat⁹ fit. Differt memoria a reminiscentia, quia illa cõis est oĩm animãtiũ, hæc ad hoĩes tm̃, cũ sit discursus iterũ cũ ratione ab vniuersali ad particularia & a remotis a sensu.

¶Remitto is. proprie retro mitto. Plaut. Munera accipit fre quens, remittit nunq̃. Cõstruit q̃q; cũ ablatiuo pretij vt apd Curtiũ lib. ij. Captiuos si placet reddi honestius dono dabim⁹ q̃ pretio remittemus. Aliq̃ rursus mitto. Col. li. i. Et eadem euẽtilata mũdiora sunt lapilliſq; carent & glebulis quas p tri turam ferre terrena remittit area. Aliq̃ simpliciter ꝓ mitto ponitur. Luci. Cohibet domi mœstus se albinus q; repudiũ si liæ remisit. Aliq̃ ꝓ relaxo & ad negligentiã descendo. Vn de animũ remittere dicimur cũ deponim⁹ curas & negligim⁹ Cuius contrarium est intendo ex translatione ab arcu. Cicer. Quæro non quibus intendam animum rebus, sed quibus re mittant. Hinc remissio relaxatio animi dicitur. Aliquando ꝓ concedo condono & dimitto. Et tunc construitur cũ datiuo. Vatinius Ci. Meam animaduersionem & supplicium q̃ vsu rus eram in eum quem cepissem remitto tibi & condono. Iu sti. Igitur magi ad fauorem populi conciliandum tributa & militiæ vacationem in triennium remittunt. i. concedunt. La ctan. lib. v. Et ideo cum nefanda perpetimur, ne verbo quidẽ reluctamur, sed deo remittimus vltionem id est dimittimus siue cõmittimus. Aliquando pro dimitto. Cice. lib. i. offici. Et oculorum obtuitu, ex eleuatione & remissione superciliorum aut ex contractione. Aliquando pro relinquo. Colume. lib. i. Num quid absentia sua de disciplina & custodia remiserit, nũ aliqua vitis, num arbor, num fruges absint. Aliquando pro intermitto. Terent. in heau. Nullum remittis tempus, neq; te respicis. Aliquando pro cesso. Idem in hecy. Nam si remitte ret quippiã Philomena doloris omnẽ rem narrabit scio.

¶Remisse aduerbium, modo humiliter. Sal. Pauca timide re misseq; locutus, abscessit, modo læte & veluti remisso. i. relaxa to aĩo. Cic. lib. de ora. Quis vnq̃ res prẽter hunc tragicas pe ne comice, tristes remisse, seueras hilare, forenses scænica pro pe vetustate tractauerit.

¶Remora pen. cor. animal aquatile admodũ breue, a græcis Echeneis dicitur spinis & crustis tectum a remorando dictum q; nauem cui adnixũ fuerit remoretur. Pli. lib. ix. Est paruus admodũ piscis assuetus petris Echeneis appellatus, hoc cari nis adhærente naues tardius ire creduntur. Inde nomĩe impo sito remora a morando dr̃. Remora etiam retardatio dicitur. Lucil. Quænam vox ex te resonans meo gradu remoram fe cit. Plaut. in tri. Ita vincunt illud conducibile gratiæ quæ in re bus multis obstant odiosæq; sunt remoramq; faciunt rei pri uatæ & publicæ.

¶Remores aues in auspicio dicuntur quæ acturum aliquid remorari cõpellunt.

¶Remeligines, remoræ a morando. Plaut. Quid nunc ille tã diu remorantur remeligines?

¶Remoror pe. cor. retardo, retineo, a remora pisce, vt inquit Do. Teren. in and. Ne q̃d vestrũ remorer cõmodũ. Apul. Sic me abire oppido volentem suaui remoratur illecebra.

¶Remus nomẽ ꝓpriũ fratris Romuli & instrumentũ quos agũtur ἀπὸ τοῦ ῥέειν. Itẽ remus dicitur lorũ q̃d cõtinet tubã vt inquit Ser. in cõ. lib. xi. ænei,

*Remulinus ager dictus a Remo possessus. Cc.

*Remoria locus in summo Auentino vbi Remus de vrbe condita fuerat auspicatus. Cc.

¶Remiges nautici q; remos agũt & remigãdi ministerio mã cipati sũt huius nominatiu⁹ singularis est remex remigis. Cui Remex militis officia turbabat.

¶Remigo as. pe. cor. remis nauigo. quasi remis ago. Cice. lib. iij. tus. Vtrum igitur mauis nos statim vela facere, an quasi e portu egredientes paululum remigare? Huius composita sũt eremigo pro enauigo emetior. Plin. Circa caspiũ quoq; mul ta oceani littora explorata paruoq; breuius quam totus hinc aut illinc septentrio eremigatus. Subremigo subtus remigo. Idem lib. ix. Cæteris subremigans brachijs media cauda vt gubernaculo dirigit.

¶Remigiũ ipsa remorũ agitatio & remigatio. Ver. li. i. geor. Nõ aliter q̃ qui aduersos vix flumine lembũ Remigijs subigit. Idem transtulit ad aues. Volat ille per area magno remigio alarũ. Aliq̃ ponit ꝓ remigũ multitudine. Idẽ li. iij. Remigiũ supplet, socios simul instruit armis.

¶Remiculo proprie est remigando escapha grandiorem na uim traho. Quod aliq̃ non necessitatis gratia fit, sed vt na uis quietius agatur. hinc remulculare aliq̃ dicimus molli acle ui tractu ad progressum mulcere. Sisen. libr. ij. Si qua celeriter solui poterat in altum remulculando trahitur. Et a remulcen do fit. In eadem significatione sunt remulco as & ꝓmulco as.

¶Remillum repandũ dicitur a remi similitudine.

¶Remordeo es. crucio sollicito. Vergil. Quando hæc te cu ra remordet.

¶Remo is, repeto. Aen. Riuos cãposq; remãt. Alii remere pu tant dictum quasi remeare.

¶Remorbesco is. signifi. in morbũ recido.

¶Renes sunt qui lũbis adhærent ἀπὸ τοῦ ῥέω fluo q; riui ab his obscœni humoris oriantur. Hi a veteribus nephrundines vocabantur, qui a græcis dicũtur. νεφροὶ νεφρόες. ren. νεφρίτις morbus renũ νεφρίτικος qui renũ morbo laborat. Diminuti uum a ren est renunculus.

¶Renarro significat sicut simplex, vel re pro diligẽter siue ꝓ affatim accipiendum puto, Vergi. lib. iij. Sic pater Aeneas in tentus oĩbus vnus Fata renarrabat diuum cursusq; docebat.

¶Renuntio as refero siue reporto vt missi nuntij referre solẽt de ijs ad quẽ missi sunt. Cæsar in cõ. i. Qualis esset natura mõ tis, & qualis esset in circuitu ascensus qui cognoscerent missi, renuntiatum est facilem esse. Aliq̃ renuntiare est aperte nũ tiare significare. Terẽ in an. quasi tibi nõ renuntiata sint hæc sic fore. Et iterum. Id ego iam nunc tibi hære renuntio futurũ vt sis sciẽs, ne tu hoc mihi posterius dicas Daui factũ consilio aut dolis. Do. Retiare est quasi secretũ consiliũ vel malũ nun tiare. re enĩ syllaba apud veteres interdũ abundat. Aliq̃ si gnificat renuere, cedere, resignare seu restituere. Cicer. in Ver. acti. iiij. Atq; iste Stenio vehementer incensus hospitiũ ei renũ tiat, domo eius emigrat. Hinc renuntiatio cessio, hinc compo nitur Abrenuntio.

¶Renideo. Vide in dictione Nideo es.

*Renones. vide Rhenones.

*Rentifolia rosa dr̃ a foliorũ multitudine q̃ nec odore nec specie ꝓbabilis habet, nec coronis a veteribus adhibebatur p terq̃ ad extremos veluti cardines. Cc.

¶Renuntiata insula in Aethiopico mari quæ sicut Pli. lib. vi. scribit ita diues est. vt equos talẽtis auri incolæ permutent.

¶Reor reris ratus, existimo opinor. Plau. in Amp. Quid me nõ rere expectatum.

¶Repagulum & rapages is. pe. ꝓ. ex re & pago dici pñt obi ces. Ouid. lib. v. me. Raptaq; de dextro robusta repagula po sti Ossibus illisit. proprie repagula dicũtur quæ parefaciendi causa ita figuntur, vt e contrario pangantur. Pli. firmissima in rectum abies, eadem valuarum repagulis & ad quælibet in testina opera aptissima.

¶Repãdus a, um. q̃d est recurui & simũ & q̃d retrorsũ patet. Hier. de Socrate scribit q; esset repandis cruribus.

¶Reparo as. penul. cor. restauro & in statum pristinum redi go. quasi paro rursus. Curt. Ille nõ ignarus & principes amico

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rũ & exercitum offendi, gratiam liberalitate doniſq; reparare tentabat. Lact. li. vi. Mã parcere i. mediocriter vti pecunia quaſi quędã puſillitas animi eſt aut p̃timentis ne ſibi deſit, aut deſperantis poſſe ſe illa reparare.

¶ Reparamen idem q̃d reparatio.

¶ Repaſtino as. pe. pro. ex re & paſtino q̃d eſt fodio. Vide in dictione Paſtino.

¶ Repedo as. penul. cor. pedem retraho, recedo. Vide in dictione Pedo as.

ō Replaudo is. repercutio, plaudo enim q̃d & plodo dicit manibus pulſo & ſtrepitum facio. Vñ plauſus, quo boni recipiebantur cũ mali exibilarentur.

¶ Rependo is, retribuo, recõpenſo. tractũ a pecunia. Verg. Fatis cõtraria fata rependens, Amb. Alius ergo fructũ accepti beneficij vt aurũ auro argentũ argento rependi.

¶ Repenſo as pondero & repondero, ſeu æquideo & ſubtiliter iudico, Lactan. Nam qui violauerit impie humilem ſentiet in poteſtate vltorem, eaq; oſa q̃ legunt & non intelligunt repenſante deo patientur. ō Et repenſare, recompenſare. Aug. Sermone de inimicorum dilectione Beatus Ioſeph. pro patricidij crimine impijs fratribus ſuis non animi amaritudinẽ, ſed charitatis dulcedinem repenſauit.

¶ Repello is. li. ſum. ſignificat retro pello reijcio. Ouid. Quæq; ferox repuli doctis medicatibus ignes. Plau. in caſ. Repulit mihi manum. Apud poetas reppuli per duplex pp. quandoque ſcribitur. Luca. reppulit a libycis immenſum ſyrtibus eqnor.

¶ Repulſa reiectio ab honore ſeu magiſtratu.

¶ Reperio is. penul. correp. reperi vel repperi apud poetas p̃ duplex pp. ex re & pario. Vnde repertum quaſi repartum & in lucem proditum. Et proprie reperire fortunæ eſt, inuenire conſilij. Ouid. Tu non inuenta reperta es. Auſo. vno diſtichon primam huius præteriti & productam & correptam protulit At qui condiderat poſtquã non reppetit aurum Aptauit collo quem reperit laqueum.

¶ Repeto is, pe. cor. proprie reſtituendum peto. Cice. lib. ij. ad hæren. Id quod argentario obtuleris expenſum a ſocio eius recte repetere poſſis. Teren. in eu. Hanc tibi dono do, neq; repeto pro illa abs te quicquam pretij. Interdum repetere eſt ſæpius petere. Idem. Cæſari repetenti negare nõ potui. Interdũ reiterare, reſumere, inchoare. Cice. de ora. Repetam & non ab incunabilis noſtræ veteris puerilisq; doctrinæ quendam ordinem præceptorum. Cæſar cõ. i. Bello heluetiorum cõfecto totius fere galliæ legati principes ciuitatum ac Cæſarem cõgratulatum venerunt, intelligere ſeſe tametſi pro veteribus Heluetiorum iniurijs populus Romanus ab his pœnas repetiſſet tamen eam rem non minus ex vſu terræ galliæ quam populi ro. accidiſſe id eſt reſumpſiſſet. Interdum reuoluere ſiue volutare cum ablatiuo huius nominis memoria. Cice. in ora. Cogitanti mihi ſæpenumero & memoria vetera repenti. Interdum redire. Verg. Cum primum paſti repetent præſepia tauri. Liui. lib. i. Quippe vera fuga qui ſimulãtes paulo ante ſecuti erant oppidum repetebant.

¶ Repetundarum a prouincialibus accuſatur is qui præſes prouinciæ alienas pecunias aut vi aut dolo expilauit. Vnde iure con. lib. xlviij. digeſtorum. Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias quas quis in magiſtratu legatione, vel alio officio, miniſterioue acceperit. Sed poſtea latius patuit, vt hoc nomine omnia quibus diuitiæ conſtant cõtineantur, vt vaſa pretioſa, veſtes, frumentum, nauigia, vt etiam ſiquis populꝰ alteri populo iniuriam fecerit, aut captiuorum, aut incendii, aut p̃dæ, qui iniuriã repeteret, diceretur agere repetundarum rerũ. Ergo cum repetuntur quę ſũt ablata, tunc repetundarũ rerum agitur vel de repetundis. Nec habet plures caſus a repeto is, e in u mutata, quia id tertia coniugatio præter cæteras patitur. Et vt differret abillo quod dicitur Miſſi ſũt legati ad res repetendas. Quo ſignificatur principi vel populo erepta eſſe vel pecorũ vel hominũ vel locorũ corpora.

¶ Repente aduerbium ſignificat ſubito, quod quidam a repo is. deriuant per antiphraſim, Sed non videtur verum q̃ repente primã. cor. habeat, ſed magis a repens cuius prima ſimiliter corripitur. Oui. in faſt. Bina repẽs oculis occulit ora meis

¶ Repentinus a, um pe. pdu. quod eſt ſubitarijũ, vt mors repentina, bellum repentinum.

¶ Repignero as. pignus recipio ſoluto p̃tio. Iurecon. ti. Cõmodati. Nõ repigneras vt mihi reddas.

* replico. Vide plico.

¶ Reporia dicta ſunt cũ poſtridie nuptias apud nouũ marituũ cœnatur, q̃ quaſi reficiat potatio. Hor. Ille reporia natales aliosve dierũ Feſtos albatus celebret.

¶ Repo is. pſi. ptum. proprie dicitur de animalibus quæ pedibus & ventre gradiuntur, vt ſunt vermes quæ reptilia dicũtur a rependo, quamuis & ea quæ paruos pedes habent repere dicantur, vt ſunt lacertæ & ſimilia Transfertur etiam ad radices. Columel. lib. viij. Spatium autẽ radicibus quæ repant lapides p̃berit. Huius compoſita ſunt Adrepo quod eſt ad aliquid repo. Correpo ſimul repo, ſimul teneo. Var. in prolo lib. ii. de re ruſt. Igitur q̃ nunc intra murum fere patres familiæ correpſerunt relictis falce & aratro Colu. in p̃f. Patres familiæ falce & aratro relictis intra murum correpſimus & in circis potius ac theatris quam in ſegetibus ac vinetis manus mouem⁹. Erepo difficulter loca aſpera & edita ſcando, tanquam opus ſit errepere magis quam ambulare. Sueto. in Tybe. Tertius q̃ is a tergo inſulæ per aſpera & deuia erepſiſſet ad ſe. Irrepo intro ſeu latenter repo. Hiero. ad Dama. Nunc illud quod non quęſieras dum aliud agimus irrepſit. Obrepo. prærepo extra ſeu quã primum aut anterepo. Colu. lib. v. Videtur etiam focaneus palmes qui ſolet in biturco medius p̃repere. Et idcirco eum p̃dicto vocabulo ruſticj appellant, q̃ inter duo brachia quaſe diuidit vitis enatus velut fauces obſidet. Prorepo vltra repo. Idem lib. iiij. Vt mota æqualiter humus nouellis radicibus quacunq; in partem prorepſerint. Perrepo valde ſeu ad finem & cum labore repo. Colu. lib. x. Tota maceries opere tectorio leuigatur extra intraq; ne felis aut vipera prepat. Surrepo ſubtus vel latenter repo. Et hñt pe. pd.

¶ Repto as. frequentatiuum, ſignificat ſæpe ſeu continuo repo. Hiero. ad Furiam An vereris ne, ples Furiana deficiat, & ex te parẽs tuus nõ habeat puſionẽ qui repter in pectore. Et reptare dicimus eũ qui ſegniter & quaſi teſtudineo paſſu incedit quales ſunt qui in hortis aut vinetis ſpatiant. Hor. An tacitũ ſyluas inter reptare ſalubres,

¶ reptile pe. cor. quicquid repit. Amb. lib. hexa. Scimus reptilia dici genera ſerpẽtium. eo q̃ ſuper terram repant, ſed multo magis omne quod natat reptandi habet vel ſpeciẽ vel naturam. Hierony. in Geñ. pducãt aquæ reptile aĩæ viuentis.

¶ repſento as. ad præſens offero. ō Aliquando repræſentare eſt referre vel reddere. Sueto. in Clau. repræſentaturus pro opera dignã cuiq; mercedẽ, & alibi, repræſentando præmia dixit in prima ſignificatione. Quin. repſentatis iudiciis. Col. Itaq; non ægre cõſequef ſi ſemp ſe repſentauerit. Idem. repſentant viridẽ ſaporẽ oliuarũ. i. referunt.

¶ repono is. penul. pdu. rurſus pono. Verg. Ariſq; reponimus ignem ideſt rurſus adhibemus ignem & ſacrificamus. Mart. Vllus ſi pudor eſt repone cœnam Vnde reponere fabulas & ſcripta poetæ dicuntur, cum ſecundo hæc in ſcæna apponunt id eſt cum rurſus recitant. Solebãt enim inquit Porphyrio qui ludis apud veteres præerãt ſcriptores cum primum in ſcænam prodirent benigne excipere, vt ſi forte non recte egiſſent iterum ad ſcribendum audiẽtium benignitate allicerent. Vnde Hora. Fabula quæ poſci vult & ſpectata reponi id eſt primo & ſecundo recitari. Quandoq; reponẽ eſt recondere. Leo papa Quod luxuria vel gula diſſipauit in mundo, pietas reponat in cœlo. Verg. Manet alta mente repoſtum Iudiciũ Paridis. quandoq; reddere vel reſtituere, quaſi retro apponere. Plau. in pſa. Des mihi nummos ſexcentos quos, pro capite illius pendam quos continuo tibi reponam in hoc triduo aut quatriduo. & auctore Sene. ad Luc. Priſci. ſignate dixerũt id eſt reponi quod creditori debemus. Iuue. Semper ego auditor tantum nunquam ne reponam. quæ verba indignantis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sunt vtpote semper audientis & nunquam scripturi, Quando reuocare, reprimere, cohibere. Statius. Quoties iam torta reponam. Fulmina quã rarus terris hic imperet ignis qñq; reducere reficere. Ver. lib. ij. geor. Et quantum longis carpẽt armenta diebus Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. quandoq; superaggerare. Idem in eodem libr. iij. Atqui non Massica Bacchi Munera, non illis epulæ nocuere repostæ. quandoq; scribere. Hora. Scriptor honoratũ si forte reponis Achillem. Quandoq; retro seu seorsum ponere. Hie. lib. i. Reg. Da partem quã dedi vt reponeres seorsum apud te.

¶ Repositorium vas in quo reliquiæ ciborum & mẽsæ instrumenta recõduntur, siue ex corio sit, siue ex alia materia. Plini. Bibente conuiua mensam vel repositorium tollim auspicatissimum habetur.

¶ Replũbari a Iurisc̃onsultis positũ est, p eo q̃d est reuelli & resolui emblemata, & vasis & lapidibus inclusa.

¶ Reporto as. retro porto, reuecho. Hieron. lib Reg. Reporta arcam in vrbem.

¶ Reprimo is. pe. cor. contineo cohibeo. Cice. reprime impetũ Verg. Dextramq; repressit.

¶ Reprehendo retraho quasi retro prehendo. Liui. Adeo turbati erant dexteræ alæ equites peditesq;. vt quosdam consul Cato manu ipse reprehenderit verteritq; in hostẽ. Propertius Quantum possit nostros quisquam reprehendere cursus. Alias significat arguo increpo.

*Reprobo, improbo, & quasi refuto. Cc.

*Reprobus improbus Cc.

¶ Reproces pro asperis & difficilibus vsurpatur. Pli. lib. xviij. In reprocibus ac supinis lateribus procũbere quasdam occæcari & in alias dirigi.

¶ Repromitto iterum siue maxime promitto. Ambrosi. Diuitias domos possessiones repromisit si consensum suum eius coniugio non negaret.

¶ Repudiũ recusatio, q̃ fiat ob rẽ pudendã. Differt a diuortio q̃ repudiari futurũ matrimoniũ potest. Nõ recte autem diuertisse spõsa dr̃ q̃ diuortiũ ex eo dictũ ẽ q̃ in diuersas ptes eunt qui discedunt.

¶ Repudio as. mr̃imonium dirimo, & quasi ob rem pudendã aliquã repello. Sueto. in Cæsa. Neq; vt repudiaret illã compellia dictatore Sylla vllo modo potuit. Interdũ ponit simpliciter p non accipio recuso. Teren. in an. Repudio cõsilium q̃d primum intenderam.

*Repueraſco quasi in puerilẽ ætatẽ reuertor, q̃d de senibus fere dr̃ cũ desipere vitio ætatis incipiunt. Cc.

¶ Repungo quando de ratione vel calendario loquimur facit præteritum repunxi. Quando vero vicem redditam ostẽdimus repupugi. Cice. Lentulo, Darent mihi ipsi alium publium in quo possẽ illorum animos mediocriter lacessitus repungere.

¶ Reputo as. pe. cor. Vide in dictione Puto.

¶ Requiro is. pe. pro. repetitionem vel augmentum actus denotat Hiero. Et tunc quid supereſt. vt ab aliquo doctore requiratis? Interdũ requirere est sæpius vel rursus quærere.

¶ Res generalem habet significationẽ. Nam vt Paul. iurecon. inquit siue corpalia siue incorpalia comphendit. Corpales res sunt quæ vere tangi possunt, vt homo vestis. Incorpales quę tangi non possunt, qualia sunt ista quæ in iure cõsistunt, sicut hæreditas vsusfructus obligationes sũt. Et a dialecticis dr̃ terminus transcendens, quo substantia qualitas actio comphenduntur. Sumit quandoq; res p statu ac conditione, vt respublica, res priuata, res familiaris, res vxoria, res mea, res tua. Cidenim rebus nostris minime conducebat id est statui nostro Sal. At nobis est domi inopia, foris æs alienum mala res, spes multo aspior. Quandoq; res dicit put distinguitur a persona. Vnde loci argumentorũ sunt a rebus & a psonis. Quandoq; put distinguit a verbis. Hora. Verbaq; puisam rem non inuita sequent. Sumit & p contentione, lite, negocio siue commercio. vt est mihi res cum latrone. Teren. Quid huic rei est id est negocij. Cice. p Murę. Nondum potuisse statuere iuris consultos vtrum rem an litem dici oporteret. Item p causa vt quã ob rem. i. ppter quam causam qua de rẽ de qua causa ab re sine causa. Item p censu siue diuitijs. Teren. in heau. Eius frater aliquatulum est ad rem auidior. Item p imperio. Ver. Postq̃ res aliæ Priamiq; euertere gentem Immeritam visum supis. Item p vtilitate. Teren. in hecy. Si in rem est bacchidis Et iterum. Neq; in rem nostrã est, vt quisq̃ amator nuptij læretur. Do. in vtilitatẽ id est p cõmodo. Item p actu venereo Idem Miles cum quo tum rem habebat. Do. rem habere honeste res impura dr̃. De triplici significatione Ausonij versus est in monosyllabis. Imperium litẽ venerẽ cur vna notet res. Item p experientia siue effectu. Teren. in adel. Re ipsa reperi facilitate nihil esse melius neq; clæmentia. Cic. in Cato. Habui hæc de senectute quæ dicerem vobis, ad quam vt pueniatis vt ea quæ ex me audistis re ex parte pbare possitis. Item pro valore pretio vel æstimatione. Teren. in phor. At si talentũ rem reliquisset decem, primus esses. s. cognatus. Item p picu lo, vt apud eundem. Verũ pone esse victum eum tandem, tamen nõ capitis eius res agit, sed pecuniæ. Et res dicitur veritas Teren. in adel. Verum cogito quod res est. Huius diminutiuum est recula.

¶ Res comperendinata dr̃ cum causa, ideſt iudicium in diem tertium constituta est.

¶ Res iudicata dr̃ quæ finem cõtrouersiarum p nuntiatione accipit, quod vel condemnatione vel absolutione contingit, vt auctor est Vlpia.

¶ res forensis dicitur causa quæ agitur in foro & ad causidicos pertinet.

¶ respublica ciuitas libera quæ iure regitur.

¶ rescio siue rescisco is. est factum aliquid occultius aũt ĩopinatum insperatumq; cognosco. Teren. En tibi rescisti omnem rem id est quod occultum putabamus p̃ter nr̃am opinionem cognouit. Aliquando significat rem postq̃ gesta est scio quã nesciebam cũ gereretur. Hie. in lib. nume. Q; si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam, quicquid voluerat atq; pmiserat reddet quia statim vt audit tacuit. Si naũt contradixerit postq̃ rescisti portabit ipse iniquitatem eius. Et primo Re. Quod cũ dicendũ rescisset quia p̃pararet ei Saul dã malũ dixit ad Abiathar.

¶ Rescindo is. cædo, tollo, aufero destruo. Cæsar in com. Pontem qui erat ad Genuam iubet rescindi. Quod verbũ ad omnia quæ rescindunt fere pprie pertinet. Col. lib. ij. Et quod falx reliquerit priusq̃ inarescat vomis rescindat atq; obruat. Id enicedit p stercore, Verg. lib. iij. geo. Non tamen illa magis p̃ces fortuna labor; est. Q; si quis ferro potuit rescidere summum Vlceris os, alit vitium viuitq; tegendo. i. aperire. Idem lib. i. geo. Cœlum rescindere fres. Ter sunt conati. i. oppugnare. Et rescidere est rursus scindere. Hie. contra Rufi. Quid meruit homo latẽs vt nudares cicatricem eius & obductam cutem inspato dolore rescinderes. Aliqñ nõ ratũ habere irritũ facere Sal. in Iug. Iugurtha inter alias res ait oportere quinquennij cõsulta & decreta oĩa rescindi. i. tolli & destrui.

¶ Rescribo rursus vel retro scribo. Ouid. Nil mihi rescribas attamen ipse veni. Et rescribere significat reddere seu renumerare. Terẽ. in phor. Atq; illud mihi argẽtum rursum iube rescribi. Do. rescribi redd. seu p mensæ scripturam dari, quoniam ad pecuniæ renumerationẽ accedit scriptura, rescribere dicebãt p renumerare. Vñ hodie datur chirographus. Seruius. scribi est dari. Horat. scribi decem Nerio, non est satis, adde cicutæ. Rescribi vero reddi. Horati. Dictantis quod tu nunq̃ rescribere possis.

¶ Reseco as. pe. cor. aui atum, & resecui ctum significi. rescindo. Vide in in dictione Seco.

¶ Resecro as. iterum obsecro, itero obsecrationem. Plau. in au. resecroq; mater quod dudum obsecraueram, aut resecro religione absoluo vtique cum reus populum comitijs orauerat per deos, vt eo periculo liberaretur iubebat magistratus eũ resecare.

¶ Resero as. pe. cor. apio a sera deductum. Cic. Necita claudẽ

da est res familiaris. vt eā benignitati apire nō possit. nec ita reseranda vt pateat oībus.

¶ Resero is. pe. cor. reseui resitum, rursus semino, seu rursus plā to. Pli. lib. xviij. Nā cū hieme p̄gelida captæ segetes essent reseuerūt resarientes campos mense Martio.

⁎ Resegmen, q̄d ex vnguibus amputat. Plin. lib. ij. Nec pauci apud græcos singulorū viscerū mēbrorūq; etiā sapores dixere, omnia p̄secuti vsq; ad resegmina vnguiū.

⁎ Est ergo generale amputamentum.

¶ Reseruo as, quasi retro seruo, ab aliis seruo, salio. Lactā. li. ij. Fabricauit arcā in qua ipse cū cōiuge ac tribus filiis reseruatus est, cum aqua vniuersos montes altissimos operuisset. Hiero. ad Iul. nihil tibi ob metū inopię reseruaueris ne cū Anania dā neris & Saphyra.

¶ Reses idis. a resideo qui remanet siue restat ocios⁹ a labore seu opere quod exercere solebat. Liuius. lib. ij. Timuere patres residem in vrbe plæbem incerti manere eam an abire mallēt

¶ Resideo es. penul. cor. quiesco, sedeo firmiter sto. Nam hic re nihil significat. Vergi. Omnisq; repente resedit flatus. Hie. Atq; in regni solio sublimata post Christum gloriosa resedit Lactan. lib. ij Posteri hebræi dicti penes quos religio dei resedit id est restitit.

⁎ Residiare veteres dicebāt pro eo quod est sæpe resilire. Corrige resiliare. Cc.

¶ Resipisco is. Vide in dictione Desipio.

¶ Resex ecis. Col. lib. iiij Nam confiteor pampinarios quoq; cum e duro processerint tempore anni sequentis acquirere fœcunditatem, & ideo resecē summitti vt progenerare possit. Verum eiusmodi partum comperimus non tam ipsius resecis quā materni esse muneris.

¶ Resigno as. quod signatum erat aperio relaxo patefacio. Est enim contrarium suo simplici signo quod est anulo signū imprimo. Plaut. in tri. Iam si obsignatas non ferer, dici hoc potest apud portiorem eas res insignatas tibi inspectasq; esse. Hinc resignatio testamentorum appellata. Item resignare est perfecte signare. Colu. lib. iij. Priusquam arbusculas transferas rubrica resignatio, vt hisdem quibus ante steterunt consti tuas eas. Item resignare claudere. Verg. li. iiij. Et lumina mors te resignat. Antiqui etiā resignare pro rescribere dicebant, sicut subsignare pro subscribere & resignatum æs dicebatur militi, cum ob delictum iussu tribuni militum ne stipendium ei daretur in tabulas referebatur. Item resignare, reddere. quod fit cum in libris datorum & acceptorum pecuniam signauimus redd. tam demonstramus. Hora. lib. ii. car. Rēnas resigno quas dedit.

¶ Resimus penul. pduc. ex re & simus. idem est quod simus, hoc est qui sursum versus dep̄ssas habet nares. Vergil. Simus posuit. Dum tenera attondent simæ virgultae capella. Serui. Simus græcum est nomen. i. pressis naribus. vnde & simias dicimus. De resimus. Columel. lib. vii. loquens de boum indole Pandorum inquit naribus resimis patulis. Huius cōtrariū est desimus, pro eo q̄ nō est p̄ssis naribus.

♁ Resina pe. cor. humor ex arboribus defluens, in hisdēq; resi dēs. Eta medicis mu'tiplex describit Duæ tñ sunt species aridа vna, humida altera & prius oīs stomacho facit, & sanguinis reiectioni, īprimisq; pbat, q̄ a Terminthio arbore Terminthia est appellata. Ea nascit in Arabia in Iudęa, in Syria in Cypro, in lycia & in cycladib⁹. Quę alba p̄stantior est nitri colorē habens & nō nihil cærulei.

♁ Resinatus a, um. q̄d est resina illitū, sicut a pice picatū. Iuue. Quid enī resinata iuuētus.

¶ Resoluo quasi dissoluo. Collumel. lib. ii. Ex his nihil non melius resoluta humo quam densa prouenit. Item resoluere destruere, amouere. Vergi. lib. primo geo. inuitat genialis hyēs curasq; resoluit id est amouet. Item dissoluere & quod ligatū erat nō ligatū facere. Ouid. lib. i. met. Et velate caput cinctasq; resolute vestes.

¶ Respicio retro aspitio. Plau. in. aul. Tu si ex hoc loco digitū transuersum aut vnguem latum excesseris aut si respexeris donec ego te misero. Interdum respicere est respectum habere prouidere, remediare. Plancus Ciceroni. Q. si aut Cæsar respexerit se, aut africanæ legiōes celeriter venerint securos vos ex hac parte reddemus. Teren in Andri. Carine me & te imprudens nisi quod dii respiciunt perdidi id est prouident, vel remedium afferunt. Interdum custodire reseruare amare. Idē in heau. Deniq; nullum amittis tempus, neq; te respicis. i. custodis. Et in phor. Dii nos respiciunt, gnatam inueni nuptam cum tuo filio. i. diligunt.

¶ Respecto as. sæpe video, amo, adiuuo. Vergi. si qua pios respectant numina.

¶ Respectus modo ipam aspectionē. Plau. Et me respectu terruit, mō rationē qua ad aliquid agendū mouemur. Pli. Nāq; eo respectu cōmotus abscesserat.

¶ Respiro spm̄ capio resuscito seu in statum pristinum redeo. Plau in epi. Mane, sine respirā q̄so, īmo acquiesce aīo male est, recipiā anhelitū. Cice. Aulo Torquato. Si armis aut cōditiōe positis, aut fatigatione abiectis, aut victoria detractis ciuitas respirauerit, & dignitate tua tibi & fortuna vtilicebit. i. in statum pristinum redierit.

¶ Respondeo es & respondo is. Manil. li. v. Sic etiam magno q̄dam respondere mundo. Est autē respondere posteriore loco dicere, a quo responsum & responsio. Et dicimus ego respō debo tibi & ad te. Pli. Cum ad eos breuissime respōdissem. Græci tamē meliorem modum habent. Vnde Xenophō in libro quē fecit de miseria tyrānor: καὶ ὁ τέρων ὑ πολαβὼν ὅτι γε δίκαια φήσω σιμωνίδης καὶ ἐξῶν ἅπασι χάνονται οἱ ἀνθρωποι ἡμᾶς πολὺ πλείω μισήσουσιν ἀναγκασθήσεσθαι πράγματα παρέχειν.

⁎ i. Hierō existimans p̄ iouē ait O Simonide ex quibus odio habentur homines nos multo plura idioris negotiari necesse est. Aliquando significat conuenire consentire, & parē ee. Verg. Dictis respondēt cætera matris. i. consentiunt & conformia sunt. Plini. lib. xxxvi. Structuram ad normam & libellam & ad ppēdiculum respondere oportet. Cic. lib. Tus. Nec tamē si qui magnis ingeniis in eo gñe extiterunt non satis græcorū gloriæ respondent. i. accesserunt vel pares fuerunt. Hieron. ad Furiā. Et quibus nati sunt liberi suo gñi respondent. i. similes fuerunt. Cic. Trebo. Cui quidē amori, vtinam cæteris rebus possem amore certe respondeo. i. satisfaciam, vel pari ero. Vergil. Illa seges demum votis respondet auari agricolæ. Aliquando respicere seu contra positum esse. Idē li. vi. Cōtra elata mari respōdet Gnosia tellus.

♁ Respōsus, conuenientia cōsensus q̄. Vict. Symmetria ē ex ipsi⁹ opis mēbris ritæ partis responsus.

¶ Respuo is. Vide in dictione Spuo.

¶ Restagnare extra redūdare, seu aquā cōtinere. Col. li. ii. Ita siqua palus in aliqua pte subsidēs restagnat sulcis deriuanda ē quippe aquarū abundātia atq; penuria gramini b⁹ æque ē exitio. Cōponit aūt ex re & stagnare.

¶ Restauro as ex re & stauro. vnde & instauro, significat rein tegro. Iusti. lib. ii. Interea & Darius cū bellū restaurare in ipo apparatu decidit.

¶ Restare supesse. Cic. in Cato. Nec cum æqualibus solum q̄ pauci admodum restant. Item remotum esse. Aen. Restat vl⁹ fuit. i. distat & remotum est. Item retro stare. Teren. in Eunu. Vtinam illum dii deæq; oēs senem perdant qui me hodie remoratus est, meq; adeo qui restiterim. Item resistere. Cic. de finibus. Nullam quærentes voluptatem stoici restant. Item restare cum dātiuo significat manere cum accusatiuo, vt hoc mihi restat. i. hoc me manet. Vergi. li. vii. Hoc latio restare canūt qui sanguine nīm Nomē in astra ferant.

¶ Restito as. sæpe moras facio. Terē. in Eu. Exi foras sceleste, at etiā restitas? fugitiue prodi.

¶ Resisto is, retro stiti. Hier. lib. ii. Reg. Cūq; transisset vniuersus populus, & rex Iordanem restitit, & osculatus est rex Berzelai. Et resistere est aduersari repugnare. Cic. Cū resistere ei⁹ improbitati non possem.

¶ Restire est ad rescrēdum laborādū colēdū veaptū esse. Col. li. iiii. Nā vt q̄q; restire incipiūt tēpestiue legūtur, & q̄ nōdum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

maturitatē cœperūt vuę sine dispēdio differūtur

¶Restibilis qui restituitur & referit. Pli. lib xxviij. Cōceptum leporis vtero exemptū his quę parere desierint restibilem fœcunditatem afferre. Vnde ager restibilis. Col. li. ij. Fasellus terræ mandabit, vel inueterato vel melius pingui & restibili agro. Festus. Restibilis ager fit qui continuo biennio feritur. restibilis seges est, quę regerminat, quasi cuius fœcunditas in sequentem quoq; annum resistat. Græci palimblaston vocant. Vbertatis tamen tantæ sunt, vt sequente anno sponte restibilis fiat seges.

ǒRestipulari vt Luctatius inquit est cōtra sponsionē factā pēnā obligare. Val. li. ij, Nec dubitauit restipulari.

¶Restituo is. modo significat reddo. Ter. Gnatum ei restitui. modo in statum pristinū reduco. Iusti. Hūc regno a pre priuatū filius restituerat & ꝓprie restituūtur volētes cupientesq;, vt ciuis patriæ, & filius pri. Hinc restitutio repositio. Caius restituere inquit plus est q̄ exhibere, Nā exhibere est pōtiā corporis pbere Restituere vero est etiā possessorē facere fructusq; addere. Hinc restibilis ager. ǒ Aliqn̄. restituere signat instaurare ac reficere. Ci. in top. ei cui domus vsusfructus legatus sit non restituturum hæredē si corruerit.

¶Restis funis a resto, vt quidā aiūt, ꝙ q̄cūq; ligata stare facit Apul. Restim qua grabatulus erat intextus aggredior expedire. ǒ Ad restim res redit signat res depditas esse, & de sumptu spendio cogitandū. In saltatione restim ducere dīr chori puerorū puellarūq; manu conserti. Teren. Tu inter eas restim ducitans saltabis. A qua similitudine aliorū connexa capita restes dīr. Pli. lib. xx. Alliū ad serpentium ictus potū cū restib⁹ suis. Liui. lib. xxvij. Per manus recte data virgines sono vocis pulsu penū modulantes incesserunt.

¶Restio onis. funiculus. Quo etiam nomine dictus fuit prouus Augusti. ǒ Accipitur pro eo q se pensilē facit laqueo restis strangulatus Ait enim. Illi erunt buccedæ potius q̄ ego sim restio. Quod signat illi potius cædētur bubulis loris quā ego me suspendam.

¶Restinguo is. xi. ctum. a stinguo compositū est. Vnde & distinguo & extinguo. Stinguo vero vt opinor signat obscuro, de quo Prisci. Extinguo extinxi, cuius simplex in vsu raro est. Cic. tamen in Arato pticipio vsus est. Quē neq; tēpestas pimet, neq; longa vetustas Interimet stinguēs pclara insignia cœlum, Idē in progno. Vt cum luna means hyperionis officit orbi. Stinguunt radij cæca caligine tecti. Restinguere autē q̄sted vernacula lingua dicimus remorare. Plau. in Cas. Ignē restinguunt aqua. Verg. Quale ꝓ æstū Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.

¶Restringo gis, retro stringo. Plin. xxxv. Itē belli imaginem pinxit restrictis a tergo manibus Alexandro in curru triumphante Aliquando valde seu pfecte stringo. Amb. li. primo offi. Vt lingua tua menti subdita sit restringatur habenę vitiis. Aliquando soluo. Apul. Iumētum restringit abireq; stabulo liberum sinit, quod stabularius inuētum mox domum reducit. Aliquando rursus stringo. Idem. Et duplici ne solui facile queat restringit.

¶Resilio silis. pe. cor. vide in dictione Resulto.

¶Resulto a resilio fit, quod significat in contrarium salio reuerror agor rebello. Plini. Quandoq; resilit vulnus & curare scalpello oportet Hiere. ad Nepo. Sagitta in lapidem nunquā figitur. Interdum resiliens percutit dirigentem. Et resilire est cito recedere. Quadrigarius libr. vi. Artorius caute dextrum humerum sauciat atq; resiliuit. Resultare igitur resilire, reluctari, in contrarium ferri, seu reaudiri ac reclamari. Verg. libro. v Pulsati colles clamore resultant. Sic & dissulto, vt apud eundem libro viij. Impulsu quo maximus intonat æther, Dissultant ripæ.

¶Resumo pe. pd. rursus sumo. Pli. Resumptis post longam ægritudinem viribus.

¶Resupino as. sursum reuoluo. Nam supinare est sursum voluere a supinus. Iu. Et multum referens de Mecœnate supino. Nam pronus supinus ac resupinus contraria sunt. Columel. lib. iij. Quia siue pronum, siue resupinum. Plin. Eosq; Sciopodas vocant qui in maiori æstu humi iacentes resupini vmbra se pedum protegunt. Itē resupinus proiectus molliter. Ouid. Et modo cātabam veteres resupinus amores. Resupinare igitur est inuertere subuertere. Interdum etiam a proposito seu incœpto reuocare, differre, puertere. Iuue. Aulam resupinat amici. Idem Et resupinati cessantia tympana galli. Sed hæc ꝓ translationem.

¶Rete tis neu. gnis & retis masc. ac fœminini, & hæc retia æ. a rapio vel a raritate, vt inquit Var. Plaut. in ru. Nō vides ꝓ ferre me vuidū retē sine squāmoso pecu. Et iterū ibi. Nā tunc & operā & ludos facit & retiā, vt tēpestas est. A rete vero inablō rete ꝓ reti, Oui. lib. v. fas. posuit Cur tibi ꝓ libidis claudūtur rete leones? hinc fit Irretio is.

¶Reticulū dimi. a rete. Quo noie vtit sæpe Hie. in instrumento veteri. Est & genus retis, q̄d in orbē spargit q̄d aliqn̄ capit ꝓ tegmine muliebris capitis, q̄d capillos cōtinet. Iuue. Reticulūq; comis auratū ingētibus implet. Est & reticulū sacculus in modū retis, quo viatores denarios & panē gestant. Hor. Vtsi reticulum panis, venales inter onusto Forte vehas humero. Alio nomine dicitur funda.

¶Retiaculū dimi. a retia. Hiero. in psalmis. Cadēt in retiaculū peccatores. Plaut. in asi. Iubeas vna opa me piscari in aere, venari autē retiaculo in medio mari.

¶Retiolū idē q̄d reticulū scilicet regmen capitis.

¶Reticula dimi. a retis fœ. genere.

¶Reticulatus a tū. quod est factū in modū retis. Pli. li. xxxvi. reticulatam structuram, quam frequentissime romæ struunt, remis oportunam.

¶Retiarius dicebat qui rete immitebat. Nam cōpositi gladiatores ꝓ paria diuersa noīa sortiebant. Nam alter dicebat retiarius ꝙ rete iaceret. Alter secutor pinde ac retiariū fugiēs vel fugam simulans sequeret. Hoc genus pugnæ instituit Pitac⁹ vnus ex septē sapiētibus.

¶Retæ sunt arbores quæ ex ripis fluminū eminent, aut in alueis ipsoq; exant a retibus dictæ ꝙ ptruntes naues retinerent instar retium. Vñ in edicto ptoq; legit, retanda flumia, quod significat purganda, ne q̄d moræ, siue periculi nauibus in ea virgulta incidentibus fiat.

¶Retego is. pe. cor. q̄d tectū erat denudo.

¶Retexo is. cōtrarium est suo simplici. significat enim ꝙ textū erat reddo nō textum. Tractū a telis q̄ destruuntur cū retexūtur. Et retexere rursus texere renouare. Mart⁹. Cice. An quod adolescens pstiti cum etiam errare cum excusatiōe possem, id nunc ętate pcipitata cōmutem, ac me ipse retexam. Item significat aperire dissoluere.

¶Retineo es. p. cor. remoror. vñ retinacula ꝓ trāslationē ponit ꝓ recordor, vt cū dicimus. Si retines quæ dicta sunt. Aliquādo ꝓ cohibere. Amb. Satis abundeq; dixisse me credo supiori tractatu, quēadmodum compti vel nitidi natalē dīi suscipere debeamus, & superueniētē festiuitatē eius ab oi ambitione retinere. Aliqn̄ ꝓ nō pmittere vt quicq̄ pdat, vel cōsumatur. Lact. lib. vi. Nomē itaq; solū retinuerūt. vim vero & rationem & effectum perdiderunt ǒ Sal. Nā iperium his artibus retinet i. conseruatur.

¶Retēto as. frequētati, sæpe retineo. Plau. i asi. Cur me retentas. Et retētare iterū tētare. Oui. li. i. me. Erigit mentemq; loqui ne more iuuēcæ, Mugiat & timide verba intermissa retentat, id est iterum tentat ꝓ ferre.

¶Retinacula, q̄bus aliq̄d retinet siue remorat. Ver. li. i. geor. Atq; amerina parāt lente retinacula viti.

¶Retorq̄o es. retorsi. acio vel mitto. Amb. lib. i. offi. Et q̄uis se ptus armatis nō retorq̄bat cōuitiū.

¶Retracto as. a retraho, q̄d signat rursus traho reuoco ve. vnde liber retractationum, quem pater meus Aug. edidit recte appellatus est, in quo quæ minus docte alibi tractauerat retractauit id est reuocauit. Aliquādo retractare est retro trahere recusare reiicere. Ver. lib. x. ænei. Semianimesq; micant digiti ferrumq; retractant. Col. li. v. Hæc corūq; similia post pu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tationē retractanda ſunt, retro trahenda & remouenda.
¶ retrices a retro quidā deduci putāt, quo noīe Cato aquam ſignifi. qua horti irrigantur. Cc.
¶ retribuo recōpendo, quaſi retro tribuo.
¶ Retrimentum a retero is. videtur eſſe ſicut detrimentum a detero Var. Amurca cum ex olea eſt exp̄ſſa qui eſt humor a qua tilis ac retrimentū conditū in vas fictile.
ō Retrimentum etiā excremētum fæculentiæ, & ſtercus. Macro. lib. viij. in ventre fit prima digeſtio cuius fex retrimenta ſunt, quæ p̄ inteſtina inferiora orificio trudēte labunt. Idē iari diora retrimenta in aluū conuenire refert humidiora in veſicā trahi intelligens ſtercora & vrinam.
¶ Retorrid⁹ da, dū. q̄d intēpeſtiue amiſſis viribus a ſole torre tur. Col. li. iij. Si in olea vnus ramus aliquāto cæteris lætior eſt niſi cū recideris arbor tota fiet retorrida.
¶ Retorreſcere idē eſt q̄d retorridum fieri. Idē lib. iiij. Deinde ſata non ita enutriunt, vt añ conualeſcant ac proſiliant quam retorreſcant.
* Retrocedo. Vide Cedo.
¶ Retrudo dis. pe. pro. retro trudo. Plaut. in epi. cœpi rurſum vorſum ad illa pauxilatim accedere quaſi retruderet hominē mevis inuitum.
¶ Redundo is. Vide in dictione Tundo.
ō Retrorſum, retro verſum. Hora. Retrorſum vela iterare cur ſus, hinc retrorſus a, um. Apule. lib. ij. de Aſino. Deniq; ſæpe retrorſa reſpiciens ſubſtitit. i. reflexa, obliquata retro cōuerſa.
¶ Reualeſco ſcis. ad ſanitatē redigor. Gel. Q. in eorū finibus ſub ipſo oppido ex capitali morbo reualuiſſet.
¶ Reuenio is. pe. cor. retro venio reuertor.
¶ Reuereor a vereor fit & ſignāt honoro: a quo reuerentia quam tam in verbis q̄ in factis alicui exhibem⁹. Vnde aliquā rem turpem nominaturi dicere ſolemus ſalua reuerentia, ſalua honore, reuerentia ſit auribus veſtris, honor ſit audientiū auribus. Item reuerendus dignus reuerentia & reuerenter cū reuerentia. Cc.
¶ Reuertor deponēs, & reuerto rideo, quaſi retro verto. Cic. Appio. Cōſcendēs iā nauē Epheſo Laodicam reuertit. Et lib. iij. offi. Factus eſt alter cius ſiſtendi vas, vt ſi ille nō reuertiſſet moriendum eſſet ipſi. Aliq̄n reuerti ponit ſimpliciter p̄ venire diuertere. Idē. ad Chryſippi laqueos reuertamur cū nihil de Chryſippo antea dixiſſet.
¶ Reuello as. pe. p̄. cōtrariū eſt ſuo ſimplici velo q̄d rego ſignificat, vt reuela oculos meos. i. api & derege.
¶ Reuello is. Vide in dictione vello.
¶ Reuiſo is. redeo, vt videā. Teren. in an. Reuiſo q̄d agāt aut q̄d captēt cōſilij. Plau. in tru. Nūquid nā me vis aliud vt quās do otiū tibi ſit me reuiſas. i. videndū me reuenias.
¶ Reuiuiſco is. reuixi rurſum viuus fio.
* Reumatiſ. nus latine fluxio q̄d & reuma dicit Cc.
¶ Reuoco as. pe. cor. retrouoco, reduco, retraho, retrouertor, reſuſcito. Hieron. Non illum vxoris lachrimæ, nec cōmunio ſanguinis non deſpectans cuncta ex alto deus a ſcelere reuocat id eſt retrahit. vnde & reuocare pedē dicimus non modo de aīalibus, ſed etiā de fluminibus. Verg. Cūctaq; & armis rauca ſonans reuocatq; pedē. Sal. Sæpius vindicatū eſt in eos qui cōtra imperiū in hoſtē pugnauerant, quiq; tardius reuocati p̄lio exceſſerāt, quam qui ſigno rel̄q̄runt, aut puſſi loco cedere auſi erant. i. retro vocati. Plau. in cur. Poſt q̄ hæc mihi narrauit abij ab illo, reuocat me illico. i. vt redeā vocat. Lactan. lib. iiij. Iacentia mortuorū corpa erexit, coſq; noībus ſuis inclinatos a morte reuocauit. i. reſuſcitauit. Aliquando reuocare ſignāt p̄ vices mutuo vocare. Var. Quod nobis miniſtrare pueri diebus feſtis cicer viride, qui nos ,puocare cū audeant, nos illos reuoeare timemus. Huius cōpoſitū eſt adreuoco. Cice. libro. i. offi. Danda igitur opera eſt vt ſi etiā aberrare ad alia cœperit adreuocetur oratio.
¶ Reuolo as. pe. cor. retrovolo. Cice. lib. iij. de natu. deo. Æque integro p̄uolantiū colla & capita reponunt, q̄d quia ipſe dux facere nō poteſt. quia non habet vñ nitaī, reuolat vt ipſe q̄q; quieſcat, in eius locū ſuccedit ex ijs quæ aſſequit eaq; viciſſitudo in oī curſu conſeruatur.
¶ Reus dicitur quicumq; in litem adducitur, etiam ſi nihil admiſerit id eſt contra quē quiſpiam agit. Cic. lib. ij. de ora. Reos appello non modo eos qui arguūtur. Sed omnes de quorū re diſceptaī. Vñ a re dicitur reus q̄ rei alicui obnoxius ſit, vel a re quā ,pmiſit. Reum fieri, vt Aſco. inquit, nihil eſt niſi apud p̄torē legibus interrogari.
¶ Reus agitur qui accuſat, reus pagitur qui dānatur. Pli. iuni. Dum ille pagitur reus ſedimus. Iureco, Peregiſſe reū nō alias quis videt niſi condēnauerit.
¶ Reus ſtipulando qui ſtipulatur, reus promittendo qui ſuo noīe quid ,p altero ,pmittit.
¶ Reus voti inquit Macrobi. qui ſuſcepto voto ſe numinibus obligat.
ō Rex vt phūs Speu. Ait, īperans eſt ſcd̄m leges ſubiectis, irre p̄henſibilis ciuilis ordinis inſtitutor.

R ante lb

¶ Rha fluuius a quo nomen medicamento notabili, vt Ammianus inquit, quod rheon ſeu rha barbarum atque ponticum vocatur.
* Rhacinon genus phalangi dicitur ore nigro, minimo ſuballo, pedibus breuiſſimis tāq̄ impfectis dolorem morſu qualem ſcorpio facit. Cc.
¶ Rhadamanthus, Iouis ex Europa filius & rex Lyciæ quiq; ſeuerus fuerit, & iuſtitiæ executor, fingitur a poetis apud inferos nocentum explorare culpas. De quo Verg. li. vi. Gnoſius hęc rhadamanthus habet duriſſima regna. Caſtigatq; auditq; dolos, ſubigitq; fateri. Quę quis apud ſupos furto lętatus inani Diſtulit in ferā cōmiſſa piacula mortem.
¶ Rhagades & rhagadia vocantur ſciſſuræ quæ in ſede ,pueniunt. Dictæ rhagades a verbo græco ῥάγίζω, q̄d ſignificat abrūpo. De hoc in dictione Condylomata, Comedo vulgari ter manzadure de muro.
ō Rhagion, ſignifi. apud græcos acinū paruum.
¶ Rhamnuſia, vide in dictione rhamus.
¶ Rhamnetes nomē proprium viri.
¶ Rhampſinitus nomen proprium regis ægypti. vt Herodo. lib. ii. hiſto. refert.
¶ Rhagæarum nomen ciuitatis Medorum ab auulſione terræ motus.
¶ Rhea cœli & terræ filia, q̄ alio noīe Cybele dī.
¶ Rhea ſyluia filia fuit Numitoris Remi & Romuli mater.
¶ Rheda vocabulū gallicū, vt inquit Quin Et ſignifi. carrucā. Vnde a Cicerone Rhedarius dictus eſt auriga rectorq; ipſius rhedæ, inde epirhedium.
¶ Rhegyum oppidum ſitum in margine Italiæ cui græci nomē dedere a fractura per y. Rhegyon enim græce abruptum dicitur. Hic enī Sicilia auulſa abruptaq; eſt ab Italia. Trogus quoniam inquit græce abrupta hoc nomine ,pnuntiātur, græci a dehiſcendi argumento nomen dedere. Olim rhegynæ ciuitas ingens fuit potentia, ob eamq; cauſam nomen ciuitati factum eſſe autumant, quaſi regia vrbs foret, vnde Strabo. ſcribit quoſdam exiſtimaſſe a quodam rege dici potuiſſe. Sicque abſq; aſpiratione ſcribendum eſſet. Ab hoc rhegyo dicti ſunt rhegyni. Eſt aliud Rhegium Ciſalpinæ Galliæ oppidum non longe a parma & Mutina a Lepido inſtauratum quod & rhegium lepidi pro differentia alterius dicitur, aq̄ regienſes, ſed melius dī rhegiū Lōgobardiæ.
¶ Rhebanus fluuius in faucibus Boſphori Thracii, vt Plinius lib. v. teſtatur.
¶ Rhemi populi Galliæ. Vnde preciоſiſſimū telæ genus rhemēſe, cōicata aliis q̄q; galliarū populis textrini gloria.
¶ Rhenus & rhenum vtroq; mō dicit ,p fluuio Germaniæ, qui de iugo rheticarum alpium vſq; in oceani profunda curſum ſuum dirigit, rhomani memorand⁹ aduerſum feras gentes murus imperij. Verg. rhenuſq; bicornis. Horat. Aut fluuiē rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Rhenones veſtes pelliceæ p̃cipue ferinæ ad vſū humanū re dactæ dict̃ q̃ calidos teneant renes, ſiue quia ῥινὸς pellis dicitur, q̃ rhenoni populi hiſce peculiariter vtebantur. Cæſar. cō. vi. ſcribit germanos vti paruis rhenonum tegmentis.

ȣRheon idem quod rha barbarum, quod vulgo Rheubarbarum dicitur.

¶Rheſus rex thraciæ quē Homer. ſcribit cū equis albis in auxiliū. troianorū veniſſe & a Diomede interfectū. Quo nomie etiam dictus eſt quidā troianus fluuius.

¶Rhetus gygas quem Dionyſius in leonem conuerſus occidit Rhœtus vero mons troiæ in quo Aiax Thelamonius ſepultus traditur.

¶Rheti populi a thuſcis conditi, qui duce rheto a gallis pulſi alpes occupauerūt, & a noīe ducis rhetorū cōdiderūt rhetiam Hinc rheticæ vites, & rheticū vinū, q̃d inter gñoſa Italiæ vina numerat. Q. q̃d vt Stra. lib. iiij. ſcribit in mōtanis rhetorum radicibus naſcit. q populi Veronā Comūq; vſq; puenerunt. Rhetia regio europę eſt, q̃ vt lib. ij. Prole. refert ab occaſu limites habet nomēadulā & fontes danubij & rheni, ab ortu Lyciū fluuiū qui in Danubiū exit, & rhetiā a Vindelicia diuid. t aſeptēcrione Danubiū a meridie Alpibus terminat ſupra Gallia ciſalpinā. Poſt rhetiā verſus orientē ſequit Vindelicia cui Noricū adhæret, Eno tantum fluuio diſiuncta, quidam eā Bauariam appellant.

¶Rhetor latine orator, q̃q̃ differant q̃ orator ſit ſi q̃ in iudiciis & cōcionibus cauſas agit. rhetor qui rhetoricē ꝓfiteť. Declamator q aut docendi alios aut exercendi ſe grā fictā cām agit, vt in veris poſtea cauſis poſſit orare. Aliquādo tñ rhetor ponitur pro oratore Rhetorica oratoria, rhetoricus modo ꝓ rethore modo pro oratore ſumitur. Rhetoricor aris. rhetorū more loquor. Hiero. contra helui. Rhetoricati ſumus & in morē declamatorū paululum luſim⁹. rhetoriſſo as. rhetorice loq̃r

¶Rheuma atis latine eruptio, ſiue flux⁹ dicit, a ῥέω fluo. Am. lib. hexa. Dicas ſi aſcendentes videas rheuma quiddam eſſe, ita proruunt, fluctuſq; interſecant per propontidem in Euxinum pontum violento impetu profluentes, vnde & pituita dicitur cum fluat.

*Rhexia hærba eſt efficaciſſima cōtra ſerpentes. Cc.

*Rhibis fruticis gen⁹ q̃d & Siſamō appellāt, folio vitiū, caule ferulaceo, ſemine ad ſimilitudinē ricini. Cc.

*Rhienes ſiue rhenes. Vide renes.

¶Rhinoceron ontis. & rhinoceros otis. animal quadrupes habens in nares vnum cornu, vt ait Plini. Genitus hoſtis elephāto cornu ad ſaxa limato preparat ſe pugnę in dimicatiōe aluū maxime petēs, quam ſcit ſuis ictibus peruiam eſſe. Solinus dicit repandum eſſe id eſt recuruum eius cornu, & atritum cautibus in mucronem excitare, pugnare cum elephantibus, longitudine parem breuiorem cruribus. Pauſanias affirmat rhinocerota duo habere cornua, alterum inſigni magnitudine ex naribus extans, alterum quod ſuperne erumpit exiguum quidem, ſed validiſſimum. Hinc ſagacem & prudentem virū naſum rhinocerotis habere dicimus. Mart. Iuuenesq; ſenesq. Et pueri naſum rhinocerotis habent. Compoſitum nomen a ῥὶς ῥῑνός, quod naſum ſignificat, & κέρας cornu. Ponitur & ꝓ quodam vaſe oleum guttatim fundente lauantibus ſe in balneis. Mart. Geſtauit fronte modo me iuuencus rhinocerontа me putabis pleno gutto A rhinoceron fit adiectiuū rhinocerotius a, um. vt cornua rhinocerotia.

*Rhipheus vnus ex centauris Ixionis & nubis filius. Fuit & vir troianus. de q̃ meminit Verg. ij ænei. Cc.

*Rhizias ſuccus eſt e radice laſerpitij ꝓfluens. Cc.

*Rhodophene ſyria dicta eſt in ea parte qua tranſit taurum montem. Cc.

¶Rhodos latine roſa. Inde cynorhodos & rhododaphne. Et Rhodos nomen vrbis. vt inquit Strabo ſuper orientali ꝓmōtorio ſita dicta q̃ capulo roſæ illic inuento ſit ædificata. Ea portubus olim & vijs & mœnibus & reliquis ornamentis tanto pere cæteras ſuperauit, vt nulla putaretur æqualis. legum p̃ſtantia & nauali rei peritia a deo valuit vt ānos multos maris imperio potiretur, & pyratarum latrocinia ſuſtulerit. Quo etiam nomine dicta eſt inſula in qua ea vrbs, quam Pli. Lycię & primam cycladum ſcribit eſſe venientibus ab oriente. Hæc inſula noningentorum ac viginti ſtadiorum ambitu patet inter Aſiaticas inſulas tertia. Nam Leſbus & Cyprus maiores habētur. Prius Ophiuſa dicta eſt, deinde ſtachia, poſtea telchin eo q̃ telchines inſulam incolerent, quos nonnulli malefi cos, alij eximios artifices fuiſſe tradunt qui æris & ferri fabricā inueniſſe dicuntur. Sunt qui hanc inſulam carpathio mari aſſignant, vt ex Lucilliano verſu itelligi licet. Rhodos carpathium in pelagus ſe inclinat apertum. Soli ſacra eſt, qui puellę nomine rhodiæ amore captus rhodum ab ea nomīauit, vt Diodo. lib. vi. refert. Nam & Solinus auctor eſt nunq̃ ita cœlum nubilum eſſe, vt ſole rodos non ſit. Aurum rhodi pluiſſe ob felicitatem inſulæ cecinit Pindarus, vbi ſtudia liberalium artium & īprimis oratorię facultatis floruerunt. In ea fuit admirandæ magnitudinis coloſſus, a quo poſtea rhodij appellati ſunt coloſſenſes ad q̃s apoſtol⁹ epiſtolā ſcripſit. In ea etiā vrbs opulentiſſima Lyndus ex qua Cares ſtatuarius qui coloſſum extruxit. a rhodus fiunt adiectiua rhodius, & rhodenſis & rhodiacus.

ȣRhododaphne, roſa laurea.

ȣRhodonia ῥοδωνία roſarium id eſt locus roſis conſitus, quod & roſetū dicitur vt lilietum.

*Rhodia nymphę nomen a fluēdo. Eſt & ſpecies vitis de qua Verg. in. ij. Geor. Tranſierim rhodia. Cc.

*Rhodites gemmā a roſa vocata. Cc.

¶rhodinū, oleū e roſis, q̃d roſaceū noſtri nūcupauerunt. rhodinū vnguentū, q̃d fit oleo roſaceo.

¶rhododendris frutex, quem & rhododaphnem nominant folio ſimilis amygdalæ, ſed maiori pinguiorię; ſemine patēt ῥόδον καὶ δένδρον. i. roſa & arbor.

¶rhodanus pe. cor. fluuius Galliæ a rhoda rhodiorum oppido, vt ait Plini. lib. iij. Hiero. in cōmento epiſtolę ad Galathas rhodam rhodiorum Coloni locauerūt. Vñ amnis rhodan⁹ nomen accepit. Adeo magni curſus eſt, vt vix aduerſa poſſit nauigari aqua. Ferunt hunc amnem ex alpibus oriri quę Italiam a Gallia diuidunt non longe a fontibus rheni & Danubii. Fertur per Lemanum lacum & verſus occidentem. ꝓ Galliam fluens Ararim ſuſcipit. Inde ad meridiē conuerſus & Iſaram Druentiamq; ſuſcipiens apud Heracleam vno oſtio, & paulo vlterius duobus aliis in mare Thyrrenū irrumpit. De hoc Amb. libro. Hexamer. rhodanus rapido concitus curſu Thyrreni æquoris freta ſcindit, in quo nō mediocre fertur naufragantium periculū dū inter ſe maris fluctus & amnis fluenta decernunt.

¶rhodope mons Thraciæ a rhodope Tracum regina vbi ſepulta eſt, cuius prima correp. Ouid. Qua patet vmbroſū rhodope glacialis ad hemum. At rhodope pro nomine proprio meretricis Thraciæ quam Pli. lib. xxxvi. ſcribit feciſſe quæſtu ſuo pyramidem laudatiſſimam & cōſeruam fuiſſe Aeſopi fabularum philoſophi, primū pro. Hanc etiam rhodopin declinationis tertiæ vocant & ntūs ſit rhodopis idis. A rhodope fit adiectiuum rhodopeius a, um.

¶rhodogune, fuit filia Darii quæ poſt mortē viri nutricem q̃ illi ſecundas nuptias ſuadebat occidit.

*rhodora hærba q̃ caulē habet virgæ ficulneæ modo geniculatū, folia vrticæ, in medio exalbida, eadē ꝓcedente tpe tota rubētia, florē argenteū ad ſimilitudinē roſę. Cc.

¶rhœtus cū œ diph. Vide in dictione rhetus.

¶rhoicæ mulieres quarum vuluę rheumatiſmo id eſt fluxionibus laborant.

¶rhoitona græcis dicitur vinum q̃d e granis malorum punicorum exprimitur.

¶rhombus greca vox eſt, ſignificatq; figuram quadratā ſolidam, cuius latera omnia ſunt æqualia, anguli vero obliqui tetrapleuros id eſt quatuor laterum. Hic ſiin terram iactetur voluitur ad ſimilitudinem fere cylindri. Vtebantur eo maleficæ mulieres ad deducendam lunā tortis filis confecto. Qui,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quid torto cõcita a rhombo licia. Mart. Quę nũc Theſſalico lunam deducere rhombo. Proper. Deficiũt magico forti ſub carmine rhombi Eſt & rhõbus piſcis genꝰ. Iuue. Incidit adriaci ſpatium admirabile rhombi Ante domum Veneris. Item Rhombus eſt torques ſiue machinula illa quam vertendo mulieres ad lanicium nent

¶ Rhõphea genus gladij. Val Flac. lib. vi. Aequaq; nec ferro breuior, nec rhomphea ligno.

* Rhopadion hærba quã & Leontopetalon vocant, de qua ſuperius. Cc.

* Rhopalon hærba quæ & Nyphea & Heracleon. de quibus ſuperius. Cc.

¶ Rhoxia regio ſeptentrionalis quam Poloni & Sarmatæ ſuam eſſe dicunt.

¶ Rhoxolani populi Scythici vltra Danubium quos quidã Rhutenos eſſe putant.

¶ Rhuteni populi Galliæ Aquitanicæ, vt inquit Plini. Contermini Narbonenſis prouiciæ. De quibus Luca. li. i. Soluuntur flaui longa ſtatione rhuteni.

ὁ Rhyndacus pen. cor. fluuius qui in pontum euoluitur. Hic rhindacicus a, um.

¶ Rhynton Tarentinus nugator viliſſimus in agendis precipue fabulis.

¶ Rhytion vaſis genus lunari ſpecie. Marti. in rhytio poteris phœbe lauare pedes

¶ Rhyparographus ſordidarũ rerũ pictor. Sic enĩ cognoiaꝰ fuit Pyreicus pictor excellẽs q̃dã, ſed q̃ tonſtrinas ac ſutrinas aſellos opſonia aliaq; huiuſmodi humilia ſecutꝰ. Nã ῥυπαρόν græci ſordidũ dicunt.

¶ Rhythmus latine numerus. Quinti. lib. ix. de inſtitu. Sũt numeri rhythmi qui neq; finem habent certum, nec vllam in contextu varietatem ſed qua cœperũt ſublatione ad poſitionẽ vſq; decurrunt.

ὁ Rhymnus fluuius a q̃ populi, & mõtes rhymnici dicti ſunt.

R ante I

¶ Rica quadratũ veſtimentũ fimbriatũ & purpureũ, q̃ ꝑpalliolo vtebant Flaminicę. Eſt & veli genus q̃ mulieres capita tegũt. Dictũ a ritu, vt Var. auctor eſt, q̃ Romano ritu ſacrificia fœminæ cũ faciũt capita tegũt. Huius dimi. eſt Ricula, q̃d pro ſudario ponitur.

¶ Ricinus genus veſtis q̃d & ricinium dicitur a reiiciendo Feſtus. Ricinium eſt omne veſtimentum quadratum. Eſt & Ricinus genus cucumeris & vermis, canes acrius atq; boues infeſtans. Var. Quidam nucibus græcis ĩaqua tritis perungũt catulorum aures, q̃ ricini ſoleant ſi hoc vnguine non ſis vius eas exulcerare. Ab huius animalis ſimilitudine ricinus dicitur hærba inſtar arboris quam Dioſcorides aboroſum fruticem vocat, ſimilem ficui, ſed minorem, folia habentem ſimilia platano, ſed matora lenia & nigriora, ex qua exprimitur oleum cizynum.

¶ Rictus us, & rictum non ſolum hiatum ſignificat, vñ verba exeunt, ſed pars illa circa ipſum hiatum, quæ in homine ridente vel alio modo os torquente. lineis quibuſdam eminastur, vt maxime ſunt labia. Lactan. ſic Oris quoq; ſpecies & rictus ex tranſuerſo patefactus quam vtilis & quam decens ſit enarrari non poteſt. Putatur & rictus eſſe figura in ore ad tempus aliquo modo contracta vel producta vel inuerſa vel extenſa quæ paulopoſt reditura ſit in naturalem formam. Et eſt cõmunis tam bẽluis quam hominibus. Hora. Ergo non ſatis eſt, riſu diducere rictum. Lucre. libr. v. Moloſſum Mollia dicta premunt duros nudantia dentes. Aliquado accipitur pro roſtro. Vnde nonnulli a græcis deductum volunt, apud quos ῥὶγχος roſtrum dicitur.

¶ Rideo des, riſi, riſum, ſine caſu cõſtruitur ſecundũ conſuetudinem. Gel. lib. i. Rex quaſi anus ætate deſiperet riſit. Aliquando ſignificat lætum eſſe. Verg. Miſtaq; ridenti colocaſi fundet achanto. Cum autem accuſatiuum habet ſignificat derideo. Lactan. lib. i. Si quis autem accepta ſapientia depoſuerit errorẽ profecto ridebit ineptias hominũ pene dementium. Huius cõpoſita ſunt Arrideo, quod eſt in alicuꝰ gratiam placide rideo applaudo & lætitiam animi ridendo oſtendo. Ouidi. Arriſit paries aduenientę dea. Teren. Arridens omnibus. Corrideo ſimul rideo. Hierony. in Gñ. Quæcũq; audierit corridebit mihi. Derideo deludo, cõtemno & cũ irriſiõe ac cõtemptu rideo Plau. in aul. Neq; ædepol ego te deriſum venio, neq; derideo neq; dignum arbitror. Irrideo idem quod derideo. Terent. in Hecy. prolo. Ne eum circũuentum inique iniqui irrideant. Obrideo, Subrideo parum ſeu latenter rideo. Omniaq; habent penul. productam.

¶ Ridiculum, ſignificat ſermonem riſum excitantem. Ci. li. de ora. Sæpe etiã ſententioſe ridicula dicunt. Plaut. in ſti. Me meũ obtenturũ ridiculis meis. Hinc Gel. formauit cõpoſitũ Deridiculum, Vt vel ipſa re q̃ ita dicebat opprobrare aduerſarijs & per facetias oſtẽtare faceret eos deridiculum q̃ proĩde Cælio formã crimini darent.

¶ Ridiculus dicitur qui alĩus riſui eſt, & de quo alĩ rident. Iuue. Nil habet infelix paupertas durius in ſe. Q̃ q̃ ridiculos homines facit. Interdum ſignificat eum qui alios ridere facit. Plaut. in ſti. Vides ridiculos nihil fieri. Cice. C. Sicinius homo impurus, ſed admodum ridiculus. Sic dicimus iocos ridiculos Plaut. ĩ ſti. Iocos ridiculos vendo, age licemini

¶ Ridiculare idem quod ridiculum. Plaut. aſina. Mitte ridicularia id eſt deceptiones quæ deriſionem præbent, ſeu quæ riſu dignæ ſunt.

¶ Ridicæ pedamẽta vinearũ q̃ e quercu & iunipero ſolẽt fieri optima ſicut Var. lib. i. de re ruſ. docet. Col. li. v. Hic annus nondũ vehementẽ palũ aut ridicam deſyderat.

¶ Rigo as. malefacio, adaquo. Hiero. in Paulo. Talia eo loquẽte, lõgęuus viator Vbertim faciem lachrymis rigabat, quas magnitudo lætitiæ indices cordis effuderat. Huius cõpoſitũ eſt Irrigo as. de quo alibi.

¶ Riguus a, um. q̃d rigat, ſeu q̃ rigari facile poteſt. Colu. li. ij. de prato loquẽs. Eius inqt aĩaduertimꝰ duo gña, quorũ alterum eſt ſiccaneũ alterũ riguũ. Siccaneũ q̃d rigari nunq̃ aut nõ facile poteſt intelligo. Riguũ q̃d facile.

¶ Rigor modo ſumitur pro frigore, modo pro durície. Verg. Et ferri rigor.

¶ Rigidus a, um. idem quod frigidus. Vergi. Tellurẽ borea rigidam ſpirante mouerit. Aliquando ponitur pro duro, vñ rigidus homo dicitur aſper, & rigiditas aſperitas. Aliquando ꝑ erecto, quando nõ niſi ex durície accidit. Idẽ tũ rigidas motare cacumina quercus.

¶ Rigeo es. ui. frigeo a quo rigeſco frigeſco. Per translationẽ Rigeſcere capitur pro induari, vel erectum ſeu contractum eſſe, quoniam quæ frigent horrent & indureſcunt. Cice. li. i. tuſ. Cęteras partes inculras, q̃ aut frigore rigeant, aut vrantur calore. Vergi. lib. ij. Geor. Aeraq; diſſiliunt vulgo veſtęſq; rigeſcunt. Ser. durantur vt frangi potius quam ſcindi poſſe videantur. Huius compoſita ſunt Dirigeo, a quo Dirigeſco, Obrigeo, obrigeſco, quod eſt totus frigore cõtrahor, & quaſi indureſco & Rigidus fio. Col. libro. v. Compeſcitur harundo cum obriguit hyberno frigore. Seneca. Ita membra frigore obriguerent vt ſeminecem putaremus. Hierony. lib. ij. Regũ. Ipſe ſtetit & percuſſit Philiſtęos donec deficeret manus eius & obrigeſceret cum gladio.

¶ Rima fiſſura. & proprie rimæ dicuntur exiguæ diſtantię tabularum in iuncturis. Vnde tractum eſt, vt omnes fiſſuræ rimæ dicantur & rimas agere findi. Hius diminutiuum eſt Riſmula. Hiero. per trãslationẽ dixit. Si tenui cuiuſuis dilectionis rimula cõtinuꝰ iſidiator diabolꝰ intuitũ valet infigere.

¶ Rimoſus a, um. q̃d eſt rimis plenũ Col. li. i. Quicq̃d inferiore mox appoſueris fiſſum erit rimoſumq;.

¶ Rimor aris. & Rimo as. ſecũm Priſ. diligenter quæro ſcrutor quaſi rimulas quaſq; perquiro. Tractum a ſuibus qui glãdes rimantur de rimis terrarum id eſt fiſſuris Verg. li. i. geo. Dulcibus in ſtagnis rimantur prata cayſtri, i. paſcunt in pratis & ca-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bum per omnes rimas terræ perquirunt. Interdum rimari est scindere, & quasi in rimas agere. Idem. Ergo ægre rastris terrã rimãtur. Interdum expleri. vt apud eundem. rimaturq; oculis habitatq; sub alto pectore.

¶ Ringo is. xi. rictum quod & ringor dicitur significat os torqueo quod canes faciunt dum latraturi sunt vel cũ ex ira in rugas deducunt os. Hinc ringi pro irasci, indignari, adlatrare, pulsare, conuiciari, murmurare ponitur. Teren. in phor. Cũ ille & cura & sumptu absumitur, dum tibi sit quod placeat, ille ringitur, tu rides. Sidonius. Multum ringitur ociosa virtus Dicitur autem Ringi a narium tortura. Nam ῥὶν naris dicitur, vt sit ringi quasi narẽ agi. i. torqueri. Hinc Rictus us. & Rictum. De quo supra.

¶ Ripa extremitas terræ dicta q̃ aquarum agitatione rumpatur. Et proprie est aquarum currentium. Litus ea pars quã alluit mare. Potest etiam lacuum & stagnorum esse quæ maris imaginem habent.

¶ Riparia auis quæ in ripis habitat. Plini. libro. xxx. Multo tamen efficacissime riparium pulli, ita vocant in riparum cauis nidificantes.

¶ Ripæ siue ripei sine h. montes Acardiæ, quam addimus q̃ties ripheos montes Scythiæ significamus. Ver. Quiq; ripas lectulũq; tenent atq; arua celenæ.

¶ Riphæi montes Scythici a ῥίπτω, vt quidam putãt id est vẽtorum perpetuo iactu. Vergi. lib. iii. Georg. Gens effrena virum ripheo tunditur euro. Nã ῥίπτω græce flos significat. Vnde & riphæi cum h. in prima tribuunt. riphęos populos riphaach filius Gomer instituit, quos a se riphęos nominauit vt scribit Iosephus lib. i.

¶ Riscus vt inquit Do. cista est ex pelle contecta. Ser. vero ait esse fenestram paruã in pariete. Teren. in heau. Abi cistellam domo affer cũ monumentis, vbi sita est in risco.

¶ Ritus us. mos & approbata consuetudo quã omnes ratam habent, dicitur etiam Rites is. Sta. lib. xi. th. Hei mihi primitijs ararum & rite nefasto.

* Rituales Hetruscorum libri, in quibus scriptum est quo ritu vrbes cõderentur, Aræ, ædes q; sacrentur, curiæ, tribus, & Cẽturiæ distribuantur. Cc.

¶ Rite aduerbiũ a Rito verbo scdm Pris. & significat recte qa nihil traditur ritibus q̃d nõ rectum esse credat, vel vt inquit Var. quia q̃d fit rite id ratũ & rectũ est.

¶ Rito. a ruo is. deducitur. Cuius composita sunt Irrito Prouoco, & Prorito.

¶ Riuus a ῥέω fluo locus depressus per longitudinem aquæ currentis. Hinc Deriuo as. & Corriuo as. q̃d proprie de brutis dr cũ potandi gratia ad eunde riuum conueniũt. Huius diminutiuum est riuulus paruus riuus.

¶ Riuales & corriuales dicuntur æmuli de mulieribus, quasi in vnum amorem deriuantes. Teren. in Eunu. Militem ego rivalem recipiendum censeo. Translatio vel a bestijs quæ sitientes cum ex eodem riuulo haustum petunt, prælium contra se inuicem concitant vel a re rustica. Nam riuales dicuntur ij quorum agros riuus aliquis distermiat, qui incertitudine & mutatione crebra cursus, lites sæpe inter eos suscitat. Et Vlpianus. Riuales qui per eũdem riuum aquam ducũt, inter q̃s sæpe contentio est de aquæ vsu. Item riuales dicũtur qui in rivis habitant. Columella libro nono. Datur camarus & rivalis alecula, vel si qua sunt incrementi parui fluuiorum animalia.

¶ Riualitas dicta est æmulatio illa inter amasios, ὃ Cicero intus. Obtrectare vero alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quę rivalitati similis est.

¶ Riuinus idem q̃d riualis. Plau. in asi. Cedit noctem filius riuinus amens ob raptã mulierem.

¶ Rixa nomen fictitium a ringendo, quod est canum, quando irritantur. hinc rixosus a, um. contentiosus. Festus Rictus rixę, rixosæ, ringitur, dici videntur, quia in diuersum rumpãtur, contrariaq; sint recto.

¶ Rixor aris, iurgor, contendo,

¶ Robur siue robor, ꝓprie species quercus est durissimæ, etiã per trãslationem sumitur pro animi fortitudine qua quis durat aduersus pericula, capitur & pro corporis firmitate quę aduersus oms difficultates firmiter obnititur Demũ omnium rerum firmitatem duritiamq; robur dicimus. Col. li. ij. Quod protinus exile hatũ sit, nunq̃ robur accipere manifestum est. Vnde Ser. dicit, omne quod forte est, robur vocamus. Verg. lib. vij. Aeternaq; ferri robora.

¶ Roboreus a, ũ. q̃d est ex materia roboris. Col lib. xij. Materies si roborea est ab vno fabro dolari ad vnguẽ debet.

¶ Robosteus a, um. apud Catonẽ deriuatũ a robore.

¶ Robus apud veteres dicebatur rubeus. & bouem robũ id circo rustici vocabant. Vnde & materia quæ plurimas huius coloris venas habet dicta est robur, & homines valẽtes ac boni coloris robusti. Rob⁹ etiã gñs tritici maxie laudabile vt in quit Col. cũ & pondere & nitore præstet Robustus a, um. q̃d est multi roboris. Col. lib. ij. Neq; dubiũ est ex robusto semie posse fieri non robustum.

* Roboraria antiqui appellauerũt oia ædificia, septa, villas, q̃ inclusa habent aĩalia, a tabulis roboreis quibus septa erant an teq̃ mœnibus cingerentur. Cc.

¶ Roboro as. pen. cor. fortifico. Hier. lib. ij. ep. Roboramini & estote viri fortes. Hinc componitur Corroboro, quod est totum simul fortifico. Cice. Cassio. Manebat enim illud malum vrbanũ, & ita corroborabatur q̃tidie, vt ego quidem & vrbi & ocio diffiderem vrbano.

¶ Robigo pe. prod. dea quã Romani putabant robiginẽ auertere. Ouid. Flamẽ id antiquũ lucũ robiginis ibat. Erat & Robigus deus cui robigalia sacra. vij. Kal. Maii fiebant, qm̃ tunc fere segetes robigo occupat. vt ait Pli. Est & robigo morbus segetũ qui culmis frumentorum innascitur ex nimio humore. vt ait Var. Ver. li. i. Ge. Et mala culmos eẽ robigo. Ser. Vo dicit. Rubigo genus vitii quo culmi pereunt, sed abusiue Robigo dr. Nam ꝓprie rubigo dicit. Var. dicit vitiũ esse obscœnæ libidinis q̃d vlcus vocatur.

¶ Rodo is. rosi. sum. ꝓprie muriũ est & similium qui dentib⁹ fere semꝑ aliquid demoliuntur. per translationem q̃q; ꝓ detraho sumitur. Hiero. in pfa. lib. Paral. Hęc pace veterum loquor, & obtrectatoribus meis tantum rei pondeo qui canino dente me rodunt in publico detrahentes, legentes in angulis. Huius composita sunt, Arrodo. Cic. ꝓ Sex. Vt illa ex vepreculis extracta nitedula rẽp. conaretur arrodere. Corrodo, Erodo & Prærodo, q̃d est ante rodo. Col lib. iii. Nam si sæpius cacumina manu p̃tracta, aut a pectore pręrosa fuerint in perpetuum corrumpuntur.

¶ Rogo as. posco. Gel. Crepidarium cultellum rogauit a crepidario sutore. Q ñq; rogare est quærere. Cic. Roga ipm quẽ admodum Arimini ego eũ acceperim.. Q ñq; orare accipi. Ver. li. vii. Litusq; rogam⁹ Innocuũ. Q ñq; statuere. Gel. li. i. Lex deinde Licinia rogata est. Cice. lib. ii. Phil. Ego adeã belli ciuilis causam attuli Ego leges pernicioſas rogaui, hinc legis rogatio dicitur, qm̃ rogare populũ magistratus solebant, an id placeret quod statuerant. Hinc etiam derogare legi & abrogare legem dicimus. Et rogationis nomine continetur lex plebescitum & priuilegium. Est enim quasi caput & fons totius iuris popularis. Nam rogare populum est agere cum populo. In qua re hæc erant verba solẽnia. Velitis ne, iubeatisne quirites vt hoc vel illud fiat. Vnde rogatio quasi quędam interrogatio. Sueto. in Cęsa. Reditum in ciuitatẽ rogatione Plotia confecit. i. lege a Plotio lata. Componit hoc verbũ cũ ad, vt Arrogo. cũ ab, vt abrogo cũ con, vt corrogo. Ci. li. iiii. ad hęren. Si Prometheus cum mortalibus ignẽ diuidere vellet ipe a vicinis cum testa ambulãs carbũculos corrogaret, num ridiculꝰ videretur. Cũ de, vt Derogo. Cũ e. vt Erogo, a quo Superrogo Cũ in, vt Irrogo. Cũ pro, vt Prorogo q̃d est protraho, ꝓlõgo. Col. lib. i. Quis enim dubitet eam maxime ꝓbaram haberi, sine qua nemo nostrũ vel ꝓspere vel aduersę valitu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dinis vitã ꝓrogare Cice. Appio. Illud pugna atq; enitere ne quid nobis tpis ꝓgetur. Prorogare imperiũ significat noua rogatione in longiora tẽpora ꝓferre. Cũ sub, vt subrogo quod est substituo. Quin. Cũ defuncto patruo in eius locum subrogatus fuisset. Et omnia habent pe. cor.

¶ rogito as. frequentatiuum sẽpe precor & sæpe scisciter. Plini. Patrem adit, rogitat vt sui misereatur. Verg. Multa super Priamo rogitans sup Hectore multa. Hinc cõponit Erogito q̃d est valde stricteve rogito. Plau. in cap. Ex hac statua vereceavolo erogitare meo minori q̃d factũ sit filio.

¶ Rogatores postulatores & mẽdici, q̃ elemosinã postulant. Plau. vt rogator ostiatim petam panem.

¶ Rogatarius tobellio qui rogat quod quisq; stipuletur, hoc est promittat.

¶ Rogamen rogationẽ seu precẽ significat.

¶ Rogus strues lignorum ad cremãda cadauera, dictus q̃ in eo dij manes rogentur. ſ

¶ Roma vrbs Italiæ Regina vrbiũ & totius orbis caput. Hęc paruũ ab initio oppidũ fuit a iuuentute latina Valẽtia appellatum. Quod cum Euander ad ea loca veniens extẽdisset seruata prius impositi nois significatione Romam nuncupauit Siquidem græci ῥώμην robur appellant. Hieron. contra Ioui. Roma autẽ fortitudinis nomen est apud græcos, aut sublimitatis iuxta hebræos. Alij volũt Troia capta quosdã ex Achiuis in ea loca vbi nunc Roma est deuenisse per Tyberim. Deinde suadente nobilissima captiuorum, cui Romæ nomen erat incensis nauibus posuisse sedes, & structo oppido Romen ab ea vocasse. Alij Romam a Romulo dictam volunt. Romulus vero a Romula arbore id est ficu sub qua Romulus & Remus pueri inuenti sunt cum lupa prębente infantibus rumen id est mammam vel a Rominando q̃ æstate sub ea pecudes rominabant. Sunt etiam qui Romulum & Remum a robore ἀπὸ τῆς ῥώμης appellatos volunt. A roma fit romanus a, um. q̃d e roma est, vel qui romam inhabitat romanensis, qui alibi ortus est, sed in roma versatur. Vnde Cato seu Varro in lib. de re rust. Salem romanẽsem appellat non romæ factum sed qui romæ vændebatur.

*Romanula porta erat in vrbe habẽs gradus in Naualia ad ædem Volupiæ. Cc.

*Romula arbor dicebatur sub qua remus & romulus pueri inuenti sunt. Cc.

*Romæ ambitũ varie ꝓdiderunt auctores. Scribit Plini. diui Vespasiani temporibus milia passum. xiij. cc. vrbis ambitum fuisse. Fla. autem Vopiscus tradit Aurelium imperatorem ambitũ vrbis ad. xxx. milia passuũ ampliasse. Cc.

*Romãdui vt refert Volateranꝰ ex Ptolemęo sunt Normãni. Scribit Ptole. lib. ij. cap. ix

*Romaniã. M. Anto. Sabellicus Thraciã vocat.

¶ Romulus nomen propriũ eius qui Romã cõdidit, a q̃ romulida & romulia tribus. ὃ Fuit & alius romulus grãmaticus qui sublatis multis græcis induxit latina, hic centesimũ excessit annũ interius musso foris oleo perunctus.

¶ Rhonchus stertentis sonꝰ nomẽ ficticiũ. Mar. Maiores nusq̃ ronchi, iuuenesq; senesq; Et pueri nasum rhinocerotis habent Ponitur q̃q; pro derisione.

¶ Ronchisso as. sterto. Plau. Cyathissat dum cœnat dum dormit ronchissat.

ὃ Ronchinosus pe. cor. qui sonat ronchos, & derisor est. Sido. Nec nos rõchinosos rinoceronte notat.

¶ Roro roras. humorẽ instar roris paulatim demitto. Verg. li. vij. Raptabatq; viri mẽdacis viscera Tullus ꝑ sylluã & spargi rorabãt sanguine vepres. Hinc cõponitur Irroro pe. pro. q̃d est intus vel supra rorẽ spargo & madefacio. Verg. li. i. Geor. At cũ sole nouo terras irrorat eous.

¶ Roresco is a roreo es. conuenit esse. Plini. li. xvij. Aquilonẽ ꝓnunciat terra siccescens, sed roresces repẽte hausturũ immiscet humescens in rore occulto.

¶ Rorulentus a, um. q̃d est plenũ rore. Col. li. vi. Cauendũ ne aut septẽtrionalibus ventis, aut rorulẽtę, sed siccę ferantur vites. Item rorulentę baccæ non legantur.

¶ Rorarij milites, qui armatura leui prælium primi committebant, q̃ vt ante pluuias cœlum rorare solet, sic illi ante grauem armaturam qui prodibant Rorarij appellabantur. qui & Ferentarij.

¶ Rorarium vinum quod rorarijs dabatur.

¶ Ros humor qui sereno tempore cælo fluit. ὃ Serena nocte non gelu neq; ardoribus neq; ventis existentibus. Aristo. lib. primo meteororum scribit rorem fieri ex vaporatione. modica, cum pluuia ex largo vapore progeneretur. Apul. libro de mundo. Ros nocturnus humor quẽ serenitatis tenuitate spargit. A græcis dicitur δρόσος.

¶ Rosidus a, um. q̃d est rore perfusũ. Vnde nox rosida dicit q̃ rore humecta est. Pli. libr. xvij. Quidam pridie rigant prata, vbi sunt rigua noctibus rosidis siccari melius. Similiter mala rosida quæ matutino rore humecta sunt. Verg. Sepibus in nostris paruam te rosida mala. Dux ego vester eram, vidi cum matre legentem.

¶ Rosa flos e spina nascens. ὃ qui propter pulchritudinem & suauem odorẽ Veneri sacer est, & fortasse nõ absurde, hæc enim est cã qa sicut rosa breui viget, ita & venerea voluptas, q̃ pacto autẽ rosa, q̃ prius candida fuit cruore veneris infecta purpureum colorẽ traxerit ex Aphthonii fabella cognosces, de rosis plura apud Pli. lib. xxi. inuenies.

¶ Rosalia coronę rosis factæ. Cc.

*Rosmarinũ vocant fruticem quem & Libanotidẽ vocant, de quo Pli. & Dioscorides. Cc.

¶ Roscus a, um. vt roseus color, a rosarum similitudine, a quo & roseus pannus, rosea vestis. Plini. Asini a coitu spuma collecta roseo panno & inclusa argento venerem stimulat roseę purpureæ genæ.

¶ Rosaceus a, um. q̃d ex rosa factũ est. Vnde rosaceũ oleum ex rosis, Plin. lib. xx. Succus ex frigmentis illitus cũ rosaceo & aceto febrium ardores refrigerat.

¶ Rosarium copiã fruticũ significat vno loco rosas gignentiũ. Pli. rosaria a Fauonio fossa oportet esse.

¶ Rosetum idem quod rosarium.

¶ Rosea campus in agro reatino, q̃ in eo arua rore humida semper feruntur.

¶ roscius propriũ Histrionis nobilissimi nomen, a quo omnes in aliqua re perfecti roscij dicuntur.

¶ rostrum quo aues aliquid apꝑhendunt. Nec solũ de auibꝰ sed de reliquis quoq; animalibus & de ipso hoie dr. Pli. Et mugilis rostrũ. Plau. Ad vsq; rostrũ hois. A similitudine autẽ rostri auiũ dicta est ps illa exporrecta atq; acuta e prora a q̃ naues ipsæ rostratę dñr. Et sicut scribit Liuius, rostra dictũ est tẽplum seu forũ ante curiã hostiliã, in quo erat pulpitũ ornatũ ex rostris nauiũ Antiatũ. Ex quo loco cõcionari solebãt. Vnde sæpe legimus ꝓ rostris, i. in rostris. In eo enim loco rostra ab hostibus capta & fixa erant.

¶ rostellũ paruũ rostrũ. Pli. Muris rostellũ. Col. li. ix. Animaduertat an pulli rostellis oua pertuderint.

¶ Rotundum dr collectum, & per omnem circuitũ lene sine offensione asperi anguli, dictum quasi retundum a retundẽdo q̃ omnis vndiq; retusa & veluti detornata sit asperitas. Habet enim q̃ rotundum est vnicam superficem in qua nec principium notari potest nec finis. rotundum etiam a radendo dici potest q̃ circum casum atq; expolitũ sit. Transfertur q̃q; ad animum & pro collecto concinno ac perfecto accipitur, vnde ore rotundo loqui dicuntur qui multa paucis exprimunt Capacioris enim formæ videntur horum verba q̃ eorũ qui multis pauca dicunt. Hora. Grajis ingeniũ grajis dedit ore rotundo musa loqui. Gel. Crispum sane agmen orationis rotũdumq; ac modulo ipso numerorum venustum. Cice. Theodectes autẽ pręfator nec satis, vt ita dicam rotundus primus instituit dilatare verbis. Idem. Accedunt verba apte & rotũde disposita. i. collecta eleganter concinnecq;

¶ rota a rotũ ditate, seu a ruendo, ruit enim facile in suos orbes rotæ etiam a latinis dicuntur capræ vt inquit Varro, libro. iij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de re ruſt. Huius diminutiuū eſt Rotula
*Rotam Anacharſis Schytes vel (vt alii volūt) Hiſperbios Corinthius inuenit. Cc.
¶Rotella diminutiuum a Rotula. Aug. Breuis etiam rotella orbiculus appellatur.
¶Roto as. verto. Hieron. lib. i. ℞. Porro inimicorū ruorū anima rotabitur quaſi in impetu & circulo fundæ. Col. lib. ix. de pauonibus loquens. Signa ſunt extimulatæ libidinis cum ſemetipſum veluti micantem caudę gemmantibus pinnis protegit. Idq; cum facit rotari dicitur.

R ante V

¶Rubus ſentis genus, mora agreſtis. Sic enim a ruſticis in Italia appellatur. Hora. lib. i. car. Seu virides rubi. Serenus. Mandatur apta rubus ginginis & bona labris. Rubetum locus ruborum in quo rubi ſunt.
¶Rubeta ranæ genus venenoſum in ſicco ſemper rubens. & a rubis nomen trahit, in quibus plærumq; victitat. Iuue. Porrectura viro miſcet ſitiente rubetam.
¶Rubi orū. tm pluraliter oppidū Campaniæ a ruborū freqntia ſeu a colore ruboris. Hora. in ſer. Inde rubos feſſi peruenimus, vtpote longum carpentes. Inde afferebantur rubea vimina p; piſcellis. Ver. Nūc facilis rubea texat piſcina virga.
¶Rubia herba tingendis lanis ac coriis idonea vulgo nota.
¶Rubeus & rufus generalia noīa ſunt ad oīa quę quomodo libet rubent. Etenī ſanguineus, croceus, aureus, oſtrinus, fulus flauus, rubid⁹, phœniceus, rutilus, lute⁹, ſpadicus, rubei ſeu rufi coloris ſunt vt acuentes eū quaſi incendentes, aut cū colore viridi miſcentes, aut nigro infuſcantes. Gel. lib. i. Sed cū aliter rubeat ignis, aliter ſanguis, aliter oſtrū, aliter crocū, hac ſingulas rufi varietates latīa oratio ſingulis ꝓpriiſq; vocabulis cō demonſtrat, oīaq; iſta ſignificat vna ruboris appellatione, cū tm ex ipſis rebus vocabula mutuent, & igneū aliquid dicit & flāmeū & ſanguineū & croceū & oſtrinū & aureū. Aliqū rubeus ponit ꝓ ſpineus a rubo, qui & vtiliū vſu cōmendatur a Plinio. vel a rubis oppido Campaniæ, vt putat Ser. illo ꝓ vſu Nū facilis rubea texat piſcina virga. Sunt tamen qui negēt rubeū dici debere, ſed rubentem.
¶Ruber a, um. idem q̄d rubeus. Hora. lib. ſer. Obſcœnoq; ruber porrect⁹ ab inguine palus.
¶Rubor ipſe color rubeus q̄ & Rubedo dicitur.
¶Rubeo bes bui. rubeus ſum. Vergilius Saguineiſq; inculta rubent auiaria baccis. Hieronymus. Inter candentia lilia & rubentes roſas.
¶Rubeſco rubeus fio. Vergi. Iamq; rubeſcebat ſtellis aurora fugatis. Hinc componitur Erubeſco eiuſdem ſignificationis. Ouidius. Tum pater vt terras mundumq; rubeſcere vidit. Transfertur ſæpenumero ad verecūdiam. Ver. Noſtra neq; erubuit ſyluas habitare Thalia.
¶Rubefacio notę ſignificationis, a quo Rubefio.
¶Rubicundus rubore plenus, ſiue abunde rubens. In quo alternitatis cauſa, vt inquit Priſcia. c. loco. b. ponitur ne ſit abſonū ſi rubibundus dicatur
¶Rubidus a, um. quod eſt colore rufo atriore multo miſtum. Aliquando tamen rubidus ſcaber atq; aſper dicitur. Vnde a ſcabricie panis ſecundo coctus rubidus vocatur quia nautarū vſu nauticus appellatur. Plau. Exiguam buccellam rubidi panis. Item ſorteæ ampullæ rugoſę rubidæ dicuntur. Quidam etiam Ruuidus ſcribunt.
¶Rubellæ vites appellatæ ſunt. & Rubellæ vineæ, q̄ vitium ipſarum materia rubra ſit. Plini. li. xiij. Proxima dignitas. No mētanis rubent e materia. Quapropter quidam Rubellas appellauere vineas.
¶Rubellum vinum ſubrubeum. Martia. Et veietani bibitur ſex craſſa rubelli.
¶Rubrum mare dī, quia aquas rubere credebant. Quidam a ſolis repercuſſu exiſtimarunt talem reddi colorem. Alij ab harena terraq;. Quod latini Rubrum mare nūcupant græci erythreū vocāt. Erythros enī rubrū latine dī. Curtius ab erythra rege inditū eſſe nomen exiſtimat.
¶Rubrica penul. produ. terra rubei coloris & minyio proxima. Columel. libro. iij. Omnes arbuſculas priuſquam transferas rubrica notare cōuenit, vt cum ſerentur eaſdem cœli partes aſpiciant, quas etiam in ſeminarijs conſpexerant. Hac legū tituli & capita notabantur. Perſius. Excepto ſi quid mæſuri rubrica notauit. Hinc rubricatus rubricata rubricatum quod eſt rubrica intinctum. Hieronymus in Exod. Pelles arietum rubricatas.
¶Rubriceta vulgo roſetum dī. Plaut. in tru. Mala buccas rubriceta oē corpus intinxit tibi.
¶Rubigo quæ in metallis ſitu quodam cōtrahitur arida & rubra metallum paulatim abſumens qualem in ferro videm⁹. Dicta a colore. Nam veteres Robum rubeum dicebant. æruginovero proprie fit in ære ſicut ferrugo in ferro & contrahitur ex humore non rufa & ſicca qualem diximus rubiginem eſſe ſed viridis atque humida. Inde fit rubiginoſus ſa, ſum. Vide in dictione robigo.
Rubicon pe. cor. fluuius qui diſterminat Italiam a Gallia citerior, quem Plini. in octaua regione Italiæ collocat. Sue. in Cęſa. Conſecutuſq; cohortes ad rubiconem flumen qui ꝓuincię eius finis erat paulū conſtitit.
ðRubigino nas. penultima correpta rubiginem contraho. Apule. libro tertio flor. Profecto, vt gladius vſu ſplendeſcit, ſitu rubiginatur ita vox in vagina ſilentij cōdita diutino torpore hebetatur.
¶Ructus eſt proprie digeſtio cibi & concoctarum eſcarū in ventum efflatio. Plautus. in Pſeud. Partim ructare mos, ſuauis mihi ructus eſt,
Ructo as. a quo ructito frequentatiuum. Vide in dictione eructo. Et ibidem vide ructuo as.
¶Rudiæ diarum. Vrbs Salentinorum. Syrius. Miſerunt Calabri rudiæ genuere vetuſtæ.
¶Rudis for. g. ¥ga qua gladiatores ſexagenarios ab eo mūere præpraetor eximebat, quos cum probi fuiſſent qui multa reportaſſent lemuſcata. Tiberius ad maiorem ludorum ſuorū magnificentiam reuocatos centenis nummū milibus donauit. Cic. in. ij. Phil. Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti. rudibus aūt ſolitos pugnare gladiatores teſtis eſt Ꝑapridi⁹ qui ait Cōmodū in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnaſſe. Qm vero hi gladiatores dū libertate donabātur, ne gladiaturam amplius exercerent virga donari ſolebant, factum vt pro libertate & pro fine rudis aliquando poneretur. Iuuenalis. Ergo ſibi dabit ipſe rudem. Aliquando ponitur pro rutabulo ſiue impolita virga. Pli. li. xxxiij. Vritur in platinis per laminas minutas cū ſulphure verſatum rudibus ferreis aut ferulaceis. rudis ¥o adiectiuū idē eſt q̄d recēs, ꝑpolitus imperfectus durus. Transfertur inde ad animū rudeſq; illi dicūtur qui adhuc animū nō expoliuere diſciplinis & doctrina reiiq; vſu. Teren. in phor. Adeon te eſſe ingenio rudi & in exorabili. Pli. li. i. Sedere cœpit ſententia hæc, pariterq; & erudito vulgus & rude in eam curſu rapit.
¶Rudicula diminuti. paruа virga impolita ad multa vtilis. Cato. Igni bene coquito. rudicula agitato crebro vſq; adeo dū fiat tam craſſum q̄ mel. Pli. li. xx. Non eſt opus in hoc vſu lanas rudiculis eſſe curatas. Itē rudicula vt Col. inqt, eſt organū erectę tabulę ſimile.
¶Rudarii dicti ſūt qui ꝑpetrarūt miſſionem artis gladiatoriæ donati rude. Sue. in Tiberio. rudariis quoq; q̄buſdā reuocatis auctoramento centū miliū dedit Item rudarii dīr quiſ aga rudida & noua poliūt. Itē qui ruderariū cribrū facit & rudiora linteamina rudiarius dicitur.
¶Ruditas. imperitia & obtuſitas ingenii.
¶rudio is. rudiui & cudii ruditū. rudē doceo. Vñ erudio q̄d eſt ꝓfecte q̄ rudes ſcire oportet doceo.
¶rudimentum principium ſiue prima diſciplina quæ rudib⁹ committitur. ð Quod & Tirocinii, & nouitas appellatur vt rudimentum ſeruitii, apud Pli. rudimentum lucis ꝓ initio

R

vitæ. Rudatum pro rudimento posuit Apul.

¶ Rudo is. di. proprie ad asinos pertinet. Nam rudere asini dicuntur cum vocem emittunt. Persi. Findor vt Archadiæ pecuaria rudere credas. Abusiue & de leonibus & de hominibus dicitur. Verg. Sera sub nocte rudentum. Et alibi. Inclusumq; cauo saxo atq; insuetа rudentem. Vbi sciendum q̄ apud Verg. ru. syllaba breuis est, cum apud Persium producatur. Arcadiæ pecuaria rudere credas.

¶ Rudens a rudo dis. participium est. Quandoq; nomen substantiuum tam masculini quam fœminini generis est. & significat funem nautitum, quoniam cum funes vento agitant rudere videntur. Tametsi primæ syllabæ quantitas non seruet. Verg. Insequitur clamorq; virū strictorq; rudentum. Catul. Candidaq; intorti suspollant vela rudentes.

¶ Rudus eris. duplex est, nouum scilicet & vetus. Nouum rudus est materia pauimenti, hoc est saxa de nouo cōtusa, seu testæ confractæ cum calce ad pauimentum faciendum. Victru. lib. vij. Deinde ruderi nouo tertia pars testę tusę admisceatur calcisq; duæ partes ad quinq; mortarij missi omnibus presentes responsurū. Vetus rudus est materia veterum pauimentorū & diruptorum ædificiorum quæ lapidibus & testis cōfractis calceq; arena cōmista constat. Pli. Complanatæ veteri rudere erant viæ. Item rudus dicitur stercus quod raditur. Et rudus siue rūdus & randusculus a veteribꝰ dicebatur æs, res rudis aspera & impolita. Vnde Festus Randusculana porta Romę dicta q̄ rudis & impolita sit.

¶ Ruderari est rudꝰ inducere. Vict. Ne minori saxo quā q̄d possit manus implere statuminationibus inductis ruderetur. Vnde ruderatus ager dicitur qui veterum ædificiorum materia scatet. Pli. lib. xxi. Rosam siccis locis q̄ humidis odoratiorem constat nasci serendam nec pinguibus nec argyliosis locis contēramq; rarīs, ꝓpriecq; ruderatū agrū amare. Eruderari vero est rudus ejicere.

¶ Ruderū plenū rudere, siue terra quę prius rudis fuerat & inculta rum autē arata. Caro. Lēto īrudero & rubricoso qui hęr bosus non sit ferito.

¶ Ruderarium cribrum vilius & furfurariū Apul. dixit econtrario liberale pani generationi conficiundo perquam accommodum Polinarium dicunt. Plaut. Cereris hoc Polinem, hoc est florem farinæ transmittit. eo siliginarij vtuntur & Polintores. Qui ruderarium cribrum facit & rudiora linteamina Rudiarius vocatur.

¶ Rufus color non plene ruber. Mart. Roma magis fuscis vestitur. Gallia rufis. Est & rufus nomen viri propriū a quo per diminutionem fit rufirius.

¶ Rufo rufas. rufum facio. Pli. Eadē rufat capillū.

¶ Rufeo es. a quo Rufesco rūfus fio. Plini. Grues senectute nigrescunt. Merula ex nigra rufescit.

¶ Rufuli appellati sunt tribuni militū nō a populo, sed a cōsule facti, q̄ de eorū iure Rutilꝰ Rufus legem tulerit. Hi postea mutatiōe vniꝰ literæ Rutuli sunt appellati.

¶ Ruga non solum in corporibus dici solet quæ fit præ senectute sed etiam in vestibus vulgo falda. Plini. lib. xxxv. Præterq; ī veste rugas & sinus inuenit. Ruga exterior est, sinus interior Cicero in Cato. Non cani non rugæ repente auctoritatem arripere possunt.

¶ Rugo as. rugas contraho. Plaut. in casi. Vide palliolum vt rugat. Huic cōtrariū est Erugo pe. cor. Pli. lib. xxi. Furfures in facie emendāt & erugant corpora.

¶ Rugo is. xi. ctū. ructum emitto. Cuius compositum est Erugo, a quibus Ructo, & Eructo frequentatiua. & Ructito & ructuo. De quibus in Eructo.

¶ Rugio is. rugiui. & rugij. Vnde Rugitus qui ꝓprie leonis est cū vocem emittit. Hie. Amos. iij. Leo rugiet quis nō timebit. Hinc cōponitur Irrugo is.

¶ Rulla instrumentum ferreū stimulo rusticorū additum ad vomerem detergendum. Pli. Purget vomerem subinde stimulus cuspidarius rulla. Est autem diminutiuū a runa quod est teli genus. Agrri. Runata recedit id est runis preliata. Habet autem hoc telum latiorem cuspidem.

¶ Rumpotinus genus arbusti gallici inquit Columel. libro vi. Et alibi. Arboribus rumpotinis frumentum non inseritur si in vtramque partem. xx. pedum spatia interueniunt. Ceterum appellatio rūpotini hodie q̄q; durat ī liguria, & insubria hinc rūpotinetum vbi rumpotini sunt.

¶ Ruma a veteribus dicebatur mamma. Et Ruma gutturis pars eminens. Seruius. Ruminatio dicta est a Ruma eminente gutturis parte per quam demissus cibus a certis reuocatur animalibus.

¶ Rumo as. lacto, quasi mammam immitto. a quo irrumo & subrumari agni dicūtur q̄ ad māmā admouentur.

¶ Rumia dicta est Dea, q̄ rumis. i. māmis hoc est pueris lactētibus prę̄sidebat. Huius meminit Aug. lib. iiij. ciui dei. Varro Non negarim inquam ideo apud diuæ rumiæ sacellum a pastoribus satam ficum. Ibi enim solent sacrificare lacte pro vino & pro lactentibus.

¶ Rumen eminens sub mento gutturis pars qua cibus in aluum demittitur Inde fit Rumino as. Est & rumē māma. Pli. lib. xv. Q m̄ sub ea inuenta est lupa infantibus p̄bens rumen Ita enī vocabant māmam. Nonius docet rumen esse locū in ventre q̄ sumitur cibus & vnde redditur. Pompo. Ego rumorē parui facio dum sit rumen qui impleam.

¶ Rumino as. pe. cor. & Ruminor deponēs significat reuomo ac rursus cōsumo, quasi cibū ad rumen reuoco, iterūq; cōficio. Col. lib. vij. Propter quæ bos neq; ruminat, neq; lingua se deterget. Per translationem pōnitur pro in memoriam reuoco Var. Non modo absens de te sæpius cogitabit, sed ruminabitur humanitatem tuam.

¶ Rumīalis ficus sub qua lupa Romulo & Remo dicitur māmā p̄buisse, q̄ & Romula vocitata est. Oui. Romula nūc ficus Romula ficꝰ erat. siue q̄ sub ea pecudes æstatis tp̄e frigora captantes hærbas ruminare consueuerunt.

¶ Rumis māma. Var. Antiq̄ vocabulo māma rumis.

¶ Rumentum abruptio.

¶ Rumex Lapatij syluestris genus, cuius succus impositus scabei statim illam purgat. Vergilius in Moreto. Fœcūduscq; rumex maluæ violæq; virebant. & rumex genus teli simile Spari gallici. Lucil. Tum spara tum rumices portantur tragula porro.

¶ Rumor sermō in populo sine certo auctore in bonum vel īmalum de recenti dispersus re. Cice. in Phil. Improbissimis rumoribus dissipatis. Teren. in An. Meū gnatū rumor est amare. Aliquando ponit̄ ꝓ fauore. Ver. Ergo iter cœptū peragūt rumore secundo.

¶ Rumusculus diminu. paruus rumor.

¶ Rumifero as, rumorē fero. q̄d & rumigero as. dī. Plautꝰ in Amp. Thebani vero rumiferant ꝓbant.

* Rumigero nōnulli vsurparunt, & Rumito. N euius. Simul alius aliūde rumitant inter sese. Cc.

¶ Rumigerulus pe. cor. qui rumorem gerit.

¶ Rumpo pis. rupi. ruptum frango. Verg. lib. x. Rumpimus inuite tua vincula. Rupisse eum vtiq; accipiemus qui vulnerauerit, vel virgis aut loris pugnisve ceciderit, vel telo, vel quo alio vt scinderet alicui corpus vel tumorem fecerit. Interdum rumpere ponitur pro defatigare. Terentiꝰ in Hecy. Vt me ambulando rumperet. Interdum pro disjcere. Verg. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Rumpere silentiū & rumpere vocem est loqui, seu diu tacita proferre. Vergiliꝰ. Quid me alta silentia cogis rumpere. Hierony. ad Iulianū. Lōgum ad te silentium rumpo, offerens tibi rudem officij volūtatem. Rumpere moras est auferre. Vergi. lib. iii. Georgic. Age segnis rumpe moras. Huius verbi composita sunt. Abrūpo, Corrumpo, Dirumpo, Erumpo, Irrumpo, Interrumpo, Perrumpo, & Prorumpo.

¶ Runcinæ p. ꝓ. o. apud Plinium sunt maiores ferræ, quibus fabri materiarii secant arborum moles, subiectis canteriis Hieronymus in Esaia. Artifex lignarius extendit normam & formauit illud in runcinam. Canterii sunt qui a rusticis fere dicū-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur caballi quia ipsos equos canterios vocamus. Sed & runcinos agreste vulgus dicit minores equos ex hac fortasse rũcinarum origine rũcina etiam romphęa ferrea & ligo ad dumeta excidenda. Plautus Diruncinare vsurpat pro dissecare dissipareq;, & runcãdo excidere & munditer excolere. Prętera runcina putabat dea, quę rũcationi pręesset. Aug. li. iiij. ci. dei. Cũ runcant. i. a terra auferunt deã. Rũcinam p̃ce ferunt

✕ Runcina item dea erat quę Runcationi p̃erat, veteres etiã Runcam pro runcina dixerunt. Cc

¶ Rũco as. eruo, euello. Cornut⁹ rũcari ,ppriè segetes vel herbæ dicunt. Col. li. ij. Frequentẽ tamen exigunt sarritionẽ, & runcationem, vt herbis liberentur. Hinc cõponitur Erunco, quasi extra runco. a quo Arunco. De quo supra

¶ Ruo is. rui rutũ & ruitũ. Ruere ,pprie est cõcidere. Virgil. Ruit alto a culmine Troia. Per trãslationẽ q̃q; ponit ,p effũdi. Idẽ. li. vi. Vñ ruũt totidẽ voces respõsa sibyllæ. Q̃q; pro decipi. Ci. li. iij. Offi. Sed hoc nõ est emptorẽ pati ruere, & per errorẽ in maximã fraudẽ ĩcurrere. Q̃ñq; ,p euertere, diruere cõplanare. Et sic habet actũ cũ alibi absolutũ sit. Ver. li. i. Ge. Quid dicã iacto q semine cõmin⁹ arua Inseq;tur, cumulosq; ruit male pinguis arenæ. Q̃ñq; ,p festinanter ire, seu in pręceps ferri, & sine cautela in aliquẽ, impetũ facere. Idẽ. libro. x. Quo moriture ruis maioraq; viribus audes. Q̃ñq; ,p impellere, Terẽ. in adel. Cæteros ruerẽ, agerẽ, raperẽ, tunderẽ prosternerẽ. Q̃ñq; ,p euertere: eleuare. Pli. Hærbas ruẽtibus limũq; reduncа vt suũ generi. Verg. li. xi. Cõfusa ruebãt ossa focis. Q̃ñq; ,p crepare. Verg. Ruit arduus æther. i. tonitru ,p crepat sic ruina pro tonitru, vt cęliq; ruina. Hujus cõpositа sũt Ad ruo, Corruo, simul, ruo, siue deorsum me totũ dẽjcio. Liui. lib. i. Duo Romani sup aliũ alius vulneratis tribus Albanis expirantes corruerũt. Hier. in Paulo. Tũ vero Antoni⁹ ,p fornibus corruens vsq; ad sextã vel eo amplius horã aditũ precabat. Diruo varie ruo, Terẽ. in adel. Hanc in horto macerã iube dirui. Liui. li. i. Iam fragor tectorũ q̃ diruebãtur vltimis vrbis partibus audiebat. Eruo, Irruo, obruo, & subruo. Sciendum est q̃ ruo cũ sit neutrum ĩuenitur habere significationẽ actiuam. Ver. Et ruit atrã Ad cęlum picea crassus caligine nubem. Ex quo etiam eruo, diruo, & obruo actiua sũt. Et omnia habent penultimam supini correptam

¶ Ruina casus excidiũq; dr. Nã vt inquit Hiero. Ruina est cũ parietes domorũ diruũt. Hinc Ruinosus a, um, quod est ruinis plenũ, hoc est casurum. Aug. li. i. con. Angusta est domus animæ meæ quo venias ad eã dilatetur abs te. Ruinosa est rejice eam, Accipitur & ruina pro tonitru

¶ Rupes sunt præruptæ partes terræ ,ppter altitudinẽ ac ,p cliuitatẽ inaccessę, q̃ velut abruptę sint, a rumpendo dictæ, quales sunt q̃ in torrentibus fiunt. Vnde fluminum quoq; altiores atq; inaccessę ripæ rupes dicuntur. Nam ripæ planæ sunt, quas Vlp. diffinit esse quæ flumen continent naturalẽ cursus sui rigorem continens. Rupes proprie de montibus dicuntur

✕ Rupicapra capra syluestris. Cc

¶ Rursus & rursum aduerbium significat retrouersum. Te ren. in Hecy. Tace, trepidari sentio & cursari rursum prosum Do. Rursum proprie retro ante significat. sicut dicimus sursum deorsum. intro fòras, hac illac. Quandoq; ponitur rursus pro econtrario. Virgi. Haud rursum enodes truncі resectantur

¶ Rus locus extra vrbem vbi agri sunt & villę, dictum q̃ ĩ agris quotannis rursus eadem fiant. i. colantur, vt rursus capiatur fructus

¶ Ruralis & hoc ruralẽ quod ad rus pertinet. Ambro. lib. de paradiso. Et q̃is paradisus operibus ruralibus non egeret, tamen in paradiso speciem laboris suscepit. Ruralibus autem dijs Mercurio panique sacrificabant placentas & vinũ. Vnde Leonides in epigrammatis αὐλιακοὶ νύμφαι ὑμῖν ἱερὸς ὅδε βωμὸς ἀνάθημα ὑπὸ τέγος ἵδρυται ἀκίσθιον ἀσπίνγων ὀνείου τραπίτου καίου τετράκλεχυ μυκλοσσόν μαιάδος ἕρμᾶ ὅσετον ἀμφιβότην ποιμὴν κατέχειτ σκέπιλον, ἱλαοὶ τάφαισι, τότε

σκύφος ἔμπλεον οἴνου δέξασθαι ἀριακίδεω δ' ὦξα νεοπτόλεμος. ✕ id est stabula & nimpharum sacer pagus, vos sub saxo fontes, tuq; a quis vicina pinus, & quadrate ouium seruator Maię Mercuri Q uique capris de pastum Pan occupa scopulum, propitij hæc liba quo poculum plenum vino suscipite, æacidę dona neoptolemi

¶ Rurestris & hoc ruresтre quod est ruris. Apul. ruresтri vocabulo vulgus indoctum rosas laureas appellat

✕ Rurigena qui ruri gignitur. Cc

✕ Ruricola qui rus colit. Cc

¶ Ruro. as. secundum rus facio. Plautus in cap. Dum ruri rurant homines. dicitur & ruror deponẽs. Var. Dum in agro studiosius ruror Triptolemon sculpone atum bigas sequi cornutas

¶ Rusticor ruri dego. Ply. Cum simul æstate rusticaremur Cice. Tironi. Liceat modo rusticari

¶ Rusticus, a, um. pe. cor. idẽ quod rurestris vt domus rustica. Quandoq; rusticus dicitur moribus & vita incultus, quasi semibarbarus. vndeveteres rustice pro barbare vsurpabãt Est etiam rusticus nomen viri proprium

¶ Rustica auis perdici similis nisi q̃ rostrum longius habet. Mar. Rustica sum perdix, quid refert si sapor idem. Carior est perdix: sic iuuat illa magis

✕ Rustica vinalia quartodecimo kalendas Septembris celebrabantur, quo die primum in vrbem vinum deferebant. Cc.

¶ Rusticanus, a, um. idem quod rusticus. Amb. Cultu rustici caui laboris acquiritur

¶ Rusticarium, a, um. quod ad rus pertinet. vnde falces rusticarias dicimus vide in dictione Syluaticus

¶ Rusticatim aduerbium pro rustice. Pompo. Ego rusticatim tangam vrbanatim nescio

¶ Rusticitas vrbanitati contraria est. Est autem vrbanitas qua significamus proprium quendam gestum vrbis & summam ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem. Ponitur quando pro inepta & timida verecũdia. Ouid. Et si rusticitas non vetat ipsa rogat. Cicero. Deterruit pudor quidã subrusticus

¶ Ruscum. Ser. ruscum virgultum est vnde vites ligantur. quidam accipiunt pro frutice ex quo nunc scopæ fiunt, qui folia habet myrto similia, sed acutiora & rigidiora. Ver. lib. ij. Geor. Necnõ etiam aspera rusci Vimina per syluam. Alij pro theca in qua includitur semẽ asparagi. Col. Et cycla thyr suro sæpe nunc horrida rusco

¶ Ruspor. aris. sepe seu diligenter scrutor. Actius. vacantes ruspantur sylias. Proprie vero ruspari dicuntur gallinę hoc est scalpere. Hinc cõponitur. Corruspor pro conquiro. Plau. Corruspare tua consilia in pectore

¶ Ruta, herba a ruendo. i. eruendo dicta q̃ vna ex omnib⁹ herbis ,ppter multiplices eius vsus maxime eruatur. Peculiaris est illi auctoritas propter venena quibus remedii exhibet præsentaneum. Vnde & mustellæ contra serpentes dimicaturæ ruta se muniunt. Hinc rutaceus, a, um. & rutatus, a, um. quod ex ruta materiatum est. Pli. Inuenio mustum rutatum populo datum

¶ Ruto as. frequentatiuum est verbi ruo. is

¶ Rutabulum proprie instrumentum, quo rustici vtuntur in prorutendo igne panis coquẽdi gratia. Festus auctor. Hodieq; id nomen custoditur apud nos

✕ Rutubã veteres turbationẽ appellabant. Varro. Id postea viderimus nunc fumus in rutuba. Cc

¶ Rutrum quo quid eruitur, a ruẽdo. Nã sicut arariũ, ararutrũ sic rutum rutrum facit Idem Festus rutrum inquit tenẽtis iuuenis effigies in capitolio ephebi fuit moræ græcorum arenam ĕrpentis exercitationis gratia, quod signum deportauit ex Bithynia Romam Pompeius Bithynicus

✕ Huius diminutiuum est rutellum. Lucillius. Frumentarius est, medicum hic secum atque Rutellum vnum asfert.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Rutilo as pe.cor.splendeo. Vnde dicimus aurum rutilare.rutilum autem rufum quod habet aliquid nigroris cuius coloris studiosæ mulieres rutilæ dictæ sunt. Et vestes rutilæ, quæ & hiacynthinæ & hisginæ ab hisge hærba vocantur. Hinc componitur Irrutilo quod est valde rutilo. Ambro.lib.hexa. Irrutiles igitur licet o homo, aut splẽdore nobilitatis, aut fastigio potestatis, aut fulgore virtutis semper tibi spina proxima est

¶Rutili pen.cor.populi Italici non longe ab vrbe romavbi ardea oppidum est

¶Rutupinũ pe.pro.promõtorium Britanniæ. Luca.lib.vi. Autvaga cum tethys rutupinave littora feruent Vnda Calidonios nescit turbata Britannos

¶Rutheni populi Galliæ, non longe ab Aluernia & Santonibus

✕Rythmus numerus & harmonia. Quintil. sunt Rythmi vt & ipse Cicero constituit rythmi enim neq; finem habent certum, neq; in contextu varietatem. Cc

De Litera S.

S LITERA semiuocalis quę si antecedat m. vel p.vel.t.in simplicibus dictionibus: eiusdem est syllabæ, vt Cosmus. Prosper restis. In compositis uero aliud est. Nam Arruspex testę Quintiliano, quia pars eius posterior aspectanda est s.tertię dabimus. Absemius vero quia ex absimilitudine Temesi composita vox primæ relinquetur. Trãsit quãdoq; s.in m.vt rursum pro rursus.diminuo pro disminuo. In n vt sanguis sanguinis.in r.vt flos floris.

S Ante A.

¶Saba ciuitas regia Aethiopiæ vt inquit Iosephus quã postea Cambyses a sororis suæ nomine Merorem denominauit Hanc. Nilus circundans inexpugnabilem reddebat. Dicta Saba ἀπὸ τοῦ σέβειν quod est, sacrificare, quia ius mittit quo in sacrificijs vtuntur. Sunt qui dicant saba Arabum lingua mysteriũ significari. Hiero. vero conuersionem sonare autumat Hinc Sabæus a.um.

✕Sabora vrbs Arabię in monte excelso, a quo octo mansionibus distat regio eorum rurifera. Cc.

✕Saba.ex qua Sabæi, de quibus nunc,

¶Sabæi populi. felicis Arabiæ ditissimi syluarum fertilitate odorifera, Hos Iosephus lib.i.a Saba Cusi filio qui a Cham ortus fuit dictos affirmat.

¶Sabath nomen proprium. a quo Sabatheni nominantur qui a græcis Hystabari dicuntur, vt Iosephus inquit.

¶Sabate lacus est, vnde fit sabatinus sabatina sabatinum, Columella libro nono. Inde velinus, inde etiam sabatinus, item Volsinienſis & ciminus lupos auratasque procreauerunt.

¶Sabbatum hebraica lingua dies quietis dicitur, & sabat græce, latine quies. Est & septimus dies quo requieuit deus ab operibus suis. Prima sabbati dicitur primus dies, quẽ dominicum etiam nominamus. Secunda sabbati secundus dies. Tertia sabbati, tertius dies. Quarta sabbati, quartus dies Quinta sabbati, quintus dies. Sexta sabbati, sextus dies a die dominico. Et ipsum sabbatum septimus dies. Quod etiam nomen ab hebræis sicut Iosephus refert septimana dicitur. Hanc Ethnici idolorum & elementorum nominibus appellant, vt secunda sabbati a luna sit. Tertia a Marte. Quarta a Mercurio. Quinta a Ioue. Sexta a venere.

¶Sabbatizare est sabbatum obseruare. Hierony. in Leuiticon. Quãdo fueris in terra hostili, sabbatizabit & requiescet in sabbatis solitudinis suæ.

¶Sabbatarius qui diem sabbati seruat. Vnde illud q̃ ieiunia sabbatarium

¶Sabbatismus vacatio facta post labores

¶Sabe syrorum lingua, mensis Februarius dicitur

¶Sabaoth numeri pluralis & generis fœminini interpretatur militarium vel exercituum siue virtutum. Vnde dominus sabaoth. inquit Hiero.

✕Sabis fluuius. Vide samarobrini

¶Sabulum arena grossior. Hinc sabulosus.a. um: Colume. libro.v. de Castanea. Pullam terram & resolutam desyderat, sabulum humidum vel refractum tophum non respuit

✕Sabuletum dicitur locus in quo sabulum abundat. Cc

¶Sablo sablonis, idem quod sabulum. Ambro. libro hexa. Infirmissimo ita omnium vilis sablonis puluere vis maris Intempestas cohibetur, vt velut habenis quibusdam cęlestis imperij prescripto sine fine reuocatur, violetique equoris motu i sese frangitur atque in reductos sinus suos scinditur

¶Saburra licet secundum Priscianum gemino bb.scribatur apud Vergilium tamẽ eius prima corripitur. vt Cimbę instabiles fluctu iactante saburram tollunt. Est autem saburra proprie nauium, ex quacunq; materia, sed sabulum fere significat quo naues onerari solent vsq; ad certam mensuram: quo stabiliores sint

¶Saburrare siue suburrare est saragere in sabulo, aq; mensare, vt puluerare in puluere. Plyn. libro. xviij Echinni affligentes sese aut arena saburrantes tempestatis signa sunt Solinus Grues volaturæ arenas deuorant, sublatisque lapillis admoderatam grauitatem suburrantur. Et suburra vibis regio & saburrana tribus quam veteres per c.nostri per b scribebant. Hoc est succurram, non suburram; quia vt verius Flaccus ait a pago sucusano dicerent: vel a statiuo prȩsidio quod solitum sit esquilijs succurrere. Gabinis infestantibus.

¶Sabini populi sunt in quarta Italiæ regione non procul a Roma, a religione & cultu deorum cognominati, quasi sebini ἀπὸ τοῦ σέβειν Sirius vero a sabo auctore gentis sabinos dici putat qui libro. viij. ait. Auctorem gentis pars laudes ore ferebant. sabe tuas qui de patrio cognomine primus Dixisti populos magna ditione sabinos. Hos Plyn. Appenninis iugis vallatos vtrinq; scribit. Stra. Sabinos ait angustum incolere agrum in longitudinem protensum a Tyberi vsque Nomentum oppidum stad. mille vsque ad Vestinos

✕Sabinam Illyrij appellabant telum venabuli simile Aenanius Illyri restant siccis sabiniscq; fodientes. Cc.

✕Sabim Arabes deum appellant: & illi decimas mẽsura nõpondere persoluunt, Cc

✕Sabiusa porta dicebatur quæ rectæ in Sabinos ducebat. Cc.

¶Sabellus.la.lum, deriuatum nomen a sabinus: sunt autem sabelli populi a sabinis orti qui incolunt montes qui sunt inter sabinos & Marsos. De his. Vergi. lib.ij Geor. Hæc genus acre virum Marsos pubemq; sabellum

✱Sacalin Aegypto nascitur & est elleborispecies. Cc

¶Sacarum regio vt Ptol. inquit est in Asia vltra mare Caspium sogdianis contermina, in qua nec vibes nec vicos esse testatur, sed incolę eius regionis nemora & specus habitãt sagittandi arte pertissimi. Qui olim Bactrianam prouinciã occupauere, & optimã Armeniæ regionem adepti sunt. vt vt libro. xi. Stra. refert. atque vsq; ad cappadocas processerunt. sed cum ex spolijs festa celebrarent, Persarum imperatores eos noctu adorti funditus deleuere. Hos quidam sacas sanos vocant

¶Sacassani. Vide in dictione sacarum

¶Saccarum. pe.cor. dicitur mel in harundinibus collectum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gemmi modo candidum ac fragile. Nascitur in Arabia, India Creta, Italia, & Scilia. Vnde Oxysaccaron potionis genus ex saccaro & aceto.

¶ Sacondion genus gemmę coloris hyacinthini.

¶ Sacrum nomen substātiuum dicit omne quod deorum habetur vñ. Ver. quoties sacrū nominat additionem fere deorū facit, sacra Dioneæ matri diuisq; ferebam. Idem sacra Ioui Stygio quæ rite incœpta parabam. Ponitur etiam pro sacrificio. Macrob. in fatur. sacra celebritas est cum sacrificia offeruntur vel cum dies diuinis celebrantur epulationibus, vel cum ludi in honorem aguntur deorum, vel cum feriæ obseruantur. Itē sacrum dicitur templum Plautus sunt, autem sacrilegi qui publica sacra compilarint. At qui priuata sacra vel ædiculas incustoditas tentauerint, amplius quam fures minus quam sacrilegi merentur. Et sacrum dicitur magicum quoddam ad compescendas detrahentium linguas. Ouid. lib. ij. fasto. Ecce anus in medijs residens annosa puellis sacra facit tacite, nec tamen ipsa tacet.

¶ Sacer a, um. idem quod venerabile. Verg. Extulit os sacrū cœlo. Capitur nonnunq; pro execrando sceleſto. vt. Idem. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Et antiquit⁹ homo sacer dicebatur quem populus ob maleficium iudicasset, neq; fas erat eum moliri. Et si quis eum occidisset parricidij non damnabatur. ex quo omnis homo malus atque improbus sacer appellari solet. Hora. Intestabilis & sacer esto. sacer locus, locus consecratus.

¶ Sacer mons trans Anienem fluuium vltra tertium miliariū appellatur, qui Ioui fuerat consecratus. vel mons in finibus Galatiæ aurum ferens.

¶ Sacer ignis morbus, cuius multa sūt genera, quæ apud Plinium habentur. Col. lib. vij. Est etiam insanabilis sacer ignis quam pusulam vocant pastores. Ea nisi compescitur intra primam pecudem quæ tali malo correpta est vniuersum gregē contagione prosternit. sic quidem nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur. Nam pene ad omnem tactum excandescit.

¶ Sacer morbus appellatur Comitialis, q̄ Hercules eum passus fuerit ex Græcis, nunc Gallicum dici dubito.

¶ Sacra via in vrbe Roma vocitata est, q̄ in ea fœdus ictum fit inter Romulum & Tatium. Hac triumphātes in capitoliū ibant. Tenebat autē regia vsq; in arcem. Hanc Horat. lib. car. sacrum oliuum nūcupauit.

¶ Sacra certamina Græcię quatuor, a Tacito ludicra vocantur. In his morem fuisse, vt patres & patrię vincentum præconis voce nominarentur.

¶ Sacrum promontorium, quod nunc appellant Caput sancti Vincentij.

¶ Sacro as. deo dedico, & sacrum facio. Augu. lib. ij. ciui. dei. Quæ Romani numina partim peregrina receperunt partim sua propria sacrauerunt. Plin. lib. xxxvi. Eiusdem remanet & alius centum cubitorum quem post cæcitatem visu reddito ex oraculo soli sacrauit. Huius composita sunt consecro eiusdē significati. Desecro ex sacro prophanum facio, & quod vulgo dicitur Degrado. Plaut. Desecrare eum prius oportet ne manus contaminē. Obsecro. Resecro, religione absoluo. Plau. Resecro mater q̄d dudum obsecraueram. Prosecro diu sacrificiū facio. Lactan. lib. iiij. q̄d quum intelligerent. haruspices instigantibus hisdem dæmonijs quibus prosecrant. cōquerentes profanos hoies sacris interesse adegerunt principes suos in furorem. Et hæc oīa habent pe. eor.

¶ Sacellū diminutium a sacrum, & significat locum paruum deo sacratū cū ara. Trebatius iure con. scribit Sacellū cōpositū verbū, quasi cella.

¶ Sacrarium locus sacer in templo & in quo sacra reponuntur Vnde a Cicerone sacrarium Bonæ Deæ nominatur. Sene. lib. quinto quęstionum. Arcana illa rerum naturæ sacra non promiscue & omnibus patent, reducta & in interiori sunt clausa sacrario. Æ gesippus lib. v. scribit sacrarium templi Hierosolymorum fuisse prophanatū a gentibus quo solus semel in anno Princeps sacerdotum solebat intrare non sine sanguine. Q̄ interfit inter sacrum locum & sacrarium ostendit Vlpi. inquiens. Sacer locus est cōsecratus Sacrarium in quo sacra reponuntur. Sue. tamen de Aug. non tam p̄ sacrorum repositorio quā pro sacello loco q; sacrato sumpsit. Nat⁹ est (inquit) Augustus ad capita bubula, vbi nunc sacrariū habet aliquāto posti excessit constitutum.

¶ Sacratę leges quibus sancitū erat, vt si quis aduersus eas fecisset, sacer alicui deorū cū familia pecuniaq; esset

¶ Sacres porci appellabant, qm̄ puri essent ad sacrificiū, vt im molarentur quū depulsi sunt a māma quia partu decimo die habentur puri, & ab eo appellantur ab antiquis Sacres. q̄ tū ad sacrificia idonei primum dicuntur. Plau. in Menæ. Quanti hic porci sunt sacres?

⁎ Sacrimū vocabāt musitū q̄d Libero Patri sacrificabāt p̄ vineis & vasis & ipso vino conseruandis. Cc.

⁎ Sacriū succini genus e Sythia veniens. Cc.

¶ Sacramentum dicitur quod iurisiurandi sacratione interposita geritur. Et sacramentum quo milites scribendi a sacerdotibus adigebantur, nec prius militare, aut postquam ea absoluti essent in hostem pugnare poterant. Var. de lingua latina Sacramentum a sacro qui petebat & qui inficiebatur, vterq; quingenta æris ad pontificem deponebat. De alijs item reb⁹ alio certo numero, qui iudicio vicerat suum sacramētem a sacro auferebat, victi ad ærarium reddibant. Ex quibus verbis constat, q̄ sacramentum alia quam dei inuocationis quę p̄ iusiurandum fit, obligatio rerum erat. Ser. de sacramēto militari sic scribit. Legitima militia eorum qui singuli iurabant p̄ Repub. se esse facturos, nec distendebant nisi completis stipendijs, & sacramentum vocabatur. Vege. de re militari libro secundo. Milites iurare solēt. Et ideo militiæ sacramenta dicuntur. Iurant autem se omnia strenue facturos quæ præceperit Imperator, nunquam deserturos militiam pro Romana Repub. Hinc Milites a Iuuenale sacramenta dicuntur illo versu. Præmia nunc alia atque emolumenta notemus sacramentorum. Suetonius. In Cæsa. sanxit ne quis cuius maior viginti annis, minorve decem qui sacramento non teneretur plus triennio continuo Italia abesset.

¶ Sacrosanctū dicebat q̄d iureiurando interposito erat institutū, vt q violasset morte pœnas penderet.

¶ Sacrifico as. sacrū facio. Interdū veniā peto. Lito vero veniā ipetro. Plau. in Penu. Si Hercule istuc vnq̄ factū est, tū me Iuppiter faciat, vt semper sacrificem, neq; vnquam litem. Cōfunduntur tamen quandoq;.

¶ Sacrificulus rex sacrorum.

¶ ~~Sacrilegus penul. cor. qui sacra aut de loco sacro legit, id est furatur. Nam legere quandoq; furari significat. Et sacrilegiū ipsum sacrorum furtum.~~

¶ Sacriscrinius dictio composita ex recto & obliquo. Sacræ enim dicuntur epistolæ Imperiales. & is dicitur qui præest regalibus epistolis, vel custos librorum, qui etiam a commē tarijs dicitur.

¶ Sacerdos qui deo dicatus est ad sacrificia faciendā a sacris dictus. Apud Romanos varia erant sacerdotum genera, Flamines, Diales, Martiales, Quirinales. Salij Pōtifices minores. Pōtifices maximi, Reges sacrorum, sacrificuli, & Galli qui Cybelles sacra faciebant.

¶ Sacerdotium modo sacerdotis dignitatem significat vt est illud Fungi sacerdotio. Modo sacerdotis prouentum. Nam apud gentiles ea sacerdotia fuerunt qualia nos Christiani propriori vocabulo Beneficia appellamus. Vnde Liuius libro nono. Gens Poltia cuius ad aram Herculis familiare sacerdotium erat. Sacerdotiorum autem sicut & beneficiorum duo fuerūt genera. Vnum quod sacris esset addictum locis, quæ Reipub. aut principum, aut pontificum collegij collationis essent. Alterum quod ædis aut sacelli iuris esset a patre familias ea ratione erecti dedicatique, vt & sacrorum cura & fructuum ipsius sacerdotij perceptio ad solam gentem familiamque suam perpetuis successoribus deuoue-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ferūt. Quæ ſacerdotia a priſcis gentilia beneficia, a noſtris iuris patronatus appellata ſunt Corne. Taci. de Othone. At recens ab exilio reuerſos adoleſcentes auitis & paternis ſacerdotijs ſolatium repoſuit.

¶ Sacerani dicti fuerunt Reate orti qui ex ſeptimontio Ligures ſiculoſq; eiecerunt. ſic appellati q̄ iure ſacro nati fuiſſent.

¶ Sacconia niæ, quidam pro territoria accipiunt ſeu pro panniculo terſorio. Victru. li. ix. Aurum ad ſacconiam appendit redemptoris opus manu factum ſubtiliter regi approbauit. Nam ſacconia, hoc eſt tela tegebātur, vt poſſet inhærere pictura.

¶ Saccus culeus eſt. vt illud in Iona. Omnes induti ſunt ſaccis. Dictus vt quidam volunt a ſago quod eſt genus veſtis æqualiter latæ ex parte ſuperiore & inferiore. Hinc ſacculus & ſacellus diminutiua, quibus ſignificantur marſupia. Aſco. ſacri ſacculi & ſacelli. ſaccus frumentarius quo frumentū geritur. ſaccus vinarius quo vini fæces colantur.

¶ Saccaria æ. ſaccorum mercatura. Apul. li. i. de Aſi. ſaccariā faciens merebam.

¶ Saccellare eſt vinum ſaccis perfuſum corrigere.

⁎ Saccon Indi vocant colorē hiacinthinum. Cc.

¶ Sæculum a ſequendo ſe, eo q̄ ſequatur atq; in ſe reuoluatur Varro. a ſene deriuat quia rem productiſſimam deſignabat. Placuit antiquis ſignificationis cauſa primam ſyllabam producere, & per diph. ſcribere. Eſt autem proprie ſæculum ſpatiū centum annorum. Vnde carmen ſæculare Horatij dicitur in quo tractatur de ſacrificijs quæ fiebant de centeſimo in centeſimum annum. Hoc oſtendit Liuius libro. ab vrbe condita. quia dicit Pompilium ante Pythagoram ducentis ferme annis fuiſſe. Vnde Cicero. Ex quo etiam quidam Numam Pompilium regem noſtrum fuiſſe pythagoreum ferunt, qui annis permultis ante fuit quā ipſe Pythagoras. Quo etiā maior vir habendus eſt. Illam ſapientiam conſtituendæ ciuitatis duobus prope ſæculis ante cognouit quam eam Græci natam eſſe ſenſerunt. ſunt etiam qui ſæculum. xxx. annorum tempus exiſtiment, vt curſus eſt ſaturni. Alij mille annos ſæculum habere putant. Poetæ frequenter pro tempore vſurpant, ſicut in hymnis ſacris canitur.

¶ Sæpe aduerbium ſignificat frequenter, recipitq; diph. vt differat a ſepe ablatiuo nominis ſepes. Aliquando ornatus cauſa iungitur numero, & fit vna dictio Sæpenumero. Inuenitur ſæpiſſimus ſuperlatiuū nomen a ſæpe formatū. Hiero. ad Euſto. Sæpiſſimo rogatu o virgo Chriſti Euſtochium a me tua depoſcit charitas, vt tibi notum faciam vnde Petri Apoſtoli in Kalendis Auguſti quæ celebratur feſtiuitas initium habuerit. Hinc etiā fit cōpoſitū Perſæpe.

¶ Sæuus durus horrid⁹. Verg. Cū ſæuo e ſcopulo multa vix arte reuulſus. Per translationē modo p̄ inimico crudeliq; ponitur. Idem. Sęuę memorē Iunonis ob iram. Q̄ñq; p̄ forti. vt Sęuus vbi Aeacide, teloiacet Hector. Q̄ñq; p̄ irato. vt Et ſæuum ambobus Achillem. Q̄uādoq; p̄ magno. Idē de Ænea pio Maternis ſæuus in armis.

¶ Sęuitia & ſęuitudo crudelitas. Plautus. Vincula virgę molles, ſæuitudo mala ſit peior.

¶ Sæuio is, ſęuiui, & ſeuij ſeuitum. iraſcor. Pacu. Quid cōmeruī? Quid in me ſęuis pater? Aliquando ſæuire eſt fortiter facere. Mart. Belliger inuictis q̄ Mars tibi ſæuit in armis. Aliqñ immanitatem exercere, Liuius. Cum poſt victoriam quoque in hoſtes ſæuiret. Huius cōpoſita ſunt. Deſęuio quod eſt valde crudelitatem exerceo. Hiero. in prolo. lib. Reg. Latrātes canes qui aduerſus me rabido ore deſæuiunt. Conſæuio ſimul ſæuio. Aug. lib. i. ciuita. Dei. Tantus itaq; huius vitæ contēptor Regulus conſæuientibus hoſtibus per quaslibet pœnas eam quam finire ſe ipſe perimere maluit. Obſæuio contra ſæuio. Plautus in Epi. Tu is es qui per voluptatem in mea ærūna obſæuiſti grauiter.

¶ Saga mulier prudens, verſuta. Item perita ſacrorum & diuina. Vnde Præſagia prædiuinationes mentis. Cice. lib. i. de diui. Neq; enim temere illud verbum conſuetudo opprobaſſet ſi ea res nulla eſſet omnino, præſagitabat animus me ire fruſtra cum exirem domo. Et ſaga dicitur mulier ad libididem virorum indagatrix. Et habet penul. product. Mart. Exorat noctes dum mihi ſaga tuas. Acron. Saga dicta eſt venefica, q̄ ſatis agat, & ea eſt quæ carminibus & hærbis mala hominibus dicebatur vel arcere vel impellere. Hora. Quæ ſaga quis eſt ſoluere Theſſalis magnus veneni.

¶ Sagax ge. oīs acutus, ſolers, & habet primam cor. Vnde & Canes indagatores ſagaces appellati ſunt. Hinc ſagacitas pro aſtutia. ⁎ Et ſagaciter aduerbium.

¶ Sagio is. iui. itum. acute ſentio. Col. li. i. de diui. ſagire eſt acute ſentire. Hinc Preſagio quod p̄ſentio & diuino ſignificat.

¶ Sagum chlamys militaris quadra. Iuue. An ſaga vendenti nubat caupone relicto. Scribit Cice. in Philip. Saga ſumi ſolere in bello atq; tumultu. Et quando in ſagis tota ciuitas erat conſulares viri togati eſſe ſolebant. Sueto Ferebatur & vagari noctibus ſolitus atq; inualidum quemq; obuiorum vel potulentum corripere ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Huius diminutiuum eſt ſagulum Vergi. libro octauo Virgatis lucent ſagulis.

¶ Sagatus qui ſago indutus eſt. Sueto. in Cæſa. Duobus triclinijs, vno quo ſagati palliative, altero quo togati cum illuſtrioribus prouinciarum diſcumberent. Mart. vis te purpureū Marce ſagatus amem.

¶ Sagarius qui vendit ſaga. ſagaria vero eſt exercitium vendendi ſaga, ſicut ab argento Argentaria. Vlpianus. de tributaria actione. Duas negotiatiōes exercebat puer, ſagariā & lintearіam.

¶ Sagarytis nympha fuit cum qua ſe miſcuit Atys Phrygius. Cc.

⁎ Sagana pe. cor. vas in quo aliquid teritur. Quo nomīe etiā dicta fuit meretrix quędam.

⁎ Sagda gemma porracei coloris, quam Chaldæi adhærentē manibus habent. Cc.

¶ Sagena penul. pro. genus rętis piſcatorij σαγήνη Latini verriculum appellant. Manili. lib. x. Excipitur vaſta circunuallata ſagena.

¶ Sagino as. pe. p̄ pingue facio. Col. lib. vij. Ea hærba viridis nec tarde tamē arida foeni vice ſaginat. iumenta, verum modice danda ne nimio ſanguine ſtrangulentur pecora. Interdū abltō iungit quū res qua q̄d ſaginat exprimitur. vt apud eūdem. li. ix. Formant offę quibus auis ſaginatur.

¶ Sagina næ. penul. prod. cibus quo quis pinguis efficit. Quā doq; etiam dicitur pinguedo ſuperuacua arte non natura adaucta per totum diſperſa corpus. Iuſti. libro. xx. ſublatis deinde emulis in ſegnitiam lapſus ſaginam corporis ex nimia luxuria oculorumq; valitudinem contraxit. Et a ſagino deſcendit. Niſi enim quis prius ſaginatus fuiſſet non eſſet in eo ſaginа. Iuuena. Genialis agatur Iſte dies propera ſtomachum laxare ſaginis.

¶ Saginarium locus vbi ſaginātur altilia. Varro. lib. terio de re ruſti. Pullos anſerum includunt in ſaginario, ibique polentam & pollinem a qua madefactam dant cibum ita vt per dies ſaginent.

¶ Saginarius a, um. quod ſaginatum eſt. vnde a Seruio Mul⁹ ſaginarius & Mula ſaginaria.

¶ Sagitta iaculi genus quod arcu emittit q̄ ſatis longe agatur Vel a ſatis & ictus. Ad longū eni ſpatiū proferit ictū ſuū, vel q̄ ſagax ſit ictus eius. Sagitta etiā a rei ruſticæ ſcriptoribus ſumit p̄ nouiſſima ſurculi parte, ſiue quia longius receſſit a matre & quaſi emicuit atq; proſiluit, ſeu quia cacumine attenuata prædicti teli ſpeciem gerit.

¶ Sagitto as. ſagittas iaculo. Hiero. in Pſal. Vt ſagittēt in occultis immaculatum.

¶ Sagittarius ſagittaria rium. quod ad ſagittas pertinet, ſiue idoneum eſt vt eo fiant ſagittæ. Plini. lib. xvi. Suum genus ſagittario calamo.

¶ Sagittarius qui ſagittas emittit. vt inſacris literis. Perculſus eſt a ſagittarijs. Eſt & ſagittarius ſignum cæleſte, quem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

alij Centaurū Chironem arbitrantur, alii Erotum filium Euphemis nutricis Musarū, & habitasse in Parnaso cum Musis & venationi incubuisse. Vnde & vnum sagittis, & equo insedisse. Post mortem precibus Musarum a Ioue inter astra relatū & varia forma conscriptum. Idibus Februa, vespere occidit, vehementer hyemat inquit Cc.

¶ Saguntus Hispaniæ ciuitas, quam romanis fidelissimā. Annibal ad internetionem deleuit. Hinc saguntinus a. um. vt vasa saguntina quę maxime commendantur. Mart. Sume saguntino pocula facta luto.

¶ Sama æ, & sagma atis. sella quam vulgus Bastum appellat super quo cōponuntur sarcinæ. Sed & pro sarcina quandoq; ponitur. Interdum sagmata dicuntur vnguenta quæ succo constant quasi distillationes. Quæ autem corpore cōstant dicuntur Hedesmata ἡδέσματα Greci condimentum dicunt. Et sagma cumulus dicitur.

¶ Sagmina quasi sanctimina, quoniam e loco sancto capiebantur legatis ad indicendum bellum aut fœdus inijciendum proficiscentibus. Vel a sanciendo. i. confirmando. vel ab agēdo q̄ e sacris agatur. Herba est quę vocatur Verbena. Plyni. libro xxij. Quoniā non aliunde sagmina in remedijs publicis fuere & in sacris legationibus q̄ verbenæ, certe vtroq; nomine idem significatur, hoc est gramen ex arce cum sua terra euulsum. Hac semper & legati quum ad hostes clarigatumq; mitterentur vsi sunt.

⁂ Sais vrbs est Aegypti ad vnū ex ostijs Nili, ex qua Ostium id est saiticum dictum est. Cc.

¶ Sal λεξε ἑλληνικὴ καλοῦ λέγεται ἅλμη μεταχίσις εἰς λατῖνον. ⁂. Dictio greca ἅλς. i. sal autem dicitur, sed metathesis, id est transpositio in latinis. quo vtimur in condiendis cibis vtroq; numero, & tam mascu. q̄ neu. gene. dicitur. Cato. Ex sale qui apud Carthaginenses fit. Sal. in Iugur. Neque salem, neq; alia gulę irritamenta. Afra. in Compitis Quicquid loquitur sal merum est. Colu. Carmen salibus aspersum. Pau. Iureconsult. Cotem ferro subigendam necessaria quoq; hostibus vænundari, vt ferrum & frumentum & sales non sine capitis periculo licet. Dicitur etiam hoc sale secundum Prisci. Ænnius libro. iiij. Annal. Cæruleum spumat sale conferta rate pulsum per mare. Aliquando sal ponitur pro sapientia & mascu. tantum genere proferri consueuit. Aliquando pro vrbanitate ioco & ridiculo, & dictis ad risum vel delectationem compositis, tam singulari q̄ plurali numero. Catul. Nulla est in toto corpore mica salis. hoc est nihil venustum & sapienter dictum. Cicero Publi. Scipio omnes sale & facetijs superabat Lucanus. Non soliti lucere sales. Quintilianus lib. vi. Salsum inquit in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus natura non vtiq;. Hoc est q̄q̄ & ridicula oporteat esse falsa. Nam sicut sal suauitatem quandam cum mordacitate habet, ita etiam vrbanorum ioca. Sales enim pro Ciceronis sententia sunt ipsa ridicula quæ necessario salsa oporter esse. Nam salsum erit quod non erit insulsum, velut quoddam orationis condimentum quod sentitur latente iudicio & veluti palatum excitat. Quandoque sal mare dicitur. Vergilius. Et spumas salis ære ruebant.

¶ Salnitrum vt modo in consuetudinem vulgi dicitur factitium, & ad tormenta ignitum missilia repertū veteribus fuisse videtur incognitum. ȝ Corrupta tamē dictio est nam legitur apud Pli. Sal. & nitrum sulphuri concoctum in lapidē vertitur. Vide in dictione nitrum.

¶ Salhamoniacus, sic dictus est, quia sub arenis inuenitur similis est colore alumini, medicinæ vtilis.

¶ Salspulsus a sale & pulsus compositum nomen. Pulsus enī siue pulsus & pulso apud latinos dicitur puer. Quo nomīe dictus ē Caluus Catulli familiaris, tanq̄ puer obstaturā puerilē plenus salis & oratoriæ mordacitatis.

⁂ Salsicortex arbor cui glans amara, quam præter sues nullū animal attingit. Cc.

¶ Salsugo appellatur in salinis tota liquida marina aqua salsior. Salsugo etiam dicitur humor cum sapore salis.

¶ Salsillago idem est quod salsugo. Plinius. Natura ciceris e gigni cum salsilagine.

¶ Salarius qui sal vel salsamenta vendit. Mart. Quod viles pueri salariorum.

¶ Salarius a. um. quod ad sal pertinet. Liui. li. xxix. Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt.

¶ Salaria via Romæ dicta est, q̄ per eam sabini sal a mari deferebant.

¶ Salarium dicit stipendiū seu merces quam quis pro seruitio meritus est. Aug. li. i. ciui. dei. Doctores ipsos insuper & salario publico & honoribus dignissimos habuerunt. Dictum salarium, q̄ ita necessarium sit, vt homini sal.

¶ Salsus a. um. quod salis saporem habet, siue quod sale densatum est, a quo fit salsior, salsissimus, & diminutiuum salsiusculus. Aug. libro. viij. confes. Ebrioſi quædam salsiuscula comedunt quo fiat molestus ardor, quem dum extinguit potatio fiat delectatio.

¶ Salsamentum quod est sale compositum ad vsum ciborū vt pisces salsi & lardū quæ per syncopen salsamēta dici possūt.

¶ Salsamentarius qui salsamenta vendit, qui & salarius.

¶ Salsamentarius a. um. quod ad salsamenta pertinet Plinius Quin & testis cadi salsamentarij tusis cum axungia, vetere mirum immodum prodest. Col. lib. ij. Ita rursus in sole siccata & mox refrigerata cōdatur in vasis olearijs salsarijsque.

¶ Salsura idem quod salsamentum. Colu. lib. ix. Nulla tamen equo q̄ prędictę salsurę pabula cōmode dantur.

¶ Salitura idem quod salsura. Columel. libro. xij. Post salitura musti.

¶ Salsedo. dinis. ipse salis sapor

¶ Salina locus vbi fit sal. Pli. libro. xxxi. Fit sal vulgaris pluribus q̄ in salinis effuso mari, non sine aquæ dulcis riguis, sed ibre maxime iuuante. Sed quoniam sal pro facetijs ponitur, nō nunq̄ pro apophthegmatibus, & facetijs & scōmatibus transfertur apud Ciceronem positum reperitur.

¶ Salinæ, linarū. vrbs Sicilię iuxta Lilybœū palmis abūdās, q̄ iuxta eam salinæ fuerint id est fossę in quibus fit sal.

¶ Salinum vasculum in quo sal reponitur, tum ad mensæ vsum, tum ad sacrificia paratum. In eo enim cum sale dijs primitiæ offerebantur. Persius. Purum & sine labe salinum. Ponitur tamen pro quocunq; vase fictili mensæ pauperis. Hora. libro. ij. car. Cui paternum splendet in mensa tenui salinum. ȝ Salillum dimi. paruum salinum.

¶ Salinator dictus est Liuius Romanus propter vectigal. qd' nouum ex salaria annona commentus est in censura.

⁂ Salmoneus Aeoli filius fuit regnauitque per Elidem, qui quum diuinos sibi honores petulantius quæreret Iouemque in iaciendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus in infernum detrusus est. Cc.

¶ Salnacidus a. um. quod salis saporem habet. Plinius. Nam introsas aquas atque salnacidas & fęculentas addita polenta vtiles esse aiunt.

¶ Salū mare a sapore salis, vel a verbo greco σάλεύω, qd' significat mouere, fluctuare. Ver. Perq; vndas superāte salo.

¶ Salio is, quartæ coniugationis & prima correpta, significat sale condio. Tibul. Farre pio placet & saliente sale. Huius præteritum saliui, supinum salitum. Vnde salitus & saliturus. Lucius. Saliturus ista esse mittam salem. Cor. Suerus. Ad quem saliti pomiliones afferebantur.

¶ Sallo is, per duplex ll, tertiæ coniugationis salli, saltum & salsum in eadem significatione. Vnde saltus & salturus salsus & salsurus. Lucil. libro. iiij. Sallere murænas & frigidi aria ferre participium passiuæ significationis in dus posuit. Colu. libro. viij. quum inquit, Q; si ea res ægritudinem non depellit, vendenda sunt pecora. Vel si neque id contingere potest, ferro necanda sallendaq;.

¶ Salio is. per simplex. l. saliui. vel salli seu salui diuisas syllabas, supinum saltum. Et habet primam cor. Verg. Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres, significat salto. Composita tamen magis præteritum per ui. faciunt, vt Assilio assilui. tū.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Consilio lui.tum. Desilio.lu i.tum. Vergil. Desiluit Turnus biiugis, Dissilio, Exilio extra salio, Insilio, Prosilio, vltra seu foras vel ante salio, prorumpo. Lactan. lib. iij. Namq; quum sitim paterentur ictu virgæ rupe percussa prosiluit fons aquę Verg. lib. v. Haud mora prosiluere oēs, ferit aurea clamor sydera. Liui. libro. ij. Prope attōitus miraculo rex quum a sede prosiluisset. Præsilio ante salio. Resilio, Subsilio, sursum deorsum salio. Hiero. li. ii. Reg. Micol vidit Dauid subsilientē. Transilio vltra salio. Liui. lib. i. Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum nouos transiluisse muros. Salire tamen dicuntur animalia ratione carentia, quādo mares ineunt fœminas. Nam saliendo ascendūt. Vnde Lęta salitur ouis. A salio fit salto frequentatiuum. Cuius composita mutant a ĭ u. vt assulto. Cōsulto, Dissulto, Desulto, Exulto, Prosulto, Præsulto, Resulto & Subsulto. Plautus in Cas. Vt festinabat miser, vt subsultabat postq; vicit villicus. Transulto. Idē in cap. Tu transultas ego miser vix asto præ formidine.

¶ Salto as. significat tripudio. Sal. Sed in his Sempronia quæ multa virilis audaciæ commiserat. Hęc mulier genere atque forma præterea viro liberisq; satis fortunata fuit, literis græcis atq; latinis docta, psallere & saltare & cantare elegantius q̄ necesse est probe, multaq; alia q̄ luxurię instrumenta sunt. Hic saltatio & saltus pro ipso saltandi actu.

¶ Saltito as. pe. cor. frequētatiuū est a salto as.

¶ Saltatio illa hominum iactatio, quam vulgus tripudium vocat.

¶ Saltatus' us. idē quod saltatio. Liuius. Per vrbem ire canētes carmina cū tripudijs solennioq; saltatu iussit.

ō Saltatori⁹. a. um. quod ad saltationem pertinet vt ludus saltatorius in quo saltare docetur. Macro. libro. iij. Sa. filij senatorum in ludum saltatorium commeabant & illi crotalla gestā tes saltare discebant.

ō Saltatores & saltatrices qui quę vein tripudijs staticulisque dandis sunt elegantiores.

ō Salientes, a, latinis dicuntur fistulæ siue aquę ductus, Græci ἀκροῤῥύα dicunt Vitru. lib. viij. hęc maxime considerantur athenis. Ibi enim ex eiusmodi locis & fontibus nasci, vsq; ad portum pyrrheum ducti sunt salientes, e, quibus bibit nemo sed lauationibus, & reliquis rebus vtuntur, bibunt autem ex puteis.

¶ Saltus us. & salti. densior sylua & inuia est. q̄ ibi arbores saliant, in quo pasci & ęstiuare pecudes solent. Sunt qui dicant saltus esse loca arboribus expedita, quia facile in his saltetur. Ver. li. iij. Geor. Saltibus in vacuis pascuntur plana secundum Flumina. Ponitur & pro loco nemoroso vbi latrones insidiari consueuerunt. Et saltus ceruorum est. Idē li. ix. Tum demū saltu pręceps sese oībus armis in fluuium dedit.

¶ Saltuarius syluarum seu saltus custos. Pompo. Dominus proprietatis etiam inuita vsufructuario fundum vero ędes per saltuarium vel insularium custodire potest.

¶ Saltuosus locus saltibus plenus.

✳ Salię populi sunt iuxta pontum Euxinū, a veteribus sic dicti. Aliter enim Phthyrophagi vocantur. Cc.

¶ Saltim siue saltuatim significat per saltus. Gel. Nos vnā ęsta te in Asia & Græcia gesta literis idcirco. continentia manda uimus ne villicatim aut saltuatim scribendo lectorū animos impediremus.

¶ Saltem cōiunctio per defectionem dicitur quasi si aliter nō potest. vel, vt inquit. Gel. u. l. tera abiecta. Nam a principio salutem dicebant quod nos saltem dicimus. Nam quum alia q̄ dam petita & non imperata sunt, in solemus quasi extremū aliquid petituri quod negari minime debeat dicere hoc saltē fieri aut dari oportere, tanq̄ salutem postremo petētes, quam impetrari sit æquissimum. Seruius. Saltem vel hoc tractum a captiuis qui cum tenerentur ab hostibus dicebant sublatis oī bus salutē concede. Hinc p synęresim natus est sermo, vt i cōceptu rerum multarum petituri aliquid saltem dicamus.

¶ Salax dicitur libidine pruriens, fortis in coitu & crebrer cuus membrum facile salit, id est arrigitur. Et salire dicunt quadrupedes dum coeunt. vel quia ex humore salso citatur libido. Vnde Venus dicta est e mari orta. Varro. Gallos salaces. Et salaces aquæ scaturientes, quasi e terra prosilientes Vnde etiam Nymphæ salaces dicuntur. Ouid. Nymphæq; salaces. ō Et salaces cibi venerem concitantes.

¶ Salacia dea aq̄ a salo ciendo appellata. Vnde & a poetis sumitur pro aqua. Pacuuius. Hinc seuitiam salacię fugimus.

¶ Salebræ a saltu dictę sunt loca inęqualia & aspera, quę qua si sine saltu prætereri non possunt. Per translationē. Cicero de fini. bo. dixit. Hic si diffinire, si diuidere potuisset si loquendi, si deniq; consuetudinem verborum teneret nunq̄ in tantas salebras incidisset. i. in tantas asperitates, siue incultas orationes. Hinc salebrosus a, um. quod multas habet salebras. ō id est, qđ est asperum. Verg. Non tam salebrosus vt ante.

¶ Salij sacerdotes Martis sic dicti q̄ in portandis ancilib⁹ saltare eos mos esset. Liuius Numa salios. xij. Marti. Gradiuoq; legit, tunicæq; insigne dedit, & super tunicam æneū pectori tegmen cœlestiaq; arma, q̄ ancilia appellantur ferre, ac p vrbem ire canentes carmina cū tripudiis solēniq; saltatu iussit.

¶ Sali per simplex i. auiculę sunt, quas Aristo. Aegithos appellat fœcunditatis magnæ, vt perdices gallinęq;.

¶ Saliaris & hoc saliare, quod ad salios pertinet. Vnde saliares cœnę appellatę sunt quas Salii faciebant amplissimo apparatu. Ex quo opipare ac copioso cœnę saliares dicuntur.

¶ Saliunca hęrba e terra statim exiliēs foliosa quidem sed breuis, vt inquit Pli. li. xxi. & quæ nec ti non possit radici cohęret. ō Nascit innorica regione locis lapidosis habetq; flores plurimos hęc alio noīe dicitur nardus gallica.

¶ Salix arbor a saliendo, vel q̄ sata vel casu terræ compacta salit ac surgit. Hęc arbor talem habet naturam. Est quidem lignum infructuosum. Et dicitur si quis ex illa accipiat potionē, aut manducet, filios non facit.

¶ Salignus a. um. quod ex salice materiatum est. Verg. Est tu guri custos armatus falce saligna.

¶ Salicetum & per syncopem salictum, locus salicibus consit⁹ Var. Idoneus locus eligendus vbi facias salictum & arundinetum.

¶ Salica strum genus labrusce in salictis nascens.

¶ Sala nomen sex vrbium, & nomen fluuii in Germania. vt Strabo li. vij. scribit. Inter quē & Rhenū quum Drusus Germanicus bellīgeraret, domitis hostibus victor opetiit.

¶ Salaconia superbia, & Salacones superbi dicuntur. Salacon enim vt inquit Suidas, vir fuit qui cum pauper esset se diuitem simulabat.

¶ Salentinorum regio quæ nunc vt quidā volunt terra Idrū tisiue terra debari vocatur, in Italia sita est & Apuliæ finitima. De quibus Verg. lib. iii. Et salentinos obsedit milite campos. In ea est Iapigium promotorium, quod & salentinum dicitur. Sal. Omnis Italia coacta in angustias scinditur in duo p montoria, Pachynum & Salentinum. Salentini populi dictiq; in salo amicitiam fecerint Idomenęus & Locrenses. Hos strabo scribit esse. Cretenses. Salentinus Lacus est Salentinorum iuxta Anduriam opidum. Hic ad margines vsq; plenus, neq; exhaustus minuitur neq; superfusis augetur aquis.

¶ Salassi populi alpini Boiis Heluetiisque finitimi, quos Cato Tauriscę gentis esse arbitratur. Sallassorum tellus aurifodinas habet, diuq; olim potentes fuerunt, sed Augustus eos deuictos oēs sub corona vendidit Auctor, Strabo lib. iiii.

¶ Salamin siue Salamis & salamina, insula in Euboico mari contra Athenas sita, in qua vrbs est eiusdem nominis. Vbi Telamon Aiacis & Teucri pater regnauit. Sed quum Teucer a bello Troiano reuersus de Aiacis inimicis vltus non fuisset expulsus a parte in Cyprum nauigauit. ibiq; vrbem aliā cōdidit nomine salaminam, quę nunc Constantia dicitur, vbi amnis noīe cōstantia pestifer & æstuosus. Dicta salamina prima a salamine Asopi filia. sed Suidas noster multa. & saxum in quo sedit Theseus & Ceres.

✳ Salamini⁹ ex salamine vrbe. Vnde solon salamini⁹ dī Cc.

¶ Salamādra animal Lacerti figura stellatum, nunq̄ nisi ma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gnis imbribus proueniens & æstate deficiens cui tantus rigor est vt ignem tactu extinguat non aliter q̃ glacies Et licet venenatissimum sit. nam si arbori irrepserit omnia poma veneno inficit, & eos qui ederint interimit. Idem facit si in puteum cadat. A subus tamen sine noctimento mandi tur. Nostet Suidas. ξῶν ὧσ σαῦρα τὸ μεγεθ῀ πῦσ ἐν λυόμενον, τὴν φλόγας βεωῦεν καὶ ἀυδ μὴ πίμπρασθι ✠. i. animal lacertæ magnitudine, ignem subiens flammam extinguit nec comburitur

ȣ Salomõ nomen regis Hierusalem, & pacificus interpretatur pacem. n. habuit cum omnibus regibus, sapientissimus iudicatus templum deo pulcherrimum extruxit vt in literis sacris habetur

ȣ Salomonius a. um. pos. vt templũ salomoniũ apud Lac.

¶ Salanga mons altissimus mari imminens inter Britanniã & hiberniam. a salanga Barculani primi habitatoris Hybernie filio dictus. Hodie mons domini appellatur a tẽplo Domini ibi condito

¶ Saliuũ & saliua sputũ, q̃ fere salis saporem habet, vel a saliendo q̃ in ore saliat & crescat. Saliuam virginem dixit Augu. quæ e stomacho ieiuno manauit

¶ Saliuo as. sanum facio. Plin. lib. ix. Congregantur verno tempore purpuræ mutuoq; attritu lentorem cuiusdam cetæ saliuant. Columel. li vij. Tũc panicis & creungij radices fœni culi seminibus miscendæ, & cum defruti ac moliti tritici farina candentiq; aqua conspergenda, eoq; medicamine saliuandum ægrotum pecus

¶ Saliuarius q saliuat. Pli. ibi. lib ix. Quæ durioris testis sunt vt murices purpuræ saliuario lentore pariunt

¶ Salmoneus. Aeoli filius qui apud Eliden regnauit, sed in infernum a Ioue detrusus est

¶ Salmacis fons in caria iuxta Alicarnasum dictus venere ab amœnitate incolarum, vbi paulatim homines allecti omnem feritatem deposuerunt. ȣ Strab. lib. xiij Salmacis fons nescio quamobrem calũniatus tanq̃ emolliens eos q̃ inde bibant hominum. n. mollicies videtur ab aere, vel ab aqua, cũ ea minime sit cã mollicei. sed diuitiæ & victus incontinentia. spolia, quoq; sine labore parta salmatia dicuntur. Et salmatias baias dixit Macer.

¶ Salmo genus piscis quod ĩ Rheno & Rhodano inuenitur, & p̃fertur aliis piscibus marinis

¶ Salo fluuius qui & bilbilis dicitur, quo tẽperatur ferrum atq; acrius redditur

¶ Salon regio Bithyniæ pascẽdis bobus idonea. Vnde & salonensis caseus

¶ Salone vrbs insignis Lyburniq; inter dalmata. & Illyricos quem pollio deuicit

✠ Salpa genus piscis circa Ebusum, obscœnus alibi, & q̃ coqui non possit nisi ferula percussus. Cc

¶ Salus incolumitas. Aliquando etiam remediũ Ver. Vna salus victus nullã sperare salutem. Et salus dea salutis credita Vnde salutaris porta Romæ appellata ab huius deæ quæ ei proxima fuit

¶ Saluber pen. prod. masc. ge. salubris fœmini. salubre neutri. Et hic & hæc salubris & hoc salubre, quod præbet sanitatem Vnde aer, cibus, locus, salubres dicuntur. Colu libro. i. Salubri cœlo. Idem. Fundũ sicuti ne fœcũdissimi q̃dẽ soli cum sit in salubris, ita nec efferti sit parandũ. Aliquando salubris accipitur, pro sano. Sal. Gen⁹ horninũ salubri corpore. Liuius. Grauiore tempore anni circunacta defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere. Hinc salubritas sanitas

¶ Salutaris idem quod salubre, hoc est sanitatem præbens vel ad sanitatem prębendam idoneũ. Cato ad Octa. Nulla remedia tam faciũt dolorem q̃ q̃ sunt salutaria. Salutaris digitus qui pollici est ꝓxim⁹ qui & index dicit Suet. de Aug. Dextræq; manus digitũ salutarẽ tã imbecillũ interdũ sentiebat, vt torpentem contractũq; frigore vix cornei circuli supplemento scripturę admoueret. Mart. de nup. Verum quidã redimitus puer ad os compresso digito salutari silentium commonebat. Dicitur autem salutaris, vel q̃a nõ salutamus nisi visa & indicata. Ver. Italiam læto socĩ clamore salutant vel q̃a eo cõprimimus os ad silẽtiũ, q̃d salutare est ꝑceptum

¶ Salutariter aduerbiũ significat quod vulgo dicitur ad salutamentum. Plancus Cice. Quadraginta milliũ passuum spatio relicto consedi eo consilio vt vel celeriter accedere, vel salutariter recipere me possem

¶ Saluto as. salutem dico, visito, colloquor quod nõ accedẽtibus tm̃, sed abeuntibus quoq; attribuit vt Sta. li. iiij. Theb. Strãt tñ & nota puppim de rupe salutãt. Terẽ. in adel. Opperiar hominẽ hic vt salutẽ & colloquar. i. visitẽ Et salutare est venerari. Terẽ. Hinc deos domũ salutatũ pergã. Vnde mortuos & res inanimatas venerãtes salutare solemus. nõ salutẽ imprecantes q̃ nulla in his esse põt, sed veneratiõnẽ indicentes. Huius cõposita sũt Cõsaluto simul saluto. Liui. li. i. Vtrũs q; regẽ sua multitudo cõsalutauerat. Obsaluto salutãdi grãm. offerro. resaluto me salutãtẽ saluto. Insalutatus nõ salutat⁹

¶ Saluus a. um. quod est sanũ. A quo Saluo as. quod est saluũ facio. Vnde saluator qui saluat græce dicitur Soter. Saluifico idem quod saluo

¶ Salue verbũ salutantis, hoc est salutis sis. Et habet tantum salueto saluete, & saluere. vt iube Scipionem saluere. i, saluta Scipionem. vide in dictione Valeo

¶ Salutiger quo nomine vtitur. Apul. videtur esse non qui dat salutem, sed qui nuntiat tanq̃ interpres & administer superiorum. Plau. in Aul. Salutigerulos pueros

¶ Saluia hęrba dicta q; diuersos sanet morbos. Græce Elelisphacon dicitur. Prodest Paralyticis. & contra serpentiũ morsus remediũ exhibet. ȣ a qua fortassis saluia tũ genus liquaminis siue potionis, cuius meminit. Col. Quidã tñ legũt saliuatum, a saliua. i. succo. Fuit & saluia Mater Apulei

ȣ Saluiatum potionis genus est quo veterenarij & mulomedici vtuntur in ægrotantium animaliũ greci πωτον vocata salitua quam veteres pro succo accipere consueuerunt

¶ Salpyga. p. ꝓ. gen⁹ formicarũ venenatarũ Luca. lib. x. Quis calcare tuas metuat salpyga latebras? Cicero appellat eas scilisugas

¶ Salgama pe. co. appellabantur a priscis q̃cũq; coditanea q̃ ad victũ nostrũ in vasis seruabantur, vt pura mala, pira, fici, vuę rapę. Col. Tẽpore non alio vili quoq; salgama merce, Inde Salgamarij qui salgama vendunt

✠ Sem veteres pro eam dixerunt. Et fas pro eas. Cc

¶ Samaria ciuitas regalis in israel, quæ nunc Sebaste dicitur ab Augusti nomine. sed & ois regio quæ fuit circa eã a ciuitate nomen accepit. Ea est Palestina inter Iudeã & Galileam sita Hinc samaritani & samaritæ dicti sunt q̃ samariam habitant Hiero. ad Olga. Hostili inter se samaritani atq; Iudęi discordant odio. Idem ibi. Non receperunt eam samaritæ

¶ Samara ꝓmõtorium in oceano oriẽtali vbi deficit caucasus

¶ Samarobrinæ fuerunt populi in Gallia, inter Belgas, vbi Cęsar Gallorũ conciliũ indixit. Hanc Cameracẽsem esse vrbem nõnulli autumant, quam sabis fluuius interfluit,

¶ Sãbuca dictio barbara quo significat quoddã instrumenti musici gen⁹ vt est apud Danielẽ. Cũ audieritis sonũ sambucæ. Hiero. ad Darda. ostẽdit quõ sambuca conficeretur

ȣ Sãbuca inquit porphy. in Ptolomei armonica Triãgulum instrumẽtũ est, q̃d ex in ęqualibus lõgitudine sicut & crassitudine neruis efficit. At Ephorus & Dio. Prima inquit vsa est sybilla inuẽtã autem a sambuco primũ & ide nomẽ obtinuisse. Est & genus machinę militaris qua vrbes expugnari cõsueuerũt, in qua sic funes intendẽbãtur, sicut ĩ organo musico chordę. ȣ Itẽ sambuca vt polib⁹ ait dr̃ illa q̃ & sambucistra appellatur. Ad hanc priſci iambos canebant

¶ Sambucistria quæ sambuca canit

ȣ Sambucina pe. cor. q̃ sambuca canit sicut fidicina q̃ fidibus Plau. in sti. Fidicinas Tibicinas sambucinas

¶ Samos altitudo & summitas iuteꝛ ꝓtatur, Et est nomen duarum insularum. Vna est in mari Icario modica & Iunonidicatissima, q; in ea nata fuerit & educata, & Ioui nupta. Scd

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bit Varro Samon pri⁹ Parthenion nominatã: vbi antiquiſſimum fuit templum & ſimulacrũ in habitu nubentis figuratũ, & ſacra ei⁹ anniuerſaria nuptiarum ritu celebrabant. A qua & Iuno Samia dicta eſt. In ea Pythagoras quoq; philoſophus ortum habuit, necnon & vna ex Sibyllis quæ exinde ſamia dicta eſt quam ferunt de Chriſto prædixiſſe. Tu enim ſtulta Iudæa deum tuum non cognouiſti ludentem mortalium mẽtibus, ſed & ſpinis coronaſti, horridumq; fel miſcuiſti. Fiebant etiam in ea vaſa fictilia egregie ex Creta fabricata, quæ ſamia vocabantur. Ferunt hanc inſulam Thraciq; adiacere quæ poſtea ex cõmiſtis Thraciæ populis, ſamothracia appellabatur. Verg. Treiciãq; Samum quæ nunc ſamothracia fertur. Altera vero eſt. Samos inſula, a Pli. collocata prope, Itacham, apud Vlichium, de qua videtur Suetonius, Intelligere, cum non multum diſtet ab Epiro, vbi de Auguſt. ait. Ab actio quum in ſamum inſulam in hyberna ſe recepiſſet. Same vero vt inquit Serui. ciuitas Thraciæ eſt in Cephalea. Apud Strabonem tamen legimus ſamum & ſamen, ſamum vrbem eſſe, ſamen vero inſulam Sunt qui ſcribant Samothraciam inſulam eſſe quæ prius Dardania vocabatur a Dardano, qui palladium mineruæ ſecum ferens eo confugiſſe traditur, poſt ſamijs inſula bello eiectis cum eo ſe in Thraciam ex Aſia reciperent inditum nomen vt pro Dardania Samothracia vocaretur

¶ Samius a.um. quod e ſamo eſt. vt homo ſamius. Veteres tamen quandoq; ſamium pro acuto ponebant, & ſamiare p acuere, & quaſi ſamię teſtæ acumen inducere

¶ Samia ſubſtãtiuũ vaſa a ſamo inſula dicta, ſicut Maiorica ab Hiſpania. Ci. li. iij. ad Herẽ. Nos ſamijs delectabimur

¶ Samnites pe. pro. populi in ſamnio, qđ nunc Aprucĩ vocamus regio Italiæ inter Picenũ, Campaniã, & Apuliã. Vrbes in ea ſunt Adria, Aquila, Amiternum, Sulmo, Ortona, Arpinũ, Aquinũ, Athina, Beneuẽtum, Corfiniũ. Vel Samnites dicti ſũt a Samnio colle, in quo e Sabinis venientes cõſederunt, & eiuſdem nominis oppidũ ædificauerũt. Quidã etiam ſannites per duplex nn. ſcribunt. Hi quondam apud Caudinas furculas Romanũ exercitũ profligauerunt, quos poſtea L. Papyrius ſub iugum miſit

¶ Samniones a ſãnijs dicunt, q ſunt in dictis fatui & in moribus obſceni. Ci. lib. de Orato. Quid porro tã ridiculũ q̃ ſamnio eſt, qui ore, vultu imitandis moribus, voce, denicq; corpore videtur ipſo. Quidam tamen ſanniones a ſanna deductum nomen arbitrantur, q̃ ſit os diſtortum cum vultu

¶ Sampſucus hærba quam nunc maioranam appellant, alio q; nomine Amaracus dicitur

¶ Sancio is. iui. itum. vel. ſanxi ſanctum ſignificat aliquid ſanctum, vel conſecratum facio ſub ſanguine hoſtię. Vnde ſanctũ authore. Ser. dicit quaſi ſanguine cõſecratum. Et ſanctio vocatur lex cũ terrore pœnę. Aliqñ ſancire eſt firmare, munire, roborare. Terẽ. in Hecy. Aliud ſi ſcirem q firmare meã apud vos poſſem fidem ſanctius q̃ iuſiurandum id pollicer et tibi. Inde ſanctio & ſancta res dicitur. i. decreta & inuiolabilis. Martianus ait ſanctum proprie dici quod ab iniuria hominum defenſum atq; munitum eſt. Tractum a Sagminibus hærbis: quæ Legati populi Romani ferre ſolebãt ne quis eos violaret. Iuuen. Vt ſanctum filius omni aſpiciat ſine labe dõmum vitioq; carentem. Vlp. de verbo. ſigni. ſcribit ſanctum eſſe qđ nec ſacrũ nec prophanum eſt, ſed ſanctione aliqua firmatũ, vt ſancte leges hoc eſt ſanctione quadã ſubnixę. Alij dicunt ſanctũ eſſe religioſum & ſacrũ incorruptũ. Ver. ſancta ad vos aĩa atq; iſtius inſcia culpę. Deſcendam. i. incorrupta. Idẽ. Tuq; o ſanctiſſima cõiunx. Felix morte tua. id eſt caſtiſſima. Vnde ſanctus vir dicitur integer moribus. Donat Sanctũ dicit qđ omni obſeruatione inuiolatũ eſt. Et ſecũdũ ſcripturarũ ſacrarũ idiomata ſanctũ dicitur mũdũ, purificatum, atq; expiatũ. Vnde ſancti dicuntur fidelium filij, q; quaſi candidati ſint: & nullis idolatriæ ſordibus polluantur. Vaſa quoq; ſancta in tabernaculo legimus, & cætera quæ ad ritum cerimoniarum pertinẽt, cum vtiq; ſancta eſſe nõ poſſint, niſi ea quę ſentiunt & venerãtur deum, ſic & Berſabee ſanctificata ſcribitur ab immũdicia ſua & ipſum templũ ſãctuarium nominatur

¶ Sanctus. a.um. participium a ſancio. De quo mox. Cuius diminutiuum formauit. Hier. cõtra Rufi. quũ inquit. Tibi quaſi religioſus & ſanctulus perſonam humilitatis imponis

Ab aduerbio ſancte fit perſancte, quod eſt valde firmiter. Plau. Idque perſancte iurauit ſe facturum

¶ Sanctitas, ſanctitudo, & ſanctimonia idem ſignificant.

¶ Sanctuarium ſacer locus, templum ſacrarium. Sãctuariũ quoq; ſiue ſanctaria. Plin. Mithridatis appellauit, quæ alio loco arcana. & plutarchus ἀπορρήτα. vocauit.

✳ Sanctifico a ſanctus, quaſi ſanctum facio. A quo ſanctificator ſanctificatrix. ſanctificatio. Cc.

¶ Sanctimoniales dicuntur monachæ. Augu. ſup Pſal. Iubilate. Inuenies ſanctimoniales indiſciplinatas. nunqd ideo ſanctimonium reprehendendum eſt.

¶ Sanctimonium vocatur ſanctimonialium profeſſio.

¶ Sandalium calceorum genus ſiue caligarum. Græci σανδάλιον ſolcã dicunt. Terẽtius in Heau. vtinã tibi cõmitigari videã ſandalio caput. Hinc ſandalarius Apollo dict⁹ eſt a vico cuius meminit Gel. lib. xvij. In ſandalario forte apud librarios fuimus

¶ Sandaliotis ſardinia inſula denominata eſt ab effigie ſandalij, hoc eſt ſolę, quam nonnulli ſchinuſam vocant a ſimilitudine veſtigij, quod græce ἴχνος, dicitur

✳ Sandaſtros gemma eſt quam aliqui Garamantida vocãt, Habet velut in tranſlucido ſtellantes intus aureas guttas, & fere Hyadum numero. Sandaſitẽ alij nominant. Nicãder ſandaphorion, Alij ſandareſon, Cc

¶ Sandaracha genus coloris qui inuenitur in auraríjs & argentarijs metallis, adulteratur ex ceruſa in fornace cocta. hęc ſi torreatur ęqua parte rubrica admiſta ſandicen facit, quãq; hanc hærbã eſſe Verg. ſcribit. Hoc nomine aiũt quidã ſignificari vernicẽ, cuius fumus prę cęteris dolorẽ dentiũ leuare dicitur, vt eſt apud Auicennã, Græci σανδαράχην dicunt

✳ Sandaracinus color a ſandaracha. Neui. Sandaracino ore.

¶ Sandyx icis, pe. pro. ſi Vergilio, & eius interpreti Seruio necnon & quibuſdam creditur, maſc. ge. herba eſt delicatæ olfacturæ breui caule: & in alijs Fęniculo ſimilis. Vergil. Sponte ſua Sandix paſcentes veſtiet agnos. Proper. Illaq; plębeio vel ſi ſyndacis amictu. Huius hærbæ peculiaris laus inquit Plini. libro. xxii. q̃ fatigato venere corpori ſuccurrit. Naſcit in inſula maris rubri. Eſt & ſandix genus coloris ex ſandaracha & ceruſa factus. A Sandix fit ſandicinus. a. um. vt color ſãdicin⁹ q̃ eſt flãmeus ex rubrica & ſãdaracha factus

¶ Sanates populi qui ſupra infraq; romam habitauerunt Quod nomẽ ideo eſt inditũ: quia quum defeciſſẽt a romanis, breui poſt in amicitiam quaſi ſanata mente redierunt

¶ Sanus proprie dicitur integer & incorruptus. A quo ſanitas incolumitas. Trãſfertur quoq; ad animum. Vnde dicimus hominẽ ſana mẽte ſanoq; cõſilio. Ex quo inſan⁹ demẽs qui mentem nõ habet integram. Et inſania ſtultitia, quæ & inſanitas dicitur. Cice. Inſipientia quaſi inſanitas eadẽq; dementia. Et inſanio pro decipio. Interdum tamen ſanum dicitur quod ſanitatem præbet. Siquidem dicimus ſanum aerem & ſanum cibum, quaſi ſalubrem & ſanitatem præbentem

¶ Sano nas. ſanũ facio, redintegro, & incolumitati reſtituo. Hinc fiunt cõpoſita Conſano qđ eſt ſimul vel omnes ſano. Col. li. v. Et ſic vitis laniata ſcabrataq; putreſcat humoribus nec plagę conſanentur. Reſano rurſus ſano. Lactan. libro. v. Quibus poſtea ejectis omnes qui reſanati fuerint adhęrent religioni. Et habent penultimam productam

¶ Saneſco ſan⁹ fio. Col. li. vij ſed vulnera facta interdũ ſaneſcũt. Huius Cõpoſita ſũt. C õſaneſco & reſaneſco. Idem lib. v. Tum etiã vitem minus cicatricoſam reddit, qm̃ id ex quo vide & tenerũ decerptum eſt celeriter cõſaneſcit. Lactã. lib. v. Nõ modo vt ſuſceptis deorum cultibus reſaneſcãt, ſed etiã vt ptinacia obſtinatiõe depoſita corporis cruciamẽta deuitẽt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

scit. Lactantius libro. v. Non modo vt susceptis deorum cultibus resanescant, sed etiam vt pertinaci obstinatione deposita corporis cruciamenta deuitent.

¶Sane aduerbium quandoq; affirmatiue ponitur pro eo qđ est certe. vt ita sane? Sane vero. Quandoq; permissiue quando aliquid aduersario tribuim⁹. vt sit sane vt vis. pro esto vt vis. Cice. Quid enim habet cõmodi? quid non potius laboris sed habeat sane. hoc est in bona hora, aut in dei nomine. Quiri. Tulerit sane filius noster merito pœnas dederit spiritũ supplicio, nihil de præteritis loquimur. q. d. Estò ita, sit vt tu vis. Quandoq; ponitur pro valde, quoniã qui sanus est validus est. Sueto. Bellum sane difficile gessit. Iungitur nonnunq; cum & affirmatiuaque est. Quintilianus. Et sane quis cõcipiat vel declamantis habitum, vel orantis vocem, incessum pronunciationẽ, illum denique animi & corporis motum. Item cum q̃. Gel. sane q̃ vtile est.

¶Sanies sanguis corruptus, quod quidam a Tabo sic distinguunt, vt illud de mortuo, hoc de viuo dicatur. Vergilius. Et sanie taboq; fluentis.

*Sangenos gemma est, quam & Pęderoten vocamus. Cc.

¶Sanguis, quod & sanguen neutro genere ab antiquis dicebatur. Lucre. Viscera visceribus viscus gigni, sanguenq; creari. Dicitur autem sanguis qui est intra venas, cruor fusus siue sanies. Ponit interdũ pro gñe. Verg. Troiano a sanguine duci Audierat. Quo ad primum significatum fit cõpositũ Exanguis. Quo ad scdm fit. Cõsãguine⁹, licet sanguine⁹ aliud significet

*Sanguen modo sanguis dicitur modo arbor cuius cortex ad sanguinis similitudinem rubet. A quo sanguineus a. um. vt virga sanguinea.

¶Sanguine⁹ a. um. modo ad corpus refertur, & significat plenũ sanguine. Mõ ad animũ, & significat crudelẽ cruentumq;. Apul. Immani ac sanguinea voce perruit. Modo ad arborẽ, & significat quod est ex arbore quę sanguen appellatur. Pli. Si quis duas virgas sanguineas manu tulerit.

¶Sanguinolentus idem quod sanguine⁹. Varro itaq; ppter amorem imperii magistratus gradatim seditionibus sanguinolentis vrbem perturbauere.

¶Sanguinarius sæuus & crudelis. Cic. Itaq; grauem illam ac sanguinariam vocẽ audiuimus, sic sanguinarius homo dicit a Sene. q gaudet humano sanguine, & crudelis.

¶Sanguinaria herba dicta est, quia succus eius infusus naribus supprimit sanguinẽ. Col. lib. vij. Est etiam grauis pernicies herbę sanguinarię, quã si pasta est ouis, toto ventre distenditur cõtrahiq;, & spumã quãdam tenuẽ terri odoris expuit Greci eam Polygonon appellant.

¶Sanguinare est sanguine manare. Quintil. in Declama. Tũ repetitis sanguinauere planctibus iam conualescentes Lacerti. Et iterum. Mulier quæ sanguinantes ad iudicem porrigit lacertos.

¶Sanguisuga penult. pro. vermis qui & Hirudo dicitur & sãguisugia.

¶Sanguiculus sanguis hædi siue suis in cibum formatus. Plinius. Vtuntur ad vtrumq; vitium & coagulo hædium vino myrteo magnitudine fabæ poto & sanguine eiusdem in cibũ formato, quem sanguiculum vocant.

¶Sanga Cantabrorum fluuius.

*Sanga prærerea est serui nomẽ apud Teren. in Eu. Cc.

¶Sangaris fluui⁹ Gallogræcię qui per phrygiam defluens tãdem in Propontidem influit.

¶Sanna per duplex nn. irrisio, quę vt inquit Hiero. ab occipitio distorto ore & labris contractis fit anteriorum dẽtiũ ostẽtatione, quo vocabulo vsus est Iuuena. I nunc & dubita qua forbeat aera sanna Tullia. Hinc sanniones & Sannii vt inquit Probus, q̃uis & sanniones dicantur qui sic irrident. Desanno as. quod est per fastidium derideo, Subsanno as. de quo alibi Similiter sannatores qui eo modo irrident.

¶Santones & santoni penulti. cor. & santonici populi quidã Galliæ non longe a Tolosatium finibus, quæ ciuitas est in prouincia vt Cęsar commenta. i. scribit. Luca. li. i. Gaudetq; amoto Santonis hoste. Iuuenalis Tempora santonico velas adopta cucullo.

¶Sannaus lacus de quo Plinius lib. ii. Lacus (inquit) Sãnaus in Asia circũnascente absynthio inficitur. A ptolemæo sannis appellatur. Apud Grecos per simplex. n. scribitur.

¶Santernam nostri vocant quod græci Chrysocollam, hoc est auri ferrumination em. Cc.

¶Sansæ osscula oliuarum. Columel. libro. xiij. Et cum est oliua in sansam redacta, tunc sal coctus tritusq; manu permiscetur cũ cęteris aridis condimentis.

¶Sapa a sapiditate dicitur, & est mustum vsque ad tertiam partem, vel vt quidam volunt ad dimidiam partem decoctum Vide in dictione Defrutum. Græce Hepsema ab ἕψειν quod est dequoquere dicitur. De hoc Martial. Et Laletanæ nigra lagœna sapæ.

¶Sapio is. sapiui vel sapĩ sapitum penul. produ. vel sapui sapitum pe. cor. proprie pertinet ad sensum corporis, vt sit sapere quod vulgo dicitur saporitum esse. Iuue. Qui meminit calidæ sapiat quid vulua popinæ. Hinc sapor & sapidus. Aliqñ sapere saporem habere, quod vernaculo sermone dicimus sapere de lacosa. vt hoc sapit hęresim. Hieron ad Pamma. Simplices epistolæ tuæ olent prophetas. apostolos sapiunt. Transfertur & ad animum pro sapiẽtem esse, seu rectam sentẽtiam vel opinionem habere Terentius. Si sapis neq; prẽter quas ipe amor molestias habet addas, & illas q̃s habet recte feras. Augustinus lib. i. de ciuitate dei. Tribulationis tempore probauerunt q̃ recte sapuerint. Mar. Nubere vis Prisco? non miror Paula sapisti. Quandoq; datiuo iũgitur. Plaut. in Tri. Habẽ tu amicum aut familiarem cui pectus sapiat? Huius composita sunt Desipio & resipio. Vide in dictione Desipio.

ŏSapiẽs tribus modis dicit, primo qui scientiam aliquã optime tenet vt Aristoteles in philosophia Accilius in iure ciuili, secũdo qui per lõgam etatẽ & rerũ multarũ cognitionẽ adeptus est vt Cato. Tertio qui circa p̃cepta bene viuendi & cognitionem versatur, vt fuit in Lelio.

¶Sapientia est rerum diuinarum atque humanarum scientia Grece Sophia dicitur. Et qui eam profitetur Sophus hoc est sapiens appellatur. Quod nomen inditum fuit illis septem clarissimis viris. s. Thaleti Milesio, Solõni Salaminio seu Atheniensi, Chiloni Lacedæmonio, Pitthaco Mitylenęo, Biantı Prieneo, Cleobolo Lydio, Periandro Corinthio. Sed postea Pythagoras primus non sophum se, sed philosophũ appellauit. hoc est non sapientem sed sapientiæ amatorem. Et, sapientiã ipsam non sophiam, sed philosophiam nuncupandam existimauit, & nullus hominum sed solus deus sapiens esset.

ŏEt sapientiã quæ nunc philosophia dicitur sicut sapiẽtes olĩ qui postea philosophi Aristoteles fontẽ esse putat, atque principium rerum metaphysicarum poetæ tamen pro astutia & sagacitate ponere solent, quod etiam Diuus Hiero. in veteri instrumento Vsurpauit, cum dixit. Erat ibi serpens sapiẽtior omnibus bestijs.

¶Sapor qui sapit saporum vero decem sunt genera vt docet. Pli. s. dulcis, suauis, pinguis, amarus, austerꝰ, acer, acutus, acerbus, acidus, & salsus. Idem. Pli. existimat oĩb⁹ ãimalibus ẽsum gustus esse. Tria vero naturæ rerum elementa, ignẽ, aerem, aquam sine sapore sine odore, sine succo.

¶Sapidus da. dum. quod gratum saporem habet. Cuius cõtrarium est insipidus sine sapore, vt caseus sapidus, vinum insipidum.

¶Saperda dici potest sapiens, elegans. Varro. Omnes videmur nobis esse belli, festiui saperdæ quum simius canopi. Et saperda genus est conchæ mali saporis. Et nonnunq; prosterqui linio ponitur. Persius. Et quid agam? rogitas? en saperdam aduehe pontho.

ŏSapros Græce. i, σαπρὸσ latine caseus putris dicitur, qui ad multa, vt Pli. probat vtilis est.

*Sapinos genus gemmę est, quæ & paranites. Cc.

¶Sappho per p. ante ph. nomen mulieris vatis. Ferunt nõnulli fuisse duas hoc nomie, quarum vna Erexia, quę & antiqor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lyrica qua tempestate Alceus claruit Terſichorus & Pitacꝰ tempore Tarquinij Priſci. Ea plectrum prima inuenit. Scripſit Lyricos modulos, epigrãmata, elegidia, iambos, & monades Altera Mithylença longe iunior, cuius pulcherrimum opus ad amicum Phaonem extat. Scripſit & alia multa apud Græcos, vt merito nona inter Lyricos poetas annumeretur. Antipater autem Sidonius in epigrãmatis, μνημοσύναμ ἔλεθαμ βοσ ὀφ ἔκλευταστ μελιφώνοτσαπφουστ μιᾶδεκάταμμοῦσαν ἔχουσιβροτοί. id est Mnemosynẽ matrem Muſarũ cępit quãdo audiuit dulciſonam vocem Sapphus, nunquid decimam muſam habent mortales.

¶Sapphirus per p. ante ph. & pe. p. lapis precioſus coloris aerij. Vnde fit Sapphirinus a. um. Hieronymus in exodo. Sub pedibꝰ eius quaſi opus lapidis ſapphirini.

¶Sapphiratꝰ ſapphiris maculatus & varie elegãter intextꝰ Sidonius. Ac ſi ſub verſicoloribus figuris vernans hærbida cruſta ſapphiratos.

*Saprum Græci vocant putre & marcidum. Cc.

*Sapſa a veteribus dictum eſt pro ipſa. Ænnius. Quæ res ſapſam loco ſeſe oſtendat. Cc.

ŏSanqualis auis, quam quidam oſſifragam appellant de qua Plinius. Sanqualem auem, Augures Romani magnæ quæſtioni habent.

¶Sarra nomen vxoris Habraę, & nomen ciuitatis q̃ poſtea Tyrus dicta eſt. Aqua ſarranus. ſed id quod nomẽ a piſce quodam accepit qui illic abũdat. Et Sar, illa lingua vocatur. Ex cuius ſanguine ſericum in purpuram tingebatur. Eſt & ſarra inſula Epiros, a qua ſarrana etiam dicuntur.

¶Sarranus a. um. quod ex ſarra Tyro eſt. Vnde ſarranæ veſtes Tyriæ dictæ ſunt, quę & oſtrinæ & purpureæ. Vergi. Et ſarrano dormiat oſtro. Iuuena. Aut pictæ ſarrana ferentem. Ex humeris aulæa togę.

¶Sarnus fluuius Campaniæ oriens a ſarano monte inter Põpeianũ agrũ & falernũ iuxta oppidũ Sarni in radicibus mõtis poſitũ. A quo ſaraſtes populi ſunt cognominati. Verg. ſaraſtes populos, & quę rigat æquora ſarnus.

¶Sarraca nomen eſt duarũ vrbium, quarum vna eſt in Media, alia in felici Arabia.

¶Sarraceni populi poſt Nabatheos, a ſarraca vt Stephanꝰ inquit, quæ eſt pars Arabię.

¶Sarracum vehiculi genus, quo ligna & lapides vehi cõſueuerunt. Iuue. Longa coruſcat ſarraco veniente abies Idẽ Frigida circumagunt pigri ſarraca bootæ.

¶Sarraballa chaldaicum nomen neu. ge. & numeri pluralis. ſunt brachę. vt apud Danielẽ prophetam. Quidam dicũt eſſe fluxas veſtes & ſinuoſas, q̃ a Germanis Rhenones dicũtur, veſtes pelliceę, quibus in caſtris vtuntur.

¶Sarcaſmos latine dicit iocus cũ amaritudine, vt apud Vergi. Referes ergo hęc & nũcius ibis Pelidę genitori, illi mea triſtia facta degenerẽq; Neoptolemũ narrare memento.

¶Sarcarius fluuius eſt, quẽ in Phrygia eſſe aiunt quidam.

¶Sarcina pe. cor. proprie vtenſilium eſt, & eorum quę ad cultum & ad cæterũ vſum pertinent. veluti faſcis quẽ quis in itinere faciendo cõportare poſſit. Hinc milites quum caſtra mouere volunt, ſarcinas colligere dicuntur. Et qui in aliã domũ immigrant, ſarcinas ſuas componere ſolent. Res etiã noſtras domi ciſtis capſiſq; compoſitas etiam ſarcinas vocamus. Quintilianus Iacent relictę ſine hęrede ſarcinæ. Per traſlationem quandoq; ſarcina ponitur pro inutili onere. Auguſtinus. Et hanc corporis ſarcinam aliquando deponerem Huius diminutiuum eſt ſarcinula.

¶Sarcino as. ſarcinas ſumo. Interdum ſarcinare capitur pro ſuere. Lucil. Sarcinatorẽ eſſe ſummum ſuere centonem optime. Huius conpoſitum eſt Conſarcino quod eſt ſarcinas colligo quod vernacula lingua dicimus a fardelare, o a ſamare. Gel. li. i. Verſus hi ſunt Cęcilii trunca quędam ex Menandro dicentis & conſarcinantis verba tragici tumoris.

¶Sarcinatrix mulier quę veſtes ſuit.

¶Sarcio is, iui, itum, & ſarci ſartum, ſignificat integrum facio. Vnde ſartores dicti qui veſtes faciunt. & ſarta tecta opera publica quę locantur vt integra pſtentur. Et ſarte integre. Item ſarcire componere. Tractum a veſtibus quę diſſutę ſarciũtur id eſt componuntur. Per traſlationem ponitur pro damnũ ſoluere. Pacu. Tu damni noſtri cauſa fuiſti, tu nobis ſareito vt debes. Hinc componitur Reſarcio pro inſtauro & quaſi noua formam induco.

*Sarcion eſt gemmę ſpecies colorem carneum præ ſe ferens aliter ſmaragdites vocata. Cc.

¶Sarta tecta. Vide in dictione Sarcio, de quo modo.

ŏSarcimen figura. Apul. Tunc tenui ſarcimine ſũmas oras et adequauimus & iuncturę rimã ſetę denſitate ſepimus.

¶Sargacę populi Pomponio authore iuxta Mæotidem quorum oppida Murmetion. Panticapheum, Theodoſia, hermiſium.

¶Sarrio is. iui. itum. ſignificat ſarculis fodio, purgo, quod fit quum ſegetes leuiter ſcalpendo, & raſtris a noxiis hęrbis purgamus Plautus. ſemper occant priuſq; ſarriunt ruſtici. Plini. li. bro. xviij. Qui ſarriet caueat ne frumẽti radices effodiat. Hinc componitur Reſarrio, quod eſt rurſus ſarrio. Idem. Cum hieme prægelida captæ ſegetes eſſent reſeuerunt reſarrientes campos.

¶Sarculum genus raſtri, hoc eſt crates illa dentata, quę ſubtrahitur ſatis a ſarriendo vel ſerendo vt inquit Varro. Alii putant eſſe ligonem, ſeu quam vulgus Vannam vocat. Horati. carmi. Gaudentem patrio findere ſarculo.

¶Sarculo as. ſarculo fodio Colu. libro. vi. Primo plantæ ſarculari debent ita vt ſimplex ſtylus altitudinem maxime ſcrobis excedat.

¶Sartor purgator. Plautus. Sator ſartor que ſcelerum & meſſor optime.

¶Sartura ipſa purgandi actio. Pli. lib. xviij. Sartura nocere & vineæ & ſegeti exiſtimatur.

¶Sarritor pe. pro. qui ſarrit. Colu. li. ij. Tritici modij quatuor vel quinq; bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris vnam, ſarritoris duas. Sarritura purgatura.

¶Sarcophagus pe. cor. latine carnem comedens dicitur Plini. Sarcophagus lapis eſt fiſſili vena corpora defunctorum condita in eo abſumi intra quadrageſimum diem cõſtat exceptis dentibus. Ideo nomen habet a carne edenda σάρξσαρκὸσ eſt caro eſt, φάγω comedo. Vnde conueniẽter pro ſepulchro poni conſueuit. Aug. li. xviij. ciuitatis dei. Quia enim arca ī qua mortuus ponitur quod oẽs iã ſarcophagum vocant. σωρὸσ græce dicitur a noſtris pro ſepulchro vſurpatur.

*Sarda gemma vulgaris primum Sardibus reperta, vocatur & ſardachates. Cc.

¶Sardanapalus pe. pro. vltimus aſſyriorum rex, de quo Iuſtinus. lib. i. Fuit hic cõmnis generis luxurię deditus, nec erubuit inter ſcortorum greges nere & muliebri habitu fœminas oĩs laſciuia anteire. Quamobrem indignati Aſſyrii tali fœminæ parere duce Arbacte deſciſcẽtes bellum Sardanapalo intulerunt. Qui victus in regiam ſe recepit, & extructa pyra ſe atq; diuitias in incendium miſit. Hic fuit a Nino trigeſimꝰ rex vt inquit Diodo. lib. ij. Bibli. Et moriens condidit hoc epithaphium. Ede, bibe, lude. Et quum te mortalem noris præſentibus exple Deliciis animum poſt mortem nulla voluptas. de hoc Iu. Et venere & cœnis & plumis ſardanapali.

¶Sardanis vir Lydius, qui Crœſo ſuadere conatꝰ eſt, vt Perſis bellum inferret.

¶Sardis tantũ pluraliter vrbs Lydiæ magna poſterior Troianis rebus, & Crœſi regia Horatius. Quid concinna Samos quid crœſi regia ſardis? Terminat autem nominatiuũ & accuſatiuũ in is productam, quomodo Tralis & Syrris. Ex Sardis fuere duo Diodori oratores, quorũ iunior Strabonis amicus fuit & hiſtorias ſcripſit & poemata. In ſardis eccleſia fuit vna ex ſeptem Aſię quarũ Ioannes meminit.

¶Sardinia inſula ī Tyrrheno ſeu Liguſtico mari a Sardo Herculis filio, ſicut Strabo & ſolinus ſcribunt, quie Libya veniẽs cum multitudine colonorum inſulam occupauit, quũ antea

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sandalioris appellaretur ab effigie soleæ quam Græce sandalion vocant, & Ichnusa a similitudine vestigij, quod græce dicitur Ichnos. Huius latitudo est milium passuum. lxxxxviij. Longitudo. ccxx. q̄q; alij stadia multa adjciant. Mirum in ea insula neq; lupum gigni, neq; serpentem reperiri. Habet ciuitates multas, sed omnium præclarissima Calaris est, vbi coralliorum piscatio est. In qua diui Augustini patris mei ossa tam diu conquieuere quoad ab Helitprando rege Papiā translata sunt. Hęc ciuitas Iole a priscis appellabatur ab Iole illa quam hercules perditissime amauit. Insulam pœni occupauere sed a romanis expulsi tandem primo bello punico amisere. A Sardinia sardus sardous & sardinensis adiectiua fiunt.

¶ Sardinenses qui sardiniam incolunt vt ibi negocientur.

¶ Sardi. indigenę qui in sardinia nati sunt.

¶ Sardous a. um. pol. ssiuum. Oui. li. iiij. fastorum. Sardoaq; regna sinistris respicit a remis.

¶ Sardoa hærba apiastro similis quæ nascitur in sardinia & in fontium de fluuijs largius prouenit. ea si quis vescatur neruos contrahit & rictu diducit ora, vt qui moriūtur, veluti ridentium facie intereant.

¶ Sardonix sardonychis pe. cor. sicut onyx onychis. a quo cōponitur, tam mas. q̄. fœ. gnis. Cōponitur enim ex Sardo, qui lapis fuit in sardinia primum cōpertus coloris rubei, & onix gemma cui est candor subcandidus vnguis humani similitudine, quasi vtriusq; colorem obtineat. Iuue. In manibus densi radiant testitudine tota sardonyches. Persius fœ. gñe dixit. Et natalitia tandem cum sardonyche albus. Dicitur & sardonychus & sarda. Iuue. Arguit ipsorum quos littera linguaq; princeps Sardonychus. Pli. Ediuerso ad hęc sarda vtilissima quę nomen cum sardonyche communicauit, ipsa gēma vulgaris & primum a sardibus reperta. Ptole. Sardonychē a sardonyche Indiæ monte deriuari scribit.

¶ Sardonychatus sardonyche ornatus. Mar. Cuius & hinc lucet sardonychata manus.

¶ Sardo as. antiqui p intelligo vsurpabant. Nęuius. Quod bruti nec satis sardare queunt.

¶ Sarepta vrbs sydoniorum vbi diuinus vates Helias esurientem viduam miraculo pauisse creditur. Hinc Sareptanus. a. um. Sidonius. Vina mihi nō sunt gazetica chya falerna. Quę q; Sareptano palmite missa bibas.

¶ Sari. neut. generis genus herbę quæ prouenit in aqua radice dura intortaq; ferrarijs officinis vtilis. Theoph. li. iij. Tria ī ægypto celebrantur papyrus, sari, mnasi.

*Sargus piscis genus Cc.

¶ Sarmenta, vitiū gulę vitium superuacuę abscissę. Inde sarmētitius. a. um. quod est ex materia sarmentorū. Colume. li. vij Verum vulnera eius sarmentitio cinere linēda sunt.

¶ Sarmentus nomē viri propriū qui scurrilitate claruit.

¶ Sarmatæ, populi scythię iuxta Danubium in męotică paludem vergentes, qui a græcis Sauromatę dicūtur, & regio eorum sarmatia dicitur. Plin. li. iiij. Sauromatas gentes scytharū græci vocant, quas sarmatas romani dicunt. Dicti sauromatæ ab oculis lacertarum. σαῦρος enim lacerta est, ὄμμα oculus vtuntur plaustris pro domibus, pascunturque lacte equino. Vnde quidam eos ἱππημόλγους, hoc est equorum mulsores. alij γαλακτοφάγους, id est lactiphagos vocant a sarmatia fit sarmatis. idis. Ouid. Terreat haud manes sarmatis vmbra meos. Sūt autem duæ sarmatiæ secundum Ptolemęum. quarum vna est in Europa, quæ vt lib. iij. scribit a septentrione oceano terminat, ab occasu parte germanię, a meridię Lazigibus metanastis. In ea est Oliba. quam nunc Russiā & Tartariam esse crediderunt. Altera sarmatia est in Asia, vt idem libro. v. refert, quę a septentrione terra incognita terminat, ab occasu Sarmatia europæ & Tanai fluuio. In ea sunt Caucasi montes.

¶ Sarissa, hasta p̄longa. Liui. lib. xxvij. Prelongas hastas macedones sarissas vocant, Suidas, σάρισσα ξύλον ἀκοντίου ἐλληνικοῦ δόρυ μακεδόνων παρὰ μακεδόσι. *Id est sarissa species iaculi græci hasta prelonga apud Macedones.

ō Helianus docet sarissam esse lanceam qua vtitur phalanx macedonica longitudine. xiiij. cubitorum quorum duo manus continent reliqua. xij. prominent inde sarissophori qui sarissas gestant.

¶ Saronicus sinus est contra corinthiacū, suum habens nomē a saron quod quærcum significat apud græcos, quia olim redimitum erat quęrcubus.

¶ Sarpa, vinea putata. Nā sarpere antiqui pro purgare vsurpabant.

¶ Sarpedon penu. p. rex Lyciæ, qui troianis aduersus græcos tulit auxilium.

¶ Sartæ populi sunt europæ, scythiæ conterminī, qui vt Pōponius ait, ob scæua hyemis admodum assiduæ demersis in humū sedibus, specus, aut suffossa habitāt, totū brachati corpus nisi qua vident etiā ora vestiti.

¶ Sartago patella in qua caro frigitur, a σάρξ quę caro est nomen assumpsit, latine frixorium dicit, ab ipso fricationis sono quia cerpitum confusum in frictu emittit. Hiero. in li. Mach. Iussit ignem admoueri & adhuc spirātem torreri in sartagine apud antiquos etiā ad alios vsus adhibebatur.

¶ Sarsina vetus ciuitas in Aemylia, ex qua Plautus poeta comicus ortus est.

*Sas veteres pro suas dixere & Sam pro eam. Ænnius. Virgines nam sibi quisq; domi Romanus haberet sas. Idē. Nec gsq̄ phīam in somnis vidit priusq̄ sam discere cœpit. Cc.

ō Saso insula, quę a, Brunduſio quinq; milia passuū distat inde in Epirū totidem distat, vt ait Strabo.

¶ Sason onis. penul. pro. fluuius de quo Syrius. Adriaci fugite, infaustas sasonis arenas. Et alibi. Expauit sonitus tremefacto littore sason.

¶ Sathanas interp̄tatur aduersarius. Quo nomine appellat⁹ est diabolus, q̄p Christi aduersarius sit. Quicquid enim animę ad deum tendenti resistit & aduersatur, & quicquid paci contrarium est, hoc sathanas esse nomīatur. Sicut legit in regnorum libris quia suscitauit deus salomoni sathanam aduersus eum qui erat pacificus.

¶ Satarchę populi in scythia, quivt Solinus refert dānato aurī & argenti vsu se a publica auaritia abdicarunt.

¶ Satis aduerbium, & per apocopē sat. significat abūde quātum opus est. Cicero lib. artis veteris. Longum est quod pluribus sententijs vltra q̄ satis est producitur. Aliquando ponitur loco nominis vt satis eloquētię habeo. Sic etiam nomina p aduerbijs ponuntur. vt sponte sua mane nouum. Et cū satis significet quantitatem, satius tamen cōparatiuū qualitatē denotat, quia deriuatiuum non semper seruat sensum primitiui. Vergi. Nonne fuit satius tristis Amaryllidis iras Atq; superba pati fastidia? id est melius.

¶ Satin pro satisne? Teren. Satin sana es?

¶ Satisfaccipio dictū est eodem modo quo & satisfacio. Vnde & satisfaccipio, quę est vt Pompo. inquit stipulatio quę ita obligat promissorem, vt et promissores quoque ab eo accipiantur. i. qui idem promittant.

¶ Satago is. pe. cor. ex sat & ago compositum videtur. vnde sategi præteritum, satactum supinum facit. Et est satagere anxium esse, & quod vulgo dicitur satis habeo quod agā. Teren. in heau. Nam hic Clinia etsi is quoq; rerum suarum satagit, attamen habet bene & pudice eductā ignarā artis meretricæ. Aliqñ significat diligentē eē seu festinare. Plaut⁹ in asi. Nūc satagit, adducit domū ei vltro & scribit nummos. Aliquando inniti. vt in hymno. Magne pater Augustine preces nostras suscipe, & per eas cōditori nos placare satage.

¶ Satagytæ populi in Asya scythica, vt libro. iij. testa. Hero.

¶ Satisdo as. significat fideiubeo. promitto per vadē, siue fidē meam pignori do & re ipsa certifico. Cice. Sulpitio. Primum vt siquid satisdandum erit amplius eo nomine peti cures vt satisdet fidei męę. Caius satisdatio eodemmodo appellata est quo satisfactio. Nam vt satisfacere dicimus ei cuius desyderium implemus, ita satisdare dicimur aduersario nostro, aliquē dare qui pro eo quod a nobis petitur, ita caueat, vt eum hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nomine ſe curum faciamus.

¶ Satiſfacio tãtum facio quantum ſatis ſit irato ad vindictã inquit Aſco. Et conſtruitur cum datiuo, ſed cum pro puniо ponitur accuſatiuum poſtulat. Cicero ad hęren. Non conuenit cenſores iſtũ ſatiſfacere, ex eo ꝙ ait ſe nõ potuiſſe ita adeſſe vt iuratus fuerat.

*Sarnois fluuius eſt phrygię. Cc.

¶ Satiſpręſto as. idem eſt quod ſatiſdo.

¶ Satio as. a ſat deduci videtur, & ſaturo ſeu expleo ſignificat, pertinetque ad oẽs ſenſus, & frequenter ad aĩam. Cice. in Cato. Satiari delectatione non poſſum vt meę ſenectutis requiem oblectamẽtiũę noſcat, Ad corpus vſus eſt. Col. li. ix. Satiatęq; ſemodius cibi indiebus ſingulis vicenos & centenos turtures. Hinc cõponitur Exatio. Satiabilis qui ſatiari poteſt facile cuius contrarium eſt inſatiabilis. Sallu. Auaritia inſatiabilis eſt, neq; copia neq; inopia minuitur.

¶ Satietas plẽrũq; pro faſtidio ſumitur. Cicero in Cato. Omnino vt mihi quidem videt ſtudiorũ oĩm ſatietas facit vitæ ſatietatem. Dicit & ſatias ꝓ ſatietas. Teren. in Eu. Ex meo ꝓpinquo rure hoc capio cõmodi, neq; agri, neq; vrbis odiũ me vnq̃ percipit, vbi ſatias cœpit fieri, cõmuto locum. Sallu. Hi ſaltibus occupatis externorum agros inuaſere, frumentiq; ex inopia graui ſatias facta.

¶ Satur. a. um. quod eſt cibo plẽnũ. Teren. in hecy. Sed tu cũ ſatura atq; ebria eris puer vt ſit ſatur facito. Sumitur interdũ pro fœcundo & abundante. Perſius. Nec rus ſaturum laudare. Verg. lib. ij. Geor. Saltus & ſaturi petito longinqua. Tarẽti. Vbi Ser. ſaturi aut fœcundi aut quod iuxta oppidum. Saturum. Tarentum enim & ſaturũ vicina ſunt. Calabriæ ciuitates.

¶ Saturo as. pe. cor. ſicut ſatio capitur, & ſimiliter ad oẽs ſẽſus pertinet. Ci. Iracundiam meam ſatura tuo ſanguine Nonius. Expleri & ſaturari hanc habent differentiam Expleri eſt tantummodo plenum eſſe ſaturi ſupra modum. Cice lib. vi. de rep. Graues enim dominæ cogitationum libidines infinita quędam cogunt atq; imperant quęq; expleri atq; ſaturari nullo modo poſſunt. Cuius compoſita ſunt. Exaturo quod ẽ perfectæ ſaturo. Apu. Sed ille libidine exaturatus iacebat in grabatulo. Obſaturo, de quo alibi. Hinc ſaturitas pro ſatietate. Plaut. in cap. Proin tu deum hunc ſaturitate tranquillũ facias tibi. Quandoq; pro fœcũditate. Ci. in Cato. Neq; ſolum officio ꝙ hominum generi vniuerſorum cultura agrorum ẽ ſalutaris, ſed etiam delectatione quã dixi & ſaturitate copiaq; rerum omnium quæ ad victum hominum & ad cultum etiam deorum pertinent.

¶ Satulo as idem quod ſaturo. Varro. Neque in puluere mythico coquam carnes quibus ſatulem corpora & famẽ vẽtris

¶ Saturnus a. poetis fingitur deus. ꝙ annis ſaturetur, vel qa ſe in deuorandis, filijs ſaturauit. Ex ſe enim natos cõmediſſe fingitur, quia conſumit ętas temporum ſpatia, anniſq; præteritis inſaturabiliter expletur. Oui. Tempus edax rerũ tuq; inuidioſa vetuſtas. Omnia deſtruitis vitiataq; dentibus æui Paulatim nigra cõſumitis omnia morte. Vnde a grẽcis Cronos dicitur quod tempus deſignat. Alij philoſophi iterpretãtur Saturnum cronon velut a ſatietate intellectus, eo quod grẽce ſatietas cros intellectus vero ſiue mens νοῦς dicitur, vt ſit nomen compoſitum ſaturnus ex prima parte latina & poſteriorre grẽca, ipſa ſatietas mentis. Sunt qui ſaturnum a ſatu deducant quoniam peritiam ruris & ſatorum omnium primus edocuiſſe fertur. Quidam a verbo quod grẽci dicunt, σάτηρ. quo virilia ſignificantur. ꝙ patris pudenda abſcidiſſe atq; in mare proiecciſſe dicitur vnde venerem procreatam ferũt, quę a ſpuma vnde coaluit aphrodites nomẽ accepit. Hic Saturni⁹ a. um. vt iuno ſaturnia quę fuit filia Saturni. Verſus quoq; quos olim Fauni vatesq; canebãt ſaturnios antiqui nominabant vt ait Varro.

¶ Saturnia ſubſtantiuum nomen regionis & nomen oppidi. Verg. Ianiculum hinc illi fuerat ſaturnia nomen. Editiora etiam loca, vt Diodor. ſcribit, ſaturnia dici conſueuerunt. Pſeudippus autem poeta in epigrammatis ſcribit. Lyſippum ita feciſſe inter alia quæ ſcribit habitum Saturni. τί ὦτε δ' ἐ ἀπὸ ἄκρα βέβῦκας ἀεί τοχ ἄω τί δ' ἐ ταρσοῦ ωοσσίν ἐχεισ Δι φυεῖς ἵπταμ ὑπερέμιος χερὶ Δεδ' ἐξιτεχὴ τιφέρεισ ξυρόν & ſubdit. ἰδ' ἐ κόμη τι κατ' ὀψιμ ὑπαντιασ ἀντιλαβεσθαι νῦ Δια τ' ἀξὸ ωιθεμ πρόσ τί φαλακρὰ ωέλῃ.

¶ Saturnalia. orum. feſta ſeptem ſeu quinq; dierum menſe decembri ſaturno dicata, erantq; pleni lætitiæ in quibus romani ſyntheſin veſtem ſumebant. Dies quoque quibus munera vltro citroq; mitti remittiq; ſolebant. Saturnalia ſeu ſaturnalitia dicebantur. Suet. in Aug. Saturnalibus & ſi quando alias libuiſſet modo munera diuidebat modo nũmos omnis notę.

¶ Saturnalitius a. um. quod ad ſaturnalia pertinet. Martialis. Saturnalitię ligulam miſiſſe ſelibræ.

*Saturninus mõs quõdã dicebatur q poſtea Tarpeius. Cc.

δSaturniniani heretici a ſaturnino quodã nominati, qui mũdum ſolos angelos ſeptem præter conſcientiam dei patris feciſſe dicebat.

¶ Saturea hærba fragrantis odoris quę & Cunila dicitur & Origanum heracleoticũ, a ſaturo dicta ꝙ nullum fere conſimentum ſine ea fiebat propter quod ſaturitatem inducere videbatur. Col. & ſaturea tymni referens tymbręq; ſaporem Alij tymbrã vocant. Venerẽ emortuam ſuſcitat in cibis ſũpta. Vnde ex grẽco vt quidã volunt nomen ſibi vẽdicauit, quaſi ſatyrea, vt ſatyri in venerẽ proni & ſalaces.

¶ Saturum vrbs calabrię fuit non longe a Tarento. Vnde ſatureianus. a. um. poſſeſſiuum. Hora. Me ſatureiano vectari rure caballo. Quidam etiam Satyrum ſcribunt. Vnde & nonnulli agrum in quo Tarentum conditum eſt Satyram vocari affirmant.

¶ Satelles miles mercede conductus, vt ab imperatoris latere non diſcedat. Et ſatelles qui fontibus capiendis præeſt, q & apparitor dicitur.

¶ Satellitium ipſa ſatellitum actio Augu. li. v. con. Procurari aliã nõ vtiq; cõiugẽ quo tanq̃ ſuſtentaretur & produceret vel integer vel auctior morbus animę meę ſatellitio perdurãtis conſuetudinis in regnum vxorium.

¶ Satrapa. penult. cor. dictio perſica, & apud nos ſignificat pfectũ. Suidas, σατραπεῖαι ἀεῖ ωαρχίαι σατραπικὸσ Δεσατράπου εἶδοσ ἀξιώματοσ. *Id eſt Satrapia eſt prouincia, & ſatrapes ſatrapæ genus dignitatis.

¶ Satyri dicti ſunt ꝙ ī libidinem ſemper proni ſint. a virili mẽbro quod veteres grẽci σάτηρ appellabant. Hi ſunt vt Plini. lib. v. ait animalia quadrupedia in ſubſolenis Indorum montibus perniciſſima humana effigie recte curentia. Veteres huiuſmodi monſtra pro ſylueſtribus dijs coluerunt. Vnde Hieronymus. Vidit homunculum (inquit) aduncis naribus & fronte cornibus aſpera, cui extrema corporis in caprarum pedes deſiniebant. Et prẽmiſſo ſigno crucis cum quiſnam eſſet interrogaſſet Antonius, reſpõdiſſe fertur. Mortalis ego ſum vnus ex accolis eremi quos vanos errore deluſa gentilitas faunos ſatyroſq; & incubos appellat. δSunt etiam ſatyri exſimiarum genere ſoli. ſunt & quas vocant ſatyros facie admodum grata geſticulatis inquiete motibus.

¶ Satyriaſis pulſus teſtium & velut ſingultus quidam inguinis ſequens inflammatam quandam paſſionem eminalis receptaculi, cum intentione & tentigine, Q2 ſi nõ ceſſauerit pulſus ille, ſolent ſeminis receptacula intendi, vel ſpaſmus naſci qui morbus etiam Priapiſmos dicitur.

δSaterona aĩal ambiguũ in humore pariter & in ſicco viuẽs.

¶ Satyron hęrba foljs lilij rubri aliquanto minoribus, tribus non amplius a terra exeuntibus, caule leui, cubitali nodo, radice gemĩa. hãc arabice chaſtalcevocãt orchis grẽce, quę vox teſticulum denotat, latine vulpis teſticulus vel leporina.

¶ Satyriacũ ſignũ, ſimulachrum Priapi quod in hortis apud antiquos ponebatur. Pli. li. xix. Eſt & religio quædã hortoſq; & fera tantum contra inuidentium effaſcinationem dicari videmus. In remedio ſatyriaca ſigna.

¶ Satyria auis coruus. L. Florus, Cum ſingulari certamine

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Manlius aureum torquem barbaro interspolia detraxit inde Torquati. Iterum Pontino agro cum in simili pugna latius insidente galeæ satyria alite adiutus. satyria etiam apud latinos cibarium confusaneum dicitur. veluti cinnus ex varijs rebus compositus.

¶ Satyra pen. cor. quasi satura dici videtur ob carminis varietatem. seu propter copiam rerum quæ ibi tractant. Est enim satyra carmē maledicū & ad carpenda vitia compositū, quale scripserunt Lucil. Horatius. Iuuenalis. Persius accepit ei id carminis hunc titulum ꝙ personis factisq; satiatum abūdare videat. Quidā a satyra lāce q̄ referta multis varijsq; primitijs in sacrificijs dijs offerebat. Alij a lege satyra dictā existimant quę vno rogatu multa simul comprobat. De qua lege Sallustius in Iug. deinde quasi per satyrā sententijs exquisitis in deditionē accipitur. Var. a quodā farciminis genere quod multis rebus refarciebatur dictam satyrā esse scribit. Vnde in secundo lib. Plautinarum quæstionum habetur. satyra est vua passa & polenta & nuclei pinei ex musto conspersi. sunt qui a satyris deriuent, ꝙ in hoc genere carminis res rudiculæ pudē dæq; scribuntur, quemadmodum proferri a satyris solēt. Dona. in Teren. Deinde aliud genus fabulæ. i. satyra. sumpsit exordium. quę a satyris quos illotos semper ac petulantes esse legimus vocitata est. Pōt etiā dici satyrā ideo vocatam, ꝙ in antiqua satyra introducebantur satyrorū personæ, aut si quę erant ridiculę similes satyris. Duo quippe satyrarū genera fuisse constat. Alterū antiquius quod sola carminū varietate cōstabat. Alterū recētius apertā hoīm reprehensionē continens Hinc satyrus & satyricus ꝓ eo qui satyrā scripsit. satyricę adverbium significat acriter cum conuitio.

¶ Satus a. um. a sero is. fit pro seminio. Vnde etiā a Verg. ponitur pro genitus.

¶ Satꝰ. us. & satio onis. ipm serendi actū denotant. Pli. li. xvij Quapropter de talearū satu nunc dicendum id est plantatione. Q̄ñq; etiam satus semen dicitur.

¶ Satyrorū insulę sunt tres contra Indiam extra Gangē sitæ, sicut a Ptol. lib. vj. scribit. Quas qui habitant caudas habere dicuntur, quales satyris pinguntur.

¶ Satum, ager in quo semen est, Vt Hieron. in lib. Iudith. Et satū eodē auctore genus mensurę quod iuxta morē prouinciæ, Palestinę vnū & dimidiū modiū capiens. In Genesi. tm nō tātā capit summā, vbi scriptū est. Accelera tria sata similę cōmisce, & fac subcineritios panes.

¶ Satiuꝰ a. um. quod seminatur, vel quod idoneū est vt seminetur. Gel. Sed hi prærasq; naues loris suebāt grēci magis canabo & stupa cæteris q; satiuis rebus.

¶ Saucius a. um. nomen quod nascitur a participio sauciatus quo modo lassus a lassatus. & lacerus vel lacer a laceratus. Et est saucius vulneratus. Verg. Qualis mugitus fugit cum saucius aram Taurꝰ. ¶ Et non solum de vulnere, sed etiam de labore dicitur quasi fessus. Quod Apul. lib. ij. de Asi. Cum genitiuo iunxit, cū ait. Mihi vero fatigationis hesternę etiā nunc saucio da veniam saucꝰ inguinum pro inguinibus, sicut præstans animi, quasi hīs inguina tumentia, sicut eīm membra in hoīe saucio intumescunt sic saucius inguinū, cuius turgēt genitalia ex libidinis desyderio.

¶ Saucio as. vulnero. a quo fit cōpositū Consaucio. Amb. lib. i. offi. Verberamur vocis nostrę verbere cū loquimur ea quorū sono cędit animus noster & mens consauciatur.

*Saurites gemmę species quę in ventre viridis lacertæ tradi tur inuenirī. Cc.

¶ Sauromatę populi. Vide in dictione Sarmatę.

¶ Saura lacerta q̄ in macerijs. & in sepibus diu delitescit.

¶ Sauior aris. Vide in dictione Dissauior.

¶ Saxum maius asperius duriusque q̄ lapis, licet quandoque saxum pro lapide ponatur. Hinc saxeus. a. um. quod e saxo est saxosus. a. um. saxorum copiam significat, vt saxosa via Saxulum diminutiuum. Ci. li. de ora. Illam in asperrimis saxulis tanq̄ nidulum affixam.

¶ Saxum ferratum oppidum in Picen i atq; vmbriæ finib⁹ situm, ita appellatum a ferro, propter fodinas ferrarias quas eo in loco multas fuisse earum reliquiæ ostendunt. Sentinum a veteribus dicebatur, a Sentino amne iuxta mœnia labente quem nunc quoq; incolæ sentinum vocant. Hoc oppidū nobile factum est duorum virorum ortu Baldi. scilicet & Alexādri, quorum prior Cæsarearum legum interpretatione clarissimus, Alter in sacris literis eminentissimus, qui cū in omni doctrinę genere vitęq; sanctimonia summus haberetur nostrę Augustinianę religioni magno oīm consensu pfectus ē, nec multo post ob res pclare gestas cardineis insignibus a pio pontifice maximo decoratus fuit.

¶ Saxatilis & hoc saxatile pe. cor. quod saxa īcolit vt piscis saxatilis. Et saxatile dicit vernacula lingua da sassi. Plau. in rud. Piscatum hamatilē saxatilēq; aggredimur.

¶ Saxones, illustres Alemanię populi qui Angelæ reginę, au spitio Angliam deuicerunt, a qua etiam nomē sortita est Anglia quasi angela cum prius Albion diceretur. Hos Pto. non longe a Cimbris in oceani septentrionalis littoribus & paludibus inuijs constituit.

¶ Scaber a. um. quod rubiginosum est. Ver. li. i. Geor. Exesa inuenit scabra rubigine pila. Hinc vngues & dentes dicunt scabri qui sordidi sunt, etiam si nō sint asperi tactu.

¶ Scabredo asperitas sicut quādo caro cōtrahitur & fit rugosa Quo vocabulo vsus est. Hiero. in diui. Hylarionis vita.

¶ Scabricia & scabricies rubiginositas. Vnde. Plinius vngulā scabriciam dixit.

¶ Scabo is. scabi scabitum significat scalpo, conforo, & quasi vnguibus fodio. Pli. li. vij. Si vero squamæ obtorpuere spinis iuniperi se scabit.

¶ Scabies, a scabo siue a corporis asperitate dicta est, quę vt Celsus scribit, & durior cutis rubicunda, ex qua pustulę oriūtur q̄dā humidiores, q̄dā sicciores. Exit ex qbusdā scabies, fit ꝙ ex his cōtinuate exulceratio pcutiēs. Hęc etiā Psora a grēcis dicitur. A scabie fit sabiosus. a. um.

¶ Scabro vermis qui nascitur de carnibus equorū putridis.

¶ Scabellum diminutiuum significat paruum scamnum nōnunq̄ ponit ꝓ suppedaneo. August. super. ps. Suppedaneum dicitur scabellum quod dicunt grēci ὑποπόδιον, dixerunt latini scabellum, & alij dixerunt suppedaneum. Vide in dictiōe Scamnum.

*Scęa porta troiana dicebatur a cadauere Laomedontis hoc est a Scęnomate. id enim tabernaculum siue sacculum significat quod in eius sublimine erat. Cc.

¶ Scęi sunt thraces populi. Scęę troianę portę. Scęus amnis, & Scęus murus.

¶ Scęnos, latine habitatio vmbra tabernaculum vel funis.

¶ Scęno factorius a. um. vt ars scęnofactoria qua fiunt vmbracula, vel tabernacula, vel funes.

¶ Scęnophegia orum. neutri generis festa tabernaculorum ī quibus iudęi faciebant tabernacula ad similitudinem tabernaculorum in quibus habitauerunt cum ex ægypto peregrinarentur in Eremo, ab σκῆνος & πήγνυμι. latini vero aspirationem addiderunt.

¶ Scęna cum ę diphthongo magis ex antiquorum consuetudine q̄ ex vera orthographia vt inquit Prisca. quia cū grēca sit dictio quæ apud illos sine diphthōgo σκηνὴ scribitur, apud nos etiam absq; diphthongo debuit transferri. alij in signū ꝓductionis per ę diphthongō notandū putāt. vt Apu. Est aūt scęna inumbratio. ἀπὸ τῆς σκιάς quę quidē vt docet Seruiꝰ a rusticis primum inumbrationis causa cōperta fuit vbi prius carmina incondita decantabant. Quare & a nonnullis tabernaculum ac papilio traductus fuit. Postea tabulata cœperunt componere in modum parietis. Vnde hodie cōsuetudo permansit vt componantur pegmata a ludorum theatralium editoribus. Vnde scænophegia, tabernaculorū festa. sed cū in vrbes deducta fuit scæna, redactum est nomen ad eā partē theatri q̄ ab vno eiꝰ cornu ad aliud ducebat. Cōstat aūt scęnā

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

theatri frontem binis pluribusve contignationibus constratam, in quibus histriones recitabant, mimique mirmillones & cæteri ludij varios ludos ac gesticulationes edebãt. In scæna autem cum hemicycli formam haberet gradus sedilia que fuere de quibus primarij magistratus honoratioresq; spectarẽt, eorũq; sedilia pars intima orchestra est dicta. Placidus grãmaticus scribit scænam esse cameram hincinde cõpositã, q̃ in vmbrę locum in theatro erat in quo ludi actitabantur. Itẽ scænam dicti arborum in se cubantiũ quasi concameratã densationẽ, vt subter positos tegere possit. Item scęnam vocari cõpositionem alicuius criminis quę digna sit agi in theatro exclamationibus tragicis. scęna sic diffinitur a Labeone, quę sit ludorũ faciendorum causa quolibet loco vbi quis consistat moueaturq; spectaculũ sui pbiturus, posita sit in publico priuatoq; vel in vico, quo tandem loco passim homines spectaculi causa admittantur. hęc aũt versatilis erat aut ductilis. Versatilis quę subito tota machinis quibusdã vertebatur, & aliam picturæ faciam ostendebat. Ductilis quę contractis tabulatis hac atq; illac interiorem picturę speciem denudabat.

¶ Scęnic⁹.a.um. quod ad scænã pertinet, vt scęnici ludi Aug. lib.iij. con. sed qualis tandem misericordia in rebus fictis & scęnicis. scęnicus vero absoluto vocabulo histrio dicitur. Sueto. de nero. Ac spectaculis, theatri clam illatus cuidã scænico placenti nuncium misit.

¶ Scænoma.tis. significat tabernaculum seu sacculum.

¶ Scænitæ cognominati sunt quidã Arabiæ populi a tabernaculis qui in tentorijs habitant, vt inquit Solinus, q̃ caprarum pilis texti sunt, apud quos si fusus vectus fuerit, illic moritur.

¶ Scęua dicit̃ qui sinistra manu vtitur ꝓ dextra. Quo nomine dict⁹, fuit quidã Romanus. de quo Suet. in Cęsa. scęua excusso oculo trãsfixus femore & humero cẽtũ & viginti ictib⁹ scuto pforato custodiam cõmissi castelli obtinuit.

¶ Scæuola, a scæua. i. sinistra vt inquit Varro eo ꝙ quæ sinistra sunt bona auspicia putantur. Et græci sinistram σκαιάν vocant, hinc scęuę dicti sunt. hoc nomine dictus est Mutius nobilis vir Romanus qui debilitata dextra sinistra vsus est. Liui.li.ij. Mutium demissum cui postea scæuolę a clade dextrę manus inditum nomen. scęa enim sinistra est, & Mutius sinistra est vsus exusta dextra.

¶ Scala æ. & scalæ arum, vtroque modo dicitur, a scãdendo, ꝙ his ed altiora scandamus. Nã proprie scalæ sunt quæ ex pluribus gradibus constãt. Distinguunt quidam sic. Scala est quæ ex teretibus lignis aut funibus aliave materia simili huc atque illuc transferri potest. Scalæ quæ latiores habent gradus & immobiles permanent. De hac Plinius. Etiam num scalis tectum ephesiæ Dianæ scanditur. De illa Caius iureconsul. Vel scalam sciens commodauerit ad ascendendum' sed sæpe confunduntur. Et scalas magis in vsu esse q̃ scalam dicimus Sallusti. in Iugur. Vnæ atque alteræ scalæ comminutæ sunt qui superstiterant afflicti sunt. Non dixit vna atq; altera scalæ quibus per gyrum ascendimus a cochleæ forma Cochlides & cochleæ dicuntur. Quæ vero ex lignis teretibus siue canabinis funibus in Campania inuentę primum fuerunt vt est apud Vege. li. de re militari.

¶ Scamus, lignũ teres cui nautę remos loro quodã alligant ad nauigandũ, vt firmius nauigent.

¶ Scalpo is. pſi. ptum. fodio & vnguibus pruritum aufero. scalpunt enim homines vnguibus, & gallinę pedibus. Plin. li. ix. Attritu qua petrę scalpentes pisces pruritum inuadit. Diome. grãmaticus scalpturam dici probat nõ sculpturam. Scalpra inquit gemma dicendũ est non sculpta quoniam adiecta ꝓpositione facit insculpta.

¶ Scalptor qui scalpit. Plini. li. xxxvij. Expectuntur a scalptoribus ferroq; includuntur nullam, non duritiam ex facili cauantes. Scalptura scalpẽdi actio. Idẽ Oia autẽ hęc genera scalpturæ contumaciter resistunt.

¶ Scalpurio is. iui. itum. Idem quod scalpo, quod proprium est galli gallinacei cũ terrã scalpit. Plaut. in Aul. Vbi hæc de fossa occepit scalpurire vnguibus.

¶ Scalprum & scalprus, & diminutiue scalpellum & scalpellus ferrum quo aptatur corium, & quõ radit vel celtis. Vtũtur tamen eo instrumento diuersi artifices. Cato de re rust. Ficos & oleas altero modo, quod genus aut ficum aut oleam esse voles, inde librum scalpro eximito. Colu. lib. vij. Scabies ferro cęsa perluatur vrina, etiam sæpe scalpello vsq; ad imum resecare & amputare scabiem sępe profuit. Et lib. v. Scalprũ qd deinde aduncum est, rostrum appellatur. Sueto. de vitellio. Scalpro librario venas cibi incidit, scalpra sutoria Horatius intelligi voluit illo versu. Si scalpra & formas non sutor, nautica vela Aduersus mercaturis delirus & amens Vndiq; dicatur. Liuius fabrile scalprum appellat quo magistri elephantos, interimebant inter aures beluæ adacto in ipsa compage qua coniungitur caput capiti. Cor. Cælsus scalprum inter ferramenta chirurgica numerat vbi ait li. viij. Tum demum ad manũ scalprũq; veniendũ est. Colu. li x. ferramentũ, scalparũ dixit ad similitudinem scalpri formatum. quo ait opus esse ad castrandas apum aluos.

¶ Scalpellus & scalpellum diminutiua sunt. Vide in dictione Scalprus.

¶ Scalpturatum genus pauimenti quod & vermiculatum dicitur, quod factum posi tertium punicum bellum fuit ex tesellis minutis diuersis coloris vt in templis antiquis. Et nos Mosaicam dicere solemus. In his pauimentis picturę radẽdo fiebant, quo modo nunc scalptura albaria in exteriore parte parietum ac murorum fiunt.

¶ Scamander, fluuius qui europã ab asia diuidit & alio nomine dicitur Xanthus.

¶ Scamandria, vrbs parua a portu Ilienſi parũ remota.

¶ Scamonea, frutex cuius succus valet ad medicinas.

¶ Scandalum est quod nos offendiculum vel in ruina vel in pactione possumus dicere. Quando ergo legimus quicunq; de minimis scandalizauerit quẽpiam, intelligimus qui dicto factove occasionem ruinæ cuiq̃ dederit. Hinc Scandalizo.as. quod est alicui scandalum prębeo.

*Scandalides palmæ species, a similitudine scandularum, dicta. Cc.

¶ Scandinauia insula est oceani septentrionalis quam Pli. lib. iiij. incomperte magnitudinis esse scribit. Eam alterum orbem terrarum esse crediderunt.

¶ Scando scandis scandi scansum. in altum vado. Cicero in Catone. Vt si qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant cum alij scandant malos, alij per foros currant. Hinc scalæ dictæ sunt per quas in altum ascendimus. Huius composita sunt. Ascendo, quod est sursum scando. cuius contrarium est. Descendo deorsum scando. Cõscendo simul sursum scando. Verg. Bisdenis phrygium conscendi nauibus æquor Matre dea monstrante viam. Inscendo sicut eius simplex. Plaut. in asi. Nec in lectum inscendat proximum. Superscando Li. iam euaserant media castra cũ superscãdes vigilũ strata somno corpora miles ostenso scuto sonitũ præbuit. Transcendo. Plaut. in Aul. Hoc magnũ est periculũ me ab asinis ad boues transcendere. Lactantius li. ij. per translationem dixit. Tũ dedit ei certa mãdata, quæ si obseruasset immortalis maneret, si transcendisset morte afficeretur.

¶ Scandulaca hærba a scandendo frugibus inimica, ꝙ eas velut hedera implicans, necat.

¶ Scamnum est quod lecto veluti gradus apponitur, vt per id in lectum facilius ascendatur. Var. scribit scamnum eẽ quo duplici igradu lectum altiorem conscendebant, scabellum quo simplici scansione in lectum nõ altũ scandebant. Oui. Iarte. Et caua sub tenerum scamna dedisse pedẽ. Et scamnum dicitur terra illa altior quę inter duos sulcos in colendo relinquitur. Pli. Scãna inter duos sulcos cruda relinquantur. Et Colu. li. ij. vocat scamnum crudum solum & immotum minime aratro prosciſſum. Idem li. iiij. Duabus gemmis supra terrã eminere passim reposita humo cętera coęquant quę faciũt in eadẽ linea intermissis totidem pedum scamnis dum pergant ordinẽ Qm vero in his sedere consueuimus, factũ est vt scã-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nū & ſcabellū ſæpe pro ſubſellijs vſurpentur. Oui. li. vi. Faſt. Ante focos olim ſcamnis conſidere longis mos erat. Scamna etiam in arboribus dicuntur rami & brachia per quæ vites aſcendunt.

¶ Scanſile pe. co. dicit id per quod aſcendi poteſt.

¶ Scandis herba quę in holere ſyluestri a grecis ponitur.

*Scantiana poma ſunt quę Cato tradit in dolijs optime condi. Cc.

¶ Scandulę, paruę tabellę, hoc eſt in paruas laminas ſciſſę e ligno, quibus tecta teguntur. Fiūt autē ex robore, abiete, & picea fiſſis vel aſſulatim deſectis.

¶ Scapha nauicula in ligno cauata, ab σκάπτω fodio, cauo. Vnde & σκαφή a multis foſſura, alueus linther traducitur, quę maiorem nauem ſequitur. Et paruę ad piſcandum naues ſcaphę dicuntur. Hinc ſcaphiarius, ſicut a claſſe claſſiarius.

¶ Scaphium vas concauū, in quo cacare & meiere conſueuerunt, dictum a ſimilitudine ſcaphæ nauis. Latini Matulam vocant. Iuuena. Et ride poſitis ſcaphium cū ſumitur armis. Proprie tamen vt aliqui putant vas fœminarū in quod mingūt. quēadmodum viris Laſſanum neceſſarium erat in quod vētris excrementa deijcerent. Erat & ſcaphium vas æneum in quo ſtyli in medio ſiti proceritas horarum ductus diſcriminabat. Plutar. ī Numa ſcaphium appellat quo ignis ſacer extinctus ſolis tantū radijs accendebatur. Suidas. σκάφιον ἐϊδος κουφὸν ἀριστοφάνης. σκάφη δὲ κοφίνῳ ἔοικεν σκάφιον ἀποτετιλμένον. *i. Scaphiū ſpecies conſuræ aut cęſari ei. Ariſtophanes. Tu copſicho ſimilis es reuulſo ſcaphio.

¶ Scaptēſula locus in Mace. vbi argētū fodi ſolebat ab σκάπτω fodio. Lucre. Quales expirat ſcaptēſula ſubter odores.

¶ Scaptia vrbs, a qua ſcaptia tribus vocitata eſt. Cc.

¶ Scapulę, humerus ſiue dorſa, a ſcandendo, vt quidam volunt quę mobiles veluti mollibus iugulis a ceruice demittuntur. Plau. in Aſi. Mirabar quid dudū ſcapulæ geſtibant, mihi, hariolari cœperant mihi in mūdo malū. Hiero in Geñ. Apparuit rebecca veniens cum hydria quā portabat in ſcapula quę feſtinans depoſuit hydriam de humero.

¶ Scapulares ſerui dicti ſunt quia ſcapulis cędūtur.

¶ Scapularis, veſtis quę tantum ſcapulas tegit.

¶ Scapilium veteres pro tergo vſurparunt, & aliqñ pro ipſa ſcapula. Vnde & ſpatium, quod inter ſcapulas quaſi vallecula eſt, inter ſcapilium dicitur.

¶ Scapus dicit id in quo ſemina quarundā herbarū depēdēt, vt in papauere. Pli. In papauere & ſimilibus ſcapus in harundinibus, in glandibus, in auellanis pannicula appellat. & ſcapi in quibus vuarū grana ſunt. Varro. Quæ calcat ę vuę erūt eorū ſcapi cū folliculis ſubijciendi ſub plū, vt ſiquid reliqui habeant muſti exprimatur in eundem lacum.

¶ Scarus piſcis, qui ſolus piſciū dicitur ruminare. herbiſq; paſci, quo carpathium pelagus abundat. Oppian⁹. Hic ſcarus ſaxa frequentat. Qui mites inter piſces clamore tremendo Intonat, & ſolus pallentes ruminat herbas.

¶ Scarabęus, animal paruum volatile, vulgo ſcaraua tius dicitur. Scarabęorum autem diuerſa ſunt genera. Nā quidam ſunt coloris viridis e vermibus fimo bouis aut iumenti creati. Alij grādiores cornua plonga biſculis dentata forficibus ī cacumine hñtes. Alij e fimo ingentis pilas aduerſis pedib⁹ volutant. Hos ęgyptij ſummopere venerabantur animatam ſolis effigiē eſſe putantes, vt inquit Euſebius lib. p̄parati. ſcarabęus aūt oīs virilem ſexum habet, & ſpermate in ſtercus in e fuſo pila deinde cōfecta pedibus inuoluit.

¶ Scarifico as. ſcapello aperio, quo aliquid facilius exeat. Vnde ſcarificatio dicitur, qñ tenui vulnere ſanguis emittitur. Pli. Dentiū dolores ſedantur oſſibus draconis ſcarificatis gingiuis ſcarificare dolorē, ſignificat ſcarificando dolorē expellere. Idē pręterea in corde e quorū inuenit os dentibus caninis maxime ſimile hoc ſcarificare dolorem putant.

¶ Scardona inſula in mari adriatico adiacēs Illyrico, vt Pto. li. ñ. refert. In ea ſunt duę vrbes Collentum & Arba.

¶ Scarinia lex erat in eos qui nefando ſcelere laborabant.

¶ Scateo es. ſcatui ſignificat emano, erūpo, ebullio, vt Antiochus ſcatere cœpit vermibus.

¶ Scaturio is. pe. cor. pro ſuo primitiuo ſcateo ponitur. Q. dē non ſolum aquarum ſed herbarū & cęterorū ſua ſpōte vberrime naſcentium, Hiero. In ſepulchro eius non niſi māna inuenitur quod & ſcaturire cernitur.

¶ Scatebræ penulti. corre. ebullitiones aquæ ſurgentis. Ver. li. i. Geor. ſcatebriſq; arentia temperat arua. ſic ſcaturies & ſcaturigo.

¶ Scaturigo pen. pro. idē quod ſcatebra. Aug. ſuper p̄s. ſcaturigines dicimus ab imo aquas ebullientes. Colu. li. iiij. Nā prę ſtat non conſerere q̄ in ſumma terra ſuſpendere, niſi tamē ſcaturigo paluſtris obuia ſit, ſicut in agro Rauennate pluſq; ſeſq; pedem prohibeat infodere.

¶ Scauri dicti ſunt qui talos pedū tumentes ac porrectos habēt. Hora. li. i. ſer. Illum balbutit ſcaurum prauis ſultum male talis. Fuit & ſcaurus cognomē familiæ Romanę ex qua Æmylius ſcaurus nobilis & pauper, ſed eloquentia ſua gloriam peperit. Conſul ligures & gantiſcos domuit, atq; triumphauit. Cenſor viā Æmyliā ſtrauit pontē Æmylium fecit.

*Scarites gemma quæ ſcauri piſcis coloris eſt. Cc.

*Scazones verſus vocantur de lumbes ſiue claudi. ἀπὸ τοῦ σκάζω quod ſignificat claudicare. Priſcianus. Hunc trimetrū veteres Graij cognomine dicunt. Q. pedibus iunctis hunc ſcandere ſæpe ſolebant. Ponitur aut ſcazon ſpondeum finis habebit. Cc.

ὃ Scaptia vermiculus habitans in frondib⁹, vnde meretrices deformes a Plau. dicuntur ſcraptiæ.

ὃ Sceparnon, a ſcia tegumen etiam dicitur ſceparnon.

¶ Scelus, flagitium, facinus a quo Sceleſtus & Sceleroſus

¶ Scelero as. polluo. Vergilius. Parce pias ſcelerare manus. Hinc ſceleratus, a. um.

¶ Sceleratus ita diſtingui ſolet a ſceleroſo, vt ſceleroſus ſit auctor ſceleris, ſceleratus in quo ſit ſcelus conſtitutum aut commiſſum. Terē. in heau. Vbi ego illū ſceleroſum atq; impium inueniā? Aliqñ tñ ſceleratus ponitur pro nocente. Verg. At ſceleratū exquirere frigus Difficile eſt. Scelerata porta Romę dicta eſt, & ſceleratus campus, hoc eſt pollutus.

¶ Scepſis, ciuitas Phrygię, quā quidam ęneę regiam fuiſſe tradunt. Hinc Scepſius ſcepſia ſcepſium. Ex hac fuerūt Metrodorus, qui artē memorię cōſummauit, & Demetrius grāmaticus qui Troianam extructionem expoſuit.

ὃ Scepticus nomē eſt hereſeos, cuiuſmodi fuere pyrōi & heralij, quorū placita ſextus empicus multis li. cōplexus eſt.

¶ Sceptrum, virga qua reges vtebantur.

*Sceda vide Scheda.

Scheda, tabella ſiue pagella phylliracea, hoc eſt tiliacea, qua p chartis priſcos vti ſolitos. Euſtathius & Aelianus aſſerunt. hodieq; grecum vulgus ſchedas vocat tabulas eas quibus ſupputatores numeris ſcribendis vtuntur, vt mox litū ſpongiæ leuiter aboleri poſſint. Accipitur quandoque pro folio chartæ ſiue papyri nondum compacti & ligati, quod & phylluram greco vocabulo nuncupamus. Plinius. Sed ratio deprehendit vitium vnius ſchedæ reuulſione. Quidam detracta aſpiratione Sedam ſcribūt. Quintil. Nam qui omnes etiam indignas lectione ſcedas excutit, amilibus quoque fabulis accommodare operam poteſt. Vnde & pro libris monumētiſq; literarum ſchedæ quandoq; accipiuntur. Mar. Ohe iam ſatis eſt Ohe libelle, Tu procedere adhuc & ire quæris, Nec ſūma potes in ſcheda teneri.

¶ Schedula diminutiuū a ſcheda. & id eſt quod vulgo dicunt boletinum, non vt multi dicunt. Cedula. Hieronymus ad Alga. Detulit mihi in parua ſchedula maximas q̄ſtiones, quas a re daras, mihiq; tradendas diceret. Ponitur & pro libro.

¶ Schedia nauigij genus inconditum & trabibus tantum inter ſe connexis factū, quales ſunt rates. Et apud græcos ſchedia ſunt quæ nos extemporalia vocamus. Vnde & proincōditis & extemporanijs carminibus dicitur quę noſtri ſyluas appellant. Græci enim σχέδιον vocant qđ extēpore cōpoſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tum est, quasi dūtaxat in schedis scriptū, & primo ruderatu deformatum, nō adhuc expolitum. σχεδιάζω significat rē ruditer incipio. Schedicus, dica, dicum. Apul. in deo Socratis. In isto schedico & incondito experimini an idem sim repentinus qui præparatus.

¶ Schema atis. & Schematum, & Schema æ, forma vel figura siue cultus ornatusve latine dicitur, quia per hoc quodāmō vestit & ornatur oratio. Plaut. in Persa. Lepida cum decora schema. Amb. Adhuc athlerę in schemate sunt, & tu iā otiū petis? Huius multæ sunt species, videlicet prolepsis, zeugma hypozeuxis, Silepsis, anadiplosis. Anasinomaton, Paromæō, Homœoptoton, Polyptoton, Irimos. Polysinitheton, Dialyton. Prisci latini absq; aspiratione pronunciabant & declinatiōe secūda. Vnde vetusti codices Plautini hīt scriptum Q; ego huc processi sic cum seruili scema. i. habitu.

¶ Schesis dici potest habitudo, cum multitudo nominum in coniunctorum quodam ambitu copulat, vt nubila, nix grando, procellæ, fulmina venti.

✳ Schimusa insula vna ex Sporadibus. Cc.

¶ Schisma. tis latine scissura, ab σχίζω quod est scindo. Hinc diuisionem ecclesiæ schisma dicimus non scisma, vt multi perperam ferunt male.

¶ Schœnos, latine funis. Quo nomine etiam dicta fuit vrbs Bœotię a Schœno Atlantis patre sic appellata. Schœnos quoq; mensura terræ quinquaginta stadia continens vt inquit Herodotus lib. ij.

¶ Schœnus untis, flumen Athenis proximū, vt inquit Strabo, a iuncis dictum. Proindeq; iuncarios in hispania campos schœnuntas vocat. Sed & in Archadia schœnuntis fit mentio, ab amne quem schœnicam appellant. Item Schœnus arbor lentisci.

¶ Schœnum locus in Bœotia collocatur.

¶ Schœnismos mensura terræ est.

¶ Schœnoplocos funarius & restio latine appellatur, hoc est qui funes facit.

¶ Schœnobates. penult. cor. qui per funes ludendo graditur. σχοῖνος funis dicitur, & βαίνω ascendo quasi funis ambulus Iuue. Augur schœnobates medicus magus omia nouit. Hi a Firmico dicuntur Neurobatæ. Funerepei. & Funepei ab Apuleio. Funabuli ab omnibus.

¶ Schœnitę. pe. p. populi sic dicti a tabernaculis in quibꝰ degunt quæ cilicijs metantur.

¶ Schola literarium ludum significat, a verbo græco σχολάζω, quod est vaco, quia cæteris rebus omissis vacare liberalibus studijs pueri debent. Ausonius tamen ab σχολή id ē ab vacatione & laxamento quod pueris interdum dandum esse præscribit, dici sentit. Sic enim ait, Graio schola nomine dicta est. Iusta laboriferis tribuantur vt ocia musis. Aug. li. i. conf. Inde datus sum in scholam vt discerem literas. Plurali numero scholæ apud festum. Erat & in balneis schola apud Victr. pars libri siue aluei a præsiolando vt quidam arbitrantur dicta, vt occupato ab his qui priores venissent labro in schola cæteri circunspectantes recte stare possent. Erat & in porticibus auctore Plinio Alexandrum (inquit) & Philippum cum Minerua qui sunt in schola in octauiæ porticibus & Philippi. Cicero libro primo Tuscu. posuit scholas pro disputationibus & controuersijs quæ in scholis inter doctorem & discipulos ociose agitari solent cum inquit, Hanc perfectā philosophiam semper iudicaui quæ de maximis quęstiōibus copiose posset ornateq; dicere, in quam exercitationē ita nos studiose operam dedimus, vt iam etiam scholas grecorū more habere auderemus.

¶ Scholaris & hoc scholare quod ad scholam pertinet. Hier. ad Dama. Nec aures Quītili ani flosculis & scholari declamatione mulcendę.

¶ Scholasticus ca. cum. idem quod scholaris. Vnde scholastica disciplina. & scholasticos vocamus discipulos qui discendi gratia scholas frequentant.

✳ Schiston vna species est lactis quasi diuisū, ἀπὸ τοῦ σχίζειν quod diuidere est.

δ Schiraphorion, mensis qui a latinis dicitur Maius.

¶ Scilicet aduerbium significat certe, quasi scire licet. Et modo affirmatiue. Liuius. Terram osculo contigit, scilicet q̄ ea cōis mater oīm mortaliū esset. Ouid. Scilicet est aliquid cum sæuis viuere ventis, Hoc est profecto multū est. Mō Ironice: vt cū pronunciatur cū quadā acerbitate. Nā tū negat quod dicitur. Verg. Scilicet is superis labor est? Cic. Furnio. Scilicet id agitur? quasi dicat non agitur. Interdum significat ad hoc. Hierony. in Paulo. Et inter æquuleum laminasq; victorē iussit melle perungi, scilicet vt muscarīi aculeis cederet qui ignitas sartagines ante superasset.

¶ Scylurus penultima producta nomen viri. de quo in dictione Silurus.

¶ Scindo scindis scidi scissum per duplex ss. significat findo, frango. Vergilius. Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Huius verbi composita sunt Abscindo, Conscindo. Hieronym. ad Cthesi. In mentem tibi veniat tunicam saluatoris nec a militibus fuisse conscissam. Dissindo varie scindo. Terent. in Eu. vestem omnē misere discidit. Interscindo per medium scindo. Lactā. li. de opi Labra ipsa q̄ quasi antea cohęrebant q̄ decenter interscidit. Proscindo valde vel vltra seu sub tus scindo. Rescindo de quibus alibi.

¶ Scissile pe. cor. quod scindi potest.

¶ Scissio, scissura, & scissus us. idē significāt. Varro. scissu materię fatigatus quiescebat lectulo.

¶ Scintilla, quasi scindilla, q̄ scindatur a re ignita. Vide in Fauilla.

✳ Scintillo as. splendeo, mico.

¶ Scylla, saxum in mari, periculosum mare faciēs nautis Vnde est illud, Decidit in scyllam cupiens vitare carybdim. Est & scylla nomen filiæ Nisi Megarensium regis, quæ minois amore capta sed ab ipso spreta, cum ex dolore defecisset, ī auē sui nominis mutata est. Ouidius Filia purpureos Nysi furata capillos Puppe cadens nauis, facta refertur auis. Altera fuit scylla Phorci filia, quę versa fertur in saxum cui nomen est scylla in mari periculosum. lege seruium, qui latius eas pertractat. Item Scylla genus piscis, quo maxime abundat Lyris amnis Campaniæ Minturnensium vrbem interfluens. Horatius affertur scyllas inter muræna natantes. Martia. Cærulea nos Lyris amat quam sylua maricæ Protegit, hinc syllæ maxima turba sumus. Item scylla stirpis species est. Aristoteles libro primo de vegetantibus. Quædam inquit habent vnam tantum radicem vt scylla, quia illa nascitur ex solo raro, procedit que inferne, dilatando se. Rursus scylla est genus cæpæ. Columella libro septimo. Sed etiam remedio cum dulci vino tritum serpillum & concisa & in aqua macerata scylla. Suidas. σκίλλα εἶδος βοτάνης πικρᾶς καὶ θανατηφόρου τοῖς ἐσθίουσι. ✳ Id est Scylla hærbæ genus amarę & comedē tibus letiferæ.

¶ Scylleta loca in quibus scyllæ pisces capiuntur. Cicero. Hac lege tribunitia decem viri vendent agrum cāpanū, accedet eimons caurus, accedent scylleta & Minturnas.

¶ Scylleū promontorium in pelopōneso, vt Plinius Straboq; testantur, sed sinu Argolico iuxta hermionē, quo scylla Nysi filia fluctibus eiecta creditur.

δ Scyllis nomen propriū, eius qui anchoras persicę classis natādo vrinādoq; pcidit scyllax, grece Catulus latine dicitur.

¶ Scyllaceum athenienſium colonia in vltimo italię ab Athenienſibus dum conderent scylletium dictum a quo sinus scyllaceus, qui ad hippomatem sinum isthmū facit. Vergi. lib. iij. Caulonisq; arces & naufragium scyllaceum.

δ Scylace vrbs circa cyzicum vt inquit hecate⁹. Pompo. placia & scylace paruæ pelasgorum coloniæ

¶ Scyllus untis, oppidum achaiæ, vt Strabo scribit, quo Xenophon donatus est a Lacedęmonijs. Scyllus scylli proprium nomen fratris Dipeli.

¶ Scyphus vasis potorij gen⁹. quod proprie Herculi attribuitur, sicut Cāthar⁹ Libero patri. Hoc veteres ī sacris vsi sūt & ī

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

conuiuijs. Ver. Et ſacer impleui dextram ſcyphus.

¶ Scyron latro fuit, cuius oſſa cum in mare cecidiſſent, in ſcopulos conuerſa feruntur. quæ adhuc Scyronia ſaxa vocãtur. Sunt autem in Attica regione ſimul cum oppido eiuſdẽ nominis non longe a Megaris iuxta mare ita ſita, vt tranſitum non relinquant. Hinc Athenienſes ventum ab his locis flantem procelloſum ſcyronẽ appellant quoniam ſpirat a ſaxis q̃ Scyron latro incoluit, Hic paulo ab Argeſte deflexus eſſe dicitur, qui & Olympias vocatur, & a nonnullis Helleſpontius Seneca lib. iij. naturaliũ queſtionũ. Atabulus Apuliam infeſtat, Calabriam Iapix, Athenas Scyron, Galliam circius. Scirron vero per duplex rr. Nã græce, σκιῤῥὸν ſcribitur, eſt illud quod gignitur i vẽtre viri. Hoc ſplenis hepatiſq; vitio extuberat, præſertim in hidropicis.

¶ Scirron. Vide in dictione ſcyrrõ, de quo modo.

¶ Scyros ĩſula eſt contra Magneſiam in mari ægeo vna ex cyladibus, Lycomedis regis patria. vbi Achilles puellari habitu educatus eſt, & in qua eſt vrbs eiuſdem nominis. Patet hæc inſula Plinio teſte longitudine. xxv. Mil. paſſuũ. ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eũdem comminutum mergi. Hinc Scyrius ſcyria ſcyrium, & Scyrias quorum prima producitur Ouidius. Sæpe malis ſtupeo, rerum q̃ oblita lociq; Ignara tetigi ſcyria membra manu. Idem libro primo de arte. Scyrias Æmonio iuncta puella viro, Sunt autem tres nominibus confines inſulæ, ſcyros ſcyrnus & ſcyrus. ex qua Pherecides, ne errent qui aut ſcyrium aut ſcyrum quaſi e terra ſcyria ſcripſere. Dicta eſt autem Scyrios, quia σκίρος dicatur ſalebra & aſperitas, vt inquit Euſtachius.

✳Scytanum medicamentũ eſt ſorbere cogens. Cc.

¶ Scythia, regio ſeptentrionalis, a Scytha Herculis filio, vt inquit Herodotus, ita dicta. Hæc diuiditur a Thanai fluuio, & pars vna remanet in Europa, altera in Aſiam protenditur. Scythia Europæ terminatur ad Thraciam. ĩ ea ſolum eſt aurum producens, vt Pomponius refert, inhabitabile tamẽ propter Gryphos aurũ cuſtodientes. In ea regione ſunt Arimaſphi homines quibus ſinguli oculi eſſe dicuntur. Ibi Boryſthenes qui gentem ſui nominis alluit inter ſcythię amnes amœniſſimus. Scythia vero Aſiæ ita a Iuſtino libro. ij. deſcribitur. Scythia in orientem porrecta includitur ab vno latere ponto & ab altero montibus rypheis, a tergo Aſia & Thaſi flumine. Multũ in longitudinẽ & latitudinẽ patet hominibus inter ſe fines nulli, neq; enim agrum exercent, nec domus illis vlla aut tectum aut ſedes eſt, armenta & pecora ſemper paſcentibus, & per ſiculas ſolitudines errare ſolitis. Vxores liberoſq; ſecum in plauſtris vehunt. Quibus corijs imbrium hyemiſq; cauſa tectis pro domibus vtuntur. Iuſtitia gẽtis ingenijs culta non legibus. Nullum ſcelus apud eos furto grauius Quippe ſine tecto & munimento pecora & armẽta habentibus qd ſaluum eſſet, ſi furari liceret? Aurum & argentũ proinde aſpernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle veſcuntur. Laneus vſus ac veſtium ignotus. Et q̃q̃ continuis frigoribus vrantur, pellibus tamen ferinis aut murinis veſtiuntur. Hęc continentia illis morum quoq; iuſtitiam dedit, nec alienum concupiſcentibus, quippe diuitiarum cupido ibi eſt vbi & vſus. Atq; vtinam reliquis mortalibus ſimul moderatio & abſtinentia alieni foret, profecto non bellorum tantum per omnia ſæcula terris omnibus continuaretur, nec plus hominum ferrum & arma quam naturalis fatorum conditio raperet. Scythæ ab alieno imperio aut intacti aut inuicti mãſerũt. Darium regem perſarum turpi a Scythia ſummouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri magni ducem cum copijs vniuerſis deleuerunt. Romanorum audiuere non ſenſere arma. Gens & laboribus & bellis aſpera, Vires corporum immenſæ. Inde dicti ſunt ſcythæ populi qui bipertiri ſunt. Alteri Europei, alteri Aſiatici. A Scythia fit Scythicus. ca. cum. Apule. Plęriq; eorum ſcythicis moribus viuebãt.

¶ Scythotauri populi ſcythiæ qui vt ſolinus ſcribit pro hoſtijs aduenas cędere conſueuerunt.

¶ Scythos, latine corium. Vnde Scythotomus, cerdo inciſor corij.

¶ Scytala ſmus araneus latine dicitur. Col. li. vij. Mus araneus græci σκυτάλην appellant.

¶ Schyrops & ſcyropus penulti. produ. triſtem mœſtumq; ſignificat.

✳Sciomãtia diuinatio quæ fit aqua vel vmbra. Cc.

¶ Sciopodes pe. cor. vmbri pedes dicuntur, homines ſunt Indici ſingulis cruribus miræ pernicitatis ad ſaltum, ſic dicti q̃ in maiore æſtu humi iacentes σκιαποδὸν hoc eſt vmbra pedis ſe protegant, Auguſti. li. xvi. ciuit. dei. Ferunt eſſe gentẽ vbi ſingula crura in pedibus habent. nec poplitem flectunt, & ſunt mirabilis celeritatis, quos ſciopodas vocant, q̃ per æſtum in terra iacentes reſupini vmbra ſe pedum protegant.

¶ Scio is. iui. itum. futuro ſciam & ſcibo. Terentius in Adel. Hinc ſcibo iam vbi ſiet. Et proprie ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere. Huius compoſita ſunt Aſſcio, abſcio, cõſcio, deſcio, neſcio, præſcio, & reſcio. A quibus aſciſco, conſciſco, deſciſco, præſciſco, & reſciſco. de quibus alibi.

¶ Scire vti foro, eſt ſe accommodare ad mores aliorum nec eorum opinioni ſtudioſq; aduerſari. Dona. vero. Sciſti vti foro. i. ſcis quid facere oporteat.

¶ Scientia a participio ſciens fit. Amb. Cur æſtimabas q̃ ad ſcientiã meam quæ gereres non peruenirent. Eſt autem ſcientia qua aliquid ſcitur. Cuius contrarium eſt In ſcientia. Columella. li. iij. Queruntur q; non reſpondere ſibi vineta quę per auaritiam vel inſcientiam vel negligentiam perdidẽrũt. Hęc etiam inſcientia dicitur, vt apud eundem. Nam plurimos p hanc in ſcientiam vaſtare vineta comperi.

✳Sciona vrbs eſt Campaniæ Cc.

✳Scincus genus crocodili in nilo natus, præcipuum contra omnia venena antidotum. Cc.

¶ Scitus dicitur, qui ſciens & argutus eſt, & vulgo dicitur ſaputus. vnde Scitę Platonis interrogationes dicuntur aſturæ & ἰνάφραι, & magna arte compoſitæ. Terentius in Eunu. Scitum hercle hominem, hic prorſus ex ſtultis inſanos facit. Cicero in Læl. ſcitum eſt illud Catonis, Multo meli⁹ de quibuſdam acerbos inimicos mereri, q̃ eos amicos qui dulces videantur. Interdum ſcitus dicitur elegans, formoſus. Terentius. in And. ſcitus puer natus e Pamphilo eſt. Plautus in Am. Hæc nox ſcita eſt exercendo ſcorto conducto male. Huic contrarium eſt Inſcitus penult. prod. quod modo pro ignorante & imprudente ponitur, vt apud Terentium in Hecy. Nam ſi id nũc facis facturave es, bonas quod par eſt facere, inſcitum offerre tibi iniuriam me immerenti iniquum eſt. Modo pro eleganti, vt apud apoſtolum Iacobum. Suſcipite inſcitũ verbum quod põt ſaluare animas veſtras.

✳Scite aduerbium ſignificat docte / artificioſeq; ſeu cũ bona ſcientia vel cũ bona ratione. Gel. ſcite ſubtiliterq; ratiocinatũ Pythagorã philoſophum dicit. Colu. li. v. contrarium poſuit Nã id plurimum refert inſcite non facere.

¶ Scitum ſubſtantiuum ſignificat decretum. Liuius libro. i. Cætera quoque omnia publica priuataq; ſacra pontificis ſcitis ſubiecit. Hieronymus. Quare diſcipulos meos arguendos creditis, q̃ ſeniorum iuſſa paruipendant, vt dei ſcita cuſtodiant. Hinc Plæbiſcitum plæbis ſtatutum. Cic. lib. i. ad Hæren. In rem confertur vt ſi quis ex teſtamento quod facere iuſſus eſt, ex plæbiſcito ceteretur.

¶ Sciens feci. Inſciens feci. Illud eſt quod cum facerem aliquid ſciui mẽ facere hoc autem ignorani. Scienter feci id eſt cum ſcientia & doctrina feci ſemperque in laudem. Inſcienter ſemper vituperabile.

¶ Sci⁹, qui ſcit, a quo Conſcius, Inſcius, Neſcius, & Præſci⁹.

¶ Sciolus diminu. eſt, & ſumitur pro aliquantulũ docto. Hie. in prolo. Danielis. Qui mihi videbar ſciolus inter hebreos cœpi rurſus diſcipulus eſſe chaldaicus.

¶ Sciſco is. & ſciſcor deponens, vt inquit Priſcianus. Vnde & ſciſcito as. & ſciſcitor deponens idem ſignificans quod ſcitor. & magis in vſu eſt. Plau. in cap. Secede huc. Nam ſunt q̃ ex te

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſolo ſciſcitari volo, quarum rerū te falſilo quum eſſe nolo. Sciſcito rē apud antiquos ſignificat ſententiā dico. Sciſcere vero eſt ſcire. Idē in Amp. Ocy⁹ accurro, vt ſciſcā qd velit. Aliqñ etiā ponit ꝓ ſtatuere, decernere. Idē in Cur. Rogationes plurimas ꝓpter vos populus ſciuit quas vos rogatas rūpitis

*Scirpiculę & ſcirpea vide Sirpo.

¶ Scitor aris. depon. interrogo ſeu inueſtigo quæ occulta magis ac ſecretiora ſunt. Ver. Suſpenſi Eurypilū ſcitatū oracula phaœbi Mittimus. ſed in raro vſu eſt, niſi apud poetas.

¶ Scipio Africanus qui Carthaginem tributariam Romanis fecit. Scipio minor qui carthaginem deleuit, & Numantiam deuicit. Conſtat familiæ. Corneliorum cognomentum ſcipiorum inditum eſſe, ex eo ꝙ Cornelius qui patrem luminibus carentem pro luminibus regebat. ſcipio cognominat⁹ nomen ex cognomine poſteris dedit. Scipio enim virga ſiue baculus dicitur.

¶ Scyritæ gentes ſunt inter Nomadas indos ſicuti Plinius li. vij. refert quæ narium loco foramina tantum habent.

*Sclopus ſonus eſt factitius qui ex inflatiõe buccarum rumpit. Perſius. Nec ſclopo tumidas intendis rūpere buccas. Cc.

ȣScitamenta ſunt ędulia ex eo dicta ꝙ ſciti ſaporis ſint, hoc eſt egregij, & præcellentis. Mac. li. vi. ſatur. Apud popinatores pleraq; ſcitamentorum cernimus propoſita ampliora ſpē q corpore. i. iucundiora pulmenta. Gel. Per trāſlationē poſuit pro exornationibus, oſonis, q̄ in collocandis verbis, ſi immodice vſurpentur, non carent repreheſione.

¶ Scobs fœ. generis ſecūdū Priſ. vel hic ſcobis ſecundū Phocā. Et eſt id quod ab aliqua materia minutiſſimū decidit, dū vel per ſerram ſecatur, vel terebrā perforatur: necnon ex attritione laterum ſcobs habetur, qua frequēter ad metalla & pauimenta tergenda ſeduli miniſtri vtuntur. Hora. in Ser. Vilibus in ſcopis in napis in ſcobe quantus Conſiſtit ſumptus neglectis flagitium ingens Terlapides varios luculenta radere palma. Plinius lib. xxxiij. Alij elimatam ſcobem in fictili cado coquunt in carminis donec percoquatur figlinum.

¶ Scobina pe. pro limatura, q̄ etiā ſcobs dicitur. Inde Deſcobinatus pro ſaucio abraſo & defecto. Sunt etiā qui ſcobinam dicant inſtrumentū fabrile, quo arcus prę cipue lęuigantur.

*Scolymos agreſtis herba ſpinoſa, quā & Plini⁹ ſcolymum vocat. aliqui pro cardui flore capiunt. Cc.

¶ Scolus pagus eſt nõ longe a Cytherone vbi eſt iucunda ſedes atq; aſpera. vnde natum eſt prouerbium. Ad ſcolū neq; ipſe accedes, neq; alterū comitaberis. Eſt etiā vicus in Heraclia quem prętерfluit Aſopus amnis. Cc.

¶ Scolopendra, animal e vermibus terrę piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tractuq; contrahens ſe, quod ab aliis multipeda, ab aliis centipeda, ab aliis millepeda dicitur.

¶ Scolecia genus eruginis a ſpecie vermiculorum. Græce em σκωλήκιον dicitur vermiculus

¶ Scõma, latine cauillum. Nam vt Macro. inquit eſt morſus figuratus qui ſæpe fraude vel vrbanitate tegitur, vt aliud ſonet, aliud intelligat, nec tamen ſemper ad amaritudinem pergit. Lœdoria vero exprobratio eſt ac directa contumelia vt Nicarth⁹. ἐι μεφιλεῖς μισεῖς με, κοὐκ ἐι μισεῖς σὺ φιλεις με ἐι δὲ με μὴ μισεῖς φίλτατε μὴ μεφίλει. id eſt. Si me amas odio habes me, ſi odio me habes amas, ſi vero non odiſti me amiciſſime ne me ama.

¶ Scombrus, genus piſcis marini, cui in aquis ſulphureus color eſt extra aquā qui cęteris. Scombrorum tanta multitudo in freto hiſpano eſt, vt inſula ad Carthaginem nouā ſpectās a Scombris ſcombria ſit nominata.

¶ Scopa inſtrumentū quo pauimenta verruntur. Plau. in Sti. Mundicias volo fieri hic, ferte huc ſcopas, ſimulq; harūdinē, vt operam omnem aranearū perdam & texturam improbā, debeiamq; earū omnis telas. Dictæ ſcopę quaſi ſcobę, ꝙ his purgamenta veluti ſcobem educimus. Hoc inſtrumento plectuntur ſontes ob noxā dum ceduntur ſcoparū faſciculo manuali circunducti perfora, vt vibices rubentes exiſtant in tergo. hoc vulgo dicitur ſcopare. Huius diminutiuū eſt ſcopula Col. lib. xiij. Deinde penniculo detergit, & feruentiſſima pice infuſa nouo alio rutabulo & ſcopula picatur. Eſt & Scopa nomen villę in Lybia. ſcopas nomen viri proprium.

¶ Scopula diminuti. parua ſcopa, quęre in dictione Scopa.

¶ Scopo pas. aui. & ſcopo is. pſi. ſignificat ſicut ſonat. Hiero. in Eſaia. Et ſcopabo eam in ſcopa terens. Idem in ps. Et ſcopebam ſpiritū meum.

¶ Scoparij dicuntur miniſtri quorum miniſterium eſt vt ſcopis deuerrant pauimenta ſordentia. Vlpian. titul. de fundo inſtructo. Si villa cultior ſit accedere inſtrumento fundi atriēſes & ſcoparios

¶ Scopęi homuli parui, qui etiam ab aliquibus Stilpones vocantur.

¶ Scopus, & diminutiue ſcopulus, ſaxum eminens, a ſpeculādo dictus. σκοπεῖν em ſpeculari eſt. vnde Gręci ſcopon dicūt locum in quē ſagittando tela diriguntur. Sue. de Domi. Nō nunq; in pueri procul ſtantis p̄bentiſq; pro ſcopulo diſpanſam dextrę manus palmā ſagittas tanta arte direxit, vt oēs p interualla innocue euaderent. Vegetius li. ij. refert ꝙ ſagittarij funditoreſve ponere ſolebāt ꝓ ſcopo hoc eſt ſigno ſcopas e fruticū vel ſtraminū faſces. Macro. Propoſitū vocat qd̄ gręci σκοπὸν nominant. Similiter apud oratores ſcopos quo tēdit oīs duct⁹ oratorius. Et gręci σκόπελον locū eminētē. i. ſpeculā nominant. Poteſt etiam dici ſcopulus vt inquit Ser. a regimento nauiū. ἀπὸ τοῦ σκεπάζειν. Scopi etiam dicuntur vuę cum fuerint calcatę & folliculi cortices.

*Scopes, vt author eſt Homerus aues ſunt. Cc.

¶ Scoria metallorum purgatio, quaſi fex, ſicut ſpuma quæ ex feruęſcente materia tollitur. Plini. lib. xxxiij. Spurcitia in omni metallo ſcoria vocatur. Hiero. in Eſa. Argentum tuū verſū eſt in ſcoriam. Ponit interdum pro cura & paſſione. Verg. ad Meſſal. Et ſcoria patiar rabeſcere tali.

¶ Scorodon σκόρδον latine alium dicitur.

¶ Scorpius & ſcorpio vtroq; mō dicit ꝓ animali veneno ſo cauſa feriente. q̄uis Valla diſſentiat. Augu. ſup. Mattheū. Nam qualiſcūq; latro homo eſt, ꝙ febris, q̄ ſcorpius, ꝙ fungus malus manducant hoīes fungū malū & moriunt. Idē ſuper Lu. Oēs qui ꝓpter iſtas aduerſitates blaſphemant Chriſtum noſtrum, cauda ſcorpionis ſunt. Et in euang. Ecce dedi vobis poteſtatem calcādi ſuper ſerpentes & ſcorpiones. Scorpius etiā ſiue ſcorpio cœleſte ſignum. Col. Sol ingreditur ſcorpium. xiij. Cal. Nouēbris. Item militare inſtrumentum, ꝙ paruis ac ſubtilibus ſpiculis inferat mortem, ſiue ꝙ ſcorpionis ſimilitudinē habeat cū arcus hīc atq; hinc chelarum ſimilitudine præ ſe ferant ſpiculum caudæ. Sunt qui hunc Arcuballiſtam appellent. Quidam etiā accipiunt ſcorpiū ꝓ gñe inſtrumenti torquendi, vt ſunt rubi aculeati, vel flagellum virgarū, vt ſcutica habens in ſummitate glandes plūbeas. Quo quidē tormēti gñe ſępe legim⁹ martyres afflictos fuiſſe. Præterea ſcorpius herba eſt ſemen hñs ad ſimilitudinē ſcorpionis, quę valet aduerſus aīal ſui noīs.

¶ Scorpionarij qui ſcorpionibus. i. arcubus, vtuntur, vt ſagittis feriant.

*Scorpites gemma eſt ſcrpionis colore. Cc.

*Scorpiuros herba eſt quam alij heliotropiū vocant. Cc.

¶ Scorpęna genus piſcis. de quo Ambroſi. Scorpęna quoque caſtitatem immaculati connubij generi ſuo ſeruat non percutit ſed reficit.

¶ Scortes, teſtium arietinorum pelles. Hinc Scorteus a. um. gę quid ex pelle eſt. Et oīa ex pellibus facta ſcortea dicuntur, vel ab eo quod eſt σκώς.

¶ Scortum idē quod coriū. vnde ſcortū meretrix dicit. ꝙ ſicut pellicula ſubigat, eū ſolū calcia mētorū oībus ſubiectū ſit, vel ꝙ in grabatulis pelles ſtratas tenere conſueuerunt. Scortū em dicitur coriū quod eſt aīalium q̄ craſſiorē ac duriorem pellē hñt. Hiero. cõtra Iouinia. Scorta atq; ꝓſtibula ſi fuerint baptizatę virginibus coequabuntur.

ȣScotuſſæ loca ſunt in macedonia & theſſalia, quarum altera inſignis eſt victoria Romanorū cõtra philippū regem. Q.

Col. lib. xiij. Deinde penniculo detergit, & feruentiſſima pice infuſa nouo alio rutabulo & ſcopula picatur. Eſt & Scopa nomen villę in Lybia. ſcopas nomen viri proprium.

¶ Scopula diminuti. parua ſcopa, quęre in dictione Scopa.

¶ Scopo pas. aui. & ſcopo is. pſi. ſignificat ſicut ſonat. Hiero. in Eſaia. Et ſcopabo eam in ſcopa terens. Idem in ps. Et ſcopebam ſpiritū meum.

¶ Scoparij dicuntur miniſtri quorum miniſterium eſt vt ſcopis deuerrant pauimenta ſordentia. Vlpian. titul. de fundo inſtructo. Si villa cultior ſit accedere inſtrumento fundi atriēſes & ſcoparios

¶ Scopęi homuli parui, qui etiam ab aliquibus Stilpones vocantur.

¶ Scopus, & diminutiue ſcopulus, ſaxum eminens, a ſpeculādo dictus. σκοπεῖν em ſpeculari eſt. vnde Gręci ſcopon dicūt locum in quē ſagittando tela diriguntur. Sue. de Domi. Nō nunq; in pueri procul ſtantis p̄bentiſq; pro ſcopulo diſpanſam dextrę manus palmā ſagittas tanta arte direxit, vt oēs p interualla innocue euaderent. Vegetius li. ij. refert ꝙ ſagittarij funditoreſve ponere ſolebāt ꝓ ſcopo hoc eſt ſigno ſcopas e fruticū vel ſtraminū faſces. Macro. Propoſitū vocat qd̄ gręci σκοπὸν nominant. Similiter apud oratores ſcopos quo tēdit oīs ductus oratorius. Et gręci σκόπελον locū eminētē. i. ſpeculā nominant. Poteſt etiam dici ſcopulus vt inquit Ser. a regimento nauiū. ἀπὸ τοῦ σκεπάζειν. Scopi etiam dicuntur vuę cum fuerint calcatę & folliculi cortices.

*Scopes, vt author eſt Homerus aues ſunt. Cc.

¶ Scoria metallorum purgatio, quaſi fex, ſicut ſpuma quæ ex feruęſcente materia tollitur. Plini. lib. xxxiij. Spurcitia in omni metallo ſcoria vocatur. Hiero. in Eſa. Argentum tuū verſū eſt in ſcoriam. Ponit interdum pro cura & paſſione. Verg. ad Meſſal. Et ſcoria patiar rabeſcere tali.

¶ Scorodon σκόρδον latine alium dicitur.

¶ Scorpius & ſcorpio vtroq; mō dicit ꝓ animali veneno ſo cauſa feriente. q̄uis Valla diſſentiat. Augu. ſup. Mattheū. Nam qualiſcūq; latro homo eſt, ꝙ febris, q̄ ſcorpius, ꝙ fungus malus manducant hoīes fungū malū & moriunt. Idē ſuper Lu. Oēs qui ꝓpter iſtas aduerſitates blaſphemant Chriſtum noſtrum, cauda ſcorpionis ſunt. Et in euang. Ecce dedi vobis poteſtatem calcādi ſuper ſerpentes & ſcorpiones. Scorpius etiā ſiue ſcorpio cœleſte ſignum. Col. Sol ingreditur ſcorpium. xiij. Cal. Nouēbris. Item militare inſtrumentum, ꝙ paruis ac ſubtilibus ſpiculis inferat mortem, ſiue ꝙ ſcorpionis ſimilitudinē habeat cū arcus hīc atq; hinc chelarum ſimilitudine præ ſe ferant ſpiculum caudæ. Sunt qui hunc Arcuballiſtam appellent. Quidam etiā accipiunt ſcorpiū ꝓ gñe inſtrumenti torquendi, vt ſunt rubi aculeati, vel flagellum virgarū, vt ſcutica habens in ſummitate glandes plūbeas. Quo quidē tormēti gñe ſępe legim⁹ martyres afflictos fuiſſe. Præterea ſcorpius herba eſt ſemen hñs ad ſimilitudinē ſcorpionis, quę valet aduerſus aīal ſui noīs.

¶ Scorpionarij qui ſcorpionibus. i. arcubus, vtuntur, vt ſagittis feriant.

*Scorpites gemma eſt ſcrpionis colore. Cc.

*Scorpiuros herba eſt quam alij heliotropiū vocant. Cc.

¶ Scorpęna genus piſcis. de quo Ambroſi. Scorpęna quoque caſtitatem immaculati connubij generi ſuo ſeruat non percutit ſed reficit.

¶ Scortes, teſtium arietinorum pelles. Hinc Scorteus a. um. gę quid ex pelle eſt. Et oīa ex pellibus facta ſcortea dicuntur, vel ab eo quod eſt σκώς.

¶ Scortum idē quod coriū. vnde ſcortū meretrix dicit. ꝙ ſicut pellicula ſubigat, eū ſolū calcia mētorū oībus ſubiectū ſit, vel ꝙ in grabatulis pelles ſtratas tenere conſueuerunt. Scortū em dicitur coriū quod eſt aīalium q̄ craſſiorē ac duriorem pellē hñt. Hiero. cõtra Iouinia. Scorta atq; ꝓſtibula ſi fuerint baptizatę virginibus coequabuntur.

ȣScotuſſæ loca ſunt in macedonia & theſſalia, quarum altera inſignis eſt victoria Romanorū cõtra philippū regem. Q.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fluuiano duce.

ȣScraptia vremiculus habitās in frondib⁹. Vnde meretries deformes sortitæ sunt nomē, vt scraptię dicantur a Plauto.

ȣScraptię & scrupeę, meretrices sordidæ, ab excreando, quod vitiū est in vetula. Scrupeę vero siue scrupidę a duritia molestiaq; lapillorū q scrupi, & p diminutionē scrupuli dr. Plau. Scraptię scrupeę destrato vuluę sordidę.

¶Scortor aris. Sępe meretriculā duco. Hieroni. in Deut. Non erit meretrix de filiabus Israel nec scortator.

ȣScortea etiā dr ea quę ex corio, & pellibus sunt facta. Oui. in fas. Scortea nonnulli fas est inferre sacello.

ȣScortei nummi qui fiebant ex corio. Hie. De Tauris tuis ne scorteū, quidē nūmū, pferre possis. Do. quoq; in cō. Ver. pecuniā autumat ex corio bubulo, priscis tpibus fuisse, & inde dictam pecuniam q̄ ex pecore fieret.

¶Scoti populi Britānici apud quos nulla coniunx propria est. Hier. Quid loquar de cęteris nationibus, cū ipse adolescentulus i Gallia viderim Scotos gentē Britannicā hūanis vesci carnibus? Et cū p syluas porcorū greges & armētorū pecudūq; reperiant, pastorū nates & fœminarū papillas solere, abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari.

ȣScotos grȩce latine tenebræ dicuntur scotizo enim significat obscuro.

*Scoton vocant fruticis genus quod & alij ribin. Cc.

¶Scotoma infirmitas quædam tenebrositatē inducens. Vnde & obtenebratio dici potest. Nam ab σκοτόμαι deducitur quod est vertiginor.

*Scranteū pellem vocant in qua Sagittæ reponunt, & a scorto deductum existimant. Cc.

¶Screo as significat cū conatu quodā de pectore sputū ejicio Pli. lib. xxij. Eadem in lumento hominemq; phlęgma aut sāguinem qui screatur talo circumligata sonat. Hoc verbū quidam a creo componi volunt. Huius compositum est excreo. Pli. li. xx. Medius ad hæc & sanguinem excreantibus coctos dari iubet. Tibul. Ante ipsas excreat ille fores.

¶Screatus us, ipsa screatio. Te. i Heau. Genis screat⁹ tuis.

*Scribello veteres vsi sunt pro scribo a quo compositū fit cō scribello. Varro. Astrologi non sunt qui conscribellauerunt pingentes cœlum. Cc.

¶Screabile, quod screari potest. Pli. li. ij. Pulmonum vitia excreabilia facit.

¶Scribo is. psi. ptum. Scribere eorum proprie est qui aliquid cōdūt. Vnde scriptores. Nā librarij & qui ab exemplarijs aliquid ascribendū sumunt, non proprie scriptores sunt, nec proprie scribunt, sed describunt, aut excribunt, transcribunt ve. Ci. Cornifici. Sex proxime de optimo gñe dicendi. Vide i dictiōe Describo. Interdum etiam scribere accipitur pro manu propria literas fingere quod & librarij facitunt. Q̄nq; scribere significat pīgere. Pli. de Nicomacho pictore. Scripsit & Appollinem & Dianam deumq; Martē in leone sedentem. Vnde & picturas legere dicimus. Ver. Quint. protinus oīa plegerent oculis. Huius composita sunt, Ascribo, Conscribo, Circūscribo, Describo, ex cribo, Inscribo, Perscribo, Prescribo, Proscribo, Rescribo, Subscribo, superscribo. Vnde & superscriptio. Transcribo. quę habent pe. produ.

¶Scripto as. frequentatiuum, a quo fit aliud frequentatiuū scriptito as.

¶Scripturio is. scriptionem affecto, sicut pturio parere cupio

¶Scriba, qui literas, vel gesta, vel tabellas, & alia quęcūq; scribit noīe regis vel alterius. Liui. li. ij. de Cor. Murio loquēs Ibi cum militibus stipendium forte daretur, & scriba cū rege sedēs pari fere ornatu multa ageret. & paulo post. Scribā, p rege obtrūcat. Ci. Rufo. Ad ea quę scripsisti cōmodius equidē possem desingulis ad te rebus scribere, si. M. Tullius scriba meus scriba adesset. Scribæ etiam dicuntur librarij qui ab alijs editos scribunt, Item scribæ tabellarij qui dicuntur Tabelliones & notarij qui rationes publicas scribunt in tabulis. Grȩci γραμματέας dicunt.

¶Scriptor qui scribit siue texit epistolam/orationem librum opusve quodcūq;. Liuius. li. i. Et si in tāta scriptorū turba mea fama in obscuro est. Do. i ,plo. Teren. Indifferenter inquit oīs qui aliquid scripsisset scriptor a veteribus dicebatur.

¶Scripturarius qui scripturis oīa vel vrbium vel ,puinciarū gesta publice cōputat. Lucil. Publicanus vero vt Asiæ fiam scripturarius. Idem & Tabellio dicitur.

¶Scriptum, q̄uis adiectiuū etiā habeat, substantiuū tñ sępissime reperitur, sicut dictū factūq;. Respicit autem ,prie ad tēpus p̄teritū. Et significat gñatim quodcūq; scriptū est. Ci. lib. i. ad Hęrē. Ex scripto sententię cōtrouersia nascit hoc mō. Cum videbit scriptoris voluntas cū scripto ipso dissentire. Aliq̄n ēt futurū & quasi p̄sens tēpus aspicit. Idē Lucio. Ardeo cupiditate incredibili, neq; vt ego arbitror reprehendēda, nomē vt nostrum scriptis illustret & celebretur tuis.

¶Scriptura est id qđ scribimus, vel scribendum cēsuimus censemus ve. Ci. lib. iij. ad Hæren. Non sum nęscius quantū susceperim negotij qui motus corporis exprimere verbis & imitari scriptura conatus sim voces. scriptura, i. scribendo. Et libro iij. Reliquū scripturę cōsumetur in exemplis. i. eius quod scribendum est. Aliq̄n capitur pro stylo quo quis vtitur in scribendo. Idē. Trebo. Cū vero ea quæ scriptura persecutus es sine summo amore cogitare non potueris. Cecina Ciceroī Genus autem hoc scripturę non modo liberum sed incitatū atq; latum esse quis ignorat.

¶Scriptio, epigrāma sue id quod scribitur, vt sit memorabile. Ci. pro Archia Q̄ multas nobis imagines verū etiam ad imitandū fortissimorum virorum expressas scriptores & grȩci & latini reliquerunt, quas ego mihi semper in administranda repub. proponens aīm & mētē meam ipsam in cogitatione hoīm excellētium confirmabā. Idem Dolobellæ, Oratiuncula pro Deiotaro quem requirebas habebam mecum, qđ non putabā. Itaq; eam tibi misi, quam velim sic legas vt rem tenuem & inopem nec scriptione magnopere dignam Ponitur etiam pro quacūq; scriptura. Var. Auarus fœnerator spe lucri rem scriptione duplicarat.

¶Scriptori⁹a.um. quod aptum est vt ex eo scribatur, seu qđ ad scriptorem pertinet, vt Atramentū scriptorium.

¶Scribligo a vetustioribꝰ latinis dicebatur solœcismus, a tortuosæ orationis prauitate ac versura.

¶Scriblita appellata est q̄ in circuitu ad restis modum torquerētur. Hoc solū differens a placenta, q̄ sine melle coquebatur, & feruētissima edi solebat. Mar. Circū lata diu mēsis scriblita secundis Vrebat nimio sæua calore manus. Plaut. Dū ludi fiunt in popinā pedisequi irruptionē facite, nunc dū occasio est, nunc dum scriblitę ęstuant occurrite.

¶Scriniū a secernendo, arca dicitur qua seruant ptiosa ac secreta. Pli. Alexander cępit scrinium vnguentorum. Huius diminutiuum est Scriniolum.

¶Scriniarius scriniorum custos. i. rerum secretarum.

¶Scrobs gñis tam masculini q̄ fœmi. secūdum Prif. Ser. tñ ait magis masculinū esse q̄ fœmininum, & allegat Plautū qui dixit sexagenos scrobes. Lucre. vero ait. Exigua posuit scrobe, sed contra artē. Sunt aūt scrobes fossiones vt putei vel foueę intra terram manu factę ad vineas vel arbores conserendas vel ad metalla & quęcūq; alia fodienda. Colu. Ante annum q̄ poma disponere voles, scrobes fodito. Huius diminutiuū est scrobiculus. Pli. li. xxi. Atq; in scrobiculis seruntur hemiuis fæcis circunfusis. Col. lib. v. Et id qđ a matre abscissum recessit, confestim a latere circunfoditur, & scrobiculo facto adimum solum præscinditur.

¶Scropha q̄ multos peperit porcos. Var. Propterea matrē scrophā sua quęq; hara suos alat oportet, q̄ alios aspernat. Fuit & scropha cognomen familiæ Romanæ.

¶Scrotum pellis quæ testiculos cōtinet. Quidā tamē serotū nō scrotū legunt, qđ græce oscheon. q̄ ille sinus inuoluet seruet & obnubat testes. vel a sero is q̄ seminalis principij & initialis sit retinaculum. Scrota etiam quidā interpretātur imagūculas pueriles deliciarij operis quæ populo circūferebātur bellatorum talium ligurritori cupientissimo. Hæc vendebātur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

priapi ſiligine i ſeroto & teſtibus inſignita quę erāt exquiſitoris ganeæ. Dicuntur & ſcruta. Horatius. Viliaveṅdẽtem tunicato ſcruta popello.

ð Scrutinium, inueſtigatio, a ſcrutor. Apul. libro. ix. Poſtremum magiſtratibus placuit obſtinate denegantem ſcrutinio detegere.

ð Scrutaria æ. ſcrutatio ipſa ſeu veſtigatio vt ſagraria cęnacularia lintearia. Apul. lib. iiij. ſcrutariam facitis.

ð Scruta attritæ vſu veſtes dimidiatæ ſtrigiles, & iumentorum ſoleæ, refixi claui, Idque genus alia, que viliſſimi proxonetę vęnalia habent, quos antiqui ſcrutarios appellabant. Lucilius. Quid niſi ſcruta quidem. vt vẽdat ſcrutarius laudat.

¶ Scrupus proprie lapillus breuis qui preſſus ſollicitudinem creat Hinc ſcrupeus a um. quod eſt lapilloſus. Vergilius lib. vi. Spelunca alta fuit vaſtoque immanis hiatu. Scrupea tuta lacu nigro.

¶ Scrupulus diminutiuum a ſcrupus proprie lapillus breuis & aſper qui in calceo latens plærũq; nos lædit, nã preſſus pede ſollicitũdinem creat. Vnde pro ſollicitudine & difficultate ponitur, Terẽt. in Adel. Inieci ſcrupulum. Auguſt. libro ix. ci. dei. Non multum de nomine diſputandum eſt, cum res ipſa ita clara ſit vt a ſcrupulo dubitationis aliena ſit. Et ſcrupuloſum ſollicitum & anxiũ diximus. Val. Max. lib. i. Qui tam ſcrupuloſa cura paruula quęq; momenta religionis examinari videntur. Item ſcrupuloſa res dicitur quæ habet in ſe aliquid aſperi. Scrupulus etiam & ſcrupulũ, ſiue ſcrypulus & ſcrypulum nomen eſt ponderis, latine obolus, & ſex ſiliquis conficiebatur, & ex tribus ſcrupulis drachma. ſic ait Priſcia. in ſcrupulis trinis drahmam. Val. Max. li. iiij. de paupertate. Eadem gens nullum ante ſcrupulum auri habuit. Ouidi. de remedi. Quinq; parant marathri ſcrypula myrrha nouem. Scrupulus etiam menſura eſt in metiendis terris Col. lib. vi. Igitur iugerum habet quadratorum pedum milia. xxviij. dccc. qui pedes efficiunt ſcrupula. cdxxxviij.

¶ Scrupulatim per ſcrupula. Pli. lib. xxij. Scrupulatim quidẽ colligere ac miſcere vires non coniecturæ humane opus ſed impudentiæ eſt.

⁂ Scrutellus dicitur venter ſuillus cõdito farre expletus. Cc.

¶ Scrutum vide in dictione Scrotum.

¶ Scrutor ingro, vt dñs ſcrutaſ corda hoĩm. Dicitur & Scruto as. Vnde & perſcruto, ſicut, & pſcrutor. Hierony. ſup. ps. Q; bonus. Perſcrutaui & ſi laborioſe exiſtimaui.

⁂ Sculnam veteres proſequeſtre vſurparant quaſi ſequulnã quo verbo vſus eſt Varro. Cc.

¶ Sculptile pe. co. qđ ſculptũ eſt ſiue qđ ſculpitur, vt ſculptile ſimulachrũ qđ ſculptũ eſt. Hiero. in exo. Non facies tibi ſculptile. Et in Eſaia. Nunquid ſculptile conflabit faber.

¶ Sculpo is. pſi. ptum, ſignificat cædẽdo imaginem aliquam efficio. Et proprie in mármore & aliis lapidibus ſculptura fieri dicitur. Cõflatura in metallis quæ ſolui poſſunt, arcq; conflari, vt auro, argento, & cęteris. Verum ſcalpo non ſculpo dici debere author eſt Diomedes.

¶ Sculponeæ calcei ex lana confecti. Plaut. in caſ. Qui quæſo poti⁹ q̃ ſculponeas qb⁹ batuaſ tibi os. Nęuius. Sculponeis batuẽda ſunt latera. Hinc ſculponeatus dicitur qui eſt ſculponeis indutus. Var. Aſpicio ſculponeatam bigas ſequi cornutas Scribit Cato ſculponeas bonas alternis annis dari oportere familiæ ruſticanę.

¶ Scurra qui riſũ ab audientibus captat nõ habita ratione verecundiæ aut dignitatis. Dictus ſcurra vt quidam volunt, a ſequendo. q̃d genus hoĩes ſequi ſoleant opulentiores aliqđ promerendi cauſa. quos Græci βωμολόχους dicũt. Inde ſcurrilitas vitium vrbanitati oppoſitum. Et ſcurrile penul. pro. ridiculum cum turpitudine.

¶ Scurro idem quod ſcurra. Hiero. ad Ocea. Vinolentia ſcurrorum eſt & comeſſatorum.

¶ Scutum & ſcuta æ. ſcđm Priſcia, cuius diminutiuũ eſt ſcutella, necnon & ſcutula. ab σκύτος pellis, q̃ nõ ſine pellib⁹ fiat, vel a ſectura vt inqt Var. q̃ e minutis cõfectum ſit tabulis

¶ Scutatus, ſcuto armatus.

¶ Scutarius qui ſcutorũ curã habet. Hiero. li. iij. Reg. Et ſcutarius qui ſcuta facit. Plaut. in Epi. Id modo videndum vt materia ſuppetat ſcutarijs. Scutigerulus a Plauto ſumitur pro armigero qui ſcutum domini gerit.

¶ Scutarius a. um. quod ad ſcuta pertinet. Vnde Vegetius libro. ij. In Romana militia habebant fabricas ſcutarias & loricarias quibus armorum genera formabantur.

⁂ Scutra vaſis genus quod & ſcutula dr. de quo nunc. Cc.

¶ Scutula ſcutulæ forma rotunda quales aranea contexit. Plinius li. xi. Quãta arte cælauit pedicas ſcutulato ræte ad capiẽdas muſcas circa graſſantes. Eſt & ſcutula vas octovnciarum capax. Mar. Beſſalem ad ſcutulam ſexto peruenim⁹ anno. Idẽ Sic implet gabatas paropſideſq; & leues ſcutulas cauaſq; lanates Et & ſcutula ſerpentis genus in Africa. Item ſcutula haſtateres qualina tunduntur.

¶ Scutulata veſtis dicitur quæ habet quoſdã orbes vel circulos quaſi ſcutulis diſtincta. Nam ſicut diuerſos colores picturæ Babylonij, plurimis vero licijs Alexandrini texere quę polymita appellant, ita Galli ſcutulis veſtes diuidere quæ ſcutulata dixerunt, inſtituere. Plin. Scutulatorẽ araneũ appellat qui inſolubili nodo implicat pedicas. Poteſt etiã dici veſtis ſcutulata a colore. Eſt em ſcutulatus color vt Palladius inquit. Colores hi p̃cipui, Albineus, ruſſeus, murreus, ceruinus, gilbus, ſcutulatus, albus, guttatus, niger, preſſus.

¶ Scutella, vaſis genus rotundi cõcaui, quo minutal ex carne vel holeribus in menſam exhibetur, a ſcurta, ſicut a mitra mitella, ſeu a ſcutula. Ci. li. Tuſ. Demus ſcutulam dulciculæ portionis, aliquid prouideamus & cibi.

¶ Scutulum tenue ac macrũ in quo tantũ exilis pellicula cernitur, diminutiuũ a ſcuto. Ci. li. ij. de natura deorũ. Cũ pelle caprina, cũ haſta, cũ ſcutulo eũ calceolis repandis.

¶ Scutica pe. co. gen⁹ verberis e loris facti. a Græco σκύτος corium vel pellis, q̃a ex corio fit. Huius diminuti. eſt ſcuticula.

¶ Scutriſcum vaſis genus apud Catonem. Et videtur ex figura græca deriuari a ſcutra. Eſt enim ſcutra vaſis genus. qđ & ſcutula dicitur.

ð Scynifes genus animalis, quod pennis ſuſpenditur per aera volitans ſed adeo ſubtile eſt & minutum, vt oculi viſum niſi acute cernentis eludat. Corpus tamen cum inſederit acerbiſſimo terebrat ſtimulo, ita vt quem volantem quis videre non valet ſentiat ſtimulantem.

ð Scythis idis genus lapilli. Mar. Vt quarum ſmaragdus vna ſcythis altera. Iaſpis tertia notabat.

ð Scymnus ſignãt leonis catulũ, vt aliarũ ferarũ ſcylacia. Iuli⁹ Pol. Auctor Lu. lib. v. At catuli pantherarũ ſcymniq; leonũ. Eſt & viri proprium nomen.

S ante E

¶ Se duob⁹ modis dicit. Nã & ꝓnomẽ & ꝓpoſitio ẽ ꝓnomẽ aũt qñq; pſe ꝓferſ, cũ aliquẽ qppiã in aliũ feciſſe oſtendimus vt hic fatet ſe nocuiſſe mihi. Cũ aũt in ſeip̃m tunc geminatur & dicimus ſeſe. Se præpoſitio ſemper cõpoſita inuenit. & modo vim ſeparatiuam habet, vt ſeparo, ſeduco. mõ abnegatiuã, vt ſecurus. Fitq; vt quibuſdam placet a ſemis qđ ſeparationem facit, ſiue a ſecus. Sed magis puto ſemis & ſecus ſicut & ſeorſum a ſe prępoſitione fieri. Cõponitur vero cum dictione incipiente a C. vt ſecedo. D. vt ſeduco, vnde ſeditio. vbi interponitur euphoniæ cauſa. G. vt ſegrego. I. vt ſeiungo. L. vt ſeligo. P. vt ſeparo. V. vt ſeuoco.

¶ Sebennytum vrbs in ægypto, vbi & palus & amnis ſunt cognomines. Vñ præfutura quoq; ſebẽnytica & ſebẽnyticũ Nilioſtium vocari conſtat. quod in duo alia diuiditur. ſcilicet in ſaiticum & mendeſium.

¶ Sebunus pen. pro. Lacus quem facit fluuius Lollius apud ¶ Sarnicum vallis Calepine oppidũ. Hodie vulgus ipſum lacum Iſei appellat.

¶ Sebetos penult. pro. fons apud Neapolim, cuius aqua vicatí decurrẽs, oẽs fere vſus Neapolitanis pſtat. Pa. li. i. ſylua-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rum. Et pulchra tumeat sebetos alūna. ☞ Huius Vergi. Sta Col. meminerunt quod quidē nomen sine r. litera procul dubio scribendum est, & si sciam, qui sebethrus per r. legūt testis esi (vt alia omittam tabella marmorea vetustissima Neapoli in murorum fundamentis reperta quę hoc habet P. Meuius Eutychus ædiculam restituit sebetho.

☞ Sebaston latine Augustum, & venerabile. Vnde sebastia ciuitas Augūsti nomini dedicata.

☞ Sebritæ populi q aliqñ sembritæ ab insula Meroe vicina.

¶ Secedo is, pe. pro. seorsum vado. seu seorsum venio, Plaut⁹ in Am. Secede huc tu Sosia. Idem in Cur. Fugite oēs abite & de via secedite. Itē secedere significat spatiari & a negotijs vacare. Inde secessio.

¶ Secessus ssus. mō ꝓ discessu ponit mō ꝓ vacatione, modo ꝓ sinu secretiore. Verg. Est in secessu longo locus.

¶ Secerno is. secreui secretū signāt diuido. Cice. Secernant se mali a bonis. Hic secretum locum dicimus solum, & quasi a cæteris separatum. Et secreta mandata, secretas literas, quæ vel nullis vel paucis communicantur. Et assecretis cui secreta cōmittuntur. Aliquando secernere est suponere. Cice. Luceio. Quod mihi acciderit optatius si in hac sententia fueris, vt a cōtinētibus tuis scriptis in quibus perpetuam rerum gestarum historiam cōplecteris secernas hanc quasi fabulam rerum euentorumq; nostrorum.

¶ Secretariū rerum secretarū repositoriū. Iosephus libr. xviij. antiquitatum. Philonem ex secretario Caius iubet excludi ab sentēcq; fieri. Apuleius in cosmagraphia appellat secretaria terræ, occultioria sub terra loca.

¶ Secespita, culter ferreus oblongus manubrio eburneo rotū do solido iuncto ad capulum argento auroq; fixo clauis æneis, ære cyprio, quo flamines ad sacrificia vtebantur, a secando dicta. Sue. in Tybe. Nam & inter pontifices sacrificanti simul ꝓ secespita plū beū cultrū subjciendū curauit.

¶ Secludo is. pe. pro. seorsum cludo id est claudo. Cice. libr. i. Tuscu. His demum quoddam iter esse seclusum a cōcilio deorum. Quandoq; excludo. Ver. Soluite corde metum Teucri secludite curas.

¶ Seco as. secui sectum. proprie excido. Colu. lib. ij. Cum secueris autē harbam medicam sæpius eam rigato. Et quoniā dū iter facimus quodam modo viam diuidere videmur, secare ꝓ ducere ponitur. Ver. li. vi. Illeviam secat ad naues. Et secare est sequi. Idem li. x. Quæ cuiq; est fortuna hodie quam quisq; secat spē. Hui⁹ ꝙbi cōposita sunt conseco, quod est etiam seu totum seco. Ci. lib. i. offi. Id agendum etiam est vt ea facere ne videamur irati, sicut ad vrendum & ad cōsecandum, sic & hoc genus castigandi raro inuitiq; veniemus. Circūseco. Cato de re rust. Quantum putabis ei rei satis esse vini, tot vites ablaqueato & signato, earum radices circū secato & purgato. Deseco deorsum seu de aliqua reseco. Col. lib. ij. Ea bubus cæteriscq; pecudibus optime desecta præbetur. Et lib. iij. Si fieri potest. iuxta aliquem modū serrula desecato. Dissecco varijs modis seco, dilanio. Vide in dictione Dissecatus. Execo. extra seco excido. Lactan. li. i. Et eum cū pellice deprehensum exectis virilib⁹ semiuirum reddidit. Col. lib. iij. Arborem quam inserere voles diligenter execato ea parte quæ maxime nitida est. Insecco, intus seco. Idem lib. v. Sequenti deinde anno insecatur superior pars curuaturæ vsq; ad medullas. Interseco per medium seco. Perseco perfecte seco, prosecco, seco. Vnde prosecta extra quæ sacrificijs adhibentur p̄seco, p̄cido, ante seu prius seco. Colu. libro. iij. Radicem harundinis acuta falce p̄sectam impendenti pluuia disponito. Reseco, rescindo, de aliquo excido. Idem in eodem. Veterem vineam si in summo radices habebit resecare nolito, alioqui etiam noueram vineam quæ ex resectione enata fuerit vini inutilem habebis. Cice. in Læl. pro restringo posuit. Necq; id ad viuū reseco, vt illi qui hæc subtilius differunt fortasse vere, sed ad communem vtilitatem parum. Subseco subtus seu paulatim seco. Colu. libr. ij. Quædā etiā subterraneę pestes adultas segetes radicibus subsectis enecāt. Et oia habent penul. correp.

¶ Sectio modo concisio dicitur, modo pars dimidia vel alia qua pars bonorum qua quis mulctatur. Cæsar com. iij. Postridie eius diei refractis portis cum iam defenderet nemo atque intromissis militibus nostris sectionem eius oppidi vniuersā Cæsar vendidit.

¶ Sectura ipsa sectio. Plini. lib. xxxvij. Et quidem Calaides tali sectura formantur. Item secturæ cauernæ subterraneæ, ꝙ a terra sectæ id est diuisæ sunt. Cæsar com iiij. Quibus fortiter resistentibus vineas turresq; egit, illi alias eruptione tentata, alias cuniculis ad aggerem vineasque actis, cuius rei sunt longe peritissimi Aquitani, propterea ꝙ multis locis ærarię secturæ sunt.

¶ Sectile pe. cor. q̄d sectū est aut excidi pōt Sectile porrū dicit sectū & sua sponte cōcisum. Nā cōcisum & sectū introrsus videtur. Iuue. Quis tecū sectile porrum sutor?

¶ Sectiuus a, um. pe. cor. vt porrum sectiuum, ꝙ folia eius sæpius secentur vt profundius crescat. Duo enim sunt porri genera, vnum capitatum, alterum sectiuum. Colu. Porrum si sectiuum facere velis densius satum præceperunt priores relinqui, & ita cum increuerit secari.

¶ Sectores qui spem sui lucri securi bona dānatorum emebāt in auctionibus, ac postea pro cōpendio venditabāt, ꝙ empta sua ꝓsequatur. Inde a Cicerone M. Antonius sector Pompeii appellatur, qm̄ in subhastatiōe bona Cn. Pompeii redemerat Cicero ꝓ Roscio. Nescis per ista tempora eosdem fere sectores fuisse bonorum & colorum. Item sectores sunt qui ex dānatione accusari dimidium bonorum expectant aut certe aliquam partem, & id persequuntur.

¶ Sector ctaris. frequenter sequor, quod fit cum quis aliquē sequi frequentat, vt eum possit vel videre vel alloqui. Plau. in Cis. Anū sectatus sum clamore per vias. Est & sectari cōtinue sequi, vt fit cū quēpiam in sermonibus in sententiis in disciplinis & cęteris factis se dulo perpetuoq; sequimur ac imitamur. Vnde & sectę philosophorum i, ductus. Teren. in Eu. Ibi homo cœpit me obsecrare vt sibi liceret dicere id a me, sectari iussi si potis est. Huius composita sunt Assector, Consector. Lactan. lib. iij. Quid si asino aut suiaut cani facultas loquendi tribuatur, q̄rasq; ab his quid sibi velint cum fœminas tam rabide consectentur, vt vix diuelli queant? Insector, Persector.

¶ Secta a sector seu a sectus ductus fieri constat. Ea inter philosophos est aut philosophis similes, vt Platonici, Aristotelici. A grecis hęresis dicitur. Col. lib. ij. Quare antiquissimū est formam huius operis cōscribere quam velut sectam legēq; in proscindendis agris sequantur agricolę. Hinc Cōsectaneus q eiusdem sectę est. Aug. lib. x. ciui. dei. Quāto humanius & tolerabilius consectaneus tuus Platonicus Apuleius errauit.

¶ Sectarius veruex qui gregem agnorum precedens ducit.

☞ Sectacula dimi. a secta. quasi sequela quędam & propagatio Apule. Occipiunt scisciari qualis ei maritus, & vnde natalīū sectacula proueniret.

¶ Secula penul. cor. falx a secando dicta. hac vtunt qui in pratis hęrbas secant.

¶ Securis instrumentum ad secanda ligna, quasi semiquiris, vt inquit Seruius. Sabini enim quirim hastam appellant. Virgil. li. xi. Æratem quatiens tarpeia securim. Huius instrumenti inuentrix fuit Panthesilea Amazon. Vnde & Amazones securigerę a poetis dictę sunt. Aliquādo securis ponitur ꝓ dignitate & magistratu quoniam consules habebant. xii. lictores qui gestabant fasces virgarum securibus alligatos. Huius diminutiuum est Sericula.

¶ Securus tranquillus qui sine cura est quasi seorsum a cura. Et differt a tutus ꝙ securus dicatur is qui non timet etiam si immineat periculum. Tutus est extra periculum, quamuis etiam timeat. Aliqñ securus capitur pro contēpore. Verg. Securus amorū germanæ. Hinc securitas trāquilitas.

¶ Securo as. securum facio. Aug. libro Soli. Quæ cum considero contremiscunt omnia ossa mea, quoniam non securatur homo viuens super terram. Et lib. ii. Acade. Atsi in quo quā fortasse aberrauero, securabis id, vt deinceps huiusmodi de-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

legationem non pertimescam.

¶Secale penul. prod. frugis genus tantum ād arcendam famem vtile fœcunda sed gracili stipula. Huic milium miscetur paniscq; fit melior.

¶Secor & secors dicitur qui ī corde nihil se ad probitatem exercet, & qui tardus vel negligens est in consulendo meditando prospiciendove quid opus sit facto. Compositum nomen ex se & cor. quasi seorsum a corde. Vnde secordia & socordia pro ipso vitio quo quis in huiusmodi tardus aut negligēs est.

¶Secubo as. pe. cor. Quære in dictione Cubo.

¶Secundus a, um. quod immediate sequitur primum id est quod secundo loco est, & tam numerum quam ordinem denotat. Per translationem ponitur pro prospero. q; ita vti volumus fecerit id est sequatur. vel quæ adsunt prospera esse dicuntur. Hinc secunda fortuna quæ vel nobis adest, vel nobis obsequitur. Et res secundæ quæ pro nostro desyderio sequuntur. Verg. Et seruare modum rebus sublata secundis. Et secū do flumine nauigat qui aqua sequente nauigat id est in eā partem fluente ad quam tendimus. Sicut aduerso flumine nauigat, qui contra aquam nauigat.

*Secundæ mensæ dicuntur secundi cibi. Vergilius in Georgico. Non ego te dius & mensis accepta secundis. Transierim Rhodia. Cc.

*Secunda classis. vide Classis.

¶Secundum aduerbialiter ponitur pro iuxta, siue prope. Nā quod secundo loco est prope est. Ser. Sulp. Duo vulnera accepisse, vnum in stomacho, alterum in capite secundum aurem. Aliquando sumitur pro post quasi secundo loco. Quintilian⁹ Nam quod vnum mihi secundum partem fortuna videbat parasse præsidium id ego sperare in alia sorte non poteram. Cicero. Proxime autem & secundū deos homines hominibus maxime vtiles esse possunt. Aliquando significat pro, vt secūdum te litemdo. Secundum me iudica id est pro te, pro me. Sueto. in Clau. Absentibus secundum præsentes dabat. Aliquando in, vt secundū quietem. i. in quiete. Idem in August. Affirmabat ipsum esse cuius imago secundū quietem sibi obuersata. Aliquando super. Sal. in Iug. Secundum ea vti deliberetis & cæt. Aliquando ad æmulationem, vt secundum Pythagorā viuo. i. similiter illi. Aliqñ eā vim habet quā iuxta sē tentiā, vt secūdum Platonem, secundū Aristotelem.

¶Secundo aduerbium, modo secundo loco significat, vt primo secundo, tertio. Modo bis. vt secundo consul. id est bis cōsul. Et secundo eum noueram id est bis. Modo rursus. Cicero. Semel hominem allocutus fueram an secundo mihi redeundum esset ignorabam.

¶Secundo loco ornate dicitur pro eo q̄d est secundo.

¶Secundæ arum. tantum pluraliter pro membrana illa qua partus obuolutus vtero prodit. dictæ q; nascentem infantē sequantur. Plini. Brassicæ sementi contra ardorem febrium facit, & stomachi vitia, & ad secundas. Hæ etiam volucrum appellatur.

¶Secūdari⁹ a, ū. quasi scdi ordinis, vt panis secundarius vulgaris dicitur, & cibarius. Sueton. in August. Cibi minimi erat atque vulgaris fere secūdarium panem & pisculos minutos maxime appetebat. Plinius, xviij. Præterea floris semodium & cibarij, quod secundarium vocant sextarios quatuor furfuris sextarios totidem. Hic etiam secundus dicitur. Horati⁹ Pasti siliquis & pane secundo.

¶Secundo as. pspero. Proper. Iam liquidū nautis aura secundat iter. Hinc Obsecūdo as. de quo alibi.

¶Secus præpositio significat prope. Hoc est quod immediate secat id est sequitur, vt Secus decursus aquarum seruntur salices. Aliquando est aduerbium, & significat aliter, præsertim quando non vel haud secum comites habet. Verg. Haud sec⁹ Androgeus visu tremefactus abibat.

¶Secius quidam a secus deriuant, quidam a sero. Vnde quādoq; sumitur pro positiuo, quandoq; pro minus vel tardius. Vergi. Nec secus omnis in vnguē Arboribus positis secto via limite quadret. Apu. Nec eo secius approbabitur tibi nūc etiam firmitas animi mei. Actius. Si forte paulo quam venīā secius. Secium a veteribus dicebatur libum quod in sacrificio secespita secabatur.

ŏSecluſa sacra a priscis dicebantur, quæ græci mysteria appellant ab eo q; seperata ac seorsum clausa, a nobis propter sācti tatem aliquam esse debeant, hinc plini. sacra quædam appellat opertanea q; in operto occulta sint, ne oculis prophanorū obuia polluantur.

¶Sed, coniunctio quāndoq; inceptiua est. Teren. in And. Sed Pamphilum video. pro atq;. Quandoq; discretiua vt si dicā non sapiens sed miser es.

* Sed enī interdū dictio inceptiua quē admodū suū simplex. s. sed. In quo sensu capitur etiam sed tamen. Cc.

¶Sedeo es, sedi sessum, quamuis neutrum sit, inuenitur tamē in tertia persona passiuæ vocis prolatum Hiero. li. iij. Reg. Et domūcula in qua sedebatur ad iudicādum erat in media porticu simili opere. Cōponitur autem sedeo a se & eo, quasi seorsum eo. Nam seorsum ire videmur & quasi a cæteris separari dum sedemus. Quidam a do fieri existimant q; qui sedet seorsum dare se videtur. Estq; sedere oppositum stare seu pergere. Plaut. Si non vbi sedeas locus est, at est vbi ambules. Dicimusq; sedeo super equum & sedeo ī equo. Hieron. in libro numeri. Stetit angelus domini in via contra balaam qui sedebat asinæ. De auibus vero sedere dicitur in loco altiore esse, vt passer sedet in tecto, Cornix sedet in arbore. Verg. Nocte sedens serum canit importuna per vmbras. Quint. Vtrū quę ratur an sit credibile super caput Valerij pugnantis sedisse corum, qui os oculosq; hostis galli rostro atq; alis euerberaret. Ita enim de auis sedere dicitur, vt de homine dum sedet super equum, quocunq; modo aut quocunq; corporis habitu ibi maneat. Aliquando ignauiam cessationēq; denotat. Ver. Sedeant spectentq; Latini. Terent. An sedere, oportuit domi virginem tam grandem. Aliquando sedere ponitur pro placere, & tūc cum datiuo cōstruitur. Ver. Idq; pio sedet Æneę, probat auctor Aceſtes. Hiero. in Deute. Si autem postea non sedet animo tuo, dimittes eam liberam. Aliquando pro manere immorari. Liui. libro. ij. de secundo bel. pu. Id horreū fuit præsidium Pœnis sedentibus ad Trebiam Aliquando sedere est consilium capere, considerare, vt Cælsa sedet Aeolus arce. Et Turnus secreta valle sedebat. Plautus. Sine iuxta aram sedeam & dabo meliora consilia. Et secundum Augures sedere est augurium capere. Nam post designatas cœli partes a sedentibus captantur auguria. Huius verbi composita sunt Assideo, Considēo simul sedeo. Cicero lib. acad. Consedim⁹ omnes, tum Var. ita exorsus est. Circūsedeo, Dissideo, Desideo, Insideo, Obsideo, Præsideo, Possideo, Resideo, Subsideo, & supersedeo. In quibus syllaba si corripitur.

ŏSedere ad eurotam est nihil agere.

¶Sedes, locus in quo sedemus quæ & sella & sedile dicitur. Interdum ponitur pro habitaculo, ac domicilio. Cæsar. Crescente enim populi multitudine mutare sedes statuerunt. Interdū pro sepulchro. Verg. Sedibus vt saltem placidis in morte quescam. Interdum pro podice & anicirculo. Galenus. Fiunt de nigra cholera quando in venas circa sedem densius inciderit Plini. lib. xxiij. Cinis sacramentorū vitiumq; & vinaceorū cōdylomatis & sedis vitijs medetur.

¶Sedicula parua sedes, sicut ædicula ab ædes.

¶Sedile pe. pro. locus ad sedendū, a sede dictum.

¶Sedentarius a, um. q̄d sedendo fit. Vñ sedentariū laborem dicimus qui sedendo contrahitur. Apul. Vt etiam fatigationem sedentariam incessus vegetatione discuterem. Et sedentaria opera quæ sedendo fit. Col. Nec enim sedentaria eius opera, sed modo ad telam debebit accedere. modo eos qui cibū familiæ conficiunt inuisere. Sedentarij qui sedendo opus faciunt sicuti tutores, vt est apud Plau. in Aul.

¶Sedum hæba quæ ad semperuiua dicitur, a semper sedēdo vel, vt Merula inquit, quā Anagorū alio noie vocant, hanc. alii. Sadum, alij sesuniū vocāt. nascitur in tegulis & apud nostros Bergomates Oregina dicitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Seduculum, quasi suducula dictum, genus flagelli est quod vapulantes sudare faciat.

Sedulus pe. cor. teste Donato & Nonio dicitur qui ex animo & sine dolo & instanter intentus est, vt sit quasi assiduus, quia negligentes dolosi dicuntur. Hinc sedulitas pro instanti & fideli officio ac diligentia. Sedulo aduerbium secus a dolo siue vt dicere solemus realiter, instanter, diligenter, quasi assidendo, hoc est sine intermissione. Aug. lib. v. cõfessio. Sedulo agere cœperam propter quod veneram.

¶ Seditio a se, hoc est seorsum & itio componitur, quod nomẽ fit ab eo is. nisi velimus ab ipso verbo eo compositionem iniam fuisse, vt sit sedio is. quãuis in vsu non sit. Cice. lib. vi. de repu. declarat seditionis proprietatem a dissentione ciuiũ dictam esse, q̃ seorsum eunt alij ad alium. Est enim proprie, cum populo discordante, itur ad manus qualem describit. Verg. Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est Seditio, sæuitq; animis ignobile vulgus, Iãq; faces & saxa volant, furor arma ministrat. Similiter seditio in exercitu dicitur, in classe, in campo, & vbicunq; est multitudo hominum. Hinc seditiosus qui seditionem amat.

¶ Seditionarius qui seditionem facit. Vnde scribitur distinctione. xlvij. Seditionarios statuimus nunquam ordinandos clericos.

¶ Sedo as. a se & do. componitur & multa significat, vt sunt res de quibus agitur, quę tamen ad vnum redeunt scilicet mitigo, placo, lenio, remoueo, fræno, extinguo, & alia. Sal. Nãq; animus impurus dijs hominibusq; infestus neq; vigilijs, neq; quietibus sedari potuit, ita conscientia mentem excitam vexabat id est pacari. Cice. lib. iiij. ad Heren. Et hic sitiens quam maxime loquatur, neq; habeat qui sitim suam sedet id est extinguat. Aliæ etiam significationes legentibus obuenient. Quidam cum dipht. scribunt, vt sit sædo quasi sanum do. hoc est ab ira & furore ad lenitatem animi reuoco. Hĩc sedatio. de qua Cice. lib. i. officio. Temperantia & modus omnisq; sedatio perturbationum animi.

¶ Seduco is. pe. prod. ꝓprie seorsum duco ab alijs quasi de rebus aliquibus locuturus, Ci. Threbo. Q2 a tẽ viro optimo seductus est, tuoq; beneficio adhuc viuit hæc pestis. Plautus in Aulu. Eo nũc secreto ego te huc foras seduxi. Cicero libro primo Tusc. ad animum transtulit. Cum a negotio omni auocamus animum quid inquam tum agimus nisi animum ad seipsum aduocamus, secum esse cogimus maximeq; corpore seducimus? In malam partem per translationem significat decipio. Terentius in And. Etiam nunc me seducere istis dictis postulas. Cicero pro Flaco. vsus est pro depono cum inquit. Remittant spiritus, comprimant animos suos, seducant arrogantiam.

¶ Seductile pe. cor. quod seduci id est decipi potest. Aug. libro ij. cõfessio. Calcabat me inimicus inuisibilis & seducebat me, quia ego seductilis eram.

¶ Seges proprie fruges eorum seminum ex quibus cõficitur panis nondum demessa, quãdoq; accipitur pro ipsa humo ad accipienda semina subacta nondum sata. Nam quando ager satus, noualis dicitur. Vnde Varro ait Seges dicitur quod aratum, sed necdum satum est, a satu id est semine. Vergilius. Illa seges demum votis respondet auari Agricolæ bis quæ solem bis frigora sentit. Plin. libro. xviij. Segetes quę inter quiescere fundunt rosam odoratiorem, fatiua adeo terra non cessat parere.

¶ Segetia, dea quam prisci colebant, vt letas faceret segetes.

¶ Segmenta proprie segmina id est sectiones a secando quasi secamenta & ramenta c. in g. mutata, vt a fingo figmentum, a stringo strigmentum. Quod ex plinio intelligi potest, cum secandorum marmorum rationem afferens ait libro. xxxvi. Crassior arena laxioribus segmentis terit & plus erodit marmoris. Gel. Vnguium dialis & capilli segmina subter arborẽ felicem terra operiunt. Hieronymus. Segmenta eboris in medelas varias assumuntur. Segmenta etiam incisuræ & virgulæ secatæ ex gemmis & vnionibus. Vnde partes, & vt ita dicam membra mundi in quæ vniuersa terra dirigitur, quę nõ siri circulos, Græci paralellos appellant & climata, segmenta dicuntur. Pli. lib. vi. Plura autem sunt segmenta mundi. Principium habet Indiæ pars versa ad Haustrum patetq; vsq; ad Arabiam, & rubri maris accolas. Idẽ. Quod supereſt terrarũ tribus assignatur segmentis. Et quoniam ornamentum colli quod monile vocatur ex segmentis fieri consueuit i. ex bracteolis argenteis aureisve, segmẽtum etiam appellatur. Val. Maxi. Datum est mulieribus vt segmenta aurea gestarent. Iu. Segmenta & longos habitus & flamea sumit. Sunt tamen qui ibi segmenta interpretentur fasciolas quę in ordine vestis extrema parte assutæ iunctæq; ornamẽto sint indumẽtis muliebrib⁹, vel quibus noua nupta amicitur vt ait Prob⁹. Alij accipiũt ꝓ margaritis & murænulis hoc est torquibus.

¶ Segmẽtatæ vestes dicuntur purpureæ segmentis id est bracteolis, lanceolis, meãdris, limis, & orbiculis variegãter intextæ. Ouid. lib. iii. de arte. Quid de veste loquar non iam segmẽta requiro. Nec quæ de tyrio murice lana rubet. Quicquid etiam ex tenuissimis segmentis vermiculatim compositum est, etiam si segmenta lignea sunt, segmentatum dicitur. Iuue. Et segmentatis dormisset paruula cunis id est vermiculato emblemate pictis, vel presegminibus id est tenuissimis ligneis ramentis ac versicoloribus depictis. quãuis etiam intelligi possit segmento tectis. hoc in pauimẽtis Tessellatum dicitur. De quo alibi. Ornamentum quoq; equorum a collo in pectus ꝑpendens segmentum dici potest.

¶ Segmen idem quod segmentum id est sectiones, a quo fiũt prælegmen & resegmen.

¶ Segmentarij qui vestes ex auro laborant.

¶ Segnis quasi seorsum a recto nitens, g interposita causa euphoniæ. Et forte magis ad differentiam senis. Componitur igitur segnis a se & nitor. Vel dicitur segnis quasi sine igne. Vnde segnis homo id est tardus & ignarus, sicut econtrario ardens pro festinãte & acuto ingenio. Vergilius libro. iij. Haud segnis strato surgit Palinurus & omnes Explorat ventos. Interdum ponitur pro infœcundo & inutili. Idem libro. i. Geor. Segnisq; horreret in aruis Carduus. Hinc Segnicies siue segnicia, tarditas negligentia ad agendum, q̃ vt Festus inquit, sit sine nitendo quid vtile & honestum. Socordia vero est negligentia in consulendo, meditando, prospiciendo quid opus sit facto Terentius in And. Enimuero Daue nihil loci est segnitiæ neq; socordiæ. Quandoq; segnicies dicitur infœcunditas. Plini. Hinc negligẽtia cultorum, hinc agrorum segnicies. Legitur & segnitas pro segnicia. Cicero libro de orato. Et quando de prudentia diximus, castigemus etiã segnitatem.

¶ Segobriga oppidum Celtiberiæ vbi Sertorius & metellus prælium commisere.

¶ Segrego as. pe. cor. ex se & grego. Vnde & congrego quæ sunt contraria. Est enim segregare ab aliorum numero, vel societate vel grege seperare. Terẽ. in Hecy. Nam sita est vt hęc nunc Pamphilum vere a se segregarit.

¶ Seir mons in terra Edon in quo habitauit Esau, in regione gabalena, quæ ex eo q̃ Esau pilosus esset & hispidus, Seir. i. pilosi nomen accepit.

¶ Seiugi & seiuges penul. cor. dicũtur equi seni ad vnũ currũ adhibiti. Apul. in flo. Vir cui oẽs prouinciæ quadrijuges & seiuges currus vbiq; gentiũ ponere ġratulantur.

¶ Seiungo seorsum iungo, & per se pono, siue separo. Cic. Lẽtulo. Tibi autem multo notior atq; illustrior meus ĩ te animꝰ esset si hoc tempore omni quo seiuncti fuimus & vna & Romæ fuissemus.

¶ Semeles tes, lapis in Perside, cuius interior candor, vt scribit Aug. li. xxi. ciui. dei. cũ luna crescit & deficit.

¶ Selibra dimidia libra.

¶ Seligo is. pe. cor. seorsum colligo secerno Cic. de opt. genere dicẽdi. Quæ exempla selegissem nisi vel nota esse arbitrarer vel posse eligere qui quærerent.

¶ Seliquastra genus sedilium est antiqui generis, d litera n. conuersa, sicut & insella & folio factũ est quæ oĩa a sedẽdo di

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cta sunt. At siliquastrum hærba hortensis quæ alio nomie Piperitis nominatur vt meminit Plinius.

¶ Sella quasi seda a sedẽdo. Et erat apud Romanos magistratuum ædilis & p̃toris sedes, qua per vrbem ius dicentes comportabantur. Græci autem θρόνον, sellam dicunt.

¶ Sellaria dicta sunt loca in quibus sedes disponi solebant. Plinius libro. xxxiij. Atq; ex omnibus quæ retuli clarissima quæq; in vrbe iam sunt dicata a Vespasiano principe in templo Pacis, aliisq; eius operibus, violentia Neronis in vrbẽ cõuecta & in sellariis domus auræ disposita. Suero. in Tiberio. Secessu vero caprensi etiam sellariam excogitauit sedem arcanarum libidinũ. Huius diminutium est Sellariola. Martia. In sellariolis vagus popinis.

¶ Sellularij opifices qui sedendo opus faciunt. quos Liuius libro. viij. scribit militiæ minime aptos. Sic sedentarium opus, de quo supra.

¶ Seleucus, fuit vnus ex principib⁹ Alexãdri qui primus post Alexandri mortem regnauit in Syria annos. xl. Fuerunt & alij Seleuci.

¶ Seleucia, prima syriæ ciuitas vt inquit Strabo. iuxta quam Orontes affluit amnis. Hanc alij a Nicanore, alij a Nicatore conditam ferunt. Strabo. Seleuciam inquit ad Tigrim amnẽ iuxta Babylonem tercentis fere stadiis seleucus Nicator rexæ dificauit. Ptol. tres seleucias facit. Pieriam ad Euphratẽ, ad Belum. Scribit Plinius lib. vi. Seleuciam plerũq; Mesopotamiam dictam fuisse.

¶ Selinus pe. produ. nomen fluuii, a quo etiam oppido nomẽ datum est. Sillius, Necnon qui potant hipsamq; alabynque sonoros selinus.

¶ Selinon latine Apium, a quo Petroselinon. selinus vrbs a selino q̃ ibi plurimũ nascatur.

¶ Smel aduerbium quasi vna non diuisim, vel vno vt ita dicam tempore. Nam quod semel fit nullam recipit diuisionẽ. Aliquando accipitur pro vno loco, pro omnibus siue summatim aut summa. Quintilia. Denicq; vt semel finiam sic fere componendum cum pronuntiabis erit. Idem. Et vt semel omnia complectar. Vnde & pro immutabiliter & irreuocabiliter poni consueuit, quia quod semel tantum fit, non habet regressum vt rursus fiat. Hierony. in p̃s. Semel locutus est deus duo hæc audiui. Aliquando significat dito. Vergi. Qui nequid tale videret Procubuit moriens, & humum semel ore momordit. Ouidius. Nulla reparabilis arte læsa pudicitia, est deperit illa semel.

¶ Semele pe. cor. Cadmi filia, de qua Proper. Narrabis Semele quæ sit formosa.

¶ Semen quasi ferimẽ a sero is. quod etiam de virgultis & surculis dicitur. Verg seminibus positis superest deducere terrã sæpius. Col. lib. iij. si cõpluribus vindemijs eundem tenorem seruauerit ex eiusmodi vitibus lecta semina multum bonũq; vinũ p̃bebunt. Est & semen frumenti genus q̃d zeam appellant simile farri. Ex ea alica fit p̃clara res.

¶ Seminium idẽ q̃d semen, vel hærba, vel quod producibile Col. li. ij. Nonnũq; superfusa terra latentibus seminiis. Quandoq; accipitur pro seminis lucro. Plau. in ru. Vænũ datur merces non hoc suo seminio.

¶ seminarium etiam semen dicitur quod & pro plantario. i. pro loco in quo plantæ seu semina componuntur, capi solet. Colu. lib. iii. Qui vineam vel arbustum constituere volet, seminaria prius facere debet. Sic enim sciet cuius generis vitem ponitur⁹ sit. Idem li. vi. Operam dabit ne emortuis arboribus rarescat, ac primam quamq; senio ac tempestate afflictam sũmoueat, & inuicem nouellam sobolem substituat. Id autem facile consequi poterit si vlmorum seminarium paratum habuerit. Aliquando Seminarium dicitur arbor de qua aliquid sumitur vt plãtetur. Idem. Satoris officium est de seminario transferre plantam.

¶ Seminarius a, um. quod ad seminandum pertinet. Ambrosius. Ineſt nascentibus singulis, aut semen, aut virtus aliqua seminaria

¶ Sementis fo. generis significat ipsam sationem seu seminationem. Plini. lib xviii. Sunt qui properent atq; ita pronuntiẽt festinatam sementem sæpe decipere, serotinam semper. Col. lib. xii. Quibus magis sementis p̃paratur. Liui. Vt campani sementem facere possent. Accipitur nõnunq; pro semine. Hiero. in Gñ. Et habens vnũquodq; sementem iuxta genus suũ Ouid. lib. i. fast. Villice da requiem terræ semente peracta. Nõ nunq; pro seminandi tempore. Colu. lib. ii. Prima sementis rarius serere permittit, nouissima spissius postulat id est primum tps sationis. Item seminari debet post equinoctiũ media fere sementi læto solo.

¶ Sementinus a, um. vt dis. v. & sunt verba Greg. Ab omnibus quoq; quæ sementinã trahunt originem carnis ieiunem⁹ a lacte videlicet caseo & ouis.

⁂ Sementinæ feriæ ideo institutæ sunt vt sementem maiorẽ facere possent. Cc.

¶ Sementicus a, um. pe. cor. quod seminari potest plini. libro. xviii. Sementica autem triticum hordeum frumenta multis radicantur fibris.

¶ Semento as. semen produco. Idem in eodem. Est in primis inutile enasci hærbas sementaturas.

¶ Sementinæ feriæ a semente, quæ ideo institutæ sunt, vt sementem maiorem facere possent.

¶ Semino as. notæ significationis. Col. Seminari debet hordeum post equinoctium. Per translationem significat spargor d. uulgo. Lactan. lib. iii. Et cultum dei per totam terram seminaret. Hius composita sunt Desemino, quod est varie, vel diuersis locis semino. Hiero. in Gñ. Tres isti sunt filii Noe, & ab his dissemination est omne hominũ genus super vniuersam terram. Insemino intus semino. Gel. Talemq; & morbos sensim atq; in diem longam visceribus inseminare. Supersemino. August. Venit diabolus & superseminauit eos quos malos filios dominus interpretatur.

¶ Semis significat dimidium, vt semideus, semiuiu⁹. Aliquã do accipitur p̃ media libra. Verum q̃nq; indeclinabile est vt duos & semis cubitos habet. Q̃nq; semis gtm facit. Hiero. in exo. Duos cubitos & dimidiũ tenebit longitudo eius & cubitum ac semissem latitudo.

¶ Semissis genus mensuræ & monetę. semissis homo dicitur homo vilis, & quasi semihomo, sicut semissem semiassem dicimus. Vari. Ciceroni, simul vero semissis homo contra me arma tulit.

ỏ Semissis vsura dicitur quoties de centum nummis senos nũmos vsuræ nominæ percipim⁹. Capitol. in Alexan. Trientarium fœnus ait eum vt equissimum & leuissimum exercuisse ad vsum reipubli.

¶ Semianimis, quasi exanimatus. semicirculus medius circul⁹ semiplenus non perfecte plenus.

¶ Semiplagium paruum rete.

¶ Semimetrum pe. cor. media mensura.

¶ Semesum penultima produ. semicomestum. Eadem enim forma dicitur qua Ambesũ & comesum. Suetonius in Tibe. solẽnibus ipse cœnis pridiana sępe ac semesa obsonia apposuit

¶ Semiplotia soleæ quibus vtebantur in venando quo plagnius pedem ponerent.

¶ semestris luna dicitur eum mensis mediũ permẽsa est spatium. semestris res quæ est sex mensiũ. semestre aurũ sex mensiũ annona pecuniaria.

¶ semimares pe. cor. semiuiri non perfecte viri. Idem significat semiuir p̃ eunucho

¶ semicinctium succinctorium q̃ mediũ hominem cingat id est vestiat. Est enim genus vestis breuissimæ quo vẽter & velanda teguntur. Hierony. contra Rufi. Hoc solum requiro ab eximia sanctitate & censura tua cuius tanta est puritas, vt ad sudaria semicinctia tua dæmones rugiant, cuius exemplum inscribendo sequaris.

¶ semiferus pe. cor. nõ prorsus ferus, vt ceruus.

¶ semiuncia dimidia vncia. Per. sed nullo turelitabis Hæreae in stultus breuis vt semuncia recti.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Semiustus dimidia parte ustus. seminudus dimidia parte nudatus. semiruta penul. cor. ex parte diruta. semipes. dimidius pes. semiuiuus, idem quod semimortuus & quandoque debilis dicitur & vigoris exigui.

*Semibolus dimidius obolus. Cc.

*Semiplagium paruum rete. Cc.

*Semiruta ex parte diruta. Cc.

¶ Semispathium breuior ensis.

¶ Semitogiū breuis & quasi dimidia toga, a q̄ semitogatus.

¶ Semiuocales, quasi dimidiū vocalium sonum habentes.

¶ Semita penul. correp. quasi semiter via arcta, dimida via. Est enim minor quam via. Vnde semito as. de quo in dictione Limito.

¶ Semiquinaria diuisio est, cum in scandendo quinq̄ pedes per dimidium diuiduntur ita vt post duos pedes vltima dictionis supersit, vt Arma virumq̄ cano. Semiseptenaria diuisio cum id fit in septē pedibus, vt Arma virūq̄ cano Troiæ.

¶ Semodius quasi semismodius. Iu. Et tamē imo semodio scobis hęc emundat seruulus vnus.

¶ Semiramis is, vel idis. Vnde acusatiuū semiramin vel semiramidem facit. Fuit nomen assyriorū reginæ Nini regis vxoris, quæ mortuo viro res p̄claras gessit. Verum eadem impudica & mollis fuisse traditur, vtpote quæ filij concubitum expetierit, & equum vsq̄ ad coitum adamasse dicatur. De hac Plutar. in apophthematis scribit. Semiramis quod sibi sepulchrum construxerat inscripsit literis. Quicunq̄ rex pecunijs indiguerit, patefacto monumento quod voluerit accipito. Iraq̄ Darius sublato lapide pecuniarum nihil inuenit, sed alias reperit literas quæ hæc dicerent. Ni malus vir esses ac nummis insatiabilis cadauerum loculos non moueres. Semiramis lingua syria auem significat. Namq̄ ab auibus adhuc infans nutrita dicitur Scribit Val. Max. Dum die quadam circa cultum corporis occupata esset & nuntiaretur ei Babylonē defecisse, soluta adhuc altera parte crinium protinus ad eam expugnadam cucurrit, nec prius decorum capillorum redegit īordinem q̄ tantam vrbem in suam potestatem restituerit. Huius pe. cor. est Iu. Quod neq̄ in assyrio pharetrata semiramis orbe. Exercitum ipsius scribit Suid. πεζοῦ μὲν μυριάδας τ' ἱππικοῦ δ' ἑκατὸν δ' ῥεπανηφόρων δὲ ἁρμάτων μυριάδας δέκα ἄνδρῶν ἐπίκαμπον μαχομένων τὸ ἴσον πλῆθος ἄλλων δ' ἐκαμήλων ἴσον ὅτι ἂν ἐγω δέομαι μυριάδας εἴκοσι. βύρσας δὲ βοῶν ὧ μοβε ψκτῶν εἰς μυριάδας, ναῦς δ' ἐν βάκτροις ἔγνα ναυηγεῖσθαι τριφιλίας. *id est. Peditas decē milia & ter centum equitatus centum falciferorum & plaustrorū decies decem milia virorum in cautelis pugnantium par numerus, aliorum vero camelorum si quo indigeo vicies decem milia, terga vero boum latos humeros habentium tricies dena milia, naues vero in bactris fabricatas ter mille. & multa alia quę prosequitur admiranda

¶ Semoueo es. p. cor. seorsum moueo. Aug. li. v. cō. Statimq̄ cognitū manu apprehensa semouit a turbis, & tanti mali causam quęrens, quod gestum esset audiuit.

¶ Sempiternum quasi semper ęternum. Vide in dictione perpetuum.

¶ Semperuiuum hærba quæ græce Aizon dicitur ἀεί semp. ζάω viuo hærba hæc folio carnoso leni atq̄ oblongo. Duo eius genera sunt. Maius in fictilibus vasculis seritur quod alij quidam buphthalmon a similitudine, hoc est bouis oculum vocant. βοῦς enim bos ὀφθαλμὸς oculus. Alij ζωόφθαλμον hoc est animalis oculum. ζῶον enim est animal καὶ ὀπτωτὲσί τὸ ὁράω ἐνθεν ὀφθαλμός. Alij hypogeseon, quoniam fere in subgrundijs nascitur. Alterum genus est minusculum quod Erithelles vocatur, quasi amor florescens. θαλλω enim floresco significat. Aliud Tritelles q̄ ter floreat. Aliud chrysothelles q̄ aureum florem producat. Latini primum genus a semper sedendo sedum, cum cubiti altitudinem excedat crassitudine plusquā policarpi. Secundum vero oculum vocant, aut dignitatem, plærisq̄ semperuiuum. Quod minus est in muris parietinisq̄ nascitur & tegiolis.

¶ Sena insula in Britannico mari aduersa littoribus Gallię author Pomponius libro tertio. Est & nomen ciuitatis inclytæ in Tuscia quam Brēnus Gallorum dux pro senibus valetudinarijsq̄ & ęgrōtis extruxit anno ante Christi aduetū. cccl xij.

¶ Sennaar cāpus Babylonis in quo turris extructa est. Indegressus Assur ædificauit Niniuem.

*Seneca Cordubensis Romam venit declamator egregius & philosophus eximius & poeta insignis euasit, sub Nerone mortuus est solutis venis. Cc.

¶ Senex dictus videtur quasi seminex, q̄ acta maiore suæ ętatis parte iam morti propinquior sit. Et est generis cōmunis secundum Priscia. Var. de lingua latina. Et tua amica senex. Huius genitiuus est senis, vel senicis secundum analogiam Plaut. in cis. Vos negotioli senicis soletis esse. Comparatiuum est senior, quod valde senem significat. Ouid. lib. xij. meta. Tum senior, quamuis obstet mihi longa vetustas. Quin. De Isocrate. Eo namq̄ seniore, octauum enim & nonagesimū compleuit annum, prę cipere Aristoteles pomeridianis schōlis cœpit. Capitur quandoq̄ senior pro magis sene. Seneca epīla lxxv. Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior decessit non est beatior eo cuius inter, pauciores annos terminata est virtus. Et est senior generis communis. Ambrosius. Et ideo cum angelus absconditā nuntiaret, vt fides adstrueretur exēplo senioris fœminæ sterilisq̄ conceptum virginis Mariæ nūtiauit. Senes vocantur quantum ad priuatam ipsorum vitā q̄ vsque ad senilem ætatem vixerunt. Veteres quantum ad publicum tempus, q̄ alia ætate vixerunt etiam si ad senium non peruenerunt. Vtrique antiqui dicuntur, sed magis veteres quam senes.

¶ Senectus senecta senium senitudo & senitas in eodem sensu accipiuntur pro senum ætate. Sed non dicitur senecta ętas nisi dicamus ætas senecta. Est autem senectus sexta hominū ætas dicta a senario numero, vel sentiendo, q̄ in ea sensus deficiat, siue a seneſco senescis senui senectum. Vnde senectus a, um. nomen verbale Sal. lib. quarto. Hist. Omnes quibus senecto corpore animus militaris erat. Ætas prima quidem incipit ab infantia vsque ad septimum annum quæ dicitur a non fando quia homo in ea non fatur, vel si fatur imperfectus est sermo. Secunda pueritia cuius pars est pubertas vsq̄ ad xiij, Tertia adolescentia. Quarta iuuenta. Quinta virilis ætas. Sexta senectus cuius pars est decrepitas. Senectus etiam dicitur corium vetus quo serpentes exuuntur. Vide in dictione Vernatio.

infantia, pueritia, adolescentia iuuenta virilis ętas senectus

¶ Senium idem quod senectus. Dicimus enim hic homo confectus est senio. Quandoq̄ etiam dicitur tædium tristitia & molestia, q̄ senes omnibus odio sunt. Turpilius. Quia odio ac senio mihi nuptiæ sunt. Neuius senium sonticum appellat quasi nocens, quia senectus naturalis morbus est, vt inquit Aristoteles.

¶ Seneo senes senui senectum, a quo seneſco senex fio Vnde & consenesco, quod Varro posuit pro putrefio, cum ait. Ob quam rem oua aut inæqualiter matureſcunt aut consenescunt.

¶ Senecio diminutiuū est a senex quo nomine etiam dicta est hærba q̄ vere canescat, quæ alio nomine Frigeron vocatur in tegulis & muris nascens specie & mollitia trixaginis cauliculis subrubicundis.

¶ Senio in talis sex puncta continet. Nam a senario numero dici videtur. Vnde & eius iactus perutilis erat. Interdum etiā damnosus, sicut & canis. Nam qui iecerat canem, aut senionem. Ille denarios singulos conferebat in medium. vt est apd Sueto. in Aug. De seneone & cane Martialis. senio nostrum cum cane quassat ebur. Persi. Iure etenim id summū quid dexter senio ferret, scire erat in voto Existimant eruditi seniorem significare quaternarium, q̄ scilicet qui iecerat duos seniores ille quatuor nummos lucrabatur.

¶ Senatus tus. & senati a senectute, vel a sinendo, q̄ magistratibus non plus licebat, q̄ senatus permitteret. Et significat tā locū in quem senatores cōueniunt q̄ ipsos senatores.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Senatusconsultum.id est senatus sententia,quod fiebat aut per rogationem cum rogabatur vnusquisq; sententiam quã verbis efferebat, aut per discessionem quando plæriq; idem sentientes in vnam partem pedibus ibant,sicut testatur Gel. libro primo. Flauius Vopiscus de Aureliano. Deinde aliis manum porrigentibus,aliis pedibus in sententiam euntib⁹, plæriscp verbo cõsentiẽtibus cõditũ est senatusconsultum.

¶ Senaculum, vbi senatores cousultandi gratia consistebant. Varro.scribit senatum apud senaculum habitare cõsueuisse, vt cũ a curia vocaretur,prẽsto adesset.

ō Senaculum etiam paruum senatum esse putamus a fœminis apud Romanos constitutum.fuerunt autem tria senacula Romæ. Vnum vbi nunc est ædes concordiæ inter capitoliũ & forum in quo sedebant magistratus de repub.cum senioribus deliberantes. Alterum ad portam Capenam. Tertium circum ædem bellonę. Auctor Nicostratus libro de senatu habendo.

¶ Senatores inquit Plutar.in proble.alios patres vocant alios patres conscriptos.quia primis a Romulo alĩ additi & cõscripti,vel quia sententiam dicunt conscripti sunt, qui non solũ partes vocati. Vlpian. dicit Senatores qui a patricijs & consularibus vsq; ad omnes illustres viros descendunt.quia hi soli in senatu dicere sẽtẽtiam possunt,appellaticp sunt ab ætate,puecta cp tales in principio in senatum electi fuere. Sed & a sinẽdo dici possunt senatores,quoniã ipsi agendi facultatẽ dabãt.

¶ Senatorius a,um.quod est senatoris, vt senatoria dignitas Augusti.libro.ij.ciui.dei.Romani hominibus scænicis nec plebeiam tribum quanto minus senatoriã dehonestari sinunt.

¶ Senarius a,um.q̃d cõstat ex sex rebus,vt senarius numer⁹. Hinc Senarioli dicti sunt versus,a sex pedibus. Cic.lib.v.tus. Tenebã enĩ quosdam senariolos quos in eius monumento esse inscriptos acceperã,qui declarabãt in sũmo sepulchro sphæram esse positam cũ Cylindro.

¶ Sentio.is.si.sum,sensu percipio,quod ad corpus tantum pertinet. Vnde quinq; corporis sensus appellati sunt,visus auditus,gustus,odoratus,& tactus.Interdum sentire ponitur pro intelligere.Cice.Nam & ipse animus sentit nescio quid in se esse diuinum.Hieron.y.ad Pauli.Nolo vt offendaris in scripturis sanctis in simplicitate & quasi vilitate verborum,quæ vel vitio interpretum,vel industria sic prolata sunt, vt rusticam concionem facilius instruerent,& in vna eademcp hora aliter doctus,aliter sentiret indoctus.Interdum iudicare. Plini.Iunior.Cupio abs te intelligere quid sentias.Interdum aduertere.Plau.in amph. Nec nostrum quisquam sensimus cum peperit.Huius composita sunt assentio.Consentio,quod est conuenio.Lactan.libr.i.Si congruentes annos diuidas numerus consentiet.Inde consentaneus a,um.pro conuenienti.Cice.li. primo offi.Hæ igitur disciplinæ sibi si consentaneæ velint esse de officio nihil queant dicere.Aliquando consentire est accedere. Vnde consensus.Assentio,Dissentio, Præsentio, ante vel prius sentio.hoc est aduerto & prẽcognosco.Cicero de diui.Quia commodius arbitratus es separatim id quẽri de eocp differi id est de diuinatione quæ est earum rerum quæ fortuitæ putantur prædictio atcp præsentio.Hic Præsentisco.Persentio perfecte sentio,a quo persentisco. Terent.in Heau. Merito nunc ego succenseo,quot res dedere vbi possem persentiscere Subsentio,aliquantum sentio,aduerto.Idem in Eu. Etsi subsensi id q̃cp illos ibi esse id agere inter se dancului.

¶ Sensus us.a sentio,cp per eos tanquam per quasdam fenestras animus sentit.Nam sensus sunt qui sentiunt, sensa quæ sentiuntur.Et licet proprie sensus sint corporis,cosuetudo tamen iam tenuit, vt mente concepta sensus vocaremus, quæ etiam sensa dicuntur.Cice.lib.de ora.Et quod dicendo exprimere sensa possumus. Augus.lib.ij.ciui.dei. Non multo sermone opus esset ad conuincendũ quẽlibet vanæ opinionis errorem ijs qui recte sentiunt,& sensa verbis sufficientibus explicant.Et lib.xi.Sicut de visibilibus quæ nõ videmus eis credimus qui viderunt,atcp ita de cæteris quæ ad suum quemcp sensum corporis pertinent,ita de ijs quæ animo ac mente sentiuntur,quia & ipse rectissime dicitur sensus. Vnde & sententia vocabulum accepit,hoc est de inuisibilibus quæ a nostro sensu interiore remota sunt. Accipitur quandoq; sensus pro intelligentia.

¶ Sensus sensa sensum.participium est. Vnde dicimus dolor sensus est a me.

¶ Sensim aduerbium significat paulatim,quia ea maxime sensum faciunt quæ morantur,quasi cum meditatione & sensu. Plaut.in Cas. sensim super attolle limen pedes noua nupta. Cice lib.i.offi.Magis dicere censent sapientes sensim diluere q̃ repente præcidere.

¶ Sententia modo iudiciũ dicitur.i.id quod animus sentit q̃d & credulitas & opinio vocari solet.vt nemo est in ciuitate cui non liceat libere sententiam suam dicere.i.pronuntiare quod habet in animo.Sal. At.M.Portius caro rogatus sententiam huiusmodi orationem habuit Modo dicitur Iudicatum hoc est eum ex lege vel ex æquo & bono sententia dicitur,vt Iudex in causa mea sententiam dixit id est sanciuit q̃d ius vellet Et vt digestis de arbitris scribit Paul.Dicere sententiam estimatur is qui ea mente id pronuntiat,vt secundum hoc discedere eos qui litigant a tota controuersia velit. Modo capitur pro eo quod verba sonant, Vnde dicere solemus.Hic tam obscure loquitur vt nulla ex verbis eius sententia colligi possit q̃ sic diffiniri solet.Sententia est oratio generalem pronuntiationem habens quę vel hortatur,vel dehortatur,vel demõstrat vt nihil metuant qui non deliquerũt pœnas. Sententias etiã vocamus lumina orationis,præsertim quæ in clausulis sunt breuiter collecta,vt Obsequium amicos,veritas odium parit.Hinc sententiosus a,um. ō Cic. Diffinit sentẽtiam hoc modo,sententia est oratio sumpta de vita,quæ aut quid sit, aut q̃d esse oporteat in vita breuiter ostendit.

¶ Sensiculus diminu.a sensu.Quint.Inde minuti corruptique sensiculi & extra rem petiti.

¶ Sensibile dr̃ de eo q̃d sentir̃ & de eo q̃d sentit. Dicit autem sensibile cp per oculos vel aures vel olfactũ vel gustum vel tactũ quasi quãdã notitiam prębeat sui.

¶ Sensile pen. cor.id q̃d sensibile,hoc est q̃d sensui subiectum est.Insensibile q̃d sentiri non potest.Lucre,lib.ij.Ex insensibilib⁹ ne credas sensile gigni.

¶ Sensificus sensifica sensificum.quod sensus causam præstat. Macrob.spiramentum sensificum ad sua quæcp loca naturali lege ducentes.

*Senta dea est quam nonnulli bonã deam vocant, veteres. Faunam & fatuã dixerunt.Hanc Var.scripsit tantæ pudicitiæ fuisse,vt nemo illã dũ vixit pter virum suũ imas viderit, nec nomẽ eius audierit,,ppter q̃d illi in opto mulieres sacrificabant & bonã deã nominabãt.Cc.

¶ Sentina pe.p.pars nauis inferior in quam quicquid instillat aquarum defluit corruptæcp male olent.a.sentio is, cp eius sector sentiatur.Nam odorem fœtidum emittit.Iuue,Si iubeat coniunx durum est conscendere nauem. Tũc sentina grauis, tũc summus vertitur aer.Per translationem sentina dr̃ oĩs locus q̃ sceleratorũ hoĩm receptaculũ sit.

¶ Sentino as.satago,ac subtiliter periculũ euito.a sentina nauis,quã quisq; vt aqua liberet euacuare contendit. Cecil.Capit consiliũ posit q̃ sentinat satis.

¶ Sentinum. Vmbriæ oppidũ quod nunc Saxum ferarũ appellatur,a quo sentinates populi dicti sunt.vocatum sentinũ ab amne qui sentinus dicitur.

¶ Sentis spina,cp a tangẽtibus quam primum sentiatur. Hĩc Senticosus a,um.spinosus & asper.Lucilius. Quam senticosa verba pertorquet.

¶ Senticetum locus in quo sentes sunt.

¶ Sentus pilosus horrid⁹,quasi spinos⁹. Teren in eu. Video sẽtum squallidũ ęgrũ annis pãnisq; obsitum

¶ Senones populi Galliæ finitimi Belgis qui olim vrbem Romam incenderunt & capitoliũ obsederunt hos Furius camill⁹ aggressus adeo cecidit,vt incendiorũ vestigia gallici sanguinis vndatione deleret.Scribit Verrius ideo Senones appella-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ti, quia noui uenerunt ex transalpina gallia quasi senonas litera immutata. καινὸς enim græce latine nouus dicitur.
ὃ Senogallia ciuitas dicta, a senonibus gallis qui eam cõdiderũt de hac Syl. Et glanis, & rubico, & senonũ de noie sena.
¶ Seorsum aduerbium vernacula lingua significat da parte, Hiero. lib. i. Reg. Da partem quam dedi tibi, vt præcepi vt reponeres seorsum apud te. Dicitur & Seorsus a, um. remotus. Verg. lib de est & non. Pariter nonnunquam sæpe seorsis obsistunt dubijs.
¶ Separo as. pe. cor. diuido distraho, a se & paro. Hinc dissepsero, & aduerbium separatim' diuisim. Salu. Omnia virtutis pmia ambitio possidet, neq; mirum, vbi vos separatim quisq; consilium capitis.
¶ Sepes is. & seps pis. fœminini generis quæ obiecta introitũ prohibet.
¶ Seps mascu. generis paruus serpens, ex cuius ictu membra percussa putrescunt ab σήπω quod est putrefacio. Nam quicquid mor morderit resoluitur in putredinem. Luca. Ossaque dissoluens cum corpore tabificus seps. Plini. lib. xxix. Lacerta quam sepa, alij chalcidicem vocant. Auson. An lybiæ ferale malum sit romula vox seps. Suidas. σὴψ σκτόξ ὁ σκώληξ λέγει. ✳. i. Ses setos tinea dicit.
¶ Sepio is. iui. itum. vel sepsi septum, significat teneo, impedio dictum a sepibus quæ obiectæ intercludunt iter. Hier. in Esa. Sepiuit eam & lapides elegit ex ea. Huius composita sunt Cõsepio. Circunsepio. Intersepio. Præsepio quod est sepem ante facio.
¶ Septa generali vocabulo dicuntur omnia loca munita & q̃dam sepimento vallata. Inde stabula ouilia, bubilia caprilia, & id genus reliqua septa nuncupantur. Vnde & septa aliquãdo pro ouibus ponuntur. Verg. Quamuis multa meis exiret victima septis. Econuerso Luca. Et miseræ maculauit ouilia Romæ. Inde in Martio campo loca incluſa tabulatis in quibus stans populus Romanus suffragia ferre consuerat septa dicimeruerunt ad similitudinem ouilium. De quibus Mart. In septis Mamura multumq; diuq; vagatus. Var. de re. rusti. appellat septa omnia quæ habent incluſa animalia quæ pascuntur. Idem inquit. Intra septa ville habeas aquam. Apud eundem inscriptio est de fundi septis. A sepio munio. Inde septus locus, septa villa, septum tectum. Iurisconsulti accipiunt septa pro obicibus & claustris quibus vtimur ad impetus fluuiorũ cohercendos.
¶ Sepimentum id dicitur quo aliquid sepitur. Var. Primum naturale sepimentum quod obseri solet virgultis aut spinis q̃d habet radices viuæ sepis.
¶ Sepia genus piscis qui emisso cruore atro occultat iter. Persi. Nigra q̃ infusa vanescat sepia lympha. Est & sepia scopulus iuxta Athenienſium littus. vt inquit Herodotus. Suidas. σκωλία ὁ ἰχθὺς ἀριστοφάνης. κάθησο τοίνυν σκωλίας μασσώμενος δίκην τραλφῶν Δικαίης ἐξουσίας. ✳. i. Sepia piscis Aristophanes. Sedebas igitur sepias premens tanquam delitians propter potestatem.
¶ Sepius ciuitas quæ nunc Sipontum dicitur a sepiarum multitudine fluctibus eiectarum.
¶ Sepum quod & seuum dicitur, fit ex animalibus vna parte dẽtatis & cornigeris. Hinc sepatius a, um. quod ex sepo est, vt candelæ sepatiæ. Aul. Tota domus cõpletur tædis lucernis cæreis sepatijs & cæteris nocturni luminis instrumentis. Sunt qui legant Sebũ & sebo as.
¶ Sepelio is. pe. cor. iui itum. & sepultum. Ouid. in Hero. Et sepeli lachrymis perfusa fidelibus ossa. Quod verbum a sepio quidam deducunt, quia cadauer terra vel alio materiæ genere circũsepitur.
¶ Sepultus dicitur quocunq; conditus sit, humatus vero humo contectus. Aliquando sepultus sumitur pro eo qui mortuo similis quasi sine sensu iacet. Vergi. Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam.
¶ Sepulchrũ locus in quo corpus ossa q; hominis sepulta sunt quasi seorsum a pulchro, vt inquit Seruius, propter recordationem doloris. Vel dicitur a semis quia pulchrum superficie in tus ossibus plenum est vel secũdum Do. q̃ sine pulchra sit. Aut q̃ ibi sine pulsu sint id est mortui. Aut a separando q̃ illic animæ a viuis separantur. Sed melius est, vt sepulchrum dicatur a sepeliendo, sicut simulachrum a simulando & lauacrũ a lauando. tamen cum h. scribendum censeo Sepulchri autem appellatione ois sepulturę locus continetur.
¶ Sepulchralis, quod ad sepulchrum pertinet, vt cerimoniæ sepulchrales quę pertinent ad funerationem impensam structuramq; sepulchrorum. Titulus est apud iurisconsultos de religiosis & sumptibus funerum. Cice. refert leges quibus præcipitur sepulchrorum magnificentiã esse minuendam.
¶ Sepultura q̃nq; sepulchrũ dr̃, q̃nq; sepeliẽdi actus. Pli. Post sepulturã aliæ manũ ambages sunt.
¶ Seplasia fuit forum Capuæ in quo vnguentarij negociabãtur, cuius delitijs fractam fuisse punicam ferociã testatur. Val. Max. lib. nono. Cice. contra Rul. Iam vero qui metus erat tunicatorum illorum in Albana & Seplasia Hinc Seplasiarius p̃ vnguentario & effœminato. Lampri. in heliogabalo. Pinxit se, vt cupedinarium, vt seplasiariũ, vt popinariũ, propter vnguenta q̃ Seplasiæ conficiebantur.
¶ Sepono penul. prod. diuido & missum facio, quod dicimus mettere da canto. Quintilia. lib. xij. In consilijs vero quæ ratio suadendi est ab honesti quęstione sepositaid est diuisa. Liuius. lib. primo. Pecuniam in ædificationem eius templi seposuit. Lactan. lib. ij. Seponãtur interim nobis hic locus de ira dei differendi. Hiero. Sepositus occupationibus quibus arctabar huic vnam lucubrationẽ dedi.
✳ Septãgulus dr̃ q̃d septẽ angulos habet. Cc.
✳ Septẽnis. i. septẽ annorũ. Cc.
✳ September mensis dictus est q̃ sit septimus in ordine. Cc.
¶ Septentriones sunt septem stellæ ex quibus quasi iuncti tri ones figurantur. Scribit Var. Triones rusticorum vocabulo botes vocari quasi teriones, hoc est arandæ terræ ac colendæ idonei. Vel ideo magis hæ septem stellæ triones appellatæ sunt, quoniam ita sitæ sunt, vt ternæ quæq; stellæ proximæ inter se trigona id est triquetram figuram constituant, quam recentiores vocant triangulum. Ex septẽ siquidem stellis duę pariles vno in loco videntur quæ pro bobus accipiũtur, reliquæ quinq; plaustri figuram designant. Itaq; & proximum huius sidus bubulcus. i. bootes appellatur, qui more bubulci currum sequitur. Hoc sidus a figura, quia simile plaustri videtur, antiqui græcorum ἅμαξαν id est plaustrum dixerunt, nostri a bobus iunctis septẽtriones appellarunt. Ab his etiã vẽtus spirat, qui haustro obiectus est, & latine septẽtrio, & septẽtrionalis ventus & septẽtrionarius. Græce vero q̃ ab Arcto. flet Aparctias appellatur.
✳ Septem numerale nomẽ est, q̃d significet notum a græco tñ (vt plęraq; alia) deductũ Illi enĩ ἑπτὰ dicũt. Spiritu aspirato in s. mutato & vocali vltima in em nos septẽ dicim⁹ ex q̃ multa deductiua habent originẽ. Cc.
¶ Septicollis dicta est vrbs Roma, q̃ septẽ colles habeat. Palatinũ Quirinalem Auentinũ Cęlium Viminalẽ Exquilinum & Ianiculam rem.
¶ Septunx nomẽ deductũ a septẽ & vncia.
ὃ Septẽdecim, apud Apul. septẽdecim denariũ.
ὃ Sepedes pe. cor. dicuntur formicæ a numero pedum formicis enim seni pedes sunt.
ὃ Septicus a, um. vt vis septica. i. corrosiua. Nã græci oĩa medicamẽta q̃ habẽt vim erodẽdi septas vocãt.
✳ Septiana mala dr̃ a septio libertino eorũ primo insitore insigni rotunditate. Cc.
¶ Sequana pe. cor. fluuius Belgarũ in Gallia, iuxta quẽ habitantes sequanici dicti sunt, & sequani. Hodie burgũdiæ ducatũ intolẽtes heluetijs heduis ac lingonibus finitimi. Luca. li. i. Optima gens flexis in gyrũ sequana frẽnis. Mart. Hanc tibi sequanicę pinguẽ textricis alũnam.
¶ Sequester stris stre. Et hic & hæc sequestris & hoc sequestre Et sequester a, um. Et pace sequestra inquit Vergi. Plautus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Haud fugio ſequeſtrum. Eſt autem ſequeſter apud quem plures eandem rem de qua controuerſia eſt depoſuerunt. Dictus vt docet Gel. q̃ eius qui electus ſit vtraq; pars fidem ſequatur. Eſt enim medius inter duos altercantes apud quem aliqd ſeponitur. Quapropter Verg. pacem ſequeſtram inducias appellauit, q̃ media ſit inter bellum præteritum & futurū. Vn. Aſco. Sequeſtres ſunt apud quos pecunia deponitur. Cice. in Ver. Aut ſequeſtros aut interp̃tes corrumpendi iudicij.

¶ Sequeſtro as. apud Sequeſtrum depono. Vnde ſequeſtrata res dicitur. Interdum ſequeſtrare eſt ſeparare. Hieronymus. Quia petitis vt vobis diuerſos pſalmos per ordinē ſeq̃ſtrem

¶ Sequeſtro aduerbium. Cato. Per deum immortalem nolite vos ſequeſtro ponere.

¶ Sequor eris. ſecutus, a ſeco fit, & eſt verbū cōmune ſecundū Priſ. V n̄ & in Euā. legimus in ſignificatione paſſiua Et pſequimini de ciuitate in ciuitatē. Huius cōpoſita ſūt Aſſequor. Cōſequor. Exequor. Inſequor, Obſequor. Perſequor. Proſequor Subſequor. Pediſequus a, Odoriſequus quæ omnia habent penul. cor.

¶ Sequela pe. p. ipſe ſequendi actus.

¶ Sequax q̃d aliquid ſequit. Sene. Cęteriq; Ariſtippi ſequaces Leo papa. Sed tu iudaicæ cęcitatis ſequacior nō imiteris fidē gentiū. Aliq̃n ſignificat id q̃d ſe ſpargēdo dilatat. Perſi. Quorū imagines lābunt hędere ſequaces. Sequacē vero materiā appellat. Pli. inhęrentem.

¶ Sera per ſimplex r inſtrumentum eſt quo clauduntur oſtia ab Aſſerere quod ſignificat admouere quod foribus admotæ ſeræ opponuntur defixæ poſtibus. primā correp. Iuuenalis Pone ſeram, cohibe, ſed quis cuſtodiet ipſos. Hanc etiam patibulum vocant, q̃ ea remota valuæ pateſcunt. Varro. a farrire deriuat quod eſt aperire. Eſt & ſera nomen vrbis in Aſia ſcythica.

¶ Sero as. claudo. Col. li. vij. de mulæ fœminib⁹ loquēs, Fœmine inquit ſerari & interdū inuri ſolent. Huius compoſita ſunt, Obſero pro occludo. Terent. in Eu. Tu abi atq; obſera oſtium intus. Reſero aperio.

¶ Serra per duplex r inſtrumentum dentatum quo ligna & lapides ſecantur. Colu. lib. vi. Vno ictu arborem pręcidi ſi minus ſerra deſecari. Marti. Et pingues tunicis ſerra ſecare poteſt Item Serra inſtrumentum ligneum dentatum quo trahentibus bobus homines torqueb antur. Item eſt genus piſcis marini, vt apud Amb. libro. Hexa. Serra preliari dicitur cū aſſidue accedit ur recedit q; nec vllo tempore conſiſtitur, vt ſerra facit dum aliquid ſecatur.

¶ Serrula dimi. parua ſerra. Col. li. iij. Et ſi fieri poteſt iuxta aliquē nodū ſerrula deſecato.

¶ Serro as. ſerra per medium ſeco. Hiero. li. ij. Reg. populum eius adducens ſerrauit. Syrius lib. vi. Auro ſerrauit ramos Iuonius anguis.

¶ Serratus a, um. quod eſt ſerra ſectum. Et quod admodum ſerræ factum eſt. Vnde ſerrati dentes, qui inter ſe diſtincti ſūt ad ſimilitudinem dentium ſerræ pectinatim ſeſe ſtipantes. Pli. Dentium tria genera Serrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes ne cōtrario occurſu atterantur. vt ſerpentibus, piſcibus canibus, continui, vt homini, equo. Exerti, vt apro, elephāto.

¶ Sero is. ſeui ſatum, ſignificat ſemino. Hiero in Ieui. Si triginta modijs hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis vendetur argenti. Aliquando ſignificat planto. Lactan. lib. ij. Terram ſtudioſe coluit ac vineam ſua manu ſeuit. V n̄ arguuntur q; auctorem vini liberū putant. Per translationē Serere quandoq; capitur p gn̄are. V n̄ ſatus, i. gn̄atus Huius cōpoſita ſunt Aſſero. Circūſero. Plini. lib. xxi. Et geniſtas circūſeri aluearijs gratiſſimum. Conſero. Deſero. Diſſero. Exero. Inſero. Interſero. Obſero. Reſero. & ſubſero quæ habent penul. cor. de quibus locis ſuis.

¶ Sero is. rui diuiſas ſyllabas ſertū ſignificat admoneo. V n̄ aſſerere manum, veteres dicebant comprehendere, cum eam p hendebant libertatem. Item texere & ordinare, quoniā ea quę ordinantur annectuntur inuicem atque cōhærent. Inde Serta coronæ dicuntur & ſeries.

¶ Seranus cognomen ſumptum a Sero pro ſemino ſeu planto Cornutus. Q. Cincinnatus cum ſuum agrum & araret & ſereret, Dictatura ei a populo Romano delata eſt. Qui cōtra Samnites profectus victor extitit, qui a ſerendo ſeranus appellatus eſt.

¶ Series ordo & quaſi q̃dam rerū continuata ,pgreſſio, a ſerē do id eſt ordinādo dicta, vt in ſerie orationis id eſt in contextu. Vale. Maxi. Quis compos mentis domeſticæ peregrinęq; hiſtoriæ ſeriem fœlici ſuperiorum ſtylo conditam, vel attentiore cura vel præſtantiore facundia traditurum ſe ſpauerit?

¶ Seres populi aſiæ ſcythicę a Sera vrbe ſic dicti apud quos arbores ſunt quę nō ſolū folia, ſed lanā quoq; proferūt tenuiſſimam. Nā ex earū frondibus canicie depectunt aqua perfuſam. ex quo vellere veſtimenta conficiunt quę ſerica nuncupā tur. Verg. Velleraq; vt foliis depectāt tenuia ſeres. Huius nominis n tūs ſingularis eſt. Ser. Sidonius Aſſyrius gemmas, Ser Vellera, tura Sabeus. Auſoni⁹. Iam pelago volitat mercator veſtifluus. ſer. Nam & vermiculus ipſe, vt auctor eſt Pauſanias. ſer. appellatur.

*Sergia oliuæ genus. Cc.

¶ Sericus a, um. pe. cor. q̃d ē confectū ex eā lana. Vnde veſtē ſericā dicimus. Hīc fit holoſericus. vt veſtis holoſerica, ex ſerico contexta ſine alia materia. Subſericus a, um. q̃d non eſt plene ex ſerico.

¶ Sericum ſuſtantiuum, veſtis ſerica. Hier. ad Paulā. Habeāt ſibi cæteri ſi velint ſuas opes, vaſe gemmato bibant, ſerico niteant, plauſu populi delectentur, & per varias voluptates ſuas diuitias vincere nequeant.

¶ Sericatus qui eſt indutus ſerico. Sue. de Ca. Armillatus ī plicū proceſſit aliq̃n ſericatus & cycladatus.

¶ Sericarius textor ſericorū. Iul. Firmicus. lib. viij. Matheſes refert ſericariū textorē naſci qui habuerit horoſcopū in xxviij. parte arietis.

¶ Serius fluuius Ciſalpinæ Galliæ per Bergomatē agrum in Aduam fluens a quo Vallis ſerania in eodem agro populoſa artificioſaq; nominata eſt.

¶ Serius a, um. ſignificat graue. Teren. in eu. Ait rem diuinā feciſſe & rem ſeriam velle agere mecum.

¶ Serio aduerbium ſignificat vere & cum grauitate. Plautus in amp. Nunc quidem præter nos nemo eſt, dic mihi verum ſerio, i. ſine riſu. Terenti. in eu. Miſit porro orare, vt venirem ſerio id eſt cum affectu.

¶ Seria ſunt quæ iocis opponuntur. Nā ſunt vera & grauia. Actius. Vos nugas afferris, nos ſeria loquimur. Marti. Parce precor ſocero ſeria forſan amat.

¶ Serus a, um. modo tardum ſignificat. Plautus. Quid tam ſero aduenis? Hinc. col. lib. i. comparatiuum formauit. ſationes eius duas ſeruamus, alteram maturam per mediam ſementē ſeriorem alteram menſe Februario. Actius. Ne ſi forte paulo quam tu venia ſerius, modo ſignificat grauem magnū. Salu. ſeuum bellum in anguſtijs. Vergilius, ſeraq; terrifici cecinerunt omnia vates.

*ſerila nauigia dicimus. Cc.

¶ ſero aduerbium ſignificat tarde. ſen. in trag. ſero nos illa reſerat ſenectus. Nemo ad id ſero venit. Aliquando ſignificat veſpere q̃d eſt poſt occaſum. Aliquando poſt tp̃s. Quod ei poſt ſolis lucē eſt, id vere poſt tēpus dici poteſt. Cice. cū accuſator Milonis id tēdē interrogatus perſtaret, quo tempore Clodius eſſet occiſus, vrbane reſpondit, ſero, quaſi poſt id temp⁹ quo debuiſſet occidi.

¶ ſerum ſubſtantiuum ſignificat extremā partem diei Liui. Erat iam diei ſerum. ſue. in Augu. Nec multo poſt nauali prælio apud Actium victi in ſerum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit. i. in horam veſpertinam. Et ſerum dicitur aqua lactis ad multos morbos vtilis. Verg. Acremq; moloſſum paſce ſero pingui.

¶ Serotinus a, um. penul. cor. a ſero pro veſpere fit vt hora ſe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rotina,& tẽpus ſerotinũ.Et ſerotinus a ſero pro tarde, vt poma ſerotina q̃ poſt legitimum temp⁹, vel tardius cæteris maturescunt.Col.lib.iij.Locis frigidis & autumni temporibus aquoſis præcoques ſerito,locis hybernis ſerotinas ſerito.

¶ Seria æ.vas fictile oblongum.Liui.li.iiij,de ſecũ. bel. pu. Et in vico hiſtris fõtẽſub terra tãta vi aquã fluxiſſe vt ſerias doliaq̃ q̃ in eo loco erãt prouoluta,velut impet⁹ torrẽtis tulerit, Eſt & Seria nomẽ vrbis Tuditanorũ in hiſpania.

¶ Seriola dimi.a ſeria.Perſi.Seriolæ veterẽ metuẽs deradere limũ.Et ſeria eſt orcarũ ordo directus.

¶ Serapis is.& idis.Et ſeraphis cũ ph.ab aliquibus ſcribit cuius pe.indifferens eſt.Mart. Vincebãt nec quę turba ſeraphim amant.Idẽ,Iſæum,ſeraphim Nilus veneratur.Oſirim Fuit cognomen Oſiridis. De quo in dictione Apis dictum eſt. Serapium vero dicitur ędes ſerapidis,ſicut templum Iſidis Iſium, Lampridius in Alexandro.Iſium & ſerapium decenter ornauit additis ſignis.

¶ Seraphim cum m.tãneut.q̃ maſcu.gñis eſt.Hiero.ad Furiã Hęc ſunt duo,ſeraphim ter glorificantia trinitatem. Seraphin enim n.pluralis numeri neu.gñis eſt pro choro angelorũ, Vnde quotidie,in miſſa dicimus.Beata ſeraphin ſocia exultatione concelebrant.

¶ Serta coronæ dicuntur aſertis,hoc eſt a digeſtis inuicẽ floribus frondibuſq̃,ex quibus ab initio fieri coronæ ſolebãt.Et ſubſtantiuũ eſt. Verg.Sertiſq̃ recentibus halant.,Et Serta procul tm̃ capiti delapſa iacebant.Cum tamen dicamus Sertus a, um, vt ſertos flores ſertas coronas.Luca. Accipiũt ſertas nardo florente coronas.

*Sertula regia,hęrba eſt a ſertis quę ex ea fiũt ſic dicta quę & Mellea lotos a græcis dr̃.Cc.

¶ Sermo loquęla,a cõpoſitis & ſimul cõtextis verbis.Eſt autẽ Sermo,vt Cice.lib.iij.ad herẽ.ſcribit,oratio remiſſa, & finitima quotidianę locutioni.Ser. ſermo eſt conſertio orationis & confabulatio duorũ vel pluriũ.Huius diminu.eſt ſermuculus Hiero.ad Mar. Duas epiſtolas quas ad vxorem tuam Paulam huic ſermunculo annexui

¶ Sermocinor pe.cor.ſermonem facio.Pli.lib.x. Super omnia humanas voces reddũt Pſytaci & quidem ſermocinantes. Hiero.Inter has ſermocinantes ſuſpiciunt alitẽ coruum in ramo arboris conſediſſe.

¶ Serenus a,ũ.pe.p.ſignifi.tranquillũ ſine nubib⁹ ſine imbre, q̃d maxime tẽpus ſationi aptũ ſit.Q̃q̃ ponit p ſicco. Ver. Vnde ſerenas Ventus agat nubes.

¶ Sereno ãs.clarifico,tranquillo. Vergi. Vultu quo cœlũ tẽpeſtates q̃ ſerenat.

¶ Sereſco is, ſicus'fio,quaſi ſereneſco,& ſerenus fio,quoniam ſerenitas ſiccã eſt.Lucil.Denicq; fluctiuago ſuſpenſæ litore veſtes Vueſcunt,tandem candentiſole ſereſcunt. Aliquando Sereſcere eſt in ſerum abire.Plini.lib.xi, Omne autẽ lacigne ſpiſſatur,frigore sereſcit.

¶ Seriph⁹ inſula in ęgæo mari vna ex cycladibus vt Stra.libr. x.ſcribit.a qua fit adiectiuũ Seriphius a,um.,vt eſt illud Themiſtoclis. Neq; enĩ vel tu ſi athenienſis eſſes clarus extitiſſes, aut ego ſi ſeriphius eſſem ignobilis.

¶ Serpo is.pſi ptũ.ſignifi.repo,& quãdoq; quaſi in modũ ſerpentis circuo paulati decurro.Hier. Cũ legi iuxta murmure ſerperet riuus.Hinc cõponuntur inſerpo introſerpo. Clau.li. primo.Et raucum bibulis inſerpere murmur arenis.Proſerpo porro ſerpo.Plini.Hæc herba niſi ſata ſit mire proſerpit. Hinc Proſerpina.

¶ Serpens mõ participiũ modo nomẽ tam maſcu.q̃ fœ.ge. & gñale eſt ad oĩa q̃ ſerpũt citra vſum pedũ.a ſerpendo dictum Hinc ſerpentinus a,um.vt vox ſerpentina.

¶ Serpula a veteribus dicebat quã nos ſerpentẽ dicimus.

¶ Serpilus hęrba paruorũ foliorũ capillis per terrã ſerpentib⁹ a quibus nomen accepit.Et in græco aſpirationem habet ἕρπυλλον λέγουσινὁτὶ ἕρποτὸ ἕρπίζω.*.Id eſt Serpillum dicũt q̃ ἕρπω eſt ſerpo.In multis enim nominibus quæ in græco aſpirationem habent pro aſpiratione ſ.ponitur.vt ἕξ.ſex.hepta ſeptem,herpillum,ſerpillum.

¶ Serperaſtra vocãt inſtrumenta q̃ geniculis puerorũ alligãtur,vt cũ his deprauata corrigant crura a ſerpẽdo dicta. ſerpunt enĩ magis pueri q̃ gradiantur.

¶ Seruo as. libero. Verg.Seruatum ex vndis ſtropha dũ melitora primũ Accipiũt.Item cuſtodio tueor,vt .Dij patrij ſeruate domũ,ſeruate nepotẽ.Item ſollicite ac diligenter obſeruo.Plau.in Aſi. Tuus ſeruus ſeruet Veneri ne eas det an viro.Item inhabito poſſideo. Verg.li.iiij.Geo Centum quæ ſyluas,centum q̃ flumina ſeruant.Itẽ Teneo.Idem libr.vij.Curuã ſeruãs ſub imagine falcem.Hinc cõpoſita ſũt aſſeruo.Plau. in capi. Aſſeruate iſtum ſultis ſerui,ego ibo vt cõueniam ſenẽ. Cõſeruo.Cice.lib.ij.offi.Res familiaris quęri debet his rebus a quibus abeſt turpitudo.Conſeruari aũt diligentia & parſimonia.Obſeruo.Præſeruo,& reſeruo.

¶ Seruus dictus a ſeruo as.Aug.lib.xix.ci.dei.Origo vocabuli ſeruorũ inde creditur ducta q̃ hij qui iure belli poſſent occidi a victoribus conſeruabantur & ſerui fiebant, a ſeruando appellati.Et eſt ſeruus qui dño alieno contra naturam iuris inſtitutionis ſubiicitur.Huius diminutiuum eſt ſeruulus. Cõpoſitum conſeruus,qui in ſeruitute pariter eſt, hoc eſt. qui eiusdẽ domini ſeruus eſt

¶ Seruio is.iui itum.ppric ad ſeruos pertinet.Eſt enim ſeruire in ſeruitute eſſe,Interdum pcere,ſeruare. Teren.Rus habitatũ abij concedens vobis,& rei ſeruiens.Huius compoſita ſũt Aſſeruio.Cice.lib.ij.Tuſ. Toto corpore contentioni vocis aſſeruiunt.Deſeruio, Inſeruio quod eſt obſequor & quaſi officiũ ſeruientis alicui pſto,ſiue in rebus & negotijs alicuius ſtudioſus ſum.Cic.lib.i.offi. A quo plurimũ ſperant etiã ſi ille his nõ neget,tñ ei potiſſimũ inſeruiunt.Subſeruio parum vel leniter ſeruio.Interdum quadro conuenio reſpondeo.Terent. Venire me aſſimulabo, tu vt ſubſeruias orationi vbicumq; opus ſit verbis,

¶ Seruitus penul.cor.ipſa ſeruiendi conditio. Aliquando dominatus dicitur. Teren.in an. Vt ſemper tibi apud me iuxta & clemens fuerit ſeruitus.

¶ Seruitiũ,idẽ q̃d ſeruitus.Teren.Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo conari manibus pedibus nocteſq; & dies capitis periculũ abire dũ proſim.In plurali vero ſeruitia q̃q; ipſi ſerui dicuntur.Sal.Interea ſeruitia repudiabat quorũ in initio magnæ copiæ ad eũ cõcurrebant.

*Seruius & ſeruilius cognomina ſunt virorũ & præterea Seruilius locus Romę a cõditore ſic vocatus.Cc.

¶ Seruile q̃d ſeruorũ eſt,vel q̃d ad ſeruos ptinet vt ſeruilis cõditio & ſeruile officium.

¶ Sinapis pe. pd. fœ. gene. & hoc sinapi indeclinabile, hærba seu semen quod prosit cũ tanta acrimonia, vt lachrymas sciat comedenti. Id autem tritum admisto musto ac melle ac vua passa, necnon de fruti paululum, confectionem gustu suauem efficit, nec decrescit si adijcias cynnama & charyophilos. Col. hoc sinape declinat. Ait enim sinapi atq; coriandrum vti sata sunt sua sede immota permanent. Plaut. in pseu. gene. fœmi. vsus est. Teritur scelerata sinapis cum illis. Macer. Inter eas q̃s Pythagoras laudauerat hærbas, Asseritur primam laudem tribuisse sinapi.

¶ Sinapium a sinapi sicut ab allio alliatum. Quidam tamen ꝑ y scribunt, sed male.

*Sinciput pars capitis anterior, vt sinciput verrimum. Vide Syncipit. Cc.

¶ Sindon-vellum subtilissimum, vt in euangelio. Et inuoluit eum in sindone mundo.

*Sine p̃positio semp separatiua, & significat absq;, vt sine Cerere & baccho friget Venus. Est & imperatiuũ verbi sino is, vt Sine videamus an veniat Helias ad deponendũ eum.

¶ Sino is, siui situm. ꝓmitto. Var. Sine is ad pubertatis annos pueniat. Huius cõpositũ est desino q̃d est cesso, termino.

¶ Sinopes es. pe. ꝓ. vrbs Põti. Val. Flac. lib. v. Assyrios cõplexa sinus stat opima sinope. Hanc Milesij condiderunt, cuius potentia magna fuit. q̃ classe comparata mari quod intra Cyaneas est imperauit. ædificia in vrbe magnifice extructa Gymnasium & forũ & porticus, & tẽpla splendida Hic Diogenes cynicus, & Timothe⁹ Patriõ, & Diphilus Comicus orti sũt. Est & sinope nomen regis Numidarum.

¶ Sinopis idis. color quidã natiuus seu rubrica dr̃, q̃ primo apud sinopẽ inuẽta est. Vict. lib. vij. eã rubricã sinopicã appellauit, de qua Stra. lib. xij. sic scribit. In Cappadocia nascitur ea q̃ sinopica rubrica dr̃ oĩm optia q̃ cũ Iberica decertat. Idcirco sinopica appellatur q̃ eam mercatores eo deferebant priusquã ephesiorum emporium tam celebre esset.

¶ Sinus us. pe. cor. dicitur illa pars quæ est intra pectoris brachiorũq; complexũ. Hinc sinus vestium appellati sunt, quales erant tunicæ Romanorum, & laxitas illa supra cinturã. Ver. sinus collecta fluentes. Per translationem sinus vocantur litora curua ad similitudinem sinus & quasi brachijs mare amplectentia. Græci κόλπον vocant, a quo curuitas ipsa sinuatio dicitur, & sinuatim ꝓ sinus. Aliquando sinus cõcauitas oculorum. s. palpebræ vbi lachrymarũ concepta cula sunt, ꝓpter quandã similitudinẽ. Ver. li. iij. sic effata sinum lachrymis impleuit obortis. Aliquando ponitur pro quacunq; re fluẽte ob laxitatẽ atq; capacitatẽ. Iuue. Fata regunt homines fatum est in partibus illis. Quas sinus abscondit. Vnde & retia sinus vocantur. Idem. Impleuitq; sinus. Aliquando ponitur ꝓ vello quod ventis flantibus curuat & sinum facit. Idẽ. Totos pãde sinus. Et sinus in sacra scriptura locus est in quo Habrahaam cũ sanctis patribus vsq; ad Christi aduentũ persistit.

¶ Sinuosus a, um. q̃d habet multos sinus vt mare sinuosum vel a sinuosa, q̃ sinus, i. curuationes faciũt. Clau. lib. i. de raptu sinuosa draconũ mẽbra tegens. i. nodosa.

¶ Sinuo as, curuo, in sinus flecto. Verg. lib. ij. sinuatq; immensa volumine terga, i. in sinus flectit. Ouid. lib. ij. me. Tremulæ sinuantur flumine vestes. i. formant, rugantur, vel in sinus colligũtur. Clau. li. i. Cœperat & vitreis summo iã margine texi, Oceanum sinuare vadis. i. nodosã facere. Hinc cõponit insinuo q̃d ꝑprie significat cõiungo, & quasi in sinũ pono, immitto, influo: fuit. Cui se celeriter officij comitate & obsequẽdi gratia insinuauit. Lactã. li. iij. Descẽdes itaq; de cœlo sanctꝰ ille spũs dei sanctã virginẽ cuius vtero se insinuaret elegit. i. ĩmitteret. Idẽ in eodẽ. Item sũrdorũ patefactis auribus insinuabat auditũ Plaut. in cis. Obsecro quos is hõ insinuauit pacto se ad te. i. introduxit. Et ~~insinuare est ostendere~~. Fiero. ad Rusticũ. Totũ q̃ insinuare tibi cupio. Et in ꝓlogo. Hester volentes. lxx. iterꝑtium ordinẽ per hoc insinuare studioso lectori. Similiter insi~~nuare dicimus nõ apte & simpliciter~~ rem exponere sed latenter vel caute in aĩm audiẽtis veluti insinũ q̃d volumus mittere & ingredi facere, Ci. Pub. Figulo. Nã & cõplector eius familiarissimos qui me admodũ diligũt multũq; mecũ sũt, & ipsius cõsuetudinẽ quã adhuc meus pudor mihi clausit insinuabo. ~~Hinc insinuatio occulta ingressio~~, q̃ exordii pars qua artificiose dissimulant ercq; furrepimus ais in iudiciũ causa nõ satis fauorabili. Idẽ ad Herẽ. Ergo si fidẽ factã putabimus his rebꝰ insinuabimus ad causã. i. ꝓ sinũ locũ dicendi quẽ sumpsimꝰ occulte ingrediemur. Sic insinuatus sumitur ꝓ cõciliato in amicitiã. qui non recta sed per quosdã sinus & quasi diuerticula intrat in amicitiam latenter.

¶ Sinus us. & sinum pe. ꝓ. gñs vasis sicut galeola. Plaut. i cur. Hic cũ vino sinꝰ ferẽ. Var. Vbi erat vinũ positũ in mensa aut galeola, aut sinu. Verg Sinũ lactis &c. q̃dã accipiũt ꝓ flasco.

¶ Sinuessa ciuitas mediterranea Cãpaniæ vino satis abũdãs q̃d sinuessanũ dr̃. De hac Liui. li. x. Insaltu vestino Falernũ cõtingente agrũ Synope dr̃ græca vrbs fuisse. Sinuessa deinde a Romanis Collonis appellata. Stra. li. v. sinuessa in setina sita est sinu, a quo nomẽ vẽdicat, ei ꝓxime calidæ sũt balneę ad ęgritudines quasdã accõmodatissimæ.

¶ Singulus a, um. quasi sine angulo, q̃ ea q̃ vnica sũt neq̃ant cõstituere angulũ. Dicũtur aũt singuli vnusq;q; p se, hoc est separati ab aliis. Plau. & ad singulũ video vestigiũ. Augu. lib. xiiij. ciui. dei dixit. singulus quisq; homo, vt in sermone vna littera, ita quasi elemẽtũ est ciuitatis & regni quantalibet terrarũ occupatione latissimi.

¶ Singulare q̃d est vnicũ, excellẽs, & tã ĩ malũ q̃ ĩ bonũ sumit. Ci. ꝓ silla. Me singulari ĩmanitate & crudelitate p̃duũ.

¶ Singulatim, multi seperatim & vnũquodq; p se. Cęcil. Primũ malo publicos singulatim gratias agere.

¶ Singulatim a singulo, idẽ q̃d singulatim. Luc. singulatim vnusq;q; nr̃m mouet. Sue. in Aug. Atq; etiã singulari e certo gñe hoĩm libentes ac ꝓ facultate q̃sq; pecunias cõtulerũt. Hora. li. ser. p syncopẽ dixit. Vt veni corã singulatim pauca locutus. * Verius legitur singulatim.

¶ Singulariter vniuoce excellenter.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Singultus dicitur quoties spiritus vacans ab humore in lo co spiritui deputato retinet, hic em dū emittit nec potest erū pere & distētionē inducit q̄ appellatur Singultus. a quo fit sin gultio verbū hoc est singultus emitto. Cc.

¶ Sinistra manus læua, a sino is, q̄ gerere nos dextra manu q̄ aptior est, sinat. Sinistrum autem quantum ad auguria pertinet significat prosperum, q̄ nos agere aliquid sinat. Aliquando dicitur aduersum noxium. Ver. li. geor. i. arboribusq; satisq; notus pecorisq; sinister.

¶ Sinistrosum aduerbium significa. versus sinistram partem.

*Sinistimum antiqui dixerunt p sinistro. Cō. sinistimū super latiuum est a sinister vt multorum est opinio.

¶ Siphones pe. pro. canales tubi fistulæ per quas vrgente spiritu aqua vel alius liquor emittitur a sono vocis dicti si si si. Vnde illud Iuue. Effigieq; deę longis siphonibus implent. Plin. li. ij. De aqua in summa iuga erumpente quo spū acta & pōdere terrę pēsa siphonum modo emicat. Tales sunt in fontib⁹ manufabrefactis, in quibus sunt huiusmodi lingulæ pluries p̄minentes & aquas plurifariam euomētes. Pli. ad Apollinarem. In hoc fonte crater, circa siphonculi plures miscent tacū dissimū murmur. Est autem siphonculus diminutiuū a sipho ne, & accipit p exigua fistula ex ęre vel marmore aliave materia ex qua aqua exilit de fonte.

¶ Spinos insula ī marī ægeo in qua aūri & argētī fodinę erāt, vt Herd. ait.

¶ Sipo as. spargo, hinc fiunt composita Dissipo qđ est destruo Ci. Mar. Habemus etiam rationem rei familiaris tuæ quā dissipari nolumus. Aliquando dissipare est dispergere, diuulgare. Col. li. ij. Grumosq; quos ad versuram plērūq; tracte faciunt crates dissipabimus. Insipo, injecto intus sacio. Cato de re rū. Pultem panicam sic coquito, librā aligę in aquam indito, vti bene medeat, id infūdito in alueū. parum eo casei recētis. p. itē. mellis p. v. ouū vnū oīa vna p̄miscето, bñ ita incipito ī aulā nouā. Obsipo, de quo alibi.

¶ Sipōtū vrbs Apuliæ iuxtam Gārganū montem a Diomede ædificata, quæ & sipus. & a grę cis ob multitudinē sepiarū q. ibi capiuntur. Sepius sepiuntis dicitur. Hinc Sipontinus a siponto & sepiuntinus a sepiunte.

*Sipunculus proprie dicitur exigua fistula ex qua aqua exilit e fonte siue sit ex ęre siue marmore aut alia materia. Plinius Aqua velut expressa cubantium pondere sipunculis effluit cauato lapide suscipitur, gracili marmore cōtinetur. Cc.

¶ Siquidem habet accentum in antepe. Cōponitur q; ex si & quidem, q̄uis si per se producatur ibiq; correpta sit, nec significationem partium habeat ex quibus componitur. Significat enim nam seu quoniam. Cic. Dolabellæ. Gratulor bonis nīis siquidem vt scribis salubres repente factę sunt. Ponitur & p si certe dubitatiua cōiunctione. Asinius Ci. Nam & robur & soboles militum interijt, si quidem quę nuntiantur vera sunt Col. in p̄fatione. Accedit huc q; ille quem nos perfectum eē volumus agricolam si quidē artis consummatæ sit. i. si vero. Quidam duplam esse putant, sed vnam dictionem ostendit Oui. qui in hoc eodem significato vtitur prima breui, quod non accederet nisi esset composita. Quæ mihi ventura est si quidem vētura senectus Cū desit numerus ipsa iuuenta suis.

*Valla quoq; sic legit, sed duas particulas censet, vera autē lectio est siqua est.

¶ Si quis alius, elocutio ornata, vt cum dicim⁹ Varro doct⁹ est si quis alius, hoc est prout q̄piā alius doct⁹ reperiri potest. Sue. in Clau. Si quē alium & se liberum esse.

¶ Siren & sirena monstrū maris ab ἐίρειν quod cōnectere vel retinere significat, vel ab σειρά catena, eo q; libidinis vinculū sirenes fuerint. Sunt & qui hoc nomen ab σύρω traho deducant. vnde fit vt quidam per i latinum, quidam per ypsilon scribant. Hieronimus in prologo Iosue Et nos ad patriam festinantes mortiferos sirenarū cantus surda debemus aure trāsire. Fuerunt autem Sirenes Acheoli & Calliopes filię, ore & pube tenus virgines, reliqua parte corporis pisces siculum littus incolentes, quarum nomina fuerunt Parthenope Lygia & Leucosia.

¶ Sirius stella in ore leonis perniciosa. Continet ei canis. xvij stellas. Luc. lib. x. Rapidus qua sirius ignes exerit. Sta. li. i syl. Nec calido latrauit sirius astro. Ductum nomen ἀπὸ τοῦ σείειν hic, quod per ęstū p̄cipue canes faciunt quo tempore plęrūq; īrabiē cōuertūtur. Vel ἀπὸ τοῦ σειριάειν quod arefacio, quia tunc maxima siccitas est animabus ac fontibus deficientibus. Vel dicitur sirius a longo tractu quoniam magnitudine sua trium signorum spatium occupare videtur. Hęc annis omnibus vt inquit Ser. oritur circa. viij. Cal. Iulij. Noster Suidas σείριον ἐκάλουν λεπτὸν ἱμάτιον σωθικόν.

*id est Sirion vocabant tenue pallium in cuulsum. Et subdit solem Sirium dici, & omnia astra noīari siria σείριον τὸν κύνα ὁτὲ καὶ τὸν ἥλιον. βύκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα σείρια λέγει

*. i. sirion cānē quidam solē, ibycus omnia astra siria dicit. Etiam ex auctoritate Æliani dicit q̄ sol dici potest, sirios & sirius. καὶ σείριος σειρὸς ὁ ἥλιος, ὁ Δὲ καὶ σείριος. *Id est & sirios & sirius.

*Sirmion vrbs est Pannonię vt Ptolemęus inquit.

¶ Siri defossiones terrę in modum puteorum vbi transmarinę prouincię loco horreorū frumenta defossa seruāt vt Col. li. i. & Varro de re rust. scribunt.

¶ Sirpi iunci faciles palustresq; sunt, nec in fruticum veprium ve aut caulium siue hęrbarum genere numerantur. Ex his texuntur domus & tegetes fiunt. his velificant in Pado nautici & dicūtur storeę. Do. Sirpus sine nodo & lenis iūci species palustris res. Hinc factum est prouerbium. Nodum in sirpo quęris. de his qui in rebus claris atq; apertis difficultatem faciūt. Hieroni. ad Pama. Qui inimicus est etiam in sipo nodum quęrit. Sirpi etiam dicuntur nodosa poemata & implicata instar viminū capreolatim sirpata vt enodari non possint. Gel. lib. ix. Quæ gręci ęnigmata, latini sirpos appellauerunt, tales etiam grę cis itidem Gryphi vocitantur.

¶ Sirpo as. vincio ligo innecto implico a sirpis dictum.

¶ Sirpea, quę virgis sirpatur, hoc est colligando implicatur. in qua stercus aliudve simile vehitur iumentis. Ouidius. In plaustro sirpea lata fuit. Cato Crates sisternarias vimine cōtextas appellat stirpeas. Sirpea simulachra vocat. Oui. li. v. fasto. pro vimineis argęis. Sirpea dolia quassa.

¶ Sirpiculę falces quibus in sirpandis hoc est ligandis vineis vtimur ad amputāda superflua ligamentorum. Var. Falces dicuntur vineaticę opus esse, sex, sirpiculæ quinque. Hæ etiā dicuntur sirpariæ falces.

¶ Sirpiculum, canistrum, vel q̄ de sirpis confectum est, vel quod verius videtur a sirpando.

*Sirtites vide Syrtites.

*Sisamum Dioscorides inquit mali stomachi est, comestum oris fœtorem facit. Leguminis genus est. sed per e sesanum legendum est grę ce enim σήσαμον dicitur. Inde Sesaminū oleum dictum. Cc.

*Sisarum frutex est quem & Ericam vocant, folia habet Tamaraci similia. Cc.

¶ Sisemus teste Homero fuit vrbs Paphlagonię.

¶ Siser hęrba cuius radicem olim nobilitauit Tiberius flagitans eam oībus annis a Germania.

*Sicelis cyprius hęrba est quam & Ricinum vocant, nonnulli pentadactylum. Cc.

¶ sisapo penult. cor. locus in Hispania vbi minyum celeberrimum nasceretur. Vnde & sisaponensis regio. Plinius li. xxxiij. Celeberrimū minyum ex sisaponensi regione Bęthyca minyario metello.

¶ Sisyphus pe. cor. fuit æoli filius, qui ob latrocinia a Theseo fertur occisus, & hac pœna apud inferos affici, vt grande saxum supra montem portare coactus, cum ad apicem deduxerit, continuo ad ima relaxet. Vñ Oui. li. xiij. meta. Aut petis aut vrges rediturum sisyphe saxum.

¶ sisto is, stiti, supinū non habet. & significat stare facio seu retineo, vt siste gradum, siste lachrymas. Ply. sanguinis p fluuium sistit hęrbę pæoniæ semen rubrum. Q̄nq; sistere significat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præsentare, & quasi præsentiam corporis exhibere, comparere, Dictum ab eo q̃ eo non tm̃ cõparere quis debet sed etiã manere. Cice. ad atticum. Des operam id quod mihi affirmasti, vt te ante Cal. Ianuarias vbicũq; erimus sistas. Idem. Vas factus est alter eius sistendi, vt si ille non reuertisset moriẽdum esset sibi. Q̃ñq; est confirmare, corroborare. vt Hic rẽ Romanam magno turbante tumultu sistet eques. Sto tamẽ steti statum facit. Vnde stator. non autẽ a sisto vt quidã putauerũt, cum teste Pris. nullum habeat supinum, nec vllum vocabulum a sisto profectum legamus. Nam si supinum haberet nõ statum, sed stitum esset, quoniã eius p̃teritum non steterit, vt Pris. quosdam velle dici, neq; statui vt ipse sentit, quoniã tunc statutum supinum faceret, sed stiti est, si Gellio credim⁹ ita dicenti. In li. vetere. M. Cato qui inscribitur contra Tiberium exulem scriptum siquidem sic erat. Quid si vadimonium capite obuoluto stitisses? recte ille stitisses scripsit, sed falsi & audaces emendatores excriptos per libros steterisses fecerunt tã q̃ stitisses vanum & nihili verbum esset, quin potius ipsi neq; & nihili sunt qui ignorant stitisset dictum a Catone, qm̃ sisteretur vadimonium, non staretur. Igitur cum supinum huius verbi si habet conueniat esse stitum non statum iã constat stator a statum nõ stitum esse formatũ. p̃terea cum nullum vocabulum a sisto descendat, multa vero a sto, nemini dubium esse debet, quin Sisto supino careat. Hĩc enim stabilis, stabilio, stellę, staturus, & multa alia. Nec quia Romulus orauit Iouẽ vt suorum fugam sisteret, & statori Ioui tẽplum vouerit, idcirco a sisto statorem. Non enim dicit Liuius propterea q̃ Romulus p̃catus Iouem vt suos sisteret, inde Iouem statorẽ appellatum, nec Romulus Iouẽ statorem se appellaturũ si suos sisteret sed ait. Hic ego tibi templum stratori Ioui. i. qui es stator propria virtute stans & rerum stabilitor, tanq̃ stabilitori nõ futuro templum monumentum sit posterius tua p̃sentia præseruatam esse vrbem voueo. Nam q̃ Romulus dixit fugam fœdam siste, non sic accipiendum est q̃ p̃catus sit Iouem vt suos solum sisteret (hoc enim ridiculum foret) sed vt sic staret vt in sabinos impugnantes ac infectantes starent, illisq; resisterent. Quod Liuius eodem loco tangit cum ait. Hęc p̃catus velut si sensisset auditas p̃ces, hic inquit Romani Iuppiter optimus maximus resistere atq; iterare pugnam iubet. Resistere Romani tanq̃ cælesti voce iussi. Hoc etiam Cl. li. i. inuec. pro prie posuit Tum tu Iuppiter qui iisdem quibus hęc condita aspicis a Romulo es constitutus, quem statorem huius vrbis atq; imperij vere noiamus, hunc & huius socios a tuis ariscę teriscę templis a tectis vrbis a mœnibus a vita fortunisq; ciuium oĩm arcebis. Et li. iij. de fini. Ad seruandũ genus humanum natura incitantur, atq; etiam Iouem cum optimum maximum dicimus, cũq; eũ salutarem hospitalẽ statorem, hoc ĩ telligi volumus salutem hominum in eius esse tutela. Ex his constat Iouem cognominatum stat orẽ fuisse non a sisiẽdo vt Valla dixit, sed a stando, quia tum stare solus putaretur aduersus, templo sibi dicato tanq̃ vrbis Romæ Romanicq; populi stabilitori vt ibi pro tutela Romanorum veneratus staret hospitalis, eo q̃ Romanos aduersus sabinos stare fecisse crederetur. Quod & pater meus Aug. li. iij. de ciui. dei paucis verbis complexus est dicens. Hic tamen Romulus de suorum virtute desperans, Iouem orauit vt starent, atq; ille hac occasiõe nomen statoris, inuenit. Nec mirum si a sto stator sit, quoniã stare est virorum fortiter pugnãtium. vt apud Plau. in am. Si in fugam se tm̃ nemo conuertit, nec recedit loco quĩ statim rẽ gerat, animam amittunt prius q̃ loco demigrent, quisq; vt steterat iacet obtinetq; ordinem. A sisto fiunt cõposita Assisto, Assisto quod est p̃sentem me exhibeo siue coram me firmo. Terent. in Adel. Accede huc Parmeno nimiũ hisce abisti, hic propter hunc assiste. Verg. Ac Libyę citus aspitit oris. i. p̃sentauit. Consisto, Circunsisto, Desisto, Existo, Insisto, Obsisto, Persisto, duro persęuero. Apul. Cum me rogassent an in proposito p̃sisterem. Præsisto ante sisto Resisto.

¶ Sistrum musicum instrumentum hoc est cornu recuruum peculiare ægyptiorum quo vtuntur in Isidis sacris ærgutum & sonorum dũ percuteretur. Oui. per tua sistra p̃cor p̃ Anubidis ora verendi. Apul. Aereis & argenteis & aureis sistris argutum tinnitũ constrepentes. Mar. Si quis plorator collo tibi vernula pẽdet. Hęc q̃tiat tenera garrula sistra manu. Hoc tamen instrumentum apud Ægyptios vicem tubę exhibebat. Vergi. Patrio vocat agmina sistro. Inde a Martiale dicitur. Sistrata tuba.

¶ Sitaces auis q̃ alio nomine psittacus & papagallus dicitur. Pli. India aũt hanc mittit, psittacem vocãt, viridẽ toro corpore torque tm̃ minyato in ceruice distinctam.

*Sitanius panis dicitur ex nouo frumento ĩtra trimestre spatium a tempore messis factus. Cc.

¶ Sitarchia vas repositorium saccus vel pera in qua poni consueuit cibus. σῖτος enim cibus. Hieronymus libro. i. Regum. Panis deficit in sitarchis nostris & sportulam non habemus.

¶ Sitometra mensura frumenti ad largiendum.

¶ Sithonia regio litoralis macedonię versus Thermopontũ in qua mõs est Sithon niuosus. Vergilius. Sithoniasque niues hyemis subeamus aquosæ. Hoc etiã nomine dicta fuit Thracia vt inquit Gel. li. x. Vñ spirat Aquilo, qm̃ ad Septentrionem exposita. Oui. Et Scithõio Aquiloni.

¶ Sitis proprie bibendi appetitus. Per translationem ponitur pro nimia auiditate cuiusque rei. Plancus. Cupio te amplecti, neq; aliter sitim iã diu conceptam sedare possum. Hinc sitio is. Iusti. Satiare inquit sanguine quem sitisti. Huius diminutiuum est Siticula.

¶ Siticulosus qui semper sitit. Inde Horatius siticulosam vocat Apuliam.

¶ Sitibundus abunde sitiens.

¶ Situla cista qua populi suffragia increandis magistratibus legibusq; ferendis colligebantur. Plau. in cas. Sortitia illa in situla. Situla etiam vas ad hauriendã aquã accommodum q̃ aquam sitiat. Idem. Si hanc situlam accepero oẽm illi puteum aiam intertraxero. Huius diminutiuũ est Sitella. Cic. p Cornę. Neq; maius est legere codicem cũ intercedatur q̃ sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre.

*Sitcem qui apud sitos. i. vita functos & sepultos cantare solitus est. Cc.

*Situlum barbatum vulgus appellat vas aquarum breue & latum. quod grẽci Nanum dicunt a natando. Cc.

¶ Situs a. um. positus. Et sitũ est quicquid loco suo positũ nõ euertitur. Terentius. in Adel. In quo nostrę spes opesque omnes sitę erant.

¶ Situs us. Ianugo ex humore creata, qui fit in locis sole carẽtibus. Do. exponens illud Ver. li. vij. Septẽ victa situ. sic scribit. Situs est corruptio ex humore & diuturnitate contracta, qua deteriores fluunt species vno loco & p̃plexo tempore constitutę. Victa situ quasi quę senio esset & nihil agendo corrupta. Solet aũt in locis situlentis odor quidã teter & aspernabilis olfactantium nares offendere qui & ipse sit⁹ dicitur. Pli. lib. xxi. Pessimum esse crocum quod situm redolet. Sed etiã situ vultu capite toroque corpore & habitu præsertim inopũ, qualem Lucre. descripsit. Fœda situ macies. Hĩc etiam pedorem dicimus. Colu. lib. v. vitibus situm dedit. Iam vero muscus qui more compedis crura vitium & vineta comprimit situq; & veterno macerat, ferro distringendus & erradendus est. Preterea situs dicitur loci qualitas. vt de situ Syracusarũ. Vergi. libro. i. Georgi. Et segnem patiere situ durescere campum. i. sicut stat.

Sante

¶ Smaragdus gemma qua oculorum acies recreatur, qua nihil viridius. Hinc Smaragdin⁹ a. um. penul. correpta Suidas. σμάραγδος θηλυκῶς λέγεται, ἐστι λίθος πολυτίμου, ἔλεγχον βεβαιότητος θεοσεβείας ἡ λοιπὰ.

* Id est Smaragdus fœmine dicitur, est enim lapidis genus p̃tiosi, argumentũ constantiæ pietatis & reliqua.

*Smaragdites gemma circa Carchedonem. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Smigma tis. dicitur oñe illud quod purgat ab σμήχω purgo abstergo. Et est generale nomen quo medicamentum omne significatur quod valet ad emaculandam faciem & abstergenda corporũ dehonestamenta. Hiero. in Dañ. Afferte mihi oleum & smigmata.

¶ Smigtic⁹ a. um. Vt vis Smigtica, efficatia smigmatis.

¶ Smilax, arbor quẽ latini Taxũ vocant. Et est genus hẽrbæ hẽderę similis densis geniculatę caulibus spinosę fruticosę ramis folio hẽrbaceo flore candido olẽte lilium. Ouid. lib. iiij. meta. Et crocon in paruos versum cum smilace flores. Sunt qui smilacem anthophorum vocant quasi se ipsum ferentẽ. Hinc Smilaceus a. um. quod est factum ex smilace.

*Smynthe⁹ vocat⁹ est Apollo ꝙ feruẽs curet sic dictus Cc.

*Smyrna a græcis myrrha dicitur. inde smyrnium hẽrba, q̃ & olisatrum. Cc.

¶ Smyrna vrbs in minori Asia, quam fluuius Meles circunfluit. Hanc Theseus Thessalie in memoriam vxoris suę quæ Smyrna vocabatur extruxit. Ex hac Homerum ortum habuisse quidam existimant.

S ante O

¶ Soanes populi Asię cauasi extrema obtinentes sicut. Strabo refert libro. xi. qui ducenta hominum milia cogunt exercitum

¶ Soboles successio ab olescendo. id est crescendo dicta.

¶ Sobrius dicitur hõsanę mentis quasi separatus ab ebrio. Teren. in an. Tu pol homo non es sobrius.

¶ Sobrini duarum plurium ve sororum filij quasi soronini. Patrueles patruorum filij. id est duorum aut plurium fratrũ filij.

¶ Socer vxoris meę pater. Socrus vxoris meæ mater. Socer magnus vxoris meę auus, qui & prosocer dicitur, & ego sũ illius progener. Et auus meus socer magnus est vxoris meę illa illi pronurus. Socer autem & socrus dicuntur, quia sibi generum associent. A socer fiunt consocer, & adsocer. Consoceros vocant quorum filij inter se matrimonio copulati sunt. Verbi gratia. Ego illi consocer sum & ille mihi consocer est, cuius filio filia mea nupsit. Prosocer & absocer eodem modo dicuntur quo proauus & abauus.

¶ Socus per simplex c. fuit vir Troianus animo & corporis dignitate generosus.

¶ Soccus per duplex cc. genus calciamenti a sacco deductum nomen, ad cuius similitudinem erat factum, ita ꝙ ligatũ supra pedem plicas multas per totum effundebat, quod nõ tantum comedorum erat, vt apud Hora. Hunc socci cępere pedẽ Sed etiam mulierum. Hiero. ad Salutnam. quę pullam tunicã nigrosę calceolos candidę vestis & aurati socci depositione sumpsisti. Sueto. de Cal. Sępe gẽmatas depictasq̃ penulas manuleatus & armillatus in publicum processit, aliq̃n sericatus & clycadatus, ac modo in crepidis & cothurnis, mõin spicula toria caliga nonnunq̃ socco muliebri.

¶ Socculus. paruus soccus. Sueto. in Vitel. Pro maximo munere a. Messalina petijt vt sibi pedes pręberet excalciandos detractumq; socculum dextrum iter togam tunicasq; gestauit

¶ Socius dicitur ꝙ sit eiusdem sortis, vel ꝙ secet. i. diuidat laborem alterius, vel ꝙ eum in re laboriosa sequatur. Vel a soco qui calceus est vtriq; pedi aptus, quoniã socius se amico comodũ in vtraq; fortuna prębeat. Sunt aute socij qui pari consilio & auctoritate rem simul aggrediuntur. Et qui in re seria & laboriosa aliquorum pares sunt. Vnde socij populi Romani dicebantur, ita cum his fœdere coniuncti, vt pacis ac belli participes essent, q̃uis plus sit socius q̃ participes. Comites q̃ consulendo operam ve pstando subsequuntur, & proprie in itinere, qui non sua causa iter capiunt, sed vt alium prosequatur. Cęsar. Cum se victorię Pompeij comitẽ esse mallet q̃ socium Cæsaris. Et gñaliter quicũq; aliquẽ sequitur comes appellatur. Cic. Est gloria comes virtutis. Gloria enim sequitur honestatem. ut vmbra corpus. Sodales in rebus leuioribus & fere in conuiuijs dicuntur. quasi simul edales, vel qui a vna ederent, & essent simul in mensa, vel ꝙ ex suo datis vesci solerent vel ꝙ inter se suaderent qd vtile esset. Quint. Et tẽ

sitiua conuiuia & peruigiles locos aduocata sodalium turba solutus atq; affluẽs agerẽ. Caius. sodales sunt qui eiusdem collegij sunt. Cũ eo sentire videt apud Ci. Antonius qui Norbanum quęstorẽ suũ appellat sodalem.

¶ Socialis & hoc sociale, quod est sociorũ. Vnde Sociale bellum quod cum socijs gestum est. hoc dictum est Marsicũ, quoniã a Marsis rebellandi suscitatum fuerat initium. Sociale aũt, quia oẽ Latium Picenũ & Hetruria ois atq; Cãpania, postremo Italia contra Romã consurrexerunt.

¶ Societas quasi participatio. Liuius. Infida regni societas.

¶ Socienus dicebatur socius Plau. Ibo intrõ atq; illi sociẽo tuo iam interstringam gulam.

¶ Socio as. iungo quasi socium socio appono. Colu. li. iij. Ac si quis cum scientia sociauerit diligentiam. Eius cõposita sunt associo, consocio, eiusdem significationis cum primitiuo. Lactan. li. vij. Licet anima & corpus consociata sint Dissocio, dejungo, sicut dissuadeo, dehortor. Nam dis interdum non diuersitatem sed diuisionem facit, sicut dissimilitudo. dispar & huiusmodi. Ci. Quorũ dissimilitudo dissociat amicitiã.

¶ Socordia, vide in dictione Socors.

¶ Socrates pe. cor. philosophus Athenien sis vn⁹ olim sapientissimus iudicatus, qui philosophiã naturalẽ in moralẽ transtulit. Suid. σωκράτης σωφρονίσκου λιθοξόου καὶ μαίας φαιναρέτης μαίας πρότερον γενόμενος λιθοξόος ὡς τινές φασιν αὐτοῦ ἔργον εἶναι τὰς ἀθύρας ἐνδεδυμένας χαρίτας εἶτα φιλοσοφήσας διὰ τὸ ἀκοῦσαι ἀναξαγόρου τοῦ κλαζομενίου. * Id est Socrates sophronisci lapidarij fabri & Phenaretæ obstetricis filius primum statuarius, aiunt q; gratias Athenis opus eius esse, postea philosophiæ dans operam Anaxagoram Clazomenium audiuit. Hic ęquabilitatem in omni vita seruauit, vt idem semper vultus eademq; frons siue prosperis siue aduersis rebus exiterit vsq; ad extremum. Plinius libro. vij. Ferunt Socratem clarum sapiẽtia eodem semper vi sũ vultu nec aut hilari magis aut turbato. Habuit duas vxores. Xãtippem & Mironem vno tempore. Quæ cum crebro iter se iurgarent, & ille eas ellet solitus deridere, ꝙ propter se fœdissimum hominem, simis naribus recalua fronte, pilosis humeris, repandis cruribus disceptarent, nouissime verterunt in eum impetum, & male multatum fugientemq; diu persecutæ sunt. Quodam eum infinita conuicia ex superiori loco in gerenti. Xãtippe restitisset aqua perfusus immunda nihil amplius respondit q̃ capite detersо. Sciebam inquit futurum vt post ista tonitrua hymber subsequeretur. Interrogauit Alcibiades cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. Quia inquit Socrates cum illã domi talem perpetior, insuesco & exerceor quo foris petulantium iniuriam facilius feram. Iterum dicenti Alcibiadi intolerandam esse. Xãtippes maledicentiã Tu inquit nonne toleras anseres clamore perstrepẽtes? Illo annuente quoniam mihi oua & pullos pariunt. Et mihi ait. Xãtippe filios gignit. Pater socratis fuit. Sophronisc⁹ lapidari⁹ mater Phenareta obstetrix. Qui in paupertate beatissim⁹ amicis olim audientibus. Emissem pallium si nummos haberem neminem popposcit omnes admonuit, a quo acciperet ambiguus fuit. Hic auditor fuit Anaxagorę & Damõis. postea ad Archelaum physicum se contulit. Qui animaduertens naturalis speculationis fructum nullum esse, inuenit primus ethicen. i. moralem philosophiam. ad quam transiens fertur dixisse, quæ supra nos nihil ad nos. Auctor est. Xenophon Socratẽ nunq̃ de natura rerum neq; de sublimioribus rebus disputasse, cũ ea sint supra captum hominũ. Ex socratis variis in omnẽ partem diffusis disputationibus plures fluxere discipuli. Et cũ alius aliud apprehenderet, proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se, cum tamen omnes se philosophi socraticos & dici vellent & esse arbitrarentur. Primum ab ipso socrate Plato a platone Aristoteles & Xenocrates. Deinde ab Antisthene qui patientiam & duriciam in socratico sermone maxime adamarat. Cynica. tum ab Aristippo quẽ maxime voluptarię disputationes delectarunt. Cyrenaica philosophia manauerũt. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, vt Ere-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tricorum, Megaricorum, Peroniorum, qui se socraticos eē dicerent. vnde merito philosophorum fons socrates appellatus est.

¶ Sodalis. Vide in dictione socius. Hinc sodalitas & sodalitium, quę significant collegium multorum seu conuiuiū. Ci. Sodalitates me quæstore sunt institutæ Idem in arte veteri. Venit in ædes quasdam in quibus sodalitium erat futurum eodem die.

¶ Sodes quidam aduerbium p̃cationem vel exhortationem denotans arbitrantur. Prisc. putat esse verbum. Ait enim q̃dam verba esse quę in vsu deficiunt personis, vt cedo sodes salue, aue, furis, infit, inquam, foret, fio. Dictū sodes, pro si audes. vt sis pro si vis, ilico pro in loco.

¶ Sodoma æ. & Sodomū & Sodoma orū plurali tantum oppidum fuit Iudeę, de quo legitur in Gene. Anteq̃ subuerteret dominus Sodomam & Gomorram Et iterum. Habitauit in Sodomis Solinus de situ Iudeę. Ibi duo oppida, vnum Sodomum, alterum Gomorrum. Hinc Sodomitę dicti sunt Sodomorum incolæ.

¶ Sodomito as. pe. pro. verbum obscœnum. Cic. li. i. offi. Latrocinari, fraudare, adulterare, sodomitare turpe est sed dicit non obscœne. * Adiectiuum est.

¶ Sogdiana prouincia Asię quæ vt lib. vi. scribit Ptolemæus a septentrione parte Scythię terminatur ab Oriēte sacis, a meridie & occasu Bactriana. In ea sunt vrbes Oxiana, Maruca, & Alexandria, quā vt solinus ait. Alexander tertiā condidit ad contestandos itineris sui terminos.

¶ Solus a solon quod oscorum lingua totum significat. Nam qui vnus est, totus est. Hinc solitudo, quę & solitas a veteribus dicebatur. Sciendum q̃ solus, & vnus pro solus, more superlatiuorum genitiuorum genitiuum regunt. vt solus vel vnus omnium accipē ser squammis ad os versis contra aquas natā do meat, inquit Plinius. Item dicimus solus vel vnus ex omnibus vel inter omnes. Et cum singularitatem significet, inuenitur tamen pluraliter. Terent. in Adel. Solæ sumus. Quādoq̃ solus dicitur desertus. Vergi. libro. iij. Georg. Heu male tum Lybiæ. solis erratur in aruis. Terent. Venit meditatus alicunde ex solo loco. Idem. Nōne huc abijci oportet in solas terras? facitq̃ genitiuum solius, & soli solę soli. Terent. in eu. Mihi solæ ridiculo fuit.

ŏ Solitus a. um. penultima cor. ab eo quod est solus. Plautus i Am. Qui soliti inuiti cubant. Est & solitus, a soleo. Vnde in hymno. Vt solita dementia sis prę sul ad custodiam. Ab eo fit compositum insolitus.

* Solitatem veteres dixere pro solitudine. Cc.

¶ Solitarius a. um. vt solitarius qui solus viuit. Hinc solitarius piscis, & solitaria vita.

* Solennitus veteres pro solēniter scripserunt. Lucil. solēnitusq̃ eum laudat iubens. Cc.

¶ Soliloqu⁹ pe. cor. qui solus loquitur. Et soliloquium quod per nos contemplando loqui solemus.

¶ Soluagus penult. cor. qui solus vagatur. Auguſt. libro. xij. ciui. dei. Nam cum animantes alias solitarias & quodāmodo soluagas. i. quę solitudinem magis appetant, sicut sunt aquilę, milui, leones, lupi.

¶ Solēnis & hoc solēne per duplex nn. q̃ annis p̃stari debet, cōpositum nomen ex solo & anno. Vale. maxi. Maiores statas solēnesq̃ cærimonias pontificum scientia bene gerē darum rerum auctoritate &c. Hinc solennitas.

¶ Solennium. ij. & solennia solenniorum festa quę singulis annis certo tempore fiūt.

¶ Soliferreum. genus teli appellatum, quasi totum ferreum. Nam solum significat totum & solidum.

¶ Solitaurilia, immolatio trium hostiarum erat diuersi generis, tauri, arietis, & verris quia omnes solidi integriq̃ corporis. sint. Pli. lib. viij. Si potiatur Marti solitaurilibus piaculū fieri, Hoc sacrificium censores vt scribit Asco. Vrbē completo quinquennio lustrantes de sue oue tauro faciebant.

¶ Solum dicitur omne quod sustinet, & vnicuiq̃ rei subiacet, vbi aliquid fundari potest. Vnde aquę superficies dicitur solum, quia nauium fundamentum est. Verg. li. v. subtrahitur q̃ solum. Cęlum stellarum solum est. Ouid. li. i. met. Astra tenent cęleste solum. Ænnius vero sola terrarum plurali numero dixit Aer etiam solum dicitur, quia auium sustē taculū. Hinc solum pro loco seu sedili ponitur. Itē pro terra, q̃ hominū & animalium fundamentum sit. Col. li. ij. Nam quod sicco solo ingestum & iam inoccatum perinde ac si repositum in horreo non corrūpitur. Vnde natale solū dicimus patriam, hoc ē terram in qua nati sumus. Vnde exul qui extra solum hoc est patriam electus est. Verg. li. vij. etiam mensam appellauit solū. Vt cereale solum pomis agrestibus augent. Rursus solum. inferior pedis pars, quam vulgo soleam vocant, quæ callosa fit & dura etiam discaltiatis. Cic. lib. v. Tus. Mihi amictui est scythicū tegmē, calciamentum solorum callū, cubile terra. Am. Nota facta solo atria est plurimorum. Et solū dictum est pro solea calciamenti & corio. Mart. Sordidus antiquas solitus q̃ ducere pelles. Et mordere luto putre vetusq̃ solum. Proprie tamen solum terra dicitur.

¶ Sol a solus fit, q̃ solus cum est exortus obscuratis omnib⁹ alijs apparet. vel vt scribit. Dio. ab Hyperionis filio qui liber a Romanis appellatus est, q̃ liber & vagus sit. soles tamē plurali numero pro die legimus. Vergi. lib. iij. Tris adeo incertos cæca caliginæ soles Erramus pelago. Et soles solis splendores vel radij dicuntur. Mar. Hybernis obiecta locis specularia puros Admittunt soles & sine fęce dies. Item soles ęstus vel ardores solis. Hora. Corporis exigui p̃canum solibus aptū. Hinc insolo as. de quo supra. Sol autem gręce dicitur ἥλιος.

* Solis gemma, quę ad speciem solis fulgentes in orbem radios habet. Cc.

¶ Solis insula est in mari indico semper rubens, & vt Solinus refert, omni aīantiū generi inaccessa, q̃m eo ingressos vis circūfusi aeris confestim exanimat.

¶ Solaris & hoc solare, quod est solis, vt radij solares annus solaris. cum sol expleto per omnia signa circuitu ad id vnde digressus fuerat redijt, quod fit fere. cccl xv. dieb⁹. Et solaris herba quæ gręce heliotropium dicitur q̃ se cum sole circūagat etiā nubilo die. Tantus est eius syderis amor.

¶ Solanus a. um. pe. pro. Idem quod solaris. Hinc subsolanus ventus qui sub sole oriente nasci videtur.

¶ Solarium locus in quo horæ ad solem conspiciūtur. Primus Romanis hoc statuisse dicitur. L. Papyrius cursor ad ædem Quirini ante. xii. annos q̃ cum Pyrrho bellatū est. Nam prius ortus tantum & occasus solis nominabātur, post aliquot annos adiecto meridie. Dicitur & solarium locus in domo superior stratus. Hie. lib. ij. Regno. Vidit mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum. Nam latini solaria vocant plana tecta quę greci domata, vt idem Hiero. est auctor. Præterea solarium appellant iurisconsulti vectigal quod pro solo penditur. Titulo. Ne quid in publico fiat.

¶ Solario. as. pe. pro. in altum ędifico.

¶ Solstitiū solis statio, cum sol vltra non progreditur, sed retrocedere incipit. Singulis q̃ppe annis duo solstitia sunt. Vnū æstiuum alterum hyemale. Sunt enim duo tropici, hybernus & æstiuus. Hybernus enim est per quē sol transmittens octauam capricorni partem solstitium hybernum facit, viij. Cal. ianuarias die, quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Æstiuus vero per quem sol octauam partem cancri transmittens solstitium ęstiuum facit. viij. Cal. Iulij, quo tēpore remeare sol ad inferiores incipit circulos. Sane veteres solstitium fere vocant ęstiuum, licet nihil adiciatur. Verg. libro. i. Ge. Humida solstitia atq̃ hyemes optate serenas Agricolæ. Nam in uenias vbi adijcitur brumale vbi de hybemo fit mētio. Col. xvi. Cal. Ianuarij sol in Capricornum transitu facit brumale solstitium.

* Solati dicuntur qui sole correpti sunt quēadmodū syderati q̃ sydere. Pli. Sic & solatis prosunt.

* Soliferrum teli genus appellatum quasi totum ferreū. Cc.

* Solifuga genus formicæ venenatæ a fugiēdo sole dicta. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Soliloquium significat sermonem illius q̃ cõtẽplan̄do solus ipse secum loquitur. Vnde & ipse Soliloquus dicitur. Cc.

Solipugna seu solifuga, genus bestiolæ maleficæ quæ acriùs concitatiusq; fertur calore solis. vnde nomen traxit.

¶Solea quæ solo pedis subijcitur. quandoq; etiam id genus calceorum est, quo plantarum calces tantũ obteguntur cæteris prope relictis nudis pedis partibus teretibus superne pedẽ vinciens ansis quas ligulas vocant alio nomine subereas dicũtur & a græcis crepidę. licet hęc differre putent aliqui. Dictę soleę q̃ sola pedibus subijciantur. Plau. in tru. Date iam, soleas atq; intro me acturum ducite. Fiunt autem quandoq; soleæ cũ solea capitur pro ea quę solo pedis subijcitur ex ferro vel argento corio vel alia materia. Nam equis & bob⁹ soleæ ferreæ applicãtur. Catul. Et supinam animam graui delinquere cœno Ferream vt soleam tenaci in voragine mula. Ponitur ĩterdum pro calceo. Proper. Prosilijt in laxa nixa pedem solea. Item solea genus piscis plani a similitudine soleę de quo Colu. Pli. li. ix. Rumbi. soleæ passeres habẽt formam planam. Et solea dicitur materia roborea super qua paries cratitius extruitur. Iuue. Et solea pulsare nates.

¶Solearij solearum sutores. Plautus. in aul. Solearij astãt molochinarij.

¶Solcatus dicitur qui soleis indutus est. Gel. Cur. soleatos dixisset qui gallicas non haberent soleas.

¶Solium armariũ ex vno ligno factum, in quo reges ob cõporis sui tutelam sedebant, dictum quasi solidum, quoniã ex pdura materia roboris fiebat. vel dicitur quasi solum, q̃ ĩ his soli sederent. Syr. Cõsedit solio rerũq; inualit habenas. Vel secundum Asprum per antistichon quasi sedium a sedẽdo. Nã & sella quasi seda dicta est. Abusiue tamen quandoq; ponitur pro sella regali Verg. Præfatus diuos solio rex infit ab alto. Quandoq; pro vase saligno vel abiete ad vnum plurimosq; liquores transferendos & ad pannos ligneos cum lixiuio calido & cinere emaculandos accommodato, & quo in balneis sedentes lauamur. Cælsus, Interpositis duabus horis in solitũ is aquę calidæ resupinus dimittendus est si vt a genibus ad vmbilicum aqua teneat Mart. Non vis in solio prius lauari. Suet. de Aug. At quoties neruorum causa marinis asbulisq; calidis vtendum esset contentus hoc erat vt insidens ligneo solio quod ipse Hispanico verbo duretam vocabat manus ac pedes alternis iactaret. Nonnunq̃ huic simile vas dicitur, seu loculamentum sepulchrale in quo conduntur defuncti. Plini. libro xxxv. Quoniam & defunctos sese multi fictilibus soliis condi maluere. Curtius. Septimus dies erat ex quo corpus regis iacebat in solio.

¶Solidus. a. um. pe. cor. modo iuge ac cõtinuum signi. Plau. Decem annos solidos errauit puer. Modo plenum integrum nihil concaui aut vacui habẽs vnde solidum corpus dicim⁹, quod constat longitudine & altitudine. Verg. Solidoq; adamante colũnę. Hinc fit in solidum aduerbialiter, quod significat in integrum. vt omnes promiserunt in solidum se satisfacturos i. integre vnusquisque pro se & nõ oẽs simul solidum quidam a solo terra deducunt, alij a solon oscorum vocabulo quod totum significat. Est & solidus subst. tiuum gen⁹ numni, quo in præsentia vtimur, cum dicimus viginti solidos libram constituere.

¶Solido as. pe. cor. roboro, firmo, quod vernacula lingua dicimus saldare Ver. li. i. Geor. Area tum primum ingenti est æquanda cylindro. Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci. Solidesco solidus fio. Pli. Vesica membrana cõstat vulnerata cicatrice non solidescit.

¶Solistimum penult. cor. quod est soli ita. em̃ a solo solistimũ fit ficut a medio mediastimum. De solistimo tripudio vide ĩ dictione Tripudium.

¶Solidurius lingua gallica dicitur deuotus. Cæsar. Cum sex centis deuotis quos galli solidurios appellant, quorum est cõditio, vt omnibus vitæ commodis vna cum his fruãtur quorum se amicitiæ dediderunt. Si quicq̃ per vim accidat, aut eũdem casum vna ferant, aut sibi mortem consciscant.

¶Soli ciuitas insignis Cilicię ab Achiuis & Rhodijs ædificata postea. Pompeiopolis appellata a Pompeio qui pyratas in eam transtulit, quos dignos existimauit vt seruarentur. Hinc fuit Chrysippus philosophus stoicus, & Philemon comicus poeta, & Aratus qui de astris versu conscripsit, cuj⁹ plurima carmina Cic. in latinum vertit.

¶Solœcismus est impar & inconueniens cõpositura partium orationis a nostris imparitas, a veteribus latinis strebligo dicebatur inuersura & prauitate tortuosa orationis, tanq̃ strebligo quædam. Siquidem στρεβλόω torqueo ac deprauo significat per translationem dicitur a poetis error. Iuue. Solœcismum liceat fecisse marito. Mar. sæpe solœcismum mentula nostra facit. Dicitur etiam solœcon, sicut barbarismus & barbaron. solœci autem nomen a solone deductum Laertius testatur, qui quum in Sicilia vrbem a suo nomine solœ condidisset, pauci ex Athenien̄sibus quos in ea reliquit, non multo interiecto tempore corrupto patrio sermone incõuenięti partium structura loqui cœperunt. Quapropter qui eo vitio aliquando vterentur, dicti sunt σολοικίζειν hoc est solœcisare. Suidas. σόλοισικε δ' ἴασι πόλις καὶ κώπης ἀφ' ὧν ὁ σολοικισμὸς βαρβαρίζοντων κτλ. τὴν δ' Ἰάνυγλῶσσαν, σόλων δὲ τὴν κτίσιν. ¶.i. Soli sicilitæ vrbs & Cypri a quibus solœcismos barbarizantium in propria lingua, Solon hanc condidit.

¶Soleo es. solitus, sũ quasi solus. i. totus eo. Sal. lib. ij. hist. etiã solui prętericum vsurpauit. Necq; (inquit) subsidijs vti soluerat compositis. Eius significatio nota est. Accipitur enim pro solere esse vsato. Verg. Vnde omnis Troia videri Et danaum solitæ naue & Achaica castras. Huius composita sunt Assoleo, Absoleo, Obsoleo, Insoleo, Insolens, Insolitus pro insueto.

¶Solet impersonale passiue significationis. Cice. in Lęl. Quum in hortos D. Bruti commentandi causa (vt assolet) venimus, tu non affuisti.

¶Solito as. frequenter soleo. Gel. Scipionem Africanum solitauisse noctis extremo priusq̃ dilucularet in capitolium venitare. Hiero. in Esaia. Et habitabunt ibi strutiones, & pilosi solitabunt ibi.

ὃ Solœcophanes, quæ & Aleosis figura est. vt p̃neste sub ipsa cum p̃neste sit generis neutri sed retulit ad ciuitatem. Et Ter. in Eunuchum suum referes ad comœdiã cogitatum.

¶Solers contrarius maxime est inerti hoc est totus ingeniosus & artificiosus, quasi totus ex arte, vel quasi solus in arte sit, quicq; in omnibus rebus prudens est. Hiero in prolo. Danielis, Quæ magna prudentia solertis viri qui prophetali spiritu esset propheta. Hinc solertia, quæ est ingenij totum acutum & artificiosum, qua quidam bene vtuntur quidam male. Bene. Cice. in Cato. Tum enim dixisse mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius a quo essent illa dimensa atq; descripta. Male Idem lib. i. Offi. Itaq; eorum fines sicut ipsi dixerant terminauit, & in medio relictum quod erat populo Romano adiudicauit, Vñ hoc iprobãs Cic. sequitur & ait. Decipere hoc quidem est, non iudicare. Quocirca in omni re fugienda est talis solertia. Ex quo apparet etiam q̃ solers quis bonus vel malus erit pro qualitate solertiæ q̃ vtitur. De cuj⁹ proprietate Clau. lib. ij. de raptu sic inquit. Rerumq; remotas Ingeniosa vias paulatim exploret egestas. Vtq; artes pariat solertia nutriat vsus.

¶Solicitudo cura & mentis inquietudo, quæ mentibus inhęret. Terentius in Andria. Quantas hic conficit solicitudines! solicitus inquietus & affectus, non autem diligens. Ci. Celio. Desunt aũt propter hanc causam q̃ mirifice sum solicit⁹, qd nam de prouincijs decernatur.

¶Solicito as. pe. cor. spem metumq; ostendo. vt solicito plæbem. ¶Aliquando inquieto & curam injcio seu cõtristor. Terent. in An. Cur meam senectutẽ solicito huius amentia? Hic Solicitatio quæ fit ab alio. ¶Aliquando insto vt solicito te p̃missis. Cur. lib. ij. Verum enimuero quum modo milites meos literis ad proditionem modo amicos ad perniciem pecunia soliciter, ad internecionem mihi persequendus est, non vt inius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtus hoſtis, ſed vt percuſſor veneficus. Dictũ ſolicitare quaſi ſolo citare, i. ex ſuo loco mouere. ❡ Proprie em̃ ſignificat terrã verto. Tib. Et teneram ferro ſolicitauit humum, ſed quia ſolum. etiam de mari dicitur, ponitur q̃nq; pro nauigare & mare vertere Claud. Et rudibus remis ſolicitauit aquas.

¶ Solox lana craſſa quaſi ſolida. Item pecus lana tectum. Tir. Lana ſoloci ad pupuram data. Lucil. Montano hirco atque ſoloce.

¶ Solophyt⁹ iuuenis fuit regius qui cum Illito regio ſimiliter per optimatium factionem domo regia pulſus ingentem iuuentutẽ ſe cũ contraxit, & in Capadocię ora conſedit. Cc.

¶ Solor aris. a ſolum pro terra ſolida fieri quidam exiſtimant quaſi ſolidum redintegro. Verg. Interea longum cantu ſolata laborem. Arguto coniunx percurrit pectine telas. Hinc ſiunt compoſita. Conſolor. Cice. Ser. Sul. Quid me iſta res conſolatur in tantis tenebris & quaſi perpetuis Reipub. Eſt enim vix conſolabilis dolor, tanta eſt omnium rerum amiſſio & deſperatio recuperandi. Deſolor contrarium eſt. Hiero. ad Tira. ſola ſeparatione dormientis eſtuatis deſolatus ſolatio pij pignoris iactor. Et habent pe. pro.

¶ Solo ſolas. in eadem ſignificatione. Vnde & Deſolo. De quo loco ſuo.

¶ Solatium ipſa conſolatio, & proprie rebus fit. Hiero. Mittitis ſolatia ſumptuum. Quint. Cæcitatis miſerę ſolatium eſt habere rem videntium.

¶ Solamen idem quod ſolatium. Ci. In Læl. Et ſi illis plane orbatus eſſem magnum tñ ferret mihi ætas ipſa ſolamen. Verg. ſolamẽq; mali de collo fiſtula pendet.

¶ Soluo is, ui, utũ. quod ligatum erat nõ ligatũ facio, enodo. Verg. li. vij. Soluite crinales vittas capite orgia mecum. Plau. in Amphi. Nã noctu hac ſoluta eſt nauis noſtra e portu Perſico ſed quoniam qui debẽt quodammodo obligati ſunt creditori. ſoluere etiam pro debitum reddere ponitur. Cicero in Ver. Pro quo frumento pecunia ſoluta nõ eſt. Hinc per tranſlationem ſolutionis vocabulum ad omnem liberationẽ quo quo modo faciam tranſfertur magiſq; ad ſubiectum obligationis q̃ ad nummorũ ſolutionem. Vñ ſoluere pro ſatisfacere Teren. in Adel. Neq; tu verbis vnq̃ ſolues, quod mihi re malefeceris. Quandoq; pro dimittere. Verg. li. ij. Geor. Soluema res mitte in venerẽ pecuaria primus. Quandoq; pro liberare Idem. ſoluite corda metu Teucri. Vnde ſolutus riſus dicitur magnus, & a curis liber. Idẽ. Riſuq; ſoluto. Q̃nq; pro mollem facere. Hora. li. car. ſoluitur acris hyems grata vice veris. Soluere fidem eſt rumpere, vel non ſeruare fidem. Terentius in An. ſoluiſti fidem. Et ſoluere eſt aperire. Colu. lib. vij. Ea porro vena quæ in aure videtur eſſe ampliſſima ſarmento priꝰ verberatur, deinde cum ad ictum intumuit, cultello ſoluit.

* Cõpoſita huius verbi ſunt Abſoluo, Diſſoluo, Exoluo, Perſoluo, & Reſoluo.

¶ Soluendo non ſum ſignificat non ſatisfacio pro eo quod obligatus ſum ſiue pecunia ſiue remuneratiõe. Cic. in Philip. Tu nec ſoluendo eras. i. ſoluere debita, non poteras.

¶ Solutus a. tum. p̃ter ſignificationes quas communes habet cum ſoluo, ponitur pro raro quod eſt contrarium ſpiſſo. Col. libro primo Soli pinguis vel macri, ſoluti vel ſpiſſi, humidi vel ſicci.

¶ Solutilis pe. cor. quaſi ſolubilis, qui facile ſolui poteſt, vel q̃ ſolutus & non fideliter conſutus eſt, vt nauis qua Nero p̃ inſidias matri Aggrippinæ fecit naufragium.

¶ Solymi fuerũt populi iuxta Lyciam quos Homerꝰ pugnacissimos fuiſſe ſcribit, & a bellorophonte deuictos. Corn. Taci. de Iudeorum origine. Alij dara iudeorum initia Solymos carminibus celebratam. Homeri gentem conditam vrbem. Hieroſolymam nomine ſuo feciſſe. Vnde Iuuenalis Interpres legum Solymarum. Et declinatur vrbs. Solymæ, arũ & Hieroſolymę, arũ. & Hieroſolymæ. Vñ Hieroſolymitanus.

¶ Solon fuit vnus ex ſeptem ſapientibus Græciæ patria ſalaminus, qui teſte Gell. li. xvij. Athenis claruit Tarquinio Priſco Romæ regnante, Hic Athenienſibus leges dedit cum tãto temperamento compoſitas, q̃ parem gratiam a ſenatu & plæbe contraheret, q̃q; plębs & ſenatus. in ſumma priꝰ eſſent diſſenſione.

¶ Somatophylaces cuſtodes corporis regis quos Latini priſco vocabulo latrones dixerunt, quaſi Laterones.

¶ Sonchos herba quam ſcariolam Punici vocant, & quã Pinpinellã vulgus nominat

¶ Somatopeia latine corporis factura. Et eſt figura cũ in corporeum modo corporeo loqui introducitur.

¶ Sonus dicitur oĩs vox, & quicquid auribus percipi poteſt. Hiero. tñ in interpretatione Pſal. docet ſonũ proprie dici cũ auditur tantũmodo ſonus & vox nõ intelligitur. Soni tria ſunt genera aut enim voce conſtat per fauces, aut flatu per tubam aut pulſu per lyram & oĩa crepitantia. A ſonus fiunt Abſonus ſine ſono, inconueniens. Altiſonus. Armiſonus. Bombiſonus bõbum ſonãs. Conſonus conueniens, & ſimul. ſonans. Diſſonus diuerſe ſonans, inconueniens. Dulciſonus. Et omnia habent pe. cor.

¶ Sonor vehementior ſonus. Verg. Magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni.

¶ Sonitus us. pe. cor. idem quod ſonor. Verg. libro. iij. Dũ flãmas Iouis & ſonitus imitatus olympi.

¶ Sono as. aui. atum. Vnde ſonatus & ſonaturus. Hora. lib. i. Ser. Magna ſonaturum des nominis huius honorem. Dicitur & ſono is. ui. itum. Actius. Clamore & gemitu templum reſonuit. Eſt autem ſonare muſico aliquo inſtrumento canere. Et conſtruitur cum ablatiuo. Verg. Non arguta ſonat tenui pſalteria chorda. Et reſonant arbuſta cicadis. aliquãdo ſignificat effingere, & ſic conſtruitur cum accuſatiuo. Verg. ęnei. i. Nec vox hominem ſonat. Manil. lib. v. Aura per extremas reſonauit flebile rupes. Aliquando proferre, pronuntiare. Hiero. in prologo. Dan. Et vt verum fatear vſq; ad p̃ſentem diem magis poſſum ſermonem chaldaicum legere & intelligere q̃ ſonare. Aliquando laudare. Idem in prolo. Paral. Vñ & nobis curę fuit vt circuiremus prouinciam, quam vniuerſæ Chriſti eccleſiæ ſonãt. Aliq̃n ſignificare. Idẽ ibi. Sed & ipſe appellationes non homines vt plærisq; exiſtimant, ſed vrbes & regiones, & ſaltus, & prouincias ſonant. Q̃nq; indicare expriſmere. Idem. Quid aliud ſonent euangelia niſi naſcentem dominum ex Maria virgine? Illud autem eiuſdem ¶ Habet nescio quod latentis energiæ viua vox & in aures diſcipuli actoris voce tranſfuſa fortius ſonat hoc eſt imprimit vel ingreditur. Huius cõpoſita ſunt, Aſſono, reſpondeo ſeu iuxta ſono. Perſiꝰ Reparabilis aſſonat echo. Interdũ male ſono. Conſono ſimul ſono, concordo. A quo Conſonantia concordia vocũ, quæ & vocalitas latine græce euphonia dicitur. Circũſono. Cic. li. iij. offi. Tñ conducere arbitror talibus aures tuas vocibus vndiq; circũſonare. Diſſono diuerſe ſono, diſcordo. Hic diſſonãtia vocum diſcordantia. Inſono valde ſono, vt inſonuit nemus. Interſono, in medio ſono. Perſono valde ſono, ſiue perfectæ ſono, vel ſonando ſono. Lactan. li. i. Qui quum frequenter cytharæ cantu perſonaret, Cytherõ appellatus eſt. Hiero. de Pauli. Cuiuſq; doctrinæ academiæ gymnaſia perſonabãt id eſt diuulgabant. Reſono proprie contra ſonantem ſono. Verg. Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas. Et reſonare ſonum reddere. Apul. Et cicadarum cantu agri reſonarent Item ſonando repręſentare, Explicare. Hierony. in Iob. Hęc autem tranſlatio nullum de veteribus ſequitur interpretem ſed ex ipſo Hebraico Arabicoq; ſermone, & interdũ nũc verba, nunc ſenſum, nunc ſimul vtrumq; reſonabit. Et illud Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam ſua verba reſonantem. i. proferentem. Et oĩa habent pe. cor.

¶ Sonitò tas. pe. cor. frequentatiuum eſt a ſono.

¶ Sonipes pe. cor. ſignificat celerem equum, a ſonitu pedis, q̃ pedibus ſonet.

¶ Sonorꝰ. a. um pe. produ. quod graue ſonat. Et proprie epitheton tempeſtatis eſt. Ver. Luctantes ventos tempeſtatesq; ſonoras. Hinc ſonoritas & ſonoroſitas.

✳ Sons proprie dicitur cuius culpa iam ſonat, hoc eſt qui erro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tis cõuictus est. Vnde insontem dicimus eum qui innocẽs repertus est. Item sons est qui cuiq̃ rei nocet.

¶ Sonticus.a.um.pe.cor.quod nocet. Vnde sonticus morbꝰ qui totum inuadit corpus Venuleius. Quoties morbus sonticus nominatur eum significari Cassius ait qui noceat. Nocere autem intelligitur qui perpetuus nõ qui tempore finitur. Plin. Gagates lapis nomen habet loci, & amnis Gagatis Lycię, niger, est planus, pumicosus, nõ multum a ligno differẽs, leuis, fragilis, odore si teratur grauis, fictilia ex eo inscripta nõ delentur, quũ vritur odorem sulphureum reddit, fugat serpẽtes, deprehendit sonticum morbum & virginitatem, suffitus. Deprehendit (inquit) hoc est vtrum perpetuꝰ sit, an interualla habeat. Qm autem sonticus morbus est iusta causa absentiæ, interdum sonticum pro iusto ponitur. Næuius. Sonticã esse oportet causam quamobrem perdas mulierem.

¶ Sophocles nomen poetę tragici, qui inter grecos principatũ obtinet. Hunc Cic. diuinum poetã. lib.i. de Diuina. vocauit. Hinc Sophocleus.a.um. Vnde carmina Sophoclea.

¶ Sophaci appellati sunt Afri, a sophano, qui in Africa regnauit.

¶ Sophia latine sapientia dicitur, & qui eam profitẽtur sophi appellantur, σοφὸσ emꝫ sapiens, doctus. Mart. Quum tibi sit sophiæ par cura & cura deorum.

ὁ Sophus latine sapiens. Vergi. Hinc omnis certat dialectica turba sophorum. Vnde sophistę dicti sunt anteq̃ philosophi dicerentur. Pythagoras.n. primꝰ honestatis gratia nõ sophũ sed philosophũ voluit se appellari, vt Cice. testatur.

¶ Sophista & sophistes dicitur qui sophiæ cauillator est. Vñ ca pars dialectices nomẽ sũpsit sophisticę. Quid sit suidas ait sic. σοφιστὴσ πᾶσ τεχνίτησ καὶ ὁ τὸ λεκτικὸμ ἀσκηκὼσ καὶ ὁ ἐπιχειρεῖν ἑκὼν ἐντοῖσ λόγοισ ἐσὶ καὶ ἀπατεὼν, καὶ πολλὰ ζήτει δ' ἐν τῷ λῦναμισ σου Δον. ✳. i. Sophista omnis artifex, & qui eloquentiã exercet, & qui in verbis calũniatur voluntarie, est aũt deceptor, & multa quęrit.

Capitur nõnunq̃ pro apparente & non existente sopho. Item pro sapiente, necnon & eo qui in arte rhetorica proponit, quę imitari debeamꝰ. Plato docet sophistas esse Rhetores qui veluti venatores parati sunt ad capiendos iuuenũ animos. Sophistica disciplina quam vænalem per vrbes circũferunt, verbo demonstrantes se oratorię & ciuilis disciplinę esse professores, quum re vera sint corruptores Arist. lib.x. Aethi. inquit, scientiam gubernandarum. Rerũp. sophistę profitentur, quorum nullus Remp. gerit. Hinc Antisophistę a Suet. dicuntur inter se compugnantes sophistæ.

¶ Sophisma.tis. dicitur commentum & oratio ita composita, vt vera esse videatur. Quo nomine etiam dicitur fraus, deceptio, cautela.

¶ Sophronium nomen est fœminæ per diminutionem adulationis amatoriæ prolatum, & ab σωφροσύνη, quæ est prudentia deductum, velut totula prudens.

¶ Sophron latine temperantia qua carnales frænant libidines ne in quęque vitia mentem consentientem trahant.

¶ Sophrosyne similiter temperantia, modestia, castitas. Hiero ny. contra Ioui. Nõ enim vt male habetur in latinis codicibꝰ sobrietas est legenda, sed castitas. i. σωφροσύνη.

¶ Sppor idem quod somnus. A quo soporifer.a.um.

¶ Soporo as.pe.pro. soporẽ induco. Vnde soporatus cui veluti irrigatus est somnus.

¶ Sopio.is.iui.itum, significat soporo. Quinti. Illa statim nocte iam totam domum ac familiã quies prima sopiuerat. Vnde sopitum dicimus qui iam cœpit dormire. Verg. tamen sopitum somno dixit quasi irrigatum. Et sopitus dicitur qui sẽsus amisit. Vulgo stramortitus dicitur Liuius lib.i. Iubet bono animo esse, sopitum fuisse regem subito ictu, ferrum haud alte in corpus descendisse, iam ad se rediisse, inspectum vulnꝰ absterso cruore, omnia salubria esse, confidere propediẽ ipm eos visuros. Huius compositum est Consopio quod est totus sopore obruor, Cice. lib.i. Tuscu. Num igitur eum curare censes cum luna laborat a qua consopitus putatur, vt eum dormientem osculetur.

¶ Somnus græce ὕπνοσ latine apud antiquissimos sypnus, post ea sopnus, mutata aspiratione in s. & y. in o. sicut fit in herpillon serpillum. Sunt tamen qui magis somnus vsurpẽt sine p. Et dicitur somnus quum dormimus. Verg. li.i. Georg. Nec somnos abrumpit aura quietos. Somnium vero illusio quam patimur quum dormimus. Hiero. ad Eusto. Nec vero sopor ille fuerat, nec vana somnia quibus sæpe deludimur. Ponitur quandoq; somnus pro deo. Mar. Et quia nulla venit tu mihi somne veni. Seruius tamen cõmen. lib.v. Æne. ait. somnꝰ ipse deus. Somnium quod dormimus. Insomnium quod in somnis videmus. vt Falsa ad cælum mittunt in somnia manes. Sciendum tamen vt Macrob. docet, q̃ eorum quæ dormientes videre nobis videmur quinq; sunt genera somnium. s. Visio, Insomnium, Oraculum, Visus qui a Grecis Phãtasma dicitur. Ex his Insomnium & Phantasma quum falsa sint interpretatione non indigent, tria reliqua vates interpretãtur. Et oraculum quidem est quum quis in somnijs aliquid nobis denuntiat. Visio quum id quis videt quod eodẽ modo quo apparuerat euenit somnium autẽ proprie vocatur quod tegit figuris & velat ambagibus non nisi interpratione intelligẽdis A somnus fit Insomnis. quod est peruigil. Vñ insomnes noctes dicuntur peruigiles.

¶ Somnio as. per quietem aliquid quasi vigilans video. Vnde somniator apud Genesim. Plaut. in Cur. Quos tu mihi sul cos libertos / quos sumanos somnias. i. somniãdo loqueris. August. lib. de ciui. dei absolute posuit. Et dormiuit in loco illo & somniauit.

¶ Somnifer a.um. quod affert somnũ. Pli. li. xviij. Visq; somnifera etiam satiuo papaueri.

¶ Somnificus a.um. quod somnum inducit vt vis somnifica

¶ Somniculosus a somniculo magis fit q̃ a somno, & is dicit qui ad somnos vacat. i. somno plenus & ignauiæ. Interdum dicitur non qui somno indulget, sed qui somnum inducit habetq; vim somnificã. Vnde Cinna aspidem vocat somniculo sam non q̃ ipsa dormiat, sed q̃ vi somnifica hoĩes percussos enecet.

✳ Somnolentus somno plenus. Cc.

¶ Somnorinum apud antiquos dicebaꝫ id quod in somnis videtur. Var. Hic Somnorinas imagines affatur.

¶ Sora fuit oppidum Volscorum. De quo Liui. li. ix. Et Iuuenalis eiꝰ meminit cũ ait. Optima Soræ aut Phabrateriæ domꝰ

¶ Soracte mons in Phaliscis Apollini sacer, quo spelunca cooperta latebram sibi elegit diuus Siluester. Et ge. neut. Quod & hic Sorax. & hoc Soracte, is. dicitur. Syr. lib. viij. Et sacrum Phœbo Soracte frequentant. Verg. lib. xi. Summe deum sancti custos Soractis Apollo. Item dicitur Soractis, is, sicut Prænestę & Prænestis.

¶ Sorbeo es. bui. ptum. Vnde Sorbitio. Dicitur & Sorbo bis. pti. ptum. Est autem sorbere deglutire quicq̃ molle, factitiũ verbum a sono vocis quam faciunt qui sorbent. Transfertur & ad alia Hiero. in Pau. fontem lucidissimum ostendens tantũmodo foris eundem quæ genuerat terra sorbebat. Hiuꝰ cõpositæ sunt. Absorbeo vel absorbo. Luca. lib. iij. Absorpsit penitus rupes & tecta ferarum. Augu. lib. vi. confe. Gurges tamen morum Carthaginẽsium quibus nugatoria ferũt spectacula absorbuerat cũ insania Circensium. Exorbeo vel exorbo extra sorbere. Ci. li. ij. Philip. In sanguinem ciuilem exhaustus sit vel potius exorbuit. Plautus in epi. Iam ego me conuertã in hirudinem atq; eorũ exorbebo sanguinẽ. Obsorbeo vel obsorbo, totum sorbeo Idem in Cur. Vin aquam? Si frusculẽta est da obsecro hercle obsorbeam.

¶ Sorbitio ipse sorbendi actus. Persius. Barbatũ hęc crede magistrum Dicere, sorbitio tollit quem diracicutę. Huius dimi. ẽ sorbitiuncula p cibo q de facili sorbetur.

¶ Sorbities idem quod sorbitio. A quo fit diminutiuum sorbitiuncula.

¶ Sorbillo as. diminutiuum a sorbeo. Et proprie est parum, sed frequenter sorbeo. Terẽtius in Adel. Et cyathos sorbillãs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

paulatim hunc producam diem

¶Sorbum genus fructus similis pyri quod siccum aluum sistit. Mar. Sorba sumus molles nimium durantia ventres, Aptius hæc puero q̃ tibi poma dabis. Colu. Sorba manu lecta in vrceolos picatos adḟcito.

¶Sordes immunditia. A quo sordidus.

¶Sordidus a.um. quod est sordibus infectum. Liuius. Teren. Varro loco non humili solũ sed etiam sordido ortus.

¶Sordeo es. dui. sordidus sum. Pli. li. xxxv. Vitam iuuare nõ fortassis credet aliquis quũ hæc quoq; nostra friuola existimẽtur a deo delicijs sordent & quæ ad salutem pertinent.

¶Sordesco sordidus fio. vt Qui sordet sordescat adhuc. Hinc Exordesco, quod est valde sordesco. Gel. Cur ergo non patimur nomen philosophiæ illustrissimum in hominibus deterrimis exordescere?

¶Sordido as. sordidum facio. fœdo. Augusti. lib. i. conf. Dilata est itaq; mundatio mea, quasi necesse esset vt adhuc sordidarer si viuerem.

¶Sorex animal paruum a sono vocis, quem rodendo facit. Vide in dictione Mus. Hinc soricus. a.um. &

¶Soricinus. a.um. Vñ soricinos dentes dixit. Plau.

*Sorrilla nauigia Instrica vocantur, q̃ lino & sparto conserãtur & condensentur. Cc.

*Soriculata vestis quæ varijs conserta coloribus erat. Var. Vermiculatam ac soriculatam vestem. Cc.

*Soritæ populi sunt phthyrophagi quos arabis fluui⁹ ab Indis disterminat nullum alium cibum noscentes q̃ pscium quos vnguibus dissectos torrent sole, panemq; ex eis cõficiũt. Cc.

¶Soror dicta est q̃ quasi seorsum a sua stirpe nascitur, separaturq; ab ea domo in qua oritur & in aliam familiam transgreditur. Vel soror quasi diuersa sorte orta.

¶Sororius dictus est cui soror mea nupsit, similiter frater & sororis filius sororius dicitur.

¶Sororiæ puellarum mammæ vocantur, quũ intumescũt.

¶Soros græce apud nos aceruus siue cumulus dicitur. Vnde serapis quasi soros apis.

¶Sors a serie secundum Var. Ponitur pro fortuito alicui⁹ rei euentu. Vnde sortior verbum. Aliquando pro fatali necessitate. Verg. Hic exitus illum sorte tulit. Quid sit sors Aug. in psal. interpretatione ostendit his verbis. sors est res in dubitatione humana diuinam indicans volũtatem. Nam & sortes miserunt apostoli, electi sunt duo iudicio humano, & electꝰ de duobꝰ iudicio diuino. Vnde scribitur. Cecidit sors super Matthiam. Ponitur ergo sors pro gratia qua saluamur, quia non sortem non est electio, sed voluntas dei. Nam vbi dicitur, Iste facit, iste non facit, merita considerantur, & vbi merita considerantur electio est, non sors. Quoniam autem deus nulla merita nostra inuenit, sorte volũtatis suæ nos saluos fecit, quia voluit, non quia digni fuimus. Hæc est sors. Vnde in actibꝰ apostolicis. Quia existimasti donum dei pecunia comparari, non est tibi pars neq; sors in fide hac. i. gratia, non pertines ad istã gratiam quã gratis omnes accepimus. Et sortes ex promissione dei partes hereditatis vocantur quę populo sunt distributę. Vnde tribus Leui præcepta est non habere sortem inter fratres suos, q̃ ex eorum decimis sustentaretur. Hinc sors dicitur patrimonium. Vnde consortes & consortia, qui aliquod patrimonium simul habent. Et sors summa ẽ siue caput & prima pecunia quæ confertur in societatem vt inde lucrum fiat. Terẽtius in Adel. Hei mihi etiam de sorte nunc veniat in dubium, hoc est de pretio quo empta erat fidicina. Inde Consortes qui tantũdem sortis attulerant ad societatem quantum ille cum quo est societas. Item sors est fatalis necessitas siue Parcæ, q̃ ita vnicuiq; fortitum sit vt ipsæ voluerunt. Verg. Hic exitus illum sorte tulit. Item dicitur iudicium. Idem Nec vero hæ sine sorte datæ sine iudice sedes. Tractum ex Romano more. Nõ em̃ audiebant causæ nisi per sortem ordinatę. Nã quo tempore causæ agebantur conueniebant oẽs & ex sorte dierum ordinẽ accipiebant, puta q̃ post. xxx. dies causas suas exequerentur. Item successio. vt in Hymno, Vt cum dies abscesserit, noctemq; sors reduxerit mundi per abstinẽtiam ipsi canamus gloriam. ♁Sortes etiam oracula seu responsa erant. Nam syngrapha erant in quibus responsa scripta continebãtur. Vale. lib. i. Cuius rei explorandæ gratia legati ad delphicum oraculum missi retulerunt præcipi sortibus, vt aquã eius lacus emissam per agros diffunderent.

¶Sortilegus penul. cor. qui per sortes futura p̃nunciat, & qui per sortem aliquid eligit. ♁Sortes autem sortilegiq; improbantur exemplis diuinæ scripturæ. xxvi. q. i. vbi scriptum legim⁹ sortilegi sunt qui sub noĩe fictæ religiõis per quasdã quas sanctorum, seu apostolorum vocant sortes diuinationis scientiã p̃fitent, aut quarũcũq; scripturarũ inspectatione futura p̃mittunt, & Hinc sortilegium.

¶Sortior. iris. sortes facio, siue per sortes aliquid recipio & sorte aliquid consequor. Lactan. libro. vij. Vnde apparet hominem qui eo vtitur immortalem sortitum esse conditionem. Suetonius in August. Ex p̃tura Macedoniam sortitus. Aliquando sortiri significat disponere. Verg. Sic fata deũ rex sortitur volutq; vices, sic vertitur ordo.

¶Sortito pe. pro. aduerbiũ qualitatis significat ex sorte. Horat. li. car. Lupis & agnis quanto sortito obtigit.

¶Sospes ge. cõis, q̃is sospita fœminininũ habeat. Et non solũ qui seruatur. i. salu⁹ est sospes dĩ sed etiã qui seruat. Vnde Enni. sospitem pro seruatore posuit.

¶Sospitalis q sospitem dat. Plau. in Pseu. Quis est q̃ moram occupato molestam obtulit qui tibi sospitalis fuit.

¶Sospito as. pe. cor. incolumẽ seruo. Liui. li. i. Propitius suam semper sospitat progeniem.

¶Sosia nomen viri proprium apud Comicos.

¶Sostratus fuit vir ægenita Laodomantis filius.

♁Soritas græci vocant captiosum & multiplex argumentandi genus. in quo ex vno concesso ad multas conclusiones connexas assurgunt a σωρος quę significat cumulum & aggerem q̃m semper ascendunt in cumulum hæc argumenta. Persius. Inuẽt⁹ Chrisippe tui finitor acerui. Cic. sorita interpretatur aceruales. li. ij. de diui. Alij aceruationes. hoc genus argumentãdi inuentũ est a Chrisippo philosopho stoico. Hinc sontici syllogismi dicti sunt a Victorino.

*Sotadicum carmen pedes habet septem. Primus spondæus secundus Periãbus. Tertius spondęus. Quartus Periambus. Quintus & sextus Tribrachus. Vltimus Spondęus. Et quod magis mirum est totus sotadeus numerus e trochęis põt cõstare pedibus. Hęc Fortunacianus.

¶Soter vt Cice. in Verrẽ actio. iij. inquit vno verbo exprimi nõ potest, quum eum significet qui salutẽ dedit. soteria salus. soterion salutare dicitur.

¶Sotularis calceus. Hiero. contra Iouinia. Legimus quendam apud Romanos nobilem cum eum amici arguerent quare vxorem formosam & castam & diuitem repudiasset, protendisse pedem & dixisse. eis. Et hic sotularis quem cernitis videt vobis nouus & elegans, sed nemo scit præter me vbi premat ♁Soticen anno dicta est ab antiqs q̃si salutaris & sospitatrix.

S ante P

¶Spado & Eunuchus græcę dictiones sunt in nullo differentes, nisi q̃ elegantius & magis attictũ est Eunuchũ q̃ Spadonẽ dicere. Fit autẽ Spado ab σπαω quod est aufero, euello, q̃ ab eo pars maxima virilitatis auferatur.

¶Spadix teste Gel. lib. ij. est auulsus a palma termes cum fructu. hoc est palmes. est & color. Verg. lib. iij. Geor. Luxuriatq; toris animosum pectus honesti spadices glauciq.

¶Spadicus penul. produ. color qui & Phœniceus. i. coccinus q̃ non sit dissimilis fructui palmę arboris nondum sole incocto. *Spadonia Lauri species similis Taxæ, præterq̃ q̃ lacinias caret. Cc.

¶Spæra latine globus, & id est quod ex omni exteriore parte rotundum apparet. Nonnunq̃ etiam sphæra cum ph aspirato scribitur. Nam græce σφαῖρα dicta, vt Euseb. li. præpar. quali

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſphæra,hoc eſt corpus æthereũ.Manil.Ingenti ſphęra totum p̃cingit olympũ.Higi.ſphęra eſt ſpecies quędam in rotundo conformata omnibus ex partibus æqualis apparens. Huius diminutiuũ eſt ſpærula & ſphęrula parua rotunditas.

¶Spartha lacus in Atropatia,in quo ſalices naſcuntur & cõgelaſcunt.

¶Spargapiſes fuit teſte Herodoto filius Tomyris Maſſagetarum reginę.

¶Spartha æ.& Sparthe es.eadem eſt quę & Lacedæmõ vrbs Laconię in Peloponneſo,a ſparto Phoronei filio qui eam condidit appellata.Fuit autẽ ciuitas Græciæ inſignis quæ diu cũ Athenienſibus grauia bella geſſit,quæ Lycurgi legibus optime inſtituta fuit. Ab ea dicti ſunt ſpartiatæ,ſpartę & spartani.ſpartiatas legimus in lib.Macchab.Romanis fuiſſe cõfœderatos. Vergilius Veloces Spartę catulos acremq; moloſſum Paſce ſero pingui.Idem virginis os habitumq; gerens & virginis arma, Sparthanæ.σπάρτη latine filium linea carpẽtarij rubrica tranſferri poteſt. Suidas. σπάρτης χωρία σπάρτη πόλις τῶν λακεδ αιμονίων ὁ ἀπὸ τούτης σπαρτιάτης καὶ σπαρτικτέων ✳Id eſt ſparta funis,& ſparta vrbs Lacedęmoniorum,a qua ſpartiates & ſpartianus.

¶Sparthacus famoſus gladiator fuit ex Thracia oriũdus.robore animi & corpis p̃ſtãs,q; vna cũ Chryſo & Oenomao effracto Lẽtuli ludo gladiatorio cũ.lxx.gladiatorib⁹ erupit Capua manuq; ſeruorum cõgregata,quaſi iuſto exercitu cõparato bellũ ingens excitauit,ſed victus a Craſſo fuit De quo Luca. Vt ſimili cauſa caderes qua ſparthacus hoſtis.

✳Sparthopolia,gemma polię colore contraria.Cc.

ὁ Spactopolis, ſignificat caniciem,ſed in tragœdia virili ſpẽ nigra ac ſubpallida.In comedia vero muliebri erat habitu. Nã inter p̃ſonas tragicas,& comicas,vt ait Iul.Pol. numerãtur polia & ſpartopolis.polia,inquit erat anus ętate dignitateq; cęreris anteſtans.

¶Spartea ſunt vtenſilia ad maioris ſummę pecunias capiendas.Nũmorũ em̃ receptacula varijs noĩbus appellata fuere. Nam vt ſacci,ſacculi.ſacelli.Crumenę,ſcorteę.& Manticę.& Marſupia,ita Fiſci fiſcinæ.& fiſcellæ.

¶Spartũ gen⁹ hærbę apud Hiſpanos frequentis.Quidam latini hanc Geniſtã interp̃tantur.A ſparta fit ſparteus a.um.

¶Sparus ſeu ſparum telũ ruſticum in modũ pedis recuruum Verg,lib.v. Agreſtiſq; manus armat ſparus.Sal.Sed ex omni copia circiter quarta pars militaribus armis inſtructa, cęteri vt quoſq; caſus armauerat ſparis aut lanceis,alij p̃acutas ſudes portabãt.Feſt⁹.Spara paruiſſimi gñris ſunt iacula a ſpargendo dicta,q; paſſim pugnando ſpergerentur.Luc. Tũ ſparatum murices portantur tragula porro.

¶Spargo ís.ſi.ſum. paſſim aliquid iacto. Verg.Iam cornupedat & pedibus q; ſpargat arenã.Et Spargere ſternere.Idẽ Spargite humũ foliis.Q; nq; guttatim infundere.Idem. Spargit rara vngula rores Sanguinis,Q; nq; madefacere. Vñ Adſpergere dicimus.Solebant enim veteres vt nos quoq; facimus aqua corpus purgationis cauſa madefacere dis inferis ſacrificaturi.Hui⁹ cõpoſita ſũt, Adſpgo.Cõſpgo.Col.li.ij.Stercore & palea cõſpgito ſolũ añ brumã.i.pfecte ſpgito diſpergo diuerſę ſpgo.Lactã.lib.iiij. Vbi anim⁹ in multa diſp̃ſus huc atq; illuc diuagat.Circũſpgo.Pli.li.xvij.Ibiq; ſe purificantes ſolẽniter aqua circũſpgi.Inſpergo intus vel valde ſpergo.Reſpgo ſatis bene ſpgo.Liui.li.i. Ne ſanguine ſe nefãdo ſoceri generiq; reſpergerent.Col.li.i. Deinde quum p̃dictum tectoriũ in aruit,rurſus amurca reſpergitur.

¶Spaſtici dicuntur quibus aliquid intus conuulſum eſt.Plin. li.xvij. Tremulis ſpaſticis exilientibus.

¶Sparicus dicitur quaſi maligno ſpiritu correptus, qui in alio quo loco nequit cõſiſtere,ſed ſubito mouetur.Pli.li.xxdii. Neq; expauefcentibus repente,nec ſpaticis,aut rurſus torpentibus, ne ſuper ſomnos genitura effundatur.

¶Spata a σπάζω ſcindo vel dilacero,vel ab σπάω qđ euello ſiue euagino ſignificat. Apule. Et militaris ſacramenti genium ob amiſſam ſpatam verebatur.ὁ Vege.Gladios maiores ſpatas vocari docet,minores vero ſemipatas,hæc etiã auctore. Auguſt.dicitur framea & alio nomine Rũphea.Et ſpata apud Plin.inſtrumentũ eſt & rudicula qua vtimur in verſandis rebus quæ coquuntur.

¶Spatula ſiue ſpatalium diminutiuum a ſpates dicitur ram⁹ vel folium palmæ.ſpates enim ramus palmæ vocatur, a quo pendent balani,hoc eſt palmulæ ſiue palma.

ὁ Spathalion,a ſpatha palmę ramulus cum dactylis dependẽtibus.Eſt etiam ornamentum muliebre inter delitias fœminarum annumeratum,a verbo greco σπαθάω ſiue σπαθαλάω quod ſignificat.Delitias ago & laſciuio.Plini.li.xiij. Iuba tradit circa troglodicarum inſulas fruticem qui vocetur charithi ob lephar õefficacem in amatoriis Sparthalia eo facere& monilia fœminas.Plaut.in menæ. Amabo menę deme auris da mihi faciendas pondo duũ nummũ ſparthalia vt te libenter videam cum ad nos veneris.

¶Spatium non ſolum de loco dicitur.ſed etiam de tempore. Cicero libro.ij.ad Hęren.ſpatium ita conſideratur,ſatis ne longum fuerit ad eam rẽ tranſigendam,ſcierit ne ſatis ad perficiẽdum ſpatij futurum.

¶Spatior ſpatiatũ eo verg.lib i. Georgi. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur harẽa.Et ſparriari eſt intra certũ ſpatium deambulare. Idem Aut ante deũ pĩgues ſpartiatur ad aras.Feſtus.Spatiatorem pro erratore poſuit Cato.

¶Specio is.xi.ctum.apud antiquos in vſu fuit,quod videre ſignificat. Vnde augures ſpecere,hoc ẽ iſpicere aues dicebãtur. Ænnius. Vos epulo poſtq; ſpexit. Eius compoſitis tãtum vtimur Aſpicio,Conſpicio,Circũſpicio, Deſpicio, Diſpicio, Inſpicio,Perſpicio,Proſpicio,Pręſpicio,Reſpicio,Introſpicio,ſuſpicio,& tranſpicio.

¶Specto as frequẽtatiuũ ſignificat ſæpe ſeu fixe intueor. Lactant,lib.ij.Spectare nos cęlum deus voluit vtiq; non fruſtra Et refertur ad oĩa,ſed proprie ad voluntatem. Vnde ſpectacula dicta ſunt.Interdũ approbo,Cic.li.v.Tuſc.Nõ igit ex ſingulis vocibus philoſophi ſpectandi ſunt Vnde & ſpectatores pecunię dicuntur q; eã p̃bãt.Interdũ caueo,inſpicio.Plaut. ſpectandũ ne tibi annulũ det,neq; roget.Interdũ tẽdo,& quaſi reſpiciendo tẽdo.vt apud Cic. Ad extremũ ſi ad perniciem patrię res ſpectabit patrię ſalutẽ ante pones ſaluti patris.Quinti.Et qđ ad peſſimum ſpectat euentum miſerabilis ſis oportet vt amator eſſe videaris.Interdum cõparare. Ver.Si ad vitulã ſpectes nihil eſt cp̃ pocula laudes.

¶Spectatores qui ad ludos ſpectandi cauſa cõueniunt.Plaut. Nũc ſpectatores Iouis ſummi cauſa clare plaudite. Et ſpectatores probatores dicuntur.Terent.in Eunu. Quũ meipſum noris q; elegans formarum ſpectator ſiem.

¶Spectabilis ſpectatione,& quaſi admiratione dign⁹ Apul.Iubet conſtrui pulchrũ & ſpectabilem currum.

¶Spectatus probatus,cuius ſcilicet ſpectata iam virtus eſt. Vergi.ſunt nobis fortia bello. Pectora, ſunt animi & rebus ſpectata iuuentus.

¶Spectaculum dicitur id quod ſpectatur,hoc eſt ludi qui ſpectãtur. Vergi.Nocte pluit tota redeunt ſpectacula mane. Liui.lib.i.indici deinde feritimis ſpectaculum iubet. Aliquando dicitur ipſa ſpectatio.Cicero.O graue acerbumq; ſpectaculũ. Aliquando locus vnde ſpectatur.Sueto. De ſpectaculo excitatus deſcendit.Liuius Tum primum Circo qui maxim⁹ dicit deſignatus eſt locus,diuiſa loca patrib⁹ equitibuſq; vt ſpectacula ſibi quiſq; faceret fori appellati.

¶Species effigies,facies,vel imago.Cicero.li.i.officio. Quæ autẽ ſpecie quadã vtilitatis,hanc Græci ideam vocant.Et in Topi.in diuiſione formarũ,quas Græci ideas vocant noſtri ſi qui hęc forte tractant Species appellant,Item Cęſar Com.iij. Auxiliareſque quibus ad pugnam non multum Craſſus cõfidebat lapidibus teliſque ſubminiſtrandum & ad aggerẽ cęſpitib⁹ cõportãdum ſpeciem atq; oppugnationem pungãtiũ prębęrẽt.i.demonſtrationem ſiue ſimulationẽ p̃textũ & quaſi velamẽtũ.Q; nq; ſpecies ſumit pro aſpectu & viſa.Verg.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorebus. Q ñcq; pro pulchritudine ſeu deformitate, aſpeciendo. Vnde dicim⁹ ſpecioſus forma præ filijs hominũ. Et ſpecies vt diffinitur a Dialecticis eſt quę dicitur de pluribus differentibus numero vt homo eſt ſpecies, qm̃ de ſocrate & Platone & alijs non ſpecie, ſed numero differentibus p̃dicatur Ob eam rationem ita appellata. q; multorũ collectio vna quaſi viſione cõprehẽdatur. Nam genus eſt qđ predicatur de pluribus differentibus ſpecie vt animal quod de homine, equo, aſino, & huiuſmodi dicitur, quę ſpecie differunt. Quandoq; ſpecies ſumitur pro aromatibus. Macrob. lib. vlt. Iatur. Ipecies & acres & calidę ſuperficiem cum apponuntur exulcerant. Hiero. in Can. Homilia. Dixit aromata quidẽ ſpecies eſſe, ſed nõ ſimpliciter Addidit enim ſpecies pigmentorũ. Martianus Iurecõ. Species pertinẽtes ad vectigal, Cinnamomũ, piper longum, piper albũ, ſic dicitur Vicus ſpeciarius a ſpeciebus arabicis peregriniſq;.

¶ Specialis & hoc ſpeciale ſignificat nõ tã particulare q̃ ꝓprium, & veluti peculiare, ſicut ait Iul. Capi. Macrianorũ familiã id ſpeciale ſemper habuiſſe, vt Alexandrum Magnum ĩ auro & argento exculptum ſemper haberent.

¶ Speciatim aduerbium ſignificat particulariter.

¶ Specificus a. um. quod eſt particulare.

¶ Specioſus pulcher, ſemper em̃ in bonũ accipit q̃ quis ſpecies medium vocabulũ ſit. Ver. Neq; em̃ ſpecie famave mouet, hoc eſt nec p̃ſenti deformitate, nec rumore mox futuro, Sic & Formoſus, licet Forma in differenter ponatur.

¶ Specimen pe. cor. experimentum, ꝓbatio, ſicut exemplar. Nã eſt illud parũ quod in mercibus emptori oſtendi ſolet vt in pãnis, vel deguſtatio in eſculẽtis. Cicero. in Tuſc. Quid illud, nõ dubitas quĩ ſpecimẽ naturę capi deceat ex optima q̃q; natura? Aug. li. xvi. ci. dei. Verum & hoc eorum ſupplicium futuri iudicij diuini ſpecimen fuit.

ǂ Item ſpecimen pulchritudo & quod ſpectandum obijcitur ſpecimen dicitur. Dicitur & in malũ. Apul. in Flor. ſed marcias quod ſtultitiæ maximum ſpecimẽ nõ intelligens ſed de ridiculo hñs q̃dã deliramenta effutiuit.

*Spectio auium inſpectio & contemplatio. Ænni⁹. Vos epulo poſtq̃ ſpexit, Cc.

¶ Specula æ. accipitur pro loco edito & eminenti vnde aliquid longe videri & ſpeculari poteſt. ſiue ſit mons ſiue turris, ſiue lapis. ſiue arbor. ſiue quid aliud eminens. Vergilius ſpecula de montis in altum Deferat. Ouid. in ſpeculis omnis Abydos erat. Eſt & ſpecula diminuti. a Spe, & ſignificat paruam ſpem, quod ſit blandimenti cauſa. Cicero. Cælio Hac tamen oblectabar ſpecula. ſ. Tullia vt enim a Res recula, ita a ſpes ſpecula fit.

¶ Speculum in quod aſpicimus ac ſpeciem. i. imaginẽ noſtrã contemplamur, quod datum nobis a natura fuit, vt noſmet ipſos noſceremus, & formoſi deuitaremus infamiã, deformes redimendum ſciremus eſſe virtutibus quicquid corpori deeſſet, ſicut ſocrates monebat adoleſcentes.

¶ Speculare, & per apocopen ſpecular, & ſpecularium idem quod ſpeculum. Interdum ponitur pro vitreata, ſiue pro ocularijs, vt pote olim facta e ſpeculari lapide tranſlucido, nunc autem e vitreis orbibus vel theſſellis plumbo iunctis. Vlpianus. Specularia & vela quæ frigoris cauſa vel imbrium in domo ſunt inſtrumento domus non continẽri. Caſſius exiſtimauit. Iuuena. Quæ vehitur dauſo latis ſpecularibus antro. ſpecularis autem lapis dictus eſt q; ad ſpeculi ſimilitudinem luceat atq; imaginem reddat. Findit͡ur itenuiſſimas cruſtas. Pli. Multi aluearia & a ſpeculari lapide fecere, vt operantes intus ſpectarent. Idem libro. xxxvi. In Arabia quoque eſſe lapidẽ vitri modo tranſlucidum, quo vtuntur pro ſpecularibus Iuba auctor eſt. ſpecularium vſum clarum tranſmittentium lumen mẽoria ſua prodiſſe. ſcribit. Seneca in Epiſtolis. Qui item de Sſcipione ait. q; nõ in caldariũ ſuũ latis ſpecularibus diẽ admiſerit. Marti. Hibernis obiecta notis ſpecularia puros Admittit ſoles, & ſine fæce dies.

¶ Speculor a ſpecula fit, quaſi e ſpecula proſpecto, vel vt videam intendo. Vnde ſpeculatores qui e ſpecula aſpiciunt, vel in bello ante exercitũ explorandi gratia mitti ſolent p tranſlationem Speculari ponitur ꝓ ſcrutari & exacte conſiderare. A quo fit compoſitum Preſpeculor, quod eſt añ ſpeculor. Suet. de Cęſ. Exercitũ neq; per inſidioſa itinera duxit vnq̃ niſi prę ſpeculatus locorum ſitus.

¶ Specus a ſpecio. Eſt enim vt in Proble. Plutar. inquit locus vnde deſpicitur, & inde ſpectacula dicuntur. Vnde & ſpecula dicta eſt. Et dicimus ſpecus us. & ſpecus ci. tam maſ. q̃ fœ. generis. ſimiliter ſpecus oris. neu. generis proſpelunca, quæ a Græcis ſpelæum. Vñ Vergi. ad imitationem Græcorum ſpelęa ferarum dixit. Gel. lib. vi. ſole medio & arido ac flagranti ſpecũ quãdã nactus remotam latebroſamq; penetro. Horat. lib. iĳ. car. Quę nemora aut quos agor in ſpecus. Inuenitur ẽt hæc ſpeca, hoc ſpecũ, & hoc ſpecu. Et in plurali hę ſpecus. Ser. docet ſpecus apud maiores triũ generũ fuiſſe, quo hodie ĩ numero ſingulari trib⁹ tm̃ vtimur caſibus. In plurali a gñe maſ. habet omnes caſus.

¶ Specium inſtrumẽtum teres & patuum quo medici ad tentandum vulnerum ac fiſtularum viam vel profunditatẽ vtũtur. Pacu. Vt medici faciunt qui peius ſpecio vulnus tentant Fit autem a ſpecio.

¶ Specillũ diminutiuũ paruũ ſpeciũ. Cor. Cælſus lib. v. Ante omnia aũt ſpecillũ dimitti in fiſtulam conuenit, vt quo tẽdat & q̃ alte perueniat ſcire poſſimus. Hinc auricularijũ ſpecillum dicitur quod curandis auribus adhibetur. Eſt & ſpecillum inſtrumentum quo oculos inungimus. Pli. li. vĳ. C. Iulius medicus dũ inũgit ſpecillũ per oculos trahens. Cęſ. li. vi. ſpecillo ſuper oculũ inducatur. ǂ Specillũ etiã inſtrumẽtũ vitreũ qđ oculis admouemus. quo facilius ſpectemus aliquid. Opilius aurelius ait ſpecillũ vocari caprębarbam.

¶ Spelæum a noſtris dicit͡ur ſpelũca. Ver. Certũ eſt in ſyluis inter ſpelæa ferrarum Malle pati.

¶ Spectra ſimulacrha, Cice. Caſ. His autẽ ſpectris etiã ſi oculi poſſent feriri. i. imaginibus mentis.

¶ Spera. Vide ſupra, quia ſcribit͡ur cũ diphthõgo ſphæra.

¶ Sperma atis. græcum eſt & latine ſemen dicitur, gñale ad omnia ſemina.

¶ Sperno is. ſpreui. ſpretũ. faſtidio deſpitio. Antiqui etiã Spernere pro ſeparare poſuerunt. Ænnius. Ius atq; ęquũ ſe a malis ſpernit ꝓcul. Hinc fit compoſitum Deſperno, quod eſt valde ſperno. Var. Homo ridiculus & ab omni pube deſpretus.

¶ Spes ſpei. & ſperes is. antiqui protulerunt. Var. Quibus ſuam delectet ipſe amicã, & ſeſe ſperibus iactet ſuis. Vñ aſpere quaſi ſine ſpere. In plurali habet oẽs caſus & maxime ſper & ſpebus. Hieron. in lib. mac. Noli extolli vanis ſpebus. Eſt autẽ ſpes opinio futurorũ. Referturq; tam ad mala q̃ ad bona. Hius diminutium eſt ſpecula. De quo ſupra. Et compoſitũ Exſpes ſine ſpe.

*Sperẽ veteres pro ſpe dixerunt. Var. ſublimis ſperibus omnes deridet. Vnde fit aduerbiũ Proſpere. Cc.

¶ Spero ſperas. ad dolorem & ad voluptatem refertur. Vergilius. Hinc ego ſi potui tantum ſperare dolorem, Et perferre ſoror potero. Sperare (inquit) id eſt futurum opinari ſiue timere. Pli. li. xi. Speratur largior prouent⁹. Hinc bene ſpero & male ſpero dicimus. Aliquando ſperare eſt exiſtimare ſeu credere. Et tam de præſenti q̃ de præterito dicitur. De præſenti Quin. Facilis vt animaduertere vos ſpero defenſionis meæ curſus eſt. De præterito. Idem. Et innocentiam quidem puellæ ſatis vt ſpero defendimus. Hinc ſperatum veteres dicebãt eum qui vxorem petit, & ſperatam viginem quæ petitur Afranius. Curre & nuntia venire & mecum ſperatam adducere, vt videat puellã. Poſtq̃ vero ſponſio facta erat, non ſperata, ſed vel dicta, vel pacta, vel ſponſa vocabatur. A Spero fit cõpoſitũ Deſpero, & Inſperatus.

¶ Sperchĳus fluui⁹ Theſſaliæ, quẽ Pelion mons effundit, & velociſſimo curſu defluit in ſinũ Malliacũ.

¶ Speuſippus philoſophus Athenienſis Platonis ex ſorore nepos, qui octo annos Platonicæ ſcholæ pręfuit. Ferũt hunc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſenio cõfectũ ſibi mortẽ cõſciuiſſe mœrore impulſum. Plut. veroſcribit illũ pediculis efferuescẽtibus interiſſe. Primus i uenit quopacto ex graciliorib⁹ lignis fierẽt vaſa capacia.

¶Speuſici panes dicti ſunt a feſtinatione, σπεύδω enim græce ſignificat feſtino.

¶Sphera. Vide in dictione Spęra. Suidas. σφαῖρα ἀεὶβολοστικὸν ἐσφαίρας εὑρεσιμ ἀνάγαλλις κερκυραία γραμματικὴ ναυσικάα, τῆ ἀλκινόου θυγατρὶ ἀνατίθησι. ✳i. Sphęram iuenit Anagalis Nauſica a Corcyrenſis grãmatica. Alcinoi filiæ obtulit. Pro pila luſoria ẽt ponit. Sphęriſterio⁹ loc⁹ vbi ludit.

¶Sphęriſteriũ loc⁹ balnei ſpecie rotunda, in quo varia exercitationũ gña veteres habuere. Pli. in Epiſt. Apoditerio ſuppoſitũ eſt ſphęriſteriũ. q̃ plura gña exercitationis pluresq; circulos capit. Sed in primis ad exercitium pilæ deputatus eſt quã Græci σφαῖραμ appelant. Nam σφαιρίζω ſignificat pila ludo. Lamprid. Poſt lectionem operã paleſtrę, aut Sphęriſterio aut curſui, aut luctaminibus mollioribus dabat.

✳Spheote vna eſt ex duodecim vrbibus atticæ Cc.

✳Sphenniſda pilę genus groſſius q̃ pila paganica, tenuis, q̃ foliis, ex pãno fere fit, aliq̃ ex pelle. Cc.

¶Sphęromachia pilę luſoriæ certamen, a ſphęrica circularisq; figura dicta eſt.

ȣSphęca græci dicunt veſpã. ὀσφίξ σφηκός, vñ pſeudoſpheces falſa mentitaq; veſpa dicitur.

ȣSphyrena, piſcis, qui & ceſtra vt pollux inquit.

¶Sphinx gis. vel gos. & Sphyngium animal Æthiopiæ prodigioſum ad hominis ſpeciem accedens, ſolo pilo quem fuſcũ habet & ſimilitudine feram aſſimulatur. habet geminas mãmas in pectore, vt inquit Plinius libro octauo a ſtrĩgendo dictum, hoc eſt ἀπὸ τοῦ σφίγγειμ. ȣ Quod quidem monſtrũ chimera produxit ab Orcho compreſſa. Dictum ſphinx q̃ cogeret tranſeuntes conſiſtere quibus enigma proponebat, quidnam id eſſet in orbe terrarum, quod quaternis primum pedibus in ambularet, inde tribus, duob⁹, porro. Atq; mox tribus & poſtremo quaternis quos neſciẽtes diluere ſublatos in rupem agebat præcipites. Oedipus illac iter hñs ænigma diluit. cum hominibus offertur ſtillum præſentiat, ſaluatur. Si vero beſtia prius hominem ſenſerit, perditur homo. Albert⁹ Magnus li. xxij. de animalibus inter ſimiarum genera enumerat Sphinga inſignem duabus in maxilla maculis nigricantibus, cauda coloris ſubnigri oblonga. Solinus. Inter ſimias habentur & ſphinges villoſę comis, mãmis, pminentibus, docides ad feritatis obliuionem.

ȣSphygmos. σφιγμοσ. i. pulſus & diffinitur, q̃ ſit diſparatio & contractio indiuiſibilis arteriæ, & cordis. Vel pulſus eſt ſubſultio & palpitatio, vel ebullitio venę & arteriæ.

¶Sphondylium internodium ſeu vertebrum ſpinæ dicitur, & Sphõdylus pe. p. ſunt aũt decem & septẽ ſphõdyli, quorũ. xxij. ſpinam faciunt, reliqui vero lumbus. Sunt & qui ſphondylos dicant cubos. Seneca & Macro. videntur accipere pro quodam piſcis genere, quem iuniores Schinalum dictitant. Sphondylus etiam verticulum dicitur appoſitum fuſis vt nẽ do melius vertantur.

¶Sphargidę lapis gẽma, ſic dictę q̃ optime ſignent, σφραγίζειμ enim græce ſignare dicunt. Cc.

¶Spica cę. & ſpicus. & ſpicũ dicit cũ per culmi folliculum, id ẽ extremũ tumorem ariſtæ adhuc tenues in modũ ſpiculi eminent. Abuſiue tamen & de maturis frugibus dicitur, & de quocunq; acumine ad ſpicæ ſimilitudinem facto. Dicta ſpica a ſpe, vt inquit Var. Nam quum fruges in ſpicam exit ſpem præbet hoĩbus. Spica in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumã, ariſtam. Sciendum eſt a ſpicus vtrũq; numerũ eſſe, a ſpicũ tm̃ ſingularẽ. Cice. in Arato. Spicũ illuſtre ferens inſigni corpore virgo.

¶Spica mutica, q̃ non habet ariſtam. Ariſtę enim quaſi cornua ſunt ſpicarum.

¶Spiceus a. um. q̃ ex ſpicis eſt. Tibul. Flaua Ceres tibi ſit noſtro de iure corona Spicea.

¶Spicilegiũ collectio ſpicarũ. Varro. Ad corbẽ meſſe facta ſpicilegiũ venire oportet, aut domi legere ſtipulam.

¶Spico as. ſpicas emitto. Plinius libro. xviij. Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur. Vnde Inſpico as. pe. producta quod eſt ad ſpicarum ſimilitudinem incido vel fodio. Hinc Spicat⁹ a. um. quod habet ſpicas. Idem lib. xxi. Aliud ruſſus ſpicatarum genus herbarum.

¶Spiculum lançea breuis, ſeu vt Vege. ait telum miſſilæ, cuius ferrum eſt triangulum vnciarum nouem. Haſtile pedum quinque & ſemis. Antiqui pilum neutro genere vocauerũt. Accipitur & pro ſagitta. Vergilius. Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu. Aliq̃ dicitur ſagittę ferrum, ſeu cuſpis ipſa & aculeus, vt ſunt ſpicula ſagittarum & aculei apum. Curtius. Alexander ſagitta ictus eſt, quæ in medio crure reliquerat ſpiculum. Ver. de apibus. Et ſpicula cęca relinquũt Affixę venio Dictũ ſpiculũ a ſpicarũ ſpecie.

¶Spiculo as. cuſpidẽ acuo. Plin. lib. xi. Telum vero pfodiendo tergo ri quo ſpiculauit ingenio⁹

¶Spiculatores dicti ſunt ſatellites prĩcipum, a ſpiculis quę geſtant. Cor. Tac. Dilapſis ſpiculatoribus cætera cohors nõ aſpernata concionantem, Quidam etiam accipiunt Spiculatorem pro carnifice.

¶Spinus pyrorum ſeu prunorum arbor, q̃ ſpinis referta ſit. Vergilius libro. iiij. Georgi. Eduramq; pyrum & ſpinos iam pruna ferentis.

✳Spineoli ex ſpinis fructus ſunt, q̃ dicunt & Pruneoli ignoti prorſus veteribus Cc.

¶Spina ſentis qua pungimur. Hinc Spineus a. um. vt corona ſpinea, quæ e ſpinis facta eſt. Spinoſus. a. um. ſpinis abundans. Spina etiam dicitur a collo vſq; ad narium flexum depreſſa q̃ ſi vallis eſt inter colles quos vocant dorſa. Pli. lib. xi. Spina lũbis oſſea, ſed tereti ſtructura per media foramina a cerebro medulla deſcendente, eſſe ei naturam quam cerebro colligũt, quoniam prætenui eius membrana modo inciſa ſtatim expiretur. In ſpinæ igitur parte ſuperiore ſcapulę, a lateribus dorſa, quæ oĩa dicuntur terga.

¶Spinter fibula in humeris, aut armilla. vt inquit Priſcianus. Plaut. in Menę. Iubeas ſpinter nouum reconcinarier. Hoc armillę gñe mulieres vtebant brachia ſummo ſiniſtro, ſoliſq; fœminis decoram fuiſſe veſtem longe lateq; diffuſam ad vlnas cruraq; ab oculis defendendo.

✳Spinturnix inauſpicata auis, q̃ incendiaria dicitur. Cc.

¶Spintrię dicti ſunt repertores mõſtroſę libidinis nouiq; cõcubitus. ſueto. in Tibe. Monſtroſiq; concubitus repertores, q̃s ſpintrias appellabat.

¶Spirillum barba caprę.

✳Spio nympha a ſpeluncis maris, in quibus habitare nymphę dicunt. ἓσσ em̃ ſpelunca eſt. Cc.

¶Spirę ſunt reuolutiones ſiue circuli qui in ſeipſos non recurrunt. Hinc in ornamentis capitis matronarum & in ſerpentibus eſt ſpira quum ſe in gyrum volunt. Vnde & pro ſerpentibus quandoque ponitur. Plinius li. ix. Lolliam Paulinã quæ fuit Caij prĩcipis matrona, vidi ſmaragdis margaritiſq; operta alterno textu fulgentibus toto capite crinibus ſpiris auribus collo monilibus digitiſque. Vergilius libro. ij. Georgi. Nec rapit immenſos orbes per humum neque tanto ſquameis in ſpiram tractu ſe colligit anguis. i. in circulum. Et libro ij. Æneid. ſpiriſq; ligant ingentibus & iam Bis mediũ amplexi, ſer. ſpiris. i. nodis. Vñ & baſes columnarũ, ſpirulas dicunt. Nam proprie ſpira eſt volubilitas funium puta quum funis nauticus in orbem cõuolutus eſt. Item, ſpira dicitur funis qui a pileo ad fauces diſtenditur, & ſub mento alligatur. Iuuena. De faucibus aurea quum ſe Porigat a longo iactetur ſpira galero. Item dicitur baſis columnę vnius tori aut duorum. Plinius in Epheſiæ Dianæ æde primum columnis ſpiræ ſubditę & capitella addita. Item ſpira genus operis piſtorij. Ænni⁹ etiã ſpiram hoĩm multitudinem vocauit.

¶Spiro ras, exhalo. Plinius. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quæ ad pulmonem pertinent. Aliquando ſpirare em̃ tere & ſic conſtruitur cum accuſatiuo. Vergilius. Ambroſięq; comę

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diuinũ a vertice odorẽ Spirauere. Col. li. i. Reliquiſq; ĩmundi cĩs terrũ odorẽ ſpirantibus. Si aũt de morte fit ſermo, abſolutum eſt. Hui⁹ verbi cõpoſita ſunt. Aſpiro. Cõſpiro. Expiro. Inſpiro. Interſpiro. Proſpiro. Reſpiro. & ſuſpiro.

¶ Spiritus halitus. Idem enim ſunt Spiritus. Halitus/ & anima. Plinius Animæ leonis virus graue, vrſi peſtilens, hominis tantũ aĩa infici voluit pluribus modis. Aliquãdo etiã Spiritus dicitur ventus.

¶ Spiãle & p ſyncopẽ ſpiritale id qđ ẽ ſpiritus.

¶ Spirabile vitale quo ſpiramus. Ver. lib. iĳ. Aene. Per ſydera teſtor Per ſuperos atq; hoc cœli ſpirabile lumẽ. Cice. tñ ſpiritabile dixit in li. de Natura deorum.

¶ Spiramentum eſt p qđ exit ſpũs. Ver. li. iiĳ. Geor. In tectis certatim tenuia cęra Spiramenta linunt.

¶ Spiraculũ idẽ quod ſpiramentũ. Verg. Sęui ſpiracula ditis. Hiero. in Gene. poſuit pro ipſo ſpũ. Et inſpirauit in faciem ei⁹ ſpiraculum vitæ.

¶ Spiracus quaſi primipilaris, aut cohortis pfectus.

¶ Spiſſus, a. um. proprie denſum ſignificat, a ſepium denſitate Vergi. Scrobibus ſuperabit terra repletis Spiſſus ager. Quãdoq; ſignificat tardũ Plaut. Spiſſum hoc eſt amanti dicere veniet. Idem. Quia quod bene ꝓmittũt haruſpices perſpiſſe euenit, id quod male promittunt preſentaneum eſt. Hinc Spiſſitas & ſpiſſitudo.

¶ Spiſſo as. eſt ſpiſſum facio. Cuius compoſita ſunt. Inſpiſſo & Conſpiſſo quod eſt totum ſimul denſo. Columel. lib. octauo. Atque vbi duratus eſt vehementius præmitur, vt conſpiſſetur caſeus.

✳Spiſſigradus qui frequenti paſſuum motu in ambulando vtitur. A quo Spiſſigradior & ſpiſſigradiſſimus. Plautus Homines ſpiſſigradiſſimos tardiores q̃ corbitæ ſunt in tranquillo mari. Cc.

¶ Splen dicitur qui & Lyen. Cęlſus lib. iiĳ. Splẽ in ſiniſtra parte eſt inteſtino innexus, natura mollis & rarus, longitudinis & craſſitudinis modicę.

¶ Spleneticus eſt qui ex ſplene laborat.

¶ Spleniũ, vt Iul. Pol. inquit, eſt caput ſplenis pinguis. Hinc ſplenia velut per ſimilitudinem dicũt facta ex pãno laneo vel lineo, q̃ ad curã corporis ſuperimponi ſolẽt. Plin. Superimponi oportet ſpleniũ e melle decoctum.

¶ Splendeo es. dui. luceo. Vnde ſplendeſco is. ſplendidus fio. Apu. Quum iam aurora ſplendeſceret. Huius compoſitũ eſt. Reſplendeo.

¶ Splendor lux. Per tranſlationem ponitur pro decore, dignitate, gloria. Vñ ſplendor nominis, ſplendor familię, ſplendor virtutum. hoc eſt claritas.

¶ Splendidus ſplendida ſplendidũ. clarus, fulgens. Et ſplendidi dicuntur/ qui operas ſuas ad liberalitatem cõuertunt. Ecõuerſo ſordidi auari. Horat. Quatinus id facis vt quidam memoratur. Athenis ſordidus ac diues. Et alibi. Obſtet nemo ſordes. i. auaritiam.

✳Splendophorus proprium nomen ex grẽco & latino compoſitum quaſi ſplendorem ferens. Cc.

✳Spodiũ fit e plũbo ſicut ex ære qđ deradit ex parietibus fornacũ mixtis ſcintillis, aliqñ etiã carbonibus. Cc.

¶ Spolio as. priuo. Tractũ a militibus. Spolia em̃ dicunt quæ cũq; hoſti detrahunt. Teren. in Hecy. Quin ſpolies mutilem laceres. Huius cõpoſita ſunt. Deſpolio. Diſpolio varie ſpolio. Amb. Hi aũt diſpoliant quæ accepim⁹ indumenta gratiæ ſpiritalis. Expolio perfecte ſpolio, vt apud Apoſtolum. Expoliantes vos veterẽ hoĩem induite nouũ.

¶ Spoletiũ cum iante um. ciuitas in Vmbria, quæ nunc ducatus Spoletinus dicitur, non Spoletan⁹, ſicut ab Aretio Aretinus Mart. De ſpoletinis quæ ſunt carioſa lagœnis Malueris q̃ ſi vina falerna bibas. Sic Cice. lib. de claris Orat. P. Conutium Spoletinum dixit.

¶ Spõda latus lecti. Nã ſpõdę ſunt tabulę q̃ vtrinq; lectũ ſuſtinent. Mart. Nec nudi ſpõda grabati.

✳Spongia apud antiquos in vſu erat tergendarum menſarum adhibebaturq; ad obſcœna emundãda. Martia. Hęc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis. Sene. lib. x. Epiſtolarũ. Vnus e Germanis lignum id quod ad emundanda obſcœna adhęrente ſpongia totũ in gulam farſit, & in pcluſis faucibus ſpiritum emiſit. Accipitur & Spongia pro aſparagi ſatiui radice, vt apud Pli. & Colu.

✳Spongites gemma eſt aſpongię ſimilitud ine. Hęc tñ interdum rufa inuenit. Cc.

¶ Spondeo es. ſpopondi. ſponſum. Vide in dictione Deſpondeo, Eius compoſita ſunt Conſpondeo. Vnde veteres Cõſponſos dicebant fide mutua obligatos. Et Conſponſores, ſibi inuicem promittentes. Cice. Lepię De negotio tuo q̃ ſpõſor es, p Põpeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit. Deſpõdeo & Reſpondeo. De quibus alibi.

¶ Sponſo as. frequẽtatiuum. A quo Deſponſo as. & Deſpõſor aris.

¶ Sponſio non ſolum promiſſio dicitur, ſed etiam actionis genus eſt. Caper. religione ſancitur fœdus, at ſponſio pœna. Paulus Iureconſul. Sponſionem dici affirmat non ſolũ quæ per ſponſi interrogationem fit, ſed etiam omnem ſtipulationem promiſſionemque. ſponſor pro fideiuſſore quandoque ponitur.

¶ ſponſus us. ſponſio. ſer. ſul. ſi poſt eas ſtipulationes vxor nõ dabatur, qui ſtipulabatur ex ſponſu agebat iudices cognoſcebant.

¶ ſponſus a. um. participium. Terenti. in Eunu. ſcis ſponſam mihi? Et deeſt eſſe.

¶ ſponſalis & hoc ſponſale. qđ ad ſponſionem ptinet. Vnde ſponſalis dies dicit. quo puella ꝓmittitur.

¶ ſponſalia. orum. promiſſio ſiue contractus ſtipulationum futurarum nuptiarum. ſponſalia hoc modo fiebãt. Qui vxorem ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat ſtipulabatur eã in matrimonium ductum iri. Qui daturus erat itidem ſpondebat daturum. Is cõtractus ſtipulationum ſponſionumq; dicebatur ſponſalia.

¶ ſpondęus pes duabus ſyllabis longis conſtans. Legitim⁹ pes qui in heroico verſu omnem ſibi vendicat locum licet raro quinto loco reperiatur. Dictus q̃ in ſacrificĳs, & libamẽtis eo maxime vtebantur. Nã σπονδὴ libamentum fœduſq; ac ſponſionem ſignificat.

¶ ſpondylus eſt qui in ima parte fuſi apponitur, vt fœminæ melius nere poſſint. A cuius ſimilitudine callus ſiue caro interior omnium oſtreorum ſpondylus dicitur Martia. pro animalium oſſiculis in ſantra. libro ſeptimo. Roſos tepenti ſpondylos ſinu cõdit Eſt & ſalſamẽti genus ſpondyle apud Athenęum, & nomen piſcis apud Pli. Inſectum apud Ariſtote. Plinius lib. xxvĳ. Nullum aĩal radices a nobis dictas attingit, excepta ſpondyle quę oẽs perſequit. Genus id ſerpẽtis eſt. Athenęus id quod in capite mugilũ echinata ſpecie conſpicimus ſpondylum tradit appellari. ſed & calculus æneus quo ſuffragia ſua Iudices Athenis dabant, ſpondylos vocabatur. vt eſt apud Iulium Pollucem.

¶ ſponte aduerbium ſignificat naturaliter, vt multæ arbores ſponte naſcuntur. i. naturaliter, & non ab hominib⁹ ſatę. Aliquando ſignificat ſine requiſitione. vt ſponte ad te venio. Capitur nõnunq̃ noĩaliter & in ablatiuo tantum. vt ſpõte mea, ſponte tua. Verg. ſponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos. Hinc ſpontaneus. a. um. quod eſt voluntarium. aut naturale. Amb. Terra autem ſpontaneos fructus germinat, aut creditos vberiore cumulo refundit.

¶ ſporos grẽce, latine ſemen dicit.

¶ ſporades inſulæ quędam circa Cretã in mari Carpathio, ſicut ſtrab. lib. x. ſcribit. Dictę q̃ in mari ſparſę ſint. ſunt autem harum nomina Hellene, Phocuſa, Hecaria. ſchimuſa, Polegrados, Thera, Anephe, Aſtypalea, Laguſa, Ion, vbi ſepult⁹ fertur Homerus.

¶ Sporta quæ & ſportula, aut a ſparto hærba quæ frequens apud Hiſpanos naſcitur, aut ab aſportando, vaſis genus qua ſi fiſcella, Salluſti⁹ libro. ĳ. Hiſtoria. E muris carnes ſportis di-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mittebant. Et qm̃ in ſportis pecunia quandoq; etiam cibus in quotidianũ vſum deferri ſolebat, modo pro diſtributione ad populum, modo pro ipſis cibis ſumitur. Suetonius in Claud. Exhibuit anniuerſariũ in caſtris prętorianis ſine veneratione apparatuq; iuſtũ atq; legitimũ in ſeptis ibidẽ extraordinariũ & breue dierũq; paucorũ. Quodq; appellare cœpit ſportulã, quia primũ daturũ ſe dixerat velut ad ſubitam dictãq; cœnulã inuitare ſe populũ. Idem dicit Neronẽ cœnas ad ſportulas reuocaſſe, i. ad parua cõuiuia. Iuue. Nõne vides quanto celebret ſportula fumo? Erat & ſportula locus in atrio domus vbi proponebantur eo die/q̃ dono danda erant. Diminu. a ſporta eſt Sportula. A quo fit ſportella.

¶ Spuma ſordes earũ rerũ a quibus eiicitur. Ver. Spumas salis ęre ruebant. Hinc Spumeus & Spumoſus.

¶ Spumo as. ſpumã facio. A quo deſpumo. De quo alibi.

¶ Spuo is. ſpui. ſputum. ſaliuam emitto. Vergi. libro. iiij. Georgi. Nãq; alię turpes horrent, ſeu puluere ab alto cum venit & terram ſicco ſpuit ore viator Aridus. Huic compoſita ſunt Conſpuo ſimul ſpuo, vel ſputo aliquem fœdo, Lactan. li. iiij. Poſt hęc conſpuerunt in faciem eius. Plaut. Ab omnibus deriſus atq; conſputus. Deſpuo, Expuo, Inſpuo, in aliquẽ ſpuo, Plin. lib. xxij. Traduntq; commanducata ea ſi inſpuatur mori ſerpentem. Reſpuo repudio & quaſi conſputo per cõtemptũ reiicio. Lactan. lib. i. Hanc totã opinionem quaſi a poetis confictam Salluſtius reſpuit.

¶ Sputo as. frequentatiuũ. Plau. Nam illic iſti qui ſputat inter dum morbus venit.

¶ Sputum ſaliua, quod a Pus deſcendit. Dicit & Sputus us. Lac li. iiij. Dabunt aũt Deo alapas manibus inceſtis, & impurato ore expuent venenatos ſputus.

¶ Sputamen idẽ qd ſputũ. Hiero. in lib. Iud. Quomõ ſi rũpat quis filũ idẽ qd ſtupa cõtortũ ſputamine.

¶ Spudactẽ qdã iterp̃tant amatorẽ. Hiero. lib. de viris illuſt. vbi de diuo Luca. ait. Sed & Tertulianus vicinus eorũ tẽporum refert p̃ſbyterũ quẽdã in Aſia σπουδακτικὸν, i. amatori Pauli cõuictũ apud Ioannẽ q̃ auctor eſſet libri, & confeſſum ſe hoc pauli amore feciſſe, loco excidiſſe.

¶ Spurcus ca. cum, quod eſt impurum, obſcœnum, lutulentum, a ſpuendo dictum, q̃ tale ſit vt de eo ſpuatur. Plautus. Tot noctes reddat ſpurcas, quot pura habuit, Aliquãdo ponitur pro fœtido. Apul. Tam multæ res ſpurcæ & graues nares infeſtant. Aliquando pro vehementi, aſpero. Cicero. Iactati tempeſtate ſpurciſſima. Colume. Atque in his ipſis haberet cognitum quid recuſaret collis, quid campeſtris poſitio quid humidus & graminoſus, quid ſiccus, & ſpurcus ager Aliquando pro ſæuo & ſanguinario. Varro. Spurcus gladiator & carnifex.

¶ Spurcitia & ſpurcities immunditia. Lucretius libro ſexto. At cõtra nobis cœnam teterrima cum ſit Spurcities eadem porcis hęc munda videtur.

¶ Spurco. cas. fœdo, vitio. Cęlſus iurecon. Cum eo agi poſſe Aquilia qui vinum ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit. Plau. Spurcatur naſum odore illutibili. Antiqui ſpurcũ vinũ dicebãt cũ aqua miſtũ, tanq̃ nõ amplius purũ foret, aut igne calefactũ, aut muſtũ ante q̃ deferueſcat Hinc fit cõpoſitũ Conſpurco. Col. li. ix. Nã ſuperſiliens auis, p luuie ventris cibos & aquã conſpurcat.

*Spurius incerto patre nat⁹, ab σπείρειν ſeminare, quia nihil habet a patre niſi ſemen. Vñ ſpurios verſus dicimus alterius aut incerti auctoris. Auſonius. Quicq; notas ſpurijs verſibus appoſuit. Serui⁹. Spurius dicit q ex muliere nõ nota ortus eſt. Sabini nãq; pudenda mulieris Sporios dicunt.

S ante O

¶ Squallor, inquinatio, ſordes. Gel. In corporib⁹ incultis ſquãmoſis alta cõgerie ſordiũ ſquallor appellabat.

¶ Squallidus, ſordidus, incultus. Vñ ager non aratus ſquallidus dicitur. Aliqñ ponit pro fulgenti. Verg. Alter erit maculis auro ſquallentibus ardens.

*Squaldam veſtem, p Squallida vetere dixere. Ænnius. Flauere lachrymis veſtem ſqualdam & ſordidam. Cc.

¶ Squalleo. les. lui. a ſquãmarũ crebritate & aſperitate dictũ. Vnde & ſquallens, p fulgenti, pleno, diuite, onerato, abũdãtiq; ponitur. Quicquid em nimis inculcatũ obſitumq; aliquare erat, ita vt incuteret viſentibus horrorem/ſquallere veteres dicebãt. Ver. lib. xij. Per tunicã ſquallentẽ auro latus hauſit apertũ. Hinc poſtea tractũ eſt vt corpora inculta & veluti ſquãmoſa alta congerie ſordiũ ſquallere dicantur. Idem lib. ij Squallentem barbam & concretos ſanguine crines. Et libro. i. Geor. Squallent abductis arua colonis.

¶ Squammæ, quibus corium piſcis aut ſerpentis tegitur. Hinc Deſquammo. mas. & Exquammo. as. quod eſt ſquammas detraho. Plautus in Aulu. Dromo deſquamma piſces. Ab harum ſimilitudine loricarum quoq; catenulæ ſquamæ dicuntur. Verg. Quem pellis aheneis In plumam ſquammis auro conſerta tegebat.

*Squãmificus ſquammis ſcatens. Cc.

¶ Squaroſus a ſquãmarũ ſimilitudine dicitur, cuius cutis exurgit ob aſſiduã illuuiem. Lucil. Varonum ac rapicum ſquaroſa incondita roſtro.

¶ Squatina, ex planorũ piſcium genere, quo propter ſquallorem hoc eſt aſperitatẽ cutis ligna & eburea poliantur.

¶ Squillæ genus arboris. Var. libro. i. de re ruſti. Alia in mari vt palmas ſquillas.

S ante T

¶ Stalagniũ gen⁹ inauriũ fuiſſe oſtendit Nonius/allegãs Cæcilium qui ait. Ex auro eius ſtalgnium domi habeo.

¶ Stadium latine curriculum ſiue locus in quo equi homineſve currunt & certant athletæ. Nam & Domitianus inter cætera Stadium extruxit. Dictũ ſtadium ἀπὸ τῆς στάσεως hoc eſt a ſtatione, q̃ Hercules eo ſpatio vno ſpiritũ confecto conſtitiſſet. Nam clariſſimum fuit curriculum ſtadij Olympii qd Hercules ſuis pedibus metatus fertur. Continetq; octauam mille paſſuum partem, quod centum. xxv. noſtros efficit paſſus. hoc eſt pedes. cccccxxv. vt ſcribit Plini. Quæ menſura octies efficit mille paſſus.

¶ Stadiodromi dicti ſunt qui in ſtadio curſu certant. Firmic⁹. Si mars reſpexerit lepore cęleſtẽ in horoſcopo/ facient ſtadiodromicos, ſtatiodromos, etiã locus in quo ludi & curſus exercentur. Pli. li. xxxiiij. Eũdẽ vicit & Leontius q̃ fecit ſtadiodromon aſtylon, & qui Olympię oſtenditur.

¶ Sto ſtas ſteti ſtatum, proprie ſignificat in ſe & ſua mole conſiſtere. Et non tantum de animatis/ſed de inanimatis quoque dicitur, vt Nauis ſtat, flumen ſtat, currus ſtat, ſol ſtat. Vnde Solſtitium. Item Auis in aere ſtat. Arbor ſtat. Vergi. ſtabat acuta ſilex. Item ſtare ſignificat erectum eſſe, ſene. Alios ſtantes, alios genibus flexos vidiſſes, ſedentem aut cubantem neminem. Item permanere, durare. Cice. Facere promiſſa ſtare conuentis reddere depoſitum. Vergili. Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti. Item horrere. Cęcil. ſtat ager ſentibus. Item plenum eſſe. Vergi. Iam puluere cęlum ſtare vident. Item prominere. Lucil. Hic corpus ſolidum inuenies, hic ſtare papillas Pictor marmoreo. Item præſtitutum eſſe & immobilem. Verg. ſtat ſua cuiq; dies. Ouid. ſic ſtat ſententia. i. immobilis & fixa eſt. Item in animo eſſe, vt ſtat conferre manũ Æneę. Item poſitum eſſe. Ver. Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis. Item quieſcere. Apul. Dum forte ſtarent in taberna ludentes. Item in priſtino ſtatu manere. Verg. Troiaq; nunc ſtares Priamiq; arx alta maneres. Itẽ conſtare, in pretio eſſe Liui. libro. xxij. Multoq; ſanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria ſteterit. Gellius. Magno ei ſteterea nocte abſentem fuiſſe. Quintilianus. Neq; ipſe hoc periculum ignoro expertus non leui documento quanti ſtetterit mihi q̃ ſemel impata nõ feci. ſtare firmum eſt non moueri/ſed conſtantem eſſe Li. Reſiſtis aũt aduerſus famã, rumoreſq; hominum, ſi ſatis firmus ſteteris, ſtare per me, per te, per illum dicitur, cum nos aut alios

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quid aliud cauſaſum⁹ ne qd fiat. Pli. li. xvij. Nō ſtat per me quo minus cœlum intelligas & cœleſtia ſcias. Quint. Nō per me ſtetit/ſed per illa. Cōpoſita huius verbi ſunt. Abſto. Adſto vel aſto. Conſto, Circūſto. Anteſto. Cōtraſto ꝓ aduerſor Næuius. Cōtraſtat ſemper, nec me ſinit loquier. Exſto. a quo Superexſto. Inſto. Interſto. Diſto. Obſto. Perſto. Præſto. Proſto. Reſto. Subſto. Superſto. Et ſecūdū aliquos Manifeſto/qd⁹ē quaſi ad manus foris ſto. Præterea Soliſtitium & Iuſtitium a ſto deducuntur.

¶ Stabilis, qui eſt aptus ad ſtandum.

¶ Stabilio, lis. ſtabilem facio, firmo. Plau. in Am. Regiq; Thebano Creonti regnum ſtabiliuit ſuum. Hinc Conſtabilio/qd⁹ eſt totū ſtabilio. Idē in ac. Ego rem meam conſtabiliui cum illum emi de prēda ab quæſtoribus.

¶ Stabulum a ſtando locus dicitur in quem longo itinere feſſi ſuccedere ſolent, quod in diuerſorium & hoſpitium dici ſolet. Vnde & proſtibulæ meretrices dictæ q; quæſtus copioſioris gratia concurrentibus illuc aduenis manſiōes ante ſtabula habuere. Petro. in Satyr. Sed nec viam diligenter tenebam, quia nec quo ſtabulum eſſet ſciebam. Hinc Stabula dicuntur loca generaliter in quibus armenta gregeſq; conſiſtunt in agris, & ſub dio veluti quædam ſtadiones animalium. Nam vbi equi tenētur ſpecialiter Equile, vbi oues Ouile, vbi ſues Haram dixere. Bobile quoque a bobus, Caprile a capris nomen traxerunt. Verg. Quatuor a gabulis præſtanti corpe tauros Auertit. Idem. Interea cumiā ſtabulis ſaturata moueret Amphitryoniades armenta abitūq; pararet. Poteſt etiam prēſepe in hoſpitijs ſtabulum dici. Apul. Duriſſimo caſui meo ſeruiens ad equum illum vectorem meum probiſſimum in ſtabulum concedo. Vbi alium etiam Milonis quondam hoſpitis mei aſinum ſtabulantem inueni id quaſi hoſpitantem. Stabulum etiam ſumitur pro quacunque ſtatione ſeu habitatione & loco vbi quis ſtare conſueuit. Vergilius Ardua tecta petit ſtabuli & de culmine ſummo Paſtorale canit ſignum. A Stabulum fit Proſtibulum.

¶ Stabulo as neut. & Stabulor deponens ſignificat ſto, diuerto, & quaſi ſtationem habeo, ſiue etiam in ſtabulo guberno. Varro libro. i. de re ruſti. Si prata ſint in fundo, neq; pecus dominus habet, danda opera, vt pabulo vendito alienum pec⁹ in ſuo fundo paſcat & ſtabulet. Col. li. vij. Si idoneis temporibus ad pſepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerim⁹ curēq; fuerit vt ſtabulentur ſicco in loco ne humore madeſcant vngulę, quod facile vitabimus ſi ſtabula roboreis aſſeribus conſtrata, aut diligenter ſiſubinde emundata fuerint humus & palea ſuperiecta. Sta. lib. i. Th. Geticeq; pecus ſtabulare ſub hęmo. Ouidius lib. xiij. Meta. Hoc pecus omne meum, multæ ſtabulantur in antris. Gel. Tubero in hiſtorijs ſcriptum reliquit Attilium conſulem in Aphrica apud Bragadam flumen grande feciſſe aduerſus ſerpentem in illis locis ſtabulantem prēlium. Hinc ſtabulatio manſio in ſtabulo. Colu. libro. vij. Calore boues ſub dio, frigoribus intra tectū manere oportet. Itaq; hyberna ſtabulatio eorum præparanda eſt, i. loc⁹ ſtabuli, vel vbi ſtabulentur.

¶ Stabularius, hoſpes viatores pretio recipiens. Apul. Sumo farcinulam & pretio manſionis ſtabulario perſoluto capeſſimus viam. Vlpia. Caupones & ſtabularios eos æqua accipiemus qui cauponam & ſtabulum exercent. Et ſtabulari⁹ dicitur qui ſtabuli/hoc eſt loci vbi animalia ſtant curam gerit. Colu. libro. vij. Hic enim recognoſci grex poterit, numeruſq; conſtare, ſi velut ex militari diſciplina intra ſtabularij caſtra manſerint.

¶ Statio, locus in quo naues aut milites tuto ad tempus ſtant, vel in quo frequenter conſiſtitur. Curt. Cognitum id per exploratores qui ſtationes hoſtium fuerant ingreſſi. Item Statio dicitur locus ad cuſtodiam aſſignatus, quando milites ſtantes viglant. Vergi. Sternuntq; vices ſtatione relicta, Ipſe comes Nyſo gradit. Hinc Sationarij milites. Item officina in quā multi cōueniunt vt de aliqua re decernat/& ius dicatur, ſtatio appellatur. Gel. Quęſitū eſſe memini in plæriſq; vrbis ſtationibus ius publice docētiū. Iuue. ſtationes oē theatrum. Similiter errantiū ſtellarum matutinæ quas primas vocant, & veſpertinæ quas ſecundas, cū ſtare ſpectantibus videantur in oriente & occidēte ſtationes vocant. Et ſtatio ipſe ſtādi actus, vñ & nomē accepit ſtatio. Hiero. Ieſus filius Naue ſtationem impetrauit ſoli & lunæ, i. vt ſtarent.

¶ Statiuncula diminutiuum, id eſt parua ſtatio, ſicut a ratiōe ratiuncula.

¶ Stationarij milites dicunt qb⁹ cuſtodię aut p̄ſidij gratia ſtatio aſſignata eſt. Itē q; in vrbibus aut ꝓuinciis tenent ad populorum quietē tuendā ſtationarij vocantur.

¶ Stationalis firmiter ſtās. Pli. de ſyderibus. Eadē ſtationalis ſenis mēſibus cōmoratur in inſignis alioqui bimeſtris cū cętęræ vtraq; ſtatione quaternos mēſes nō impleant.

¶ Statiua & ſtatiuæ quaſi ſtationes dicunt ſiue munitiones in quib⁹ vt ꝓpius pugnēt milites conſident. Li. li. i. Tētata res ſi primo ipetu capi Ardea poſſet. Vbi id parū ꝓceſſit obſidiōe & munitionibus cœpti premi hoſtes. In his ſtatiuis vt fit longo magis aeri bello ſatis liberi cōmeatus erant. Et li. ix. Statiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt.

¶ Stata ſacrificia quæ certis ac ſtatutis diebus fiebant, quæ non mutabantur/ſed firma & ſtabilita erant. Cato. Sacra ſtata ſolennia ſancta ſeruaſti. Ænnius modicam & modeſtam formam mulieris ſtatam vocauit.

¶ Statarius, a. um. a participio ſtatus quaſi ſtabilis ſiue idone⁹ ad ſtandum. Terē. in Heau. Adeſte æquo aīo, date mihi poteſtatem ſtatariam agere vt mihi liceat p̄ ſilentium. Li. lib. ix. Statarius vtercq; miles ordines ſeruans.

¶ Stator q; apud magiſtratū aſſidue eſt. a crebra ſtatiōe, quales ſunt nuntij, vel tabellarij, vel apparitores q; reos in ius vel in carcerem ducūt, qm̄ apud magiſtratum dicati ſunt vt ſtēt parati ire quo a illo miſſi fuerint. Vñ Plācus de ſtatore Lentuli conſulis ad Ciceronē ſcribit. Præſto mihi fuit ſtator eius cum literis quibus ne venirem denūciabat. Et ſtator dictus eſt Iuppiter, qm̄ ſtare fecerit Romanos in fugā a Sānitib⁹ verſos. De quo in ſiſto dictū ē. Nō em̄ a Siſto/ſed a Sto deſcēdit. qd⁹ patet ex eius cōpoſito Antiſtitor, qd⁹ compoſitionē & ſignificationem habet a Sto, ſicut, & Antiſtites. Et dicitur Stator Iuppiter, qui ſtare aīo facit.

¶ Status us. conditio, habitus. quod lingua vernacula dicim⁹ Loeſſere. Hiero. Nam corporis noſtri certus eſt ſtatus, vt omnium animantium. Sed quoniam apud deum non de ſtatu corporis noſtri/ſed de vitę meritis iudicamur, apparet omnem hominem mente ſua ſibiipſi ſtatum nomēq; formare. Colu. li. vij. Quare ſtatus eius longior ꝓductiorq; ad hos caſus magis habilis eſt. Cice. Qui ſtatus rerum? quæ conditio temporum? Dona. Status ad habitū refertur. Statura corpori adſcribitur. Status eſt ſcęnici, ſtatura longitudo corporis. Quādoq; apud rhetores ſtatus dicit in quo cauſa maxime vertit. Cicero Status eſt in quo primo inſiſtis, quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Quin. Status ē quod ex prima conflictiōe naſcit. Exempli cauſa. Intētio eſt, Feciſti homicidium. Depulſo ē. Nō feci. Quęſtio an fecerit. Hinc conſtitutio coniectura lis quæ & ſtatus dicitur. Tres autem eſſe ſtatus quidam dixerunt. Cōiecturalem. Iuridicialē, & Finitiuū ſiue legalem de q⁹ bus in rhetoricis.

¶ Status a. um. idem quod firmus. Plinius lib. xvij. Iam primum hanc iniuriam omnibus annis accidere non poſſe ꝓpter ſtatos ſyderum curſus. Stati dies dicebantur qui iudicij cauſa cum peregrino inſtituuntur. Plau. in Cur. Status condict⁹ cū hoſte intercedit dies.

¶ Staturus, a. um. participium ē a ſto. as.

¶ Statim aduerbium ſignificat conſtanter, perſeueranter, continue, quaſi inſiſtendo & vno ſtatu, a ſtando. Plaut⁹ in Am. Nec recedit loco quin ſtatim rem gerat. Idem in eo. Neq; veſperugo, neq; virgiliæ occidunt, ita ſtatim ſtant. Te. in Phor. Bina talenta capiebant ſtatim. Aliquando mox illico, q; ea q̄ mox iunt continenter fieri videantur. Cicero in Verrē. Statim Meſſanam literas dedit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Stagnum a ſtando dicitur aqua ſtans. Vergilius ſtagnum pro parte maris profundiſſima poſuit q̃ ea minime moueatur/ ſemperq; ſtet, i. quieſcat. Emiſſ amiq; hyemem ſenſit Neptunus & imis Stagna refuſa vadis. Sagnum etiã metallum eſt, a quo ſtagneus, a, um, Plin, lib. xxx, Fyxide ſtagnea dixit, hoc & ſtagnum dicitur.

¶Stagno as, ſtagnum facio, aquam contineo. Vergilius, lib. iiij. Geor. Nam quos pellęi gens fortunata canopi. Accolit ef fuſo ſtagnãtem flumine Nilum. Et dicimus ſtagnare aquam cum non effluit neq; forbetur, Plin. Vbi marini fluctus effuſi ſtaganare ſolent. Et ſtagnare terram quę nõ abſorbet/ ſed cõtinet ãquã. Idẽ. Agris humidis atq; ſtagnãtibus. Hui⁹ cõpoſitũ eſt Reſtagno/ qd̃ eſt exundo, vt, apud eũdẽ lib. ix. Idẽ tradit in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos altis ſcrobibus in his locis vbi nullæ reſtagnent aquæ.

¶Stannum plumbum a ſtando dici videtur, q̃ in fornacib⁹ primum fluat ac p̃ ſe ſtet, quod & ſagnum & græce Caſſiterum, ſiue Catiteron, ſiue Caſſiriton immutatis ab Homero literis. Nã plũbi ſunt duo gña, nigrũ. ſ. & album. Hinc Stanne⁹ a, um. Vnde vaſa ſtannea.

¶Stamen a ſtando, q̃ eo ſtat in tela omne velamentum eo q̃ firme ſtat dum texitur, non id quod hinc inde trahitur. Subtegmen quod ſubit ſtamini. Dicitur etiam Stamen quicquid i colo ad nendũ põnitur. Hieron. ad Fabio. Ex quibus facta fila retorquentur cũ ſub tegmine trium colorum hyacithi, coci purpurę & cũ ſtamine byſſino.

¶Staphilę vitis alba eſt, quam alij Ampeloleucem vocant, alij Melothron. Cc.

*Staphis vitis eſt cauliculis nigris rectis foliis labruſcę fert foliculos veri⁹ q̃ adnos viridesſimiles ciceri. Cc.

*Staphilus ſicheni fili⁹ primus aquã vino miſcere docuit Cc.

¶Statilinus & ſtatanus, dij p̃ſides, quaſi nobis adſtãtes,

¶Stater eris. pe. cor. generis maſcu. teſte Hiero. in Matth. dicitur qui duo habet didrachmata. Idem lib. Re. Ecce inuenta ẽ in manu mea quarta pars ſtateris argenti. Et Hieronymus. Et appendit ei argentum ſeptem ſtateres & decem argẽteos. Fit autem ta græco ἵστημι, quod eſt pondero ι in α conuerſo, ſicut & ab ἵστημι, quod eſt ſto, fit στάσις ſtatio, pari modo ι in α mutato. A cuius accuſatiuo græco στατῆρα formauerunt. Quidã hoc nomen aſpirant, atq; ab σταθμίζω, quod eſt trutino vel põdero deducunt. Suidas tamen στατῆρ τὸ ἐκ χρυσοῦ νόμισμα ὃ καὶ ταντίωμα ἢ συνωρίς τὸ μὲν ἓξ χαλκοῦ τὸ δὲ στατῆρας χρυσοῦ οὗτος ἐμιμήλου ἵππων πολὺ μᾶλλον ἀλλήλοις ἐοικότας. *. i. Stater aureus numm⁹ crumenarũ. Synoris quidem habuit obolos ex ærę ſtateras auri equorũ eumeli multo magis ad inuicem ſimiles.

¶Satera æ. pe. pro, a ſtando dicta eſt, quia ſtante libra penſatur aurum vel argentũ. Eſt enim inſtrumentum quo res ponderantur ſine bilancibus.

¶Satuo is, tui, ſtatutum, delibero, ordino, dedico, firmiter pono. Lac. lib. ii. Abſtinere p̃cio ſtatuiſſet. Et li. vi. Sed his oĩbus certos limites ſtatuit, i. ordinauit. Verg. Crateraſq; duos ſtatuã tibi pinguis oliui, i. dedicabo. Terẽt, p Concutere poſuit cũ ait. Sublimen illũ arriperem & caput primũ in terrã ſtatuerẽ, vt cerebro diſpergat viã. Hui⁹ cõpoſita ſunt Cõſtituo, Deſtituo, Inſtituo, p̃ſtituo, proſtituo, Reſtituo, & Subſtituo.

¶Statua a ſtatuo deduci videtur, & eſt imago alicuius. q̃uis inter ſe differantq; ſtatuę ſint æneę, eboreę, lapideę. Imagines cereę & pictę. Suet. in Tibe. Etiã ſtatuas atq; imagines niſi permittente ſeponi prohibuit.

¶Statiuncula diminutiuum parua ſtatua.

¶Staticulũ dimi. a ſtatua. Hieronymus in tranſlatione homiliæ Origenis. Sed vxor eius immemor p̃cepti retrorſum reſpicit. impoſitam legem rupit, fit ſtaticulũ ſalis. Staticulũ etiam dicitur in vehiculis ſicut Eſſedum in equo, & petorritũ in mula. Pli. lib. vlti. Reddunt ſpecies fluminum nemorũ & iumentorũ & eſſeda & ſtatícula & equorũ ornamẽta. Apud Plaut. in Perſa. ſtaticulum genus ſaltationis eſt.

ðStaticuli ſunt motus ex arte ſaltatoria & geſticuli in quibus ad numeros moduloſq; muſicos conſiſtunt. Cato. Spatiatorem & teſceniũ vocat Cæcilium ſenatorem q̃ elegantius ſaltaret & ſtaticulos daret, q̃ deceret virum probum

¶Statuarius qui ſtatuas fingit, ſeu qui imagines fundit. In q̃ nimirum arte excelluere Lyſippus Apelles Praxiteles Myron Polycletus.

¶Statuarius a, ũ. qd̃ ad ſtatuã pertinet, vt opus ſtatuarium.

¶Statuaria, æ, ars ipſa faciendi ſtatuas.

*Statura propríe corporis quantitatem ſignificat. Sueton. ſtatura fuit eminenti, corpore pallido. Cc.

¶Statuoſus q̃ ſtatura i. magno corpore eſt. Aug. Forte habens ſeruũ formoſum ſtatuoſum bene compoſitum habens alium forte ſtatura paruum.

¶Statumen. penultima producta dicitur id quo fulcitur vitis, vt pali & pedamenta, & quicquid pro munimẽto accedit Statumen dici poteſt, quaſi armamentum quo res ſtare poſſit Ipſa quoq; pedamenta vitiũ ob hoc armamenta quãdoq; nominantur. Apud Vict. Statumen dicitur quicquid proſtrato adijcitur. Et Statumina a ſtatu arborũ dicuntur prout creſcẽdo ſtarum accipiunt rami. Quo ad primum ſignificatũ. Colli. v. Poſita vinea i tertio autũno vehementioribus ſtatuminibus ſtatim impedienda eſt.

¶ſtatumino as, ſtatũminibus firmo. Plin. lib. xvij. In ſolutore terra ſepibus firmari, ora vtrinq; lapidibus ſtatuminati, & alio ſuperintegi.

¶ſtapedes pe. cor. machinulæ ferreæ in q̃bus pedes habere ſolemus dũ equitamus.

¶ſtachys latine ſpica. Vñ. Nardi ſtachys, i. nardi ſpica, ex qua vnguentũ generoſum cõcinnat. Nã vt ſcribit Ply. Vnguenta rũ nõ ſolũ folia, ſed etiã ſpicas nardi in vnguento celebrant. A folio vero nardi foliata nuncupantur vnguenta nardina.

¶ſtactis myrrhę flos appellat. Hier. Narrant & hi qui aromatũ nouere virtutes ſtactẽ florẽ eſſe myrrhę. Hęc & Gutta alio nomine dicitur, ſiue ſtilla & Aloe. Vnde in euange. legimus q̃ Nicodemus centum libras myrrhę & aloes ad ſepeliendũ dominum præparauerit.

¶ſtaphylinus paſtinaca agreſtis. Colu. lib. x. Tũ agreſtis paſtinaca & eiuſdem nominis edomita quam græci σαφυλῖνον vocant. hęc etiã ſtaphys dicitur Palladius ſtaphy fagria perimit pediculos gallinarum.

¶ſtaphys. Vide indictione ſtaphylius de quo modo.

¶ſtatius nomen poetæ comici fuit qui Cęcilius dictus eſt. ſtatius autem appellatus fuit quoniam ſeruus fuit. ſtatius enim nomen ſeruile ẽ. Fuit & alius poeta hoc noĩe qui heroico carmine multa conſcripſit.

ðſtatyelli populi Alexandrini, & ſtatiellæ aquæ. ſtra. Via ea q̃ ab oppido Genua ducit Placentiam aquæ ſtatyellę habent Hinc ſtatyelenſis Georgius Merula dictus eſt, qd̃ ibi natus ſit, vbi nunc Alexandria apud Ligures eſt.

ðſtatina pe. cor. inſula de qua Papi. in ſil. Enariæq; lacus medios ſtatinaſq; renatas.

*ſteatites gemma ſimilitudinem ſeui oſtentans quod græci στέαρ vocant. Cc.

¶ſtechades penult. cor. ſunt tres inſulæ in Rhodani oſtio vicinæ Maſſilienſibus, ſic dictæ propter ordinem quo ſtræ ſunt græci enim ſtichũ dicunt ordinẽ & verſum. Luca. ſingulariter protulit. Veherat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis ſtechados ora tenens.

¶ſtella a ſtrando, q̃ ſtare ſtellæ videantur, ſunt autem ſingulares ſtellæ non admiſtę alijs. ſydera vero ſiue aſtra ſunt quę ad aliquod ſignũ cõpluriũ ſtellarũ cõpoſita ſunt, vt aries taurus. Eſt & ſtella nomen poetę Patauini lepidiſſimi. * De quo meminerunt Martialis & ſtatius, & amauit Violentiam virginem Neapolitanã. ðEt nomen piſcis vel Conchę pori⁹ adeo natura calida eſt, vt oĩa cõtacta protin⁹ concoquat, forma eius ſimilis eſt ſtellis quæ pinguntur.

¶ſtello as. lucco & quaſi ſtellas facio. Mar. Et numeroſa linũt ſtellantem ſplenia frontem. Pli. lib. xxxvij. Quoniam ſtellarũ hyadum & numero & diſpoſitione ſtellãtur, Hinc ſtellatum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtellis plenũ, qđ eſt cœli epithetũ cum ſerenũ eſt. Interdũ ſtellare eſt ad modũ ſtellarũ factum eſſe, qđ dicimus facto de ſtelle. Clau. li. ij. Ducit in thalamũ virgo ſtat pronuba iuxta Stellantes nox picta ſinus. Idem lib. iij. Vt patuit ſtellata domus conſidere iuſſi. Interdum inuidere, a Stellione animali cuius natura eſt inuidiam habere. de quo Pli. li. xxx.

¶ Stelæ per ſimplex l. columnæ quas latini pilas vocant. ὃ Pli. li. vi. Stelę lapideę literis incognitis.

¶ Stellio animal ſimile Lacertę tergo depictum lucentibus guttis ad modum ſtellarum, vulgo Tarantula dicitur. a græcis Aſcalabotes, ꝙ apud eos ἀσκαλοσ circulus eſt. Stellio autem circulis quibuſdam depictus eſt, & veluti lucẽtibus guttis in modum ſtellarum Morſus eius per raro iterimit hoiem, tñ ſemiſtupidũ facit, & vare afficit. Eſt & alius Stellio ex aranearũ gñe lentiginoſus in cauerniculis dehiſcentis p æſtũ terrę habitans. In Apulia frequẽs viſitur, & ſimiliter Tarãtula dr, ſcorpionib⁹ ita cõtrarius vt viſus ab eis pauorẽ ipſis afferat, & torporẽ. Aug. li. x. con. Quid cũ me domi ſedentem ſtellio muſcas captans vel Aranea retibus ſuis irruentes implicans ſæpe intentum facit. Hinc ſtellare proinuidere. Sed & maledicta hinc, & ſtellionatus crimen, & Stellaturam accipere apud Spartianũ qui ait. Tribunos qui ſtellaturas militibus tuliſſent capitali pœna affecit.

¶ Stellionatus crimen apud iuriſcon. a Stellione nomen ſumpſit. Qđ fit cũ aliquid dolo factũ eſt, vt ſi quis rẽ alię obligatã diſſimulata obligatione ꝙ calliditatẽ alię diſtraxerit, aut ſi qs merces corruperit aut impoſturã fecerit, cui⁹ nulla ordinaria pœna eſt, ſed extraordinarie plectitur. Et ad p̃ſidẽ ſpectat.

*Stelis viſci genus eſt qđ in Eubœa creſcit. Cc.

¶ Stemma atis, coronamentum quod ex multis floribus cõpoſitum eſt, dictũ a græco quaſi στέφανμα, στέφω corono. καὶ στέφανοσ corona. Firmi. li. iij. Magnos viros faciet Mercurius q̃ ſacris & glorioſis ſtẽmatibus coronentur. Qñq; ſignãt claram familiã in qua inſignes viri vt in ſertis flores eluceſcunt, & q̃ plerũq; ex victoriis & coronis maiorũ contrahit. Iu. Stẽmata qđ faciunt? qđ ꝑdeſt Pontice lõgo Sanguine cẽſeri? Suet. Q. in vetere gẽtiliũ ſtẽmate C. Caſij percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. Qm vero mos erat apud antiquos vt viri ob res bene geſtas coronis donarent, & eedẽ ſtatuarũ capitibus imponerentur, inualuit conſuetudo, vt ſtẽma aliqñ ꝑ facinore acciperit. Aliqñ ꝑ ipſis imaginibus maiorũ quę poni ſolebant ꝛ atriis. Mart. Atria piſonum ſtabant cũ ſtẽmate toto. Seu pro gradibus gñis & ordinibus deſcendentiũ. qui ramis quibuſdã & velut ꝛcurrentibus lineis diſtinguebant. Pli. li. xxxv. Stẽmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Augu. Lucas euangeliſta ſanctus cõmemorat gñatiões eius quo ordine, qua ſerie, quo ſtẽmate ad illã gñationẽ ventũ fuerit qua natus eſt Chriſtus. Quin & ꝑ inſcriptionib⁹ ſaxorum. Marti. Triſtia ſaxorũ ſtemmata delet herus.

ὃ Stega locus in naui contectus. Nã & ſtega tuguriũ eſt. Plau. in epi. Adſcendi in ſtega, hinc ꝑſtega & triſtega dr. Vñ in Gene. c. vi. legit, oſtiũ aũt arcę pones in latere deorſũ. Cenacula & triſtega facies in ea. Stega a ſtegazo qđ eſt tego.

ὃ Stephanus latine corona a quo ſtephaniũ & ſtephaniſcũ diminutiua. hinc aliud diminu. ſtephaniſtidium.

ὃ Stephanoma pe. pro. στέφανόμα latine Coronariũ genus oleris, quodcũq; foliaceum.

*Stenio fuit vna ex filiabus Phorci & Cetus bęlluę marinæ. Meduſæ ſoror. Cc.

*Stenoboea ꝑpriũ nomẽ mulieris Prœti regis Ephyræ vxor quæ bellorophontem amauit. Cc.

¶ Stentor ab Homero inducitur vocaliſſimus, cuius tãt⁹ erat vocis ſonus q̃tus aliorũ quinquaginta.

*Stephanoplocus dicit coronarius. i. qui coronas cõficit στέφανοσ em coronã ſignificat. & πλέκω texo. Cc.

¶ Stercus ab extergendo deduci videtur, ꝙ vndique abſtergi ſoleat.

ꝛ Stercoro as. ſimum agris fœcũditatis gra adhibeo. Pli. lib. xviij. Ager ſi non ſtercoratur, alger, ſi nimium ſtercoratus eſt aduritur. Col. Lupinũ vbi in florem verterit, nihil agrũ ſtercoraueris. Et ſtercorare eſt pinguefacere. Idẽ lib. xij. Vicia & faba ſtercorare agrũ dicũt. Stercoratũ ſtercore infectũ etiã dicitur. Idẽ li. i. Pomaria quoq; & hortos oportet ſepto circũdari, & eſſe in propinquo atq; in ea parte qua poſſit omnis ſtercorata colluuies cohortis balneariorumq; & oleis expreſſa amurcæ ſanies influere.

¶ Stercutius dictus eſt Saturnus, ꝙ primus ſtercorandi agri rationem inuenerit.

¶ Stercorarius a. um. qđ ad ſtercora ꝓtiner. Var. li. i. de re ruſt. Sic e ligno & ferro vt plauſtra maiora tria, aratra cum vomeribus ſex, crates ſtercorarias quatuor.

*Stereſis græce orbitas a latinis dicitur. Cc.

*Sterinon græce latine ſterile dicimus. de quibus in dictione ſterilis. Cc.

¶ Sterquilinũ, loc⁹ ſtercoribus plenus ſeu ſtercoris receptaculũ. Col. li. i. Serquilinia duo ſint, Vnũ qđ noua purgamẽta recipiat & in annũ cõſeruet. Alterũ ex quo vetera vehantur.

¶ Sterno is. ſtraui atũ. de ſtatu deiicio, & quaſi in terrã extendo. Verg. lib. x. Sternitur infoelix alieno vulnere. Hinc Cæſũ exercitũ, ſtratũ dicimus. Inde ſtrages. Per tranſlationem ſternere ꝑ extẽdere qñq; ponitur. Vñ ſternere humi tapetas frõdes & hmõi dicimus. Et qñ ſternẽdo fit vt id ſupra qđ ſternimus, hoc eſt extẽdimus aliquid, tegamus. ſternere etiã ꝑ tegere atq; implere ſumit. Vñ ſternere equos dicimus, hoc eſt ſtratis tegere. Hiero. in Gñ. Habraã de nocte cõſurgẽs ſtrauit aſinũ. Sic ſternere equos cooperire. ſternere humum floribus, implere. Ver. ſternit oẽ ſolũ iaculis. Item quoniam ſternendo i. extendendo & id quod extendimus complanamus atq; cõponimus, fit vt ſternere quoq; pro componere ac complanare vſurpemus. Et ſtratum dicamus complanatum atque compoſitum. Vnde Stratum mare, dicimus quando nullo vrgente in fluctus vento ęquatum manet. Vergi. Et omne tibi ſtratum ſilet æquor. Et, ſtratas vias, ſiue ꝙ complanatæ ſint, ſiue ꝙ lapidibus tectę. Idem. Miratur portas ſtrepitumq; & ſtratа viarum. Item quia iacendo quodammodo extendimur, fit vt eos etiam ſe ſternere dicamus qui ſe ad iacendum collocant vt quieſcant. Idẽ li. iij. Ge. ſternunt ſe ſomno diuerſo in litore Phocæ. Huius verbi compoſita ſunt Conſterno, Externo, a quo Superexterno, Deſterno, Inſterno, Proſterno, & ſubſterno, a quo ſubſtratus.

¶ Sternax equ⁹ dicitur qui ſeſſorẽ excutit ac in terrã deiicit, hoc eſt ferox. Ver. Et ſternacis equi.

¶ Sternuo is. ſternui. ſternutum. a quo fit frequentatiuũ Sternuto as. penultima producta. Inde ſternutatio inflatio quæ a pectore exurgens totum caput concutit. Proper. Num tibi naſcenti primis mea vita diebus Aridus argentum ſternuit omẽ amor? Col. li. vij. At ſi moleſta pituita eſt cunilæ bubulæ vel ſurculi Nepetę ſyluęſtris lana inuoluti naribus inſerunt ur verſanturq; donec ſternuat ouis.

¶ Sterto is. tui. dormio. Terent. in Eu. Fatuus inſulſus tardus ſtertit noctes dieſq;. Hinc fit compoſitum Diſterto. Perſius. Cor. iubet hoc Ænni poſtẽ deſtertuit eſſe Mæonides quint⁹ pauone ex Pythagoreo.

¶ Sterilis infœcundus, & fructũ nõ ferens, ſine ꝑle, στεῖρα em priuo dicit ſeu careo. Et στειρικόσ ſterile. græci στεῖρα orbitatẽ dicũt. Hinc ſtrileſco is. ſterileſcere ſignãt ſterilẽ fieri. Palladius de gallinis loquens. Vinaciq; cibo ſterileſcũt. Hordeo ſemicocto & parere ſæpe coguntur & reddũt oua maiora. Pli. lib. viij. Capręq; pinguedine ſterileſcunt.

*Sterogonia genus turis quod latini maſculum dicunt a ſoliditate. στέρεον em græci ſolidum dicunt. Cc.

*Sterpſiceros animal eſt quod Afri Adacem vocant. huic græci a contortis cornibus nomen indiderunt. Cc.

¶ Steſichorus pen. cor. nomen poetę ex Himera ſiciliæ vrbe eo que Himereus eſt dict⁹. Alij ex Methauria vrbe natum dicunt. Alij ex Palatio Arcadiæ oppido. ferunt inde profugũ Catanã veniſſe, eoq; in loco defunctum & extra portã vrbis ſepultũ fuiſſe, portãq; ab eo Steſichoriã nuncupatam. Floruit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

xxxvij. Olimpiade, sextaq; & quinquagesima obijt. Fertur Lusciniam aliquando in ore Stesichori infantis cecinisse mirabili auspitio summum eum poetam futurum & cantus suauitate omnes qui ante eum fuerunt superaturum. Hora. Stesichoriq; graues camœnæ. Fuit enim excellētissimus lyricus, a quo Stelichorium carmen dictum. Ideo autem dictus est Stesichorꝰ q; primus saltare ad cytharam instituit, hoc est choream ducere, antea Tisias vocabatur.

⁂ Stesichorites italis numerus est octonarius, a Stesichori poetæ sepulchro q̄d octo talorū figura cōfectū fuit. Cc.

ȣ Steropē a fulgetra nomē sortitus est quæ græce στεροπὴ dicitur fuit vnus ex famulis Vulcani.

¶ Stibadium accipit ꝓ sella & abaco quo fulti discumbūt cōuiuæ, q̄d primo hærbidum fuit. Postea inualescente luxuria marmoreū. Hic Torus rectius appellatur quādo a tortis hærbis instectatur. Nam apud græcos stibades hærbæ sunt aptæ ad discūbendum. Hinc stibadion cubile ex stibade herba constructum. Plini. lib. v. epi. Ex stibadio aqua velut expressa cubantium pondere siphunculis effluit. Sunt qui dicant stibadia esse paruas cœnationes in quibus scriptum esse solebat quot conuiuas cœnatio caperet, Ser. in pri. cō. ænei. Stibadia antiqui non habebant, sed stratis tribus lectis epulabant, vñ & Tricliniū fierni dī. Mar. Stibadiū. Accipe lunatæ scriptū testudine sigma Octo capit veniat quisquis amicus erit.

¶ Stibium dicitur quōd ad venustādos oculos peculiariter vtebantur. In argenti enim metallis inuenitur lapis spumæ candidæ atq; nitentis, quem alii stibium, alij alabastrum, alij turbasin appellant, cuius vis principalis est circa oculos quos dilatat, quorumq; fluitiones exulcerationesq; inhibet. Ideo id græci platyophthalmon dixere ab oculorum dilatatione. Vnde i Hier. ꝓphe. Cū pinxeris stibio oculos tuos frustra componetis. Hiere. ad Furiam. Non habuit crispantes mitras, nec stridētes calceolos, nec orbes stibio fuligīnatos. & de Paula. Turbāda est facies quam contra dei præceptum purpurisso ceruſa & stibio sæpe depinxit. Hinc stibinus a, um. penul. prod. quod stibij colorem habet. vt apud lib. i. Paralipome. Hier. Onychinos stibinos dixit.

¶ Stichos latine versus siue ordo dī. Vñ Distichus.

¶ Stigma tis, nota siue signum quę inuruntur, ab στίζω pungo Mart. Frons hæc stigmate non meo notanda est. Per translationem quandoq; ponitur pro suggillatione & infamia. Suet. Val. Batullum a quo sibi versicul⁹ de Matnurra perpetua stigmata imposita non dissimulauerat satisfacientem eadem die adhibuit cœnæ hospitioq; patris eius. stigmata vt inquit. Plidelentur colūbino fimo.

¶ Stigmatici dicuntur famosi & nocētes qui nota aliqua adusti sunt, vt semper appareant. stigmatios dici voluerunt nostis & stigmate punctos. ȣ Cice. scribit Alexandrum phereū eum ad vxorem in cubiculum veniret solitum præmittere seruum stigmaticum compunctum notis thracijs districto gladio ob metum.

¶ Stigo as. stimulo irrito, a q̄ Instigo, Castigo, Fustigo, quam vis quidā a bago cōposita esse velint.

¶ Stilbo philosophus fuit qui capta patria amissis liberis & vxore, cum ex incendio solus & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio cui cognomen ab exitio vrbium Polyorcetes fuit, nunquid perdidisset? Omnia inquit mea bona mecū sunt. Quo dicto dubitare Dimetrium coegit an vicisset. Nihil inquit perdidi, omnia mea mecum sunt. videlicet virtutes quas nulla vis hostilis eripere, quit, quibus sapiens septus nullū pōt subire dispendium.

ȣ Stilbon tis. Mercurij stella dī. i. radians. Fit a verbo græco στίλβω resplēdo q; eius orbis splendeat.

¶ Stilpones dicuntur ab aliquibus homines parui qui nativo carentur.

¶ Stimulus ἀπὸ τοῦ στίζω proprie dicitur fustis acutæ cuspidis quo rustici boues suppungunt. Plaut. in Asina. Vtinam nūc stimulus in manu mihi sit. Per translationem dicitur omne illud a quo vexamur. Hinc stimulū carnis & vitiorū dicimus ⁂ Stimulam deam veteres dixerunt, quæ ad agendum aliq̄ quid stimularet. Cc.

¶ Stimulo as. pungo. Teren. in Heau. Magis nunc me amicæ dicta stimulant. Hinc Extimulo, q̄d est valde stimulo. Col. lib. vij. Libidinis extimulatur furijs.

¶ Stingo & stinguo is, xi, ctum. eiusdem significationis est cū extinguo. Cice. in Progno. Vt quum luna means Hyperionis officit orbi Stinguuntur radij cæca caligine tecti Huius composita sunt. Distinguo, Extinguo, Interstinguo, Instinguo & Restingo.

¶ Stiria proprie est aqua frigore concreta pendens guttatim q; stillans. Verg. Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. Plini. Distillantes hiberno gelu stirias. Inde stiricidium quod est quasi stiriæ cadium.

¶ Stilla dimi. a Stiria vt inquit Festus, & accipitur pro gutta vt stilla olei, stilla aquæ. Apul. Et sanguinis eruptionem vtriculo admoto excipit diligenter vt nulla stilla compareat vsq; Victru. libr. ij. Fastigia facientes luto inducto proclinatis tectis stillicidia deducebant, per id stillæ decidunt ī impluuium. Mart. Atq; olei stillā donaret oppelliculus vnctor.

¶ Stillicidium quasi stillarum cadium, q; stillatim cadat vbi e rectis guttæ fluunt. Hierony. in Psal. Sicut stillicidia stillātia.

¶ Stillo as. guttatim fluuo siue emitto. Plini. Frutex est resina stillans. Huius composita sunt Distillo deorsum stillo. Verg. lib. iij. Georg. Lētum distillat ab inguine virus. Et distillare est paulatim fluere. Vnde fluxus humoris a capite dicitur distillatio. Itē signif. guttatī hūmorē extrahere. Vñ distillare hærbas ē hūorēex his paulatī extrahere. Hīc distillatio liquamē q̄ vtimur cū pulmentarijs. Et distillari⁹ dictus est cōcinnator distillationū & vēditor. Sene. Iā libarij varias exclamatiōes & botulariū & distillariū & omnes popinarū institores mercē suā quadam insignita modulatione vendentes. Extillo perfecte seu totum stillo. Teren. in Phor. Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo, vt ne restinguas lachrymas si extillaueris. Instillo ī tro stillo. Plini⁹. l. bro decimo. Et aurium grauitati succum raphani instillant.

ȣ Stillitia resina dicit, quæ rufo colore lentescit dicta q; guttatim stillaret.

¶ Stylus siue stylum cum y dici potest colūna. Vnde Epistylium capitellum quod super colūnam locatur. Stylus etiam dicitur modus dicendi. Teren. in prolo. An dissimili orationes sunt factæ, ac stylę. Do. Oratio in sensu stylus in verbis oratio ad res stylus ad verbum.

ȣ Stylis colūnella latine, q̄ noīe dictus est locus q̄dā, q; turriculæ modo erectus ex aduerso turrē in peloro sitam respicit, hic diecq; a multis appellatur Stylariō dī & stelę p simplex l. i. colūnę, quas latini pilas vocant.

¶ Stylobatęς σῦλος τὸ κάμαξ λέγεται καὶ βαίνω βαλίζω στυβάτης, ὃς σχοινοβάτης. ⁂. Stylus pertica dicitur βαίνω vado, componitur vt σχοινοβάτης, i. funabulus σχοῖνος funis & βαίνω conscendo. sic σῦλος. palus lignum trabs Per quam vadat aqua, quasi canalis ligneus, & instrumentum ligneum q̄ aqua trajiciatur, vt sub tegulis fieri solet. Var. lib. i. de re rust. Cohortes in fundo magno duę aptiores. vna vt interdiu cō pluuiū habeat lacum vbi aqua saliat qui intra stylobatas cū venit fit piscina. Boues enī ex aratro æstate reducti hic bibunt hic ꝓfunduntur. Et. li. iij. Subtus colūnarū stylobatem.

¶ Stipes fustis terræ defixus, q; qm̄ pullulare aliquādo cōsueuit putant aliqui stirpē ab eo dictā. Itē stipes dī torris lignum & q̄dlibet aliud q̄d facile incenditur.

¶ Stips is. & stipis is. merces quæ stipatoribus & militibus dabatur Et cum spondetur pecunia stipulari dicitur id est stipem obligare. Pecunia quoq; quam vel ī æreriū reponebant vel dijs offerebāt, vel mendicis porrigebāt ad sustentationē vitæ stips dicebatur a Stipando, ꝓterea q; in cella stipabant. id est componebant.

¶ Stipendium æs militare seu præmium quod militibus dat Compositum nomen ex stipe & pendo, quasi stips ponderata sit. Stips autem dicebatur ab antiquis æs, eo q; antequam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſignatum eſſet non numerabatur, ſed penſabatur. Quod qui ſupra as, vt Var. inquit acceperant ſua neceſſitate maiorem numerum non in arca ponebant, aut in loculis ſed in theſauris ſtipabant, i. in anguſtum ponebant, quo minus loci occuparet. Vlpia. Stipendium a ſtipe appellatum, q̃ per ſtipes. i. modica æra colligatur. Sed quoniam ſtipendium quod militi dabatur perpetuũ erat quouſq; exauthoraretur diminueretur ve ſolideq; dabatur tractum videmus vt dici cœperit eũ militem ad ſolidum conduci cui promitteretur ſtipendium licet annuum. Caſſiodorus Vegetius, & Frontinus ſolidatum in militia fuiſſe ſcribunt eum cui ſtipendia ab imperatore promiſſa erant. Stipendium etiam dicitur quod quis tenetur ſoluere principi, aut reipub. Liui. libr. ſecundo. Vt diuites conferent qui oneri ferendo eſſent, pauperes ſatis ſtipendij pendere ſi liberos educent.

¶ Stipendiale quod pertinet ad ſtipendium. Sidonius. Poſſit fœdere ſub ſtipendiali.

¶ Stipendiarius tributarius qui ſoluendo ſtipendio obnoxius eſt, qui alio nomine vectigalis dicitur. Vnde multi populi ſtipendiarij erant reipub. Romanæ. hoc eſt qui ſoluebant ſtipẽdium. Cæſar. cõ. i. Reliquaſq; ciuitates ſtipendiarias haberent. i. tributarias. Vulgus perperam appellat ſtipendiarios milites qui ſtipendia faciunt cum tales mercenarij ſiue ærarij milites ſint nuncupandi, quos Vegetius ſtipendioſos vocat quãuis & ſtipendioſi dicantur ſtipendijs pleni hoc eſt qui ſtipẽdia plurima fecerunt.

¶ Stipendioſus, de quo modo in dictione Stipendiarius.

¶ Stipendiarium, certum vectigal Cicer. in ver. acti. v. Inter Siciliam cæteraſq; prouincias in agrorum vectigalium ratione hoc intereſt. q̃ cæteris aut impoſitum vectigal certum quod ſtipendiarium dicitur.

¶ Stipendiatus a ſtipendior aris. qui ſtipendium recipit & alioꝛ mercenariꝰ dr̃, vt ſunt ij qui ad militiã adſcribunt. Pli. li. vi. Regi eorũ peditũ ſexcẽta milia equitũ. xxx. milia elephantorũ nouẽ per oẽs dies ſtipendiantur.

¶ Stipo as. rimas obthuro, condenſo, quia in hoc ſtupa vti ſolemus. Eſt enim deterius linum quod rimis maxime nauium claudendis adhibetur. Vnde ſtipatores dicti ſunt qui in nauibus ſtipam hoc eſt ſtupam componũt. Hinc ſtipare proclaudendo coarctare denſareq; accipitur, ſicut in nauibus fieri videmus. Vergi. Stipatq; carinis ingens argentum. Et ſtipare ſignificat circumdare aliquem defendendi cauſa. Li. li. i. Stipatus agmine armatorũ in forũ irrũpit. Hinc Cõſtipo.

¶ Stipatores qui in nauibus onera componunt, & qui regum vel aliorum corpora cuſtodiunt, a ſtipe quam accipiebãt, vel q̃ reges ſtipent & vndiq; circumdent ac claudant pene conſtringentes inſtar apum circa ipſarum regem. aut q̃ ipſi ferro ſtipati ſunt. Colu. libro. ij. offi. Præmittebatq; de ſtipatoribus ſuis qui ſcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in veſtimentis telum occultaretur exquirerent. Hos antiqui a latere Latrones vocabant.

¶ Stiparius a, ũ. q̃d ad ſtipãdũ pertinet. Pli. li. xix. Mox ſiccatæ in ſaxo tunduntꝰ ſtipario malleo.

¶ Stipulor pe. cor. aſtipando ſignificat promittoſeu pecuniã ſpondeo, ſtipem, obligo, obligationẽ, vel per obligationẽ habeo. Nam proprie de pecunia dicitur, quamuis ad omnes rogationes quę ſolẽniter fiunt translatum ſit. Hinc ſtipulatores dicuntur qui per interrogationem obligant promiſſorem. Hæc enim duo ſtipulator & promiſſor opponuntur. Quod docet Iuriſcon. ti. de verborum obligationibus. Eſt autem ſtipulatio, vt inquit Pompon. verborum conceptiõ quibus his qui interrogatur daturum facturum ve ſe id quod interrogatus reſpondet. Eſt autem ſtipulor ſecundum Priſcia. verbum cõmune quod tam in actiua quã in paſſiua ſignificatione ablatiuo iungitur. Dicimus enim ſtipulor abs te, rogo te, peto abs te, & ſtipulor abs te, pro rogor abs te. Iuue Quantum vis ſtipulare & protinus accipe quod do. Vt toties illum pater audiat ſubauditur a me ſtipulare. Eſt enim actiuæ ſignificãtiæ. Suc. Vo paſſiuæ protulit. Prætorũ lectoria quæ vetat minorem annis. xxv. ſtipulari. i. interrogari. Plaut. quoq; paſſiue dixit. Niſi dolo malo inſtipulatus ſis. Stipulator qui rogat & qui rogatur. Huius verbi compoſita ſunt. Adſtipulor. quod eſt conſentio. Cice. lib. Acad. Falſum eſſe ſtoici dicunt & eoq; aſtipulator Anthiochus. Inſtipulor. Plaut⁹. in Pſeu. Menſuræ viginti ſaluæ & ſanæ ſunt tibi hodie quas abs te eſt inſtipulatus etiam pſeudolus. Reſtipulor q̃d eſt contra ſponſionem pecuniam obligo.

¶ Stipulatus us. idem quod ſtipulatio. Plinius. Iouis deorum ſummi ſtipulatu.

¶ Stipula a ſtipa hoc eſt ſtupa deducit, ſiue q̃ ſtipæ inſtar ſtruatur, ſiue q̃ ea quoq; ſtipari tectorum rimæ conſueuerunt. Eſt autem ſtipula calamus frumenti, puta tritici hordei & ſiliginis quod ſcilicet continet ſpicam cuius internodia genicula dicũtur, aliquando genua a ſimilitudine genuum animalis. Plini. Frumenta quædam in genu tertio ſpicam incipiunt concipere. Idem Geniculæ ſũt tritico quaternæ, farriſenæ, hordeo octonæ. Stipula etiam dicitur quæ remanet in campo demeſſo frumento. Item ea pars quæ e frumento demeſſo contuſa ſpica ſuperſtat, ſimiliter ſtipula generali vocabulo appellatur.

*Stipholus vnus ex Centauris Ixionis & Nubis filius. Cc.

¶ Stirps cum de hominibus dicitur generis fœminini eſt & ſignif. originem. Vergi. Heu ſtirpem inuiſam. Cum vero de arboribus pro trunco generis maſc. Idem libro xij. Cõlemel inſyluis imo de ſtirpe recluſum. Inuenit etiã fœ. Hora. Stirpeſq; raptas & pecus & domos.

¶ Stirpo as. radices aufero, a q̃ Extirpo. Per translationẽ Extirpari vitia dicimꝰ quaſi funditus tolli.

¶ Stirpitus pe. cor. aduerbiũ ſignifi. radicitus. Cice. li. iij. Tuſ. Hunc errorẽ quaſi radicẽ oĩm malorũ ſtirpitus philoſophia ſe extractura pollicetur.

¶ Stirpices q ſtirpes euellũt. Quę tñ oĩa a ſtipes incipiẽdo a q̃ buſdã cũ ypſilon ſcribũtur.

¶ Stiua aratri manica quæ tenetur manibus cum aratur. Vergili. Stiuaq; quæ currus a tergo torqueat imos. Dicta ſtiua a ſtando, quia ſuper eam regula ſtat, & eſt quaſi temo inter boues.

¶ Stlata genus nauigij latũ magis q̃ altũ, a latitudine ſic appellatũ, ſed ea cõſuetudine qua Stlotũ pro lotũ, Stlitẽ, p litẽ dicebant antiqui, qui dictionibus ab l incipientibus eſt literas pponere ſolebant. Aſtlata ſtlatarius dicitur ſicut a ſcapha ſcapharius. Stlatariũ quandoq; dicitur quod mari portatũ ẽ quaſi ſtlata aduectum.

¶ Stlẽbus grauis & tardus. Lucilius. Atque equum pedibus ſtlembum.

*Stlitibus iudicandis dicebant veteres pro litibus iudicandis. Cc.

¶ Stlopus ſonus qui ex inflatione buccarum erumpit. Perſi⁹. Nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas. Poſtea Sclopus & ſclopetus.

¶ Stoici philoſophi appellati ſunt ab στοὰ, quod ſignificat porticum, quo conuenire ac diſſerere ſolebant. Erat enĩ porticus Athenis dicta Pœcile ex varietate picturę græci enĩ ποικίλον varium dicunt. Suidas noſter, στοὰ ἡ ἐν ἀθήναις διατριβὴ τοῦ ὁμωνύμου σωκρατικοῦ. οἱ δὲ διὰ τοῦτο αὐτὸν διὰ τοῦ ωμεγα λέγουσιν ὅτι ἐν μακρῷ ἑστῶσι τείχει ὕστερον δὲ ζωγραφηθεῖσα ποικίλη ἐκλήθη τὴν στοὰν τὴν ἐκτὸς ἐφέσου ἀποτειχισμένην εἰς τὸ ἱερόν. In hac porticu zeno philoſophus diſcipulos docebat. Vnde & ſecta ſtoica, & philoſophi ſtoici nuncupati ſunt qui antea zenonij dicebantur a zenone doctore. Hæc eſt illa porticus ſtoicorum memoratiſſima quã Chryſippus dictus eſt fulcire, quã pinxit Polygnotus gratuito.

ὍSthœchades tres inſulę, quarũ hæc ſunt noĩa. Themiſtra põponiana. Tertia hypæa, Auctor Martianus.

¶ Stola apud veteres dicebatur quicquid tegebat, & apũd græcos στολὴ indumentum ſignificat, vnde ſtola deducitur. Poſtea ad honeſte tantum matronæ veſtem hoc nomen translatum eſt quæ vſq; ad imos pedes demiſſa erat. Tibul. Impediat crines nec ſtola longa pedes. Hinc Stola pro matrona hone

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtā muliere ponitur. Papi. Omnis plębeio teritur prętexta tumultu. Hinc eques, hinc iuuenum cœtu ſtola miſta laborat. Et ſtolatum matronale atq; honeſtum dicimus. Mart. Quia ſtolaria veſtit & ſtolatum. Permittit meretricibus pudorē. Val. Maxi. lib. iij. Sed quo matronale decus verecundiæ munimento tutius eſſet, in ius vocanti matronam corpus eius attingere non permiſerunt, vt inuiolata manus alienæ tactu ſtolę relī queretur. ſ̄ Stola etiam accipitur pro veſte ſacerdotali, quod & orarium vocant. Apul. lib. vlti. Meta. Proceſſi. xij. ſacratus ſtolis. De orario ſcribitur. xxiij. Diſ. Eccleſiaſtica inſtitutione p̄ fixum nouimus, vt oīs ſacerdos cum ordinatur orario vtroq; humero ambiatur.

ſ̄ Stolatus a, um. q̄d eſt ſtola indutū & ꝑ honeſto capitur.

¶ Stolidus ponitur pro excordi tetro moleſto atq; illepido.

¶ Stolones inutilis & quaſi ſtolida fruticatio ex arborum radicibus. Pli. Fuerunt ab arboribus cognoīa antiquis, vt Frōditio militi illi qui preclara facinora Vulturnum tranſnatans fronde capiti impoſita aduerſus Hannibalem edidit, Stolonū Laciniæ genti. Ita enim appellatur in his arboris fruticatio, inutilis. Var. libro. i. de re ruſt. Nam Stolonis illa lex quæ vetat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum. Et qui propter diligentiam culturæ ſtolonum confirmauit cognomen ꝙ nullus in eius fundo reperiri poterat ꝙ effodiebat circum arbores radices q̄ naſcerētur eſolo quos Stolones appellabāt.

¶ Stomachus fiſtula per quam cibus deſcendit, ſed ponitur ꝑ ventriculo. i. receptaculo ciborum. Eſt enim principium inteſtinorum a ſæptimæ ſpinæ vertebra incipiens circa pręcordia cum ventriculo connexus ab στόμα τοῦ στόματος ore & ἔχω habeo ἧ χ ἐω quia os ſic habens vt effundat alio, iuue. Si ſtomachus dñi feruet vinoq; ciboq;. Interdum ſtomachus ponitur pro indignatione & ira & odio & faſtidio. Cice. lib. iiij. tu. Tractata diffinitione fortitudinis intelliges eam ſtomacho non egere. Sic dicimus. Non poſſum ſine ſtomacho dicere, hoc eſt cum faſtidio & indignatione. Interdum in bonam partem capitur pro facilitate. Pli. in prolo. Argumentum huius ſtomachi mei habebis id eſt huius meæ facilitatis & manſuetudinis & benignitatis.

¶ Stomachor indignor ac turbor. Cic. Caſ. Si enim ſtomachabere & moleſte feres plura dicemus. Hinc ſubſtomachor paulum faſtidio. Augu. lib. iij. con. Ille iam ſubſtomachans tædio Vade inquit a me, ita viuas fieri non poteſt vt filius iſtarum lachrymarum pereat.

¶ Stomachicus qui ex ſtomacho laborat. Pli. lib. xxv. ſcribit Helleborū mederi ſtomachicis.

¶ Stomachoſus qui facile indignatur ac cuncta faſtidit. Cice. Appio pul. accipit pro eo qui iniuriam contumeliamq; facit. Stomachoſiores (inquit) meas lr̄as quas dicas nō intelligo.

¶ Storax genus aromatis, & arbor vnde fluit. Dicitur & Styrax. Pli. li. xij. Arabes ex Syria reuehunt ſtyracem. Ex hac fiebat omne vnguentum.

¶ Storea quam extendimus ſuper terram. Pli. lib. xv. Colligi mala poſt æquinoctium autūnale neq; ante ſextamdecimam lunamq; ante primam horam, cadiua ſeparaſti ſtramentis ſtoreis paleiſve ſubſterni. Dicta ſtorea. ἀπὸ τοῦ στορέννυμι, quod ſignificat ſternere. Hæc alio noīe & Teges & Matta vocat.

⁎ Stratius fuit vnus ex filiis Neſtoris. Cc.

¶ Stratum participium ſiue ſupinum verbi ſterno, & ſignificat id quod ſterni ſolet. Verg. Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. Stratum vero nomen ponitur pro lecto, vt in p̄s. Stratum lachrymis meis rigabo. Strata etiam dicuntur omnia veſtimenta quæ ſternuntur vt veſtes ſtragulæ & periſtromata. Ouid. Strataq; quę membris intepuere tuis. Rurſus ſtrata ſeu inſtratageneraliter dicuntur omnia quę eqs. mulis ve inſternuntur, & dicimus equos ſtratos inſtratoſq; eis ornatos. Liui. lib. vij. Strata detrahi iubet. Et lib. de ſecundo bel. pu. Armatos deinde ſtratiſq; equis ſignum expectare. Seneca. ad Luci. Stultus eſt qui equum empturus non ipſum inſpicit ſed ſtratum eius & frenos. Strataq; ſine appoſitione viæ dicitur via lapidib⁹ tecta, vt ſūt viæ Romanæ ī oēs Italiæ vrbes ſilicibus ſtratæ. Ideoq; plus ſceleris latro prædo percuſſorq; cōmittit ſi in via ſtrata in viatorem graſſatur.

¶ Stratus us. lectus. Hieron. li. ij. Re. Accidit vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo.

¶ Stratorium quod ſterni ſolet. Idem in eodem. Obtulerunt ei ſtratoria & tapetia.

¶ Stramen q̄d ſolo quieſcendi gratia ſternitur. Dī & ſtramentum, & ꝑprie eſt ſtipula. Var. Tertio modo meritur vt ſtramentū med.ū ſubſecent q̄d manu ſiniſtra ſūmū ꝓhendūt. a q̄ medio meſſem dictā puto. Infra manū ſtramentum q̄d terræ hæret poſtea ſubſequatur. Dictum ſtramentū a ſtando vel a ſtratu q̄ id ſubſternatur pecori.

¶ Stramineus a, um. quod eſt ex ſtramine. Proper. Straminea poſſet dux habitare caſa. Doxius ædificij lutei inuētor fuit ex emplo hirundinum.

¶ Stramentitius a, um. q̄d ex ſtramento fit.

¶ Strages ſignificat cladem depulſionem profligationem ſtraturam. Nam antiqui Sterno & fligo in eadem ſignificatione accipiebant.

¶ Stragulum genus veſtis inquit Aſco. Vlpi. Stragulam veſtem accipit pro veſtimento quod injicitur quale eſt græcoꝝ pallium. Sed Hier. pro veſte muliebri poſuit cum inquit. Stragulatam veſtem fecit ſibi byſſus & purpura indumentum ei⁹ Alij accipiunt pro lectorum opertorio, vbi & dormiebant antiqui & diſcumbebant vario delinīmēto figurarum aut acu picto. Var. Quicquid inſternebant, a ſternendo ſtragulum appellabant, quicquid culcitræ ſternitur. Tibul. Nā neq; tunc plumę nec ſtragula picta ſoporē. Et ſtragulas veſtes aulea & tapetas intelligimus.

¶ Strāguria difficultas vrinæ quando guttatim micturiunt, ab σταγγαλέω conſtringo. & τὸ ἐῦρος vrina vel σταγγόδες quod apud nos guttam ſignificat, ὀυρέω mingo, latine ſubſtilium dicitur.

¶ Strangulo as. ſtrīgēdo gulā neco. Pli. li. vij. Fabius ſenator pictor in lactis hauſtu vnopilo ſtrāgulatus eſt.

¶ Stratagemata aſtutiæ rei militaris, geſta militaria, exempla ſiue conſilia militaria, quibus homines ad ſimilia facienda duc̄tur. στρατὸς enim exercitus, ἀγω duco. Stratia, militia exercitus.

¶ Strato nomen proprium Sidonis reguli, qui vt Hiero. ſcribit manu propria ſe volens confodere ne imminentibus Perſis ludibrio foret, quorum fœdus Ægyptij regis ſocietate neglexerat, retrahebatur formidine, & gladium quem arripuerat circumſpectans hoſtium pauidus expectabat aduentum. Quem iamiamq; capiendum vxor intelligens extorſit acina cē de manu & latus eius tranſuerberauit. Cōpoſitoq; ex more cadaueri ſe moriens ſuperiecit ne poſt virginalia fœdera alterius coītū ſuſtineret.

ſ̄ Straton vt ſcribit Suidas. Lāpſacenus phūs fuit Theophraſti familiaris & ſucceſſor, qui vocatus eſt phiſicus ꝓpter ſpeculationem phyſicæ. preceptor fuit Ptolomęi Philadelphi, ſcripſit multos libros.

⁎ Straturnina ſterno ſiue ſtratum deriuat quod ē ſtratū firmo. Pli. Maiores potētioreſq; ſi ſit occaſio ſilice vel glarea ſternī, ora vtrinq; lapidib⁹ ſtratumniari & alio ſupintegi. Cc.

⁎ Stratomata Tubercula. Cc.

¶ Strategus pe. ꝑ. dux exercitus. Plau. in Cur. Nec ſtrategus nec tyrannus q̄ſq̄ nec agoranomus.

ſ̄ Stratiotes miles ſtratioticus militaris.

ſ̄ Stratius ſiue ſtratiuus dī militaris. Vñ Iuppiter ſtratius aveteribus coli dicebat.

ſ̄ Straticles ſtratos exercitus.

¶ Strena munus quod dat die feſto omnis boni gratia qualia quæ paſſim dantur die dominicæ natiuitatis & principio anni noui a numero quo ſignificatur alterum tertiumq; venturum ſimilis commodi, veluti strena quæ præpoſita. ſ. litera dī ſtrena, vt in lite ſolebant antiqui dicentes ſlitem. Quidam a ſtrenuitate ſtrenam dici putant. Pompo. Aſſi de ſi qua ventura ē alia ꝓrena ſtrenæ. Suet. de Cali. Et ne fordidus fœtidusque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

imperator eam consuetudinis priscorum liberalitatis gloriam conseruaret ineunte anno dixit se per Kalendas Ianuarij strenas recepturum, stetitq; in vestibulo ædium Kalendarum die ad captãdas stipes quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis turba ferebat, tamen græce vulgo ita dicitur etiam versus Sabaudiam.

¶ Strenuus fortis celer vigilans, & ad rss gerendas prompt⁹. Sal. Nam vt quisq; strenuus ceciderat in bello. Colu. libr. viij. Magister pecoris acer durus strenuus laboris patientissimus alacer atq; audax esse debet. Hinc strenuitas, Ouidi. Priscaq; strenuitas mansit.

¶ Strepo pis, pui, pitum. Vnde strepitus us. qui proprie pedum ambulantium manumq; aliquid pertractantium sonus est. Appellatur & fastus & pompa diuitiarum quasi a strepitu comitantium, vt apud Quint. Hic cum me euocasset subito trepidum, totoq; fortunæ suæ strepitu circumstetisset. Hic componuntur Constrepo. Gel. libr. ij. Atq; omnium bonorũ & testimonijs & exemplis constrepebat. Circumstrepo. Augu. lib. iij. cõ. Veni Carthaginem & circũstrepebat mevndiq; sartago flagitiosorum amorum. Instrepo cõtra vel valde strepo, aut cum strepitu nomino. Vergi. lib. iij. Georgi. Posti validonitẽs sub põdere faginus axis. Instrepit. Aug. lib. viij. con. Omnes sibimet inuicem quisq; vt eum nouerat instrepuerũt nomen in strepitu congratulatiõis. Instrepo. Ver. Digna sed argutos interstrepere anser olores. Obstrepo contra aliquem strepitum facio. Salust. Ad hæc maledicta alia cum adderet obstrepere omnes hostem atq; parricidam vocare. Perstrepo valde strepo. Terent. in eu. Foras simul proruunt se, abeunt lauatum, perstrepunt, ita vt sit domini vbi absunt. Et omnia habent penul. prod.

¶ Strepito as. pe. cor. sæpe strepitum facio. Verg. lib. i. Georg. Nescio qua præter solitum dulcedine læti Inter se folijs strepitant.

¶ Strepitus tus. Vide paulo ante in dictione strepo.

¶ Strideo es, dui. & stridois. di. Ver. Stridũtq; caminis stridura chalybum. Et proprie stridere dicit cum funes sonũ faciũt. Idem. Sridorq; rudentũ q̃uis etiam ad alia transferatur. Hora. in ser. Stridere secreta diuersos aure susurros. Et ī euange. legit stridor dentium.

¶ Stridõ oppidũ in agro Iustinopolitano, a quo diuus Hieronymus ortum habuit. Quod a Gothis euersum Dalmatiæ quõdã Pannoniæq; cõfinium fuit.

¶ Stringo is, xi, ctũ. Arcto. Pli. Apprensamq; manu stringit. Per translationem stringere quandoq; pro percutere ponit. Vergil. libr. x. Atq; animum patriæ strinxit pietatis imago. Quandoq; p rarefacere excidere. Idem in Bucco. Hic vbi densas Agricolæ stringũt frondes. Quãdoq; pro decerpere, colligere. Idem lib. ij. Georgi. Sed tamen & quærnas glandes tũc stringere tempus & lauri baccas. Hinc strictiuę oliuæ quę manu leguntur ad differentiam caducarum. Quandoq; pro radere. Idem lib. viij. Ego sum pleno quem flumine cernis Stringentem ripas. Quandoq; pro vulnerare. Idem in eodem. Hũc primum leuis hasta. Themillæ strinxerat. Quandoq; pro attenuare, componere. quod stringendo fieri solet, vt stringiteremos. Stringere ensem ẽ nudare. Idem lib. xi. Strictum rotat acer Lucagus ensem. Huius composita sunt Astringo, quod est iuxta stringo. Constringo simimul totum stringo. Col. li. sexto. Si eodem scrobe duas aut tres arbusculas voles constituere curatone pariter se constringant. Distringo valde siue diuersis modis stringo. Destringo deorsum aut valde stringo excido. Columel libr. v. Iam vero muscus qui more compedis crura vitium & vineta comprimit situq; & veterno macerat ferro destringendus & eradendus ẽ, atq; hoc in ima parte vitis. Ex tringo extra stringo. Hieron. ad Cresi. Tamẽ ī præsenti epistola hoc breuiter ex trinxisse sufficiat q̃ iusti appellentur non quo omni vitio careant, sed ex maiore parte virtutum. Obstringo, Perstringo, Præstringo, Restringo, & Substringo. Columel lib. ij. Boues cum ab opere disiunxerit substrictos cõtricet, manibusq; cõprimat dorsum.

¶ Strigillo verbũ a stringo q̃d idẽ significat. a q̃ obstrigillo, q̃d significat obsto. Cc.

¶ Strictim a duerbiũ significat singula stringendo. Vnde strictim referri dicimus ea quę cum sparsa ac fusa essẽt, breuiter & quasi summatim colliguntur.

¶ Stricte significat. arcte. a quo formantur Strictius & strictissime.

¶ Strictiuę oliuæ quæ manu colliguntur ad differentiam caducarum.

¶ Stricturæ ,,proprie, dicunt scintillæ quæ de ferro cãdenti micant euntq; cum massa malleis tunditur, aut q̃ stricte emittũtur. i. celeriter aut q̃ oculos suo fulgore perstringunt. Vergil. lib. viij. Stricturæ chalybum & fornacibus ignis anhelat. Ser. vero ait. Strictura ẽ terra ferri in massam coacta ibiq; ponitur strictura prõ ferri massis.

¶ Strigones densarum virium homines q̃ in se cõstricti atq; rescati sint.

¶ Strigę ordines rerum inter se cõtiuate collocatarum q̃ vna sint cõstrictę. Col. lib. ij. Vtriq; siccatũ coarctabimus in strigã atq; ita manipulos vinciemus. Item longitudo maior latitudine dr̃ striga, a quo strigatus ager vocat̃ q̃ p strigas crescit a septẽtrione in meridiem.

¶ Strigosus a, um. quod ẽ exhaustum & macilentum quasi stringosum. Vnde iumenta strigosa dicta sunt q̃ corpora eorum restricta sint fame, aut alia vitij causa. Columel. lib. vij Quãquam possit huic aliquatenus comparari quod progenerat onager, nisi & indomitũ & seruire contumax syluestri more strigosum patris præferret habitum. Et lib. octauo. Placide ac lẽte pabuletur vt & largi sit vberis & non strigosissimi corporis. ǒ Hic etiam male habitus dicitur. Gel. Equum strigosum & male habitum, sed equitem eius vberrimũ & habitissimum viderunt.

¶ Strigmẽta sordes q̃ ex corporibus raduntur. Vñ strigmenta olei dicim⁹ cęromata. i. sordes olei q̃ ex vnctorũ athletarũ corporibus raduntur. Pli. Notũ ẽ magistrat⁹ honoris ei⁹ octogenis sistertijs olei vendidisse.

¶ Strigil instrumentum proprie ferro dentatum, a stringendo. i. radendo, quo equos & id genus iumenta expolire solẽt equisones e corpore sordes abradendo. Eo vtebantur veteres ad radendas sordes corporis, sudoremq; tergendum precipue in balneis antequam comederent ex auro argento ferro, interdum etiam lapidibus quibusdam vt nunc lintheis. Perſi. I puer & strigiles crispini ad balnea defer. Quidam strigiles accipiunt pro pectinibus fricatoriis quos indi ex Hebeno faciebant. Legimus apud Stra. libr. xv. de mioribus Indorum. Illos exercitium precipue frictionem probare, & maxime strigilibus hebeni lęuibus corpora expolire, reges quoq; corpora strigilum perfrictione curare. Strigiles etiam sunt velaria vnde athletæ post laborem stringunt. Plini. de spongia. Cinis eius plurimum proficit contra scabricies genarum, & quicquid opus distringere, præstat & strigilum vicem lintheorumq; affectis corporibus. Alii strigilem accipiunt pro quodam vasis genere. Stra. Inde strigilum & ampullarum artifices mature euaserunt. Plau. in Persa. Ampullam strigilem seaphiũ soccos pallium marsupium gabeat. Cice. libr. iiij. de fi. Si ad illam vitam quæ cum virtute degatur ampulla aut strigilis accedat. Et in Hispania strigiles etiam vocabãt auri paruulas massas. Item strigil aluminis genus pumicosum & foraminosum fistulis, spongiæ simile rotundũque natura. Cor. Cælsus medicamentum in aurem per strigilem instillari iubet. Strigiles etiam num sermonem vernaculo pisciculi quidam dicuntur quorum frequens fit captura per hyemes. Hanc dictionẽ Priscia, a stringo, vel a græco σλεγγίσ deduciexi stimat.

¶ Strigilecula diminutiuum, a strigil pro vase. Apul. Strigilis & gutti speciem graphice describẽs sic inquit. Qui magno inceptu prędicauit frabricatum semet sibi ampullam quoque oleariam quam gestabat lenticulari forma, tereti ambitu pśsula rotunditate iuxtaq; honestam strigileculam recta falcis gatione clausulæ, flexa tribulatione ligulæ, vt & ipsa in manu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

capulo moraretur,& ſudor ex ea riuulo laberetur.
¶ Strigium veſtis Hiſpanica.Plau. Nudus eſt iurat ſe tribus ſtrigium oppigneraſſe.
*Stritomellus auis eſt,paſſer marinus,Cc.
¶ Strix gis.auis quædam nocturna & importuna aſtridendo dicta.Luca.lib.vi.Q; trepidus bubo q; ſtrix nocturna quæruntur. Aggreditur pueros nutricib⁹ egẽtes,& ex illorũ corpuſculis vitalem ſanguinem abſorbet. A cuius auis nocumẽto ſtriges appellamus mulieres puellulos faſcinantes ſuo contactu & lactis munerumq; oblatione.Sere. Præterea ſi forte premit ſtrix atra puellos Viroſa immulgens exertis vbera labris.Striges etiam ſunt olera vilia,vt apud Plau.in Pſeu, Hei homines cœnas ſibi coquunt,cum condiunt non condimentis condiunt ſed ſtrigibus.Iuuenalis. Et ſonat vnctis ſtrigibus. * Legitur ſtrigilibus.
¶ Striæ & ſtriaturæ ſunt quaſi canaliculę & ſulci quibus quodam colũnarum genus excauatur.Victr.libro.iij. Colũnarũ ſtriæ faciendæ ſunt xxtiij,ita excauatæ vt norma in cauo ſtriç cum fuerit cõiecta circumacta anconibus ſtriarum dextera ac ſiniſtra tangat acumen.Hinc ſtriatas colũnas dicimus quę ſtriis diſtinctę ſunt. Pli.lib.xxvi. Candor eius eximius ſolĳs foris ſtriatis Apul.Frontem ſtriatam vocat contractam capera tamq; & quaſi ſulcos facientem præ triſtitudine.Striare etiam videntur boues cum peracto aut non peracto priore verſu aſſius innitur.Hoc autem fieri dum boues adhuc in priore verſu anhelant non conuenit.
¶ Strimon fluuius Thraciç.Vnde fit Strimonius a,um. Vergi.libro.i.Georgico.Strimoniæq; grues,& amaris intyba fibris. De primitiuo. Idem. Rupe ſub aduerſa deſerti ad ſtrimonis vndam.
¶ Strobilus nucleus pineus.ſimiliter & arbores nucleos pineos ferentes ſtrobili dicũt apud Dioſcor.& Galenũ. ὃ Dictus ſtrobilus quaſi ſapidus.
*Stroniben ladani genus vocant in nabatheis,eſt aũt Ladonũ pingue inſidens ladæ hęrbæ.
¶ Strophas adis.latine cõuerſio vertigo.
ὃ Strophus a grecis dr̃ ſaccli funiculꝰ,a ſtrepho verto q; circũquaq; vertat.Itẽ ſtrophꝰ q̃d ſacerdotes hñt in capite ꝓ inſigni.Quidã coronã eſſe dicũt,aut q̃d ꝓ corona inſigne in caput imponit,quale ſit ſtrophium.
¶ Stropha acumen ſubtilitas,ab στροφὴ conuerſio.Hieronymꝰ contra Ruf. Vis ſcire toras argutiarum tuarum ſtrophas vel ſpecularum inſidias.
¶ Strophos dolor inteſtinorũ q̃s tormines latini vocant.
¶ Strophius propriũ nomen Phocenſis regis.
¶ Strophiũ faſcia pectoralis q̃ virginalem tumorẽ cohibet papillarum.Turpi.Me miſeram q; inter vias epiſtola excidit mihi infelix inter tunicam ac ſtrophium collocaram. Strophia etiam corona ab inſigni q̃d imponebatur capitibus ſacerdotũ q̃d ſit ἀπὸ τοῦ στρέφειν,hoc eſt a vertẽdo.Pli.lib.xxi. Tenuioribus vtebantur antiqui coronis ſtrophea appellantes.Huius diminuti,eſt ſtrophiolum.
¶ Strophades ſunt duæ inſulæ in mari Ionio q̃ antea Plotæ vocabantur.Verg.accipiunt ſtrophades graio ſunt nomine dictæ Inſulæ ionio in magno.Dictæ ſtrophades ab στροφὴ conuerſio Suid.autẽ στρόφιον δὲ στρογγύλον ζωνάριον. * .i. ſtrophium zonula rotunda.& ſubdit.ὡς στρόφιον δ' ἁλῶν ἅμματι ὡς καὶ δι' ἱερῆς φορεῖσι. * .i.ſtrophiũ ĩ diademate ſacerdotes gerũt
¶ Strongylos & ſtrongyle es.pen.cor. Inſula in mari ægæo, vna ex æolĳs.ſic dicta quia ſit rotunda & globoſa quod ſtrõgylon græce deſignat.Hæc vt Pli.lib.iij.ſcribit vinearum fertilis eſt.cuius ambitus patet.lxxv.milibus paſſuum. Ea nunc Naxos,ſed antea Dia vocata.Syr.lib.xiiij.Millee agathina de di perflataq; ſtrongylos hauſtris.
ὃ Stroma atis.omne q̃d ſternit,a quo fit periſtroma.
ὃ Stromata etiam dñr comentaria ſcientiæ varietates.Vnde origines ſtromatum libros cõpoſuit,Stromateũ varietas tanquam opus varietate contextum.
¶ Struo is xi,ctum.ordino ſeu ordinate apto,Liui,libro prio. Poſtquam ſtructi vtrinq; ſtabant cum paucis procerũ in medium duces prodeunt.Compoſita huius verbi ſunt Adſtruo Conſtruo,Deſtruo,Extruo,Inſtruo,Obſtruo,Præſtruo,ſubſtruo & ſuperſtruo, quæ ſecundum vim præpoſitionum ſignif.cant.Hic,ad Terentiã.Hinc valles ſubſtructionibus oplẽdo.Cypri.Ad certamen animus ante præſtruitur quando ſe aduerſarius confitetur.
*Struſetani dicebant q; farra ad ſacra ferebant.Cc.
*Strumũ vide Strygnon.
*Struthopus dicitur modicæ magnitudinis & quaſi paſſerculi pes.Cc.
¶ Structilis & hoc ſtructile.pe.cor.vt ſtructiles colũnæ q̃ non ſunt ex vno lapide,ſed ex multis.
¶ Structor qui aliquid ordinat.Ponitur & pro cellario quitin ſtruendæ menſç & ciborũ curam habet.a ſtruẽdo.i.ordinando & cõponendo,q; cultello ſcindit in fruſtula.Mart.Et q̃ non egeant ferro ſtructoris offellæ.Qui vero cõuiuĳ princeps eſt Architriclinus vocatur.
¶ Structura ędificium ſiue compoſitio & ordinatio.Columella.lib.primo.Igitur ad ſtructuram cum primum ſtatim fũdamenta iaciunt̃,euitandum eſt.
¶ Strues a ſtruo proprie lignorũ congeries eſt. Et ſtrues dicit̃ gnis libi q̃d addebat̃ in ſacris.Ouid.lib.i.faſt.Hęc adolet flammis cũ ſtrue farra ſuis.
¶ Struma tumor vel morbꝰ,quia ſcrophis quæ id morbi patiuntur Scrophula dicitur.In quo ſubitus concretæ quædam & putæ ſanguineæ quaſi gladulæ oriuntur.Inde ſtrumoſi dicuntur quia id vitium patiuntur. At Cor.Cæl.ſcribit,Struma extantia quędam in tergo,Gibbus vero pectore.Alĳ ſtrumã vitium gutturis eſſe putant.Catul.in opprobrium dixit Sella in curculi ſtruma Nonius ſedet.Inde ſtrumoſus.Iuue. Nec prætextatum rapuit nero loripedem vel ſtrumoſum atq; vtero pariter gibboq; tumentem.Plini.lib.xi. Guttur homini tãtum & ſuibus intumeſcit aquarum quę potatur plærunque vitio,propter quod quędam tubera ſpongioſa per corpus aliquãdo ſuperfuſa ſcrophulæ dicuntur,quę etiam ſub ſtrumç appellatione cõtinentur,vt rectius ſtrumulç quaſi paruę ſtrumæ q̃ ſcrophulę nominentur.
¶ Struthius & ꝓ fœmi.ſtruthio auis eſt corpore grandis gratuſq;.Hiero.in Iob.Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennæ heroĳ & accipitris. ὃ Alias Struthius genus hęrbæ, quam nos radiculam dicimus a paſſeris vocabulo.Theophra.lib. ix foliũ habet quale ſtruthos q̃ lintea candorẽ capitũ.
ὃ Strutheus membrum virile a priſcis dicit̃ a ſalacitate paſſeris qui græce στρουθὸς dicitur.
ὃ Strutea Plinius libro.xv.decidonis.Minora ex eodem genere ſtrutea.
¶ Struthiocamelus,maxima auium eſt,ſi tamen auis eſt dicẽda cum pennas dũtaxat habeat vt adiuuent ad currendum cætero volucris non ſit nec a terra tollatur. Vngulas habet ceruinis ſimiles biſulcas comprehendendis lapidibus vtiles quos in fuga contra inſequentes pedibus ingerit.Concoquit quęcũq; deuorat ſine aliquo delectu.Mira in eo ſtoliditas. Et enim in tanta corporis altitudine ſi colla frutice occultauerit latere ſe putat.Oua eius in pretio ſunt propter amplitudinem & pennę qa galeas varĳs coloribus infectę adornant.
ὃ Struices,olim rerũ extructiones.Plau.in Mene. Tantas ſtruices cõcinnat patinarias.
*Strychinis hęrba eſt quam furialem alĳ dixerũt. Similiter & ſtrychnium.Cc.
*Strygnon hærba eſt quam alĳ conuerſam vocant, alĳ coagulum, alĳ ſtrumum.potius ſpongia aquarum dulcium quã muſcus.Cc.
¶ Studium eſt vehemens applicatio animi ad aliquid perag̃dum. Accipitur quandoq; pro exercitatione.vt cum dicimꝰ ſtudia literarum.Col.Et ne ſingula perſequar ei ſtudio quod q̃ſq; agerere velit conſulti ſſimum rectorem adhibeat id eſt exercitio vel operi vel arti.Quandoq; pro diligentia.Quandoq; pro fauore ſeu amore.Sal.D.Syllanum certe ſcio quæ di

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ærit ſtudio reipub. dixiſſe. Q̃ñq; pro volũtate, vt ſcinditur incertũ ſtudia incontraria vulgus.

¶ Studioſus modo aſſidum ac perſeuerantem ſignificat. Cic. ad Heren. Ideoq; bonis viris & ſtudioſis amicus erat. Modo cupidum & alicui rei deditum atq; addictum, vt ſtudioſus laudis id eſt cupidus & ſtudioſus cæſaris id eſt amator vel beniuolus. Ci. Cecinnæ. Viri ſunt optimi & tui ſtudioſi & meine ceſſarij. Hinc fit Perſtudioſus. Idem in Cato. Attribuitõ literis græcis quarum cõſtat eũ p̃ſtudioſum fuiſſe in ſenectute.

¶ Studeo ſtudes ſtudui itum. ſtudium adhibeo. Do operam alicui rei. Cæſar comen. i. Cupiditate regni adductus nouis rebus ſtudebat. i. vacabat. Conſtruitur etiam cum ablatiuo mediante in, vel etiam accuſatiuo, præſertim ſi aliquid ſtudioſius legimus. Titi. in Pſal. Ferentinatis populus græca ſtudet. Et ſtudere eſt amare, ſiue fauere. Salu. Neq; ſtudere neq; odiſſe, ſed minime iraſci decet. Ouidi. libro. ix. metamor. Cui ſtudet deus omnis habet. Item Eniti. Cicé. lib. i. offi. Quorum vero patres aut maiores aliqua gloria præſtiterunt, in ſtudent plerũq; in eodẽ genere laudis excellere. Lactã. lib. iij. duo ſignificata eius cõprehendit. Qui ſapientiæ ſtudet vtiq; nõdũ ſapit ſed vt ſapere poſſit ſtudet.

¶ Stupa linũ vile quod lini cortici proximũ eſt, vt inquit Pli. ab græco συπεῖον quod ſtupam ſignificat, vel a ſtipãdo q̃ ea ſtipentur naues. Hinc ſtupeus a, um. Verg. Subijcĩt lapſus & ſtupea vincula collo.

ỏ Stuparius a, um. quod ad ſtupam pertinet vt ſtuparius malleus quo lina tunduntur.

¶ Stuprum eſt coitus lege vetitus. qui duplex eſt. Vnus cũ nupta quod adulterium dicitur, aut cum puero aut cum ſanguine coniunctis, ſiue ſacris virginibus, alter cum vis affertur cuilibet perſonæ etiam ſi ancilla ſit. Aliquando ſtuprum ponitur pro turpitudine. Næui⁹. Perire malunt ibidem q̃ cum ſtupro redire ad populares. Aen. Fœde ſtupreq; caſtigor quotidie turpiter.

¶ Supro as. vitio, ſtupro. Plaut. in Aulul. Is adoleſcentis illi⁹ eſt auunculus qui illam ſtuprauit noctu Cereris vigilijs. Cice. libr. quarto ad Heren. Qui violaſſet ingenuam, matrem conſtupraſſet.

¶ Stupeo es, pui. ſignificat quodam modo ſenſum rerum nõ habere. Perſius. Sed ſtupet hic vitio. i. inſanus eſt factus vitijs. Iungitur & cum accuſatiuo. Cice. de fi. bo. Hæc cum loqueris Varrones ſtupemus. Huius compoſita ſũt Obſtupeo & Subſtupeo, a quib⁹ Stupeſco, Obſtupeſco, Stupefacio, Obſtupefacio, Stupefio & Obſtupefio.

¶ Stupor eſt alienatio quædam ſenſuum q̃ ſcilicet ſenſus cõſtipentur. ỏ Et eſt admirationis ſpecies ex magnitudine miraculi prouenſens ita vt etiam impediat in veſtigationem cauſæ miraculi apparentis.

¶ Stupidus quandoq; pro ſtupefacto, q̃ñq; p̃ inſenſato accipitur. Vnde ſtupentia ſiue ſtupida dicũtur quãdo vel paruũ vel nullum habẽt ſenſum.

¶ Stultus imprudens improuidus. Nam & multi non inſipientes aliquando ſtulte aliquid vel agunt vel loquuntur. Fatuus plane inſipiens. Afra. Ego ſtultum me exiſtimo fatuũ eſſe nõ opinor. Inſanus qui abiecta ratione cum furore & impetu omnia facit. Rudis qui nunquam didicit. Stultia quatuor modis dignoſcitur. Aut cum non venerit in mentem quod oportet Aut ſi venerit non tenere, aut bonum conſilium non admittere, aut malum admittere. Hinc Heſiodus econuerſo. Optimus ille quidẽ qui per ſeſe omnia noſcens Preceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit. Rurſus & ille bonus monitus qui recta ſequetur. Qui non ipſe ſapit nec credit recta monenti, Hic nullam in partem vtilis eſt.

ỏ Stypticus idẽ q̃d ſtrict⁹, ab στύφω obturo ſtringo.

* Stura inſula ẽ in mari vltra Tybernia oſtia in Antiano. Ce.

¶ Stymma eſt ſpiſſamentum & domitura vnguenti, vt inquit Dioſcorides.

¶ Stymphalus lacus in Arcadia in cui⁹ ripis erat Stymphalõ oppidum. Ouidi. lib. iij. faſto. Teſtis erit pholoe teſtes ſtymphalidis vndæ. A ſtymphalo lacu ſtymphalides aues appellatæ ſũt tãtæ magnitudinis, vt ſolis radios obũbrare dicerentur omnem Arcadiam deuaſtantes. Hieron. Cerberum & ſtymphalidas narrant fabulæ poetarum. A ſtymphalo oppido ſit Stymphalius a, um. & Stymphalis idis. Hier. contra Iouin. Ariſtoclides Orcomeni tyrannus adamauit virginem Stymphalidem, quæ cum patre occiſo ad templum Dianæ confugiſſet & ſimulachrum eius teneret, nec vi poſſẽt auelli, in eodem loco confoſſa eſt. Ob cuius necem tanto omnis Archadia dolore cõmota eſt, vt bellum publice ſumeret & necem virginis vlciſceretur.

¶ Styx gis. gene. fœ. p̃prie mœſtitiã deſignat. ſυſτόϛ enim triſtis dicitur, ſυſτάζω mœreo. vel dicitur ab ſυτῶ. timeo odi, q̃ terrori omnibus ſit. Verg. Stygiamq; paludem Dij cuius iurare timent & fallere numen. Fingitur a poetis q̃ ſit infernalis palus cũ ſit fons in Arcadia exitioſus animalibus cuius aquæ illico necat ex nimio frigore, vtpote cum perfluẽs ipſa ſtatim lapideſcat. Tradunt hac aqua ęs ferrumq; erodi & omnia vaſa in ea miſſa frangi præter cornea. Eſt & alia palus in ægypto iuxta memphim quam veteres ſtygia vocauere. Hinc Stygius a, um. Seneca. Hic ſæuus vmbras territat ſtygius canis. Ariſtophanes autem in ea comœdia, quæ βάτραχοι ἐγγράφεται, ἐν ταύτῃ θεραπαινῶν τίσι περίεστι τῶνδε ὄφελος ἐφῶς κάλλιστον ὥσπερ ἐνθάδε καὶ μύρ ῥινῶναι καὶ θιάσους εὐδαιμονας ἀνδρῶν γυναικῶν καὶ κρότου χειρῶν πολύν. *. i. Rana inſcribit hinc atriorum quis tibi adeſt ſpiritus, viſuiq; lumen optimũ quemadmodum hic & tripudia felicia virorum mulierum & plauſum nauiũ multũ. Nam ſtyx proxima eſt elyſio.

S ante V

¶ Suauis dulcis, a quo ſuauitas & ſuauitudo pro dulcedine. Plaut. Suauitudo mea quorum contraria ſunt inſuauis auſterus aſper. Inſuauitas. Inſuauitudo. Aduerbia ſuauiter in ſuauiter, ſuaue inſuaue. Verg. Et ſuaue rubens hyacinthus.

¶ Suadeo es. ſi. ſum. ſecundum naturam biſyllabum eſt licet multi triſyllabum putent. Quod etſi inueniatur ſolutio dicenda eſt a ſuaue & do pro dico compoſitum eſſe quidam arbitrantur, hoc eſt ſuaue dico. Eſt enim ſuadere accommodatis & ſuauibus verbis aliquem in opinionem noſtram inducere, conari, hoc eſt hortari aliquem ad id quod intendimus. Cuius contrarium eſt diſſuadere. De Perſuadeo ſupra habitũ eſt

¶ Suadela pe. p̃. ſuaſio dr. * Eſt dimi. a ſuada.

¶ Suaſorius a, um. quod ad ſuadendum pertinet, vt ſuaſoriũ munus. id eſt officium ſuadendi. Et pars deliberatiua a rhetoricis ſuaſoria dicitur.

¶ Suaſum color ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo. Sũt & qui omnem colorem ſuaſum velint appellari, q̃ quaſi p̃ſuadeat in alium colorem tranſire.

¶ Suauiũ q̃d & ſauiũ dicit p̃ diminutionẽ u. voluptas dicitur Teren. O thais meũ ſuauium.

* Suadibile quod ſuaderi facile poteſt. Inde ſuadibiliter aduerbium. Cc.

* Sualternicum electri ſpecies ſulua. Cc.

* Suarius ſuum cuſtos. Cc.

* Suatim ad ſimilitudinem ſuis.

¶ Suauior aris. & Sauior ſignificat cum voluptate aut p̃ gaudio oſculor. Catul. ad Veraniũ Lucidum os oculoſq; ſuauiabor. De hoc etiã in diſſauior.

¶ Suapte, ſua ipſius natura & ſuopte ſuo ipſius, ſicut Meopte meo ipſius. Cice. lib. primo Tuſcu. Terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere ad pares angulos in terram & in mare ferantur.

¶ Sub præpoſitio & ſeparatur, & cõponitur. Separata aliquando denotat tempus, & acuſatiuo iũgitur, ſignificatq; circa vel per Vergi. Sub lucem exportant calathis id eſt per lucem, ſeu aduenientẽ luce. Aliquãdo ponitur pro in. vt Sub idem tempus. ſub eandem horam id eſt in eodem tempore in eadem hora. Q̃q; quã & per idem tempus & per eandem horam vel circa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

idem tempus & circa eandem horam exponi possit. Liuius. Vtrinq; legati fere sub idem tempus ad res repetendas missi. Sueto. de Augu. Sub horam pugnæ tam arcto repente somno deuictus vt ad dandum signum ab amicis excitaretur. Aliquando pro statim post. vt sub hæc verba. Cicer. Planco Sub eas autem redditæ sunt. Aliquando significat ad locum & pro ante sumitur. Verg. Posteq; sub ipsos nituntur gradibus. Aliquando in loco & pro subter capitur, construiturq; cũ ablatiuo. Idem libro. viij. Arma sub aduersa posuit radiantia quærcu. Item cum ablatiuo accipitur pro in, vt apud eundẽ Nãq; sub ingẽti lustrat dum singula templo. Item prope, vt Quo deinde sub ipso ecce volat. Item significat cum, vt sub farcinis id est cum farcinis. Composita plærũq; localem significationem retinet quæ illi propria est, vt subeo suppono. id est subter. Interdum significat infra. vt Caudamq; remulscẽs Subiecit pauitantem vtero syluasq; petiuit. Interdum diminutionem vt subdubito, subrascor. id est aliquantulum. Est enim vt Dona. inquit temperamentum plenæ pronunciationis. Interdum significat supra, vt Corpora saltu subijciunt in equos. id est supra iaciunt. Interdum prospere, vt Succedit. Interdum post, vel quãprimum, vt subsequor. Interdum contra vel prope, vt subsisto. Cæsar. Audacius subsistere, nonnũ quam & nouissimo agmine prælio nostros lacessere. Interdũ prudenter seu diligenter, vt subseruio. Interdum in promptu vt Quo modo ratio nõ abest interdũ latenter, vt suppilo. Interdum sensim. vt Surrepo. Interdum adhuc. Liui. Tãquam spes subesset. Componitur autem fere cum omnibus literis. A, vt subaro. b, vt subbibo. C, vt succido. D, vt subdo. E, vt subeo. F, vt suffero. G, vt suggero. H, vt subhasto. I, vt subiũgo. L, vt subleuo. M, vt submoueo. N, vt subnecto. O, vt suborior. P, vt suppono. R, vt surripio. S, vt subsanno. T, vt subtraho. V, vt subuenio. Sed quoties subiungitur vocali⁹ vel b d. h. l. n. s. r. remanet b. integra, in alijs mutatur b. in literam sequentem nisi in subrideo, subrogo, subruo. Sustineo vero suspicor, suspicio, sustuli, sustollo & huiusmodi sine b. scribenda sunt, quia non a sub sed a sursum cõposita sunt.

ŏSubęratũ aurũ a sub æs, æris. aurũ q̃d habet æs subtus. Persi. Ne qua subęrato mẽdosum tinniat auro.

ŏSubalpini populi qui sunt sub alpibus.

¶Sub corona vænundari captiui dicebantur, quia coronati vædebantur.

¶Subiugum dicebantur hostes missi esse quia duabus hastis in terra defixis tertiaque superligata inermes sub ea transire cogebantur.

*Subcutaneus morbus dicit q; intra cutem siue sub cute est siue subtercutem. Cc.

¶Sub manu vulgaris locutio, & significat statim, temporisq; momentum, quasi de manu in manum. Seneca libro decimo epistolarum ad Lucil. Consiliũ nasci sub die debet & hoc q̃q; tardum est nimis. sub manu quoq; aiunt consilium nascatur. Sueton. de Aug. Et quo celerius ac sub manu annunciari cognosciq; posset quod in prouincia quaq; gereretur, iuuenes primo modicis interuallis per militaris vias dehinc vehicula disposuit.

¶Sub vitem hastas iacere dicebatur veles cum sub manum rursum hastam mittebat. Sub vitem præliari milites dicebãtur cum sub vinea militari pugnabant. Sub vineam iacere, cũ astantibus centurionibus fudes iacere cogebãtur

¶Subactus a, um. Vide in dictione Subigo.

*Subagito as, significat ineo. Plau. Dum ille meretricem sub agitat, ego quiesco.

¶Subaquaneus a, um. quod aqua manat, vt scopulus subaquaneus.

¶Subalaris & hoc subalare, quod sub alis est. Vnde scribit Lamp. Heliogabalum solitum fuisse in accubitis habere plumas subalares.

¶Subcerniculũ farinarium cribrum, quod fit e setis equorũ quemadmodum excussorium & pollinarium fit e lino. Excussoria cribra sunt quibus furfur secernitur. Pollinaria quibus pollen hoc est grossior pulueisculus farinæ diuiditur.

¶Subcineritius a, um q̃d sub cinere coquit. Vnde subcineritium panem legimus.

¶Subdo dis. suppono subijcio. Cato. de re ru. Ignem subdito vbi bullabit vinum ignem subducito. & subdere subiungere Quint. Hic dictis & alta subdidit.

¶Subditus qui alicuius imperio subiectus est, subditum etiã partum dicimus suppositum. hoc est sublatum ab ea muliere quæ peperit, & alteri appositũ. Item apud iurisconsultos subditum testamentum dicitur cum vero testamento occultato aliud clam fuit appositum. Subditus iudex qui loco mortui datur.

¶Subditiu⁹ qui subditus est. Plau. in amp Subditiuus eccum exit foras.

¶Subdititi⁹ suppositititius. Vnde a Plauto Iuppiter dictus est subditititius Amphytrio. Sueto. Non modo versus cenforia quadam virgula notare & libros qui falso viderentur inscripti tãquã subditititios sũmouere familia permiserint sibi.

¶Subdolus pe. cor. occulte decipiens.

¶Subdio aliquid eẽ dicimus quod nõ est sub tecto sed in nudo & sub cælo. Aliter dicitur sub Ioue, ab eo q; græci Iouẽ τὸ ὑπαίθριον dicunt. Horatius libro carmi. Vitamque sub dio & trepidus agat, Hinc subdialia pauimenta, & subdiales deambulationes quas Victru. græco vocabulo vocat hypetras.

¶Subdiale q̃d sub dio permanet id est sub aere. Plini⁹ Illa sub terram & subdialibus petris cæditur. Hæc ex obrutis. Subdialia a græcis primo habita quibus contegerentur domus ex tonsa testa & pedali crassitudine festucata. Terracium nũc appellatur.

¶Subduco is. penul. prod. subter duco. Interdum subtraho. Cato. Ignem subdito, vbi bullabit vinum, ignem subducito. Sunt enim contraria subdo & subduco. Iuuenalis. Et nos ergo manum ferulæ subduximus. Interdum surripio. Vergili. Et succus pecori & lac subducitur agnis. Interdum sursum duco leuo extollo. Idem. Qua se subducere colles incipiunt. Hinc subducere naues dicimus in terram trahere q; terra mari altior sit sicut e contrario deducere in mare e terra ducere. Idẽ Quassatam ventis liceat subducere classem. Plautus in Casside. Ibo intro vi subducam nauim rursum in puluinarium. Interdum subducere cum hoc nomine ratio significat computare calculare. Cicero Lentulo. Rationibusq; subductis summam feci cogitationum mearum. Plautus in Cap. Subducã ratiunculam quantillum argentum mihi apud trapezitam sit. Et subducere est furtim subtrahere. Idem in cur. Propino magnum poculum, ille bibit, caput ponit, cum dormiscit ego ei subduco anulum. Salustius. Præterea ex gregarijs militibus quemque armatum in prima acie subducit id est extrahit & alibi locat.

*Subæro ęre commisceo. Persius. Nequa subęrato mendosũ tinniat auro. Cc.

¶Subeo is iui. Vel subĳitum. ingredio. Cæsar comment. i. Qui intra annos quatuordecim tectum non subĳissent. Lactãtius. Siue virtutes inseras vitia sua sponte decedent siue vitia eximas virtutes vltro subibunt. Passiuum prorsus. Iuuenalis. Q; sis subeũtur prospera castra. Et subire est suscipere aut pati. vt subeo periculum, subeo crucem, mortem. Cice. libro iij. offi. Qui retinendi officij causa cruciatus subierit vltro. Itẽ succrescere. Vergil. Ne subeant hærbæ, neu puluere victa fatiscat. Item in memoriam venire. Et modo cum datiuo, modo cum accusatiuo construitur, vt subĳt mihi. Curtius. Sera pœnitentia subĳt regem id est in mentem vel in memoriam venit. Item subdere supponere. Vergi. libro decimo. Æneas subĳt mucronem ipsumq; morando. Sustinuit. Item extolli. Plinius Sed hi rationem afferunt q; leuissima sit imbrium cisternarum aqua vt quæ subire potuerit & pendere in aere. Idem. Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum est subĳsse ea in cælum etiam in lapides subĳsse appareat. Item succedere Varro. In quarum locum subierunt inquilinæ impietas perfidia impudititia. Itẽ respõdere seu resistere. Cicero. in Verrẽ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Diuinatione poteris ne orationem eius subire? Item aggredi. Hieron. Nunc deprecor Desideri charissime, quia me tantū opus subire fecisti. ¶ Item scandere. Plinius lib. iiij. Hemi excelsitas sex vī. Pas. subitur.

¶ Subfibulū. Vide in dictione fibula.

¶ Subhastare est sub hasta mittere, hoc est per auctionem vendere. Hasta enim erat virga quæ dabatur cum potestas alicui daretur de aliqua merce.

¶ Subigo is, penul. cor. significat cogo. Sal. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit. Quandoq; Subigere est subijcere domare. Idem Postea vero quam in Asia Cyrus in græcia Lacedæmonij & Athenienses cœpere vrbes atq; nationes subigere. Quandoq; summittere. vt subige sub arbore pecus. Quandoq; acuere. Verg. lib. vij. Pars læues clypeos & spicula lucida tergunt Aruina pingui, subiguntq; in cote secures. Quandoq; atrectrare agitare. Cato. Famiam in mortarium indito aquam paulatim addito subigitoq; pulchre. Quādoq; bene arare bene colere. Vergil. Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. Columel. lib. ij. Sequitur vt tempora quoq; subigendi arui præcipiamus. Cicero per translationem libro. ij. de ora. pro exercere posuit. Subacto mihi ingenio opus est, vt agro non semel aratro, sed nouato & iterato. Quandoq; suffodere. Verg. lib. ij. Geor. Tamen hæc quoq; si quis Inserat aut scrobib⁹ mandet mutata subactis. Quandoq; subagitare. Cice. Gallam subigo. Quandoq; sursum agere. Et tunc a sus q̄d significat sursum componitur. Verg. lib. i. Georg. Non aliter quā qui aduersо vix flumine lembū Remigijs subigit. A subigo fit aliud cōpositū Prosubigo, de quo supra.

¶ Subijcio is. pe. cor. suppono. Verg. Et ramea costis subijciūt fragmēta. Et illud. Subijciētibus prunas insultat leuita Christi. Aliquando subiugo. Cice. Tot tibi populis repente subiectis. Aliquando sursum iacio. Vergilius. Et corpora saltu subijciunt in equos.

¶ Subices penul correp. dicuntur subiecti. Aenius. Ergo deū sublimis subices humidus vnde oritur imber sonitu sæuo & strepitu.

¶ Subiecto as. sæpe subijcio. Vergi. Nigramq; alte subiectat arenam.

¶ Subiacto as. sæpe in altum iacto, quod fit cum in areis frumenta a paleis secernuntur. Var. His tritis oportet e terra subiactari vallis aut ventilabris cum ventus spirat lenis. Ita fit vt q̄d leuissimum est in ea atq; appellatur acus euannetur foras ac frumentū q̄d est ponderosum purum veniat.

¶ Subitus a, um. a Subeo is. idem quod repentinus. Verg. Cū subito assurgens fluctu nimbosus orīō. Hinc subito aduerbiū Mart. Nam subito colla psa ruit.

¶ Subitanus a, um. repentinus licet qñq; p extēporali sumat Cel. Quid sibi vellet subitaria dictio.

¶ Subitaneus a, um. eo modo dicitur quo subitarius. vt Subitanea mors.

¶ Subitatus a, um. quod est subito mutatū. Cyprian⁹ ad Cornelium. Steterūt fortes & ipso dolore pœnitētiq facti ad prælium fortiores vt appareat nuper subitatos esse & nouæ atq; insuetæ rei pauore trepidasse.

¶ Subinde cum accentu in antepe. significat deinde vel statim post. Horat. Si recte dicet primum gaudere subinde Præceptum auriculis hoc instillare memento. Liui⁹. Vno alteroq; subinde ictu ventrem atque inguina hausit. Interdum significat frequenter siue vt proprie dicam identidem hoc est crebro cum quodam interuallo. Suetonius in Tibe. Læua natura ne in puero quidem latuit, quam Theodorus Gadareus & prospexisse primus sagaciter & assimulasse aptissime visus est, subinde in obiurgando appellans eum lutum a sanguine maceratum.

⁂ Dicitur & Subin sicut proin & dein. Cc.

¶ Subiugo as. pe. cor. debello & imperio meo subijcio quasi sub iugo pono. Lactanti. lib. iii. Totum hominem alienæ dicioni subiugauerunt.

¶ Subiugalis sub iugo assuetus, & domit⁹. Vnde pullus subiugalis in Euangelio legitur.

¶ Subiūgo is. addo. Vnde subiunctiuus modus dictus est, quia subiungitur alteri verbo. Nam eget aliqua re vt imples ac sententiam. vt si dico Cum clamem quare me tacere dicis? Ideo ergo subiūctiuus modus est, quia ei coniungitur aliqd vt sententia locutionis plena sit.

¶ Subire aleam est periclitari, & obiectare sese fortunæ dubiq tractum ab aleatoribus qui in foro aleatorio varie agitantur & repente victores, repente victi dubio euentu examinantur Liui. In dubiam seruitii imperiiq; aleam imus.

⁂ Sub iugum mitti dicebantur hostes qui duabus hastis īterra defixis, tertiaq; superligata, inermes sub ea cogebantur trāsire Cc.

¶ Sublabor penulti. produ. significat prætereo siue latēter decurro aut fugio.

¶ Sublabro as pe. cor. intra labra mitto. Næui⁹. Iam ego illis subiens sublabrabo esui illud syncipur.

¶ Sublego is pe. cor. furto aliquid surripio. Ver. Vel quę sub legi tacitus tibi carmina nuper.

¶ Subleuo as. pe. p. substituo. Iusti. lib. iiii. Senatui custodiam legum populo sublegandi senatū vel creandi quos vellet magistratus potestatem permisit.

¶ Sublesta infirma leuia friuola debilia. Plau. in psa. Grauior pauperfides sublestior. Idē dixit vinū sublestissimū, quia infirmos facit vel corpore vel animo.

¶ Subleuo as. pe. cor. alleuio auxilium præsto defendo. Cicer. Zophirus qui se naturam cuiusq; ex forma prospicere profitebatur deinsus a cæteris est qui illa in Socrate vitia non agnoscebant, quæ ipse ex illius aspectu multa colligerat. Ab ipso autem Socrate subleuatus cum illa sibi ingenita sed ratione a se deuicta diceret, Et subleuare sursum leuare, sustentare. Sueto. de Ves. Aluo repente vsq; ad defectionem soluta imperatorem ait stantem mori, oportere, dumq; surgit ac nititur inter manus subleuantiū extinctus est.

¶ Sublicæ particæ, & pali lignei. Vnde pons Romæ sublicius qa ex sublicis ita structus fuit vt trabes sine fulturis eximerent. Cęsar in descriptione rhenani pontis inquit, non sublicæ modo directę ad perpendiculum sed pronæ, ac fastigiatę vt secūdum naturam fluminis procūberent.

¶ Subligo as. pe. cor. subtus ligo. Vñ & Subligaculū.

¶ Subligar pen. cor. siue subligaculum dicitur quo pudendæ partes obteguntur. Martia. Tecta tamen non hac qua debes parte lauaris. Si pudor est transfer subligar in faciem. Cicere. lib. de offi. Scænicorū mos tātam habet vetere disciplina verecundiam vt in scænam sine subligaculo prodeat nemo. Dicitur & succintorium Femorale, Fœminale, Campestre, Bracha, Perizoma, & Lumbare.

¶ Sublimis penu. produ. in altum eleuatus a limine superiore dictus quod supra nos est. Vergilius. Ipsa paphon sublimis abit. Columel. libro secundo. Igitur in opere boues arcte iunctos habere conuenit quo speciosius ingrediantur sublimes & elatis capitibus. Hinc sublimitas exaltatio, ⁂ Et aduersbium Sublimiter. Cc.

¶ Sublimo as. exalto in altum mitto vado ve. Aennius. Solq; candentem in cęlo sublimat facem. Aug. lib. vii. cō. Augebatur diuitiis, sublimabatur honoribus.

¶ Sublino is. penul. cor. aliquantulum tingo seu noto Cor. Cælsus. Idem quoq; vmbilico sublitum facit. Inde sublitio quæ est quasi primum tectorium & fundamentū coloris eius quem reddi volumus inductione manus vltima. Aliquādo illudo & pro ridiculo habeo. Tractum a genere ludi quo dormientibus ora pinguntur, vt apud Plaut. in Aul. Ah sublueris mihi os pessime.

¶ Subluuies dicitur sicut illuuies & pluuies p sordibus & immundiciis. Apud Col. Genus morbi in discrimine vngulæ ouium nascens ait enim li. viii. Claui quoq; dupliciter infestāt ouem, siue cum subluuies atq; interrigo in ipso discrimine vngulæ nascitur subluuies pice liquida eruitur.

¶ Sublustria verba dicuntur nō ex toto luminosa, sed aliquid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

luminish abētia ſubluſtris nox & ſubluſtris vmbra quæ habet aliquid luminis

¶ Subluco as.pe pro.a luco ſignificat ramos arborū ſupputo & veluti ſubtus lucem mitto. Conlucare autem eſt succiſis arboribus lucum lucē implere

¶ Subluo is expurgo

¶ Sublicius pōs Romę,hoc eſt ligneus,qm̄ ſine ferreo clauo conſtructus fuerat,vt meminit Plin.lib.xxxvi

¶ Subnecto is.ſubligo appendo ſubſcribove ſigni.

¶ Subneruo as. Vide in dictione Neruus

¶ Subnitor pe.pro.ſuffulcio Vide in dictione Nitor

¶ Subo as ſubare dr̄ ſues cū libidinē exercēt,aut appetūt q̄uis & ad alia aialia ēt ad hoies trāſferat. Ho. Iāq; ſubando te cubila tectaq; rūpit. Ariſt.li.de aialib⁹.vi. Ita ſubare dr̄ in ſuibus quēadmodū equę libidie ſtimulatę dr̄ equire. Tert. in Apologetico ſcribit Iouem fæde ſubantem in ſororē fuiſſe.i.libidinantem & rei venereæ inhiantem.

✕ Subortor ſubnaſcor & exurgo.vt ſubortus eſt rumor. Cc

¶ Suborno as.aliquātulum orno,hoc eſt honoro ſiue laudo Plāc⁹ Ciceroi. Tu cicero qđ adhuc feciſti idē p̄ſta vt vigilanter neruoſeq; nos quiſtamus in acie ſubornes. Et ſubornare eſt latenter ſeducere. Gel In caput meum ſubornauit

ō Sub patentibus campis.i ſub monte exporrectis. Apul.im mitto me campis ſub patentibus

¶ Subrideo latenter vel aliquantū rideo,vel riſus ſigna oſtendo. Ver. Olli ſubridens hoim ſator atq; deorum

¶ Subrogo pe.cor.ſubſtituo. Aug li.iij.ci.dei. Lucretius quoq; in locū Bruti fuerat ſubrogat⁹ morbo abſumptus eſt

✕ Subripio furor clā aufero. qm̄q; ēt in alīū tollo. vñ fit ſubreptio,qđ mō furtū ſignāt,mō imperationē q̄ fit a principe, ſiue magiſtratu p falſam rei narrationē: Subreptitiæ literæ dicūtur q̄ ad falſam alicuius ſuggeſtionem conceſſę ſunt Cc

¶ Subruo is.cū ipetu ſubingredior. Aliq̄n parū vel aliquantulū vel latēter ruo. Et hoc ex vi p̄poſitionis ſub. Aliq̄n Effodio. Sene. Subruunt terram,theſauros quæritant

¶ Subrumi dicti ſunt agni q adhuc ſūt ſub māma,q̄ rumusa veteribus dicebat. Inde ſubrumari qđ eſt ſubruma.i māma ſūmittere. Col.li.vij. Diligēti cura ſeruādū eſt vt in ſuis quotidie matribus & alienos nō amātibus agni ſubrumentur

¶ Subſanno.as,non a ſano. ſed a ſanna ſit q̄ eſt irriſio. Eſt aūt ſubſannare irridere,& cōſtruit cū actō. Hie.cōtra Vigil. Rideas forſitan & mulierculārū deliratamenta ſubſannes. Et ad Marcel. Quadrante indignā eloquētiā nare ſubſanno, quid ad te qui diſertus es? Hinc ſubſannatio quæ proprie rugata fronte & cōtracto naſo exprimitur

¶ Subſcudes p.p.tabulę q̄bus tabellę iter ſe cōſigūt qa quo innituntur ſuccidit. Pacu. Nec vlla ſubſcus cohibere cōpagē.

¶ Subſcribo,ſubſcroto ſubſigno,ſicut ſolēt principes q̄ ſubſcribūt ea q̄ rata habēt. Lāp. Alex. romanus iperator ſubſcriptioni lectioni epiſtolārū operā dabat poſt horas meridianas Alias ſubſcribere ſignificat fauere. Col. Q; ſi fortūa ſubſcri pſerit. verbū eſt iudiciis & foro accōmodatū. Vnde ſubſcriptores fautores approbatoreſq; dicti ſūt. Ci. Venit paratus cū ſubſcriptoribus exercitatis & diſertis. Vbi Aſco. Scriptores dicuntur qui adiuuare accuſatorem dici ſolent.

¶ Subſequor pe.cor.ſtarim ſequor

¶ Subſellia ſedes & pulpita,vel vt ita dicā ſcāna, in quibus audientes poetas recitantes ſedere conſueuerant, vel i quibus ab equitibus ſpectabant ludi. a ſubſedendo quaſi ſubſedia per mutationem d.in l.vt ſella pro ſeda. Nam ſenatores in ſellis altioribus cōſidebāt Perſius. Troſſulus exultat tibi p ſubſellia lęuis Scribit Aſco. Subſellia eſſe tribunorum triū ſuperiorum quęſtorum,& huiuſmodi minora iudicia exercētiū qui nō in ſellis curulibus nec tribunalibus,ſed in ſubſellijs cōſidebant. Vnde a Varrone ſubſellīū dictū eſt q̄ non ſit plane ſella. ō Vñ ſciēdū q̄ ſubſellū q̄nq; accēpit,p ſede in foro vbi iudices electi in publico iudicio ſedebant, vt Q. Cicil. libro xij. Nonnūq̄ etiam inter ipſa ſubſellia dicieſſe ſe gloriant. quādoq; ſubſellia erāt in curia vbi ſeatores ſedebāt vt oſtēdit Cic.in Ora.contra Catil. Quādoq; erāt ſedes i theatro. Sues in Augu. Facto igitur decreto patrum, vt quoties quid ſpectandi vſq̄ publice ederetur primus ſubſelliorum ordo vacaret ſenatoribus. Et ſubſellia vbi ſedebant rei & accuſatores & teſtes

¶ Subſideo es.pe.cor.ſubtus ſedeo. Col. Villica debet curā adhibere. vt ſi quę fęces aut amurcæ in fundis vaſorum ſubſederint ſemel ſtatim emūdentur. Inde ſubſellia. Eſt & ſubſidere inſidiari. Inde ſubſeſſores & ſubſeſſæ

¶ Subſeſſę dicunt a Vegetio inſidię q̄bus i itinere exercitus iparatus ac nihil tale ſuſpicās opprimi ſolet. Subſidere ei ſignificat deliteſcere. Vnde ſubſeſſores dicti q deliteſcētes inſidiātur & inſidijs circūuentos interimūt. Cōtra ſubſeſſos vocamus hoſtū circūuentos. A Valerio ſubſeſſor alieni mīmonij dictus eſt qui pudicitiæ alienæ coniugis inſidiatur

¶ Subſeſſores & ſubſeſſi. Vide in dictione Subſeſſæ, de quo modo

¶ Subſidium quęre in dictione p̄ſidium

¶ Subſiſto is.cōtra ſiſto. Cæſar. Audacius ſubſiſtere nonnūq̄ & noniſſimo agmine prælio noſtros laceſſere. Q̄ tiādoq; ſignificat gradū ſiſto. Hie.in li.x. Tu aūt ſubſiſte pauliſper vt indicē tibi verbū domini. Proprie tamē ſubſiſtere eſt per ſe exiſtere,vt eſt ſubſtantia quę per ſe exiſtit, qđ de accidentibus intelligi non poteſt vt inquit Augu.lib.vij de tri. Hoc eſt deo eſſe quod ſubſiſtere

✕ Subſolanus ventus qui ſub ſole flat,a Grę́cis Apeliotes ἀπὸ τοῦ ἡλίου.i.a ſole dictus. Cc.

¶ Subſto as.ſuſtineo & conſtans ſum. Terēt. Perij metuo ne ſubſtet hoſpes. Et ſubſtare eſt rem aliquā cōſtanter ſuſtinere. Nam ſubſtare dicitur aliquid vt alijs ſubeſt

¶ Subſtantia eſt quæ per ſe ſubſtat & fundamentum eſt ſubſtat cm̄ accidētibus. Differt aūt ſubſtantia ab accidente i tribus. Primo quia ei ſubijcit & ip̄m ſuſtentat, nō aūt econtrario. Secundo quia per ſe nō indiget ſubſtantia accidente, ſed accidēs ſubſtantia. Tertio qa ſubſtantia ꝓprie eſt. Accidens vero ideo nō eſt qa ꝓprie ineſt. Greci mō ὑποστάσεις, modo οὐσίας vocant, latini vtrūq; interp̄tant ſubſtantiā q̄uis ſint qui ὑποστάσεις ſubſtantiā οὐσίας eſſentiā dicāt. Sciendū eſt q̄ vna & eadē natura pōt dici ſubſtantia eſſentia & ſubſiſtentia, vt natura ſortis in q̄ū dat ſorti q̄ſit, dr̄ eſſentia in q̄tum dat ei q̄ per ſe ſit dr̄ ſubſiſtentia prout autē ſortes habet q̄ per illam naturam accidētibus ſubſit dr̄ ſubſtātia. Quādoq; etiā ſubſtantia ponit pro materia & quaſi eſſentia & ſolidi tate ac neruis cuiuſq; rei. Pli. Subſtantia omnis orationis fuit cohortatio eius ad pacē. Quin. Prima apud rhetorē elementa & q̄ de ipſa rhetoricæ ſubſtantia q̄runtur tractabimus. Quādoq; ſubſtantia ponit p facultatibus. Idē. Vt plus ſubſtantię filio relinquerem. Et in Euphonio. Qui conſumpſit omnem ſubſtantiam viuendo luxurioſe

¶ Subſtantiuus a.um. qđ per ſe ſtare poteſt, cuius contrariū eſt iſubſtantiuus. Rufinus in expoſitione ſymbo. Sed fortaſſe dicas,iſta quam memoras inſubſtantiua eſt generatio. Nec enim lux ſubſtantiuum facit ſplendorem, aut cor ſubſtantiuum generat verbum. Ambroſius libro Hexa. Q uiſ cmnuta & inſubſtantiua principia cęlo ac terris darent

¶ Subſtituo is.ſubordino,vt cū quis defuncto vel abrogato ſubſtituitur i eius locū. Amb. pro ſuppono poſuit cū inqt Et bene ſanctus Lucas virū a ſpū nequitiæ liberatum ante prēmiſit & ſubſtituit fęminę ſanitatem

¶ Subſum ifra ſū. Pli. Suberāt tecto abiegnę trabes. Aliquando ſubeſſe ſignificat latēter ineſſe. Ver. li.iij ge. Quippe ſolo natura ſubeſt,quia naturaliter rerum oīm mater eſt terra & vniuerſa itra ſe cōtinet ſemina, licet nō appareāt. vnde Epicurei dicunt nihil eſſe qđ nō habeat originem ſui

¶ Subſtillum tempus dicitur quod ante pluuiā vel poſt pluuiam eſt non ſiccum ſed humidum, q̄ aut iam ſtillet aut nōdum ſtillare deſiſtat. Apud Catonem lib.de re ruſti. ponitur pro egritudine quando ſtillatim vrina emittitur

¶ Subſtruo ſubt⁹ ſtruo. Colli.i. Cū ex deꝑſſiore loco fuerit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

orsa fundamenta nō solū supficiē suā sustinebūt facile, sed & pro fultura & substructiōe fungent aduersus ea q̄ mox si forte villam prolatare libuerit, ad superiorem partem applicabuntur.

¶ Subsolanus ventus dicitur qui sole oriente subnasci videtur.

¶ Subsortit⁹ dī q alicuius occupati fungit officio. Vnde sub sortitos iudices dicimus qui etiam substituti appellantur

¶ Subsero is. pe. cor. subtus semino vel plāto. Col. li. v. Nam plurimū interest adhuc noua cōsitione pedamē omne vestiri nec mox vinearū subseri cū fructus capiendus est

✕ Subsilio & subsulto parum salto, a quo Subsultim aduerbium. Cc

¶ Subtal ex sub & talo cōponit, significatq; cauum pedis. q̄uis & provola quādoq; accipiatur

¶ Subtegmē dī filū q̄d sub stamine texitur. Hie. in exod. Inciditq; bracteas aureas & extenuauit in fila vt possent torq̄ri cum priorum colorum sub tegmine

ð Subtegulanea loca subtegulis distinguntur, a subdialibus quæ græci vocāt ὑπαίθρια sicut priora illa ὑπόστεγα & κατάστεγα siue στεγαστά

¶ Subter p̄positio, cui⁹ relatiuū est sup. vt hic mirifice natat duratq; subter aqua. Et tam abltō q̄ actō iūgit, licet quidam non nisi figurate hoc fieri putent sicut post, circum, & ante Ver. Ferre iuuat densa subter testitudine casus

✕ Subtercutaneus, subcutaneus idem. Cc

¶ Subterraneus a. um. q̄d est sub terra. Col. vinctis q̄ saluberrimū subterraneū ergastulū, plurimis sitq; id āgustis illustratū fenestris. Idē. Nā fere cū his partibus q̄dificia rimas egerunt caua p̄bent & latebras subterraneis animalibus

¶ Subturpe, latenter turpe, quando id quod natura turpe verbis tamen honestis dicitur

¶ Subuenio proprie subtus venio. Hiero. in expositiōe symbo. Discute si potes q̄ habentur ī manibus, & tūc ad horum sublimiora subuenies. per translationē subuenire est auxiliū p̄bere. Plau. Qui toties tibi misero subueni

¶ Subueteribus, est loci nomē in vrbe roma, sicut & sub nouis. Plau. in Cur. Subueteribus ibi sunt q̄dant quicq; accipiūt fenore. Suet. in Aug. Bifariā laudatus est p̄ q̄de diui Iulij a Tiberio & p̄ nostris subueteribus. Var. Subnouis dicta pars in foro ædificiorū, quod vocabulum eius peruetustum

¶ Subula pe. cor. instrumentū Cerdonū quo perforandis calceis ac suendis vtunt sutores. Mar. Q ðq; tibi tribuit subula sica rapit. Hierony. in Exod. Perforabitq; aurem eius subula.

¶ Subulo pe. cor. lingua Hetrusca dī tibicē. Apud. Ennisi Subulo vicinas p̄pter adstabat aquas. In alio significatu subulones dicunt cerui q̄bus sunt cornua simplicia minimeq; ramosa ad subularū similitudinē, vt docet Aristo. lib. ix. de aīalibus. Plī. li. xi. Aliis simplicia tribuit: vt in eodem genere subulonibus ex argumento dictis

¶ Suppeto is. pe. cor. significat latenter seu per fraudem peto Vlpia. Apud Iabeonem relatum est si siliginario quis dixerit vt si quis nomine eius siliginem petisset ei daret & quidam ex transeuntibus cum audisset petijt eius nomine & accepit furti actionem aduersus eũ qui suppetijt siliginario nõ mihi. Nõ enim mihi negotium sed sibi siliginarius gessit. Suppetit vero in tertia persona & suppetũt significat in promptu est, vel succurrit, & huiusmodi. Plinius iunior. Cui abunde suppetunt facultates.

¶ Suppetiæ & suppetias tantum habemus a suppeto quo nomine Valla auxilium significari existimat, sed magis subsidium est. Plaut. in episto. Auxilia mihi & suppetiæ sunt domi. Si enim auxilia & suppetiæ idem essent frustra alterum eorũ poneretur propter quod sciendum est q; sicut inter præsidiũ & subsidium interest, q; præsidium sit auxilium quod p̃statur alicui, & præsertim q; satis videtur ad defensionem fore. Subsidiũ quod ad succurrendum venit ita suppetiæ sũt quæ ad rem ne labatur aut pereat sustentandam mittuntur, vt est ad succurrendum oppidis & obsessis, multũq; laborantibus q̃d succursũ milites appellant, & est fere idẽ quod subsidium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dictæ ſuppetiæ quia ſuppetunt oppreſſis id eſt præſto ſunt, ſiue ſuccurrunt & a fidis ſuppeditantur. Auxilium vero proprie ad augendas copias atq; vires & peti & mitti ſolet. Cæſar cō. xij. Et nunciabantur auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias venire. i. in ſubſidium.

¶ Suppetior aris. auxilior. ſuccurro. Apul. lib. viij. At vobis facile eſt ſuppetiari miſerrimo ſeni.

¶ Suppleo es. quid ſignificet ex voce ſua demonſtratur. Vergi. lib. iij. Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis Et ſupplere eſt æquare. Idem. Si fœtura gregem ſuppleuerit aureus eſto. Ser. ſi tot agnos habuero quot oues, hoc enim eſt gregem per fœturā ſuppleri. Sunt qui hoc verbum per ſimplex p. ſcribi velint, Vnde & ſuppellex.

¶ Suplementum quod ſuppletur. Cice. Apio pul. Cenſebant omnes fere vt in Italia ſupplementum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur.

¶ Supinum a quibuſdā dicitur verbū participiale, ſicut gerū diua ſunt nomina participialia. Et habet duas terminationes ſ. um. & v. vt lectū lectu. Quod in um. finitur habet ſignificationem actiuam. Sal. Legatos ad Iugurtham de iniurijs queſtū miſit id eſt qui q̄rerent. Idē nō mea culpa ſæpe ad vos oratū mitto. P. C. hoc eſt qui orent. Do filiā nuptū dicimus, hoc eſt q̄ nubat. Do. vænū, vendo. Spectatū admiſſi ſumus id eſt vt ſpectemus. In u. vero ſignificationis paſſiue eſt, iungiturq; noībus adiectiuis. Verg. Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli, hoc eſt q̄ nec videri nec dici facile poſſit. Plini. Accipēſer piſcis rarus inuentu, hoc eſt qui raro inuenit. Dicimus p̄terea dignū ſiue indignū relatu, qđ referatur. Impiū factu, ſi fiat. Horrendū aſpectu, ſi aſpiciatur. Iucundū cogitatu, ſi cogitet. Obſcœnum viſu ſi videat. & ſic de reliquis.

¶ Supin⁹ a. um. quod iacet ventre cęlū verſus. Iuuenalis. Cubat in faciem mox deinde ſupinus. Ponitur nonnunq; p otioſo, molli negligentiq;. Tractum a re ipſa. Qui enim ſupini iacent otioſe molliter negligenterq; degunt. Seneca ad Lucil. Eſt quidem mi Lucilli ſupinus & negligens qui in amici memoria ab aliqua regione admonitus reducitur Iuue. Et multum referens de mecœnate ſupino. Inde ſupinior. Mar. Nuſq; delitię ſupiniores. Et ſupinus dicitur montuoſus. Horat. libro car. Seu mihi frigidum præneſte ſeu tybur ſupinum. Eſt enim ciuitas in aſcenſu montis poſita. A ſupinus fit Reſupinus, de quo ſupra.

¶ Supilo as. pe. prod. rapio inuoluo, cum fraude, a pilorū raptu, ſiue ab πιλέω cōplano. Plau. in tru. Hæc cū video fieri, ſuffuror, ſuppilo, & de p̄da p̄dam facio.

¶ Supplico as. pe. cor. ex ſub & plico, eo q̄ genu poplitemq; plicamus cum a potentiore magnū aliqđ precamur. Sūt qui hoc verbū a placo deducant, quaſi ſupplaco, ſed græcum eſt. πλέκω. Eſt autem ſupplicare humiliter & cum reuerētia precari. Cice. in Lęl. Q̄ multa enim q̄ noſtra cauſa nunq; faceremus, facimus cauſa amicorū, precari ab indigno ſupplicare tū acerbius in aliquē inuehi, inſectariq; vehementius.

¶ Supplex qui flexis genibus precatur. a quo Suppliciter aduerbium.

¶ Suplicium ſupplicatio. Sal. non votis neq; ſupplicijs mulie brib⁹ deorum auxilia parantur, ſed vigilando agendo bene conſulendo proſpera omnia cedunt. Varro. Boues ad victimas faciunt atq; ad deorū ſupplicia. Et ſupplicium pœna ſiue tormentum. Vergil. Spero etiā medijs ſiquid pia numina poſſunt. Supplicia hauſurum ſcopulis.

¶ Supprimo is. pe. corre. ſubtus teneo. Ouid. lib. i. mera. Supprimit extemplo vocem. Vnde ſuppreſſus ſummerſus. Iuſtini. Victi Perſæ in naues confugerunt, ex quibus multæ ſuppreſſę, multæ captę. Aliq̄n ſuppreſſus ponitur pro occulto Sene. Ex cuius opibus q̄dā edita alia ſuppreſſa ſunt.

⁎ Suppreſſum teſtamentum dicebatur quando in fraudē hęredum vel legatorū ſeu liberorum aliorū ve nō eſt palam reſignatum ſiue exhibitum. Cc.

¶ Supra modo præpoſitio eſt. Verg. Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber. Modo aduerbiū. Sal. in Iug. Pauca ſupra repetam. Prepoſitio vero nunq; componitur. & vltra propriā ſignificationem quandoq; ponitur pro valde. vt ſupra morē, ſupra modum, ſupra iuſtum. Verg. li. ij geor. Rara ſirā ſupra morem ſit denſa requiras. Antiqui etiam ſupera protulerūt, ſicut infera & infra. Cic. in Ara. Huc ſupera duplices humeros affixa videtur. Stella micans

¶ Supra q̄ ſignificat ſupra id quātū qđ, vel ſupra id qđ Salu. Corpus patiens inediæ algoris & vigilię ſupra q̄ cui q̄ credibile eſt. i. ſupra id quantum.

¶ Supremus extremus. Verg. Qui ſupremū comitentur honorem. Aliq̄n dicitur ſummus, altus, maximus. Sue. Verum ſupremū eęlū intuentē ſtupidū cubuiſſe. Terent. Proh ſupreme Iuppiter, Sic dicit ſuprema multa pro maxima.

¶ Supputo as. pe. cor. Vide in dictione puto.

¶ Suppudet pe. cor. aliquantulū pudet. Cice. Caſſio. Puto te iam ſuppudere cū hęc tertia iam epiſtola ante te oppreſſit q̄ tu ſchedā aut literam, ſed non vrgeo.

¶ Suppuro as. pe. produ. ſuppurare eſt apoſtema fieri. Col. li. vij. Hic idem ſanguis niſi emiſſus fuerit ſaniem creabit qui ſi ſuppurauerit tarde procuratur. Hinc ſuppurantia ſiue ſuppuratio dicitur cum huleus ad ſaniem tendit. Vocatur & apoſtema, hoc eſt concurſus mali humoris in aliquam partem corporis, a pure dicta. Pus enim ſanies eſt, & quicunque humor in putredinem verſus. Col. lib. vij. Et cum maturuerit ſuppuratio reſcinditur ferro.

¶ Suppuratorius a um. qđ ad ſuppurationē pertinet. Idē Iō miſcent ſuppuratorijs medicamentis.

¶ Sura, poſterior pars cruris carnoſa, quæ tantū homini ineſſe dicitur, reliqua animalia habent crura ſine ſuris, licet q̄n q; ſumatur pro toto crure. Ver. Suras vincere cothurno ἑλληνιστὶ τὸ σφυρὸν λέγεται ἔνθεν λατῖνοι ἀγουσίλεξιν. ⁎. i. græce ſphiron dicit vnde latini trahunt dictionem.

¶ Surcus palus cuius diminutiuum eſt ſurculus.

¶ Surculus proprie eſt qui inſeritur Germen vero qui in ſurculis naſcitur. Hinc ſurculoſus a. um. quod ſurculis abundat Pli. ramis hyſſopi ſurculoſam.

¶ Surcularis & hoc ſurculare. vt terra ſurcularis, quę ſurculos generat. Col. lib. iij. Conſyderandum eſt anteq̄ paſtinem⁹ ſurcularis necne ſit terra.

¶ Surculaceus a. um. Idem. Surculacea in folliculo ſunt rapha no ſinapi rapo.

¶ Surdus qui habet aures obtuſas ab aurium ſordibus quę in duriciem verſe marmora aurium dicuntur, nec ſinunt audire Et tam paſſiue q̄ actiue dicitur. Nam ſurdus qui non audit & qui non auditur. Iuue. Surda nihil gemeret graue buccina. Et herbæ ſurdę a Plinio dicuntur quarum nomina nō ſunt. Nō enim audiunt cum ſint ſine nomine. Et abſurdum dictum eſt, quia tale nunq; eſt auditum, vel quia tale eſt vt efficiat ne audiatur. ſurdum item dicitur cuius odor non ſentitur. Perſius Nec ſpirent cynnama ſurdum. Et ea quæ guſtum amiſerunt exurdata dicuntur. Horatius in ſer. Feruidaq; ſubtile exurdāt vina palatum Refertur etiam ad viſum. Plin. lib. xxxvi. Ad hoc quibuſdam incurrit vmbra, furduſq; color fit. Locus etiam ſurdus dicitur in quo nō facile auditur, Vict. lib. v. Etiam diligenter eſt aīaduertendum ne ſit locus ſurdus, & vt in eo vox q̄ clariſſime vagari poſſit.

¶ Surdaſter diminutionem ſurditatis ſignificat, hoc eſt non plane ſurdus, ſed vt ſic dicam ſurdulus qui parum ſurdus ē. ſunt enim duo nomina in aſter terminata q̄ diminutionem ſignificāt, ſurdaſter & recaluaſter cętera imitationem denotāt vt parāſitaſter, antoniaſter, oleaſter.

¶ Surdo as. actiuū eſt, ſurdū facio a quo exurdo. de quo in dictione ſurdus, apud Hora. in ſer.

¶ Surdeo es. dui. ſurdus ſum, a quo ſurdeſco ſurdus fio, a quibus obſurdeo & obſurdeſco.

¶ Surgo gis. xi, ctum, ex ſurſum & rego, ſignificat erigo. Terenti. Vt triduo hoc perpetuo e lecto nequeat ſurgere. Hinc ſurgere venti dicuntur, cum veluti ſe erigentes flare incipiūt. Vergi. Et fando ſurgētes demoror hauſtros. Sicut ecōtrario,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quando flare desinunt ponere ac residere dicuntur. Idem. Cũ venti posuere omnisq; repente resedit flatus. Aliquando surgere ponitur pro crescere seu nasci. Idem. Ascanium surgentem & spes hęredis Iuli. Huius composita sunt. Assurgo qđ est erigor in alicuius honorem officij vel beniuolentiæ causa Et sic datiuo iungit. Verg. Vtq; viro phœbi chorus assurrexerit omnis id est honorem fecerit Aliquãdo assurgere ponitur pro cedere. Auso. Assurgit musę nostra camœna tuæ. Aliquando sumitur simpliciter pro erigere siue crescere. Col. lib. ij. Collem molliter assurgentem, montem sublimẽ & asperum, sed nemorosum & herbidũ maxime probauerunt. Vergilius lib. iij. Georgi. Sed iacet aggeribus niueis informis & alto Terra gelu late septemq; assurgit in vlnas. Consurgo simul surgo. Sal. Consurrexere oẽs simulq; in eum impetum fecerunt. Exurgo, e loco. surgo. Cicero. Exurgite omnes atq; excitatũ. Dissurgo diuersæ surgo. Plin. lib. xvij. Ecce tibi hærbas tuas spargo peculiares stellas easq; & vespere & ab opere dissurgenti ostendo. Insurgo in aliquem insilio. Lactan. libro v. Nec est magnopere mirandum si aduersus hominem ista fit, cũ aduersus ipsum deũ propter eandem causam insurrexerit etiã populus in spe constitutus. Pręsurgo ante surgo. Resurgo rursus surgo. Vnde qui reuixerũt resurrexisse dicũtur.

¶ Surrigo is. pe. cor. Vide in dictione Rego.

¶ Surrepo is. pe. pro. sensim seu subtus aut latenter ingredior. Hierony. ad Dama. Nulli periculosum, nulli videatur esse blasphemum, q; in apostolis inuidiæ malum diximus potuisse surrepere.

¶ Surripio is. penultima cor. latenter rapio seu furor. Aliquãdo in altum tollo. & aliquando per mendacem narrationem aliquid extorqueo, & quasi furor. Hinc surreptum pro furto, & pro impetratione quæ fit a principe vel magistratu per falsam narrationem.

¶ Surrhentũ opidũ fuit Cãpaniæ a gręcis conditũ cũ promõtorio. Mineruæ, Sirenũ quondã sedes. Hinc surrhentina vina dicta sunt, & surrhentini calices.

✳ Sursum quid significet notũ est, cuius contrarium est deorsum, capiuntur tamen interdum ambo pro vltro citroq;. Terent. in Eun. Ne sursum deorsum ve cursites. Tractũ ab Athenis cuius portus est imo vrbs vero in editiore loco. Cc.

¶ Sus prępositio pro sursum accipitur, vt suspicio.

¶ Sus suis generis cõis. secundũ priscianũ Et dicitur tam de feris q̃ de domesticis. Cuius diminu. est sucula. Plaut. in Ru. Directa cum sucula & porculis. A sus fit possessiuũ Suinus a. um Var. Hic enim conciliator suinæ carnis, datur populo. A suinus fit diminutiuum Suillus Gręce autẽ ὗς dicit, olim ὕτης ab illo verbo dictus qđ dicitur θύτειν, quod est immolare. A suillo enim pecore immolandi initium primum, sumptum videtur. Cuius vestigia q; initijs ceteris porci immolãtur, & q; initijs pacis cum fœdus ferirẽt, porcus occiditur. Suillum pecꝰ donatum a natura dicunt ad epulandum.

¶ Susq; deq; fero, quod & susque deque habeo dicimus, significat æquo animo sum, & quod accidit non magni facio & interdum negligo atq; cõtemno, hoc est sursum an deorsum ferantur res parui facio.

¶ Susa æ. & susa orum. oppidum & metropolis Persidis in Susia, quę Persię pars est, a suso fluuio sic vocata. Proper. Nõ tot Achęmenijs armantur susa sagittis Spicula quot nostro pectore fixit amor. Hęc vrbs vt scribit Plinius a Dario Hidaspis filio condita fuit, Ibi fuit regia Cyri lapide candido & vario, columnis aureis & lacunari bus gemmisq; distincta, cęli continens simulachrum stellis micantibus insignum, & incredibilia multa. Ibi Assuerus conuiuium maximis diuitijs & delicijs copiosum celebrauit. ✳ Inde susinus a. um. vt susinum vnguentum. Cc.

ŏ Suspendo, sursum, pendo alteligo. Vergi. Ante nouis rubeant q̃ prata coloribus ante garrula q̃ tignis nidum suspendat hirundo. Quandoque suspendere est subleuare sustollere. Apul. Cum deberet manũ porrigere capistro suspẽdere causa subleuare, nullum mihi ferebat auxilium. Quandoq; pendendo interimere. Lact. lib. iiij. Tum suspenderunt eum inter duos noxios mediũ qui oblatrocinia damnati erant. Quandoq; Anxium esse. Plaut. Vix compos mentis sum ita mihi suspendit animũ. Verg. Suspensi eurypilum scitatum oracula phœbi mittimus. Et quoniam dum anxii sumus etiam dubij efficimur suspẽsum modo pro dubio ponitur. Sene. suspẽsus animo quid ageret cogitabat. Modo pro placido ac silenti. Ter. in phor. Hæc vbi audiui ad fores suspenso gradu placide ire perrexi.

ŏ Suspendium pro suspensione. Gel. suspendio vitam finiuit.

ŏ Suspendiosus qui laqueo nexili strangulatꝰ est. Pli. scribit laqueũ suspẽdiosi circũdatũ temporibus dolorem capitis sedare. Idẽ pœnã laquei prępositam appellat, ex eo q; includatur spũs cui exitus q̃rendus est.

¶ Suspitio is. pe. cor. sursum aspicio. Vergi. Et mœnia suspicit vrbis Interdum veneror. Lactã. libro ii. Et tamen factorem ipsum nemo suspicit aut veretur. Cicero libro. ij. of. Itaq; eos viros suspiciunt, maximisq; efferunt laudibus. Sic despicio, p contemno. Suspicere etiam est respondere. Vergilius libro vi. ænei Suspicit Anchises, atque ordine singula pandit. Item suspectum habere, vt apud Saluſt. in Iug. Per idem tempus Bomilcar cuius impulsu Iugurtha deditionem quam metu deseruit incœperat, suspectus regi & eum suspitiẽs nouas res cupere ac pniciem eius dolo q̃rere.

¶ Suspitio onis. fi cum venio iij gaũ, passiue accipitur vt veni in suspitionem. i. factus sum suspectus.

¶ Suspitiosus qui suspitionem habet. Terent. in Adel. Omnes quibus res minus secundæ magis sunt nescio quomodo suspitiosi, ad contumeliam oĩa accipiũt magis propter suam impotentiam sese semper credũt negligi. Accipitur etiam q̃ñ q; p eo q; suspectus est.

¶ Suspecto as. modo sursum specto. Martianus. Oculisque sursum spectans sydera. Modo deorsum specto, & sic a sub componit, Mar. sed suspectat oculis deuorantibus draucos.

¶ Suscipio pis. pe. cor. a susum vel sursum quasi sursum capio, tam ad aĩm q̃ ad corpus referẽ, vt suscepi onus, suscepi voluptatem. i. accepi. Aliq̃n suscipere est gignere. Plautus. Qui geminos ex ancilla suscepit liberos.

¶ Suscito as. per. cor. excito, plærũq; viuifico. Nec tam sanare languẽtem visus est inquit. Seneca, q̃ mortuũ suscitare.

¶ Suscitabulũ, incitamentũ dicitur. Var. Symphonia vocis suscitabulum.

¶ Suspiro as. pe. pro. significat spiritum ab imo pectore traho, quod sollicitudinis aut doloris argumẽtum est. Nam ex sus & spiro componitur. Per translationem suspirare est desyderare, & modo datiuo, modo accusatiuo iungitur. Aug. libro. v. ciui. dei. Inde fidei pignus accepimus, q̃diu peregrinantes eius pulchritudini suspiramus. Hieronymus Carnes ægyptiacas suspirabant. Iuue. Suspirat longo non visam tempore matrem.

¶ Suspirium ipsa suspiratio, hoc est ab imo pectore spiratio. Et aliquando ipsa spirandi difficultas. Est enim morbus qui ex pulmone fit, qui & suspiratus dicitur. Ouid. Et suspiratibus hauſtis.

¶ Suspirioſi, qui spirandi difficultatem patiuntur, vel quibus vitiosa est respiratio, quos græci asthmaticos vocant. Plin li. xx. Podagris cũ articulorũ morbis decoctum cucumerem in aceto illiniunt pſentaneo remedio suspirioſis prodest.

¶ Sustineo es. pe. cor. a sursum teneo significat patior. Hiero. ad Ruſt. Si negociatores sæculi tanta sustinent vt ad incertas perueniant periturasq; diuitias, quid Christi negotiatori facĩdum est, qui venditis omnibus quęrit pretiosissimam margaritam. Aliq̃n alo reficio. Liui. Milites fluuiatili pisce & herbis sustinebantur. i. cibabant. Ver. lib. ij. Geor. Hinc patriã parentesq; nepotes sustinet.

¶ Sustento as. frequentatiuũ, sępe aut continue sustineo, manu teneo, nutrico. Lactantius lib. iiij. Incredibili beneficẽtia genus humanum sustentat, & quasi paterna indulgentia fouet Et lib. v. Non amplius quęrit q̃ vnde vitam sustenter,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶Sustentaculum dicit̃ quod aliquid sustinet.

¶Sustollo is.ex sursum & tollo sustuli sublatum apud veteres in vsu fuit. Diomedes. Tollo tuli. quod in compositione sustuli facit. Eius tñ perfecti instãs apud veteres susiollo. Nũc vero a tollo sustuli, quod est suscepi siue habui. Nam quẽadmodũ de matre dicit̃ peperit filiũ, ita de patre Sustulit filiũ Ali quando Sustuli capitur ꝓ educaui. Verg. lib. ix. Mæonio regi quẽ serua. Licinia furtim Sustulerat. Aliquando sursum tuli. Idẽ sustulit exutas vinclis ad sydera palmas. Aliqñ erexi suscitaui. Aliqñ abstuli, vt iubet & sublata reponi.

¶Suslana, prouincia Asiæ vt lib. vi. refert Ptolemeus quæ a septentrione terminatur Assyria ab occasu Babyloniæ adiacet. Ab oriente habet persidem. A meridie partem Persici sinus. Cuius ciuitates insignes. Tariana & susa in qua templũ Dianæ Susiæ.

¶Susurrus & susurriũ, paruum & summissum murmur. Horati. lib. i. Car. Leuesq; sub noctem susurri. Hiero. Susurr⁹ auiũ inquit. lib. contra Ioui. Idem in Iob. Et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri eius. Declinatur etiam hoc susurrũ. Ouidi⁹ lib. vñ. Metamor. Procrin. adit, linguaq; refert audita susurra. ¶Susurrus quoq; seu susurramen incantamentũ qđ vo ce sũmissa ne profani percipiant fieri solet. Magia enim vt inquit Apul. Occulta res est plerũq; noctibus vigilata & tenebris ostrusa, & arbitris solitaria, & carminib⁹ murmurata cui pauciss̃imi adhibeant̃.

¶Susurro as. furtim & summissa voce loquor. Terent. Iã susurrari audio ciuẽ attica esse hanc. Idẽ. syrus cum illo nostro cõ susurrant cõferũt. Hinc insusurro & cõsusurro.

¶Susurro onis. q susurrat, qui occulte maledicendo odium in aliquẽ aut dissensionẽ molitur. Verbum factitiũ est, vt apud apostolum. susurrones detractores deo odibiles.

¶Sutores, qui calceos suunt. Proprie enim artifex calceorum sutor appellat̃. cum ille qui suit pannos elegantius sarcinator q̃ sutor dicatur.

¶Sutates dicũtur q quasi continue suentes vel stãtes in sutrina Plau. in aul. sedentarĩ sutates diabathrarĩ.

¶Sutura, quam sutor in suẽdo facit. q̃uis & de alĩs rebus per similitudinẽ dicatur sutura. Cornelius Cæl. lib. viĩ. Raro caluaria solida sine suturis est, & id caput firmissimum atq; a dolore tutiss̃imũ est ex cæteris in quo suturæ pauciores sunt eo capitis valitudo cõmodior est.

¶Sutorius a. um. qđ ad sutorẽ pertinet, vt ars sutoria. instrumentũ sutoriũ. sutoriũ atramẽtũ appellat̃ tinctura qua sutores pelles & calceos tingunt. Cice. Iã pater eius accusatus a M. Antonio sutorio atramento absolutus est.

¶Suterna ipsa sutura, siue opus sutoriũ. Var. Q. suternas facere inscius nihil homo agis.

¶Sutrina pe. pro. locus vbi calcei suuntur & vændũtur a quo sutor dicitur.

¶Sutella dolosa astutia, a similitudine suentium dicta.

¶Sutilis & hoc sutile penul. cor. quod sutum est. Vnde coronę sutiles dicuntur, sicut pactiles coronæ. & vestis sutilis, consutilis, & inconsutilis.

*Sutrus nomen impositicium. Cato vni elephãto qui in punica acie fortiss̃ime fuerat ꝑiatus sutrum nomẽ imposuit. Cc.

*Suturnium vrceolus est, siue vas ex quo aqua in polubrum demittitur. Cc.

*Sui & suus pronomina sunt reciproca. Cc.

¶Sýagros, latine aper dicit̃, nã quod apud græcos σὺς apud nos sus. & ἄγριος ferus dicitur.

¶Sychęus cum diph. nomen proprium.

¶Sycos latine ficus. Neuius. Hodie sycos mihi recens fuit.

¶Sycomorus pe. pro. ficus fatua grandior σύκος sic⁹ μωρὸς fatuus quæ & Marisca dicitur. Dioscor. scribit sycomorum esse arborem magnam similem arbori ficuũ, habẽtẽ lactis multitudinem cuius fructus non egreditur ex summitatibus ramorũ sicut ficus sed ex ramis ipsis. Et est dulcis similis fructui ficus agrestis. Grana eius sunt minora q̃ grana ficus, & nõ maturantur nisi radantur instrumẽto ferreo. Et nascitur multum apud Rhodum, & in locis vbi abundat frumentum.

¶Celsus Morosycon inuersis literis vocat arborem, quasi fatuam hoc est nõ fructiferam ficum dicas gignit em̃ pilulas albicantes quæ instar olynthorũ, hoc est grossorum sici appetẽte maturitate decidũt, peculiaris ægyptiis aggeribus niloticis præcipue prouenies, quæ radicibus suis niloticas ripas colligabat ad coercendum nilum.

¶Sycophanta, ad verbum dicitur sicorum comestor ἀπὸ τοῦ φάγειν τὰς σύκους. hoc est a sicis edendis. Ponitur & ꝓ calũniatore. Nam aiunt atticos iuuenes solitos in hortos irrũpere, siscosq; deligere. Quã ob causam lege est constitutũ vt qui id fecissent capite truncarentur, quam pœnam qui persequerent̃, ob paruula detrimenta sycophãtas appellatos. Alia ratio sumitur apud synesium grãmaticum græcum, q inquit ꝙ ex duobus seruis cuiusdam viri græci alter sicus quę domi paratæ erant absumpsit, alter quis prorsus exedisset ignorabat. Quærenti eas dño a sonte insons accusat⁹ est. Herus vtriq; calidã aquã ꝓbuit, sol⁹ qui deliquerat euomuit, ex quo natum est id nomen sycophanta. i. calũniator, quia insontem falso crimine calũniabat̃. sycophantia mendacium, calũnia, atq; fallacia. Plaut. Per fallaciam quam amabam abduxit a lenone mulierem neq; puduit id ætatis sycophãtias struere. sycophãtisso as. sycophantias struo.

¶Sycosis morbus quẽ nos sicũ siue. Mariscam appellamus.

¶Syene, vrbs in confinibus æthiopię atq; ægypti supra Alexandriã versus meridiem quinq; milibus stadijs sub tropico cancri directe locata. Vnde sole existente in cancro medio solsticiĩ die supra verticem ciuitatis cadẽs nullã prorsus in eam̃ umbram facit vt inquit Plini. lib. ij. Luca. lib. ij. Vmbras nusq̃ flectente syene.

¶Sygęum promontorium Troiæ, sic dictum propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hospitio simulauit absces sum, & inde contra Troiam per silentium venit, quod σιγὴ dicitur.

¶Syla per simplex l. mons Lucaniæ, & sylua in illo, sic dicta q̃ si σύρα. i. tracta. hoc est latronibus frequentata, vt Sallust. de fugitiuis. In sylua inquit syla fuerunt.

¶Sylla cum duplicato ll. fuit Roman⁹ nobilis ex antiqua Scipionum familia. Hic catenas Iugurthę manib⁹ iniecit. Mithridatem compescuit. Socialis belli luctus repressit Cinnæ dominationem fregit & Marium proscripsit. Fuit literis græcis & latinis doctiss̃imus, facundus acer animo grandis ita vt dicat Sal. Dubitari potuit fortior an felicior esset. Nam felix eo dict voluit, ꝙ de inimicis Marianis feliciter vltus fuit. Inde dictator factus ita remp. suppressit, vt nemo illo inuito nec bona nec patriam, nec vitam retinere posset. Tãdẽ pediculari morbo interĩt. Scilla vero per. c. aliud significat, de quo loco suo sed nota ꝙ ratio militat contra vsum istius calcographiæ, qa qui iota scribi oportet silla, quasi sibylla, sed corrupto nomine ponitur silla.

¶Syllaba est cõprehensio literarum, vel vnius vocalis enunciatio temporum capax, quia omnis syllaba aut breuis est & vnum tempus recipit quod athomum metrici vocant vt pater, aut longa, & duo recipit tempora, vt mater. Nam ma. lõgitudine sui circũflexus tantum tẽporis bis occupat. quantũ occupat pa. semel cũ acute dicitur pater. Dicta est autem syllaba ab λυμβάλλω, quod est comprehendo, vel a σύμ. simul λαμβάνω capio proprie enim illa est syllaba quæ ex pluribus constat. vt stirps. Quæ autem de vna vocali perficitur, abusiue syllaba vocatur, & vnigramma appellatur. Alię dicuntur bigrammę, vt ne vsq; ad exagrammam, vt stirps. Accidunt syllabæ quatuor, tenor spiritus, tempus, & numerus literarũ. Tenores tres sunt. Acutus grauis & circũflexus. Spirit⁹ duo, asper, & lenis. Tempora tria, breue, longũ, & cõmune. Numerus, quia constare potest ex sex literis.

¶Syllabatim aduerbium, significat per syllabas. Augustin⁹ libro. x. ciui. dei. Et syllabatim per transitoria temporum mo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rulas humanæ linguæ vocibus loqueretur.

ðSyllanion ſtatuarius nullo doctore nobilis.

¶Syllepſis, dici poteſt conceptio ab σύν con. λῆψις acceptio, quæ fit cum pluralis dictio ſingulari verbo copulatur. Verg. Socijs & rege recepto. Aut ſingularis plurali verbo connectitur. vt ſunt nobis mitia poma Caſtaneę molles, & preſſi copia lactis. Aut cum pro multis vn⁹ ponitur vt armato milite cõplent. Item pro vno multi vt Vos Calliope precor aſpirate canenti. Rectius enim dixiſſet. O vos muſæ.

¶Syllogiſmus, computatio, penſatio. ab σὺμ καὶ λέγομαι, q. d. eſt cõputo, concludo, vel ab λογίζομαι ratiocinor.

ðSylua nomen generale eſt non ſolum arborum ſed etiã hærbarum, proprie tamen arborum & quæ cędua eſt, hoc eſt quę habetur in eũ vſum, vt ex ea materia cædatur. Quod ſi ſuccęſa ſit nihilominus dicitur ſylua, quoniam rurſus ex ſtirpibus aut radicib⁹ renaſcitur. Dicta ſylua quaſi ſoliua, vel ab eo, qd̃ græce ὕλη. i. materia dicitur. Et vt illi hylẽ pro, materia ſic noſtri, ſyluam poſuerunt. Et eſt aut Glandifera cuius arbores non cædunt, ſed ad eſcam quadrupedibus ſeruant. Aut cędua q⁹ in ea arbores cum ad iuſtam proceritatem creuerunt cædun tur, vt ædificationibus, vel alijs vſibus materiã prębeant. Q⁹ ñ q⁹ ſylua dicitur. quod ex tempore ſcribitur velociſſime eſtq⁹ velut prima materia, quales ſunt papinij ſyluę de quibus ipſe ſic ſcribit. An hos libellos qui mihi ſubito calore & quadam feſtinandi voluptate fluxerunt cum ſinguli de ſinu meo prodijſſent congregatos ipſe dimitterem. Quin. Diuerſum huic eorum vitium, qui primo decurrere, per materiã ſtilo q̃ velociſſimo volunt & ſequentes calorem, atq⁹ impetum ex tẽpore ſcribunt hanc ſyluam vocant. Syluam etiam poetæ nominant elementorum congeriem, vnde cuncta procreant.

¶Syloſon fuit teſte Hiero. Samiorũ tyrann⁹.

¶Symmachus pe. cor. propriũ nomen, quod ſignificat concertatorem, auxiliariũ, & ſociũ in bello proprie. ſymmachia auxiliũ concertatio, ſocietas σὺμ ſimul, μάχομαι bellator ſũ, pugno.

¶Symballota, ſunt coacti per ſe velleris ĩplexu, potius q̃ textu condita. ἀπὸ τοῦ συμβάλλειμ.

¶Symbebicora dicuntur accidentia. Symbebycos accidens ὅτι συμβαίνω ῥῆμα ἐνθεμ μετοχὴ γίνεται ἁλόσως λατίνοι τοσοῦτον δέχονται. * Id eſt συμβάινω verbum vnde participium ſymbebicos ab re latini tantum capiunt.

¶Symbole latine commiſſura.

¶Symbolus penultima cor. anulus dictus eſt cum ſit nota & ſignũ. Iuſtinus libro. ij. poſuit ſymbolos pro literis. Sollicitare inquit eos in partes ſuas ſtatuit, & cum colloquendi copiã non haberet, quo applicituri erant ſymbolos proponi & ſaxis proſcribi curat.

¶Symbolum penult. cor. & indicium dici poteſt, & collatio, ab συμβάλλω confero. hoc eſt quod plures conferunt in vnũ, ita vt cœna illa dicatur collatio in quam comparandam plures aliquid contulerunt. Terent. in And. Symbolum dedit. Et in parabolis. Noli eſſe in conuiuijs potatorũ, nec in comeſſationibus eorum qui carnes ad veſcendum conferunt, quia vacantes potibus & dantes ſymbola conſumentur. Id enim fecerunt apoſtoli in vnum conferendo quod vnuſquiſq⁹ de deo ſenſit. Inditium autem vel ſignum idcirco dicitur, quia in illo tempore ex circũeuntibus iudæis ſimulabant ſe eſſe apoſtolos Chriſti, & lucri alicuius vel ventris gratia ad prædicãdum proficiſcebantur, nominãtes quidem Chriſtum, ſed nõ integris traditionum lineis nuntiantes. Idcirco iſtud iudiciũ poſuerunt per quod agnoſceretur is qui Chriſtum vere ſecundum apoſtolicas regulas prędicaret. Deniq⁹ & in bellis ciuilibus hoc obſeruari ferunt, qm̃ & armorum habitus par, & ſonus vocis idem, & mos vnus eſt, atq⁹ eadem inſtituta bellandi, ne qua doli ſurreptio fiat, ſimbola diſtincta vnuſquiſq⁹ dux ſuis militibus tradit, quæ latine ſigna vel inditia nuncupant. vt ſi forte occurrerit quis de quo dubitetur, ſymbolum prodat, ſi ſit hoſtis vel ſocius. Auguſti. lib. v. contra hęreſes ſym⁹ bolum interpretatur conſilium vel conſiliarius. Iul. Pollux dicit ſymbolum paruum numiſma eſſe. Ariſtoteles originem i. etymologiam vocabulorum ſybolum appellat, per quam vis verbi vel nominis per interpretationẽ cognoſcitur. Alij ſimilitudinem interpretantur. ðGręce quoq⁹ ſymbolum dicitur Auguriũ, & Vaticinium, in arcanis quoq⁹ priſcorũ myſterijs ſymbola habebantur, verbi gratia, papauer ſymbolũ erat fertilitatis, ex hoc genere ſunt ſymbola pythagoræ. ſinditia quædam myſteriorum doctrinę ſanctioris quibus ſentẽtię morales & ſalutaria documẽta continent. Dicitur & ſymbolus. Plau. in Bac. chryſalus oſtendit ſymbolum quem tute dederat. Et in pſeu. Dato eum ſymbolum illi.

ðSymbulus a. græcis dicit homo prudens probuſq⁹ conſilio, σύμβουλος cuius contrarium eſt ἀβουλος, hoc eſt, cõſilio carens inconſultus.

¶Syma vrbs fuit in Aſia, quin & pro monte iuxta pontum poſuit Orpheus in argonauticis.

¶Syme, inſula quę prius Ægle vocabatur atq⁹ metapontus. a Syma Iabyſi filia ſic appellata.

ðSymethus, fluuius ſiciliq⁹ non longe a Catinenſi vrbe.

¶Symeon nomẽ viri proprium fuit.

¶Symmetria dici poteſt cõmenſuratio. Symmetros cõmenſuratiuus, moderatus.

¶Symyſta, ſecretarius ſeu ſecretorum conſcius vt apud origẽ. ſicut Ioannes ſymyſta, pnunciat dicens, quia & ſi quis peccauerit aduocatũ habemus apud deum, Ieſum xp̃m.

¶Sympho, ſonitus quidam cum conſonantia.

¶Symphonia apud latinos penultima correpta σὺμ καὶ φωνέω νέω καὶ φωνὴ φθέγγομαι καὶ φθόγγος παράγεται * i. a. σὺμ quod eſt con. & φωνέω dico & φωνὴ vox, vt φθέγγομαι. i. loquor fit φθόγγος. i. ſonus. latine conſonantia & muſicus concentus. Muſici ſymphonias multas habent, quæ & harmoniq⁹ dicuntur, ſed illam clariſſimã quę appellatur Diateſſarõ, & alterã q̃ dicitur Diapente Harmoniam vero Diapaſon vocãt, hoc eſt vniuerſalitatem concentus, quę ex ſeptem tonis conficit. Hieron. vero ad Dama. ſic habet. Symphonia nõ eſt genus organi vt male quidam de latinis putant, cum ſit chorus in laude dei concinens & hoc vocabulo ſignificetur. Sympho nia quippe in latinum conſonantia exprimitur, Symphonon conſonans pactum, ſymphoneo conuenio, pactum facio, conſentio, concino. Inde ſymphoniaci pueri a Cicerone dicti ſunt qui ad modulationes muſicas concentuſque conficiendos cõparantur.

¶Smphoneſis, paſſio quæ metris accidit cum duæ ſcilicet ſyllabę ſcandendo in vnam coeunt, hoc autem fit cum in diuerſis dictionibus vna parte orationis vocali vel m litera terminata ſequens item a vocali incipit. vt atq⁹ iterum ad troiã manus mittetur Achilles. Fit etiam ſymphoneſis in eadẽ dictione quatuor modis. Vel cum duæ ſyllabę longæ pro vna longa ponuntur, vt Vnius ob noxam & furias Aiacis oilei. Vel cum duæ breues pro vna breui. vt Cornua velatarũ obuertimus antennarum. Vel cum longa & breuis pro vna longa, vt Fixerat aeripedem ceruam. Vel cum breuis & longa pro vna longa, vt Dependent lychni laquearibus aureis. Hęc etiam Synalephe dicitur.

ðSymphatiam, græci dixerunt ſomniorum cognitionem.

¶Sympathia, latine compaſſio dici poteſt. Hippocrates ſcribit oculos cũ vulua ſympathiam quandam habere.

¶Symplator, amicus ſponſi, qui cũ eo p conuiuia ambulat.

¶Symplega, videtur eſſe opus in quo luctantes & omnino concertatores ſpectantur.

¶Symplegades, pe. corr. inſulæ duę ſiue duo ſcopuli in boſphoro, dictę q⁹ inter ſe aliq̃ concurriſſe fabulis traduntur. Id autem fictum idcirco eſt, quoniam paruo diſcretę interuallo, ex aduerſo intrantibus geminę cernebantur pauloq⁹ deflexa acie coeuntium ſpeciem pbebant. Mille quingentis paſſib⁹ ab Europa diſtantes. Cyaneę ab alijs dictę Oui. Cõpreſſos vtinam ſymplegades eliſiſſent.

¶Symplegma tis. latine cõplexus cõcurſus dicitur.

¶Sympſalma dicitur vocum in cantando copulatio. Diapſal

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ma diſiunctio earum, vbi quædam requies diſtinctæ cõtinuationis oſtenditur. Pſalma quod pſallitur.

¶ Symplones dicebantur conuiuę.

¶ Sympoſium comporatio, conuiuiũ. Vnde Sympoſiarchẽ & Archipoſitan cõuiuij præpoſitum ſeu pręfectum dicimus. Sympoſiaſtes conuiuator. Sympotin comporem. * Græce συμποτήν & ſympotria comporix.

¶ Symmathutes latine condiſcipulus dicitur.

¶ Symphirium, hærba quæ latine coagulum ſiue Conſerua vocatur.

¶ Sympinium, vas vinarium nondiſſimile cyatho, quo in ſacrificijs vtebantur, ex σὺμ quod eſt con, & πίνω bibo Iuuena. Et quis tunc hominum contemptor numinis, aut quis Sympinium ridere numę nigrumque catinum. Varro latinum facit. Ait enim. Vt vinum minutatim funderetur a guttis gutum appellarunt, quod ſumebant minuratim a ſumendo ſupinum appellarunt. Aliqñ etiam ſympuniũ mutata i in u dꝛ.

* Alij ſympiuium legunt.

* Sypudcaria a veteribus funera dicebantur quibus ludos adhibebant quaſi ſimul pudenda. Cc.

¶ Syn prępoſitio greca, qñ in cõpoſitione ſignificat ſimul, quẽadmodum apud nos con.

¶ Synagoga, coadunatio, congregatio, vel cõtractio. Ex σὺν ſimul ἀγωγὴ ductio. Et ꝯ pre, & ꝯ loco capitur. & habet penultimam longam, quoniam eſt ω.

¶ Synnada, ciuitas Aſiatica ad Cariæ fines. De hac Strabo lib. xij. ſic ſcribit. Synnada vrbs non magna ante quã planicies iacet oleis conſita, lx. fere ſtadiorum. Vlterius eſt Docimia vicus & ſynnadici lapidis fodina. (ſic enim eum Romani appellant) Indigenę vero docimitẽ & docimeam. Vena in initio paruas glebas emittebat, nunc propter maximos Romanorũ ſumptus colũnæ integræ & ingentes extrahuntur, & varietate. Alabaſtritę lapidi proximę. Dicitur & ſynnas ſynadis. vt apud Sidonium.

¶ Syneresis cõtractio, figura qua plura per Vnum coniunguntur. ex σὺν & ἅρεσις diuiſio. quaſi diuiſorum coniunctio. vt bigę pro bijugę.

¶ Synalœphe dici poteſt. compreſſio. Ceſura eſt cũ de fine dictionis vocalis abſcitur ſequente dictione incipiente a vocali, vt ſemper ego auditor tm. Ex σὺν ἀλοφὴ preſſio.

¶ Synanche, angina, morbus, qui ſpiritum ſuffocat. Ex σύν & ἀγχω affligo ango.

¶ Synatroſmus, figura quæ & ſingulis verbis & pluriũ verborum coniunctione fieri põt. Singulis hoc modo. Sed cũ ad ſupplicium ſumendum ſe confirmare, multa ſimul eum reuocabant officia conſuetudo tempus exiſtimatio periculum religio. Plurium verborum coniunctione ſic. Nemo enim nocẽs ſine ſummo mœrore eſt iudices, ſed multa ſimul eum perturbant, quod adeſt ſolicitudinis plenum, quod futurum eſt formidoloſum, lex paratum ſupplicium oſtentans, vitia ex vitijs coacta, occaſionem arguendi maleficij captans inimicus, quæ quotidie eius animũ vehementer excruciant.

¶ Syncaceoſis, figura quæ docet diuerſas res cõiungere & cõmuni opinioni eum ratione aduerſari. vt nec hominis auari atq; aſoti vnũ atq; idẽ vitiũ eſt. Vtercq; em neſcit vti, atq; vtriq; pecunia dedecori eſt, quare merito vtriq; pari pœna afficiũtur quos pariter non decet habere.

¶ Syncatatheſis latine aſſentio, appobatio. Vide in dictiõe Aſſentio.

¶ Syncategorema, conſignificans. Syncategorematica conſignificatiua.

¶ Syncerus a. um. proprie dicitur quod eſt integrum. Tractũ ab eo ꝙ qui diuidere fructum communem alueorum cum ſocio volunt, ſimul cũ cęra mel partiuntur. Qꝛ ſi mel tantũ ſine cęra conſignent, fraudant ſocium ne cagunt integre. Syncerũ itaq; quaſi ſimul cum cęra. Alij putant ſyncerum a carie deduci quaſi ſine carie. i. corruptione. Vnde & pro puro incorrupto & imaculato ponitur. Hora. Syncęrum eſt niſi vas quodcunq; infundis acceſcit. Huic cõtrariũ eſt. Inſyncer⁹ pro vitiato & corrupto. Verg. Inſyncerus apes tulit cruor.

¶ Synceraſtus, antiquum vocabulum græcum, quo ſignificatur medulla. ὃ Hoc eſt medulloſus. a. quo fit ex ſyncerabilis. i. ſine ſyncęraſto. Plautus in Penulo. Si herus meus me eſſe locutum cuiq; mortali ſciat, cõtinuo is, me ex ſyncerabilem fecerit.

¶ Synchyſis, Confuſio. Eſt enim vt ſcribit Donatus hyperbaton vndiq; confuſum. vt illud Vergilianũ Tris notus abreptas in laxa latentia torquet, Saxa vocant Itali medijs quę in fluctib⁹ aras χύσις enim fuſio dicitur ſuſ χύω confundo.

¶ Synciput quaſi ſemicaput, inquit Phocas grãmatic⁹, ſignificatq; partem porcini capitis conditam, & ad edendum paratã Nam inter edulia annumeratur. Plinius libro. viij. Interdicta quoq; coenis abdomina glandia teſticuli vuluæ ſyncipitia verrina. Hiero. contra Ioui. Comæ in occipitium frontemq; tornantur. Eſt & ſynciput anterior pars capitis aures temporaq; complectens. Cornutus in Perſium. Synciput anterior, occipitium dicitur poſterior pars capitis. Apollinaris ad Valerium Maioranum. Partemq; cerebri Hic galeę cum parte rapit, forticq; lacerto Diſſicit ancipiti miſerabile ſyncipit enſe Plautus in Menę. partẽ pro toto poſuit, ac de homine, quod eſt contra Georgium Merulam, qui negat inueniri ſynciput pro anteriore capitis parte. Ait enim. Non eſt tibi ſanum ſynciput adoleſcens.

¶ Syncopa, conciſſio. κόπτω incido. Figura cum litera vel ſyllaba e medio dictionis abſcinditur. vt Compoſtus, pro compoſitus.

¶ Synchronos, contemporaneus. Vnde ſcribit Hiero. Oſeem prophetam fuiſſe ſynchronũ Eſaiæ. Et Var. ait non eſſe dubium quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus & Heſiodus, eoſq; ſynchronos fuiſſe teſtatur.

¶ Syndicus latine communis vel defenſor.

¶ Syndimum dicitur latine Concognatio.

¶ Synechon, dici poteſt Continens. Nã componitur ex σὺν quod eſt ſimul & ἔχω habeo.

¶ Synecdoche. cõceptio dicitur. cum a parte totum vel a toto pars intelligitur. vt puppis pro nauí, & annus pro hyeme. vt apud Verg. Qꝛ multę glomerantur aues vbi frigidus annus Trans pontum fugat, i. frigida hyems.

* Synephites gemma eſt quæ & Leucogea dicitur. Cc.

¶ Synephebi pe. produ. dicuntur adoleſcentes ſimul pubeſcentes. Quod nomen inditum eſt Comœdiæ. Statij Cæcilij vtẽ apud Ciceronẽ lib. Tuſcu. quęſtionum.

¶ Syneſius, nomen viri proprium, deductum a σὺνεσις quæ eſt conſcientia.

¶ Syngrapha ſyngraphus & ſyngraphũ. ſcriptura, ſiue ſchedula quæ fit propria manu eorum qui paciſcuntur in alicuius rei fidẽ. Plautus in Aſi. Age iſtum oſtende quem conſcripſiſti ſyngraphum inter me & amicum & lenã Cice. Treba. Tanq; enim ſyngrapham ad imperatorem attuliſſes, non epiſtolam, ſi pecunia ablata domum redire properabas. Sueto. Cuius partí non dubitauit a quibuſdam iuſiurãdum atq; etiam ſyngraphame exigere dicta ſyngrapha. ἀπὸ τοῦ σὺν ſimul καὶ γράφω ſcribo. ꝙ ſimul ſcriptum ſit a pluribus, ꝙ propria manu eorũ qui conuenirent ſcripta ſit.

* Synochitides gemma qua euocari dicunt in necromantia vmbras inferorum. Cc.

¶ Synodus pe. cor. ex σὺν & ὁδὸς via. quaſi conuentũs ſiue cœtus generis fœminini eſt. At ſynodus ſynoduntis piſcis genus putatur.

* Synodontides gemma ex cerebro piſcis qui ſynodus appellatur. Cc.

¶ Synodicus ca. um. quod ad ſynodum pertinet. Hiero. Ante annos plurimos cum iuuarem Damaſum Romanæ vrbis epiſcopum, & orientis atq; occidentis ſynodicis conſultationibus reſponderem.

¶ Synœceſis dici põt cohabitatio. & ſcribitur cum œ diphthõgo. Synœcus cohabitator contubernalis.

* Synonia inſula eſt vltra tyberina oſtia. Cc.

¶ Synonyma dicuntur quæ ſub diuerſis vocibus idem ſignificant, vt enſis mucro gladius. Eadem dicuntur Polyonyma. Verum aliter traditum eſt in dictione Homonyma. Eſt & ſyn-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nony:ma figura q̃ cõmunio nominis interp̃tatur. Vtimur aũt eo genere elocutionis quoties vno verbo non satis videmur dignitatem aut magnitudinem rei demonstrare. Ideoque in eandem significationem plura conferuntur. vt si dicamus ꝓstrauit afflixit perculit.

*Synopis rubricæ species primum in ponto inuẽta a qua nomen habet Synope vrbs. Cc.

¶ Syntagma syntagmatis, tractatus, ordinatio rerum constitutio documentum, ab σύν & τάγμα, ordo vel ordinatio. Hiero. in præfati. pentat. Et multa alia quæ proprium syntagma desyderant. i. tractatum. vt ipsemet cõtra ruf. exponit. Et li. de viris illust. Scripsit de ogdoade egregium σύνταγμα id est documentum seu tractatum.

ὁ Syndulon συνδοῦλον greci conseruum dicunt.

ὁ Synstratiotas σύνστρατιώτας greci dicũt commilitones qui & commilites dicuntur.

¶ Syntaxis dici potest constructio & series. τάξις enim series & ordo dicitur.

¶ Syntecxis latine defectio dicitur. Pli. Tali forbitionis genere emendantur syntecxes. i. defectiones ex longis morbis sumpṛ Hęc autem emendatio proprie recreatio & restauratio dicitur. Idem. Aqua mulsa prędaram vtilitatem habet viribꝰ recreandis. Inde Syntectici dicti sunt. Idem præcordiorum vitiis syntecticis, comitialibus, laser. cũ vino in aqua mulsa dat.

¶ Synthesis penulti. cor. latine Compositio dicitur. Figura cũ singulare nomen multitudinem significãs verbo pluralis numeri iungitur vt pars in frustra secant. Est etiam synthesis genus vestis breuis & negociis aptæ. Hac romani peculiariter in saturnalibus vtebantur. Illis enim diebus omnes exuebãt togam & synthesin induebant. Dicta synthesis ab eo quia cõsuta contextaq; esset compositione quadã versicolori. Hinc synthesiatus qui synthesi indutus est. De hac veste Mar. De nostra prasina synthesis empta toga. Item synthesis est genꝰ vasis fictilis ex diuersis vasis compositi. Papi. libro. iiij. syluarum Vna mittere synthesin quid horres Alborum calicum atque cacaborum? Præterea synthesis generali vocabulo græco cõpositio dicitur. Serenus. Vilem deprendit in illis Synthesin, & vulgata satis medicamina risit. Idem. Synthesis hæc prodest vnda molita calent. Inde A syntheta crystalla Plinius vocat quæ sunt pura & sine vitio.

¶ Synthema synthematis compositum constitutum & signũ quod datur militibus. Hiero. ad Iulianũ. Iam dimisso synthemate equus publicus sternebatur.

¶ Syntereſis penul. breui dici potest A tẽtio seu conseruatio. Nam ab συντηρέω quod est conseruo deriuatur. Et ea pars est quæ vitiis aduersatur & sese semper immaculatã cupit a pẽtõ seruare, & perpetrata mala cõtinuo arguit quã corrupte theologi nostri temporis synderesin dicunt.

ὁ Syntomon, pe. cor. σύντομον, latine circunciſum dicitur.

¶ Syphax fuit Numidarũ rex. Cuius. Liuius. sape meminit

¶ Syphariũ, velum fuit vt inquit Probus sub quo latebant paradoxi cum in scænam prodibant, aut hostium mimi. Alii dicunt esse omne quod ante cantantem mimum prẽuium suspenditur. Iuuenalis Consumptus vocem damasippe locasti Syphario.

*Syracusæ, ciuitas Siciliæ sub Pachyno monte sita, vbi fons Aretusæ. Cice. li. vi. ī ver. scribit syracusas vrbem esse maximam græcarum vrbium pulcherrimamque quæ ex quatuor quasi vrbibus maximis constare videbatur. quarum vna Insula nolatur Altera Achradina. Tertia Tyche. quarta Neapolis. Syracusani multos claros principes habuerunt, sed prę cipue dariſſimum. Dionysium seniorem, qui cum apud filiũ Dionysium vidisset ingentem vasorum aureorum argentorumq; copiam exclamans inquit, In te affectus regius nõ est qui ex tanta poculorum vi amicũ neminem tibi conciliasti. Ambo tamen Dionysij philosophi fuere amboq; Platonem audierunt. Ex Syracusis fuit Archimedes mathematicus & Theocritus poeta bucolici carminis scriptor quem Vergilius imitatus est. Solinus in Poly histore scribit in Sicilia primum comœdiam inuentam fuisse.

ὁ Syracusius. a. um. possessiuum. Verg. Prima Syracusio dignata est ludere versu, sed græce dicitur. Nam latine Syracusanus. a. um.

¶ Syria, regio Asiæ quæ ab oriente fluuio Euphrate, ab occidente nostro mari & ægyptio terminatur. A septẽtrione habet Ciliciam & partem Cappadocię. A meridie Arabiã. Cuius insignes ciuitates vt lib. v. refert. Ptol. sunt. Laodicea. Hierapolis. Anthiochia. Apamia. Palmira. heliopolis Ptolemaida. Sidon. Tyrus. Beritus. Botris. Tripolis. Byblus. Seleucia. Cæsarea. & Damascus. Montes clari. Carmelus. Casius. Libanus. Fluuij. Euphrates. Crisoras. Singas. Regiones. Phœnicia. Palęstina. Iudęa. Idumęa. Comagena. & Samaria. Hæc regio in medio orbis constituta est, quo fit vt nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Sunt qui quadripertitam faciũt diuisionem, in Syrios, Assyrios, Leucosyrios, & Cœlosyrios. Plinius duplicem facit vnam Palestinam, alteram Anthiochiam Huius nois Syria prima corripitur.

¶ Syriacum Raphani species rapi fere figura suauissima & tenerrima, a cuius similitudine pyra Syriaca dicuntur quæ coroela dicuntur. Cc.

¶ Syrus. a. um. & Syrius a. um. quod ex syria est. Vnde syri & Syrij qui ex syria sunt. Suidas. σύροι τῶρ ὸσ φοίνικασ ἑ κάτερα στάθμη λιαβέβληται ὡσ πανοῦργα. *. i. Syri apud phœnices singulæ nationes crimine incessuntur vt astutæ.

¶ Syrissus a. um. idem quod syrius. Verg. Coppa syrissa caput grata redimita mitella.

¶ Syrus. Insula Ionica & Asiæ opposita. cuius prima producitur. A qua Pherecydes syrius ortũ habuit, non a Syria regiõe Scyros vero thraciæ adscripta est. vt Strabo. & Plin. testantur longe a Rhodo.

¶ Syrisca, a syrus fit, sicut Cilisca a cilix.

¶ Syrophœnix, ora maritima syriæ circa euphratẽ, cuius pars Idumęa & Iudęa.

¶ Syricum, color fictitius ex sinopide & sandyce mistis, quo minyum adulteratur. Plini. libro. xxxiij. Sublimi autem syrico minyum compendij ratio demonstrat. Scyricum vero silaceus siue cęruleus color est.

ὁ Syrobotę, populi habitantes secundũ flumen Astapum ad septẽtrionem vergentes Auctor Pli.

¶ Syrinx. gis. & syringa gę. a nostris fistula transfertur. Instrumentum musicũ, quo ore modulamur. Fuit enim nympha q̃ dã in cannam cõuersa. De qua Oui. li. i. meta. Naias vna fuit, nymphę syringa vocabant.

*syringites gemma quę stipulæ internodio similis est ac perpetua fistula cauatur. Cc.

ὁ syrictę populi dicti sunt, siue a foraminibus, & fistulis, quas nasi loco præferunt, siue a fistulis, & calamis auenarum. solinus Alij concretum os habent modicum tantum foramen quo calamis auenarum cibos hauriunt, syringas enim græci fistulas appellant.

¶ syrmęa genus raphani. vt pli. interpretatur.

¶ syrma atis. & syrma æ. genus vestis Tragicorum vel cauda siue tractus vestis fęminarum. Mar. Aptasti lõgum tu quoq; syrma tibi. sene. de Bacchо qui habitu muliebri nõnunq̃ se ornabat. Auro decorum syrma barbaricum. sumitur interdũ ꝓ longa tragicæ orationis seriæ tenorem suũ vsq; in vltimũ ꝓtrahente ab σύρω traho.

¶ syrupus, succus qui trahit ab σύρω traho &c.

¶ syrtes sunt loca circa fines Aphrycæ ægyptum versus periculosissima ab σύρμη trahere. Est enim inequalitas maris & terræ magna. & in vno loco profundissima in alio vero satis vadosa. spirante q; vento cumulus arenæ qui supra mare fuerat in profundissimas resident valles. Et q deprimebatur, mox super aquas egeritur. Et sunt duę pares natura, impares magnitudie, q̃ dñr maiores, & minores & spatio passuũ ducẽtorum quinquaginta milium separantur. Minor a Carthagine trecentis milibus passuum distat & totidem ambitus. Maior quadringentis vigintiquinq; milibus passuum. ser. verovbi cũq; sunt arenosa loca in mari syrtes asserit vocari. Hoc nomẽ etiam declinatur hæ syrtus & has syrtis vt inquit Prif. Vergi.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ꝺ.x. Insyrtes in saxa volans vos Turnus adoro

¶ Syrsigabis, Darij mater, quæ audita morte Alexandri se perpetuæ nocti dedit.

ꝺSyssitos, latine sodalis, sissitia, sodalitates dicunt, & conuiuia, vnde Caius Iureconsultus. Sodales sunt qui eiusdem collegij sunt, quos græci ἑταιρικοὺς vocant

¶ Systole dici pōt correptio. Figura est cū lōga syllaba contra eius naturā corripit. vt apud ver. Cōnubio iungā stabili propriāq; dicabo. vbi nu. breuē posuit q̄ naturaliter longa est. Nam alio loco longam posuit. Hectoris andromache, pyrrhi connubia seruas

¶ Sytropes dis. & ctropes gen. vasis f. ctilis cū trib. pedib.

¶ Syrsigyę, nerui sunt a cerebro ad oculos. sedis .qa dextra incipit tendit ad sinistrū. is vero qui a sinistra tendit ad dextrū oculū, adeo vt se iungāt ad similitudinē cruris. Vnde sygyas dictos putant συζυγία enim cōiugium dicitur.

TLITERA MVTA EST ET apud veustissimos in aliquibus dictiōibus scribebatur, in quibus nūc s. scribimus. Nam Mertare & pultare antiqui dicebant, nos mersare & pulsare dicimus. Mutatur nonnū q̄ t in s & in x. vt Vertoversus, mitto missus. Flecto flexui Pecto pexui

T ante A

¶ Tabor mons in medio Galileæ rotūdus ac sublimis

¶ Tabanus animal paruum volatile. Alio nomine Asilus & Oestrus græce dicitur

¶ Tabula, a quo p diminutionē fit tabella. Sunt aūt tabulæ siue tabellę testamēta vel publicæ scripturæ ex quacūq; materia. q; iuxta ęratis tabulis scribi cōsueuerāt. Vnde Cic. Testantiæ tabulam pro lege posuisse videtur cum ait. Quemmodum a vesta ad tabulam valeriam ducta esses, & tabula dicebatur in qua mittebant tesseras quę lusoria & quandoq; latruncularia & Pyrgus siue alueus alueolusve dicebat, tabulę nouę appellant quando debitores creditas pecunias cum vsuris per soluere non coguntur ipsis creditoribus, & abolitis prioribus debitis nouæ tabulæ conficiuntur. Cic. li. j. offic. Tabulæ nouæ quid habent argumenti nisi vt emas mea pecunia fundum & cum tu habeas ego nō habeam pecuniā Sal. Tunc Catilina pollicēri cepit tabulas nouas, proscriptionem locupletium

¶ Tabularius, ratiocinator, supputator, Phyllacista, qui in tabula nomina & rationes obseruat. Sidonius ad petreium. Sed & ille suscipiebat hunc grauiter habens in eo consiliarium in iudicijs, vicarium in ecclesijs, procuratorem in negocijs, vilicum in prędijs, tabularium in tributis, in lectionibus comitē in expositionibus interpretē, in itineribus contubernalem.

¶ Tabellriones, q& Libelliones appellati sunt q tabulas hoc est testamenta & publicas scripturas conficiunt. Nam nunc notarij dicuntur barbare, qui tamen aliud sunt vt qui notarent in senatu

¶ Tabellarius, qui tabellas, i. literas defert. Hiero. ad Nicias Rudes illi Italiæ homines, quos Cascos Ennius appellat. qui sibi vt in rhetoricis Cicero ait, victu ferino victum requirebant ante chartæ & membranarij vsum aut in dedolatis ex ligno codicillis aut in corticibus arborum mutua epistolarū alloquia mittebant. Vnde & portitores earum tabellarios & scriptores a libris arborum librarios vocauere

¶ Tabularia Seruio auctore loca sunt in quibus tabulę hoc est instrumenta & literę & actus publici reponuntur. Ver. li. ij. Geor. Instauratq; forum & populi tabularia vidit

¶ Tabulo as. tabulis aliqd cōstruo. Hic tabulatio, tabularū coaptatio & textura, sicut asseru coaptatio. Hinc & cōtabulo Suet. i. ca. q nō sine admiratiōe Helle sportū contabulauerit,

¶ Tabulata, q̄ sunt ex tabulis facta. Hier. Dispositoq; per tabulatas milite. Accipiūt etiā p parietib. siue edificijs ex lapidibus in tabularū modū quadratis cōstructis. Idē. Vbi i. eius honore fabricata est ecclesia muro lapideo tabulato. Rursus Tabulata dicuntur rami extenti in arboribus in plana tendentes, non in altiora crescentes. Ver. li. ij. Geor. Sūmaq; sequ tabulata per vlmos. Colu. lib. vi. Cum deinde adolescere incipient vlmi, falce formandæ sunt & tabulata instituenda Hoc enim nomine vsurpant agricolę ramos truncosq; promittentes, eosq; vel propius ferro compescunt, vel longius promittunt vt vites laxius diffundantur

¶ Taberna, quasi trabea dī a validioribus trabibus inqt Dona. quibus superiora sunt suspensa. Et accipitur p omni ędificio quod est vtile ad habitandum ex eo q taberna tabulis claudebat siue cooperiebat Hic cōtubernū & Cōtubernalis. Et taberna dī vbi opa ipsa cæterq; merces venditantur Officina vbi fūt opa. Et tabernarij q̄dā lanaria, q̄dam vinaria, quędā olearia & hmōi. Nonius scribit tabernas non tm vinarias esse, sed & omnes quæ sunt popularis vsus

¶ Tabernarius q in taberna venditat. Cice. L. Flacco. Opifices & tabernarios arcę illā olim fęcē ciuitatū quid est negocij cōcitare. Est & tabernarius q vinū vēditat, sicut aquarius q̄ vendit aquā. Idē. Sed dicinō pōt quomodo hic oia iacēt nisi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem

¶ Tabernarię fabulę, vide in dictione Togatę

¶ Tabernaculum non est diminutiuū sicut nec cænaculum. Est aūt tabernaculū tectū castrense, q; veluti taberna quædā sit, & vt Hieronymus inquit sę mutatur tabernaculū, & huc illuc q; trāsfertur. Aug. Tabernaculū belli res est. Vñ & cōtubernales milites dicti sunt tanq̄ simul hīntes tabernacula. Est ei proprie pugnantiū & quodammodo militantiū & aduersus hostem pugnantium. Domus est vbi semper manemus. ꝺ Augustale vero in quo habitat dux belli, vt inquit Quintus.

¶ Tablinum, locus hybernę stationis atrio proximus, q; ferę ex tabulis constaret, Plinius lib. xxxv. Tablina codicibus implebantur & monumentis rerum in magistratu gestarū, Apul. lib. vi. Floridorum. Medici cum intrauerint ad ęgrū vti visant, nemo eorum q; perpulchra tablina in ędibus visant & lacunaria auro oblita. Dicitur autem tablinum nō tabulinum, quemadmodum & figlinum, non figulinum. Et videtur esse quod græci pinacothecam dicunt, quamuis i pinacothecis tabulę pictę; in tablino rerum in magistratu gestarum monumenta continebantur

¶ Tabes is, corruptio pro morbo, a quo tabidus: & tabidū corpus dicitur. Huius tres sunt speties: Vna cum corpus nō alitur, & ita summa oritur macies, & nisi occurratur occidit: quę & Atrophia dicitur a grę cis. Inde Atrophi qui Atrophia laborant. Altera vbi malus corporis habitus est, ideoq; omnia alimenta corrumpuntur, Hanc græci Cacesiam nominant. Tertia quā græci phthisin vocant cū i. pulmonē descendit a capite pituita & frequēs nūsis orit Interdū aliquid cruētum significat, qđ proprie tabum nominant. Esque sanies & sanguis corruptus, quod & aliquando dicitur tabes. Dicit tamen Seru. tabo nomen esse casus septimi tantū vt spōte. Q. si velis declinare: hęc tabes huius tabis dices, Vergi. Et terram tabo maculant

¶ Tabidus, corruptus, qui tabem patitur: & tabidus languidus, fragilis. Augustinus in expositione psalmorum. Quid tabidus aranea?

ꝺ Tabefacio corrumpo & quasi in tabem verto

¶ Tabificus qui tabem inducit, Augustinus lib. v. confessi. Easque curas anhelaret cor meum & cogitationum tabificarum febribus ęstuaret. Vnde & a Cicerone ęgritudo & metus tabificę perturbationes dicuntur, quoniam mentem lacerant, tabem cruciatum & afflictionem inferunt, tabificabile dicitur a veteribus.

¶ Tabesco is, tabui significat langueo deficio, tabidus fio a tabeo es. Et proprie in amore & mœrore tabescere dicimur. q̄uis de alijs dici possit. Gel. Delphinus amans desyderio exbuit exaiatusq; est. Plau. i. cap. vno mœrore, macero macesco

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

consenesco & tabesco miser. Cato de re rust. Id aliquoties in die quotidie facito, vsq; adeo donec sal desierit tabescere. Cōpositā huiꝰ verbi sunt. Cōtabesco. Aug. li. ii. cō. Tristicia rebus amissis cōtabescit quibꝰ se oblectabat cupiditas. Distabesco varie siue vehementer tabesco absumor corrūpor. Idē. li. iii. In quātas iniquitates distabui, & sacrilega curiositate secutꝰ sum. Intabesco valde tabesco. Col. lib. v. Advltimā reducit maciē, & sic intabescit, vt nullis deinceps impēsis recreari possit. Extabesco valde tabesco. Cice. lib. ii. tuscul. Sic corpus clade horribili absumptum extabuit. i. tabo & corrupto sanguine computruit,

¶ Taburnꝰ mons Cāpanie oliuetis abūdās. Ver. Iuuat Ismara baccho. Conserere atq; olea magnum vestire taburnum

ϑ Tacape, Ciuitas aphricæ i mediis sita arenis, vt inqt Pli.

¶ Taceo es. tacui tacitum nihil loquor. licet qñq; etiā dicat de his quæ sine voce sunt. Ver. lib. iiii. Totūq; perrat lumini bus tacitis. Et alibi. Quin tacet omnis ager. Tacere enim, p gescere capitur. Vñ tacitum mare dicimus cum placidū est & nullis fluctibꝰ agitat. Qm̄ vero cū aliquid laude dignū est laudamus, & ecōtrario malefacta nō laudamꝰ: factum est vt tacenda nō laudāda: & nō tacenda laudanda dicantur. Qñq; tacere significat securū esse: qm̄ q; securi sūt nullā q̄rendi causā hñt. Terē. i adel. tace egomet cōueniā pāphilū. Huius cōposita Cōticeo: Obticeo qđ, prie est: de ijs quæ nos pudet loqui. Terē. in phor. Hem nunqd obtices. Reticeo pfecte taceo siue a locutione me cōtineo. Hiero. cōtra Heluidiū. vt discat aliqñ reticere qui nunq; didicit loqui. Hinc reticentia Ci. lib. i. offi. Ex mæsticia ex hilaritate ex risu, ex locutione, ex reticentia. Subticeo taceo. Habentq; ti syllabā correptam

✕ Tacitum mel quod per se fluit & est optimum. Ce.

¶ Tacitus: qui tacet. & qui scit tenere secreta. Actionem em̄ significat quandoq; etiam passionem. Ver. Quis te magne Cato tacitum aut te Cosse relinquat

¶ Taciturnus, qui natura facile tacet. Hinc taciturnitas quę est obseruātię genus i silētio cōstituta. Ter. i an. Sed his quas semp̄ intellexi in te sitas fide & taciturnitate. Huius diminutiuum est taciturnulus. Apule. Blanda mulier & taciturnula

¶ Tacticita greçis dicuntur magistri & doctores armorum.

¶ Tactus: participium a tango. Et aliqñ ponit, p afflato & leuiter fulminato. Cic. tactus eriā ille qui hanc vrbē cōdidit. In tactus pro intemerato & non tacto sumitur tactus us, nom̄ vnus est ex quinq; corporis sensibus, qui & tactio dicitur, Cic. li. iii. tus. Qualis est hęc aurium tales sunt oculorū & tactionū & odorationū & saporū quæ sunt omes vnius gñis ad perfundendū animū tanq̄ illiquefactę voluptates

¶ Tatius nomen regis Romanorum

¶ Thaconoso esse Herodoro. lib. ii. hist. q̄dam Nili insula est

¶ Taddeus nomen viri proprium

¶ Tædium, angormentis & animi non corporis valitudo inquit Seruius.

¶ Tędeo tędes, tędui & tęsus sū. sed nō e. ivsu fictit cōpositū præsus: q̄tus Ser. dicat esse participium sine verbo. Sue. Pertæsus ignauiā suā. Gel. lib. i. Has ille insanis cū flaret gloriis iactationes finē cuperēt verbis q; eius fatigati pteduisset. Fit ex tędeo ab æ in i litera in d cōuersa. Idēo cum ę diph. scribitur Nam longitudo atq; plixitas actionis siue passionis alicuius tædium generare solet. tædet impersonale facit præteritum tęduit & tęsum vel magis pertęsum est, Hierony. in Eccle siasticō, Idcirco tæduit me vitę meę. Ver. lib. iiii. Aeneī. Si non pertæsum thalami tædæq; fuisset.

¶ Tędulꝰ pe. cor. dr fastidiosus senex qui omibus tędio est

¶ Tænarius pe. cor. locus vmbrosus in radice Male promontorij Laconiæ iuxta Spartā ciuitatē, In quo qā hiatus magnus est strepitus, pgredientiū percipiuntur, dixerūt veteres ꝑ hūc esse descensum ad inferos. Vergilius, Tęnarias etiā fauces alta ostia ditis. Ibi erant Latomiæ, hoc est lapicidinæ lapidū pręciosorum, qui & laonica marmora, & tenarei lapides vocantur, Propertius lib. iii. Quod non tenaręis domus est mihi fulta columnis. Et in singulari generis masculini est in plurali neutri, Greçe ταινᾰρος, a quo Tęnarū oppidū dictū est Suidas; ταινερον ακρωτηριον λακωνικης ἐν ᾧ σημειον ἦν κατα γον εἰς ἅδου εἴσοδος καὶ ποσειδῶνος ἱερὸν ἀσφαλιον ἐκεῖσε, δὲ τοὺς ἐλθοντας ἱκέτας καθεσθέντας ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ ποσειδῶνος οὐδεὶς ἐβλαψε λακεδαιμονίων ἀνειλομένων λακεδαιμόνιοι. ✕ id est Tęnarum promontorium Laconię in quo fauces erant ad inferos deducentes & neptuni templum illic supplicantes i sacello Neptuni munientis nihil timentes Lacedęmonij interfecerunt

✕ Tęnon fuit vrbs in Laconia, a qua mulier poetria nomine herina ortum habuit, fuit & in Achaia vrbs ταινερον, id est tenęium, & tenea vicus inter Micenas & Corinthum

¶ Tęnię vittarum extremitates, vt q̄ ab infulis pēdet, Vergi. Fit longę tęnia vittę. Quandoq; accipitur pro tota vitta Idem lib. v. Punicieis tempora tęnis. At tęna non tęnia, Nam & tęna & tęnia dicitur, proprie tamen tęnia est fascia, vnde & lapides sub aquis candicantes in longum porrectos tęnias vocamus, a fasciarum similitudine, Pli. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tenię candicantis vadrinas tetricant, Est & tęnia pisciculi genus apud Aristotelem a gracilitate & longitudine dictū.

¶ Tago is, apud veteres in vsu fuit pro tango: a quo etiam cōponitur attrigo pro attingo. Plautus i Bac. Ne attigas puerum ista causa quando fetit strenue, Festus. Tangit simpliciter dicitur quod attigit, contigit facit compositum

¶ Tagax furunculus. a tago quod est tango. Lucil. Proscribere posse tagacem mutonis manum.

¶ Tages tagis fuit qui primus Hetruscis aruspicij disciplinam dedit

¶ Tagus fluuius Lusitanię habens arenas aureas. Iuuenalis. Quod tagus & rutila Pactolus voluit arēa

¶ Tagrus mons in Lusitania apud quem quędam equę dicuntur e ventro concipere

¶ Tagasta ciuitas Aphricę, ex qua pater meus Augu. tagastensis appellatus est

¶ Talpa generis masc. & fęmi. animal captum oculis murisimile, Verg. aut oculis capti fędere cubilia talpæ.

¶ Talge insula in mari hyrcano vt Pompo. refert, sine cultu fertilis omni fruge ac fructibus abundans

¶ Talus duo significat. i. partē pedis. i. os prope calcaneum quod extuberat. Hora. in ser. At talos stola demissa & circumdata palla. Est & talus ossis genus in articulo pedis, ventre cōmiriens concaua inuertebra, de quo in dictioe Thessera. Aristoteles & Pli. negant in homine esse talos

¶ Talaris & hoc talare, vt vestis talaris quæ ad talos vsq; descendit

¶ Talaria calciamenta alata Mercurij. Vergilius pedibus talaria nectit aurea.

ϑ Talarius a, um. quod ptinet ad talos, vt lex talaria aduersꝰ eos qui talis lusitant. Talarij ludi quibus videntur vsi saltatores totumq; ludum talarium

¶ Talipedo as. pe. cor. pedibus vacillo & q̄si supra talos ipsis to

¶ Talea frustū ligni pcisum ex vitaq; parte vt in terra seratur. Pręcisis em̄ lignis vel pedalibus vel cubitalibus magnitudine nullę arbores serunt, idq; lignū ita pcisum greco nōie generali θαλλον latine talea dicitur. Plin. lib. xvi. Seruandum in eo ante omnia vt taleæ ex feracibus fiant arboribus nec curuæ neuæ scabræ aut bifurcæ. Cat. Taleas oleaginas quas in scrobe saturus eris tripedaneas facito. Et sicut talea dicitur lignū quod in terra seritur ita q; inseritur ramo calamus & tessera seu tessella q; instar tesseræ sit vocatur Plin. Q; si longius aserantur pomorum calami rapos infixos optime custodire succum arbitrantur. A quibusdam etiam ponitur pro tessera, hoc est ligno cōplanato quo numeros notāt. rustici idiotę Quidā hoc nomē cū h scribūt q; greçā originē habere autumēt, & vsq; adeo latinū factū vt taleare pro incidere vsurpet rustica simplicitas. Hinc & talea nummaria sermone militari dr Q. q̄ gen' cū edicto principis vel reip. cōcedit. Clari

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gatio dici potest. Liui. li. viij. Veliterninis deiecti muri, ipsi vr be abducti iussi trans tyberi habitare vt eius qui cis tyberim captus fuisset ad mille pondo clarigatio esset. Taleari lignum dicit dū scindit. Intaleari dū pcidendo formatur. ait Varro.

¶ Talia taliæ, foliculum cęparum.

¶ Talio, vindicta, hostimentū, vt si quis manū alicui amputauerit, illi manus Romanorū lege amputari debet. Hinc Retaliare Gel. formauit. qđ significat talione hominē repercutere, Mar. Corrūpit sine talione cælebs.

¶ Talentum apud priscos diuersi ponderis fuit. Nā Atticum talentum vt docet Pli. sexdecim sestertia valebat. hoc est pōdo. xl. ęgyptiū pondo octoginta. Cleopatra pondo centum. xxv. talentum fecit. hoc est sestertiorum quinquaginta. Africanus talētum oē pondo sexaginta tradit. Quia vero libræ hoc est pondo apud alios maiores apud alios minores sunt, hinc efficitur vt talenta quoq; non idem vbiq; valeant. Pollux īquit, pro aureis nummis tribus imputabatur, nūm⁹ aureus pro drachmis duabus atticis. Erant ergo talentorū multa noīa. Ptolemaicum Syriū. Tirium Antiochenū. Atticū. pondere quidem pari omnia sed ad nummum collata differunt Atticū. Tyrio æquale sed plus quadruplo valens q̄ Ptolemaicum, sesquitertio q̄ Syrium Antiochenūq;. Babylonicum talentum duo milia & septuaginta minas atticas fuisse tradūt. Euboicū quatuor milia denariorum valebat. Rhodiū quīgētorū denarium. Neapolitanū sex denariū. Syracusanū trīū denariū. Alī minimū libris, l. Maius. lxxij. Maximū. cxx. facit. Atheneus talentum sex milibus nummū italicorum permutari tradit. Nummū esse drachmā hoc est denarium. Cētum drachmis hoc est denarijs centū argenteis æquari libram, Plutar. in Pōpeio refert minam vocans eam.

¶ Tam & q̄ pro Prisciani sententia aduerbia sunt, & comparatiuo & superlatiuo adīciuntur cum duo vel plures comparatiui vel superlatiui diuersę significationis positi inter se equātur, vel ījdem geminant. vt tā iustior q̄ fœlicior Æneas Hectore. Ci. pro Deio. Ista m inquā dexterā nō tā in bellis neq; in prę liis q̄ in promissis & fide firmiorem. Bis em infirmiorem intelligendū est. Iungit & positiuo. vt tam bonus Vergilius q̄ bonus Homerus. Ci. tam sum amicus reipub. q̄ qui maxime. i. ē amicus. Hoc est tam amo remp. q̄ ille qui plurimum amat. Et apud veteres tam p tā & pro modo ponebatur. Cōponitur tā cū etiā, & significat q̄. s. Pli. Dedit quantū maximū potuit daturus amplius si potuisset tāetsi quid homini dari pōt maī q̄ gloria, laus, eternitas?

¶ Tama, dicitur cum labore vię sanguis in crura descendit & tumorem facit.

¶ Tamaricæ pe. pro. genus fruticis bis in anno florentis. a grę cis Ericę dicitur. Vnde & Ericeum mel celebratur. Videtur etiam recte dici tamarix, & tamaricum etiam legitur. Hanc q dam eandem esse quam myricā existimant, licet Pli. li. xxvij. diuersa esse dixerit.

¶ Tamaritę pe. pro. populi Asiatici non lōge a Caspio mari.

¶ Tamen significat nihilominus. Quæ vbi precedit q̄q̄ q̄uis & alia huiusmodi dat principium constructionis, ipsa dictione tī excussa. Quod ideo in ligatura & quasi iunctura orationis incertum est, quia oratio vnde non debuerat incœperat. Idcirco tamē abīcit tanq̄ functa officio suo. Aliq̄n inceptiua est. Cice. Pæto, tī non discedis a malitia. Aliq̄n ponit pro statim. Verg. Hic Hœdos depone tī veniemus in vrbem. Aliq̄n p tandē. Sal. lib. ij. hist. Nā. qui enare conati sunt, icti fragmētis nauiū aut afflicti a suis vndarū vi mutilato fœde corpore &c. Plau. ita faciā ita placet quid tū tī? Aliq̄n p dūtaxat Teren. in Hecy. Qđ potero faciā tīvt pietatē colā. Dona. Dū taxat vel ita tī vt pietatē colā. Hinc cōponunt. Attī & Vetūtamē eiusdē fere significationis.

* Tametsi cōiunctiua particula in principijs oronū posita indicatiuo gaudet. Secūdo aūt loco etiā subiunctiuo. Cc.

¶ Tamnus herba est, minutis folijs & aculeata.

¶ Tamino as. pe. cor. corrumpo licet non sit in vsu. Cuius cōposita sunt Attamino. Contamino. & Intamino. Vnde & Intaminatus.

¶ Tanas oppidū nō longe a tana, & Venetis paret. Vñ & no bilissimę pelles feruntur, & mancipia, q̄ a Scytis emunt, quos appellant Careasos.

* Tanais fluui⁹ Scythię qui diuidit Asiam ab Europa. Fertur q̄ a septētrione Nilo contrarius paulo tī oriētalior nō solum per scythas ī Męotim defluēs sed & p sauromatas Originem eius incertā aliqui putāt. Ptol. ex mōtib⁹ ripheis p dire putat, q magis hausfrales sunt q̄ hyperborei. Alī aiunt esse paludē non admodū magnā ex qua Tanais nascit qui duobus ostijs Mæotim ingredit q̄ stadijs intra se circiter. lxx. distare feruntur Alī ex caucasijs montibus oriri existimant.

¶ Tanager fluuius Lucanię q̄ est inter Cāpaniā & Calabriā. De quo Ver. li. iij. Geor. Et sicci ripa tanagri. At tanagra Persidis oppidum est.

¶ Tanis Metropolis ægypti vbi Moyses mirabilia fecit.

¶ Tandē, significat postremū. Verg. Iā tandē Italię fugientis prendimus oras. Per interrogationē habet vrgens quiddā & accelerans. Cicero. Quousq; tandē abutere. Catilina patiētia nostra? Aliq̄n est coniunctio expletiua. Teren. in Phor. Ita ne tandē vxorē duxit Antipho iniussu meo? Interdū ponitur p aliq̄n. vt apud eundem. Ita ne tandem se sororem duxit? Nō nunq̄ pro vix. Cicero. tandem aliquando quirites. Itē pro satem. Terent. in heau. Perfice hoc precibus aut pciovt hæream parti aliqua apud thaidē tandem. Item pro tī. Ci. In qua ciuitate tandem arbitrare te viuere.

* Tandiu tanto tempore. Cc.

¶ Tango is. tetigi tactū secūdum consuetudinem. Lucre. tangere em & tangi nisi corpus nulla pōt res. Sed qm tangendo quodāmodo moueri videntur ea q̄ tanguntur. tangere quādoq; p cōmouere accipitur Idē li. i. Nec bn p meritis capitur nec tangit ira. Ver. De cœlo tactas memī pdicere quęrcus. Q. Cic. p circūuenire. Turpil. At etiā ineptus meus ē mihi pater, iratus, qa cū talēto argenti tetigi veteri exēplo amātis. Aliq̄n p Cernere intelligere. Ci. Postq̄ aūt consilia ei⁹ oīa tetigi, Aliq̄n p Peruenire. Idē Verres fuit ul ac tetigit p quinciam. Sunt qui velint tango tanxi pteritū facere, tango tetigi: sicut pango panxi. & pāgo pepigi. Cōposita a tāgo sunt Attingo. Contingo. Obtingo. Pertingo. quod est pfecte tango Quod & p consequor plęrūq; poni solet.

* Tanos gemma inter Smaragdos īgrate viridis & intus sordida. Cc.

¶ Tantalus Iouis ex plore nympha filius fuit. quē Eusebi⁹ regem Phrygię cū troo Dardanię rege bellum gessisse scribit q̄ Ganymedē rapuerit. Agamēnonis & Menelai auus. vnde & tantalides dicti sunt. Hic ob filium interfectū detrusus ad inferos siti torquet & fame. Plato in Cratylo scribit tātalū dictū eē quasi talā tāton hoc est infelicissimū. Alius fuit tāntalus Corinthiorū rex ob pietatē deorū mēsis dignatus, alius thiestę ex Merope filius interfectus & appositus esca patri. Hinc fit tantaleus. a. um. Proper. tantalea poterit tradere poma manu Suidas. ἐπὶ πτερὸλίθοσ ἐπ' ἀυτὸμ δ' ὑψὸ' ἐτάκετοταντάλου κύπουσ τευγᾶμ'ισαίονΙουξ'ἰτοροσ νεωτέρου ἀσωπευο μέμουῦσε ϙόμὸ'ἐσωφρονίσαντοσ * .i. cadebat lapis in ipsum siti absumebatur, tantali hortos vindemiare Isæi Rhetoris prodigi postea modesti effecti.

¶ Tantus a. um. a tam deducividet, quātitatēq; significat. Et mō demonstratiuum est. Verg. tantæ molis erat romanā cōdere gētē. Modo relatiuū. Plau. Et tm q̄tum potui p stiti tibi Huius diminu. est, tantulus a quo tantillus.

¶ Tm aduerbium significat solū. Quod & tm modo dicitur. Aliq̄n significat vsqueadeo.

¶ Tantūnum nō tā negare videtur q̄ affirmare, accipiturq; p etiā. Sue. in Tibe. tantūnum aduersis tēpestatibus Rhodanum enauigauit. i. etiā aduersis tēpestatibus. Alī exponunt quatenus a tēpestatibus nō impediretur. Similiter Syri⁹. tm nū strictis mucronibus. Videtq; ea figura dici, qua etiānum. Sic Liui. li. xxxvij. Vidit nō posse æquare ordinē romanos & tātūnum iam circuiri a dextro cornu concitat naues.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Tāti & q̄ti cū eorū cōpositis tātidē q̄tilibet quātic̄uq; similiter tot id⁹ pluris minoris iūgunt verbis p̄ciū significātib⁹ q̄ lia sun..,C.no,vēdo,vęneo,mercor,cōparo,æstimo, constat, cōduco,loco,fœneror, paciscor,pāgo,pepigi,cōdēno, postulo,& siqua sunt alia.& tamē in alijs a p̄dictis ablatiuū postulant. Teren. Quid agas nisi vt te redimas captū q̄ queas minimo.Et si nequeas paululo,at q̄ti queas .i.tanti te redimas q̄ ti queas Liu.lib.xlvij.Mancipia minorā annis viginti q̄ post proximum lustrum decē milibus eris aut pluris vęnissent ea quoq; decē tanto pluris q̄ q̄ti essent æstimarentur.

¶ Tm abest significat nō solū nō ē.Cic.li.offi.tm abest ab officio, vt nihil officio magis possit esse contrariū hoc est non modo officiū non est,verū etiā nihil magis officio pōt esse cōtrariū, Vel tm abest vt officiū sit,vt nihil officio &c.

¶ Tantisper aduerbium significat tandiu, postulatq; post se dū donec,siue q̄diu, vel quoad.Cice.In carcerem ducius, vt ibi esset tantisper dum culeus in quem deiectus deferretur cōparetur.Terent.in Heau.Ego te meū esse dici tantisper volo, dū quod te dignum est facias.Sic cętera a per cōposita rēporis breuitatē significant vt quātisper parūper paulisper aliquātisp.Ponit etiam tantisper sine dū.& significat tātūmodo, siue interea.Hic. Vnde de iis ex quibus certi sumus tantisper lo quamur.Liuius libro.i. Tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit tantisper tutela muliebri. Cicero li. v.tuscu.Sed videro quid efficiat tantisper hoc ipsum magni æstimo quod policetur.

¶ Tantopere & tanto opere significat tantum,tam vehemēter.Terent.in adel.Ego hac in re nihil reperio quamobrē laudet tantopere.

¶ Tantūdē quasi tm idem.significat æque tantum, vulgo alterum tantū. Aug. Æquati sunt omnes & facti sunt nouissimi primi & primi nouissimi quia tantūdē acceperunt primi & nouissimi.Col.lib.vij.tum paribus casiæ myrrhęq; & turis ponderibus ac tātūdē sanguinis maxime festiuitatis misceat.Terētius in Phor.in ea significatione,sed aliter dixit.Nū tute Nihil Phęd.rātūdem ego.Hoc nomen nō habet nisi grm tantidem quod significat pro tanto precio solū Terenti.in adel. Domo me eripuit, verberauit,me inuito abduxit meā,ob malefacta hęc tantidē postulat empta sibi tradier.

⁂ Tanunia labrutea est.Cc.

⁂ Taos gēma pauoni similis qui grece ταὼς dicitur.Cc.

¶ Taperum tapes is,& tapete pe.p.tegmē mire pictum varijs coloribus,quo equi,mēsę seu pauimenta sternuntur.Ver. lib.x.Qui forte tapetibus altis.Extructo toro perflabat pectora somnū.Idē.lib.vij Lustratos oftro alipedes pictusq; tapetis Declinatur em grece τάπης τάπητος.Sta.lib.i. th. Altoq; inferre tapetas.actūs grecus ē a tapes taperis. Hiero.li.ij. reg. Obtulerunt ei stratoria & tapetia. A tapete ē.Similiter Plau. Vt ne peristromata quidē æque sint Cāpanica neq; Alexandrina bęlluata consura taperia.

¶ Tapedogogia oīm tapetorum supellex intelligitur.

¶ Taphos latine sepulchrum dicitur. Vnde Epithaphium.

ὁ Taphij dicti sunt populi,a tapho Neptuni filio qui echinadibus insulis imperauit hūc Neptun⁹ vt est in fabulis inuictum fecit,vt q̄diu quē in vertice aureū dederat capillum haberet incolumem,tam diu foret insuperabilis.

¶ Tapinosis pe pro.latine humiliatio,dicitur.Est enim rei magnę humilis expositio.ταπεινὸς humilis,vt Apparēt rari nantes in gurgite vasto.

¶ Tapsus insula decē stadijs a Sicilia distans versus syracusas Verg.lib.iij.tapsumq; iacentes.

¶ Taprobane insula in mari indico satis ampla inter ortū occasumq; solis.vt Solinus refert.Patet in lōgitudine stadiorū septē milib⁹, in latitudine quinq; milib⁹. Nulla in nauigādo syderū obseruatio,Ibi septētriones nequaq; aspiciunt.Lucet ibi canopos sydus clarū & amplissimū.Hoies corporū magnitudine alios antecellunt,cęruleis oculis,atroci visu, terrifico sono vocis.Viuunt vltra annos centum.Nascūtur ī ea berylli, & hyacinthi vt Pto.li.vij.refert.Plī.li.vi.scribit q̄ngēta oppida cōpta fuisse.In ea sicut Geometrę scribūt sūt duę ęstates.

¶ Tapyri populi in parthia vt libro.xi.refert Strabo.quibus mos est vt p̄rias vxores alijs viris nuptui concedant cū duos aut tres filios ex eis susceperint.

ὁ Taphiussa oppidū cephalonię,quōdā taphos appellata.

ὁ Taphiæ quędam insulę, vt inquit Strab. quarum vna taphios ταφιοῦσ.

ὁ Taposiris Ciuitas in Egypto.Steph.taphosirin appellat q̄ sit sepult⁹ in ea osyris Stra.duas facit taposires,vnam mari p̄piorē,alteram remotiorem.

ὁ Taphnis Ciuitas in Egypto,a,qua taphnei dicti sunt viri in ea habitantes.Hier.in Hiere.Filij quoq; mēpheos & taphneos consuprauerunt te vsq; ad verticem.

¶ Taracō pe.cor.Insignis Hispaniæ ciuitas Scipionū opus, a qua p̄uincia ipsa taraconia & taraconensis vocat.quæ vt pō po.scribit lib.ij.altero capite Gallias,altero Bętyca Lusitaniamq; contingens mari latera obijcit,nostro qua meridiē,qua septētrionē spectat oceano. Vrbium e mediterraneis clarissimę fuerūt Pallantia & numantia.Nunc est Cęsarea augusta. Hinc taraconensia vina nobilitanter elegātia.Mart.taraco cā pano tantum cessura lyeo.

¶ Terchon, nomē p̄priū Hetrurię ducis & Haruspicis.

¶ Taracina oppidū volscorū in campania,ante trachyna.i.aspera.a.locorū asp̄tie, & ligua volscorū Anxur dicebatur pri⁹ diuersa fortuna a rhegynis expta.a ταράττω cōturbo.Liui.lib. iiij. Anxur fuit q̄ nūc tarracinę sunt ciuitas prona in paludes.

⁂ Tarantula stellionis genus cuius morsus perraro interimit hoīem,semistupidū tm facit & varie afficit.Cc.

¶ Tarchetius nomē fuit impij Albanorum regis.

¶ Taras fuit Neptuni filius quem tarentum ędificasse nōnulli autumant.

¶ Tardus piger. Vergi.Sępe olcis tardi costas agitator asselli vilibus aut onera pomis.Per translationem cōtq; pro rudi & stulto ponitur. Idē tardi venere subulci.Teren.in Heau.Fatuus est insulsus tardus Qñq; p̄ pleueranti & diuturno. Verg. Media fert tristis succos tardūq; saporem.Qñq; pro denso & crasso.Idē.Vdo sub robore viuit stupa vemens tardum fumum.Huius diminutiuum est tardiusculus.

¶ Tarditas tarditudo & tardicies pro pigritia.Plau.in Penu. Prodigiosi estis & vicistis cochleas tarditudine. Actius.Multa mittuntur tarditię & socordię.

¶ Tardo as,mor.tardus sum.a quo Retardo morari facio, retineo.Cice.in Catone.Ad quē fruendum nō modo se non retardat verumetiam inuitat.

⁂ Tardiloquus qui tarde loquitur.Cc.

¶ Tardigradus.pe.cor.qui tarde graditur.

¶ Tarentum fuit inclyta Calabrię vrbs in vltimo Italiæ ireca salētinorū cōfinia a Tara Neptuni filio ædificata Deinde a Laconibus aucta qui duce Palanto illuc aduentantes ex pulsis incolis vti Iustī.lib.iij.scribit eam tenuerunt.

¶ Tarantina nux fragili putamine est,& ita mollis vt vix ac tractata rūpat.Vñ quidā tarentum appellatum putant q̄ iu glandes nuces & pineas molles habeat ac similiter oues. Tarē tū autem sabini vocant molle. Ad quod alludens.Hora. scripsit.Et molle tarentum.

¶ Tarmes genus vermiculi carnem exedens.

¶ Tarpeius mōs Romę a tarpeia virgine vestali sic dict⁹ quæ sabinis arcē p̄didit & ibi necata sepultaq; fuit.E cuius nomīe monumētū relictū,q̄ rupes tarpeia & tarpeiū saxū vocitabatur.Hic pri⁹ Saturnius mōs.Postea capitolīū dictum fuit.

¶ Tarsus vrbs p̄clarissima & Silicię metropolis,quam Perseus Danaes nobilissima proles ædificauit.Luca.lib.iij. Desertę tauriq; nemus pseaq; tarsus.Hęc fuit Apostoli Pauli patria. Dicta tarsus vt quidā existimant a siccitate vel a pte pedis q̄ tarsos dicit vt in manu. Vel vt Iosephus ait lib.i,a tarso nepote Iaphet.Tarsis vero lapidis genus est vt inqt Hier.ad Marcel.vt est illud in Daniele.Et corpus eius dē vt tarsis,q̄d Agla Chrysolithū,Symmach⁹ Hyacinthū ī interp̄tant.Et apd Ezechie.Et species rotarum sicut species tarsis.Est & tarsis regio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

iudeę ad quã Ionas propheta se velle ire dixit. Et Salomõ & Iosaphat naues habuerunt q̃ de tarsis solitæ sunt exercere cõmercia, Ipm quoq; mare, quia cæruleũ sit & sępe solis radijs p cussum colorẽ supradictorũ colorum trahat a colore nomen accepit Porro hebręi tarsis mare dici generaliter autumant; Secũdũ illud, In spũ violento confringes naues tarsis. i. maris. Et in Esaia vlulate naues tarsis, tarsẽses adeo phię studiosi fuerunt. vt Athenienses & Alexandrinos superarent. Ex tarso fuerunt Antipater, Archelaus, & Nestor, & duo Athenodori quorũ qui Cordilon dict⁹ est cũ. M. Catone vixit & apud eũ mortuus est. Alter Canuita a vico quodam Cęsaris prędoctor. & hi philosophi stoici fuere.

¶ Tartarus pe. cor. in singulari gñis mas. in plurali neu. locus infernalis a ταραττω conturbo. qa illic oĩa perturbata dicũtur. vel ἀπὸ τοῦ ταχῆναι. i. a tremore frigoris. Sole eñ caret. Sui. τάρταρος ὁκατὼ πεζος τοῦ ἅδου τόπος καὶ χάρχαρον τὸν πεῖ χάνεφκὸ όπον καὶ ψυχρόν. i. tartar⁹ demissior īferni locus. & tartarũ apud nubila locus & animarũ. Hinc tartareus a. um. tartarum neutro genere fex vini dicitur.

* Tarrarinum veteres dixerũt horrendũ atq; terribile. Cc.

¶ Tarressus, vrbs fuit in littore prope Gades. vñ familia, Columellę emanauit. a tartaro dicta vt meminit Stra. propter subterraneas illic cauernas.

* Tascanium est terra alba similis argyllę. Cc.

¶ Tasmenes vnus ex Nestoris filijs. Cc.

¶ Tarsium genus est vini a tasis quę est detentio deductum nomen. vel vt Serui. ait a Taso insula. vñ & tasiæ vites.

* Tatham pueri patrem vocant. Martialis. Mammas atq; tathas habet Afra. Cc.

¶ Tatianus nomen est viri proprium.

ὁ Tattęus. phrygius sal vocatur. q est vtilis oculis vt ex Dioscoride qui ait, est agnis validissimus oĩm est phrygius, quem alĩ tattęõ, alĩ tritęon, alĩ Gantęon cognominant. E cappadocia quidẽ galathiæ confinio Morimenorum gente stagno ibi salis natiui quod Tattam vocant unde nomen.

¶ Taurus bos ad procreandum reseruatus, sicut in capris hircus. Accipitur & pro quocũq; forti boue. Verg. lib. i. Georg. Ergo age terrę Pingue solũ primis ex templo a mensibus anni fortes inuertant tauri. Est & taurus cæleste signũ. Ideo eñ in cœlum translatus fuisse taurus existimatur. q Europã in Cretã insulã transuexerit in cõlumẽ. Lege fabulam. Et taurus mons qui ab indico mari exurgens vaste satis attollitur. dein dextro latere ad septẽtrionẽ sinistro ad meridiem versus it in occidentem rectus & perpetuo iugo magnarumq; gentium qua dorsum agit terminus, sed p gentium ac linguarũ varietate diuersa habet noĩa. Mons et oppositus Antitaurus dicit. Vbi in excelsissimã consurgit sublimitatem Caucasus appellatur, q̃q̃ sint qui taurũ a Caucaso diuidant.

¶ Taurinus a. um. qd est ex tauro boue vt pellis taurina. Sic dicuntur oĩa a mutis aĩalibus deriuata. & i pe. pro. seruant vt Leporin⁹ caprinus. Formicinus. Hirũdinin⁹. Plau. in rudi. Ad hirũdininũ nidũ visa est mihi simia vt in ascẽsionẽ faceret Veruecinus. Porcinus. Ouinus. Suinus. & huiusmodi.

¶ Tauri numero plurali & taurilia, ludi in honorem deorũ inferorum facti, quos & boalia & bupetias aliq̃ vocatos inuenimus. Sed proprie hi ludi sunt boum gratia instituti. Itẽ tauri Scarabei terrestres sunt Ricino similes.

¶ Tauram vaccam dici existimant sterilem q hęc non magis pariat q̃ tauri.

¶ Tauroscythæ populi scytharum q taurũ montẽ habitant.

¶ Taureus neptuni epitheton, qm ei tauros imolabant, vel quia sit deus maris q sonum emittat similem vocitaturninæ.

¶ Taurea scutica ex corio bubulo facta. Iuue. Taurea punit. Cõtinuo flexi crimen facinusq; capilli. Hier. in lib. Machab. ij. Contingit aũt & septem fratres vna cum matre apphensos cõpelli a rege edere carnes porcias flagris & taureis cruciatos

¶ Taurica Chersonesus peninsula prouincia est Europæ sicuti docet Prole. li. iij. cuius fines sunt Isthm⁹. Palus Meotis pontus & Cimerius Bosporus. Ibi ciuitates sitę sunt Eupatoria & Theodosia, nunc Capha, Eius ambitus, dcc. milia pass. complectitur & a Mæotidis populis qui margines ipsius habitãt nomen assumpsit. De hias Iu. Ægypt⁹ q̃pe illa nefandi taurica sacri. Et ipsi etiã taurici immanes moribus immanemq; famam habentes q̃ solerent pro victimis aduenas cędere.

¶ Taurarij populi in taurica regione constituti.

¶ Taurominium mons Siciliæ multis bobus abundans, & supra eum vrbs eiusdem noĩs quam ędificauerunt zanclei. a quo tauromenitanus ager & tauromenitani ciues. Vñ est illud tauromenitanã vincunt feruore charybdim. scribit Plin. hanc vrbem quandoq; Naxon appellatam.

¶ Tauthologia latine dici potest eiusdẽ eloquiũ. Idẽ Ver. lib. i. Si fata virũ seruãt si vescit aura æthereа neq; adhuc crudelibus accubat vmbris. Nã totũ quod repetit vnũ est, sed ad exprimendum conceptũ crebro sermone denuntiatur.

¶ Taxillus diminutiuum est a talus.

ὁ Tax, percussio, a sonitu quã facit. Plau. in persa. tax tax, tergo erit meo.

¶ Taxus arbor abieti similis baccasq; ferens quibus letale venenum inest pcipue in hispania. Ab ea Toxicũ dr quasi taxicũ. Verg. Sic tua cyrneas fugiant examina taxos/Fumus eñ taxi mures necat. Tax⁹ gñis mas. aĩal est qđ & taxo dr, & Melis ab auiditate mellis. Est eñ aluearibus infestus.

¶ Taxo as. significat pssius crebriusq; q q̃ tango. vñ id proculdubio inclinatũ est, vt tacto, multo fusius largiusq; est q̃ iacio. taxare ẽt p ptio estimare ponit. Pli. lib. xvij. Illos q frugi feras tanti taxauerant. Itẽ p maledictis tãgere. Sueto. li. ij. Sed etiam vt numularij nepotem sic taxat Augu. Festus. taxatores a scęnicis dicuntur qui alterutrũ maledictis tangunt. i.

¶ Taxim aduerbium significat sensim. Pomponius. Adoptate clandestino tacitus taxim perspectaui.

¶ Taygete. vna est ex pleiadibus. Taygetũ est mons sub quo Sperta vt inquit Stra. Luca. li. iiij. Gelidiq; inculta iuuent⁹ taygeti. Hic mons consecratus est Baccho. & Home. ĩ hymnis fic ait. s. κάσορα καὶ πολυδεύκε ἀέθεο μοῦσα λίγεα τυνδαρίδαο ὀίνος ὀλυμπίου ἐξεγένοντο τοὺς ὑπὸ ταυγέτου κοῦφοι ἔκε πώνια λήδα. λαθρηὶ ποδ' μιθεῖσα κελαινεφέι κρονίωνι. λάβρεῖε τυνδαρίδαι ἰαχέων ἐωιβόλοιε ἵπποιν. * i. Castora & pollucẽ cãtabis musa stridula tyndaridas qui Iouis olympij nati sunt quos sub taygeti cacumine peperit veneranda Leda, latẽter cõmisti nigro saturnio. Saluete tyndaridæ celerum custodes equorum.

¶ Tear⁹ fluuius thracię ad cuius caput Darius ad Scythas profiscens applicuit castra, ibiq; tribus diebus se continuit, cui⁹ dulcissima aqua delectatus eo in loco columnam grecis literis inscriptam appposuit.

¶ Tehna grece τέχνη latine ars Iñ technites artifex. Plautus Qui technas hoĩs dephendi solus. Vnde Galenus opus suum technẽ id est artem inscripsit. Hinc Calotechnius bon⁹ artifex Vict. lib. iij. Callimach⁹ ob elegantiã & subtilitatẽ artis mor. moreq; calotechnius est nominatus. cacotechnius malus artifex. technicus artificiosus.

¶ Tecnophyõ. greca dictio qua significat artis productio τέχνη artẽ greci dicũt, & φύω produco. Sue. in Aug. Erat illi lócus in edito singularis quẽ syracusas & technophyũ vocabat

¶ Teda arbor e Laricũ genere quę liquorem seu picem stillat abundans succo liquidiore, & ob hoc flãmis ac lumini sacrorũ grata vt inquit Pli. Inde Tedas vocamus faces quæ optime ex ea arbore fiebant. Et cererem deã tediferam poetę vocant q tedas dicitur inflammasse cũ inuestigare vellet filiam Proserpinam a Plutone abreptam.

¶ Tego is. xi. tectũ operio. Lactã. lib. ij. Non texit patris nuditatẽ. Per translationem tegere significat celare. Mar. Qđ tegitur maius creditur esse malũ. Itẽ defendere conseruare. Sal. At romani domi militięq; intenti festinare, parare, alius alĩ hortari, hostibus obuiã ire, libertatẽ patriã parentesq; armis tegere. A tego fiunt composita Contego, totũ tego. Hier. de Paulo Eremita. Aĩaduertit int⁹ grande vestibulum qđ apto desuper cœlo patulis diffusa ramis vet⁹ palma cõtexerat. Dete

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

go cõtrariũ est suo simplici. Lact. li. ij. Nũc interim falsa vt cœpimus detegamus. Intego intus tego. Pli. Ventricula atq; intestina pingui ac tenui oměto integunt. Obtego circũ seu supra tego. Col. li. iiij. Monẽdo necubi scamna omittant, & qđ dẽ durũ summis glebis obtegat, p̃tego añ tego. Lact. li. iiij. Tñ vitia sua capillis & pallio & quod maximũ est velamẽtũ diuitijs p̃tegebat. Protego tucor. Pertego perfecte tego. Plau. in tri. Bñfacta bñfactis alijs pertegito ne perpluant. Retego nudo aperio. Verg. Cęcũq; domus scelus omne retexit. Iuue. sit tibi zelotypę retegantur scrinia mœchę Supertego. Colu. libro. x. Nihilominus congestu culmorum & frondium supertegemus q̃tũq; res patietur a frigore & tempestate muniemus. Et omnia habent penultimam correptam.

¶ Tegmen quod & tegimen & tegmentũ dicitur significat quicquid aliquid tegit.

¶ Tegillũ paruum tegmen. Var. Ob aquam e nubibus tortã indicat fore vt tegillũ pastor sibi sumat. Est & tegillũ cuculi vinculũ e sirpo. Plau. Tegillũ mihi aret id si vis dabo. At Tigillum diminutiuum a tignum est.

¶ Tegulũ pe. cor. idẽ qđ tegmẽ. Pli. Tegulo em̃ aquaticarum harundinum domos suas septẽtrionales populi operiunt.

¶ Tegula tegulę q̃ domos tegat, tegulę aũt q̃ ad balneas adhibentur a laxitate dñr mãmatę, alię coctiles vocãtur.

¶ Tectũ & participium & nomen esse potest. Participium cũ dicimus. scelus tuum tectũ est. Nomen cũ significat partẽ domus quę domũ tegit, a tegendo dictũ. q̃uis etiam frequenter pro domo poni soleat & gñaliter p̃ omni loco & pro tabulatis oĩbus quibus & triclinia & cubicula & hmõi teguntur, & in quibus tectis hoĩes habitare solent. Vnde architecti & architectores dicti sunt qui ędificandi scientiam hñt. tectũ etiam genus ouiũ sic dictum q̃ maiore lana opertum sit. vel q̃ operimentis tegeretur. Pli. Ouiũ summa gña duo. tectũ & colonicũ. Illud mollius, hoc in pascuis delicatius.

¶ Tectoriũ illinimentũ quoddã est a tegendo & quasi pauimentũ parietis, atq; incrustatio, qđ fit cũ calce aut cum gypso ad maiorẽ spectantiũ gratiã & decorẽ. Iu. Tectoria prima reponit. Pli. li. xxxvi. Ideoq; nulla tectoria eorũ rimæ fedauere. Vñ intunicata dñr tectoria. Tector qui opus tectoriũ facit. Var. Quam nec pictor nec tector vidit vnq̃, q̃ in rosea quę ẽ polita opere tectorio elegãter. Albarium quod superponitur tectorio nisi pingi tectorium oporteat. Nam cum pingendũ est non illinitur Albario.

¶ Tectorius a. um. qđ ad tegendum pertinet. Colu. Sed ea tota maceries opere tectorio læuigatur ex vtraq; parte ne feles aut vipera prorepat.

¶ Teges straguli genus ex vlua siue sirpo aut sparto in lodicis similitudinem, quo viliores vtuntur. Hanc vulgo stoream vocant. Var. de re rustica. Sicq; fiunt de canabi, lino, iũco, palmo, sirpo, vt funes, restes, tegetes, Iu. Ausa palatino tegetem pręferre cubili.

¶ Tegeticula diminutiuũ parua teges. Var. Sed p̃ columbarijs in pariete mutulos aut palos in ordine supra quos tegeticulę canabinę sint impositæ. Oui. vocat tegetem mattam sirpeam. Sustulit in plaustro sirpea matta fuit.

¶ Tegęũ cũ diph. in pe. opppidũ Arcadię. A qua tegęus siue tegeaticus deus Pan dictus est. Proper. Fictilis & calami Pan tegeę tui. Ver. vero nec primas syllabas produxit. Lateri atq; humeris tegeæũ subligat ensem. A Papinio vero Mercurius tegeaticus dictus est illo versu. Et cũ mænalia volucer tegeaticus vmbra. Olim Lacedæmoniũ bellum intulere tegeatibꝰ ferentes secũ cõpedes tanq̃ essent redacturi illos in captiuitatẽ Sed congressi prælio ac fugati quicunq; viui capti sunt eisdem quas ipi attulerant cõpedibus cõpediti campum tegeatẽ metiti sunt coluerunt.

¶ Teium vrbs in Paphlagonia, vt Sal. scribit, in qua ortꝰ fuit Anacreõ. Vñ Teius a. um. triũ syllabarũ. Oui. Quid nisi cum musto Venerẽ confundere vino p̃cepit lyrici teia musa senis In hac fuit tẽplũ Apollinis. Vñ Apollo teius. Ex hac etiã Phileterus natus est author generis regũ Attalicorum,

¶ Telamones vt inquit Seruius a nostris appellantur signa quæ sustinent, quæ Græci atlantes vocitant. Vide in dictione Atlas.

*Telchius vnus ex Castoris & Polludis aurigis fuit. Cc.

*Telchines filij Mineruę & solis, vel vt alij volunt Saturni & Aliopes. hi & Corybantes & Idei dicti sunt. Cc.

*Teleboas vnus ex cẽtauris Ixionis & nubis filius. Cc.

¶ Teloboę Ætolię populi fuerunt.

¶ Telephus penultima cor. mysiorum rex/Herculis filius, qui a cerua nutritus fertur. Claud. Sanus Achileis remeauit telephus hærbis.

*Telesto nympha a perficiendo dicta. τέλος enim dicitur finis. Cc.

¶ Telos latine finis, honor, legio, tributum, vectigal, pensio. Est & nomen insulæ. a qua.

¶ Telina vnguenta dicta sunt, quæ a medicis cõmendantur. In ea est hęrba seu frutex Teli quę fœnum græcum significat quasi frutex insulæ, vel insula frutici nomen dederit.

¶ Teloneũ pe. cor. gręce τελώνιον mensa publicanorũ vbi vectigal exigitur.

¶ Telonarij siue telones publicani & tributorũ collectores.

¶ Telonẽ agricolę vocant lignum longum, quo vtuntur ad aquam puteis hauriendam.

¶ Telegonus nomen proprium viri, qđ latine significat nouissimo loco natũ. Vñ p̃ humili & inglorio ponit. Fuit ẽt filius Vlyssis ex Circe. qui patrẽ interfecit rostro piscis illius q Xiphia dr, qđ est instar laminę magni ensis, vt scribit Oppianus de piscibus. qđ genus ensis a matre accepit.

¶ Telum dicitur omne manu iaci potest, quo nomine lapis lignũ/plumbum/ferrum continetur. Dictũ ab eo q̃ in longinquum mittatur. Nam apud græcos τῆλε siue τηλοῦ longe significat. Verg. pro gladio posuit. At non hoc telum mea qđ vi dextera versat Effugies.

¶ Tellus telluris, terrę dea est. Terra vero elementum ipsum quis & pro ipsa terra accipiatur, a tolerando siue tollendo dicta q̃ eius fructus tollamus.

¶ Tellus telli nomen viri proprium, quem Solon Crœso beatiorem putauit.

¶ Telemachus Vlyssis ex Penelope filius.

¶ Telecrus nomen proprium regis Laconiæ.

*Telicardios gẽma calore cordis existens Persis maxime grata quam & muculam appellant. Cc.

*Telirrhizos gemma quæ in calore coccino candidis radicibus spectatur. Cc.

*Tellanæ species ficus. Cc.

¶ Telephus fuit Herculis filius ex Auge nympha. Qui postea in Lycia imperauit Etiam multi alii fuerunt, vt ostendit Suidas dicens τηλεφος ἐκ ωγῆς λίου δυτως ωεῖνος καὶ τήλεφος ωεργάμηνος γραμματικός ὃς ωολλὰ γέγραφε. *Item Telephus ex Peridio, hic paup & Telephus pergamenus grammaticus qui multa scripsit.

¶ Temerarius dicitur non qui plus audet quam oportet, sed facile nullo adhibito cõsilio credit. Ouid. Vtinam temeraria dicar Criminibus, falsis insimulasse virum. Item temerarius metuendus. Plautus. Sed quid q̃ picus vlmum tundit. Haud temerarium est. Item audax. vnde & temeritas & temeritudo Pacuuius. Egon tyranni non noui temeritudinem.

¶ Temere aduerbiũ significat male, stulte, incõsulte. Vide (inquit Ter.) ne quid temere agas. Hiero. Melius tamen deo cõmittimus q̃ aliquid temere definire velimus authoritate nostra quod nõ p̃bamus. Quidã etiã vsurpãt pro fere. Quĩt. Illud ingeniorũ velut p̃cox genus non temere vnq̃ peruenit ad frugem. Et temere significat sine causa. Teren. Haud temere.

*Inde temeritas & quo veteres pro temeritate temeritudo. Pacuuius. Egon tyranni non noui temeritudinem? Cc.

¶ Temero as. pe. cor. scelero, corrumpo, cõtamino. Amb. Ne temeratę virginitatis adureretur infamia. Idẽ. Quia nulli adhuc resurgentis fuerat temerata vestigio. Vnde intemeratꝰ integer/incorruptus/inuiolatus. Idẽ. Nã si intemerata q̃ sum-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pſimus indumenta ſeruemus plagas latronum ſentire nō poſ ſumus. Verg. Intemerata fides.

¶ Temetū apud Hora. pe. p. Apd Iu. corripit accipiturq; p vino, dictū eſt q; tēt hoc eſt labefactet mētē. Verg. Temuſ q; lageos Tentatura pedes olim victuraq; linguā. Hinc temū lentus/ vinolentus ebrioſus, tumulentia ebrioſitas. Pli. libro xiiij. Cato ideo ꝓpinquos fœminis oſculum dare, vt ſcirent an temetū olerent. Hoc tum vino nomen erat. Vnde & temu lentia appellata. Per contrarium Abſtemius ſobrius.

¶ Temno is. pſi. ptum. ſperno. a τέμνω quod icido, reſecoque ſignificat, quoniam quæ ſpernimus amputare & reſecare con ſueuimus. Vergilius Diſcite iuſtitiam moniti & non tēnere di uos. Hinc contemno.

¶ Temo temonis a tenēdo dicit. Eſt em̄ qui cōtinet iugum.

¶ Tempe neutro gñe & numero plurali proprie Theſſalię lo ca quinq; miliū paſſ. longitudine & ferme ſex latitudine, pul cherrimus ager, amœnus gramine, refertus arboribus, cano rus auiū cōcētu, iugis dextra lęuaq; leniter ſeſe tollētibus, me dia interſecat. Pęneus amnis, cui⁹ ripas arbores veſtiūt. Oui. li. i. Mera. Eſt nem⁹ hęmonię p̄rupta qđ vndiq; claudit Sylua, vocant tēpe, p q̄ pęneus ab imo Effuſus Pido ſpumoſis vol uitur vndis. Sunt & tēpe in Bœotia quæ teumeſia dicuntur a teumeſſo mōte Bœotię, & ab Oui. Cygneia dicta. Sunt in Si cilia a noīe amnis Heloria. Abuſiue quęcūq; loca amœna / ne mora p̄ſertim atq; aquas hñtia tēpe vocamus. Ver. lib. ij. Ge orgi. Speluncę viuiq; lacus ad frigida tempe.

¶ Tempero as ſignificat rem ſuo ordine ac menſura admini ſtro. Cic. in tuſ. iiij. Rem vero publicā noſtri maiores, certe me lioribus temperauerunt & inſtitutis & legibus. Vnde dicim⁹ temperare vinum adhibita aqua, tēperare irā ſedato aīo, tem perare ferrū flāmis & ictibus tēperamus ſtylū / calamū / appeti tū & hmōi. Hiero. Sic narratiōis ſtylū tēperabo, vt nō alia di cā q̄ q̄ aut ſcripta ſunt, aut cōſequēter ſcribi potuerūt. Et in Ec cleſiaſtico inquit calamū tēperaui. Augu. Duo ſunt abſtinen tiæ & crucis genera. Vnum corporale, aliud ſpirituale. Vnū a potu atq; epulis temperare appetitū gulæ. Huius compoſi ta ſunt attempero, quod eſt iuxta tempero ſeu cōcordo. Hie ro. Prudens lector caue ſemp ſuperſtitioſam intelligentiam, vt non tuo ſenſu attemperes ſcripturas ſed ſcripturis iungas ſenſum tuum. Obtempero, obedio.

¶ Temperamentum modificatio. Pli. Tali adhibito tēpera mento, vt nec laxet nimis, nec arctum eſſe patiatur.

¶ Temperatura idē qđ tēperamētū. Idē. Ferrū a rubigine vi dicatur ceruſa & gypſo & liquida pice. Hęc eſt tēperatura a grēcis antipathia dicta.

¶ Temperātia, vt Ci. li. ij. artis veteris ait. Eſt rationis in libi dinem atq; in alios non rectos impetus animi firma & mode rata dñatio. Aug. li. i. de libe. arbitrio. Tēperantia eſt affecta tio coercens & cohibens appetitū ab his rebus q̄ turpiter ap petuntur. Huius partes, Cōtinentia / clæmentia / modeſtia. Tē perantia inquit Senec. voluptatibus īperat, alias odit atq; abi git, alias diſpenſat & ad ſanū mōdū redigit. Grēce σωφροσύνη & temperans σώφρων.

¶ Tēperies, tēperamentū. Plin. Iunior. In quo ſaluberrima ē aeris tēperies. Pro hac quandoq; temperaturā ponimus. Var ro. Quæro vtrum hoc adduxerit cœli temperatura, an terræ bonitas? Q̄nq; tēperies dicitur temperantia. Sta. li. ij. Syl. Trā quillaq; morum temperies. Quandoq; temporis cōmodi tas. ad aliquid agendum. Pli. Sic iudicatur anni tēperies alibi tardius, alibi maturius.

¶ Tēpus vt Var. ſcribit eſt interuallum mundi & motus di uiſum in partes aliquot ab ſolis & lunæ curſu, a quorum teno re tēperato tēpus dictum eſt. Tria vero ſunt tēpora. Pręſens / p̄teritū & futurū. Aliq̄n tēpus ponit ꝓ tēporis cōditione. Ci. O mores O tēpora. Et tēpus pars capitis eſt. Habet em̄ caput duo tempora vnum a dextra, alterum a ſiniſtra. ſic dicta, quia anni in eis cognoſcant. Verg. lib. v. Æne. Tēporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. Nā primo tēpora caneſcūt, cauantq; magis diuturnitate tpis. Col. li. vij. Decimo tñ anno tēpora cauari incipiunt ſupcilia nōnunq̄ caneſcere & dentes ꝓminę re. Sciendū eſt q; cum dicimus pro tpe aduerbialiter ſignificat pro ratione temporis. Q̄ tēpore cū mora & ſpatio temporis In tēpore opportune. Ex tempore ſubito, quaſi extra tempo ris commoditatem.

* Tēperior a tempore fit. i. celerior & quaſi tempeſtiuior. & tē perius aduerbium. i. celerius & quaſi ante tempus. Col. Et an te crepuſculū ꝓpter cibi ſpē tēperius ad officinā redeant. Cc.

¶ Tēpori⁹ aduerbiū deductū a tēpori aduerbio quod ſigni ficat oportune tempeſtiue. Colu. lib. ix. Eſca bis diuidenda vt mane non prorſus a cubili latius euagentur, & ante crepu ſculum propter cibi ſpem temporius ad officinam redeant. Oui. lib. iiij. Meta. Modo ſurgis eoo. Temporius eęlo, modo ſe rius indicis vndis.

¶ Temporarius a. um. quod non eſt perpetuum, ſed ad tēpus durans. Vñ legimus Scaurū olim feciſſe in ædilitate theatrū tpariū. i. tam diu duraturū, donec ſpectacula peragerent. Pli. lib. xvi. Nec terræ tm̄ natura circa has refert, aut ꝑpetua cœ li verū & quędā tēporaria vis imbriū. temporariū etiam dic tur quod ad tēpus ꝓtinet. Vñ extemporarium pro ſubitario capitur vt oratio ex tēporaria. i. ſubitaria & imp̄meditata. Tē porarie ſignificat ad tempus.

¶ Temporane⁹ a. um. quod ad tempus pertinet, ſiue quod ſu bito & in tempore fit. Hiero. in Deutro. Dabit pluuiā terræ veſtræ temporaneam & ſerotinā, vt colligatis frumentū. i. fe cundū tpis exigentiam. Vnde extēporaneum pro ſubitario ac imp̄meditato. Cōtēporaneum quod eſt eiuſdem temporis, & grēce ſynchronium dicitur.

¶ Tēporale qđ ad tēpus durat. Opponitur enim ętemo Leo papa. Intelligite dilectiſſimi quēadmodum ſit nouum ac vet⁹ temporale & ęternum, corruptibile & incorruptibile, morta le & immortale / paſcale myſterū. Interdū dicit qđ ad tps fit. Vñ dicimus extēporalē oīonē imp̄meditatā. Temporaliter ad tempus. Extēporaliter imp̄meditate. Sue. de Tito. Latinę gręcæq; linguę, vel in orando, vel in fingendis poematibus facilis ad extemporalitatem vſq;.

¶ Tempeſtas modo ſignāt ipm̄ tēpus. Sal. in Iug. Ea tēpeſta te in exercitu noſtro fuere cōplures noui & ignobiles. Mō tran quillū & ſerenū tēpus. Verg. Vñ hæc tam clara repente tem peſtas? Modo ꝓcellam. Plin. Hunc diem feſtū tēpeſtatibus le niendis ferunt inſtitutū. Idem. Tēpeſtates vocamus in quib⁹ grandines / procellę / cæteraq; ſimilia intelliguntur, quę cū ac ciderint vis maior appellatur.

¶ Tempeſtuoſum ꝓcelloſum. Gellius. Mare ſęuum ac tempeſ ſtuoſum erat.

¶ Tēpeſtiuus a. um. opportunū & quod ſuo tpe fit. Ver. li. i. Geor. Aut tēpeſtiua ſyluis euertere pinū. Hinc tēpeſtiuitas ꝓ opportunitate, tēpeſtiue opportune, & ſuo tpe. Quorū cōtra ria ſunt Intēpeſtiuus & intēpeſtiue. Vñ Ci. nos admonet ira ſcamur aduerſus eos qui nos intēpeſtiue adeunt.

¶ Tēpeſtus a. um. tempeſtiuus. & intempeſtus ꝓ intēpeſtiu⁹. Vñ nox intēpeſta, q; minime tempeſtiua ſit rebus agendis.

¶ Templum proprie locus vel in cœlo notat⁹ ab augure vel in terra a tuendo. i. conſpiciendo dictum, q; ex omni parte, vel ex quo omnis pars aſpici poſſet. Primo autem cœlum ip ſum dictum eſt, templum, quia ipſum primo tuemur. Æn. Cō tremuit templum magnum Iouis altitonantis. Eius partes quatuor eſſe dicuntur. Siniſtra, ab oriente. Dextra ab occaſu. Antica ad meridiem. Poſtica ad ſeptentrionem. In terris aūt dictum tēplū quod quibuſdā conceptis verbis ab augure fi niebat. vñ tueri quācūq; cœli partē cōmode poſſet. Hinc con tēplo ſiue cōtēplor prō diligenter intueor. In hoc templo per augures conſtituto ſenatuſconſultum fiebat. Et niſi in eo fie ret non erat iuſtum. Ab hoc templo non ſolū ędes ſacræ, ſed & alia loca ſepta & vnū tantum introitū habentia dici tem pla cœpere. Quippe curia hoſtilia tēplū erat, licet ſacra non eſ ſet. Item templum vocatur tignum quod in ędificio tranſuer ſum ſupra canterios ponitur vt inquit Feſtus. Victr. lib. v. Et cāteriꝫ prominētes ad extremā ſuggrūdationem, ſupra cāte

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rios templa. Item sepulchrum dr̃ tēplū. Verg. lib. i. P ꝛet er fuit in rectis de marmore templum Coniugis antiqui. A templum fit a duerbium Extemplo.

*Tempsis cacumen est Tmolimōtis. Cc.

¶ Tempsa fuit ciuitas Brutiorum.

¶ Tenasmus & tenesmus grẽce τενεσμός. cū frequẽs est, sed irrita desidendi deiiciendiq; cupiditas, cū inflãmatione ac tumore sedis mucosa & sanguinolenta quædam egrentis.

¶ Tendo is tetendi tensum & tentum, quasi tenue do. Est em̃ tendere extendere, quod vero extẽdit attenuat. Ver. Tẽdũt vela noti. Sal. Manus supplices ad cœlum tendere. Hieron. ad Iul. Et arbitraris senem diu posse viuere, cuius vt ætas lõga tẽ datur. Per translationẽ sumit interdū pro insidiari ꝙ in hoc, laqueos extendere solemus. Terent. in phor. Quia nec ꝛete ac cipitri tenditur, nec miluo. Interdū pro conari. Ver. Ille simul manibus tendit diuellere nodos. Interdum pro tentoria ponere & habitare. Val. Maxi. libro. ii. Ne quis eorum intra castra tenderet. Ver. Hic Dolopũ manus, hic sæu⁹ tendebat Achilles. Extenduntur em̃ tentoria dum ponuntur. Interdū pro offerre, qđ ꝓtẽdẽdo manus fieri solet. Idem. Paruumq; patri tẽ debat Iulum. Interdum pro pergere, ꝙ nos ambulando iter videmur extendere, vt per tot discrimina rerum tẽdimus in Latium. Interdum pro ponere. Salust. Interea Romę, multa si mul moliri, consuli insidias tendere. Huius composita sunt a tendo, contendo, circũtendo. Pli. Circũtẽdit rætia & omnis occupat saltus. Distendo, Extendo, extra seu vltra tendo. Lactan. libro. iiii. Extendit ergo in passione manus suas. Col. lib. v. Quare cũ ad summũ palũ recta viris extenta est capistro constringitur. Intẽdo, obtendo, ostendo, pertendo, portendo, & sustendo, quod est decipiendi gratia subdo, aliqd aut machinor. Sal. Dum sustendit insidias mliti.

¶ Tendicula Iẽ. laqueus est, quẽ auibus siue feris tendimus.

*Tendutes dicebant veteres dentatos, & qui magnos habent dentes. Cc.

¶ Tentigo pe. pro. pruritus libidinis, quo virilia extendũtur vt illud in Priap. Turpe quidẽ dictu, sed si tentigine rumpar, Falce mihi posita fiet amica manus.

¶ Tentipelliũ genus calciamenti ferratũ quo pelles extẽdunt.

¶ Tentoriũ tabernaculũ, ꝙ ibi vela aut aliquid velorũ tẽdi tur, vel ipsa potius velamenta contra iniuriã cœli.

¶ Tentum accipitur pro membro virili. Catul. Grandia te medij tenta vorare viri.

¶ Teneo es, tenui, tentum, apprehendo, detineo, Vergi. Nec te teneo, nec dicta refello. Per translationem tenere capitur ꝓ habitare possi dere. Idẽ. lib. iiij. Geor. Quę gurgitis huius Imatenẽs. Aliqñ ꝓ constringere. Idem. Texendæ sepes etiam & pecus omne tenendum. Aliqñ pro tegere. Idem. Et obducto late tenet omnia limo. Aliqñ ꝓ dirigere. Idem. Sed vos qui tandẽ quibus aut venistis ab oris, Quo ve tenetis iter? Aliqñ ꝓ intelligere. Terẽ. Rem tenes. Aliqñ pro morari. Ver. Hũc phœnissa tenet Dido. Aliqñ pro implere/perficere. Idem. Ni timeant cursus. Et tenere/seruare/tueri. Cęsar. cõ. iiij. Sabinus ideo omnibus rebus loco castris sese tenebat. Idem. Eo absente qui summam imperij teneret. i. haberet administraret. Vergi. Capitoliaq; alta tenebat. i. defendebat. Vnde ecõtrario victos loco motos dicimus. Cicero. Loco ille motus est. Item teneri est obligari, vt siquis furetur rem sacram de prophano tenetur ne furti, an sacrilegij? Item tenere est possidere, occupare. Salu. in Iugur. Forte apud illum quem inhonesta & perniciosa libido tenet potentiæ paucorũ decus atq; libertatem suam gratificari. Huius cõposita sunt abstineo, attineo, cõtineo, detineo, distineo, obtineo, pertineo, retineo, & sustineo, quę habent ti. syllabam correptã.

*Tenebrones a vereteribus vocabant Nebulones. Var. M. Cur. consul in capitolio cum delectum haberet. nec citatus a tribunis qui respondisset vẽndidit tenebronem. Cc.

¶ Tento as. quidam a tendo, quidam a teneo deducunt. tendo autem tentum. Vnde tentigo & tentorium. Et sic qui tentat quasi manũ tẽdit in aliã corporis partẽ in id qđ expiri vult & exquirere. Qui aũt a teneo deriuant, hac ratione ducũtur, ꝙ tentare experiri sit, vel inquirere, & verbo vel re quasi manu tenere. Colu. lib. ix. Sępius digitis loca fœminarum tentãda sunt. Nũ in promptu gerunt oua, quibus iam partus appropinquat. Ci. in parado. Tentare volui an ita dici possent, vt probarent. Verg. Vix primi prælia tentent. tentare igitur est rem non intellectam atque incertã aggredi, hoc est experiri, vel diligenter inquirere. tentare vero de pudicitia est cum id agitur vt aliquis fiat impudicus. Cũ ergo vel a tendo vel a teneo deriuatum sit tento constat simplici n. scribendũ esse. Et sic tentatus tentatio. Ci. lib. i. offi. Tentata res est ab omni genere hoim. Verg. lib. iiii. Tentaturum aditus & quæ mollissima fandi tempora.

¶ Tentamentum idem quod tentatio. Verg. li. vij. Nec prima per artem tentamenta.

¶ Tenax qui retinet, vt glutinum tenax. Aliquando dicitur parcus/auarusq;. Apul. Homo diues, sed nimium tenax. Aliquando durus/constans/perseuerans. Horatius. Iustum & tenacem propositi virum. Hinc tenacior & tenacissimus. Colu. lib. i. Potest etiam illiteratus dummodo tenacissimę memorię rem satis commode administrare. Huius compositum est Pertinax valde tenax.

¶ Tenacia & tenacitas retentionem & parsimoniam & duritiam pseuerantiamq; significat.

¶ Tenor accentus, qui teneat. id est dirigat sermonem. Interdum dicitur ordo vel forma continuatio. Valerius Maxim⁹ libro primo. Quo minus religionibus suus tenor suaque obseruatio redderetur.

¶ Tenitę credebantur esse fortium deæ ꝙ tenendi potestatẽ haberent.

¶ Tenebræ pe. cor. priuatio lucis, ꝙ tegant. i. impediant oculos & visum prohibeant.

¶ Tenebricosus a. um. quod tenebras inducit. Tenebrosum tenebris plenum.

ō Tenebrosus a. um. quod tenebris plenum est.

ō Tenebriones mẽdaces & dolosi, q mendacijs & astutijs suis quasdam quasi tenebras obijciunt. Alij tenebriones interꝑtãtur lucifugos quasi in tenebris delitescẽtes Afra. Si accusator & reus erunt tenebriones vterq; vtriq; vituperator.

¶ Tenebricor pe. cor. tenebras facio. Aug. Accedamus ad eũ vt illuminemur, nõ quo modo ad eũ accesserunt Iudæi, vt tenebricarẽt. Hic cõtenebro & obtenebro composita. Hie. in lib. numeri. At cõtenebrati ascenderũt in verticem montis.

¶ Tenebresco obscurus fio. Vñ Aug. Aer contenebrescat inquit. i. tenebrosus fiat.

¶ Tenuis & hoc tenue, a teneo fieri videtur, ꝙ quæ tenuia sunt facile teneantur. Est enim tenue paruum/exiguum. Cic. in Hor. Eundem non modo mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus. Col. li. ij. Quo tenue linũ prouenit. Põt etiam & a tendo deduci, qm̃ q extẽdũtur, tenuia fiũt. Per trãslationẽ nonnunq; ponitur pro paupere, & tenuitas pro paupertate. Cicero Tyroni. Vt possum ex meis angustijs illius sustento tenuitatem.

¶ Tenuiculus dimi. a tenui. Ci. Pæto. Tenuiculo apparatu significas Balbum fuisse contentum.

¶ Tenuo as. tenuẽ/subtilem/macrum debilem facio, siue minuo. Ver. lib. iii. Geor. Ipsa autem macie tenuant armenta volentes. Et in hymno. Ecce iam noctis tenuat vmbra. Cõposita sunt Attenuo & Extenuo.

¶ Tenedos pe. cor. insula in mari ægæo inter Mitylenem & & Hellespotum citra Troiã ꝓpe sigęũ. ab ostijs. xx. pas. milibus distat. Abest a Lesbo. cvi. milia pas. Hęc pri⁹ Leucophrys appellabatur, quã alii Calydnã dixerunt. In hanc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cyeni filius conditamq; ex se vrbẽ Tenedon vocauit, a qua & insula denominata est. Cice. Tenem ipsum ex cuius nomine tenedos nominat. Hinc tenedii dicuntur eius incolæ.

¶ Tenos insula vna ex Cycladibus in qua est oppidũ eiusdẽ nois, quam propter aquarum abundantiã Aristo. Hidrusam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

appellatam dicit. Aliqui Ophiusam

¶ ten⁹ teni lą̃us. Serui. dici putat extremas partes arcus, vnde tractum sit, vt hactenus, hucusq; significet quasi usque ad finem. Apud Plautum in Bac. tenus magis pro laqueo accipi videtur quam pro arcu, cum ait. Pendebit hodie ita pulchre intendit tenus.

¶ tenus prępositio significat propinquitatem & quod dicim⁹ vsq; ad Nam quod propinquum est quasi tenere videt id cui est propinquum. Quidam a tendendo, ꝙ hæc p̃positio extẽsionem quandam signif. care videat. & ablatiuo deseruit, sem perq; in singulari postponitur ablt̃o. vt hactenus, eaten⁹, qua tenus, verbotenus, oretenus, capulotenus, Aliq̃ etiam act̃o iungit. Flaccus in agro. Et tanaiten⁹ imenso descẽdit ab euro. In plurali ponit etiã cũ gt̃o. Verg. Crurũ tenus a mento palearia pendent. Et cũarũ tenus. i. vsq; ad cumas. Cur. Paucho stiũ tenus exacti penetrauere ad portum. Hora. sine casu posuit tanq̃ aduerbium. Est quoddam prodire tenus si non dat vltra. Aliquando significat non vltra, vt gessit consulatum titulo tenus. i. non vltra titulum.

¶ tenontes sunt recti & valentes nerui a rigore dicti, collum continentes, sine quibus sustinere caput non possent ceruicis vertebræ. Siquidem horũ inter oẽs flexus alter semp intent⁹ prolabi superiora non patit. In ipsis quoq; pedibus neruũ quẽ dam latũ qui a poplite demissus ,pcũbit in calcem appellant tenontа, vt inquit Iuli. Pol. Sed & neruos q ex vtraq; stoma chi parte sunt τένωνς vocant.

¶ Tener a. um. qd̃ est molle. Hinc tenera ætas puerilis. trãsfertur & ad aĩm. Iuue. Cũ tener vxorẽ ducat spado. Itẽ tener mitis dicit, qui facile cõmisereꝫ. Hinc teneritas & teneritudo, tenere & teneriter aduerbia.

¶ Tenellus a. um. dimi. Vñ tenellã ætatem dicimus.

¶ Teneresco tener fio mitesco, misericordia ducor. Lucil. lib. iij. Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentes.

¶ Tentyri siue tentyritę genus animalis venenosi. Plin. libro xxviij. In insula Nili tentyri nascentes tanto sunt Crocodilis terrori, vt vocem quoq; eorum fugiant. Tentyra vero ciuitas inferioris Aegypti, vnde & prefectura Tentyritica. vel vt Plinius ait. Insula a Nilo circundata, in quo habitãt hoies q Crocodilos non timent.

¶ Tepor & tepiditas idem significãt. Colu. libro. ij. Si vero repor cœli siccitasque regionis suadebit Februario statim proscidendi sunt.

¶ Tepidus a. um. qd̃ est mediũ inter calidũ & frigidũ. Vñ iterdũ ,p calido ponit. Lucre. Tepidisq; caminis. Interdũ ,p frigido p̃sertim qñ trãsferꝫ ad alia. Plaut. Hic homo factus est tepidior. i. frigidior/segnior. Interdũ pro inutili siue nocuo Verg. Vñ cauæ tepido sudant humore lacunæ. Hinc subtepidus aliquantum tepidus, tepidulus diminutiuum.

¶ Tepeo es. pui. tepidus sum. Cato de re ruſ. Lenib⁹ lignis facito calescat, vbi temperate tepebit tũ cuminum indito. Hinc tepesco tepidus fio. Leo pa. Feruor fidei non tepescat Hui⁹ cõ positum est Intepesco, quod est valde tepesco. Colu. Nũc mitigato iam & intepescente frigore largissimis oliuitatib⁹ liberiq; vindemijs exuberent.

¶ Tepefio idẽ qd̃ tepesco. Amb. lib. i. offi. Quis neget verna tẽperie interiora terrarũ tepefieri, quos glacies hyberna constrinxerit. Fitq; a tepefacio.

*Tephrytes gẽma. q̃ nouæ lunæ speciẽ habet ĩ cornua curuatæ nigri aut cinerei coloris. Cc.

¶ Tepidariũ vas in quo aqua temperatur, siue cella in quã ex balneis exeũtes ingrediuntur.

¶ Terapne Helenæ patria in Lacedęmonia, etiam insula ĩ mari Liguſtico, quã nostri Corsicam vocant, q̃ & Cyrnos dicta fuit. Hinc terapne⁹ a. um. Oui. Rure terapneo nata puella phryge Hanc dictionem alij cũ aspiratione scribunt, alij sine p. Teramne sed male.

¶ Tergestes oppidũ ab Aquileia. stad. centum octoginta distans vt inquit Strabo. Hodie triestum vocatur. Sed oẽs mentiuntur. nam τεγγαῖον λέγεται a Dionysio Libyco & Eustathio, sed inscij tergestam vocant, quasi ibi res tergesta fuerit Sed aliqui de talibus scribunt, quiforsan quandoq; laudabuntur. Etiã Suidas. τεγγεσταῖοι, ὄνομα ἔθνους καὶ θηλυκῶς λεγέσθω ὄνομα πολέως πρὸς ἀκυλίαν *.i. Tegestęi nomen gentis & fœminæ Tegeste nomen vrbis versus Acyliam.

¶ Tero is, triui. tritum. frico, tundo. Plaut. in Asi. Num me illuc ducis vbi lapis lapidem terit? Plin. Dein refrigeratũ terit in farinam. Terere iter est iter agere. Vergil⁹. Sępius eiectis penetralibus extulit oua Angustũ formica terens iter. Terere tẽpus est consumere. similiter terere ocium. Liui. lib. i. Quas ĩ cõuiuijs luxuq; cum ęqualibus viderant tempus terẽtes. Idem. in eodem. Regij quidã iuuenes interdũ ociũ cõuiuijs. comessationibusq; interle terebant. Huius compositа sunt attero, qd̃ est ad aliquid tero frico. Pli. lib. ix. Anguillæ atterunt se scopulis. Tibul. Aut operi insuetas atteruisse manus. Aliq̃ significat vehementer tero, frango, ad terram traho, aut valde rodo Col. li. ij. Demergunt vngulas & atterunt scinduntq; radices hẽrbarũ. Et lib. vi. Nam demissum ex eo palmitẽ germinantem inferior atteret & fructum. Verg. Et grauis attrita pẽdebat cantharus ansa. i. consumpta vel attenuata. Et lib. i. ge. De presso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer. i. rosus. Sal. per translationem dixit. Post vbi eorum famam attriuerat maiora alia impendebant. i. oppresserat. Contero totũ simul tero, tundo, cõsumo, frango. Plaut. in Asina, Vtinam mihi stimulus in manu sit q latera cõterã tua. Lactan. li. iij. Qui cum ętates suas nisi studio philosophię cõterant Col. li. vij. Remedio sunt hyssopũ & sal ęquis ponderibus cõtrita. Teren. in Hecy. Cursitando atq; am bulando totum hunc contriui diem. Detero, distero, extero, intero, intertero, obtero, protero, pertero valde tero. Col. Per lineũ fiscũ qd̃ pertriuerant exprimũt. Retero rursus tero, purgo, excerno. Col. lib. vij. Pura deinde frumenta si in annos recondantur reteri debent. Nam quanto sunt expolitiora minus a curculionibus exeduntur, Subtero subtus tero. Plau. in Asina. Eos asinos p̃dicas vetulos claudos quib⁹ subtritę ad fœmina iã erãt vngulæ. Hiero. in Deuteron. Et pes tuus nõ ẽ subtritus. Semitero quasi mediũ tero. Col. li. i. Huic autẽ nubilarũ applicari debet, maxime in Italia, propter inconstantiam cœli quo collata semitrita frumenta ,pregantur si subitaneus imber incesserit. Et oĩa habent peꝛeor.

¶ Terra elementũ per duplex rr. licet a tero teris deducatur, ꝙ. f. teratur, Ab hac locus communis qui circa oppidum colonis reliquitur territoriũ appellatur, ꝙ maxime teratur. Et in singulari quidẽ terra totum elementũ est. i. ipse orbis terrę. In plurali terras aliquas significamus. Verg. Multũ ille & terris iactatus & alto. Ponitur tñ qñq; terra ,p territorio & ,p ,puincia seu regione. Ci. Eorũ qui in hac terra fuerunt magnãq; græciã, quæ tum florebat institutis & pceptis suis erudierunt. Vn de conterraneus qui ex eadẽ terra est. i. ,puincia. Q̃uis hæc dictio apud neminẽ idoneum authorem, nisi apud Pli. legat, & vno dũtaxat loco. vbi Catullũ, vocat conterraneum. Var. li. i. de re ruſt. scribit terrã tribus modis dici. Cõmuni proprio, & misto. Cõmuni, vt cũ dicimus orbem terrę, & terram Italiam, cũ & lapis & arena & cętera eius generis sint in nominãdo cõprehensa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio vocabulo, neq; cognomĩe adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra quæ est mista, in qua seri quid potest & nasci, vt argyllosa, aut lapidosa. Terra etiam vocatur vesta eo ꝙ rebus omnib⁹ vestiatur, seu quia vi sua stat. Ouid. li. vi. fast. Stat vi terra sua vi stando vesta vocatur. Dicitur & mater. Colu. Tu penitus clatris eradere viscera matris. Ne dubita. Pli. li. ij. Sequitur terra cui vni rerum naturæ partiũ eximię ,ppter merita cognomen indidimus maternæ ,veneratio nis. Nos nascentes excipit, natos alitu, semel editos sustinet, & semp nouissime complexa gremio iam ab reliqua natura abdicatos tum maxime vt mater operiens & paulopost Terra serpentẽ hoie percusso amplius nõ recipit.

*Nicolaus Perottus edocet terram vnico r, scribi solere, & multi ex doctis id contendunt. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Territorium, vt inquit Pompo. est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis quod ab eo dictum est, ꝙ maxime terratur, vel ꝙ magistratus eius loci intra omnes fines terendi .i. sūmouendi ius habeat.

¶ Terraceus a.um. quod ex terra est, vt domus terracea.

¶ Terreus a.um. quod ex terra est, vt vas terreum. Col. libro .i. Horreum camera contectum, cuius solum terreum priusq̄ consternatur perfossum.

¶ Terrenus a.um. quod vel in terra natum est, vel in terra viuit vel aliquid cum terra commune habet, vt terrenū animal. Et terrenus pro terreo. Colu. Area quoque si terrena erit, vt sit ad tecturam satis habilis.

¶ Terrenū cāpus dī. Col. lib. ij. Callidissimi rusticarū rerū genera terreni tria esse dixerunt. Cāpestre, collinū, montanū. Idē lib. i. Agrū habebimus salubri cęlo vberi gleba, parte campestri, parte alia collibus vel ad orientē vel ad meridiē, molliter deuexis terreniscq; aliis atq; aliis syluestribus & asperis.

¶ Terrestris & hoc terrestre idem quod terrenus, vt terrestre animal.

¶ Terrigena penulti. cor. qui ex terra natus est. Terricola qui terram habitat.

¶ Terræmotus dicitur cum terrę incluso spiritu contremiscūt magno sępe habitantium damno.

¶ Terraneola cū accentu in antepe. au's alaudę similis, præterq̄ ꝙ in capite apicem non habet sicut alauda. Dicta Terraneola ꝙ non in arboribus, sed in terra versęt atq; nidificet.

¶ Terebra siue terebrum pe. cor. instrumentū quo ligna perforant, a tero. Eius diminutiuū est Terebellum.

¶ Terebro terebras terendo perforo. Vergi. Et terebrare cauas vteri & tentare latebras. Huius compositum est exterebro, quod est extorqueo, & scrutor. Plautus. Exterebra prorsus atq; excute.

ð Teretrū Instrumentū ferreum ad terendum lignum.

¶ Teredo penult. produ. vermis in ligno nascens a terendo dictus, vel a sono qui est τερηδών Eadem & tinea dī. Licet sint qui distinguant, vt teredines dicantur in mari, hoc est in nauibus tineæ terrestres sint. Colu. lib. v. Nam & teredinem formicamq; prohibet.

¶ Teres etis. pe. cor. dī quicquid rotundū oblongumq; est vt colūna & arbor. ꝙ quasi terendo sit rotundum. Verg. Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.

¶ Terminus proprie dicit signū quod agrum ab agro diuidit, a terendo. ꝙ hæ partes maximę terantur. Nam vtrīq; ab ijs qui agrum suum colerent fodiendo teritur. Hinc terminus pro fine capitur. Cice. Cum nullum tot calamitatib⁹ atq; ærūnis terminum inueniremus. Et apud antiquos terminorū deꝰ putabat. Dialectici terminum definiunt esse signum orationis cōstitutiuū. Huius composita sunt Anterminus quod est quasi circūterminus qui circa terminos prouincię manet. Cōterminus qui est vicinus & finitimus. Col. lib. i. Priuatos quo ꝙ memoria tradidit & in regionibus græciæ & in hac ipsa hesperia detestabiles fuisse vicinos, nisi aut olicus ille cuiq̄ potuit tolerabilis esse conterminus, aut auentini monte incola palatinis vlīū gaudium finitimis suis Cacus attulit.

⁎ Terminus deus a veteribus colebatur, in cuius tutela fines agrorum esse existimabant, & in quo loco colebatur hic deus, ibi super cū foramen patebat in tecto, ꝙ nefas esse arbitrarent terminum intra tectū cōsistere. Perot. in Ce.

⁎ Terminalia Varro ideo appellata esse existimat ꝙ is dies anni erat extremus cōstituturus. Ego potius a termino deo sumpsisse nomen existimo. Cc.

⁎ Terminalis lapis dicit terminus ipse lapideus. Cc.

⁎ Termonem veteres ꝓ termino dixerunt. Cc.

¶ Termino as. finio. Lactan. lib. ij. Iam vero illa conclusio qua sententiam terminauit Tullius multo absurdior. Huius composita sunt. Determino quod est definio delibero & quasi cogitationi terminum impono. Idem libro .iiij. Determinanda ē nobis veritas breuiter & in suo proprio domicilio collocanda. Distermino diuido, dissipo. Extermino expello & veluti extra terminos mitto.

¶ Terma atis. extremū / terminus / finis / meta / planta pedis.

¶ Termes ramus ex arbore decerptus cū fructu, quicqm in diuisione agrorū antęq̄ metę ponerentur figi solebat termino nomen dedit. Et proprie termes (vt ait Porphirio) est oliuæ, sicut palmes vitis. Hora. Nunq̄ fallentes termes oliuæ. Gel. Termitem palmæ ramū cum fructu auulsum dixit. Est & termes vermiculi genus carnem exedens.

⁎ Termentū apud Plautū pro detrimento. Cc.

⁎ Termile mons qui nunc Chimera dicitur in Lycia. Cc.

⁎ Termillum vasis genus. Cc.

¶ Tergo gis. & tergeo es. si. sum. & secundum antiquos tertū, significat mundo, nitidū facio. Iuue. Vasa aspera tergeat alter. Plaut. Ornantur / lauant / tergent / poliunt. Huius composita sunt. Abstergo sordes remoueo. Liuius libro .i. Inspectum vulnus absterso cruore omnia salubria esse. Per trāslationem significat aufero. Cicero. Volo abstergere animi tui metum. Attergo. Cicero in Ver. Quod fanum deniq; quod nō auersum neq; atterstum reliqueris. Detergo deorsum tergo, & sordes aufero. Hiero. ad Dama. In cōmune deū deprecemur, vt mihi quoq; de altari carbo mittatur, vt omni peccatorū labe detersa primo possim dei sacramenta conspicere, dehinc enarrare quæ video. Col. lib. vij. Tū etiam spongia labra detergeri. Et lib. ij. Cis humor sole vento ue detersus est i. siccatus. Ex tergo perfecte tergo. Cato de re rusti. Post diem omnino duo decimum pernas eximito & salē omnē detergito & suspendito in ventū biduum, tertio extergito.

⁎ Terta galea .i. detersa. Varro. Terta niter galea. Cc.

¶ Tergus tergoris corium. Vergilius Tergora diripiunt costas & viscera nudant.

ð Terginus a.um. poss. a tergus, vt terginū lorū apud Plaut. quod significat scuticā de tergore aialis.

¶ Tergū dorsum. Verg. Manibus post terga reuinctis. Ouid. li. i. meta. Ossaq; post tergum magnæ iactata parentis. Et nō tātū animalium est, sed etiam aquarum & aliarum rerū. Vnde a tergo dicimus a parte posteriore membranę siue papyri aut alterius cuiusq; rei. Iuuena. Scriptus & a tergo nondum finitus Orestes. Hinc postergo as. & tergiuersor. Aliqn̄ in tergū pro tergore ponitur. Verg. Mercatiq; solum facti de nomine byrsan, taurino quantum possent circūdare tergo. Item pro scuto, qm̄ scuta pellib⁹ tegi solent. Idem. Et tergo decussit hastas. Et tam tergus q̄ tergum a terendo dici videntur, quoniā vehendis oneribus teruntur.

¶ Tergiuersor fallo & dicta muto. Aliqn̄ etiam contradico, quasi terga verto. Nam vertere terga fugere est, quod & terga dare dicimus. Plaut. Quid expectas? quid tergiuersaris? Proprie tamen tergiuersari est eorum qui terga vertentes, ad huc tñ pugnant, nec se se victos rationibus volunt agnosci. Cice. li. iij. tus. Quid tergiuersamur epicure? nec fatemur eam nos dicere voluptatem quā tu idem cum os perfricuisti soles dicere .i. dissimulamus & subterfugimus. Antiqui tergiuersatorem dicebant Bouinatorem. Iurisconsulti accipiunt Tergiuersari pro in vniuersum ab accusatione desistere.

⁎ Tergemini dicuntur qui tres ex vno vtero, eodem die nati sunt. Cc.

¶ Terror, timoris incussio. Cice. lib. iiij. tusc. Quę autē subiecta sunt sub metu, ea sic diffiniunt. Pigritiam metum consequētis laboris, terrorem metum concutientem. Ex quo fit vt pudorem rubor terrorem pallor & tremor & dentium crepitus cōsequatur. Seruius inter terrorem & metū sic distinguit, ꝙ terror proprie sit qui aliis infertur, vñ & terribilis dī. Metus quē hñt timentes. licet aliqñ terror ꝓ metu ponatur. Vergil. Quę si tantus habet mentes & pectora terror.

¶ Terreo es. rui. itum. timorem alicui incutio. Hiero. ad Helio Nolo te antiquæ peregrinationis terreat difficultas. Huiꝰ cōposita. Absterreo. Conterreo. Colu. in pręfa. Qui tam variæ tamq; vastæ scientiæ desperatione conteriti nolent experiri, ꝙ se assequi posse diffident. Deterreo, Exterreo, Perterreo eiusdem significationis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Territo as.pe.cor.frequentatiuum. Terẽ.in And. Dij te era dicent ita me miseram territas.

¶ Terrefacio terrorẽ facio,a quo terrificus a,um. q̃d terrorẽ facit. Compositũ est Perterrefacio.

¶ Terricrepus a,um.pe.cor. terribiliter seu cum terrore increpans. Aug.libro viij.confe. Quæ iste senex ore terricrepo tot annos defensitauerat.

¶ Terribile formidabile atq; horrendum.

¶ Terriculamenta terrores sunt & formidamina.

¶ Terebinthus arbor nigrum lignum cum splendore proferẽs habensq; soliditatem in buxi speciem. Verg.libr.x. Inclusum buxo aut erithia terebintho. Ex hac terebinthina resina,quam nos termentinam appellamus. Plini. Terebinthinam in sartagine referuenti,hanc cæteris præferentes. Terebinthus mascula & fœmina est. Mascula sterilis. Fœmina duplex est. Alteri rubet fructus magnitudine lentis. Alteri fructus pallet, & cum vite maturescit resinosus.

* Terripauium deinde terripudium & tandem tripudium dictum est. Cc.

¶ Tereus rex Thracum Martis ex Bystonide nympha filius. Ouidius libro sexto meta. Et genus a magno ducentem forte gradiuo. Lege fabulam.

¶ Terpsichore penul.correp. fuit vna ex nouem musis. vide in dictione Musa.

¶ Terpsicerotes pe. pd. ductum nomen a modulatis, & quasi ad lyram compositis cornibus.

¶ Terentũ locus in campo Martio q̃ in ara ditis patris in terra occultaretur. Erat hic locus Diti ac Proserpiæ sacer, in quo oĩm qui nascerentur aut morerẽtur nomia scribi solebãt quoties ciuitas lustrabatur. Mar. Bis mea Romano spectata est vita terento. Et nihil extremos perdidit ante rogos.

* Terentius poeta comicus natione Afer. Cc.

¶ Ter aduerbiũ numerale seu ordinale, vt bis, ter, quater. Hĩc tertius a,um. a quo fiunt aduerbia tertio & tertium.

* Et ternarius a,um. & ternus a,um. Cc.

¶ Tertio as. quasi tertiatim facio, siue diuido. Col. lib. ij. Sed iugerum talis ager quatuor operis expeditur. Nam commode proscinditur duabus, vna iteratur tertiatq; dodrante, in liram redigit quadrante opere.

ȣ Tertiata verba appellãtur imperfecta lapsantia, & ex pauore nutabunda, quando quis exanimatus non pfert verba integra, sed vix tertia q̃q; enũciat medijs ex perturbatione suppressis. Apul. lib. v. Tremens & exangui colore lurida tertiata verba substrepens sic ad illas ait.

ȣ Teruncius nummus perexiguus. a tribus vncijs.

ȣ Termentarij. Var. vocat linthea quo corpus tergit a terẽdo. Mar. Nõ tam sæpe teret linthea fullo tibi.

ȣ Tesserestę decaritę populi hinc appellati sunt q̃ nõ nisi quartadecima luna mense Martio pascha celebrabant.

ȣ Tertullianus nomẽ auctoris de quo sic Augustinus inquit Cui⁹ multa leguntur opuscula eloquentissime scripta. Hic sicut scripta eius indicant animã dicit Immortalem quidem sed eam effigiatum corpus esse condendit neq; hanc tantum sed ipsũ etiam deum corporeum esse dicit, licet nõ effigiatum. Nec tamen hinc hereticus creditur factus

¶ Tessera latine quatuor dicitur, vnde & id dicitur, quod omni ex parte quadratum est. Tesserę etiam dicuntur quibus in tabula lusoria luditur. Sunt enim quadratæ & puncta habent & cum iaciuntur in quamcunq; partem incubuerint immotã habent stabilitatem τέσσαρα. i. quatuor. Cice. in Cato. Nobis senibus ex lusionibus multis talos reliquant & tesseras. Hæ alio nomine quadrantalia dicuntur, græce cubi, vt Gel. & Macro. scribunt, inde cubicum corpus. Talus est quatuor laterũ & concauus ad similitudinem tali, qui est os in articulo pedis ventre eminens, concaua vertebra ligatus, quadratus forma altera parte cõcauus, altera fere planus. Estq; in posteriori suffragine dum taxat, nunquam in prioribus pedibus. nec est homini aut alijs animalibus habentibus digitos, nec solidas habẽtibus vngulas, sed tantum bisulcis. Ex iactu talorum varia puncta fiebant. Nam latus quo vnitas significabatur, canis siue canicula appellatur, in quem cõuersotalo deponebatur ab eo qui iactauerat nummus vnus sine aliquo lucro. Idcirco canis dãnosa vocatur. Ouid. Quid valeant tali, quo possis plurima iactu. Figere, dãnosas effugiasq; canes. Eius oppositum venus dicitur, seu cous significans septenarium numerum. Et is qui talorum iactu hunc numerũ redidisset sex lucrifaciebat Præterea quicquid esset caniculæ iactu erasum. Alia duo latera chius & Senio dicuntur. Ternarium ille, hic quaternarium significans Nam binarius & quinarius numerus in talis non erat Chius tris nummos lucrabatur. Senio quatuor. Ideo dexter hoc est felix & propicius dicebatur. Persius. Quid dexter Senio ferret Scire erat in voto. Sueto. in August. Talis iactatis vt quisq; canem aut senionem miserat in singulos talos singulos denarios conferebat in medium, quos tollebat vniuersos qui venerem iecerat. Aliæ quoq; in hoc ludi genere differentiæ fuere. Nam & Voltorios habebant & Herculem basilicum. Plaut. Talos poscit sibi in manum, prouocat me in aleã iacit Voltorios quatuor. Talos arripio. Herculem iacto basilicum. Talus græce Astragalus, a quo astragalizo talis ludo. Calculus est is quem latronem & latrunculum antiqui appellarunt, iuniores vero scacum vocitant. Mar. Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto. Calculus hic gemino discolor hoste perit. Et item Insidiosorum si ludis bella latronum, Iste tibi geminus miles & hostis erit. Est item tessera signum belliciũ. quod ad pugnam exeuntibus datur, s. propter confusionem quod & symbolum dict, vt in bello Marij Burdeus. In Syllę Apollo delphicus. In Cæsaris Venus genitrix. Verg. lib. vij It bello tessera signum. Liui. lib. vij. Cæteris omnibus tesserã dari iubet. Item tessera est belli & pacis futuræ signum. Pompon. Q. Mutius missus ad Carthaginenses legatus cum esset duæ tesseræ positæ, vna pacis, altera belli, arbitrio sibi dato vtram vellet deferre, vtramq; sustulit & ait Carthaginenses petere debere vtram mallent accipere. Ponitur nonunquam pro signo frumentario, quo exhibito vnusquisq; frumentum pro portione accipiebat a principe, sicut ex more vetusto in patria nostra fieri solitum est ab his qui pauperum curam habẽt Nam erogantur signa quædam plumbea quibus exhibitis sigillatim accipiunt certam mensuram farinæ vel panis vinive. Sueto. in Augu. Ac ne plębs frumentationum causa frequentius a negotijs auocaretur ter in annum quaternorũ mẽsium tesseras dare destinauit. Iuue. Summula ne pereat, quavis tessera venit Frumenti. Hęc tessera etiam frumẽtatio dict, præsertim cum frumentum erogatur. sic etiam dicuntur Tesserę nummariæ, quibus exhibitis summa nummum prescripta repensari solet. Præterea tessera seu tesserula calamus est qui inseritur ramo, quod vero in terra seritur tela vocatur. Plini. Quidam huic generi miscuere fissuram in vitibus exẽpta cortice tessella furculo a latere plano adigendo. Item tessera est lignum vtrinq; complanatũ in quo numeri describuntur, q̃d & talea dicitur. Plaut. Suam vterq; tesseram habet, ratio constat. hoc & tesserula dicitur. Plini. Frumenti rationem tesserulis ostendebat. Et tesseræ seu tesserulæ lapilli sunt ad conficienda sternendaq; pauimenta. Cice. lib. iij. de ora. Quæ lapide lexes synthesis compositæ & tesserulæ omnes arte pauimento atq; emblemate vermiculato. Item tessera figura geometrica. quæ cubus vocatur. cuius meminit Macro. in. i. de sõ. Scip. Est & in Arithmetica numerus octonarius. Vnde Martianus in arith. Si tessera tesseram metitur.

¶ Tessella & tesserula diminutiua sunt a tessera.

¶ Tesserarius qui tesseram id est præceptum ducis per contubernia militum nuntiat.

¶ Tesserarius ria,rium. quod ad tesseras pertinet. vt ludus tesserarius.

¶ Tessellatus a,um. quod tessellis. i. paruis quadratis lapillis intextum est, vt pauimẽtum tessellatum, a tesseris quarum forma quadrata est. Sue. de Cæsa. Munditiarũ lautitiarũq; studiosissimum multi prodiderunt, q̃is tenuem adhuc & obæratũ in expeditionibus tessellata & sectilia pauimenta circũtulisse.

©.Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vitru. lib. vii. meminit pauimentorũ teſſellatorũ atq; ſectilium ſcribitq; pauimenta ſectilia ex teſſeris ſtructa oẽs angulos æquales habere debere, & ſectilia, q̃niã in particulas ſecta ſunt, vt quocũq; velis poſſint circũferri. Erant & teſſellatę quędam tunicę. Pli. li. xxxv. Zeuſis aureis literis in palliorũ teſſeris in textũ nomẽ ſuũ oſtentabat.

¶ teſſere decas cadis. quaterdena dicitur. a teſſera quatuor & decas decem. Quidam interponunt ſyllabam teſſereſedecas dicentes.

¶ teſta fruſta vaſis fictilis, & cuiuſq; lateris. Plini. libro. xxxvi. Si & teſtæ tuſæ tertia pars addat̃, melior materia erit. vñ & p calculis ponitur, quos græci oſtracos dicunt. teſta quoq; dicit̃ vas figlinum in igne decoctum, quaſi toſta, q̃ e molli creta fabrefacta torreat̃, deinde coquat̃ tibul. Pax aluit vites & ſuccos condidit vuæ. Funderet vt nato teſta paterna merũ. Varro. de lin. la. teſtu indeclinabile p teſta poſuit. A teſta fit teſtaceus a, um. quod ex teſta eſt Pli. Inſectorũ omniũ & quibus teſtacea operimenta, oculi mouent̃. Item teſtæ intelligunt̃ omnes piſces qui duriori cortice tegunt̃. Hora. in Ser. Sed nõ omne mare eſt generoſæ fertile teſtę teſteus a, um. idem q̃d teſtaceus. vt apud Hiere. pphetã. Vade & accipe lagunculã teſteã a Senioribus populi.

¶ teſtatim aduerbiũ ſignificat cõminutim.

¶ teſtus us. tegmen teſtaceum, ſub quo placẽtę & alia coquũtur. Cato. In foco calido ſub teſtu coquito leuiter. Dicitur & teſtum, ſiue teſtus. ſti. Plini. lib. xxxij. Sub æreo teſto. hoc græci vocant clybanum. vnde panis teſtuaceus dicitur apud nos quem illi clybanitin.

¶ Teſtuacium quod in teſtu calido coquebatur. Condimentum ex varijs eſculentis, a teſtu, ſub quo calido coquitur vt inquit Varro.

¶ Teſtudo animal quod tarde gradit̃, & phthyſicis, lienoſis caduciſq; opitulat̃ dicta teſtudo (Varrone teſte) q̃ teſta tegatur Earum genera ſunt marinę, paluſtres, terreſtres, & lutarię q̃ in in dulci aqua diuerſant̃. Hier. ad Prędidium. Teſtudo marina q̃ eſt grandis vt inſula dũ emergit de alto oñdit ſe in ipſo mari tanq̃ petram, nec ſe mouet inde quoadu ſq; hoĩes naues ligent. Et cũ hæc ſenſerit trahit ſe in altũ, ſ; cum eſurierit aperit os & bonum odorem reddit ad quẽ piſces cæteri colliguntur. Terreſtres limacas a limo dicimus. Teſtudo etiam dr̃ materia tabulatis contexta & corijs cilicinis aut centonibus & alijs quæ difficulter comburi poſſunt contecta. Hæc intrin ſecus habet trabẽ quæ vnco præfigebatur ferreo, & falx vocabatur, ab eo q̃ incuruata eſſet & demuro extraheret lapides. Retro enim ducebat̃ trabs funiculis ſuſpenſa, vt reducta impetuoſius feriret. Ideoq; & teſtudo dicta a ſimilitudine reptilis, q̃ caput nunc exerat, nunc reducat. Syrius. Tandem cõdenſis actæ teſtitudinis armis. Subducto pœni vallo cæca q̃ latebra Pandunt prolapſam ſuffoſſis mœnibus vrbem. Hoc etiam inſtrumentum arietem appellant, ab eo q̃ arietes frontę id eſt capite pugnãt. Rurſus teſtudines dicuntur loca in ędificijs camerata ad ſimilitudinem aquatilium teſtudinum quę duris tergoribus ſunt & incuruis, quę ideo in templis ſic fiũt vt ſimulachri imago cœli reddat imaginem, quod conſtat eſſe conuexum. Verg. Tum foribus diuæ media teſtudine templi. Hinc & ſcuta dicunt̃ teſtudines quæ ſunt in teſtudinũ modum curuata. Nam in armorum generibus milites plærũq; ſumunt ab animalibus nomina. Item teſtudo lyra dicitur. quoniam Mercurius cytharam de teſtudine ſicca meditatus eſt, vt Higi. refert. Hora. O decus Phœbi & dapibus ſupręmi Grata teſtudo Iouis o laborum Dulce lenimen.

¶ Teſtudinatum tectũ, q̃d eſt deuexũ ĩ quatuor partes, ſicut pectinatum in duas. Vit. li. ij. Tecta recidentes ad extremos trãſtra trajiciũt gradatim cõtrahentes, & ita ex quatuor partibus ad altitudinem educunt medio meras quas luto & fronde tegentes efficiunt teſtudinata tecta:

¶ Teſtis generis cõmunis qui teſtimonium profert, ab eo dictus q̃ tueatur ſtatum cauſæ, vel q̃ ante ſter, quaſi anteſtis, i. ſtans. Hiero. ad Euſto. neutro generi iunxit, cum inquit. Nec vero inanis ſopor, aut vana ſomnia quibus ſæpe deludimur. Teſte eſt tribunal illud ante quod iacui, iudicium teſte eſt q̃d timui. Teſtis vero pro teſticulo maſculini generis eſt dictus q̃ virilitatis teſtis ſit. Ver. Magnis teſtibus iſta res agetur. Cõ teſtes qui idem teſtificantur.

ð Teſtimonium q̃d & teſtatio dicit̃ teſtiũ ſunt dicta q̃q̃ teſtimoniũ ad abſentes, pprie referatur Vñ Calliſtratus li. xxij. de probationibus & p̃ſumptionibus inquit. Idem diuus Adrianus Rufino proconſuli macedoniæ reſcripſit teſtibus ſe nõ teſtimonijs crediturum. Et paulopoſt Gabino in hæc verba reſcripſit. Alia eſt auctoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum quæ recitari ſolent.

¶ Teſticulor q̃d & teſtillor dr̃, ſignificat iumentis maribꝰ fœminas, vel fœminis mares admoueo

¶ Teſtor aris. teſtimonium dico. Verg. Teſtor in occurſu veſtro. Aliquando teſtem facio, vel in teſtimonium adduco & alterius implorato teſtimonio aſſero. Ver. Vos æterni ignes & non violabile veſtrũ. Teſtor numen ait. Hiero. in Pau. Q& ne cui impoſſibile videat̃ dominum Ieſum Chriſtum teſtor, & ſanctos angelos eius in ea parte eremi quæ iuxta Syriam Sarracenis iungitur & vidiſſe me monachos & videre e qbus vnus xxx. iã per annos clauſus hordeaceo pane & lutulenta aqua viuit. Interdũ teſtari, eſt p̃cari quia p̃cando ſolemus numina adhibere. Plau. Ipſus tete per ſuperos omnis teſtatur. Et teſtari teſtamentum facere. hoc eſt voluntatem ſupremã teſtificari, quia in eo teſtatus eſt quid velit. Vnde Apoſtolus Teſtamentum in morte confirmatum eſt. Alioqui nondum valet dum viuit qui teſtatus eſt. Sciendum q̃ a teſtor quando ſignificat teſtimoniũ bare fit teſtificor. Quando vero ſignifi. teſtamentum condo fit teſtator & teſtatrix. quando ſignificat precor fit ab eo obteſtor & deteſtor. Huis verbi compoſita ſunt Atteſtor quod eſt teſtimoniũ adduco confirmo. Vnde atteſtata fulgura dicta ſunt, quę iterato fiebant, videlicet ſignificationem priorum atteſtantia. Plaut. in Perſa. Nõne atteſtaris? tuta ne ego cauſa carnifex cuiq̃ mortali libero aures aterã? Conteſtor teſtem facio, teſtem inuoco, vel teſtificando certifico. Ci. pro L. Flacco. O nox illa quæ pene æternas huic vrbi tenebras attuliſti cum galli ad bellum. Catilina ad vrbẽ coniurati ad ferrum & flammã vocabant̃, cum ego te Flacce cœlum terrãq; conteſtans. Idem appio Pul. De me tibi ſic conteſtans omnes deos p̃mitto ac confirmo. Aliquado conteſtari eſt cõtra teſtari. Hier. in Exod. Q; ſi bos cornupeta fuerit aheri & nudius tertius & conteſtati ſunt dominum eius. Lactã. lib. vij. Sacris literis cõteſtantibꝰ nõ reſurrecturos eſſe, ipſos in iudiciũ. Et ratione p̃poſitionis nõ poteſt ſignificare ſimul teſtari ſicut & cõteſtes. Cõteſtari litẽ q̃d ſit vide in ordine literarũ. Deteſtor. Obteſtor vehemẽt p̃cor. Proteſtor, q̃d ẽ cauenda & q̃ fieri nõ debent manifeſte denuntio.

¶ Teſtatus qui teſtamentum cõdidit. Cuius cõtrariũ eſt inteſtatus, qui teſtamentum nõ condidit. Vñ ab inteſtato dicimus aliquem diẽ obijſſe. Et in ſignificatione paſſiua. Teſtatus dr̃ apertus vulgatus ab oĩbns cognitus, q̃ id quaſi oẽs teſtẽtur. Ci. Curio. Aut certe teſtatũ apud animũ tuũ relinquerem q̃d ſenſerim. Hinc teſtatior teſtatiſſimus. Aug. lib. viij. cõ. Stupebamus audientes tam recenti memoria & prope nr̃is temporibus teſtatiſſima mirabilia tua in fide recta. Hircius. Qua notior teſtatior q; virtus eſſet.

ð Teſtificor teſtimonium dico, vt eſt illud. Qui teſtificatus eſt de filio ſuo.

¶ Teſtator q teſtamentũ facit, ut ẽ apd Apoſ. Vbi teſtamentũ mors nec eſſe ẽ incedat teſtatoris.

¶ Teſtatio &, teſtimoniũ, pprie ſũt teſtiũ dicta.

¶ Teſtamentum dictũ q̃d ſit voluntatis noſtræ veluti teſtimonium. vnde & vltima voluntas appellat̃. Vlpi. Teſtamẽtum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo q̃d poſt mortem fieri voluerimus. Et, pprie q̃d pfectũ ẽ teſtamẽtũ dr̃, ſed abuſiue quoq; teſtamenta appellamus ea quæ falſa vel iuſta vel irrita vel rupta, itemq; imperfecta ſunt. In ſacris q̃q; literis omne pactum & placitũ teſtamentũ dr̃ vt ĩ pſal. Aduerſum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

te teſtamentum diſpoſuerunt ſic Laban & Iacob teſtamentū fecerūt q̄d vtiq; & inter vitos valeret, ꝺ Teſtamētū vocāt ꝓpheteꝫ legem, q̄ iudeis data erat quia niſi teſtator mortuus fuerit nec cōfirmari teſtamentū pōt neceſſe. q̄d in eo ſcriptū ſit, qa clauſum & obſignatū eſt, itaq; niſi Chriſtus mortē ſuſcepiſſet aperiri teſtamentū, i. reuelari & intelligi myſterium dei nō potuiſſet. Verū ſcriptura oīs in duo teſtamenta diuiſa eſt illud q̄d ad uētū dñi paſſionēq; anteceſſit, i. lex & ꝓpheteꝫ vetus dī. Ea vero q̄ poſt reſurrectionē eius ſcripta ſunt nouū teſtamentū noīatur. Iudei veteri vtunt, nos nouo, ſed tū diuiſa nō ſunt, qa nouū veteris adimpletio. Et in vtroq; idē teſtator Chriſtus ē q ꝓ nobis morte ſuſcepta nos hęredes ęterni regni fecit abdicato & exheredato populo iudęorū.

¶ Teſtamentarius q teſtamenta falſa conficit. Cice. li. iij. offic. Non de ſicariis veneficis teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco diſſerendum eſt.

¶ Teſtamentarius a, um. q̄d ad teſtamentum ꝓtinet. Vnde teſtamentariæ tabellę. ꝺ Et teſtamentaria lex, q̄ cornelia dicit quęirrogat pœnā ei, qui teſtm̄ vel aliud inſtrumentū ſignauerit ſcripſerit, recitauerit.

¶ Teſſo is, ſi, ſum. i. ſpolio, nudo. Plau. in Amp. Illic non vult me de vno pallio deteſſere. Ver. Dum teſſet Imaona Aleſ⁹.
* Alij texit legunt Æneid. x.

¶ Teſtiuilicium. Vide in dictione Licia.

¶ Tetanothra eiuſdē formę ſunt, cuius & Pſillothra, ſed Pſillothris ad pilos vellēdos, tetanothris ad erugandā extendendāq; in facie cutem vtimur.

¶ Tetanici a tetano morbo dicti ſunt, cum maſculi qui ſcdm ſpinā ſunt, rigent ita vt ſe inflectere non poſſint. Id cū anterior pars afficit, vt ſi mentū pectori annectit. Emproſthotonus, cū poſterior Opiſthotonꝰ, vt ſi caput ſcapulis. Cum vero ambæ rigent ex ęquo tetanos vocat, vt ſi ceruix recta & immobilis intendit, et iā ſi vt ait Celſus quidā minus ſubtiliter & diſcrete his nominibus vtuntur.

¶ Teter a, um. dicitur q̄d eſt malum, fœdū, polluū, crudele & in ſuaue, tum ad mentē ꝓtinens, tū ad cæteros ſenſus. Vt tetra bęſſua, teterrimus hoſtis, teterrimū facinus, teterrima mēs Item tetro aſpectu, tetravoce, tetro tactu. * Inde Tetrior cōparatiuum. Cc.

¶ Tetro as. fœdo, ſeu horridum, obſcurumve facio. Pacu. Bęſſuarum ac ferarū aduentus loca tetret.

¶ Tetra græce, latine quatuor. a qua dictione multa componuntur.

¶ Tetradoron quatuor palmorū ꝺωρεὰ enī palmꝰ. Plin. libro xxxv. Græci antiqui dorū palmā vocabāt.

* Tetraganthiū aranei ſiue phalangij genus. Cc.

* Tettigometra dicitur cicadarum mater. Sunt enim Tettigometræ cicadæ minores. τέττιξ græce dicitur cicada. & μήτηρ mater. Cc.

¶ Tetragrāmatō quatuor literarū. Grāma enī litera dicit.

¶ Tetragonus penul. cor. quadrus quadrangularis. Tetragoniſmus quadratio.

¶ Tetrametrū pen. cor. metrum quatuor pedum

¶ Tetrarcha qui quartā regni partem detinet. Græci, τετράρχης dicitur.

¶ Tetraplaſius quadruplus.

¶ Tetraſtichia ordo ex quatuor.

ꝺ Tetrapharmacū, cibi genus q̄d ex quatuor p̄cioſis obſonijs cōſtabat. ſ. phaſiano, ſumine, perna & cruſtulo.

ꝺ Tetrapolis dicta eſt Antiochia regio cognoīata, vt inquit Stra. in qua ſunt quatuor inſignia oppida.

ꝺ Tetracolon quadrimēbris ſententia.

ꝺ Tetracordiū, cythara, cū quatuor chordis

ꝺ Tetraptota, quatuor caſuū varietas.

ꝺ Tetraſyllabū quatuor ſyllabarū, vt imperator.

ꝺ Tetralidos formula incenſi quæ fit ex quatuor pigmentis tetra quatuor idos formula.

ꝺ Tetragnathij ſunt ſcorpiones a maxillarū numero ita dicti quas græci gnathos dicūt, horū meminit Pli. li. xxi.

¶ Tetraones inter genera anſerū. Pli. li. x. enumerat.

¶ Tetrici pe. cor. hories triſtes ac ſeueri a Sabinorum monte tetrico dicti, qui aſperrimus eſt. Verg. li. vij. Qui tetricæ horrētis rupes montemq; ſeuerum.

¶ Tetrinnare propriū eſt anatum natantium, vt illud. In fluuijſq; natās forte tetrinnat anas.

¶ Tethiopobatæ teſte Herod. ſunt populi in Libya.

* Tertius Caballus viri proprium, quiſub Veſpaſiano & filijs claruit, & propter ſcurrilitatem a celebritatu Caballi nomē adeptus eſt. Cc.

¶ Tethys tethys & tethyos, Cœli & Veſtę filia cōiunx Neptuni & nympharū mater, vt inquit Sal. At Oui. li. iiij. faſto, videt ſentire illā fuiſſe Titani, filiā qui fuit Saturni frater natu maior, Ait enī Duxerat Oceanus quōdam Titanida tethyn vnde & Oceani vxorem illam fuiſſe conſtat. Quę qñq; pro mari ponit. Thetis cū h. in prima & i latino facit gtm thetidis ꝓ Pelei Theſſaliæ regis vxore, Nerei marini dei filia & Achillis matre. Tethys autē maior filia fuit terræ & cœli. Heſſodus in Theogonia τηθύρ τ ἐραῖϛνὴμ τοὺς ἀϛ μεθὸ πλότατος ϛέ νετοκρόνος ἀγκυλομήτης Δῖότατος παίδ ὧμ.

¶ Teucer qui & teucrus nomen proprium Troianorū regis, quo etiā noīe dictus eſt Telamonis filius Teucer a, um. idem q̄d Troianus, vt eſt apud Verg.

¶ Teuchos latine vas, inſtrumentum, volumen, liber, hinc Pentateuchus.

* Teumeſus Bœotiæ exiguus mons. Hinc Teumeſius leo quē Hercules adhuc pene puer occidit, eiq; pellē detraxit, qua ſem per poſtea ꝓ pallio vſus eſt. Cc.

* Teurion hęrba eſt q̄ & Tripolō, a latinis Saliūca dī. Cc.

* Teutones populi ſunt q̄s Alemānos vocāt, ſic dictos a teutone eorū deo quē terra ortū exiſtimabant. Cc.

¶ Teuta regina Illyricorum, quæ ob caſtitatis meritum meruit vt longo tempore viris fortiſſimis imperaret, & Romanos ſæpe frangeret.

¶ Teutates pe. pro. lingua gallica dictus eſt Mercurius, qui ab illis humano ſanguine placabatur. Hunc Plato inuentorē fuiſſe Geometrię & Aſtronomiæ atq; Talorum ſcribit. Luca. li. i. Et quibus īmitis placatur ſanguine dirō Teutates horrenſq; feris altaribus Heſus. Lactan. lib. vij. Galli Heſum, atq; Teutatem humano cruore placabant deos. qui ſane feralis ritus diu ſimiliter apud Italos ſtetit qui latialem Iouem & ſaturnū humana placabant hoſtia.

¶ Teutrania vt inquit Plini. libro quinto Troadis pars eſt in Mediterraneo.

¶ Texo xis, texui textum. proprie telam ſtruo. Terentius in Heau. Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus. Per trāſlationem texere ponitur pro componere, facere, fabricare, ſcribere, colligare, vt hiſtoriam, tabellas, & huiuſmodi. Hier. in prolo. lib. Reg. Q̄quam diuerſo ſcribant metro, tamē eiuſdem numeri texuntur alphabeto id eſt componuntur vel colligantur, Aliquando pro ornare, proferre, vt neglectum crinē more texere, & alia huiuſmoi. Huius compoſita ſunt Attexo quod eſt appono. Auguſti. libro xv. ciuita. Dei. Nam omnia quæ geſta narrantur aliquid etiam ſignificare putanda ſunt, ſed propter illa quæ aliquid ſignificant etiam ea quę nihil ſignificant attexuntur.

¶ Contexo compono cōiungo. Verg. li. iij. ænei. Cū iā hic trabibus contextus acernis. Staret equus. Detexo q̄d textū erat deſtruo. Interdum etiā valde texo, finio, perficio. Vergi. Vis minibus molliq; paras detexere iſſco, nā de nō minuētis ē, ſed augentis vt īquit Ser. Intexo ītus texo, innecto, inuoluo. Ver. lib. iij. Geor. Vtiq; Purpurea intexti tollant aulæa Britanni id eſt int⁹ texti. Et li. ij. Illa tibi lætis intexit vitib⁹ vlmos. i. innectit Prętexo ante texo. Retexo & ſubtexo, q̄d eſt iuxta ſeu ſubtus texo. Pli. lib. x. Quapropter vt ingeniorum prædictorum ita & reliqua ſubtexet diſſertatio.

¶ Teudamedus nomen patris Pelaſgi, vt inquit Homerus libro ſecundo, Ilia.

¶ Textim aduerbium, i. texendo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Textilis & hoc le.pe.cor. q̃d texendo factum eſt, vt textilis corona, & textilis veſtis ante cuius vſum fuit nexilis veſtitus vt docet Lucre. Nexilis ante fuit veſtis quam texile tegmen Ægyptij primi inuenerunt textilia

¶ Textor & textrix qui vel quæ texit, Textricula diminuti eſt a textrix.

¶ Textura opus ſiue actus ipſe textoris, vel textricis.

¶ Textrina penul. pdu. locus in quo texitur quod & textrinum dicitur. Vnde Cicer. accuſat Verrem q̃ nulla domus in Sicilia locuples fuerit vbi ille non textrinum inſtituerit. Interdum etiam textrina dicitur ars, ſeu ſcientia texendi. Plinius libro vndecimo. Quam non ad hoc videtur pertinere creebra tapexitas telæ & quædam politura artis ipſa per ſe tenax. xx. textrinæ.

ὁ Texitechnos dī labefactor ſuæ artis ἀπὸ τοῦ τηκειν τὴν τε χνην, pd̃ idē ſignificat, & cacizo technos ἀπὸ τοῦ κακιζειν τὴν τε χνην. quod eſt improbare artem ſuam.

T ante lb

¶ Thalamus, penul. correpta. coniugis veriuſq; cubiculum. Hinc Epithlamium carmen nuptiale.

¶ transtra sunt loca vel tabulæ sup quas sedent remiges Vergi. transtra per remos. Et apud Ezechielem. Quærcus de Basan dolauerunt in remos tuos, & transtra tua fecerunt tibi ex ebore indico. Hęc etiam iuga dici solent. Vergi. Inde alias animas quæ per iuga longa sedebant. Deturbat, laxatq; foras. Et transtra tigna quæ transuersa a pariete in parietem porrigun tur. V itru. lib. v. trabes etiam supra columnas & parastra & antas ponunt in cōtignationibus, tigna & axes sub tectis, si maiora spatia sunt & transtra & capreoli, si commoda columē & canterij, sed & sedilia in nauibus.

¶ transiyberinus dicit aliquis habitans vltra tyberim. Cc.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Transuador, & transuado as. penul. cor. pervadum trajcio Hieron. ad Helio. per translationem. Sed qm̃ scopulosis locis enauigauit oro & inter canas spumeis fluctibus cautes fragilis in altum cymba processit, expandenda vela sunt ventis, & q̃stionum scrupulis transuadatis lętantiũ more nautarũ epilogi celeuma cantandum est.

¶ Transuecho vltra veho. Sal. in Iug. Ex eo numero medi & Persæ & Armenij cum nauibus in Africam transuecti proximos nostro mari locos occupauere. Aug. Caro Iesu est Mariç quã super astra transuexit honorans omnem humanã naturam, & multo magis maternam.

¶ Trãsuerbero as. transfigo. Cicero Mario. Sed quę potest esse homini politico delectatio, quũ aut homo imbecillus a valẽtissima bẽlua laniat, aut p̃clara bestia venabulo trãsueberat

¶ Transuersus a transuerto esse debet, quod est in obliquum verto licet nondum legerim. Col. li. ij. Sed in arando maxime obseruandũ est vt transuersus mõs sulcetur. Ci. li. iiij. ad Herẽ. Ecce ibi iste de transuerso, heus inquit adolescẽs pueri tui modo me pulsarunt, satisfacias oportet.

¶ Transuolo as. pe. cor. ad aues pertinet. Sed per translationẽ ponitur pro transcurro vel pro repente accedo. Hiero. ad Dama. Mecq; dubiũ & quid facerem nescientẽ ita festinus exterruit, vt omnibus p̃termissis ad scribendum transuolarẽ. Plau. in Epi. pro transfugio posuit. transuolauerunt ad hostes.

¶ Transumo is. ex alio sumo. Vñ quę ex primis tabulis transcripta sunt solẽnitate iuris adhibita dicuntur transsumpta, & actus ipse transumptio. Idem transumptio figura est quã græci μετάληψιν vocant, quũ rem ex alio ad aliud trãsmouemus

¶ Transuo is. ex trans & suo, sed s abijcitur. Col. lib. vij. Media pars descripti orbiculi eadem fibula transuitur.

¶ Trapetes vel trapetũ. penul. pd. mola olearia. a τρέπω voluo seu verto. Var. a terendo deducit. Verg. lib. ij. geo. teritur sicyonia bacca trapetis glande sues.

¶ Trapeza mensa seu tabula qua argentarij vtuntur.

¶ Trapezitæ. pe. pdu. mensarij pecuniarum campsores. Plautus in capti. Subducam ratiunculam quantillum argenti mihi apud trapezitam fiet. Hier. contra Ruf. Quasi bonus trapezita adulterinæ monetę pecuniam reprobet.

¶ Trapezus oppidũ est põti. Capadocũ nõ lõge a Subue. vt auctor est Ptole. lib. v. ca. vi. Iñ trapezuntius. Cc.

⁂ Trastõ species est hammoniaci thuris similitudine, & maxime probatur.

¶ Trauli qui maiori difficultate loquuntur vnde & traulis. Lucre. lib. iij. Magna atq; manicata cataplexis plenaq; honoris balba loqui nõ quid traulis muta pudens est.

¶ Trebia fluuius extra placentiam, apud quem Annibal Romanos vicit. Est & trebia. Celtiberorum ciuitas quæ pars est hispaniæ. ⁂ Inde trebellicum vinum dicimus.

¶ Trebula oppidum fuit haud longe ab vrbe vt scribit Pli. Et olim trebulanis ciuitas data fuit. Hinc casei trebulani dicti sunt. De quibus Mart. Trebula nos genuit commendat gratia duplex. Siue leui flamma siue domamur aqua. Prope trebulanos sunt & alij populi nomine trebiani auctore. Pli. lib. iij. Sueto. in Tybe. Iterum eo sentente vt trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viæ trãsferre cõcederetur optinere non potuit.

ὁ Trechedipna, vestis. Iu Rusticus ille tuus sumit trechedipna quirine & cęromatico fert niceteria collo.

¶ Tremo is. a similitudine vocis quæ tunc cum valde tremit apparet. Quo etiam in corpore pili vt aristæ ĩ spica hordei horrent. Et tremere quidem cõmoueri seu agitari significat. Plau. in Asi. Non placet, pro monstro est quando qui sudat tremit Interdum ponitur pro timere. Vergi. libro. ij. Hic aliud maius miseris multoq; tremendum. Huius composita sunt Contremo. Intremo intus seu valde tremo. Vergi. lib. iij. Et fessum quoties moratus in tremere omnem murmure trinacriã. Pertremo valde tremo. Et habent pe. cor.

¶ Tremisco tremore concutior. Verg. lib. iij. Senit mq; pedũ vocemq; tremisco. Hinc contremisco & pertremisco. Lactan. lib. vij. Itaq; trepidabunt omnes & ad luctuosum illum sonitũ contremiscent. Hiero. contra Vigilantium Ita totus & corpore & animo pertremisco.

¶ Tremefacio sicut sonat. Verg. Tum vero tremefacta nouꝰ per pectora cunctis insinuat pauor.

¶ tremor modo ipsam commotionem seu agitationem modo timorem significat. Verg. li. ii. Geor. Vnde tremor terrisq; Et alibi. Cur ante tubam tremor occupat artus? Venit tamẽ ex græco τρέμω, & illa quę deducuntur,

¶ tremebundus abunde tremens. Cicer. lib. iij. ad Heren. Sin erit sermo in iocatione leuiter & iremebunda voce cum parua significatione risus.

¶ trepidus a, um. idem quod pauidus. Cuius dimi. est. trepidulus Gel. Pulli trepiduli circumstrepere. Et trepidus festinus Verg. libro. iij. Hic medium trepidi crudelia limina linquunt. Immemores socij vasto cyclopis in antro Deseruere. Seruius. trepidi festini. vt per timorem non per odium relictus fuisse videatur.

¶ trepido as. pe. cor. timeo. Ambro. trepidare virginum est, ad omnes ingressus viri pauere, omnesq; viri affatus vereri. Et trepidare festinare. Verg. lib. iiij. Dũ trepidant alæ saltusq; indagine cingunt.

¶ treueri populi Galliæ inter Belgas in confinibus Germaniæ Neruiis finitimi.

¶ tressis tres asses. Persius. Non tressis agaso.

¶ tris a græco. Nam græci τρεῖς dicunt. Vnde trias adis. trinitas. Aliqñ significat. valde. Hinc trifur. trimegistus.

¶ triangulus figura est tres angulos hñs, quã Cręci τρίγωνον vocant. Hinc triangularis & hoc triangulare.

¶ triarchus nauis triremis p̃positus. Abarchon princeps.

¶ triarii erant milites fortissimi, qui in legione Romana vltimi erant. Hi si qñ res fuisset in periculo in fronte aderum positibus flexis stabant, ita vt potius animam amitterent, quã de loco decederent. Vnde ortum est illud prouerbiũ cum res sunt dubiæ, ventum est ad triarios. Varro. triarii dicti q; in acie tertio ordine extremis subsidio ponerentur. Plaut. Agite nunc subsidete omnes quasi solent triarii.

¶ tribus us, a tributo dando. vel quod ager Romanus primo diuisus in tres partes fuerit, & tres partes populi factæ vna tatientium a tatio Sabinorum rege iam amico post fœdera. Alia Ramnium siue Ramnensium a Romulo. tertia Lucerũ a Lucumone. Varro enim scribit Romulum dimicantem contra titum tatium a Lucumonibus, hoc est tuscis auxilia postulasse. Vnde quidam venit cum exercitu cui recepto iam tatio pars vrbis est data. Vnde in vrbe tuscus dictus est vicus. Siue vt aliqui volunt a luco, quem Asylum vocauerat Romulus. Ergo in tres partes diuisus erat populus, adeo vt qui etiã vni præerat parti tribunus diceretur, & sumptus dati populo tributa vocantur. Sed postea aliæ quoq; partes vrbis factę quæ similiter tribus appellatæ sunt. Nam in sex partes fuit distributa ciuitas in primos secundosq; tatienses Ramnes Luceres. Quælibet ex tribubus decem curias continebat, quæ de nominibus Sabinarum appellatæ sunt. Varro, Festus, Plutarchus, & Asconius. Dissentit paulum Liuius scribens a Romulo Centurias equitum tres fuisse conscriptas Ramnenses & tatienses & Luceres, nec videtur existimare totum populũ in hos fuisse distributum sed solos equites. Auguſt. in psal. interpretatione sic scribit. tribus alio nomine dici possunt curiæ sed non proprie. Nam proprie si diximus curias, non intelliguntur nisi curię quæ sunt in ciuitatibus singulis singulæ vnde Curiales & decuriones id est q; sint in curia vel decuria. Et nostris quia tales singulas curias habent figulæ ciuitates. Sũt autem vel erant aliquando in istis quoq; ciuitatibus curiæ etiam populorum & vna ciuitas multas curias habet sicut Roma. xxxv. curias habet populi Hæ dicuntur tribus. Has populus Israel. xii. habebat secundum filios Iacob. Plinius refert quatuor solas vrbanas tribus fuisse appellatas a partibus vr-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bis in quibus habitabant. Nam Suburrana, Palatina, Collina, & exquilina dicebantur.

¶ Tribulis pe. pro. qui ex tribu est. Hora, in Epi. Vt cum pileo lo soleas conuiua tribulis. Cice. Se. Lucio Cossino amico & tribuli tuo valde familiariter vtor. Hinc contribulis qui ex eadem tribu est. Hierony. lib. secundo. Machabeorū. Quod quū rex annuisset statim ad gentilem ritū contribules suos transferre cœpit.

¶ Tributim aduerbiū significat per singulas tribus.

¶ Tributum a tribubus. Var. dictum ostendit, ꝙ ea pecunia quæ populo imperata erat tributim soluebatur. Festus Tributum dictum quia ex priuato in publicum tribuitur. Sumi postea hoc vocabulum cœpit largius pro omni munere quod a subditis soluitur. ὃ Dicitur & tributus. Plautus in Epidico. Tributus maior.

¶ Tributarius q̄ soluendo tributo obnoxius ē. Iustinus libro i. Sed ciuitates q̄ Medorū tributariæ fuerant.

¶ ~~Tribuni dicti, ꝙ tunc in tres partes populus diuisus erat & ex singulis singuli creabantur, vel quia tribum suffragio crearentur. Vel quia vt Veget. inquit, tribuebant iura militibus tribuni etiam vocati sunt qui magistratum gerebant, vt Regum tempore tribuni celerum, qui centurijs præerant. Postea facti sunt tribuni militares in castris, qui parem cum consulib⁹ haberent potestatem, qui imperatori opponebantur militib⁹ tribunorum militarium sicut docet Asco. duo sunt genera. Alij Rufuli dicuntur qui in exercitu creari solent. Alij sunt comitiati qui Romæ comitijs designantur. tribuni militaris officium est. vt miles veste nitidus, armis bene munitus, exercitationis vsu & disciplina eruditus incedat.~~ Olim tribuni militū consulari potestate promiscue ex patribus & plebe creati sunt ~~Alij fuerunt tribuni plębis qui in dissentione plębis a patribus facti sunt~~ anno fere. xvij. post exactos reges. Alij tribuni ærarij dicti ab eo ꝙ his attributa erat pecunia quam militi reddebant.

¶ Tribunitius qui tribunus fuit.

¶ Tribunitius a, um. quod ad tribunos pertinet. Salust. Nam postquam Cn. Pompeio & M. Crasso cōsulibus tribunitia potestas restituta est.

¶ Tribunatus us. ipsa tribunorum dignitas, Cic. in Lælio. de Caŋ autē Gracchi tribunatu quid expectē nō libet aurari.

¶ Tribunal pe. pro. locus excelsus in quo residebat quibus tribubus redderet.

¶ Tribuo is bui. utum. quasi tributum do, concedo. Sed hoc beniuolentiæ eius tribuendum est. Aliquādo capitur sicut vēdo Hiero. in Deuter. Aquam pecunia tribue & sic bibemus. Aliquādo capitur pro assumo, vt tu tibi multum tribuis Aliquādo pro fauere. Cic. Crassipedi. Quū vniuerso ordini publicanorum semper libentissime tribuerim. Huius composita sunt attribuo. Contribuo simul tribuo. hoc est alijs partem facio. Distribuo diuersis modis tribuo. Teren. in adel. Argentū annumerauit illico dedit præterea in sumptum dimidiū minę id distributum est sane ex sententia. Retribuo quasi retro tribuo hoc est remunero.

¶ Tribulus penu. cor. spinæ genus a semine triangulari dict⁹ vel quod cuspidatus trifariam feriat. Ouid. lib. x. Meta. Lolium tribulaq; fatigant triticiæ messes.

¶ Tribula æ. & tribulum genus vehiculi quo frumenta in area terunt tribus lateribus sic appellatum, Augu. lib de ciui. dei. Nam sicut sub vno igne aurum rutilat & palea fumat & sub eadem tribula stipulæ cōminuunt, frumenta purgant. Verg. lib. i. georg. Tribulaq; traheæq; & inquo pondere rastri. Var. Espicis in area excuti grana, quod fit apd alios iumētis iunctis & tribula.

¶ Tribularium a tribula fieri videtur, & significat locū vbi tribulæ recōduntur. vt est apud Col.

¶ Tribulor verbum factum ab angustia & dolore illorum q tribulum ferri vel tribu'um hæba calcauerint quæ oritur in lacubus & paludibus tricoli vel Ferrariæ vulgariter etiā murex. angulata est iacitur vt vis, semper cuspis est erecta, bellic m ferramentum est.

¶ Tribrachus pe. cor. pes ex tribus breuibus syllabis cōstans a τρεῖς & βραχύς q̄d significat breue. vt te Corydon o Alexi. Vbi don ō a, tribrachus est, quū vocalis ante vocalē breuis fiat. ⁎ Verū don producitur.

ὃ Tribades mulieres dictæ sunt fricatrices quę porrēctuoso coitus genere in sexum suū libidinē exercēt ἀπὸ τοῦ τρίβειν, q̄d significat fricare.

ὃ Tribaces, viri attriti flagris, nam tribo significat tero.

ὃ Trichila, pe. cor. sunt vasa habentia tria labra e quibus liq̄r effluē potest de quibus, & apud Cæsarem cō. belli pompeiani, & apud Col. fit mentio.

ὃ Tricaptū, vestis genus est ꝙ tantæ subtilitatis fuit vt pilorum, & capillorum habuisse credatur, pro quo Hiero. interpretatus est illud Ezechielis, Et circundedite tricapto, i. subtilibus nouis enī rebus, noua fingenda sunt nomina.

¶ Trica Appuliæ oppidū. Vide in dictione Apina.

¶ Tricæ capilli pedibus pullorum, gallinaceorum inuoluti. Quoniā vero gressum illorum impediant, factum est vt oīa impedimenta tricæ vocentur. Plau. in cur. Quod argentū tu mihi, quas mihi tricas narras. Inde Extricare & intricare ꝑ expedire & impedire.

⁎ Tricenum a triginta dicimus g. litera in c. mutata, sicut pro vigenovicenum. Capitur autē tricenū pro tricenteno. a trecētis per syncopam. Cc.

⁎ Tricerberus magnus cerberus. Cc.

⁎ Trichomanes hærba est quam capillum Veneris nonnulli appellant. Alij Callitrichon ꝙ pulchros facit crines. Cc.

¶ Tricephalus pe. cor. qui habet tria capita.

¶ Triceps trium capitum Sene. tricipitem secum belluam manibus trahens.

¶ Triclinium latine discubitorium dici potest. Est enim locus in quo discumbebant & cœnabant præcipue in cōuiuium accepti a tribus lectis quos sternebant contiguis. Nam tris mēsas in conuiuio apponere veteres solebant, & iacendo cœnare sicut turci faciunt. τρεῖς enim tres κλίνη lectus dicitur. Hinc Hora. Sæpe tribus lectis videas cœnare paternos Equib⁹ vn⁹ auet quāuis aspergere cunctos. Præter eum qui præbet aquā. Iuue. Ergo duos post si libuit mensēs neglectum adhibere cliētem. Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto Vna simus ait. Verg. Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto. Quintili. Locum intellexit dum ait. Vix eo limen egresso triclinium illud supra conuiuas corruit. Apule. libr. x. Iam denicq; cœnatie triclinio domini decesseramus. Hunc locum Cice. appellat. Conclaue. Cuius hæc sunt verba. Nec inter conclaue illud cecidit. Proprie tamen conclaue dicitur quicunq; locus secretior vbi colloquia fieri solent. Habet vnam clauem cōmunem domesticis, nec est omnibus ad eum eundi potestas. Victru. in triclinijs cæterisq; conclauibus maximus est vsus luminum. Conflat igitur. Triclinium & lectos discubitarios & ipsam cœnationem id est locum vbi super lectis cœnaturi discumbebant significare. Sed postea triclinium ꝑ abusionem apparatus, ad mensam factus dici consueuit & coacta in locum vnum parādæ paucorum cœnæ suppellex necessaria. Hīc Architriclinus qui huic ministerio præest. Vnde Cicer. Sternitriclinia & in foro sterni iubebat. Sic Biclinium locus attributus conuiuio a duplici ordine discumbentiū. Plau. in Bac. Auortite Mnesilo che & tu pistoclere iam facite in biclinio cum amica suauterq; cubitum eatis.

¶ Triclinarius minister q̄ in triclinio ministrat.

¶ Triclinarius a, um. & triclinaris & hoc triclinare q̄d ad triclinium pertinet. vt mappę triclinares, & lecti triclinarij.

¶ Triclinarium. Pli. libro nono. Qua purpura quis non (ingt) triclinaria facit?

¶ Tricolon pe. ꝑ. latine trimembre dī.

¶ Tricones, morosi & ad ridendum duri. ὃ vel vt inquit Iohannes Baptista Egnatius vir vtiq; eruditissimus, ex sententia festi. Tricones dicuntur cōtentiosi & litium per amātes. Vñ Iul. Capi. in Aelio vero fertur, & nocte perpetem aleam lusisse, cū

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in ſyria conceꝑiſſet id vitiũ, atq; in tm̃ vitiorum. Traianorũ, & neronianorum ac vitellianorum fuiſſe emulum, vt vagaretur nocte per tabernas, ac lupanaria obtecto capite cucullione vulgari viatorio, & cõmiſceret cum triconibus, & commiteret rixas diſſimulãs quis eſſet, ſꝑeq; afflictum liuida facie rediſſe & in tabernis agnitũ cũ ſeſe abſconderet.

*Tricongius cognomẽ Nouelli mediolanẽſis, q geſtis honoribus a ꝓtura ad cõſulatũ vſq; peruenerat hic enĩ tribus congiꝯ eporis ſpectante miraculi gratia Tyberio principe ꝓclarũ cognomen ſibi vendicauit. Cc.

*Tricornium dicimus q̃d tria cornua habet. Cc.

*Tricus gẽma eſt quæ licet nigra ſit tres tamen ſuccos refert a radice nigrum, a medio ſanguineum, a ſummo cãdidũ. Cc.

¶ Tridacna oſtrea tantę magnitudinis eſſe voluit nomen dator quidam, vt ter mordenda eſſẽt. δάκνω enim mordeo ſignificat. Cc.

¶ Triduum ſpatium trium dierũ, a quo triduanus a,um. vñ triduanas inducias legimus.

¶ Tridens Neptuni ſceptrum, & quicquid habet tres dentes tridens dicitur.

¶ Triemeros, latine triduanus pe. cor.

¶ Triennis trium annorum. Nam triennis, trimus, & trium annorum idem ſignificant. Vnde Hieronỹ. in teſtamento veteri. ſume mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium. Hinc triennium ſpatium trium annorũ. Triennale adiectiuum.

¶ Triens nummi genus tertia pars aſſis. Iuue. Nec habet in felix quem porrigat ore trientem. Item ſumitur pro calice. Propert. Cum fuerit multis exacta trientibus ora. Apud Victr. Trientes, ſiue quod idem eſt Trientalis materia nomen'habent a menſura q̃ aſſeres inſtrumenti eius trientales hoc eſt craſſitudine quatuor vnciarum eſſent.

¶ Trientalis hærba menſura dicta eſt id eſt quæ ſolio trientẽ ꝙquet amplitudine.

¶ Triental. vaſis genus. tertiã partẽ ſextarij capiens. Perſius calidumq; triental Excutite manibus.

¶ Trieris pe. ꝓ. nauis magna q̃ grẽce Durachona tribus ſeſſionibus. Latine trirenis, aut pene idẽ. Hier. in li. nu. Veniẽt in triremibus de Italia ſuperabũt aſſyrios.

¶ Trierarchus ꝓfectus triereris. Cic. in ve. acti. iij. Quã de re Charidemũ Cium teſtimoniũ priore actiõe dicere audiſtis ſeſe cũ eſſet trierarchus.

¶ Trieteris pe. pro. ſpatium trium annorum. Stat. lib. iiij. the. Ludus & atra ſacrum recolet trieteris ophetem Mar. Aſpicis vt paruus nec adhuc trieteride plena Regulus auditum laudet & ipſe patrem.

¶ Trietericus. triennalis a τρίς & ἔτος annus. Hinc trieterica appellata ſunt ſacra bacchi, quia triennalia, quæ tertio quoq; anno ſumptuoſiora annuis eius orgijs agitabantur, Inſtituta ſunt enĩ cũ ex india victor rediſſet a triennio quo peregrinatus eſt. Oui. lib. ix. me, Vtq; tuo moto ꝓles ſemeleia thyrſo Iſmarię celebrant repetita triennia bacche.

¶ Trifaux tres fauces habens. vnde Cerberũ trifaucẽ vocãt.

¶ Trifax, vel triforum, telũ longitudine trium cubitorũ.

¶ Trifariam aduerbium ſignificat tripertito. * Inde trifarius a,um. Cc.

¶ Trifer a,um. q̃d in anno ter fructus ꝓducit.

¶ Trifidus a,um. pe. cor. q̃d tres partes diuidi poteſt

¶ Trifiniũ dr̃ vbi triũ agrorũ terminus eſt.

¶ Trifolium ſimoniamum hẽrba eſt. quæ inuenitur fragoſis locis. efficaciſſima traditur cõtra viperæ venenũ, odoris grauis, nec; abſimilis bitumini. Et idcirco græci eã ἀσφάλτιον appellant, noſtri autem propter figuram acutum trifolium vocant. Nam longis & hirſutis foliꝭ viret. caulemq; robuſtiorẽ facit quam pratenſe.

*Trifolinum vinũ dictũ a noĩe agri. Cc.

¶ Trifur, trifurcifer tricerberus, pluſq̃ fur, pluſquam furcifer, magnus cerberus. Nã tris pro valde quãdoq; accipitur a grẽcis Plau. Non fur, ſed trifur.

¶ Triga quaſi triaga a tribus equis iunctis. currus qui a tribꝰ equis trahitur. Inde trigarium dictum trigarum currule certamen. Pli. lib. xxviij. Ferunt Neronem principẽ hac potione recreariſolitum cum ſic quoq; ſe trigario approbare vellet. Et lib. xxi. digeſt. Et ſi triga venierit retinenda erat rota, etſi q̃ driga adhibeatur. Trigarius locus iuxta cãpum martium. Pli. lib. vlti. Ne equos quidem in trigarijs ꝓferri vllis vernaculis aniaduerto. Apud Martianum quoq; Capellam lib. ix. qui de muſica inſcribitur, Trigarium inquit ſupplicantis ſemper germanitatis adueniet. hoc eſt trigemina (inquit) illa mulier ſiue tres in vnius nominis vocabulo conſpirantes. Trigam etiam humum veteres vocabant.

¶ Trigamus pe. cor. qui tres duxit vxores Hiero. contra Ioui. Currit ad Habraam Iſaac & Iacob. ex quibus prior trigamus, ſecundus monogamus, tertius quatuor vxorũ eſt. Liæ Rachel Balæ & zelphę.

¶ Trigo trigas. ſtringo. Vnde obtrigo. quod eſt iureiurando adſtrĩgo

¶ Trigõ pilæ genus & turtur

¶ Trigonia ætas tertia.

¶ Trigonus pe. ꝓ. triãgulus triangularis. Hinc trigonalis forma q̃ tribus lineis conſtat. d.

¶ Trigemmis quid ſignificet declarat Colu. libr. iiij. cum ait. Vallis & vliginoſi campi ſitu ferimus etiam trigemmem, qui eſt paulo minor dodrante longior, vtiq; ſemipede, iſq; nõ abeo trigemmis dictus eſt, q̃ omnino trium oculorũ eſt, cum fere circa plagam qua matri abſciſſus eſt plenus ſit gẽmarũ, ſed q̃ his exceptis quibus eſi frequẽs ĩ ipſo capite tres deinceps articulos totidẽq; gẽmas habet.

¶ Trigeminus, idem quod tres. Columel. li. octauo. de Capella Parit autem ſi eſt generoſa proles frequenter duos nonnunquam trigeminos.

¶ Trigla gñs piſcis q a noſtris Mulus dr̃ & barbo. Hic trigles lapillus qui muli colorem habeat.

¶ Trilices veſtes quæ ex tribus licijs conſtant. Interdum tm̃ trilicem triplicem dicimus.

*Trilinguis q tres liguas habet, vel vnũ dicit aliud cogitat.

¶ Trimus a,um. q̃d eſt trium annorum a quo Trimulus diminu. & Trimatus us, & trima dies.

¶ Trimetrũ pe. cor. carmẽ ex tribus pedibus conſtans

¶ Trimma dr̃ vinũ ex aromatis, in quod iuncus & myrrha & calamus dici ſolebat.

*Trimyxos lucerna eſt ad tria ellychinia ferenda. Cc.

¶ Trimorion, a tribus ſignis dictum eſt. tria vero ſigna partibus nonaginta conſtant. Erit ergo trimorion pars ab horoſcopo genituræ nonageſima. Itemq; a ſitu lunæ altera nonageſima. vnde vaticinium vitę ſubſtantiarumq; ſumatur.

¶ Trimeſtris. trium menſium.

¶ Trinundinum. Vide in dictione Nundinæ.

¶ Trinacria inſula quę & Sicilia, Sicania, & Triquetra appellatur a tribus promontorijs dicta eſt Trinacria, Pachyno. ſ. Lilybæo. & Peloro. & ἀκρα ſummitas. Hinc trinacris. Ouidi. in fa. Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor Trinacris a poſitu nomen adepta loci.

¶ Trinepos pe. co. abnepotis filius, q̃ ſit poſt tres anepote.

¶ Tribolus penu cor. quaſi homo parui pretij a tribus obolis. Plau. Non ego homo triboli ſum. Hinc fit Triobolaris vilis q̃ pretij trium obolorum.

¶ Triodos, latine Triuium dici poteſt.

¶ Triones quaſi teriones, boues aratorii. Vnde ſeptem ſtellas ſeptentriones noſtri veteres a bobus iunctis appellarunt, ex quibus figurantur.

*Triopas Theſſalorum rex fuit. Cc.

¶ Triophthalmus lapillus trium oculorum effigiem præ ſe ferens. Cc.

*Triorchis auis eſt ex accipitrum gñe, a teſtiũ numero. Cc.

¶ Triparcus valde parcus. Vnde triparcos homines veteres dixerunt.

¶ Triptior in tres partes diuido. A quo triptito aduerbium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Triplex q̃d eſt trium plicarũ. Vñ Triplico cas. Interdũ triplex ſumitur pro quodam tabellę genere quo ſcribi epiſtolæ ſolebant. Mart. Tunc triplices noſtro non vilia dona putabis. Cum ſe venturã ſcribet amica tibi. Vide ſupra in dictione duplex in alio ſignificato.

*Tripes dicitur habens tres pedes, inde tripedãneus a,ũ. Cc.

ὃ Triphyllon græci vocant hęrbã quã nos trifoliũ. Cc.

*Triplium vas eſt ſimile caniſtro. Cc.

*Tripolium hęrbã græci vocant quã nos Saliũcam. Cc.

*Tripontium Vmbriæ oppidum ſic dictum ꝙ tres habeat pontes. Cc.

*Tripondium a pondo, pondus triũ aſſium. Cc.

¶ Triplus a, um, eius ſignificationis eſt cuius & triplex.

¶ Triplaris numerus dicitur cum ex duobus minor ter ī maiore numeratur, vt ſunt tria ad vnum.

¶ Tripolis oppidum trigeminum, qm̃ tyrii Sidonii & arabii illud obtinent. Hinc tripolitana regio dicta eſt. Sunt aũt duæ hoc nomine. Africana ſ. & Syriaca in fœnice. Oppida tripolis Africanę ſunt. Abrotonum, tophia. & Leptis magna Pom. Locus ex numero tripolis dicitur.

¶ Triprota nomina ſunt quæ tribus tantum caſibus declinãtur. penul. prod.

¶ Tripus, tripodis, & tripoda dæ. pe. cor. dicitur omne quod habet tres pedes. Vſi ſunt veteres tripode tum ad delicias tũ ad edendi neceſſitatem. Tripodes erant menſæ in templo Apollinis delphici, quib⁹ ſuperponebãt Phœbades, quę & Cortinæ dicebantur, vaticinabantur. Pli. lib. xxxiiij. Ex ære factis tauerunt & cortinas tripodum nomine delphicas. Græci viros fortes tripodibus donabant, quia non facile ſuccumbant. Verg. li. ix. Et tripodas gẽmĩos auri duo magna talẽta. Hor. li. i. car. Donare tripodas p̃mia fortiũ Graiorum.

¶ Tripudium quaſi terripauium. Sic enim primo dictum eſt. poſt terripudium deinde tripudium eſt dictum, a pauio ferio. Vnde tripudia ſoliſtima dicebantur auguria quæ fiebãt quoties offaq̃ pullis dabatur aliquo modo cadebat in ſolũ. Ita eĩ a ſolo ſoliſtimum vt a medio mediaſtimũ dicitur. Cũ igit offa ex ore pulli ceciderat, tũ auſpicanti tripudiũ ſoliſtimũ nuntiabatur. Tripudium etiam ſaltatio dicit ſimiliter a pauiẽda terra, ꝙ. ſ. ſaltãdo terra pauitur. Liui. Ferre ac vrbẽ ire cum tripudijs ſolennibꝫ ſaltatu iuſſi.

*Triptolemus auctore Ouidio Cœloi & Menalinæ fili⁹ fuit quẽ ceres agriculturã edocuit. Cc.

¶ Triquetra penul. pro figura triangularis. Quo nomine dicta eſt Sicilia. Hora. Quid militibus promiſſa triquetra? Inde triquetrus a, um. Syrius lib. quinto. Hunc ætnea cohors triq̃tris quam miſeratoris.

¶ Triremes p e. pro dictæ ſũt quas vulgus galeas vocat licet duos tantum remorum ordines habebant in lateribus. Nam biremes naues duorum ordinum ſunt triremes trium, quadriremes quatuor. Græci trieres vocant. Triremes inuenit Amodes corinthius.

¶ Triſmegiſtus. Mercurius quaſi ter maximus dictus. vel valde maximus. ὃ qui nepos maioris Mercurĩ, quem fabulantur fuiſſe filium Nili. Hunc tamen ſecundum aſſerunt occidiſſe argum Ægyptiũſq; præfuiſſe, & leges literaſq; tradidiſſe, ſed literarum characteres animalium arborumq; figuras habuiſſe. Hic condidit vrbem quã a ſe hermopolim nominauit. Dictus eſt autem Trimegiſtus, ꝙ & philoſophus maxĩus & ſacerdos & maximus denicꝫ rex fuerit. Conſueuerunt, enĩ ægyptiũ ex omni philoſophorum numero ſacerdotes ac rurſus ex ſacerdotibus regem eligere. Hic autẽ vt philoſophos ſapientia, ita religione ſacerdotes excelluit, ac mox in imperio adminiſtrando ſuperiores omnes reges ſuperauit. Hic primus a phiſicis ad diuinorum ſpeculationem ſe erexit. Primus de maieſtate dei de dæmonum ordine animarumq; mutationibus ſapientiſſime diſputauit. Scripſit multa volumina quibus arcana myſteria & oracula panduntur. Nõ enĩ vt philoſophus ſolũ, ſed vt ꝓpheta futura ſæpe prędicit.

¶ Triſtega pen. indifferente ſignificat tricameratum, nomen cõpoſitum a ſtega qui eſt locus nauis. Stega a ſto ſtas. fit. Plãu. in Bac. forte vt aſſedi in ſtega. ὃ Vel verius dictio græca. ἀπὸ τοῦ στέγος deducitur. Eſt autem στέγος tectum vel ἀπὸ τῆς στέγης. Et eſt στέγη caſa ſiue tectum. Vnde δίστεγα & τρίστεγα. i. bitecta, & tritecta, ſeu bicamerata & tricamerata. Eſt autẽ nominatiuus pluralis, a ſingulari triſtegum.

¶ Triſtis proprie mœſtus dicitur. Vergi. Triſtis at ille tamen cantabitis arcades inquit. Sed quia triſtitia in fronte hoĩs crudelitatis, grauitatis, iræ, minarum ſtudij, difficultatis indiciũ eſt, fit vt triſtis aliquando pro ſæuo accipiatur. Verg. Illi mea triſtia facta Degeneremq; neoptolemum narrare memento. Aliquando pro graui. Cice. qui numero optimatum & principum reliquit grauitatis ſuæ illum triſtem & plenum dignitatis. Aliquando pro Irato Luci. Timeo certe næ mihi ſit triſtior. Aliquando pro minaci Hiſq; adytis hæc triſtia dicta reportat inquit Verg. Aliquando pro docto. Lucil. Addo eoſdem triſtis ac ſeueros philoſophos. Cice. Iudex triſtis ac integer. Aliquando pro Amaro. Vergi. triſtiſq; lupini Suſtuleris fragiles calamos. Aliquado pro difficili. Cice. in Cato. Facile in morbos incidunt adoleſcentes grauius egrotant, triſtius curantur. Aliquando pro horrido. Martia. Amator ille triſtium lacænarum.

¶ Triſto as, triſtẽ facio. vñ & cõtriſto. Verg. Et pluuio contriſtat frigore cęlũ. Eſt & triſtor deponẽs. vñ & contriſtor, vt cõtriſtatus eſt rex ꝓpter iuſiurandum.

*Triſulcum telum dicimus trifidum, i. tres acies habens & a tribus partibus findens.

¶ Triptolemus nomen ꝓpriũ viri qui fertur in Attica regione vſum frugũ primus inueniſſe.

* Tritauus & tritauia attaui pater & mater. ꝙ ſint tres ab auo. Cc.

¶ Triticum dicit quod tritum eſt ex ſpicis. Hinc Triticeus a, um. vt panis triticeus.

¶ Trito tritas. frequentatiuum eſt a Tero is. & ſignificat minutim tero.

¶ Trituro as. penultima produ. ſignificat tero. & ad ſegetes pertinet. Et habet primam ſyllabam longam, quaſi ab tero triui tritum. Hinc tritura. Vergil. Magnaq; cum magno veniet tritura calore.

¶ Tritonia dicta eſt Minerua ꝙ temporibus Ogygĩ regis ad lacum tritonis virginali primum habitu apparuerit. Triton autem fingitur eſſe maris deus Neptuni & Salaciæ marinæ deę filius, ꝙ primum in tritone africæ palude viſus fuerit, vbi ait Herodotus virgines annis ſingulis ſe purgare lampadibus & lignis in venerationem Palladis. Diodo. ſcribit dictã tritoniam a Crętæ filio Tritone.

*Triteles ambroſię ſpecies ſic dicta ꝙ ter floreat. τρὶς enim floreſcere eſt. Cc.

Triumuir nomen magiſtratus quẽ tres collegæ adminiſtrãt. Triumuiri triplices fuere. Capitales, Menſarĩ, Nocturni. De capitalibus ſic habet pompo. de orig. iuris Triumuiri capitales cõſtituti ſũt qui carceris cuſtodiam haberent & cum animaduerti oporteret interuentu eorum fieret. de Menſarijs, Liuius commemorat. Triumuiri mẽſarĩ creati ſunt. Hiq; numularijs & monetæ omnis generis & formæ cuſoribus prærant. De nocturnis meminit. Cor. Taci. Triumuiri nocturni ꝙ ad incẽdium in ſacra via ortum tarde venerant, a tribuno plębis dicta damnati ſunt.

¶ Trium literarum homo dicitur fur, & eſt ꝓuerbium ex Plauto. Cc.

¶ Triuium & quadriuium, quamuis pro loco in quo tres vel quatuor ſunt viæ poni conſueuerunt ſumuntur tamen quandoq; pro loco frequenti quo antiqui conuenire ſolebant. Catul. omnibus in triuijs vulgetur fabula paſſim. Iuuena. Nonne libet medio cæras implere capaces quadriuio? Erant etiã ruſticorum ſacris attributa. Nam illic oues cædebantur & ſerta appendebantur. Tibul. Nã veneror ſeu ſtipes habet deſertus in agris Seu vetus in triuio florida ſerta lapis.

¶ Triuialis & hoc triuiale a Triuio fit. Vnde Triuialis ſcien

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tiæ magiſtri a Quinti. dicuntur qui in triuijs docent. Hinc tri uialiter aduerbium quod ſignificat paſſim. vulgo, vbiq;, Grãmatica dicitur triualis ſcientia quia ĩ triuijs docebatur. Triualis vero lingua vulgaris, qua in triuijs pueri grammaticam diſcentes vtebantur.

¶ Triuia dicta eſt diana, q̃ triuijs præeſſet, propter quod tris facies habere fingebatur. Vergil⁹. Tria virginis ora Dianæ Ouid. Ora vides hecates in tris vergentia partes, Seruet & in ternas compita ſecta vias.

¶ Triumphus quidam græcum putant. Nam θρίαμβον appellant græci, nos aſpiratione exprima in nouiſſimam ſyllabam trãslata, & b mutata in p. dicimus triumphum. Varro a Baccho huius rei inuentore. Tranquillus dici exiſtimat triumphum quia qui triumpharet triplici iudicio honoraretur. Primo enim exercitus de triumpho diſcernendo duci iudicabat. Secũdo ſenatus. Tertio populꝰ. Erat autẽ triumphus omniũ honorum qui a populo Romano dari ſolebant maximus. Nã illa pompa ſolennis erat quę fiebat redeuntibus in vrbem cũ victoria. Michalus autem in etymologicis ait, θρίαμβος ἡ πομπὴ ἣν τοῖς πόλεσι ὅταν νικήσαμεν ἄρχοντες πεζῇ ἢ ἱππεύοντες σὺν αὐτοῖς τοῖς θεοῖς ἐπέζομεν προφερόμενοι λάφυρα πεταμμένα καὶ ἔτι νῦν φασὶν ἐνδημῶ τοῦτο γίνεσθαι καὶ τὰ πόλλα γράφει.

¶ Triumpho as. triumphũ ago. Cic. in Cato. Mar. Curius cũ de ſamnitibus triumphaſſet. Qui aute triũphabant apud romanos equis albis vehebantur curru inauato, capite corona to lauro. & ante ipſum triumphantem victus hoſtis onerat⁹ colla catenis, & præeunte ſenatu capitolium aſcendebãt ad tẽplũ Iouis optimi maximi, vbi mactato tauro albo domũ redibant. Lege Plutarchum & Liuiũ. Aliquando tamen triũphia reponitur p exultare. Cęſar. Quod euenisſe nobis gaudeo & triũpho. Huius paſſuum eſt triũphor.

¶ Triumphatus a, um. de quo triũphatũ eſt. Verg. li. iij. geo. Biſq; triũphatas vtroq; ab litore gentes.

¶ Triumphatus us. ipſa triumphatio. Pli. Ne triũphatu ſuo nimis ſuperbiat Antonius.

¶ Triumphator qui triũphat, vel qui aliquãdo triũphauit.

¶ Triumphale, quod ad triumphum pertinet. Vnde triumphales coronæ, quibus imperatores in triumphis coronabantur. Triumphalis vir, qui triumphauit. Sicut conſularis, qui cõſul fuit. Suetonius de Auguſt. Solos triumphales, q̃q̃ & ſocios expeditionum, & participes victoriarum ſuarum nunquã donis imptiendos putauit, quod ipſi quoq; ius habuiſſent tribuendi ea quibus vellent. Triumphalis porta Romæ dicta eſt q̃ per eam triumphi agerentur. Triumphale territorium etiã Romæ quod nunc vaticanum dicitur. Vnde Damaſus papa ſcribit beatum Petrum ſepultum fuiſſe in vaticano iuxta triũphale territorium.

⁎ Triuncis a tribus vncijs dicebatur quadrãs. Inde triunciũ quod trium vnciarũ eſt. Cc.

⁎ Triaxalis vermis eſt locuſtę ſimilis ſine pennis græce, Nam latinum nomen non habet. Cc.

⁎ Tros nomen viri proprium & nomen adiectiuum a troia formatum, & facit genitiuum trois & troos, quia vt inquit Seruius, omnia nomina monoſyllaba græca quæ in latinum ſermonem tranſeunt, tertię tantum ſunt declinationis, & tam latine quam græce declinari poſſunt, vt Tros trois, troos. Pãpanis panos.

¶ Troas vt inquit Hierony. lib. de xij. quæſtionibꝰ ciuitas eſt quæ prius Troia appellabatur. Eſt & regio quam Ptole. minorem phrygiam appellat. A diacet Helleſponto. vt Pli. lib. v ſcribit. Alij Myſiæ tribuunt quæ ad occidentem ſubiacet tota mari expoſita. Home. ab Eſapovſq; ad Caici fluminis oſtia eius fines producit. In ea Ilion, q̃ & troia, mille quingẽtis paſſibus a portu diſtans omnium quę ſub ſole ſunt inſigniſſima. Ciuitates Troadis nobiliores, Dardanum. Simoentis fluminis oſtia, Antandrus, Smirna, Clazomene, Epheſus, Miletus, Pergamus, Tyatira, Philadelphia, Laodicia, Antiochia, Montes clari Ida & Tmolus. A Troas fit Troadenſis.

¶ Troia, vt Seruius ſcribit regio minoris Aſiæ in qua Ilion vrbs & regia Priami, quæ etiam Troia dicebatur a troe rege antea teucria a Teucro. & Dardania a Dardano. Scribiturq; græca dipht, nec diuiditur i conſona. adiectiuum vero o & i vocalibus & diuiſis. Et cum prouinciam ſignificat principale nomen eſt, & breuis & tro. Quando autem non eſt principale & deriuatio eſt tro longa eſt. Verg. Et troia gaza per vndas. A troia fit tros. Idem Tros tyriuſq; mihi nullo diſcrimine agetur. Eſt & tros nomẽ viri proprium. Troianus a um. vt troianas vt opes. Troicus a, um. vt Troica caſtra apud Vergili. Troius a, um. vt troia gaza Troiugena. Ennius. Troiugenas bello claros. Sane Troiugena & Graiugena cũ gemino ŋ ſcribi debuerit mutarunt i ſequens in u alternitatis cauſa, vt pro troiŋgena & graiŋgena, troiugena & graiugena factum ſit. Troia etiam ludus puerilis equeſtris ab ænea conſtitutus. Sue. de Cæſa. Troiam luſit turma duplex maiorum minorumq; puerorum. Verg. Troiaq; nunc pueri troianum dicitur agmẽ Et troia locus eſt in agro Laurente in quo primum æneas cõſtitit. Aſcen. Semper autẽ prima longa eſt.

¶ Trochus rota reuolutio quę rota vt inquit Acron a ludentibus pueris ſcutica agitabatur & rotabatur.

¶ Trochiſchus dimi. parua rota. Vñ cõpoſitiones quędã me dicorũ in formã rotulę trochiſchi dicuntur.

¶ Trocheus. pes celer volubilis q̃ rotatim & celeriter diceretur. Nam τροχός latine rota dicitur. a Mercurio repertus tenet locum vltimum, cõſtatq; ex duabus ſyllabis, prima longa, vltima breui. Vel dicitur ἀπὸ τοῦ τρέχω id eſt a currendo quia curſum ſuum habeat de lõga ſyllaba ĩ breuẽ & a græcis τροχάιος appellatur.

¶ Trochum, neu. gñe eſt genus ſellę.

¶ Trochlæ ſiue trochalia inſtrumenta cum orbiculis ad ſubleuanda & deprimenda onera. Vel rotulę ſtriatæ ſunt e ligno vel ære quibus aquas haurimus ſune ductario & hydria. Lucre. Mulcaq; per trochleas & tympana pondere magno Commouet, atq; leui ſuſtollit machina nixu. Ex interpretatione Diogenis Laertij ſic ſcriptum eſt. Ego ita hiſce iampridem aſſuetus ſum ac ſi ſonum iugiter trochlearum hauriã. Nam dũ ſaxa atque ligna marmora & id genus cętera per trocleam ſurſum ductario fune trahuntur crepitus cõcitatur.

¶ Trochilos penul. produ. parua auis, rexq; auium dicitur, qui alio nomine Regulus. ſiue vt Sue. inquit Regaliolus. Ab Ariſtotele τροχίλος quaſi rex & præſes auium. Vide ſupra in dictione Regaliolus.

¶ Troglodytæ populi Aethiopiæ, cauernas incolentes De q̃bus Plinius & Hierony. contra Iouinia. Nomades & troglodytæ & ſcythę & humanorum noua feritas ſemicrudis veſcũtur carnibus.

ὁ Troęzene fuit oppidum Peloponeſi in ſinu argolico a troezene filio pelopis. in eo educatus fuit Theſeus Eſt & Troezena regio in minore Aſia. a q̃ troezenij popu. ſunt appellati.

ὁ Troizenꝰ, fuit trax vnus ex his qui venerunt in auxilium troianorum.

¶ Trophæum cum æ diph. a τροπὴ hoc eſt ab hoſtium conuerſione, vbi in fugam verſi ſunt hoſtes. Nam qui hoſtem fugaſſet merebat trophæũ Eſt enĩ tropheũ q̃dã teſtimoniũ victorię publice in loco ſtatuitur. vt apud Ci. li. ij. ad Heren. Qui thebani equum æneum in monumentũ victoriæ contra Lacedæmonios ſtatuerant trophæa. Apud græcos fuerunt arbores amputatę in eo loco vbi hoſtes viciſſent atq; in fugã verſtiſſent. Amputabant enim ramos arborum, ac deinde ſpoliis hoſti detractis ornabant, vt eſſent poſteris monumentum victorię in eo loco partę. Deinde etiam cœpta ſunt poni in montibus & locis eminentioribus. Hinc Sal. de Pompeio ait, q̃ de victis Hiſpanis trophęa in iugis pyreneimontis poſuit. Et rome in arcubus figebatur ex ędificatis. Quę vero ſpolia in trophęo figerentur docet Vergi. lib. xi. Mezenti ducis exuuias tibi magne trophęũ Belliporens aptat rorantes ſanguine criſtas Telaq; trunca viri & bis ſex toraca petitum. Perfoſſumq; locis, clypeumq; ex ære ſiniſtrę. Subligat, atq; enſem collo ſuſpen

qui ne ſe avanture en bataille, ne gane Jamais Le pris ſ gre corone en victoire
gallicle pr

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dit ebumum. Accipitur & trophæum pro victoria seu pro virtute qua parta est victoria. vt in hymno. Trophæa sacra pangimus.

¶ Tropei dicuntur quasi versarij qui alios vellicant infestãtq; & ne deprehendãtur conuertunt se. Sueto. in Clau. Et quoties post cibum obdormisceret, olearũ ac pamularum ossibus incessebatur. Interdum ferula flagroue velut per ludum excitabatur a tropeis τρεπω enim græce significat verto & τροπὴ versionẽ. Inde & tropei venti vocãtur cũ e mari redeunt.

*Tropthalmo gemma quę in Sicyone nascitur. Corrige & lege triophthalmos. Cc.

¶ Tropus dici potest modus figura conuersio. Et diffinitur a Quinti. q̃ sit verbi vel sermonis a ꝓpria significatione ad aliã cũ virtute mutatio. Inde fit tropicus a,um. pro figuratiuo. Aug. Quod ea locutione dictũ quã græci dicunt hyperbolen quæ vtiq; tropica est non propria.

¶ Trophimus græce, latine alumnus dicitur.

¶ Tropologia, figurata locutio latine dicitur.

¶ Trossulum oppidum Thuciæ dictum q̃ sine pedibus adiumento equites cœpissent, a quo Trossuli dicti sunt eius incolæ. Trossuli enim dicebantur equites cum antea celeres a Celere Remi interfectore, postea Flexumines a flectendis animis quoniam iudices erant, siue a flectendis equis. Iuue. Quod ad equestrem ordinem pertinet antea trossulos vocabant, nunc equites vocant. ȣ Est & alia significatio quam Philippus Beroaldus bononiensis nunquam satis laudatus vt est vir ingenio & doctrina tam græca quam latina prestantissimus, quã deus Iupiter oro studiosis attulit, qua significatur. Trossulos dici delicatos obesos succulentos opimos quasi torosulos, a torosa. s. carne Hiero. contra Ioui. Vnius tantum philosophi excellentissimum posui vt formosuli nostri & trossuli & vix summis pedibus ad vmbrantes vestigia imirentur saltem gẽtilium parcitatem. Varro. Nunc emunt trossuli nardo nitidi vulgo attico talento equum.

ȣ Troximon, apud græcos προξιμον vuam edulis quæ cibaria a Plini. vocatur. Apud iurecon. troximos vuas esse quas non vini causa habemus. Paul. in pandectis. Qui fundum vẽdidit pomũ recepit nuces & ficos & vuas dũtaxat duracinas & purpureas, & q̃ eiusdẽ gẽris essent q̃s nõ vini cã haberemus q̃s græci troximos προξιμους appellarẽt recepta videri nunc προκαλια ξαφμματα ξασμουτις μος. Idem significat τραγημους q̃uis etiam ad alia pertinet.

¶ Trua, vasis genus a terendo dicitur quasi terua quã nos diminutiue trullã dicimus. Siue vt Var. docet a trauolando abiiciendove. q̃ per eam aqua trãsiatur.

¶ Trulla diminutiuum a trua. Var. Trulla ad similitudinem truæ, quæ q̃ magna & hæc pusilla, vt troula, hĩc græci trullam Trullæ quæ e colina in lauatrinam aquam fundum. Hĩc detrullare de q̃ alibi Fuit etiã trulla vas in quo ventris onus deponitur. Mar. Clinicus Herodes trullam subduxerit ægro Item capitur pro vase lato profundoq; quod in mensam inferri plærumq; solet. Quod licet potũ ineptum videatur tamẽ vsurpatum fuisse legimus. Hora. Qui velẽ tanum festis potare diebus Campana solitus trulla vappãq; profestis. Iuue. Si trulla inuerso crepitum dedit area fundo, vbi bibacem arguit q̃ in trulla bibat, ineptum q̃ crepitus inter bibendum edat. Plini. Sunt ergo vasa tantum corinthia quę isti elegantiores nunc æs sculpendo transferunt modo in lucernas, modo in trullas nullo mundiciarum despectu. Est & thrulla cum aspiratione Cæmentarij instrumentum quo fabri murarij tectoris linendis complanandisq; delutare solent, vt non solum parietes pulchritudinẽ accipiãt, sed & fortitudinem contra iniurias imbriũ & creberrimas tempestates Inde Trullissare apud Victruuium legitur. Scribunt quidam Trullam esse fœlicis Arabiæ portum.

¶ Trulleum vasis genus quo manus perluuntur simile trullę nisi q̃ latius erat. Var. de vi. pat. Itaq; ea sibi non ponere ac suspendere quæ vtilitas postularet trulleum matellionem, peluim nasiternam.

¶ Truo au is quæ alio nomine Onocrotalus dicitur. Cecil. Irides magnitudinem nasi proch dij immortales vnde processit truo.

¶ Trudo is, si, sum. proprie significat violentia quadam expello. Plau. in. Asi. Ille æcastor hinc trudetur. Aliquando trudere est obijcere, seu producere. Idem in epidi. Quæ te intemperiæ tenent? quas tu mihi tenebras trudis? Teren. in Andri. Fallacia alia aliam trudit, ĩsequitur. Huius composita sũt Abstrudo. Contrudo. Detrudo. Extrudo. Intrudo. Obstrudo, Obtrudo. & Retrudo quę habent primam ꝑdu.

¶ Trusatilis pe. cor. vt mola trusatilis. i. mola manuaria q̃ manibus trudatur. i. pellatur.

¶ Trux ferox crudelis a quo trucidãs crudelitas. * Et truculenter aduerbiũ i. crudeliter. Cc.

¶ Truculentus, qui vultu crudelitatẽ ꝓfert alios q̃ terret. Teren. in adel. Ego ille agręstis sęuus parcus tristis truculẽtus tenax. * Inde truculentia q̃ & truculentitas dicta est.

¶ Trucido as. pe. ꝑ. crudeliter neco. Lactã. li. i. Liberos populos aut trucidare aut subijcere seruituti. Ver. Fit via vi rapiũt aditus primosq; trucidant. Huius composita sunt obtrucido, quod est auide trucido. Retrucido iterum trucido. Liu. Offerre se corpora ira retrucidaret.

¶ Truncus pars arboris quæ ramis truncatis superstat. Colu. lib. iiij. vt ex his partibus trũci sumantur, quę & genitales sũt & maxime fertiles.

¶ Truncus a,um. quod est truncatum. Ouidi. Trunca manu. Colu. lib. iij. Cum deinde truncam reddideris, acuto ferramẽto plagam lenito.

¶ Trunco as. amputo. cuius composita sunt detrunco distrũco obtrũco pertrũco, q̃d est perfecte trunco. Plau. in cap. Arripuit gladiũ ptruncauit tribus tergoribus glandia. i. colla. Et a trũcus fit trũco, quia veteres plerũq; truncũ pro vno q̃q; genere interẽptũ dixerũt, vt inquit Ser.

¶ Trutina pe. cor. statera. Hora. Trutina ponderis eadem Virr. li. xi. Id autem ex trutinis quæ stateræ dicuntur licet considerare. Per translationem ponitur pro iudicio. Cice. libr. iij. de ora. Ea probando quæ non artificis sed populari quadã trutina examinantur. Cornutus tamen scribit trutinam foramẽ esse, intra quod est lingua bilãcis ad quod est examinatio, q̃d alij æquamentũ, alij libramẽtũ, alij æquilibrum vocant.

¶ Trutino as. pe. cor. examino pensiculo. Hie. ad Dama. Sine alij diserti, laudent vt volunt, & inflatis buccis verba spumãtia trutinent. Est & trutinor depo. Persi. Atq; exporrecto trutinantur verba labello. Apule. Trutinatam sententiam vocat grauem & recte examinatam.

T ante V

¶ Tuatim aduerbium significi. tuo more.

¶ Tuba instrumentum musicũ vulgo notum, a tubo canali fit dicta. Nam ex lignis tubæ fiunt & ex cornibus. Et quæ ex ære sunt, tubę ductiles appellantur. Quæ ex ligno vel cornu, ligneę vel corneę. Tuba vtuntur milites ad excitandos animos in prœliũ, hinc tubicen qui tuba canit. impropr.

¶ Tubilustrum, dictum q̃ eo die in atrio furorio sacrorum tubę lustrabantur.

¶ Tubus & diminutiuum Tubul⁹, canna seu physula maior fictilis, qua aqua deducitur. a tumore. Hinc etiam tubos viscerum dicimus. Tubulũ vocamus auenam quæ & Cicuta appellatur. Græce siphon. Hinc Iuue. tubum per quem vrina descendit siphonem vocat. Effigiemq; deæ longis siphonib⁹ implent Tubulos Paul. Iurecon. diffinit esse per quos paries calore torretur. Nõ erat tũc ignis vsus in cubiculis, nec ædes spiracula habebant vnde fumus exiret.

¶ Tuber. generis neu. genus cibi collectum ex tumẽtibus & quasi prẽgnantibus arenis, a tumore dictum. Puto id esse q̃d vulgo tartufus dicitur. Tubera enim vndiq; terra circundata nullisq; fibris nixa aut saltem capillamentis, nec vtiq; extuberante in quo gignuntur loco aut rimam ingerente, neq; ipsa terræ cohærent, nec etiam includũtur, vt plane nec terrama

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſſe poſſimus dicere, nec aliud quã terræ, callũ. Cum fuerit imbres autũnales ac tonitrua crebra naſcuntur & maxime e tonitribus nec vltra annum durant. Naſcuntur autem ex pituita arborum. Mart. Rumpimus altricem tenero de vertice terram Tubera boletis poma ſecunda ſumus. Suetoni. Subſtantiuum fecit & generis maſculi. Pridie quam periret cum oblatos tuberes ſeruari iuſſiſſet. Sunt etiam tuberes poma peregrina ex Africa in Italiam deportata. Mart. Non tibi de libycis tuberes & aporina ramis. Proprie tamen tumor quidam rotundus in quocumq; corpore. Vnde in facie & quacumq; corporis parte tubera dicuntur, ſiue per diminutionem Tuberculũ. In arboribus duricies illa extans ad nodi ſimilitudinẽ tuber dicit. Plini. Reperitur & in alno tuber, tanto deterius quãto ab acere alnus ipſa diſtat

¶ Tubero as. pe. cor. tubera facio. ſeu profero.

¶ Tuburcinor aris. raptim comedo. Tit. Tuburcinari ſine me vultis reliquias. Plautus in perſa. Tuburcinari de ſuo ſi quid eſt domi.

¶ Tucetæ cibaria cum carne, ſeu vt quidam interpretantur cibi regij.

¶ Tudertũ. & tuders tis. oppidũ in ducatu Spoletano Syrius lib. iij. Et gradiuicolã celſo de colle tudertem.

¶ Tudites pe. cor. mallei a tũdẽdo dicti. Vñ & cuidã cognomẽ Tuditano fuit q̃ caput malleo ſimile haberet.

¶ Tudicula inſtrumentũ ſiue ſtylũ q̃ vaſis ſigna ĩprimũtur. Quidã etiã accipiũt tudiculã p cocleari maiori q̃ ad carnes & iuſcula e cacabis extrahenda vtuntur.

¶ Tudiculo as. pe. cor. imprimo ac ſculpo. Et per translationẽ Tudiculare ponit p commouere. Var. Hęccine nobis carnis hanc mala tudiculaſſe vetulam.

¶ Tudito as. pe. cor. ſignificat lucri gratia negociũ agõ Enni. Nec tuditantes rẽ ceſſant extrinſecus vllam. Tractũ a fabris qui malleis ſępe percutiendo opera faciunt.

¶ Tueor. eris pro defendo ſecundæ coniugatio. eſt. a quo Tutus quamuis tuitus eius participium ſit quo vſum. Quintilianũ in decla. caeci legi. Tuitus ſum adoleſcentis miſerrimi cauſam Quem nemo imitatus eſt niſi Laurentius Valla. Qui in Raudenſem ſcribit. Quis narrat Verrem ſuperaſſe dacos? Tãtum. ſiciliam contra piratas fortiter tuitum eſſe accepimus. Hiero. ad Pamma. Quod leges publicæ, quod hoſtes tuent, quod inter bella & gladios ſanctum eſt, hoc nobis inter monachos & ſacerdotes Chriſti intutum fuit? Et quidem pro participio verbi tueor tuitus accipiendum cenſeo, non tutus & tuitio nomen verbale, non tutio. Aug. libro. iij. ciuita. dei. Nimis multos deos grandi fumo ſuo tanquam ſigno dato ad tuitionem congregauerat. Et ſimiliter in compoſitis. Intuitum non intutum. Non enim dicimus Tutus ſum illum, q̃pe cum magis nominis quam participij vim habeat. Licet actiuam & paſſiuam in ſe gerat ſignificationem, vt Valla docet, vt tutus portus, tuta vrbs q̃ tueatur alios non q̃ ab alijs defendatur. Tamen ſæpe paſſiue in hominibus, vt tutus ſum ab hoſtibus, q̃ munitus & ſine periculo ſum. Necvllum compoſitum habere legi in hac ſignificatione niſi contueor. q̃ vſus eſt. Cice. in Clodium. Videant hi qui illum Pompeii inimicũ ob eamq; cauſam tot tantiſq; ſceleribus contuebantur, & non nunquam eius indomitos furores plauſu etiam ſuo proſequebantur, quam ſe cito inuerterit. Tuor vero tueris pro video tertię coniugatio. eſt, & tria compoſita habet. Cõtuor Intuor & Obtuor, a quibus cõtutum intutum & obtutum fiunt infinita. Plau. in Aſi. At hercle ipſum adeo contuor quaſſantĩ capite incedit. Et iterum. Nam ego illud argentum tam paratũ filio ſcio eſſe quam me hunc ſcipionem contui. Et in muſt. Profecto nullam equidem illic cornicẽ intuor. At tu iſtac ad nos obtuere quoniam cornicem nequis conſpicari, ſivulturios fore duos poſſis contui. Cice. proſe ad quintes. Qui excellẽti tumulo ciuitatis ſedem capitolij in ſaxo incolitis conſtitutam vt non ſolum cunctam intui, ſed etiam tueri poſſitis ciuitatẽ Leo papa. Hanc deferendorum munerum ſeruauere rationẽ niſi q̃ præter illam ſtellę ſpecies quæ corporeum incitauit obtutũ. Ex his patet aliud Tutor, aliud Tuor ſignificare quod eſt cõtra Priſcia. Quia Tuor ſemper pro video capitur ſicut Contuor & Intuor indicant, Tueor vero Pro defendo. licet quandoq; pro video capitur. Lactan. lib. vi. Si hac de cauſa ſunt homines congregati, vt mutuis auxilijs imbecillitatem ſuã tuerentur. i. defenderent. Vergi. pro video poſuit. cum lib. iij. ait Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur. i. huc illuc voluens oculos. Et in hoc ſignificato tantum habet intueor. Sal. in Iur. Præterea noſtrę pręclaros viros ciuitatis ſolitos ita dicere cũ maiorum imagines intuerentur ſibi animum ad virtutem accendi. Item Contueor, cum tamen Contuor ſit in eodem ſignificato, quod contui infinitum facit, vt ſupra ĩ Plauto oſtẽſum eſt. Cice. vero contueri dixit lib. primo tuſ. Quod tandẽ ſpectaculum fore putamus cum totam terram contueri licebit? Quintili. & Plautus ipſo verbo vſus eſt in capt. Vidẽ tu hunc quam ininimico vultu contuetur? Illud vero Tutus q̃ Valla vſus eſt a tueor pro defendo ſumendum puto, ſicut & obtuitus pro aſpectus ab obtueor. Cice. lib. i. officio. Ex oculorum obtuitu, ex eleuatione aut remiſſione ſuperciliorum. Tuor igitur Contuor intuor & ſi qua alia forte reperiantur, a tuor compoſita iam pene obſoleta ſunt, forteſſe q̃ priſca ſũt nimis, vel non adeo plena, ſicut tueor cum compoſitis. Idcirco pro eis Tueor Contueor & intueor in ſignificatione videndi ſupplere videmus.

¶ Tugurium dictum eſt quaſi tegurium a tegendo e in u mutata ruſtica habitatio tecta ex vlua paluſtri. Et tugurij appellatione omne ædificium quod rei ruſticæ magis cuſtodiendæ conuenit, quam vrbanis edibus, ſignatur. Quæ autem ita ędificantur, vt nec parietem habeant, nec luto cruſtata ſint, ſed ſtramentis vel harundinibus aliove ſimili genere teguntur. Tuguria appellant.

¶ Tuguriolum cum accentu in antepe paruum tugurium. Qd ſi anguſtũ ſit gurguſium nominat a Gurgulione verme.

¶ Tulit modo attulit ſignificat. Terent. in Andri. Nam ſi illum obiurges qvitę auxilĩ tulit quid faciasilli qui dederit dãnum aut malum? Modo pertulit. Vergi. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorebus. Modo ſuſtulit. Vide in dictione Fero.

¶ Tum vide in dictione Cum. Tũ demũ. i. nouiſſime. Verg. lib. xij. Tum demum mouit arma deo.

¶ Tumba locus concauus infra terrã. Vnde & pro ſepulchro poni conſueuit.

¶ Tumeo es ui. inflor a quo tumeſco tumidus fio. Verg. lib. i. georgi. Continuo ventis ſurgentibus aut freta ponti. Incipiunt agitata tumeſcere. Hinc Contumeſco, Extumeſco, & Intumeſco. Aug. videt in ea contumeſcentes venas in gutture. Plaut. in tru. Equidem veteri illi quod ſciam nunquam extumuere, quaſi extra vel valde tumuere. Lactan. lib. iiij. Sine vllo attactu viri repẽte veterus intumuit. A tumeo fit cõtumax aquo Contumacia.

¶ Tumor inflato. per translationem ponitur pro ſuperbia. tumidus inflatus.

¶ Tumulus. terra tumens. i. collis. Verg. lib. ij. Eſt vrbs egreſſis tumulus. Alicũ dicit ſepulchrũ quia ibi coaceruari terra conſueuit. Idem li. iij. O fœlix vna ante alias priameia virgo Hoſtilẽ ad tumulũ Troię ſub mœnibus altis iuſſa mori.

¶ Tumulo as. ſepelio. tumulũ facio. Vñ & Attumulo quod eſt quaſi iuxta tumulũ facio. Pli. li. xix. Dein ſi terrã fugientes coliculos feces, a terraq; p̃ceritate luxurioſa attollentes ſe exaggerando aliam atq; aliam tumules.

¶ Tumultus vt auctor eſt Hiero. vox plurimorum eſt, & nimiæ multitudinis clamor & pariter emiſſus. Cic. Quid aliud eſt tumultus niſi perturbatio tanta vt maior timor oriat? vnde eſt nomẽ ductũ tumultus quaſi timor multus. Itaq; maiores nri tumultũ noĩabant. Tumultũ gallicũ q̃ erat Italię finitimũ p̃terea nullũ tumultũ noĩabant.

¶ Tumultuoſus q̃ turbas excitare ſolitus eſt.

¶ Tumultuo as. in perturbatione eſſe.

¶ Tumultuarius a, um. quod ſine præmeditatione factum eſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vnde tumultuaria oratio dicitur.

¶ Tunc aduerbium temporis significat eo tẽpore. Et de omnibus temporibus dr. De præterito. Verg. tũc decuit cum sceptra dabas. De præsenti. Plau. Tunc ad eam accedo cum potes. De futuro. Idem. Ego tunc adero cum tui videndi mihi copia erit. Additur quandoq; temporis. vt apud Justi. Tũc temporis persarum Cambysi mediocri viro.

¶ Tundo is, tutudi tunsum fecundum Priscianum licet eius composita ipsum non habeant, vt obtundo obtudi obtusum. Vergi. lib. iiij. Georg. Profuit & tunsum gallæ admiscere sapori. Pli. tñ. lib. xxi. tusum sine n, posuit. Hæc tusa cribrataq; vino q̃tum possit excellenti. Diome. docet habere duplex præteritum & duplex supinum, scilicet tutudi, tusum & tunsi tunsum. Significatq; tundere percutere pulsare, & in vase aliquo quippiam comminuere. Plaut. in Asi. Sed quid hoc opicus vinum tundit? Columel. lib. ij. Ipsę autem spicæ melius fustibus tunduntur. Et li. vij. Quibus in vnum tunsis. Refertur interdum ad verba. Teren. in Hecy. Tũdẽdo atq; odio effecit senex id est sępe dicendo siue iterando. Et est translatio sũpta malleo fabrorũ sępe percutiente. Huius composita sunt Contundo, Extundo, Obtundo, Pertũdo valde percutio, aut percutiendo frango. Colum. lib. vij. Si forte sarculum calcaverit aut acuta tecta vel lapide vngulam pertuderit. Idem libro nono. Sæpe euenit vt aluus exitum non habeat. Itaq; pinna pertunditur, & iter digestis cibis. præbetur. Hinc pertusa vasa dicimus quæ non sunt integra. Protundo vltra tundo, frãgo Gelli. li. i. Haustri vero & africi ad meridianũ orbis circulũ & ad partem axis infimam depressi inferiores & humiles per suprema æquoris euntis protundunt magis fluctus quã eruũt. Retundo repercutio, rursus frango, hebetem facio redarguo. Lactan. li. iij. Cum fortiter inimicorum impetus retudisset. Et libro. iiij. Necesse est veram esse hanc religionem quæ & rationem dæmonum nouit & astutiam intelligit quæ vim retundit id est confringit. Colu. lib. quinto. Quod euenit in retuso & crasso ferramento.

¶ Tunetum siue vt quidam dicunt Tunitium. Scipionis tempore tumulus erat editior, vnde Scipio spectauit Carchedonios ad Romanam classem exurendam proficiscentes, nostra tẽpestate regis libyci ciuitas metropolis est in qua veluti ampliore & magnificentiore cõsueuit habitare, & Tunisæus rex appellatur. Tunetum non sane ob hanc causam habitarunt q̃ Carthagine carerent a Scipione diruta, cum denuo amplificata surrexerit, ex qua velut ex equo troiano manarunt literarum proceres. Ad cuius celeberrimum gymnasium. Au. se profitetur contendisse. Hanc Eutrop. lib. iiij. continuis. xvi. diebus arsisse perhibet. Hæc septingentesimo anno. posiquam condita erat deleta est. Hæc vt idem auctor ait. L. Cæcilio metello & Tito flaminio consulibus in Africa iussu senatus reparata est, quæ nunc manet annis. xxij. euolutis postquam a Scipione fuerat euersa. Abest Tunetum a Carthagine. xij. milia fere passuum. A tuneto, Tunetæi dicti sunt quos Sidonius Tunisæos appellat.

¶ Tunica vestis erat apud romanos breuior & sine manicis quę proprie viris cõueniebat. Longas vero tunicas fœminis conuenire existimabant. Verg. Et tunicę manicas & habẽre dimicula mitrę. Plau. Manuleatã tunicã habere hoiem decet. Dicta est autẽ tunica a tuendo corpore.

¶ Tunico as. pe cor. tunica induo. Var. Hæclanigeras detunderi docuit tunicare q̃ homulũ. Vnde Tunicati dicuntur tunicas vestiti. Et aliquando etiam expediti & nullam aliam supra tunicam vestem habentes quales nobiles incedere solent cum tuti sunt. Iuue. Tunicati fuscina gracchi. Ad oppulentiã latinę linguę augendũ nihil impedit. vt ait Pris. formare verba Tunico tunicor tunicatus.

¶ Turba & Rixa idẽ significant. Est enim turba perturbatio. Vlp. Turbam appellatã esse Labeo ait ex genere tumultus. Si duo rixam cõmiserint vtiq; nõ accipim⁹ in turba id factũ, qa duo turbanon ,ppríe dicunt. Si vero fuerint decem aut quindecim homines ,turba dicetur. Turba ergo multitudinis ,rixa duorũ. Sed quia multitudo fere non vacat perturbatione factũ est, vt eã q̃q; appellem⁹ turbã. Cic. Cecinæ. Exponerẽ etiã quẽadmodũ hic & quãta in turba viueremus. Teren. Dij vestrã fidẽ quid turbæ est apud forũ.

¶ Turbella diminutiuum parua turba. Plau. Hanc mihi ancilla turbellam fecit.

¶ Turbidus conturbatus, cõfusus nõ clarus, tumẽs. Hora. lib. car. Qui vidit mare turbidum.

¶ Turbulentus cõmot⁹, irat⁹, turbid⁹, contentione plenus.

* Turbasis lapis spumę candidę nitentisq; nõ tñ translucẽtis alij stibiam vocant. Cc.

¶ Turbo as. confundo commoueo. Plau. in capti. Adueniens turbauit totum cum carne carnarium. id est commouit. Terẽtius in Eunuc. Nescio quid ,pfecto absente nobis turbatũ est domi. id est innouatum, Huius composita sunt. Conturbo. Terenti. in Eun. Neq; ædepol quid nunc consilij capiam scio, ita conturbasti mihi rationes omnes, vt eam non possim suis ita vt æquum fuerat atq; vt studui tradere. Deturbo deorsũ velociter dejcio. Exturbo eloco ejcio, extra turbo, expello. Plautus in Gurgu. Si recte facias prædrome auscultes mihi, atque istam exturbes ex animo ægritudinem. Columella libro nono. Et in tranquillo consistens piscis sedibus suis non exturbatur. Disturbo varie turbo, seu dissipando dejcio. Terenti⁹ in Andria. Ne esset nobis spatium ad disturbandas nuptias. Quinti. Nõ enim discussos alicuius operis angulos aut disturbatos parietes objcimus. Interturbo. Obturbo abomni parte turbo. Terentius i Andri. Ita ne vero obturbat? Perturbo valde turbo.

¶ Turbo turbinis ventus cum frigore maximo obiecta' q̃q; deturbans prosternensq; ex depressæ nubis specu. Vergili. Et terras turbine versat. Est & turbo genus instrumenti lusorij pueros maxime delectans. a cuius fastigata & præacuta cuspide fit turbino as. Tibullus. Namq; agor vt per plana citus sola verbere turbo Quem celer assueta versat ab arte puer. Item vasculi genus quo pruna & cotana inter saturnalia xeniola missitabantur, cuius effigies turbinis, in imo angustissima erat, in summo latissima qualis est figura pirorum. Itẽ turbo dicitur quicquid forma acuta est. Pli. de Aloe. Inturbinib⁹ cadorum. Oui. Caua buccina sumitur illi tortilis in latum quæ turbine crescit ab imo.

¶ Turbistũ medicamentũ est cogens sorbere, & ,p colore tinctura etiam capitur. Cc.

¶ Turbo onis. ,pprij nomẽ gladiatoris. Hora. li. ij. Ser. Corpore maiorẽ rides turbonis in armis.

ϑ Turbulento, as. exagito perturbo. Apulei. Me strepitu turbulentauit.

¶ Turbino as. pe cor. acutum facio. Plini. li. xxxvii. Siquidem & colore translucido non differt, & laterum sex anguli lęuore turbinatus in mucronem, aut duabus contrariis partibus quę magis miremur, vt si duo turbines latissimis suis partibus iũgantur, magnitudine etiam auellani nuclei. Idem. turbinatior pyris figura q̃ malis.

¶ Turci populi. Vide in dict. Thussagetæ.

¶ Turd⁹ auis nota. & inter primas a saporis bonitate collocata. Hora. Nil melius turdo vuluanil dulcius ampla. Turdarij locus q̃ turdi alũtur ad saginam.

¶ Turduli populi hispanię ei⁹ quã bęthycã. nũc Granatã vocant. Et ab incolis Turdetania dr. Hi etiã turdetani appellant q̃ius sint q̃ eos diuersos asserant.

¶ Turgeo es, tursi inflor. Verg. Torrida iã lęto turgẽt in palmite gẽmę. Huius cõposita sũt. Deturgeo q̃d est cõtrarij suo simplici. Signifi. ei decresco. Pli. Deturgẽte nilo musculi reperiuntur. Obturgeo, circũturgeo Lucil. Obtursi ebrius a turgeo fit turgesco. Persi. Nõ equidẽ hoc studeo bullatis vt mihi nugis Pagina turgescat dare pondus idonea.

¶ Turgidus inflatus, tumens. Aug. li. iii. con. per translationẽ dixit. Ego dedignabar esse cum paruulis, & turgidus fastu mihi grandis videbar. Hinc fit diminutiuum Turgidulus. Catul. Flendo turgiduli rubent ocelli.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Turiones, dicũtur teneritates arborum vel arbuſtorum.

¶ Turia, nomen fluuĩ, ſecũdũ aliquos generis maſ. ſecũm Priſcia. & Aug. gene. neu. Vide in dictione Duria.

¶ Turris. a terrendis hoſtibus dicta eſt ſicut arx ab arcendis. Vel ꝙ aſpectu torua ſit hoc eſt terribilis. Fiunt etiam turres ambulatoriæ. de quibus Vege. lib. iiij. hęc ſcribit. Turres dicũtur machinamenta ad ædificiorum ſpeciẽ tabulis tabulatiſq; compacta. Et ne tm̃ opus hoſtili concremetur incendio diligentiſſime ex crudis coriis vel centonibus communitur quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nã interdũ trice nos pedes per quadrum, interdum quadragenos vel quinquagenos laræ ſunt proceritas autem ipſarum tanta fit vt non ſolum muros ſed etiam turres lapideas altitudine ſuperent. His plures rotæ mechanica arte ſubduntur quarum lapſu vo lubili magnitudo tam alta moueatur. Præſens autem periculum ciuitatis eſt, ſi ad murum fuerit turris admota, Plures enĩ accipit ſcalas & diuerſo genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietem cuius impetu deſtruit muros. Circa mediam vero accipit pontem factum de duabus trabibus ſeptũq; de vimine, quem ſubito prolatum inter turrẽ murũq; conſtituũt, & per eũ egredientes de machina bellatores inciuitatem tranſeunt, & occupant muros. In ſuperioribus autẽ turris illius partibus conati & ſagittarĩ callocantur qui defenſores vrbis ex alto cõtis ſaxis miſſilibuſq; proſternant.

¶ Turritus a, um. altus & excælſus. vt domus turrita. id eſt alta & ſublimis & ad turris ſimilitudinem facta aliquando. Turritus dicitur turribus plenus. Vñ & turritæ vrbes. Et mater deum cognominatur turrita quia terra eſt quæ vrbes ſuſtinet Vergili. Qualis berecynthia mater læta deum partu phrygias turrita per vrbes

¶ Turriger gerens turres. Plin. Sed turrigeros elephantorum miramur humeros.

¶ Turricula diminutiuum parua turris. Eſt & vaſculi genus a turris ſimilitudine, quo iactari tali ludendo ſolent. Eadẽ pyrgus & orca dicitur.

⁎ Turricula diminuti. a turris quod modo paruã turrim ſignificat. modo vaſculum a turris ſimilitudine ita dictum, quo iactari tali ſolebant. Cc.

¶ Turarius vicus Romæ Aſco. Signũ Vertũni in vltimo vico turario eſt ſub baſilica ſe flectẽtibus.

¶ Turma ordo militaris & equitum eſt dicta quaſi tardena ꝙ terdeni equites ex tribus tribubus. Tatienſium Ramnenſiũ & Lucerum fiebant. Conſtabat enim ex triginta duobus equitibus, & quilli præerat, decurio dicebatur. vt Varro. & Vege. tradiderunt. Vel dicitur quaſi terma. e in u mutata. Vel per onomatopeiam a ſtrepitu vngularum equinarum terrã pulſantium. vel a terenda terra.

¶ Turmales dicti qui in turma ſunt. Turmatim aduerbium per turmas.

¶ Turnus nomẽ viri propriũ apud Verg. Eſt & nomẽ piſcis paluſtris, & nomen fluuĩ.

¶ Turtur pro aue ge. tã maſc. q̃ fœ. Plau. Obuſtos turtures tibi. Verg. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. Pro piſce eſt ge. maſc. q alio nõie paſtinaca & Trygon a grẽcis dr̃. In huius cauda ſtat radius p̃ſentiſſimi veneni Auſo. Letaliſq; trygon & bina trygoria corui.

ð Turunda panificia & bucceæ q̃b⁹ farciũt altilia ad ſaginam. Var. Gallinas farciũt turũdis ordeacijs. Apud Cato. ſignifi. lineamentũ illud ex filis q̃d in vlcus inmitti, a medico ſolet ait. enĩ Et ſi phyſtula erit & turũdã nõ recipiet. Alias apud Cato. ſignifi. id q̃d grẽce ψῶμον appellant quaſi buccea, ſiue bol⁹ dicatur, quẽ nutrices ingerunt infantibus.

¶ Turpis deformis eſt enĩ contrariũ pulchro. Transfertur etiã ad aĩm vt turpe eſt doctori cũ culpa redarguit ipſũ Interdum ponit p̃ magno. Verg. Forma bouis cui turpe caput cui plurima ceruix. Idem Et turpes paſcit ſub gurgite phocas. Item pro crudeli, vt ſemper apud Saluſtiũ.

¶ Tus incenſum libamẽ q̃ deũ veneramur, a tundẽdis glebis qa glebæ tunduntur cũ quib⁹ fluẽs ex arbotib⁹ coaleſcit aucto ribus Priſcia. & Var. & Seruio. ſuper primũ Ge. Alĩ cũ h̃ſcribũt ἀπό τοῦ θύω derituantes q̃d eſt ſacrifico. Naſcitur in fœlici Arabia, & duplici videmia colligit̃, quarũ priorẽ circa canis ortũ. Secũda eſt verno tp̃e. Incidit̃ enĩ cortex arboris turrifer̃ qua maxĩe videt̃ eſſe p̃gnans, & vbi tenuiſſim⁹ tendit̃ cortex Laxatur hinc plaga, inde profilit̃ ſpũma piguis, q̃ cõcreta denſatur. Probatur tus candore, amplitudine, fragilitate, carbone, vt ſtatim ardeat, & frietur potiuſq̃ dentẽ recipiat. Quidã tus nabathæum vocant ꝙ nabathæa regio eſt ab Arabia incipiens. Huius arbor Libanorus dr̃.

¶ Tureus a, um. Col. li. iiij. Iam tureã plantã mature ampliatã florenteſq; hortos myrrha & croco.

¶ Turribulum vas quo tus adoletur.

¶ Turrifico as. ture ſuffio.

¶ Tuſculum diminut. a tus. Plau. in Aul. Hoc tuſculũ emi, & haſce coronas floreas. Et Tuſculũ oppidũ latĩ ſic appellatum ꝙ aditũ difficilẽ habeat q̃ſi τοσκύλον hoc eſt fatigans, vexãs quoniã in prælto arcq; arduo mõte erat ſitũ. Hĩc tuſculani homines, & tuſculanus ager Hæc ciuitas a Telegono Vlyſſis & Circes filio fundata eſt qui per ignorantiã patrẽ occidit. Ex tuſculo Cato Cenſorius ortũ habuit.

¶ Tuſcia Italiæ regio celebris a ſacrificijs. vt quidam arbitrantur dicta. Græci enim θύειν ſacrificare dicunt, vel a ture q̃ maxime in ſacrificijs vtimur. Vel a tuſculo Herculis filio q̃d veteres grãmatici probant. Vnde & ſine h ab eis ſcribitur. Hęc tyrrhenia dicta fuit a tyrrheno Athys filio, qui e Mœonia diſcedens in Italiam venit, & eam partem occupauit quæ ad mare inferum ſita eſt, quod & tyrrhenũ dicitur. Hęc a liguribus romaniſq; finibus contingitur iugis inacceſſis & difficilibus referta. Eius fines Macra & tyberis amnes centum & ſeptuaginta quatuor. M. inter ſe diſtantes. In ea ſcientia faciendorũ ſacrorum ita floruit, vt Romani qui non ſeruandæ tãtum, ſed etiã amplificandæ religionis cupiditate incendebantur decẽ principum filios ſenatuſconſulto ſingulis tuſciæ populis percipiendæ ſacrorum diſciplinæ gratia traderent Longior eſt ea ꝓuincia q̃ lata ab orientali plaga in occidentalem porrigit̃. Nã ſi ab aquilonari in hauſtralem perambulemus arctis finibus contẽta eſt, ab occidẽte qua liguriæ ꝓxima eſt habet Piſas Senas & Lucam Florentiã incly tas ciuitates. Ad ſeptẽtrionẽ habet vrbem veterem. In meridionali vero litore Piſaurũ, aretium, & Aſiſſum Et tyber romanus inde labit̃ ex apẽnino effluens ſeptẽtrionalis regio eũ Flaminia iungitur.

¶ Tuſcus nomen poſſeſſiuum a tuſcia. Vide tuſci, qui tuſciã habitant.

¶ Tuſcus vicus Romæ, in quo habitauerunt tuſci a Porſena ex obſidione relicti, de quo Horatius in ſermo. At tuſci turba impia vici.

¶ Tuſcania oppidum tuſciæ prope tarquinios, a quo tuſcanenſes.

⁎ Tuſcicula parua tuſſis. Cc.

¶ Tuſſis quę gignitur, vel ex frigore, vel ex pituita in pulmonem deſcendente. Quæ ſi cõtinue vexet a Seneca pertuſſis nũcupatur. ð Eſt enim cõtinẽs tuſſis & inueterata quæ vix vnq̃ eliditur, ex qua multi cõficiũtur.

ð Tuſſedo, idem quod tuſſis. Apule. Aſſiduo pulſu tuſſedinis hiulci pectora.

¶ Tuſſio is tuſſitum. Plautus in Aſi. Forte ſi tuſſire occœperit ſic tuſſiat, vt cuiquam linguam in tuſſiendo non proferat. Plini. lib. xx. Semen eorum cum cumino tritũ potumq; in vino tuſſientibus auxiliatur.

¶ Tuſſilago hęrba q̃ tuſſim ſedat.

¶ Tute tu ipſe, a tu formarur per epentheſim. te correpta. Nãte magis additio eſt quam compoſitio, additurq; dũtaxat nomiatiuo nõ etiã alijs caſib⁹. Et hoc fit cũ ꝓnomẽ ad eã reuocatur p̃ſonã a qua ſmnitur, vt cũ dico, tu lege, ille reſpõdeat, Cur tute non legis?.

¶ Tutus a, um. & actiuam & paſſiuam ſignificationẽ habet ut tuta vrbs quæ nos defendit. tutus ſum ab hoſtibus. i. munit⁹ & ſine periculo ſũ. De hoc vide in dictio de Securus. Huius

&

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cõpositum est intutus de quo alibi.
¶ Tuto aduerbium significat. sine periculo.
¶ Tuto as. protego, defendo. Plau. in merca. Inuocovos lares diales vt me tutetis. Hiero. in lib. sap. Et a seductoribus tutauit illum. Tutor aris, depon. q̃d Prisci. docet esse cõe. Hora. in epi. Res Italas armis tuteris, moribus ornes.
¶ Tutor nomen verbale, quo is significatur qui vim ac potestatẽ habet in capite libero ad tutandũ eũ qui se per ætatem nondũ tueri põt. Hæc autẽ ætas secũdm iurisc̃onsultos est vsq; ad pubertatẽ. i. ad xiiij. annũ. Nã inde vsq; ad xxv. dãtur curatores, qui etiã furiosis & mente capitis dare solent.
¶ Tutela ipsa potest as a iure ciuili data ac permissa ex qua ipi tutores nomẽ acceperũt, quasi tuitores atq; defensores, sicut æditui qui ædes tuentur.
¶ Tutelaris diuus quem aduocatum dicimus.
¶ Tutorius a, um. quod ad tutorem pertinet
¶ Tutanus pe. pro. deus qui hoies tueri putabat. Var. tutanũ deũ rom̃ oẽs qui laborant inuocant.
¶ Tutilina dea. Idẽ. Tuã fidẽ tutilina inuoco q̃ adesse mortalibus soles. Hanc Aug. lib. iiij. ci. de. p̃esse frumẽtis collectis atq; reconditis scribit, vt tuto seruarentur.
¶ Tutulus ornamentũ capitis flaminicarum, & vitta purpurea innexa crinibus & in altitudinem erecta, q̃ per eam flaminica a cæteris mulieribus discernebatur.

T ante y

¶ Tyana græca ciuitas. a qua tyaneus dictus est Apollonius philosophus.
¶ Tyber eris, & tybris is. fluuius Italiæ, e media fere longitudine Apennini Aretinorum finibus defluens duobus & quadraginta fluuijs augetur prima ab aquarum colore Albula dictus. Deinde tyberis appellatus. vel a rege Tuscorum huius nominis qui pyraticam exercens iuxta cum in bello perijt. Quod etiam sensisse videtur Verg. cum inquit. Asperq; immani corpore tybris. A q̃ post Itali fluuiũ cognomine tybrim Diximus, amisit verum vetus albula nomẽ. Ouid. lib. ij. fasto. Albula quem tyberim mersus tyberinus in vndis Reddidit hibernis forte tumebat aquis. Sunt qui hoc nomen trahant a græco ὕβρις quæ est iniuria. Aiunt enim hunc eundem tuscorum regem circa huius fluuij ripas latrocinari consueuisse qui transeũtes crebris afficiebat iurijs, ex quo tybrim cognominarum fuisse asserunt, quasi esset fluuius ὕβρεως id est iniuriæ. Ex qua ratione cum ὕβρις aspiretur, tybrim quoq; cum aspiratione annotari volunt. Alij volunt eos qui de Sicilia venerunt tybrim dixisse ad similitudinem fossæ syracusanæ, quam fecerunt Afri & Athenienses iuxta ciuitatis murum. Nam quod Liui. dicit ab Albano rege tybrim dictum nõ procedit quia etiam ante Albam tybris dictus inuenitur. Sciendum est secundum Ser. q̃ hic fluuius in sqcris tyberinus dicitur. In cõnolexia. i. in communi sermone tyberis. & in poemate tybris. A tyberis fit tyberinus a, um. vt pisces tyberinus & tyberina ostia. transi tyberim, transi tyberinus.
¶ Tybur siue tyburtum vrbs ad sextũ decimũ lapidem distãs ab vrbe roma. Hanc Cato solinus & alij quidam a Catyllo arcade classis Euandri p̃fecto conditam scribunt. Plinius vero tyburis ipsius originem antiquiorem esse docet quam vrbis rom̃, & extare adhuc tp̃e suo memoriã silices tres ætiã tyburto eiꝰ vrbis cõditore vetustiores, apud quas inauguratus traditur fuisse tyburtus dum vrbem esset conditurus. Sextiꝰ græcus hisiorteus sic habet. Catyllus Amphiarai filius fuit. Hic post p̃digialem patris apud thebas ante Iliachum bellum intentum iussu dei cũ oĩ suorum cœtu & sacris missis tris liberos in Italia procreauit Tyburtum Coracem & Catyllũ qui expulsis ex oppido haud lõge ab vrbe roma posito veteribꝰ sicanis a nomine tyburti maximi filij oppidum vocauerunt. Pr. scia. tñ cũ i. latino scribit.
¶ Tyburs tyburtis generis omnis vel hic & hæc tyburtis, & hoc tyburte, quod est ex tybure. Sueto. Inchoauit autem aquæ ductum regione tyburti. Horatius Picœnis cedunt pomis tyburtia succo.
¶ Tyburtinus a, um. pe. pro. q̃d est ex tyburto.
¶ Tycha fuit (Hesiodo teste) nympha filia Oceani & tethyos.
¶ Tydeus cum accentu in prima fuit filius Oenei regis Calydoniæ & Euriboeæ vir fortissimus qui thebanos omnes ad quodlibet certaminis genus vicit. Inde fit patronymicum Tytides. Nam Diomedes Tytides dictus est qui fuit filius Tydæi.
* Tylus vermiculus est pluribus pedibus coloie fusco sub lapidibus aut figulinis vasis viuens, qui tactus se arcuat atq; in globum contrahit ad similitudinem paruæ pilæ. Cc.
¶ Tymœtes fui regis Priami filius.
¶ Tympanum instrumentum ex vna parte planum membrana clausum, intꝰ vacuum, quod baculo pulsatur. Eo vtiso lebant in sacrificio matris deum. Est & tympanum vehiculũ tectum, vt inquit Serui. siue vt aliqui putant testudo supra radios. Radij dicuntur in media parte rotarum. Verg. Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris. Item tympanum accipitur pro machina tractoria, quæ rota vocatur, vt Vict. ait ad hauriẽdum aquam celeritate, quod hominibus calcantibꝰ versatur ad irrigandos hortos & salinas vtile. Plin. lib. xxxiij. accipit pro vase escario.
¶ Tympanista, qui tympana pulsat, tympanistria vero mulier tympanum pulsans. Sido. libro primo epistolarum tympanistria psaltria canit.
¶ Tympanizo as. tympana pulso. Sue. de Augusti. Et assensu maximo comprobauit versum in scæna pronuntiatũ de Gallo matris deum tympanizante, videsne vt cinœdus orbẽ digito temperet.
¶ Tympanites pe. pro. genus hydropisis est.
¶ Tymber nomen viri, & nomen fluminis.
¶ Tymbra troadis campus, per quem fluit tymber fluuius in scamandrum. Ibi & templum tymbrei Apollinis ẽ. At thymbra cum h hẽrba aromatica. Verg. lib. iij. Geor. Grauiter spirãtis copia thymbrę. *Tymolus vide tmolus.
¶ Tyndarus fuit œbaliæ rex pater Castoris & Pollucis Clytemnestræ & Helenæ. Hinc tyndarides & tyndaris patronymica.
ð Tymphei, Ætholiæ thesprotiæue populi vbi, & perrhoebi sunt, a quibus tympheticum ac tymphaicum, gypsum. Est & ibi mons tympheten, siue tymphæ, oppidum quoque tymphea.
¶ Typhon onis. & typhos & typhoeus ei dictio trisyllaba eu dipht. in vltima habens. Inde typhois idis. vnus e gigantibus, terræ & Titani filius, prima corripitur. Sene. Non tam ferum typhonem neglecto Ioue irata tellus edidit quondam parẽs. Lucanus. Conditus in arimes æterna mole typhoeus. Quando vero deriuatiuum est diuisa diph. pronuntiat. Ver. Nate, patris summi qui tela typhoea temnis. Est & typhonius tus turbulentus a typhone dictus, & capitur pro fulgure. Typhonas etiam vocãt fumigantes globos & figuras quasdam nubium metuendas & ibi prima producitur.
¶ Typus latine dici potest figura, adumbratio, exemplar. Hinc protypa dicta sunt opera quæ ante typos facta sunt. Ectypa, quæ ex ipsis sunt formata. Archetypus prima & principalis forma. Plinius Diburtades primus personas regularum ex tremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocauit postea idem ectypa fecit
¶ Tyrannus per duplex nn. apud veteres in bonam partem dicebatur dominus qui plenam habebat in subditos potestatem. Vnde Trogo teste. Quęque ciuitas & gens rerum pub. imperium ab initio penes reges habebat, quos ad huiusmodi fastigium maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat, qui & tyranni ob fortitudinem vocabantur. Vnde Vergilius. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Sed crescente malitia cum superbe reges regnare cœpissent, tyranni nomen ad illos solũ restrictũ est qui per insolentiam imperij viribus abutebantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quidam etiam tyrannos dici putant a Tyrrheniæ gentis p̃cipua crudelitate.

¶ Tyrannis idis. ſęuum ac uiolentum imperium. Iuue. Quid Nero tam ſęua crudaq; tyrannide fecit.

¶ Tyrannicus ca, cum. quod eſt tyrāni. Tyrannice crudeliter, violenter.

¶ Tyrannoctonus latine dicitur tyrannicida, qui tyrannum occidit, ab tyranno & κτείνω interficio quem an liceat interfici legatur. Cicer. lib. iij. officio. nam nomen ipſum declarat quid mereatur cum a tyrānis ſuperbiſſime & iniquiſſime dominantibus ſit deductum, uel a uerbo per methateſin literarum, quod ſignificat lacero, tero, interimo. De bonis non loquimur ſi reperiantur.

⁂ Tyrins & vrbs & fluuius eſt diuerſo tamen genere. fœminige. vrbs Achaiæ. inde Tyrinthius heros. i. Hercules. Aliq̃ hęc tyrinthis dicunt alį hęc tyrintha. Cc.

¶ Tyros quondam vrbs phœniciæ quæ eſt in ſyria. Iulius Pollux li. i. τύριοι λέγουσιμ ὡς ἡρακλῆς ἡράσθη νύμφης ἐπὶ τῳρίου. τύρος δ' ἐκλήθη τῆ νύμφη τοὔνομα εἴπετο λέξαι τῶν ἡρακλεῖ καὶ κύνων κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον. ⁂ Id eſt Tyrii aiunt vt Hercules adamauit nympham epitorii filiam. Tyros vero erat nomen nymphæ, ſequebatur autem vtique Hercules & canis ſecundum antiquum morem. Ideo tyrus dicta eſt. Quo etiam nomine dicta eſt inſula Alexandri magni operibus continenti annexa clara vrbibus Lepti Vtica Gadibus & Carthagine. nunc omnis eius nobilitas conchylio & purpura conſtat, olim Sarra nuncupata, vt ait Gellius. Vnde ſarranum oſtrum dicitur, & oſtrum tyrium, & purpuram tyriam dicimus. Phœnices accolę fuerunt maris rubri dicti a palma, cuius regio plena erat. Palma enim phœnix dicitur. Hinc terræmotu pulſi in maritimam ſyriæ ſe contulere, condita vrbe Sidonem a piſce appellarunt. Eam ſyrii vocabant ſarram. lingua ſyra piſcis ſear dicitur. Poſtea cōdidere tyrum in ipſo mari propter merces. Tyros etiam græce latine caſeus.

⁂ Tyrus oppidum eſt in ripis phaſidos fluuii. Cc.

¶ Tyrius a, um. quod eſt e tyro inſula. Et ponitur ꝓ purpureo Tibul. Quid tyrio recubare toro.

¶ Tyriāthina veſtis violacea purpurea, ab Ianthino, id eſt violaceo colore & tyrio, hoc eſt purpureo.

♁ Tyrotarichus genus obſonii ex caſeo ſalſamentiſq; confecti τυρός enim caſeus ταρίχος ſalſamentum. Cice. ad pœtum. Et ad Atticum. Tyrotarichus, & patina Tyrotarichi.

♁ Tyrocneſtis, inſtrumentum coquinatoriū, quo foraminato caſeus diſteritur minutatim.

¶ Tyrus nomen propriū paſtoris, cui vt ait Verg. Regia parent armenta, & late cuſtodia credita campi.

¶ Tyro nouus miles & fortis ad militiam exercendam. Cuius diminutiuum eſt tyrunculus. Refertur quoq; ad omnem artē Vnde pro gladiatore rudi adhuc i diſciplina gladiatoria accipitur. Sue. De Cęſare. Tyrones neq; in ludo neq; per laniſtas. Sic adoleſcentes quādo togā ſumebant & barbā ponebant, eloquentiamq; in foro auſpicabātur, tyrones dicebātur. Et illa prima actio tyrociniū. Se. li. iii. declama. Ille in foro primum dicturus tyro dictus eſt a Hieronymo tyrociniū rudimētū, & tyrocinatio qui recentes diſciplinas tyrūculas appellat. Ab ea dē ſimilitudine canis adoleſcētior tyrūcula dī. Col. li. viii. Qm tyrūcula nec recte nutrit & educatio totius habitus aufert, incremētum. Pli. in epiſto. ſe tyrūculū dicit quaſi rudē in cognitione ſignorū Tyrocinii die induebatur toga, q̃ pura eſt cognominata. Fuit etiā Tyro vt inquit Iuſtinus li. xviii. nomē ꝓpriū patris Didonis, qui ab alii Belus vocatus eſt.

♁ Tyronianus a, um. a Tyro poſſeſſiuū. Gel. lib. i. In oratione Ciceronis quę ita in Verrem libro ſpectatæ fidei tyroniana cura, atq; diſciplina facto.

¶ Tyrrhenos Romani Hetuſcos ãppellant atq; thuſcos, græci vero hoc eos nomine noīarunt a tyrrheno Atys filio, q ex lydia colonos hac in regione dimiſit. Atys enim ex prognatis Herculis & omphales vnus cum ſterilitate ac fame populum ſuum emittere cogereť e duob⁹ filiis ſorte iacta. Lydū qdem regni ſucceſſorem tenuit, Tyrrheno autem maiorem ãppliſcans populum foras abire iuſſit. hāc ille ingreſſus oram de ſuo nomine vocauit Tyrrheniam. A cuius gentis præcipua crudelitate tyranni dicti ſunt.

¶ Tyreſias eſt quorūdam latinorum hominum cacographia id eſt mala ratio ſcribendi, quin per ει ſcribitur in principio. τειρεσίας τειρεσίου μαντὶσ ἐσὶ ὡς ἐφησοῦλας. ⁂ Id eſt Tireſias æ. vates eſt vt ait Suidas. Hic igitur rex Thebanus & augur, de quo Cice, lib. v. tuſcu. meminit cæcatus fuit ira Iunonis, cui Iuppiter ſcire futura dedit crimenque leuauit honore. Scribit Strabo Tyreſiæ monumentum fuiſſe in typhoſio monte Bœotiæ iuxta fontem typhoſam vbi profugus diem ſuum obiit. Ibi thebani ciues ſepulto diuinos honores tribuere, Iuuena. cum cæcum dicere vellet dixit Tyreſiam illo verſu Nec ſurdum nec tyreſiam quemquam eſſe deorum. Hic habuit filiam nomine Manto, quæ oppidum in Italia condidit, q̃d poſtea ab Ocno eius ex typerino thuſcorum rege filio. Mantua a matris nomine nuncupatum eſt. id tamen græci negāt

¶ Tyrſis ambitus murorum & viarum, per quē curri pōt ſic dictus quia Tyrrheni primi inuenerunt. ♁ Etiam Tyrſis nomen paſtoris de quo Verg. in buccolicis.



LITERA vocalis eſt quæ ſæpe i conſonantem tranſit & modo vim ſimplicis habet, vt Vergi. At venus haud anīo ne q̃ quā exterrita mater. Modo pro duplici cōſonante ponitur, vt cupiui, cupieram in quibus i. ante u. conſonantem poſita ꝓducitur & eadem ſubtracta corripitur. Aliquando u conſonans pro vocali correpta ponitur. Horatius in Epo. Niuęſque deducunt Iouem. Nūc mare nunc ſyluæ. Interdū a vocali tranſit in conſonantē vt nauta, nauita gaudeo gauiſus. Quandoq; amittit vim literæ, cum poſt q. ipſum u ponitur. Nam non conſonās eſt. vt aliquis. Hoc idem patitur inter g. & aliquam vocalem vt ſāguis lingua. Idē fit antecedente. ſ. vt ſuauis ſuet⁹. Tranſit quādoq; per deriuationes in a. vt veredus veredarius. In e. vt pondus ponderis, deierat pro deiurat. Antiqui etiam auger pro augur dicebant. Similiter in iis quæ a tertia coniugatione naſcuntur, quotienſcumq; n. & d. ipſum e. ſequebantur loco e, u. ſcriptitarunt. vt faciundum pro faciendum. In i. correptā nominum habentium vltimam ſyllabam deſinentem in u. cū verbis ſiue participiis, vt cornu corniger & cornicem. Arcus arcitenens, fatum fatidicus, aurum aurifex, Luctus luctificus, fluctus fluctiuagus, magnus magnificus, opus opifex. ſcribebant etiam antiqui carnufex pro carnifex, & lubens pro libēs, peſſumus pro peſſimus.

¶ Vacca per duplex cc, bos fœmina, cui⁹ diminutiuū eſt vaccula. Verg. Vaccula nonnunq̃ ſecreta cubilia captans. Vaccinus a, um pe. pro. q̃d eſt ex vacca. Pli. libr. xxiii. Cortex illinit decoctus lacte vaccino.

¶ Vacerra, vecors & veſanus dicitur, quo etiam nomine accipitur ſtipes ad quem ligantur equi in ſtabulo. Columella Clatrorum genus vacerras appellat quibus e robore factis caueæ muniuntur. Nam libro nono de vinariis faciendis ſic inquit. Vbi neutrum patrifamiliæ conducit ratio poſtulat vacerris includi. Sic enim appellatur genus clatrorū. Idq; fabricatur ex robore quęrceo

¶ Vacinium a quibuſdā flos dicitur a quibuſdā viola ſeu hya

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cinthus. Verg. Alba ligustra cadunt vacinia nigra leguntur. Plini. ipsum inter arbores numerat. Et libro. xvi. vacinia Italiæ in aucupiis fata, Galliç uero etiam purpurea tingendi causa ad seruorum vestes.

¶ Vacillare est proprie inconstanter esse, & quasi alternatim mouere. Quintil. Est & illa indecora in dextrum ac lęuum latus vacillatio alternis pedibus insistentiũ. Vtiç & naues vacillare. Cic. Tyroni. Accepi tuã epistolam vacillantibus literis. i. non recte præ valitudine scriptis. Et ĩ Phil. In gallia mutilatum ducit exercitum cum vna legione & ea vacillante. Transfertur etiam ad animum, vt apud Iurisconsultos de fide testis vacillante, qui inconstantia & diuersa testimonia dixerit Cicero libro tertio officiorum. Iustitia vacillat vel iacet potius.

¶ Vaco as. do operam, & construitur cũ datiuo, vt vaco sapientiæ, & vaco rei diuinæ. Interdũ vacare significat vacuum esse. & modo absolute ponitur. Plaut. in Casi. Fac vacent ędes. Cæsar. Id ea maxime ratione fecit q̃ noluit eum locũ vnde hel uetiũ diceserant vacare. Modo cum ablatiuo, vt boni viri dãt operam vt perturbationibus vacent. Verg. Hoste vacare domos, sedesq; adstare relictas. Cice. Nullum est tempus quod iustitia vacare debeat. Modo præpositionem accipit. vt vacas a labore, vacas a componendo vacas ab occupatione. Interdum significat ad nihil vtile esse, superabundare, superfluum esse. q̃ otiosum esse videatur, quod superabundat. sed non nisi in tertia persona. Augu. lib. iiij. con. Non vacant tempora, nec otiose voluuntur per sensus nostros. Idem. Vacent opera misericordiæ, vni instent scientiæ. Impersonaliter quandoq; significat est otium vel vacuum tempus est. Vergi. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. Et vacat annales nostrorum audire laborũ. Iuu. Si uacat & placidi rationem admittis edam id est si otium est. Quãdoq; ponitur pro curæ esse. Quitilia. Et cui esse diserto vacet. Vacare populo est operam populo dare & inseruire. Aliter vacare populo significat liberũ esse a populo populariq; iudicio. In quem sensum. Cice. videtur lib. ij. tus. accipere cum ait. Amplitudinem animi pulchriorem futurum si non sit subiecta populi iudicio, sed vacuã ab eo seipsa contentam non captantem plausus & auras populares. Huius verbi cõpositũ est interuacus.

♁ Vacatio exemptio. Val. li. i. Et custodia liberatus & insuper agro & vacatione donatus.

¶ Vacuus a, um. & inane & magnum significat. Ver. Saltib⁹ in vacuis errant. Idem vacua atria dixit. Vnde vacuum aerẽ dicimus. q̃ vacua oĩa impleat. Nihil enĩ pati natura vacuum potest. Vnde & inanẽ vocamus aerem. Lucre. Longũ per ĩane resoluit. Inde fit superuacuo.

¶ Vacuo as. & vacuefacio idẽ significant. sic & euacuo.

¶ Vaciæ & vacieni. vide in dictione Vari.

¶ Vacuna pe. pro. a vacando dicta est dea quæ præesse vacãtibus & otiosis putabatur. Cui cum agricolæ a laboribus rusris vacarent, & post perceptos fructus requiescerent per hyemem, vota soluebant & sacrificabant. Vnde Ouid. lib. vi. fas. Nam quoq; cum fiunt antiquæ sacra vacunæ. Ante vacunales stantq; sedentq; focos.

¶ Vado is. si sum. iter facio, quasi uiæ do. Verg. vadimus immisti danais. Aliquando uadẽ præsto. Huius composita ĩunt Circunuado quod est inuadendo circũdo. Plin. lib. ix. Hi rede untem circũuasere noctu. Euado, Inuado & Peruado, p. p. Li. Cũ ex eo pauor ac trepidatio totã vrbẽ peruasisset.

¶ Vadum fundum fluminis, lacus maris, & cuiuscũq; aquæ per quã uia datur. Plini. Lignũ uado hærebat. Hinc uadũ q̃q; appellat̃ locus qui ꝓpter breuitatẽ aquę pedibus transiri põt. uñ ꝓuerbiũ est, In uado est, pro eo quod est in tuto est. Nã vt in ꝓfundo periculum consistit, ita in uado est securitas. Terẽ. in an. Omnis res in uado est.

¶ Vado as. per uadum eo. Papinia. Flumine publico interueniente uia constitui potest, si aut uado transiri põt aut pontem habeat, Secus autem si uadari nequeat sed pontonibus trajicitur. Solinus. flumẽ quod propter breuitatem facile uadari poterat. Huius prima corripitur. Ouid de reme. Iamq; uadatur⁹ lectica prodeat inquit.

¶ Vadosus a, um. ut uadosus amnis, qui frequentia habet uada, quę transiri pedibus possunt.

¶ Vadis primo, deinde per syncopen uas dictus est spõsor alterius in re capitali, vt inquit Fest. Cice. lib. ij. offi. Factus est alter vas eius sistendi, vt si ille non reuertisset moriendũ esse sibi. Inuenitur etiã ꝓ quolibet fideiussore, qui ꝓ alio uadimonium ꝓmittit certo die affuturus. Dictus uas ꝙ qui uades dederit uadere ei. i. discedere interim liceat. Hor. Ille datis uadibus qui rure extractus in urbem est.

¶ Vadimoniũ est sponsio quędam sistendi cõparendiq; in iudicio ad diem p̃stitutã per se uel p aduocatos, q̃d deserere nõ licet. Sene. vadimoniũ ꝓmitim⁹ & tñ deserẽt. Ci. ꝓ Quitio. ad uadimoniũ nõ uenit qui tibi p̃sto semper fuit. Nõ dubitaui inquit cũ uadimoniũ desertum est.

¶ Vadiũ ij, idẽ q̃d uadimoniũ.

¶ Vador aris. uerbũ cõe secundum Pris. significat fideiubeo, uadio, obligo. vadari reus dr̃, & uadimoniũ sisti quoties aliquis pro alio spondet ut in iudiciũ ueniat & sistatur. Differre uadimonia est prorogare tempus sistendi alterius in iudicio q̃ties sponsio facta est.

¶ Vadimonis lacus est in quo fluctuant insulæ de quo Plinius, Cæcilius quadam epistola ficscribit. Exegerat socer me⁹ vt amerina sua prædia inspicerem, hæc perambulanti mihi ostenditur subiacens lacus nomine uadimonis, vadimonis lacũ intelligunt qui in agro uiterbiensi feruet scatetque sulphuris aquis.

¶ Væh interiectio in his rebus quas exercemus, ut uæh misero mihi. Et diphthongatur vt differat a ue, quę modo est coniunctio disiunctiua, vt dies noctesve. Modo habet uim augẽdi, ut uetus uehemens. quorum alterũ ab ętatis magnitudine compositũ est. Alterũ a mentis ui, atq; impetu dictũ est. Modo habet uim diminuendi, ut ue grandis, ue Iouis. i. male grãdis, hoc est paruus minutusq;, & paruus Iuppiter. ve enisyllabã rei paruę ueteres præponebant, vnde apud Auso. ue grandes messes legimus, pro paruis. Et apud Varronem in re rust. Oues fiunt ue grandes atq; imbecillæ. Similiter Pli. li. vij. Corpore uescos esse sed eximijs uiribus. Modo etiam habet uim priuatiuam, ut uecor, quasi sine corde, sine prudentia, Econtrario cordatus dicitur prudens.

¶ Vænum pro supino verbi uæneo, ut uænum ire, uel uænũ irent & huiusmodi nobis licet uti quemadmodum & pessum ut pessum ire & pessumibit & similia. vnde & pessundo. Salu. in Iug. Quippe cui omnia vænum ire in animo hæserat. Liui⁹ lib. tertio. Tum etiam legem fecerunt sanciendo ut qui tribunis plęnis ędilibus iudicibus decemuiris nocuisset eius caput Ioui sacrum esset. Familia ab ædem Cereris liberi liberæque uænum irent. Sciendum est q̃ dicemus uænum ire, non uænum iri, sicut uapulatum ire, non iri. quia semper sunt passiuæ significationis ne duo passiua copulentur. In cæteris uero quę ambigua sunt q̃ actiue & passiue accipi possint ad distinguendũ sensum accomodamus infinitum hoc uel actiuum uel passiuũ vt uideo te amatum ire uel iri quia talia supina fũt ancipitis significationis.

¶ Vænundo as. ex uæum & do, sequitur tam in pręterito q̃ in supino do, nisi q̃ in præterito pluſq̃perfecto uænundassem & uænundasse dicimus. Pli. li. xxxv. Octoginta talentis uęnũ datas. Hinc uænundatio permutatio rerũ & cõtractus ex conuentione prouenientes.

¶ vændo is. ex vęnum & do sedm Apule. abiectis u & m. Et construitur cum ablõ si exprimat̃ ptium rei q̃ vęndit̃, vel cũ gtõ tanti quanti & hmõi, cũ sunt sine substantiuo. Plautus in mer. viginti minis opinor posse me illã vęndere. Cic li. iij. offic. vændo meũ nõ pluris q̃ cæteri fortasse etiã minoris cũ maior est copia. Q̃z si addant̃ substantiua statim ĩ ablatiuos resoluũtur, & sicut non dicimus quãto vęndidisti, sed quanti ita nõ dicimus quanti p̃tij vęndidisti sed quanto p̃tio. varro tñ ablõ vsus est sine substantiuo, cum ait vęneunt ꝓpter pœnuriã ma

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gn o. Huius compoſitum eſt Diuændo.

¶ Vēdax qui facile ſeu libenter vęndit. Cato de re ruſt. Patrēs familias vęndacem & nō emacem eſſe oportet.

¶ Vęnditarius qui vendere ſolet. Plaut. in ſti. Linguam uęnditariam.

¶ Vendito tas. ſępe ſeu continue uændo. Plin. li. xxxij. Hęc eſt quā Ariſtophanes, Euripidi poetæ obiȝciȝ ioculariter matrē eius ne holus quidē legitimū uęnditaſſe, ſed ſcandycē. Et eſt uænditare, quaſi oſtentare. Hinc & forma & oratio uęndibilis quaſi plauſibilis & allectrix.

¶ Vęndibile quod facile uęndi poteſt Ci. in rul. Accedēt ſalicta ad Minturnas adiungentur, & illa uia uęndibilis. Herculanea multarū fit delitiarum & magnæ pecuniæ. Per translationem ponitur ꝓ uulgari & uulgo grato. Idem in Læli. Tñ illā uęndibilem orationem religio deorū immortaliū nobis defendentibus facile uincebat, i. fauorē populi captantē. Et in Bruto. Horū ætati ꝓpe cōiunctus. L Gellius nō tam uændibilis orator, q̄ ut neſciret quid ei deeſſet.

¶ Vęneo is. uęniui uel uęnĩ ſupino uęnitum exigit analogia ſiue compoſitio. Nam componitur ex uænum & eo abiectis duabus literis, ſicut in uændo, ſed ipſo ſupino non utimur. Eſt autem verbum neutrum paſſiuum eo in declinatione ſequens licet apud ueteres inueniatur ueneor, ꝓ uēditus ſum. Plaut. Ego ne illi uæneat? verum in hoc uerbo uæneor ꝓ uęndor ipſum quod uænditur in ntō ponit, & is a quo uænditur in ablto cū ꝓpoſitione & ptiū in ablto ſine ꝓpoſitione. Cui autē uænditi i dto. vt cētum aureis nūmis a māgone uęniere mācipia mihi. Sed nōnūq̄ uęnditor & ptiū rei nō explicāt. Plaut. in menę. Quibus hic ptijs porci uęneunt. var. vęneūt ꝓpter pœnuriam magno. Cice. pro Sex. Quęro primum quare ciuis optimi bona uęnierint? Lactan. lib. vi. vxor ac liberi uęnient, ipſe interficiere.

¶ Vænalis & hoc le. q̄d uęndēdum eſt uel uęnditioni expoſitū Cice. lib. iij. offi. vęnales hortos ſe non habere dicit. Aliquādo ponit ꝓ ſordido auaro, qui pecuniæ grā ſeipſum uænderet. Sal. O vrbē vęnalē & cito periturā. Venales etiam ſi nihil addas Seruī nouitij intelligunt, q̄ ad vęndendū ſunt expoſiti. Seruorū enī aliī nouitij ſunt, aliī veteratores. Vlpian. Ædiles ptijs piūt ne ueterator ꝓ nouitio væneat.

¶ Vęnalitius vēditor, & in oratiōe Corneliana. Nec̄ me diuitiæ mouēnt, quibus omnes Aphricanos & Lęlios multiuænalitij mercatores ſuperarunt. Aliquando vęnalitius capit ꝓ uęndito corpore. Pli. lib. xxxv. Alioſq̄ deinceps, quos enumerare iam nō eſt, e ſanguine quiritium & ꝓſcriptionis licētia ditatos hoc inſigne vænalitijs gregibus opprobriumq̄ inſolētis fortunę. i. vænditis ſeruis. Et ſic adiectiuum eſt. Sic Põponi. Iureconſul. lib. dig. xxiij. Qui ſi familiā domeſticā vxoris, aut vænalitiam parauit.

¶ Vęnalitiū corp' ipm, vel vęnditio, vel loc' vbi nouitij vęnduntur. Paulus. de ędilitio edicto. Nam quicunque ex vænalitio nouitiorum emptus alicui miniſterio ꝓpoſitus ſit fiatī eum ē veteratorū numero eſſe.

¶ Vęnalitiarius apud Var. & Pli. dicitur magno & nouitioꝝ ſeruorum negociator.

¶ Vafer, ra, rum. pro callido & aſtuto accipit, quaſi valde afer Mira enī ſemp fuit eius gentis calliditas. Cice. Non ſunt in diſputatione uafri, non ueteratores, nō malitioſi. Et libro. i. de natura deorū. Chryſippus, qui Stoicorū ſomniorū vaferrimus habetur interpres. Hinc vafre aduerbiū.

ȣ Vageni populi inter alpinas gentes. Pli lib. iij. Inter alpinas gentes finitimi centrones & cotteanæ ciuitates & caturigibus orti Vageni ligures. Syl. Tum pernix ligur. Et ſpaſi per ſaxa vageni.

ȣ Vagecia hebraice, leuiticus græce, miniſterialis latine.

ȣ Vagedaber hebraice lithmus græce numerus latine liber numeri.

¶ Vagio is. iui. itum. vnde uagitus pe. prod. quod propriū eſt vocis infātium dum plorant. Et Vagor pro eodem ploratu. Lucre. li. ij. Et ſuperant item ſuſcetur funere vagor.

¶ Vagus qui ſine negocio modo hucmodo illuc inutiliter diſcurrit, dictus ꝙ vacuus. i. ſine negocio agatur.

¶ Vagor aris. inutiliter peragro, ſiue paſſim eo. & differt ab erro, quia vagari eſt per diuerſa, errare per aliena. Cicero lib. i. de ora. Ne vagari & errare cogatur oratio. Inuenitur etiam vago vagas. Plautus in mili. Te alloquor vitij probriq̄ plenus qui circum vicinos vagas. A vagor fit compoſitum Euagor pro extrauagor.

¶ Vagabundus abunde vagans.

¶ Vagina pe. pro. alicuius rei theca. Cuius diminu. eſt vaginula. Pli. lib. xviij. Et far in vaginulis ſeruant ad ſatus. Hīc euaginare, quod eſt enſem nudare. Hiero. in Ezech. Gladium euaginabo poſt eos.

¶ Vah interiectio eſt inſultantis. Hier. ad Dama. Sicut nos in lingua latina habemus interiectiones quaſdam, vt in ſultan do dicamus vah, & indmirando papæ, & in dolendo hei Et quando ſilentium volumus imperare ſtrictis dentibus ſpiritum coartamus & cogimus tantum ſibilum in ſonando. ſ. & ita & hębræi inter reliquas proprietates linguæ ſuæ habent interiectionē, vt q̄ñ volunt dominū deprecari ponant verbum petentis affectu & dicant anna domine. quod ſeptuaginta diſerunt, ō domine. Plau. Vah homo imprudens. Et in Euang. Vah qui deſtruis templum dei.

¶ Valeo es. valui. itum. i. ſanus ſiue potens ſum. Semper enim in bonam partem ſumit niſi aliud addatur. vt male valeo. i. æger ſum. Hiero. in Gen. Sanuſne eſt inquit? Valet inquiūt. Et ablatiuum exgit ſi ipſum dari expoſcitur. Ci. lib. i. offi. Alios videmus velociter ad curſum, alios viribus ad luctandū valere. Iuuena. Quæ mœchū ſequitur ſtomacho valet. Similiter cum ad pretium pertinet ſi pretiū exprimatur in ablatiuo ponitur. Pli. li. xxx. Aureus nūmus poſt annū ſexageſimū ſecundum percuſſus eſt q̄ argenteus, ita vt ſcrupul' valeret ſeſtertijs vicenis. Hiero. in Gen. Tertia quā poſtulas quadringentis ſiclis valet. Var. tñ accuſatiuum dedit dicēs. Denarij ꝙ denos æris valebant, quinarij ꝙ quinos.

¶ Vale vox ſalutantis eſt. Quo verbo & qui recedit vtitur dicens vale. Et qui remanet reſpondens, tu quoq̄ vale Sic ſalue & aue ſalutationes ſunt venientis, quibus vocibus ſimiliter vtuntur & qui ſalutant & qui ſalutati reſalutant. Reperitur tamen aliq̄n ſalue in diſceſſu in calce epiſtolarū Cice. Vale mi Tyro, vale & ſalue. Q̄m vero abeuntes per hęc verba ſalutare ſolemus vale & ſalue, inualuit cōſuetudo vt hęc ſumātur pro diſcedo, etiam ſi cū ſtomacho & indignatione loq̄mur Terent. Valeant qui inter nos diſſidium quęrunt. q̄d perinde eſt ac ſi diceremus Diſcedant a nobis, ſiue eos cum ſuo odio & maledicentia relinquamus. Cic. Si deus talis eſt vt nulla gratia nulla hominum charitate teneatur valeat. Varr. Vale & ſalue cum ad mortuos referuntur, non id dictum eſt, ꝙ aut valere, aut ſalui eſſe poſſint, ſed ꝙ ab his recedimus eos nunquā viſuri. Verg. Salue æternum mihi maxime Palla, ęternumq̄ vale. Huius verbi cōpoſita ſunt conualeo, quod eſt ſalutem recupero, a quo cōualeſco. vt eſt illud Conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. Hierony. Legimus quoſdā morbo articulari & podagræ humoribus laborantes ꝓſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam & pauperes cibos redactos conualuiſſe Eualeo, Inualeo, Æquiualeo in eodem pretio ſum vel æque potens ſum. Prævaleo, Revalco. a quibus fiunt Evaleſco, Invaleſco. Prævaleſco, Revaleſco. Eſt & valefacio pro diſcedo.

¶ Valitudo ſeu magis valetudo, & bona & mala dicitur. Ci. Ser. ſulp. Scripſit ad me te moleſte ferre, ꝙ me propter valetudinem tuam cum ad vrbem acceſſiſſem nō vidiſſes. Bona, vt apud eundem. Sed nunc valitudini tribuamus aliquid. Diſtinguitur autem epitheto, vt bona valitudo vel mala. vel locis. Hora. lib. i. epiſto. Quid voueat dulci nutricula maius alumno Qui ſapere & fari poſſit q̄ ſentiat, & cui gratia fama valitudo cōtingat abūde. Dicta eſt autē valitudo ꝓ ſyncopā a validus quaſi validudo, ſicut ab habitus habitudo.

¶ Valitudinarius qui male ſanus eſt, & qui frequēter ęgrotat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sen,in quæſtionibus naturalibus.Non video quãre ſibi placeat qui robuſtior ſit valitudinario.

¶ Valitudinarium locus quo valitudinarij & infirmi cutant, vt valitudinem malam bona permutent,qualia ſunt in cœnobijs ſacratorum.Seneca ad Lucil.Tanquam in eodem valitudinario iaceam de cõmuni malo tecum colloquor,remedia cõuinco.Et Columella præcipit valitudinaria languentibus ſalubria eſſe cõſtituenda.

¶ valentia potentia,firmitas,cuiꝰ cõtrariũ eſt inualentia.Gel. Non morbus in lege febriculoſus neq; nimiũ grauis ſed vicĩũ aliqdꝰ imbecillitatis,atq; inualentiæ.

¶ Validus a,um.pe.cor.q̃d eſt firmũ potenſq;: A q̃ præualidus valde potens,vt apud Catõculũ.Cũ tibi q̃ualidę fuerint in corpore vires.

¶ Valdè aduerbium ſignificat multum. Eſt enim ſyncopatũ a valide.Ideo producit e. Et valdus pro validus, ſicut caldꝰ pro calidus.

¶ Valor pretium a valeo vales.Plinius. Victoriati valore redimi poteſt.

¶ Valerius nomẽ Romani ciuis,qui primũ de veientibꝰ,iterũ de ſabinis,tertio de vtriſq; triũphauit. Hic cũ domũ in Velia tutiſſimo loco haberet iſuſpitionẽ regni venit.Quo cognito apud populũ cõqueſtus eſt,q; tale aliqd de ſe timuiſſent,& miſit qui domũ ſuã diruerent,ſecures faſcibus dẽpſit, eoſq; in populi cautione ſubmiſit,legẽ de ꝓuocatione ad populũ tulit Hic publicola cũ diẽ obijſſet publice ſepultus,& annuo matronarum luctu honoratus eſt.

⁎ Fuerũt & Valerius maximus hiſtoricus, & Valeriꝰ mart. epigrãmatiſta,& Valerius flaccus qui ſcripſit argonautica.

¶ Valeria nomẽ propriũ Meſſalarũ ſororis .q̃ amiſſo Seruio viro cum rogaretur cur alteri non nuberet,ait ſibi ſemper per maritum Seruium viuere.

⁎ Valeſius ꝓ valerius dixerunt antiqui, & poſtea vſus inualuit vt in familiæ cognomẽ tranſierit,q̃ cognomine regia Frãcorũ cęlſitudo nũc inſignitur.

¶ Valgij vide in dictione Varj.

¶ Valles is.& vallis is.planities duobus lateribꝰ incluſa,dicta q; hinc atq; hinc vallata ſit. Ver.lib.xi.Eſt curuo an fractu valles accõmoda fraudi.Ser.ait valles plenũ eſſe ſed metri neceſſitate cõpellimur vt vallis dicamus.Statius. Vallis in amplexu nemorũ ſedet.Q; vero valles dicendũ ſit diminutiuũ indicat.Nam vallecula facit vt vulpes vulpecula,Sed & vallicula legitur.Hinc cõuallis quę eſt planities ex oĩ parte cõprehenſa montibus vel collibus.

¶ Vallicula di,a vallis N.ã vallecula a valles fit.Hic.in Leui. Et cũ viderit ĩ parietibꝰ illius quaſi valliculas pallore ſeu robore deformes.

¶ Valleſtria a vallibus,ſicut campeſtria a campis. Ambr.lib. hexa.Per omnẽ fere orbem terrarũ,& ſuper terram fuerũt diffuſæ aquæ per valleſtria agrorum,concaua montiũ planitiẽq; camporum.

¶ Vallonia putabaꝫ dea quæ vallibus pręerat.

¶ Vallus firmior palus,quo vitis alligatur , & caſtra muniũtur. Verg. Exacuunt alij vallos furcaſq; bicornes. Valum ipſa munitio.Ex vallis enim,i.palis fit vallum. Inuenitur etiã vallus pro caſtrorũ munimẽto. Tibul. Non arces nõ vallus erat. Et vallus diminu.eſta vãnus.

¶ Vallum vulgo palliſica,munitio caſtrorum,q; ex vallis fiat.a quo interuallum ſpatium quod inter palos eſt vallum caſtrenſe conſtituentes,quamuis etiam ad omne ſpatium interuallum dici poſſit.

⁎ Valleſcit veteres pro perierit vſurparunt q; qui vallo obijciuntur pro perditis habentur.Cc.

¶ Vallaris & hoc vallare pe.pro.quod ad vallum pertinet.vt vallaris corona,qua donari ſolebat qui primus vallum hoſtiũ fuiſſet ingreſſus.

¶ Vallo as.munio firmo & quaſi vallum facio.Lactan.li.vij. Qui libratam magnitudine ſua terram vallauit mõtibꝰ Hic cõponitur circũuallo.Idem lib.ij.Ipſumq; paradiſum igne circumuallauit ne homo poſſet accedere.

¶ Valuuli folliculi fabæ & aliorũ legũminũ. Col.li.viij.de ouis tectis Singula capita p hyemẽ recte paſcũtur ad prſepia tribus hordei vel freſę cũ ſuis valuulis fabę.

¶ Valuæ oſtia quę in ſe replicantur.

¶ Vannus per duplex nn.generis fœmi. Vas vimineum latũ hoc eſt cribrum cereale in quo ꝓpter capacitatem ruſtici cogere primitias frugũ ſolent,& frumẽta purgare.hęc & vallus dicitur,in quo cõtexrę ſunt uirgę,& eſt formę oblongę.dicta ga in eo inſtrumento uirgę ſunt,ut pali in uallo, uel vt Var.inquit a volatu,q; inde dum iactantur leuia uolent. Vergil.Et myſtica uannus Iacchi.Col.lib.ij. Ipſę aũt ſpicę melius fuſtibꝰ tunduntur,uannis expurgantur.

¶ Vanno as.i.uentilo,ut fit uannis cũ frumenta purgantur. Var.de re ruſt.Vt q̃d leuiſſimum eſt in ea, atq; appellatur acus ac palea,uannatur foras extra aream. Hinc euanno extra uanno.Noni.Euannetur dictum eſt uentiletur uel moueatur a uanno in qua legumina uentilantur.

¶ vanus per ſimplex n.adiectiuum,& accipitur *modo* proua cuo. vergi. Sed illos Expectata ſeges uanis eluſit auenis.Modo pro ſtulto quaſi mente uacuo,& qui in rebus inanibus ſtudiũ collocat. Iuue.Sic libitum uano qui noſtros diſtinxit othoni. Modo pro mentiente & infido & leuia inaniaq; pro grauibus & ueris aſtutiſſime componente. vergi. Ni fruſtra augurum uani docuere parentes.Nam mendax proprie dicitur qui ad decipiendum mentitur,vnde idem utrumq; complexus eſt. Nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit,uanum etiam mendacemq; improbat finget.

¶ vanitas mendacium,fallacitas,& leuitas.Ci.li.iij.of.Q; ſiv tuperandi qui reticuerunt, q̃d de ijs exiſtimandũ eſt qui oſonis uanitatem adhibuerunt? Sal.Huic homini nõ minor uanitas inerat q̃ audacia.Idẽ ſignificat ualitudo.Plau. vt rẽ uideo tu inuentus a ualitudine.

¶ vano uanas.fallo. Actius. Sic illum uanans in angiportũ deduxit.

¶ vaniloquentia . Apul.Nihil hominis uaniloquentia commotus.

¶ vaneſco is.a uaneo es.eſſe conuenit,& ſignificat uanus fio, in nihilum redigor,fruſtra glorior. Augu.lib.iij.cui. Non uaneſcamus inani uentoſitate iactantiæ. Hinc euaneſco .ver.Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.vbi euanuit eſt ꝑteritum ab euaneſco,q̃d Sipontinus negat habere Lactan.lib.v. Euanituras breui religiones falſas.

¶ vandalia regio europæ ſeptentrionalis,a vandalo fluuioq; regionem interfluit , a qua populi uandali immanes & ferociſſimi.

¶ vappa per duplex pp.genus uini, quod ſpõte deferbuit & odorem ſaporemq; amiſit,ut illud quod in exhauſto uaſe reliquum fuit & uaporauit uernacula lingua dicimus. Suanito. Hora. Qui ueient anũ feſtis potare dieb⁹ Cãpana ſolitus trulla uappãq; ꝓfeſtis.Inde ponit ꝓ hoĩe ignauo uili ac nugatore & in q̃ nil prudẽtię.Idẽ in ſer.Nõ ego auarũ.Cũ uero te fieri vappã iubeo aut nebulonẽ.Pli.vitiũq; muſio quibuſdã ĩ locis ſpõtẽ feruere q̃ calamitate cũ deferbuit,deperit ſapor,uappęq; accipit nomen.

⁎ vappo animal ẽ uolãs,q̃d uulgo aĩam uocãt.Lectũ eſt apd Lucretiũ hos uapponcs.Probus in catholicis.

⁎ vapor & uapos dĩ.Lucr.in v.Peruolitans permanat ꝏdos frigu ſq; uapoſq; & eſt exhalatio calida.vnde uaporarium pro tepidario capimus.Cc.

¶ vaporo as.pe.ꝓ.vaporẽ emitto, Am.lib.hexa.Etiam aqua exundauit in terris ne eas ſurgentis ſolis & ſtellarũ micãtium ardor exureret,& tenerarerũ exordia inſolitus uapor lęderet Quãti fontes fluuij lacus irrigat terras,q; eas interius quidã ignis uaporat.Lãp.Indicos odores heliogabalus ad uaporãdas ætas ſine carbonibus iubebat incendi.

ȝ vapulo as.pe.cor.verberor.

ȝ vapularis q vapulat.vt apud Plau.in Perſa.

ȝ variegatus varijs picturis diſtinctus exornatuſque varie-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gare enim variare,& uarietate distinguere.

¶ Vari dicũtur qui introrsum pedes uel crura obtorta gerũt Hora.lib.i.sermo.Hunc uarum distortis cruribus.vnde varũ frequenter pro obtorto accipitur,Persi. Et nõ fallit pede regula uaro.Hinc obuaro as.q̃d est deprauo peruertoq; Vaciæ q; bus in exteriorem partem deflectuntur.var.lib.ñ.de re.ru. de canibus scribit.Cruribus rectis ac potius uaris quam uacijs. Hinc uaciæ & uaciennorum cognoĩa fluxerũt. q; pedibus essent uitiosis.Sene.in quadam epistola Seruili⁹ uacia latere sciebat non uiuere.Hiero.in Eusebij chronicis.vaciennus nobilis narbonensis orator habet̃.de quo Marti. Docti patria narbo Vacienni. Valgi autem sunt qui diuersas suras habẽt,hoc est in diuersum actas,cuiusmodi lacertarum pedes sunt,quorum videlicet pars intra conditur,pars extra procedit.Plaut. ĩ mi⁹lit.Maiorem partem videas valgis suauijs.De qua similitudine instrumentum quoddam rusticum ad areas complanãdas valgium.Plini.appellat fortasse lib.xvij. Seritur inquit mẽse aprili area æquata cylindris aut valgio alias densum. Alioqui & sermo agrestis valgiare vsurpat hodie pro eo quod est pauire coquareq;.omnino id fere videtur esse quod Cato ait. Cõminuto terram & cylindro ac pauicula coæquato.In campania certe haberi genus id testatur tali specie,quasi suræ duæ in diuersum collocatę, quo vt cylindro supplanantur areæ.

Varus etiam nomen fluuij qui narbonensem prouinciam ab Italia disterminata flexibus tortuosis sic appellatus.Est & nomen poetæ Sed & varí seu varioli sunt pustulæ cum febrę nascentes pueros maxime infestantes.Pli.lib.xxiij.Contra serpẽtiũ ictus trita drachmis duabus bibit̃,vitia cutis in facie varosq; & lentigines & fugillata emendat & cicatrices

¶ Valgustus fustis uncus.

¶ Varices pe.cor.mas.vel fœ. Et varicæ & per diminutionẽ variculæ sunt venæ plus equo intumescentes,in temporibus in uentre in testibus, & inguine,& potissimum in cruribus, quas Gellius scribit ac Plini.lib.xi.in cruribus viro tantũ mulieri raro præ nimio labore nasci.Hora. Varice succiso. Inde varicosus qui huiusmodi venas habet.Græci varices ixias vocant. Auicenna author est varices accidere cursoribus & oneratibaiulantibus.& diu stantib⁹.Inde est illud Iu. Varicos⁹ fiet aruspex.Ex grãdi.f.cõsistione & quasi quadã stabulatiõe ac lõgo statu. Varicũ legimus pro eo qui ampliore passu gradit̃. Ouid.li.iij.de arte.Illa velut cõiunx vmbri rubricũda mariti. Ambulat ingentes varica fertq; gradus.

ȣ Varicus aduerbiũ,signifi.cruribus diuaricatis diuisisq; q̃d fieri solẽt a fœmina micturiente.Apul.li.i. Varic⁹ sup'facie meã residentes vesicã exonerant.

¶ Varico as penulti.correp.& varicor deponens,a varo,& significat deflecto,transgredior,quasi varices transcendo.vide in dictione Diuaricor.

¶ Varius varia varium.multiforme,q; varí inæquales ac diuersi sunt.

ȣ Varro nomen auctoris Romani.Hic vt Quintilianus libro decimo ait.Romanorum vir eruditissim⁹,plurimos & doctissimos composuit libros,peritissimus linguæ latinæ &, omnis antiquitatis,& rerum græcarum nostrarumq;,plus tamẽ sciẽtiæ collaturus quam eloquentiæ.Hunc diuus Augusti.literatorũ doctissimum appellat.

¶ Variæ dictę sunt pantherę a macularũ varietate q̃bus sunt spectabiles.Pli.lib.viij.Nũc varias & pardos q; mares sũt appellãtĩ eo oĩ gñe creberrimo in aphrica syriaq; Quidã ab his pantheras solo candore discernunt.

¶ Vario as.diuersũ facio.Lact.lib.vi. Aliud est igit̃ ciuile ius q̃d p morib⁹ vbiq; variatur.

¶ Varietas variãtia & variatio idẽ signif.Luc.li.iij.Principis vñ hæc oritur variantia rerum.

* Varolus edax dr̃.Et est piscis q; & lupus,a græcis λάβραξ. nã λα græcis intẽsiua particula est βορὸσ edax.Cc.

¶ Vas vadis gñis mas.p vadimonio,de q̃ supra Vas sis neutriin plurali scdę decli.p instrumẽto ad aliq̃d capiẽdũ idoneo Cuius diminuti.est vasculũ & vasillũ.

¶ Vascularius qui vasa conficit.

* Vasum etiam in secundo flexu dixerunt antiqui vt author est Gellius.Cc.

¶ Vascones populi vlterioris Hispaniæ quę in gallicũ & britannicũ vergit oceanum in cantabrica positi.Hi a Metello romanorum duce obsessi in tantã famẽ compulsi sunt, vt humana carne vescerentur.

¶ Vasterna vehiculũ seu portatura duorũ equorũ.

¶ Vastus a,um.magnus. Verg. Vastumq; caue trahe currimus æquor. Aliqñ ponitur p feroci,deserto.Hier. Quoties in illa vasta solitudine.Actius.Hanc vrbem ferro vastam faciet Hinc vastitas,vastitudo,& vastities.Col.lib.iij. Pari tamẽ in hac terra vastitate bẽluas p generari quis neget.i.magnitudine.Et lib.vi.Sed cum sim professus rusticæ rei præceptani fallor non asseruaueram quæ vastitas eius scientiæ contineret. Apul.Cui in primis tanti corporis vastities horrori fuit. Aliqñ etiã vastationẽ signi.Acti.Propterea tot tantasq; habemus vastitates funerum.

¶ Vasto as,destruo.Lactant.lib.i.Exercitus ducere,aliena vastare,delere vrbes,oppida excidere.Huius cõposita sũt Deuasto,& Peruasto,quę significant depręd or,spolio.,p fligo,& q̃ si vacuũ reddo.Liui.Cortonam vrbem Trasymenumq; lacũ omni clade peruastat.

¶ Vastesco destruor,relinquor,seu horridus fio.Nonius

¶ Vastescant inhorrescant vel deserantur. Actius .Iussit proficisci exilium quouis gentium,ne scelere tuo Thebani vastescant agri.

¶ vates a fando dicti sunt quasi fates, diuinatores sacerdotes & prophetæ. Et vates poetæ a viendis versibus. viere enim vincire est.

¶ vaticinor penul.cor.significat diuino,quasi faticinor, vaticiniũ ipa diuinatio.

* vatidicũ p phetici & quasi fatidicũ.Cc.

¶ vaticanus a,um.pe.produ.a vastes fit,vt vaticanus ager, vaticanus collis non p cul a Tyberi supra molam Adriani, cõterminus ianiculo in quo Petri basilica est,sic dictus q; populus Roma. eo potitus sit vatum responso expulsis Hetruscis, vt inquit Festus uel secundum Gellium a vaticinijs, quæ ibi dari solebant,vi atq; instinctu dei vaticani.var. scribit vaticanum deum in eo monte fuisse qui infantibus primam vocem daret.quæ est va,quæ prima in vaticano syllaba est .Augu. tamen uagitanium dixit deum tanq̃ infantium uagitib⁹ præsidentem.unde uagire dicuntur Prima huius nominis corripitur,q; in uersu heroico aliter stare non possit cũ sequens sit breuis & penul.longa.

* variæ dñr quibus in exteriorẽ partẽ crura flectũtur,a q̃bus vatiorũ & uatiniorũ cognoĩa fluxerũt.Cc

¶ vatrax & uatricosus dr̃ qui crura uitiosa habet.

¶ vbi aduerbium loci significat in quo loco. & modo interrogatiuũ est.Plautus,vbi id audisti modo relatiuum. vergilius. vbi æacide telo iacet Hector. Modo infinitum,ut scio ubitu perpetrasti scœlus.Ponitur quandoq; pro aduerbio temporis postquam.verg.Hæc ubi dicta dedit.Quandoq; pro quando Teren.in An.vbi uoles accerse.verg.libro sexto.Est iter in syluis ubi cælum condidit umbra Iuppiter.Ab vbi fiunt cõposita alicubi,necubi,sicubi,si in aliquo loco ubiuis,ubilibet in q̃libet loco ubicunq; in quõcunq; loco.ubinam in quonam loco & interrogatiuum est.

¶ vbiubi signat ubicũq; quẽadmodũ vtut p utcũq;.Terẽ.in Heau.vbiubi est diu celari uõ potest.

ȣ vbiq; itineris signifi.in oĩ itinere,Apul.li.i.Nihil rerũ istarũ q̃ itineris ubiq; nos comitant indigemus.

ȣ vbi imaginũ.i.in oĩbus imaginibus.

ȣ vbique locorum in omnibus locis.vbique gentium in omnibus gentibus.

¶ vdum quasi sudum a sudando dicitur humidum.verg.li.iij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Georg. Nigra ſubeſt vdo tantum cui lingua palato. Hic vuidus a,um. q̃d quidã ita ab humido diſtingũt, vt vuidũ ſit q̃d intrinſecus habet humorẽ. vñ vuã appellatã volunt. Vergil. Vuidus hyberna venit de glande Menalcas. Humidum vero extrinſecus humorem habet. Sunt qui hudum cũ hſcribi velint ac p ſyncopẽ ab humidum fieri.

V ante E

¶ Ve coniũctio diſiunctiua. Vide in dictione veh.

¶ Vecors quaſi ſine corde. qui eſt turbati & mali cordis. Hinc vecordia. Salu. Igitur color exãguis, fœdi oculi, citus, mõ, modo tardus inceſſus, prorſus in facie vultuq; vecordia.

¶ Vectis generis maſcu. inſtrumentum quo claudit oſtiũ, q̃ manibus percutiendo vehatur. Vergi. Centum ærei claudũt vectes æternaq; ferri Robora nec cuſtos abſiſtit limine Ianus. vectem Cyniras Agriopæ filius inuenit. Et vectis palus e ferro vel ligno grandior ruſticis & fabris cęmentariis ad multa neceſſarius. Plinius. Cato vectes aquifolios laureos vlmeos fieri iubet. Item vectis dr̃ lignũ quo aliquid vehitur & portatur Sic vectes erant ſudes in circulis poſitę ad portandã arcam vt eſt apud Exodum Facies quoq; vectes de lignis ſethim. Ruſus vectes ſunt inſtrumenta ad aliquid ſubuertendum euertendumq;. Hora. lib. ij. car. Hic hic ponite lucida funalia, & vectes & arcus oppoſitis floribus minaces. Eſt & vectis inſula in oceano ſeptẽtrionali verſus Tylen.

¶ Vectigal pe. cor. vſu non ratione dicitur, ſicut cerũcal, capital tribunal, aal. Nominatius enĩ pluralis a ſingulari plus vna ſyllaba creſcere non debet. Ergo vectigale ſecundum artem. In genitiuo plurali vectigalium. Cicero. dixit Meſſala vectigalium. Et eſt vectigal quod ex vectura penditur. vnde a vehendo dicitur cum ex fundis fruges in vrbem vehuntur. Sed eius ſignificatio latius patet. Capit̃ nanq; ex publico & ex priuato. vnde publica vectigalia intelligere debemus ex quib⁹ vectigal accipit fiſcus. Priuata quę quiſq; ſumit ex redditibus & fructibus. Cicero. in parado. Ex meo tenui vectigali capio ego ducenta Paul. Cæſæ harundinis vel pali compendium ſi in eodem fundo vectigal eſſe conſueuit ad fructuarium pertinet. Cice. lib. ſecũdo officio. Vt bona valitudo voluptati anponatur, vires celeritati, externorum autem vt gloriadiuitijs vectigalia vrbana ruſticis ædibus & mercibus id eſt prouentus, reditus, introitus. Dicitur etiam hic & hæc veſtigalis & hoc vectigale pro tributario. Sic prouinciæ, agri, homines q tributa perſoluunt, vectigales dicuntur Cicero. lib. tertio, officio. Quas ciuitates. L Sylla pecunia accepta ex ſenatuſconſulto liberaſſet, vt hæ rurſus vectigales eſſent. Sue. in Cęſa. Agrũ campanum ad ſubſidia reipu. vectigalem relictum diuiſit extra ſortem. Cicer. in Catil. Et ſyluas lucoſq; publicos Romani vectigales habuere. Liuius. Vtrum Annibal hic ſit æmulus itinerum, Herculis vt ipſe fert an vectigalis ſtipendiariuſq; & ſeruus populi Ro. a patre relictus.

¶ Vecto as. frequent. eſt a veho is, a quo vectatio, q̃d nomen ſemp paſſionem ſignificat contra aliorũ verbalium naturam Hinc vectito as. frequẽ. a vecto.

¶ Vectabulum vehiculum.

¶ Vector qui aliena naui, vel equo, vel plauſtro vehitur pretio. Quintilia. In nauim filij mei male permutatus vector imponor. Aliquando dicitur is qui vehit. Cice. Etiam ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus a minoribus vectoribus admoneri ſolent.

¶ Vectorius a,um. q̃d vehit vel aptum eſt ad vehendũ. Varro. Neq; idem qui vectorios facere vult. ſ. equos, ad ephippiũ aut ad prædam quam vt ad rem militarem q̃ ibi habere ad caſtra volunt acres.

¶ Vectura non modo actum ipſum, hoc eſt vectionem denotat, ſed etiam mercedem quæ pro vectura ſoluitur, vt puta p̃ naui ſiue equo meritorio.

¶ Vecticularia vita dicitur eorum qui vectibus parietes perfodiunt alienos furandi gratia. Cato vecticulariam vitã viue re, eſt repente largiter habere, repente nihil.

* Vediouis ſiue veiouis & melius a veterib⁹ dicebat deus cui dempta atq; detracta eſſet iuuandi facultas. Nam quoſdam deos vt p̃deſſent celebrabant, quoſdam ne nocerent placabant De quibus abunde Gel. lib. iij. capi. xij. Vbi venit corrigendus locus in fine capitis. Sic enim legitur in omnibus quos vidimus codicibus. Arungus quoq; habet & rubigus. vbi Auruncus legendũ foret. Cc.

ŏ Vegetius nomen Auctoris qui de re militari librum compoſuit.

¶ Vegeo es. gui. inſanitate ſum Nonius veget pro vegetat, vegerit, vel uegetum eſt. Pom. Animos venus vegeret voluptatibus.

¶ Vegetus a,um. penul. cor. quod ſanum & incolume eſt. & ad corpus proprie pertinet. vigens ad animum. Gel. libro ſecundo. Quid igitur inquit dicimus q̃ multos videmus eę pecunię cupidos & eoſdẽ cũ corpore eſſe vegeto ac valenti. Sue. de Cęſa. Nigris vegetiſq; oculis valitudine proſpera Scribit Apul. Lunæ lumine cuncta animantia vegetari, i. ali, & vigorata fieri. Seneca quoq; lib. iij. quęſtionum refert terrę eſſe ſpiritum illum vitaliter vegetum & alentem omnia. Hunc enĩ inquit niſi haberet quomodo tot arbuſtis ſpiritum infunderet non aliunde viuentibus? quomodo tot radices aleret? Hic vegetatiuam animam philoſophi recentiores appellant animam ſeminalem, quæ a Plinio dicitur alens cuius motu interiore plantæ vigeſcunt, creſcunt, frondeſcunt, germinant, breuiterq; viuunt. Cicero tamen libro. i. Tuſcu. ad animam retulit. Horum inquit animus eſt aliquid ne tam vegeta mẽs aut in corde crebrove aut in empedocleo ſanguine demerſa iaceat. Et Auſo. vegetũ cor appellauit, & quia mobile eſt, & quia vigoris domicilium.

¶ Vegeto as. pe. cor. recreo, fortifico, & vegetũ facio, conſeruo, ſeu lõgo tpe in ſanitate eſſe facio. Hier. i Genẽ. Recordabor fœderis mei vobiſcũ & cũ oĩ anima viuente q̃ carnẽ vegetet. Gel. Memoriæ vegetandę gratia quod dicimus bonæ memoriæ faciendæ gratia.

¶ Vegrandis paruus & male grandis. Auſ. li. ij. epi. Hic ſępe falſus meſſibus vegrãdibus. Var. li. ij. de re ru. Quodq; poſtea cõcipiũt fiunt vegrandes atq; imbecillę.

* Veham non viã veteres vicebant, q̃ per eã vehebãt. Cc

¶ Vegois. xi. ctum. conduco proprieq; de naui equo cęteriſq;. quadrupedibus & de plauſtris dicitur. Cuius compoſita ſunt. Aueho alio veho. Ver. Credit is auectos hoſtes. Adueho aliquo veho. Conueho, Circunueho. Deueho deorſum veho, Eueho extollo. Inueho intro veho. Præueho ante veho. Proueho p̃duco, Reueho reduco, intro veho. Liuius libro primo Prædaq; inde maiore quam quanta belli fama fuerat reuecta ludos opulentius inſtructiuſque quam priores reges fecit Subueho ſubtus veho. Cæſar cõmen. i. Eo autem frumento quod flumine arare nauibus ſubuexerat propterea vti minus poterant, q̃ iter ab arare Heluetij auerterant, a quibus diſcedere nolebat. Seueho ſeorſum veho. Propert. Cur tua præſcripto ſeuecta eſt pagina gyro. Prętereucho vide in dictione Velabrum.

¶ Vehia vehiæ plauſtrum, vnde vehiatura pro vectura apd̃ veteres vſurpatur.

* Vehiare veteres dixerũt vehere, q̃d tractũ eſt ex oſcorũ lingua apd̃ q̃s vehia plauſtrum dr̃. Cc.

¶ Vehes Plauſtrũ. Pli. li. xxxvi. Amplitudinẽ canis eã feciſſe p̃ditur vt vehẽ fœni large onuſtã tranſmittere. Col. li. ij. Iugerũ aũt deſyderat q̃d ſpiſſius fiercorat veh̃s quatuor & viginti, q̃d rarius duo deuiginti. Eſt & menſuræ nomẽ in fœno fiercore aliaue materia. Idem li. xij. Materies ſi roborea eſt abuno fabro dolari ad vnguẽ debet p̃ quadratos pedes. xx. hoc eſt inquit vehis vna.

¶ Vehiculum in q̃d aliq̃d vehitur, q̃d cũ quatuor rotis Phryges tradunt inueniſſe.

¶ Vehicularius q uehiculũ ducit, uehiculare ẏo q̃d ad uehiculũ p̃tinet, ut equus uehicularis, & rotę uehiculares.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Vehemens ex ve & mẽs cõponi arbitror, tãetsi quidã dici velint ꝙ vehatur eminentius, vel ꝙ vehaẽ mente. A mentis enim vi atq; impetu, sicut docet Gel. dicitur. Nã ve in hoc loco intentiua est. Dicitur aũt vehemens graue magnum/ vrgens/ acre, a quo vehementia grauitas acritudo.

*Veiouis vide vediouis.

¶ Veios dicimus vrbem in Hetruria, quam Camillus cepit Hęc insignis fuit bellorum frequentia cum romanis. Vnde cum Nero domum ædificaret amplissimam, editi fuerunt illi versus. Roma domus fiet, Veios migrate quirites. Si non & veios occupat ista domus. A veĳ fiunt veiens ientis. populus Veientanus a, um. vt vinũ veientanũ. Hora. Quiveienta num festis potare diebus.

¶ Vel coniunctio plærũq; disiunctiua. vt vel scribam vel ad te veniam. Interdum copulatiua est, vt maxime me tibi amicum facit, vel virtus, vel doctrina tua. Interdum ponitur pro etiam. Terent. in And. Vel hoc quis non credit. Vergil. Vel Priamo miseranda manus. Interdum pro valde. Cicero pro Murena. vel maximum bellũ populum Ro. cum rege Antiocho gessisse. Interdum pro maxime. Idem Trebatio. Q; morosi sint, qui amant, vel ex hoc intelligi potest. Interdum pro veluti. Terentius in Hecy. Vel hic Pamphilus iurabat quoties bacchidi. Interdum pro saltem, vt si mihi non creditis vel operibus credite. Inuenitur etiam vel duarũ syllabarũ quod est nomen oppidi in Africa apud Plin. lib. v. natu. hist. Sicut Suel in Hispania.

+ ¶ Velo velas per simplex l. significat tego, Lactant. libro. vi. Danda est opera, vt indumento iustitiq; pietatisque velemur. Et velare ligare. Pompo. Reste velet gulam. Per translationem ponitur pro vestire. Plaut. Muliebri velatus toga. vnde velati sicut docet Festus appellabantur vestiti & inermes q; exercitum sequebantur, quiq; in mortuorũ militum loco substituebant. Hi postea mutatis literis velites dicti sunt. qui & ferentarii ab auxilio ferendo. Huius verbi composita sunt. Euelo, & Reuelo. quę sunt contraria suo simplici. Nam euelare & reuelare significant velamentum tollere seu rem velatã detegere & manifestare. Pręuelo. de quo alibi. Et habet penultimam productam.

¶ Velamen modo pro veste accipitur, modo pro re quę aliquid velat.

ð Velatus ornatus, vittatusve. Ver. Iamq; oratores aderant ex vrbe latina velati ramis oleę. Vbi Ser. velati, instructi & ornati. i. in manibus oliuę ramos tenentes.

¶ Velabrũ pe. cor. a velo as. vel vt quidam volunt a veho. locus in vrbe Roma iuxta auentinũ montem ꝙ ratiõ ac velis eo, vehereñ triũphantes Romani cũ pompa. Sueto. De Cęsare. Q; gallici triũphi die velabrum p̃teruehens pene curru excussus est axe defracto. Hinc velabrensis caseus, qui ibi confidebatur cunctis præferendus. ðEt velabrum locus in quo vela obtendebantur sub quibus olearii venditabant. Plau. i cap. Quasi in velabro olearij.

¶ Velatura pretium quod nautæ datur ab his qui nauigio væhuntur. Velaturam facere inquit Varro libro. i. de re rust. dicuntur qui vecturis viuunt. Nam antiqui vellam non villam dicebant.

¶ Velum tegmen a velo as. ꝙ vela ventis agitata volitare videantur. Varro a velleribus, ꝙ ex ouium velleribus fierẽt vela quibus homines tegebantur. q̃ nauium vela ex lino aut sparto fierent. Velum etiam accipitur pro cortina quæ lectis circũducitur. Vnde apud euangelistam legimus velum templi scissum est a summo vsq; deorsum. Diuidebat em̃ sancta a sanctissanctorum.

ð Velis equisq;. i. oĩ conatu, & mari terraq;.

¶ Velaria dicebantur vela quibus theatra tegebantur. Papinianus. Iam velaria lintea pluebant. Vnde etiam velaria dicuntur loca abdita q̃ velis clauduntur. Iuue. Et pueros inde ad velaria raptos.

¶ Veliuolũ pe. cor. mare dr̃, ꝙ velis velatur. Vergil. Despici ens mare veliuolum. Veliuolæ naues quę velis volãt. vt Ennius. Naues veliuolas, quod & proprie dixit.

¶ Velifico as. nauigo a faciendis id est ponendis velis. Dicit & velificor verbum commune, Vnde & passiuum protulit Iuue. cum dixit. Velificatus athos, & quicquid græcia mendax audet in historia.

¶ Vello vellis velli & vlsi sum. Extirpo. Suet. de Cæsare. Circa corporis curam morosior, vt nõ solũ tonderetur diligẽter, ac raderetur, sed vellereẽ etiam. vnde vulsa corpora a Quintiliano dicunt fœdissima. Huius composita sunt Auello, Conuello. Diuello. Euello. Peruello. Interuello, & Reuello quod ẽ rursus vello. Colu. Cum ab opere boues disiunxerit subtristicios confricet, manibusq; comprimat dorsum & pellem reuellat nec patiatur corpori adhærere. Et omnia hæc verba per duplex ll. scribuntur.

¶ Vellit, i. mouit. Verg. Postesq; a cardine vellit.

¶ Vellico as. pe. cor. frequenter vello, quod proprie fit cũ extremas corporis partes digitis vellimus, pressando infestam⁹ Propertius. Nec mihi tã duris insultes motibus & te. Vellicet heu sero flebis amara diu. Augustl. lib. xiiĳ. ciuita. dei, Ita se auferebat a sensibus & iacebat simillim⁹ mortuo, vt non solũ vellicantes atq; pungentes minime sentiret, sed aliquando ẽt si igne vreret admoto sine vllo dolore nisi postmodũ ex vulnere ꝓbabaẽ. Per translationẽ vellicare ponitur pro criminari mordere ac lacerare. Gel. li. iiĳ. Plura in Sal. insite aut maligne vellicant. Ho. Vellicet absentem demetrius.

¶ Vellus lana ex quibus detonsa, ꝙ ante tonsurę vsum lanã veteres vellerent, quam demptam & conglobatam alĳ velera, alĳ velumina appellant.

¶ Vellina, regio in vrbe palatino monti coniuncta, in qua Valeriĳ publicolæ & victoriæ deorumque penatium ędes erant. Dicta vellina, ꝙ ibi pastores palatini vellere lanam sint soliti.

¶ Veles itis pe. cor. qui leuissime omnium armatus, qui & velatus & ferentari⁹. Refert Ælianus ordinem pedestrem in militia diuidi trifariam. In armatos, quæ grauis armatura dicitur & velites qui leuissime omnium armantur. Vnde & expediti nuncupantur. Non enim ocreas aut loricam induũt sed tãtum iaculis & fundis vtuntur. In tertio ordine sunt peltati a pelta dicti, quod scutum est paruum & leue. Hi medii erant inter grauem armaturam & leuem Speciatim Rorarii, accensi, ferentariĳ milites leuis armaturæ vocantur. Per translationem velites dicuntur qui verbis altercantur. Ouidius in Ibim Vtque petit primo plenum fluentis arenæ. Nondum calfacti velitis hasta solum. ðDicti velites quasi volites. Cicero libro de repub. Militari more veterum velocissimi cum scutis leuibus pedites ad hoc ipsum exercitati ĩsdem miscendi quos expeditos quasi volitantes volites appellabant, inde versa littera o. in e. velites, vel ἀπὸ τοῦ βαλλεῖν. a iaculatione. Eo ꝙ tela tm̃ missilia secum gerãt.

¶ Velitor penul. cor. contendo, digladior, pugno. Plautus in Men. Nescio quid velitati estis inter vos. Postea de re translatum est ad verba. Vnde & pro Iurgari ponitur. Cicero. Cũ inquinatissimis hominibus non est conuicio decertandum neque maledictis aduersum imprudentes & improbos velitandum, quia tantisper similis & compar eorum fias, dum paria & consimilia dicas atq; audias. Vnde & velitatio. quæ teste Festo dicta est vltro citroq; probrorum obiectatio, ab exemplo velitaris pugnæ.

¶ Velito as. fit a velo as. & ponit pro velifico.

¶ Velitaris & hoc velitare, quod ad velites pertinet. vnde velitaris pugna. Sallusti. in Iugur. Præterea iere sagittariĳ & choros peligna cũ velitaribus armis, itineris ꝓperandi causa, neq; his secus atq; alĳs armis aduersum tela hostium, ꝙ ea leuia sunt, munitierant.

¶ Velitatim aduerbium, significat per saltus & interualla ꝙ velites pugnando saltibus vtantur. Sisen. Nos vna ætate in Asia & Græcia gesta idcirco continentia literis mandauimus ne velitatim aut saltuatim scribendo lectorum animos impediremus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Velitræ, ciuitas volscorum insignis fuit, quibus victis Romani agrum veliternum ademerunt. Eo coloni ab vrbe sunt vt inquit Liuius libro. ij. Refert Diony. libr. vij. Pestilentiam adeo Velitras esse depopulatam vt ex decem partibus veliternorum vix vna supfuerit.

¶ Velia palus Italię apud Calabros nõ longe a Palinuro Helia olim dicta. Est & Velia Lucaniæ oppidũ sic dicta, quia paludibus cingitur, palus ἕλος latine dicitur helia, postea aspiratio vertitur in u. & fit velia. Alta velia in Latio est, dicta qa loco palustri finit posita a pelasgis. Mos fuit vt ait Diony. no minib⁹ q̃ inciperent a vocalibus b. pręponere.

¶ Velud aduerbium similitudinis.

¶ Velox, celer, a volando, quasi volax a quo velocitas & velociter.

¶ Vena dicta est qp per eam veniat sanguis. Nam est concepta culum sanguinis mixti confusiq; cũ spiritu naturali, ĩ qua plus sanguinis minus spiritus. ♁ Venæ suapte vi imobiles sũt & sanguinis tantũ demittendi gra explorantur. Arterię autẽ motu atq; pulsu suo, habitũ & modum febrium demonstrãt. Vena affert spiritũ nutritiuũ, qm̃ sanguis est nutrimentũ corporis. Neruus affert spiritũ sensitiuũ. Nerui magni sunt causa motus totius corporis. Vbicũq; est vena ibi est neruus & arteria sup arterias locant̃ venę p̃ter q̃ in dorso in quo magna arteria q̃. Trachea dr̃ est posita sup venã. Arteria q̃ tendit ad pulmonẽ accipiendi reddẽdiq; spũs officio fungitur. Inde fit Venosus a. um. quod est venis turgentibus plenũ. Transferẽ etiã ad alia vt ad or̃onẽ q̃ tanq̃ corpus constituit quod succũ & sanguinẽ habet & venas & ossa, & neruos & carnẽ & toros & robur, & colorẽ decorẽq;. vñ a ꝓsio dict⁹ est liber venosus ꝓ aspo duro & horrido cũ ait. Est nunc brisęi quẽ venosus liber acti. ♁ Per translationẽ tamen venę in terra dicuntur subterranei meatus per quos vnda manat, aut alius liquor. Vnde venas argenti, venas auri dicimus.

¶ Venenum, dictum est qp cito per venas eat. siue salubre siue noxium, quod Gręci φάρμακον dicunt. Nam & medicamenta venena sunt. Et est generale ad omnia quę naturam ei⁹ cui adhibita sunt mutant. Plinius Galbanum aduersatur venenis maxime toxicis cum myrrha & vino. Vnde per quãdam similitudinem color qui a vestibus imbibitur venenum appellatur. Vergilius libro secundo Georgico. pro colore purpureo posuit qui eius conchæ spuma est. Alba nec assyrio fucatur lana veneno. Denique omne quod vel sumptum vel tactum nocet, venenum dicitur. Vnde & pro Venefitio capitur.

¶ Venenosus a. um. qd venenũ habet, vt venenosus serpẽs.

¶ Venenatus a. um. in quod est venenũ coniectum. Fit enim a veneno as.

¶ Venenarius qui parat vel conficit aut vendit venenũ Apul. Qui venenarium accusat scrupulosius cibatur, qui furem arguit sua custodit.

¶ Veneficus, & venefica, qui & quæ venena conficit, & qui incantationibus & cæteris malis artibus vtitur. Hinc Triueneficus id est excellens veneficus. Plautus Mussas adhuc triueneficas.

¶ Veneficium ipse actus venenandi. Pli. Hęc arbor ante atriũ sata oĩbus veneficiis remedio est.

¶ Venio is. veni. ventũ. Venire proprie est quasi versus nos ire. vnde apud auctores frequenter pro ire ponitur. Vergilius Venisti tandem. Terenti⁹. Nisi ego ad mercatum venio. i. eo Sic econtrario ire pro venire, vt eo ad te. Et ambo iungi possunt datiuo, vt It clamor cœlo. & hostis venit excidio. i. ad excidium. Aliquando construitur cũ ablatiuo mediante in. quasi significet pmanentiã. Hiero. Ne forte si venerit vestris ĩ manibus illud apocryphum, dubia pro certis recipiatis. Et licet Venio neutrum sit, tamen eius composita quandoque mutant terminationem, vt Conuenio conuenior. Inuenio inuenior. Reliqua composita sunt. Aduenio. Circunuenio. Contrauenio. Deuenio. Euenio. Interuenio. Obuenio. Peruenio. Prouenio. Pręuenio. Reuenio. Subuenio & superuenio. Horatius Grata superueniet quæ non sperabitur hora. Poetæ tamẽ ali quando venire pro Imminere vsurpant. Vergilius. Se satis ambobus teucrisque venire latinisque. Aliquando pro crescere Idem libro. i. Georgico. Hic segetes, illic veniunt fœlicius vuæ. Aliquando pro portari. Pli. Species Sinopidis tres, rubra & minus rubens, & media inter has. Eius quæ ex africa venit octoniasses.

¶ Venire in mentem, non ad recordationem tantum est, sed ad considerationem & reputationem & intelligentiam. Terẽ. Vbi in mentem eius aduenti venit. Veni in suspitionem, in obliuionem̀, in vituperationem. i. suspectus factus sum alijs, alĩ me obliti sunt. Vituperor ab alijs. Veni in opinionẽ. id ẽ opinionem habeo. Aliquando tñ passiue dicitur, cum opinio pro fama accipitur.

¶ Vento as. frequẽtatiuũ quo veteres vsi sunt, sed pro eo vtimur alio frequentatiuo. Vẽtito. Pli. Gratior Alexandro magno erat frequenter in officinam ventitanti.

¶ Ventus a Venio fit. Nam proprie est cum impetu ventãs aer. cum nihil aliud sit ventus cum aer commotus atque agitatus. Vnde August. lib. de quantitate animæ. Nihil aliud q̃ istum aerem commotum ac agitatum esse sentimus. Quod in loco tranquillissimo & ab omnibus vẽtis quietissimo vel breui flabello approbari potest. Quo etiam muscas abigẽtes aerem commouemus, flatuq; sentimus. Quod cum euenerit occultiore quodam motu cælestium vel terrenorum corporum per magnum spatium mundi ventus vocatur ex diuersis partibus cœli noia etiam diuersa sortitus. Victr. Ventus ĩquit est aeris fluens vnda cũ incerta motus redundantia. Nascitur cum feruor offendit humorem, & impetus fractiõis exprimit in spiritus flatum.

¶ Ventulus diminutiuũ paruus ventus. Terẽ. Cape hoc flabellum & ventulum huic ita facito.

¶ Ventosus a. um. quod est vento plenum. vt ventosa regio Aliquando dicitur inane. vt ventosa verba. i. sine pondere & sine effectu.

¶ Ventilo as. pe. cor. ad captandum ventum pono aut iacio Proper. Hanc Venus vt viuat ventilat ipsa facem. Hinc vẽtilari frumentum dicitur, dũ in area purgatur. Pli. Multi ventilare quoq; granum vetant. Leo papa per translationem dixit. Oĩm discutit cõsuetudinem, ventilat curas, scrutatur affectus. Interdum Ventilare est per manus versare e digitis eximendo. Apul. Ad hæc insperato lucro diffusus in gaudium, & in aureos refulgentes, quos idemtidem manu mea ventilabam. Iuuenalis. Cum verna canopi Crispinus Tyrias humero reuocante lacernas ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum. Huius compositum est Euentilo, extra ventilo. Colu. libro. i. Et celeriter frumenta deteruntur non cedente solo pulsibus vngularum tribularũq;, & eadẽ euẽtilata mũdiora sunt lapillisq; carent.

¶ ventilabrum penultima producta instrumentum quo aliquid ventilatur. Col. lib. ij. Nam cũ acerinis paleis granisq; mistus in vnum fuerit congestus, paulatim ex eo vẽtilabris per longum spatium iactetur.

¶ ventilator qui frumẽta ventilat.

¶ venia dicta est qp optanti adueniat. Est em̃ remissio culpæ & condonatio erroris. Quinti. Peccaui, veniã peto. Q ñq; ponitur pro beneficio indulgentia & permissione Cic. li. i. de ora. Date nobis hanc veniam, vt ea quæ sentitis de omni gñe dicendi subtiliter prosequamini. i. concedite. Terent. Da pater veniam, sine te exorem. Et cum venia dicimus hoc est cum pace tua & te permittente.

⁎ veneris gemmã lapillum appellant excellẽtem colore Hũc nonnulli Anterota vocant. Cc.

¶ venus, dea putata est, qp ad omnia veniat. Cicero. Quę autem dea ad res oẽs veniret venerem nominauerunt. Græce ἀφροδίτη dicitur. ab ἀφρὸς spuma. qm̃ ex saturni testibus & maris spuma nata sit. Est & venus infima quinque errantium stella & terræ proxima, quæ Phosphoros græce. lucifer latine dicitur cum antegreditur solẽ. Cum autem subsequitur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hesperos, uesper, & uesperugo. Ponitur etiam uenus pro libidine & coeundi appetitu. Seneca. Q; in uenerem pronior esset. Interdum pro pulchritudine. Quin. Quod cum gratia quadam & uenere dicit. Hinc uenustas pulchritudo. Manasalch⁹ autem in epigrammatis. ἀσύφιγξ τίτοι ὦ δ' ἐπαφάφροσ ἐνειαν ὄρουσας τίστ. ἀπὸ ποιμενίου χείλεος ὦδ' ἐπάφεις οὔτοι πρῶν ἐθ'. ὠδὰς ἄκεα πάντα δ' ἔφυτεσ καρπόσ ἀδὰς ἀφία μοῦ σὲμ ὄθει νέμεται.

* Venerum quatuor meminit Cí. li. de natura deorũ tertio. cuius uerba sunt. Venus prima cælo & die nata, cuius Eli de lubrum uidemus. Altera spuma procreata. Ex qua & Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus. Tertia Ioue nata & Iunone q̃ nupsit Vulcano, sed ex ea & Marte natus Antheros dr̃. Quarta Syria Cirroq; concepta, q̃ Astarte uocat, quam adonidi nupsisse p̃dictum est. Hęc ille.

¶ Venustas, a Venere cum pulchritudinem significat. Venustatem fœminis / dignitatem uiris conuenire decet Cicero. Si luna a Ioue defluat ad Venerem facit uenustos, & quibus ut ait Firmicus in quarto Matheseos ex uenustate potestas maxima comparetur. Hinc uenustas capitur pro gratia dicendi & uenere, amabiliq; suauitate. Vnde uenustus. a. um. ut uenustus homo, & uenusta oratio, sicut lepidus homo & lepida oratio, quæ ita inter se differunt, q̃ Venustum uocamus quod cum gratia quadam & uenere dicitur. Lepidum quod rotunditate quadam & breuitate atq; acumine uerborum uenustum est.

¶ Venusto as. orno. Ambro. lib. hexa. Ideo primũ fecit deus, postea uenustauit, & eundẽ credam⁹ ornasse qui fecit, & fecisse qui ornauerit. Huius contrarium est deuenusto Gel. Tanq̃ pulchritudinis sibi insignia deuenustet.

¶ Veneror, ex uenia & orando compositũ esse uidetur, quasi ueniam oro. Est autem uenerari colere, & ueneratio honor & cultus. Poetę tamen q̃nq; ueneratum pro uenerabili ponunt. Verg. Cursusq; dabit uenerata sacerdos.

¶ Venerabilis qui cultu & ueneratione dignus est. Plin. Vir grauis & ipsa senectute uenerabilis. Nomina enim que in bilis desinunt a uerbis uenientia, quandoque infinitum passiuum eius uerbi significant cum dignus. ut spectabilis, dign⁹ spectari. Admirabilis dignus qui sit admirationi. Quandoq; infinitum uel actiuum uel passiuum cum potest, uel natura aptum est. ut Risibilis qui potest uel natura aptus est ridere Penetrabilis qui potest uel natura aptus est penetrari. Stabilis qui potest uel natura aptus est diu stare. Possibilis qui fieri potest.

¶ Venerandus idẽ qđ uenerabilis. Seneca. Vocem æstimatione dignã & omni sęculo uenerandã. Vnde non desino admirari insciti am uel potius insolentiam quorũdam sacratorum, qui indignãtur non sibi scribi cũ literę dantur, Venerãdũ aut reuerendum, dicentes Venerabilem omnibus conuenire, uenerandum autem uel reuerendum solis prælatis, & reuerẽdissimum. o barbaries.

¶ Veneranter significat cum ueneratione. Apul. Et ab eo ueneranter exceptus paululum quieui.

¶ Venor aris. feras indago, & quasi circũuenio. a venio / ut quidã arbitrati sunt / deductũ, ꝓpterea q̃ ueteres uenari passiue, ꝓ circũueniri posuerũt. Aennius. Teneor correpta & undiq; uenor. A quo per translationem uenari capim⁹ pro captare, hoc est artificio quodam & solertia quærere. ut uenor laudẽ, gloriam. Quod etiam aucupari dicimus.

¶ Venatus us. ipsa uenatio, ut est in Gene. Cũq; uenatu aliquid ceperis.

¶ Venaticus a. um. quod ad uenationem pertinet. Vnde uenaticos canes dicimus quibus feras persequimur. Var. Canũ duo gña. unũ uenaticũ, alterũ qđ custodię causa paratur.

¶ Venatorius. a. um. idem qđ uenaticus. ut uenatoria instrumenta quibus in uenando utimur.

¶ Venabulum, telum quo uenantes utuntur adei longissimę apud nos cornibus hinc & inde extantibus. Mart. Si directa geres longo uenabula rostro, Hic breuis in grandem cõminus ibit aprum.

¶ Venaphrũ a uenere & aphros cõponit. & est nomen oppidi in campania, in cuius agro fiebat optimũ oleum. Mart. Hos tibi campani sudauit bacca Venaphri.

¶ Venetia regio Italiæ, quę a Mintio amnę usque Tiliauentum protenditur. Ab Enetis populis dicta, qui post bellum troianum cum Antenore salutem consecuti cursum huc e Paphlagonia tenuere. Auctor Pl. Alĩ a Gallis eiusdem appellationis originem traxisse dixerunt. Fuerunt enim Veneti populi inter Celtas littora oceani gallici incolentes, quos Cęsar nauali pręlio superauit In hac regione sunt urbes illustres Verona. Vincentia. patauium. & venetię ciuitas, & virunus placida & amæna.

¶ Venetię ciuitas insignis, quæ anno a natali Christiano quinquagesimo quarto supra quadrigentesimum cõdita fuit, quo anno Attila rex Hũnorum Aquileiam euertit. De cuius laude qm̃ apud Iacobi Philippi chronicam a nobis late cõgestũ est, duximus omittendum.

¶ Venetus a. um. pe. cor. quod ad uenetiis est, Veneti ciues Venetus color, ut ait Vege. cæruleus dicitur qui color est marinis fluctibus similis. Scribit Lampri. Heliogabalum comedisse pisces coctos conditura ueneta. quasi in marina aqua cum colore suo. A quo colore aurigarum factio ueneta nominatur. Et qui eo colore induebantur, Venetiani dicebantur. Vege. libro. iiij. de re militari scribit nautas uestę ueneta esse induendos, & uela nauium exploratoriarum colore ueneto esse tingenda. Hic color etiam Thalassicus. id est marinus dicit. Græci enim Thalassam mare appellant; Idẽ a colore ferri ferrugineus dicitur.

¶ Vendico as. pe. cor. approprio & meum esse dico. Ambro. Aues cœli speciale sibi nihil uendicant. Vindico uero ulciscor, quasi uim dico.

¶ Venter capitur pro eo qui uidetur, hoc est qui a pectore ad pubem terminatur. Hicq; extenditur, quoniam ex pelliculis constet, quas uocant pantices. Iuue. Mõtani quoq; uenter ad est abdomine tardus. Sed proprie est ubi cibi cõficiuntur. Cuius diminutiuum est ventriculus. Cor. Cęl. ventriculus autẽ qui receptaculum cibi est, constat e duobus tergoribus isque inter lyenem & iecur positus est. Superiore deuorata recipiuntur, inferiore quæ excreturi sumus emittuntur. Aliquando ponitur pro stomacho. Iuue. Ventre nihil noui frugalius. Aliquando pro aluo. Cęl. lib. iij. Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis est, ventrẽ eius ante soluẽdũ esse, uterus ideo dicitur quia continet, & tanq̃ uter est.

* ventriculi prętera sunt cerebri cõcauitates, ex quib⁹ septẽ paria neruorũ oriunt. a græcis συζυγίαι. i. cõiunctiones siuo cesiugationes uocantur. Cc.

¶ ventriosus qui & ventricosus dicitur, qui magnũ habet uẽtrem. Plau. in merca. Ego dicã uarũ uẽtriosum. Nã cliteras sæpe additur. Nã Arcadius arcadicus. Sardonius sardonic⁹. Nũ & nunc. Tum & tunc. Iuue. uiuendũ est recte tũ propter plurima tunc his pręcipue causis.

¶ uẽtrale uestimẽtũ uẽtrẽ cõtegẽs. Plin. Patris mei mẽoria cœpere amphimala nostra sicut uillosa etiam uẽtralia.

¶ uepres tã in singulari q̃ plurali, generis masculini secundũ Probum, & fœminini secundum Prisc. rubus siue spina dicitur, q̃ uehementer prehẽdat. Ouid. lib. v. me. Aut lepori qui uepre latens hostilia cernit. Ora canum. Huius diminutiuũ est uepricula. Cice. pro Sex. ut illa ex uepriculis extracta nitedula remp. conaretur arrodere.

¶ uepretum locus uepribus plenus.

¶ uer, anni pars tẽperatior, a ueniendo, q̃ tum uenire. id est oriri & crescere incipiunt uirgulta, & frondes ac flores arborum atq; hęrbarũ. uel dicitur a uiuẽdo quasi uiuer, uel a uertendo, q̃ tũ se uertere incipiat tempus anni. Quippe uer nouum anni initium est. Diuiditur eñ uer, ut cętere partes anni, in partes tres, nouũ adultum, & præceps. ver sacrum dicebant ueteres in quo sacra & ludos faciebant. Quod quadam quasi religiosum putãt dictũ. Sisenna. Q̃ñ sabini ferũtur uos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uisse si res cõmunis melioribus locis constitisset se uer sacrum facturos, uel potius ἀπὸ τοῦ ἔαρ.ρος.

¶Uernus a.um. quod est ueris. unde Amb. uernam temperiem dixit.

¶Uerna, seruus & ancilla domi natus a uere, ꝙ hoc tempus anni ad generandum maxime sit idoneum. Et quia domini cũ ancillis consuetudinem habebant uerno tempore, ideo seruos domi natos uernas appellauerunt. Huius diminutiuum est uernula.

¶Uernaculus a.um. dicit omne qđ domi nostrę nascitur, uel qđ in nostra patria est. unde uernacula lingua dicitur uel seruilis, uel plæbeia, qua tanq̃ communi ac naturali oẽs uulgo loquuntur. uernaculus mos, i. domesticus uel patriæ. Interdum ponitur pro proprio ac peculiari. Pli. Potissima nobilitas datur uuis peculiaribus atq; uernaculis Italiæ. Interdum pro eo quod a nobis domestica consuetudine usurpatur. Cic. in bru. nescio quo sapore uernaculo. Cice. in uer. acti. vi. Non ut solemus interdum in defensionibus dicere crimen domesticum ac uernaculum. uernaculi etiam dicuntur malis moribus homines & lingua proterua ꝙ uernarum similes sint quibus ars est adulari & maledicere. Itẽ uernaculum dicitur qđ est ueris. Pli. lib. xvij. uernacula putatio defectis per ramos uitium crimini bus circumuestit arborem.

¶Uerno as. pullulo. Mart. Dũ tibi uernarent tenera lanugine malę. i. pilos emittere inciperent. Hiero. per trãslationem in explanatione canticorũ. ubi (inquit) ex anima desideriorũ tẽpestas defuerit, tunc incipient in ea flores uernare uirtutũ. Aliq̃n uernare splẽdere ẽ. Am. Circundedit me uernãtibus atq; coruscantibus gemmis preciosis. Aliq̃n pro canere. Plautus. Dum auiculæ uernant. Quippe uerno tempore omnia læta ri uidentur.

¶Uernilitus ꝑ adulatore a ueteribus usurpatur. Cęci. Credo nimis tandem hic sit uernilitus.

¶Uernilis & hoc uernile pe. pro. idem qđ seruilis, siue scurrilis uerniliter, scurriliter seu adulatorie.

¶Vernalis & hoc vernale, quod est veris. Augustinus libro. vij. de ciui. dei. Propter vernalem quippe faciem terræ quæ cæteris temporibus est pulchrior, Porphyrius philosophus nobilis Atyn florem significare perhibuit. ǒ Hinc vernaliter seruiliter. Horat. libro. Ser. Nec non vernaliter ipsis fungitur officijs qđ alij pro luxuriose, alij pro adulatorie exponunt, quibus hęc viuendi ars est.

¶Vernatio, coriũ vetus quo serpentes exuuntur, quoniã id vere fit. Notum est serpentes quotãnis verno tpe exuere mẽbranam corpis hyberno situ obductã. Plin. Lendes tolluntur adipe canino vel anguibus in cibũ sumptis anguillarum mõ aut vernatione quã exuũt pota. Idẽ. Anguinę vernatiõis mẽbrana cũ oleo tędęq; resina calefacta auribus prodest. Eadem senectus dicitur. Vide in dictione Senectus.

¶Veruactum terra vere prosciſſa, quia vere actum aruum. i. versum est. Plinius. Quidam vtique ab æquinoctio verno ꝑ scindi volunt. quodq; vere semel aratum est, a temporis argumento veruactum vocatur.

¶Veratrũ pe. cor. hęrba q̃ & Helleborus, ꝙ mentẽ auertat. Persius. Ebria veratro. Huius duo sunt gña, albũ & nigrum, vtrũq; radice fibrata cęparũ modo.

¶Verbanus, lacus Cisalpinę gallię, ex quo Ticinus fluuius emergitur, seu per quem ex alpibus effluit in Padum. Nunc lacum maiorem appellant.

¶Verber, instrumentum longũ & exile qualis est virga baculus, arũdo, & si quid est simile. Proprie aũt significat summitatẽ sarmentorum. Quin. Igneq; ex proximo raptos, verberaq; quę casus obtulerat inuado.

¶Verbero as, ędo verbere. Sic em a verbere fit verbero quo modo a fustis fustigo, a flagellũ flagello. Licet etiã de verbis dicatur, qm vt testat Nonius, non solum verberare a verberibus dictum, sed a verbis. Plautus in Aulu. Nam cur me miseram verberas? Huius, composita sunt, Diuerbero. Deuerbero. Terent. in Phor. Quot me cẽses hoies iã deuerberasse vsq; ad necem hospites tũm etiam ciues? Euerbero. Reuerbero repercutio, impedio. Colu. lib. iij. vt mota æqualiter humus nouellis seminis radicibus quãcũq; in partem prorepserint molliter cædat, ne incrementa duritia reuerberet, sed tenera velut intimo sinu recipiat. Transuerbero feriendo trajcio, trãsfodio Lactant. Nam dolore iniurię concitatus Hydas alterum gladio transuerberauit.

¶Verbero onis, qui est verbere dignus. Et est contumelia seruorum.

¶Verbereus a.um. qđ est dignũ vt verberetur. Plau. Sed ecce cum video verbereã statuã, vt magnifice infert sese.

¶Verberalis, verbere dignus, quasi verberabilis, a quo verberalior verberalissimus. Plaut. Verberalissimus etiam rogistas non fur sed trifur.

¶Verberatus us. ipsa verberatio.

¶Verberito as. ſępe verbero. Festus. Verberitare idẽ Cato frquentatiue ab eo quod est verbero dixit.

¶Verbum, a verberatu, ꝙ verberato lingua intra palatum aere omnis oratio promatur. vnde & pro qualibet dictiõe ponitur, siue illa sit nomen, siue pronomen, siue vna aliarum partium. Varro a veritate deducit, ꝙ verum nos loqui oportet. Est autem verbum varie a varijs diffinitum, propterea ꝙ varie significet. Primo em̃ sacrę scripturę diffiniunt verbum esse quod intra animi silentium mente concipimus. videlicet ipsam cogitationem q̃ adhuc conscientię secreto retinet. Vocem vero per quam verbum ꝓfertur in mediũ. vox son⁹ index est cogitationis verbum vero ipsa cogitatio. Sicut em̃ q̃n verbum corde concipimus necessaria est vox quasi quoddam vehiculum verbi, & quodlibet verbum ipsum per oris sonũ ad alium transferimus, tamen sic eum integrum etiã intra nos clausum tenemus, & sic a loquente transfertur, vt tamen in sua sede teneatur. Aliq̃n verbum dicitur, ꝙ a re siue facto distinguitur, vt non est opus verbis sed factis. Hinc dare verba dicimus pro decipere. Aliquando sumitur, prout est vna ex octo partibus orationis in quo omnis vis orationis est. Hinc verbale nomen dicitur, quod a verbo descendit. Aliquando capitur pro vniuscuiusq; signo, quod ab audiente potest intelligi. vnde verbosus multiloquus. Aliquando pro contexta oratione, q̃uis in ea multa sint vt apud ꝓphetas sæpe legim⁹ verbum quod factum est. Et apostolus. Presbyteri duplici honore honorentur maxime qui laborant in verbo & doctrina. Quantocunque tempore quisque in prędicando euangelium laborauerit, non verborum sed verbi dei prædicator erit. Et quantocunq; tempore quis in vniuersa vita sua qua istam gerit carnem, quantalibet longitudine prorogetur, quęcunque verba, vel ore, vel sola cogitatione locutus fuerit corde impœnitenti contra remissionem peccatorum quæ fit in ecclesia, verbum dicit contra spiritum sanctum. Est & verbum sententia seu enunciatio, quæ vno ligatur & stringitur verbo. Terent. in Adel. Postremo illud non meum verbum facio, qđ Mitio bene & sapienter dixit.

ǒ Verbigero as, significat verba facio. Apul. Nimis multa oratio est si velim memorare quę ego contra respondero q̃diu & quoties inter nos verbigeratum sit.

¶Verba dare est decipere. Terent. in And. Cui verba dare est difficile.

¶Verba ad rem cõferre, est hoc agere qđ dicit. Terent. in Heau. Verum si verba ad rẽ cõferet, vapulabit.

¶Verbale, quod a verbo descendit. vt lector a lego doctor a doceo.

¶Verbulum diminutiuum. Hiero. Secreta verbula non carẽt suspitione.

¶Verbosus multiloquus, Cicero Habes epistolam verbosiorem fortasse q̃ velles.

¶Verbosito as. verba profero. Hiero. Nullius est meriti ore diuina officia verbositare, & misera mente quæ intrinsecus imminent vagando circuire.

¶Veriuerbium verus sermo. Plautus Tu repertus philocratem qui superes veriuerbio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Verba ſcon hærba ſimilis eſt verbenæ, & pro ea ſæpe capit ſolijs minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Cc.

¶ Verbena ꝓprie ut ait Ser. hęrba ſacra ſumpta de loco ſacro capitolij, qua corona bantur fœciales & pater patratus fœderа facturi, vel bella indicturi. Abuſiue tamen etiam uerbenas uocamus oēs frondes ſacratas, ut eſt Laurus, oliua, uel myrtus. Terent. in An. Ex ara hinc verbenas ſume. Nam myrtū fuiſſe Menander teſtatur. Do. uero uerbenas ait eſſe oēs hęrbas & frondes feſtas ad aras coronandas ex aliquo loco puro decerpras, quaſi hęrbenas. Pli. lib. xxij. ſcribit nomine ſagminū & uerbenarū ſignificari gramen ex arce cū ſua terra euulſum. Idem lib. xxv. Verbenacā peculiariter uocat hęrbā quā gręci Hierobotanē, quaſi ſacram hęrbam dicunt. aliqui Periſtereon, quaſi colūbariā. Sed in ſimplicibus quis melior, ac ſine comparatione p̄ſtantior q̄ Dioſcorides? Hic igitur de uerbena ita ſcribit περὶ ἕξιν φύεται ἐν τοῖς ἐφ ὑδάτοις τὸ ποιὸν ὁἱ δὲ ἐπὶ γωνίαις ὁἱ δὲ βουνίοις ὁἱ δὲ φίλυρα ὁ τινὰ καὶ γύπτιοι πειρ ὤ στε προφῆται ἡγεῖσαν ὁἱ δὲ ἑαῖμα γαλῆς ὁἱ δὲ ἑαῖμα ἑρμοῦ ῥωμαῖοι κρίσαγαλλίνάκια ὁἱ δὲ περιστερεῶνα ὀρθὸν ὀνομάζουσι. *.i. verbena in aquoſis locis naſcitur, aliqui trigonum, alij bunion, alij ſacram hærbam, alij Philtrodotem ægyptij, peſpſete, prophetæ Iunonis lachrymam, alij felis ſanguinem, alij Mercurij ſanguinem, Romani criſtam gallinaceam, alij periſtereon vocant.

¶ Vergiliæ ſtellę ſunt q̄ & Pleiades, & inſtitor veris dr̄, ita appellatę q̄ earū ortu ver finē facit, ſeu q̄ circa æquinoctiū vernū ſit earū ortus matutinus. Sunt aūt ſeptem in tauro locatæ, quarū ſigno ex oriente æſtas ſignificatur, occidente hyēs oſtendit. Earū exortus fit circa quintum Idus Maias diſtans ab æquinoctio verno vndequinquageſimo die

¶ Vercellę inquit Hiero. ligurū ciuitas haud ꝓcul a radicib⁹ alpium ſita, olim potēs, nūc raro eſt habitatore ſemiruta.

ð Verecūdia vt inqt Ariſt. lib. rhetoricorū ad Theodectē dolor eſt quidā atq; ꝓturbatio ex malis aut p̄tibus aut p̄teritis aut futuris q̄ infamiā inferant. Huius cōtrarium eſt inuerecundia, contemptus eorū atq; impaſſibilitas.

¶ Vereor eris. itus. timeo. Sed ꝓprie vereri liberorū q̄ honeſtatis gratia mouent. Timere ſeruorū qui formidine pœnę faciunt. Dictū vereor a ve & reor, quaſi valde reor, quia ea q̄ timemus, multi facere ac diu cogitare ſolemus. Huius cōpoſitū eſt reuereor, qđ eſt veneration habeo, qđ eſt timor agendi qđ rep̄hendi poſſit. Hinc reuerentia. Iuue. Hic nullus verbis pudor aut reuerentia menſę.

¶ Verenda dr̄ loca q̄ non niſi cū verecundia nominantur.

¶ Verecundor verecūdia teneor. Ci. lib. iiij. de ora. Alterū cū ſtantē & quaſi verecūdantē incitabat. Verecūdus q verecundia teneт. Licet q̄ñq; ꝓ audaci ſumaт. Plau. Sic eſt vera p̄dico, niſi etiā hoc falſo dici inſimulaturus es, nimis verecūda es. Verecunde aduerbium, cū pudore.

¶ Veredarius nūcius, curſor, ſiue tabellari⁹ equeſtris, celeri celeritate literas ꝓferens. vt a Caballus Caballari⁹. veredus em̄ dr̄ equus velociſſimi curſus, quibus vſi ſunt maiores in venatione. Mart. Parcius vtaris moneo rapiente veredo. Idem. Stragula ſuccincti venator ſume veredi. Talibus noſtra tempeſtate vtuntur lancearij equeſtres, Stratioticos quos dicunt, lanceas manibus reciprocantes. Hiero. in lib. Heſter. Epiſtolæ miſſę ſunt per veredarios, & egreſſi ſunt veredarij celeres nuncios perferentes.

¶ Vergo is. ſi. cđm Diomedē. xi. ſum ſignat declino. Vergi. lib. xii. Quo vergat pōdere lętā. Huius cōpoſita ſunt, Deuergo, deorſum vergo. a quo deuergentia ꝓ curuatura. Gel. Nā quāta partiū circulorūq; cæli ex deuergentia & cōuexionibus q̄d varietatis ſit quis nō videt. Inuergo. Plau. in Cur. Ipſum expecto tangere inuergere in me liquores tuos.

¶ Verro ris. ri. ſum. ſignat traho, a rethe, quod verriculū dr̄. Verg. Hinc verſa puluis inſcribit haſta. Idē. Quippe ferant rapidi ſecū verrantq; per auras. Aliq̄n verto. Idē. Adnixi torquent ſpumas & cerula verrūt. Æquora. Aliq̄n mūdo. ꝙ trahendo ſordes mundent. Iuue. Verre pauimentū, nitidas oſtē

de colūnas. Huius cōpoſita ſunt. Conuerro. Col. li. viii. Diligens paſtor quotidie ſtabulū conuerrit, nec patitur ſierc⁹ aut humorē cōſiſtere. Caro villā conuerſe mūdeq; habeat. Deuerro, deorſum verro. Euerro extra verro.

¶ Verriculum rete piſcatoriū, qđ trahendo e vado educitur. verricula veteres ꝓ articulo vſurpabant.

¶ Verretrū, membrū virile a verrendo dictū. Hiero. Cur ꝓtas verretrū Paule, cur a ſexu fœminarū barba pilis aliaq; mēbrorū qualitate diſtingueris.

¶ Verto tis. verti. ſum. a vere dici putatur, q̄m vere annus incipit verti. Ver. Gorgona defecto vertentē lumina collo. Interdū traho. Ver. Et verſa puluis inſcribitur haſta. Interdum trāſfero, cū; q̄ppiā de vna in aliā linguā tranſferimus. Plautus vertit barbare. Interdū cōſydero, voluo, agito. Sal. Exercitum vertere. Huius cōpoſita ſunt Aduerto. Aīaduerto. Auerto. Conuerto. Circūuerto. Diuerto. Euerto. Inuerto. Interuerto. Obuerto. ꝑuerto. p̄uerto. Reuerto. Subuerto & tranſuerto.

¶ Vertor. deponens eiuſdē ſignificationis cum verto. Verg. Vertitur interea cœlum & ruit oceano nox. Hinc cōponūtur Reuertor & p̄uertor.

¶ Vertere ſolū dicebant vrbe cedentes ſiue ob decoctā creditoribus pecuniā, ſiue ob exiliū. Liui. li. iii. Collegę eorum exiliū grā ſolū verterūt. Ci. ꝓ Cecin. Qui volūt pœnā aliquam ſubterfugere, aut calamitatē, eo ſolū vertunt. i. locū mutant.

¶ Verſo as. frequentatiuū a verto. Hor. Vos exēplaria græca. Nocturna verſate manu verſate diurna. Et eſt actiuum a quo fit verſor deponens. vñ cōtrouerſor. Eſt aūt verſari i aliqua re aſſiduū eſſe. Ci. In quibus propter illas inſanas ſubſtructiones facile mille hoīm verſabat. Cōuerſor & Diuerſor eiuſdē cū ſimplici ſignificātię. Aug. Sentiunt ſe eſſe pegrinos, ſic diuerſant in opulētia diuitiarū ſuarum quomō viator in ſtabulo tranſiturus nō poſſeſſurus.

¶ Verſatilis & le. pe. cor. qđ huc & illuc verſat, ſiue quod idoneū eſt ut uerſet. ut gladius uerſatilis, axis verſatilis. Pli. libro xxxvi. Idē molas uerſatiles volſinæ inuentas.

ð Verſatilia etiā ꝓ Tornatilib⁹ accipit, vel pro canalibus ſicut ſunt colūnę Tortiles, vel ꝓ duabus implicatis virgulis i modum Reſtis, vt ait Aug. Super exodum.

¶ Verſipellis, qui facile vertit pellē, hoc eſt uultum & apparentiam & quomodolibet faciem mutat. id eſt uerſutus ac diſſimulator, qui modo vnum, modo aliud oſtendit. Plautus in amp. proprie dixit. Verſipellem ſe facit quando lubet. Sunt q̄ dicant uulgo infixam opinionē eſſe homines in lupos verti, rurſuſq; reſtitui ſibi.

¶ Verſutus qui vertitur. Plau. in epi. Verſutiores q̄ rota ſingularis. Cic. lib. iii. de na. deorū. Verſutus a uerſando dr̄, cuius tanq̄ celer rota mens uerſatur. Aliquando tamen verſutus ꝓ perito ponit. Plaut. Nec magis verſutū, nec quo careas ægrius. Proprie tamen verſuti dicuntur qui mentē crebro ad malitiam vertunt. Hinc uerſutia calliditas, malitia. Verſutiloquus & uerſutiloquax.

¶ Verſicolor pe. cor. apud iuriſconſultos dicit id quod vertit & mutat colorē. vñ veſtes q̄ ex lana non tincta. i. natiuo colore ſunt factę. Coloriq̄ dr̄ quia naturalē colorē hñt ſiue album ſiue pullum, ſiue rufum. Quę uero in alium colorē verſę ſunt, verſicoloriæ. Proprie tamen a Pli. verſicoloriæ ſeu verſicolores dicuntur, quæ variis coloribus conſtant, quaſi eos mutare inuicem videantur. vt eſt cauda Pauonis, & collū columbæ, & aqua maris. Liuius Punico bello interdictum fuiſſe mulieribus ne uerſicoloribus ueſtirent. i. coloris uarietate diſtinctis. Illud vero Ver. verſicoloribus armis exponit Seruius, depictis, ꝓpter quod bellicoſus oſtenditur.

¶ Verſura, a uerto is. dicitur, cum aliquid vertitur. Var. li. i. de re ruſt. Notant aliqui ex quibuſdā folijs propter eorū verſuram, qđ ſit anni tempus vt dici poſſit, vt olea & popul⁹ alba & ſalix. Horū em̄ folia cum conuerterunt ſe ſolſtitiū dicit fuiſſe, Itē verſura dicitur locus ad quem cum quis peruenerit reuertitur. Colu. libro. ij. Sulcum autē ducere longiorē q̄ pedū centum uiginti cōtrarium pecori eſt, cum vērum erit ad ver-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

furam in priorem partem iugum propellat, & boues inhibeat, vt colla eorum refrigescant. Item versura est quam græci campem vocant, flexus ipse angulorum in ædificijs & parietibus exterior, vt est apud Victru. Propter quod & crura ipsa Vege. in iumentis gambas vocat quasi campas. Versuram facere antiqui dicebant mutuo pecuniam sumere, q̃ initio qui mutuabantur ab alijs, non ut domum ferrent, sed vt alijs solerent id faciebant, & velut vertere creditorem videbãtur. Do. Versuram facere est æs alienum ex ære alieno soluere. Hoc fit quando æs alienum nobis conflatum fuerit, nec nobis tantũ pecuniarum sit vt id dissoluere liceat, vbi dissoluendi tẽpus aduenerit, mutamus creditorem, ab altero. s. vsurariũ æs accipientes quod alteri reddamus. Hiero. de morte Paulæ. Liberalitas sola excedebat modũ, & vsurã tribuens versurã quoq; sæpe faciebat, vt nulli stipes rogantium denegaret. Terentiꝰ, Versuram solues. i. creditorem mutabis. Seneca. Ab Epicuro versura facienda est. quod significat mutuationem sententię faciendam esse ab Epicuro. Ci. pro Cælio. Nulli sumptus nulla iactura, nulla versura.

¶ Versoria apud Plautũ videt esse instrumentum nauticum ex quo soluturi cognoscebant vñ flarent venti, & an mare admitteret, cuiusmodi fere apud nos magnetis vsus in eo vase quod pyxidecula vocatur.

¶ Versus a. um, participium, vt risus versus est in luctum.

¶ Versus us. carmẽ a verto. Aug. li. ij. de ordine. Et ne longiꝰ pedũ cursus ꝓuolueret, q̃ eius iudiciũ posset sustinere, modũ statuit vñ reuerteretur. Et ab eo ipso versum vocauit. Interdũ versus signãt ordinẽ seu tractũ. Verg. Ille etiã seras in uersum distulit vlmos. Interdũ cantũ. Pli. Cantũ imitant luscinię iuniores, versumq; quẽ imitent accipient.

¶ Versus ꝓpositio act̃ requirit, & fere semper postponitur. Plaut. Ego portũ versus pergam & perquirã, quẽ si nõ inuenero, domũ versus reuertar. Dicimꝰ etiã quoq; versus, quaq; versus, vtroq; versus. i. in vnãquãq; partẽ, quocũq;, i vtrãq; partẽ. Habet q̃nq; adiunctã aliquã ꝓpositionẽ, vt ad occidentem versus. Ad castra versus. In forum versus. Cicer. in Lęl. Is primũ in forũ versus instituit agere cũ populo. Quandoq; aduerbium. vt sursum versus. Dicimus etiam versum. Vnde aduersum & aduersus.

¶ Vertex, qui & vortex, a verto is. proprie vertices dicũtur contorti vẽti ac rotati, a quibus fit qui typhon vocatur. i. vibratus. Vortice vt inquit Apul. in cosmo. torquetur humꝰ arida, & ab imo erigitur ad summum. ventus auctore Seneca li. v. naturalium quęstionũ aliquo promontorio repercussus atque in se voluatus facit vorticem, qui circũactus & eundẽ ambiens locum ac se ipsa vertigine concitans vertigo vocatur. Docet Quint. li. viij. verticem esse contortam in se aquã, vel quicquid aliud similiter vertitur. Verg. Ingens a vertice pontus Ci. lib. ij. tus. per translationem vertices dolorũ dixit pro vertigine rotationeq; q̃ in doloribus circũagit, lãcinatq; p̃cordia. Inde ꝓpter flexum capillorum parsumma capitis dr̃ vertex. siue quia ad occipitium in decliue uertitur, unde dicere solemus a uertice usq; ad calcem. i. a principio usq; ad finem. Apul. tñ id uerticem appellat quod tenui cute capilliscq; contegitur qui in dogmate Platonis sic scribit. Deniq; ipsius capitis uerticem specta tenui cute contectum, capilliscq; hirsutũ ad uersus uim frigoris & caloris. Pli. lib. vi. binos hoĩm tãtũ aliquibus uertices dat cum ait, uertices bini hoĩm tm̃ aliquibus capitis ossa plana. Ab huius similitudine quod in mõtibꝰ eminentissimum est, uertex appellatur, q̃m quę ibi nascuntur, partim in dexteram, partim in sinistram uertãtur. Item altissimæ partes cœli quas græci polos uocant, dicuntur uertices, ꝙ circa hos mũdus roretur. Verg. Hic uertex nobis semper sublimis, at illum Sub pedibus nox atra uidet, manesq; profundi Propter quod etiam cardines dicuntur a similitudine eorum cardinũ circa quos ualuę uoluunt. Apud Ver. li. Ge. ꝓ aquilone ponitur. Tẽpestas a uertice syluis Incubuit. Proprie tñ vñ iiti um est uortices antiqui per o. literam pronunciabant. Primꝰ Aphricanus per e, vertices dixit.

¶ Vertebra pe. cor. siue vertibulũ dr̃ vbi sũmæ ossiũ partes nõ ęqualiter finiunt, sed quibusdã crassioribus nodis conglobatæ, & substringunt facilius neruis, & tutius vertuntur.

¶ Verticulum instrumentũ quod fuso adhibet, vt facilius vertatur. Cuius diminutiuũ est verticillum.

¶ Vertigo pe. pro. idẽ qd̃ vertex. morbus capitis, ex frigidis & lentis humoribus deuocatis oritur, ita vt sic affecti occasione parua succidant. Dictus q̃m ob oculos eorũ vorticosa q̃dam & rotatilia circũagi videant. Græci Scotoma siue scotomiam vocant.

ỏ Vertigus pe. cor. motus in orbem factus, qualẽ Seneca & Sa lustius turbinũ motum appellauerunt.

¶ Vertunꝰ ꝓ simplex n. sicut portunus, dictus fuit deus in uertendarũ rerũ. i. emẽdarũ acvẽndendarũ. vel ut inquit Do. qui rebus ad opinata reuertẽtibus prę est. Sępe aũt male cedit qd̃ bonũ putat. & hoc est malevertisse. vt ille gladius qui muneri datus est adminiculum fuit reginæ pereuntis. Terentiꝰ in Adel. Quæ res tibi male vertat. Vel vertunus dictus est annus, a vertendo. Semp em̃ conuertitur finito cursu. Hora. Vi uere vertunis quotquot sum natus iniquis. Vnde annus vertens cũ sol ad signũ vñ cœperat redit, vt inquit Victr. vel dr̃ vertunus a verso mutatoq; cursu fluminis tyberini. Qui. lib. vi. fast. Nomẽ ab aduerso cœperat amne deus. vel dr̃ vertunꝰ ꝙ vertatur in quãcũq; figuram.

¶ Vertunalia, vertuni festa, quæ fiebant mense octobri.

¶ Vertius, magnarũ viriũ dr̃. Põpo. Homo in currendo vertius qui cũ Atlante contendat.

¶ Verrunco as. significat uerto.

¶ Verpus, decorticatus, pellem non hñs. Quo noĩe etiam dictus est digitus medius a vertendo podice. Et Iudęi dicti sunt verpi, ꝙ auersam ab alijs naturam habere videant. Iuue. Eadem nisi sacra colenti. Quęsitũ ad fontem solos deducere verpos. Vel ꝙ patientes sanguinis fluxũ hoc digito vertẽdo podici vtunt. Et verpa mẽbrũ virile. Mar. Non nisi ꝓ somnum nunc arrigis & tibi Meui Incipit in medios meiere verpa pedes. Dicta verpa ab inuersa pellicula.

¶ Vertagi, dñr canes sponte in venationẽ exeũtes, p̃dãq; domũ referentes. Mart. Non sibi sed dño venat vertagus acer, Ille ego sum leporem qui tibi dente feret.

¶ Verres is, & verri nomen propriũ uiri Romani contra quẽ Cic. orationes habuit, quæ uerrinę appellantur. Et verres porcus non castratus dicitur.

¶ Verũ, solidum, syncerum, non falsum, ꝙ vero tẽpore solet arietem ingresso omnia vere nascuntur, partusq; ad maturitatem perueniant, cum alijs temporibus nata sæpe deficiant. August. libro. ñ. soliloquiorum. Verum ẽ quod ita se habet vt cognitori videtur si velit possitq; cognoscere. Quidã hoc nomen a ue particula quę vehementiam significat, & res deducunt, quasi non uerborum inanis sonitus, sed solida res. Hĩc veritas dicta est. & verifico as. Aliquando uerum dicitur bonũ, æquum, iustum, par, & utile. Hor. libro. i. epistolarum. Metiri sequẽq; suo modulo ac pede uerum. Ci. lib. iii. tus. Si maximeuerum sit ad corpus omnia referre sapientem. Aliquãdo sumitur pro uerídico, sicut e contrario falsum pro fallace. Terent. in And. Sum uerus. Q̃n uero coniunctio est, ponitur pro sed, & sæpe iungitur cũ tamen, ut uerũtamen & cum enimuero, ut uerũenimuero. Et cũ em̃. Terẽ. in Adel. Verũ em̃ quando promerui fiat. i. certe.

¶ Vero aduerbium significat certe, uere, & ponitur in secundo loco orationis. Verg. Egregiam uero laudem & spolia ampla refertis Tuque puerq; tuus. Est & coniunctio affirmatiua. Cicero. Ego uero Seruiuellem vt scribis in meo grauissimo casu affuisses. Interdũ est aduersatiua, & significat autẽ. Et in eo dẽ loco vtraque hæc coniunctio poni potest, antecedente semper aliqua dictione. Seneca. Honestam tibi prouinciam delegaueram, tu uero tanq; turpem recusasti. Interdum explętiua est, quando scilicet ornatus tantũ causa ponit, ut tu qdẽ scribis, ego uero lego. Nusq; enim refert, sed tantũ a sententia sentẽtiã distinguit. Ponitur etiam ꝓ quinimmo. Sene. Socra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tem cũ Platone, & Zenonẽ & Cleantem in animũ meũ ſine dignatione recipiã? Ego vero illos veneror, & tantis nominibus ſemper aſſurgo. Pli. in ꝓfa. Proinde occupantibus locum faueo, ego vero & poſteris. Dicim⁹ aũt Ageuero Saneuero, Iamuero, Enimuero. Atuero.

¶ Vero as. verũ dico. Gellius ex Ennio. Satin vates verant ætate in agenda. Eſt & verare vera reꝓſentare. Sidoni⁹. Quoties verba graia carmine verat.

¶ Verax, qvero dicit, & nõ mentitur, & plus eſt q̃ ver⁹, qa in ax terminata verbalia, copiã ſignificant. vt bibax. Hinc veracitas quę eſt ſermonis integritas.

¶ Veridicus q̃ vera dicit. Similiter veriloquus. & veriloquax quilicet multa loquatur nõ tñ mentitur.

* Verificus a vero, & verifico verbum eiuſdem ſignificationis cũ vero verbo, & ide ẏbalia ẏificatio & verificabilis. Cc.

¶ Veriſimile dicit id quod licet non ſit verum, veri tamen ſimilitudinem habet.

¶ Vero fluui⁹ celtiberię, a quo populi Verones dicti ſunt circa eum habitantes.

¶ Verona ciuitas Venetię a Gallis cõdita duce Brẽno, a quo Brenona primo, deinde mutatis literis. Verona dicta eſt, vt Iuſtinus libro. xx. refert. quam Atheſis fluuius interfluit. Ex hac vrbe preſtantes viri ortifuerunt, Catullus & Æmili⁹ Macer poctæ, & vt falſo putant Plinius & Guarinus orator, & Zeno pontifex ſanctitate clarus. Hinc fiunt adiectiua, veronius & veronenſis.

* Verra ara fuit Romæ ad quam orabant ne agrippæ naſcerentur. Cc.

¶ Verruca penultima producta locus in monte editior. Cato Cenſeo inquit ſi rem ſeruare vis faciundum, vt quadrigentos aliquos milites ad verrucam illam ire iubeas, eam vti occupẽt imperes. Hinc caruncula eminens in corpore ſine priuitu, & vulgo porrus dicitur, verruca vocatur. Pli. Ocymum miſto atramento ſutorio verrucas tollit. Serenus. Interdum exiſtit turpi verruca papilla. Hinc quondam Fabio verum cognomen adhęſit. Qui ſolus patriæ cũctando reſtituit rem. Huius dimi. eſt verrucula. Col. lib. vii. Caper cui ſub maxillis binæ verruculæ collo dependent, optimus habetur.

¶ Verrucoſus, homo verrucis plenus, & varias eminẽtes partes habens. Verrucoſa loca, inæqualia & diuerſas partes eminentes habentia.

¶ Verrucaria, hærba q̃ verrucas tollit. Pli. verrucas cum ſale tollit ſuccus e folio. vñ noſtri verrucariã herbã appellauere. Alio noie Heliotropium vocatur.

¶ Veruex, ab inuerſis teſticulis dr. Eſt em̃ mas inter oues, cui inuerſi ſiue adẽpti ſunt teſticuli. Nã q̃ ad generandã ſobolem integer tenet. Aries dr. Sectari⁹ veruex qui gregẽ agnorũ prę cedens ducit. Inde fit veruecinus a. um. pe. ꝓ. Pli. Et hyrcin⁹ & veruecinus adeps ei vtilis eſt.

ծ Veruecetus a. um. vt Statua veruecia apud Plaut.

¶ Veru, in ſingulari eſt indeclinabile, in plurali habet omnes caſus. ſignificatq; inſtrumentum ferreum cũ cuſpide, quo carnes ad ignẽ torrere ſolemus. Ver. Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis. a verſando, deductũ nomen vt inqt Var. Nam ad ignẽ iugiter verſat. Hinc telũ ad eius ſimilitudinẽ factũ, veru dicitur. Verg. Et tereti pugnant mucrone veruq; ſabello. Vñ veruta pila dicunt, q̃ veruã hñt ꝑfixa. Hinc Luca. li. vii. Cęſaries cõpreſſa manu Phariocq; veruto. Et veruti populi volſci dicti ſunt ꝙ dolonib⁹ in ꝑlio vterent. Ver. li. ij. Ge. Aſſuetũq; malo Ligurẽ volſcoſque verutos. veru a grẽcis dicitur obelus.

¶ Veruculum diminutiuum paruum veru. inſtrumentum quo fabri vtuntur e ferro. Plinius. Spuma ex argento ſublata veruculis ferreis atq; in ipſa flamma conuoluitur veruculo, vt ſit modici ponderis.

¶ Vermis a vertendo dicit, ꝙ ſeſe torquendo repat. Hui⁹ di minutiuũ eſt vermiculus.

¶ Vermina dolores corporis, qui quodã minuto motu quaſi vermes ſcindere videntur. Pli. Magi eo vermina & dyſenteriam curari putant.

¶ Vermino as. pe. cor. vermes habeo. Cor. Cælſus. Nihil ẽ ꝓniciоſius pueris dũ verminãt. Hinc verminatio, ꝓ morbo præſertim intumentis. Senec. Morborũ prima verminatio vexat. Hinc verminat, ꝓ torquet. Var. Septimo mẽſe verminari cœpit, partũ putauit propinquũ.

¶ Verminoſus qui vermes habet. vñ verminoſæ aures, quę intus vermes habent.

¶ Vermiculor aris, vermiculos facio. Plini. Vermiculant magis minutę quędã arbores, oẽs tñ fere, idq; aues caui corticis ſono experiunt. Hinc vermiculari, minuta opera facere. Et vermiculata opa dicunt quæ paruis teſtulis elaborata ſunt, qualia quæ muſaica vocant. Muſea em̃ appellantur quæ in ædificijs ex pumicibus dependentia fiunt ad imaginem ſpecus reddendam. Plin. Vermiculatis ad effigiẽ rerũ & aĩalium cruſtis. Et vermiculatim minutim

ծ Veruina, genus iaculi longi, qd aliqui verutum vocant.

¶ Veſanus. penul. pro. vecors, crudelis, furioſus. a quo veſania vecordia.

¶ Veſcus a. um. a ve & eſca cõpoſitum eſt, & ſignãt cũ edẽdi faſtidio. Sic Lucil. appellat veſcũ, vt id dicatur quod in eſca & cibatu appetitur, & id faſtidioſum eſt. Feſtus etiam ſcribit veſcum ſignificare faſtidioſum & edacem. veſcũ quoq; dicit qcquid ad eſcam ptinet. & quicquid edibile eſt, ab ędendi intenſione. vnde Luc. veſcum ſalem, vt ve habeat vim augendi intendendive. veſcumq; papauer, ꝙ videlicet in cibis adhibeat. Et veſcas ſalicum frondes, quoniã eſcis iumentorũ ſunt accommodatę. Rurſus veſcum ponitur pro paruo & minuto. vñ & apud Marſos lingua vernacula cñ dicunt maluã veſcnam, intelligunt de ea quã paruam dicunt. Oui. li. ij. faſt. N ucvocor ad nomen vegrandia farra coloni. Quæ male creuerunt, veſcaq; parua uocant. Pli. li. vij. Corpore veſcos eſſe, ſed eximijs viribus. Hinc veſculi male curati & graciles hoĩes nũcupant. Et aranearum telæ veſcæ dicuntur. Ser. Qui frõdes ſalicis veſcas ꝓ teneris & arentibus expoſuit, iure inceſſitur, niſi ꝓ gracilibus & male habitis acceperint. Fere em̃ q̃cunq; macilẽta & male curata ſunt, hęc tũ ſicca eſſe, tũ tenera. i. iniurijs obnoxia, frangiq; ac pati mollia.

¶ Veſcor eris. proprie cibo vtor. Ver. Veſcitur Æneas ſimul & troiana iuuentus Perpetui tergo bouis. Et ſic conſtrui poteſt cum accuſatiuo. Hieronymus in Leui. Vt offerat pro ſe duos paſſeres viuos quos veſci licitum eſt. Improprie ꝓ vtor alibi poſuit. Q. ſi fata virum ſeruant, ſiveſcitur aura ętherea. Ponitur qñq; pro video. Actius priuſq̃ infans facinus admittat, oculi veſcunt Titi.

¶ Veſſica pe. pro. folliculus in quo vrina colligitur infra aluũ a priore parte. Caper tamen venſica per n. proferri cenſet, ꝙ non ſit ſine vento. Hora. Et diſploſa ſonat quantum vẽſica pepedit. Hic. tñ & veſicã, & diminutiuũ veſiculam appellat id quo aues cibũ cõtinent, vt in Leuitico Veſiculas gutturis & plumas proijciet prope altare.

* Veſicaria herba eſt ſic dicta ꝙ veſicę medeatur & calculis.

¶ Veſta Saturni filia ex Ope, quæ pro terra qñq; ſumit eo ꝙ rebus oĩbus veſtiat, ſeu quia vi ſua ſtet. Oui. li. vi. Faſ. Stat vi terra ſua, vi ſtando veſta uocatur. Ser. veſta dicta. ἀπὸ τῆς ἑστίας, vt digãmus ſit adiecta ſicut er. ver. Enetus, venetus. Interdum ponitur pro igne. Idem Nil aliud veſtam quã puram intellige flammam quia ignis ſiue flammæ dea eſt. Et quidam dicunt nihil aliud a veſtalibus virginibus in æde veſtæ q̃ inextinguibilem ignem aſſeruari. Qui ſi forte fuerit extinctus nequaq̃ reparari faſerat ex hoc igne humanis manib⁹ elaborato, ſed accenſa per fomites ex ſole flamma purus & cęleſtis ignis eliciebatur. Fuit etiã hoc nomẽ virgo perpetua, cui veſtales virgines ſacrificabant.

¶ Veſtibulũ, a ve particula quæ diu ſignificat deducitur. Eſt em̃ locus anteianuã domus vacu⁹, per quẽ a via ad ædes itur Plaut. in muſt. Vide veſtibulum ante ædis hoc & ambulacrũ cuiuſmodi. Nam qui domos amplas antiquit⁹ faciebãt, loeũ anteianuã relinq̃bant, qui inter fores dom⁹ & viã medius eſ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

set. In eo loco qui dñm ei⁹ domus salutatum venerãt, priusq̃ admitterentur cõsistebant. a qua consistione & quasi cõstabulatione vestibula appellata sunt spatia in quibus multũ starẽt ab aduenientibus priusq̃ intromitterẽt in domũ. Alij vestibulum a ve priuatiua deduci volunt, referentes non ad eos qui aduenium, sed ad eos qui in domo commanent, qm̃ illic nunq̃ consistant, sed solum transitus causa ad hunc locum veniunt exeundo seu redeundo, vt sit vestibulum nõ stabulũ, sicut vesanus non sanus. Potest etiam dici vestibulum prima pars ianuæ, ꝙ ianuam vestiat. vel vt Ouidi. ait a vesta, ꝙ ea potissimum pars in ædificio sit vestæ consecrata. Ideo puellæ cum nubunt, non tãgunt pede vestibulũ, ne numini dicatũ locũ calcãtes sacrilegiũ cõmittãt. Luca. Translataq; vetat cõtingere limina planta. Nã in primis ingressib⁹ & in spatijs domorũ, vestę, hoc est aræ & foci solebant haberi. Oui. lib. vi. fasto. Hinc quoq; vestibulum dici reor vnde p̃camur Quã famur vestã q̃ loca prima tenet.

¶ Vestis, a velando, ꝙ corpus velet, seu a, vellere, qđ est vniuersæ quis lana. Et est gñale indumentũ, tam virile q̃ muliebre, quo continentur oĩa lanea, linea, serica, bõbycina, quæ induendi, p̃cingendi, tegẽdi, amiciendi, insternẽdi, accubãdique causa apparata sunt, & q̃ accessionis iure cedunt, q̃ sunt institæ picturæ clauiq; qui vestibus insuunt. Ponit interdum vestis ꝑ barba. Vñ Inuestes, imberbes appellantur.

¶ Vestio is, iui, itũ. a veste fit, sed transfertur etiã ad alia. Et plę rũq; cõstruitur cũ ablatiuo. Cic. de natura deorum ad oculos transtulit cũ ait. Primũ oculos membranis tenuissimis vestiuit, & sepsit, quas primũ plucidas facit. Col. lib. v. ad arbores. Vbi se frondibus vestierint teneris caulib⁹ necdũ adultis modus adhibendus est. Hiero. Ad parietes q̃ domos arborib⁹ vestiunt. Huius composita sunt. Cõuestio. Circũuestio. Superuestio. Plinius libro. xvi. Imagines rerum tenui folio breuiq; & viridi superuestiens.

¶ Vestiariũ locus in quo vestes vel seruantur vel vendũtur. Aliquando vestiarij nomine vestitus intelligitur. Vide in dictione Calcearium.

¶ Vestiarius, q̃ vestiario pręest ac vestes vẽdit.

¶ Vestispicus, & vestispica pe. cor. seruus siue ancilla custodiens vestes, ꝙ frequẽti diligentia vestes inspiciant. Plaut. Tum familia tota vestispici vnctor auri custos. Afra. Nouí non insciam ancillulam vespere & vestispicam.

¶ Vestiplica mulier quæ cõplicat vestes.

¶ Vesticeps puer qui iam vestitus est pubertate, qui barbam emisit.

¶ Vestissimus a. um, qđ est optime vestitum. Col. lib. viii. Id pecus q̃ uis ex oĩbus aĩalibus vestissimũ, frigoris tamen impatientissimum est.

¶ Vesper pro stella quæ venus dr̃, seu pro vltima parte diei gñis mas. Sta. li. x. The. Sed vesper opacus Lunares tam dux ut equos. Sed & apud antiquos fœ. gñis inuenit. Hęc stella etiam vesperugo & vespera a latinis & vesperus seu hesperus a grẽcis dr̃. Verg. Ite domũ saturę venit Hesperus ite capellæ. Est aũt vesper æmulus solis & lunę. Sed cũ solẽ p̃cedit dicitur lucifer, vt alter sol. Et ante ortũ solis apparet in oriente, & in occasu solis refulgens vesper appelat̃, quasi vicẽ lunæ reddẽs, videturq; in occasu statim posq̃ sol occidit. Idem Iubar a Pacuuio appellat̃. Sed & hic vesper hoc vesperum & hæc vespera ab auctoribus vsurpatur, pro sero diei quo ea stella apparet seu apparere solet. Hicrony. in Leui. Qui tetigerit morticina eorum immundus erit vsq; ad vesperum. Aug. Iam si placet audiamus illum mane rapientem, ad vesperam escas diuidentẽ. Hinc fit aduerbium vesperi, qđ significat principio aduentus noctis. Id tempus græci ἑσπέρα vocant. Inuenitur etiam vesper a. um. vnde cũ vesperũ dicimus neutro gñe intelligimus tẽpus. Pli. li. xviij. His horę rigãdi matutia atq; vesperaldẽ. Matutinũ tempus atq; vesperum.

¶ Vespertinus a. um, quod fit vesperi, vnde orationem vespertinam dicimus.

¶ Vesperare est vesperam fieri. Gel. Taurus philosophus accipiebat nos Athenis cœna plę rũq; ad id diei, vbi iam vesperauerat. Id em̃ est tempus isthuc cœnandi.

¶ Vesperascit serũ diei fit, a quo Aduesperascit & Inuesperascit. Terent. Cur vox non accersiturtiã aduesperascit. Liui. li. xxxix. Iam inuesperascebat.

¶ Vesperna cœna apud veteres dicebatur. Nam vt Festus inquit, Cœna vocabitur quod nunc est prandiũ. vesperna quã nunc cœnam appellamus. Quod cõuiuiũ non nisi aduentante nocte inibant prisci.

¶ Vespa aĩal paruum volatile api simile, ꝙ vesperi muscas venetur in cibo.

¶ Vespasianus nomẽ imperatoris Romani, de quo Dion. ita scribit de ipso. ἰώσηπος δὲ ἀνὴρ ἰουδαῖος ἀχθεὶς τὲ ἐπὶ τοῦ πρότερον καὶ δεθεὶς ἐγέλασε καὶ ἔφη σὺν μὲν μεδήσεσθαι ἐνιαυτὸν δὲ λύσει σ' αὐτοκράτορα γενόμενος. οὐ πω ἔφη ὁ ὄνος πάσχει δεινὸς εἰς τὴν ἀρχήν ὡς καὶ ἄλλοι ἐγεγένηντο ✳. i. Ioseph⁹ vir Iudę⁹ Adduct⁹ ab eo priusq̃ ligat⁹ risit & ait. Nunc quidem me ligabis, post annũ vero solues imperator factus. Sic autẽ Vespasianus ad imperiũ natus erat.

¶ Vespillo vilis cadauerũ funerator, ꝙ vespertino tempore mortuos efferre soleret, qui funebri pompa ꝓpter inopiam nõ poterãt efferri. vñ & funera a funalibus dicti autumat Donatus. Vespillo noctu efferebãt ob sacrorũ celebrationẽ diurnã. Mar. Qui fuerat medicus nunc est vespillo diaulus.

¶ Vespertilio incertæ naturæ est. Volat em̃ pinnatis alis sed inter volantia non est habendus, ꝙ quatuor pedibus gradit̃, formatq; pullos, parit, & nutrit lacte quos generat. Dictus vespertilio ꝙ vespere se ad volatum proferat noctis. Ambrosius. Vespertilio animal ignobile a vespere nomen accepit, est autem volatilis eademq; quadrupes & dentibus vtitur quos in alijs reperire non soleas. Parit vt quadrupedia non oua, sed pullos viuentes. volitat in aere auium more, sed crepisculo vespertino consueuit effundi, non aliquo volatu pinnarum, sed membranę sue fulta remigio, quo suspensa velut pinnarũ volatu circũferatur atq; vegetatur. Var. Fact⁹ sum vespertilio, neq; in muribus plane, neq; in volucribus sum.

¶ Vesulus pe. cor. mons Liguriæ iuxta alpes inter cęteros altissimus. ex cuius radicibus Padus erumpit.

¶ Veseuus pe. ꝓ. mons iuxta Sarnum fluuium non longe a Neapoli bonitate vini celebratus, qui semper emittit fumũ & ignes sicut Ætna in Sicilia. Hic mons amœnissimis olim habitatus agris excepto vertice, qui vt ait Stra. lib. v. cinerosus est & cauernosus petris exustis, quas color indicat igni ab rosas fuisse. Verg. lib. ij. Ge. Et vicina veseuo oranti iugo. Hic vt quidã volunt dictus est vesuuius, & per syncopã vesuius appellatur a conflagratione. Nam vesuiæ fauillæ dicuntur. Qui Tito imperante ruptus in vertice tm̃ emisit incẽdij, vt regiones vicinas incenderet. Alij sicut Ser. dicunt vesuuiũ esse mõtem Cãpanię, veseuũ vero Liguriæ sub montibus. De hoc vesuuio Mar. lib. iiij. Hic est pãpineis viridis vesuuius vmbris. Et subdit. Cuncta iacẽt flammis & tristi mersa fauilla, Nec superi vellent hoc licuisse sibi.

¶ Vestigiũ pedis impressio. i. signũ quod a pede relinquitur. Vergilius lib. iij. Ge. Et gradiẽs ima verrit vestigia cauda. Ponitur q̃q; pro extrema parte pedis. Idem lib. v. Vestigia primi Alba pedis frontẽq; ostentans arduus albã. Per translationẽ ponit̃ ꝓ quocũq; rei gesti indicio seu signo. Leo papa. Vt fiscut omnibus profuit ꝙ post resurrectionẽ domini vestigia vulnerum in carne eius Thomæ apostoli explorauit manus ita ad nostram vtilitatẽ ꝓficeret, ꝙ infantiam ipsius magnorum probauit aspectus.

¶ Vestigo as, pe. pro. quęro, quasi vestigia indago. a vestigijs tanq̃ indicijs dictũ. Ci. lib. iij. de ora. Ipsa tractatio & quæstio quotidie ex se gignit aliquid qđ cũ desidiosa delectatiõe vestiges. Huius cõposita sunt inuestigo, & Peruestigo, quæ significant quærendo inuenio.

¶ Vestini populi Italiæ inter Mauricinos Sabinosque apud quos olim fiebant casei laudati. Mar. Si sine carne voles ientacula sumere frugi, Hæc tibi vestino de grege massa venit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Veter ſenex adiectiuum trium generum. En. Cum veter occubuit Priamus ſub matre pelaſgo. Hinc veterior & veterrimus. Plaut. in bac. Senem tibi dedo illum veteriorem lepide vt lenitum reddas. Trebo. Ciceroni. Pro noſtro veterrimo veriſſimoq; amore.

¶ Vetus quidã dici putant, quaſi vietus, hoc eſt ſine vi. ætas enĩ debilitat vires. Alĩ ave valde & ætas. Et plr̃ũq; ad laudẽ Vñ dicimus apud veteres, eos videlicet auctoritatis plenos ſignificantes. Interdũ ad vituperationẽ refertur. Terẽ. in An. Sed qui maluoli veteris poeꝛ maledictis reſpõdeat. Et eſt generis oĩs. Cuius diminu. eſt Vetulus.

¶ Vetuſtus a, um. idẽ q̃d uetus. Liui. li. i. Poſſe quidẽ ſe vetuſto iure agere. Hinc uetuſtas antiquitas.

¶ Vetuſteſco. vetus fio. Col. li i. Apothecæ rectę ſuperponẽtur his locis. vnde plærũq; fumus exoritur, cum vma celerius uetuſteſcunt, quæ fumi quodam genere præcoquem maturitatem trahunt.

¶ Vetereſco idẽ quod uetuſteſco Col. lib. ĩ. Aptior tamẽ eſt ſurculis hominis urina quam ſex menſibus paſſus uetereſcere ſi uitibus aut pomorum arboribus adhibeas. Hinc componitur inuetereſco, quod eſt ualde uetus fio. ſeu ualde in conſuetudinem uenio. Nigidius differentiam ponit inter uetuſteſcere & uetereſcere, q̃ quæ uetuſtate deteriora fiunt uetuſteſcere dicantur, uetereſcere uę meliora. Sed Col. libr. vĩ. docet uetereſcere ſiue inuetereſcere nõ ſemper in melius dici. Sed ſi iã (inquit) inueterauit morbꝰ uehementioribus eſt opus remedĩs. Sed de inuetero ſupra habitum eſt.

¶ Vetero as. uetus reddo, a quo uetereſco, ubi a mutatur in e. Et cõpoſitũ eſt Inuetero, a quo inuetereſco.

¶ Veterator auctore Donato eſt homo aſtutia uetus & ĩ omni re callidus, a multarum rerum gerendarum uetuſtate. Eſt autem nomen uerbale quod a uetero & a uetereſco uenire poſſe uidetur ut cum in paſſiua ſignificatiõe poſitum eſt a uetereſco p̃ ueteratus accipiatur, quaſi ſenex factus. vt Vlp. Præcipiũt ædiles ne ueterator pro nouitio uæneat. Veterator uero auctero idem eſt quod deceptor, quaſi uulpes, quamuis pro uetꝛatore inaſtutia etiam ſumi poſſit, ut eſt illud Terent. in And. Quid hic uult ueterator ſibi?

¶ Veteranus q̃ſq; ueterẽ ſignificat. unde ueterana mancipia quę a nouitĩs diſtinguũt. ueterana q̃ anno cõtinuo ſeruiuerũt in urbe. Nouitia intelliguntur q̃ anno nõdum ſeruiuerũt, Ali quãdo legionariũ, uel eum qui honeſte aliquando militauit, & iam eſt a militia abſolutus.

¶ Veteraneus a, um. quod eſt uetus. Col. Si ſint ueteraneę uineæ, ut ſeparatos ſulcorum cuiuſq; generis per ſingulos hortos inſeremus.

¶ Veteratrix fœmina in aſtutĩs & fraudibus exercitatiſſima ueteratorie, callide, malicioſe

¶ Veterina aĩalia dr̃r ad uecturã idonea q̃ aliq̃d uehere p̃nt, quaſi uẽterina, q̃ ad uẽtrẽ onus religatũ gerant. Plĩ. Vngulæ ueterino tm̃ generi renaſcuntur.

¶ Veterinarius qui ueterinorum curam gerit, & ueterina ducit qui apud nos conſueuit etiam illa locanda domi nutricare ad quęſtum. Vnde equos mulos aſinos meritorios uocitamꝰ Colu. Nam & arator reperitur aliquis bonus & optimus foſſor, aut fœni ſector, nec minus arborator & uinitor, tum etiã ueterinarius & probus paſtor. Et ueterinarĩ, medici ſunt ueterinorum. hoc nunc uulgus Mereſcalcos appellat. Colu. li. vĩ. Solent etiam faſtidiacibo afferre uitioſa incrementa linguę q̃s ranas ueterinarĩ uocant.

¶ Veterinariꝰ a, ũ. q̃d ad ueterinariũ p̃tinet. Col. li. vĩ. Quare ueterinarię medicinę prudẽs eſſe debet pecoris magiſter.

¶ Veteramentarius ſutor, calcearius, qui ueteres calceos reſicit. Eaq; forma dicitur ueteramentarius. qua ab armento armentarius, a ferramento ferramentarius. Sueton. de Vitellio. Caſſius Seuerus nec minus alĩ eundem & ſutorem ueteramẽtarium prodiderunt.

¶ Vetuloniũ ſeu vetulonia locus in Hetruria, ô Sil. Meonięq; decus quondam vetulonia gentis.

¶ Veternus morbus ex nimio ocio perpetuum ſomnum inducens. Hunc Auicenna & medici recentiores. Subetum ſiue ſubetiam, Græci lethargũ noĩant. Et quia hic morbus pigros hoĩes facit & ad negotia inutiles, quẽadmodũ ſenectus, ideo veternus q̃ſq; p̃ pigritia ponit. Verg. lib. i. Ge. Nec torpere, graui paſſus ſua regna veterno. Q̃ſq; pro nimia dormitione. Plĩ. Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno vrſi p̃munt. vt ne vulneribus quidẽ excitari queant, tunc mirũ in modũ veterno pingueſcunt. Hinc veternoſus q graui p̃mitur ſomno. Cato vero veternoſum appellat Hydropicũ cũ inquit. veternoſus q̃ plurimũ bibit tã plurimũ ſitit. Teren. Eunuchũ veternoſum. quia ſegnis eſt quaſi veternũ patiatur.

¶ Veto as. aui. atũ. & veto is. tui. titũ. pe. cor. ſigñat p̃hibeo & ne quid fiat impero. vñ in actibus apoſtolicis. Vetati ſunt a ſpiritu ſancto loqui verbũ dei in Aſia. Sed in raro vſu eſt talis locutio. Liui. li. ĩ. Illi victi ira vetuere reddi. Ouid. Nitimur in vetitum ſemper cupimuſq; negata.

¶ Vexo as. agito, moleſto, pturbo, & hucilluc̃que diſtraho. Tractum ab eo quod eſt veho, in quo ineſt iam vis quędam alieni arbitrĩ. Non enim ſui potens eſt q vehitur, vexare aũt vi atq; motu proculdubio vaſtiore eſt. Nã q huc illucq; trahitur hic vexari p̃prie dr̃, ſicut taxare preſſius crebriuſq; tangere lactare multo fuſius largiuſq; iacere. Quaſſare etiã q̃ quatere gratiꝰ violentiuſq;. Verg. Candida ſuccinctã latrãtibus inguina monſtris Dulichias vexaſſe rates. Lactantius de ira. Et iuſti ab iniuſtis impune vexantur. Huius compoſita ſunt. Deuexo valde vexo, Diuexo varie vexo. Lactan. lib. vĩ. Vt ſi forte tamen fuerint boni, p̃dæ ſint ſceleratis, ac diuexentur vndiq; ab iniuſtis.

¶ Vexillum quaſi paruũ velũ, & accipitur p̃ ſigno quo in exercitu aut claſſe imperatores vtuntur. Vñ vexillifer.

¶ Vexillarius q vexillũ defert. Liui. li. vĩ. Ordo ſexagenos milites duos, Centuriones, vexillariũ vnũ habet.

V ante F et I

¶ Vfens fluuius qui labitur per pontinas paludes. qui etiam Aufentum a quibuſdã dicitur.

¶ Via dimidius actus quo poteſt ire vehiculum. via inquit Paul. conſtitui vel latior octo pedibus, vel anguſtior poteſt vt tñ eam latitudinem habeat qua vehiculũ ire põt. alioquin iter ſit nõ via. Abuſiue trãſumit̃ p oĩ loco p quẽ habere iter oĩbus licet. Plĩ. Cũ de via vocaſſem. Aliquando ſumit̃ p ipſo actu eũdi. Cice. Cũq; de via languerẽ & mihimet diſplicerem. Aliq̃n pro ratione. Ver. Inueni germana viam gratare ſorori. Aliq̃n pro conſuetudine. Terent. Sed via peruulgata patrum quotidie accuſabam. Dicta via abeundo, quaſi ra; q̃ per eam eatur, vel a vehendo quaſi veha, q̃ per eam fructus ad villam vehuntur, vel per quã vehiculũ ire põt. A via fiunt adiectiua Auius. Inuius. Obuius. Dubius. Peruius. prævius. Deuius. Biuius. Triuius. Quadriuius. Semita quaſi ſemis via. id eſt anguſtior via.

¶ Viam facere eſt locum vbi non erat via aperire. Viam munire eſt reficere expurgare. Interdũ lapidibus ſternere. qd̃ proprie ſternere viam dicimꝰ. Cice. Ideo ne Appius ille cæcus viam muniuit, non qua populus vteretur, ſed qua poſteri ſui latrocinarentur? Hoc etiam verbo per tranſlationem vtimur de corporeis ad incorporea. Quint. Proptꝛerea q̃ plurimi auctores q̃uis eodem tenderent diuerſas tm̃ vias munierunt, & in ſuam quiſq; induxit ſequẽtes.

¶ Viator qui viat. hoc eſt iter facit. Ambr. Eſt bonus viator qui diſpendiũ regreſſionis reliqui itineris compendioſa celeritate cõpenſat. Et viatores dicebanꝰ q magiſtratibꝰ parebãt, eoq; p̃ plr̃ũq; euocabãtur ex agris hoĩes ad magiſtratus & frequẽs eorum ab agris ad vrbẽ via erat. Col. in præfa. Illis tp̃ibus p̃ceres in agris morabanꝰ, & cũ conſilium publicũ deſyderabaꝰ, a villis arceſſebanꝰ in ſenatũ. ex quo q eos arceſſebãt viatores nominati ſunt.

¶ Vio as. aui. atum, ſignificat iter facio. vñ viator, qui viat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Viatorius a,um. q̃d ad viã ptinet. vñ viatoriũ vas quo iter agẽtes ferendi potus gr̃a vtũtur. Pli. vasa viatoria ex taxo vinis in gallia mortifera fuisse cõpertum est.

¶ Viaticũ dicitur q̃cquid iter agendi causa necessariũ est, siue cibus, sit siue pecunia ad victũ expendẽda, græce ἐφόδιον dr̃. Plau. in cap. Seq̃re me viaticũ vt dẽ a trapezita tibi. Aliq̃n capitur pro facultate seu apparatu. Q. Clau. in annalibus. Simul forma factis eloquẽtia dignitate acrimonia cõfidentia pariter p̃cellebant, vt facile intelligeretur magnum viaticũ. i. magna facultas, magnus apparatus. Huius diminuti. est viaticulum. Apul. lib. vij. de asi. Viaticulũ mihi corrasi.

¶ Viaticor aris. viaticũ paro, Plautus in Menę. viaticati hercle æstiue sumus.

¶ Vibex icis, pe. pro. signum verberis in humano corpore remanens, q̃ vi fiat. Pli. lib. xxx. Verberum vulnera atq; vibices pellibus ouiũ recentibus impositis obliterantur. Persi. Si pueal multa cautus vibice flagellas,

¶ Vbij populi trans rhenum quos voluntarios Agrippa in citeriorem ripam transtulit.

¶ Vibo oppidum in Brutijs prius a Locris ædificatũ & Hippo vocatum.

¶ Vibro as, moueo, & quasi vi agito. Verg. Sibila lambebãt linguis vibrantibus ora. Per translationem vibrare significat vocem in cantando crispare.

¶ Vibrissę seu vibrissi sunt pili in naribus hominum, q̃ his euulsis caput vibretur.

ð Viburnũ virgultũ. q̃d de radice pullulat gñs fruticis.

ð Vibrissare est vocẽ in cãtãdo crispare a vibro vel a vibrissis

¶ Vitium proprie dicitur quod virtuti opponitur, a vito, q̃ vitandum sit ac fugiendum. Sene. Si quid vitij cõmisit. Aliquando dicitur error. Pli. Librum vitijs plenum. Aliquando morbus, quãuis abinuicem separent, q̃ morbus quidẽ cõtra naturam qui vsum rei facit deteriorem. vt febris insania. Vitium vero perpetuum corporis impedimẽtũ, vt cæcitas, claudicatio, vecordia. Et non solũ in hoie, sed in alijs quoq; rebus dicitur. Cice. Præto. Si nihil est in parietibus aut tecto vitij cætera mihi probabuntur. Potest tñ qui morbosus est etiam vitiosus dici, sed nõ econtrario. Equus mordax & calcitro vitiosus nõ morbosus est. Claudus vero aliquo actu factus & morbosus & vitiosus dici potest.

¶ Vitio dare est culpare, vituperare Teren. in An. Nunc quãtem uitio dent quæso animad uertite. Et paulopost pro eodẽ Id isti uituperant factum.

¶ Vitiositas (ut Cice. lib. iiij. tuscu. inquit) est habitus aut affectio in tota vita inconstans.

¶ Vitiosi magistratus dicuntur uitio creati. Vñ apud Liuiũ legimus expugnatũ esse, ut vitiosus dictator p̃ augures fieret Cice. in phi. vitiosũ consulẽ appellat. hoc est uitio creatũ ex augurum disciplina. Quãdo enĩ comitia Romæ habebantur causa magistratuum creandorum solebant augures de cœlo seruare si aut fulmẽ uidissent aut tonitrua audiuissent. Qua re per augures nũtiata illi magistratus uitio creati esse dicebãtur, & ita se abdicare cogebantur.

¶ Vitio as. corrũpo, destruo. Lactã. li. vñ. Aer uitiabit ac corruptus & pestilens fiet. Plau. in p̃plo. Aul. Eius filiã lyconides uitiarat. Nam uitiatã uirginẽ dicim⁹ cũ pudicitiã amisit, & uitiare est fœdare. Apul. Vtroq; oculo uitiatus. Hic corpore uitiatos dicim⁹ q̃ cęci uel mãci, uel claudi nati factiue sũt. Hinc uitiatio, corruptio. uitiositas uero uitiũ dicit.

¶ Vitupero as. uitio aliq̃d do. quasi uitiũ paro. Terẽ. Id isti uituperãt factũ. Hinc etiã uituperatio, q̃ si cũ uerbo uenio uel similibus iungatur, passiue accipit. Ci. Vt p̃ptereũ in sermonẽ hoĩm atq; in tantã uituperationẽ ueniret.

¶ Vituperiũ idem quod uituperatio. Cice. uel etiã a uitio dictum uituperium.

¶ Vituperones qui & uituperatores.

¶ Vitrũ materia trãslucida, q̃ ex arena & cinere fieri dr.

*Vitriolũ paruũ uitrũ significi. etiã attramẽtũ speciẽ. Cc.

*Vitriarius uitrorũ factor. Cc.

*Vitreolũ hẽrba muralis q̃ mirũ in modũ uasa cõfricata purificat. Cc. *Vitreum quod ex uitro est. Cc.

*Vitrosus q̃d abundat uitris uel uitrum habet. Cc.

¶ Viuo is, xi, ctũ, quasi vim & uigorẽ habeo, q̃d licet absolutũ sit dicim⁹ tñ q̃nq; uiuo felicẽ uitã. Interdũ uiuere est lętã uitã agere. Hui⁹ uerbi cõposita sũt cõuiuo. un & cõuiuiũ. Peruiuo, q̃d est usq; ad finẽ uiuo. Plau. in cap. Etiã si puiuo usq; ad summã ętatẽ tñ breue spatiũ est p̃ferundi q̃ minitas. Reuiuo, a quo reuiuisco, rursus uiu⁹ fio. Supuiuo. Hre. ĩ exo. Si uno die uel duob⁹ supuixerit nõ subiacebit pœnæ. Hui⁹ uerbi frequentatiuũ est victo as, a quo fit uictito as.

¶ Viuere in diẽ dicũtur q̃ quotidie parãt noua cibaria nihil reseruãtes, nec recõdito utunt hodie appetentes hoc, cras illud, quorũ uaria est uita & uictus. Cice. li. v. tus. Nos in diẽ uiuim⁹ Col. li. iiij. Nec p̃uidẽt futuro tpi, sed quasi plane in diẽ uiuant sic imperant uitibus, & eas multis palmitibus onerant, ut posteritati non consulant.

¶ Viuus a, um. q̃d uitã habet, q̃nq; ponit p̃ naturali. Ver. li. ij. Geor. Et uiua sua plãtaria terra. Q̃nq; p̃ eo q̃d uim aliquam habet. vñ uiuũ lapidẽ dicim⁹ ignitũ, q̃ uim habeat emittendi ignẽ. Q̃nq; p̃ ualido ac uehemẽti. Verg. Paulatim abolere Sichęum incipit & tentat ũuo p̃uertere amore. Hinc semiuiuũ, q̃d mõ signifi. semimortuũ, mõ debile ac uigoris exigui.

*A uiuus fiunt uiuior & uiuissimus, i. magis uiuens. Cc.

*Viuus lapis lapis dicitur naturalis. q̃dã tñ uiuũ lapidẽ vocant ignariũ q̃ uim habet emittendi ignem. Cc.

*Viuum ferrum dicit quod a magnete uim suscipit & aliud apprehendit ferrum.

¶ Viuax ualidum, uigorosum, diu uiuẽs, & quod absumi nõ potest. Hinc uiuacior uiuacissimus, uiuacitas quæ est uigor ac robur, & uiuacia ciæ.

¶ Viuidus a, um. quasi uiuum. Propert. Quatuor artificis uiuida signa boues, quasi spirantia atq; uiuentia. Alias uiuidum dicitur robustum ac plenũ uigoris. Alias integrũ. Plaut. in ru. Non uides me referre uiuidum rẽ te sine squammoso pecu.

*Legitur & uitidum.

¶ Viuarium locus in quo uel aues, uel pisces, uel ferę cõtinent q̃ ad uictum dumtaxat pertinent. Pli. Ostreorũ uiuaria prim⁹ Sergius orator in Baiano inuenit. Idẽ leporariũ dicitur & roborarium. Proprie tñ piscinæ ubi pisces continentur, sicut apiaria loca in quibus aluei apũ tenentur, quæ melissones & mellaria nominantur.

¶ Viuiradix uitis q̃ cũ radice seritur, quasi uiuã radicẽ habẽs ad differentiam malleoli, & talearum. Pli. In arido solo uiuiradix quoq; frustra seritur. Col. Sationis autem duo sunt genera malleoli uel uiuiradicis.

¶ Viuerra animal paruum quidem sed magni uigoris. Mustella rustica dicitur, ut ait Strabo aphrica importata. His utũtur adolescentes ad extrahendas de parietum nidis auiculas. Græce dicũtur γαλαι. Aristoteles libro nono de animalibus. In Prodoselena uia interiacet, cuius vltra alterum latus gigni tur gale, citra alterum gigni non potest. Plini. In prodoselena insula uiam mustelę non transeunt. Est aliud mustellarum syluestrium genus. quæ longe domesticis maiores sunt a græcis Ictydes uocantur. Aristoteles. ictys syluestris mustellæ gen⁹ est magnitudine melitensis catelli, sed pilo facie albedine partis inferioris & morum astutie mustellæ simile est, mansuescit maiorem in modum officit aluearibus. Genitale eius esseum est. Sed syluestrium quoq; mustellarum duo genera sunt alterum sub uentre rufescit. martem appellãt. Mart. Venator marte superbus adest. Alterum candidius & uiuerra uocatur. Pli. Magna propter uenatum eorum uiuerris gratia est, immittũtur eas in specus qui sunt multiformes in terra, unde & nomẽ animali. s. cuniculus. Vtrumq; genus græci γαλαϛ ἀγρίαϛ nostri syluestres mustellas nuncupant.

¶ Vix aduerbium significat cum ui ac difficultate, & labore. Vergil. libro secundo Georg. vix humiles apib⁹ casias roręq; ministrat. Teren. vix retraxi filium ab amore ancillæ. Aliquãdo refertur ad tempus. verg. vix e conspectu siculæ telluris in altum. vela dabant lęti. i. statim. Idem Et quos sidonia vix vrbe reuelli id est nuper. Aliquando ponitur pro non. Luc. Carcer vix carcere dign⁹. Ouid. vix priamus tanti totaq; Troia fuit ¶ vix randem signifi. post multũ tpis. Cice. Apio pul. vix tãdẽ legi lras dignas Apio verg. vix randẽ Ithaci magnis clamoribus actus Compositio rupit vocem.

V ante L

¶ Vlcus est tecta & clausa malignitas. Est enim sanies concreta intra cutem latitans, q̃ vt p̃pere abrupta cute ẽrumpat emplastris superne alligatis solet confoueri. verg. lib iij. Georgic. Q̃ si quis ferro potuit rescindere summum vlceris os alitur uitiũ uiuitq; tegendo. vulnus vero est hyans patensq; apertura corporis ictu facta. vlcera capitis manantia sunt, quę græci ἀχώραϛ vocant, imperitum vulgus temam. Quidam hoc nomen aspirandum putant, quoniam a græco originem trahat Illi enim ἕλκοϛ helcos dicunt.

¶ vlcero as. pe. cor. dilanio. & quasi vlcus facio. Hinc exulcero vlcus. dilanio. Columella libro octauo. Fere autem per ęstatẽ sic muscis aures canum exulcerantur sæpe vt amittant. per translationem significat exaspero, exacerbo. Cic. Ita mihi animum exulcerauit.

¶ vlciscor eris, vltus, vindico & iniuriam non ĩpunitã relinq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Vltor format fœmininum vltrix, a quo etiam vltricia habemus vt victricia a victrix. Cc.

¶ Vlex frutex roris marini similis asper aurū retinens.

¶ Vligo pe. p. terrę humor ex ea nunq̄ recedēs, vñ vliginosus ager q̄ semp est humidus. Humidus q̄ aliqñ siccatur. Varro. Solū oportet esse eruderatū & ꝓliuū, vt euerri facile possit, ac fieri purū. Nō enī solū ea vligo lanā corrūpit ouium, sed etiā vngulas scabras fieri cogit.

¶ Vlius Apollo dicebaꝫ ꝙ salubritatis esset auctor. Cc.

¶ Vllus aliquis quasi vnus aliquis, quod nūq̄ nomē affirmatiue ponitur. Neq; enim dicimus vllus homo currit, sicut aliquis homo currit, sed ponitur vel negatiue vt non est vllus qui currat, vel interrogatiue, vt est nevllus qui currat. vel subiunctiue, vt si vllus me uocabit, statim veniam. Ab vllus fit compositum nullus.

¶ Vlna cubitus seu brachium q̄tum vtriusq; manus extenſo Vlna inquit Ser. in buc. ꝓprie est spatiū inquātum vtraq; extenditur manus. Dicta vlna ἀπὸ τῶν ὠλενων. i. a brachijs licet Suetonius cubitū uelit esse tantūmodo.

¶ Vlpicū p. cor. greci appellauere genus allij grādius iter pulmentaria ruris. auctores Pli. & Col. Quidā vlpicū uocāt alliū punicū. Græci autem ἀφροσκοδόμον appellāt longe maioris vis qui allium. Plaut. in pe. Tu autem plenior allij vlpici q̄ Romani remiges. Col. Luna infra terram sit quando allium vel vlpicum serimus, uel in tabulatum reponimus. Sic enim neq; acerrimi saporis existere neq; mandentium halitus inodorare existimantur.

¶ Vltra p̄positio est, cū actō deseruit & nō nisi separata inuenitur. Cui⁹ elegantiā oñdit. Sallu. in Iug. Mauriq; vagū gen⁹ ut alij aphricę, cōtendebāt antipodas ultra Æthiopiā cultu Persarū & iustos & egregios agere. Aduerbiū est cū sine casu ponitur, ut assidue lego nihil ultra faciens. Et tunc ex se facit' ulterior & ultimus. Fit autem ultra ab uls, quo ueteres utebantur sicut citra a cis.

¶ Vltra famam. i. opinionem significat perquā multum, sicut intra famam, quod est huic contrarium. Quinti. Hortensij scripta tm̄ intra famam sunt.

¶ Vltimus pe. cor. ab ultra idem est quod postremus. Aliquā do etiam dicitur primus. Verg. lib. vij. Tu sanguinis ultim⁹ auctor. Dictus ultimus ꝙ ultra omnia sit siue ante respicias, siue retro.

¶ Vltro ab ultra fit & significat ultra siue insuper. Ver. Et miserescimus ultro. i. ultra id quod rogauit prestitimus. Interdū significat sine requisitiōe. ut ultro ad te ueni. i. nō requisit⁹, sed spōte ueni. Interdum praue ac peruerse seu versa uice aut prior. Teren. in adel. Nisi me in illo credidisti esse hominū numero, qui ita sibi putāt fieri iniuriam ultro si quā facere ipsi exposstulant & ultro accusant.

¶ Vltro citroq; significat quod vulgo dicitur, huc & illuc & tam in factis quam in dictis dicitur. Quinti. Iuuenis sicut solet ultro citroq; cōmeare. Ci. Multisq; uerbis ultro citroq; habitis ille nobis consumptus est dies. Quidam in hac significatione utuntur sursum & deorsum. Teren. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam nesursum deorsum ue cursites. Tractum ab Athenis, cui⁹ portus in imo, urbs uero in editiore loco sita est.

¶ Vltroneus ultronea ultroneum, idem quod spontaneus. Hiero. in exod. Ab homine qui offert ultroneus accipitis eas.

¶ Vlubræ ciuitas in Italia. Horat. Est ulubris animis si te non deficit æquus.

¶ Vlula penul. correpta, auis a fletu denominata, hoc est ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, quod est ululare & flere. Vergilius, Certent & cygnis ululę.

¶ Vlysses fuit filius Laertę regis Ithaces. unde & Laertius cognominatus est. & Ithaeus ab ithaca insula, in qua regnauit. Et dulichius ab insula Dulichia, quæ illius regno habebatur. Similiter & Naritius a naritio. Est & quādoq; secundæ declinationis sicut & Achilles Verg. Et terram altricem fœui execramur Vlyssi.

¶ Vlysbona ciuitas in Hispania ab Vlysse cōdita. Sunt tamē qui prę cipiant & Vlyxem & Vlyxbonam scribi per x sed tales græcas literas ignorant.

V ante M

¶ Vmbo media pars clypei eminentior, licet quandoq; pro toto clypeo ponatur. Liui. Gallum umbone ictum deturbat. Statius. Iam clypeus clypeis umbone repellitur umbo Ciuilibus bellis.

¶ Vmbilicus p. pro. dī q̄ q̄d in aliena re est medium. unde de libro quoq; vmbilicum dici ostendit Catul. Relata carthę regiæ nouem libri Noni umbilici lora rubra membranæ. Et Plini. vmbilicum Italiæ circa lacum reatinū dixit. Suidas noster. ὀμφαλητομία ὅτε τὸ ὀμφαλὸν τοῦ βρέφους αἱμαῖαι ἀποτέμνουσι καὶ αὐταὶ δὲ ὀμφαλητόμοι λέγονται καὶ ὀμφαλιορὰ ὀμφαλός τις ἀσπίδος. * Id est Omphaletomia quando infantis vmbilicum obstetrices secant, quæ etiam Omphaletomæ. i. umbilisecę dicuntur. Et in hac significatione accipitur, quia illuc tanquam ad centum liberorum mēbra conueniūt. Item vmbilicus dicitur ligamentum intestinorū ꝙ mediā fere ventris planitiē obtinet. A cuius similitudine parutus circulus in terra descriptus ad cognoscendos uentos umbilicus dicitur. Pli. Per huius mediā lōgitudinē duci sarculo sulcū uel cinere lineā, mediāq; circūscribi circulo paruo qui uocaꝫ umbilicus Itē parui ac rotūdi politiq; lapilli eadē ratiōe umbilici dñr. Ci. Tunc duo excellentissimi uiri repueraſcere maxime uidebāt cū ex vrbe tanq̄ e uinculis ambulassent, & ad Caietā Laurentumq; conchas & umbilicos legere consueuissent. Item umbilici ornamenta & ueluti clauiculi quidam quibus libri ornant & gēmæ ligantur. Mar. Quid prodest mihi tam macer libell⁹? Nullo crassior ut sit umbilico. Pli. Et alios conuenit non oportere perforari quorū sit absoluta bonitas umbilicis statim ex auro capita comprehendentibus. Et poetę frequenter usi sunt cum exactum opus significarent, ut ad umbiculos se uenisse diceret. Hor. in Epo. Promissum carmen iambos Ad umbilicū adducerem, quod exponit Porphy. Ab umbilicum adducere pro finire & consumare opus posuit. Hor. Quia in fine libri ex ligno aut osse umbilici solent poni. In quem sensum & Marti. finem tertij clausit. Ohe iam satis est ohe libelle. Jā peruenimus usq; ad umbilicum. Tu procedere adhuc & ire quęris, Hīc umbilicatum dicimus q̄d umbilicos habet. vel q̄d ad umbilici similitudinē factū est. Huius diminutiuū est vmbiliculus. Quo nomine etiam dictum est genus ostrei marini, ꝙ in umbilicu li modū suauiter coeat.

¶ Vmbilicatim significat per umbilicos.

¶ Vmbra aer carens sole. q̄d fit alicui⁹ corporis obiectu p̄sertim nubiū. Hiero. vmbra fit ex lumine & corpore. Quidam ἀπὸ τοῦ ὄμβρον, quod est imber, umbrā appellatā existimāt, ꝙ oēs umbrę humidę sint. vmbrę etiā dicūtur quas faciūt pictores, ut imagines q̄ planę sunt solidę uideātur. q̄d dicūt adumbrare. vmbrę etiā dicūtur inferorū imagines. Verg. Vmbrarū hic locus fomni noctisq; sopore Corpore uiua nefas Stygia uectare carina.

¶ Vmbella diminu. ab ūbra. & umbella q̄ ponebatur in theatris ad arcendū solem.

¶ Vmbraculū locus in q̄ est umbra. var. lib. i. de re ru. Propeareā faciūda umbracula q̄ secedāt hoīes in æstu tpe meridiano Et apd Esaiā. Derelinquet filia Sion & umbraculū in uinea, & sicut tuguriū in cucumerario. ὃ vmbraculū q̄d facit umbrā & a sole defendit seu q̄d ponitur ꝓ umbra ut sunt aulea lintea cortina frōdes. val. li ij. Q. Catullus primus spectantiū cōsessum uelorum umbraculis texit.

¶ Vmbro as. tegēdo umbrā facio. Cui⁹ cōposita magis fūt in usu. f. Adūbro Inūbro Obūbro. Col. li. v. Dū id incremento suo uites inūbrent. Et in Euā. Et uire⁹ altissimi obūbrabit tibi Aug. Adūbrato mysterio Helias loquit. Aliqñ ponit ꝓ defendo tractū ab arboribus.

¶ Vmbro nomē fluuii Insubrię nauigabilis q̄ & Lābera Pli. dī

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Vmbraticus a,um. q̃d est ex umbra seu ad similitudinem umbrę. Aug. li. ñ, cõ. Non saltẽ ut est quędã defectura species & umbratica uitijs fallentibus. Vmbraticus homo dictus est a Plaut. trapezita qui in umbra sub tecto uitã agit otiosã. Artes q̃q; & negotia umbratica nominant in quibus p desidiã in umbra elanguescimus.

¶ Vmbratile pe. cor. quod umbratũ est, ut uita umbratilis q̃ umbra atq; opaco marcescit, seu ī umbra & otio domestico degitur. Studiosi uitam umbratilem colunt quos libri docent in umbra & otio ut inquit Cicer. pro Cor. Bal. Item pro Murena Cedat inquit stilꝰ gladio, umbra soli. Res etiã umbratiles dñr q̃ fiunt p̃ nuoluera & inanitatẽ qualis umbra est.

¶ Vmbria regio, quam Plinius in sexta regiõe collocat ἀπὸ τοῦ ὄμβρου. hoc est ab ymbre, q̃ Vmbri a grǽcis quasi ymbri dicantur, & omnium Italiæ populorum antiquissimi inundatione terrarum ymbribus superfuisse credãtur. Vel dicta est

¶ Vmbria ab umbra, q̃ ea regio propter altitudinẽ mõtiũ & uicinitatẽ Apẽnini umbrosa sit. Luca. lib. ii. Iusq; sui pulso iã perdidit umbria thermo. Incipit umbria ab apennino & ultra ac usq; ad sinum Adriaticum extenditur, multis prędara uetussimis oppidis. Sed in primis Sentino, ac fano fortunæ. In ea etiam sunt Spoletũ. A quo nunc ea regio ducatus Spoletanus dicitur. Narsia. Reate. Ameria. Tiphernũ Fulgineũ. Nuceria. Assisia. tudertũ Narnia Trecenta umbrorũ oppida Tusci debellasse reperiuntur.

ὃ Vmber a,um. possessiuum est ab umbria.

V ante M

¶ Vna aduerbium acuitur in fine ad differentiã ablatiui noīs unus & signifi. simul. Aliq̃n etiã in oratione ponitur gemina ta & habet quasi eandẽ vim quã habent tũ & cũ. Cice. Vna & id q̃d facio p̃bauit, una & in hac causa p̃fecto neminẽ prę ponendum mihi esse existimabit.

¶ Vncus fustis ab uno latere incuruus ac flexe retorquẽs. q̃ instrumento punicbantur dãnati. Iuue. Impactus Seianus ducit vnco. Huius diminutiuũ est vncinus.

¶ Vncus a,um. incuruus. Cuius cõposita sunt aduncus & Reduncus. q̃ duo Pli. lib. x. cõplexus est dicens. Et acuta uolucribus rostra, eadẽ rapto uiuẽtibus adunca collecto recta hęrbas ruentibus, limũq; reduncа, ut suum generi. Hinc fiunt aduncо. & Inunco. Aug. in expo. Psal. Pars nostri eius superiorq; supra partem inferiorem aduncatur.

ὃ Vncinus pe. p. diminutiuum est ad uncus pro fuste.

¶ Vncinatus uncinis armatꝰ. Ci. Nec ut alę asperis & lenibus armatis uncinatisq; cõplusculis cõcretata hęc esse dicat.

¶ Vncia dicta est q̃ una sit ex xij partibus assis. A quo Semis uncia duę sextulę, tertia pars unciæ, i. scrypuli octo Siciliꝰ scrypuli sex. Sextula scripuli. iiij. Est etiam uncia mẽsurę genus exiguę. vñ & diminutiuũ unciola. Iuue. vnciolã Proculei habet sed Gillo deuncẽ. Partes quisq; suas ad mensurã inguinis hæres. vñ quincuncẽ uocamus uasculum quinq; unciarũ capax Mart. Quinunces puto post decem peractas. De alijs assis partibus uide in dictione As.

¶ Vnciarium ab uncia deriuatur. A quo semunciariũ. Liu. li. vij. Semunciarium tantum ex unciario factum fœnus & in pẽsiones æquas triennij.

ὃ vnciola cũ acentu in antepe. diminutiuũ ab uncia.

¶ vnda proprie pars aquæ in se collecta & in unam partẽ tendens. dicta q̃ sit una & in se coacta. Aliquãdo ponitur p̃ aqua ut pars pro toto. Ouid. Et terris miscuit undas. Huius diminutiuum est undula.

¶ vndosum mare dicitur fluctuosum.

¶ vndisonus a,um. pe. cor. q̃d undis strepit. vñ mare undisonũ dī q̃ fluctuando sonitum reddat.

¶ vndiuomus, a,um. pe. cor. q̃d undas. i. aquas uomit. unda ei quandoq; pro aqua ponitur.

¶ vndatim aduerbium significat fluctuatim vel ad undarũ similitudinem.

¶ vndo as. fluctuo, vndas facio. Cõposi. sunt Abũdo exundo, inũdo, & redũdo. De q̃bus supra ī dictione Abundo.

¶ vndabundũ mare apud Gel. dī abunde undas faciens.

¶ vndulata uestis quæ fit ex hircorum & caprarum pilis potius quã lanis, q̃ ad undarum similitudinem picta sit. Nam & Cymatillis uestis a fluctu, ut apud Plautum & Ouid. dicebantur uero & undones quidam Cilicij. forteq; ab undis, quales modo in his textis uidemus, quę tãquã ἀπὸ τοῦ συμβάλλω συμβάλλωτα omnes appellamus, ceu origine ab illo uestium genere accepta de quibus Pli. ita scribit. Lanę & Persæ coactę uestem faciunt. Erit ergo Symballoton quasi συμβλήτοα hoc est coacti implexu potius q̃ textu cõditum. De undone Hier. quoq; meminit. var. de ui. pa. A quibusdam dicitur esse fortunę uirginis ab eo q̃ duabus undatis togis est opertum perinde ut reges nostri undulatas & prętextatas togas soliti sũt habere. Nonius varro (inquit) undulatũ noue pro puro posuit. Ita fit. ut undula uestis aliud genus sit fortasse quam Cymatilis a fluctu dicta.

ὃ vndones. uide in dictione vndulata.

¶ Vnde aduerbiũ. quasi de q̃ uno loco vt undeuenis. Interdũ significat a quo. Verg. Genus vñ latinũ. Interdum ponit pro ad quid. Teren. in Heau. Vnde petitur aurum? Vñ mihi lapidẽ, quorsum est opus, vnde sagittas? inquit Hora. Hic venuste deesi putas uel dicas mihi esse, Quinti, vñ hunc illi animũ? & alibi. vnde tantum uirium cęcos?

ὃ Vndeuñ, signãt. vñcũq;, de qua parte uoglia chesia.

¶ Vndeuis undelibet significant ex uno quouis loco sic vndecunque.

¶ Vndeuiginti uno dempto de uiginti. q̃d est decẽ & nouem A quo vndeuigesimus. Sic undetriginta, undetrigesimus, undecentesimus, undemillesimus.

ὃ Vndiq; laterũ. i. ab oī latere, ab oī pte. Sic ubiq; gẽtium.

¶ Vngo is, xi. ctũ & unguo is, gui, ctũ. scdm Prisci. quasi unũ ago. vngẽdo enī copulatur atq; unitur caro A quo fiũt composita Inungo & Perungo.

¶ Vnguentũ q̃d & ungentũ dī, nõ est illa cõpositio tenax q̃ Chirurgi utunt ad uulnera curãda, sed cõmistio diuersorum odorũ addito oleo aut balsamo ad ungẽda corpora delitiarę & luxurię causa inuenta. vñ in canticis Odor unguẽtorũ tuorũ supra oīa aromata. Plau. Nõ possunt oēs olere unguenta exotica. Põpo. tñ Iurisconsl. scribit unguenta esse q̃ uoluptatis & ualitudinis causa cõparantur. Sed hæc magis medicamenta dicuntur. Ser. ait hoc nomen unguentũ non recipere u. sicut nec vngo, unguẽ uero u habere.

¶ Vnguen idẽ q̃d unguentũ & accipit p̃ omni eo q̃d succũ habet ex q̃ aliq̃d ungi potest. Plin. Epiphoras bubulo suo cũ oleo cocto allinũt. Ceriũ cornus cinis scabricies eodẽ unguine sanat. Sũt qui dicant unguen ab uncto deduci. & esse unctũ pinguę in suis dorso siue axungiã uel seuũ. Palladius. Sumes tantũdem unguinis q̃d uocamus axungiã uel sęuũ Persi. fœnisecæ crasso uitiarunt unguine pultes.

¶ Vnguentarius q̃ unguenta cõficit ac vẽdit q̃ a grẽcis Myropola dī. Hiero. in Exo. Facies unguẽtũ cõpositum opere unguentarij.

¶ Vnctum significat illud pingue q̃d in porci dorso mollius est. Colu. lib. vñ. Frigoris fomenta adhibentur. capite & spina tepenti adipe uel uncto linuntur. Persius adiectiue posuit, uncta uixisse patella Semper.

¶ Vnguis mascu. ge. ab vngo is. q̃ politus & trãslucidꝰ sit & quasi unctus. Et est proprie eorũ animalium quæ digitos habent separatos, ut sunt homines, simię aues. Pli. Vngues simiæ imbricati sunt, hoibus latirapacibus unci, cæteris recti, ut canibus, p̃ter eũ q̃ a cruce plęrisq; depẽdet. Idẽ de aquila. vngues q̃q; huic generi inuertuntur.

¶ Vnguis morbus est oculorum quem græci Pterygiũ vocant. De quo supra.

¶ Vngula ab vnguis denominatiuum est, non diminutiuum quãuis formam diminutiuam habeat & dicitur de his quæ digitis carent. Plini. in quadrupedibus solidas habent vngulas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ non ſunt cornigera. Idem. Omnia digitos habent quę pedes excepto elephanto. Huic enim informes numero quidem quinq, ſed induiſi ac leniter diſcreti, vngulisq non vnguib⁹ ſimiles. Ouid. quoq idem fecit dū Io deſcripſit e bouis effigie in primam formam redeuntem. Vngulaq in quinos delapſa abſumit vnguis. Omnibus vngulis puerbiale eſt qđ ſignificat oībus viribus manuūq pedūq & cōatu totius corpis, vt ēt vngues q ſunt in extremitate collocati intendantur. quos Pli. exiſtimat eſſe ſummas neruorū clauſulas. Ci. li. ii. Tuſ. Toto corpore atq oīb⁹ vngulis (vt dī) cōtētiōi vocis aſſeruiunt.

¶ Vnguicula diminutiuū eſt. & de his tm dī, q̄ ungues hñt. Vñ a teneris unguiculis dicimus, p eo qđ eſt ab infantia & ab ineunte ætate. a pueris. ab incunabulis. Cic. Lētulo. Sed p̄ſta teipſum qui mihi a teneris unguiculis es cognitus.

¶ Vngulanos Cato uocauit qui magnos ungues habent ac ſcabros. quaſi ungulis ſimiliores q̄ unguibus.

¶ Vngulum annulum ſignificat. quod ideo quidam appellatū putant, q̄ ſicut in digito unguis carne, ita in illo gēma uel ſignum aliquod auro clauditur.

¶ Vngulata ueſtis ab ungulis. hoc eſt annulis. ungulum ēm Oſcorum lingua (ut ait Feſtus) annulum ſignificat. uel etiam dici poteſt ab unguibus.

¶ Vnus nūeri principiū eſt. Oui. Vnus erat toto naturę vultus in orbe Quē dixere chaos. Aliqñ dicitur ſolus. Plau. vn⁹ tū domi erā, & fores erant clauſę. In qua ſignificatione q̄nq genitiuo iungit. Pli. Accipenſer vnus omniū ſquāmis ad os verſis contra aquā natādo meat. Aliqñ accipitur pro primo. Verg. Cadit & Ripheus iuſtiſſimus vnus Qui fuit Teucris Sciendum auctore Hieronymo ad Damaſum, q̄ vnus ē numeri. quum dicimus, vn⁹ hō, vnus equus. pōt ēm & alius hō & tertius vel equus. Vbi aūt alius vel tertius non poteſt iungi. vnus ſi dicatur, nō numeri ſed vniuerſitatis eſt nomē. vtſi dicamus vnū ſolem, hic vnus ita dī, vt alius vel tertius addi non poſſit. vnus eſt enim ſol. multo magis Deus, quū vn⁹ dicitur, non numeriſed vniuerſitatis vocabulo nūcupatur. i. q propterea vnus dicitur q̄ alius non ſit.

¶ vnus & alter ſignificat duos. ſicut alter & tertius. Tacitus. Sed & alter & tertius dies contatione coeternū abſumitur.

¶ vnicus ſingularis. vt phœnix eſt vnica auis. Hinc fit aduerbium vnice ſingulariter. vt dilexit te vnice.

¶ vnuſquiſq̄ā. aliquis vnus vnuſquiſque dictio vniuerſalis. vnuſquilibet, & vnuſquiuis idē ſignificant quod quilibet oī loco. ex oī parte. ex omni regione.

¶ vnanimis & vnanimus vtroq mō dī pro eo qui vnius aī eſt & vnius ſententię cū altero. vñ & vnanimē conſenſum dicimus, quū amicorū concordia eſt. Hinc vnanimitas.

¶ vnicaulis hęrba q̄ vnū caulē habet, nec in ramos ſpargitur.

¶ vnicolor pe. cor. vnius coloris.

¶ vnicornis ge. maſc. ſiue vnicornius & vnicornium declinari poteſt pro animali qđ vnicū in fronte cornu tōgū gerit. qđ ad ſaxa limat, & cū ipſo perforat elephantem Græce Monoceros dī. Hoc aīal, vt Alber. inquit eſt moderatę quātitatis, buxei coloris, & fiſſę in duo vngulæ pedis, in deſertis habitans.

¶ vnicuba pe. cor. mulier quę cū vno tm viro cōcubit. Hiero. Legant anteq̄ religio noſtra fulgeret in mundo vnicubas ſemper habuiſſe inter matronas decus.

¶ vnigenitus filius qui vnicus eſt. quaſi ſolus genitus nec fratrem vllū habuit aut ſororem.

¶ vnioculus qui & monocolus. q vnū tm haber oculū. Plau. vniocule ſalue. Græci Monophtalmō dicunt.

*vniiuge vineę dicuntur ſibi haſtilibus in terra defixis ſingulæ tranſuerſæ perticæ invnam tantum partem ordinis adnectantur. Cc.

¶ vniuira pe. cor. quę q̄ vnū dūtaxat virū cōiugem habuit. Hiero. vniuira Anna inducitur ſemperq ieiunans.

¶ uniuerſus quaſi omnis ad unū uerſus. i. ſine aliqua exceptione, & in ſingulari quidem idem eſt quod totus. ut uniuerſus ager. uniuerſus exercitus. In plurali ſignificat omnes coniunctim. Nā ſi dicim⁹. Omnes ſibi domicilium conſtituerunt intelligitur domiciliū ſibi unūquēq conſtituiſſe. Si uero dicim⁹, uniuerſi ſibi domicilium conſtituerunt, ſignificatur omnes ſimul unum ſibi pro oībus domiciliū feciſſe. Hinc fit Inuniuerſum quod ſignificat uniuerſaliter.

*uniuerſipotens dicit Deus q̄ uniuerſa poſſit. A quo uniuerſipotentia deriuatur. Cc.

¶ uniuerſale qđ ad uniuerſos p̄tinet. uniuerſalitas gñalitas.

¶ uniuocum pe. cor. cuius & nomē cōmune eſt & eadem ſubſtantiæ ratio, qđ græce ſynonymū dī ſicut ęquiuocū, cuius nomen tm cōe eſt ſed ſubſtantię diuerſa ratio & a Græcis Homonymō appellatur. Homo & equus uniuoca ſunt, qa ſub uno aīali noīe cōprehenduntr, & eadē eſt utriuſq ſubſtantia. Homo uerus & hō pictus equiuoca ſunt, quia de utroq aīal prędicat, ſed ſubſtantia eorum diuerſa eſt. grammatici dicūt Homonyma eſſe, q̄ uoce ſed nō ſignificatione conueniunt, ut nepos & filius filii uel luxurioſus. Synonyma q̄ nō uoce ſed ſignificatione conueniunt ut enſis & gladius. Hinc uniuoco as. pe. cor. & Vniuoce.

¶ Vnedo fructus arboris ſimilis terreſtribus fragris. & arbor ipſa eriā Vnedo dicitur. folio citro ſimilis, fruticoſa. pomū inhonorū eſt. lōq Vnedo dicitur q̄ unū tm mandi poſſit. Græci Comarū uocant, Latini Arbutum.

¶ Vniois. iui, itum. cōiungo. quaſi unum facio. unde uniti animi qui ſunt unius uoluntatis.

¶ Vnio, onis. mō cōcordia ſignificat. Aug. Nā hoc fieri poſſe in tanta aiorū unione q̄s dubiteret? Mo margaritā. q̄ in conchis nulli duo reperiantur indiſcreti inquit Pli. Dos oīs unionum eſt in candore, magnitudine, orbe, leuore, & pondere.

*Vno ſe ab unus. quo uteres uſi ſunt pro ſimul. Cc.

¶ Vnni populi q̄ mari Cronio uicini Caſpiū accolunt, quos quidam Turcos uocari exiſtimant. ſunt Hungari.

¶ Vnq̄ aduerbium ſignificat aliquo tempore, quaſi uno quodam tempore. A quo Nunq̄.

A ante O

*Voberea uilla eſt iuxta Bilbilim amnē, curſu fluminis umbra arborū & frigiditate ſcaturientiū fontiū amœniſſima. Cc.

¶ Voces dicunt ea oīa q̄ ſonant. uox ēm fit ἀπὸ τοῦ βοάω qđ eſt uoco. Verg. Fractaſq ad littora uoces.

¶ Vocula pe. cor. diminutiuū parua uox, Ci. ad Q. Fratrem Quanto molliores ſunt delicatiores in cantu flexiones ac falſę uoculæ q̄ certę & ſeueræ. Interdū ponitur pro detractione. Idem. M. Cælio. Si incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed etiam in uoculas maliuolorum.

¶ Vocabulum dicitur quo res ſingulæ noſcantur.

¶ Vocalis & hoc uocale quod eſt ſonorum & ſummę uocis. Pli. li. xviii. Ranę quoq ultra ſolitū uocales ſunt ſigna tēpeſtatis. Vnde uocales literæ dictę qa p ſe uoces faciunt, & ſine his literalis uox proferri nō pōt. Hinc Semiuocales q̄ quaſi dimidiatum uocalium ſonū habent. Sciendū eſt q̄ qñ dictio finit i uocalē q̄ is longā, ſi ſequens incipiat a uocali illa finalis breuis eſt, ut Ilio alto.

¶ Vocalitas conſonantia, quam Græci Euphoniā uocant.

¶ Vociferor ſignificat cū dolore ſiue indignatione maiorem uocē emitto. Interdū ſine effectu uehemēter exclamo.

¶ uoco cas. clamo. ut uoca operarios. Item uocare appellare. Lactan. lib. iij. Q, ſi deū naturam uocant, quæ peruerſitas. Naturam potius q̄ Deū noīare. Itē inuitare. unde uocatores dicti ſunt, quibus inuitandi datum eſt negotium, ſiue qui per ſe uocant ad cœnas. Plinius. Inuitatus ad regis cœnam uenit. Indignantiq Ptolemęo, ac uocatores ſuos oſtendenti, ut diceret a quo eorum inuitatus eſſet, ille arrepto e foculo carbone extincto imaginem in pariete delineauit. Item poſcere ſeu uęndere. Iuue. Bis quingenta dedit, tanti uocat ille pudicam. Itē denuntiare. uerg. li. i. Geor. Tum cornix plena pluuiam uocat ī proba uoce. Huius compoſita ſunt. Aduoco. Auoco. Cōuoco, in unum uoco, congrego. Cicero lib. i. Tuſcula. Qui diſſipatos hoſtes congregauit, & ad ſocietatem uitæ conuocauit. Circūuoco. undecūq uoco. Deuoco. Euoco. Inuoco. Prouo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

co. Peruoco. quod est omnes voco. Reuoco. Retrouoco. & Seuoco. quæ habent penult. cor.

¶ Vocito as. pe. cor. frequenter voco Plau. in capti. Pecimum vocitatus est, post vos indidistis. Tindaro.

¶ Vocatiuus casus dictus est q̃ per eum vocamus.

¶ Voconia gẽa sunt Pyrorũ, quẽadmodũ & Volema. Cc.

¶ Vogisonus siue vigissolus lacus in Patauino agro.

¶ Volo as. proprium est alas habentium. vt Volat ille per aera magnum Remigio alarum. Transfertur etiam ad alia quę celeriter currunt. vt nauis volat, fama volat, & huiusmodi. ꝑ celeriter vadit. Terentius. Ne frustra illic expectet vola. Hĩc veliuolum mare dicitur. Eius composita sunt Aduolo, quod est iuxta vel aliquo volo. Plini. libro. x. In agrum volaterranum palumbium vis e mari quotannis abuolat. Aduolo alio volo. Circunuolo. Idem in eodem. Nec vnq̃ tam longo naues tamq; continuo cursu recedunt a terra, vt non circũuolitent eas appodes. Deuolo, deorsum volo. Euolo extra vel in altum volo. Vnde per translationem Cicero Lentulo. Quia alti⁹ me euolare noluerunt. Inuolo. Interuolo. Obuolo, contra volo. Peruolo, celeriter volo. Præuolo ante volo. Prouolo, procul volo. Reuolo, rursus volo, reuertor. Gel. Vbi satis sæuierat coruus reuolabat in galeam Tribuni. Subuolo latenter volo. Colu. lib. ix. Pulli facilius sub matribus pinguescunt si iam firmis priusq̃ subuolent paucas subtrahas pinas & ob teras crura, & vno loco quiescant. Superuolo. & Transuolo q̃ hñt penultimam correptam.

¶ Volito as. frequenter volo. Plinius. Super aquas assiduevolitans. Ponitur & pro discurro. Ci. qui per forum volitant.

¶ Volatus us. ipsa volatio & volandi actus.

¶ Volatile pe. cor. quasi volans. vt aĩa volatilis. & volucres volatilia dicunt quia volant.

¶ Volaticus a. um. quod volat & cito trãsit. Aug. li. v. Cõf. Turpes sunt tales & fornicantur abs, te amando volatica lubidria.

¶ Volatura idem qd̃ volatus. Var. Ibi in prima volatura cũ veniunt morant dies paucos requiescendi causa.

*voligo piscis genus. a volando dictũ. Dicit & Loligo. Cc.

¶ Volucris pe. cor. oĕ id qd̃ volat, nõ solũ aues, sed apes quoq; vespę, tabani, & reliqua hmõi. Hiero. cõtra Ioui. Quis nõ stirum leonem, qs viperã, qs volucrẽ, qs ciconiã, qs milũ, qs reptantes in littore vermiculos vnq̃ comederit?

¶ Volucer adiectiuũ ponitur ꝑ celeri. Mar. Et volucrem longo porrexit vulnere pardum.

¶ Volucra gen⁹ animalis, quod prędit teneros pampinos Colu. lib. i ĩ.

¶ Volo vis. a volo. las. q animus in quo velle est, talis sit vt puncto tpis puolet quo vult. Hinc voluntas & volentia Cõposita sunt Nolo, Malo & puolo.

¶ Voluntas vt Aug. lib. de libe. arb. ait. est qua appetim⁹ recte honesteq; viuere, & ad summam sapientiã puenire. Hinc voluntari⁹. a. um. qd̃ fit sponte. Aug. volũtariũ bellũ indicit passionibus. Hinc aduerbiũ volũtarie.

¶ Volentia idem quod voluntas, quę quid cum ratione desiderat. Sal. cñ volentia plębi pro placentia plębi scripsit hoc ẽ quæ plebs vellet. A volentia fiunt Beniuolentia Maliuolentia pro amore & odio. quasi bona & mala voluntas. Beniuolus & Maliuolus.

¶ Volones dicti sunt serui q bello punico quũ deessẽt q scriberent, pro dominis pugnaturos se polliciti in ciuitatem recepti sunt, & Volones appellati, quia hoc sponte voluerunt.

¶ Voluptas est elata prẽter modum lętitia opinione præsentis alicuius boni. Vnde quicquid cũ delectatione animum demulcet, voluptas dr̃, q id maxime velimus. Referturque ad animũ & ad corpus, q̃is nonnulli insimulent solius corporis esse ac turpem. Sed de honesta scribitur in Psal. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. De turpi Cic. Diuin⁹ Plato escã malorum appellat voluptatem.

¶ Voluptuosus habituationem & vehemẽtiam significat & affectionem, vt voluptuosus homo q per q̃ amat voluptatẽ. voluptuosa res q̃ in se habet voluptatem, & plena est voluptatis & q̃ voluptate afficiat. Ille recipit hęc recipitur.

¶ Volupe delectabile. Plautus in Am. Nam quia vos transquillos video gaudeo & volupe est mihi. Alioqui pro voluptate ponitur.

¶ Voluptarius a. um. quod voluptatem affert. Augustl. libro x. Cõ. Et sæpe incertum fit vtrum adhuc necessaria corporis curasubsidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia ministerium suppetat voluptarius hõ qui se voluptati dat. Plau. in Menę. voluptarij atq; potatores maximi tũ sycophantę & palpatores plurimi.

¶ Voluptabile gratũ voluptuosum. Plau. voluptabile mihi cũ aduentu tuo tulisti.

¶ Voluptia voluptatis dea habita est. *Dicit & volup.

¶ Vola media pars manus siue pedis. A quo volo las. qd̃ significat volas. i. pedes. moueo. Verg. li. vi. Ille tm̃ prodire volando. Nã ad pedũ uolas retulit. Ad manus retulit Ter. Vix me contineo quin inuolẽ i capillũ. A uolo fit cõpositũ Inuolo q̃d est rapio & suffuror & in uola abscondo.

¶ Volua. vide in dictione uulua.

¶ Volema pe. pro. Galli appellant pyra bona & grandia eo q̃ palmam impleant.

¶ Voluo is. ui. duarũ syllabarũ, uolutũ, notę significationis. Cuius composita sunt. Aduoluo pro agglomero Conuoluo. Circũuoluo. Deuoluo. Euoluo. Inuoluo. Prouoluo, añ uoluo ut ꝑuolutis pedibus. Reuoluo explico. seu iterũ uoluo.

¶ Voluto as. pe. ꝑ sæpe uoluo, & aliq̃n mente uoluo, & cogitatione perquiro, uerg. Id quidem & tacitus Lycida mecũ ipe uoluto.

¶ Volutabrũ pe. ꝑ locus ubi sues uolutant. uer. Sæpe volutabris pulsos syluestribus apros Latratu terrebis agens.

¶ Voluubilis qui facile uoluitur.

¶ Voluox uermis qui & Conuoluolus & inuoluolus dicitur.

¶ Voluola uermis, a uoluendo q̃ inuoluat, se frondibus easq; amputet hunc Plaut. inuoluolum. Cato. Conuoluolum. Græci Iulum noĩant.

¶ Voluumen pe. pro. a uoluendo, q̃ maiores nostri in libris arborum, i codicibus scribebant, & libellos illos quo ferrent cõmodius complicabant. Ideoq; uolumina appellata sunt libellis similiora q̃ libris. Est em̃ proprie uolumen pars codicis, ut puta Metamor. liber in. xv. uolumina distinctus est. Ouidi⁹. Sunt mihi mutatæ terquinq; uolumina formæ. Pli. Iunior. Libri. iij. in. vi. uolumina propter amplitudinem diuisi. quasi in vi. minores libros, ut sint uolumina aliquanto minora q̃ libri Igitur uolumen pars libri est, liber uero pro toto codice & ꝑ uolumine accipitur. Inde dicimus Euoluere libros. i. aperire legendi gratia, quasi rem cõplicatã explicare sicut. Euelare, rẽ uelatam detegere.

¶ Voluius poeta fuit Patauinus, q Enniũ secutus rerũ gestarũ populi Romani annales carmine scripsit. Huius meminit Catul. At uolusi annales Paduã morient ad ipam. Et laxas scombris sępe dabunt tunicas. Cc.

¶ Volsella sunt instrumenta ad pilos euellendos a corpore.

¶ Voluratim significat iterũ atq; iterũ uoluendo.

¶ Vomo is. ui. tum. ẽctio. & ꝑprie de cibo dicitur, q̃is ad alia transferatur. Inde uomitus. Huius composita sunt. Euomo. extra uomo. Reuomo. retro uel rursus uomo. Pli. lib. x. Simili modo auibus deuoratis solidis contentione plurima & cætera ossa reuomunt.

¶ Vomer & uomis dictus q̃ terram uomat.

¶ Vomica pe. cor. a uomendo, q̃ pus inde manet. uel q̃ quę habent in sanie reiciant. Nam est tumor excrescens siue grossities illa quæ nascitur in aliqua parte corporis saniem frequenter emittens. Serenus. Sunt, odio quos dira uomit natura tumores. uomica qualis erit vel eidem proxima quædam. Hic Plaut. non infestiuiter uomicam appellat crumenam nũmis refertam atq; tumentẽ, quã ait in Persa. Quid in hoc collo tibi tumet? respondet uomica est. Sumitur & pro receptaculo ex eadẽ similitudine. uñ apud Pli. lapis legitur, e uenis cui⁹ vo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mica liquoris eterni argentum viuum appellatur. Nonius. Caua & vetustate obesa vomicæ nominantur.

¶ Vopiscus dicit qui ex duobus cõceptis vno abortu exclusso ad partum legitimũ ducitur. Quo nomine dict⁹ est Historicus quidam qui de imperatoribus scripsit.

¶ Voro as. cibũ nõ confectũ deglutio. Hinc per translationẽ vorare capit pro auide sumere. Vñ voraces gulosi. & voracitas gulositas. Composi. est Deuoro. de quo supra.

¶ Vorago pe. pro. barathrum dicitur. ꝙ in eam cadentia non emergant, sed deuorari videantur.

¶ Vortex, vide vertex.

¶ Voueo es. ui. tũ deo aliquid sancte promitto. Liui. In re trepida. xij. vouit Salios fanaq; pallori & pauori. Huius compossitũ est. Deuoueo quod est destino. Vnde & Deuotum destinatum. Var, Tu deuoto tibi animo vtere.

¶ Votũ ꝓmissio facta deo. Sed quia ea valde desideramus q̃ voto a deo poscimus, fit vt aliqñ votũ pro voluntate & desiderio sumat. Vñ voti cõporẽ dicimus eũ qui desiderũ suũ assecutus est. Et pro voto succedere. i. pro desiderio.

¶ Votiuus a. um. pe. ꝓdu qd ex voto dari ꝓmittitur. Hora. Pascitur in vestrũ reditũ votiua iuuẽca, votiua verba dicim⁹ quibus in faciẽdis votis vtimur & votiuas preces quib⁹ aliqd cũ voto poscim⁹. Pli. lib. vij. Ludis ꝓ salute diui. Aug. votiuis Ci. in ver. actio. ij. ludos votiuos appellat quos vouerat. Hiero. votiuum tunc christianis erat ꝓ noĩe dei gladio percuti.

ỏ Aliqñ votiũ significat qd voto desyderatũ est. Apul. lib. vij. Tota ciuitas ad votiuũ conspectũ effunditur.

ỏ Votitũ veteres dici voluerũt religione aliqua prohibitum Plau. in Asi. Nolo illũ habere causam; & votitam dicere.

¶ Voto as. A quo fit frequentatiuum votito as.

¶ Vpupa auis cristis a capite exeũtibus galeata in fimo semper commorans.

ỏ Vragus ab antiquis dictus est quẽ orchũ dicimus quasi ab vrgendo ꝙ is deus maxime nos vrgeat.

¶ Vrania pe. cor. vna ex musis. & apud nos cælestis dicitur. Ouidius libro quinto. Fastorum. Excipit vranię fecere silentia cunctæ οὐρανὸς enim cælum dicitur. ꝙ viros eruditos in cęlũ tollit. vranos vero dicitur quasi oranos, vt inquit Amb. lib. Hexa. ab ὁράω, ꝙ sit visui peruium & minime densum vt est aq ua & aer.

¶ Vrbs oppidũ muro cictũ. ab vruo aratri curuatura, ꝙ antiq iunctis bobus tauro & vacca Hetrusco ritu in condendis vrbibus interiore aratro circũagebant sulcum, intra quẽ vrbẽ ędificarẽt. Hoc faciebant religionis causa die auspicato, ut vrbs fossa muroq; munita esset, & locũ vnde terrã fodissent fossam vocabant. Verg. li. iij. Geor. Apta dies legit qua mœnia signet aratro. Quidam ab orbe vrbem appellatam putãt ꝙ sulcus in orbem duceretur. Nã ciuitates antiquæ in orbem fiebant. Et proprie Roma vrbs dicta est ꝓ Antonomasiã, cũ cętera dicant oppida Est autẽ Vrbs mœnia ipsa. Ver. Vrbs antiqua fuit Tyrij tenuere coloni Carthago. Ciuitas coloni q ciues dicuntur. Apul. Quod oĩs ciuitas opprobauit. Sed confunduntur, qñq; ꝙ vrbs ꝓ ciuitate ponat Ver. Inuadũt vrbẽ somno vinoq; sepultã. Et ciuitas ꝓ vrbe. Sene. Quũ plærasq; ciuitates videremus terræmotu funditus collapsas. Ab vrbe fit Suburbiũ & suburbanũ, vrbanus & vrbicus, sicut ab Oppido oppidanus & Oppidicus.

¶ Urbicula dimi. parua vrbs, q̃ vulgo Citadella appellatur.

¶ Vrbicus a. um. qd ad vrbẽ ptinet, sicut Rusticus a. ũ. qd ad rus. Gel. Si quod autẽ posset remedium esse, vt ne tã assidue domus Romę arderent, vænum hercle dedissem res rusticas & vrbicas emissem. Suet. in Aug. vt feraciorem habiliorem q; annonæ vrbicæ redderet.

¶ Vrbanus a, um. idem quod vrbicus. vt vrbani mores. Vrbana curia. Aliqñ vrbanus dicit cultus, disertus, facet⁹. hoc ẽ qui in verbis & sono & vsu proprium quẽdam prę se fert vrbis gestũ & sumptã ex conuersatiõe doctorũ tacitã eruditionem. Et differt à dicaci. ꝙ dicax est cuius sermo cum risu alĩquem incessit. Ideo Demosthenem vrbanũ fuisse dicũt. dicacẽ negãt Q uẽadmodum aũt vrbanũ & dicacẽ hoĩem dicimus, ita vrbanum & dicacem sermonem. vnde vrbanitas & dicacitas tam de oratione q̃ de homine dicitur Ab vrban⁹ fit Sub urbanum, & Anteurbanum.

ỏ Vrbanitas vt idẽ auctor ait, illa est in qua nihil absonũ, nihil agreste, nihil incõditũ, nihil peregrinũ, neq; sensu, neq; verbis, neq; ore gestuve possit deprehendi.

ỏ Vrbanicani milites dicuntur nõ tã qui vrbani sunt & romani q̃ q ad vrbem.

ỏ Vrbicaria procuratio, a iure con. dicitur quam vrbanam intelligi volunt.

ỏ Vrbare, aratro definire.

¶ Vrbanatim idem qd vrbane. hoc est modeste. elegãter. Põpo. Ego rusticatim tangã, vrbanatim nescio.

¶ Vrceus vt Paulus Iureconsul. ait, est vas quo aqua in vrnam infunditur, Cuius diminutiuũ est vrceolus.

⁎ Vrceolaris herba a veteribus dicta est q̃ & Parietaria, siue vt alijs placet Muralis ꝙ muris & parietibus adhęreat. Cc.

¶ Urgeo es. si. cogo, premo, ꝓpello. Ver. Ima soluũt latera atq; oculos stupor vrget inertes. Et vrgere ĩsistere. Luci. Cæde hostiũ gnato vrgere instant perimus. Itẽ tegere. Ver. Qui saxo semper atq; ingẽtis põdere testę vrgerent. Itẽ accelerare. vt apud eundẽ. Veste tegens tibi quã noctes festina diesq; vrgebã, & tela curas solabar aniles.

¶ Uri boues agrestes, quos vulgus bubalos uocat. feri sunt & uelocitate excellentes. cornua taurinis similia, ut auctor ẽ Soli. capacissima sunt, adeo ut in mensis uicem prębeant poculorum. Quinetiam Albertus Mag. li. xxiij. de animalibus scribit tantam esse uris in cornibus uastitatem ac robur ut hominem cum equo uentilent. In Germania peculiariter gignũtur, ut Cæs. & Pli. testantur. Dicti uri ἀπὸ τῶν ὀρέων. i. a montib⁹ quia in montibus esse consueuerunt.

¶ urina a gręco οὐρέω meio. A quo οὐρόσ urinam dicunt latini lotiũ a supino lotũ. lo tñ syllaba pter naturã primitiui corripitur. Neq; solũ ꝓ excremẽto potus sed etiam ꝓ genitali sp mate accipi solet. Pli. lib vij. Incontinens asinę uterus genitalẽ urinã reddit ni cogat in cursum uerberibus a coitu.

¶ urino as. siue urinor pe. pro. quod est in aquã mergi & natãdo emergere. Nã & uruum ita flexum deorsum est, ut redeat sursum. urinare ergo dictum quasi ad similitudinem uirui nare. i. natare. Plinius. lib. xi. Eadem est causa quia sub aqua diu ranæ & Phocæ urinent. Hinc urinatores apud var. qui ĩ aquã mergũntur. Callistratus Iureconsul appellat eos qui merces e mari extrahunt naugii gratia iactatas. Hinc fit compositum Inurino. Colu. libro. ix. Lacus piscinaq; fiant, ut sint quibus in urinare possint aues.

¶ urna proprie uas aquariũ, quod in aqua hauriendã urinat i. mergit atq; emergit. Cuius diminutiuũ est urnula.

¶ urnarium mensa quadrata. ꝙ urnas cũ aqua positas ibi potissimũ haberẽt in culina. Hoc apud nos plurimi, marmoreũ faciunt foramine per quod aqua effluat relicto, ac sup id escaria uasa epulis uncta per ancillas lauantur. Est & urnariũ balnei ab urna uase aquario.

¶ uro is. ussi ustum. ardeo. qd & de frigore dicit. Nã & frigus urit. Luc. urebant mõtana niues. uerg. Aut boreæ penetrabile frigus adurat per translationẽ ponit pro cruciari. uerg. urit atrox Iuno. Huius cõposita sunt. Aduro, quod est circũuro. uerg. Rapidi ne potentia solis Acrior, aut boreę penetrabile frigus adurat. Deuro. Exuro. Comburo. Peruro ualde uro. A quo Pruina. Inuro, qd est adhibito igni fingo.

¶ uredo morbus herbarũ, fruticũ, arborũq;, qui in uitibus ẽt Carbũculus dicitur, & in cæteris rubigo sata, plantas, arbores q; adurens. Interdũ uredo significat incendiũ ac pruritũ. Pli. de urtica pisce. Hęc tactu uredinem excitat.

⁎ uriculum Latini dicunt quod Gręci Encaustum. Cc.

¶ uropygiũ & Oropygium est angusta & ultima spinæ pars siue ut Iul. Pol. inquit sphõdylis finis podici imminẽtis. quasi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

terminus pygę ſiue finis vertebrę Gręce οὐροπύγιον. Ariſto. libro vlti de partibus aĩaliũ. vt caudã quadrupedum vult eſſe, ita volucrũ vropygiũ & earũ dũtaxat quę ſciſſas alas habent. Oropygium ita datum volucribus ad dirigendos volatus, quẽadmodũ nauigĩs temones.

¶ Vrſus animal ferum. A quo fiunt diminutiua vrſulus vrſellus. & urſiculus. & adiectiuum urſinus. a. um. quod eſt ex urſo, ut caro urſina.

¶ Vrſa fœmi. ab urſus. Eſt & ſidus cęleſte figuram habens ſimilem plauſtri. unde antiqui Gręcorũ Amaxam hoc ẽ plauſtrum dixerunt. Noſtri quoq; a bobus iunctis Septentriones appellauerunt. i. a. vñ. ſtellis ex quibus quaſi iunctitriones figurant. Sũt aũt duæ urſæ Maior & minor, quas Gręci ἅρκτους uocant. De quibus alibi.

¶ Vrtica genus herbę. ab urendo q̃ eius folia tacta acerrime urant. Quo etiã noſce dictus eſt piſcis quidã q̃ uredinẽ tactu excitet. Cõſtat ſi eũ mare nõ admittant & urtica infricẽtur natura, libẽter coitũ pati. Scribũt phyſici urticã in cibis coctã uti liſſimã eſſe lyeni, uentris duritiæ, articularibus & podagricis morbis arterię, tuſſi uentris diſtillationi, ſtomacho. Pect⁹ præterea purgare, urinã eĩcere, ſanguinẽ nariũ ſiſtere, calculos rũpere, uuã reprimere. Gręce autem ἀκαλήφη urtica dicitur.

¶ Vruũ ararri curuatura. a quo uruo as. qđ ẽ aratro definio.

Vl ante S

¶ Vſia cum accentu in pe. latine eſſentia ſiue ſubſtantia dicit Aug. in Dial. vſia eſt proprie & principaliter dicta quę neq; in ſubiecto neq; de ſubiecto ſignificatur, ut eſt hic homo, uel hic equus. Secundæ dicũtur vſię genus & ſpecies. i. animal & hõ. q̃ ſolę indicent primã. vt ſiquis nolit vel neſciat dicere ſocratem, dicat animal vel hoĩem. i. genus vel ſpeciem quibus dictis quid ſit Socrates agnoſcitur.

¶ Vſitor pe. cor. frequenter, vtor. A quo vſitatus vſitatior. vſitatiſſimus.

¶ Vſpiam pro vſq̃, & in loco & ad locum ſignificat. Terent. in Adel. Aut vſpiam ceciderit.

¶ Vſq̃ alicubi. quaſi vno quouis loco a quo Nuſq̃ nullibi.

¶ Vſq; modo p̃poſitio eſt ſignificans continuationem & finẽ actus, puta loci, tẽporis, & hmõi. vt vſq; ad diẽ dominicum tecũ futurus ſũ. Ver. vſq; ſub extremũ brumę intractabilis ĩber. Tibul. vera cano ſic vſq; ſacras in noxia laurus veſcar & ęternũ ſit mihi virginitas. Sed cũ noĩbus ꝓprĩs locorũ vel domus, rus, militia iungit, ſimplicẽ actũ requirit. vt vſq; rus ꝓpero. Q̃q; additur ad. Ci. pro Deiota. vſq; ad Numantiã miſit. Cum alĩs vero iungimus ad vel in. vt vado vſq; in Hiſpaniam. vado vſq; ad Padum. Interdum etiam de loco eſt. Terẽti⁹ in Eunucho Ex. Æthiopia eſt vſq; hęc. Q̃q; aduerbiũ eſt ſignificans diu aut multũ aut ꝓpe. Idẽ ĩ Adel. Cheſipho me pugnis miſerũ & iſtã Pſaltriã vſq; occidit. i. ꝓpe vel vehementer occidit. Nam occidere ad cædẽ veteres referebant. Aliquando ſignificat aſſidue, perſeueranter. Ci. Cornifi. Mihi curę vſque erit quid agas. Ver. li. vi. Nec vidiſſe ſemel ſatis ẽ fuuat vſq; morari.

¶ Vſq; quo quaſi ad vnum aliquod tempus vel locum, vt vſquequo ebria eris.

¶ Vſq; quaque. paſſim, aſſidue, ſemp. quaſi in vnoquoq; loco ſiue in vnoquoque tempore. Cicero. Treba. vſquequaq; ſapere oportet.

¶ Vſque eo & vſq; adeo. i. intantum. Cic. vſq; eo vt ego miſererer eius. Aug. vſqueadeo inter frementes permanſit intrepidus, & inter lapidum fuit cruciamẽta ſecurus, vt incredulitatem Iudæorum fidenter argueret.

¶ Vſq; ante hac. i. anteq̃ ſicut exponit Do. Ibi iunguntur duę p̃poſitiones, ſed vna eſt velut aduerbiũ. Nulla enim p̃poſitio p̃poſitioni iungi ſeparatim põt, ſed vſq; eiuſmodi eſt vt ſine aliqua p̃poſitione raro inueniatur. Terent. in An. vt animus in ſpe atq; in timore vſq; antehac attentus fuit.

¶ Vſus ipſe vtendi actus. Verg. Nã neq; erat corĩs vſus. Interdum conſuetudo. Quint. Mulierem cum qua illi lõgus fuerat vſus. Interdum opus & exercitium. Verg. lib. viĩ. Arma acri faciunda viro nunc viribus vſus Nunc manibus rapidis. Interdum fructus & vtilitas. Apul. Quum id ex vſu meo nõ eſſet. Hinc vtilis & vtilitas.

¶ Vſura vſus dicitur. Sene. Si mihi vnius dieculę vſurã pmiſiſſet, vñ & pecunia q̃ in fœnore ſorti accedit vſura dĩ, qm̃ ex vſu acquiratur. Hãc Var. Impendium vocat, q̃ inter ſe iungat vnũq; fiat quaſi compendiũ. Sido. Apollina Poſteriora vocat, qm̃ qui fœnus agitãt & in vſuras extẽdunt videntur aggregare poſteriora prioribus & ortis oritura connectere, ob id Gręci τόκους vocant eas quaſi partus poſteritatem.

¶ Vſurarius a. um. ex quo capitur vſus. Plaut. in Amp. Alicumenam vxorẽ cœpit vſurariam.

¶ Vſuarius dĩ ille cuius eſt vſus, qui rei vſum capit.

¶ Vſuuenit. i. accidit Cice. in Cato. Nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi vſuuenirent omnia & reliquis maioribus natu. Plinius. Id enim frequenter vſuuenit vt mali bonis præferantur.

¶ Vſucapio is. duo verba videntur, vñ vſucaptio ſiue vſucapio, onis. quę eſt ab vſu acquiſitio vel adiectio dominij p cõtinuationẽ poſſeſſionis tpis lõge diffiniti, vt puta. xxx. aut. xl. annorũ ſi res immobilis ſit quã poſſidemus. Triũ annorum ſi mobilis. Recentiores primã illã præſcriptionẽ, hãc vero vſucapionẽ vocãt. Ita eĩm dĩ vſucapio ſicut pignoris capio. Cato. Hęc pignoricapio ob æs militare facta eſt, qđ æs a Tribuno ęrario miles accipere debebat. Paul. Qui alienam rem mortis cauſa traditã vſucepit, nõ ab eo videtur accepiſſe cuius res fuiſſet, ſed ab eo qui vſucapionis præſtitiſſet.

¶ Vſus fructus dicitur quũ res aliqua non noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructum atq; vtilitatem capimus ac ſi noſtra eſſet. Diffinitur q̃ ab Vlp. q̃ ſit ius alienis rebus vtendi fruendiq; ſalua rerum ſubſtantia.

¶ Vſurpare eſt frequenti vſu habere, & hoc ſiue verbis ſiue factis fiat. Colu. lib. ĩ. Nam illud qđ in quibuſdã ꝓuĩcijs vſurpatur, vt cornibus illiget iugũ, fere repudiatũ eſt ab oĩbus. Cice. Quod ſemper vſurpamus in orationib⁹ dictis ac factis minimis aut maximis, quũ hoc decere dicimus, illud non decere igitur Vſurpare eſt frequẽter dicere, ſeu frequẽter facere. Ambro. lib. Hexa. pro ſolere poſuit. Ipſum mundum ſemper fuiſſe & fore Ariſto. vſurpat dicere Iuriſconſulti vſurpare ꝓpterius uti utuntur. Gel. lib. ĩ. Mutium Iuriſconſultum dicere ſolitum legi non eſſe uſurpatã mulierẽ q̃ cũ Kalendis Ianuarĩs apud uirũ cauſa matrimonij eſſe cœpiſſet, añ diẽ, iiĩ. Kalẽdas Ianuarij ſequentes uſurpatum eſſet, nõ poſſe impleri trinoctiũ quod abeſſe a uiro uſurpãdi cauſa ex. xĩ. tabulis deberet, qm̃ tertię noctis poſterioris ſex horę alterius anni eſſent qui inciperet ex Kalendis.

¶ Vſulo as. pe. cor. ab uro fit. Pacu. Cãdenti ferro crines uſtulare. Liuius. Pauci ſemiuſtulati uenere in poteſtatem.

¶ Vſtrina pe. ꝓ. locus in quo metalla candeſcunt ut laborentur. Pli. In uſtrina ter ſiccantur, ita ut torreantur carbone puro ac toties uino reſtinguantur albo.

¶ Vſtrigo pe. ꝓ. uredo dicitur. Amb. lib. Hexa. Non deſinit eſſe triticũ, ſi aut uſtrigine aduratur, aut imbre madidetur.

V ante T

¶ Vt coniunctio cauſatiua. ut Dedi tibi librum ut legeres. i. ꝓpter hanc cauſam. Cice. Lentu. Non illi quidem vt mihi ſtomachum facerent. Interdum adiunctiua eſt. Plau. Is mihi ſuaſit ut ad te irẽ. Interdum elegantiæ cauſa ponitur. Cice. Inuitę feci vt C Flaminiũ de ſenatu eĩcerem. Nihil enim ſignificat niſi inuitus eieci. Interdum ponit̃ ꝓ q̃. Terent. Nihil do vt ẽt impuratus ille me irrideat. Interdum eſt aduerbium tẽporis, & ſigni. ſtatim poſtq̃. ex quo primum. Verg. ut regem cęcũ crudeli uulnere uidi Idem. Turn⁹ ut infractos aduerſo marte Latinos. Interdũ aduerbium qualitatis, & ſigni. quomõ Ver. vt uidi, vt perĩ, ut me malus abſtulit error. i. ſtatim poſtq̃ vidi, ſiue cũ primum vidi quomodo perĩ, vnde amicos interrogamus. ut uales. i. quomodo vales? Significat etiam qualita-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rem certã & incertam. Terent. in Adel. Non me hãc rem vtut erat gesta patri indicasse. q. d. quoquo modo, bene male. Aliquando admirantis. Plau. in Ru. vt in ocellis hilaritudo est. Et illud. vt nunc fluctuat mare. id est quãtũ siue quomodo. Aliquando similitudinis. Idem vt imbrices fluunt oculi. i. sicut. Q̃nq; ei postponit ita. Cic. lib. de Orat. Vt quisq; optime gręce sciret, ita esse nequissimum. vbi notãdũ q; licet q̃dã p̃ceperint in hac iunctura, ita & vt semper respondere gradus. Oui. tñ. lib. Hero. dixit. vt ferus est multoq; suis truculentior ursis Spectasset siccis vulnera nostra genis Non em̃ siccioribus dixit. Ponitur nonnunq̃ ꝓ vtpote. i. tanq̃. Liuius. Gens vt ĩ ea regione diuitijs prępollens. Quandoq; pro quippe. Quintil. Nec ignoro quos transeo, nec vtiq; dãno, vt qui dixerim esse in omnibus vtilitatis aliquid. Interdum significat ita vt, siue propter quod vel quapropter, vt si dicã Quotidie hospites ad me veniunt vt incipiam iam stomachari tantam frequẽtiam. Item est aduerbium optãdi, & ponitur pro vtinam. vnde Terent. in Heauton. vt illum dij deq; oẽs perdãt. Itẽ significat secundum q. Quint. At vero orator vt est semper ad dicendũ paratus. Cice. Qui sermo, q̃ p̃cepta, quãta notitia antiquitatis, scientia iuris augurum. Multę etiã vtĩ l. oĩe Romano literę. Interdum significat quantũ. Plaut. in Asi. Vt nostrę fortunę procedũt libane. Terent. in And. Ego posq̃ te emi a paruulo vt semp tibi apud me iusta ac clemens fuerit seruitus scis. Ponitur pro q̃is. Plau. Vt istuc periculum ingens sit, me tamen non tremefacit. Ouid. ad Ruf. vt desint vires tñ est laudanda voluntas. Pro q̃ Verg. Vt te post multa tuorũ funera. Pro ne non. Teren. in And. Dies huc mihi vt satis sit vereor ad agendũ Iũgitur modo indicatiuo. vt fustinui. Mõ optatiuo. vt faciã. Modo subiũctiuo. Ver. Infandũ regina iubes renouare dolorem. Troianas vt opes & lamentabile regnum. Eruerint Danai. Ab vt fit vti, & addendo nã fit vtinam. Sicut sicuti. velut veluti. Prout. i. sicut.

¶ Vt ut. come se voglia. Teren. in Adel. Immo herde hæc q̃so scire vtut hęc facta sunt.

¶ Vtcũq; similiter significat quomodocũq;. Liuius. Vtcũq; erit iuuabit tñ rerũ gestarũ memoriæ principis terrarum populi pro virili parte & meipsum consuluisse.

¶ Vtinam aduerbiũ optantis. q̃nq; etiã dicimus. O vtinam. Ouidius. O vtinam tunc cũ Lacedæmona classe petebat.

¶ Vtiputa significat quẽadmodum.

¶ Vtiq; aduerbiũ similitudinis, & q̃nq; ponitur pro certe vel prorsus. Quint. Solent hmõi negociatores aliquid ꝓpriũ ac priuatũ stipulari vtiq; cũ rẽ alienã vẽdãt. Hiero. in prologo. Paralip. Quę vtiq; in codicibus nostris nõ hñtur. Suet. ĩ Tito. Cæterũ Titũ qui ꝓpe adstabat vtiq; imperaturum.

¶ Vtquid significat quãobrẽ, propter quid, vt quid repulisti nos in finem.

¶ Vtpote aduerbiũ cõfirmantis, & causatiuũ. signãt em̃ qm̃, q̃nquidẽ. Sal. Antonius aberat a bello, vtpote æger ac iacens. Ponit etiã ꝓ tanq̃. Suet. in Aug. Ædes sacras vetustate, collapsas aut incẽdio absumptas refecit, easq; opulentissimis donis adornauit, vtpote qui in cellã Capitolini Iouis sexdecim milia pondo auri vna donatione contulerit. Am. li. i. offi. Erat Isaac dñm timens vtpote Abrahę indoles deferens patri honorẽ. i. quoniam vel tanq̃.

¶ Vter a. um. significat quis vnus ex duobus, ponitur que in terrogatiue. vt vter vestrũ fecit hoc? Indefinite, vt scio vter vestrum hoc fecerit. i. quis vnus vestrum hoc fecerit. Dicim⁹ vter alterum. Pli. Vter alteri dixerit nescio. Similiter dicimus vter vtrum. Cice. Vter vtri insidias fecerit. Hinc fiunt Cõposita quæ sequuntur.

¶ Vterq; significat ambos. licet inter se differant. q; cũ vtrũq; aliquid fecisse dicimus, & ab hoc & ab illo separatim id factum intelligimus, vt vterq; sibi domum ędificauit hoc est & hic ædificauit sibi domum & ille. Cum vero ambos dicimus fecisse, ab vtroq; coniunctim id factum ostẽdimus. vt ambo sibi monumentum constituere. hoc est hic & ille simul vnũ sibi cõmune monumentũ fecere. Propter quod vtrũq; alterum verberasse recte dicimus. hoc est hunc illum, & illum hũc verberasse. Cĩ. Quorũ vterq; suo studio delectatus cõtẽpsit alterum. Quint. Cũ em̃ vterq; alteri obiiciat, palã est vtrũq; fecisse. Eodẽ modo vtrũq; vtriq; aliquid fecisse dicimus. Terenti. Quia vterq; vtrique est cordi. Ambos aũt alterum verberasse, vel ambos verberasse ambos non recte dicim⁹, quia significaretur ambo seipsos verberasse, sed ambos se mutuo verberauerunt. Aug. Vterq; significat ambos, & tñ singulari sono est, sed significatione duali. Nam cum dixit Verg. Constitit in digitos extemplo arrectus vterq;, duo signãti sunt cũ dixit uterque, cũ autẽ arrect⁹ noluit exprimere pluralitatem, vt sit in plurali utrique. Sed hoc interest. quia licet uterq; duo significet, tñ solũ duo. Vtrique aũt duo significat, sed sic vt ĩ singulis multi sint. Si dicas vtrique exercitus, duo significo, sed sic ut in singulis turbam intelligi uelim. Hęc quidẽ distincta sunt, sed item auctoritate confusa. Nã cum ait Ver. Super vtraq; quassat tẽpora, cõfudit. Dicere em̃ debuit sup utrũq; tẽpus, cũ de duob⁹ tpibus loqueretur.

¶ Vterlibet penultima cor, alter ex duobus, hoc est vter quẽ tibi capere libet.

¶ Vteruis. uter quẽ tu uis. Sic quiuis & quilibet. Nihil enim ẽ aliud quiuis q̃ unus quẽ tu uis. & quilibet, q̃ unus qui tibi magis libet. Hoc em̃ differunt uteruis & uterlibet a quiuis & quilibet. q; illa unum ex duobus significant, hęc unum ex pluribus Terentius. abs quiuis hon. ine cũ est opus beneficium accipere gaudeas. Quint. Periculosum & cũ cura intuendũ genus, q; si in ꝓponendo unũ quẽliber amiserimus cum risu q̃q; tota res soluit, tutius sic interrogare si hęc actio non sit quę sit. Simul em̃ ren. ouert oĩa uel cũ duo ponent inter se contraria, quorũ tenuisse utrũlibet sufficiet. Ecce in eodẽ loco utrũlibet & quodlibet usus est. Altero ꝓ eo quod est unũ de duob⁹. Altero ꝓ eo q; est unũ de pluribus. Hiero. Adducet ad Aaron uel ad unum quemlibet filiorum ipsius.

¶ Vtroq; aduerbiũ loci hoc est ad unũ aliquem locũ & ad alterum. Liui. vtroq; loco.

¶ Vtraq; per utrunque locum.

¶ Vtrum aduerbium. modo interrogantis est. Plau. vtrum id uerum putas, an non? Modo dubitantis. Seneca. vtrum id nobis conueniat an maduertẽdum. Componitur quadoque cum nã. Hiero. lib. reg. Et consuluerũt post hæc dominũ vtrũ nam uenturus esset illuc.

¶ Vter uteri & uterus uteri dr̃ quẽ alio noie locans apellãt & uulgo falso matricẽ, cum matrix sit fœmina quę fœtus gratia tenet. Existimat Pli. uuluam dici in cæteris aĩalibus, in mulliere uterũ. Ideo uterus dr̃ quia cõtinet & tanq̃ uteri est, ad prę gnantesque ptinet. Q̃nque tñ sumitur pro uentre. verg. vtes tũque am. ato milite complent. Cęcil. Nũc uter cresui nõ potest clari. Huius diminutiuũ est uterculus.

¶ Vteri utris generis masculini pellis quã uinum aut oleum deferri solet.

¶ Vterculus. Pli. Et in uterculos cõgestus aprũ liquor. orc em̃ eũ euomunt. Diminutiũ est ab uter pro uentre.

¶ Utriculos in farina uidetur Pl. accipere li. xviij. quos galli Cisalpini redundaginem, in uenetia prouintia plęrique Subuentries uocant.

¶ Vtricularius qui inflat ex utre plysiulã. Et a grecis Ascaules dicitur. Suet. in Nero. uouerat se ꝓ diuinum hydraulã & choraulã & utricularium.

¶ Vtor usum habeo. Et semper de rebus bonis ac necessarijs necnon & diuinis inanimatisq; dr̃. ut utor domo/diligẽtia/cõsuetudine/studio/& huiusce. odi. Terẽ. Scio te nõ esse usum antehac amicicia mea. Sed cũ de pſonis loquimur accipitur ꝓ cõuersari. Cice. Lentulo. Tr. homo multos annos utor valde familiariter. Inde usus pro conuersatione. Quint. Mulierẽ cum qua lõgus illi fuerat usus. Et quia aliqua re utimur ut ex ea fructũ percipiamus, factũ est ut dicamus usum pro utilitate. Cõstruitur q̃nq; cũ actõ. Ci. li. Acad. Et q̃ a suptoribus accepant utebantur. var. vtile uta mur potus q̃ abie abutamur. Hui⁹ composita sunt Abutor & Ceutor.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ Vtensile penultima correpta quod est ad vsum necessarium. Colu. libro. xij. vtensilia quibus aut alitur hominum genus, aut etiam extollitur.

ὃ Vtilis & vtibilis homo dicitur quo vtamur. Sed de re poti⁹ dicimus sicut vtensile.

ὃ Vtica penultima correpta ciuitas Aphricæ distãs a Carthagine. xxx. mil. passuum, apud quam Cato se interemit. vnde & vticensis dictus est.

V ante V

¶ Vua est q̃ in vite fit, dicta ab vuido. Aliquando ponit pro vite. Verg. Et turpes auibus prædã ferat vua racemos. Et vua morbus quẽ græci Staphylẽ vocant. Inflãmatio est eius partis quæ in ore Columellę dicitur, & Staphylophoros Aristoteli. Distendit hęc, & luteo colore subrubet: facit acino persimilis. Est aũt vua id quod in fine palati dependet circa fauces, et inhiante hoĩe conspicitur, sic dicta quia vt vua dependet, & humiditate variatur, & est vocis moderatrix. Serenus. Ægrescũt teneræ fauces cum frigoris ora Vis subijt, vel cum vẽtis agitabilis aer vertitur atque ipsas flatus grauis inficit vuas. Sub vua est minor lingua quæ Epiglottis dicit. Dicitur etiam vua de Apibus, cum collectæ sunt & in modum botryonis dependent. Col. Cum examen glomeratum in proximo frondentis arbusculę ramo consederit animaduertito an totum examen in speciem vnius vuę dependeat. Pli. lib. xi. Tunc ostenta faciunt priuata ac publica vua dependente in domib⁹ templisq;. Verg. Et densis vuã demittere ramis. Seruius. Vuã demittere .i. in morem vuæ botryonem defluere.

¶ Vuidum, humidum pingue, quod præcipue habet aliquid humoris intrinsecus. vñ & vua dicta. Humidũ quod habet humorem extrinsecus.

* Vueus succus vinum dicitur, ab vua. Cc.

¶ Vulcanus deus antiquis putatus est, quo significatur ignis q̃ c anus per aera volet. volat em̃ flãma & candida est. Hic & Mulciber appellatur, q̃ ferrum mulceat. Fingunt enim poetæ hunc fuisse deum, & Iouis ex iunone filium. Qui faber Ioui fulmina contra gigantes fabricauit. Hinc vulcaniq; insulæ appellatæ sunt.

¶ Vulcanum in cornu conclusum geris, significat ignem in laterna portas.

¶ Vulcens tis, sine s post l. & per u.

¶ Vulga sacculus scorteus siue ex alia materia in quo pecuniam vel alia vitæ necessaria ferre solent homines, dicta q̃ nummos aliasq; res inuoluat. Lucil. In vulgam penetrare piloſam. Var. Vt viaticum ex arcula adderẽt i vulgã. Hęc etiam a veteribus Bulga dr. Est & vulga siue bulga folliculus ad brachiũ pendens gerendę pecunię gratia. Lucilius. Cũ neq; iumentũ est, nec seruus, nec comes vllus, bulgã & quicqd habet nummorũ secũ habet, cũ bulga cœnat, dormit, lauat. Q̃q; ponit p vulua, & econtrario vulua p sacculo. Idem. Ita vt quisque nostrum e bulga est matris in lucem editus.

¶ Vulgus neutri gene. & indeclinabile. & vulgus vulgi masculi. gñis, significat multitudinẽ ignobiliorẽ. Ver. Sequit quanimis ignobile vulg⁹. Ci. Saturnũ maxime colũt vulgi. Ver. Invulgũ ambiguas & quærere cõscius arma. & a voluendo quidam dici putant, q̃ stulte huc atq; illuc voluatur.

¶ Vulgo aduerbialiter positũ significat passim per omnes ca teruatim. Vergi. Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in hærbis. vulgo concepti dicunt qui patrẽ demonstrare nõ possunt vel qui possunt qui dẽ sed cũ hĩt quem habere nõ licet. Qui & Spurij vocantur.

¶ Vulgaris & hoc gare quod est vulgi hoc est vile ac cõmune. vnde & respondet singulari. Cicero in arte veteri. Magna an parua, facilia an difficilia, singularia sint an vulgaria. vera an falsa. Aliquando vulgare dicitur quod est tritum & cõsuetum. Quint. Simul ne vulgarem viam ingressus alienis demũ vestigijs insisterem.

¶ Vulgo. as. in vulgus do, & quasi multis audientibus ac nõ taciturnis dico, & cõmune oĩbus facio manifesto, vile habeo. Verg. lib. xi. Quid me alta silentia cogis Rũpere & obductũ verbis vulgare dolorem? Lactã. lib. vij. Quæ vaticinia eorũ cũ paulatim fama vulgasset. Liui. li. i. Sunt qui Laurentiãvulgato corpore lupam inter pastores vocatam putent. Plaut⁹. in Am. Cui me absẽte corpus vulgauit suum. Huius cõposita sunt. Diuulgo, Euulgo, quod est exta in mulg⁹ exeo. Liui. lib. ix. Ciuile ius repositum in penetralibus põtificum euulgauit. Inuulgo. Gel. Libris foras editis inulgaret. Peruulgo vel de vulgo. Terent. vbi rem scitu, corpti inhumanius neque vt aĩm decuit ægrotum adolescentuli tractare, sed vi & via peruulgata patrũ quotidie accusabam. * A vulgo fiunt verba lia vulgator vulgatrix & vulgatio. Cc.

¶ Vulnus vide in dictione vlcus. Hic vulnero as. saucio, vulnus infero. Transfertur quandoque ad animum, & significat ango. vnde & vulnus animi p angore accipitur seu damno. Pli. Maximũ illi fortuna vulnus intulerat duob⁹ filijs immatura morte sublatis.

¶ Vulnerarius medicus chirurgus qui vulnera curat. vulnerarium emplastrũ qd vulneribus imponitur.

¶ Vulpes & volpes aĩal teste Varrone q̃ pedibus volet. Huius diminutiuum est vulpecula. Hora. Forte per angustam tenuis vulpecula rimam. Adiectiuũ vulpinus a. um. quod est a vulpe. Suetoni. Vbi leonis pellis deficit, vulpina insuenda est. Aliquando ponitur pro astuto. Plautus. vulpinus animus ne quid moliatur mali.

¶ Vulpinor aris. significat mendacijs ac fraudibus vera puerto siue effugio. Tractũ ab intorto vulpium cursu.

¶ Vulsinus pe. pro. lacus a vulsinijs oppido cui adiacet noĩat⁹ in Hetruria piscibus fertilis. vulsinij enim oppidũ fuit opulentissimũ, a quo vulsinienses dicti sunt.

¶ Vultur & vulturis & vulturius in nominatiuo dici potest Ennius. Vulturis in syluis miserũ mandebat homenẽ. Auis est rapax carnuora a volatu tardo dicta, q̃ propter magnitudinem corporis tarde volet. Plautus in tru. Iã quasi vulturij triduo prius pdiuinabant quo die esurituri sient. De hac aue sic scribit Ambro. Negãt vultures indulgere cõcubitui, & iugali quodam vsu nuptialisq; copulæ forte misceri, atq; sine vllo masculorum concipere semine, & sine coniunctione generare, natosq; ex his in multam ætatem longe vitę procedere, vt vsq; ad centum annos vitę eorum series producat. Est & vultur mons in Apulia.

* A Vulturno fit vulturinus. vt vulturina caro. Cc.

¶ Vulturnus ventus qui ab oriente hyberno spirat. Dictus a vulturis volatu vt quidam aiunt, quòniã alte resonat. Græci Euronoton vocant q̃ inter notum & Eurum sit. Hoc nomine etiam dictus est fluuius qui per Campaniam labens haud longe a Cumis mergitur, qd & vulturnum dicitur. Silius lib. viij. Fluctusq; sonorum vulturnum.

¶ Vulturnum oppidum Campanorum est, & fluui⁹ de quo modo est dictum.

¶ Vultus a volo vis, sicut a colo cultus. pprie signãt voluntatem hoĩs q̃ pro motu animi in facie ostenditur. Cum facies sit ipsa oris species q̃ permanet. vultum sibi fingere multi possunt formã nemo. Lucre. lib. iij. ptulit vulta neu genere. Sed quos vtriusq; figuræ Esse vides mistum referentes vulta parentum. vultus aũt in nullo animante est pter hominem. Huius diminu. est vulticulus, quo vsus est Cicero.

¶ Vultuosus, tristis. Ci. de optimo genere dicẽdi. In quo cũ effeceris ne qd ineptũ sit, aut vultuosum. Hinc aduerbiũ vultuose. qd Do. vsurpat p eo qd est indignanter facie mœsta & fronte subducta, & cũ gestu reb⁹ accõmodato. vultuosa frõs apud Apul. pro mœsta accipitur, Ait em̃ lib iij meta. Longe dissimilis aduenit, non ex læta facie sed vultuosam frontẽ rugis insurgentibus adseuerabat.

¶ Vulua seu volua, idẽ quod vterus. & matrix vulgo dr licet falso. dicta q̃ fœtus inuoluat. In ea em̃ cõcept⁹ fit & fœtus cõtinetur. Hanc multi ex Romanis ex porca in delicijs habuere quę duplici nomine appellabatur. Electitia. scilicet & porcaria. Electitia a partu electo siue enecto. Porcaria ab edito. Electiti⁹

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

am Plinius optimam esse ait, quæ fuerit porcæ occisæ, cum eiectus siue enectus est partus. Porcariam cum editus est, melioresque erat eius quæ peperisset q̃ virginis. Nam a partu statim suem primiperam interficiebant, tum habendę vuluę gratia, tum vt sumen optimum efficerent. Mar. Te fortasse magis capiet de virgine porca, Me materna graui de sue volua capit. quandoque accipitur vulua pro ore vuluę. Iuuenalis. Adhuc ardens rigidæ tentigine vuluę. Plinius quoq; boletorum prorumpentium in oui speciem album illud inuolucrum voluam nuncupat.

V ante X

¶ Vxor quasi vnxor ab vngendo. Nam cum puellæ nuberent apud veteres ac mariti domum intrarent, axūgia postes vngebant putãtes ex hoc omnia mala ab ea domo arceri. vel q̃p lotos maritos vngebant. En. Exin Tarquinũ bõa fœmina lauit, & vnxit. Ser. i. cõ. li. iij. Æñ. sic habet, Mos fuerat vt nubentes puellæ simul cum venissent ad limen mariti postes antę q̃ ingrederentur ornarent laneis vittis & oleo vngerent. Et inde vxores dictæ sunt quasi vnxores. Plinius quoque scribit nouas nuptas lupino adipe postes inũgere solitas ne quid mali medicamenti inferretur. Huius diminutiuum est vxorcula. Hieronymus ad Oceanum. Tu mihi olim emortuã de sepulchro vxorculam protrahis.

¶ Vxorius a. um. quod est vxoris, vel quod ad vxorem pertinet vt res vxoria. Augu. lib. iij. cõ. Non curauit hęc. quia metus erat ne impediretur spes mea compede vxoria. Aliquando vxorius dicitur qui vxori nimis inseruit. Verg. Pulchrãq; vxorius vrbem extruis.

X LITERA semivocalis est, quę vī duplicis consonantis habet. pro qua modo cs. modo gs. primi vrebantur, vt apecs gregs, pro quib⁹ nũc apex grex dicimus. Sciendũ q̃p x. trãsit in u. cõsonantẽ, vt nix niuis i ct. vt nox noctis, & in aspirationem subijt, vt veho vexi. Quotiẽscũq; autem prępositio ex componitur cum dictione incipiente a vocali vel c. p. t. & s. remanet integra, sed quãdo cum s. s abijcitur. vt Exaro, exeo, exigo, exoleo, exuro, excutio, explodo, extraho, exequor, expes.

*Xantha nympha est a colore. ξάνθος enim greci subrubrum dicunt. Cc.

¶ Xanthus latine flauus dicitur. Quo nomine dictus fluuius Troianus, qui & Scamander dicitur. Nam q̃p in campis Troianis proxime flumen armenta rufa & pecora leucophea nascantur, ideo flumen id Ilienses Xanthum appellauisse dicuntur. Est & nomen viri & nomen vrbis Lyciæ a fluuio sic nuncupatæ. Et nomen equi Hectoris.

¶ Xanthij populi Asiæ, qui cũ eorũ vrbs ab Harpacto prefecto Cyri obsideretur, vxores suas ac seruos & oẽs opes in arce posuerunt. deinde adhibito igni cremauerunt. Ipsiq; in bello irruentes cuncti cecidere.

¶ Xanthicus aprilis mensis Hebręorũ lingua appellatus est.

¶ Xantho fuit vna ex nymphis Oceani & Thethyos filia. Ver. li. iij. Geor. Drymoq; Xanthoq;.

¶ Xanthippe, nomẽ vxoris q̃rulę Socratis philosophi.

¶ Xenos, latine hospes siue pegrin⁹ Xenia hospitalitas, amicitia externorum.

¶ Xenium dici potest munus hospitalitatis. Vñ Martialis librum. xiij. in quo eiusmodi munera distichis describit, Xenia nominauit, q̃p versus ipsos pro Xenijs mitteret. Omnis in hoc gracili xeniorũ turba libello, Constabit nummis quatuor empta tibi. Quatuor est nimiũ? poterit constare duobus. Et faciet lucrum bibliopola Triphon. Hęc licet hospitibus pro munere districha mittas, Si tibi tam rarus q̃ mihi nummus erit. Huius diminu. est xeniolũ paruum xenium. Apul. Commodum meridies accesserat & mittit mihi xeniola porcum opimũ & quinq; gallinulas & vini cadum in ætate pretiosi.

¶ Xenodochium, & xenodocium, hospitale, locus publicus quo peregrini & hospites hospitaliter recipiuntur. ξεῖος hospes. δοχεῖον receptaculum, quasi hospitum receptaculum. Hieronymus. Xenodochium in portu Romano situm totus pariter mundus audiuit.

¶ Xenocrates pen. cor. nomen philosophi Chalcedonij auditoris Platonis, qui in academia Speusippo successit, & vigintiquinq; annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeo vt cum illũ Plato Aristoteli compararet, alterum freno, alterum calcaribus indigere dicebat. Hic philosophorum seueriss̃imus extitit. Ferunt, cum Phyrne nobile scortũ dedita opera a quibusdam intra eius cellam missa eget, atque ab eo orans lecturi pretẽ accepisset, demũq; imperfecto opere discessisset, dixisse nõ a viro sed a statua venisse. Eius verbis tanta fides adhibebatur, vt cum iniurati nullius testimonium admitteretur, huic soli iniurato crederetur. Hunc Athenienses aliqñ vendiderũt vt iam exilio degens frangeretur. Obijt secundo & octogesimo ætatis suæ anno cum noctu forte in sartaginem offendisset. Fuere & alij hoc nomine.

¶ Xenodotus fuit historicus patria Troezenius.

¶ Xenodorus, quasi ξένος. i. peregrinũ quid & egregiũ denotans, & δῶρον donũ. Fuit nomen statuarij nulli veterum cælãdi arte postponendi.

¶ Xenophanes pe. cor. poeta Colophonius, qui cõtra Homerum & Hesiodum elegias scripsit. Fuit & alter xenophanes ex Lesbo poeta lambicus.

¶ Xenophon nomen philosophi & ducis insignis Athenien sis Socratis discipulus, & Platonis æmulus fuit, speciosus moratus & oĩbus gratus. Hic primus oĩm philosophorum scripsit historiã. Exercitũ quoq; ex vltimis Babyloniæ finibus per aspera & difficillima itinera incolumẽ in patriã reduxit. Fuere & alij xenophontes.

¶ Xenophilus, pe. cor. nomen musici Chalcidensis Pythagorici de quo Vale. maxi. Biennio minor q̃ Gorgias qui centum & quinq; vixit annis. xenophilus Chalcidensis Pythagoricus sed felicitate non inferior. Siquidem vt ait Aristoxenus musicus, oĩs incommodi humani expers summo pfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est.

¶ Xerampellinæ vestes vt inquit Probus fuerũt ad vsũ matronarum ampellini coloris, qui inter coccinum & muriceum medius est. ξηρὸν siccum significat. Itaque xerampellinus coloris esse creditur, quem vulgo Rosam siccam nominamus. Alij xerampellinas dicunt latine dici Atrabaticas, hoc est q̃ colorem atrũ, i. nigrum habent.

* Xerolophus pe. cor. dici potest siccus tumulus. ξηρὸς siccus, λόφος tumulus. Namq; ex lapidibus construi cõsueuerãt principium tumuli.

¶ Xerolibya, latine sicca Libya dicitur.

¶ Xerophagium comestio siccorum ciborũ.

¶ Xerophthalmia arida lippitudo, cũ nec tument, nec fluũt oculi, sed graue scunt.

¶ Xeria, emplastra sicca, sicut Hygremplastra vocantur liquida emplastra.

¶ Xerxes latine bellator. Vnde Artaxerxes magnus bellator fuit Persarum rex, qui contra Athenienses magnum collegit exercitum. Tradunt scriptores numerum copiarum terrestrium quas in Græciam duxit xerxes, fuisse. clxx. myriades. i. decies septies centena milia. Myrias enim numerus est continens decem milia. Transiuit eius exercitus per septem dies totidemq; noctes nullo tempore intermisso. Sed nauali pliio a Themistocle Græcorum duce victus rex ipse cũ paucis aufugit. Fuit filius Darij regis ex Atosa Cyri filia. Hanc historiam Herodotus late scripsit.

¶ Xylon græce, latine lignum dicitur. Vnde xylobalsamũ lignum balsami.

¶ Xylinũ, q̃d & xylõ dicitur. i. q̃d vulgares Bãbacium dicũt. vnde Xylinæ vestes.

¶ Xylocasia, lignũ Casiæ.

¶ Xylophagus pe. cor. vermis qui albus obesus nigello q̃ capite est, ac nascitur in lignorum carie lignũ corrodens. In Pã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ro & Phrygia comeditur, vt auctor est Hieronymus cõtra Ioui. Et quomodo (inquit) apud nos ficedula & Attagen mullus & scarus in delicijs cõputant, ita apud illos ξυλοφάγιον cõedisse luxuria est.

¶ Xiphias græce ξίφος significat ensem, vnde xiphiæ stellæ ex cometarũ genere in mucrones fastigiatæ.

¶ Xystus a græcis dicitur porticus ampla latitudine, exercitationi accommodata, in qua Athletæ per hiberna tempora exercentur. Hinc Xystici dicuntur Athletæ in xystis pugnãtes. Sueto. in a Aug. Nec tñ eo minus aut Xysticorum certatiões, aut gladiatorum pugnas seuerissime semper exegit xystici etiam dicunt qui Xysto ludunt. Significat enim Xystos spiculum vel hastile telum. Vnde Xystophorus lanceæ spiculator. Interdum Xystus ponitur pro ambulatione in qua arbusculæ sunt in plurimas species effigiatæ. Pli. Ante cryptoporticũ xystus est violis adoratus. Aliter Pli. li. v. epi. Ante porticũ xystus concisus in plurimas species distinctusq; buxo. Idem. Non tam statuarum & tabularum pictarum ornatu ædes suas q̃ Xystis & nemoribus excoluit. Victr. Latini xysta ambulationes appellant quas græci paradromidas dicunt. Cic. in Bruto. Cum ambularem in Xysto & essem otiosus domi. Quando vero Xystus adiectiuum est significat ornatum tersum politum.

¶ Xystis, vrbs Cariæ, a q̃ Xystiani dicti sunt populi vt scribit Plinius.



LITERA muta est, pro qua primitus nonnunq̃ simplex. s. vt sacynthꝰ ꝓ ξάκυνθος. sethꝰ pro zethus. Quinq; duplicatũ scribebamus, vt patrisso pro πατρίζω. pytisso pro πυτίζω. aliqñ pro illa d. ponebamus, vt Medentius pro Mezẽtius. zeta etiã siue zetecula diminuti. apud Pli. in epi. Erat locus capax vnius lecti cum sellis duabus qui velis obductis, & reductis modo adijcitur cubiculo, modo auferetur. Nomen quoniã tribꝰ e partibus fenestras, & prospectus habeat, atq; solẽ multipliciter accipiat, quasi ἀπὸ τοῦ ζέειν, quod est feruere. Quando & heliocaminꝰ in ipa zeta ponitur. hoc est vaporarium quoddam solare nõ ad ignis vsum, sed ad solis, velut id quod vulgo nominare dicitur, & in Paduana Gallia Lucerio vel ἀπὸ τοῦ ζέειν. q̃ in ea commodissime viuatur. vt quam delicias & amores suos vocet Cęcilius. sicut a conuersatione victuq; dicta. De Heliocamino Vlpi. in seruitutibus vrbanis. Si arbor (inquit) heliocamino vel solario solem adimat, dicendum erit quia vmbram facit in loco cui sol fuit necessarius, contra seruiturem impositam fieri. de zeta Lampridius. Indicos odores Heliogabalus ad vaporandas zetas sine carbonibus iubebat incendi. De zetecula Pli. Mox zetecula refugit quasi in cubiculum.

¶ Zacynthos insula Ioniꝫ maris parua, cum vrbe eiusdẽ nominis, a Zacyntho Dardani filio, in qua impauit, dicta. cuiꝰ incolæ zacynthij vocantur. De hac Verg. li. iii. Iã medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

¶ Zagrus, vt inquit Stra. mons est quo Media a Babylonia diuiditur.

¶ Zacanthęi fuerunt zacynthiorũ coloni in medio Pyrenei montis siti, & iuxta fluuiũ Iberum habitantes.

¶ Zacharias nomen prophetæ proprium.

¶ Zamolsis teste Herodoto libro. iiij. historiarum fuit Pythagoræ seruus, cui Getæ putantes illum Saturnum esse sacrificia impendebant.

¶ Zancle Peloponnesi oppidum fuit in regione Messenia. In qua ipa Messene. Fuit & zancle oppidum Siciliæ a Messenijs cõditum in pelori sinu vbi ad orientem maxime flectitur quã a suo nomine dixerunt Messanã. Hinc Zanclei Messeniorũ apd Pli. Et zanclea charybdis, Vel a fonte dictam vrbem putant, vel ab occultata ibi a Saturno falce, quam lingua sicula zãclõ vocant vel a gygante Zanclo. vel a loci curuitate. Curua enim Zanclia vocant.

¶ Zancleum saxum in freto siculo dictum a zancle propinquo Siciliæ oppido.

* Zathene gemma est modo nigri, modo flaui electri colore. Cc.

¶ Zea genus frumenti simile farri, quę vulgo Spelta dicitur. Ex hac fit alica. Ex zeatico hordeaceove cibario qui sunt principum Equisones, equos alere consueuerunt.

¶ Zedoron dicitur terra zean donans.

¶ Zelo as. & zelor deponens, significat æmulor. Augustinus libro. i. con. Vidi ego & expertus sum zelantem paruulum necdum loquebatur & intuebatur pallidus amaro conspectu collactaneum suum. Ponitur interdum zelari pro irasci secundum illud q̃ per prophetam dicitur. Indignatione magna zelatus sum Sion. Et zelare est imitari. vt illud. Neq; zelaueris facientes iniquitatem.

¶ Zelus modo inuidiam, modo amorem, modo æmulationem significat.

¶ Zelotes pe. pro. idem est quod æmulator. Vnde Simon apostolus dictꝰ est zelotes. quandoq; dicitur amator. Et sic dominus noster appellatur. quoniam ita nos amat vt nolit fornicari post deos alienos.

¶ Zelotypus penul. cor zelator seu æmulator formæ. Nam ξῆλος æmulatio est. tipos, forma. qui igitur ita amat vt sollicitus sit nequis amore suo perfruatur, zelotypus est. Iuue. Ponere zelotypo iuuenis prælatus barbæ. zelotypia ægritudo animi ex eo prouenies q̃ timeat ne adsit alteri quod cũ nemine velit habere commune.

¶ Zeno fuit philosophus ex Cypro græca duitate, Stoicorũ secte conditor, tanto in honore apud Athenienses habitus, vt apud eum claues vrbis deponerent ornarentque ipsum aurea corona & imagine ærea. Hic adolescenti cuidã ipra multa loquenti ait, Ideo duas habemus aures, os autem vnum, vt ꝑ. multa audiamus, pauca vero loquamur. Decessit nonagesimo ætatis suæ anno, sine morbo. Nam vt ferunt, cum abiret ex schola lapidem offendens digitum perfregit, manu vero terram feriens illud ait, Ex Niobe venio quid me vocas? continuoq; se strangulans interiit. Fuit & alius Zeno Eleates quẽ dialectices inuentorem fuisse scribit Aristoteles. Huius celebratissima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Qui cum adolescentes nobilissimos cupiditate liberandæ patriæ inflammasset contra Nearchum tyrannum, facto indicio comprehensus traditusque est tortoribus torquendus. Qui cum lacerarentur, vt conscios coniurationis nominaret, neminem illorum nominauit: sed amicos intimosque tyranni participes coniurationis esse dixit. Deinde cum quippiam se in aurem tyranni loqui velle significasset, eam mordicus correptam non ante dimisit q̃ rapta aure populatũ caput reliquisset. Sed cũ cõplices cõiurationis proferre cogeretur, concisam dentibus linguam in os tyranni cõspuit. Quo facto ciues tyrannũ lapidauerũt. Fuit & alius zeno philosophus Epicureus Ciceronis synchronos. i. cõtẽporaneus. de quo idẽ Ci. li. i. de fi. meminit, & eum cũ Attico frequẽter audiusse Epicuri sententias explicantem. Fuere & alij zenones, quos nunc ꝑtereo.

¶ Zenobia fuit mulier quæ a Ptolemæis originem ducens græcis ac latinis literis ornatissima nec non & rebus bellicis celeberrima in Palmira Syrię vrbe regnauit. Hęc cum Saporem Persarũ regẽ superasset, tandem ab Aureliano Augusto victa Romã in triũphũ ducta fuit. Quæ in vrbe summo in honore consenuit. a qua zenobia familia nũcupata est.

¶ Zephyrus pen cor. Fauonius ventus occidentalis. Flat eñ ab occasu equinoctiali aduersus Eurum, quasi ζοφόρος vitam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ferens, vel quia fert quę sunt ad vitam. Eo sane plantæ omnes germinant & pullulant.

¶ Z ephyrium vero promontorium est.

* Zeros crystallis species est, alba ac nigra macula distinguente crystallum. Cc.

* Zeretra Arcades vocant vadi foramina q̃dã per q̃ Erasinus fluuius e lacu Stymphalo erũpit in argiuã terrã. Cc.

* Zeta vnũ ex elementis. Sed zetæ fuere vestes quæ nũc nõ sunt vsitatæ. & ei⁹ diminutiuũ zetecula. Pl. Mox zetecula fugit quasi cubiculum. Cc.

¶ Z etis fuit filius Boreæ ex Orithya & frater Calais.

¶ Zethus cum h & u fuit Iouis ex Antiopa filius & frater Amphionis.

¶ Zeugma tis. latine connexio siue adiunctio dicitur. Figura cum plures sensus vno connectunt verbo. q⁹ tribus modis fit. Aut præposito verbo ad quod reliqua respiciãt. vicium dorem libido, timorem audacia, rationem amẽtia. aut verbo postposito. vt neque is es Catilina, vt te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore reuocarit. aut in medio sensuum posito verbo. vt troiugena interpres diuum &c. Æneid. iii.

* Zeugites calami arũdinisq; seu tibiæ genus, a paritate dictum. q⁹ eo duplices fiebant tibiæ. Cc.

¶ Z euis latine iugatio dicitur. Quo nomine appellatus est clarissimus pictor Heracleotes, qui in certamen picturæ cum Parrhasio descendit. Fertur hic pinxisse puerum vuas ferentem, ad quas cum aduolassent aues iratus est mira ingenuitate operis sui & dixit. Vuas melius pinxi q̃ puerum. Nam si hunc consummassem, aues timere debuerant. Hic etiam pinxit Helenæ simulacrum.

¶ Zeuxo fuit teste Hesiodo vna ex nymphis filia Oceani & Tethyos.

¶ Z igæna nomẽ piscis marini, vt est apud Amb. Quid gladios loquar aut zigenas.

* Zigia aceris species rubens fissili ligno cortice scabro & liuido. Cc.

* Zignis lacertæ species. Cc.

* Zimilaces lapillus q in Euphrate nascit i medio glauc⁹. Cc.

¶ Zigarũ ea terra fertur ex qua populi exierint q nostra ętate cũ liberis & vxoribus Europã peruagantur zigari appellati, insignes fures & sine tecto viuentes.

¶ Z inziber radix. Et apud nos immutatis literis, dicimus Gingiber.

¶ Ziph nomen vici, a quo ziphæi dicti sunt, de quibus in li. ij. reg. fit mentio.

¶ Zizania niç. & z zizanium zizanij, quid significet Ambro. lib. Hexa. declarat dicens. Lolium & reliqua adulteria semina q̃ frugibus sæpe miscentur, zizania nuncupari euãgelij lectione cognouimus, sed ea propriũ quoddã genus hñt. nã ex tritici semine in aliud genus seminis decolora mutatione trãslata degenerem traxere naturã. Hoc docet dominus dicẽs. Venit inimicus & superseminauit zizania inter triticum.

¶ Z iziphus pen. cor. genus arboris. quam nostrates zizebos vocant. zizipha fructus dicuntur. Plin. lib. xv. Æque peregrina sunt zizipha & tuberes, quę ipsa non pridẽ venere in Italiã, Hęc ex Aphrica, illa ex Syria.

¶ Zodiac⁹ pe. cor. dici potest animalis ab effigie animalium Nam circulus est in quo. xij. signa sunt in formam animalis figuratus. vt aries, taurus. Grece enim ζῶα animalia dicuntur: Zographia aialis pictura. Alexan. aũt Aphrodisę⁹ dicit Galaxiam circulũ realem esse in cœlo. & subdit in cõmẽtarijs meteorologicorum Aristotelis ἱστορεῖ δὲ τῶν μὲν καλουμένων πυθαγορείων τινας γαλαξίαν ὁδὸν λέγειν εἶνα, τῶν κύκλον τοῦτον καὶ ἥλιον πρόσθεν τοῦτου φέρεσθαι. *i. Referẽt Pythagoricorũ aliquos Galaxiam viã dicere, esse autem circulũ, & solem ante hunc ferri.

¶ Zographos pictor animalium. zographia ipsa pictura.

* Zoilus poeta fuit Ptolemęi tpibus qui Homero mastix cognomen sortitus est. Et pro inuido capitur. Cc.

¶ Zona cingulum quo cingimur. Mar. Lõga satis nunc sum dulci sed põdere venter Si tumeat fiam tum tibi zona breuis. Hęc & Lorũ dicitur & Baltheus, q̃uis balthe⁹ sit etiam a quo arma dependent. & Cinctus & Cingulum a cingendo.

¶ Zoophthalmos hęrba est a similitudine oculi animalis dicta. Cc.

¶ Z opyrus penult. cor. Physionomista dictus est, q⁹ profiteretur hoim mores naturasq; ex corpore oculis vultu frõte se posse pernoscere. Qui cum turpia quædam & a virtute aliena de Socrate dixisset, ac a multis idcirco derideretur, Non errat (Socrates respondit) Zopyrus. Huiusmodi enim natura esset nisi naturam philosophia superassem. Fuit & ali⁹ Zopyrus. De quo dicere solebat Darius, se Zopyrum malle integrũ q̃ viginti capere Babylonas. Zopyri enim astu Babylone positus erat Darius.

* Zopyrocheron hærba est quã alij Lectipedẽ appellãt. Cc.

¶ Zopissa apud Plinij viuã picẽ significat. vel zopissa pix q̃ ex nauibus raditur admista cęra & marino sale macerata multo ad oia efficacior q̃ alię pices. Sed proprie resina ex pinu. Quę uis Dioscorides addit alia etiã significata cum ait. ζώπισσαν δεῖ μενεῖπον τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ κηροῦ καλουμένην ὑπ' ἐνίων ἀλόχυμα οὖσαν δ' ἰσχυρικὴν διὸ καὶ τὴν θάλασσαν κρέχεσθαι. οἱ δὲ πᾶν πίτυινον ῥητίνην οὕτως ὠνόμασαν. *i. Zopissam aliam dixerunt derasam nauigijs picem cum cęra appellatam a nõnullis Apochyma, quę vim dissipandi habet quoniam mari madeat. Alij resinam pini sic nominarunt.

¶ Zoroanda lacus quem efficit Tigris fluuius ab vno latere Tauri montis.

ð Z oroastres ζοροαστρης magiæ conditor

ð Z omos ζωμος latine dicitur ius pro brodio, vnde & zomopoos coquus.

* Zoronyssus gẽma quę nascitur in Indo flumine. Cc.

* Zura Aphrorũ lingua semen Paliuri vocatur contra scorpiones efficacissimum. Cc.

¶ Zyme fermentum. Zimes panis fermentatus. A zymus a. um. sine fermento.

¶ Z ythus quid sit nemo potest dubitare ex verbis Suidę nostri qui ita scribit (etiã Dioscorides tractat) ζύθος ὄινος ἀπὸ κριθῶν γιγνόμενος. *i. zythus vinum ex hordeo factum.

ð Zygos ζυγος, latine iugum. Vnde zygia iuno quasi iugati ua siue iugalis, ab eo q⁹ præest martiali coniugio, cui sũt iugalia vincula curæ.

ð Zygia a græcis Carpinus arbor appellat q⁹ ex ea materia fiunt iuga iumentis, quę apud eos zyga vocãtur. Est & zygia tubia nuptialis. Apul. Et sonus tibi zygi emittatur.

ð Zuthũ est cõpositio facta ex Gith qua vtebãt Alexãdrini, vt inquit Galenus in expositione sententiarum Hippocratis.

τέλος.

¶ Impressum est Parisijs hoc insigne & frugiferum Calepini Bergomatis viri de literis & literatis oĩbus q̃optime meriti Lexicon, Sumptibus honestorũ virorũ Petri Gaudoul, & Ambrosij Girauld Bibliopolarũ Parisien.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z &.


A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z &.

Omnes sunt quaterniones, præter ę qui est quinternio.

CES RENAISSANCE TOURS

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hab armas de mestre hue Tumon clerc






© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance